VILLANOVA COLLEGE LIBRARY
Villanova, Pennsylvania

This book was donated
3-4-49
by
Rev. M. Sullivan, O.S.A.

ACTA
SANCTORUM

PARISIIS. — EX TYPIS V. GOUPY, VIA GARANCIÈRE



PARISIIS & ROMÆ, APVD VICTOREM PALME. M.DCCC.LXVI.

ACTA SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS

COLLECTA, DIGESTA, ILLUSTRATA A

CONRADO IANNINGO

E SOCIETATE JESU PRESBYTERO THEOLOGO

EDITIO NOVISSIMA, CURANTE JOANNE CARNANDET

JUNII TOMUS SEXTUS

COMPLECTENS

MARTYROLOGIUM USUARDI MONACHI

AB ADDITAMENTIS EXPURGATUM CASTIGATUM ET QUOTIDIANIS OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATUM

OPERA ET STUDIO

JOANNIS BAPTISTÆ SOLLERII

EJUSDEM SOCIETATIS PRESBYTERI THEOLOGI

SUBJUNGUNTUR MARTYROLOGIA HIERONYMIANA NECNON KALENDARIA ANTIQUA, PRÆMITTITUR HISTORIA DE VITA, GESTIS, OPERIBUS AC VIRTUTIBUS

R. D. DANIELIS PAPEBROCHI

PARISIIS ET ROMÆ

APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM

1866

CAROLO VI

ROMANORUM IMPERATORI

AUGUSTISSIMO, POTENTISSIMO, INVICTISSIMO.

REGI

Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Bohemiæ,
Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, etc.

ARCHIDUCI AUSTRIÆ.

DUCI

Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, etc., etc.

MARCHIONI MORAVIÆ.

COMITI

Habsburgi, Tyrolis, Goritiæ, etc.

DOMINO, DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO

Tum Acta Sanctorum nostra, tum Auctores, atque ipsi quodammodo Cœlites, Archiducali Augustissimæque Tuæ Domui Austriacæ dudum devota devotique sunt, AUGUSTISSIME, POTENTISSIME, ET CLEMENTISSIME IMPERATOR ATQUE REX NOSTER, ex quo nempe placuit Augustissimo Leopoldo, Divo Parenti Tuo, operis tam grandis, quam sancti, tutelam suscipere, et progressum ejus ad majorem Dei gloriam, sanctæ Romanæ Ecclesiæ splendorem, suæque ipsius Augustissimæ Familiæ famam sempiternam, gratiosa munificentia sua promovere; rato, per illam suam tutelam et munificentiam se sibi, filiis, nepotibusque, pace ac bello, potentissimos cœli Incolas, ipsumque cœli Dominum Omnipotentem, arctius devincturum. Et vero audiisse vota ejus Cœlum, ex parte docet epistola, Augustissimo ejus Nomini ante primum Junii tomum inscripta, perpetuas, Deo propitio, Divi Leopoldi victorias prosecuta. Ex ejusdem Augustissimi Patroni nostri voluntate, Tomus alter Junii dulcissimæ ejus Conjugi, Augustissimæ Matri Tuæ, Eleonoræ Imperatrici; Tertius Augusto tunc Romanorum atque Germaniæ Regi, Josepho, Fratri Tuo; eidemque mox Imperatori Augustissimo Quartus; ac demum lectissimæ ipsius quoque Conjugi Augustissimæque Ameliæ Quintus, consecrati fuere Tomi de Actis Sanctorum. Prodit nunc Sextus, qui sponte sua se conjicit in sinum Tuum, AUGUSTISSIME CAROLE, Patris Fratrisque in Amplissimo Imperio Successor, multorum præterea acquisitorum regnorum ac provinciarum Domine, nostrique (quod nobis præcipue gratulamur) Belgii Princeps Clementissime. Ad Te, inquam, properat Tomus Sanctorum sextus Junii (quem mensem ab initio AUSTRIACUM nominavimus, quia illo natus Augustissimus Leopoldus) tum titulo, ut ita dicam, hereditario; tum ut Tibi deferat patrocinium Sanctorum, totius mensis illius Tomis sex prægrandibus illustratorum; tum ut quorum protectione felix semper fuit Domus Austriaca, in eadem felicitate per Majestatem Tuam et seros posteros continuetur. Id singulare habet Tomus hic sextus, quod in duas Partes seu volumina propter amplitudinem materiæ dispertitus, gestiat plus vice simplici Augustissimum Tuum adire Thronum. Properabat quidem pars utraque: altera, quæ nunc venit, præcucurrit; sequetur mox altera : prior felicem optatamque, Deo et Matre Dei auspicibus, Conceptionem futuri Cæsaris gratulari festinat; posterior, anhelans expectat, ut ejusdem Nativitatem felicem mundo annuntiet. Prior tamen, utut festinat, simul divulgabit absque adulatione, quæ dudum certissimis auctoribus ac rerum scientibus didicit. Probe enim meminimus, cum qui ad Te propius olim accessissent, nobis avide verba excipientibus, narrarent, eas se in teneriori Tua ætate virtutes Christiano Principe dignas : eam in Deum pietatem; eam in Superos, præsertim Sanctissimam Dei Genitricem, venerationem, cum artium omnium, qua liberalium, qua militarium, sublimiorumque scientiarum peritia

conjunctam;

conjunctam; eas denique præcelsi animi dotes observasse, ut Te, tametsi nascendi ordine postpositum, nihilominus Imperio natum asserere haud quaquam dubitarent. Est enim ingenita jam a seculis, ea hominum animis opinio, ut qui Austriacum Cæsarem nominant, Principem simul repræsentent, in quo non solum Imperii moderandi artes, sublime ingenium, perspicax prudentia, rerum tractandarum dexteritas, inviolatus justitiæ rigor, in compescendis discolis auctoritas, in debellandis hostibus fortitudo eluceant; verum in quo primas sibi postulent Christiana Pietas, Fides integra, ardenti in Deum charitate conspicua; Religionis propugnandæ propagandæque Zelus, templorum et divinorum mysteriorum cum majestate Frequentatio; in prosperis Æquanimitas, in dubiis Constantia, in adversis Fortitudo; Clementia et Misericordia in subditos; splendida in Principibus Continentia, ceteræque virtutes, quæ faciunt, ut Te pietate ac purpura augusta clarissimum, non tantum Imperatorum, sed et Sanctorum vestigia prementem venerabundus orbis et cernat et suspiciat: ut proinde in nullam toto forsan orbe familiam aptius conveniant, tum quæ illustramus Sanctorum Acta, tum quæ in his adumbramus Christianæ perfectionis lineamenta. Hæc cum in Te mirifice collecta adverterent curiosi illi conversationis Tuæ æstimatores; non vanis genethliacis aut astrologicis conjecturis, non ex adulantibus auguriis, sed ex indolis excelsæ atque integerrimæ probitatis disertissimis indiciis, haud vane Tibi Imperium vaticinati sunt; nunc vero ea ipsa in Te gloriosius consolidata, non sine summa exultatione laudant, extollunt, prædicant, seque beatos merito existimant, quod sub talis Cæsaris ductu et regimine ætatem feliciter agere Deus ter optimus maximus, Sanctique cœlites concesserint. Testes sunt quotquot Te hodie circumstant, tum primores et optimates, tum omnis ordinis viri honoratiores, cives et populi, per quos Augustissimi Nominis Tui fama quaquaversum diffusa est, in Belgicam usque Provinciam nostram, quæ clementiæ Austriacæ jam a seculis assueta, Te, tot præeuntibus encomiis, jam non amatum minus quam cognitum, Te sibi Principem animo designavit, dum luctuoso fato, Rege suo Carolo II orbata, non alium sibi Regem, quam Carolum alterum, ex eodem Augustissimo sanguine genitum, ardentissimo studio flagitavit. Quod autem hæc vota sua dilata fuerint, molestissime sensit, tulit coacta; optavit, speravit, Deumque precibus fatigavit, et exaudita est. Sic tamen, ut sibi magis, quam Tibi se gratulari posse arbitretur, dum animo repetit, quanti labores exantlandi, quanta pericula subeunda fuerint, priusquam Majestas Tua avita hereditate, ipsa Te frueretur. Atque hic locus est, IMPERATOR AUGUSTISSIME, quo nequidquam repugnante modestia Tua, ea nobis de Christiana æque ac Heroica Tua fortitudine saltem obiter delibanda sunt, quæ Te Majoribus Tuis Rudolphis, Maximilianis, Carolis, aliisque Cæsaribus Austriacis bellatoribus, non parem solum demonstrent, sed etiam superiorem. Longe hinc abest omnis labes assentationis, neque enim id quisquam inficias ibit, qui gesta Tua cum Ipsorum factis contulerit, et vires viribus, tempora temporibus commen-

surarit.

surarit. Egregia sane Maximiliani, primi Belgarum Austriaci Principis; egregia nepotis ejus magni Caroli V bellica facinora; immortalia in utroque Austriaci roboris argumenta. At enim, habuit Maximilianus, quo facile vinceret, habuit Carolus, quo hostes superaret; ambo regnorum multorum Domini pacificique possessores, quæ Tu, CÆSAR INVICTISSIME, sola ferme spe, solo jure armatus, aliis jam occupantibus ereptum intrepide ivisti. Recordamur utique, et præsentissimæ etiamnum memoriæ obversatur, stupuisse orbem universum ad primum illud fortitudinis Tuæ prodigium; dum Te, vix annos natum octodecim, ex Augustissimorum Parentum complexibus quodammodo avulsum, nec opinato consilio, audaci designatione, robore incredibili, per totam Germaniam, Batavos, Britannos alacriter properantem vidimus; dum ingruente hieme, Angelorum, ut fas est credere, Sanctorumque tutelarium ac cum primis Mariæ, maris stellæ, ope fretus, ausus es, per procellosa et irata maria, in Angliam atque inde in ultimas Lusitaniæ oras vela facere, tam horrenda tempestate jactatus, ut omnes illa pallere fecerit præter Te unum, qui sibi præsagiente animo jam tum, ut Cæsar, securus vehi videbaris. Rudolphi gesta aliquando legimus, quæ ad Maximilianum et Carolum spectant, nobis præsentiora sunt; prodeant modo, qui eorum tam decantatas expeditiones ad Tuas censeant comparandas! Crescit oratio. Vix primis illis periculis eluctatus eras, cum alia sese maria tranandą obtulere, inque ipsorum hostium conspectu circumnaviganda Hispania, ut in Catalauniæ finibus crescentes lauros decerperes. Victorem Te prius sensit, quam oppugnatorem, famosa Barcino; at gloriosiorem defensorem subinde mirata est, dum hostili exercitu terra et mari classe obsessus, ita utriusque conatus elusos fregisti, ut pulsa classe, diffugiente terrestri exercitu, ex ipsis angustiis augustior prodieris; quando et, quæ id temporis incidit eclipsis tantum terroris hostibus injecit, quantum Tibi adjecit gloriosæ lucis. Quid cetera bella enumerem, victricesque ad Cæsaraugustam acies, per totam prope Hispaniam in triumphum circumductas? Debellatum tunc erat, CÆSAR INVICTISSIME, nisi per alios stetisset, quod justæ victoriæ fructus, aut non collectus fuerit, aut postea amissus. Verumenimvero aliud tantæ tuæ virtuti fastigium debebatur, ita Tuorum omnium votis vaticiniisque obsecundante Providentia, ut in quo maxime, Principum omnium Christianorum lumen, Leopoldus resplendesceret, is non paternarum solum virtutum, sed et Augustissimorum decorum heres, orbem universum, cui se parem ostenderat, moderandum susciperet. Coactus deseris, IMPERATOR AUGUSTISSIME, quos Tua fortitudine, Tuos feceras, ita Germanorum omnium Principum conspirantibus desideriis, ut Leopoldum alterum, orbis Dominum unanimi consensu declararent. Itaque post novos labores et nova itinera terra marique peracta, Tuorum ferme humeris deportatum lætabunda Germania excipit, diademate ornat Francofurtum, exultans Austria complectitur, effusa obviam Vienna, non jam bellatrices, sed pacificas Augustissimi sui Principis dotes experiri festinat. Quid autem Belgæ nostri, qui quam maxime, quod Tui sint, gratulantur

sibi,

sibi, optantque aliquando faciem Domini sui coram aspicere (ut aliis licuit) ac venerari? Quæ et vota nostra sunt reverenter porrigentium MAJESTATI TUÆ Tomum hunc de Actis Sanctorum Junii, e civitate Tua Antverpia, Marchionatus S. R. Imperii præcipua, anno MDCCXV.

AUGUSTISSIME ET CLEMENTISSIME PRINCEPS

MAJESTATIS TUÆ IMPERIALIS ET REGIÆ.

Devotissimi clientes
CONRADUS JANNINGUS
JOANNES BAPTISTA SOLLERIUS, etc.
Societatis Jesu.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS JESU FLANDROBELGICÆ

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI

Cum Edictis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti et Isabellæ, Belgii Principum, rursumque Philippi III, ac novissime Caroli II, Regum, confirmatis die II *Decembris* MDCXCII, *et* XIX *Junii* MDCXCIV; *Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi Typographos et Bibliopolas, qui, ad quorumcumque aliorum exclusionem, soli imprimere ac reimprimere possint libros et opera quælibet, rite approbata, çurantibusque ejusdem societatis Patribus edita aut porro edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quam in scriptis obtenta et præexhibita licentia prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impressa importantes statutis, ut latius in ipsis patentibus litteris apparet; cum etiam Sacra Cæsarea Majestas idem valere voluerit in ditionibus, S. R. Imperio subjectis :*

Ego infrascriptus, Societatis Jesu per Flandrobelgicam Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præposito Generali Michaele Angelo Tamburino, concedo Joanni Paulo Robyns *typographo Antverpiensi facultatem imprimendi, et per se aliosque vendendi infrascriptum opus, ex more Societatis nostræ (quod hisce attestor) recognitum et approbatum; videlicet Tomum sextum de Actis Sanctorum Junii, complectentem Supplementum ad quinque priores Tomos ejusdem mensis, Auctore Conrado Janningo Societatis nostræ Presbytero Theologo. Istam autem facultatem, una cum Privilegio Cæsareo, meæ dispositioni commisso, tali conditione indulgeo, ut prædictus typographus* Joannes Paulus Robyns *teneatur ea se usum probare intra tres proximos ab harum data menses; eademque ad unam solam impressionem vi harum utatur, sic ut pro iteranda impressione, novo meo vel successorum meorum consensu opus sit. In quorum fidem hasce, manu propria subscriptas, consuetoque nostri officii sigillo munitas, dedi Antverpiæ die* XXIV *Octobris anno* MDCCXV.

JACOBUS MATIN.

SUMMA

PRIVILEGII REGII

Regiæ Majestatis diplomate sancitum est, ne quis, præter voluntatem Danielis Papebrochii e Societate Jesu, ejusve ad illustranda Sanctorum Acta Adjutorum et successorum, ullo modo imprimat vel recudi faciat, ex parte vel in totum, Tomos eorumdem, de argumento illo, vel jam editos vel porro edendos; aut alibi excusos excudendosve invehat, venalesve habeat; qui secus faxit, confiscatione exemplarium, et aliis gravibus pœnis mulctabitur; ut latius patet ex litteris Bruxellæ datis.

Signat. LOYENS.

Et ego Conradus Janningus Societatis Jesu, successor P. Danielis Papebrochii supradicti, permitto Joanni Paulo Robyns Typographo Antverpiensi, ut Tomum sextum de Actis Sanctorum Junii, meo permissu ab ipso impressum, publicet. Datum Antverpiæ VI *Kalendas Novembris* MDCCXV.

APPROBATIO

APPROBATIO

ORDINARII.

Editis jam quinque Tomis de Actis Sanctorum mensis Junii, prodit modo Sextus, complectens Supplementum, ad quinque prædictos Tomos, a P. Conrado Janningo Societatis Jesu Presbytero Theologo illustratus; estque vicesimus quartus totius Operis. Ego hunc æque approbo, atque approbati fuerunt reliqui omnes, tum per Approbationes et præconia Ordinariorum, tum per æstimationem virorum ubique eruditorum; quæ talia sunt, ut huic quoque applicari possint. Quamobrem nihil est, cur ego hic novas laudes accumulem, sed fidenter in lucem ire præsentem Tomum permittam una cum Historia de vita, operibus, virtutibusque R. P. Danielis Papebrochii ejusdem Societatis Hagiographi, anno superiore die XXVIII Junii pie defuncti. Dabam Antverpiæ 30 Octobris MDCCXV.

F. G. ULLENS.

Can. Schol. Off. et Librorum Censor.

PROTESTATIO

AUCTORIS.

Quod identidem protestati sunt decessores nostri, in hoc de Actis Sanctorum opere, se servatas velle Urbani Papæ VIII Constitutiones; neque suis, aliorumve huc relatis Commentariis aliud pondus tribui, quam sit historiæ, ab hominibus errori obnoxiis scriptæ; idem ante hunc sextum Tomum Junii, et ego protestor.

CONRADUS JANNINGUS.


Tom.IV
Pag. 481
DANIEL PAPEBRÖCHIUS OBIIT A°. MDCCXIV.
P. DANIEL PAPEBROCHIUS S. I.
OBIIT AN MDCCXIV. ÆT LXXXVII. XXVIII IUNII
Acta tomis ter sex medio Papebrochius ævo
Edidit; ACTA VIRUM *nulla, vel ista* PROBANT.

AUCTORE C. J.

AD TOMUM SEXTUM JUNII

DE ACTIS SANCTORUM

EPISTOLA

CONRADI JANNINGI

AD

SUPERIORES SOCIETATIS JESU

PER PROVINCIAM FLANDRO-BELGICAM

IN OBITU

R. P. DANIELIS PAPEBROCHII

EJUSDEM SOCIETATIS HAGIOGRAPHI.

Mortuus miser esse non potest, qui bene religiose vixit, nec mortuis accenseri totus debet, qui post mortem fama sui scriptisque operibus superest; imo, qui tota vita sua honoravit Deum in Sanctis suis, interque Sanctos versatus est; ubi mortuus, nisi inter Sanctos a Deo repositus sit? Hæc consolatio nostra in obitu optimi senis magistrique nostri P. Danielis Papebrochii; hæc vestra quoque omnium sit, Reverendi Patres in Christo, qui non potestis non singuli, uti tota Provincia, partem habere aliquam in communi jactura. Natale solum habuit Antverpiam, in lucem editus anno MDCXXVIII, die XVI Kal. Aprilis, festa luce S. Patritii Hibernorum Apostoli. Parentes fuere honestissimi juxta ac pientissimi cives: Laurentius Papebrochius et Maria Marissael, cujus felici partu prodiit Daniel noster primogenitus; fratres, qui ad maturam ætatem pervixerunt, nactus tres, Antonium, Laurentium et Joachimum, duasque sorores, Mariam Corneliam et Franciscam Teresiam: qui deinde adulti, exemplo fratris natu maximi nomen Societati nostræ dedere omnes; fratres quidem ipsam ingrediendo, sorores vero sub ejusdem moderamine profitendo castimoniam, assumpto habitu, vitæ suæ instituto conveniente. Omnium unica nunc superest Maria Cornelia, virtutum fratris æmula, quam Deus ut diu servet, velim, in solatium egenorum.

Daniel, ut erat facili ingenio, studiis litterariis admodum puer applicitus, illa inter selectos Seminarii nostri Antverpiensis, quod Convictum appellamus, nostrorum disciplinæ commendatus, pene adhuc puer absolvit feliciter, anno ætatis suæ XV, vix maturus, ut longe a patria et parentum conspectu ad altiores scientias addiscendas, tuto dimitteretur. Quamobrem alterum repetendæ Rhetoricæ annum, ne otio vitium contraheret, impendere jussus; illo transacto, Duacum concessit, ac biennio Philosophus evasit subtilis. Tum a R. P. Provinciali (quod antea ob immaturam ætatem negatum fuerat) in Societatem adlectus, properavit anno MDCXLVI die XXIII Octobris ad tirocinium Tornaci; inde vero post annum unum translatus Mechliniam, alterum ibi complevit, seque Deo per vota Religiosa obstrinxit XXIV Octobris. Exinde litteras humaniores, more Societatis, docuit, tum Mechliniæ, tum Brugis, publica approbatione ac fama eruditionis, cum pietate conjunctæ. Supersunt quæ tunc ingenii sui monumenta composuit varia, quorum nonnulla publice cum plausu auditorum in theatro repræsentata fuere. Ex magistro iterum factus discipulus, quadriennio operam dedit sacræ Theologiæ Lovanii, pari cum laude; atque ibi, anno MDCLVIII sacris Ordinibus initiatus, Dominica de Passione, in diem VII Aprilis tunc incidente, primitias suas incruentam Hostiam Deo Patri ad aram immolavit. Decurso post menses paucos Theologiæ stadio, ad tertiam Probationem missus est, scientias divinas, quas didicerat quadriennio, per varias pietatis exercitationes anno uno ad salutem proximorum redacturus in praxim. Et tunc demum professor creatus præceptiones Philosophicas prælegit Antverpiæ, anno non integro; cum e medio cursu ad sanctiorem operam, Actis Sanctorum illustrandis navandam, evocatus est. P. Joannes Bollandus per illud tempus a summo Pontifice Alexandro VII, magno studiorum operumque ejus æstimatore, ex quo Coloniæ Nuntium agebat Apostolicum, invitatus fuerat Romam, ut lustratis Vaticana aliisque per Urbem et reliquam Italiam bibliothecis, copiosiorem Actis Sanctorum messem colligeret. Is autem senio jam gravis, eo pro se, probante Pontifice, Henschenium et Papebrochium ablegavit. Illi igitur anno MDCLX die XXII Julii Antverpia Coloniam a Bollando deducti, porro per Germaniam contenderunt in Italiam, ac Romam invecti sunt XXIII Decembris ejusdem anni. Peractis sedulo Romæ, Neapoli vicinisque in locis per spatium novem mensium, quæ agenda erant; bona summi Pontificis venia, acceptisque ab ipso præter benedictionem aliaque pietatis Christianæ munuscula, commendatitiis pro reliquo itinere litteris, discesserunt die XIII Octobris anno MDCLXI Florentiam, ubi P. Daniel in festivitate Sanctorum omnium, quorum omnium gloriæ, inter mortales amplificandæ, reliquam vitam impensurus erat; in illa, inquam, festivitate solennem quatuor votorum emisit professionem. Florentia deinde simul ambo profecti, lustratis Mediolano, Genua, Taurico; per Gallias Antverpiam reverterunt feliciter, anno MDCLXII propemodum elapso,

AUCTORE C. J.

die XXI Decembris; divitem pro Actis Sanctorum thesaurum, quem ubique per viam collegerant, comportantes. Hic cum P. Daniel animum, manum, calamum seque totum operi jam serio applicaturus erat, contigit a Bollando ei primo loco committi illustranda, quæ multifariam nullo ordine chronologiæ scripta habebantur, Acta S. Patritii, cujus natali ipsum jam diximus, natum fuisse; sicque sub ejus auspiciis tirocinium hagiographiæ suæ posuit, ut opus suis numeris perfectum ac veterano scriptore dignum elaboraverit. Qualia etiam sunt omnia, quæ totis LIV annis in lucem edidit plurima. Verum de his aliisque viri gestis, scriptis, virtutibus, plura commemorare non est hujus loci; erit alibi. Tantum hic indico, quod postremis vitæ annis, cum oculi caligantes visionem, tardique pedes incessum reddebant difficiliores, id unum dolebat potissimum, quod more suo Acta Sanctorum illustrare scribendo amplius non posset : in reliquis semper æquanimus. Solabatur autem tædium suum, quod viris labori assuetis afferre otium solet, quotidiana Sacrificii incruenti immolatione, oratione fere perpetua, piis ad Deum Sanctosque aspirationibus, desiderio gloriæ cœlestis, ac spe firma futurum, ut brevi soluta corpore, quod corrumpebatur, anima ad contubernium Sanctorum suorum avolaret; his identidem verbis utens : *Cupio dissolvi, et esse cum Christo*, ac illis : *Quis me liberabit de corpore mortis hujus*. Sciebat enim, quod nec ætas longæva, nec vita annos propemodum septuaginta in Religione religiose acta, nec scientia rerum sacrarum eximia, nec celebre inter mortales acquisitum nomen, nec labores amplificandæ Cœlitum gloriæ constanter impensi, nec studium bene faciendi omnibus, nec quæsita perpetuo in actibus suis major gloria Dei, ceteræque virtutes, aliud desiderare præmium debeant, quam Deum ipsum ipsiusque visionem claram et possessionem securam in gloria sempiterna; quæ, adiri non potest, nisi per dissolutionem animæ a corpore. *Cupio* igitur, *cupio dissolvi, et esse cum Christo*. Mira fiducia videri potest. Illo ipso die, quo hæc, me præsente, ingeminabat, in vigilia S. Joannis Baptistæ ante meridiem, quando bene mane adhuc more consueto ad aram fecerat; debuit correptus febri, paulo post decumbere, eaque continuo invalescente, et animi deliquio superveniente, sub vesperam ejusdem diei, in corona Patrum Fratrumque nostrorum, sacrosancto Eucharistiæ Viatico ad ultimum agonem subeundum, desideratamque dudum gloriam cœlestem securius ac citius consequendam, præmunitus fuit; posteroque die similiter sacro infirmorum Oleo inunctus. Post hæc, oculis plerumque clausis cubans, paucissima loquens, et non nisi interrogatus respondens, animo quieto, absque corporis dolore, nisi qui ex angustia cordis et pectoris proveniebat, usque in hunc diem XXVIII, sui semper compos, vitam protraxit. Quando sub ortum solis (aderam enim, et majore noctis parte adfueram) apparuerunt signa viciniæ mortis, cœpique cum ministro valetudinarii genibus flexis opem divinam moribundo implorare, primum tacitis precibus, tum elata voce recitando quas tali temporis articulo mater Ecclesia præscribit : inter quas æger, præsentibus jam pluribus, qui interea advocati fuerant, sub primam ab ortu solis horam placide exspiravit, deducentibus (uti par est credere) Sanctis animam sui præconis et encomiastæ præcipui, ad conspectum Altissimi, qui glorificantes se glorificat.

Plura de viro dicenda erunt suo tempore et loco. Hic tantummodo mihi liceat paucis per modum epitaphii indicare, quid in Actis Sanctorum, de quibus supra quam dici possit bene meritus est, præstiterit, et quousque opus perduxerit; postquam rogavero RR. VV. ut ei Sacrificia sua suorumque suffragia, ex institutione Societatis nostræ defuncto debita, conferre quantocius velint; meque simul in sanctissimis Sacrificiis suis habere commendatum. Dabam Antverpiæ, die IV Kalend. Quintiles MDCCXIV.

D.

MEMORIÆ ÆTERNÆ

R. P. DANIELIS PAPEBROCHII

PRESBYTERI, THEOLOGI ET HAGIOGRAPHI S. J.

QUOD ROSWEIDUS PRÆPARARAT,
QUOD BOLLANDUS INCHOARAT,
QUOD HENSCHENIUS FORMARAT,
PERFECIT PAPEBROCHIUS

SEMESTRE PRIMUM DE ACTIS SANCTORUM
ANNO A NATIVITATE DOMINI MDCCIX;

MORTUUS POST QUINQUENNIUM
VIRTUTIBUS MERITISQUE PLENUS,
ANNO EJUSDEM MDCCIV DIE IV KAL. QUINTIL

ÆTATIS SUÆ LXXXVII.
REQUIESCAT AB OPERIBUS SUIS
IN SANCTA PACE.

HISTORIA

AUCTORE J. P.

HISTORIA

DE VITA, GESTIS, OPERIBUS, AC VIRTUTIBUS

R. P. DANIELIS PAPEBROCHII

HAGIOGRAPHI SOCIETATIS JESU

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΤΟΥ

AUCTORE JOANNE PIENIO EJUSDEM S. J.

PROLOGUS.

Quamquam ea fuerit vitæ institutio R. P. Danielis Papebrochii, ut spem nobis certam faciat, ipsum ex Actis Sanctorum, quæ illustravit, in Sanctorum migrasse contubernium, et immortalitatis gloria donatum, de humanis laudibus minime laborare; quamquam eam, dum viveret, vel invitus apud omnes passim eruditos per universam pene Europam, consecutus sit nominis famam lucubrationibus suis magno numero, rara eruditione, studio indefesso elaboratis, ut videri jure optimo possit (sit mihi fas uti verbis Horatii) erexisse

Papebrochius laudis non indigus.

> — *Monumentum, ære perennius,*
> *Quod non imber edax, non Aquilo impotens*
> *Possit diruere, aut innumerabilis*
> *Annorum series, non fuga temporum;*

Nostrarum tamen partium esse duximus, viro de Actis Sanctorum, ac republica litteraria longe meritissimo, brevi aliquo elogio justa solvere; non tam considerantes, quid ipsi e laudibus nostris accedere possit ornamenti, quam quid nos deceat officii, si velimus (et sane velle debemus) ab ingrati animi vitio quam longissime abesse.

2. Ad hæc variis in Virum jam pridem jactatis calumniis adducor, ut cujusmodi fuerit, sinceris, genuinis, et ab omni fuco alienis coloribus, velut in tabella, lectoris æqui oculis subjiciam, non studio partium, non peculiaris affectus propensione impulsus, sed solius justæ defensionis ac veritatis amore. Denique ut gestorum recordatione, et virtutum conspectu lector incendatur, ad imitanda ea, quæ potest, et suspicienda, quæ imitari non potest. Eæ me potissimum causæ impulerunt, ut paucis delibarem illustriora quædam gestorum ejus exempla, et universæ ejus vitæ præcipua quasi vestigia relegerem. Nec porro, amice lector, in ipso te limine detinebo pluribus, sed rem ipsam aggredior.

[illegible] a nobis laudandus

CAPUT I.

P. Papebrochii natales, educatio, studia tam in seculo, quam in Societate Jesu, priusquam ad Acta Sanctorum illustranda accederet.

Antverpia, magnorum virorum fœcunda parens, et præcipuas inter Belgii civitates, nominis celebritate memorabilis, P. Danieli patria obtigit.

Papebrochii patria.

Primam lucem hausit anno MDCXXVIII, XVI Kal. Aprilis, S. Patritii Hibernorum Apostoli festa die. Parentes nactus est spectata vitæ integritate, solidaque erga Deum et Superos religione insignes: Laurentium Papebrochium et Mariam Marissael; Avum paternum Hamburgensem, cujus in animo tam altas egerat radices Romano-Catholicæ religionis amor, ut dum Hamburgi mixtim cum hæreticis et Catholicis vivendum sibi esse animadverteret, convasatis rebus migrarit Antverpiam, veritus ne hominum a Romanis sacris alienorum consuetudo, veneni quidquam, vel sibi vel posteris suis afflaret. Nimirum animo reputabat non indecorus transfuga, ibi res, ibi spes, ibi fortunas, ibi patriam esse, ubi cum minimo a cœlesti tramite deviandi periculo, et vivendi sibi, et suos educandi facultas suppeteret.

natales.

parentes spectatæ virtutis.

avus paternus probe Catholicus et pius.

4. Et vero solida hæc Majorum virtus transiit ad posteros, tamquam hæreditaria, quæ nec eripi nec surripi potest umquam, nec rerum vicissitudine amittitur, nec temporum permutatione mutatur. Transiit imprimis ad P. Danielem primogenitum; transiit ad tres ejus fratres germanos Antonium, Laurentium, et Joachimum, qui fratris natu maximi exemplum secuti, Societati Jesu nomen dedere omnes, omnes pie religioseque, uti vixerant, supremum in ea diem confecere; transiit ad sorores duas, quæ fluxarum caducarumque rerum perspecta vanitate, Deo se devoverunt sub moderamine ejusdem Societatis Jesu, et assumpserunt habitum, vitæ suæ instituto convenientem. Fama est utrumque P. Danielis parentem Laurentium et Mariam ante nuptias serio cogitasse de amplectendo religioso statu; sed Deo aliter visum, cui quod ipsi per se non dederant, solverunt in prole sua cum fœnore. Quorsum hæc tam multis? Ut planum fiat quam erronee, ne dicam absurde, aliquibus inciderit, in materia religionis quidquam sinistri de parentibus aut majoribus Danielis suspicari. Proin hac occasione poterunt illi errorem suum corrigere, et omnem in hac parte eximere sibi suspicionem.

tres fratres religiosi.

duæ item sorores [illegible]

5. Ex bene auspicatis nuptiis primus in lucem editus Daniel, octavum vix attigerat annum, et jam tum præ se ferebat docile ac vividum ingenium, et celeres quosdam animi motus et concitatos. Nihil itaque potius visum est Parentibus, quam ut eum disciplinæ nostrorum traderent, humanioribus litteris excolendum. Inerat in puero tantillæ ætatis summa sciendi discendique cupiditas, legendi vero aviditas tam inexhausta, ut libros quosvis obvios non tam pervolveret, quam, ut ita loquar, devoraret. Eos vero fecit in studiis

Studiis humanioribus [illegible]

et [illegible]

progressus.

AUCTORE J. P.

progressus, ut duce ingenii sagacitate, sedulitate comite, annitentibus Magistris, inter æquales suos admodum excelleret. Quæ prima ineuntis ætatis lineamenta debet Seminario nostro Antverpiensi (Convictum id nominamus) quod primaria nec non lectissima Belgii juventute erat florentissimum. Anno itaque ætatis XV litterarum humaniorum curriculum emensus, et vix dum maturus ut a patria longius e conspectu Parentum dimitteretur, alterum in repetenda Rhetorica annum posuit. Quo exacto, Duacum concessit, ut philosophiæ daret operam, quam magna ingenii, pari subtilitatis, non absimili diligentiæ commendatione prospere post biennium feliciterque absolvit.

philosophia,

6. Jamque id ætatis erat Daniel, ut de eligendo vitæ statu et deliberare serio posset, et mature statuere. Quando perfectionis vitæ accensus desiderio, animum adjecit ad Societatem Jesu, et quod prius ob immaturam ætatem non impetraverat, quantumlibet sedulo petiisset, tandem obtinuit; et eidem Societati adscriptus est. Sed cum ita casus ferret ut nulli tunc tirones apud nos essent Mechliniæ, missus est Tornacum anno MDCXLVI, die XIII Octobris, ut vitæ Religiosæ periculum faceret. Inde post annum translatus Mechliniam, decurso ibidem tirocinii stadio, vota religiosa nuncupavit XXIV Octobris MDCXLVIII. Exin juventutem litteris politioribus de more Societatis ad humanitatem informavit tum Mechliniæ, tum Brugis, non sine magna doctrinæ et pietatis qua nostrorum, qua externorum existimatione. Jam vero quam non invitis Gratiis ac Musis, ei se studio impenderet, conficitur ex variis ingenii monumentis, quæ tum vincta numeris oratione, tum soluta composuit.

Tirocinium in Societate Jesu.

Docet litteras humaniores,

7. Sacræ Theologiæ studuit Lovanii, annis quatuor multa cum laude. Sacerdos consecratus anno MDCLVIII, primitias Deo Patri, incruentæ hostiæ Sacrificium, immolavit, die Dominica, quam Passionis vocant, in VII Aprilis tunc incidente. Post hæc petiit domum tertiæ Probationis, instauraturus, si quid deferbuisset spiritus ex assiduo et diuturno labore, cui tum magister tum discipulus se dederat impensissime. Tandem delatam ad se Juniores nostros præceptionibus philosophicis instituendi provinciam egregie administravit anno non integro Antverpiæ. Atque his initiis prolusisse visus est P. Daniel studiis sanctioribus, de quibus suus nunc sequitur dicendi locus.

docetur Theologiam; fit Sacerdos, et philosophiæ professor.

CAPUT II.

Bollando et Henschenio socius adjungitur Papebrochius. Romam proficiscitur cum Henschenio. Primi ejus in Actis Sanctorum labores.

Jamque menses Januarium ac Februarium, hunc tribus, illum duobus comprehensum tomis, impiger Bollandi et Henschenii in scribendo labor, ad finem perduxerat; quando pluteum premere cœperunt Acta Sanctorum mensis Martii, quæ processura esse feliciter ac celeriter, sperare jubebat et valetudo utcumque firma ac vegeta P. Bollandi et studium indefessum P. Henschenii, et concessa utrique Præsidum jussu ab aliis plerisque occupationibus vacatio, quibus distineri non raro solebant. Alexander VII, summus Christi in terris Vicarius, pro veteri necessitudine, quæ sibi jam tum, quando Nuntium agebat Coloniæ, cum Bollando intercesserat, magnaque, quam de lucubrationibus ejus conceperat, æstimatione, Romam ipsum invitavit; eo consilio, ut inspectis excussisque Vaticana, et aliis per Urbem, et reliquam Italiam, bibliothecis, locupletem operi inchoato adjungeret accessionem, ac necessariis præsidiis lucubrationes suas ubertim copioseque illustraret ac perpoliret.

Bollandus ab Alexandro VII Romam invitatus,

9. Impediebatur Bollandus devexa ætate, ut ne hoc itineris ipsemet conficeret. Quare bona cum Pontificis gratia, loco suo Henschenium misit; eaque occasio injecit cogitationem de petendo socio aliquo tertio, qui viæ se jungeret comitem, et redux in provinciam, laborum in partem veniret, cœptumque opus continuaret. In multorum itaque tot ingeniorum numero unus ex omnibus Papebrochius deligitur, quem jam inde a puero Bollandus ob indolis præstantiam egregie carum habuerat, et tum paternis monitis, tum suavibus pietatis illecebris ad virtutem pellexerat, et quadam quasi præsagitione conjecerat, id quod postea comprobavit eventus, posse utique fieri, ut puer ille (Danielem designabat) sibi in illustrandis Sanctorum Actis succederet. Plura de hac re dabit vita Bollandi, tomo I Martii cap. XIII, num. 79; ubi varia Papebrochius ipse, tecto nomine, scribit de sua ad Societatem vocatione, quæ idcirco tam supra, quam hic consulto prætermisi.

sed senio impeditus, mittit Henschenium; additur cui socius Papebrochius:

10. Henschenius ergo et Papebrochius anno MDCLX die XXII Julii Coloniam usque officiosissime a Bollando deducti, per Germaniam contenderunt in Italiam, Romamque invecti sunt XXIII Decembris ejusdem anni. Exin postquam Romæ, Neapoli, vicinisque in locis res suas confecissent, Pontifex bene ipsis precatus, non sine propensissimo voluntatis affectu, munusculis piis, et paterna benedictione donatos a se dimisit, additis commendatitiis pro reliquo itinere litteris, quibus facilis ad bibliothecas omnes aditus pateret. Igitur discesserunt Florentiam XIII Octobris anno MDCLXI; ubi P. Daniel die sibi longe optatissimo, Sanctorum omnium venerationi sacro, solennem quatuor votorum professionem emisit, totumque se Dei, totum Sanctorum gloriæ consecravit. Porro Florentia profecti, lustratis Mediolano, Genua, Taurino, et peragata Gallia, reversi sunt Antverpiam incolumes, vergente ad finem anno MDCLXII, die XXI Decembris, cumulatissimo Græcorum pariter ac Latinorum exemplarium MSS. pro Actis Sanctorum instructi thesauro. Hæc cursim; plura inveniet curiosus lector in vita Bollandi citata cap. XV, et tribus subsequentibus.

uterque Coloniam usque a Bollando deductus, peragrata Italia, redeunt per Galliam in Belgium.

11. Ab itinere Romano, ad primos P. Danielis Sanctorum Actis impensos labores delabimur. Vix litterarii otii spatium nactus, totus esse suus cœperat, quando studia sua omnia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in eo figere et locare maximis animis instituit, quo suam vasto operi non parca manu symbolam conferret. Ac jam ibi erat; et evenit ut primo loco illustranda illi committeret Bollandus Acta S. Patritii Episcopi, Apostoli, et Primatis Hiberniæ. Et sane quam fuerit totus in referenda Sancto gratia, cujus, ut capite primo diximus, natus fuerat natali; quam sedulo materiam omnem varie a variis, sed fere non nisi tumultuario et perturbato chronologiæ ordine tractatam, digesserit; quam erudito commentario præcipuas historiæ implexæ tricas enodarit; quam docta denique appendice de primatu, miraculis, vaticiniis, loco piaculari (Purgato-

Primi P. Danielis labores. Acta S. Patritii, digesta et illustrata;

rium

rium Patritii vulgus appellat) rem totam concluserit, nihil attinet hic commemorare.

vix tertia sui parte edita.

12 Fuit profecto, fuit P. Daniel in S. Patritii laudes tam disertus, tantaque rerum ac verborum copia abundavit, ut vix tertiam partem eorum, quæ operosissime collegerat, publici juris fecerit, ne moles nimium excresceret. Atque adeo tam feliciter prima Hagiographiæ posuit rudimenta, ut opus numeris omnibus absolutissimum, et veterano scriptore dignum, censeri cuilibet non injuria possit, et vero debeat. Opus hoc excipiebat aliud; inde rursum aliud; numquam non novo labore occupabatur. Quo fiebat ut magna veterum monumentorum apparatu instructuque, ad tractanda sanctiora studia se effingeret magis magisque in dies. Id quod ex proxime dicendis constabit.

CAPUT III.

Egregia P. Papebrochii opera in edendo illustrandoque mense Martio. Iter Luxemburgense.

Post tres tomos Martii editos,

Et si Bollandus ob affectam valetudinem, et urgentem senectutem non multum operæ Martio posthac commodare potuerit; indefessa tamen P. Papebrochii sedulitate, cui comes accedebat pertinax Henschenii labor, factum est, ut sexto post iter Romanum anno tres tomi mensis Martii ad finem perducti, et in lucem dati sunt; quos si cum prioribus quinque Januarii ac Februarii compares, vix credas annis quindecim potuisse perfici. Tanto illic et apparatus est instructior, et copiosior supellex, et tota rei series prolixior.

cum languente Henschenio et cælum mutare jusso,

14 Inter hæc præ immoderata studiorum laborumque contentione in gravem morbum incidit Henschenius; qui eo virum languoris dedit, nulli ut occupationi gravioris moliminis posset attendere, nedum vacare. Medici aeris mutationem, omnemque omnium prorsus studiorum intermissionem præscribunt. Res illa ansam præbuit, ut simul ipse, simul Papebrochius novam ad Mosanos Mosellanosque tractus expeditionem susciperent, qua proferrentur in lucem ea, quæ ibidem vel in reconditis archivorum angulis, vel in abstrusis vetustarum bibliothecarum scriniis huc usque latentia, ad rem nostram conducerent.

Luxemburgum contendit,

15 Dum peregrinationi insisterent, et paractis Epternaci rebus, Luxemburgum contenderent; grave infortunium tulit P. Henschenius (ut legere est in ejus vita numero XVI) propter quod mense integro una cum comite suo Luxemburgi subsistere coactus est. Quod moræ spatium P. Daniel non sine fructu traduxit. Nam persuasum habebat, dum studiis omnibus esset solutus curisque vacuus, nihil rei quidquam agere se posse melius, quam si tetricæ solitudinis tempora falleret pervolutandis annalibus San-Maximianis, et antiquitatibus Luxemburgensibus, quæ R. P. Alexander Wilthemius evulganda paraverat. Qua occasione cupido Papebrochium incessit moliendi quædam de re diplomatica. Præsertim quod scientia hæc et historia, proxima quadam cognatione et affinitate inter se devinctæ colligatæque teneantur. Ardua enimvero res atque horrentibus undique spinis obsita, eo potissimnm, quod viam illam nemo huc usque ante ipsum esset ingressus. Proin vel tentasse hic aliquid, gloriosum auctori fuit.

rem diplomaticam examinat

AUCTORE J. P.

quam dein Mabilio perfecit.

16 Argumentum idem abundantiore Diplomatum copia adjutus, repetendum sibi ab ovo sumpsit vir clarissimus Joannes Mabilio; annoque post editos tres primos Maii nostri tomos, a partu Virginis MDCLXXXI, regiæ molis ac majestatis volumen edidit, tabulisque grandibus et elegantibus LXX instruxit. Ita perfectum undequaque opus, cui primus omnium viam Papebrochius aperuerat, publicam lucem aspexit. Exstat prædicti Mabilionis epistola jam pridem in Responsionibus Papebrochii impressa, in quibus videre est amicissimum doctorum simul ac modestorum virorum certamen, non fictis laudibus mutuo se prosequentium. Eam tamquam ad præsens institutum accommodatissimam tacitus hic præterire non possum. Ita sonat:

Hujus ad illum epistola

17 *Nobis ex itinere Germanico reversis, reddita est epistola tua, in qua, quid de opere nostro diplomatico sentias, sincere exponis. Ego vero satis mirari non possum tantam in insigni eruditione modestiam, cujus exemplum vix ullum illustrius reperire licet. Quotus enim quisque eruditorum est, qui in litterario conflictu victum se agnoscat, et agnita veritate priorem sententiam incunctanter deponat, atque id palam omnibus testatum velit? Tu vero facis ultro, et tam amice, ut, si aliunde te non nossem, statim intimo amore complecterer. Sic non tibi sufficit doctrinæ et eruditionis primas tenere, nisi etiam primas assequare modestiæ. Utramque tibi palmam deferimus, adm. Rev. Pater. Neque hæc mei solius sententia est, sed etiam eorum omnium, quibus litteras tuas tuo jussu ostendi. Alii nimirum tuam eximiam humanitatem, alii modestiam et humilitatem, omnes insignem tuam eruditionem deprædicabant.*

laudum plena,

18 *Sed vereor ne, dum hæc fusius prosequor, mihi de tua confessione ingenuosissima abblandiri videar. Absit hæc a mente mea cogitatio, ut de tua modestia ego ipse superbiam. Imo vero id ita animo reputo, si quid in opere nostro dignum tua, publicave æstimatione invenitur, non tam ex ingenii nostri conatu, quam ex monumentorum copia et facultate æstimandum esse. Verum quidquid illud est malim esse modestissimæ epistolæ auctor, quam cujusvis operis vanus ostentator. Tu vero, Vir piissime, Deum precare, ut qui tui in Actis Sanctorum illustrandis imitatores sumus, etiam in consectanda Christiana humilitate socii esse mereamur.* In hanc sententiam V. C. Papebrochio rescripsit anno MDCLXXXIII, XII Novembris. Quis in re diplomatica tantopere vicerit, non est hujus loci disquirere. Norunt eruditi postremas in hoc litterarum genere cum nostro doctissimo Germonio concertationes.

reddit ad [illegible] tractatum

19 Epistolæ, quam Papebrochius ad Mabilionem dedit, nullum apud nos exstat exemplar. Sed cujusmodi fuerit non obscure colligere licet ex Responsionibus ad Articulum XV, ubi ipse Papebrochius haud absimilem putat fuisse Protestationi illi, quam exhibet Propylæum Maii in præfatione, et ita se habet: *In hoc, si scopum non attigero, alterque feliciori id faciens successu, meos si quos invenerit errores corrigat; adeo non feram id ægre, ut cum animi gratulatione successori cessurus ei palmam sim; eademque promptitudine illi assurrecturus, qua eruditissimi patris Joannis Mabillonis* de re diplomatica *opus excepi, et postquam legeram approbavi; licet in non paucis contrarium eis, quæ in argumento eatenus intacto, optima quidem voluntate, sed impari ad rem tantam instrumenti necessarii copia, obiter delibavi, occasione Trevirensis cujusdam fragmenti. Quamvis enim istud scriptum ver-*

sum

AUCTORI J. P.

sum sit lucubratiuncula prædicta, assentiente ipsomet Mabillonio, ad lucem tamen dignioris istius justique operis illa sic mihi ipsi viluit, ut in ea nihil fere amplius inveniam quod placeat, quam quod ex dubiis istic a me fortuito motis tam insignis Commentarius nasci potuerit ab eo, qui rem ex professo pertractarit.

20 *Equidem sic existimo, neminem turpiter vinci, ubi gloriosum fuit certare, si tamen certasse dici possim cum alio, quam cum ipsius argumenti obscuritate originaliumque diplomatum defectu, nemine tum adhuc invento, qui speraret inveniri aliquam methodum posse, ad veri falsique discrimen faciendum inter diplomata vetera; et si constaret multa esse inter ea sublestæ fidei, saltem quoad historiam, pro qua sola satagebam. Libenter interim restituo San-Dionysiano archivio, quam læsisse inconsultius videor, reverentiam; sub ea, quam Mabillonius offert cautela, ut quædam istic inveniri non negentur vel omnino falsa vel interpolata, vel dubia, tum primæ tum secundæ stirpis, etc.* In hac epistola luculentissime se prodit et non fucata Papebrochii docilitas, et genuinus animi candor in tribuendo suum cuique, et sincera veri inquisitio sine ulla sententiæ obstinatione aut pertinacia. Habes, amice lector, quantum in mense Martio, diplomaticæ in perscrutanda rei antiquitate operæ studiique posuerit P. Daniel. Nunc cognosce ea, quæ Aprilem spectant.

CAPUT IV.

Quantum contulerit Papebrochius ad editionem mensis Aprilis, primo tentatam tum Antverpiæ tum Amstelodami, dein Antverpiæ publicatam.

Nec vero segnius institit Papebrochius per annos duos solidos cœptum opus urgere, atque id agere unice, ut Aprilem mensem et prælo maturaret, et avidissimis virorum litteratorum studiis votisque porrigeret. Cum ecce tibi, meditatum operis cursum nova difficultas retardavit. Expedierant Meursii typis suis Antverpiæ menses, Januarium ac Februarium et Martium. Quando autem excudendus eis offertur tomus primus Aprilis, illi detrectare, et rationes allegare ob quas incepto desisterent, prout pluribus narratur in vita Henschenii, num. XXI. Oblata item fuit Antverpiæ aliis typographis illa sparta, nemo tamen quisquam inventus ibidem fuit, qui id negotii vel admittere vellet, vel auderet. Causabantur impedita commercia, et cetera id genus.

Operis impressio

frustra tentata Antverpiæ,

22 Proin, quoniam supererant non pauca in memorato mense, totusque pene tomus tertius perficiendus restabat, suspensa tantisper fuit, impressio, donec tomi omnes omnibus suis partibus constarent. Id quod gnaviter est factum. Interea fama vulgaverat in Hollandia ultimam Aprili impositam esse manum. Nec mora Joannes Blavius Amstelodami elegantissimis typis, et opere geographico, in volumina undecim sub nomine Atlantis distributo, perquam notissimus, ultro operam addixit, nihil æque cupiens, ac novam, quam moliebatur ingentibus impensis, typographiam, præclaro quodam opere nobilitare. Placuit obsequium Henschenio; et quamvis ægre jucundissima Papebrochii consuetudine, et utilissima studiorum laborumque vicissitudine careret, eum tamen a se in Hollandiam dimisit, in Autumno MDCLXXI, ad tempus aliquod, dum ipse interea ad Maium se accingeret.

Amstelodami

23 Rei progressum, quoad potuit, ibidem maturavit P. Daniel; institit, ursit opportune importune. Tres circiter menses actum est nihil. Illud commodi diuturna hæc mora Papebrochio attulit, ut Ephemerides Moscorum et Græcorum, thesaurum in hisce partibus hactenus abstrusum detexerit summo eruditi orbis bono, de quo paulo post recurret sermo. Jam sudabant præla, sed res tota fuit disturbata per subitam fabricæ novæ deflagrationem, ut diffusius narratur in vita jam sæpe citata, num. XX. Ceterum singulari Papebrochii curæ acceptum referimus, quod mitissime in autographa nostra ignis sævierit. Nam simul atque folium aliquod e prælo prodierat, illud mox ad se deferri curabat autographi loco penes se asservandum. Domum igitur reversus, infecta re, nihilo plus opportunitatis ibidem nactus est post reditum, quam ante discessum. Quamobrem tam ipsi, quam P. Godefrido, concilii incertis, placuit alterius item anni spatium interjicere. Donec tandem diuturnæ cunctationi finem Deus attulit, patrocinante, ut pie credimus, S. Francisco Paulano, cujus Acta operose jam illustrata et prælo proxima, potiorem secundæ diei partem constituere debebant.

tandem cœpta,

incendio disturbatur.

Patrocinante S. Francisco Paulano,

24 At enim Papebrochius qua longioris moræ impatiens, qua tædio victus, qua continuis amicorum undecumque urgentium querelis, pene dixerim convitiis, fatigatus, præfata Sancti opem enixe imploravit, et orante illo atque exorante, voti compos factus est. Quippe præter exspectationem suapte sponte se obtulit Michael Cnobbarus, idque, quod mireris, alienissimo tempore, tum videlicet, cum duobus aliis voluminibus cudendis distinebatur. Nihilominus eo rem deduxit, ut infra biennium, hebdomadibus aliquot citius quam promiserat, totum mensem Aprilem, tribus prægrandibus tomis constantem, in lucem dederit; ad tam inusitatam rei accelerationem omnibus urbis Antverpiensis typographis stupore defixis. Plura legere est in vita Henschenii, num. XXIV. Sed quid Papebrochius contulerit ad editionem mensis Aprilis satis expositum videtur; sequitur ut ea persequar, quæ ad primam partem Maii spectant.

Aprilis excuditur tribus tomis

CAPUT V.

Quam impigre insudarit ad edendam primam partem Maii, tametsi cum morbis gravissimis, diu multumque luctatus.

Proximus, ab Aprili mense edito, Papebrochii labor fuit apposite explanare Ephemerides Græcorum et Moscorum. Has magnis sane impensis in æs incidi curavit; illas ligato Græcis numeris sermone expressas, latinis versibus reddidit; utrasque cum aliis exemplaribus collatas emendavit et castigavit. Et quia tabellæ Ephemeridum, in quas primo Amstelodami inciderat erant coloratæ, seu obscuratæ potius, quam pictæ aut illuminatæ; ut omnis erroris ansa tolleretur, et singulæ lineæ, ductus, apices, puncta quam distinctissime possent discriminari et internosci, nova exemplaria pura nulloque colore tincta, ex Moscovia et Russia lubens accepit; quorum adminuculo

Post Ephemerides Græcorum et Moscorum explanata

miniculo primam ideam, quam Amstelodami pridem quasi palpando in multis, ac divinando designarat, secundis curis Antverpiæ perpolivit, eo successu, ut speciminis gratia unus alterve mensis orbis eruditi conspectui expositus, publicam tulerit approbationem. Hæc ego more meo brevissime. Alia, quæ rem circumstant, inveniet lector ante tomum primum Maii.

convalescit

26 Hoc munere perfunctum anno MDCLXXV mense Junio gravissimus morbus corripuit; valetudinis recuperandæ fuit exspes, et a medicis depositus, et bis in extremum discrimen adductus. Porro morbus ille pertinax per sex omnino menses tenuit, et institutum Maii cursum magnopere retardavit. Tandem, redintegrata valetudine, Papebrochius sedulam manum operi interrupto rursum admovere cœpit; tamque impigra navata est opera partim a Papebrochio, partim ab Henschenio, qui ab octogenaria ætate prope aberat, ut ante anni MDCLXXVII initium, mensis Maius prælo committi potuerit. Jamque prospero cursu provehebantur tomus primus et secundus, quando rerum humanarum moderatori Deo visum fuit felici eorum progressui novas difficultates, easque sane gravissimas objicere. Etenim anno MDCLXXVIII in autumnum vergente, fatalem prorsus urbi Antverpiensi aer vitiatus et infectus intulit intemperiem. Unde ignota morbi species nulla medicorum arte curabilis, per omne genus hominum longe lateque sine discrimine personarum, sexus, ætatis misere grassari cœpit, et tam pauperum tabernas, quam magnificas divitum domos æquo pede pulsavit, ac viduavit; usque adeo ut permagnum incolarum numerum intra bimestre absumpserit.

Iterum anno 1678

grassante per urbem fatali lue

27 Qua tempestate egregie se probavit nostræ Professorum domus Antverpiensis Apostolica caritas, et heroica prorsus animi magnitudo, quibus factum est, ut nulla non diei noctisque hora iis, qui cum fatali malo conflictabantur, aures judices accomodarent, piisque hortationibus eos ad extremam luctam et felicem æternitatem compararent. Numerabat præfata domus professorum intra dies octodecim funera duodecim Sacerdotum, et non tam referebant religiosam familiam suorum, quam morbidorum nosocomium. Acciti Lira ex tertia probatione, Mechlinia, Lovanio novi operarii, qui succinturiati, ut ita loquar, eorum, qui non indecoro pulvere sordidi ex acie decesserant, partes, animos, caritatem, virtutes implerent. Nec vero in publica et communi hac calamitate, quamquam incredibili promovendi Sanctorum Acta cupiditate flagraret, Papebrochius operam suam desiderari passus est; sed in laborum Apostolicorum partem venit, ægrorum spes, morientium solatium, huc illuc inter utrosque apostolico fervore discurrens, ut pro fratribus suis animam poneret.

28 Verum dum eadem laboris perfunctio, idem spiritus, eadem heroica caritas Danielem urgebat, eadem quoque morbi vis illum invasit. Quid tum postea? Auctore, comite, duce P. Henschenio Lovanium discedit, periculum facturus num mutatio aeris cum salubriore ac temperatiore cœlo, opis quidquam ac solatii afflictæ valetudini esset allatura. Sed exiguo fructu; malum quippe adeo penitus se insinuaverat, ut pedetentim proserpens extrema omnia minitaretur, et spem omnem vitæ longioris præcideret. Quis hic calamo exprimat, tenerrimos P. Henschenii affectus? Quis suavem quamdam Deo ac Superis illatam vim? Quoties pro tam caro capite, tam Actis Sanctorum prosequendis necessario, suum ipse devovit caput! Quoties in has aut similes erupit voces: Quis mihi det, o dilecte pater Daniel, o pars magna et melior mei, ut moriar pro te? Servate, servate, o Sancti, patrem Danielem, et sufficit mihi; eripite ex periculo vestrum præconem. Hoc sospite, sospites erunt Sanctorum Annales, stabunt incolumes, ac florentes vigebunt.

Henschenii,

29 Sic ille affecta jam ætate, nec siccis, ut crediderim, oculis, cœlum noctu diuque incensis votis fatigabat. Annuit Numen boni senis, annuit aliorum desiderio, qui Mechliniæ imprimis sollicita prece magnum Indiarum Apostolum, innumera prodigiorum multitudine illic celebratissimum, pro incolumitate P. Danielis invocabant. Compressa quidem mali vis, et parcitum etiam hac vice Papebrochio fuit; sic tamen ut propulsato mortis periculo, hæreret in visceribus pertinax ac violenta febris. Quamobrem veritus, ne id quod res erat, ob longam illam moram lentius procederent Acta Sanctorum, deliberatum habuit propriis precibus convenire magnum Thaumaturgum, quem tam benignum et propitium habere cœperat alienis.

precibus

30 Nec frustra; nam pulsa intra quatriduum febri, eas debilitato corpori vires restitui sensit, quæ sufficerent ut a tertia post prædicti Thaumaturgi festum die, et omnibus hanc consecutis, ab ortu solis ad meridiem, facere ad aram, canonicas preces persolvere, familiares conferre sermones, res quasdam utiles conscribere, ac levioribus nonnullis curis vacare potuerit. Quas inter ex arida licet et affecta vena carmen eucharisticon fluxit non inelegans, pium sane, et erga Sanctos sospitatores omnes, ac magnum præsertim Franciscum Xaverium grati ac memoris animi significatione plenum. Illo pangendo noctium fallebat insomnia, quæ febricula tunc ipsi afferebat. Nihil hic moror insulsum sycophantam, qui pro sua carpendi libidine, edito clam famoso libello, inter alia pium magis quam eruditum poemation petulanter ac proterve arrodere non dubitavit. Nunc ad propositum revertamur.

31 Papebrochius confirmatis paulatim viribus sibi restitutus, una cum Henschenio Antverpiam repetiit XI Februarii anni subsequentis MDCLXXIX. Interea, dum rebus majoris moliminis attendere vixdum per vires licebat, Museum Hagiographorum in meliorem ordinem distribuit, assignata cuilibet scriptori sua cella. Placuit autem Moderatoribus e Mechliniensi nostro Gymnasio, ubi juventutem amœnis Musarum studiis imbuebat, evocare P. Conradum Janningum, uti operam accommodaret ad utricem in vulganda prima Maii parte, septem jam mensibus retardata; ac dein succederet in locum P. Henschenii, qui ob ingravescentem ætatem, brevem vitæ summam numerabat. Et vero tam impensis curis res promota fuit, ut eadem prima pars, quæ tribus primis tomis absolvitur, lucem publicam aspexerit anno MDCLXXX sub auspiciis celsissimi principis Ferdinandi Furstenbergii, episcopi Paderbornensis, ac Monasteriensis, artium et scientiarum pene omnium munificentissime Mæcenatis. Sed brevitatis studio lectorem remitto ad vitæ Henschenianæ numerum XXVII, ubi plurima, quæ huc pertinent, tractata inveniet.

Maii partem

CAPUT IV.

AUCTORE J. P.

CAPUT VI.

Iter Paderbornense. Secunda et tertia pars Maii, non minore sedulitate deproperatæ.

Ferdinandi Furstembergii

Prima Maii parte typis vulgata, cupidissimæ eruditorum exspectationi videri poterat factum satis, cum celsissimus Ferdinandus jam laudatus, Papebrochium ad se, in Westphaliam amice atque honorifice evocavit. Nimirum id agebat sedulo princeps litterarum amantissimus, ut omni sublato impedimento, pars Maii proxima absolveretur quam diligentissime, eoque Papebrochium, suapte sponte satis stimulatum, paterna benevolentia, et effuso liberalitatis ac beneficentiæ sinu fortiter et suaviter urgeret. Enimvero ex optatissimo Papebrochii conspectu, multum recreari visus fuit optimus Princeps, quantumvis acerbis juxta ac diuturnis calculi doloribus miserrime conflictaretur. Et singulari hospitalitatis demonstratione excepit ipsum una cum comite suo P. Conrado Janningo mense Septembri, anni MDCLXXX, et in palatio suo Nihusii per octiduum detinuit: atque interea deduci rheda jussit ad celebre monasterium Bodecense, ut examinaret coram, num quid ibi e re Sanctorum in codicibus antiquis superesset (multa enim inde transmissa ad nos jam pridem fuerant a P. Gamantio Societatis nostræ). Invenit autem nonnulla, quæ cum Socio suo descripsit, atque huc attulit.

hospitalitas

et munificentia

33 Gaudebat Princeps inventis, et tomos sibi ac Fratribus illustribus inscriptos re ac spe liberalissime remuneratus, equis sejugis honoris causa deferri jussit ambos Monasterium bidui itinere. Hic invenerunt litteras, quibus nuntiabatur Henschenium paralysi correptum esse. Nec mora, postridie mane profecti, Cosveldiam venerunt vespere; hinc post biduum Embricam: quia autem postremum itineris tractum, trium milliarium longitudinem numerantis, pedites absolvere debebant, si portas urbis vellent contingere, oppido sane lassi fuerunt ambo; præsertim Papebrochius, qui ingressus collegium, quod illic habet Societas, nec cibum nec potum præ defatigatione admittebat. Postero die aliquantum sibi restitutus perrexit Ruremundam; hinc Antverpiam, ubi senem optimum, id quod cupidissimis votis optaverat, non tantum in vivis, sed meliuscule etiam habentem invenit.

Henschenium

34 Dein ob tibiarum debilitatem nosocomium tenenti P. Godefrido, una aderat frequens, et solitudinis ejus tædia levabat, nunc simul de progressu operis consilium conferens, nunc relegens ea, quæ prælo paraverat, nunc quædam etiam coram eo digerens, nunc alia ipso dictante ex originalibus membranis transcribens. Jam vero cum ad elucubranda majoris moliminis Acta Henschenio vires non suppeterent, auctor ei fuit, ut quod liberum deinceps duxit a morbo tempus, ad extremum pene vitæ diem, in rem communem impenderet, vastissimamque et longo usu comparatam in materia Martyrologica notitiam pro Januarii ac Februarii supplemento, et ultimo semestri exerceret, atque utilissimam posteris successoribus in re adeo implexa et abstrusa facem præferret.

debuem.

parce occupans Papebrochius,

35 Sic Henschenius levioribus occupabatur curis, et grandioris operæ Actis vix quidquam afferre opis poterat. Operosiores vitas Papebrochius sibi reservabat, digerebat, illustrabat, et præcipuam operum molem ferebat solus. Ad quod accedebat illud incommodi, quod præla Cnobbariana duobus aliis voluminibus distinerentur, quibus totius Brabantiæ consuetudines, et jura municipalia erant evulganda. Id causæ fuit quod opinione tardius progressa fuerint Acta; et pro toto Maio, non nisi secundam Maii partem, in duos divisam tomos, edere potuerit MDCLXXXV; et reliqua, quibus opus per moram accreverat, in commodiora tempora reservare. Interjecto trium annorum spatio tertia Maii pars, complexa tomum sextum et septimum, publicam lucem aspexit anno MDCLXXXVIII.

operosiora sibi servat

Prodit tertia Maii pars

CAPUT VII.

Variæ difficultates superatæ ante editum Junium.

Currebat ab edita ultima parte Maii annus quintus, et a morte P. Henschenii duodecimus; jamque Junio mensi ad prælum venire gestienti, moram objecit et novi typographi deligendi necessitas, sublato e vivis Michaele Cnobbaro, et afflictis attritisque diuturno bello Belgii rebus, interclusa undique cum exteris nationibus commercia. Ad jam nota operis locupletandi documenta, accessit ex Æthiopia Hagiologium stylo ligato expressum; quod licet haud antiquiorem seculo XIII ætatem præferret, ex vetustissimis tamen erat Coptarum et Habessinorum Synaxariis derivatum. Proinde non minus copiosa utriusque gentis Martyrum et Confessorum ex eo sperabatur accessio, quam e similibus Græcanicæ ecclesiæ monumentis hactenus prodierat.

Junium retardant typographi delectus,

nova documenta.

37 Accedebat eo, quod aliquantulam temporis intercapedinem merito sibi vindicaret S. Norbertus, in cujus pertexendis Actis, præsertim in tanta copia instrumentorum, a celeberrima abbatia Ordinis Præmonstratensis, S. Michaelis dicta, large effuseque suppeditatorum, minime parcum se aut jejunum præstare volebat Papebrochius, sed viro de patria sua Antverpiensi difficillimis perniciosæ hæreseos temporibus longe meritissimo, atque hanc ob causam Antverpiensium Apostolo nuncupato, in grati animi tesseram, studium quam poterat impensissimum navare. Itaque non modo datæ a se vitæ analecta adjecit, historiam translationis addidit, corollarium attexuit Norbertinum de institutione Archiepiscopatus Magdeburgensis, et primis ejusdem præsulibus non interrupta serie usque ad S. Norbertum; sed præter singula a prædicto fundatore suscepta erectave loca, corollario curiosissimo intuendam posteritati exhibuit ecclesiam et abbatiam S. Michaelis Antverpiæ, a S. Norberto admissam, et ad hoc usque tempus constanti tenore florentissimam; nec non corollarium tertium annexuit, de tribus aliis abbatiis, Averbodiensi, Tongerloana, ac Middelburgensi, quæ ex præfata S. Michaelis abbatia, tamquam ex matre, originem ducunt.

Actorum S. Norberti

copiosa locuplatati

38 Res tota elegantissimis tabellis æneis instructa prodiit, sumptus suppeditante Reverendissimo atque Amplissimo Domino Joanne Chrysostomo Teniers, cœnobii prædicti abbate, cujus munificentiam iterata beneficii commemoratione et agnoscimus et veneramur. Suam quoque partem

tem

et Actorum vindiciæ.

tem temporis vindicabant opuscula apologetica P. Conradi Janningi pro Actis Sanctorum scripta, quibus nervose et modeste adversariorum objecta refutavit. Nec leves Actis Sanctorum moras interposuerunt Papebrochii Responsiones, quibus et se et opera sua strenue vindicavit. Hæc paucis dabo capite proximo.

CAPUT VIII.

Accusationes in Belgio et in Hispania contra Papebrochium et Acta Sanctorum, quibus interrupto opere respondere compulsus est.

Hactenus secundo flumine, ac placidis zephyris provehebatur Opus nostrum; sed ecce tempestas, quam tot procellæ jam ab annis facile quindecim prænuntiarant, hoc denique anno MDCLXXXXIII in apertum erupit. Nam post vulgatos sparsosque libellos non paucos, cordati scriptoris, ne quid gravius dicam, calamo indignos, adversus Papebrochium et Acta Sanctorum, quorum fluctus tacendo is fregerat, virorum complurium doctorum suasu et hortatu; visum tandem fuit amico, qui auctoritate apud suos valebat plurimum, procudere librum, cui titulum fecit: ***E**xhibitio errorum, etc.* Merita ejusdem libri facile hic patior sileri, tum quia alias de eo satis; tum quia Papebrochius, et pro sua persona et pro Actis Sanctorum tam cumulate respondit, ut amico adversario nihil debuerit, quod cum fœnore non persolvit. Et vero post tot et tam acerbas accusationes, sua Papebrochio, sua Actis fama apud litteratos omnes permansit. Quin imo rebus probata adversis, fulsit splendidius, micuit pulchrius, gloriosius triumphavit.

[illegible] probata,

cum laude Papebrochii

40 Etenim singulis accusationum capitibus, singulas Papebrochius opposuit responsiones, re nulla omissa, nulla dissimulata, sed solide et erudite objecta omnia refutavit, ea per universam Europam approbatione, ut in tantilla responsionum mole, vastissimæ scientiæ medullam contineri, doctorum passim omnium non minus sit consentiens et pervulgata, quam vera vox; neque ullam e tot viri lucubrationibus esse laudem ampliorem, præter eam, quam Responsionibus suis consecutus est; quæ ardentissima aviditate desideratæ, et incredibili celeritate distractæ sunt, summoque omnium plausu ac gratulatione exceptæ. Dein iteratis typis brevissimo tempore recusæ, lectoribus quibuslibet studio partium vacuis mirifice placuerunt. Et sane (dabit, spero, veniam lector meæ prolixitati) in his vir septuagenario major, animosa multarum rerum scientia, exactaque judicii lima instructus, non pauca, quæ latuerant hactenus, e tenebris eruit, plurima illustravit nova luce, nonnulla correxit; ubique, quod mireris, in tanta, tam varia, tamque atroci criminationum farragine, semper usus placido calamo, oratione, ac stylo.

conducantur

41 Neque Belgii finibus contineri potuerunt criminationes adversus Papebrochium, et libros ejus; sed ad sacram inquisitionem Toletanam delatæ fuerunt; unde emenso Oceano ultra anni solisque vias pervagatæ, suum quaquaversum virus evomuerunt. Miris enimvero machinis inducta fuit prædicta inquisitio ad edendum decretum Catholicis auribus horribile, quo tomos omnino quatuordecim de Actis Sanctorum, ex sola accusantium vel ignorantia vel invidia, acerbissima censura confixit; de qua Sanctissimus Dominus Innocentius XII in primo Janningi ad ipsum ingressus exclamabat Italice: *Fiera censura!* Bolum tam durum tacitus huc usque decoxerat Papebrochius; judicavit, tacere se (quandoquidem turpissima hæreseos nota scriptis suis erat inusta) diutius nec debere nec posse sine crimine, et Societatis Jesu infamia; potissimum cum de ea, ut legitur in horis canonicis, *constans fuerit omnium sensus, etiam Pontificio confirmatus oraculo, Deum sicut alios aliis temporibus Sanctos viros, ita Luthero, ejusdemque temporis hæreticis, Ignatium et institutam ab eo Societatem objecisse.*

Tempestas Hispanica

AUCTORE J. P.

42 Hæc potissimum ratio eum impulit, ut responsiones ederet, de quibus supra. Interim ut libros quatuordecim tam gravi vulnere notatos ab omni infamia liberaret, nihil officii prætermisit; verum tum Latine proprio marte, tum Hispanice alieno, se suaque, prout par erat, strenue defendit. At neutra lingua audientiam sibi fecit in sacra inquisitione, causante decretum quoddam vetus, anno MDCXXXIV latum, adversus libros et scripta, quibus Religiosi quidam mutuo se insectabantur. Quod decretum in eum finem innovarunt. Ceterum censuras libris ac personæ suæ inustas purgare jussus secreta apologia, idiomate Hispanico exarata, atque id facere exorsus anno MDCLXXXXVII mense Martio, nihil anno toto responsi tulit. Binos item diverso tempore libellos supplices dedit ad summum quæsitorem Hispaniæ, et quam potuit obnixissime institit, ut ne gravaretur assignare propositiones hæreticas, quas censura asseverabat in libris suis contineri; quo publice eas revocaret, publice damnaret, si nullam explicationem sanam et Catholicam paterentur. Ecquid peti, ecquid concedi honestius et æquius poterat? Nihil Papebrochius promovit, nihil responsi obtinuit. Nunc alias in hac materia difficultates persequamur.

responsiones

et apologias extorsit.

CAPUT IX.

Accusationes Romæ iterantur. Quo successu.

Inter hæc censebant accusatores e re sua esse, ut ex Hispania, ubi negotium successerat adeo feliciter, criminationes suas Romam deferrent, et ibidem redintegrarent cum pari successu. Quocirca nihil intentatum reliquerunt. Comperta re (in Hispania quippe, ut diximus, clam peracta erant omnia) jussus fuit Janningus noster eo proficisci, uti propius inspiceret quid rursum illic accusationis cuderetur; præsertim cum viri, pietate ac eruditione insignes, vix adduci possent ut crederent tentari isthuc posse.

[illegible] Romam [illegible]

41 Itaque SS. Simonis et Judæ Apostolorum festa luce Romam ingressus, nihil habuit antiquius, quam ut conveniret tum Eminentiss. Cardinales, tum doctissimos delatorum tomorum Revisores. Expiscatus proin ex aliis atque aliis, quid potissimum displiceret (nemo enim quisquam mentionem faciebat propositionis ullius hæreticæ) libellum supplicem confecit, quo præcipua, quæ minus placere nonnullis intellexerat, capita explanavit, et singula libelli exemplaria Cardinalibus singulis porrexit, eo operæ pretio, ut in proxima congregatione, die X Decembris ejusdem anni, conditum sit decretum, quo tomis

[illegible] P. Jan[illegible]

feliciter.

AUCTORE J. P.

accusatis cautum abunde fuit a graviore censura. Janningo insuper asseverarunt rerum gnari ac periti, secure et secluso de agitandis imposterum metu, reverti ipsum posse in Belgium, ubi luberet, et studia resumere.

45 Decretum illud procul dubio delatoribus quoque innotuerit; atque id causæ fuerit, quod desperata Romæ librorum alienorum condemnatione, quam tanto urserant opere et conatu, generosos animos suos converterint, ut rebus propriis consulerent; peterentque a summo Pontifice seculi proxime elapsi anno XCVIII decretum silentii, evulgatum Romæ XXV Novembris ejusdem anni, sub hoc titulo : *Præceptum silentii perpetui, nomine totius sacri Ordinis.... iterato petitum a Reverendissimo P. Joanne Feyxoo de Villalobos, ejusdem Ordinis Priore Generali, etc.* Quod præceptum quanto urserant ardentioribus studiis edendum, tanto minus suis placuit editum. Papebrochius vero illud sic accepit, ut gratulabundus sibi applauderet, quod tandem auctoritate summi Pontificis, de antiquitate, delatoribus tam cara, sibi liceret tacere, id quod ab initio controversiæ per annos XXV et amplius ab amicis ipsis amicissime exorare hactenus non potuerat.

Decretum silentii quibus displicuerit.

CAPUT X.

Gravissimo Papebrochii morbo opus retardatur. Quam sincere catholicum ille se comprobarit.

ANNO MDCCI Papebrochius violenta febre correptus, et sensim in extremum vitæ discrimen adductus fuit. Proin sacris, quæ ad expiandum roborandumque animum hoc temporis articulo pertinent, magno cum pietatis sensu perceptis, in singula momenta decretorium mortis ictum exspectabat. Prius tamen quam e vita migraret, instrumento authentico et publico, Urbi et Orbi facere palam voluit, et moribunda manu consignare spiritum vere docilem, sincere obedientem, a contumacia prorsus omni et pertinacia, atque adeo ab omni omnino hæreseos suspicione alienum.

Papebrochius moribundus se probat Catholicum.

47 Instrumentum hoc, quoniam ad propositum non mediocriter conducit, et deliberatissimum ultimæ voluntatis in materia adeo gravi decretum complectitur, placuit hoc loco integrum subnectere, quod non invitus, ut spero, lector accepturus est. Ita sonat :

publico instrumento

ULTIMA VOLUNTAS

P. DANIELIS PAPEBROCHII

e societate Jesu presbyteri

ad sanctissimum Dominum nostrum Clementem XI Pontificem Romanum.

hujus tenoris.

EGO *Daniel Papebrochius, e societate Jesu Presbyter indignus, postquam quadraginta duos circiter annos, labore, possum dicere, assiduo, æstimatione vero, pro vario hominum genio, diversa, plerisque laudantibus, aliis, ut fit, criminantibus, impendi Actis Sanctorum illustrandis; vocante me nunc Domino ad societatem, ut confido, eorumdem Sanctorum suorum, illud unum in terris adhuc desidero, ut meo nomine supplicetur æquitati sanctissimi Domini nostri Clementis Papæ* XI *ut quod vivus ac valens pridem iterato petii ab Innocentio* XII *Decessore ejus, ipse nunc tandem non deneget mortuo.*

48 *Petii autem ab Innocentio* XII, *ut pro auctoritate sua super Ecclesiam universam, dignaretur mihi indicare, aut per inquisitionem Hispaniæ indicandas mandare Propositiones hæreticas, quas meis in libris illa damnavit anno* MDCXCV *uti tales; ut ego, si quid hæreseos ignarus scribendo forte commisissem, id sciens volens retractando emendare possem; aut si prædicta inquisitio Hispana propositionem hæreticam exhibere in libris meis non posset ullam, e decreto suo saltem eximeret terminum* hæreseos, *suæque pariter, ac meæ famæ eximendo consuleret.*

Ejus docilitas,

49 *Id ipsum peto nunc, morti vicinus, et justo judicii Deo rationem actorum a me omnium redditurus propediem, a sanctissimo Domino nostro Clemente prædicto, ut mortuo saltem præstare dignetur quod vivo hactenus non licuit obtinere. Catholicus vixi, Catholicus mori volo per gratiam Dei, et jus habeo, ut Catholicus quoque moriar in opinione hominum. Hoc autem obtineri non poterit, quamdiu Decretum inquisitionis Hispaniæ videbitur justo judicio editum, ac publicatum esse, et ego ibidem legar in libris meis propositiones hæreticas docuisse, ac propterea damnatus esse.*

cura boni nominis,

50 *Ceterum uti omnibus, qui totis quadraginta duobus, quos dixi, annis, opem mihi ad illustranda Sanctorum Acta, quoquo modo tulerunt, gratias ago immortales, interque illos, jam olim in Martino nostro a me laudato, tum pene adhuc puero, sed Græce docto, Joanni Francisco Albano, nunc sanctissimo Domino Nostro ; ita illis, qui me, veritati in rebus obscuris aliquid afferre lucis conatum, quomodocumque læserunt, veniam lubenti animo concedo, et ex charitate Christiana ignosco omnibus. Et appositum est signum Patris Danielis Papebrochii per modum Crucis* ✠

gratus et ignoscens animus,

51 *Infrascripti testamur, nos eodem die duodecima Novembris hujus anni* MDCCI, *quo extremis sanctæ Ecclesiæ Sacramentis, Eucharistia videlicet, atque Unctione munitus fuit, ab octiduo tum æger e febri, et lecto decumbens, Pater Daniel Papebrochius; ei adfuisse sub horam octavam vespertinam vocatos et rogatos, ac comperisse virum perbene compotem mentis, sensuumque omnium, excepto visu, cujus usum jam fere a triennio cæcutiens, obducta oculis catarracta, sic perdiderat, ut scribere per se non posset.*

coram testibus

52 *Testamur insuper, nobis præsentibus, audientibus et videntibus, eidem clare ac distincte prælectam fuisse totam scripturam ab ipsomet præconceptam et conscribi jussam, quæ hic præmittitur, atque incipit :* Ultima Voluntas Danielis Papebrochii, etc., *ipsim vero auditis et recognitis omnibus, declarasse expressis verbis, illam revera voluntatem suam esse, et in signum veritatis, crucem* ✠ *ei subscripsisse manu propria, per alienam modice directa. Ita testamur.*
Antverpiæ decima tertia Novembris MDCCI.

Isaacus de Bruyn, *Præpositus Domus Professæ Societatis Jesu Antverpiæ.*
Bruno Moustier, *Minister Domus Professæ ibid.*
Carolus Claesman, *Sacerdos Societatis Jesu ibid.*
Franciscus Baertius, *Sacerdos Societatis Jesu ibid.*
Conradus Janningus *Societatis Jesu Sacerdos.*
Joannes Franciscus Bruyns.

subsignatis

et Notario Apostolico,

53 *Et ego* Nicolaus de Riemer, *Presbyter et Notarius Apostolicus, et per Concilia, privatum et supremum suæ Catholicæ Majestatis in Brabantia admissus, Antverpiæ residens, declaro et attestor, me omnibus et singulis interfuisse, dum hæc ita fierent atque agerentur ad lectum Reverendi Patris Danielis Papebrochii præfati, mihi ab annis noti; qui quidem Papebrochius, me præsente et stipulante, quæ* XII *Novembris* MDCCI *acta sunt, approbavit, et signaturam ratificavit.*

declarantur

54 *Acta sunt hæc Antverpiæ decima tertia Novembris* MDCCI, *et eodem die subsignarunt suprascripti, præsentibus ibidem Reverendis Dominis* Joanne van Can, *et* Melchiore Ignatio Stuyck, *Presbyteris incolis, ad hunc actum adhibitis et requisitis. Et minuta hujus est subsignata per præfatos Reverendos Patres, et Reverendos Dominos, testes in Registro meo, tamquam Notarii, mecum. In quarum omnium fidem et robur præmissorum, etc.*

Periculum evasit etiam hac vice optimus senex præter omnium exspectationem, et e mortis quodammodo faucibus ereptus est. Existimavi equidem haud abs re facturum me, nec lectoris benevoli patientia abusurum, si longiuscule præsenti instituto inhærerem, quo sua Papebrochio contra calumnias bene multas sarta tectaque servetur integritas in materia tanti momenti, nihilque hoc loco desiderari possit, cumulatissime factum a me non fuerit satis.

CAPUT XI.

Quo ordine editi sint tomi quinque Junii.

Junio in lucem dato,

Quam gravia impedimenta progressum Operis retardarint per septem circiter annos, oculis, amice lector, usurpasti tuis. Interea temporis prodiit Junii tomus I anno MDCXCV. Illi proximus, MDCXCVIII editus est. Tertius MDCCI, cui præfixit Papebrochius tractatum præliminarem, continentem leges Palatinas Jacobi secundi, regis Majoricæ, elegantibus commentationibus, et tabellis æneis locupletatum. Huic successit tomus quartus MDCCVII. Magnam illius partem constituunt Acta S Joannis Prodromi, et Baptistæ Domini nostri Jesu Christi, in quibus ea, quæ ad ipsius conceptum, natales, prædicationem, captivitatem, causam mortis, tempus, locum, ac festum Decollationis, cultum tum apud Græcos tum apud Latinos, reliquias, earumque translationes ac inventiones, miracula, et reliqua, quæ eo faciunt, prolixa eruditione, et erudita prolixitate eruderavit, illustravit, centumque et undeviginti paginis absolvit. Duobus post annis, nimirum MDCCIX publicæ luci datus fuit tomus V prædicti mensis.

56 Præmittitur huic chronologia Patriarcharum Alexandrinorum, et appendix de Coptis et Jacobitis; rem enimvero utramque horrendis undique aculeis implexam, a Papebrochio quidem inchoatam, sed præterquam devexæ ætatis vires permitterent, intricatam, magna ingenii eruditionisque commendatione elaboravit absolvitque P. Joannes Baptista Sollerius noster. Ad calcem ejusdem tomi addita sunt Acta B. Raymundi Lulli, ab eodem auctore, pari cum labore ac laude.

post tomos 18 vulgatos

57 Atque hic post editum tomum V Junii anno demum MDCCIX metas posuit Papebrochius, postquam tomos XVIII de Actis Sanctorum pro primo Actorum semestri magna ex parte a se illustratos conspexit, tandemque ob ingravescentem ætatem Museo cedere coactus, posterioribus vitæ annis opus limavit, a se pridem horis subcesivis collectum, quod inscripsit: *Annales Antverpienses*, de quibus mox.

AUCTORE J. P.

Museo cedit Papebrochius.

CAPUT XII.

Ultimum Papebrochii opus, Patriæ suæ Annales, Studiorum assiduitas.

Annalium Antverpiensium occasio,

Extremis vitæ annis, ut jam diximus, ad Annales Antverpienses animum adjecit Papebrochius, et Φιλοπάτριδα se probavit in paucis. Ea autem lucubrationis istiusmodi fuit occasio, quam in præfatione ms. ipse recenset in hæc verba: *Tomo I de Actis Sanctorum Junii, finem impositurus cum S. Norberto, Archiepiscopo Magdeburgensi, ordinis Præmonstratensis fundatore, atque Antverpiensium post Normannicam vastationem resurgentium, Apostolo; dum rogor illius actis brevem addere notitiam abbatiæ, apud nos per ipsum institutæ, multa reperi, quæ si in ordinem annalium digererentur, posset integrari patriæ nostræ historia, a Christophoro Stella, Ludovico Guicciardino, aliisque mox nominandis, dumtaxat delibata. Verum hæc cogitantem, subinde etiam pollicentem, et multa non frustra indagantem, potior tunc urgebat cura pertexendi, et ad prælum adducendi reliquos Junii mensis tomos, quantum licuit per tentatam aliquoties graviter valetudinem, et hebescentem magis magisque oculorum aciem; hac deinde penitus sublata, cessandum mihi per annos quinque fuit a scriptura omni, donec anno* MDCCII *placuit Deo, et, quem in simili calamitate multis auxiliatum noveram, B. Aloysio Gonzagæ, ut die* XX *Julii Carolus Caron, ophthalmicæ chirurgiæ non minus felix quam peritus, jam perfectam sinistri oculi, quam vocant, catarractam, levaret; nullo quidem doloris sensu, sed cum assueta post talem curationem organi visivi debilitate. Postquam autem intra menses decem tantus adfuit oculo curato vigor, ut per me legere quidlibet, scribereque inciperem; resumpsi etiam Annales, rudi eatenus schemate adumbratos, et monumenta, quæ cæcutientibus etiam oculis numquam desieram scrutari, recognoscere atque digerere, etc.*

rudis idea

59 Habes occasionem operis. Nunc non erit injucunda lectori curioso, modica præfatæ lucubrationis, hactenus non editæ notitia, et rudis quædam idea. Hunc præfert titulum: *Annales Antverpienses ab V. C. ad A. C.* MDCC, *collecti ex ipsius civitatis monumentis publicis, privatisque, latinæ ac patriæ linguæ, iisque fere manu exaratis.* In præfatione ad lectores φιλοπάτριδας præter ea, quæ jam dedimus de occasione scriptionis, multus est auctor in contexendo recensendoque clarissimorum virorum catalogo bene longo, qui amicissima liberalitate oppido divitem veterum monumentorum thesaurum suppeditarunt, ex vetustis tabulariis depromptum, et longis plerumque studiorum ac temporum impendiis collectum, quibus certa statuitur per totum historiæ decursum, instrumentorum fides et auctoritas.

fides,

stylus,

60 Præfatur item, variare se stylum pro varietate materiæ, et huic illum attemperare. Tandem ut aliquid indulgeat puræ latinitatis amantibus, intermiscet suas quolibet tempore triumphales pompas, tum ad magnificentiam civitatis, tum ad ingeniorum præstantiam, ubertatemque commendandam accommodatas. Denique Antverpiensis urbis originem, progressum, incrementa, res memorabiles, familias patritias, ingenia, omni artium

genere

AUCTORE J. P.

genere politissima, scriptores immortalitate dignissimos, religiosam civium pietatem, munificentissimas in opera pia fundationes recenset. Ad hæc singulari luxu exstructa ædificia, qua sacra qua profana, et opum affluentiæ conjunctam urbis venustatem, et quæ non? Ab anno U. C. CCCLVIII ad MDCC ordine chronologico enumerat, orbique evulgat, quæ discant remotissimæ gentes, mirentur exteræ nationes, omnisque retro secutura posteritas intueatur. Opus profecto tanta urbe dignissimum, quam et Belgii ocellum, et gratiarum domicilium nuncupare merito licet: quam item celebratissimus Justus Lipsius urbem urbium nominasse fertur. Res tota innumeris tabellis æneis illustranda designatur. Operis editionem commodiori tempori et liberali Mæcenati reservamus.

præstantia

61 His, quæ diximus hactenus, corollarii loco visum est subtexere obiter et paucis ea, quæ ad viri ingenium, et studiorum, quam tenuit, rationem spectant. Præter tenacissimam memoriæ vim, erat in eo ingenii perspicuitas excellens, et limpida. Accedebat judicium maturum et solidum, veri tenax, non tamen pertinax. Adi infra caput XVI, ubi pluribus hoc ipsum probatum reperies. Eum porro tenebat studendi modum: solebat primo mane, peracta re divina, in Museum sese abdere, ad meridianum usque tempus, nec e statione discedere ob frigoris asperitatem, aut alia cœli aerisve incommoda; nullam item sinebat elabi particulam pomeridiani temporis, qua parcissime non uteretur.

Ingenium Papebrochii judicium, sedulitas,

62 Numquam non erat occupatissimus; numquam minus solus, quam quando solus; etiam tum negotiosus, quando otiosus esse videbatur. Jam Latinus erat, jam Græcus, jam Italus, jam Hispanus, jam Gallus, jam Belga; ad pauca ut redeam, libris prope omnibus omnia factus, quærebat, indagabat, investigabat, quo præstitutum sibi scopum, qui erat major Dei et Sanctorum gloria, contingeret. Nimirum non erat nescius illius, quod ait Mænander apud Stobæum λόγῳ κʹ·

studium continuum,

Ἁλωτὰ γίνεται ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα.

Nihil tam difficile esse, quin quærendo investigari sit. Aliquando illud quoque tempus, quod ad laxandos aliquantulum animos, familiari sermone transigitur, sua cura non vacabat. Tunc enim cum P. Henschenio aliove socio corrigendis typis, prout res ferebat, operam dabat.

63 Narravit mihi P. Franciscus Baertius noster, qui illud audierat ex ore prædicti Henschenii, integras eum non numquam traduxisse noctes in itinere Romano, quas dabat exscribendis veteribus codicibus Græcis, dum præ dolore dentium sommum capere non poterat. Qua occasione illud Jobi cap. VII effatum usurpare merito valebat: *Noctes laboriosas enumeravit mihi.* Itaque vir ad libros et pluteum quasi a natura factus, nusquam laborem vel intermittebat vel remittebat. Βιβλιοτρώκτην aut χαλκέντερον dixisses, quo cognomento alios quoque olim fuisse nuncupatos, memoriæ proditum legimus. Nimirum quia libros ob summam discendi aviditatem veluti vorarent, et ad quoscumque ac quantumcumque continuandos labores, æneo quasi essent pectore præditi.

et indefessum

CAPUT XIII.

Papebrochii fama eruditorum suffragiis comprobata.

Papebrochii præcones

Sed ne hæc e meo dumtaxat sensu deprompta videatur oratio, vel saltem non tam esse vera ac solida, quam copiosa et ornata, lubens volensque, ut opinor, lector audiet authentica testimonia, quibus planum faciam, quam non quæsitis sed sponte oblatis eruditorum virorum suffragiis comprobata de Papebrochio existimatio fuerit. Ad majorem hujus argumenti perspicuitatem, juverit distincte ac distribute in medio ponere scriptarum ultro citroque diversis temporibus litterarum fragmenta.

§ I. *Quam præclare de Actis Sanctorum et Papebrochio senserint Itali.*

Atque ut ab Italis incipiam: Antonius Magliabechius V. C., magni Etruriæ Ducis bibliothecarius, quoties ad Papebrochium aut Janningum scripsit (scripsit autem sæpissime) toties tum Operis nostri, tum Papebrochii præconem agit. Ut brevis sim, paucula excerpo. *Insulsæ illæ et ineptæ contra opus immortale scribillationes peribunt haud dubie cum eorum auctoribus, opere de Actis Sanctorum, ad orbis usque interitum duraturo;* ita in litteris VII Junii anno LXXXII supra millesimum sexcentesimum. Alibi sic concludit: *Credat mihi, inter probos et eruditos omnes neminem unum reperiri apud quem Acta illa summo in pretio et veneratione non habeantur.* *Antonius Magliabechius.*

66 Occasione tomi VI Maii Serenissimo Etruriæ Duci dedicati, Janningo scribit: *Nec R. V. nec optimus et doctissimus Pater Papebrochius hic ullius patrocinio opus habent; tantam Serenissimus noster de incomparabili opere concepit opinionem, ut tum ejus, tum auctorum existimatio et veneratio major esse non possit.* Quoties vero sive hic, sive alibi Papebrochium nominat, toties iisdem ornat titulis *optimi* et *doctissimi*. Dum libri nostri examen subirent Romæ, P. Conrado Janningo, ut diximus, illic degente, has ad ipsum responsorias dedit: *Tanta... animo meo semper insita fuit magni istius viri* (Papebrochii) *veneratio, ut mihi quidem stimulo opus non sit, quo ad æquissimam ejus causam tuendam incumbam, etc.*

67 Quanto in pretio habuerit Sanctorum Acta, eorumque scriptores, præsertim Papebrochium, Franciscus Maria Florentinius, abunde testatum esse voluit in egregio suo opere Ecclesiæ occidentalis, seu Hieronymiano Martyrologio; quod cum eruditorum passim manibus teratur, multis exinde laciniis consuendis supersedeo. Marius Florentinius, laudati Francisci Mariæ filius, litteris anno XCVII præteriti seculi, VIII Octobris Lucæ datis, ita Papebrochium interpellat: *Tuam doctrinam et eruditionem demississime veneror, sacrasque manus exosculor. Vale, splendidissimum Reip. litterariæ lumen, nullis umquam maculis obumbrandum.* *Florentinius pater ac filius;*

68 Benedictus Bacchinus Ordinis S. Benedicti, vir oppido litteratus in epistola sua data Mutinæ IV idus Julii anno MDCXCVI scribit in hanc sententiam: *Potui videre, quæ eruditissime disseris contra ineptissimum calumniatorem. At vix sum explicando, quantum angar pro communi dedecore, quo afficimur, cum Romæ opus egregium, et majoris profecto utilitatis et necessitatis, vel saltem æqualis, cum famoso opere Baroniano, acri adeo controversia exagitatur.* *Bacchinus*

69 His sine dubio alii plures annumerandi essent perdocti ex Italia viri, Ciampini: Muratorii, Lucentii, Fontanini, aliique; quorum verba referre non est integrum, eo quod vir modestissimus eas ad se datas litteras dumtaxat reliquerit, *Ciampinus, Muratorius, Lucentius, etc.,*

quas

quas furtivæ quodam modo Sociorum manus ei eripuerunt.

Pontifex Rom. et Cardinales;

70 Recensendi porro essent Eminentissimi S. R. E. Cardinales plurimi, et hos inter primus, qui jam S. Petri sedem tam gloriose occupat, immortalitate dignus, Clemens XI, tum temporis Cardinalis Albanus. Tum vero Bullionius, Medicæus, Casanata, Boncompagnus, Bonvisius, Durazzius, de Comitibus, Bichius, Coloredus, Sfondratus, Del Verme, Norisius, Casonus, et, qui alibi recurret, Aguirrius. Qui omnes quanto studio Actorum patrocinium suscepere, tam luculentis argumentis Papebrochii merita comprobarunt. Sic autem purpuratos hosce Patres præ ceteris nomino, ut ex augustissimo sapientissimoque Senatu nec unum excludere audeam, qui de Papebrochio, et laboribus ejus præclare non senserit, aut non sentiat etiamnum, æquus rerum arbiter, et sincerus doctrinæ æstimator.

§ II. *Quam egregie de Papebrochio existimarint Galli.*

Apud Gallos potissimum notitia antiquitatis ecclesiasticæ, reique historicæ investigatio floret, vigetque; magno itaque in pretio apud illos fuisse Papebrochium, mirum nemini videri debet. Inter Benedictinos, multa scientiarum copia perpolitos, eum campum pridem ingressus est Lucas Acherius; hujus vestigia pressit, laudatissimeque in eodem pulvere est versatus, Joannes Mabilio. Supervacaneum foret hic repetere epistolam ejus suavissimam, qua parem eruditionis, parem modestiæ laudem in Papebrochio venerabundus suspexit. Adi numerum XVII. In alia epistola scripta Lutetiæ Parisiorum XII Kal. Februarii anno LXXXII seculi proxime elapsi, idem Mabilio sic loquitur : *Si me audis, eorum* (accusatorum) *querelas surda aure præteribis... vigiliæ ac lucubrationes vestræ ita (mihi) sunt cordi, ut nolim eas defensione non necessaria interturbari.*

Acherius, *Mabillo,*

Baluzius,

72 Sic statuebat vir magnus; quem subinde Toletanum decretum adeo perculit, ut Papebrochii causam suam fecisse videatur. Etenim ubi libros Romæ examinari accepit, ultro apud clarissimum Baluzium, aliosque amicos doctrina insignes instituit, ut Papebrochii patrocinium acriter susciperent. Servamus repetitas ejus litteras ad Stephanotium congregationis suæ, Romæ procuratorem generalem, missas, quibus instantissime ipsum urget, ut amicos Cardinales : Casanatam, Coloredum, Aguirrium, Norisium conveniat, ac Papebrochii merita de universa Ecclesia, scriptorumque ejus summam apud doctos per Galliam viros approbationem exponat. Atque illud nulla interposita mora per se cumulate præstitit dictus Baluzius.

Cangius, *Herovallius,* *Pagius, Tillemontius,*

73 Quod de horum litteratorum virorum studiosa in Papebrochium voluntate est dictum, idem de Cangio, reconditæ vetustatis scientissimo, dictum volumus, optimo jure. Scimus enimvero et agnoscimus eum, datis ad V. C. Herovallium litteris, in defensionem Papebrochii gnaviter incubuisse. Scimus apud Pagios, Tillemontios, et Gallos eruditos pene omnes multo jucundissimam immortalem fore Papebrochii memoriam.

Castellanus,

74 Ignoscant, si perillustrem Claudium Castellanum, Parisiensem Canonicum, Martyrologum versatissimum, atque in opere nostro sexcentis locis laudatum, illo memoris animi monumento veneremur, quod nemo tam impigre, nemo tam indefesse in nostrum subsidium insudarit, laudesque Papebrochii ore pleniore diffuderit. Supersunt apud nos litteræ prope innumeræ, in quibus dum Papebrochii mentio incidit, virum *excellentissimum, amabilissimum, incomparabilem* identidem prædicat.

§ III. *Quid de Papebrochio Hispani.*

Nicolaus Antonius,

Nec vero tam ubique adversam sibi Papebrochius nactus est Hispaniam, quin suos ibidem amicos, patronos, ac vindices habuerit. Unus instar omnium esse possit Nicolaus Antonius, celeberrimus bibliothecæ scriptorum Hispanorum compilator. En paucula ex litteris ad Papebrochium scriptis : *Bollandi, Henschenii, Papebrochii nomina, virtutes, et erga rem litterariam publicam merita inhærent altius cordi nostro, quam ut, etc.* Ac versus finem : *Prospiciet Deus, ne abrumpatur aureum hoc* (Actorum) *filum, etc.* In eadem ipsa epistola V. C. acerrime invehitur in personatum pseudo-dextrum, et asseclas, Maximum, Luitprandum, et Julianum; quæ totidem sunt Papebrochii elogia, ab Eminentissimo Cardinale Aguirrio solide confirmata, prout videre est in Responsionibus ad exhibitionem erronum, articulo XV a numero 369; ubi uterque conjungitur cum Mondexarii comite, D. Gaspare de Mendoza, intrepido item fabularum patriarum exterminatore.

Cardinalis Aguirrius, *[illegible]*

Antonius Xara[illegible]

76 Quid; quod P. Antonius Xaramilius S. I. *Olim* (præfixa apologiæ verba hic reddo) *S. Theologiæ Cathedraticus, tunc Procurator generalis provinciarum Indicarum, et nunc S. Officii Qualificator*, publici juris fecerit *apologiam pro veritate contra varias imposturas et accusationes publicas adversus personam et libros P. Danielis Papebrochii... imprimi permissam a regio status senatu, et ab ordinario Inquisitore Madritensi; dedicatam supremo S. Inquisitionis generalis concilio etc.* Tantam profecto vir insignis in Papebrochii vindicationibus collocavit operam, ut nihil in se desiderari passus sit, quin omnes omni ex parte absolutissimos doctrinæ, scientiæque numeros impleverit, pedemque pedi conferens, perspicue, breviter, distincte ad accusatoris capita responderit, non minore scientiæ laude, quam Papebrochii æstimatione.

§ IV. *Nationum Septemtrionalium de Papebrochio judicia.*

Inter nationum Septemtrionalium Litteratos offerunt se nobis non pauci, qui plenis omni laudum genere suffragiis, quid de Papebrochii eruditione senserint, testatum abunde orbi reliquerunt. Tametsi nonnulli inter illos sunt a religione nostra Romano-Catholica alieni; non tamen idcirco pauca e pluribus ad presens institutum accommodata testimonia adducere prætermittam, in spem adductus, tam mihi benevolum ac gratiosum fore lectorem, ut qualemqualem hac in parte scrupulum mihi eximat, et non invito, nedum offenso oculo pervolvat, si quæ istiusmodi producam. Nihil equidem cupio iis inesse momenti, nihil ponderis, nisi quantum a liberalibus artibus petitur, quarum constat ipsos, quos hic cito, perstudiosos esse.

78 Antonius

AUCTORE J. P.

Antonius Matthæus,

78 Antonius Matthæus, multis editis voluminibus clarus, opera sua omnia, seu antiquorum operam collectiones, ad Papebrochium misit una cum officiosissimis litteris, et veneratione plenis. Fragmentum ex illis delibo : *Tu interim, nobilissime et celeberrime vir, vive et vale diu, et remp. litterariam, ut egregie fecisti hactenus, sic et imposterum laboribus tuis juva. Vicissim juvet te Deus, vitam tibi proroget, et perpetim benedicat. Unice ut exoptat doctrinæ tuæ admirator, et reverendi nominis tui cultor religiosus, Antonius Matthæus.* Ita scribebat Lugduni Batavorum VII Novembris anno seculi labentis primo.

Meibomius,

79 Doctus Meibomius in uno e suis opusculis, cui titulus : *Programma in Pentecostes festo*, sic scribit : *Inter Acta Sanctorum, a viris industriæ stupendæ, et variæ eruditionis nomine non satis laudandis, Henschenio et Papebrochio... edita*, etc.

Leibnitius,

Guilielmus Leibnitius litteratorum Germanorum facile princeps, tomo I de Scriptoribus rerum Brunsvicensium, in introductione § XXIX ita memorat : *Cum ergo*, inquit, *beneficio Danielis Papebrochii, celeberrimi in Societate Jesu viri, plus quam dici potest meriti, facta... mihi esset copia*, etc., etc.

80 Hinc in Sueciam transeo, quo ejus fama, æque ac in ceteras orbis partes penetravit. Unus pro multis afferatur Illustrissimus Baro de Sparwenfelt, e S. Birgittæ sanguine oriundus, doctrinarum amantissimus. Regis sui jussu ablegagatus, Hispaniam, Galliam, Africam petiit. Bis transivit Antverpia, bis sua nos præsentia honoravit. Menologio Slavono-Russico, Museum nostrum donavit. Idem Kalendarium, a Papebrochio evulgatum, sua ipse manu, juxta genuinam linguæ Moscoviticæ proprietatem, (in Moscovia quippe et Russia diu multumque versatus, hujus regionis idioma apprime didicerat) multis locis emendavit, correxit, castigavit. Denique studiosissimum se numquam non comprobavit Operis de Actis Sanctorum æstimatorem. Papebrochium dilexit, ac suspexit, quam qui maxime, uti conficitur ex litteris non paucis. Alios Septemtrionales prætereo, quorum nonnullos vel solo Papebrochii videndi desiderio scimus Antverpiam excurrisse,

Baro de Sparwenfelt.

Ludolphus Custerus.

81 Tali se flagrasse studio fassus est Ludolphus Custerus, bonarum artium cultor excellens, et nobis amicus, non ita pridem Parisiis Academici laurea donatus ; de quo breviter hoc pronuntio, non fore ut de amica cum Papebrochio et Sollerio collocutione, umquam illum pœniteat, ad Catholica castra felicissime adductum. Hæc satis. Dixi de Italis, Gallis, Hispanis, Septemtrionalibus. Nunc remenso viæ tramite, in Belgium redeamus.

§ V. *Belgii Catholici et Domesticorum de Papebrochio testimonia.*

De popularium Belgii Catholici in Papebrochium studiis, non est quod multa congeram, quia in clarissima luce versamur. Ecquis Belgarum historico-criticam tractavit, qui cumulatos in eo litterarum genere honores illi non detulerit? Testis est Lupus, Schelstratius, Baro le Roy, excelsæ mentis viri; testes sunt alii antiquorum monumentorum scrutatores, a quibus, sicubi difficilior questio enodanda occurreret, oraculi instar consultum novimus. Quid ego in medium proferam doctissimos viros, tum Antistites : tum conciliorum Præsides, tum Brabantiæ Cancellarios; eum imprimis, quem adhuc superstitem Deus ter Optimus Maximus diu sospitem et incolumem servet, Baronem de Grysperre, Goyck et Libersaert, eximios omnes Papebrochii laudatores? Annumero illis postremos per Provincias fœderatas Vicarios Apostolicos, ea saltem parte de bonis artibus bene meritos, quod et nostrum Opus, et Papebrochium se permagni facere, non unis humanissimis litteris testatum voluerint. Postremus eorum etiam apud Sedem Apostolicam accusatorum librorum causam defendit. Vide caput X partis III Responsionum.

Lupus, Schelstratius, Baro le Roy,

Castoriensis Sebastenus,

83 Domestica nostrorum testimonia, ne forte suspecta videri possint, nihil attinet afferre. Certum est omnes de Societate paulo celebriores viros, vastam Papebrochii scientiam suspexisse, immensosque labores, fuisse admiratos. Equidem dum Chiffletios, Possinos, Menestrerios, Henaos, Thyrsos, Harduinos, Danieles, Gianettasios, paucos e multis enumero, universam Societatem audeo compellare; num quis umquam impensius laudatus, et contra tot calumnias acrius propugnatus fuerit? Sed hæc jam pridem toti Christiano orbi pervulgata sunt, illis saltem, qui controversias in Responsionibus agitatas evolverunt.

Chiffletius, Possinus, Menestrerius, etc.

§ VI. *Benevolentia Austriaca erga Opus de Actis Sanctorum, et Papebrochium.*

Leopoldus I. Actorum æstimator,

Sed omnes omnium favores nimium quantum superavit Augustissimus Imperator Leopoldus gloriosæ memoriæ, (Superi! qualis vir!) Hic quamvis laboriosissimis gravissimisque totius Reip. Christianæ curis esset distentus, occupationum suarum diverticula atque solatia ab Actis Sanctorum quærebat; solitus in dies vesperi ante cubitum, aperire tomum, nomini suo inscriptum (ille enim semper incumbebat mensæ) ejusque lectionem ad horas integras continuare. Ita accepimus a fide digno Ministro, qui quotidianam tali tempore Cæsari operam navabat. Pius hic lectionis usus sine dubio Augustissimum Imperatorem juvit, ut ad summum, quo inter coronata Catholicorum capita præcelluit, sanctitatis apicem perveniret; atque ea, quæ lectitabat, orbi universo moribus suis expressa exhiberet.

lector,

85 Ex illo fonte mirifica summi Principis munificentia, et benevolentia plus quam paterna, plus semel nostros labores promovit. Hinc et dici, et esse perpetuus Musei nostri Mæcenas voluit. Nec alienum putavit a sua majestate agere causam Papebrochii et librorum delatorum, datis litteris ad Innocentium XII Pontificem maximum, et Carolum II Regem Catholicum, gloriosæ utrumque memoriæ. Consule Responsiones parte III, cap. X.

Mæcenas,

defensor,

86 Eosdem spiritus hauserat Josephus I augustæ memoriæ, dignus tanto parente filius, et in imperio successor. Eosdem Carolus VI, Rex et Dominus noster potentissimus ac clementissimus, qui jam imperii sceptra moderatur. Quæ utinam Deus cum Sanctis suis, longa annorum serie continuet, prole multa amplificet, victoriis illustret, ad Domus Austriacæ splendorem, subditorum felicitatem, Catholicæ religionis incolumitatem et augmentum.

Josephus I.

Carolus 6.

87 Non est quod aliquis ob ea, quæ in præsentis capitis decursu dicta sunt, vanæ gloriolæ labem nobis aspergat. Quid enim? Aliena de Papebrochio judicia proferimus, alieno ore loquimur.

Quod

Quod si quid de nostro addimus, quis æquus rerum æstimator id in malam partem accipiat? Nostra defendimus, Papebrochium a calumniis et imposturis vindicamus; utrumque justum est, et legibus omnibus permissum. Ceterum si quid inde laudis vel in nostras lucubrationes, vel in nos ipsos derivetur, nostras esse partes novimus, non in nobis quasi ex nobis, sed in Domino et Sanctis ejus gloriari, et usurpare illud unum Vatis regii effatum Psalmo CXIII: *Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam.* Sed jam quæ virum propius et ornatius circumstant, Christianas ac religioso sacerdote dignas virtutes, quanta possumus brevitate decurramus.

CAPUT XIV.

Præclaræ ac viro religioso dignæ virtutes.

Solent sancti Patres crebis usurpare sermonibus, nullam esse inter virtutes præstabiliorem, quam demissionem animi, sive humilitatem. Et sane apud omnes constat, hanc virtutem unam omnium esse dominam, reginam, parentem, custodem virtutum. Jure ergo hinc exordior, unde virtutis omnis vis ducitur. Et sane præditus erat P. Daniel incredibili sui despicientia, perpetuo honoris contemptu, mira demissionis cupiditate. Etenim dum quaquaversum, nominis ejus fama claresceret magis magisque in dies, solus se ipse videbatur ignorare, atque id unice operam dare, ut elationem mentis, qua humana sapientia non raro inflari solet, humilitatis pondere deprimeret; avidissimeque captaret, quidquid domi forisque infimum occurreret.

Papebrochii humilitas,

89 Semper de se, ac rebus suis perquam modeste, semper de aliis honorifice loquebatur. Rigidus erat defectuum suorum, et frequens accusator, identidem se inspiciens ac despiciens. Fuit, qui sub extrema vitæ tempora ipsi diceret, lucubratiunculam aliquam satis culto stylo fuisse ab eo conscriptam; ego vero, inquit, gaudeo aliquid saltem a me alicujus frugis, et non invita Minerva, conscriptum esse; adeo de operibus suis vir modestissimus et sentiebat demisse, et loquebatur. Nec porro pudebat ipsum fateri, nescire se, quod nesciebat. Sicubi erraverat, nihil humanum a se alienum putans, sincere et candide retractabat; id quod plus semel præstitit in publicis scriptis. Huc accedit quod sæpenumero severum in scripta a se edita censorem et animadversorem ageret. Nunc incusare præproperam in scribendo celeritatem; nunc aliqua non satis digesta vellicare, et carpere, hoc aut simili sermone:

aliorum æstimatio,

sui contemptus,

[illegible],

90 Cur hoc omisi? Cur illud plenius non tractavi? In isto quid necesse fuit tam multis immorari? Illud et illud quanta cum oscitantia deduxi! Hanc et illam materiam, viribus meis majorem, quam indiligenter elucidavi, parum pensi habens quid recusarent, quid ferre valerent humeri! In hoc proposito eloquentiorem solito dixisses. Ad hæc multum, et fortasse nimium, aliquando deferebat aliorum judicio, modicus sui æstimator; et eventus docuit, interdum quædam ab illo fuisse elaborata minore cum successu eruditionis, quia alieno potius steterat ductu, quam suo. Huc facit epistola clarissimi Mabillonis numero XVII, in qua geminis coloribus modestiam Papebrochii, abunde sibi cognitam ac perspectam depingit. Jacto tam solido virtutum omnium fundamento, quam præclaro aliarum virtutum præsidio et comitatu fuerit septus, facile assequi licet.

sui accusatio,

91 Huic singulari modestiæ, qua se infra omnes deprimebat, conjuncta erat mascula prorsus amplitudo mentis, nec non quasi quædam exaggeratio, quam altissima animi, qua adversos quosvis fortunæ reflantis casus, quantumvis inopinatos, incredibili et heroica constantia excipiebat, tolerabatque. Non utique nesciebat appellatam, ut cum Tullio loquar, a viro esse virtutem; nihil tam viro proprium esse, quam humanas ærumnas virtute inferiores putare, nullamque partem animi habere tam mollem, quam meditatione ac ratione non corroboret. Et sane eo erat pectoris robore P. Daniel, ut nullæ difficultates, utut arduæ, ac inexspectatæ, de serenæ ac tranquillæ conscientiæ æquabili statu eum dimoverent. Adeo spem, metum, perturbationem, ceterasque humanæ mentis affectiones, appetitionesque, obedientes fecerat rationi.

magnitudo animi,

92 Gravissimo decreti Toletani vulnere percussum quidem, sed neutiquam perculsum fuisse, id argumento est, quod vespere ejusdem diei, quo atrocissimæ sententiæ tenorem acceperat in manus, non aliter quam si latis suffragiis secundum se pronuntiatum fuisset, primus ipsemet in corona nostrorum, tempore colloquii vespertini, horrendam censuram prælegerit composita mente, pacato ore, et mira totius vultus serenitate; quem ne tantilla quidem doloris nubecula in tanto casu obscurare visa est; non sine summa adstantium admiratione. Non itaque pendebat a vicissitudine, et ludibrio rerum humanarum, sed totus erat aptus ex sese, suaque omnia in conscientia recte factorum ponebat. Proin veræ virtutis summam non peregrinis quibusdam pietatis exercitationibus, et umbratili religionis specie metiebatur, sed constantia, magnitudine animi, rerumque fluxarum contemptu ac despicientia. Viam hanc ad consecutionem perfectionis quasi proximam et compendiariam ducebat. Eum conscientiæ colebat nitorem, ut a levissimis quibuscumque labeculis abhorreret; eo potissimum principio a teneris unguiculis imbutus, præter culpam ac peccatum homini in hac vita accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum.

constantia in adversis

solida pietas,

[illegible]

93 Variis, ut vidimus, ac gravissimis morbis tentare servum suum et tamquam aurum in fornace probare, divinæ bonitati placuit. Quo tempore non vulgaria edidit patientiæ argumenta. Nihil petiit, nihil questus est, nihil recusavit; at medicorum totum se arbitrio permittebat: nullum ejus verbum excipiebatur, de dolore corporis, aut de morbi ægritudine querentis; contra, dicta omnia gestusque erant istiusmodi, ut satis appareret morbos veluti solidæ virtutis, æternæque materiam gloriæ, ab eo in divini beneficii loco numerari. Præter hæc nihil, meo quidem judicio, æque solidam viri virtutem declaravit, atque mirabilis patientia, in diuturna visus hebetudine, ac dein cæcitate. Quæ profecto visus privatio, quam tetrica, quam molesta acciderit homini, studiis et occupationibus usque assueto, atque unice dedito, nemo non videt. Nihilo tamen secius in gravissima illa visus orbitate, quæ quinque omnino annis tenuit, fidei lumine, in justitiæ Solem intentus, Deum laudabat, atque in ejus providentiæ sinu conquiescebat placidus ac securus.

[illegible]

94 Rara erga Deum et Sanctos religione excelluit, de qua universe hoc dici potest, omnes ejus vitæ partes perpetua orationis ac studiorum vicissitudine fuisse descriptas. Arctissima item

cum

AUCTORE J. P.

cum Deo familiaritate erat conjunctus; quo fiebat, ut quantumlibet occupatissimus, officiis divinis in templo nostro numquam non interesset. Illuc adrepebat palpabundus, quando ob affectam ætatem et cæcitatem ire vix poterat. Hinc fuit quod fallente vestigio pronus humi ceciderit sæpe cum periculo, interdum non sine vulnere.

Virginem Deiparam

Deiparæ Virgini tenerrime erat devotus, nihilque prætermittebat, quo demereri eam posset; ipsam in ore, ipsam in oculis, animoque ferebat. Multus erat in recitando *Officio parvo*, quod vocant; tanto se gratiorem Filio futurum existimans, quanto studiosior esset Matris. In pertexenda *corona* erat indefessus, in jejunio Sabbatino assiduus. Quoad per valetudinem et ætatem licuit, strato se proripiebat concubia nocte; et in tenebris offendere minime veritus, perreptabat ad templum, in cujus porticu tum temporis inventus

V. Sacramentum

fuit solo prostratus, corporatum Dei Filium sub specie panis latentem submisse adorans, eique primos cordis ardores offerens. His initiis diei totius cursui proludebat. Quod si ingressus in templum non pateret, hærebat præ foribus, suspirabat, gemebat, elata voce dilectum suum inclamabat.

Somni parcitas,

95 Nam cum naturæ esset excitatioris, modico semper ac parco, subinde trium, subinde quatuor aut quinque horarum somno erat contentus, matutinam passim meditationem absolvisse assuetus, antequam alii ad eam inchoandam se accingerent. Mirari licuit quantum operæ studiique poneret in rebus, quæ ad spiritum pertinent, accurate obeundis. Solenne habuit vel in ipsa senectute, facere ad aram prima quoque luce, querulus de hoc uno, quod more suo, surgendi horam prævenire non posset.

in Christum Cruci affixum

96 Quis verbis exprimat, quam suaviter et tenere afficeretur erga effigiem Christi e cruce pendentis; eamdem illam, quam circumferre atque adorare solebat Serenissimus Leopoldus Archidux Austriæ, ac Belgii pro rege Catholico olim Moderator, subditorum deliciæ, et sanctæ memoriæ Princeps. R. P. Joannes van Hollant laudato Principi fuerat a conscientia, et suprema morienti officia præstiterat. Et res tulit ut idem Pater inter alia pia munuscula, illa etiam effigie donatus fuerit. Hanc sibi a dicto P. van Hollant dono datam P. Daniel e collo ante pectus suspensam, multis annis diu noctuque ad extremum usque articulum vitæ religioso cultu gestavit.

veneratio,

Apposite cum S. Philippo Benitio, suum hanc poterat vocare librum, et in eo legere amores et dolores illius, qui dilexerat se, et tradiderat semetipsum pro se.

et in persolvendis Horis pietas.

Quanta cum significatione pietatis preces canonicas persolveret, eruitur facile ex eo, quod psalterii Davidici, ad Romani Breviarii formam digesti paraphrases ex ipsis sacris verbis, et aliis alio charactere interjectis, concinnarit, et manu sua nitidissime descriptas nobis reliquerit, quæ pietatem spirant.

Hujus obedientia,

97 Ad vota religiosa quod attinet, accuratione quanta poterat maxima minutissimos quosque illorum apices observabat. Obedientiam imprimis non secus ac genuinam Societatis nostræ tesseram colebat impensissime. Moderatores sacro quodam veluti horrore defixus alloquebatur; totumque se ad illorum nutum fingebat.

castimonia,

Horrebat vel levissimum in virtute angelica non dicam nævum, sed vel nævi umbram. Hinc otii fuga, custodia oculorum, victus frugalitas, vultus, aspectus, locutio eo tendebant ut ne caro adversus spiritum insolesceret. Hinc sæviebat in corpus, tamquam in apertum hostem; vel flagella acubus

afflictatio corporis,

intertextis rigentia, vel catenulas ferreas adhibens, quo piæ in se crudelitatis expleret sitim, et virgineo pudori certius consuleret. Nec in se macerando minus fuit frequens, quam fervidus, sub ipsam quoque vel urgentem, vel certe jam adventantem senectutem.

studium paupertatis,

Paupertatis apprime erat tenax. Hanc cubiculum, hanc supellex, hanc vestitus, hanc totus ipse præ se ferebat.

comitas,

98 Quid dicam de commodissimis moribus? Quid de amabili comitate, sincero aperti pectoris candore, innata bonitate indolis, qua melior optari vix poterat? De suavi ejus vivendi ratione hoc dicendum venit: defectus aliorum, sine quibus hæc vita non vivitur, ille perferre; numquam alium offendere;

affabilitas,

officiis sibi conciliare omnes; omnium obsequi studiis; servire commodis, amabilem præbere sese omnibus, et singularem fraternæ caritatis cultorem, quod esse *vinculum perfectionis*, divina testantur eloquia. Id erat causæ, quod domestici et externi eum in deliciis haberent, nativo viri candore capti.

vel in ipsa senectute;

His naturæ dotibus vel in extrema ætate non caruit. Enimvero Senex erat suavissimus, nulli difficilis, non querulus, non censor minorum morosus aut castigator. Hinc fuit, ut senectutem, quæ multis perquam molesta est, et odiosa, placide ac tranquille decurreret, et familiares senibus querelas religiosa patientia premeret, placidus, facetus, hilaris, jucundus, affabilis, sociabilis, Angelus pacis, semper idem, semper vultu animoque ad religiosam jucunditatem, et juveniles sales composito, modo nescio quo, senili in corpore gratiores. Videor itaque non abs re pronuntiare idem hic de illo posse, quod olim de annoso Nestore usurpavit Homerus lib. I Iliad. v. 249.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Cujus ab ore, melle dulcior fluebat sermo. Et sane trahebat ad se omnes festiva hilaritas, faciebatque audientiam ipsa sibi diserti senis compta, mitis, et simplex oratio.

studium divinæ gloriæ.

99 De ardentissimo P. Danielis studio ad promovendam Dei et Sanctorum gloriam, nihil necesse habeo hoc loco dicere. Probant illud ea, quæ diximus hactenus per vitæ ejus decursum, clamant typis vulgata monumenta. In eum finem corpus, sanguinem, sanitatem, vitam, se denique totum impendit annos LV. Oves duas lupi rapacis fraude deceptas, et ex monasterio suo in Hollandiam apostatico cursu profugas, ad meliorem frugem reduxit, suisque et legibus, et votis, et Superioribus restituit. Alium a nativitate cæcum et principiis Lutheranis Heidelbergæ (nam ibi erraticæ eorum theologiæ operam dederat) apprime informatum, dein Catholicis sacris redditum, suavi consuetudinis illecebra captavit, consilio juvit, colloquiis piis in proposito confirmavit; postea moribundo adfuit, et cælo, uti confidimus, inseruit.

moriendi desiderium.

Mortem adeo non horrebat, ut in dies pene singulos illam provocaret ac lacesseret, *desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo.*

misericordia in pauperes,

100 Affectu, supra quam dici possit, ad misericordiam propenso, erga homines pauperes et calamitosos afficiebatur. Sentiebat intime illorum miserias, tamquam suas; aperta Christianiæ caritatis viscera querelis eorum explicabat. Audiebat illos lubens; solabatur blandis verbis: sublevabat non rara et parca stipe, probe gnarus eam se Christo gratiam facere, quam uni e minimis hisce ejus fratribus faceret. Satagebat ut opifices ex diurni laboris, atque adeo stipendii defectu, necessariis ad victum subsidiis destitutos labore occuparet, et corpori et animæ fructuoso.

Habes,

Habes, amice lector, paucas e multis virtutes carptim delibatas, quas incredibilis viri modestia, ut voluerit, occultare non potuit. Alias numero multas, excellentia singulares, malo tacitus prætermittere, quam lectorem fatigare.

101 Sic vitam instituit Papebrochius, quam similis excepit exitus. Nam cum in pervigilio S. Joannis Baptistæ incensissimis affectibus ad cœlum anhelasset, et bene mane ad aram fecisset, consueto more, febre correptus paulo post, decumbere debuit; qua ingravescente, animique superveniente deliquio, sub vesperam ejusdem diei, in corona Nostrorum S. Eucharistiæ viatico ad æternitatis iter instructus fuit, et postridie sacro luctantium oleo inunctus. Exin oculis plerumque clausis decubuit. Paucissimas edidit voces, et nullas nisi interrogatus reddidit. Ita animo tranquillo, suique semper compote, per dies quinos vitam produxit. Donec in profesto die SS. Apostolorum Petri et Pauli, sub primam ab ortu solis horam, placidissime, uti vixerat, vivere desiit, dierum ac meritorum plenus, anno fluentis seculi XIV, ætatis LXXXVII, Hagiographiæ LV.

Ecclesiæ Sacramentis munitus,	
moritur.	

102 Una nos consolatio erigit in communi tam nostra, quam aliorum jactura; nimirum obviam venisse, uti pie confidimus, suo præconi prædictos Apostolos una cum Sanctis omnibus; et S. Petrum imprimis, cui dedit Dominus claves regni cœlorum, ipsum intromisisse in plenitudinem Sanctorum, ut laudet Dominum in donis suis, in Sanctis suis, et in omnibus operibus suis. Amen.

AUCTORE J. P.

EPILOGUS.

Atque hæc præcipua sunt, quæ de vita, gestis, operibus, ac virtutibus R. P. Danielis Papebrochii, mihi venerunt in mentem, ut consignata litteris, qua potui fide, ad posteros transmitterem. Superest ut tanti viri lineamentis in una, sicut initio dicebam, quasi tabella, a me huc usque repræsentatis, epiphonematis loco inscribam illud, quod e divinis litteris deprompsi, pronuntiatum, nec non expositæ a me vitæ brevissimum quoddam compendium complectitur : *Justum deduxit* (Dominus) *per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam Sanctorum ; honestavit illum in laboribus , et complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum, affuit illi, et honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum, et certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia... et mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, et dedit illi claritatem æternam.* Sapientiæ x.

MARTYROLOGIUM
USUARDI

MARTYROLOGIUM

USUARDI MONACHI

HAC NOVA EDITIONE

Ad excusa exemplaria quatuordecim, ad codices Mss. integros decem et septem, atque ad alios ferme quinquaginta collatum, ab additamentis expurgatum, castigatum et quotidianis observationibus illustratum;

Cui accedunt Martyrologia Hieronymiana contracta, etc.

OPERA ET STUDIO

JOANNIS BAPTISTÆ SOLLERII

Societatis Jesu Theologi

EDITIO NOVISSIMA

Curantibus L. M. RIGOLLOT, Sacerdote


ET

JOANNE CARNANDET

PARISIIS ET ROMÆ

APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM

MDCCCLXVI.



SERENISSIMO

AC

POTENTISSIMO DOMINO

D. JOANNI WILHELMO

COMITI PALATINO RHENI

SACRI ROMANI IMPERII

ARCHIDAPIFERO ET ELECTORI

Bavariæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium Duci

Principi Moersiæ

Comiti Veldentiæ, Sponhemii, Marchiæ, Ravensburgi

Domino in Raveinstein, etc.

Tuam hic in fronte Bensbergam exhibeo, orbi universo spectandam, tuamque in illo magnificentiam contemplandam, Elector Serenissime; Bensbergam non ita pridem ædificari cœptam, regio splendore exstructam, architectonicæ artis compendium, dignum tua animi celsitudine diversorium. Ita loquuntur subjectus tibi Rhenus et Dussela, ita circumsonant ditiones Tuæ, ita prædicat Agrippina Colonia, in arcis Tuæ conspectu posita, ita concordi voce testantur, quicumque vel eminus Bensbergam oculis lustravere. Sed pace quod Tua dixerim, Princeps Serenissime, arcem ego illam quantumvis augustam, dum pridem contemplarer attentius, non tam magnificentiæ Tuæ, quam munificentiæ spectaculum esse existimavi. Arcem illam, bonarum Artium habitaculum, amœnissimo collium jugo impositam, non ut de bicipiti monte fabulantur poetæ, sed ut illustrem herois vere Christiani palæstram, in qua liberales Artes, scientiæ ac disciplinæ, imo in qua virtutes omnes Christianæ commorarentur, mihi repræsentavi. Hæc mea tum cogitatio; cum summo favore ac digna Te Principe benevolentia susceptus, nec minori comitate ad visendam Bensbergam invitatus, oculis ipse meis omnia propius circumspicere potui, omnia rimari attentius, omnia otiosius contemplari. Hæc, inquam, tunc animum subiit cogitatio, splendidissimam illam arcem Athenæum videri, in quo aut vere reposita essent, aut arte cælata, aut saltem collocari possent, quæ alibi copiosissime occurrerant, excelsi animi Tui et ad omnes artes nati, egregia plane specimina. Mentem exprimamus apertius. Quæ in prospectu est, augusto frontispicio, superba ædificii moles, amplissimis discreta conclavibus, illam ego artis pictoriæ delicii Tui, atrium fingebam, in quod collecta ex universa Europa Tuis studiis, Tuis sumptibus artificiosissimorum penicillorum elegantissima opera, de artis præmio decertarent. Cernebam animo Michaeles Angelos, Raphaeles, Paulos, Tintorettos, Rubenios, Dyckios (et quid ego omnes enumerem?) ordine dispositos, in Apellis contubernium confluentes, eo ornatu et copia, ut, quod absque invidia dictum sit, vix ullum toto orbem Principem esse existimem, qui tantos hujus artis thesauros tanto sibi pretio compararit. Videbar sane in una tua arce picturas eas omnes intueri, quas olim alibi per Germaniam, Italiam, Franciam, Belgium dispersas repereram. Dexteram alam apud me ornabat aliud non curiosi solum, sed industrii, docti, litteratique Principis decus, librorum undique a Te emptorum, a Te selectorum instructissima bibliotheca, ibique eruditissimorum virorum lucubrationes recensebam, de quavis facultate, scientia, et arte scribentium, disserentium, disputantium; in quibus omnibus Te solertissimum esse, jam ab annis ferme quadraginta, in Principe adolescente, suspicere debuerunt, Belgium, Gallia, Anglia, Italia, Germania, quas omnes regiones biennali peregrinatione, non tam Serenissimorum Tuorum natalium, quam virtutum Tuarum insignisque doctrinæ radiis, transeuntis instar solis, illustrasti. Cepit te, opinor, eo tempore inter eruditos reviviscens vetustatis eruderandæ studium per numismata et id genus alia priscorum seculorum cimelia, quibus alterum palatii tui latus destinavi. Hic ego totam illam tuam rarissimorum nummorum supellectilem in series suas distribui, ducto a

Consularibus

Consularibus per Romanas familias principio; inde ad Cæsares auro, argento, varioque ære cusos digestosque; hic veneranda doctæ Græciæ, vel in ipso metallo augustum aliquid spirantia lineamenta; illic Asiaticæ opulentiæ erepta barbaris rudera; ibi Hebraica, Syriaca, Syro-Macedonica; hic omnium gentium historiæ certiora vestigia. Hæc quidem illustria sunt exercitati ingenii Tui, subactique judicii documenta, sed quæ sterilia, solorumque oculorum illicia aut spectacula esse noluisti. Hinc illa Tua in doctis viris seligendis perspicacia, quos munifica manu ad hasce aliasque artes omnes excolendas excitasti; hinc in Tua Dusseldorpiensi metropoli, præter solitas Musas, Philosophicæ aliæque accersitæ disciplinæ; hinc restauratum dicam, an de integro erectum, quod Martis furiis collapsum et prope extinctum erat, celebre olim in Palatinatu Tuo Heydelbergense Lycæum; hinc fundatæ ad artes omnes docendas ediscendasque tuo ære cathedræ; unde nimirum ad tuum Bensbergense Athenæum viri undequaque doctissimi cultissimique confluerent. Taceo omnis generis peritissimos artifices, pictores, sculptores, cælatores, propositis præmiis, regiisque stipendiis dotatos, quos ad hanc Tuam totius eruditionis artiumque omnium palæstram invitasti; verbo dicam, Musarum tum amœniorum, tum severiorum, in una Bensberga receptaculum a te magnificentissime et munificentissime præparatum. Sic ego, Princeps Serenissime, arcem illam Tuam jam tum dispertitus sum, cum necdum ex omni parte perfecta esset; sic, inquam, ut cum hæc omnia Tuo ingenio, Tua animi celsitudine, Tua eruditione dignissima censerem; alia profecto animo obversarentur, quæ magis raperent in admirationem, quæque ceteris illis omne pretium, æstimationem omnem afferrent. Egregias illas interioris animi Tui dotes intelligo, Christianarum virtutum splendore collucentes; summam in Deum, fortemque illam, quæ cetera Tua animat, caritatem, pietatem, fidem, ejusque propagandæ zelum, a Deo tot favoribus cumulatum, ut rem Catholicam Tuo ductu mirifice amplificatam subditi tui mirentur et gaudeant; frendeant porro acatholici, tum ditionum Tuarum incolæ, tum vicini, remotioresque, qui licet querelis injuriisque Te sæpe lacessiverint, at fervorem illum Tuum, Catholico Principe dignissimum, frustra conati sunt impedire, frustra tentarunt intervertere. Narraverant mihi, quibus ad Te liberior patet accessus, statam constantemque cum Deo agendi rationem, quotidianæ vitæ religiosam consuetudinem, animi per preces, orationes, sacrasque lectiones refectionem, perpetuoque succedentes, inter administrandarum ditionum curas, cum supremo Numine occupationes, numquam intermisso sacrosanctæ Missæ sacrificio, coronatas. Laudaverant alii Tuam in rebus tractandis prudentiam, in exequendis fortitudinem, inviolatum justitiæ rigorem cum innata clementia, pietatem cum dignitate, cum religione Majestatem, amplitudinem summam cum morum innocentia, cum animi moderatione conjunctam. Quæ omnia, non supremum dumtaxat aulæ Tuæ Principem, sed exemplar exhiberent ad omnem virtutem Christianæque sanctitatis consummationem subditos alliciens, alliciendo monens, monendo perducens. Noveram quanto ferreris studio in augendum Dei cultum, in ecclesiarum

ornatum, quarum nonnullas aut splendide reparaveras, aut a fundamentis erexeras. Videram non uno ditionum Tuarum loco egregia Tuæ in Sanctos venerationis monumenta, recurrebatque præcipue, non ita pridem restitutus in S. Huberti honorem, quem tribus abhinc ferme seculis Gerardus Juliacensis cœperat, equestris ordo, ut vel innocuam, opinor, venandi voluptatem in Dei Sanctorumque gloriam transferres. Sciebam quanta contulisses in sacrorum lipsanorum decorationem, quantumque meditareris, ut beatam indigenam Christinam Stumbelensem, seu Juliacensem celebriori cultu Illustrissimam redderes. At præ his omnibus, volvebam animo singularissimam illam Tuam erga eum Sanctum venerationem, quem primo meo in Actis Sanctorum illustrandis conatu exornaveram. Raymundum Lullum loquor, magnum divini ac humani amoris specimen; magnum, tum immensis laboribus pro fide Catholica susceptis, ac profuso sanguine sigillatis; tum libris scribendis, naturæ simul ac gratiæ prodigium. Recentissima erat eximia Tua, hujus Sancti occasione in me benevolentia, cujus memoriam, quam gratam servem, palam et ubique jucundissima animi recordatione profiteor. Sine me hic, Princeps Serenissime, orbi universo propalare, quod universus obstupescat; susceptam a Te, viri beati portentosique operum omnium, dignam Te solo Principe, post quatuor ferme secula editionem. Quid ego hic prædicem sollicitudinem Tuam in operibus undecumque conquirendis, accersendis, colligendis? Quid missos quaquaversum eruditos viros, qui ea e bibliothecarum scriniis semisepulta eruerent? Quid expensas in rem, nomini Tuo gloriosissimam, factas et porro faciendas, sub Dei ter Optimi Maximi ipsiusque beati Martyris auspiciis? Audacter dicam, id in hac re, Princeps Serenissime, a Te præstitum fuisse, quod Princeps nullus, non Rex, non Cæsar, hactenus aggredi ausi fuerint; ut singulari providentia gloriæ Tuæ, jam satis quaquaversum diffusæ, cumulus hic amplissimus accederet. Hæc cum a Te omnia, Princeps Serenissime, Sanctorum gloriæ promovendæ impensa probe nossem, idque potissimum, ut ad eorum exempla vitam Tuam religiosissime conformares; dubitandum mihi prorsus non fuit, quin gratissimum Serenitati Tuæ foret munus hoc nostrum utcumque exiguum, quo non unius, sed multorum diebus singulis Sanctorum exempla suppeditantur, ut sic quotidie quemadmodum loquitur Augustinus, *memorias Martyrum religiosa solennitate concelebres, et ad excitandam imitationem, et ut meritis eorum consocieris, atque orationibus adjuveris.* Securus itaque ad Te accedit Usuardus meus, Elector Serenissime; Usuardus Tuus, Tibi eodem ferme tempore destinatus, quo illustrari, cœptus est. Qui heroas describent, avito Cæsarum Regumque sanguine progenitos, habebunt, quod de inclytissima stirpe Tua, tot Imperatoribus, Regibus, aliisque tota Europa, Principibus nobilitata, merito enarrent et celebrent, Tuos, non Te laudaturi; imo Te in illis omnibus, cum Tuam in illis redivivam effigiem sint expostituri. Sed toties decantata, tot panegyribus exornata pridem sunt avorum illa, abavorum, atavorumque decora, symbolis et emblematis orbi proposita, ut si iis denuo commemorandis insistam, aliorum dicta colligere, pronuntiatas pridemque

vulgatas

vulgatas integris voluminibus orationes videar retexere. Qui e stemmate Tuo bellatores, animi fortitudine gestisque pro patria et libertate famosos, stylo prosecuti fuerint, poterunt ipsi et illas in Te dotes extollere, laudareque inviolatam fœderum observantiam, qua superioribus bellis, ditiones Tuas, fortunasque hostium furori exponere Teque ipsum periculis objectare maluisti, quam vel ad latum unguem a data Cæsari confœderatisque fide discedere. Vidit non eminus et obstupuit Belgium nostrum, dum sub postremi belli principium, imminentem Tuæ metropoli, ferrumque et ignem minitantem hostem, infracto robore exciperes dicam, an rideres, subditosque aut formidolosos aut fugitantes, intrepida animi constantia animares confirmaresque. Qui Principem clementia, justitia, pacatioribusque artibus ornatum, laudandum susceperint, Tui speciem in alio Tibi adumbratam porrigent. Laudabunt illi ordinatissimum provinciarum Tuarum, quantumvis inter se dissitarum, regimen, laudabunt urbanas artes, commerciaque restituta: laudabunt metropolim Tuam Dusseldorpiensem, ita auctam, ita elegantioribus domibus ornatam, ut qui eam olim viderint, jam Dusseldorpium Dusseldorpii non agnoscant. Loquentur illi urbem illam novam, tot amplissima ædificia, tum pauperum, tum senum, tum præsidii militaris usibus adornata: erecta templa, sacella, aliaque animis excolendis non minus, quam corporum sustentationi destinata. Excurrent denique in meritissimas illas laudes, quibus exultantes subditi, æneam equestrem statuam tamquam Patri patriæ, in medio foro collocatam voluerunt Ego qui solas in arce Tua Christiani Principis, easque non in Majoribus, sed in Te virtutes potissimum considero, qui interiorem magis animum quam potentiæ magnificentiæque Tuæ argumenta contemplor, Christiani roboris, constantiæ in fide, profusi pro Christo sanguinis exempla propono, quæ tamquam *Census*, tamquam *Fasti*, ut Tertulliani verbis utar, a perituris *seculi gaudiis* animum ad mansura transferant, eumque rerum æternarum cupiditate incendant. Hic noster, nil nisi sanctitatem redolens, ad arcem Tuam Bensbergicam conferendus ornatus; hæc Christiani herois insignia, principe loco appendenda; nimirum in sacra illa æde, reliquo palatio magnificentius exædificata, in qua decoramentorum nihil eluceat, quod non Dei gloriam spiret, Sanctorumque venerationem. Hæc cum Tibi luculenter exhibeat, hæc cum de Te in illustrissimo illo Sanctorum agmine manifestissime explicet Usuardus meus; Veniam dabis, Princeps Clementissime, si patenti præ palatii valvis area, inter artium virtutumque descripta nuperrime conclavia, statuam Tibi erigam, omni ære, omni metallo perenniorem, utpote ea conflatam materia, quæ nulla aeris tempestate, nulla vetustatis ærugine, nulla temporis diuturnitate corrumpi, corrodi, aut everti umquam possit. Nec scalpro, nec arte fusili utar, nec malleo. Corpus ipsum totius machinæ, Te Principem Serenissimum repræsentans, igne probe subactum, erit ipsa ferventissima, qua in Christum exarserunt innumeri Martyres, Martyrologio nostro comprehensi; ferventissima, inquam, caritas, qua modo cum summo bono ardentissime copulati, eamdem Tibi olim felicitatem æternum augurantur. Basim formabunt innixa implexaque dira illa carnificinæ instrumenta, quibus ipsi illi immaniter cruciati

ciati

ciati sunt, egregia nimirum incitamenta, quæ spectatorum segnitiem ad Christianum robur, Martyrum illorum Tuoque exemplo, omni lingua eloquentibus, omni sermone potentibus adhortentur. Stylobatarum vice machinam sustentabunt virtutes quatuor Martyrum præcipuæ : viva fides, spes inconcussa, heroica fortitudo, invicta tolerantia. Ornabunt innumera alia decora, a Sanctis accepta, iisque præsertim, qui licet magnis imperiis gubernandis regendisque distenti, vitatis perversi seculi scopulis, immaculatum Creatori spiritum reddidere. Sceptrum manui inseret Magnus ille, tuos inter proavos Carolus, cujus vestigia premendo, Te fidei Catholicæ, Romanæque Sedis protectorem agnoscit orbis Catholicus. Coronam vertici imponet Henricus, qualem ipse S. Petri Cathedræ, Christiana pietate submisit. Balteum accingere poterit Ferdinandus Catholicus, Mahumetanorum sanguine purpuratum, quorum tot millia legiones Tuæ, flosque patriæ nobilitatis, sub Augustissimo piissimoque Leopoldo, in Hungaria militantes, immortali gloriæ Tuæ incremento profligaverunt. Concurrent ex Anglia Eduardi, ex Gallia Ludovici, ex Hungaria Stephani, ex Dania Canuti, ex Suecia Erici, ex Bohemia Wenceslai, ex Polonia Casimiri, ex omni regno cœlites Principes alii, Tuam iconem, vivam, inquam, in Te eorum imaginem debitis tropæis certatim exornaturi : nec Reges solum et Principes, sed tota illa in meo Usuardo expansa longe lateque Sanctorum acies, Tuo, quod mihi benigne annuis, patrocinio gavisura, quos nempe in hoc Actorum nostrorum veluti compendio, sub tua hodie (si ita mihi loqui fas sit) sub Tua clientela constituo. Hoc ego delubrum, PRINCEPS CLEMENTISSIME, in area Bensbergica Tibi dico, Tibi consecro, Tibi esse volo æternum meæ sociorumque meorum in Te, Serenissimamque familiam Tuam, constantissimæ observantiæ monumentum, cui non quidem inepte inscribatur Tua olim peregrinantis tessera : *Dominus virtutum nobiscum;* sed hæc dedicato Tibi operi erectæque statuæ accommodatior epigraphe, LAUS EJUS IN ECCLESIA SANCTORUM.

SERENISSIME ET CLEMENTISSIME PRINCEPS

SERENITATIS TUÆ ELECTORALIS

Devotissimus Cliens

JOANNES BAPTISTA SOLLERIUS

Societatis Jesu.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS JESU FLANDROBELGICÆ

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI

Cum Edictis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti et Isabellæ, Belgii principum, rursumque Philippi III, ac novissime Caroli II, Regum, confirmatis die II *Decembris* MDCXCII, *et* XIX *Junii* MDCXCIV; *Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi Typographos et Bibliopolas, qui, ad quorumcumque aliorum exclusionem, soli imprimere ac reimprimere possint libros et opera quælibet, rite approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porro edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quam in scriptis obtenta et præexhibita licentia prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impressa importantes statutis, ut latius in ipsis patentibus litteris apparet; quod ipsum cum etiam sua Cæsarea Majestas valere voluerit in ditionibus, S. R. Imperio subjectis :*

Ego infrascriptus, Societatis Jesu per Flandrobelgicam Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præposito Generali MICHAELE ANGELO TAMBURINO, *concedo* Joanni Paulo ROBYNS, *Typographo Antverpiensi, facultatem imprimendi, et per se aliosque vendendi,* MARTYROLOGIUM USUARDI MONACHI, *recensitum, expurgatum et illustratum per* Joannem Baptistam SOLLERIUM *Societatis nostræ Presbyterum Theologum. In quorum fidem hasce manu nostra subscriptas, consuetoque officii sigillo munitas dedi Antverpiæ* XXIV *Augusti* MDCCXIV.

JOANNES BRAZE.

SUMMA

PRIVILEGII REGII

Regiæ Majestatis diplomate sancitum est, ne quis, præter voluntatem DANIELIS PAPEBROCHII e Societate Jesu, ejusve ad illustranda SANCTORUM ACTA Adjutorum et Successorum, ullo modo imprimat vel recudi faciat, ex parte vel in totum, Tomos eorumdem, de argumento illo, vel jam editos vel porro edendos; aut alibi excusos excudendosve invehat, venalesve habeat : qui secus faxit, confiscatione exemplarium et aliis gravibus pœnis mulctabitur, ut latius patet ex litteris Bruxellæ datis.

Signat. LOYENS.

Et ego CONRADUS JANNINGUS Societatis Jesu, *Joanni Paulo Robyns,* Typographo Antverpiensi, permitto, ut MARTYROLOGIUM USUARDI, partem Tomi VI de ACTIS SANCTORUM JUNII, etiam seorsim impressum, publicet. Datum Antverpiæ VIII Kalend. Septembris MDCCXIV.

C. JANNINGUS.

APPROBATIO

ORDINARII

Martyrologium Usuardi Monachi *ex octoginta ferme exemplaribus, tum excusis, tum manuscriptis a* Joanne Baptista du Sollier *Societatis Jesu sacerdote Theologo studiose recensitum, expurgatum et illustratum, dignum censeo, quod etiam seorsim a Tomo* VI *de* Actis Sanctorum Junii, *in publicam lucem edatur. Datum Antverpiæ* 25 *Augusti* 1714.

F. G. ULLENS Can. Schol.
Off. et Librorum Censor.

PROTESTATIO

AUCTORIS

Quod ante Tomos singulos de Actis Sanctorum identidem protestati sunt Magistri et Collegæ mei, se in toto de Actis Sanctorum opere servatas velle Urbani Papæ VIII Constitutiones, neque suis, aliorumve eo referendis commentariis aliud pondus, quam est Historiæ, ab hominibus errori obnoxiis scriptæ; idem ego ante hoc Usuardi Martyrologium a me recensitum et illustratum etiam protestor.

AD NOVAM

AD NOVAM

MARTYROLOGII USUARDINI

EDITIONEM

PRÆFATIO

Brevis totius operis conspectus.

Inter Martyrologos antiquos nullus Usuardo celebrior, nullus in Ecclesia usitatior, nullus toties descriptus, nullus pluribus editionibus, Germanicis, Gallicis, Italicis, Belgicis per totam Europam Catholicam dispersus, utpote qui centum circiter annorum decursu, ferme vigesies excusus fuerit, ut tertio hujus præfationis capite fusius deducemus. Desiit subinde Martyrologii istius excudendi ardor, postquam Ecclesia Romano-Catholica Usuardum, non qualemcumque, sed usibus suis aptatum, auctum, reformatum, in officio Canonico usurpandum præscripsit, quodque proinde, mutato Usuardi nomine, vere Romanum Martyrologium cœpit appellari. Sic quidem in Choris, Capitulis, aliisque Religiosis societatibus Usuardini Martyrologii prælegendi cessavit usus; at perseveravit interim, et perseverat hactenus inter Hagiophilos et Ecclesiasticorum monumentorum veterum studiosos ingens desiderium videndi aliquando ipsum illud Martyrologium, nativæ suæ simplicitati, post tot alias necdum defæcatas editiones restitutum, omnibusque accessionibus plane repurgatum. Id a RR. PP. Benedictinis Parisiensibus, qui auctoris ipsius, symmystæ olim sui, autographo gloriantur, diu postulatum, diu frustra exspectatum fuit : an quod ipsi provinciam illam, quasi a nobis pridem occupatam ultro cesserint, exploratum non habeo; certe, quod orbis litterarius sæpe mirari debuit, tot inter analecta a viris illis eruditissimis in publicum emissa, locus Usuardo isti, seu vere, seu prætense autographo, hactenus concessus non est. *Usuardus sæpe editus,*

2 Quod hic occupatam a nobis evulgandi aliquando Usuardini Martyrologii provinciam insinuem, id velim intelligi de pollicita olim a Bollando editione, ut mox ex Præfatione ejus generali cap. 4 § 7 manifeste ostendam. Nec id solum meditabatur vastissimi nostri de Actis Sanctorum operis conditor, verum et alia cujusvis generis Martyrologia publici juris facere, ne quid in Actis occurreret, quod eruditos lectores remorari posset. Juverit Bollandum ipsum loquentem audire citati capitis § 3, ubi enumeratis suppetiis, fulcimentis, adminiculis, undecumque collectis et acceptis, ad alia monumenta progressus, recenset Kalendaria, et Fastos variarum ecclesiarum, Breviaria et id genus instrumenta, ex quibus indicatur præbeturque occasio in Sanctorum Acta inquirendi. Pergit deinde in hunc modum : *Sed præ his quoque magno mihi subsidio Martyrologia fuere. Cogito, quæ habeo non pauca, saltem quæ maxime probata erunt, illa olim edere, accurate recensita, collataque cum iis, quæ interea suggerent amici. Quia tamen hic nonnulla cito, quæ adhuc publici juris non sunt, ne quis eam ob causam forte hæsitet, paucula hic de iis a me pertractari, censui oportere.* Hæc antesignanus noster, non Usuardi solum, sed et aliorum Martyrologiorum editionem animo designans, rectissime et sapientissime ipso magni Operis principio censuit; et ante ipsum, primus delineator ac monumentorum collector, Rosweydus censuerat; quippe qui antequam opus, jam mente conceptum, aggrederetur, prælo paraverat Martyrologiorum antiquorum, eatenus notorum, nempe Bedæ a Plantino vulgati, Usuardi, Rabani, Adonis et Notkeri, cum Romano moderno, Græcorumque Menologio collectionem, provide prudenterque advertens, ad tanti operis, quale est de Actis Sanctorum intelligentiam, præviam Martyrologiorum, ex quibus Sanctorum cultus eruitur, claramque notitiam præmitti omnino necessarium esse. *a nobis pridem*

3 Mansit quidem inedita, duobus magnis voluminibus descripta, jam dicta Rosweydi collectio, quoniam Martyrologia illa tunc temporis satis vulgata existimarunt Majores nostri; at aliorum subinde erutorum manuscriptorum edendorum consilium numquam dimiserunt quamquam promovendo operi alacrius incumbentes, rem totam in plures annos distulerint. Prodiit nihilominus interea genuinus Beda, ab additamentis Flori, qua tunc licuit probabilitate distinctus, eo casu inventus, ea ratione editus, ut fuse et clare explicatur in Prologo ante tomum II Martii, quæ hic describere superfluum judico. Hieronymiana exemplaria collegit, notis et exercitationibus illustravit ac edidit V. C. Franciscus Maria Florentinius, nobilis Lucensis, anno MDCLXVIII, eodem illo, quo lucem vidit genuinus Beda. Supererat Usuardus, cujus laudatus Bollandus jam dicti cap. 4 § 7 pridem monuerat : *complura* in Museo nostro exstare *exemplaria, sed in quibus et amplificata Sanctorum elogia, et plurium* *iterum edendus*

nomina

nomina adscripta, qualia ecclesiarum Pragensis et Bruxellensis, multorumque monasteriorum, quæ non attinet hic percensere; faciam id alias, cum Usuardum edam, sed nativa simplicitate, variorum Auctaria seorsim. En clarissimis verbis depictam quam supra dicebam meditatam a Bollando, idque ab annis plusquam septuaginta, Usuardini Martyrologii editionem, ad quam tamen nec ipse, nec subsequentium sociorum ullus animum postea umquam adjecit.

quo modo,

4 Neque vero nudam, ut diximus, Usuardi impressionem procurare, id animo volvebat Bollandus, sed qui terendis excutiendisque istius Martyrologii, sæpe aucti, sæpe luxati, sæpe interpolati, manuscriptis codicibus assueverat, qui prædictorum codicum, cum aliorum Martyrologiis confusionem perspexerat, qui nomina Hieronymi et Bedæ sæpe perperam Usuardinis codicibus præfixa observaverat, id, nisi fallor, moliebatur, ut phrasim stylumque Usuardi assecutus, a reliquis omnibus eum discerneret, nativam textus puritatem erueret, variorum auctariis in classes suas redactis, una opera codicum manuscriptorum notitiam, qualem tunc poterat, Actorum nostrorum lectoribus suggereret. Fuisset sane editio hic delineata, Henschenii studio, exercitatione, summaque in versandis Martyrologiis peritia dignissimum opus, verum ipse privata sua scientia in promovendo opere uti maluit, quam posterorum commodo consulere. Nec Papebrochius ei negotio magnopere intendit; cum enim tetricam excutiendorum Martyrologiorum spartam, ad usque finem Junii perduxisset Henschenius, recte prospexit ipse, metam laborum suorum illic procul dubio figendam. Socii alii, urgentioribus et ipsi distenti, rem totam hactenus intactam reliquerant.

5 Interea Superiorum nutu, cœlo seu Sanctis cœli incolis portandis (ut facete olim lusit Bollandus) humeros supponere jussus, inde rei exordium sumendum putavi, quo operis totius cardinum, elementorum, fulcrorumque cognitionem acquirerem. Atque eccum tibi diebus prope singulis longas series Martyrologiorum præsertim Usuardinorum, quorum vel solorum nominum et characterum magna diversitate, a prosequendo tam vasto opere absterreri quis posset, dum secum attente perpendit, quam multa, quam varia prærequisita prænoscendaque necessaria sint, priusquam ad intima penetrare queat. Fateri non erubesco, per annos mihi laborandum fuisse, priusquam vel solorum codicum proprios characteres satis dignoscerem. Et fuit profecto non modica ea difficultas; cum enim codices ipsi varia præferrent nomina, præsertim Hieronymi, Bedæ et Adonis, nec curasset Henschenius ad classes suas singulos distincte revocare, cui nempe sua sufficiebat notitia; ad hæc cum nomina, codicibus tum aliis, tum Usuardinis tributa, a monasteriis, ecclesiis, bibliothecis, vel urbibus desumpta, confusionem parerent, conferenda erant singula prope manuscripta, antequam certo statuere possem, utrum ad Hieronymianorum, Bedæ, Adonis, vel Usuardi proprias classes essent reducenda. Dum hisce evolvendis, excutiendis, perscrutandisque operosius insudo, ad finem perducitur Junii nostri tomus V, cujus cum grandior moles, totius istius mensis Supplemento subjungendo sufficiens spatium non relinqueret, opportune renovata est cogitatio, de edendo tandem aliquando Usuardi Martyrologio, quod cum præfato Supplemento, sextum Junii, et ultimum sacri Semestris tomum conficeret, ut tantisper ad calcem prædicti voluminis quinti indicatum est.

quibusque de causis

6 Pandunt se sensim susceptæ novæ hujus Martyrologii Usuardini editionis institutum, totaque ejus œconomia seu propria ratio, qua nimirum præter Usuardini textus *nativam simplicitatem*, per dies singulos ex fontibus suis probatam, stabilitam et explicatam; id potissimum, qua possumus diligentia, nobis exequendum præfigimus, ut cum Martyrologii nostri textus integritate, simul noscantur codicum Usuardinorum tam variorum, totque nominibus insignitorum ætas, character, fides, auctoritas, ceteraque omnia ad perfectam monumentorum nostrorum cognitionem pertinentia. Accedet, quæ ad Actorum vel saltem commentariorum nostrorum filum percipiendum faciet vel maxime, Martyrologiorum aliorum, quocumque nomine vel titulo descriptorum, aut typis excussorum, cum Usuardino perpetua comparatio, ac præterea manuscriptorum prope omnium tam accommodata pictura, ut lector quilibet non imperitus, uno quasi intuitu doceatur, ad quam Martyrologiorum seriem citati illic quotidie magno numero codices, reducendi sint; unde mihi equidem persuadeo, non solum tædium ea ratione lectoribus sublevatum, sed et clariori rerum, de cetero obscurissimarum exhibitione, non parvam voluptatem allatum iri.

duæ sunt præcipuæ ad nos et alios spectantes.

7 Atque hinc etiam perspicis, duas potissimum easque urgentissimas causas, quæ me ad tetricum hunc laborem suscipiendum impulere: alteram quæ nosipsos posterosque nostros; alteram, quæ Hagiophilos alios, Actorum nostrorum lectores, præcipue spectant. Nostra intererat præcavere incommoda, ne venturi imposterum operis adjutores, iisdem ipsis difficillimarum inquisitionum labyrinthis irretiti, menses etiam plures imo et annos magno tædio, fructu exiguo consumerent, ut vel solorum Martyrologiorum nostrorum sufficientem ideam adipiscerentur. Ad externos pertinebat hujusmodi disquisitio, ut ne operis nostri momentis fulcimentisque non satis cognitis, *ob eam causam,* quemadmodum Bollandus solerter observaverat, perpetuo *hæsitarent,* quod mihi sexcenties evenisse memineram. Quid enim lectori fastidiosius excogitari potest, quam singulis prope commentariorum nostrorum præviorum paginis, longo Martyrologiorum agmine obrui, de quibus ipse dubitare possit an umquam exstiterint in rerum natura? Aut si bona nostra fide, ea admittenda putet, saltem de codicum ipsorum genere, patria, ætate, stylo, auctoritate merito edoceri postulet, quo perpensis, pro sua eruditione rerumque istarum peritia, rationum argumentorumque nostrorum momentis, per se ipse de assertorum omnium veritate statuere ac decernere prudenter valeat. Hæc mihi ad devoranda ingentia tædia incitamento fuere, summam una spem ingerentia, fore ut Hagiophilis omnibus non ingratiis obtruderetur labor noster, partemque in Actis ipsis Sanctorum habere paterentur Usuardum, qui Sanctis, imo Actis ipsorum plurimis, non exiguam intelligentiæ lucem præferret.

8 Habes hic paucis, erudite lector, veram, candidam et sinceram totius editionis nostræ Usuardinæ causam, habes consilium, propositum, rationem. Repeto, testorque id me præcipue studuisse,

ut codices

ut codices omnes, quorum in Museo nostro numerosa, si usquam, supellex, ut codices, inquam, omnes, ex Usuardi progenie, ab aliis omnibus seponerem, seu eos integros habeamus, seu solum extracta aut variantes, ex collatione ab Henschenio et Papebrochio, cum ipsis codicibus et Usuardo Greveni facta, superstites, ut postea ex professo demonstrabitur, dum ad Usuardum ipsum ejusque proles, præfationis hujus capite tertio deventum fuerit. Jam dicta brevissime contraho. Usuardum damus, additamentis omnibus, quantum humanitus fieri potuit, expurgatum. Hoc primum. Deinde in Observationibus quoque die subjunctis, exactam tradimus occurrentis textus genesim, eum ad primas radices revocando, ostendendoque, utrum ex Hieronymianis, ex Beda, an ex Romano parvo per Adonem, commemoratio de qua agitur, desumpta sit, an Adonis solius propria; demum an ab Usuardo aliunde quam ex Adone, aut antiquioribus mutuata. Rursus, an idem Sanctus aut Sanctorum turma a Rabano, Hieronymi aut Bedæ verbis consignata non sit. Nec locus Notkero deest, paucis nonnunquam assignando, quænam ex Hieronymianis, quænam ex Rabano, quænam denique ex Adone ab eo translata fuerint; ut proinde diebus singulis scenam aperiam, qua uno quasi intuitu probe instituatur lector de tota Martyrologiorum omnium inter se relatione, seu, ut ita dicam, sanguinis aut affinitatis propinquitate; ne excluso quidem Wandelberto, cujus metrica elogia Observationibus nostris, si quidem de illius diei Sancto vel Sanctis meminerint, inseruntur vel subjunguntur. *Quis modus operis.*

9 Hæc est totius operis latissime expansi in brevem tabellam contracta imago, ubi ad citatum caput tertium pertinentium, accuratius explicanda. Jam quid hac nostra præfatione præstitum sit, paucis accipe. In tria capita totam dispescimus. Primo Martyrologia omnia recensentur et Usuardo antiquiora et synchrona, cum quibus ipsi nonnulla quidem affinitas, sed non tanta sanguinis, si ita loqui licet, conjunctio, ut parentem seu primigeniorum fontium titulo proprie gaudere queant; qualia sunt quæ ad Hieronymiana, aut Bedam a Floro auctum referuntur, aut quæ cum illis propinquitatem habent, ut sunt Wandelberti, Rabani et Notkeri Martyrologia, vulgo nota, quibus omnibus proprias characteristicas ita conabor appingere, ut a quolibet facile dignoscantur. Intercurret nova de genuino Bedæ et Flori Martyrologio disceptatio, eruditis Hagiophilis ad ulteriores disquisitiones materiam præbitura. Porro in Martyrologiorum serie, debito antiquitatis jure, agmen ducent apographa Hieronymiana, tum majora, uti vocamus, a Florentinio edita ; tum minora, quæ apud nos Mss., aut ab aliis vulgata sunt. De his vero aliisque talem Martyrologiophilis delineationem ob oculos ponam, ut citata magno numero in Actis nostris exemplaria per se ipsi ad classem propriam possint reducere, deque codicis cujusque probitate ac fide judicium ferre. *Et quæ præfationis diversa capita.*

10 His subjungetur caput alterum, quo ad ipsum Usuardum accedemus propius, primum familiæ ejus stipitem, seu in recta linea protoparentem demonstrando, nimirum vetus illud Romanum ab Heriberto Rosweydo primum editum atque Adoni præfixum. Hic vero exurgent litigia : cum enim tot habuerit, totque etiamnum impugnatores habeat prædictum Martyrologium, eo capite polemice agendum erit, ut contra quoscumque adversarios vera appellatio, sinceritas, vetustas, ejusdemque facta Ravennæ per Adonem descriptio vindicetur, unde fiat consequens, idem ipsum esse, quo Viennensis Martyrologus adjutus est, imo ex quo plerosque Sanctos suos diebus singulis extraxit. Cum autem deinceps probaturi simus, Usuardum toto suo opere Adonis compendiatorem contractoremque fuisse, perspicue concludi poterit, Romanum vetus seu parvum, Usuardi avum esse, Adonem ejus patrem; id quod capite tertio erit pertractandum. Quo deinde, longo ordine sequetur tota Usuardi progenies, seu codices illi Usuardini omnes, ex quibus genuinum ejus Martyrologii textum, simulque Auctaria seorsim collecta desumpsimus. Hæc prima fronte, ex ipsa rerum plerisque ignoratarum nimia varietate, nonnihil obscura, toto præfationis decursu, clare, ut confido, atque dilucide evolventur.

CAPUT PRIMUM.

Martyrologiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propinquitas et connexio.

Multa pridem a Molano, Baronio, Bollando, Henschenio, Papebrochio, Florentinio aliisque doctissimis viris præclare disputata sunt de Martyrologiorum origine, primordiis, et incrementis, deque eorum diversitate, prout a variis scriptoribus primum conflata fuerant. Crevit earum rerum penitius investigandarum studium, accrescente paulatim majori luce, postquam antiquiora Martyrologia e bibliothecarum scriniis educta, typorum beneficio omnium manibus teri cœperunt. Nihil hic ad nos attinet ea repetere, quæ a clarissimis illis notissimisque scriptoribus, præsertim a nostro Bollando clare, distincte et erudite explicata sunt. Unum est, in quo defecisse omnes, sit verbo venia, in quo, inquam, defecisse ipsos animadverto, nimirum, quod singulorum Martyrologiorum auctores, ætatem et characteres aliquos solum describendo, eo penetrare neglexerint, unde eosdem inter se componendo, una explorassent, quæ primigenia Martyrologiorum capita, quæ qualisve ceterorum ex prioribus derivatio aut genesis, quæque proinde inter Martyrologos omnes conjunctio, connexio, propinquitas, affinitas, vel consanguinitas. Liceat mihi hisce uti vocabulis, ad rem hactenus implexam et involutam, quanta potero perspicuitate illustrandam. Jam Martyrologia omnia classica, seu quæ antiquorum prærogativa et auctoritate gaudent, suis nominibus appellavi : Hieronymiana nempe, Bedam, Florum, Romanum parvum, Rabanum, Wandelbertum, Adonem, Usuardum et Notkerum. Quæritur hic, quisnam inter illos ordo, dicam an subordinatio; qui proavi, qui patres, qui filii, qui cognati; verbo dicam, quo se invicem propinquitatis gradu contingant ?

12 Ego

12 Ego sic existimo: ad tria potissimum capita, radices stipites, seu fontes reduci omnino posse Martyrologos omnes, seu potius eorum Martyrologia, quorum surculi, rami vel rivuli dici debeant, quotque huc usque, saltem alicujus nominis vulgata sunt, vel manuscripta exstant in variis bibliothecis, ex quibus apographa, ad Museum nostrum ab amicis transmissa, aut a Majoribus nostris magno labore et sumptu procurata fuerunt. Capita hic nomino Martyrologia illa, quæ prima seu autographa censeri debent, utpote quæ ex nullo altero, saltem quod modo supersit, transcripta, fontes ipsa fuerint, unde scriptores Martyrologi alii suas aquas derivarunt. Ex his primum præcipuum et vetustissimum agnoscimus, quod sub Eusebii vel potius Hieronymi, vel utriusque nomine circumfertur, sive illud vere ab ipsis conditum fuerit, sive a posteris falso ipsis adscriptum; de quo paulo post copiosius tractandum erit. Locum ab hoc proximum tenet celebre aliud a Venerabili Beda compositum, non jam supposititium illud a Plantino editum, sed genuinum ipsum, quod a Floro nominatissimo Lugdunensis ecclesiæ subdiacono auctum fuisse, clare et diserte ab Adone testatum, postea ostendemus. Tertium porro dicimus, ipsum illud, quod præfatus Ado Ravennæ repertum, et a religioso fratre, sibi præstitum, ibidem transcriptum, in capite Martyrologii sui ponendum putavit, quod Rosweydi nostri cura primum cum Adone in lucem prodiit anno MDCXIII, quodque a multis subinde laudatum, sed a pluribus acerrime oppugnatum, toto sequenti capite vindicandum suscepimus.

quæ ad primos stipites hic ordine reducuntur.

13 Hos ego primarios stipites seu stirpes voco, unde in tres potissimum classes, tribus seu familias primigenias tota Martyrologiorum prosapia distribuatur. Ex his vero primaria, ut iterum dicam et magis late patens radix prædicanda est Hieronymianum, ut omnium antiquissimum, ita feracissimus fundus, in quo natæ arbores in omnem partem ramos extenderint; puta Martyrologos alios prope omnes, ex ipso illo primario, in opus suum aliquid transfudisse. Visum a Beda Hieronymi Martyrologium, ex ipsiusmet verbis infra citandis deduci posse videtur, imo negare vix ausim, aliqua Sanctorum nomina verosimillime ex uno in alterum transiisse. An idem de Romano veteri seu parvo æque affirmari possit, fateor mihi necdum undequaque constare, tametsi longa et sedula disquisitione id assequi studiosissime conatus fuerim. Nihilominus et Bedam Martyrologorum caput statuimus, idque adeo maxime, quoniam singulari ordine et stylo Martyrologium proprium, utut incompletum adornavit, quod primum a Floro, inde ab aliis auctum, pene dicerem deformatum, vestigia tamen aliqua semper servat, ex quibus ab aliis distingui possit, ut ante me accurate observarunt Henschenius et Papebrochius, dum illud aut purum, aut puro proximum edidere ante tomum II Martii de Actis Sanctorum, anno MDCLXVIII. Atque hæc iterum obiter dicta sunt, propriis locis in hujus capitis decursu uberius explananda.

14 Est igitur nostra fundamentalis assertio, ab his tribus Martyrologorum quodammodo patriarchis, reliquos omnes legitima successione descendere, quales sunt: Rabanus, Ado, Usuardus, Notkerus, et quicumque alii ab hisce, tamquam stipitibus subalternis, sua desumpsisse deprehenduntur. Ex qua vero proprie radice profluxerit metricus ille Martyrologus Wandelbertus, certo exploratum non habeo. Ex Beda acceptum nonnulli voluere; ipse se subsidii plurimum a Floro habuisse fatetur. Ego florilegum puto, qui hinc inde varia Sanctorum nomina, forte versibus aptiora decerpserit, de quo pluribus suo loco dicam. At certum est, Rabanum ex Beda descriptum, ex Hieronymo auctum, et nonnullis additis aut fusius deductis, ab auctore completum esse. Ado genitorem suum digito commonstravit, dum Romanum parvum operi præfixit, et diebus prope singulis ex eo Sanctos suos evidentissime desumpsit. Nec minus certum est, totum Usuardi Martyrologium ex Adone contractum esse, sanctis Martyribus Cordubensibus, nonnullis Hieronymianis, nonnullis popularibus, ac paucis aliunde mutuatis coagmentatum. Bedam etiam secutum se fuisse testatur Usuardus, idque in Observationibus nostris, dum locus est, sedulo annotamus. Verumtamen Adonem patrem ejus, seu verum fontem declaramus, ex quo totum ferme Martyrologium ejus dimanasse indubitatum arbitramur. Notkerus denique præcipua quæque ex laudato Adone transtulit, non pauca ex Rabano sua fecit, multis ex Hieronymo ad complendos singulorum dierum indiculos corrasis. Atque hæ totidem propositiones sunt, nostra hac præfatione, quoad res exigit, aut a decessoribus nostris jam præstitum non fuit, dictincte et ex ordine demonstrandæ.

ARTICULUS I.

De Martyrologii Hieronymiani exemplaribus.

§ 1.

De Majoribus ab Acherio et Florentinio editis.

[illegible] num, Martyrologium

In laudata nuperrime præfatione generali cap. 4, totum quartum paragraphum insumit Bollandus elucidando, quod sub Eusebii et Hieronymi nomine venit, Martyrologio; ubi primum fatetur, non satis probari, quod tale Martyrologium ab Eusebio umquam scriptum fuerit, nec id ex epistola Gregorii ad Eulogium aperte deduci. Rursus, nec certum esse Eusebianum seu Martyrologium, seu de Martyribus commentarium, ab Hieronymo versum, aut aliud a sancto Doctore scriptum fuisse, quidquid id aliqui confici posse existiment, ex famosa Chromatii ac Heliodori episcoporum ad Hieronymum epistola, et altera ad ipsos Hieronymi responsoria; utpote cum utramque Baronius solidis argumentis commentitiam demonstraverit: unde si vera umquam istiusmodi epistola a Cassiodoro citata fuerit, eam intercidisse fatendum est. Et hæc quidem communior hodie doctorum virorum sententia, cui tamen contradici posse, dictasque epistolas a suppositione utcumque salvari,

operosis

operosis annotationibus ostendere conatur Florentinius a pag. 57. Ceterum pendente adhucdum ea lite, ex Cassiodori testimonio id consequi omnino videtur, indiculum aliquem seu Fastos ab Hieronymo concinnatos, sive sub epistolæ, sive sub alio quovis titulo, descriptis fortasse eorum Sanctorum nominibus, quorum in Eusebii collectione, cujus Eusebius ipse lib. 4, cap. 14, et lib. 5, cap. 20, et ad Gregorium Eulogius meminere; quorum, inquam, ibi Acta exstabant, aliis de suo superadditis; ex quo pridem firmiter invaluerit, inveteraveritque opinio, Martyrologium aliquod ab sancto Hieronymo compositum fuisse.

16 Pro opinionis jam dictæ vetustate abusque seculo sexto stat Cassiodori auctoritas, ex libro de *Institutione Divinarum lectionum* cap. 32 a Bollando recitata; pro seculo septimo stat notissimum Bedæ testimonium, Retractatione in Actus Apostolorum cap. I: *Quibus adstipulatur*, inquit, *et liber Martyrologii, qui beati Hieronymi nomine ac præfatione attitulatur, quamvis idem Hieronymus illius libri non auctor, sed interpres, Eusebius autem auctor extitisse narretur.* Manavit deinde in posteros præfata opinio, a Walefrido Strabone et plerisque seculi noni Martyrologis, disertissimis verbis confirmata, duravitque hactenus, tametsi per multa secula nullus deinceps de Martyrologio isto meminerit, nec Baronius, adhibita quantavis diligentia, integrum usquam reperire potuerit; donec ipsum e Cartusia Trevirensi feliciter tandem eruit Rosweydus noster, vetustissimo charactere exaratum, quale media fere parte æneis laminis expressum habemus, autographo ipso ad Epternacenses, qui codicem suum repetierant, anno demum MDCLXVIII remisso. Hisce addi possunt, quæ in prologo ad Bedam disseruit Papebrochius; nos hic Bollandum sequimur, cujus hæc verba describi merentur: *qui quis ejus auctor fuerit.*

17 *Folia aliquot excusa ut vidit ad se a Moreto* (cujus expensis codex ille in æs incidi cœperat) *missa Bartholomæus Gavantus, Provincialis præpositus Congregationis Clericorum regularium S. Pauli, et sacræ Romanæ Rituum Congregationis Consultor, mirifice probavit, scripsitque de illo ad eumdem Moretum plures epistolas, quas legi; alias opinari se, reliquis collegii illius sive Congregationis sapientissimis viris Martyrologium illud* VALDE PLACITURUM; *alias* SENTIRE PERITIORES, UTILE FORE CHRISTIANÆ REIPUBLICÆ. *Alii quoque viri eruditi vehementer id laudarunt, ut præclarum sacræ antiquitatis monumentum.* Tu vide ibi reliqua, quæ in præfati codicis commendationem pluribus nitide Bollandus prosequitur. In Gavanti Bollandique sententiam ivere deinceps eruditi omnes, saltem orthodoxi, si paucos excipias, qui contradicendi genio ducti, licet rem ipsam improbare omnino non auderent, titulum arrodere aggressi sunt; forte quia ibi agnoscit Bollandus, nullum certum argumentum suppetere, quo Martyrologium a sancto Hieronymo vere esse compositum satis suaderi queat, et quia fatetur (ut verissimum est) multa recentius adjecta, quæ Hieronymo adscribi prorsus nequeant, quemadmodum ex speciminibus ibi appositis clarissime elucescit. Verum enim vero quid demum rempublicam litterariam aut fidem Catholicam detrimenti accepturam credidere viri illi doctissimi, ex eo quod Hieronymi nomen ei Martyrologio adscriptum paterentur, cum impedituri numquam sint, quo minus post Cassiodorum, Bedam, Walefridum, Adonem, Usuardum, Notkerum et alios Hieronymianum perpetuo nuncupetur? Hæc paucissimis et cursim delibo; qui de his longiorem sermonem desiderat, adeat Florentinium in Admonitionibus præviis, præsertim 3, 5 et 6, quas hic describere, aut in compendium contrahere nec vacat, nec omnino lubet de voce contentiosius disceptare. *antiquissimum est.*

18 Unum novi scriptorem Catholicum, qui, dedita opera, Martyrologium, quo de agimus, impetere ausus fuerit, Henricum Valesium, singulari dissertatione suis in Eusebium observationibus adnexa pag. 315, ubi *subdititium librum* vocat, *qui falso Hieronymo adscribatur.* Hoc autem duce fretus, in omnem, ut fit, orthodoxos scriptores sugillandi occasionem intentus Matthias aliquis Fredericus Beckius, in suo ad, nescio quod Kalendarium Germanicum (quod ei placet Martyrologium appellare) commentario a pag. 11 multa congerit, quo Majores nostros temere carpendo, laudatum Martyrologium Hieronymo nequaquam adscribendum ostendat; idque ex cavillis nonnullis, quos hinc inde ex Florentinii aliorumque dubitationibus sincere propositis, acriori ipse et mordaciori sale inspergit. At tanti hic non est, ut argutatiunculas ejus omnes aut excutiamus aut convellamus; satis nobis erit, si ex communi Catholicorum consensu Hieronymi nomen præferre possit, atque adeo Hieronymianum tuto nuncupari, tametsi monumenta desint, quibus ipsum sanctissimo Doctori certo vindicemus. Ita censuere Majores nostri, ita hodie passim loquuntur eruditi universim omnes; et nos toto opere nostro Hieronymi, vel Hieronymianorum appellatione semper utendum existimavimus. *frustra impugnatum*

19 Rem totam, ut dixi, profundius examinat laudatus, laudandusque nobis sæpius clarissimus et decessoribus nostris, dum viveret, amicissimus Franciscus Maria Florentinius, nobilis Lucensis, qui, vindicatis Eusebii collectionibus, libris seu libellis Martyrum, non solum Palæstinæ, sed et aliorum; pag. 13, sub finem recte notat, *sufficere nunc de Martyrologii proprie dicti auctore affirmare..... vetustius illud esse in scriptorum memoria Martyrologium, quod Eusebio adscribitur, vel divo potius Hieronymo ex collectionibus Eusebii.* Sequenti deinde pag. 14 erudite probat, Hieronymi Martyrologium a se datum, notis, a sancto Papa Gregorio codici suo attributis, ad amussim convenire. Cum igitur Martyrologium toties appellatum, collectis pluribus ejus apographis, anno MDCLXVIII publici juris fecerit, atque eruditissimis notis, observationibus et exercitationibus illustraverit idem ipse Florentinius, ad pleniorem totius rei notitiam, et de ejus codicibus, et de aliis ad Hieronymianum pertinentibus, nonnulla explicanda sunt. Nec verbo indicare neglexerim, cur et hic et in toto decursu operis maluerim adhibere Hieronymianorum, quam Hieronymi ipsius vocabulum. Nempe cum sancti Hieronymi qualecumque opus ignoretur, apographa autem et multa et diversissime aucta et contracta sint, putavi communiori voce cavillationibus ansam præcisum iri. *a F[illegible]*

codicibus

codicibus ipsis tribuendo, quæ a primo auctore certissime removenda sunt. En modo Florentinianæ lucubrationis aliqualem effigiem.

præcipui ejus codices,

20 Inter varias admonitiones prævias, sexta ordine tota fere insumitur depingendis duobus codicibus Hieronymianis, Lucæ aut in vicinia repertis, qui vel ex Gallia eo allati, vel ex aliquo cœnobii Fontanellensis apographo descripti fuerant; certe ita erant similes, ut vel ex eodem exemplari acceptos, vel alterum ex altero descriptum esse oporteret. Hos ipse nactus, ut erat vir rerum ecclesiasticarum antiquarum studiosissimus, communicato cum V. C. Luca Holstenio aliisque eruditis consilio, accepto subinde a Majoribus nostris, aliquando apud ipsum hospitatis, vetustissimi illius Antverpiensis seu Epternacensis, sub initium seculi octavi scripti ecgrapho, instructus præterea Corbeinsis codicis, ab Acherio Spicilegii tomo 4, anno MDCLXI vulgati, manuscriptis fragmentis, animum adjecit ad procurandam tam pretiosorum cimeliorum editionem, eamque pro sua eruditone, qua posset cura et studio illustrandam. Cumque jam opus ferme prælo paratum haberet, contigit, ut illustrissimus Baro de Blum codicem alium Weistenburgensem cum Henschenio et Papebrochio communicaret, quod illi continuo Lucam destinari curarunt, satis tempestive, ut cum aliis codicibus conferretur, ejusque variantes a reliquis lectiones, ad calcem Florentiniani operis subjungerentur. Hæc ad brevem historiæ synopsim, quam si quis integram et fusius descriptam requirat, adeat Florentinium ipsum, totius sui consilii et vulgandi operis propositi rationem reddentem, admonitione prima, cui Holstenii epistola attexitur, ex potiori parte reproducta a Papebrochio in *Responsionibus*, appendice ad art. 18, a num. 49. De codice suo, sive unico, sive bino, tractat ille ex professo citata admonitione 6, a pag. 30 : de Antverpiensi et Corbeiensibus fragmentis admonitione 7; quæ omnia ibi legi malo, quam hic tædiose referre, cum ad institutum nostrum eatenus solum spectent, quatenus rudem saltem ideam Martyrologiorum plerorumque archetypi seu protoparentis adumbrare voluimus.

præsertim Epternacensis;

21 Hic verbulo inserenda est non otiosa observatio receptissimæ a Majoribus nostris opinionis, per Actorum nostrorum commentarios late vagantis, qua sibi persuasum habuere, codicem Epternacensem, inter Hieronymianos præcipuum, Anglicanum fuisse, atque ab ipso S. Willibrordo ex Anglia in Belgium seu Franciam allatum. Pronum certe erat talem conjecturam facere, at mihi quidem non satis fundata videtur, mecumque sentient Martyrologiophili omnes, si advertant, X Kalendas Julii, seu XXII Junii in laudato Epternacensi prætermitti inclytissimum Angliæ protomartyrem *Albanum* cum sociis plusquam DCCC, qui tamen in aliis codicibus a Florentinio editis clarissime exprimitur, Quis credat talem Sanctum in codice Anglicano prætermissum iri? Addunt laudati Majores, præfatum codicem in Gallia auctum, hoc vere; sed idem de omnibus aliis plane admittendum est, nisi velimus, a S. Hieronymo obitum S. Paulini XXII Junii consignari potuisse. Hæc obiter de codice Epternacensi. Plura ad hunc et alios in Observationibus dicuntur. Redeo unde digressus sum.

laudatur a S. Gregorio,

22 Atque ut iterum repetam, ad disceptationem illam prorsus non regredior, qua de vero Hieronymiani Martyrologii auctore inquiritur, sive is demum alius a S. Hieronymo, sive ipse Hieronymus, primus indiculi architectus fuerit; nam quisquis is est, aut seculo sexto antiquior, aut eo saltem seculo vixisse dicendus est. Id nobis indubitatissimum videtur, tale Martyrologium a sancto Gregorio Magno designatum, dum ad Eulogium Alexandrinum lib. 7, ep. 29 ita rescripsit : *Nos autem pene omnium Martyrum, distinctis per singulos dies passionibus, collecta in uno codice nomina habemus; atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solennia agimus. Non tamen in eodem volumine, quis qualiter sit passus indicatur, sed tantummodo nomen, locus et dies passionis ponitur. Unde fit, ut multi ex diversis terris atque provinciis per dies, ut prædixi, singulos cognoscantur martyrio coronati. Sed hæc habere vos beatissimos credimus.* Non magno studio, solertia aut labore opus est, ut characteres hi omnes a S. Gregorio tam clare expressi, in codicibus Hieronymianis, a Florentinio editis, aliisque ejus generis aperte deprehendantur, eoque pacto frequentes interpolationes a veteri textu sejungantur. Neque enim nudos, simplices et integros Hieronymianos aut Gregorianos codices nos habere profitemur, cum multi sæpe Sancti recurrant, quos post S. Gregorii tempora vixisse, aut saltem ejus tempore Sanctorum venerationem donatos non fuisse evidenter constet. De quibus iterum videri possunt Bollandus, et citatæ Florentinii admonitiones. Ut semel dicam, id quærimus, id volumus, id asserimus, Martyrologium istud, quod Hieronymianum appellamus, omnium primum, omnium vetustissimum esse, imo Gregorii Magni temporibus vetustius, quandoquidem in citata epistola, non de novo quodam Martyrum indiculo aut catalogo, sed de antiquo mentionem inferat, quem nempe toto orbe Catholico receptum et tritum existimaret, dum concludit : *Sed hæc habere vos beatissimos credimus.*

a nobis emendatur;

23 In tam vetustis codicibus, toties ab, oscitantibus et indoctis librariis descriptis, frustra distinctas Sanctorum series, discretos studiose laterculos, expressa recte nomina, servatas ad artem bonæ locutionis regulas, aut exactos rerum apices quis requirat : omnino fatendum est magnam locorum et nominum per conjunctas aut male divulsas syllabas, easque sæpius truncatas et distortas, confusionem, barbariem et frustraneas repetitiones diebus prope singulis recurrere, quibus quoquo modo restituendis, explicandis, combinandis, distinguendis, mirum quantum passim laboret Florentinius : quantum vero operæ, studiique in hisce eruderandis Majores nostri posuerint, ostendunt quotidiani commentarii, qui in eo toti sunt, ut ex dubiis certa, ex confusis clara, ex male compositis simplicia, ex luxatis integra, tum palæstrarum, tum ipsorum Martyrum nomina efformentur. Ceterum antiquorum omnium codicum præsertim usualium, ut sunt Martyrologia, communis est sors, ut describentium vel temeritate vel imperitia, ita sensim deturpentur, ut sæpe difficillimum sit primi autographi vestigia in transumptis deprehendere; adeo ut cum Castellano

vehementer

vehementer miratus sim, in Romano parvo seu vetere Rosweydi omnia tam concinna, tam nitida, tam ordinata per tot secula servari potuisse, in quo certe hoc Martyrologium, tantum superat Hieronymiana, quantum hæc vestutate antecedunt, quod sequenti, ut jam non semel diximus, capite fusius erit demonstrandum.

24 Reliquum est, ut de codicibus nostris Hieronymianis, necdum editis et ferme abbreviatis, pauca in singulorum specimen subjiciam, si forte aliquando operæ pretium sit ipsa etiam publici juris facere, ad quod me frequenter impensissime atque urgentissime adhortatus est sæpe mihi hic nominandus, numquam pro merito laudandus, tum operis hujus, tum grandioris nostri indefessus adjutor, V. C. Claudius Castellanus, Parisiensis ad B. Mariæ Canonicus, summo nostro dolore et ingenti Martyrologiorum jactura e vivis ereptus, sub initium anni MDCCXI. Ea erat perillustris viri sententia, ut non solum Usuardinam recensionem orbi litterario gratissimam fore censeret, sed eruditos omnes id jure quodam a nobis postulare aiebat, ut reliqua nostra Hieronymiana apographa seu integra, seu contracta et compendiata, in publicam lucem emitteremus. Spem feci viro amicissimo, id aliquando futurum, præsertim si conatus nostros in expurgando illustrandoque Usuardo, quod tunc meditabar, iidem ipsi Martyrologiophili suis suffragiis probassent, eo pacto animos addituri, ut manuscriptorum nostrorum codicum omnium generalis ratio redderetur, quæ in ordine ad commentarios nostros, ut supra de Usuardinis dicebam, desideratissimam lectoribus lucem afferret. Nec sane a promissis resilio, atque adeo ut rerum hujusmodi amantium palatum nonnihil titillem, brevem hic aliquam Hieronymianorum nostrorum codicum delineationem lubens adnecto, plura, si licuerit, olim præstiturus, ubi varios Hagiophilorum gustus exploravero. *Longa ejus progenies*

§ 2.

De Hieronymianis minoribus, tum manuscriptis, tum typis excusis.

Sub finem citati nuper § 4 capitis 4 præfationis generalis, agit Bollandus de exemplari aliquo Hieronymiano Hibernico, cujus lacinias aliquot seu extracta a celebri P. Colgano submissa, posterioribus Januarii nostri de Actis Sanctorum diebus inseruerat, sub nomine Martyrologii Hieronymiani *Tamlactensis*. An autographum ipsum membraneum umquam viderit Bollandus, dubium facit, quod Tamlactense istud simile Epternacensi existimet, cum vere solum Martyrologii alicujus Hieronymiani fragmentum dici possit. Id mihi plane constitit, dum autographum ipsum R. P. Livini de Meyer, viri de republica litteraria præclarissime meriti, tunc Collegii nostri Lovaniensis Rectoris benevolentia, a RR. PP. Franciscanis Hibernis impetratum, otiosius et diligentius volvere et excutere licuit. Eo præ ceteris me impulerat Castellani curiositas, qui Tamlactense Martyrologium aliquoties in Actis citatum, imo laudatum inveniens, thesaurum ingentem Lovanii latere sibi plane persuaserat. Ego vero, post accuratum examen, facile animadverti, codicem illum longe supra meritum a Majoribus nostris, quibus sola extracta, ut mihi sæpe testatus est Papebrochius, a PP. illis Minoritis Hibernis, seu a Colgano missa fuerant, elatum et commendatum esse. Etenim præter admixta Hibernica propria, pluribus recentioribus additamentis non caret, qualia sunt : festum sancti Joseph, Revelationis Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, et plura hujusmodi. Aliunde vero ex duodecim anni mensibus solum Aprilem habet integrum. En paucis totam ejus analysim. *Varia Martyrologia Hieronymiana : Tamlactense,*

26 Præfatus codex decem folia membranea continet grandioris formæ, simili alio folio cooperta, ubi in fronte recentiori manu apponitur : *Martyrologium Tamlactense, et opuscula S. Ængussii Keledei.* In ora infima primæ paginæ legitur : *Ad usum conventus Dungallensis*, et rursus ad calcem paginæ tertiæ : *Ex libris conventus Dungallensis.* Martyrologium ipsum nec bene depictum, nec satis ordinate digestum, decem dumtaxat paginas cum fere dimidia complectitur, multis ubique nominibus vix legibilibus impletum. Deficit a IV Kal. Februarii ad IV Idus Martii, adeoque nec Januarius nec Martius integri sunt; deestque totus Februarius. Jam dixi, solum Aprilem plenum esse. Maius usque ad XX diem, seu XIII Kal. Junii decurrit. Absunt Junius et Julius. Augustus incipit a IV Nonas, cujus reliqui dies habentur. In Septembri desunt XII, XI et X Kal. Octobris. October decurrit usque ad III Kal. Novembris. Abest totus November. December vero inchoatur a XV Kalend. Januarii. Patet igitur, manuscriptum plane imperfectum esse, neque adeo dignum, quod inter Hieronymianos codices connumeretur. Post qualecumque Martyrologium, sequitur nescio quæ tabula nominum, ni fallor, Hibernicorum per tria folia, ac demum opuscula, sive opusculorum fragmenta, eo sermone, quem me fateor penitus non intelligere. Atque hæc de Tamlactensi satis dicta sunto.

27 Subjicit Bollandus specimen contractioris Hieronymiani, quod olim *Rhinowiensis* vel *Rhinoviensis*, juxta Basileam cœnobii, fuit repertum in Rosweydi schedis, qui illud anno MDCXXIII acceperat a nostro Stephano Vito, hic ab ipso cœnobii Rhenoviensis Abbate, ut testantur superstites litteræ, Martyrologium istud recte vocantes fragmentum, cum desint folia ab VIII Kal. Februarii, ad XIV Kal. Aprilis, et a XXVII die Septembris, usque ad Decembris XXIV. Incipit a die Natali Jesu Christi in terris. Folia sunt tredecim membranæ, in forma octava majore, boni priscique characteris, ipsas diphthongos clare exprimentis. Non male censuit Vitus, *fragmentum hoc suum exaratum fuisse post dies sancti Gregorii Magni, et post Caroli Magni : nam in illo*, inquit, *satis recte lego festa Nativitatis beatæ Virginis et Exaltationis sanctæ Crucis.* De cetero vere Hieronymianum esse, seu ex Hieronymiano extractum, clare evincunt exhibita a Bollando specimina, ac quotidiana alia diebus sequentibus. Unum superaddam ex I Julii exemplum, quod deinceps per omnia secutura apographa nostra Hieronymiana Mss. vagabitur. Puta, me textus omnes, I Julii in codicibus istis notatos, cum textu Hieronymiano integro ejusdem diei collaturum. *R[illegible]*

28 Præmitto hic itaque ex prima Julii totum textum ex Hieronymianorum omnium vetustissimo, Antverpiensi seu Epternacensi. Erit lectoris, citandos infra aliorum codicum indiculos breviores cum hoc componere. Sic habet : *Kal. Julii. In Nicomedia, Zoili. Romæ, depositio Gai episcopi. Natalis Luciæ virginis et Anceiæ regis cum aliis* VIII. *Item Romæ, Isici, Processi, Marinæ, Antonini, Sereni, Victoris; Zeli cum aliis octo. Orionis, et aliorum* CCLXII. *In Antiochia, Severiani, Zoeli, Pasi. Depositio Idonei cum filiis. Augustoduno, depositio Leontii episcopi. In Persida, SS. Apostolorum Simonis Cananæi et Judæ, fratris Jacobi.* Paululo auctiora sunt Lucensia et Corbeiensia ; priora enim interserunt *depositionem Aaron*, adduntque, *Egolisma, Eparci.* Posteriora vero insuper adjiciunt *depositionem Karilefi.* Sed nos, cum Bollando, codicem illum nostrum, ceteris vetustiorem præstantioremque, ut archetypum sequemur. Nunc Rhinoviensis fragmenti verba attende : *Kal. Julii. In Nicomedia, Zoeli. Romæ, Gagi Papæ. Luciæ virginis. Processi et Marini.* Forte pro *Marinæ.* Collatis utriusque tabulæ verbis, vix syllaba reperietur, quæ ex majori laterculo accepta et descripta non sit. Jam ad alios codices nostros, plerumque liberaliores, descendamus.

Richenoviense collatum cum Gellonensi,

29 Eos inter in Actis nostris nominatissimus est *Richenoviensis* sive *Augiæ divitis* prope Constantiam in Germania, cujus ecgraphum habemus nitide descriptum in forma quarta minore, illudque invenio, nos primum accepisse anno MDCLI. De codicis autographi forma aut ætate nihil notatum : videor recordari, Henschenium de iis alicubi fusius egisse ; verum quærere supersedeo, cum aliunde satis pateat, optimæ notæ esse, et, nisi multum fallar, Gellonensi, ab Acherio Spicilegii tomo 13 edito, longe purius et præstantius, tametsi careat Breviario Apostolorum, quod in Gellonensi, Martyrologio præmittitur. Educamus hic utriusque textum I Julii cum majori Hieronymiano jam descripto, conferendum. Sic habet Richenoviense : *Kalend. In Nicomedia, Zoeli. Romæ, Gagi Papæ, Luciæ virginis, Processi, Marini. In Antiochia, Severiani. In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis. Augustiduno, Leontii episcopi.* Ad oculum rursus patet, Hieronymiana esse omnia, atque ex majori codice excerpta, cui Aaronis depositio, de qua supra diximus, immixta jam erat. Audi modo Gellonense ex editione Acherii : *Kalendis Julii. Roma, Gaii, Luciæ, Isici. Alibi Orionis, Crilisi confessoris, Zoeli, Severiani. In monte Or, depositio Aaron sacerdotis. In Persida, Simonis et Judæ Apostoli. Augustoduno, Leonti. Ingolisma, Eparci episcopi.* Vides hic Caium Papam confuse positum, Carilefum vero aliis, iisque martyribus, inepte immixtum ; additumque in fine Eparchum, de quo et Carilefo codex Richenoviensis non meminit, ut proinde hic, altero luce dignior sit, quod pluribus et continuatis exemplis forte alias demonstrabitur. Ceterum utrumque Martyrologium, tum Richenoviense, tum Gellonense, annum ordiuntur a Natali Domini, contra quam faciant plerique alii infra citandi, qui a Kalendis Januarii principium desumunt.

Augustanum et Labbeanum cum eodem Gellonensi collata,

30 Bina alia Hieronymiana apographa habemus, quæ cum citato Gellonensi magis conveniunt, ut facta diligentiori collatione didici : alterum Papebrochii manu in minori forma ex potiori parte descriptum, vocatur *Martyrologium Augustanum sancti Udalrici*, postrema parte mutilum, nempe a VI Novembris ad finem anni ; alterum integrum est, *Labbei* nostri donum, Belgico charactere in folio exaratum. Utrumque incipit a Kalendis Januarii. Ne tædio sim, solum rursus diem I Julii in exemplum adducam. Sic habet Augustanum : *Kal. Julii. Romæ, Gagi, Luciæ, Isici. Al.* (Alibi) *Urion, Arileffi conf. Zeli, Severiani. In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis. In Perside, Simonis Chananei et Judæ Zelotæ. Aug. Leonti, Eparci episcopi.* Fallor, si ulla major inter Gellonensem et hunc Agustanum conformitas reperiri possit, quæ aliis diebus passim et ubique elucet, vocula hinc inde intermixta, corrupta, transposita, aut abbreviata. Nec major est in codice Labbeano discrepantia. Sic item *Kalendis Julii* legit, turbato nonnihil scriptoris oscitantia nominum ordine : *Romæ, Zeli, Severiani, Usicii, Arilesæ. In monte Or, depositio Aaron sacerdotis. In Perside, Simonis, Judæ Ap. Augustod. Leonti. In Eclisma, Eparcii episcopi. Gaiæ, Unon, Luciæ.* Corrige luxata nomina, et tria ultima loco proprio, post *Romæ*, repone, exurget idem textus, quem ex Gellonensi et Augustano jam dedimus, neglectis minutiis, quas in antiquis manuscriptis non sæpissime recurrere, adynaton esse norunt, qui in iis perscrutandis vel tantillam operam posuere. Possent hujusmodi codices iis annumerari, quos Acherius cum Gellonensi contulit, lectiones ex iis variantes subjiciens.

Corbeiense brevius,

31 Jam dictos duos codices, in nostra Hieronymiorum collectione, præcedit apographum aliud multo brevius, eleganti charactere Gallico, in folio descriptum, cui has notas appositas lego : *Martyrologium perantiquum, abhinc saltem annis octingentis exaratum, descriptum ex vetustissimo abbatiæ Corbeiensis, mense Decembri* MDCLXI. In fine autem adjecit Papebrochius : *Dono adm. R. D. Lucæ Dacerii, ex Ms. Corbeiensi antiquissimo, quod in bibliotheca S. Germani de Pratis ipsi vidimus.* Locum in Spicilegio merebatur tam antiquum monumentum, at forte credidit vir eruditissimus, a nobis ex antigrapho cum aliis olim edendum, quod tam ardentibus votis Clar. Castellanum desiderasse, supra monuimus. In eo hic codex a proxime prægressis differt, quod Martyrologii ordinem inchoet ab VIII Kal. Januarii, seu a *Domini Salvatoris Nativitate.* Textus habet semper brevissimos, et plerumque unica annuntiatione, sæpe unico Sancto circumscriptos, sic tamen, ut appareat ex aliquo Hieronymiano codice omnia fuisse desumpta. Demus iterum diem in exemplum selectum, hic paulo longiori textu præditum : *Kal. Julii. Romæ, Gaii Papæ, et natalis sanctorum Luceiæ virginis et Auceiæ regis. In Persida, passio sanctorum Apostolorum Simonis Cananæi et Judæ Zelonis*, pro *Zelotis.* In sequentibus eadem est codicis ratio. Ceterum magna ejus brevitas non impedit, quo minus quandoque propria Corbeiensium interserantur, ut patet ex V Kal. Aug. seu XXVIII Julii, ubi ponitur : *Corbeia monasterio, dedicatio basilicæ sancti Petri Apostoli.*

Casinense primum,

32 Sequuntur Casinensia duo apographa, manu Italica descripta, de quibus in Prologo ad Bedam meminit Papebrochius num. 3. Utinam distinctiorem aliquam explicationem aut ipse, aut Henschenius, qui ea transcribi curarunt, adjecissent. Primum altero brevius est, nec purum Hieronymia-

num

num dici potest, cum Sanctos inserat aliunde acceptos. Brevitate cum aliis Hieronymianis contractis satis convenit; atque item quod sola Sanctorum et palæstrarum nomina consignet. In exemplo rem totam exhibeo. Sic habet : *Kalend. Julii. Octava S. Joannis Baptistæ. Et natale sancti Domitiani abbatis.* Prima annuntiatio ex aliquo Hieronymiano interpolato procedit, quale est illud San-Gallense, ab Acherio subjunctum Gellonensi : altera manifeste Adoniana est, ut vide in nostra ad Usuardum illo die Observatione. Ad Hieronymiana proprius accedit Casinense alterum paulo majus, de quo recte Papebrochius citato proxime num. 3 : *Fuerunt etiam ecclesiæ*, inquit, *quibus satis fuit nudus Hieronymiani Martyrologii contextus, ad pauciores Sanctos contractus; et tale Martyrologium alterum Casini reperimus, uti etiam pervetustum, et huic simillimum Romæ in ducis Altempsii celeberrima bibliotheca.* Factam utriusque collationem indicant notatæ sedulo vel minimæ variationes manu ipsa Papebrochii. Quantum vero majus hoc Casinense alteri minori præferendum sit, ex solito exemplo licebit statuere. *Kal. Julii. Romæ, Cagi Papæ. Et sanctorum Luceiæ virginis et Aceclæ regis, cum aliis octo. Et in monte Hor, depositio Aaron, primi sacerdotis.* Vides ubique sphalmata scriptoria, librarorium imperitia commissa; textus autem pro vario amanuensium arbitrio aut magis aut minus extensos. Utrumque incipit a Kalendis Januarii.

Casinense II collatum Altempsiano,

33 Ex codice membranaceo Em. Cardinalis Barberini in forma 4, signato num. 1852, educta sunt apographa bina alia, sed incompleta, quorum alterum descripsit Papebrochius, secundum inchoavit, sed complevit manus eadem, a qua sunt duo laudata Casinensia. Primum a Kalend. Januarii sumpto initio, deficit in II Nonas seu VI Maii. Uniforme non est, nam elogia hinc inde exhibet clausulis sibi propriis, ut V. G. de Genovefa III Jan. *Cujus reliquiis honorem debitum impendimus, missales et orationes persolvimus.* Januarii X, de Paulo eremita : *Nam et apud nos ita habetur, et reliquiæ venerantur.* Jan. XVI, de Priscilla : *Cujus gloriosum pro Christo agonem, cum patrociniis digne veneramur, officiumque diurnum, ut SS. PP. sanxerunt, persolvimus.* Rursus ibi de Furseo : *Cujus vita plena virtutibus refulget, et corpus venerabile monasterium per Romana retinet.* Die sequenti XVII Januarii, de Sulpicio Bituricensi episcopo : *Cujus vitam tenemus, et patrociniis fulcimur.* Tales ego elogiorum formulas in nullis hactenus Martyrologiis reperire memini, ut satis pateat, compilatorem hunc proprio genio indulsisse. In reliquis tamen brevior est, magisque stylo Hieronymiano sese accommodat.

Baberinianum parvum.

34 Barberinianum secundum longe majus et diffusius est, primis tamen duobus mensibus cum dimidio mutilum, cum primum diem integrum signet Idibus Martii. *Illustre Martyrologium* identidem appellavit Henschenius; quamvis singularem illam prærogativam non magno titulo ei debitam deprehendere potuerim, saltem quo præferatur duobus aliis mox secuturis, nempe codici Hieronymiano Vaticano, et alteri codici S. Cyriaci, quo usus est Cardinalis Baronius; non, inquam, video cur his præferatur, nisi quia hinc liberius et prolixius, tum Sanctos tum elogia inserit, ut numero sequenti ex Prologo ad Bedam intelligemus. Certe hæc duo posteriora præcellunt, quod stylo Hieronymiano proximiores sint; in hoc autem cum Barberiniano concordant, quod et ipsa ex eodem Hieronymiano contracta fuerint, subinde vero aucta elogiis nonnullis ex Beda acceptis. Atque his tribus applicanda est, non infundata Papebrochii opinio, num. II sui ad Bedam Prologi expressa, qua se persuasum fatetur, *in plerisque Romanis basilicis, abrogato Hieronymiani* (nempe majoris) *Martyrologii usu, et illo, quod Aquileiensi episcopo a Pontifice missum supra monuimus, fortassis non nisi in Laterano, aliisque paucis ecclesiis recepto, ita probatum aliis Bedam fuisse, ut eo convenienter aucto, utendum plures sibi putaverint, usque dum Usuardus visus est ecclesiasticis usibus accommodatior.* Nempe hæc apographa ad Bedam retulere Henschenius et Papebrochius, quoniam elogia ejus Hieronymianis annuntiationibus immixta repererunt. Nec prætermittenda sunt, quæ in rem nostram, nempe ad trium præfatorum codicum distinctionem sequenti proxime numero 12 suggerit laudatus Papebrochius. Ita pergit :

Barberinianum II

35 *Sunt autem tria hæc*, Hieronymiana apographa Bedæ elogiis farta : *primum ecclesiæ sancti Petri in Vaticano, quod hactenus in archivio ibidem servatum, indidem transcribi fecimus. Alterum monasterii S. Cyriaci in Thermis, quod unice commendavit adhibuitque Baronius in recensendo digerendoque Romano Martyrologio, quodque ex Vallicellana Patrum Oratorii bibliotheca acceptum, pridem ad nos misit, studiorum nostrorum æstimator fautorque sincerissimus S. R. E. Cardinalis Petrus Aloysius Caraffa. Tertium ex Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini instructissima a codicibus manuscriptis bibliotheca accepimus, acephalum illud quidem usque ad Idus Martias, et quantum ex translatione sancti Benedicti,* IV *Idus Septembris inscripta, aliisque indiciis colligere licuit, ex aliquo Benedictino in Gallia monasterio Romam advectum; sed optimæ fidei, neque ita temere mendoseque aut parce, ut priora duo, sed fidelius, prolixiusque suppletum, partim ex Hieronymiano Martyrologio, partim ex propriis diæcescon Gallicanarum Fastis.* Ita Papebrochius in ordine ad Bedam, codicem hunc effert, in quo tamen advertere potuit, recentiora alia adjectitia esse, ut est *Assumptio B. M. V*, ejusdem, *vigilia, octava*, atque hinc inde alia, quæ nec Hieronymum, nec Bedam sapiunt. Demus jam præfatorum trium codicum ex præsignato die specimina.

Vaticanum I S. Cyriaci.

36 Ut a postremo, Barberiniano illo, incipiam, sic legit : *Kal. Julias. Romæ, natale sanctarum Luciæ virginis, et Ancenæ reginæ cum aliis* XXI. *Anisolæ monasterio, depositio sancti Carilephi presbyteri. In monte Or, depositio Aaron sacerdotis. In Mesopotamia, Zeli cum aliis sex. Orionis cum aliis* IX, *et aliorum ducentorum septuaginta quatuor. Augustoduno, depositio Leontii episcopi, et sancti Quintiani.* Satis patet indiculi hujus corruptela, aliquorum nonnulla mutatio, nec non satis liberalis interpolatio, quibus caret, purius Hieronymianum referens codex Vaticanus, dum sic laterculum suum format : *Kal. Julii. Romæ, Gagi Papæ. Sanctorum Luci virginis et Acceqæ regis, cum aliis octo. Et in monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi.* Ejusdem plane tenoris, imo nonnihil castigatior est codex

S. Cyriaci,

S. Cyriaci, sic legens : *Kal. Julii. Romæ, Gagi Papæ, et sanctorum Luceiæ virg. et Acceiæ regis, cum aliis octo. Et in monte Hor, depositio Aaron, sacerdoti primi.* Non magna perspicacia opus, ut clare deprehendatur major duorum postremorum codicum inter se et cum Hieronymiano, quam cum Barberiniano uniformitas, quamvis ad Henschenii et Papebrochii intentum satis esset, quod postremum, Bedæ elogia fortasse purius referret.

Reg. Sueciæ

37 Cum tribus superioribus Barberiniano, Vaticano I et S. Cyriaci, citato Prologi num. 12, laudat Papebrochius *vetustissimum præclarumque reginæ Sueciæ manuscriptum, quod quanti fecerit vir eruditissimus Lucas Holstenius, declarant ipsius ad Romanum Martyrologium Animadversa, hinc fere accepta, et post illius mortem typis vulgata. In hoc..... etiam Bedam agnovimus*, inquit Papebrochius, *sed elogiis sæpe contractioribus.* Quidquid sit de Bedæ elogiis, omnino fatendum est, Martyrologium hoc, quod olim fuit *S. Columbæ* apud Senones; fatendum, inquam, inter illustriora Hieronymiani Martyrologii contracta apographa merito recenseri posse. Habe hic ejus textum : *Kal. Julii. In Nicomedia, natale sancti Zoili. Romæ, depositio Gagi Papæ. In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis. Augustiduno, depositio Leontii episcopi.* Confer cum præcedentibus, et per te statues, nihil propius ad Hieronymiana accedere. Hoc dolemus, nonnisi mutilum repertum fuisse, utpote in quo desint omnia post VII Idus, seu VII diem Septembris. Nonnulla de hoc, et de S. Cyriaci Martyrologio, valde confuse lectorem edocuit Castellanus, ad primum Bimestre, Januarium nempe et Februarium Martyrologii sui, cum eruditissimis notis editi, pag. 26, 27 et 28, de quibus a me amice monitus, correctionem sinceram pollicitus est, prolixissimis litteris gratiarumque plenissimis, datis IX Januarii MDCCIX. Cum vero hæc omnia, proximo ejus Bimestri, forte brevi edendo, corrigenda sperem, iis sigillatim enumerandis hic supersedeo.

olim S. Columbæ apud Senones,

sex alia a Castellano male Hier. adscripta;

38 At non ita prætermittere licet nonnullas alias clarissimi viri hallucinationes, quibus codices aliquos Hieronymianorum classi perperam inserit. Has eo animo hic expono, quod ipse, humanissimas et cordatissimas gratias referens, easdem sibi exhibitas accepit. Itaque citatæ præmonitionis ad primum suum Bimestre pag. 17, Hieronymianis brevioribus annumerat : 1° *Marchianense* in Flandria; 2° *Lætiense* in Hannonia; 3° *S. Lamberti* et *S. Laurentii* Leodiensia; 4° *S. Martini* Tornacense; 5° *S. Gudilæ* Bruxellense; quorum nullum ad Hieronymianorum ordinem pertinet. Ut a postremo incipiam, est illud ab Hieronymianis tam remotum, quam sint Ado ipse et Usuardus, ut cap. 3 ex Usuardinorum serie manifeste constabit. Tornacense sancti Martini satis convenit cum Lætiensi, ut olim observavit Bollandus Præfationis generalis pag. XLIX, utrumque conferens cum Mss. Antvierpiensi et Leodiensi S. Lamberti, ex quibus conjici potest, quantum ab Hieronymianis deflectant. Priora duo, nempe Lætiense et Tornacense, ad Bedam relata sunt : Lambertinum Adonianis ferme adscriptum : Antverpiense, quod nos infra *majus* vocabimus, ad Usuardina plane trahendum est. Laurentianum Leodiense abest ab Hieronymianis longissime, est enim codex crassus et amplus, Adonem ipsum ferme superans. Quid demum velit per Hieronymianum Marchianense, plane me latet; de fragmentis Usuardinis, ex eo cœnobio acceptis, agemus suo loco, ubi etiam *Centulensem* codicem, Bedæ nomine falso prætitulatum, et a Bollando pag. XLVIII inter Bedæ Martyrologia computatum, veræ suæ classi restituemus. Sed codices alios Hieronymianos, aut eis saltem alicunde affines percurramus.

Sancti Maximini parvum,

39 Apographum habemus valde contractum, cui pars Breviculi Apostolorum præfigitur, manu R. P. Alexandri Wiltheim, operis olim nostri studiosissimi, ex Ms. Trevirensi *S. Maximini* descriptum, et ab eodem Patre Luxemburgo ad Bollandum transmissum, in quo præ reliquis diebus, copiosius est I Julii, ubi sic legit : *Kal. Julii. In monte Or, depositio Aaron. Passio sanctorum Apostolorum Simonis Cananei et Judas Zelotis. Remis civitate, depositio sancti Teuderici presbyteri.* Hoc ultimum Remos plane redolet, et Remensem provinciam late olim diffusam ; et similia exempla, vel levi oculo, ibidem, locis non longe remotis, occurrere observo, ut Idibus Junii : *Remis civitate, super fluvio Vetula, dedicat. sce Genufefa virg.* Et XI Kal. Septembris : *Remis civitate, nat. SS. Thimotei et Apolinaris.* Jungo hic Martyrologium manu Italica transumptum ex tomo 21 bibliothecæ *Vallicellanæ* PP. Oratorii Romæ, de cujus ætate nil licet statuere. Auctor stylum Hieronymianum brevitate sua sequitur; sed aliunde plures Sanctos contulit, ut sunt Prophetæ veteris Testamenti, quos ex Romano parvo, aut ex Adone, aut forte ex Usuardo desumpsit. Ex Gallia Romam advectum censuit Papebrochius, opinor quia in eo reperit : V *Idus* seu XI *Julii, translationem S. Benedicti;* et XI *Kal. Augusti*, seu XXII Julii : *Monasterio Fontinella, deposito S. Guandresili* (pro *Wandregisili*) *confessoris.* Adjiciamus hic in solitum specimen, primum sæpe nominati mensis diem : *Kal. Julii. In monte Hor, depositio Aaron, sacerdotis primi. In territorio Lugdunensi, depositio Domitiani abbatis.*

Vallicellanum,

Treverense S. Martini,

40 Post hoc sequitur Martyrologium, quod nostri vocant *Treverense sancti Martini*, scriptum manu Belgica, immixtis rubricis, quæ modo oculorum aciem ferme effugiunt. De hoc recte observavit Papebrochius, ex variis collectum esse, ejusque compilatorem præ oculis Bedam habuisse ; nec invenio cui melius quadrent verba in Prologo num. 14 relata : *Ita Bedæ quoque Martyrologio usus est pro Treverensi ecclesia, quisquis illi Sanctorum Fastos, quorum habemus exemplar Ms. composuit.* Facillime equidem crediderо, plane ad usum ecclesiæ alicujus aut Trevirensis aut etiam Belgicæ primitus concinnatum fuisse, cum in ipso principio IV Januarii occurrat : *Gandavi, Pharahildis virginis.* Ut ex uno mense verosimillimam facias conjecturam, habes : X *Julii Amelbergæ virginis.* XIV, *Marchelmi, consocii sancti Libuini.* XVI, *Minulphi et Gundulfi.* XXII, *In Blandinio, Wandregisili abbatis.* Ut alios taceam, non multum remotos, est : VII Julii, *Willibaldi.* VIII, *Kyliani.* XIII, *Mildradæ.* XIV *Plechelmi.* XXIII *Liborii in Paderborn.* XXV, *Clodesindæ*, etc. De cetero brevitatem Hieronymianam passim sectatur, eoque potissimum titulo, ad eorum classem reductum est. Si qua elogia ex Beda aut aliunde intercurrant, ea paucis circumscripta sunt. Cum Vallicellano convenit in referen-

dis

dis Prophetis veteris Testamenti. Ex I Julii, nullum satis certum indicium eruitur. Sic habet : *Kal. Julii. Romæ, Gaii Papæ et martyris, et Luciæ, Fidei, Karitatis virginis, et Sophiæ, matris earum.*

41 Nullum fere in tota nostra Hieronymianorum collectione characteristicis suis magis distinctum est, quam illud quod vocamus *Coloniense S. Mariæ ad Gradus*, a P. Joanne Gamansio, in Actis nostris percelebri, ad Bollandum missum anno MDCXXXVIII ex apographo P. Marci Cartusiani Coloniensis, qui propria manu hanc notationem apposuit : *Martyrologium perquam antiquum, quod ad Gradus Mariæ Coloniæ reservatur, incerto auctore, in quo plurima habentur, quæ in Usuardo desiderantur.* Recte observat P. Marcus, sed addere potuit, plurima in hoc Martyrologio desiderari, quæ apud Usuardum et alios leguntur. Annuntiationum norma plane est Hieronymiana, solis locorum et Sanctorum nominibus expressis, nisi quod rarissime, aut de tormentis perpessis, aut de sepultura cursim fiat mentio. Sic loquitur : *Kal. Julii. Romæ, nat. S. Gaii Papæ, et S. Carilefi presbyteri, et S. Monegundis virginis. Viennæ, sancti Martini episcopi. Domitiani abb.* Liquet Sanctos Hieronymianis superadditos. Nonnullos vero populares aut vicinos adjectos, collige ex IV Julii, ubi ponit : *Woltharici episcopi*, a titulo *sancti* aut *beati* abstinens. VII Julii habetur : *In Bingia, natale sancti Goaris confessoris.* VIII, *Kiliani, etc.* XVIII, *Translatio sancti Arnulfi Metensis.* XXIII, *Liborii episcopi.* Apographum imperfectum est, deficiens IX Octobris, quo die Dionysium cum sociis apud Parisios consignat. Martyrologii hujus compilator Romanum parvum nec consuluisse, nec descripsisse ullo pacto videtur.

Coloniense S. Mariæ ad gradus,

42 Ultimum locum in nostro codice occupat apographum, manu Belgica scriptum, *antiquissimi Ecclesiæ Romano-Gallicæ Martyrologii*, quod supra laudatus Acherius cum Majoribus nostris communicavit MDCLXIII. De hoc ex proxime superiori Martyrologio, sic in Prologo ad Bedam num. 3 Papebrochius scriptum reliquit : *Quod idem* (loquitur de Romano parvo Rosweydi) *modica auctum, cum nobis ex antiquissimis membranis transcriptum communicaret Lucas Dacherius*, Romano-Gallicum *intitulaverat : olim autem etiam Coloniæ in ecclesia sanctæ Mariæ ad Gradus legi solitum, probari potest, per illius ecgraphum, inde transmissum a Joanne Gamansio nostro, ex alicujus Carthusiani schedis, nisi potius nova hæc dici compilatio debeat, ex priori illo et alio posteriori.* Ita Papebrochius nondum satis examinata Martyrologiorum stirpe, progenie, natura et singulorum proprietatibus. Admitto cum venerando Magistro meo, utrumque illud Martyrologium et S. Mariæ ad Gradus, et Romano-Gallicum meras compilationes esse; at falli mihi videtur, dum ipsa cum Romano parvo componit, aut hæc ex illo conflata existimat. Habet profecto Romanum parvum characteres suos proprios, quibus et a proxime citato, et ab hoc Acheriano planissime discernatur.

Romano-Gallicum,

43 Unum est, in quo tenuem aliquam similitudinem inter Romano-Gallicum et Romanum parvum advertas; quod in illo etiam inveniantur Prophetæ veteris Testamenti, nempe ex Adone vel Usuardo, cum reliquis plerumque accepti. At quam procul in ceteris distet, inde collige, quod Acherianum diebus ferme singulis auctius sit. Rursus, Romani parvi phrasis, quandoque uberior; Romano-Gallici semper ad Hieronymianorum normam contracta. En exemplum in I Julii. Romanum parvum eo die, unico articulo textum concludit : *In monte Hor, Aaron sacerdotis primi in Lege.* Confer modo Romano-Gallicum : *Kal. Julii. Romæ, in monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi. Item sanctæ Monegundis virginis. Lugduni, Domitiani abbatis.* Supplendum videtur post *Romæ, Gaii Papæ.* Quæ hic obsecro inter utrumque affinitas ? In hoc multiplex, in altero est annuntiatio unica. Si, quid sentiam, aperire liceat; non multum verebor asserere, tum hoc Romano-Gallicum, tum superius S. Mariæ ad Gradus, Adonis vel Usuardi ex magna parte compendia esse, pro vario compilatorum bevitati studentium gustu concinnata. Proinde rogatos hic velim Romani parvi impugnatores, quos sequenti capite conveniam, ut qui tam confidenter ex insigni illo et vetustissimo Martyrologio Adonis Kalendarium faciunt; hisce aut similibus potius occupentur, ad quæ compendiorum aut extractorum Adonianorum characteristicas convenientius transferri posse existimamus.

44 His omnibus, saltem pro aliqua parte annumerari etiam possent codices alii, quibus in edendo Beda usi sunt Henschenius et Papebrochius ; ex quorum recensione observo, ad Hieronymianorum stylum satis accedere Martyrologium *Aquisgranense*, ad usum illius ecclesiæ collectum, quemadmodum supra de Trevirensi sancti Martini diximus. Profero rursus diem primum Julii : *Romæ, depositio Gai episcopi, et sanctarum virginum Fidei, Spei et Charitatis.* Nova hinc inde inseruntur, ut IV Julii : *Nativitas sancti Hodelrici episcopi et confessoris.* Idem forte est, quem Coloniense supra vocavit *Woltharici.* VII Julii est *Willebaldi.* VIII *Kiliani et sociorum.* XIII *Henrici imperatoris.* XV *Gondulfi et Monulfi.* XVI *Dedicatio S. Mariæ Aquisgrani.* XXVIII *Translatio sancti Caroli.* Et hujusmodi alia quæ prætereo. Demum annumerari etiam poterit alter codex basilicæ *sancti Petri* Romæ, inter Bedæ apographa itidem repositus, quamvis videatur arbitrarie collectus, et contractus, ut patebit ex I die Julii, quo textum sic format : *In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi. In territorio Lugdunensi, depositio Domitiani abbatis. Et sancti Quinctiani martyris.* Idem forte dici poterit de reliquis codicibus inter Bedæ auctaria citatis. Sed de omnibus his manuscriptis nostris ad Hieronymiana seu integre, seu ex parte spectantibus satis dictum sit, eo solo intuitu, ut qui Sanctorum Actis et commentariis nostris legendis delectantur, facilius perspiciant, quæ et qualia sint Martyrologia, ex quibus Sanctorum ipsorum nomina extracta fuerint.

Aquisgranense,

et S. Petri, [illegible]

ARTICULUS II.

De Bedæ et Flori Martyrologiis novæ conjecturæ.

De his Martyrologis, seu eorum duobus, seu potius uno utriusque Martyrologio, eatenus hic agendum est, quatenus Beda cum Adone atque adeo cum Usuardo, non minimo generis conjunctione connectitur.

connectitur ; ut pateat ordo, series et quodammodo genealogia, quam supra dicebamus ex Hieronymianis, Beda et Romano parvo ad alios magis vel minus propinque descendere. Præmittenda sunt Bedæ ipsius verba in fine Epitomes, quibus testatur, se scripsisse *Martyrologium de nataliciis Sanctorum diebus, in quo omnes, quos invenire potuit, non solum, qua die ; verum etiam, quo genere certaminis, vel sub quo judice mundum vicerint, diligenter adnotare studuit.* Hoc Bedæ Martyrologium Præfatio Bollandi et Prologus Papebrochii ita depinxere, ita de Floro ab utroque disputatum, ita post ipsos alii varia ad ipsos spectantia expedivere, ut in eadem hac tela retexenda operam perdere videri possem, nisi assidua et horum et aliorum Martyrologiorum collatione, nonnulla occurrissent, quæ, ipso assentiente et probante vivo adhuc Magistro meo Papebrochio, eruditorum judicia non defugiant. Bedæ ætas hodie receptissima est ; lucem sortitus anno DCLXXIII, ad usque annum DCCXXXV vitam protraxit. Flori item characteres adeo verosimiliter stabilitos existimo, ut nihil magnopere dubii videam, quin floruerit Lugduni ; et Martyrologium suum, magis nominatum, quam notum, scripserit circa annum DCCCXXX.

Martyrologium Bedæ non est, quod Plantinus edidit,

46 Non erit abs re, lectorem eruditum, tametsi forte jam probe instructum, hic denuo præmonere, Martyrologium, præfixo Bedæ nomine a Christophoro Plantino vulgatum anno MDLXIV, nullo pacto a Beda, sed a nescio quo, ex Adone aliisque compilatum fuisse, tam esse evidens, quam quod evidentissimum, atque hoc tempore indubitatum, cum jam passim non alio nomine veniat, quam Bedæ spurii aut supposititii. Ego, vitandæ odiosæ vocis gratia , *Plantinianum Bedam* simplicius appellare malui. Illustrior est et ab orbe universo, præsertim a litteratis cum plausu accepta,

Melior editio Papebrochii ;

recentior et longe accuratior editio altera, anno MDCLXVIII ante tomum II Martii ab Henschenio et Papebrochio procurata, qua genuinum Bedæ textum ab Flori auctariis diligentissime expurgatum atque distinctum, se tradidisse non dubitarunt. Fuitque id adeo ab annis jam ferme quinquaginta tam incunctanter, tam universaliter ab omnibus admissum, ut qui solide contradicere aut vellet, aut posset, hactenus, quod sciam, nemo repertus sit. Solam Sanctorum omnium festivitatem, ut additiam, expungendam aliqui censuere.

47 Non potui non Magistrorum meorum consummatæ in his rebus experientiæ et doctissimorum aliorum virorum suffragiis meum adjicere, atque adeo in tota hac Usuardi recensione, ita Bedam et Florum appellare, quemadmodum ab ipsis editi, divisi et discreti sunt. Nihilominus jam in terendis Martyrologiis satis diu versatus, symbolam et ego aliquam huc affero, quæ licet Papebrochiani operis fundamenta quadamtenus suffodiat, ut est veritatis amator candidissimus, voluit ipse argumenta proponerem, quæ ad rem, necdum plane elucidatam, ulterius discutiendam explanandamque conferrent. Ad Florum spectat tota disquisitio, cujus Martyrologium quantumcumque et qualecumque, vere negotium in tenebris mihi semper visum est, et quamquam Majorum placitis, auctoritate ductus acquiescerem, ex quo illustrandorum Actorum suscepi provinciam, numquam induci potui, ut verum ipsum et genuinum Flori opus ab Henschenio repertum, a Papebrochio vulgatum certo crederem.

48 Binæ sunt circa Flori Martyrologium capitales difficultates, quas nec Papebrochius, nec quisquam alius, aut satis hactenus vidit, aut sicut oportebat dissolvit, quasque nos hic ad duas quæstiones reducimus. Prima : Quænam ea demum aut sint aut vere dici possint, quibus *Martyrologium in labore Domni Bedæ*, compositum, *Flori studio*, ut loquitur Ado, *accreverit*, quæque sanctus ille Viennensis episcopus, in Martyrologio adornando, se habuisse profitetur. Quod est quærere, quid sint latiora illa et toties decantata *latiora Flori* ad Bedam *vestigia*. — Altera : Quid sit ejusdem *Flori liber secundus*, quo, præter latiora vestigia, se usum esse tam diserte asserit Usuardus. Hanc postremam alicubi, si recte memini, attigit Castellanus, feliciter divinans, *secundum Flori librum*, nihil aliud esse posse, quam ipsum purum putum Adonis Martyrologium, ut præfationis hujus tertio capite copiosius demonstrare conabimur ; unde corrigendum erit inveteratum præjudicium, toties a Majoribus nostris, toties ab aliis post ipsos inculcatum, necdum scilicet reperta esse secunda Flori auctaria, vel alio nomine, secundum Flori ad Bedam librum, seu additamentum. Huc igitur proprie et unice spectat sola prior difficultas, de primo eoque vero opere, quod Flori studio in Bedæ labore accrevisse novimus.

49. Sed erit, qui eam a Papebrochio abunde dissolutam continuo existimet, distinctis illis Flori elogiis, quæ a Bedæ textibus tam accurate remota et sejuncta sunt. Iterum sincere repeto, me Majorum opus vehementer suscipere, ac sæpe admiratum esse tam fortunatum eorum inventum, dum, ut supra dicebam, ex tam variis codicibus, tum Bedam ipsum tamquam genuinum, tum Flori additiones tam solerter a Bedæ verbis et stylo discreverint. Verum perstat molestia mihi suborta ex

sed Bedam et Florum non satis feliciter inter se distinxit ;

perpetua collatione Bedæ, ab Henschenio et Paprebrochio editi, cum Rabano, Adone ac Usuardo. In hoc situs est cardo rei, quod Ado in præfatione sua affirmet, eo se Bedæ Martyrologio usum, quod *Flori venerabilis studio in labore Domni Bedæ accreverat* ; unde certissime dicendum est, Adonem ipsius Flori quem de facie novisse potuit, completum et integrum opus habuisse, quod ex Romano parvo et aliunde supplere aggrediebatur, adeo ut non solum primum illud et valde imperfectum Bedæ Martyrologium habuerit, sed simul omnia, quæ tum a Floro, tum a Beda composita, in unum quodammodo corpus coaluerant, quorum proinde Sanctos, verba et elogia in novum suum Martyrologium indistincte retulerit, aut saltem referre potuerit.

50 Clarissima in rem nostram sunt ipsiusmet Adonis verba, quibus in præfatione testatur, se *imperio ac jussione sanctorum virorum* Martyrologium compilasse, *ut supplerentur dies, qui absque nominibus Martyrum in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore Domni Bedæ accreverat) tantum notati erant.* Cæcus sit oportet, qui hic non videat, sic Bedæ Martyrologium ab Adone depingi, ut in eo simul conjuncta, simul conserta fuerint, quæcumque Flori studio in Martyrologio Bedæ aucta

et amplificata

et amplificata fuerant. Jam vero nihil est manifestius, quam quod Ado Bedæ vestigia constantissime premat, ejus Sanctos passim adsciscat, elogia ferme omnia, quoad rei substantiam, nonnumquam verbatim describat, idque tam clare, tam expresse, ut Bedam in Adone perspicue agnoscas. Si ergo Viennensis episcopus illum Bedæ laborem præ oculis habuit, qui studio Flori accreverat, evidenter consequitur, elogia etiam illa descripsisse, quæ studio Flori, labori Bedæ adjecta fuerant. Atqui tamen toto illo Adonis, quantumvis diffuso Martyrologio, nullum prorsus elogium reperitur ex iis, quæ in editione nostra Floro adscribuntur : hinc igitur concludi potest, Florum a Majoribus nostris vulgatum, non esse genuinum Florum, non esse, inquam, opus illud, quod studio Flori in labore Bedæ accreverat, adeoque aut nihil scripisisse Florum, aut si quid scripsit, alibi investigandum.

51 Argumentum non minus urgens desumitur ex Martyrologio Usuardi, quod ex Adone quidem contractum scimus, sed ita ut variis locis nonnulla elogia ex Beda descripserit, unde pateat Bedæ Martyrologium habuisse, non ut primum a Beda compositum, sed ut a Floro auctum fuerat; cujus rei luculentissimum testimonium præbet Usuardus ipse, sic in præfatione sua disserens de vetustioribus Martyrologiis, quæ ad suum concinnandum viam præmonstraverant : *Venerabilium Hieronymi scilicet ac Bedæ presbyterorum piis, quamvis succinctis, super hoc provocabar descriptis. Quorum prior brevitati studens, alter vero quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis præteriisse necessaria; quos tamen secutus, censui et Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipso negotio sequi vestiga, præsertim in secundo ejusdem libro.* De hoc secundo libro dixi, in hac præfatione agendum capite tertio. Ad præsens argumentum satis est, ex hoc loco luce meridiana clarius patescere, *Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipso negotio vestigia,* seu *Domni Bedæ laborem, qui studio Flori accreverat,* verbo, ipsissimum Bedæ Martyrologium, a Floro in latiorem formam deductum, certissime secutum esse Usuardum.

52 Age vero, totum Usuardi Martylogium a capite ad calcem evolve et excute, viceris, si vel unicum elogium repereris ex iis omnibus quæ in editione Papebrochiana Floro tribuuntur, aut saltem vere illi quomodocumque tribui possunt. Scio equidem, unum aut alterum non absimile esse, sed illud probavimus, a Flori istius artifice ex Usuardo descriptum, ac ipsius Usuardi stylo, verbisque conceptum esse. En nodum, cui solvendo viam hactenus rectam et securam non reperi, nisi elogia omnia, a Majoribus nostris Floro adscripta, ei omnino adjudicentur. Rursus, ut certum suppono, Rabanum, perpetuum Bedæ descriptorem, tali Martyrologii Bedæ exemplari usum, quod et ipsum per Flori manus transierit; atqui nec toto illo Rabaniani Martyrologii decursu, talis Florus usquam occurrit, qualem Henschenius et Papebrochius edidere ; est igitur aut nullus Florus, aut aliunde eruenda sunt ea, quibus Bedæ opus amplificavit. Hanc difficultatem a nullo hactenus observatam memini, nequidem a Bollando aut Henschenio, sedulis Martyrologiorum evolutoribus, nec a Papebrochio, præcipuo Bedanæ editionis concinnatore. Nodum scrutando et ruminando, pridem deprehenderam, sed cuneus deerat, per avia et devia, diu multumque quæsitus : an repertus sit, ex sequentibus poterit conjectari.

53 Ex citatis supra ipsius Bedæ verbis, a Bollando, Papebrochio et aliis passim referri solitis, indubitatum est, Martyrologium aliquod a venerabili et sancto scriptore compositum; nec minus certum, valde incompletum fuisse; certum præterea, a nullo hactenus primigenia phrasi, de qua omnino constet, editum fuisse. Nostra editio ad veritatem proxime quidem accedit, sed cum festum Sanctorum omnium annuntiet, pro universali Ecclesia tempore Bedæ necdum institutum, ex unico eo indicio, ut cetera taceam, colligimus, purum plane et integrum dici non posse. Jam vero, aliunde ex Adone patentissime docemur, ipsissimum Bedæ Martyrologium Flori studio accrevisse ; nusquam autem traditum est, peculiare opus (secundum librum alio remisimus) a Floro fuisse compositum, quod Bedæ superaddiderit, vel singulari modo, stylo et ordine ab eo sejunxerit aut discreverit. Subiit itaque cogitare, non infundatam conjecturam fore, sie quis opinaretur, totum Bedæ Martyrologium, vel potius Martyrologii ejus elementa ita in Flori opus transfusa, ita utriusque conamina, in unum idemque opus conflata, ut frustra laboraverint Henschenius et Papebrochius, quo Flori stylum a phrasi Bedæ, quo Flori, inquam auctaria a propriis Bedæ textibus segregarent.

Cum utriusque idem videatur Martyrologium Flori studio in labore Bedæ suppletum.

54 Mihi certe longe probabilius, imo plusquam verisimile est, Florum ita locutionem suam Bedæ sermoni attemperasse, ut nulla satis aut industria aut solertia distingui possint. Quod qui acciderit, hac una ratione tibi facillime persuaseris. Qui Bedæ Martyrologium norunt, utique ignorare prorsus nequeunt, aut modo simplicissimo Sanctos illic commemorari, aut longiuscula quandoque eorumdem Sanctorum elogia referri. Quid Floro fuit facilius, quam hujusmodi rationem scribendi imitari ? Beda in Anglia ex Actis vel passionis Martyrum partem hinc inde aliquam decerpserat, quam nos brevem panegyrim, elogium, laudationem aut encomium appellare consuevimus. Eamdem methodum secutus in Gallia Florus, ut erat antiquis monumentis, teste Wandelberto, satis instructus, alias passiones, alia Acta consuluit, alios proinde Sanctos reperit, quos et ipse paribus omnino elogiis exornaret ; servatis item præfatarum passionum veris vel dubiis narrationibus, earumque compendiis adoptatis. Ut paucis rem totam complectar, sic Bedæ laborem et Flori studium inter se coaluisse existimo, ut nec modo, nec ordine, nec stylo unius commemorationes ab alterius commemorationibus, vel ab ipso Adone dignosci aut disjungi potuerint; unicumque proinde nuncupaverit Bedæ Martyrologium, quod Flori studio accreverat.

55 Hoc pede recte fixo, alia via sternenda fuit ad indagandum, quantum operæ Beda, quantum Florus in colligendo Martyrologio posuerint ; cumque aliunde notissimum scirem, Bedæ nomine inscriptum esse Martyrologium aliquod metricum, seu carmine hexametro conscriptum, non Wandelbertinum illud, ut aliqui falso sibi induxerunt in animum, quod totius anni Kalendas decurrit, sed longe brevius, multos etiam Kalendarum dies intactos relinquens ; putavi ex ipsius cum prosaico a

nobis

nobis edito, collatione, forte aliquid luminis accessurum, unde non inverosimiliter, Bedæ Sanctorum compilatio a Flori accretionibus commode dividi et separari posset. Atque eccum, metricum illud opportune mihi suppeditavit Acherii Spicilegium tomo 10 a pag. 126, quo in præfatione pag. 14, editor indicat, exscriptum esse a Mabilione *ex cœnobii sancti Remigii Remensis apographo, exarato manu Bertigarii monachi, Ebbone archiepiscopo, præferreque Bedæ nomen ac titulum, uti nos,* inquit, *in textu exhibemus.* Pergit pluribus ostendere, nihil esse, quo minus Bedæ vere adscribatur metricum hoc Martyrologium, tametsi in citato supra testimonio, de solo prosaico sermonem instituere videatur, neque in indice operum suorum, metricum istud Martyrologium recenseat. Id enim mirum videri non debet, cum ex ipso opere constet, sub finem vitæ compositum fuisse, utpote cum in eo, mense Aprili, etiam *Wilfridus junior* commemoretur, cui anno DCCXXXII vita functo, tribus solum annis Beda supervixerit. Hæc ferme Acherii sententia : quæ si vera est, ac vere Beda postremis vitæ annis Martyrologium suum qualecumque ex soluta oratione ad ligatam transtulerit, ac forte Sanctis recentioribus modice auxerit, inveni ubi pedem alterum figam, et nisi vehementer fallor, ea, qua in hisce fieri potest verisimilitudine, laborem Flori a primis Bedæ lineamentis distinguere valeam. Jam nunc fortasse mentem meam perceperis.

Quæ Bedæ propria sunt

56 Ea est, ut composito inter se utroque Bedæ Martyrologio, prosaico nempe, ut ab Henschenio et Papebrochio editum est, cum metrico Acheriano, illos omnes Sanctos et Sanctorum elogia Bedæ tribuam, quorum in metrico ipse meminerit ; cetera omnia Floro relinquam. Ut exemplo res pateat, primum mensem accipio, qui mihi Bedam nostrum aperienti occurrit nempe Augustinum, et cum eodem confero versus ex metrico ejusdem mensis, qui ita apud Acherium repræsentantur :

ex ejus Martyrologio metrico

MACHABEI *Augusti coronantur mensis in ortu ;*
Sanctumque et XYSTUM *octavis tenet Idibus almum.*
Bis binis victor superat LAURENTIUS *hostes.*
Sancta DEI GENITRIX *senas ter constat adire*
Angelicos vecta inter cœtus Virgo Kalendas.
Inde TIMOTHEUS *undecimam tenet ordine digno ;*
Atque simul martyr sortitur SYMPHORIANUS.
Octonas sanctus sortitur BARTHOLOMÆUS.
Bis binis passus colitur BAPTISTA JOHANNES.

Hic Sanctos octo numeras, quos in nostra hypothesi vere a Beda signatos dicendum erit. Sunt autem in Beda nostro notati eo mense Sancti, seu potius annuntiationes octo et viginti ; erit ergo necesse hinc consequi, ut commemorationes circiter viginti, mense Augusto, Bedæ a Floro superadditas fuisse fateamur.

57 In alia hic versamur hypothesi, videlicet, vere ad Bedæ Martyrologium, quod Flori studio accrevit, pertinere omnia, quæ Henschenius et Papebrochius tamquam ad genuinos Bedæ textus spectantia, retulerunt. Alia prorsus eaque scrupulosior quæstio moveretur, utrum Bedæ et Flori opus subinde interpolatum aut decurtatum non fuerit? Verum hac ad argumentum, quod hic tractamus, peregrina sunt. Aut purum, aut puro proximum esse nostrum Bedæ Martyrologium, idemque prorsus quo se usum fatetur Ado, præter Prologi Papebrochiani rationes, satis manifeste probat Ado ipse, dum totum illud Martyrologium, in suum transtulit. Totum dico a potissima et præcipua parte ; nam si quis Bedam nostrum cum Rabano et Adone conferat, nonnulla hinc inde recurrent, quibus ad exactiorem formam Beda noster redigi facile queat. At enim non video tam scrupulose excutiendum Bedam, licet fortasse minutiis nonnullis auctum, dum tam confidenter Hieronymiana dicimus, quæ ad Hieronymum nullatenus spectare posse, apud omnes in confesso est.

quantumvis brevi, educi posse videntur.

58 Frustra etiam oppones, futurum eo pacto, ut potior pars celeberrimi Martyrologii a Majoribus nostris cum tanta laude Bedæ vindicati, mensibus singulis Bedæ abjudicetur. Etenim cum hactenus non minus fere dubium fuerit, quid ex Bedæ Martyrologio Bedæ proprium sit, quam ex Hieronymianis Hieronymi, seu illius qui primo Hieronymianum Martyrologium designavit, non exiguum certe operæ pretium fecero, si purum ipsum Bedæ opus, quantulumcumque demum, auctori suo non infundatis argumentis restituam, ceteris Floro aut aliis interpolatoribus derelictis. Equidem post longam et diligentissimam operam quanta potui cura et studio adhibitam, nihil huc usque reperi, quod ad omnimodam verisimilitudinem proprius accedat. Atque has nostras rationes, seu mavis conjecturas, eruditorum censuris et judiciis tantisper proponere non formidamus, si forte clarioris lucis aliquid aliunde affulgeat, quo tandem tutius, securius et certius, ipsius Bedæ purus et genuinus fons ab influentibus et adscititiis rivulis expurgetur.

Quis Florus editus?

59 Interim vero monendus hic iterum lector, me tota ferme Usuardini Martyrologii recensione sic semper Bedam et Florum citasse, prout ab Henschenio et Papebrochio distinctis typis vulgati sunt ; quemadmodum Hieronymiana apographa seu codices Hieronymianos appello, quos Florentinius et Acherius edidere, aut apud nos manuscripti exstant, tametsi alii aliis auctiores sint, vel magis aut minus interpolati. Si quæras, cui adscribenda sint elogia, in nostra editione Floro attributa ? Sincere fatebor, id me prorsus ignorare. Ceterum, cum hic in conjecturali scientia versemur, quid vetat probabilissime asserere, singulos codicum, ex quibus accepta sunt, compilatores, Bedam et Florum imitatos, pro suo quemque ingenio addidisse, quæ ex passionalibus aut aliunde decerpta, textibus suis apte convenire censebant. Id certe admittendum in codicibus Usuardinis, in quos tanta interpolatorum libertas grassata est, ut auctaria et additamenta, si omnia conjungantur, singulis prope diebus, textum ipsum Usuardinum duplo, triplo, sæpe quadruplo, imo quintuplo et amplius exsuperent. Hæc de Beda et Floro. Nunc ad tres alios antiquos seu classicos Martyrologos properemus.

ARTICULUS III

ARTICULUS III.

De tribus aliis Martyrologiis, Usuardi cognatis.

§ 1

De Wandelberti metrico.

Hieronymiana, Bedam et Florum, inter Gallos Martyrologos ætate proximus sequitur Wandelbertus, monachus Prumiensis in diœcesi Trevirensi, qui Martyrologium suum, ut ostendit Bollandus pag. LII, scripsit anno DCCCXLII, male ab operum Bedæ editoribus tomo 1 insertum, sub titulo *Ephemeridum Bedæ*, cum metricum hujus Martyrologium, de quo articulo præcedenti egimus, brevissimum sit, certe Bedæ adscribi nefas sit, nisi *quamplures Kalendarum dies intactos relinquat*, ubi interim nostrum hoc Wandelbertinum, per totum anni circulum, unum saltem Sanctum refert diebus singulis. Sed de vero auctore, nemo jam est qui dubitet, tu vide apud Bollandum præfationem ipsius Wandelberti, ex qua ad rem nostram faciunt sequentia verba : *In quo opere, quia solennium dierum certissima comprehensio, non leviter nec facile pro librorum varietate obstabat, ope et subsidio præcipue usus sum sancti et nominatissimi Flori, Lugdunensis ecclesiæ subdiaconi, qui ut nostro tempore, revera singulari studio et assiduitate, in Divinæ Scripturæ scientia pollere, ita librorum authenticorum, non mediocri copia et veritate cognoscitur abundare. Ab hoc, ego sumptis veteribus emendatisque codicibus, Martyrologium librum a Kalendis Januarii usque ad finem anni per dierum singulorum occurrentes festivitates metro edidi.* Oratorie hic loqui videtur Wandelbertus, nam si rem diligentius inspiciamus, quæcumque ipse ex *libris* illis *authenticis*, *veteribus et emendatis codicibus* scitur desumpsisse, ad unam Kalendariorum, Hieronymi, Bedæ et Flori Martyrologiorum et forte passionalium aliquot supellectilem facillime contrahentur. Nec vero, etiam *ope et subsidio Flori Lugdunensis*, tam certa ipsi fuit *solennium dierum comprehensio*, ut non sæpe, contra apertissimam antiquiorum Martyrologorum sententiam, pro suo arbitrio, dies aliquot transposuerit. *Wandelbertus a Floro adjutus*

61 Quæ hic Bollandi præfationi, aliorumque de Wandelberto narrationibus superaddimus, eo spectant maxime, ut specimina exhibeamus, ex quibus appareat, multa pro suo libitu Wandelbertum digessisse. Quærant alii, quinam ii fuerint *libri authentici* ac *veteres emendati codices*, unde Sanctos suos metris illigandos Wandelbertus acceperit ; ego certe dubito, an hæc omnia non magis ornate quam vere prædicentur. Bedam, ut a *sancto et nominatissimo Floro* auctus fuerat, præ oculis habuisse ultro concedimus, tametsi in eo scrupulosior fuisse non appareat. Ex codicibus Hieronymianis Sanctos aliquot decerpsisse, æque certum est ; at præterea alios, aliunde accersitos, pro suamet auctoritate eis adjecisse, luculenter demonstrari potest. En pauca de multis exempla. Sic habet : *certum ducem non habuit, ut ostendunt exempla ;*

XVIII Februarii. *Bissenumque diem Martialis sanctus honorat.*
XXI Februarii. *Victorine, tuo nonus de nomine fulget.*
XXV Februarii. *Quinta dies Crescenti augetur laude beati.*
II Martii. *Senis mox Nonis Heraclus Paulusque coluntur.*
XX Aprilis. *Festaque Synesii celebrantur martyris almi,*
Pontificis tumulo, doctrina et morte beati.
XIII Julii. *Tertius Ægyptum præsentat Serapioni ;*
Attalus et martyr cælesti flore nitescit.
XX Julii. *Et ternam denam Philibertus sanctus adornat.*
XXIV Julii. *Mox nonam... Aquila et Niceta sacrarunt.*
XXVIII Julii. Quatuor habet versus de consecratione altaris a S. Stephano Papa, aliisque eo spectantibus, de quibus alibi nihil.
VI Augusti. *Idibus octavis, mortem passura crucemque*
Christi sancta caro, æthercam dedit ante figuram.
XXIII Augusti. *Lucius et Ptolomæus denam virtute coronant.*
XXVIII Augusti. *Hac quoque Pelagium fuso pro sanguine clarum.*
I Septembris. *Hac et Verenæ rutilant solennia sanctæ.*
XI Septembris. *Has simul et Felix felici morte dicavit,*
Martyrio Regulæ sancto pariterque beatæ.
XI Novembris. *..... votis festoque vocatur eodem,*
Exilium, flagella, minas, tormenta, necemque
Pro Christo perpessa simul Domicilla triumphat.

Plures hujusmodi Sancti in Wandelberto recurrunt, quos apud alios Martyrologos, saltem sic positos frustra quæsieris. Quemadmodum autem libere Sanctos multos signavit, aliis incognitos, sic non minori libertate aut Kalendarum dies transposuit, aut aliqua inseruit, quæ apud antiquiores Martyrologos non repererat. Lubet iterum exemplis pauculis rem elucidare. Sic habet XXI Aprilis :

Undecima Gaius pariter Simeonque coluntur.

Non potest esse alius hic Caius quam Papa, qui ad diem sequentem pertinet. A proprio die remotior est, quem ex Januario sic canit XVI Maii :

Septima Timotheus cum dena nomine lucet,
Veridica Paulus docuit quem voce beatus.

Sic VI Junii illum posuit, qui ad VII spectat :

Octavas Idus Ceratus episcopus ornat,
Urbem qui fulsit Gratiano a principe dictam.

Rursus XX Junii Vitalem collocat, quasi hic post filios Gervasium et Protasium die sequenti passus sit, de quo alii agunt XXVIII Aprilis. En ejus versiculum :

Vitalisque pater natos sequitur duodeno.

Prima Julii loquitur de Ephrem, qui ab aliis refertur I Februarii; sed in hoc Bedam aut Florum secutus est. At XIV Septembris solus ipse de Eparcho agit, alii I Julii :

Præsulis hic etiam meritum celebratur Eparci.

Alii Martyrologi Martinum Papam non agnoscunt XVI Septembris. Sic ipse :

Hinc sexto deno Martinus Papa beatur.

Ad XXIV Octobris anticipat festivitatem XLVI militum, ab aliis die sequenti diserte signatorum :

Nono quadrageni effulgent sexque triumpho
Romæ militia et sancto certamine clari.

Jam vero præter Sanctorum nomina, alia etiam inserta esse, quorum ipse inter Martyrologos primus sit auctor, liquet ex VIII Junii, ubi Medardi et Gildardi famosum synchronismum adoptare videtur :

Progenies meritumque pium, quos jungit et ara,
Gildardus senas, pariterque Medardus honorant.

Vide etiam IX et XXI Octobris ac plurimis aliis diebus in nostris ad Usuardum Observationibus proprio loco indicatis, ex quibus omnibus colligas, satis libero calamo Wandelbertum versus suos adornasse, nisi suspicemur, interpolatores subinde accessisse, quos mirum esset, magis ab hoc Martyrologio, quam ab omnibus aliis manum abstinuisse. Utcumque factum sit, hæc eo notavimus, ut pateat, metricum Martyrologum, Hieronymi quidem et Bedæ, a Floro aucti, progeniem esse, non ita tamen, ut eorum placitis se adstringendum putaverit, auctor ipse per se et novi Martyrologii conditor. Vulgo notum est, Adonem in cœnobio Prumiensi verosimiliter cum ipso Wandelberto aliquamdiu commoratum; attamen certum putamus, metricum Martyrologium aut non novisse, aut certe eo usum non fuisse. Dubitavi aliquando, nec in meis ad Usuardum Observationibus satis certo determinare ausus sum, utrum in Usuardi cognitionem non venerit : neque vero hactenus id mihi certo exploratum ausim asserere. Partem affirmativam suadebant Sancti iidem, pluribus diebus in utroque recurrentes; at mox reponi poterat, id mirum non esse, cum utrique iidem fontes, aut saltem similes patuerint. Magis urgebar, dum Sanctos reperirem apud nullum Martyrologum Usuardo antiquiorem, præterquam apud solum Wandelbertum signatos, quod plane accidit XIV Martii, ubi hic versiculus :

Euphrosius pridie Petro cum martyre fulget.

62 Hoc certe impellere videbatur, ut saltem notitiam aliquam inter eos Martyrologos fuisse admitterem. Rursus, dum ex aliqua Hieronymianorum classe unus aut alter Sanctus, iidemque prorsus et ab Usuardo positi, et a Wandelberto versibus innexi inveniebantur, satis probabile videri poterat, Usuardum, non Hieronymianorum fontem, sed Wandelberti rivulum consuluisse ; idque patebat clarius, die secunda Decembris in Vero et Securo, a sociis aliis XVIII aut XIX avulsis :

Vero et Securo quartis litat Africa Nonis.

neque ullus ipsum secutus videtur.

Verum his omnibus præponderavit Usuardi silentium, qui duces suos aperte enumerans, Wandelberti nomen reticuit. Ad hæc, in allato exemplo Veri et Securi, ambos Usuardus fratres appellat, quod utique apud Wandelbertum non reperit. Petrum et Euphrosium aliunde Usuardo innotuisse, necesse est. Ut vero certius intelligas, inter Usuardi protoparentes locum Wandelberto tribuendum non esse, faciet dies IV Decembris, quo Usuardus nullos apud Adonem Sanctos illic signandos reperiens, non ad Wandelbertum, qui de Victoria agit et Heracleo, sed ad Rufinum confugit, ex quo binas suas annuntiationes conflavit. Idem convincitur ex XIX Decembris, ubi Wandelbertus :

Quartum cum deno Zosimus Dariusque coronant :

in Usuardo autem solum legitur : *Civitate Nicea, sancti Darii martyris;* nulla prorsus eo die Zosimi facta mentione. Tota igitur Wandelbertum inter et Usuardum cognatio in hoc consistit potissimum, quod uterque de Hieronymianis, Beda et Floro participent.

63 Posset et hic a curiosis inquiri, utrum Wandelbertus, inter progenitores suos numerare non debeat auctorem Romani parvi? Dubitandi ratio est, quod Observationes nostræ nonnumquam doceant, eosdem Sanctos a Wandelberto celebrari, quos solum Romanum parvum inter antiquiores notasse comperitur. Exemplo sint Maii XV, quo :

Pontifices septem Hesperiam simul Idibus ornant,

et VII Junii :

Paulus septenas, præsul tuus alta Bizanti ;

et similia plura, ex quibus confici posse videatur, Wandelbertum non ignorasse Martyrologium illud, quod Romanum parvum vocamus. Hic ego me hærere, et in Observationibus non semel hæsisse confiteor. Nihil quidem piaculi video, si ultro concedamus, Romanum parvum Wandelberto præluxisse, quidquid Ado gloriari videatur, se omnium primum, absconditum prius in Italia thesaurum effodisse, quem in Galliam deportaret. Ceterum, cum, teste Usuardo, *diversa sanctorum Patrum Martyrologia* exstiterint, facile contingere potuit, ut ex antiquiori aliquo, auctor Romani

parvi

parvi Romæ, Wandelbertus in Gallia, sua desumpserint. Qui plura conferre aut disquirere voluerit, in prima Molani, et in hac nostra Usuardi editione, metra diebus singulis cum textu Usuardino ferme conjuncta inveniet. Apud Acherium tomo 5 Spicilegii, totum Wandelbertinum uno ductu editum est.

§ 2.

De Martyrologio Rabani.

Ordine et ætate sequitur præclarum Bedæ germen, Martyrologium a B. Rabano Mauro, ex monacho Fuldensi archiepiscopo Moguntino compositum, quod fortasse non immerito appellaretur, Bedæ Martyrologium studio Flori et Rabani suppletum; ita Rabanus fideliter et passim omnia elogia, in Papebrochii editione Bedæ adscripta, suæ compilationi inseruit, ut vel ex solo hoc Martyrologio recenseri illa et forte hinc inde emendari posset. Credidit Papebrochius in Prologo suo num. 11, eodem tempore Rabanum in Germania Bedam supplevisse, quo id in Francia præstabat Florus, adeoque circa annum DCCCXXX ; at nobis longe verisimilior videtur Castellani conjectura, præfationis suæ ad 1 Bimestre pag. 20, ubi Rabanum existimat Martyrologium scripsisse, circa annum DCCCXLV, tum nempe, cum demissa anno DCCCXLII abbatiæ Fuldensis præfectura, privatus ibi degeret, anno DCCCXLVII ad archiepiscopatum Moguntinum assumptus. Sic apte divisis temporibus, commode intelligitur, Flori laborem in augendo Beda, pervenisse in manus Rabani quem is ex codice aliquo Hieronymiano aliisque (ut erat vir doctissimus) aliunde acquisitis, per totum anni circulum impleverit, iis superadjectis, quæ ad Fuldenses seorsim pertinerent, ut esset, Martyrologium cœnobii illius celeberrimi usibus accommodatum, quidquid Papebrochius num. 14, autumet, non eo Martyrologio usos Fuldenses, sed alio in codicibus reginæ Sueciæ reperto, quod ex Adone contractum fuerat. Sed forte monachis etiam illis placuerit magis Usuardina methodus, longe aptior Officio ecclesiastico.

Rabanus Florum et Bedam auxit;

65 Prævenit itaque Rabanus noster Adonem, qui per id tempus Martyrologium aliud meditabatur, de quo fusius sequentibus duobus capitibus agendum erit. Uterque eodem laborat vitio nempe enormi illa inæqualitate, qua diebus nonnullis unus aut alter Sanctus valde jejune annuntiatur; alii vero longis elogiis referti, ad nauseam ferme prolixi sunt. Præiverat ambobus Beda, præiverat Florus, ast Usuardus singulorum dierum laterculos compendiosius complexus, priores omnes Martyrologos ita antecelluit, ut ubique receptus, aliorum memoriam obliteraverit. Ut ad Rabanum redeamus, nihil in eo peculiare occurrit, quod in Observationibus nostris satis accurate notatum non sit. Hoc nempe singulari cura studuimus, ut per continuam illam Martyrologiorum omnium inter se aut convenientiam, aut differentiam, aut oppositionem, sub unum aspectum positam, singulorum simul proprietates Hagiophili dignoscerent. Inter cetera insinuandum fuit, Rabani Martyrologium Germaniæ limites non esse transgressum, utpote quod Ado et Usuardus plane non noverint ; Notkerus autem, de quo mox loquemur, totum descripserit, auxerit aut contraxerit.

inæqualis ut Ado;

66 Ut autem assumptæ superius generationis metaphoræ inhærentes, Martyrologiorum genealogiam pertexamus, eo consanguinitatis gradu Adonem tangit Rabanus, seu potius eorum Martyrologia, ut quodammodo germani fratres dici possint, ea videlicet causa, quod ambo ex Hieronymianis, Beda et Floro, pro majori vel minori parte progeniti sint, cum hac notabilissima diversitate, quod Ado fœcundissimus fuerit aliorum Martyrologiorum parens, Rabanus vero prope ἄπαις obierit, solum ferme Notkerum sequacem habens, ex quo fortasse magis quam ex ipso Rabani fonte, paucula in codices Usuardinos auctiores derivata sunt, ut nonnumquam in Auctariis nostris indicandum fuit. Qui plusculum temporis, Martyrologiis his omnibus accuratius inter se componendis, impendere voluerit, facillime mecum advertet, quod si ea quæ ex Hieronymianis, Beda et Floro Rabanus desumpsit, a reliquis sejungantur, pauca superfutura sint, quæ Rabani propria dici debeant. Sic item, si Notkerum Hieronymianis, Rabanianis, et Adonianis exspolies, ad nihilum prope redibunt, quæ ex ejus Martyrologio erunt reliqua, præterquam quod locis nonnullis mutilum est, ut statim paulo copiosius explicabimus.

ejusque ex parte frater.

§ 3.

De Martyrologio Notkeri.

Hoc Martyrologium native delineavit Papebrochius in Prologo ad Bedam num. 14 his verbis : *Prædicti Adonis synchronus fuit B. Notkerus, monasterii sancti Galli monachus anno Christi* DCCCLXX, *quando Ado eidem monasterio communicavit reliquias sancti Desiderii episcopi et martyris Viennensis, x Kal. Junii recolendi, quemadmodum ipse ad dictum diem testatur in suo Martyrologio, quod videtur Adonis exemplo scripsisse, integra sæpe elogia ex eo verbotenus accipiens, mortuus anno* DCCCCXII, *uti clare demonstrabimus mense Aprili ad ejus diem natalem. Præter Adonis Martyrologium (cujus exemplar credibile est ipsummet Sangallensibus misse) habuit etiam Notkerus præ oculis Martyrologium Rabani, de quo supra egimus, et eo etiam plurimum usus est, adeo ut videri possit, unum e duobus conficere voluisse.* Verissima hæc esse, plane perspiciet, quisquis tres illos Martyrologos inspicere et attentius considerare dignabitur, quod in Observationibus nostris Usuardinis annotare non prætermisimus, quotidianam ferme Martyrologiorum classicorum genealogiam repræsentantes, quorum postremus est hic, quo de loquimur, Notkerus Balbulus : quem si pernoscere cupiat curiosus lector, adeat Papebrochii commentarium VI Aprilis a pag. 576, ubi hunc a variis aliis Notkeris accurate distinguit. Castellanus compendio omnia collegit in laudata sæpius præfatione pag. 25.

Notkerus [illegible]

68 Porro

68 Porro jam dictum Notkeri Martyrologium primus ex Sangallensi bibliotheca eruit, et typis *incompletus est;* vulgavit inter antiquas lectiones Henricus Canisius, locis aliquibus mutilum, ut a XII Junii ad XIX; a II Julii, ad VII; a XVIII Augusti, ad XXVII; imperfectum vero a XXVI Octobris, usque ad anni finem. In *Canisiana* illa editione hunc præfert titulum : *In nomine Domini, incipit Martyrologium per anni circulum S. P. N. Notkeri, cognomento Balbuli, monachi S. Galli.* Non fuisse adeo receptum ejus tempore annum Ecclesiasticum a Nativitate Domini, aut ab ejus vigilia incipere, et hoc et Rabani Martyrologium probant, cum ambo a Kalendis Januarii exordiantur. Nihil Florentinio in notationibus ad Hieronymiana familiarius, quam Notkerum identidem appellare; non consulto fonte, unde ipse sua omnia clarissime derivavit, quod satis sero animadvertisse videtur, dum nempe XV Octobris pag. 920 tandem fatetur *Notkerum, plurimum ex Adone accipere.*

69 Sed de his, Observationum nostrarum pluribus locis locuti sumus. Ceterum ex dictis mani- *quæ ejus cognatio* festum est, quam arcto consanguinitatis Martyrologicæ vinculo, Notkerus cum Rabano et Adone conjunctus sit. Atque hæc quidem hactenus de Martyrologis, quæ in linea directa vel immediata Usuardo tam propinqui non sunt, quamquam et ipse nonnumquam Hieronymiana et Bedam a Floro suppletum consuluisse deprehendatur. Nunc ad præcipuum ejus familiæ, seu genealogicæ arboris stipitem descendimus. Illum vero statuimus Romanum illud vetus, a Rosweydo nostro pridem editum, ab Adone Ravennæ repertum, ibi ab ipso descriptum, in capite Martyrologii sui positum, et in istud plane transfusum. Ex quo videas, Romanum istud vetus, quod nos *Romanum parvum* dicimus, cum Beda a Floro aucto, Adonis patrem posse nuncupari, cujus avum Hieronymiana non inepte appellaveris. Tum vero, ex Adone immediatissime procedere Usuardum, capite 3 demonstrabitur. Hic præmittenda est, gravis de Romano isto parvo inter eruditos controversia : paucis id hactenus ut genuinum et antiquum Romanum tuentibus; pluribus aliis obnixe contra certantibus, nec vetus, nec Romanum, nec vere Martyrologium esse, sed potius Kalendarium, aut contractum ex Adone compendium ; aliis demum, tamquam scenæ spectatoribus, nullam in utramvis partem sententiam ferentibus. Hæc proximo capite ab ovo repetenda, et diligentius excutienda suscipimus.

CAPUT SECUNDUM.

De Martyrologio, quod vetus Romanum appellavit, primusque edidit Heribertus Rosweydus, nos tantisper ROMANUM PARVUM *vocari posse censemus.*

Eminentissimus Annalium ecclesiasticorum conditor Cardinalis Baronius, in Prolegomenis ad suam Martyrologii Romani cum Notationibus editionem, præsertim capite octavo, totus est in *Quæsitum a Baronio* quærendo antiquo Martyrologio Romano, cujus vestigia haud obscura repererat in celebri Gregorii Magni ad Eulogium Alexandrinum episcopum epistola, superius a nobis laudata. Cumque relatorum a nobis præcedenti capite majorum Hieronymianorum apographa in ejus aut cujusquam alterius, ad Romani Martyrologii reformationem deputati, notitiam non pervenissent, neque adeo Martyrologium ullum vidisset, cui descripta a Gregorio elementa omnimode convenire possent; lecta Adonis præfatione, in qua Sanctus ille Viennensis episcopus, ad concinnandum Martyrologium suum, se *adjutum* fatetur *venerabili et perantiquo Martyrologio, ab urbe Roma Aquileiam, cuidam sancto Episcopo a Pontifice Romano directo;* hinc idem Eminentissimus citato capite 8 inferre non dubitavit : *Hoc ipsum simplex absque alio additamento Romanum Martyrologium, idemque perbreve, in quo tantum nomina Martyrum, locus ac dies passionis positi haberentur, esse illud ipsum, cujus meminit Ado.* Ita Baronius.

71 Sed pace ipsius dixero, non satis conveniunt ea quæ Gregorius in epistola ad Eulogium de suo Martyrum libello prædicat, cum characteristicis Martyrologii Ravennæ reperti ab Adone delineatis, ut utriusque verba conferenti ad oculum patebit : neque enim Ado usquam insinuavit, Martyrologium a Romano Pontifice Aquileiam cuidam sancto Episcopo directum, aut *perbreve* esse, aut sola dumtaxat *nomina Martyrum* continere, aut solum *locum ac diem passionis* ponere ; quæ omnia Gregorius de suo tam clare et tam distinctis terminis asseruit. Ceterum quidquid ejus sit, præconceptæ opinioni insistens Baronius, satis ibidem patefacit ingens ejusdem istius Martyrologii, quo tenebatur desiderium, dum ita loquitur : *Porro in omnibus, quæ viderim Martyrologiis Adonis impressis* (non scio alias editiones tunc exstitisse præter imperfectam Lipomani et aliam Mosandri) *illud ipsum Roma acceptum desideratur. Egregiam certe, ac viris eruditis dignam optatamque navasset operam Mosander, si hujusmodi illustre vetustatis monumentum, quod in suo manuscripto Adone haberi testatur, una cum ipso Martyrologio Adonis, quod post Surium ad septimum tomum vitarum Sanctorum adjecit, edidisset.*

72 Tam præclaro purpurati Patris desiderio facturus satis Heribertus noster Rosweydus, cum novam Adoniani Martyrologii, exactioremque prioribus editionem meditaretur, curas mox omnes intendit, ut codicem ipsum manuscriptum S. Pantaleonis, ex quo suam Adonis editionem Mosander expresserat, nancisci posset; eoque *a Cartusia Coloniensi perbenigne submisso*, idem illud *vetus Romanum Martyrologium*, ut ipse vocat, quod suo Ado præfixerat, magno virorum eruditorum applausu, una cum Adone vulgavit anno MDCXIII, nihil dubitans, quin ipsum illud Martyrologium reperisset, *Martyrologium S. Gregorii* quod olim Gregorius Magnus ad Eulogium scribens laudaverat. Juvat Rosweydum ipsum loquentem audire, in sua ad Paulum V Pontificem Maximum dedicatoria epistola. *Fero nunc*, inquit, *ad Sanctitatem Vestram, vetus hoc Romanum Martyrologium quod Gregorius Pontifex Maximus ad Eulogium*

Alexandrinum

Alexandrinum episcopum scribens, per Orbem universum dispersum et optavit et credidit. Fero, quod Ado annis abhinc octingentis, tanti fecit, ut venerabile et perantiquum duxerit, sibique, velut prima operis sui lineamenta adumbrata proposuerit, quod suis rursus coloribus pingeret, lucis splendore illustraret. Fero, quod ad hunc usque diem latuit, cujus desiderio tantopere flagrabat Cardinalis Baronius, ut animi sui testes tabulas exstare voluerit, quibus editorem excitaret, et gratiam ante beneficium reponeret. Hoc igitur Martyrologium tanto fidentius ad Sanctitatem Vestram defero, quanto plurium gravissimorum virorum patrocinio comitatum venit.

73 Ita Rosweydus splendide ac eleganter munus, vel partum, ut ita dicam, suum communi fidelium Patri verbis ornare ac religiose, non Thrasonice, ut garrit Beckius, modeste, inquam, ostentare non dubitavit, neque tunc cum illo dubitabant eruditi, gravissimique viri, quorum patrocinio comitatus veniebat, quin vere Martyrologium ab sancto Gregorio commendatum, Romano Pontifici porrigeret. Verum hæc præmature dicta, crediderim agnovisse subinde Rosweydum ipsum. Nimirum, dum hæc scriberet nondum illustre istud Hieronymianum Epternacense, de quo priori capite cum Bollando egimus, e Cartusia Trevirensi feliciter eruerat. Etenim, ex utriusque, puta Hieronymiani et Romani parvi comparatione, facile agnovisset vir perspicacissimus, non huic tam proprie, quam alteri aptari posse Magni Gregorii descriptionem, qua utique indicatur Martyrologium Hieronymianum, *in quo tantum nomina Martyrum, locus et dies passionis positi haberentur.* Quod *perbreve* velit esse Baronius, non est ex mente Gregorii, cum in ipsius libello, *multi ex diversis terris atque provinciis, per dies singulos cognoscantur martyrio coronati :* qui character Hieronymianis proprius est, Romano parvo non item, ut brevi clarius elucescet. Hæc omnia si observare potuisset Rosweydus, haud dubium quin vetus suum, cum Gregoriano minime confundendum putasset. Nec vero inde splendor Martyrologio isti gratis quodammodo accersendus erat, cum aliunde veris suis propriisque non careat laudibus, quas ipsi ut meritas, ut debitas toto hoc capite vindicabimus.

male putavit Rosweydus se reperisse;

74 Ceterum quod modo aiebat Rosweydus, *plurium gravissimorum virorum patrocinio comitatum venire* Romam, suum illud vetus Martyrologium, verissimum existimo, tametsi modo promptum mihi non sit virorum illorum suffragia colligere. Sit nobis hic unus omnium instar Andreas Saussayus, in hac saltem parte minime suspectus Rosweydi encomiastes. Laudaverat ipse non uno loco apparatus sui ad Martyrologium Gallicanum, procuratam veteris illius Martyrologii editionem, sed cap. 19 dispersos radios colligens, hæc inter alia de Rosweydo prædicat : *Martyrologium vetus Romanum, tot seculis abditum, tanto æstu a Baronio desideratum, multoque sudore a se perquisitum, tandem divino munere reperit, ac repertum, primum in lucem produxit, notatiunculis sua eruditione dignis instructum, quod Paulo V Pontifici Maximo, pereleganti epistola dedicavit; ut ad solem, quemadmodum ait, radius, ad fontem rivulus, ad stipitem ramus, ad cælum sidus rediret,* etc. *Ita præfatur ad Pontificem summum, lætus de invento a se thesauro, redditoque cui competebat, Domino, Heribertus, certe eximius ipse solis sapientiæ radius, vivi fidei fontis rivulus, virentis justitiæ stipitis ramus, jamque cæli pulchrum ac æternum sidus.*

sed quod edidit, laudatissimum est.

75 Ecquid diceres Rosweydum hic à Saussayo ferme apotheosi donatum ? Sed faxo brevi versam cytharam intelligas. Qui hic tam magnifice Rosweydum ejusque oblatum' Pontifici munus ad sidera usque extollit, idem ipse alibi præfatum Martyrologium, præconceptis suis de Areopagita ex Hilduino opinionibus adversari observans, quasi œstro percitus, diras quodammodo in ipsum editoremque evomit, turpiter recantans, quæ in utriusque laudem tam gloriose cecinerat, ut pluribus memorat Florentinius in admonitionibus suis præviis pag. 17, nosque paulo infra uberius ostendemus. Ne vero pluribus aliis Rosweydi, ejusque procuratæ veteris Romani Martyrologii editionis laudatoribus conquirendis tempus teram, aut lectori creem fastidium, unum producam egregie doctum, magnique inter eruditos nominis virum Henricum Valesium, in dissertatione brevi discutienda, hoc de sui temporis scriptoribus testimonium ferentem : *persuasisse*, nimirum, *doctis hominibus Rosweydum, ut ab omnibus, diversæ etiam communionis viris, hoc Martyrologium pro vetere Romano accipiatur, ejusque auctoritate ac testimonio omnes passim in libris suis utantur.*

76 Non est insolita Valesio grandior auxesis; neque enim ita post Rosweydum abierunt *docti homines*, ut nullus ante Valesium Martyrologii illius oppugnator fuerit. Novisse poterat censorem, plane liberalem, V. C. Joannem Frontonem, Kalendarii Romani editorem, quo nemo brevius, nemo forte acrius contra insurrexit. Sed hunc infra suo loco conveniam. Neque ignorabat, opinor, Valesius Bollandi prudentissimum de eodem Martyrologio judicium, quod priusquam ultra progredimur, hic ex Præfatione generali cap. 4 § 5 compendiose subjiciemus. Plura equidem ibi offendo, in hoc nostro opere aut restituta, aut clarius exposita; verum quod ad toties jam nominatum Martyrologium attinet, clare ibi Bollandus edisserit, *non esse a Rosweydo editum illud, quod erat S. Gregorii ætate Martyrologium.* Rursusque post nonnulla alia, oculatissimo cetera Bollandò non satis tunc perspecta, ita pronuntiat : *Illud tamen liquido constare existimo, non esse, quod describit sanctus Gregorius, illud quod est a Rosweydo vulgatum. Neque tamen*, subdit, *hoc cuicuimodi sit, respuimus. Utinam plures similia antiquitatis monumenta, quod possunt, eruerent!* Mitto scrupulum, quo ibi Bollandus laborat, ne scilicet Martyrologium, a Rosweydo editum, *Romanum minus* nuncupet, *quia eo titulo* (Romani veteris) *editum a viro doctissimo, eaque apud eruditos invaluit nomenclatio.* Nemo ægre feret, vocem *vetus* non ita convenientem, a me in *parvum* mutatam, ut contradistinctum ab Hieronymiano majore, quod facturum fuisse Rosweydum ipsum, plane existimo, si tum codicem Hieronymianum longe vetustiorem vidisset, cum minus illud suum Romanum, non tam vetus, prælo commune reddidit.

Oppugnavit Valesius

77 Est itaque vera Bollandi et nostra sententia, characteres a S. Gregorio in celebri ad Eulogium et sæpe jam laudata epistola exhibitos, in Martyrologium a Rosweydo editum quadrare nequaquam

quaquam posse; cum ille indiculum indicet, in quo *pene omnium Martyrum, distinctis per singulos dies passionibus, collecta nomina* habebantur, quod Rosweydino Martyrologio tam est certum non convenire, quam certum sit, dies ibi aliquot vacuos reperiri, plurimos autem, ubi unicus uno die consignatur Sanctus. Accedit, quod ex eodem Gregorii testimonio constet, in eodem volumine non indicari, *quis qualiter sit passus, sed tantummodo nomen, locum et diem passionis poni*; at Romani parvi auctor plura et distinctiora addidit, per quæ Gregorianum longe superat, non quidem ætate, sed nitore, claritate et exacto rerum ordine. Demum Romanum nostrum, pluribus locis talia signa, quæ Gregorio posteriora sunt, ut puta: XIII Maii festum *S. Mariæ ad Martyres*; XIV Septembris, *lignum salutiferum Crucis a Sergio Papa inventum*, etc.; I Novembris festum *omnium Sanctorum* Romæ institutum, aliaque ab erudito lectore facile observanda, quæ codicem Rosweydinum ad seculum octavum rejiciunt. Hæc in Bollandi sententiæ omnimodam confirmationem sufficiant.

quamquam in paucis hæsitaverit.

78 Unum est, quod non satis perspexit venerandus Magister noster, dum nempe *in ambiguo* posuit, *utrum ex his sanctus Ado habuerit, minus illud Rosweydinum, an hoc majus*, scilicet Hieronymianum; mihi enim certissimum videtur, Adonem sic loqui, ut tota ejus oratio Romanum parvum aperte designet, nec ullum aliud Martyrologium designare possit. At, inquit Bollandus: *Plures multo Sanctos habet Ado in suo Martyrologio, quam qui in minori Romano continentur: imo parum admodum ex illo haurire subsidii potuisset, cum præsertim Usuardi haberet Martyrologium, quod et natales indicabat singulorum atque etiam plurium*... Recte fatetur Bollandus *hic* sibi *aquam hærere*; opus enim fuisset plurimorum annorum labore, plurium Martyrologiorum diligentissima inter se collatione, ad hujusmodi nodum dissolvendum, cujus pars posterior vix demum post quinquaginta et amplius ab opere de Actis Sanctorum inchoato annos a Papebrochio observata est tomo V Junii pag. 250 col. I in fine. Nimirum præpostere a Majoribus nostris semper citari solitos Usuardum et Adonem, semperque in ea suppositione, quod ille hoc esset antiquior, atque adeo Adonem sua ex Usuardo accepisse, aut saltem accipere potuisse; vel ut in Prologo ad Bedam num. II, vel tomo 4 Junii pag. 482 arguebat laudatus Papebrochius, *nihil alterum scivisse de altero*. Quibus similia per viginti tres tomos de Actis Sanctorum, innumeris locis recurrunt. Hæc autem omnia cum veritate non cohærere, Observationes nostræ diebus singulis textui Usuardino adjectæ sole meridiano clarius manifestabunt.

79. Prior autem difficultatis pars, *quod plures multo Sanctos habeat Ado in suo Martyrologio, quam qui in minori Romano continentur*; quodque proinde *parum admodum ex illo subsidii haurire potuisset*, pace Bollandi dixero, facillime dissolvitur: nam Ado nusquam insinuat, se omnes Sanctos suos ex *venerabili et perantiquo Martyrologio* desumpsisse, sed *adjutum* se eo fatetur, *ut dies Martyrum, qui confusi in Kalendis satis inveniri solerent, verissime notarentur*. Id nempe, nisi vehementer fallor, sanctus Martyrorologus innuit, reperisse se in eo Martyrologio, distinctam dierum seu Kalendarum seriem, quæ in Hieronymiano, quo etiam certissime usus est, turbato, luxato et confuso ordine, adhuc hodie, post multorum eruditorum diligentissimam operam, repræsentatur. Atque huc refero *τὸ verissime notarentur*, hoc est *distincte*; nam Martyrologii istius auctor quisquis fuerit, nihil minus curasse videtur, quam ut ad veros obitus aut martyrii dies Sancti reducerentur; satis se fecisse existimans, si quos hinc inde ex veteri Testamento, æque ac ex novo, sed maxime ex Rufino colligebat Sanctos, certis diebus, pro suo fere arbitrio, innecteret. Atque hæc altera nostra Observatio est, per singulos ferme dies discurrens, quæ Majores nostros hactenus latuerat, quæque non nisi indefessa et continuata Martyrologiorum nostrorum perscrutatione erui, digeri et confirmari potuit. Ad duas propositiones rem totam contraho, quarum hæc prima: Ado in adornando Martyrologio suo, usus est Romano parvo Rosweydi, tamquam stamine, si ita loqui licet, totumque ferme ad verbum descripsit. Hæc altera: Usuardus Adonem, quem Flori librum secundum appellavit, ita in omnibus secutus est, ut verum dici possit Adonis compendium. Sed de hac propositione, ut jam supra monuimus, cap. 3 fusius tractandum.

Rosweydi vindiciæ.

80. His ad sequentem dissertationem quodammodo prærequisitis et præcognitis, Romani parvi, ejusque editoris Rosweydi patrocinium hic ita suscipimus, ut licet cum Bollando, in eo plane errasse censeamus, quod Martyrologium suum illud esse putaverit, de quo Gregorius ad Eulogium Alexandrinum; meminit sic, inquam, ejus patrocinium suscipimus, ut contra multos obtrectatores asseramus, verum, *venerabile, et perantiquum Martyrologium* esse, *ab urbe Roma Aquileiam, cuidam sancto Episcopo a Pontifice Romano directum*, et Adoni postmodum *a quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum, quod*, Ado, *diligenti cura transcriptum, positus apud Ravennam, in capite* sui *operis ponendum putavit*; quamquam non diffiteamur, interpolationes aliquas adjectas fuisse, quibus nullum hactenus Martyrologium vacuum reperire potuimus. Hæc adversus Saussayum, Frontonem, Florentinium, et quoscumque alios Romani parvi adversarios propugnanda sunt. Alterum nobis cum Henrico Valesio negotium, qui titulum potius, quam Martyrologii ipsius substantiam aggressurus, citatam dissertationem deproperavit, Eusebianæ editioni ad calcem pag. 315 subnexam, quam hic primum excutiendam arripimus, ut salvo capite, reliquum corpus facilius tutemur.

ARTICULUS I.

Parvum Rosweydi Martyrologium non incongrue vocari posse ROMANUM, *contra Valesium et Florentinium statuitur.*

Henricus Valesius supra laudatus, singulari illa sua dissertatione, qua Rosweydi Martyrologium atque una Hieronymianum aggreditur, primum pugnat, ante Sixtum V, nullum in Ecclesia Ro-

mana

mana fuisse peculiare Martyrologium. Ipsum audiamus : *Ego vero contra affirmo*, inquit, *nullum umquam fuisse proprium ac peculiare Martyrologium Ecclesiæ Romanæ, ante illud, quod jussu Xysti V Pontificis Maximi editum est hoc titulo, ac Baronii notationibus illustratum.* Affert deinde causas, quæ ipsum ad ita sentiendum impulerint: sed quarum pleræque ad meram de nomine quæstionem recidunt, ut bene ostendit Florentinius, admonitione 5, totam illam Valesii machinam feliciter evertens. Omnium manibus teruntur ea opera, ut proinde hic telam retexere opus non sit. Probat, et recte, Florentinius, Hieronymianum a se vulgatum, quod *vetustius Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium* intitulavit, omnino nuncupari posse *Romanum*, seu *Romanæ Ecclesiæ Martyrologium*, tametsi eo nomine, nec a S. Gregorio, nec a Beda, Adone aut Usuardo designatum fuerit. Id certe mirum videtur Valesium nempe agnoscere, characteres omnes, a S. Gregorio distinctos, Martyrologio Hieronymiano apprime convenire, imo, *dicere Gregorium Magnum, habere se Martyrologium, in quo multorum simul Martyrum nomina etc.*; constanter tamen abnuere, *Romanum Martyrologium a Gregorio esse nominatum, aut Martyrologium illud proprium ac peculiare fuisse Ecclesiæ Romanæ*. Quasi aliud hodie sit Martyrologium Romanum, quam quod *commune est cum reliquis* ecclesiis *Occidentalibus*.

82 Tale autem Martyrologium, annis abhinc mille exstare debuisse, ut etian terminis ipsis cedat Valesius, luculentissimo testimonio evincitur ex concilio Cloveshoviensi, anno DCCXLVII sub Cuthberto Doroberniensi archiepiscopo, capitulo XIII, apud Spelmanum tomo I pag. 249, apud Labbeum tomo 6 col. 1577, ubi hæc formalissima verba diserte exprimuntur : *Itemque ut per gyrum totius anni, natalitia Sanctorum, uno eodemque die, juxta Martyrologium ejusdem* ROMANÆ ECCLESIÆ *cum sibi convenienti psalmodia, seu cantilena venerentur.* Nec aliud esse potuit Martyrologium, quod Abbates Franciæ, in conventu Aquisgranensi anno DCCCXVII, in choro recitandum præscripserunt capitulo LXIX, apud Labbeum tomo 7 col. 1511, his verbis : *Ut ad capitulum primitus Martyrologium legatur.* Quæ cum de imperfecto Bedæ opere accipi prorsus nequeant, multo minus ad juniores Martyrologos referri, haud dubium, quin de Romano, sive magno, aut Hieronymiano, sive de vetere Rosweydi et parvo intelligantur. Refer quo volueris, convincitur Valesius, ante Sixti V tempora MARTYROLOGIUM ROMANUM exstitisse. Conveniat ipse modo cum Florentinio, de ea appellatione, Hioronymianis adscribenda, ego ad parvum nostrum accedo, contendoque et ipsi concedendam esse *Romani Martyrologii*, sed *minoris* seu *parvi* nomenclaturam,

Fuisse olim Martyrologium Romanum

Valesius convincitur.

83 Hic cum utroque viro clarissimo certandum est. Negant ambo, Rosweydi Martyrologium *Romanum* dici posse, sed argumentis plane diversis. Florentinius enim, ut infra clarius patebit, putat Martyrologium a Rosweydo editum, non esse illud, quod Ado operi suo præfixit, sed potius contractum ex Adone compendium, seculo undecimo non vetustius; *Romani* appellationem haud quaquam negaturus, si vere illud esse crederet, quod *a Romano Pontifice, cuidam sancto Episcopo Aquileiam directum*, atque ab Adone Ravennæ repertum et descriptum est. Nimirum male supponit vir doctissimus, non aliud Martyrologium Ravennæ reperisse et descripsisse Adonem, quam Hieronymianum ipsum, quale se Adoni conjunctum, in uno aut altero codice, deprehendisse testatur. Florentinio destinatur proxime sequens articulus, sic ut modo, cum solo Valesio supersit controversia; qui postquam *Romani Martyrologii* vocabulum, majori illi et vetustiori, a S. Gregorio memorato, eripere frustra tentavit, sic demum ad Rosweydinum descendit : *Et hæc quidem ad locum Gregorii Magni satis sint dicta. Quod spectat ad testimonium Adonis Viennensis, non difficilis est responsio. Nam prætorquam quod recentior est Ado, nec ad tantæ vetustatis monumentum confirmandum satis idoneus, ex ejus verbis nihil elici potest, quo probetur fuisse ullum Martyrologium Romanum. Ait enim Ado, vetustissimum Martyrologium sibi traditum fuisse a quodam, quod olim a Pontifice Romano missum esset Aquileiam. Non dicit Ado, Martyrologium fuisse Romanum, sed tantum missum a Pontifice Romano Aquileiam. Verum monachus ille, qui hoc Adoni affirmabat, ei imposuit procul dubio, ut majorem codici suo auctoritatem compararet, et munus suum, ac describendi copiam, quam Adoni fecerat, venditaret. Non enim Romæ, sed Aquileiæ compositum est illud Martyrologium, quod Ado Martyrologio suo præfixit, ac Rosweydus, pro vetere Romano, nobis postea edidit.*

84 Multa hic paucis pro auctoritate, satis rotunde et confidenter definit Valesius, quorum, ut a fine incipiam, postrema duo illi aperte inficior, nempe : monachum Adoni imposuisse, quod valde temere, et Martyrologium Aquileiæ compositum esse, quod non minori levitate adstruitur; nec enim vestigium apparet uspiam, quo magis Aquileiæ, quam Hierosolymis compositum dicatur Rosweydi Martyrologium, nec id juris Valesio tributum credimus, ut sine causa, virum religiosum audacter mendacii arguat. Vidit hæc ante me, nisi fallor, eruditissimus Mabilio, in præfatione ad sec. 4 Benedictin. partem secundam pag. LXXXVIII et sequenti, illa ipsa Valesii verba referens ; sed nescio quo religionis obstrictus vinculo, ita subjecit : *Hanc viri eruditissimi, et mihi maxime suspiciendi sententiam penitus refutare nolim, sed tamen dissimulare non possum auctoritatem Concilii Cloveshoviensis etc.*, cujus et Aquisgranensis verba proxime retulimus. Equidem Valesium et doctos quoslibet viros demisse suspicio et veneror, sed usque ad aras, non ita inquam, ut prodita veritate quidquam ab eis suscipiam, quod sine vade, sine teste comminiscuntur. Non tanta mihi Valesii auctoritas, ut non contra, et religiosi fratris, sive is monachus, sive alius fuerit, et Adonis testimonium sincerum et verum existimem ; nec id mihi eripi patiar, nisi contrariis argumentis apertius evincatur.

[illegible]

85 Ex utrinsque testimoniis habeo Martyrologium et quidem *venerabile ac perantiquum*; habeo *ab urbe Roma Aquileiam cuidam sancto Episcopo, a Pontifice Romano directum.* Quid, quæso, sponte sua inde profluat? nisi Martyrologium illud Romæ conscriptum, Romæ usitatum fuisse, demum æque *Romanum* nominari posse, ac aliud vetustius vulgo Hieronymianum a S. Gregorio commendatum, quod passim eruditi alii cum Bollando et Florentinio vere et proprie Romanum dici posse assentiuntur, quidquid Valesius contra tricetur, in hac parte a Florentinio abundantissime confutatus. Neque

opponas

opponas, hinc fore consequens, quod duo fuerint Romana Martyrologia, nam in eo nihil magis piaculi, quam quod plura sibi invicem Sacramentaria successerint, ut Gregorianum Gelasiano, illud hoc ornatius et exactius; sic enim minus Romanum, nitidius et clarius, alteri majori et confusiori facile substitui potuit, licet septem aut octo dies nunc vacui appareant, qui forte amanuensium socordia sic fuerint relicti. At Romæ nullum hujusmodi exemplum repertum est. Quid tum postea? Quis Romæ Hieronymianum invenit? Quis nescit, Romana illa vetusta, seu magnum, seu parvum plane intercidisse, postquam Usuardinum, commodius et elegantius in omnes fere Occidentis ecclesias introductum est? Plusculum lucis ex dicendis accedet.

86 Pergit Valesius : *Totum fere istud Martyrologium, quod a Rosweydo publicatum est, descriptum est ex Ecclesiastica historia Rufini presbyteri Aquileiensis, cum ipsis etiam mendis, quæ in Rufino habentur.* Idque probat pro toto anni decursu, ex diebus quinque: ex pridie Nonas Februarii; Idibus Aprilis; item XIX Octobris ; secundo Novembris, et IV ejusdem mensis, ubi non male animadvertit, *Theodotum Laodicenum* perperam a Romani parvi compilatore inter Sanctos relatum, ut pluribus ad diem II Novembris disseruimus. Quamquam non dissimulavero, magna hic denuo superjectione Valesium uti, cum neque totum, neque media pars, imo nec quinta pars Romani parvi ex Rufino conflata sit; fateor nihilominus hæc sola esse, quæ tanto viro digna, in ea dissertatione dici possint, quæque in Observationibus nostris ad plurimos Usuardinos textus, toto opere inculcavimus. At vero tota concidit Valesii conclusio, videlicet, *Martyrologium illud, quod Ado Viennensis suo præfixit Martyrologio, nullo modo dici posse Romanum.* Quod autem nova auxesi intorquet, *gravissimis erroribus scatere*, ad unum restringitur Theodotum Laodicenum.

recte tamen observans, ex Rufino desumpta aliqua.

87 Ast hic error Martyrologii istius auctori facile condonabitur, si meminerimus, bona fide ex Rufino acceptum, ab homine nec satis docto, nec satis critico, ut aliunde deprehenderet, Theodotum in Ariana hæresi perseverasse, quod tot alios viros eruditos post ipsum latuit, quemadmodum novimus Eusebium Cæsariensem per tot secula in Usuardi Martyrologio locum inter Sanctos obtinuisse, quo eum tandem debturbavere Martyrologii Romani reformatores. Si tam carus Valesio fuisset Theodotus, forte pro ejus orthodoxia asserenda, æque ac pro Eusebiana decertasset. Sic pridem in litteris ad me Castellanus ingenue fassus est, iniquam agnoscens Valesii agendi rationem : *Videtur enim*, inquiebat, *ad vindicandum Eusebium, vel eo potissimum inductus, quod e Romano Martyrologio erasum ægrius ferret, Theodotum, eo acrius perstringere, quod in eo superstes sit ; æqua ratio postulabat, ut vel ambos damnaret, vel tueretur ambos.* Utut est, affirmat quidem, pene dixeram, divinat Valesius, sed nullo modo probat, *aut Adonem fucum nobis fecisse, qui hoc Martyrologium, tamquam a Romano Pontifice transmissum ediderit, aut monachum, qui hoc Adoni affirmaverit, illi imposuisse.* Nos ab utroque vera relata credimus, et Martyrologium a Rosweydo editum, *Romani* titulo neutiquam privandum.

88 Sane non multis argumentis opus est, ut refellatur, quod gratis adstruitur ; nec vero Adonis sanctitatem, nec religiosi fratris fidem, tota illa sua dissertatione, saltem apud cordatos labefactavit Valesius. Est autem qui sententiam nostram egregie confirmet, laudatus modo Claudius Castellanus, mihi, ut supra dicebam, ad edendum Usuardum adhortator incitatorque præcipuus, in sua ad primi Bimestris Martyrologii Romani, notis longioribus illustrati, præmonitione, prudens, doctum, verum, sensatum, exactumque judicium ferens pag. 17, quod hic ex Gallico Latinum facio. Ita habet : *Parvum Martyrologium, Roma Aquileiam directum, editum est a Rosweydo, sub nomine* VETERIS ROMANI ; *sive titulum istum in Ms. S. Pantaleonis Coloniæ apud Cartusianos servato repererit, sive ipse de suo adscripserit ; quod certe non nisi meritissime fecisset, quandoquidem in eo Ms. inveniatur Martyrologium longiori Adonis præfixum, pateatque, sanctum illum Viennensem archiepiscopum, in Martyrologii sui præfatione asserere, se in capite operis posuisse venerabile et perantiquum Martyrologium, Roma Aquileiam, cuidam sancto Episcopo a Romano Pontifice directum, quod religiosus frater*, inquit, *mihi aliquot diebus præstitit, quodque apud Ravennam positus transcripsi. Quis credibile faciat, Romanum Pontificem aliud Martyrologium Romanum Aquileiam direxisse, quam quod Romæ tunc temporis esset usitatum?*

Melius de Rosweydi Romano parvo

censuit Castellanus, probans esse Romanum

89 *At vero* (Catellani semper verba sunt) *quod probat manifestius, Martyrologium in capite Adoniani operis, apud S. Pantaleonis Coloniæ repertum, certissime esse antiquum Romanum, ad usum Ecclesiæ Romanæ, verumque apographum illius, quod Romanus Pontifex Aquileiam direxerat; non solum inde sumitur, quod Sancti ibi reperiantur Romanæ urbi proprii et Hieronymianis plane incogniti, ut Martina, Dafrosa, Papias et Maurus, solo mense Januario, neque ex eo quod Cathedra S. Petri proprio die signetur, ab Antiochena rectissime distincta ; verum etiam, quod inter varias ecclesiarum Romanarum dedicationes, illa quoque occurrat, quæ est sacelli alti, castri S. Angeli, expressa per terminos* INTER NUBES, *quodque festo S. Sebastiani, legatur ejus sepultura* IN VESTIGIIS APOSTOLORUM, *designando per hæc verba Catacumbas, in quibus SS. Petri et Pauli corpora aliquamdiu quieverunt. Et quomodo*, inquit, *post hæc moderni aliqui scriptores, mutua terentes vestigia, ausi sunt asserere, Martyrologium a Rosweydo editum, non esse vetus Romanum, sed potius Hieronymiani Martyrologii apographum? Ecquid inde liquet viros illos, siquidem Martyrologium illud inspexerint, non nisi levi oculo lectitasse! Etenim præter ea, quæ de sanctis Romanis, et Romanarum ecclesiarum singularibus dedicationibus jam diximus, minima quævis attentio aut applicatio patenter ostendit, totum Rosweydini Martyrologii contextum, ab omnibus Hieronymiani Martyrologii cognitis apographis diversissimum esse.*

90 Hæc omnia a Castellano rectissime observata sunt, plura haud dubie dicturo, si adhuc paulo profundius Romani parvi arcana rimasset, quæ toto hoc opere clarius ob oculos posita sunt. Audiamus tamen factam ab eo Parvi nostri cum Hieronymianis comparationem : *In Rosweydino dies vacui inveniuntur ; in Hieronymianis quantumcumque abbreviatis, omnes dies pleni sunt. Rursus in illo composita omnia et ordinata ; in hisce confusio ingens ob varia ecgrapha sæpius transumpta. In Rosweydino plures veteris Testamenti Prophetæ consignati sunt ; in Hieronymiani vetustioribus apographis nullus. In illo*

Martyres

Martyres et Sancti alii ex Rufino accepti, at non Lugdunenses; in istis Lugdunenses sunt et pauci alii, adeo ut fatendum sit, Rosweydinum vetus autographum esse, magno studio elaboratum, nullo autem modo ex alio desumptum. Hinc prudenter conjicitur, Romanos Hieronymiani, in quo sola Martyrum nomina et palæstræ notabantur, pertæsos, aliud præoptasse, in quo selecti et noti Sancti, tum Martyres, tum alii, minori numero annuntiarentur,, adscriptis Imperatoribus judicibusve, sub quibus passi erant, aliisque circumstantiis; quæ omnia perapposite in veteri Rosweydino exprimuntur. Quid, quod credibile sit, illud ipsum esse Martyrologium Romanæ Ecclesiæ, toto Occidente cognitum ab anno DCCXLVII, *quo in Anglia habitum est concilium Cloveshoviense, cujus canon* XIII *hæc verba definitiva subministrat...* Habes supra num. 81.

91 Pergit Castellanus ostendere, Adonem, dum circa annum DCCCLVIII Martyrologium scriberet, merito ductorem suum Aquileiæ repertum, *perantiquum* æque ac *venerabile* appellare potuisse. Nec sibi objectari patitur, paucula Romani parvi additamenta, ut *Erminonem*, seu *Erminum Lobiensem* XXV Aprilis; *inventionem reliquiarum in Stabeleto*, ejusdem mensis XX; aut *dedicationem Malmundariensem* XVII Novembris; cum satis pateat, similia a cœnobiis, quorum id aut simile manuscriptum olim fuerit, facillime adjici potuisse, quemadmodum *Quirinus* XXX Aprilis, addo *vigiliam Apostolorum* eodem die, aut hujusmodi minutias alias, quas Romanis fatemur non convenire : ex aliis enim plurimis apertissimum est, singulas quasque Romæ proprias solennitates ita ab Adone descriptas, ut antesignanum suum semper quasi digito præmonstret. De cetero, mirum videtur Castellano, et mirum cuique videri debet, tam antiquum codicem, tam integrum ad nostra tempora pervenisse. Porro an festum omnium Sanctorum, inter accessiones censeri debeat, suo loco dicemus. Fatetur autem per errorem, a Martyrologii illius auctore, Rufinum nimis cæce secuto, Theodotum Laodicenum adjectum fuisse, de quo nos plura alibi. Alia Castellani, pro authentia, vetustate et auctoritate Romani parvi argumenta sparsim reperiuntur toto primo Bimestri, ab ipso cum egregiis notis vulgato; cujus operis complementum utinam aliquando videre liceat! Sed jam dicta, ultra mensuram, ni fallor sufficiunt, ut Valesii aliorumque objecta penitus convellantur.

et vetus, in paucis mutatum

92 Hic verbo monendus lector, inter adversarios mihi nequaquam objiciendum venerandum Magistrum meum Danielem Papebrochium, dum hæc scribo, ad laborum coronam, senio et meritis gravem, a Domino, uti plane confidimus, evocatum. Non, inquam, ille inter adversarios hic mihi objiciatur, tametsi variis locis, in magno nostro de Actis Sanctorum opere, sed præcipue tomo V Junii pag. 550 oppositam sententiam ex incidenti propugnet. Pridem et sæpe fassus est, se in eorum hic numero esse, quos proxime aiebat Castellanus, viros cetera eruditissimos, re non satis examinata, alios transcripsisse, atque adeo de Romano nostro parvo non sensisse pro merito. Ibi certe Papebrochius Florentinii opinionem paucis verbis totam complexus est, sed auditis subinde solidioribus rationum nostrarum momentis, iniquiorem illam censuram, et eo loco et quocumque alio in Actis adoptatam, induci prorsus et eradi voluit. Porro tum citati Florentinii, tum ceterorum Romani parvi impugnatorum argumenta, non minus quam Valesiana, longe a scopo aberrare, nec ullo pacto *venerabilis et perantiqui* Rosweydini Martyrologii auctoritatem infringere, jam etiam demonstratum eo.

ARTICULUS II.

Frustra nituntur adversarii ostendere, Romanum parvum illud ipsum non esse Martyrologium, quo se adjutum fatetur Ado, quodque Martyrologio suo se præfixisse asseverat.

§ I.

Refelluntur Andreas Saussayus et Joannes Fronto.

Jam ex Castellano audivimus, neotericos nonnullos, re minime perpensa, descriptores mutuos, ausos nihilominus asserere, Romanum nostrum parvum, a Rosweydo vulgatum, ex majori et vetustiori Romano, vulgo Hieronymiano, contractum esse compendium. Tales ego paucos reperire memini ; verum quicumque ii sint, næ illos in hujusmodi rebus imperitissimos esse oportet, qui ex unius solius mensis, imo paucorum dierum, facta inter codices collatione, apertissime convinci possunt, Martyrologii illius auctorem, tam esse ab Hieronymianis remotum, ut plerisque diebus ne unum quidem nomen referat, quod in Hieronymianis inveniatur. Censeo itaque, tales adversarios, nec refutatione dignos esse. Majus facessunt negotium, qui exteriori quadam fallacique similitudinis imagine delusi, sibi induxerunt in animum, Martyrologium nostrum parvum, non aliud esse, quam puram putam Adonis epitomen, duobus minimum seculis ipso Adone posteriorem. Inter hos præcipui sunt laudati jam supra Andreas Saussayus, in opere de scriptoribus mysticis a Florentinio citatus ; Joannes Fronto, prænotatorum ad Kalendarium, anno MDCLII, editum § 8, et Franciscus Maria Florentinius, ad Martyrologium Hieronymianum admonitione prævia 4 et 5. A Frontone incipiam, cujus paragraphus eo facilius evertitur, quod rotunda ejus et nulla ratione subnixa affirmatio, per oppositam negationem æque rotunde, plane et prorsus elidatur. Paragraphi ipsius titulus est : *Quid censendum de Martyrologio Romano vetere, quod edidit Rosweydus?* Decretoria est responsio, attende :

Joannes Fronto

94 *Martyrologium illud non est nisi epitome Martyrologii Adonis, ut facile agnoscet, qui conferet ipsum : habet eadem errata, habet eadem sæpe verba, nonnulla fuere addita ; denique nullo modo Romanum est, nec vetus. Et quod non sit vetus, demonstratur ex eo, quod solennitatem omnium Sanctorum*

inscribit, quam certum est non antecedere tempora Gregorii III, qui sedit anno DCCXXXI, *aut Caroli Magni, qui decessit anno* DCCCXIII, *ut demonstravi ad* I *diem Novembris. Romanum non est, nam cum de S. Felice loquitur* XIV *Januarii, seu* XIX *Kal. Februarii, sic scribit : Nolæ, Felicis presbyteri, in Pincis sepulti. Et quis nescit* PINCIS *esse locum, qui Romæ est, non vero Nolæ, ut demonstravi ad illum diem? Hoc autem erratum non cadit in Romanum scriptorem, sed venit ex Adone. Nemo ducat, me hic conjecturis indulgere, res certa est. Alioquin mea non refert, Martyrologium illud esse vel non esse Romanum ; sed tenemur, quæ vera sunt proferre.* Hujusmodi ratiocinio argutari quis facile posset, Menologium Græcum a Cardinali Sirleto Latine redditum, non esse a Baronio in Martyrologium Romanum translatum, sed ipsum illud Menologium, ex Romano moderno extractum fuisse.

95. Certe paucis hic multa transigit vir doctissimus, rem una confecturus, si solidis momentis censuram fulcivisset. Si ego flatu unico totam illam periocham, non solum incertam, sed levem, sed falsam pronuntiavero, *nemo* merito *dixerit, me conjecturis indulgere*, cum dicta sigillatim probaturus sim. *Non* magis *mea refert* quam Frontonis, *illud Martyrologium esse, vel non esse Romanum ;* sed si *tenemur, quæ vera sunt proferre*, eadem plane religione tenemur, quæ falsa, aut sunt aut saltem plane videntur, coarguere. Amabo, quid ex his sequitur : *habet eadem errata, habet eadem sæpe verba ?* An quod Romanum parvum ex Adone ? An non evidentius, quod Ado ex Romano parvo acceperit, ipso præsertim tam luculenter testante, *sibi apud Ravennam posito, a quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum, a se diligenti cura transcriptum, et in capite operis sui positum?* Sint ibi errata eadem, sint eadem verba omnia, sint iidem apices ; quis, obsecro, aliud inde educat, quam illum transcripsisse, qui se disertissime transcripsisse profitetur ? At nec *vetus est*, nec *Romanum*. Postremum abunde demonstratum est, et porro demonstrabitur, nec miserum IN PINCIS eum nobis titulum eripiet, de quo videnda Observatio ad citatum diem XIV Januarii. De vetustate ita brevi statuemus, ut ex festivitate Sanctorum omnium, nihil Frontoni subsidii sit accessurum : hic modo ad rem nostram satis est, tam vetus esse, ut Adoni in adornando Martyrologio suo vere prælucere potuerit.

facile refutatur.

96. Supersunt bini adversarii Saussayus et Florentinius, quorum non definitionibus, sed rationibus respondendum est. Retulimus non ita pridem magnifica Saussayi in Rosweydum, ob veteris illius Romani Martyrologii publicationem, profusa elogia. Verum congestas laudes, alibi in vituperia vertit, quæ cum apud Florentinium inveniam, in fonte quærere supersedeo. Hunc igitur audiemus, et presso pede sequemur ad singula. Errat primo Saussayus, in eo quod Rosweydi codicem cum Bedæ Martyrologio componens, ridicule asserat, esse *merum Martyrologii Bedæ indicem ;* forte qui alium Bedam non noverat præter Plantinianum, ex Adone male consutum, facile induci potuit, ut alterum alterius epitomen faceret, quemadmodum Florentinius Adonis epitomen censuit, dum ipsum cum Adone conferret. At pupillam oculi Saussayo læserat Rosweydus, Hilduini de Dionysio placita ex suo codice impugnando. Hinc acriores illæ in Rosweydum invectivæ, hinc illa plurium argumentorum series, qua ipsum impetens, plerosque, graves et eruditos viros negare affirmat, Martyrologium illud Rosweydi, esse vetus Romanum, ab Adone laudatum et a S. Gregorio depictum, etc. Verbo *spurium* decernit, *diversum a vero et repudiandum esse*, imo *corruptum, fucatum, et ex corruptissimo codice depromptum*. Sic in extrema opposita fœde prolabuntur, qui de rebus non satis discussis et perpensis, nunc amore, nunc odio distracti, temere pronuntiant. Ultro admisi, Rosweydi Martyrologium non esse Gregorianum ; at non esse ipsissimum illud, quod ab Adone laudatum, est, id vero pernego, nec id umquam extundent Saussayi aut Florentinii ratiocinia, quorum ut medullam contraham, sic ordine prosequor.

Andreas Saussayus

97. Arguebat, ut video, Saussayus a vocabulo *natalis*, sed quam imbelli telo, tam non digno quod repellatur. *At urgent fortius*, inquit Florentinius, *quæ deinde censor opponit : Martyrologium nempe illud nequaquam esse posse, quod Ado laudavit, et a quo se plurimum adjutum fatetur. Primum, quod ex tribus antiquis codicibus, quibus Rosweydus usus est, in uno tantum invenerit Adoni præfixum, cui potius tamquam Kalendarium præfigi potuerit, et cujus specimen revera non incongruum exhibet. Inde Rosweydum exagitat, quod putaverit Adonem ubique vestigiis Romani veteris insistere, cum ex locis adnotatis certum ostendat, Romanum illud putatitium in multis cum Adone non convenire, in aliquibus exuberare.* Si nihil ibi habeat Saussayus, quod fortius urgeat, vere ostendit se ea solum causa Rosweydum aggredi, ut Hilduinum suum tueatur. Quid si decem, quid si viginti codices Adonianos reperisset Rosweydus, Romano parvo vacuos, atque in solo aliquo, ordine quinto et vigesimo, feliciter præfixum, an inde, obsecro, minoris faciendus esset tamdiu expetitus, tamdiu desideratus thesaurus ? An minori eruditorum omnium applausu ubique acceptus est Beda, a Majoribus nostris editus, tametsi contextus ille a centenis codicibus abfuerit, in uno solum aut altero, imo in duabus laciniis Romana altera, altera Divionensi repertus ?

minutias frustra congerit,

98. Edat nobis modo aliquis tot latentia antiquorum opera, vel si a millenis aliis codicibus abfuerint, faxo et gratanter et benevole ab eruditis omnibus admittantur, si nullo alio præterquam raritatis vitio laborent. Scimus ab Aloysio, post longam molestamque perquisitionem repertum esse Adonis exemplar aliquod, *in cujus comparatione, omne aurum nihil esse duxit.* Cedo cui homini in mentem venerit, editionem ejus redarguere, quod sola et prima esset ? Alia exempla magis vel minus integra vidit Mabilio, viderunt alii, a quibus etiam forte aberat Romanum parvum, imo ipsa Adonis præfatio ; nec tamen inter eruditos ullus ex eo capite suspectum habuit, quod tam feliciter orbi litterario porrexerat Rosweydus. Quid, quod testetur laudatus Mabilio seculo 4 Benedictino parte 2 pag. 272, *in pluribus, quæ vidit istius Martyrologii* (Adonis) *exemplaribus manu exaratis, non comparere Adonis nomen ;* an inde fortasse etiam arguet Saussayus, Martyrologium quod Adonis nomine venit, perperam ei attribui, quia in multis exemplaribus *Adonis nomen non comparet?*

99 Aliud

99 Aliud æque insipidum est. Rosweydi Martyrologium Adoni *tamquam Kalendarium præfigi potius potuit.* Jamne excidit, quod paulo ante Saussayus dixerat, *merum Martyrologii Bedæ indicem esse?* Profecto longe inter se differunt Beda, etiam supposititius, et Ado; saltem tantum, ut utrique idem index aut Kalendarium non conveniat. Sed neque illud satis capio, qua demum verisimilitudine Romanum parvum, tamquam *Adonis Kalendarium* venditetur, si *certum ostenditur, in multis cum Adone non convenire, in aliquibus exuberare?* Si index aut Kalendarium cum opere non convenit, operis illius index aut Kalendarium dici omnino nequit, non magis quam Kalendarium Missali Romano præfixum, aptari possit Liturgiæ Græcanicæ aut Copticæ. Nimiam hic video minutias quasque excutiendi indeque argutandi pruriginem, ubi moderatiori et accommodata rebus ipsis censura est opus. Demus aliquid antiquis codicibus, fateamurque cum Florentinio, sacras ipsas Tabulas, ut Sacramentaria, Diptycha, Martyrologia, non potuisse ad nos tam integra pervenire, ut per summam notariorum aut amanuensium ecclesiasticorum incuriam, aut truncata, aut interpolata non sint; adeo ut ad rigidiorem criticen id genus codices revocare, idem sit ac eos prope convellere, quemadmodum in codicibus suis Hieronymianis satis expertus est Florentinius, et nimis quam frequenter experiuntur, qui codices antiquos, præsertim usuales, ut sunt Martyrologia, sæpius versant. *conatus suadere Kalendarium esse.*

100 Multa Mosander in sua Adonis editione asterisco notaverat, tamquam auctori abjudicanda, plura in appendicem rejecerat Rosweydus; sed ecce Mabilio, citato jam loco, pleraque restituenda putat, alia vero, quæ alii genuina censuerant, ab interpolatore inserta. Quæ eo solum huc adducimus, ut pateat vix humanitus fieri posse, ut tales codices ad nos integri perveniant; quod in hac nostra Usuardi editione, diebus prope singulis usu venit. Nihil proinde miri erit, si in Romano parvo addita aliqua, alia hinc inde detracta fuerint, quamvis id raro accidisse deprehenderimus. Quomodo igitur *adhuc magis oppugnant Rosweydi Kalendarium dies frequentes a Martyribus vacui?* Vere obtundit Saussayus. Numeremus primum, quot dies in Romano parvo vacui sint, et subducta ratione, universim reperiemus septem, nimirum: XXVIII Februarii, XXIV Aprilis, XXIII Maii, VIII Junii, XV Octobris, XX Octobris, et XVI Novembris. Atque hi sunt *frequentes* illi *dies a Martyribus vacui.* Ecquid terminis abuti oportet, ut inter trecentos sexaginta quinque dies, deficientibus solis septem, FREQUENTES dicantur deficere? At enim, si recte hoc argumentum expenditur, quo frequentiores fuerint in Romano parvo dies vacui, eo minus speciem referet *Adoniani Kalendarii,* ut vocat Saussayus, aut *Adonianæ epitomes,* qualem fingit Florentinius.

101 Instat Saussayus: *Si Ado in præfigendis diebus festis, male alioquin per singulos dies ac Kalendas dispositis, hoc* (Romano parvo) *usus esset, cum et in eo aliqui dies deficerent, non utique Bedam et Florum supplere potuisset.* Novus hic scrupulus est; numquam scripsit Ado, se ex Romano parvo supplevisse dies omnes, qui in Beda, a Floro aucto, desiderabantur, sed adjutum se fatetur, *ut dies Martyrum verissime,* hoc est, distincte, *notarentur, qui confusi in Kalendis inveniri* solebant, non utique in Beda et Floro confusi; sed in antiquiori Hieronymiano, ex quo necdum confusionem omnem sustulit Florentinius. Fuerint igitur dies septem vacui, an de cetero non recte adjutum se profiteri potest Ado, dum CCCLVIII dies plenos reperit? An ei defuerunt Sancti alii, quibus pauculos illos dies suppleret? Dissolvamus omnia: XXVIII Februarii ex vicinia accersivit *Romanum* abbatem Jurensem; XXIV Aprilis, non vacabat Beda, et tamen eo ipso die, sanctum *Alexandrum* Lugdunensem, *Mellito,* a Beda signato, adjecit; XXIII Maii, non procul excurrendum fuit, ut *Desiderius* Lingonensis, imo vel Viennensis synonymus commemoraretur, vide ibi Observationem nostram Usuardinam; VIII Junii, habuit in Beda *Medardum,* quo tamen contentus non fuit; XV Octobris, Lugdunum *Antiochum,* Colonia *Mauros,* suggessit; XX Octobris, popularis *S. Caprasius,* haud longe quærendus erat; denique XVI Novembris, adfuit Lugdunensis *Eucherius.* Vides non magna adjumenta Adoni aliunde accessisse, ut proinde verissimum maneat, maxime et præcipue ex *venerabili* illo et *parantiquo Martyrologio adjutum* fuisse. *sed eius scrupulos turpiter auget*

102. Sequitur argumentum, quod nescio unde a Saussayo desumi aut exsculpi, qua autem vel veri umbra a Florentinio referri potuerit. Aures arrige: *Insuper negari nequit* (semper Florentinii verba recito) *quin ad recentiora tempora Martyrologium illud* (Romanum parvum) *ablegent, quæ subdit Saussayus, ad annum scilicet* MXLIX. *Etenim cum in eo ad diem* XX *Octobris, Remis solennitas S. Remigii adnotetur, quæ antea die migrationis* XIII *Januarii peragi consueverat, et hæc in eamdem diem accommodata fuerit in concilio Remensi, Leone IX adstante Pontifice, nemo potest concedere, Martyrologium illud esse, quod autographo suo præfixerit Ado, episcopus Viennensis, circa annum* DCCCLXXV (melius scriberet circa annum DCCCLVIII) *sed compositum vel scriptum undecimo seculo excurrente.* Nec Œdipus ipse hic nobis edisserat, quid tota hac speciosa rerum farragine sibi demum velint Saussayus et Florentinius, nisi aperte fateantur, se vetus Rosweydi Martyrologium numquam inspexisse, saltem eo, qui citatur, die XX Octobris.

103. Iterum repeto, me prorsus non capere, quomodo hæc in virorum cetera eruditorum mentem incidere ullo pacto potuerint. Etenim si vere in exemplum adducitur dies XX Octobris, monstra sibi fingunt, quæ tuto profligent, cum is præcise dies ex septem unus sit, quos in eo codice vacare [illegible] diximus. Neque vero, toto eo mense, alia Remigii solennitas refertur, quam quæ ipsis Kalendis consignata est, his verbis: *Et Remis civitate, sancti Remigii episcopi.* Imo hæc unica et sola solennitas, quæ de Remigio, in hoc nostro Romano parvo posita sit. Quod si hæc primum instituta fuerit anno MXLIX, *Leone IX adstante Pontifice,* vide, obsecro, quanta absurda inde consequantur; jam enim Martyrologia nostra omnia Bedæ, Wandelberti, Rabani, Adonis, Usuardi, Notkeri, imo et Hieronymiana ipsa, *composita vel scripta fuerint, undecimo seculo excurrente,* cum in iis omnibus, eadem ipsa solennitas disertissime annuntietur. Si hoc satis non est; ipsis omnibus antiquior Gregorius

gorius Turonensis seculis quinque junior fiet, cum in *Hist. Francorum* cap. 21 asseruerit : *Factum est autem, ut post dies paucos adesset festivitas sancti Remigii, quæ initio mensis Octobris celebratur.* Diem selegit Leo IX, quem antea Remigii festivitati destinatum probe noverat.

104. Stupore potius quam admiratione percellor, dum hujusmodi cavillos, nænias, imo pura puta figmenta protrudi video, et quasi per manus etiam doctorum virorum derivari, quæ ab acatholicis avide arrepta, in nostrum vituperium venditantur, ac similia comminiscendi ansam ipsis

qua usus Beckius,

præbent viamque ostendunt. Certe citatus supra Beckius, istiusmodi flosculis ex Saussayo, Valesio et Florentinio collectis, suum illud prætensum Germaniæ Martyrologium egregie exornavit, et ne palmam eis cederet, ineptissimo commento locupletavit. Postquam enim Rosweydum Thrasoni similem ex Valesio depinxit, qui nempe sesquipedalibus verbis Pontificem allocutus sit, puerilia alia admiscens, tandem et ipse capto e pera lapillo, Goliathum se prostraturum destinato ictu existimat.

multa inepta erravit.

Audi porro quam belle argutetur pag. 22 : *Recentioris etiam ævi Martyrologium Rosweydianum arguunt, quæ* IV *Nonas Julii leguntur :* EODEM DIE AUGUSTÆ, SANCTI UDALRICI EPISCOPI ET CONFESSORIS ; *qui vero seculo* X *vixit, et sine dubio non statim est canonizatus. Ado sane ex hoc fonte aquas suas derivare non potuit, quippe seculo* IX *vivens, nisi dicere velimus, a recentiori scriptore addita hæc fuisse ; atque ita statuunt Mosander et Rosweydus in appendice, quibus suspecta hæc esse videntur, atque a posteriori manu, fortassis monachi Benedictini, in cujus solius codice sunt reperta, et in tribus reliquis Mss. aberant adjecta.*

105 Ignosce, Lector, si bilem mihi moveat inepta, fatua, et mendacissimis gerris contexta ratiocinatio, ut ovum ovo, ita Saussayanæ persimilis, et pari prorsus fundamento subnixa ; nam patentissime falsum est, citata hic a Beckio de sancto Udalrico Augustano verba, in toto Romano veteri Rosweydino usquam reperiri, nedum IV Nonas Julii, ut homo iste intrepide fingit, qui forte citata verba in appendice Adoniana Rosweydi reperiens, multa commentitia superstruxit, quæ manifeste ostendunt, ruere hominem Andabatarum more, nec argumentum noscens, de quo tractandum erat, nec libros, quos manu versabat. Mosandrum Rosweydo jungit, quasi et ille Romanum parvum ediderit, quæ altera falsitas est. Tertio : Mosandri appendicem appellat, qui de condenda appendice ne somniavit quidem, in ipso Adonis textu, asterisco notare solitus, quæ ipsi suspecta videbantur. Quarto : Fingit, nescio quem codicem monachi Benedictini, qui cum tribus aliis editioni Romani parvi servierit, cum diserte fateatur Rosweydus, se tribus solum codicibus usum in edendo Adone, a quorum duobus aberat Romanum suum vetus Adoni præfixum. Ut verbo absolvam : Tota ea Beckiana machina, ficta, futilis et inanis est, cui comminiscendæ, utinam viri alias eruditissimi, mihique venerandi, falsis præjudiciis abrepti, viam non præmonstrassent!

Saussayana

106 Redeo ad Florentinium, ita telam Saussayanam pertexentem. *Postremo*, inquit, *Rosweydi, sive Martyrologium sive Kalendarium, illud non esse a Baronio desideratum probat Saussayus.* An satis recte, non examino, cum nostra hic nihil intersit, sive magnum, sive parvum Romanum, magnus Annalium ecclesiasticorum scriptor expetiverit, modo verum perstet, illud edidisse Rosweydum, quo se adjutum fatetur Martyrologus Viennensis. *Ne vero Saussayus aliquid prætereat, quod omnem adimat auctoritatem Rosweydi Kalendario, idemque nullæ certitudinis, aut ponderis codicillum esse, futile crassisque erratis repersum prorsus concludat, addit pro coronide, ridicula etiam quædam continere ; idque ex adnotatis ad* VI *Idus Novembris probare nititur : Eo ipso* (legendum, *Et ipso) die, quatuor Coronatorum* etc.; sed ridicula illa clare, ni fallor, solvimus, ad dictum VI Idus Novembris, solvitque hic etiam Florentinius, recte aliquando observans, *durum nimis exactorem esse* Saussayum, *ut Dionysium Parisinum, eumdem esse ac Areopagitam mordicus defenderet, quod a Rosweydi tam Martyrologio, quam adnotationibus, nonnihil infringi conjiciebat.*

cetera æque sunt alia.

107 Hæc nempe tota mali labes ; hac ira incensus Saussayus, dum oculis emissitiis omnia rimatur, ridicula, inepta, parachronismos, et nescio quæ alia in Romano parvo se reperisse existimavit, in quo prius selecta et aurea omnia invenerat, imo talia, ut propter revelatum hujusmodi thesaurum, astris ipsis Rosweydum inseruerit : *Heribertus certe, eximius ipse solis sapientiæ radius, vivi fidei fontis rivulus, virentis justitiæ stipitis ramus, jamque cœli pulchrum et æternum sidus.* Amabo, qui tam cito mutatus est color optimus? Sincere et ingenue edisseret Clar. Castellanus, a quo cum notitiam libri illius Saussayani *de Scriptoribus mysticis* a Florentinio citati postulassem : reposuit ille, se quidem opus illud non nosse, at hoc probe scire, opera Saussayi omnia Parisiis in summo esse vilipendio *(profonde mésestime).* Ait preterea, grande illud Martyrologii Gallicani opus, duobus voluminibus distinctum, contemptim appellari *plaustrum mendaciorum.* Demum, Hilduinistam fuisse pertinacissimum, unde religioni sibi duxerit non acerrime insurgere in opusculum, quo Dionysium utrumque tam accurate, alterum ab altero discretum advertebat. Nimirum, nulla ipsius intererat, quidquid veritas pateretur, dum præjudiciis suis *(à ses entestemens)* contrariam offenderet. Atque hisce Saussayum ex arena jubemus excedere.

§ 2.

Diluuntur ea, quæ speciosius objicit Florentinius.

Nihil probat Florentinius

Superest nobis cum ipso Florentinio controversia, in qua discutienda veniunt, quæ Joannes Fronto, non ita pridem decretoria potius sententia determinaverat, quam solidis argumentis probarat ; Florentinius vero, adductis rationibus, speciosius, sed pro viri doctissimi more, summa cum modestia, ex Romani parvi et Adonis ad invicem collatione, ostendere conatur. Juvat ex ordine singula ejus argumenta expendere. Ita prosequitur : *Verum sicuti Saussayo facile concederem, Rosweydi nun-*

cupatum

cupatum Martyrologium, non esse vetus Romanum a D. Gregorio indicatum, et a Baronio expetitum ; ita ex Bedæ Hagiologio contractum nequaquam consentirem, cum potius ex Adone, conferenti cuique excerptum videri compendiosius Kalendarium omnino possit. Contuli equidem cujuscumque mensis plurimos dies, et ex iisdem ab Adone excerptis, ac in proprium usum, vel obscuriori, vel mutilo, vel recentiori stylo deductis, facile agnovi, non Adonem ex hoc Kalendario, tamquam ex antiquo Aquileiensi codice, in suum Martyrologium transtulisse, sed e contra recentiorem scriptorem, inde suum indiculum compegisse. Sedulo observes velim, Florentinium ex Saussayo hausisse, et passim supponere, Romanum parvum scriptum esse, seculo XI excurrente, quo præjudicio munitus, facile alia colligit, quæ ipsi recentioris styli vestigia præferre videantur. *Evagemus*, inquit, *compendiose, si libet, per unum aut alterum mensem* ; imo vero, et libenter, per totos duodecim, *et aliquot signatos dies*, ego volo omnes et singulos, *cum Adone et nostro simul conferamus, ut assertionis non minus veritas, quam nostri vetustioris ætas appareat.*

109 Vitandæ confusionis gratia, hæc ad rem nostram sejungi cupio, ultroque concessa quantavis ætate Hieronymianis apographis, pro quibus ipse unice pugnat, soli Adonis et Romani parvi collationi insisto, ut, uter ex altero ceperit, perspicue elucescat. Florentinius ab ipso limine sic auspicatur : *Rosweydi Martyrologium, recentiori ritu, quam nostrum, a Kalendis Januarii annum orditur.* Sic plane, *a Kalendis Januarii annum orditur*, sed inde nihil minus consequitur, quam quod recentioris ritus sit. Multum laborat, sed ferme in vanum, Florentinius, exercitatione sua secunda, ut rituum istorum annum inchoandi antiquitatem, seu, ut clarius loquar, prioritatem alicunde eruat, nequedum fixos cardines nobis producere potuit, ad quos figendos nec facilis sane nec expedita sententia est. Utcumque fuerit, argumento ad hominem plane exarmatur, qui hic Rosweydum adoritur, Florentinius : nam quod inter Hieronymiana ejus apographa vetustissimum est, scriptum, ut constat, sub initium seculi octavi, anni sui sacri seriem etiam incipit a Kalendis Januarii, idemque facit Beda, Willibrordi plane synchronus. De ætatis prærogativa cum Hieronymianis, nullatenus discepto, sufficit mihi, si parem Epternacensi et Bedæ, Romano parvo concesserit Florentinius. *Ex eo quod Romanum parvum incipiat a Kalendis Januarii.*

110 Nec pluribus opus esset, ut tota hæc prima Florentinii argumentatio plane enervaretur. Lubet tamen in curiosorum gratiam, ulterius inquirere, sitne usus in Ecclesia magis recentis, annos a Kalendis Januarii, quam a natali, aut a vigilia nativitatis, aut aliunde exordiri ; quæ res apud eruditos adhuc satis incerta et ambigua est. Percurramus antiquos Rituales libros et Martyrologia. Certum est, Allatii et Frontonis Kalendaria pro antiquis haberi, similia esse, nec ætate multum differre. Allatianum, quadriennio ante Frontonem, nempe anno MDCXLVIII, operi de *Consensione Occidentalis et Orientalis Ecclesiæ*, sub finem insertum est. Confer utrumque ; statim animadvertes, Allatianum incipere, a Dominica prima adventus, diesque notare, veterum Romanorum et Martyrologiorum nostrorum more, per Kalendas, Nonas et Idus. Contra vero Frontonis editio initium facit a die natali Domini, sicque more hodierno, per ordinales numeros totius anni dies decurrit. In Sacramentariis a Menardo et Thomasio editis initium sumitur a Vigilia nativitatis Domini ; ex tribus vero Gallicanis, ab eodem Thomasio, et post a Mabillone vulgatis, nullum est, de quo judicare possis, consimile alteri habuisse principium. Nec dissimulat Mabillon de Liturgia Gallicana pag. 98 num. 3, pag. 176 num. 5. et alibi, dubias et incertas esse de hisce rebus conjecturas.

111 Parem puto fuisse, hoc est, non stabilitam, sed arbitrariam Martyrologiorum inchoandorum rationem, de qua nihil satis compertum sit. Jam de Hieronymiano Epternacensi et Beda locutus sum ; addi his debet Blumianum. Lucense autem et Corbeiense non a vigilia nativitatis, ut Ado Rosweydi, sed cum Frontoniano Kalendario, ab VIII Kal. Januarii, seu ab ipso natali Domini, annum auspicantur. Porro Aloysius et Mosander sic Adonem ediderant, ut a Kalendis Januarii principium facerent ; Rosweydus vero sic ultimo præfatiunculæ suæ paragrapho loquitur : *Quod hic in Martyrologio Adonis initium sumatur, non a Kalendis Januarii, ut hactenus editum, sed a vigilia nativitatis Domini, scias hoc ex Romanæ Ecclesiæ ritu factum, quæ anni [illegible] olim habuit Nativitatem Christi, et a Vesperis vigiliæ ipsius Nativitatis annum auspicabatur. Constanter ita exhibebant tria Mss. exemplaria, quibus usus sum.* An forte tunc immemor erat vir accuratissimus, Romanum suum vetus, Adone multo antiquius, a Kalendis Januarii exordiri ? Si omnia Adonis manuscripta exemplaria, inter se conferrentur, plura credo repertum iri, quæ in hac parte Romano parvo essent conformia. *cum Epternacense et aliis ordiantur.*

112 Fuit Wandelbertus Adonis æqualis, imo ipso senior et ante ipsum Martyrologus, utpote qui anno DCCCXLII scripserit ; ipse nihilominus sic præfatur : *A Kalendis Januariis, usque ad finem anni, per dierum singulorum occurentes festivitates*, (Martyrologium) *metro edidi* ; idem factitavit is, *cujus ope et subsidio* Wandelbertus *præcipue usus est, sanctus et nominatissimus Florus, Lugdunensis ecclesiæ subdiaconus*, auctioris Bedæ Martyrologii compilator. Adde his Rabanum, et ipsum Adone vetustiorem, adde Notkerum ei ferme æqualem, patebitque evidenter, quod supra dicebam, modum istum annos inchoandi, per id tempus valde arbitrarium in libris ecclesiasticis, sed præcipue in Martyrologiis fuisse. Quin imo a majori antiquiorique Martyrologorum nostrorum numero ita stabilitur Romani parvi auctoritas, ut potius consequatur, seculo ipso octavo inchoandorum annorum rationem a Kalendis Januarii cœpisse, quam ex Florentinii conjecturis ullo pacto verisimile sit, recentioris usus esse sic annos exordiri. Hæc concludo præfatiuncula Bollandi, I die Januarii, ita opus suum auspicantis : *Præcipua semper religione celebratæ a Christianis Kalendæ Januariæ sunt, pr[illegible] Dominici natalis octavam, sacrosanctæ circumcisionis Christi memoriam, et augustissimum nomen Jesu, in quo nimirum oportet omnes homines salvos fieri. [illegible]*

[illegible]

anno, sequi Ecclesia maluit, quam ceteras gentes, quæ aliud quodpiam statuerent exordium, ut ipse dies sacrum nostræ symbolum salutis præferret. Sed de his plusquam satis.

Tantumdem premunt ea quæ adducit, ut ex Romano parvo faciat Adonis compendium :

113 Pergamus cum Florentinio compendiose evagari : *In ipsa autem Kalendarum die*, inquit, *præter octavam natalis et circumcisionem, non alios quam tres Martyres exhibet, unicumque confessorem, relictis apud Adonem, triginta Martyrum Romanorum corona, Euphrosyna virgine ac Eugendo abbate.* Hic hæreamus tantisper, quæramusque ex Florentinio, rectene Martyrologii compilator prætensam suam epitomen, vel indicem, vel Kalendarium contexat, dum tres omnino annuntiationes apud Adonem intactas relinquit? Ego talem indicem, vel Kalendarium, vel ex hoc solo capite, ut infidum et spurium rejicerem. Quæramus denuo, an ipse collationem suam satis opportuno inde incipiat, ubi tanta inter Adonem et Romanum parvum discrepantia est? Cur ad secundum Januarii diem progressus non est? Ibi certe longe majorem invenisset conformitatem. Verum ne *nimis tædeat* (Florentinii verba sunt) *omnia sigillatim* hic *perpendere*, verbo unico rem absolvam : sive Romanum parvum cum annuntiationibus Adonianis conveniat, sive in numero discrepet, sive deficiat, sive exuberet, nihil inde contra Romanum parvum conficitur, cum adductus a Florentinio Kalendarum textus, apud omnes cordatos probare debeat, Adonem posteriorem, a priori accepisse quidquid in eo continebatur; addidisse, quæ alibi repererat, aut Lugduno, ubi Martyrologium scribebat, viciniora erant.

114 Meminisse poterat debebatque vir doctissimus, paulo ante a se dictum, non ita Adonem *Romani vestigiis* se *accommodare voluisse, ut ne latum quidem unguem* transgressus sit. Quin imo transgredi omnino debuit, dum aliunde subsidia adfuere, quod Kalendis Januarii plane ostendit ; alibi, dum Sanctos alios non reperit, ut secunda die Januarii et sæpe alias, nullos exornavit Sanctos, præter eos, quos ei Romanum parvum suggesserat. Quod si contra factum esset, puta, si Romanum parvum ex Adone accepisset, quænam, obsecro, cogitabilis causa dari posset, cur indiculi auctor, ex octo Adonianis annuntiationibus, solas quinque selegisset, iis Sanctis prætermissis, qui erant notissimi? Rursus, quæ causa, cur vel ipsam primam celebrioremque Adonis annuntiationem immutasset, addendo : *et circumcisio*, quæ verba a Viennensi aberant? Dicetne Florentinius, ipsam circumcisionis nomenclaturam *usus* etiam *esse recentioris?* Sed vere inutiles sermones cædimus, nimis clare sese explicuit Ado ipse, nimis dictincte et aperte ductorem et antesignanum suum præmonstravit, ut articulo sequenti liquido manifestabitur.

115 Ceterum argumenta Florentinii singula percurrenda, singulis sua reponenda solutio ; omnia expendamus. Sic procedit : *Conferat in eodem primo mense curiosus lector diem* XIII, *quam Corona et nominibus quadraginta militum mutilat;* XIX, *ubi Pontianum ad bestias damnatum ex multis colligit.* Nihil hic novi adducitur, quod in superiori ratiocinatione adductum et solutum non sit. Sequitur falsa Florentinii, sed perpetua ejus suppositio ex Saussayo hausta, quod Romanum parvum seculo XI non sit antiquius. Adverte hic, qua id ratione confirmare conetur. Sic infit : *Sed præcipue* XX *diem* (Januarii) *advertat, et agnoscet Fabianum ab Adone Romæ* EPISCOPUM *dici, a Breviatore vero, recentiori mere* PAPAM *appellari, quem titulum cum ubique et constantissime Romano Pontifici tribuat, et rarissime apud Adonem inveniatur, non obscure videtur arguere, Kalendarii auctorem post Gregorium VII advixisse, quod anno Christi* MLXXIII *Pontifex ille statuerit, nomen* PAPÆ, *aliis hactenus episcopis et clarioribus presbyteris commune, proprium deinceps et singulare Romani Pontificis cognomentum esse debere.*

116 Hæc est illa, quam non semel digito monstravi, Florentinii hypothesis, qua Romanum nostrum parvum ad seculum XI excurrens retrahitur, plausibiliori, ut verum fatear, quam superius, ratione; sed tamen nulla, cum ex scholæ placitis argumentum nihil probet, dum probat nimium, suoque sibi gladio adversarium jugulat. Si vere subsistit Florentinii ratiocinium, jam eodem argumento conficitur, Hieronymianum Lucense, imo et Corbeiense ad seculum XI esse revocanda, cum ipsi illi codices I Julii GAGI PAPÆ; II Julii MELCIADÆ PP, vel MILTIADIS PAPÆ, et X Septembris HYLARI PAPÆ, distinctissime annuntient, et forte alibi eadem appellatio recurrat, quod ulterius scrutari opus non est. Quid plura? Beda ipse nomine *Papæ* passim utitur, et omnes seculi noni Martyrologi, quos tali ex causa inepte quis et ridicule ad undecimum seculum excurrens amandare præsumeret. Quod vero ait Florentinius, *rarissime apud Adonem inveniri* nomen *Papæ*, mirum profecto, et plane falsum : nam sola pag. 47 bis recurrit ; proxima inde pag. 52, iterum ; item pag. 54, et tot aliis, quas sigillatim enumerare supervacaneum est. Aliis armis opus, ut Romani parvi antiquitas concutiatur.

Papæ nomen contra ipsum pugnat.

117 Jam vero, quod Martyrologii istius auctor *constantissime Romano Pontifici* tribuat appellationem *Papæ*, hoc ipsum, inter alia, argumento nobis esse debet, prædictum Martyrologium Romæ, scriptum, Romæ usitatum fuisse, et verosimiliter perseverasse, usquedum Usuardinum Romæ, uti in omnibus aliis Occidentalibus ecclesiis, admissum est. Vis et robur asserto nostro adjungitur ex vetusto Kalendario Romano, tum ut ab Allatio, tum ut a Frontone editum est : nam ibi nomen *Papæ* sæpius recurrit, unde nihilominus quis pessime argueret, seculo octavo esse posterius, turpius vero ad undecimum ablegare contenderet. Quod autem Florentinius *cordatum lectorem* mittat ad XX, XXI, XXIX et XXX Januarii ; tum ad XI Martii, ad Kal. Aprilis, ad VII Septembris, ad Kal. Novembris, ad X, XXVI et XXVIII ejusdem mensis ; denique ad XVIII et XIX Decembris, ut ex illis arguat, *omnia purum putum Adonem sapere :* ego lectorem eumdem libentissime arbitrum eligo, an ex citatis istis, imo ex omnibus fere totius anni diebus, omnino contrarium non pateat, nempe Adonem, purum putum Romanum parvum sapere, ubicumque Sanctos alios, aliunde conquisitos ei non superinducit, ut proinde nihil minus verisimile sit, quam ex Florentinii dictis *constare, vetus Romanum, sive cum Bollando minus Romanum, ex Adone contractum potius esse..., quam uti peranti-quum Adoni facem prætulisse;* nam plane oppositum, refutatis jam adversariorum argumentis, ex professo demonstrare aggredimur.

118 Verbum

118 Verbum unum cum Florentinio superest, quo cursim ostendam virum clarissimum, nimio laudandi exornandique Hieronymiani sui Martyrologii æstu abreptum, illud ipsum in Romani parvi locum intrudere voluisse, eique characteres aptare ab Adone signatos, nempe : *venerabile et perantiquum ab urbe Roma Aquileiam, cuidam sancto Episcopo, a Pontifice Romano directum. Ita suadent*, inquit, *bini nostri codices, in quibus, D. Hieronymo adscriptum, et a nobis exhibitum Martyrologium, Adoni prorsus sociatur; quod antiqui characteres, qui Gregorianum omnino demonstrant, vix dubitandi locum relinquant, quin illud ipsum sit apud Adonem, venerabile et perantiquum, etc.* Credimus an qui amant? Profecto si codicum sociatio aliquid probat, tot sociatos reperere Majores nostri, tot in Museo nostro collecti et sociati sunt, ut ex iis probari possit quidlicet, puta : et Usuardum ex Rabano, et Bedam ex solis Hieronymianis conflatum, quo nihil est ineptius. Si tantillum operæ posuisset Florentinius in conferendis cum Adone Hieronymianis apographis, luce meridiana clarius deprehendisset, vix majorem Adoni cum Hieronymianis, quam cum Kalendariis Bucherii, Carthaginensi, Allatii et Frontonis affinitatem intercedere; atque adeo gratis omnino et perperam dici, illa Adoni facem præferre potuisse. *Cetera non sunt majoris momenti.*

119 Hæc ad speciosiora Florentinii objecta, satis dicta sint; cui ne nihil prorsus largiri videamur, hoc ei non recusabimus, quo admonitionem suam 4 concludit, videlicet : Martyrologium Hieronymianum, *supra omnia quæ hactenus edita sunt, ex sola ipsius nomenclaturæ inspectione, additionum ætate, et loquendi stylo, vetustius existimandum esse; tantum vero illud a Rosweydo editum antecedere, quantum omnia in vetustatis characteribus antecedit, et quantum in simplicissima Martyrum messe largo proventu supra illud redundat.* Hoc, inquam, Florentinio, sive liberaliter; sive ut debitum, ultro tribuimus : Hieronymianum ætate, vetustate, et Martyrum numero, Romanum nostrum parvum præcellere; at in mutuam vicem nobis concedi postulamus, Romanum parvum, nitore, ordine, exacta Kalendarum distinctione, tota denique operis sui symmetria, Hieronymianis codicibus omnibus tam longe anteferendum, ut ipsa ad hoc ne ullo quidem pacto comparanda sint. Sed jam tempus est, ipsummet controversiæ caput, vetus Rosweydi Martyrologium, nobis Romanum parvum, penitius introspiciendi.

ARTICULUS III.

Romanum parvum sic delineavit Ado, ut ex ejus præfatione ostendatur, ipsissimum esse, quod suo Martyrologio præfixit.

Jam variorum, variisque modis Romanum parvum impugnantium argumentis, ex ordine et sigillatim refutatis, superest, ut de ipsius Martyrologii vero genere, auctoritate, stylo, ætate ceterisque propriis characteribus ea depromamus, quæ longa exercitatione, ac multiplici, jam annis aliquot, Martyrologiorum omnium, præsertim Romani ipsius parvi et Adonis, facta ad invicem collatione, nobis tandem persuaserunt, non aliud Martyrologium præfatione designari potuisse, quam ipsissimum illud vetus seu parvum Romanum a Rosweydo editum, quod tamquam textori catena, sic ut exemplar, ut argumentum, ut substructio Adoni primum, ex hoc Usuardo et Notkero præluxisse, aperte, nisi vehementissime fallor, me comperisse existimo. Non dissimulaverim tamen, labore magno, continua attentione, et perenni studio opus fuisse, ut præconceptam opinionem, ex Frontone, Valesio, Florentinio aliisque prius haustam, quæ tot speciosis illusionibus compta, facile a pluribus eruditis viris, quos hic appellare supersedeo, imbibita est; ut eam, inquam, opinionem, pridem animo insidentem expellerem. Nimirum luctandum erat quotidie, cum diebus singulis in meis ad Usuardum Observationibus, idem fascinus, ut ita dicam, oculis obversaretur, videri nempe Romani parvi terminos, Adonianis tam similes, ut non possem non Adonianum aliquid in Romano parvo agnoscere.

121 Dicamus quod verum est, tenuit hæc lucta diu multumque, nec acquiescere primum potui urgentissimis Castellani momentis, quibus me non semel pulsaverat; verum diuturna tandem meditatione, perpetuo examine, animique volutatione, utriusque Martyrologii annuntiationes approximans, severoque scrutinio conferens, quæ vere Romanum parvum Adone vetustius ostenderent : omnibus accurate mecum libratis, victas dedi manus, certumque agnovi Castellani effatum, supra a num. 87 relatum, scilicet, viros illos omnes, quantumvis eruditos, re nequaquam satis attente perpensa, sola illa fallaci conformitate captos et delusos, se mutuo transcripsissse. Id quibus argumentis confecerim, sic cum lectore communico, ut paratus sim ad priorem redire sententiam, si quis majori rationum pondere mecum certet. Neque enim, ut Frontonis verba repetam, *mea ullatenus refert, Martyrologium illud, esse vel non esse Romanum*, vetus vel novum, Adoni præluxisse vel non præluxisse (cum hinc Usuardi puritas aut integritas nequaquam pendeat) *sed tenemur, quæ vera sunt proferre*, et quod possumus, præcavere, ne quæ nobis diu illusit fucata imago, alios in errorem inducat.

122 Ut de tota hac disputatione recte, et secluso partium studio, judicium feratur, numquam abesse, nec ab animo nec ab oculis possunt, ea quæ sanctus Viennensis episcopus in sua præfatione disertissime pronuntiat, quæque ad sex capita revocari debere existimo. Primum est, Adonem opus suum *executum fuisse.... imperio et jussione sanctorum virorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus Martyrum in Martyrologio, quod venerabilis Flori studio, in labore Domni Bedæ accreverat, tantum notati erant.* Alterum, quæsivisse Adonem, *dies Martyrum verissime notatos, qui confusi in Kalendis suis inveniri solent*, ubi facile observas, *verum* opponi *confuso*, ut preinde, pro *verissime*, absque ullo scrupulo supponi possit *distinctissime*. — Tertium est, quod ad id præstandum *adjicit sese*

venerabili

venerabili aliquo et *perantiquo Martyrologio.* — Quartum, quod ipsum illud Martyrologium, *ab urbe Roma Aquileiam cuidam sancto Episcopo a Pontifice Romano directum sit.* — Quintum, quod idem Martyrologium, postmodum *a quodam religioso fratre aliquot diebus* Adoni *præstitum*, ab ipso, *apud Ravennam posito, diligenti cura transcriptum sit.* — Demum, quod istud idem *in capite* sui *operis ponendum putaverit.* Ex his liquet evidentissime, illud vere et unice esse Martyrologium, ex quo Ado suum, post Bedam et Florum supplevit et locupletavit, in quod sine controversia conveniant prædicata omnia et singu'a, sex illis nostris capitibus proxime enumeratis comprehensa.

cujus sex capita recte expensa, nulli alteri Martyrologio præterquam Romano parvo eique soli convenire possunt

123 Alterum decidendæ litis principium est, quod nullus adversariorum merito queat abnuere, nempe : nulla hactenus Martyrologia Adone antiquiora, saltem quibus adjutus sit, assignari posse, præter illud quod sub Eusebii et Hieronymi nominibus circumfertur, item Romanum parvum, et illud quod Flori studio in labore Bedæ accrevit, quodque ab Adone ex altero illo vetustiori suppletum est. Si igitur demonstravero in Martyrologium Hieronymianum nullo pacto quadrare posse sex jam statuta ex Adonis præfatione capita; si contra evicero, in Martyrologium Rosweydi aptissime et apertissime cadere; puto neminem fore imposterum, qui debitæ Romano parvo antiquitati, et meritis Rosweydi laudibus ausit detrahere. Age vero, singulos Adonis apices expendamus. Et ad primum quidem caput quod attinet, non diffiteor, ex Hieronymiano adjuvari aliquatenus potuisse Adonem, ut dies vacuos suppleret; quin et adversariis dabo, quod forte ignorarunt : nam ex Adone ostenditur, ipsum Hieronymiano usum fuisse, utpote quod diserte citat XXIV Februarii his veris : *Et in Martyrologio, quod Eusebii et Hieronymi vocabulis insignitum est.* Probant hæc, uti potuisse, ut supplerentur dies vacui; ast usum fuisse, hoc est quod nec suadere tentarunt adversarii, nec persuadebunt umquam. Sola Observationum nostrarum ad Usuardum lectio, quemlibet non obstinatum de contraria veritate, diebus ferme singulis convincet.

quod multipliciter et sigillatim probatur

124 Rem ipsam aggrediamur, atque ad primum Adonianæ præfationis caput, liquido demonstremus, Adonem in supplendo Beda, Hieronymiano Martyrologio usum non fuisse. Huc faciet Florentinii methodus, qua speciminis gratia evagabimur per mensem unum aut alterum, utrumque Martyrologium et Hieronymi et Adonis conferendo ; neque enim pluribus opus erit, ut manifestissime percipiamus, nihil minus cogitasse Adonem, quam ut ex Hieronymiano dies in Beda vacuos restitueret. Vis paucis et palpabiliter veritatem tangere, percurre solos primos duos menses Januarium et Februarium, atque in illis solis duobus dies ferme quadraginta invenies, in quibus nec una quidem Adonis annuntiato cum ulla Hieronymianarum concordet. Si ex ceteris aliquæ hinc inde, saltem nomine tenus, convenire in aliquo videantur, semper etiam diversitate aliqua, et satis notabili discrepant. Sancte profiteor, in Usuardinis Observationibus (quibus potissimum studui ad antiquissimam radicem Sanctorum memorias revocare) sæpe mihi laborandum fuisse, ut nunc ex illo, nunc ex altero Hieronymiano apographo affinitatem aliquam, obtorto quasi collo, inter ipsa et Adonem extunderem.

125 Quod hic de duobus mensibus dico, id lector in omnibus sequentibus non minus clare et perspicue deprehendet, sæpe demiraturus, tam multa, tam audacter, tam temere de hisce Martyrologiis et Romano parvo, ex perfunctoria unius fortasse aut alterius loci collatione, determinata et definita fuisse. Clamabant supra, inde *Rosweydi Kalendarium magis oppugnari*, quod *dies frequentes* haberet *Martyribus vacuos*, cum frequentes illi dies vix totum septenarium constituerent; hic vero, si superis placet, ex Hieronymiano dies in Beda vacuos suppleri potuisse contendent, ubi toto mense Februario vix quatuor aut quinque annuntiationes assignabiles sunt, quæ ad Hieronymianas utcumque reduci queant. Singulos dies percurrere nec vacat, nec opus est ; res ipsa loquitur, eademque toto Usuardino opere ferme ad nauseam inculcanda fuit et repetenda, uti e contra ibidem, ad dies prope singulos, quam fieri potuit exactissima, ex Romano parvo, Adonis, Usuardi et Notkeri, genesis, tanta luce in oculos perpetuo incurret, ut quis sciens ac volens cæcutire debeat, qui hæc omnia evidenter demonstrata inficietur.

126 Non minus perspicuum est, secundum Adonis pronuntiatum, ab Hieronymianis longissime dissitum. Non deerat Adoni Martyrologii Hieronymiani exemplar, sed cum in eo ingentem rerum confusionem adverteret, tum in nudis Martyrum et sæpissime truncatis luxatisque nominibus, tum in Kalendis seu laterculis ipsis, plane deordinatis ; id sibi subsidii quærendum vidit, ex quo *dies Martyrum verissime* notaret, quos in Hieronymianis *confusos inveniebat.* Id vero quam opportune, tam feliciter invenit in reperto Ravennæ Martyrologio, cujus vestigia omnia clarissime et distinctissime præfert vetus illud Rosweydi, nobis Romanum parvum, quo de hic agimus, atque illud dicimus *venerabile et perantiquum* : forma quidem, ordine et tota sua eleganti œconomia *venerabile*, ætate *perantiquum*, cum centum et amplius annis Adone vetustius esse, omnino censeamus. Poterunt quidem et hæc duo epitheta Hieronymianis propter vetustatem tribui ; sed cum in aliis plane deficiant, satis patet, alium Ravennæ repertum ab Adone thesaurum, quo in concinnando Martyrologio suo *adjutus* fuerit, id quod Romano parvo planissime et plenissime competit, utpote quo diebus singulis ita se adjutum ostendit Ado, ut raro prætermittat Sanctos, raro ipsa verba negligat, quibus Sancti in Romano parvo annuntiantur, eamque nuper diximus esse totam et continuam operis nostri demonstrationem.

127 Quarto loco testatur Ado, Martyrologium Ravennæ sibi præstitum, *ab urbe Romæ Aquileiam, cuidam sancto Episcopo a Pontifice Romano directum.* Sine te submoneam, ex dictis supra num. 122, notum Adoni fuisse *Martyrologium, quod Eusebii et Hieronymi vocabulis insignitum est.* Quis igitur vel verisimile faciat, iis verbis, ea phrasi usurum Adonem, si libellus, Ravennæ *a religioso fratre* communicatus, eadem Eusebii et Hieronymi vocabula prætulisset? Nemo (ut in proverbio est) e duobus tria videat, aut pulverem oculis offundat : hic tam diversis characteribus utrumque Martyrologium designatur, ut saltem Hieronymianum nullo prorsus pacto esse possit, illud quo se

Ado

Ado adjutum fatetur. At nostro Romano parvo aptissime convenit, ut Romæ scriptum et compositum, tamquam vere Romanum, tunc Romæ usitatum, *a Romano Pontifice cuidam sancto Episcopo Aquileiam directum sit*, nempe ut is Episcopus ritui Romano se conformaret; idque ab Aquileiensi aliisque ecclesiis factitatum existimamus, donec methodus Usuardina magis placuit, tantumque paulatim invaluit, ut Romæ etiam adoptata, diu ante Belini Patavini tempora dici meruerit: *Martyrologium secundum morem Romanæ curiæ.*

128 Si cui fortasse magis placeat Henschenii et Papebrochii opinio, expressa in Prologo ad Bedam ante secundum tomum Martii, num. II, nihil magnopere obluctabor, cum nihil ibi asserant, quod cum hac nostra sententia non apprime conveniat. Sic habent: *At primum invenimus, tria nos habere* (manuscripta Bedæ Martyrologia,) *quæ singula integrum Bedam, sed modice auctum, et quoad vacuos dies suppletum, tam fideliter exhibuerunt, ut omnino persuaderemur, in plerisque Romanis basilicis, abrogato Hieronymiani Martyrologii usu, et illo, quod Aquileiensi Episcopo, a Pontifice missum supra monuimus, fortasse non nisi in Laterano, aliisque paucis ecclesiis recepto, ita probatum aliis Bedam fuisse, ut eo convenienter aucto, utendum plures sibi putaverint, usquedum Usuardus visus ecclesiasticis usibus accommodatior.* Hæc quidem alibi paulo aliter explicat Papebrochius, ut in appendice ad articulum 18 Responsionum; sed dicta sua et scripta omnia, quæ Martyrologiorum materiam spectant, ad hanc nostram sententiam revocari et reformari ante obitum suum postulavit. Verum sic ferme a proposito argumento dilaberemur.

129 Jam ad quintum caput quod attinet, præfatum sæpe Martyrologium *a religioso fratre aliquot diebus præstitum, diligenti cura* per Adonem *transcriptum esse*, aliud nobis etiam patentissime denotat, quam Martyrologium Hieronymianum. Fuerat sanctus Ado monachus cœnobii Ferrariensis in Vastinio, deinde ad Prumiense migraverat, aliaque haud dubie, ut erat diligens rerum scrutator, alia, inquam, Ordinis sui cœnobia lustraverat, alia Martyrologia certo viderat, et certissime exemplar vel forte exemplaria Hieronymiana, quæ Ravennæ quærenda non fuerunt, nec ibi transcribenda. Aperte eloquamur: non ita scriberet Ado de præstito sibi codice, si *Martyrologium, quod Eusebii et Hieronymi vocabulis insignitum est*, transcribendum accepisset. Enimvero, novi aliquid ibi detexit Ado, sibi suisque prius incognitum, idque ob exactam Kalendarum seriem, ob Martyrum nomina tam clare distincta, tanti fecit, ut ferme Crœsi opes, quod de Pauli tunica prædicabat Hieronymus, se effodisse existimans, illud unum tamquam regulam sibi proposuerit, ut notatis accurate Kalendis, ex *collectis undecumque passionum codicibus*, Sanctorum encomia *paulo latius et apertius describeret*, sicque *infirmiores fratres... in memoriis Martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in parvo codicello, quod multo labore alii per plures codices exquirunt.*

130 Superest sextum idque ultimum Adonianæ præfationis caput, haud quaquam contemnendum. In eo declarat Viennensis Martyrologus, quod illud ipsum Ravennæ *transcriptum* Martyrologium, *in capite sui operis ponendum putaverit.* Non dixit operi suo sociandum, aut una cum opere suo compingendum, sed diserte, *in capite operis ponendum putaverit*, sic ut cum opere suo, unum quodammodo idemque opus constituat, et ita quidem, ut ipsa sua præfatio, utrique operi præmittatur, utrumque opus manifeste afficiat, verbo, utrumque opus tamquam unum idemque complectatur. Ubi Florentinius aut adversariorum quispiam alius, exemplar aliquod Hieronymianum, in capite Adoniani Martyrologii ea ratione positum alicunde eruerit, per me licet, tunc disputando inquiratur, an postremum hoc ex sex Adonianis capitibus, Martyrologio Hieronymiano aliquatenus aptari possit. Nobis interim certum videtur, tam apte, tam clare, tam manifeste omnes eos articulos cum Romano parvo congruere, quam liquidum, patens et evidens sit, prædicata illa omnia ab Hieronymiano esse alienissima; si forte excipias, quod venerabile et perantiquum appellari posse non diffiteamur, si tota veneratio a sola antiquitate proficiscatur.

131 Ex his rectissime concludi posse existimo, iis coloribus, ab ipsomet Adone nobis depictum esse vetus seu parvum Romanum, ut magis ad vivum vix a quoquam delineari potuerit. Viderat, et scrupulose observaverat lineamenta hæc omnia oculatissimus Rosweydus, priusquam lectori auderet asserere, *Adonem veteris hujus Martyrologii vestigiis semper insistere*; priusquam lectorem, veritatis securus, ita confidenter alloqueretur: *Enimvero vetus hoc Romanum Martyrologium, fontem esse omnium aliorum Martyrologiorum* (Hieronymianum et genuinum Bedam necdum noverat) *qui vel leviter inspexerit, non dubitabat asserere. Ado certe ex hoc fonte suas aquas derivavit. Et ut fontis latex ab origine sua recedens, sensim augescit, et in rivum aquis undique confluentibus abit; idem factum huic Martyrologio, quod nunc a Beda* (Plantinianum indigitat et ex Adone sumptum) *nunc ab Usuardo* (hunc Adone seniorem putabat) *nunc ab Adone, nunc ab aliis paulatim increvit. Licebit nunc ad fontem digitum semper, intendere; eo enim fine, caput fontis, quod hactenus latebat, in apertum produxi.* Hæc Rosweydus sagaci, maturo, veroque judicio, quo usque ferebat adepta tunc temporis Martyrologiorum notitia. Rivuli vero et rivulorum cum primo illo seriei nostræ fonte connexio, per totum Usuardini Martyrologii curriculum diebus singulis, tam sensibili et palpabili modo ex Observationibus nostris elucescit, ut pluribus hoc saxum hic volvere supervacaneum videatur. Verum cum et alia argumenta suppetant, quæ Romani parvi authentiam mirifice illustrent, lubet et illa sequenti articulo ordinate deducere.

ARTICULUS IV.

Romani parvi auctoritas, ex characteribus propriis, stylo, genere, ætate, demonstratur.

Jam modo Romani parvi effigiem ex Adonis præfatione expressam dedimus, ut facillime a quovis agnosci possit et debeat, eaque agnita promptissimum sit omnes adversariorum cavillationes infringere. Demus Frontoni, Florentinio, Cointio ad annum DXVIII pag. 316, et quibuscumque aliis in eadem navi hærentibus; demus, inquam, omnia inter Romanum parvum et Adonis Martyrologium ita inter se congruere, ut utrobique idem sit stylus, idem ordo, eadem verba, iidem solœcismi, iidem errores, prorsus ut in nullo discrepent, sintque similia omnia, nequedum consequens ullo pacto inde fuerit, parvum illud Romanum ex altero contractum, nisi tota Adonis præfatio evidentis falsitatis et apertissimæ suppositionis convincatur; quod in ullius cerebrum hactenus vel per somnium incidisse, non novimus. Atqui sanctissimus Viennensis præsul candide et sincere profitetur, se ad supplendos Bedæ dies vacuos, *adjutum* fuisse *venerabili et perantiquo Martyrologio*, *Ravennæ* sibi *præstito*, a se *transcripto*, a se *in capite operis* sui *posito*: invenitur istud ipsum Martyrologium capite Adoniani positum, apparent ubique vestigia, tam clare ab Adone præsignata, eaque et singula et omnia sic Romano parvo propria sunt, ut in nullum aliud Martyrologium convenire ullo pacto possint. Et erunt post hæc, qui sanctum ipsum Adonem, tantum non mendacii arguentes, tamquam ex tripode nobis definiant, Martyrologium nostrum parvum, seu vetus a Rosweydo editum, *non esse nisi epitomen Martyrologii Adonis*, in quo *omnia purum putum Adonem sapiant!* Ego me fateor capere non posse, qui id saltem Florentinio, penitius omnia scrutari solito, persuasum fuerit. Sed fidem liberemus, ipsumque Romanum parvum vivis suis, propriis, nativisque coloribus depingamus.

Romani parvi antiquitatis notæ

133 Prima antiquitatis nota propria, et ab Adoniana methodo diversa, inde in Romano parvo desumitur, quod ubi Ado et ceteri noni seculi Martyrologi, religiose semper *Sancti* aut *Beati* nomen Martyribus et Confessoribus præfigunt, auctor istius Martyrologii, licet apponat aliquando, attamen sæpius omittere soleat: nam ex duabus et sexaginta annuntiationibus mensis Januarii, quibus *Sancti*, *Beati*, aut *Sanctorum* et *Beatorum* titulus præfigi potuit, in triginta tantum et una reperitur; mense Februario, ex quadraginta quinque annuntiationibus, septem et viginti apposito carent. Rursus, mense Martio ex quadraginta quatuor, solæ signatæ sunt sedecim. Si menses alios percurras, pauciores commemorationes occurrent, in quibus de adscribenda *Sancti* aut *Beati* appellatione Martyrologii illius auctor sollicitus fuerit, adeo ut toto mense Novembri vix quater, Decembri solum bis inveniatur. Hanc vero certam esse antiquitatis notam, ex eo confice, quod codices Hieronymiani, tum majores a Florentinio editi, tum minores, quos priori capite percensuimus, raro id genus titulos præmittant, atque adeo tanto rarius, quanto antiquiores fuerint, quod mirifice elucet in apographo Epternacensi, in quo vix nota est *Sancti* aut *Beati* nomenclatio, et ubicumque apponitur, forte tamquam adjectitia expungi meretur.

clarissime elucent;

134 Alter, isque indubitatus vetustatis character in Romano parvo censeri debet, quod toto anni circulo, ut Martyrologi loquuntur, rarissime *Vigilias* Sanctorum signaverit; imo certissime non nisi unam, Romæ fortasse propriam, Sancti Laurentii, Natalis Domini alteram: cum tamen Beda præter illas duas, etiam *sancti Joannis Baptistæ*, et *sanctorum Petri et Pauli* vigilias posuisse reperiatur; ut inde non improbabili conjectura colligere quis possit, Martyrologium illud nostrum ante Bedæ tempora fuisse compositum, quamvis nos epocham ejus putemus paulo post Bedæ obitum inchoandam. At vero vigiliarum omissionem inter vetustatis certa indicia plane computandam esse, probant rursus Hieronymiana apographa, ad quæ sic notat Florentinius XXIV Decembris: *Cum neque in codicibus nostris*, *neque in Martyrologio vetustissimo* (nempe Antverpiensi vel Epternacensi) *Vigilia Nativitatis Domini, in hodiernis fastis indicetur*, *ansam præbuit dubitandi, non esse hoc in Ecclesia vetustissimi usus*, *vel saltem certum esse*, IN VETUSTIORIBUS MARTYROLOGIIS VIGILIAS NON INDICARI. Si paulo accuratius Romanum parvum evolvisset vir clarissimus advertissetque, non nisi unam Laurentii, alteramque Natalis Domini vigiliam in eo signari, tametsi plures aliæ in Adone reperiantur, non tam facile pronuntiasset, *agnovisse* se, *non Adonem ex hoc Kalendario, tamquam ex antiquo Aquileiensi codice, in suum Martyrologium transtulisse; sed e contra recentiorem scriptorem*, *inde suum indiculum compegisse.* Neque dicas signari vigiliam Apostolorum XXX Aprilis: nam satis liquet, eam inepte ibi intrusam esse, uti eodem die *Quirinus* ponitur, in gratiam Novesianorum ibi adscriptus, et male ex XXX Martii repetitus.

et æque evidenter probatur,

135 Ut hic semel compendio epitomatores omnes examen, rogo ad sequentia quæsita solidas mihi responsiones subjiciant. Quæro I. Si Martyrologii Romani veteris seu parvi compilator, Adonis Martyrologium præ oculis habuit, cedo, cur dies septem vacuos reliquit, cum septem illos, non minus ac ceteros omnes ex Adone commodissime implere potuerit? II. Quæ ratio satis excogitari potest, cur vigilias, tam clare in Adone signatas, prætermiserit, ut de vigilia Assumptionis Deiparæ seorsim disputavimus ad XIV Augusti? — III. Cur toties debitum *Sancti* titulum, in Adone distinctissime positum, suppressit? — IV. Cur plures passim in Adone annuntiationes; cur in Romano parvo pauciores? Sic XIV Aprilis, in illo quatuor integræ, in hoc sola una et unica; sic IV Maii, ex commemorationibus quinque, XXVI Maii, ex sex, XII Junii et alibi sæpius, ex quatuor, non nisi rursus unica redditur. Plurima et ferme quotidiana sunt hujusmodi exempla, quæ in Observationibus nonnumquam expenduntur. Fateor equidem, tantum apud me fuisse hujus

argumenti

argumenti pondus, ut inde rimari incipiens, totam illam Rosweydi adversariorum machinam, plane ruinosam adverterim. *Adonis compendium*

136 Quid enim (ita inquiebam) quid prætensum illum epitomatorem absterrere potuit, quo minus Sanctorum saltem nomina ex Adone excerperet, cum ipsi insolitum non sit, quatuor aut quinque Sanctos, imo totidem annuntiationes uno die repræsentare? Inde ad alia scrutanda progresso, lux semper nova, semper major oborta est, qua Martyrologii istius pretium et æstimatio mirum in modum apud me accrevit. Inde tamen, ut dicebam, disquisitionis meæ ferme principium. Ne longius evagemur, conferat lector solum mensem Januarium. Quæro, cur primo die apponatur *Circumsisio*, Adoni præterita? Cur omittuntur *milites* XXX, cur *Euphrosyna*, cur *Eugendus*? Cur III Januarii solus *Antherus*, a Romano parvo extractus est, omissis *Genovefa* et *Florentio*? Cur XVII Januarii nihil habet de *Lingonensibus Tergeminis*? Vide ibi Observationem nostram. Tu perge ad dies alios non minus inæquales, et causam, sodes, vel ineptam excogita, cur hi aut illi præ aliis Sanctis ex Adone seligi potuerint. Est ad manum catalogus bene longus, per omnes anni menses diesque decurrens, quem tædii vitandi gratia non produco, cum ex allatis speciminibus, in re clarissima nos versari existimem.

137 Sed et alio argumento ora obtrectantum occludamus. Contendunt, eadem in Romano parvo, eadem in Adone errata reperiri, in quo etiam egregie falluntur, ut exempla multa in Observationibus nostris ostendunt. Demus hic non unum specimen. Die II Januarii de *Argeo* et fratribus recte scripserat Romanum parvum, sed Adonis elogium exerrat. Maii VII, Romanum parvum : *Nicodemiæ, Augusti et Augustini*; Ado, de suo aliquid addens, in errorem denuo labitur ; sic enim habet : *Flavii, Augusti et Augustini fratrum* : videbis quæ in eam rem eo die notavimus. Junii XIX, in Romano parvo legitur : *Commemoratio Nazarii et Celsi*, recte, opinor, ut Rosweydus in notationibus censuit; interim Ado, illam commemorationem eo die præteriit. Junii XXIX, simplicissima est Romani parvi annuntiatio; quæ in Adone corrigenda sint, ex Observatione nostra eo die intelliges. Augusti VII, scribit Romanum parvum : *Fausti*; Ado : *Justini* ; errat alteruter, sed non uterque. Augusti XXXI, bene a Romano parvo refertur *Aristides* ex Rufini libro 4 cap. 3; dum ibi multa ductori superaddit Viennensis, a recto tramite deviat. Obtundam, si hæc sigillatim hic prosequar, cum hujusmodi diversitates, in Usuardo nostro frequentius recurrant; ubi aliud quoque ridiculum Frontonis effatum facile convelles, dum asserit, iisdem verbis uti utrumque Martyrologum. Paratum habeo discrepantiarum syballum; sed satis est paucas hic designasse, ex quibus curiosus lector de aliis statuere valeat. Præter citatos dies, videri possunt XI, XII et XXVIII Januarii, XX Martii, XI Julii, XXVII Augusti..... Pergimus ad alias notas Romano parvo proprias. *esse non posse.*

138 Jam dicta ostendunt, *vetus* esse, saltem Adone et forte Beda antiquius, unde prima prærogativa ei a Rosweydo data, plane vindicatur. *Romanum* esse, faxo et ii agnoscant, qui alterum illum titulum frustra arrodunt. Adonis testimonium ex viri religiosi ore acceptum, nemo, quod sciam, excepto solo Valesio detrectare hactenus ausus est ; nec adversarii alii id directe impetunt : nam admissa veritate superius probata, quod nempe vetus illud seu parvum Romanum Ravennæ ab Adone repertum sit, eique certo præluxerit, non negabit Florentinius, nec qui cum ipso sentiunt, prædictum Martyrologium vere et proprie *Romanum* esse, quandoquidem disertissime testetur Martyrologus Viennensis, *ab urbe Roma Aquileiam cuidam sancto Episcopo a Pontifice Romano directum*. Romanorum Pontificum agendi rationem nescire oportet, rerumque Romanarum prorsus esse ignarum, qui inde consequi non perspiciat, indicatum verbis illis Martyrologium, Romæ contextum, Romæ scriptum, Romæ per id tempus usitatum fuisse, nec alia causa Aquileiam directum, quam ut ea ecclesia, Romanæ ceterarum matri, sese purius conformaret. Et hæc quidem ex viri religiosi et Adonis fide, apud omnes sensatos cordatosque lectores in aperto esse, persuasissimum habeo. Jam ne quis porro dubitet, ex ipsomet Martyrologio, Romana vestigia satis clare expressa exhibeamus. *Quod sit Romanum*

139 Repetenda hic sunt, que supra ex Clar. Castellano adduximus, ubi credibile non existimans, aliud Martyrologium, præter vere et proprie Romanum, a Romano Pontifice alio directum, sic deinde sermonem prosequitur : *At vero, quod probat manifestius, Martyrologium in capite Adoniani operis, apud S. Pantaleonis Coloniæ repertum, certissime esse antiquum Romanum, ad usum Ecclesiæ Romanæ, verumque apographum illius, quod Romanus Pontifex Aquileiam direxerat, non solum inde sumitur, quod Sancti ibi reperiantur Romanæ urbi proprii, et Hieronymianis prorsus incogniti, ut Martina, Dafrosa, Papias et Maurus, solo mense Januario; neque ex eo, quod Cathedra sancti Petri proprio die signetur, ab Antiochena rectissime distincta ; verum etiam quod inter varias ecclesiarum Romanarum dedicationes, illa quoque occurrat, quæ est sacelli alti, castri S. Angeli, expressa per terminos* INTER NUBES, *quodque festo sancti Sebastiani, legatur ejus sepulchrum in* VESTIGIIS APOSTOLORUM, *designando per hæc verba Catacumbas, in quibus sanctorum Petri et Pauli corpora aliquamdiu requieverunt.* Hæc tam solerter quam vere a magno Martyrologiorum scrutatore observata sunt ; nec pluribus opus esse censuit, ut quemlibet non mordicus pervicacem, de tali veritate convinceret, cujus radii, solis instar, ad singulas libelli paginas in oculos non lippos incurrunt. Supersunt nihilominus, quæ ad ejusdem rei elucidationem et confirmationem hic subnectam. *exempla plurima*

140 Ex solo mense Januario, ne longius excurram, ex solo, inquam, isto mense addere potuit Castellanus Sanctos Romæ proprios atque Hieronymianis omnino præteritos : III, *Antherum Papam*; IV, *Priscum* et socios ; V, *Telesphorum Papam*; XXII, *Anastasium ad aquas Salvias*, XXIII, *Emerentianam*; denique XXVIII, *Agnetem secundo*, proprie et præcise Romano modo expressam. Inter dedicationes Romanas, præter jam dictam, quæ habetur XXIX Septembris, de *ecclesia Archangeli, a beato Bonifacio Papa constructa in Circo, qui locus* INTER NUBES *dicitur*, notabilissima, et si ita loqui

licet

licet, Romanissima sunt, quæ refert idem Martyrologium pridie Non. Maii : *Et sancti Joannis Apostoli, quando ante portam Latinam in ferventis olei dolium missus est* ; et rursus III Idus seu XIII Maii : *S. Mariæ ad Martyres dedicationis dies agitur, a Bonifacio Papa statutus*, nempe a Bonificio IV, qui sedit ab anno DCVI ad DCXIV. Quid autem magis Romanum dici potest, quam quod ponitur VI Julii : *Primus ingressus Apostoli Pauli in urbem Romam?* Item quod signat idem Martyrologium XIV Septembris, his verbis : *Exaltatio sanctæ Crucis, ab Heraclio imperatore a Persis Jerosolymam reportatæ, quando et Romæ lignum salutiferum Crucis a Sergio Papa inventum, ab omni populo veneratur.* Nota sunt Sergii tempora, ab anno DCLXXXVII ad DCCI.

demonstrant : 141 Nec verebor hic addere festivitatem, a Gregorio III Romæ institutam inter annum DCCXXXI et DCCXLI, in honorem beatæ Mariæ Virginis et Sanctorum omnium, tamquam ampliativam, ut ita loquar, prioris dedicationis a Bonifacio IV celebratæ. Hæc talibus terminis a Romano parvo consignata est, ut auctor tantum non indicet, eam se vivente et quodammodo vidente, primum fuisse inchoatam. Attende locutionem : *Festivitas Sanctorum, quæ celebris et generalis agitur Romæ* ; quasi dicere velit, recentem eam festivitatem esse, et Romæ dumtaxat celebrari, necdum ad alia regna aut ecclesias propagatam. Hujus rei luculentior testis esse nequit, quam Ado ipse, ex cujus verbis, temporum distinctio aperte commonstrari videtur, dum supperaddit : *Sed in Galliis, monente sanctæ recordationis Gregorio* (IV) *Pontifice, piissimus Ludovicus imperator, omnibus regni et imperii sui episcopis consentientibus, statuit, ut solenniter festivitas omnium Sanctorum, in prædicta die* (I Novembris) *annuatim perpetuo ageretur.* Quid Romani parvi impugnatores ad rei evidentiam desiderare ultra possint, equidem non intelligo.

142 De hac omnium Sanctorum festivitate, non male disserit Fronto ad supra citatum Romanum Kalendarium a pag. 142 ad pag. 145, quo loco recte censet, ejus Romæ institutionem I die Novembris, ad Gregorii III tempora omnino revocandam. De festi ejusdem extensione videantur Ado et Usuardus. Si vera est Menardi, pro sui Sacramentorum libri ætate conjectura, festivitatem eamdem ante Caroli Magni tempora in Galliis receptam oportet, cum in eo libro clare exprimatur. Sed hæc ad nos nihil, cum de sola Romana festivitate agamus, cujus institutionem Gregorio III cum Frontone adscribimus. Atque hic, decurso jam toto Usuardo, figendam credimus Martyrologii hujus nostri parvi Romani epocham, ut nempe compositum statuatur circa annum DCCXL. Ex quo aliisque argumentis jam deductis, ejus vetustatem; ex Sanctis vero et festivitatibus Romæ propriis
ergo vetus Romanum ac peculiaribus, ejus genus, patriam et natalem; verbo, quod VETUS et ROMANUM sit, in confesso positum arbitramur; quod etiam supra ex nomine *Papæ*, ibi identidem repetito, et quasi studiose apposito, educi posse, contra Florentinium ostendimus.

143 Reliquum est, ut Romani parvi characteres ceteros, in ipso singulariter conspicuos paucis colligamus. An illius auctor Hieronymianum viderit, aut saltem in adornando suo consuluerit, toto nostro opere apertius declarare ausi non fuimus, nec modo audemus; et licet quandoque iidem Sancti in utrisque notati occurrant, ut vide XXVI Februarii, probabilius censemus, ex Romanis, aliarumque ecclesiarum Kalendariis, Sanctos illos a Romani parvi auctore acceptos esse, qui ferme
Propria alia ejus characteres. vulgo magis innotuerant. Tria observo Romano parvo propria. Primum, ex historia Eusebii, interpretationis Rufini, magnam partem coaluisse, ut sæpissime in hoc opere intento quasi digito commonstravimus. Atque hoc unum est quod Henricus Valesius, novissimus Eusebii interpres et illustrator, commode advertere potuit, et diligenter præstitit, melius nomini suo consulturus, si reliquis, ejus eruditione parum dignis, imo ad ejus forum minime pertinentibus, supersedisset. Solus mensis Februarius, ut alios fœcundiores non adducam, IV, VIII, IX, XVIII et XXVII, assertum Valesii abunde comprobat. Plures Sanctos suggeret mensis December, ut XIX ejusdem mensis te nostra docebit Observatio.

144. Alterum Romani parvi germanum indicium dabit Observatio, X Januarii in *Nicanore*, eademque alibi frequentius inculcabitur, nimirum : singularem operam a Romani parvi auctore positam, ut Christi Domini et Apostolorum Discipulos, quos in sacris Litteris nominatos repererit, certis diebus assignaret; id quidem pro suo arbitrio, sed, ne debito cultu tam inclyti fidei nostræ propagatores privarentur. Exempla obvia sunt, en paucula : XXI Januarii agitur de *Publio*; XXIII de *Parmena;* XXV de *Anania* ; II Februarii de *Cornelio;* III de *Agabo;* XVI de *Onesimo*, etc. Hi vero et tot alii, cum in antiquioribus Martyrologiis noti non sint, quis audeat inficiari ab hujus Martyrologii auctore primum collectos fuisse? — Tertium jam notavit superius Castellanus, ostendens Prophetas veteris Testamenti, ab Hieronymiano præteritos, a Martyrologii nostri compilatore, pro suo rursus libitu, signatos esse. Ut taçeam *Abbacum* et *Micheam* XV Januarii, *Jeremiam* I Maii, *Elizæum* XIV Junii; unus mensis Julius quinque Prophetarum commemorationes suppeditat, quarum sola prima de *Aaron* in Hieronymianis innotescit, in Beda solus *Isaias*, qui de cetero paucorum aliorum meminit, ea ratione et modo quem explicat Papebrochius tomo I Aprilis pag. 857.

145 Hisce superaddi potest quartum caput, idque in hac re postremum, sed soli etiam Romano parvo, præ Hieronymianis et Beda, omnino proprium. In illis vix ullam invenias Martyrum Africanorum, in Wandalica persecutione passorum, memoriam; in hoc satis frequens est, ut palam facient Observationes Usuardinæ. Ne diu quærendum sit, inspice XXIX Martii, XIII Julii, VI Septembris, XIII et XXVIII Novembris, VI et XV Decembris, quorum modo aliqua mihi inhæret recordatio. Colligat, obsecro, æquus lector characteres omnes, toto hoc articulo enumeratos, Romano parvo tam peculiariter debitos, ut nulli alteri conveniant; repetat animo delineationem, ab
ex quibus conclusio. Adone tam native repræsentatam; conferat, quæ toto capite disputata sunt, meritamque Rosweydo laudem, aliquando restituendam mecum decernat : reddatur, inquam, Rosweydo honos, redintegretur fama nominis, perstetque eruditissimi viri gloria, qui tam vetus, tam illustre, tam authen-

ticum

ticum monumentum primus eruerit, primus vulgaverit, primus fontem monstraverit, ex quo Adonianum, atque ex hoc Usuardinum nostrum Martyrologium promanaverint. Superest horum duorum genealogia sequenti capite pertexenda.

CAPUT TERTIUM.

De Adonis et Usuardi propagine.

Exhibitis, enumeratis, probatisque Adonis progenitoribus, huc Martyrologiorum prosapiam deduximus, ut jam de Adone ipso, ejusque legitima prole Usuardo, quem unice illustrandum suscepimus, agendum supersit. Et quidem toto præcedenti capite satis demonstrata est prima illa, quam num. 78 expresseram, propositio, nempe quod *Ado in adornando Martyrologio suo usus sit Romano parvo Rosweydi, tamquam stamine, si ita loqui licet, totumque ferme ad verbum descripserit;* id quod præterea toto nostro opere, seu perpetuis ad singulos Usuardinos textus Observationibus, tam perspicue ostensum est, ut talpam esse oporteat, qui de tam evidenti veritate ausit dubitare. Sequitur modo propositio altera æque evidenter in prædictis Observationibus comprobata, et citato num. 78 his verbis concepta : *Usuardus Adonem, quem Flori librum secundum appellavit, ita in omnibus secutus est, ut verum dici possit Adonis compendium.* Meminerit lector, Majores nostros post Molanum, aliosque eruditissimos viros in eo passim errore versatos, quod Usuardum crediderint Adone antiquiorem, vel saltem ita synchronum, ut alter alterius Martyrologium non viderit, quod innumeris locis toto priori de Actis Sanctorum semestri decantatum est, donec Papebrochius tomo v Junii pag. 250 col. I in fine, oppositum cœpit observare. Hic jam tractanda sunt, quæ ad vivam Adonis et Usuardi delineationem, præter jam a nobis et Majoribus nostris dicta, desiderari possent.

ARTICULUS I.

De Martyrologio sancti Adonis Viennensis episcopi.

Non satis pro merito de Adone locutus videtur Bollandus, dum in Præf. gen. cap. 4 § 8 pag. LII sic cursim de eo disseruit : *Sanctus Ado eodem seculo* (IX) *Viennensis in Gallia episcopus, de quo agemus* XVI *Decembris, luculentius scripsit Martyrologium. Edidit illud Jacobus Mosander; dein Rosweydus, cum tribus* Mss. *collatum, Everbodiensi, S. Pantaleonis, Petri Scriverii, hunc præcipue secutus. Habemus cum tribus aliis collatum* Mss. *exemplaribus, videlicet monasterii S. Laurentii Leodii, cui tamen Usuardi ad Carolum regem præfixa est epistola; ecclesiæ Taroanensis, cœnobii Lobiensis.* Ita Bollandus, nihil memorans de prima et omnium antiquissima editione, ab Aloysio Lipomano procurata, quæ exstat operum ejus tomo 4. a pag. 150. Nonnulla ibi præfatur Aloysius, ex communi tunc opinione recepta, quæ modo falsa agnoscimus; sed observatu dignissima sunt verba illa, quibus ob repertum Adonis exemplar incredibile gaudium testatur : *Quanta*, inquit, *tunc exultaverim lætitia, Deus scit, omne aurum nihil esse duxi in comparatione illius.....* ac : *ingentes Deo nostro et Filio ejus Domino Jesu Christo gratias egi, nec non amico fideli, qui tanto me munere decoraverant.*

Martyrologium Adonis laudatum ab Aloysio.

148 Id autem in hac Aloysii editione notandum est, distinxisse illustrissimum Veronensem antistitem, inter vitas, ut ipse vocat, seu longiora illa Adonis elogia, ex passionalibus exornata; distinxisse, inquam, inter ea quæ diffusiori stylo describuntur : nam *breviores* inquit, *pleræque sunt quæ vulgo in D. Hieronymi Martyrologio habentur. In edendo ergo Adone hunc modum tenui, ut quæ a D. Hieronymo sunt positæ, omnino prætereantur, cum in promptu sint omnibus, nisi eis additum quid reperiatur; quæ autem ab illo non sunt positæ, hic omnes sunt insertæ.* Vult dicere, breviores omnes commemorationes a se præteritas esse, sola longiora elogia impressa. Sed quis harum rerum peritus intelligat, *breviores* vitas, *in D. Hieronymi Martyrologio haberi?* Profecto idea hujusmodi ab Hieronymianorum stylo immensum distat, in quibus scilicet *tantum nomina Martyrum, locus et dies passionis positi habentur;* qui plura in Martyrologio aliquo reperit, certo statuat, non esse sibi præ manibus purum martyrologium Hieronymianum.

non vult [illegible]

149 Huic difficultati explanandæ opportune succurrit sagax in hac parte Molani observatio, præfationis suæ cap. 2; *citari* nempe *a permultis Martyrologium D. Hieronymi, quod vulgo habetur ; verum illi*, inquit, *non citant ipsum Martyrologium, Eusebii et Hieronymi, sed Usuardi, qui ex Eusebio, Hieronymo, Beda, Floro et aliunde suum Martyrologium, cura et jussu Caroli Magni collegit.* Plura quidem hic peccat Molanus, sed illud vere asserit, *citari a permultis*, ut a Petro Equilinio, et eo tempore passim ab omnibus, Usuardinum, pro Hieronymiano, quale ipsi numquam viderant, saltem quod eo nomine recte veniat, cujusque exempla a Florentinio edita sunt. Erat tunc ea Martyrologiorum confusio , ut in cujuscumque fronte famosa epistola Chromatii et Heliodori legeretur (legebatur autem prope in omnibus Usuardinis exemplaribus) Martyrologium illud Hieronymianum appellaretur ; atque inde per aliquot secula, Hieronymi nomen Usuardino Martyrologio adhæsit. Ut res pateat, confer Usuardum cum Aloysii editione, et continuo perspicies, breviores annuntiationes omnes prætermissas esse, ubi vero longiora elogia ex Adone contraxit Usuardus, illa integre et Adoniane ab Aloysio restituuntur. Atque hic rursus semina vides, ex quibus crescat posita superius propositio ; puta, Usuardum, totum ferme Martyrologium suum ex Adone aut descripsisse aut contraxisse.

150 Porro.

Damus hic vitæ Adonis breve compendium

150 Porro, sanctum Adonem Martyrologum, non Trevirensem, ut Aloysius, Mosander et alii plurimi perperam censuere, sed Viennensem fuisse archiepiscopum, satis evicit Rosweydus, atque hoc tempore apud eruditos omnes in confesso est. Vitam ejus, vel potius vitæ compendium ex Breviariis Viennensi et Romanensi acceptum, aliis documentis erudite illustravit Mabilio, seculi 4 Benedictini parte 2. a pag. 262, ex quo ea quæ sanctissimi et doctissimi viri ætatem ac Martyrologium spectant, paucis decurram. *Nobili prosapia exortus* dicitur in pago Wastinensi aut Senonico, *circiter annum octingentesimum* in lucem editus; *quippe annos natus septuaginta sex, decessit anno Christi octingentesimo septuagesimo quinto.* Monachis Ferrariensibus in disciplinum traditus, istic a Sigulfo abbate adhuc infantulus aut puer susceptus fuisse videtur, *ubi bene conversatus, teste Lupo, omnes sibi coævos in studiis litterarum præivit.* Inde ad Prumiense cænobium, rogatu Marcwardi abbatis directus, ibi aliquamdiu commoratus est, donec *quorumdam invidiosorum insidiis* impetitus, Romam se contulit, *ut domum B. Petri Principis Apostolorum orationis gratia visitaret;* unde post quinquennium patriam repetens, Ravennæ Martyrologium illud reperit et descripsit, de quo toto capite proxime præcedenti abunde litigatum est.

151 Ravenna cum effosso thesauro, *inde Lugdunum pervenit, ubi tunc præerat dignæ memoriæ Remigius, præsul eximius, qui Dei famulum Adonem pie suscepit, et quæque necessaria illi perbenigne exhibuit.* Ab hoc igitur ob scientiæ et probitatis laudem detentus, Lugduni aliquamdiu commoratus est, et, si vera narrat Breviarium Romanense, Remigius Adoni *ecclesiam beati Romani, cum sibi adjacentibus rebus in obsequium delegavit, ubi secretius orationi vacaret* ; imo et litterarum studiis, ac potissimum adornando Martyrologio suo, haud dubie Remigii et aliorum præsulum hortatu, quos per *imperium ac jussionem sanctorum virorum*, in præfatione sua fortasse intelligi voluit. Hic nos cum Mabilione, Castellano aliisque Martyrologii ejus epocham figendam censemus, nempe priusquam ad cathedram Viennensem eveheretur, quam anno DCCCLX certo conscendit, ut proinde verosimillimum sit, præfatum Martyrologium circa annum DCCCLVIII, aut forte paulo citius, exaratum fuisse : *nam ceteras lucubrationes*, inquit Mabilio, *condidit jam episcopus*, hanc vero ante episcopatum aggressus est; utique dum Ravenna redux, totus erat in colligendis Sanctis, eorumque passionibus latius describendis, *serviens infirmioribus fratribus ad laudem omnipotentis Dei, etc.*, cui operi exornando non aliud magis opportunum tempus assignari potest, quam quo Lugduni apto ad id otio fruebatur. Atque in hac Martyrologii Adoniani epocha facile cum Mabilione conveniunt hodie eruditi omnes.

Ex Mabilione qui ei multa perperam adscribit.

152 Non ita mihi placent argumenta aliqua a laudato Mabilione in eum finem adducta, ex caro sibi, nescio quo, Adoniano codice ante annos sexcentos, ut ait, manu descripto, ex quo satis intrepide pag. 273 circa medium, *restituendam esse* Adoni *commemorationem sancti Mauri abbatis, sanctæ Scholasticæ, et aliorum fere omnium sanctorum, quos Mosander et Rosweydus eliminaverunt.* Et sub paginæ initium dixerat : *Idem judicium esto de omnibus fere nominibus quæ Mosander et Rosweydus in secessum rejecerunt.* Hæc eruditissimo viro, nostrique operis, dum viveret, amantissimo, utut velim, concedere omnino non possum, cum non semel observaverim præfatum codicem, quem solum in Actis Benedictinis passim appellat, ab omnibus tum editis, tum Mss. nostris longissime discrepare. Exemplum non unum recurrit in Observationibus Usuardinis : VI Julii, XIII Septembris, XII Novembris et alibi. Ut autem evidentius pateat, codicem Mabilonianum vere et pure Adonianum non esse, eruditos lectores solum rogare velim, ut ipsi per se Adonem conferant cum Usuardo et Notkero : cum enim hi duo priorem passim aut contrahant aut describant, certiori indicio explorari nequit, quid proprie Adoni, quid multiplicibus ejus interpolatoribus sit adscribendum ; nec ad id pluribus ferme opus est, quam ut prædictas Observationes nostras consulant, in quibus cum fonte rivuli quotidie comparantur.

153 Juverit hæc patentissimo exemplo ob oculos ponere. Mabilio pagina 272 paulo infra medium, sic habet : *Ad hæc in Ms. codice nostro dedicatio ecclesiæ monasterii Cellensis anno* DCCCL *facta, accurate describitur* XVII *Kal. Novembris, eum ad modum quo superius relata est ad annum* DCCCLXXIII, *ubi de sancti Frodoberti abbatis translatione egimus. Hæc quo minus ab interpolatore addita putem, ea me causa movet, quod singulas, quas vocant circumstantis, non ita accurate nosset homo posterioris temporis.* Hinc nempe Adonis ætatem detegere voluit Mabilio, quæ aliunde melius et certius eruitur : fallunt enim ea omnia, si ad propositam regulam exigantur. Usuardus et Notkerus de accurata illa descriptione dedicationis ecclesiæ Cellensis, nec verbum proferunt. Præterea, nec in Adone Aloysii, qui longiores historias nusquam negligit, nec in Mosandri aut Rosweydi editionibus, nec demum in Mss. Leodiensi, reginæ Sueciæ, Taroanensi, aut Lobiensi, nec demum in Adonianis codicibus a Papebrochio in Prologo ad Bedam enumeratis, aut aliis Mss. nostris, ulla præfatæ dedicationis reperitur memoria ; estque adeo apertissime consequens, a puritate Adoniana longissime recedere Mabilionis codicem, ab eo tantopere laudatum. Non necesse est, tantum operæ in Martyrologiis examinandis, quantum hisce aliquot annis a me collocatum est, quemquam posuisse, ut plane convincatur, nullum Adonem manuscriptum quantumvis antiquum, ad Rosweydi editionem ullo pacto comparandum.

Ex norma nostra

154 Nemo mihi succenseat, si meritam palmam Rosweydo vindicem, quamquam non adeo integram omnibusque numeris absolutam arbitrer ejus editionem, ut non aliquando ab ejus placitis libere recedam ; tum præsertim, cum juxta propositam regulam, Usuardi et Notkeri consensum habeo : videlicet, dum annuntiatio, a Rosweydo in appendicem rejecta, in duobus ejus filiis reperitur ; tum ego magnopere ambigendum non puto, quin eadem illa Adoni quoque adscribenda sit. Ut uno specimine rem in aperto ponam, videat lector Observationem nostram ad Usuardum die XX Martii, ubi *Archippum*, Pauli Apostoli commilitonem, Adoni restituendum putamus, quidquid a Mosandro asterisco notatus, a Rosweydo in appendicem rejectus sit; ea ducti ratione, quod in utroque Adonis filio, Usuardo

et Notkero

et Notkero diserte signetur, præterquam quod etiam ab Adonis genitore Romano parvo referatur. Si ad hanc normam codices Adoniani, tum Mss. tum typis excusi, scrupulosius discutiantur, puto viam facillime sterni posse, ut simplex, integra, genuina et germana Adonis editio procuretur.

155 Quid quod et aliam explorandi semitam aliquando ingressus sim, quamvis ipsam tam securam non existimem. Ea est, ut si quando in Usuardo et Notkero commemorationem reperiam eadem sententia eademque phrasi conceptam, quæ ex Beda accepta non sit, tum non difficulter inducar ut credam, Adoni illam tribuendam esse. Si quis discernicula certiora proferre in medium possit, ultro et gratanter acceptabimus; interim nec Mabilionis, nec cujuscumque alterius auctoritate movebimur ut quæ Adoniana non sunt, sub Adonis nomine venditari patiamur. Exemplo iterum sint *Florentinius* et *Hilarius*, quos XXVII Septembris Martyrologo Viennensi obtrudere conatur laudatus Mabilio ex Petro de Natalibus lib. 8 cap. 124. Non est me hercule satis idoneus auctor Equilinus episcopus, ut ferat testimonium pro Adonis germana simplicitate, quam nos ex tam variis exemplaribus stabiliendam suscipimus, a quibus omnibus absunt citati duo Martyres, quos aliunde acceptos in suum Martyrologium retulit Usuardus, ut est in nostra Observatione, jam dicta die XXVII Septembris. Jam me longa experientia docuit, non a solo Petro aliisque pluribus, sed et ab Eminentissimo Cardinali Baronio nonnumquam perperam citari Adonis Martyrologium.

Facilius dignosci possunt quæ vere Adonis sunt.

156 De reliquis quæ ad Adonem attinent, cum Mabilione non disputo; istis locus erit in Actis XVI Decembris. Rejicienda omnino non sunt, quæ de Adoniani Martyrologii accessionibus conjicit in hæc verba : *Quod enim alia atque alia desint in diversis membranis codicibus, id provenit ex duplici capite. Primum, quod cum istud Martyrologium in divinis officiis, per varias ecclesias legeretur, alii ipsum contrahebant, alii quosdam Sanctos, provinciæ aut ecclesiæ suæ ignotos resecabant. Alterum, quod auctor ipse multis vicibus Martyrologium suum auxit, alios atque alios addendo Sanctos, qui in eo primo non extabant. Unde contigit, ut qui primarium exemplar transcripsere, non tot habeant, quam qui secundariis exemplaribus usi sunt.* Prudentem conjecturam hic non respuo, quippe qui eam nonnumquam admittere debuerim, præcipue circa Episcopos Viennenses, quibus cum Usuardus sæpe careat, verisimile existimo, Adonem ipsos Martyrologio suo Lugduni perfecto, Viennæ postea superadidisse. At vero, ubi primigenia simplicitas quæritur, non conjecturaliter, sed certo decernimus, eam non ex unius aut alterius codicis, sed ex plurium æque probatorum collatione educendam ; quemadmodum in expurgando ab additionibus Usuardo, toto hoc opere præstitimus : quo solo argumento, vel si deessent cetera, Mabilionis exempla omnia, multis locis adducta, Adoni penitus abjudicanda sunt.

157 Pluribus hic supersedeo, cetera docebunt Observationes nostræ Usuardinæ, quibus satis probatum est, non solum Bedam a Floro auctum, et Romanum parvum, sed Hieronymianum etiam, Adoni aliquando præluxisse ; quod non video cur a Castellano negatum sit in prævia admonitione ad primum Bimestre pag. 22 ; quamvis omnino fatear, rarissime in Adone occurrere vestigia Hieronymianorum stylo conformia. Si hactenus dicta cum iis junxeris, quæ superioribus capitibus, de sancto Martyrologo disputanda fuere, ad Martyrologii Adoniani ætatem et genealogiam nihil ultra desiderari perspicies. Audi hic modo, quam ipse de toto suo opere rationem reddit, in præfatione sua sic lectorem alloquens : *Ado peccator lectori salutem. Ne me putes in hoc opere in vanum laborasse, et rem non necessariam executum fuisse ; breviter tibi causam facti aperiam. Primum fuit imperium ac jussio sanctorum virorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus Martyrum in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore Domni Bedæ accreverat) tantum notati erant. Deinde collecti undecumque passionum codices, animum in tantum suscitaverunt, ut non solum præteritas dierum festivitates, verum et aliorum, qui per totum annum ibi notatim positi erant, latius et paulo apertius describerem, infirmioribus fratribus et minus legere valentibus serviens, ad laudem omnipotentis Dei, ut in memoriis Martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in parvo codicello, quod multo labore alii per plures codices exquirunt.*

158 Atque hinc longæ illæ, in Adonis Martyrologio desumptæ ex Martyrum passionibus historiæ hinc magna illa dierum inæqualitas, dum nempe Actorum defectu, Sanctorum nuda ferme nomina referuntur, quo haud dubie, qui in divinis officiis Adonis Martyrologio forte uti cœperant, impulsi fuerint, ut nuper aiebat Mabilio, ad resecanda incognitorum Sanctorum nomina ; vel potius, ut ego verosimilius existimo, ad contrahendas historias, ut ad uniformitatem aliquam dies singuli reducerentur. In eo felicissime versatus est Usuardus, Adonis Martyrologium abbrevians et expoliens, sed quod mirere ignorato vero auctoris nomine. Cum enim Usuardus alios Martyrologos, præter Hieronymum, Bedam et Florum non nosset ; stylum autem Adoniani operis, ab Hieronymiano longissime recedere ; contra vero Bedæ a Floro aucto persimile, credidit Flori *secundum librum* esse, quo vacui omnes Kalendarum dies supplebantur. Frustra argues, latissimum inter utrumque Martyrologium discrimen in Usuardi oculos incurrere verosimiliter debuisse : id scio et fateor ; at mihi tam certum tamque evidens est Adonis opus fuisse, quod *librum Flori secundum* appellat Usuardus, ut vel paradoxum admittere oporteat, nempe Martyrologium, quod Adonis nomine venit, non esse Adonis, sed Flori ; vel fingere miraculum, quo videlicet fateamur, Florum et Adonem sic scripsisse, ut Menæchmos diverso partu effuderint. Ast hæc comminisci supervacaneum est. Usuardum ipsum dramatis nostri, ut ita dicam, heroem, hic demum cominus intueamur.

Usuardo ignotus Ado pro secundo Flori libro acceptus est.

ARTICULUS III.

ARTICULUS II.

De Martyrologio Usuardi monachi.

Huc reducenda fuit tota nostra de Martyrologio et Martyrologiis disceptatio, ut præmissis Usuardi proavis, parentela, cognatione et affinitate, ipse tandem, seu fœtus ejus omnium oculis clarius exponeretur. Non vacat, nec opus est, describere, quæ de eo multi eruditissimi viri, præter Majores nostros, pridem tradiderunt, Adrianus Valesius, Joannes Mabilio, Gerardus du Bois, et recentissime Claudius Castellanus, omnes in eo jam conspirantes, contra Sigeberti, Trithemii aliorumque antiquiorum opiniones : I, Usuardum nostrum fuisse monachum presbyterum Ordinis S. Benedicti in cœnobio Pratensi, seu sancti Vincentii Lutetiæ Parisiorum. — II, Floruisse, non sub Carolo Magno, sed sub cognomine nepote Calvo, atque huic, non illi opus suum dedicasse. — III, Martyrologium suum composuisse circiter annum DCCCLXXV. Quæ omnia satis solide probata invenies apud Mabilionem in Prolegomenis, ad sec. 4 Benedictinum, parte 2 pag. LXXXVII; atque in Historia ecclesiæ Parisiensis laudati du Bois, parte 1 pag. 467, quibus in stabilienda Usuardi ætate et professione omnino subscribimus; in hoc plane dissentimus, quod cum Bollando, Henschenio, Papebrochio aliisque omnibus, solo excepto Castellano, Usuardum Adoni præponant, aut quamvis suppares videant, sic tamen scripsisse Martyrologia sua existiment, ut *neuter alteri notus fuerit, et uterque eodem fere tempore manum ad opus suum admoverit*, quæ ecclesiastici jam citati verba sunt ; quibus adde subtimidum Mabilionis assertum, num. 174 : *Ad Usuardi auctoritatem prope accedere Adonis Martyrologium ;* ubi dicendum erat, non plus Usuardo auctoritatis inesse, quam ex Adone transumpserit, non plus rivulo quam fonti, non plus nato quam genitori.

Usuardi vera ætas

160 Jam sæpius monui, agnovisse demum Papebrochium tomo V Junii pag. 250 col. I in fine, præposterum illum ordinem, idque ex Castellani suggestione, a quo primum transpositus est, et prioritatis loco restitutus Viennensis Martyrologus, quem annis fere octodecim, in scribendo Martyrologio Usuardum antecessisse, brevi hac supputatione ostenditur. Usuardi Martyrologium dedicatur Carolo Calvò jam Imperatori, atqui Calvus imperator non fuit ante annum DCCCLXXV, ergo vel illo anno compositum, saltem completum est, vel anno sequenti; atqui Ado, ex num. 151, suum scripsit circiter annum DCCCLVIII : stat igitur nostri calculi exacta ratio. Hoc solum argumentum hic ex professò nobis versandum est, Usuardum pleraque sua omnia ex Adone accepisse, cujus continuam probationem exhibent quotidianæ ad Martyrologium Usuardi Observationes a prima die Januarii ad ultimam Decembris, quibus utriusque pharasibus, verba ipsa verbis comparo ; factaque collatione, Usuardi laterculos, ex Adonianis descriptos, abbreviatos, contractos, modice quandoque ex Beda immutatos, ea perspicuitate, ni fallor, ostendo, quo majorem in hisce rebus desiderare nemo queat. At eo pacto, ut plagiarium, me dices Usuardum traducere. Apage plagii crimen, audi ipsum Usuardum totius operis sui rationem reddentem, tumque intelliges, quid de suo ipse se præstitisse, quid ex aliis Sanctorum Patrum Martyrologiis sese accepisse ultro fateatur ; id fere unum molitus, ut ad commodam æqualitatem Sanctorum commemorationes, singulis Kalendarum diebus, concinna methodo reduceret.

restituitur;

161 Expendamus ipsam Usuardi præfationem ex illustri codice nostro Heriniensi, unde illam edidit Bollandus cap. 4 § 7, quæque in aliis etiam vetustis codicibus reperitur, et vel in ipso Adone, Leodiensi S. Laurentii, etc. : *Domino venerabiliter recolendo, Karolo regum piissimo* (al. *Augusto*). *Husuardus, quamquam indignus sacerdos et monachus, præsentis ævi prosperitatem et æternæ beatitudinis gloriam. Vestram minime latet celsitudinem, o reverende Princeps, qualiter imitandis antiquorum studiis monemur, quidquid in libris, maxime ecclesiasticæ doctrinæ congruis, minus debito perfectum habetur, vel pro posse supplere vel suppleri optare. Quæ res, pia quidem sollicitudine, addito etiam Vestræ Dignitatis jussu, me compulit, ut videlicet Sanctorum recurrentes festivitates, ex diversis Sanctorum PP. Martyrologiis in quamdam exciperem unitatem. Recolebam siquidem in sacris Sanctorum solenniis multimodos propriæ negligentiæ excessus; quod me plurimum, ad hoc eis in Dei amore persolvendum, cogebat affectum ; et si non satis idoneum utpote inscium, sed tamen divino, ut confidebam, ac indigno eorum sublevandum auxilio. Nam et venerabilium, Hieronymi videlicet ac Bedæ, presbyterorum in hoc provocabar descriptis : quorum unus brevitati admodum studens ; alter vero quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa probantur hujus opusculi præterisse necessaria. Adhibui igitur Flori memorabilis viri,* COLLECTA E PLURIBUS IN EODEM NEGOTIO SECUNDI LIBRI COMMENTA, *quem maxime imitandum, in his quæ visa sunt congrua ac memoriæ digna, censui, quia plura summo studio, quæ breviter perstrinxi et correxit et addidit.*

probaturque ex ejus præfatione

162 Postrema hæc Adonem vivacissimis coloribus adumbrant ; et licet in vulgari Usuardi præfatione a Greveno, Molano aliisque edita, paulo aliter exprimantur, recte perpensa, eodem prorsus recidunt. Sic ibi legitur : *Quorum prior brevitati studens, alter vero quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis præteriisse necessaria ; quos tamen sequutus, censui et Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in* SECUNDO *ejusdem* LIBRO ; *ibi enim multa, quæ in priori omiserat et correxit et addidit.* Attende, Bedam hic describi ab Adone, non ex aliqua parte, ut Florus fecerat, sed integre completum. Porro ex his plane conficitur tria Usuardum præ oculis Martyrologia habuisse, ex quibus *opusculum* suum coagmentaret, in prædicta vulgata præfatione monens : *At si quid, præter quod ab illis accepi, in hoc tempore auctum vel mutatum est, sagaci a me indagine id perquisitum agnosci poterit.* Atque eccum plane evanescit plagii crimen, de quo nuperrime memini, dum ad unum illud SI QUID revocantur quæcumque pure

Usuardina

Usuardina nuncupari possunt, accepta ex tabulis Martyrum Cordubensium, unde Usuardus sanctorum Georgii et Aurelii reliquias conquisierat; ex vicinioribus Galliarum ecclesiis, aut ex passionalibus, paucisque aliis documentis, quæ suis locis indicare atque enumerare non prætermisimus.

163 Verumtamen sincere agnoscit Usuardus, se ex tribus potissimum Martyrologiis sumpsisse prope omnia: ex Hieronymianis scilicet, ex Beda, prout a Floro auctus fuerat, quæ sunt *Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipso negotio vestigia*, et ex *ejusdem* Flori *libro secundo*, ubi *multa quæ in priori omiserat, et correxit et addidit*, vel ut clarius habet præfatio Heriniensis: *Adhibui igitur Flori, memorabilis viri, collecta e pluribus in eodem negotio secundi libri commenta*, QUEM MAXIME IMITANDUM IN HIS, QUÆ VISA SUNT CONGRUA ET MEMORIÆ DIGNA, CENSUI, QUIA PLURA SUMMO STUDIO, QUÆ BREVITER PERSTRINXI, CORREXIT ET ADDIDIT. Quemnam, obsecro manifestius imitari potuit Usuardus quam Adonem, *breviter perstringendo*, quæ hic longis suis elogiis *summo studio addiderat*, seligendoque, *quæ visa sunt congrua et memoriæ digna?* De cetero Hieronymianum, et Bedam Flori consuluisse Usuardum, Observationes nostræ sæpissime ostendunt, nec minus clare evincunt, Florum illum, ab Henschenio et Papebrochio editum, numquam vidisse. Torquet eruditorum ingenia, et Majores nostros mirum in modum vexavit *secundus* ille *Flori liber*, quem tot seculis, et præsertim proxime præterito, frustra quæsitum novimus, et porro frustra quærendum, nisi, ut supra dicebam, vel paradoxum nobis, vel miraculum sobrii et vigiles fingamus.

secundum quem vocat,

164 Negotium facessit solum *Flori* nomen, quod si non appellasset Usuardus, opus ipsum citatum tam clare, tam aperte, tam perspicue Adonem referret, ut ex solis depictis characteristicis, legentium et conferentium oculos veritatis luce perfunderet. Describuntur siquidem *commenta collecta e pluribus in negotio* Martyrologii, quæ in *priori opere* Bedæ a Floro aucto *omissa* fuerant, in hoc autem *addita*, ut *quamplures* illi *Kalendarum dies intacti* ex omni parte implerentur, sicque adessent omnia talis *opusculi necessaria*. At suppletio illa Adonis non semper *congrua* est, nec *memoriæ* in Martyrologiis referendæ *digna*, cum historiæ longiores sint, quas idcirco Usuardus *breviter perstringere* coactus fuerit. Atqui hæc ipsissima et genuina Adonis lucubratio est, sic in ejus præfatione, quam habes num. 157 delineata: *Ne putes me in hoc opere in vacuum laborasse.... Primum fuit imperium ac jussio sanctorum virorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus Martyrum, in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore Domni Bedæ accreverat) tantum notati erant. Deinde collecti undecumque passionum codices animum in tantum suscitaverunt, ut non solum præteritas dierum festivitates.... latius paulo apertius describerem, etc.* Hæc toto opere Adoniano ubique se produnt, et diebus singulis cum Usuardina contractione a nobis comparata, sic parentem commonstrant, sic genus indigitant, ut filius nullus genitorem melius referat, hoc est, ut nulla epitome magis *congrua*, *memoriæ digna*, et in Martyrologico *opusculo necessaria*, eatenus inventa sit. Quis igitur ultra dubitet, quin sub *Flori* nomine, vel pro *Flori libro secundo*, Adonis Martyrologium Usuardus descripserit.

Flori librum,

165 Nova hæc esse dicas, mira clamites; nihilominus certum erit et indubitatum quod scribimus, idque manifestissime reteges, si prolem cum patre, si Usuardum cum Adone contuleris, vel ut labori parcas, si quotidianas Observationes nostras expenderis. At quæso, inquies, qui Usuardo in mentem venire potuit, Florum nominare, cum forte adhuc superstes esset Ado ipse, verus Martyrologii auctor, nomen suum in fronte operis tam clare exprimens: *Ado peccator lectori salutem?* Id qua ratione factum fuerit, equidem miror et ignoro, sed ita rem habere, hoc me apertissime, perpetua hisce aliquot annis collatione, comperisse existimo. Effugio utitur Castellanus, præfationis ad I Bimestre pag. 23, dum difficultatem declinans, ait, Usuardum non asserere, se Florum descripsisse. At melius idem ipse in opere suo pag. 764 fatetur, Usuardum Adonis manuscriptum, Lugduno ad se destinatum, pro Floro descripsisse et abbreviasse. Quid enim aliud sonant verba illa: *adhibui Flori memorabilis viri collecta e pluribus in eodem negotio secundi libri commenta?* Vel ista: *Censui et Flori memorabilis latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in secundo ejusdem libro?* Ego in toto isto *libro secundo* non alium quam Adonem video, Adonem sentio, Adonem loquentem audio.

non alium fuisse, quam Adonis Martyrologium;

166 Jam si propositæ quæstioni insistens, rogitando obtundas et eneces, qui Usuardo in mentem venire potuerit Florum nominare, cum adhuc probabiliter superstes esset Ado ipse, nomen suum in fronte operis tam clare exprimens: *Ado peccator lectori salutem?* Ad eam quæstionem non habeo quod reponam, præter hanc unam verisimillimam, me quidem arbitro, conjecturam: videlicet, missum Lugduno ad Usuardum Viennensis antistitis opus acephalum fuisse, puta, caruisse præfatione et Romano parvo, cui ipsa præfigitur. Ne vero gratis id me fingere existimes; quæro, an satis credibile videatur, nullum usquam de Romano illo parvo, ab Adone Ravennæ reperto, verbum facturum fuisse Usuardum, si illud in fronte operis ad se transmissi vidisset? Aberat igitur Romanum parvum; aberat proinde et tota Adonis præfatio; atqui nomen suum ibi expresserat Ado, quod in totius operis decursu, procul dubio, omiserat; nihil itaque adeo mirandum, si Usuardus verum nomen auctoris Martyrologii ad se missi ignoraverit. Hoc posito, videntur cetera sponte profluere, etiam ratio ipsa, cur Usuardus opus illud Floro tribuendum putaverit.

qui id factum conjicitur.

167 Hanc quidem sic cum animo concipio; cum jam pridem Lugduno abesset Ado, ad Viennenses infulas, ut minimum anno DCCCLX evectus, relictum Lugduni opus absque auctoris nomine, symmysta aliquis Benedictinus monachus, ad Usuardum Lutetiam direxerit; hic vero Bedæ Martyrologium, a Floro recensitum, cum eo componens, ac miram utriusque similitudinem passim agnoscens continue secum ipse statuerit, fœtum utrumque aut gemellum esse, aut saltem ab eodem parente progenitum. Aliunde, non minus ipse, quam Wandelbertus, novisse poterat Florum *nominatissimum ecclesiæ Lugdunensis subdiaconum*, plures habuisse *veteres et emendatos codices*; quid magis proclive, quam inde collegisse, *secundum* aliquem et pleniorem Martyrologii *librum* a Floro esse compositum, cum in primo tot Kalendarum dies intacti remansissent. Non eo id dico, quod cre-

dam, *veteres* illos qualescumque Flori *emendatos codices* Martyrologia fuisse, multo minus Martyrologium integrum et completum a Floro conditum; sed quod nominis ejus celebritas, Usuardo acephali Martyrologii auctorem quærenti, facile suggerere potuerit, Florum illud adornasse, cujus eo tempore insignis doctrinæ fama adhuc supererat. Si hæ conjecturæ non placeant, quid plausibilius in hac re opinari fas sit, a peritioribus lubens addiscam, dum interim indubitatissimum perstet, purum putum Adonis opus fuisse, ipsum illud quod Usuardus *secundum Flori librum*, aut proprio aut alieno errore seductus, nuncupavit.

Quid Usuardus præstiterit.

168 Fuit, mihi tuto crede, fuit sub male imposito Flori nomine, Ado ipse sanctus Viennensis præsul, seu potius ejus Martyrologium, perpetua et perennis Usuardi scaturigo, ex qua totum nostrum Usuardinum, pro maxima sui parte coaluit. Adde huic Hieronymianum et Bedam, Flor studio ampliatum, ex quibus, si textrina metaphora rursus uti licitum est, stamen seu catellami conficies, cui subtemen innexuerit Usuardus, præsertim ex notioribus ipsi Sanctis Gallicis, et recens acquisita Martyrum Cordubensium notitia. In decursu operis sæpe a nobis dubitatum invenies, utrum Sanctos alios et aliunde conquisitos enumeratis hic ductoribus suis adjunxisset Usuardus. Et quidem raros hujusmodi Sanctos novimus, novimus tamen : nam *Asclas* XXIII Januarii, ab antiquioribus notatus non est ; uti nec *Philemon* et *Apollonius* VIII Martii. Nonnullos alios alibi indicavimus. Jam memoriæ occurrit *Gregorius Eliberitanus Bæticus* XXIV Aprilis, qui forte melius prætermissus fuisset. Septembris XXI est *Pamphilus martyr Romanus*, a me alibi frustra quæsitus. Quid quod XXVIII Septembris, XII Novembris et IV Decembris, textus totus proprie et privative, ut vulgo loquimur, Usuardinus sit. Mense Octobri Sancti aliqui ab Usuardo aliunde adsciti commemorantur, ut vide ibi, I, III, XI, XIV, XX et XXV. Hæc in specimen sufficiant.

unde opus inceperit.

169 Superest quærere, unde Martyrologii sui initium fecerit Usuardus? De ea controversia satis copiose dictum est præfationis hujus cap. 2. a num. 109. Beda, Florus, Wandelbertus, Rabanus, Notkerus a Kalendis Januarii cum Romano parvo et Hieronymiano Epternacensi annum ecclesiasticum exorsi sunt; credimus tamen, Rosweydum recte sensisse, quod Ado a IX Kalendas Januarii, seu a vigilia Nativitatis inchoaverit ; idque secutum fuisse Usuardum existimamus, ex præstantissimis vetustissimisque duobus codicibus nostris Pratensi et Heriniensi, a quibus plerique alii dissentiunt. Nos interim primos, et accuratiores Usuardi editores, Muneratum, Belinum, Grevenum et Molanum, atque adeo receptissimum jam morem imitati, ab octava Nativitatis et Circumcisione Domini, seu a Kalendis Januarii exordium sumere maluimus. Atque hic totius nostræ Martyrologicæ genealogiæ terminum figimus, deducta arbore ad Usuardum, qui operis nostri materia, finis et scopus est. Cum vero Martyrologorum nullus, tam numerosam prolem, nullus tot filios post se reliquerit; hi vero a parentis nativa imagine paulatim deflexerint, in eo nobis maxime laborandum ut collectis hinc inde lineamentis, veram perfectamque parentis effigiem adumbrare conemur. Lustremus jam itaque totam Usuardi sobolem.

ARTICULUS III.

Antiquiores Usuardini Martyrologii editiones ordine recensentur.

Aliæ diversæ Usuardi editiones :

Ipso præfationis hujus principio satis præoccupata est, quæ mihi hic fieri posset maxime obvia objectatio, cur scilicet post tam multas Usuardini Martyrologii editiones, quæ in omnium manibus sunt, hæc nostra nova et tam operose elaborata prodeat. Brevi responso rem conficiam, si dixero nullam hactenus editionem repertam, quæ non alterius desiderium post se reliquerit; quippe cum nulla talis sit, quin rerum Martyrologicarum periti, graves in ea defectus et plures excessus deprehenderint, adeo ut multi eruditi viri, etiam recentissime, doctissimos Patres Benedictinos cœnobii sancti Germani a Pratis excitaverint, et tantum non vellicando compellere conati sint, ut autographum suum, seu verum seu putatitium, publici aliquando juris facerent, quod ab ipsis hactenus impetrari non potuit, ut supra satis insinuavimus. Causas ibi memoratas non repeto, omnium instar sit, Bollandi nostri meditatum a tot annis consilium, de edendo olim Usuardo *nativa simplicitate*, ad quam eruendam, plura nobis adjumenta accessere, quam in operis de Actis Sanctorum exordio, aut Rosweydus, aut Bollandus colligere potuerint. Ut autem de hac nostra editione rectum feratur judicium, præmittenda est aliarum omnium censura ; subjiciendi deinceps singulorum codicum Mss. characteres, ex quibus omnibus decerni queat, non superfluam, nec inutilem diligentiam in hoc opere a nobis collocatam. En pollicitam recensionem.

Omnium prima Lubecana maxima an. 1475.

171 Prima omnium eaque antiquissima, quam saltem noverimus, Usuardi editio, ea est, quam frequentissime citatam habes sub nomine MAXIMÆ LUBECANÆ. Lubecanam esse, et anno MCCCLXXV typis primum vulgatam, tradunt Majores nostri in Actis, atque in multis eorum schedis reperio. In ipso opere annus notatus non apparet, cum sit pars aliqua a grandiori volumine avulsa, *quo*, ut in epilogo dicitur, *sacra fasciculariter totius mundi historiæ ambitus continetur*. Patet id ex paginarum numero superne in medio primæ faciei calamo adscripto, qui incipit a CCCCIX pergitque ad CCCCXXXV, unicam semper folii faciem notans. Forma in lato spissoque folio expansa est, unde a nobis merito *Maxima* appellatur, distinguiturque ab alia etiam Lubecana anni MCCCCXC, de qua inferius agemus. Nihil habet hæc editio, quo magnopere commendetur : nam typi ipsi Teutonici seu Gothici valde imperfecti sunt, scatetque totum opus innumeris mendis ; ipsum vero Martyrologium longe recedit ab Usuardina puritate, sæpe auctius et interpolatum, simileque codici manuscripto, quem cum proprio nomine appellare non potuerim, *Antverpiensem* simpliciter nuncupo, ut a duobus aliis *majori*

et *maximo* discernam. Advertet lector cum Lubecana et Antverpiensi plerumque conjungi codicem *Ughellianum*, ut alibi dicam. Non est itaque, qua de agimus, editio primæ et optimæ notæ, classem ferme peculiarem cum duobus aliis constituens inter primos et medios, tametsi sæpius inter primarios locum obtineat.

172 Volumen ipsum ingentis molis, a quo hoc Martyrologium distractum diximus, ad Museum nostrum subinde accessit, sub titulo *Rudimenti novitiorum*. Annus editionis rectissime observatus est, nam ita ad calcem copiosissimi indicis totiusque operis legitur : *Anno secundum carnem Filii Dei a Nativitate* MCCCCLXXV, *ipso die sanctissimi regis et martyris Oswaldi, qui est* V *Augusti, sanctissimo in Christo Patre ac Domino nostro Sixto Papa* IV, *illustrissimo præclarissimæ domus Austriæ Frederico tertio, Romanorum imperatore invictissimo, semper Augusto, ac pro nunc Coloniæ existente; imperiali nobili in urbe Lubecana, arte impressoria, speciali gratia divina, animarum ob salutem fidelium inventa : epithoma istud, partes in sex, juxta mundi sex ætates divisum, prius alibi non repertum, quod placuit* Rudimentum novitiorum *intitulari, Dei adjutorio, qui supernas res ac subternas fortiter, suaviter, tranquilleque dispensat, per magistrum Lucam Brandis de Schass, feliciter est excusum atque finitum.* Nihil hic ad me attinet de tota illa rerum ferragine judicium ferre ; non aliunde pretium, quam ab impressionis ætate habere videtur, quod et in Martyrologium derivari facile patimur, quamvis de cetero, ut purissimum Usuardinum non admittamus.

173 Ætatis ordine priorem excipit editio seu versio Usuardi Belgica, cujus sex soli priores menses apud nos exstant, immixti Legendæ aureæ Jacobi de Voragine, itidem Belgicæ, in parvo folio Ultrajecti vulgatæ anno MCCCCLXXX. Verum neque huic æstimationem vetustas addidit, cum raro pura sit, extracta ex codice aliquo simili *Leydensi* aliisque, quos mediæ notæ appellare consuevimus, et infra latius describemus. Huic jungi potest editio Florentiæ procurata per Franciscum de Bonaccursiis anno MCCCCLXXXVI, quam Henschenius reperit in Bibliotheca Strozziana, eamque cum editione Greveni, aliisque duobus codicibus Usuardinis Mss. contulit, altero ejusdem bibliothecæ Strozzianæ, altero Mediceæ. Quid de ea censendum sit, non est mihi integrum hic depromere, cum sola extracta Henschenius propria manu descripta reliquerit, quæ passim inter Auctaria citamus sub nomine codicum FLORENTINORUM. Frequentissimi excessus ostendunt, quam parum pura sit præfata editio, cujus exemplar Neapoli ad SS. Apostolos asservari, emendatum a Georgio Antonio Vespuccio, Præposito cathedralis ecclesiæ Florentinæ, notavit alicubi Papebrochius. Atque hæc ex aliorum relatu.

Ultrajectina Belgica an. 1480.

Florentina an. 1486.

174 Præter Lubecanam maximam citari sæpius in Actis solet *Lubecana* alia anni MCCCCXC, cum altera *Coloniensi*, priori omnino simili, ipsoque eodem anno vulgata. Habet posterior formam parvi folii cum hac in fine epigraphe : *Explicit Martyrologium Usuardi monachi, sicut habetur augmentatum, ut patet, impressum diligenter per me Johannem Roelhoff de Lubeck, civem sanctæ felicisque Coloniæ Agrippinæ, et consummatum feliciter anno salutis ac gratiæ* MCCCCXC, *in vigilia sanctissimorum trium Regum, præfatæ civitatis patronorum ac protectorum jugiter*. Notavit Rosweydus, *adjunctum* olim fuisse *Legendæ aureæ, et valde ab Usuardo variare* : quod postremum verissimum esse, probant quotidiana auctaria, ex hac et altera editione Lubecana Usuardino textui immixta aut adjecta, quorum plurima ad Colonienses proprie pertinent. Porro Lubecana illa alia, ex priori Coloniensi, aut saltem ex consimillimo manuscripto certo certius desumpta, immixta est *Doctrinali Clericorum*, forma quarta minori ; in eo a priori discrepans, quod incipiat a vigilia Nativitatis Domini. In fine apponitur : *Solus iste libellus directive quemque dirigit ad cœlum. Explicit* Doctrinale Clericorum, *una cum* Martyrologio Sanctorum, *diligenter in Lubeck impressum anno a Nativitate Domini* MCCCCXC. Possent ex isto *Doctrinali* nonnulla curiose observari, sed ea ad institutum præsens nullatenus pertinent.

Lubecana altera et Coloniensis an 1490.

175 De hujus Martyrologii, bis uno anno excusi, auctore vel augmentatore, disputare multis non vacat. Rogatus olim a Bollando P. Jacobus Kritsradt, Societatis nostræ, ut de Hermanni Greven, Cartusiani Coloniensis ætate et scriptis certa aliqua disquirere conaretur, respondit V Martii MDCL, se Cartusiæ illius P. Vicarium adiisse, ex quo didicerit, præfatum Martyrologium anni MCCCCXC, *desumptum* esse *ex scripto quodam* V 3 (qui est numerus bibliothecæ Cartusianæ) *per omnia*. Porro *ad marginem* citati Martyrologii excusi, *in columna dextra ultima vacua scriptum manu P. Garnevelt p. m. Cartusiani : Auctor est V. P. Hermannus Greven (sive Grefgen) sacerdos professus Cartusiæ Coloniensis, qui obiit anno* MCCCCLXXX, V *die Novembris*. At non satis explorata hæc esse, patet ex alia notatione, quam refert idem Kritsradt, nempe, *in prima* ejusdem codicis *pagina scriptum* esse *antiquo charactere ante centum annos; Alibi sic scribitur : Joannes Grefgen, nostræ domus Coloniæ, auxit Martyrologium Usuardi*. Et infra : *Joannes Grefgen obiit Kalendis Aprilis*. Infra denuo : GRIFGIN *Carthusianus*. Audi modo schedulam manu ipsius Vicarii Cartusiæ Coloniensis, F. Joannis Lotley, exaratam, quæ ita habet : *De patria et familia P. Hermanni Greffgen, nihil mihi constat. Alter, de quo mentionem feci, fuit Joannes Scherfgen, patritius Colon. ob affinitatem nominis a me relatus, qui num aliquid scripserit, ignoro. In nulla editione exstat nomen auctoris, quod aliunde conjecturare oportebat.*

earum auctor frustra quæsitus.

176 Cetera in hanc rem perquisita, sed æque incerta, prætereo, cum satis pateat, frustra laboratum in eruendo nomine auctoris, qui editionem illam Usuardinam Coloniensem anni MCCCCXC auxerit aut excudi curaverit : idcirco a Majoribus nostris simpliciter semper editio Coloniensis istius anni, a me vero in Auctariis Usuardinis sic cum Lubecensi conjuncta, ut uno semper nomine utramque designem sub titulo EDITIONIS LUBECO-COLONIENSIS, sive a Cartusianis, uno aut pluribus, sive ab alio procurata fuerit. Alteram ab altera divellere nolui, quod eadem plane referat, videaturque Lubecana ex Coloniensi eodem anno accepta ; quod nemo tantopere mirabitur, si attendat,

priorem

priorem *consummatam* fuisse *in vigilia sanctissimorum trium Regum*. De auctore duarum aliarum editionum Coloniensum anni MDXV et MDXXI, quas brevi recensebimus, aliter sentiendum est; eas enim Bollandus, Henschenius et Papebrochius constanter citant sub nomine *Usuardi Cartusiæ Coloniensis*, vel sub *Additionum Cartusiæ Coloniensis ad Usuardum*, vel sub æquivalenti descriptione, quæ idem designet; frequentissime autem sub appellatione GREVENI non Joannis, sed *Hermanni*, quamvis, si hic obierit MCCCCLXXX, earum editionum auctor esse non potuerit. Sed quidquid de rei veritate demum statuatur, utraque illa posterior editio *Greveniana* a nobis dicitur, toto opere sic semper nuncupata.

177 Anno illo eodem MCCCCXC alia Usuardi editio prodiit Parisiis in folio, sub solo titulo Martyrologii, ut testatur Rosweydus, qui editionem alteram anni MDXXXVI apud Ambrosium Gerault in quarto majori, quæ apud nos exstat, contulit cum priori, servata Lovanii in domo Standonica. Ejus

Muneratus an. 1490 et 1536

auctor vel editor fuit *Joannes le Munerat, Cantor et Scholasticus, Theologus Parisiensis*, ut alicubi notavit Colvenerius; Castellanus proprium nomen admittit, sed titulum alium non tribuit quam *Boursier du collége de Navarre*, I Bim. p. 668, ubi, nisi fallor, in duobus errat; 1, quod pro anno MDXXXVI signet MDXXXV; — 2, quod ita loquatur, ac si eo primum anno editio facta fuisset, cum constet priorem alteram annis XLV vetustiorem esse, sitque verosimillimum, Muneratum ad secundam usque editionem non supervixisse. Observatione dignus est titulus, qui in posteriori editione adscribitur his verbis : *Martyrologium, hoc est Martyrum recensio, sive catalogus, in quo, quid pro Christi Ecclesia et fide, sancti Martyres Dei passi, gesserint, succincte et vere recensetur, eorumdemque festivitates, in quemque mensis diem incurrant, indicantur; ad Eusebii et Hieronymi aliorumque sacrorum authorum exemplum, cura et jussu Caroli Magni imperatoris digestum, insertis lectionibus moralibus, disciplinæ ecclesiasticæ regulam continentibus, de mandato Ludovici Christianissimi et gloriosissimi, semperque Augusti, conscriptis, anno a Christo nato* DCCCXVI. Hæc facile corrigi possunt; utinam tota editio erroribus aliis et præsertim typographicis, non redundaret! Ceterum inter puriores Usuardos hic connumerata est, tunc exclusa, cum alio deflectit.

178 Descriptas hactenus Usuardi editiones, celebritate sua antecellit ea, cui hic titulus præfigitur : *Martyrologium secundum morem Romanæ curiæ*. In fine autem ita habetur : *Finit Martyrologium*

Belinus an. 1498, 1521, etc.

accuratissime emendatum per magistrum Belnum de Padua, Ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini; nec non additionibus Patrum aliarum religionum copiosus (in alia editione *copiosum effectum*. *Impressum Venetiis jussu et impensis nobilis viri Lucæ Antonii de Giunta Florentini, arte autem Joannis Emerici de Spira, anno* MCCCCXCVIII, *Idibus Octobris*. Facile observas, male impressum auctoris nomen *Belnum* pro *Belinum*, quod in altera editione emendatum est, vel *Bellinum*. Postremo hoc modo scripsere passim Majores nostri in Actis, nec male, cum ita exprimatur in præfatiuncula ante Kalendas Januarii. Ego aliam formationem secutus sum, quod eam veriorem existimaverim, cum in editione Parisiensi clare ad calcem poneretur, satisque appareret, in prima Veneta litteram L absorptam fuisse. Utramvis inflexionem elegeris, perinde nobis erit. Monendus hic lector, non-

De prima editione,

numquam in Actis, memoriæ lapsu, præfatam editionem Venetam citatam esse sub anno MCCCCLXXXVIII, pro vero anno MCCCCXCVIII : sic habetur tomo II Maii pag. 657, etc.

179 Liceat mihi hic verbo quærere, fueritne typographus ille *Joannes Emericus de Spira*, filius aut nepos *Joannis Spiræ* vel *de Spira*, an idem ipse, qui typis longe elegantissimis, rotundis seu Romanis anno MCCCCLXIX Venetiis excuderat Caii Plinii historiam naturalem in amplissima forma et quidem membranea; quam dono, æterna memoria digno, Museo nostro hagiographico traditam voluit vir illustrissimus nostrique Operis studiosissimus Guilielmus Albertus Baro de Grisperre, Goyck et Libersaert, Brabantiæ Concellarius, de qua verbo memini in dedicatione Tractatus mei de Patriarchis Alexandrinis, ante tomum V Junii, eidem patrono nostro et Mæcenati inscripti. Dubium movet adjecta præfato volumini metrica hujusmodi epigraphe :

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet;
Quique etiam fractus pene legendus eram,
Restituit Venetis me nuper SPIRA JOANNES
Exscripsitque libros ære notante meos, etc.

Cur autem filio potius, nepoti vel alteri consanguineo, Belini editionem tribuendam censeam, facit immensa typorum diversitas, excudendique ratio tam parum accurata, ut Belini Usuardus ad Plinium nec per umbram comparandus sit. Sed ad Belinum redeamus.

180 Præmittit ipse solitis præfationibus aliam, fortasse suam particularem, a Molano etiam editam, qua fatetur se solos duos Martyrologos, nempe Hieronymum et Bedam, Usuardo antiquiores agnoscere. *Tertius*, inquit, *fuit Usuardus monachus, cujus opus magis habetur in usu apud multas ecclesias, quæ etiam creduntur aliqua ejus operi in locis variis addidisse, præcipue de Sanctis et festis pertinentibus ad easdem. Et hujus est Martyrologium scriptum, quod nos pro majori parte duximus eligendum et præ aliis tenendum*. Candide et vere ait, *pro majori parte*, nam et ipse Sanctos et festa pro arbitrio suo addidit, ut ex Auctariis Usuardinis sæpe patebit. Nihilominus a Scardeonio, de antiquitate urbis Patavinæ lib. 2, classe 7, pag. 154, laudatur Belinus non solum ut editor, sed ut corrector *Martyrologii, quod olim cum pro sua raritate in choris tantum et in conventibus publice legeretur, nunc hujus opera factum, ut ab omnibus legatur*, etc. Adde his Castellani verba, Bimestri I pag. 134, quibus hanc laudem Belino tribuit, quod quemadmodum Notkerus inter antiquos classicos Martyrologos postremus est, ita Belinus inter recentiores sit primus. Sciebat utique vir eruditissimus, alias editiones Belinianam præcessisse, sed huic primas deferre voluit, quod communior esset, magisque pervulgata.

181 Præter

181 Præter primam illam Venetam editionem anni MCCCCXCVIII, est penes nos posterior Parisiensis anni MDXXI; atque hæ solæ sunt, quas toto opere citavi, cum posteriores seu Venetas, seu alias impressiones in Museo nostro non repererim. De aliquibus loquitur Molanus in editione anni MDLXXIII præfatione ad lectorem pag. 7 : *Venetiis ad signum Spei excusum* (Belini Martyrologium) *anno* 49 *et Parisiis anno* 21 (et hac potissimum editione utitur Molanus). *Videtur etiam id nonnihil auxisse Sanctis Paduæ, et Venetæ ecclesiæ, et diversarum religionum. Exstant et alia Romanæ ecclesiæ Martyrologia, quæ non vidi. Ecclesia enim sancti Petri, utitur Martyrologio Venetiis impresso anno* 60, *quod Alexander Peregrinus Brixiensis, Julii tertii sacellanus, opera sua emendatum edidit. Ecclesia autem Lateranensis utitur Martyrologio apud Hieronymum Cavalcalupum anno* 1564 *impresso.* Videor recordari, nominatas alicubi editiones annorum MDXLVIII et MDLXVI, nisi fortasse in numeris erratum sit, et annus LXVI, pro LXIV; et XLVIII, pro XLIX, male redditus. Sed quidquid de his sit, solæ duæ superius laudatæ a nobis appellantur, quarum posterior a puritate Usuardina magis deflectit. Excessus et defectus suis quique locis in Auctariis describuntur. *qua et secunda, non aliis usi sumus*

182 Belinianis longe castigatior et accuratior gemina Coloniensis editio anni MDXV, et MDXXI, quam utramque Hermanno *Grefgen* seu *Grefgin* (molliori inflexione *Greven)* a Majoribus nostris adscriptam nuperrime dixi, et porro adscribere perrexi, non alio quam *Greveni* nomine, ambas appellans. Scio, citari aliquando sub generaliori appellatione *Cartusiæ*, vel *Cartusianorum Coloniensium;* sed frustra pluribus tribuitur, quod ab uno solo procuratum est, ut ex ejus verbis paulo inferius constabit. Non magna, in re inter utramque diversitas, paulo major in stylo; sed ultima correctior est, et cum priori ita collata, ut ex una, utriusque sententia perspiciatur. Utraque apud nos est, utramque consului, siquando commemorationum varietas id mereri videbatur. Optime profecto de Usuardo meritus est, aut Hermannus ipse Grevenus, aut quiscumque alius editiones illas adornavit et correxit, dum textum ipsum Usuardinum, apposito signo, ab additionibus variarum ecclesiarum sollicite discrevit, non sic tamen, ut textus ejus semper omnino expurgatus sit. Non lubet hic dies omnes percurrere, quibus ab omnimoda puritate recedit; faciet id lector, si subjunctos Usuardinis textibus codices vel solum numerare voluerit. Notanda hic sunt, quæ Grevenianæ editioni propria animadvertimus. *Grevenus an. 1515 et 1521.*

183 Satis certum est, Grevenum (sic auctorem imposterum nominare liceat) priorem editionem Coloniensem habuisse præ oculis, at ut textum genuinum ab accessionibus secerneret, adjutus fuit codice aliquo Usuardino ex Gallia accepto, quem Carnotensem fuisse, probant additamenta ei ecclesiæ propria, a me hinc inde detecta, ut XIV Martii : *Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi et confessoris.* Item XVI Maii : *In pago Carnotino, passio sancti Emani, Mauritii atque Almari.* Solus mensis October exempla quatuor suppeditat, ut : VII Oct. *Civitate Carnotis, inventio corporis sancti Caletrici, ipsius civitatis episcopi.* Tum XVI : *Carnotis, natalis sancti Prisci martyris, super Fluvium Andure.* Rursus XVII : *Carnoti, sanctæ Solinæ virginis. Apud eamdem urbem, dedicatio basilicæ in memoria beatissimæ Mariæ matris Dei et Domini nostri Jesu Christi.* Denique XXV : *Apud Carnotum, dedicatio ecclesiæ sancti Johannis Baptistæ, et sancti Vincentii levitæ et martyris.* Quæ, aliaque in decursu operis nonnumquam observata, clare, ni fallor, ostendunt, non potuisse illa Usuardo tribui, nisi quia in proprio Carnotensi codice reperta, quem solum habuerit, et tamquam purum Usuardum Grevenus sibi sequendum præfixerit. *ex codice Carnotensi,*

184 Utitur alio signo Grevenus, sic ferme formato, L, de quo ita loquitur in præfatione sua fol. 5 : *Interdum autem,* inquit, *parvus* L *ponitur, ad insinuandum, Sanctum illum, cui præponitur, superadditum esse Usuardo, quamvis ante* (aliud signum) *ponatur. Quod tamen in festis Conceptionis, Præsentationis, et Visitationis beatæ Mariæ, sancti Thomæ episcopi et martyris, et sanctæ Catharinæ virginis et martyris minime observatum est.* At quocumque signo affecta vel non affecta fuerint ea quæ textui Usuardino adjiciuntur, ea nobis sufficiens ratio est, quemadmodum alibi non semel diximus, ut Grevenus e purorum codicum numero excludatur. Sic habes citatis jam diebus, item I Aprilis, V et XX Augusti, XIII Septembris et alibi. In fine totius operis rationem reddit, cur Sanctos aliquos Martyrologio non putaverit inserendos, ubi inter alia sic loquitur, ut vere colligi possit, non plures, sed unicum totius collectionis auctorem esse. En ejus verba : *Finis Martyrologii Usuardi monachi, cum additionibus ex diversis Martyrologiis multo sudore collectis, separatimque jam secundo, anno* D. MDXXI *apud Coloniam Agrippinam adjectis. In quibus additionibus,* QUI IPSAS COLLEGIT, *juxta sententiam D. Hieronymi vel Bedæ, simpliciter fidem sive historiæ, quam legebat, sive diversorum in hac re studiosissimorum scriptis accommodavit; deprecans charitatem Spiritus sancti, ut labor suus fructum in devotorum profectu, ad Dei et Sanctorum ejus gloriam, invenire valeat.* Quæ hic addi possent, ex proxime sequentibus facile intelligentur. *textu ab Auctariis distincto.*

185 Usuardi editionibus hactenus enumeratis, nitore, elegantia et puritate palmam omnino eripit, postrema ordine, quam peculiari studio adornavit Joannes Molanus, Lovaniensis Theologus, vero cognomine Belgico *Vermeulen*, quod Gallice vertit Castellanus in præfatione ad Martyrologium universale, *de la Meule.* Malim ego vertere *du Moulin.* Testatur Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, Insulis Flandrorum natum esse MDXXXIII, *quo pater*, inquit, *discendi idiomatis Gallici gratia, cum uxore prægnante, concesserat.* Mirum est, quod addit, *nonnisi materni ac vernaculi, hoc est Brabantici sermonis, gnarum fuisse, malluisseque Lovaniensem audire*, a matris patria; cum pater esset Schoonhovianus. Ego ex Molani lectione mihi plane persuaseram, Gallici sermonis peritum, imo in servanda Gallica scribendi ratione paulo scrupulosiorem, utpote qui ubique ab efformando W studiose abstineat, quod ipsum in auctariis ejus plerumque servavimus, nimis religiose fortasse, sed eadem scribendi ratione, quæ in aliis Usuardinis codicibus passim servata est, ut vel hinc haberent curiosi, quo de singulorum pretio facerent conjecturam. *Molanus an. 1568, 1573, etc*

186 Quid

186 Quid si autem in lingua Molani vernacula tantillum aberrarit Valerius, qui nec Martyrologii ejus editiones satis accurate consuluit. Etenim Molani scripta enumerans, sit habet primo loco : *Usuardi Martyrologium, annotationibus auctum, Lovanii* MDLXXIII *et* MDLXXXVII, *typis Hieron. Wellæi.* Dormitavit hic Valerius, nam prima editio Wellæana annum præfert MDLXVIII, altera MDLXXIII ; tertia est Antverpiensis apud Nutium anni MDLXXXIII, quæ etiam Parisiis magno volumini Historiæ veterum Patrum per La Barre inserta est, eodem ipso anno MDLXXXIII, nec alias scio hactenus prodiisse. Huc spectat hallucinatio altera, nisi fallor, V. C. Du Pin, qui in sua scriptorum Bibliotheca editionis Amstelodamensis, sec. IX pag. 200, col. 2, impressionem, nescio quam, Antverpiensem citat, pro anno MDXXXVIII, priorem scilicet Lovaniensi anni MDLXVIII. Verum conjicio, male legisse eruditissimum virum, aut forte cifras transpositas reperisse, sic ut pro ultimæ editionis anno 1583, viderit 1538 : qui certe facilis lapsus est; at turpius errat idem Bibliographus, dum in citata ipsa columna, Bollandum in Mosandri locum substituit, Surianique supplementi auctorem facit.

Elogium ex Valerio

187 Quidquid interim sit de Molani natalibus, aut vernaculo sermone; constat, eruditione et scriptis, quæ ibi Valerius explicat, celebrem fuisse, sed prima Usuardi Martyrologii editione celebratissimum. Hæc una est, quam supra dicebam, antiquioribus omnibus palmam præripuisse, eo potissimum, quod Usuardi textum, quanta fieri potuit diligentia, nativæ puritati et simplicitati restituerit. Hanc extollunt, hanc celebrant, hanc merito suspiciunt Hagiophili omnes, tantoque in pretio fuit Cardinali Baronio, ut hoc æstimationis suæ perenne monumentum, præfat. ad Martyrologium Romanum cap. 9 exstare voluerit : *Tanti viri, de Ecclesiæ Dei et veritate Catholica optime meriti, nec brevem scedulam deperire æquanimiter patior, cui (dicam ingenue) istæc omnia, hac ex parte accepta fero, quod in densissimam silvam primus ipse ingressus, mihi aliisque aditum patefecit, quo etiam nomine, cum ego, tum eruditi omnes plurimum ei debere, lubenter agnoscimus et confitemur.* Laudat illic etiam Baronius editionem posteriorem, seu mavis posteriores, nam qui earum unam novit, omnes novit; mihi vero omnibusque, puræ et nativæ Usuardinæ simplicitatis adoratoribus, unice cara summoque in pretio est prima illa, in qua sola Usuardus agnoscitur, altera vel alteris, nescio quorum ductu et consilio, mutationibus, transpositionibus, atque interpolationibus ita deformatis, ut Usuardus prope ex oculis fugisse videatur. Priori itaque ad eruendum Usuardi textum usi sumus, aliæ augendis ferme Auctariis plerumque subserviunt. Audiamus modo Molanum ipsum de prima illa sua editione, præfationis cap. 4 disserentem.

et Cardinali Baronio.

188. Mitto illa, in quibus cum Sigeberto aut cum aliis a vero aberravit; sic ibi prosequitur : *In primo autem prologo, inter eos, qui Usuardo communiter præmitti solent, notatur, Usuardi opus magis quam Hieronymi aut Bedæ in usu haberi apud multas ecclesias; quæ etiam ejus operi creduntur aliqua in locis variis addidisse, præcipue de Sanctis et festis pertinentibus specialiter ad easdem. Propter istas autem additiones ad Usuardum, non facile est, ipsum Usuardum solum et absque additionibus ei indistincte permixtis prælo dare : quod tamen nos fecisse spero, quamvis subdubitem, num pauca nostros conatus subterfugerint. Interposui quidem nonnulla in ipso Usuardo ex Beda, Adone, diversis ecclesiarum Martyrologiis et aliunde, sed alio charactere et præmissa littera, per quæ lector facillime advertat, ea Usuardi non esse. Contuli autem Usuardi Martyrologim Coloniæ in 8 excusum anno* MDXXI, *cum Romanæ Ecclesiæ Martyrologio; ea enim Usuardo aucto utitur ; item cum diversis Martyrologiis in Francia excusis, quæ omnia sunt Usuardi , sed aucta ; et postremo cum Mss. aliquot, et ex horum collatione, animadverti Usuardum Coloniæ prædicto anno impressum, paucas tantum habuisse additiones ab Usuardo indistinctas : plurimas enim habet, sed ab Usuardi verbis notula aliqua distinctas. Indistinctis itaque illis additamentis ex Usuardo expunctis, est in hoc Martyrologio ipse Usuardus majori charactere solus, et diversorum exemplarium subsidio castigatus. In quibus omnibus* USUARDUS *scriptum invenio, semel atque iterum* HUSUARDUS; *Trithemius tamen et plures Germani eum* ISUARDUM *nominant.*

Ejus præfatio expenditur

189 Ex his paucula nobis expendenda sunt et illustranda. Verissimum censeo, quod ait Molanus, *propter additiones ad Usuardum non facile esse Usuardum solum, et absque additionibus ei indistincte permixtis prælo dare;* nam adhibita omni sua diligentia, locis plusquam triginta ab Usuardina puritate recessisse, in Observationibus nostris lector inveniet. Nec quisquam existimet, me ita mihi abblandiri, ut simplicitatem omnem assecutum putem, quod qui fieri satis commode possit non video, cum inter tot editiones jam recensitas, et tot Mss. codices, quos porro recensebimus, nullus sit, qui non pluribus excessibus aut defectibus laborare comperiatur. Id præ Molano, subsidii habuimus, quod plures omnis generis codices ad manum fuerint, quod ejus aliorumque solertia adjuti, apertis, consultis, collatisque Usuardi fontibus, facilius longe nobis fuerit falsa a veris, genuina a spuriis, scoriam ab argento secernere. Si quid conatus nostros subterfugerit, et cognoscendi et ignoscendi errati locum nobis datum iri, plane confidimus. Argumeuta ultro citroque ad eruendam probandamque Usuardi puritatem ventilata, hic repetere superfluum judico, cum hæc sit totius nostri operis per singulos dies deducta materies.

190 Pergit Molanus : *Contuli autem Usuardi Martyrologium Coloniæ in* 8 (minori forma) *excusum* MDXXI (Grevenum indicat, de quo proxime egimus) *cum Romanæ ecclesiæ Martyrologio; ea enim Usuardo aucto utitur.* Ea est Belini editio, quam pro Romano Martyrologio accepit Molanus, ex hoc capite a Baronio reprehensus , sed *tolerabili,* inquit vir eminentissimus, *et venia digno errore, cum ipse tam longe positus, ea nesciverit, quæ illi, qui Romæ agunt, vix magno labore, pervigili diligentia, et summa sunt industria consecuti.* Siquidem id consecuti sint, aut consequi potuerint, rebus illis adhuc in obscuro latentibus. Quamquam enim Baronius præclare doceat, Romanum aliquod antiquum fuisse Martyrologium a sancto Gregorio descriptum, fateri tamen cogitur , se istiusmodi Martyrologium numquam vidisse ; nos vero sub principium superioris capitis evicimus, Gregorii characteres

et paucis illustratur.

in Martyrologium,

in Martyrologium, ab Adone Ravennæ repertum, nullatenus convenire ; in quo Romanis nihil damni datum est, cum pro uno bina Martyrologia vera, genuina, vetusta et pridem publici juris facta ipsis vindicaverimus. Hæc cum Molanus ignoraverit, Belinus autem editioni suæ gloriosum titulum *Martyrologii secundum morem Romanæ curiæ* præfixisset, venia certe dignissimus fuit error ille perexiguus, quo Belini Usuardum *Ecclesiæ Romanæ Martyrologium* appellavit.

191 Ceterum utroque isto Greveni et Belini Martyrologio usum fuisse Molanum, ex sola collatione certissimum est, adeo ut sæpe etiam errores adoptaverit, aut saltem in Auctaria ejecerit, præsertim ex altera illa Belini editione Parisiensi, cum prima ipsa et purior Veneta anni MCCCCXCVIII ei nota fuisse non videatur. Contulit *item* Molanus Usuardum *cum diversis Martyrologiis in Francia excusis, quæ omnia sunt Usuardi, sed aucta.* Quæ fuerint diversa illa Martyrologia, explicat ipse præfationis cap. 12, eaque potissimum revocantur ad binas editiones Munerati et Belinianam anni MDXXI, de quibus supra diximus. Vellem distinctius codices suos Mss. enumerasset Molanus, illum præsertim, quem citat sub littera Q, quemque eumdem plane existimo, cum præclarissimo nostro Heriniensi, qui in Molani manus facile venire potuit, cum ipsum habuerit Augustinus Hunnæus, Theologus et Canonicus Lovaniensis, Molani æqualis. Paulo clarius laudatum codicem designat in secundæ editionis epistola ad lectorem pag. 6 versa, eum vocans *Usuardum Ms. qui vix ullas habebat additiones, præterquam de sanctis Remensibus*, quæ est ipsa nativissima Heriniensis nostri effigies. Interim ex perpetua Molanianæ editionis codicisque nostri collatione, non video adhibita esse omnia, quæ adjumento esse poterant, ut clarius docebunt Observationes nostræ Usuardinæ.

Quibus codicibus se usum asserat

192 Unum est, quod hactenus haud satis explorare potui, unde nimirum Castellano, Bimestri I pag. 196, innotuerit, usum fuisse Molanum in additionibus,Martyrologio Ms. ecclesiæ Parisiensis, descripto ex antiquiori anno MCCCXVI, et rursus transumpto anno MDXXIX. Certe inter omnia, quæ in præfationibus tum prioris, tum posterioris editionis fuse commemorat Molanus, de tali Pariensi Ms. nusquam, quod sciam, meminit. Videat lector cap 12 et 13 præfationis primæ, et § 10 epistolæ ad editionem secundam. Si dixisset Castellanus, præluxisse editiones Munerati, et Belini, id recte attigisset, quod ipsemet Molanus asserit, contulisse se Usuardum *cum diversis Martyrologiis in Francia excusis.* Videor etiam posse colligere, non vidisse Molanum, verum vel prætensum autographum, quod in S. Germani a Pratis Parisiis asservatur, neque ejusdem ecgraphum ad ipsum fuisse transmissum, quod lectoribus significare nequaquam prætermisisset. De cetero, cum ex tot codicibus, tum Mss. tum typis editis, ea Molani editio adornata sit, eos omnes meis annumerari cupio, quo postremæ huic nostræ editioni non exiguum auctoritatis momentum accedere oportet, utpote cum ex tot exemplaribus eruta sit, recensita, castigata, emaculata.

193 Inveniet præterea lector citatum aliquoties mense Januario Usuardum aliquem satis purum, editum cum *Agonibus Martyrum*, sive cum libro, qui hunc titulum præfert, quem utinam integrum habuissemus! verum cum solus ille mensis exstet, de eo pluribus dicere supersedeo. Est etiam penes nos Martyrologium seu *Viola Sanctorum* editionis Argentinensis anni MDVIII, cujus non semel in Actis meminerunt Majores nostri. Ast eo usi non sumus, quod frequentissimis magisque interpolationibus, nimium ab Usuardi stylo deflectat. Ferme in oppositum peccat *Martyrologium Ordinis sancti Benedicti*, quod habemus et manuscriptum et editum, non magis ad Benedictinos, quam ad alios quoslibet religiosos spectans, nulla loci aut anni nota apposita. Non deerat nobis codicum aliorum opima et abundantissima messis. *Hagiologion Franco-Galliæ*, a nostro Labbeo editum, non merebatur nomen Martyrologii authentici *(très-authentique)* ut ipsum vocat Castellanus pag. 654; nam plane incompletum est, et quidquid boni habet, præter Bituricensia propria, ex Usuardo fere decerptum est. Sic nec Maurolycum aut recentiores alios Usuardi non editores sed interpolatores, ad genuinum ejus textum inquirendum consulendos putavi ; quemadmodum neglecta est editio Germanica Walasseri citata quandoque sub nomine venerabilis nostri Petri Canisii, licet plerumque Usuardum referat, sed locupletissime auctum. Rursus, nulla est habita ratio additionum manuscriptarum Papebrochii ad editionem Coloniensem anni MCCCCXC, ex codice abbatiæ S. Michaelis Antverpiæ, quod eæ plerumque a nostro Usuardo longissime recederent. Ut paucis rem concludam : tot aliunde suppetebant codices, ut plures quærere esset superfluum ; aliunde vero, ita Auctaria quandoque excrescere animadvertebam, ut de rescindendis potius nonnullis, quam de novis accersendis non semel cogitaverim. Hæc de vulgatis Usuardi libris, nunc ad manuscriptos procedimus.

Editio libro de Agonibus Martyrum juncta.

Quibus editionibus usi non sumus.

ARTICULUS IV.

De Codicibus Usuardinis manuscriptis.

§ I.

De Codicibus purioribus, ac primum, De Usuardo Pratensi.

Inter codices Usuardinos Mss. quos habemus decem et septem numero integros, et collatos cum Greveno aut aliis, supra triginta, præter Chiffletianos octodecim et plures alios ; inter illos, inquam, omnes principatum apud nos semper tenuit, si non omnimodæ puritatis, saltem vetustatis titulo, codex ille, qui in cœnobio S. Germani a Pratis, tamquam auctoris ipsius manu scriptus sive autographus, summo in pretio habetur ; adeo ut nullis conatibus impetrare potuerim, ad breve saltem

tem tempus, quo securius in hac editione procederem, mihi commodaretur. De eo in præfatione sua meminit Bollandus pag. II, ita scribens : *Eum codicem Usuardi ævo, aut non multo post scriptum censet Sirmondus noster, qui pro sua humanitate meum illud apographum cum alio quadringentorum facile annorum, aut etiam vetustiore, qui in eodem sancti Germani cœnobio Parisiis asservatur, accurate contulit.* Ita fert *notabile* codici nostro præfixum, ubi indicatur per litteram A, prius illud designari; per B, posterius. Pergit ibidem Sirmondus : *Hoc nostrum antigraphum ex priore descriptum est; in quo quæ lineolis subnotata sunt, ea ex autographo A vel ad marginem apposita, vel in textum ipsum, sub finem cujusque diei inserta fuerunt, alia manu, ferme tamen antiqua. Ex quo apparet, ea non pertinere ad Usuardi Martyrologium, sed adjecta post fuisse a monachis, præsertim sancti Germani, ad quos magna ex parte spectant.*

Apographum contulit Sirmondus,

195 Quam accuratam moniti hujus rationem habuerimus, ex nostris Observationibus abunde liquet. In fine paginæ alia manu legitur : *Hoc Usuardi Martyrologium cum citatis hic codicibus, una cum R. P. Jacobo Sirmondo contuli Parisiis anno* MDCXXXI. *Joannes Baptista de Cortas, Societatis Jesu sacerdos.* Vulgo nota est celeberrimi Sirmondi in conferendis dignoscendisque antiquis codicibus peritia ; nihilominus cum hinc et inde ex Castellani citationibus nonnullam ab antigrapho nostro diversitatem observassem, ad eum ipsum confugi, ut de prædicto codice distincte, minutim, et exacte instruerer; quod et præstitit, semel, iterum ac tertio ad fontem recurrendo, ea diligentia et scrupulosa ferme religione, ut nec apicem prætermisisse videri possit; quamquam qui non minori benevolentia Castellani vices supplevit eruditissimus noster Stephanus Chamillart, postrema collatione, nonnullos nævos observaverit. Ceterum Castellanus novam ex integro cum prima editione Molani collationem exorsus, in epistola data XXXI Maii MDCCIX, per dies singulos variationes quantumvis exiles solertissime adnotavit. Atque eo subsidio vehementer impulsus sum, ut opus, fastidiosissimis disquisitionibus plenum, audentius aggrederer. Fatebor hic ingenue in viri Hagiophili laudem, non minori constantia in porrigenda, quoad vixit, auxiliatrice manu perseverasse, quam principio se facturum spoponderat, postquam per subsequentes litteras XXXI Julii ejusdem anni datas, non sine mœrore significasset, superiores cœnobii sancti Germani, ad transmittendum huc codicem, per eruditissimum Theodoricum Ruinartium induci omnino non potuisse.

Castellanus magis explicuit,

196 Inter hæc amicam disceptationem agitabamus de antiquitate non solum, sed maxime de sinceritate, puritate et simplicitate jam dicti sæpe codicis, quem tot lituris, erasionibus, superinductionibus, adjectionibus, detractionibus, mutationibus respersum diffiteri non poterat: cui cum ego opponerem codices nostros, præsertim Heriniensem, ubique integrum, nitidum, plenum, vetustate et splendore venerandum; ivit ad illud denique, quo se tutatur Mabilio, nempe ex Necrologio, illi codici adjecto, constare, scriptum illum Usuardi tempore, ac proinde ab ipsomet auctore : interpolationes vero, lituras, erasiones, inductiones, suprascriptiones et hujusmodi alia signa sibi videri, ex quibus vere autographum censeri debeat, auctum, imminutum, variatum, quemadmodum in autographis, prima manu scriptis, passim usuvenire eruditi noverint. Hinc ad probandam vetustatem, huc ad me transmisit Monitum, a Mabilione codici illi propria manu præfixum, quod cum in citata sæpius præfatione ad sec. 4 Benedictinum, parte 2 pag. LXXXVII editum reperiam, malo ipsum inde transsumere. Sic ibi scribit vir eruditissimus nobisque semper æstimatissimus Mabilio :

codicem Pratensem propugnans.

197 *Et sane antiquissimum ejus Martyrologii exemplar habemus, eo tempore* (nempe seculo nono quo Usuardus vivebat) *exaratum, cum subjecto Necrologio, in quo primaria manu mors Irmintrudis reginæ, uxoris Caroli Calvi, signata est Nonis Octobris ; obitus vero Caroli II imperatoris, pridie Nonas Octobris manu recentiori. Itaque hic codex scriptus est eo temporis intervallo, quod effluxit inter annum* DCCCLXIX, *Irmintrudis supremum ; et annum* DCCCLXXVII, *quo Carolus Calvus defunctus est. Idem etiam confirmatur ex Ebroini episcopi et abbatis sancti Germani obitu, qui anno* DCCCLVIII *contigit, prima manu* XIV *Kal. Maii consignato ; cum successorum ejus Hilduini et Gozlini,* XVI *Kal. Maii; atque Eboli,* VI *Nonas Octobris obitus, secunda manu conscripti sint.* Nimis mihi probata est Mabilionis sincera fides, nimis perspecta ejus in distinguendis vetustis characteribus solertia, ut adductas obituales notas, earumve exploratam diversitatem in dubium velim revocare, quamvis si codicem ipsum licuisset inspicere ac severiori critice Necrologium istud excutere, omnia inter se componendo conferendoque, forte nonnulla occurrissent, quæ vim argumenti infringerent, aut saltem exceptionibus ansam præberent.

argumento Mabilionis,

198 Neque vero ex signatis Necrologii annis ea *convictio* exoritur, quam mihi ingerebat Castellanus. Quid si enim totus ille codex, centum et, si vis, ducentis annis post Usuardi obitum scriptus sit, ecquid eadem prima manus Necrologium aliquo usque prosequi potuit ; secundaria autem, nescio quæ, reliqua superaddere? Ut valde probabile admitti debet Mabilionis argumentum, ut convincens, nequaquam : magis convinceret, nisi adessent, quæ in codicis commendationem non magnopere faciunt. Certe ex aliis mox deducendis, alterutrum forte probabilius confici posse videbitur : vel diversa Usuardum scripsisse Martyrologia, seu ejusdem Martyrologii variata exempla, ex quorum uno Heriniensis noster atque alii processerint, quemadmodum ex aliquo alio Pratensi simili, sumpti apparent Antverpiensis major, Rosweydinus et Aquicinctinus; vel ad Usuardi ætatem prædictum Pratense manuscriptum pertingere non posse, atque adeo recentius exaratum dici oportere, idemque a posteris ejusdem instituti monachis, eo quo jam exstat modo interpolatum et reformatum, aut potius deformatum fuisse, quod ex tota codicis structura, ex vario charactere, aut ex scripturæ ejusdem, diversis temporibus et diverso atramento, appositione, nævisque aliis magno numero occurrentibus, sibi continuo objici posse, facile advertit Mabilio.

non plane peremptorio.

199 Audiamus vero, quo pacto ad hæc sese præmuniat citato nuperrime loco. Sic ibi pergit : *In illo Usuardi (sic enim appellare licet) autographo nonnulla passim additamenta reperiuntur, quædam etiam lituræ et scripturæ, eodem, ut videtur, tempore superinductæ, fortasse ipsius auctoris manu, qui opus suum*

idemtidem

idemtidem recognoverit. Haud equidem diffiteor id ita fieri potuisse, ut mihi non semel a Castellano dictum regestumque est. Vellem ita verisimile reddi posset, atque codicis illius patronis effugium placet : aliunde enim infra arguemus, si verus est Mabilionis Achilles, non tantum vitæ Usuardo superfuisse, ut tot variationes in autographum suum induceret. Ego mihi videor, rem omnem diutius, maturius, accuratius et ex professo expendisse, dum diebus singulis textus singulos, imo singulorum textuum commemorationes, cum aliis codicibus, itidem Usuardinis, purioribus et integrioribus contuli; ex qua collatione difficultates offendi, quæ prædictum, seu vere seu prætense autographum in pluribus, ut minimum suspectum reddant, quamquam de cetero primum ei inter alios locum semper tribuerim. Liceat mihi hæsitationes meas atque occurentia sæpenumero dubia proponere, quæ ab eruditissimis viris, codicis jam toties laudati possessoribus, dissolvi velim.

200 Non repetam, quæ toto sparsim opere in Observationibus meis Pratensi illi autographo sigillatim opponere coactus sum ; sufficiet dies hic aliquot indicare, ubi ea reperiri possint. Videat lector mense Januario , die I, IX, XII, XIII, XIV, XVI, XXII, XXVI, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI. Mense Februario : die III , VIII, XVII. Mense Martio : die X, XVII, XVIII, XXVI, XXVII, XXIX, XXX. Mense Aprili : die II, XII, XVII, XIX, XXII, XXIII, XXVI. Mense Maio : die X, XI, XXVII. Mense Junio : die I, IV, V, IX, X, XV, XVII, XXI, XXV, XXVI, XXX. Mense Julio : die I, VII, XI, XVIII, XX, XXII, XXVIII. Mense Augusto : die XII, XXIII, XXVI, XXIX, XXX. Mense Septembri : die I, III, V, XXIII, XXV. Mense Octobri : die XIII, XVI, XVII, XIX, XXIV, XXX. Mense Novembri : die I, II, XIII, XIX, XXI, XXIII. Mense Decembri : die IV, XXII, XXV, XXIX, XXXI. En locis ferme octoginta, atque aliis non tam scrupulose hic annotatis, a simplicioribus codicibus aliis, tum excusis tum Mss. dissentit Usuardus Pratensis (quamquam non semper ea causa e purorum numero exclusus sit.) tot, inquam, locis aut mutilus, aut auctus, aut contractus, aut interpolatus est, quid igitur aliud inde consequens videri possit, quam aut autographum non esse codicem illum, aut saltem aliud fuisse autographum unum vel plura, ex quo vel ex quibus Heriniensis et alii, Pratensi puriores, de quibus infra agemus, descripti sint ? *Plurimæ ejusdem codicis, variis modis aberrationes*

201 Scio cum Mabilione et Castellano mihi reponendum, non paucas ex recitatis variationibus tales esse, ut licet lituris inscriptæ, aut ad finem additæ, aut translatæ, transpositæ et intortæ sint, potuerint tamen ab ipsomet Usuardo, *opus suum idemtidem recognoscente*, adscribi vel superaddi. Novi poetæ verbum, *jus summum, sæpe esse malitiam*, vel ut alii legunt , *injuriam*. Nolo esse exactor nimis rigidus, nolo contendere, nolo vetustissimum, primariumque Usuardi exemplar concutere, nedum convellere ; imo id pervelim, ut venerandus codex ab omni prorsus suppositionis vel minima suspicione liberetur. At enim, ubi nuda veritas inquiritur, nefas est quiddam dissimulare ; aperte omnia eloquor. Id scrupuli remanet, quod mihi hactenus eximere haudquaquam potui. Demus, additiones plures, mutationes, interpolationes, superinductiones, transpositiones, ab ipso auctore factas, necdum perspexi, qua satis ratione solvantur variationes illæ, prima ipsa manu in ipso textu codicis Pratensis expressæ, quæ in nullis aut solum perpaucis codicibus, tum scriptis tum impressis, reperiuntur. Hinc enim fit verisimile, quod supra innuebam argumentum, aut Pratensem codicem plane autographum non esse, nec proinde Usuardi ipsius manuscriptum ; aut Usuardum ipsum plura autographa scripsisse, quorum alia ab aliis descripta fuerint. Id jam paulo clarius et distinctius exponendum superest. *[illegible] satis [illegible] posse nobis videntur,*

202 Toties appellatus et imposterum appellandus Pratensis codex, ad XII Januarii, sic secundam annuntiationem exprimit : *In Cæsarea Mauritaniæ, sancti Archadii, etc.*, nulla usquam litura, nulla superinductione apparente. Atqui ea positio, seu martyrii locus *in Cæsarea Mauritaniæ*, in nullis aliis nostris codicibus, tum excusis, tum manuscriptis, præterquam in extracto Aquicinctino occurrit; ergo codices alii ex autographo Pratensi descripti non sunt, ergo vel autographum non est, vel necesse est admittere, plusquam unum autographum exstitisse, aliosque codices ex uno, alios ex alio descriptos. Quid ad hoc argumentum Castellanus reposuerit, eo die explicatum, et, ni fallor, abunde refutatum invenies. Mihi certe ea ratio urgentissima semper visa est, talisque, ut nulla exceptione, nullo effugio enervari facile valeat, quidquid variis modis tentaverim, aut vim elidere, aut saltem aliquo pacto emollire, ut paulo infra latius explicabo. Ne vero ex unica illa commemoratione id me credas conficere, vide quæ aliis locis in eamdem rem dicta sunt, XVI et XXXI Januarii, XII et XVII Aprilis, XV et XVII Junii, XII et XXIII Augusti. Unum præterea aut alterum exemplum adducamus : XVII Aprilis sic penultimo loco, ante annuntiationem Cordubensium legitur : *In Oriente, beati Nicofori , etc.* Abest Nicephorus a probatissimis quibusque codicibus, in solis Rosweydino, Aquicinctino et Bruxellensi repertus, adeoque nec fuit in eo autographo, ex quo alii notæ optimæ desumpti fuere.

203 Notavit Castellanus, in textu Usuardino Pratensi diem V Junii fuisse transcriptum *(credunt in adjecto foliolo, incipiendo a Bonifacio, prætermissis Martyribus Ægyptiis.* Quæro, an primaria manu, an secundaria ? Si primum, militat argumentum ; si secundum, non minus premit. Nam hic etiam cum Pratensi conveniunt perpetui ferme ejus socii : Antverpiensis major, Rosweydinus et Aquicinctinus, aliis omnibus plane discrepantibus. Rursus, codices omnes, excepto Pratensi et sociis illis tribus, legunt XVII Junii in medio textu : *Eodem die, sancti Vulmari confessoris, admirandæ, etc.* alii isti tres cum Pratensi, ipso illo die et loco agunt de *Gundulfo Bituricensi.* Recurrit major confusio ad diem XX Julii, ad quem interpolator aliquis Vulmarum transtulit, expuncto illic *Paulo, martyre Cordubensi*, quem alii codices prope omnes constanter signant. Hæc et id genus alia, ab ipsomet Usuardo mutata fuisse, mihi quidem non satis fit credibile, ut diebus illis, pluribus ostendo. Sequitur denuo, primarios nostros et puriores codices, ex quibus Usuardi textus desumi debent, aliunde, quam ex Pratensi codice fuisse descriptos. Qui dies ceteros hic assignatos, aliosque plures consuluerit, eamdem ipsam conclusionem facile eliciet.

nisi modis qui hic suggeruntur.

204 Hisce aut componendis, aut utcumque salvandis, modos potissimum duos excogitari posse video. Primum, si concedatur, auctorem Martyrologii Usuardum, opus suum semel atque iterum et forte tertio transcripsisse, aut transcribi curasse, sic ut ecgrapha illa successive descripta, prout forte Imperatori aut aliis offerri debebant, hinc inde postea in nonnullis ab auctore ipso correcta, limata aut mutata fuerint, accedentibus, ut fit, novis notitiis, seu veris seu falsis. Porro ex diversis illis transumptis accepta fuerint apographa illa, quæ cum autographo in sancti Germani relicto, non usquequaque concordant. Hoc vero ibi servatum, toties subinde deletum, erasum, superinductum, interpolatum et deturpatum sit, ut Mabilio ipse de vera ejus authentia dubitaverit. Certe aliquid, mea quidem sententia, defuisse fatendum est, cum eruditi illi viri, tot antiquorum manuscriptorum editores, ab hoc promulgando, quantumvis sæpe provocati, tamdiu abstinuerint; procul dubio, liturarum et mutationum incurrentium multitudine deterriti. Sed quidquid a vulgando Usuardo suo ipsos remorari potuerit, via hic assignata, ad elidendas et aliquousque explanandas objectas difficultates, mihi semper verosimillima, aliisque omnibus expeditior visa est.

205 Aliam nihilominus, seu modum alium suggero, præfatis objectionibus sese extricandi, quamquam non tanta probabilitate subsistat : si nempe tantisper supponatur, primos ipsos Usuardini autographi descriptores, aut per oscitantiam omisisse aliqua, aut proprio arbitrio decerpsisse quæ arriderent, eademque auctoritate, quæ non placerent, præteriisse. Id equidem satis plausibiliter excogitari posse, non inficior; verum an harum rerum periti, id sibi persuaderi patientur? An credent, id tam facile contingere aut potuisse, aut saltem licuisse, in eo potissimum Martyrologio, quod Cæsarea, ut ita dicam, auctoritate, ad communem Gallicanarum ecclesiarum usum destinabatur? Quibus id quidem concessum, fateri possumus, ut propria ecclesiæ suæ festa adjicerent; Sanctos autem extrudere, aut commemorationes mutare, id vero est, quod sub ipsis principiis toleratum, haudquaquam existimamus. Hæc fere sunt, quæ pro suspectanda vel propugnanda tuendaque Pratensis codicis vetustate, candide censuimus, hoc unice quærentes, ut ei sarta tecta maneat vel ipsa Usuardi ætas, admittaturque, correctiones omnes, interpolationes, etc., in quibus eadem manus apparet, ab ipso Usuardo factas fuisse : quamquam id creditu difficillimum, propter aliud quoque argumentum, quod hic subjicio.

206 Qui Usuardum pridem ad Caroli Magni tempora rejecerunt, ea ducti sunt ratione, quod ejus Martyrologium Carolo Augusto dedicatum esset; ast alii nobiscum recte reposuerunt, probationem nullam esse, cum et Carolus Calvus Augustus, seu Imperator fuerit, atque huic ut Imperatori oblatum. Supra autem ex Mabilionis conjectura admisimus, scriptum fuisse Martyrologium inter annum DCCCLXIX et DCCCLXXVII; imo admittendum erit, scriptum, vel saltem completum fuisse post annum DCCCLXXV, quo primum Calvus Imperator creatus est, adeoque probabilissime anno proxime sequenti DCCCLXXVI. Insistendo Mabilionis conjecturæ, consequens etiam erit, obiisse Usuardum, ante Calvum, cum hic alia manu Necrologio inscriptus sit, proindeque, ut summum, ad initium anni DCCCLXXVII supervixisse, uno circiter post absolutum et oblatum Carolo Imperatori Martyrologium suum. Quis jam credat, unius aut paulo amplius anni intervallo, tam multa Usuardo occurrisse, quæ in Martyrologio vixdum Imperatori, atque adeo ecclesiis Gallicanis communicato, eradenda, mutanda, obliteranda, transponenda, interpolanda fuerint? Imo quis suspicari ausit, id Usuardo aut fas aut integrum fuisse, postquam Martyrologium ab Imperatore et ecclesiis esset admissum? Rursus, quis suadeat, toties recursuram eamdem manum, addentem, detrahentem, etc., et tamen tam sæpe apparere atramentum aliud, vel indicia alia, quæ satis convincant, multos annos faciendis correctionibus certo intercurrisse.

Alia contra eumdem codicem,

207 Aliud est, quod codicis Pratensis authentiam seu autographiam incertam reddit, inde deductum, quod prima ipsa scriptoris manus constare omnino nequeat. Si enim sola ista, quæ ipsum textum exprimit, autographa et Usuardina manus est, quæcumque manu alia et recentiori ad marginem sive ad calcem adjiciuntur, Usuardo abjudicanda sunt. Atqui non raro occurrit, ut similia adjectamenta, in omnibus aliis codicibus proprio loco reperta, certo demonstrent, illa ipsa verissime Usuardina esse; hinc itaque consequitur, omnia, quæ in eo codice continentur, prima ipsa Usuardi manu scripta non esse, vel ipsum diverso charactere usum fuisse, quorum alterutrum non facile digerent autographi illius, seu veri, seu prætensi propugnatores. Inter varia exempla, illud in argumentum assumo, quod nobis offert mensis Novembris dies VII in elogio Herculani Perusini episcopi: *Cujus corpus post abscisionem capitis, etc.*, desumptum ex Magni Gregorii Dialogorum lib. 3 cap. 13. Hoc autem reperitur in exemplaribus omnibus, seu primæ, seu secundæ, seu cujuscumque notæ, sive manuscriptis, sive typis editis, si Tornacensem et Pulsanensem excipias, quibus familiarissimum est, similia elogia aut decurtare aut prorsus rescindere. At vero hoc ipsum elogium codici Pratensi ad marginem adjectum est, ac teste Castellano *(à la marge et en lettres moins anciennes que le texte)* hoc est, recentiori manu : ergo in præfato codice aliqua vere Usuardina sunt, quæ nihilominus recentiori manu adscribuntur : ergo non constat, primam manum esse Usuardinam. Quæro, utra sit? Falli et doceri cupio, at tot defectus, augmenta, inductiones, mutilationes, etc., plane natæ sunt

argumenta:

suspicionem injicere, codicem illum qualemcumque, non magis quam ceteros autographiæ prærogativa donatum.

208 Hæc et quæcumque alia in Observationibus Usuardinis de illustrissimo codice, ultro citroque dicta, sic velim accipiant eruditissimi nobisque æstimatissimi RR. PP. Benedictini sancti Germani, ut veritatis indagandæ gratia, unice discussa et disputata. Solam illam, solam Usuardinam simplicitatem, jam tot annis atque ex tam variis exemplaribus quæsivimus; quæ si ex solo Pratensi manuscripto hauriri potuisset, non existimo, codicis illius possessores, tot seculis eruditos omnes,

ejus

ejus avidissimos, tanto thesauro privaturos fuisse. Solet passim longe pluris fieri Molani editio, quam laudatus toties codex, sive prætense autographus, nec me in ita sententium numero esse, diffiteri ausim. Si fallor, errorem et mihi et ceteris eximat ex ea celeberrima congregatione doctus aliquis, harumque rerum peritus; dubia mea, imo errata, in quæ, codice ipso privatus, incidi, explanet et diluat, primus ego promptissime retractabo, quidquid forte de autographo illo iniquius sensisse dici possum. Satis equidem de republica litteraria meritus videbor, si id ab ipsis importunius extorsero, quod nemo hactenus precibus et exhortationibus impetrare valuit: puta, si id dubitationibus meis efficiam, ut Usuardum ipsi suum, nativa simplicitate, iisque, quibus voluerint, annotationibus vindicatum, publici juris aliquando faciant, imo si eodem impetu Usuardum nostrum succutere conentur; sic cecidisse, triumphus erit: eumdem omnes scopum præfixum habemus, ut dissipatis tenebris, errores depellantur, eruatur veritas, antiquitas ecclesiastica vel æmulis studiis illustretur, ad majorem Dei Sanctorumque gloriam.

§ 2.

De nostro primario Heriniensi codice.

Bollandus dicto superius præfationis loco pag. LI, postquam Pratensem, et alium Miræi codicem laudasset, sic pergit: *Sed quod supra citavi exemplar nostrum, utrique illi longe præfero, et purius ac sincerius reor, nam antiquissimum illud Parisiense, Idibus Januarii hæc habet:* In monte Verziaco, S. Viventii confessoris, *cum constet, post Usuardi ætatem translatas esse Vergiacum S. Viventii reliquias; nisi extremis fortasse Calvi temporibus scripsit, et diu postea illi superstes vixit, istaque tunc adscripsit. Sed a nostro illa, quod ideo magis genuinum censeo, absunt exemplari. Fuit hoc quondam monasterii Carthusianorum, quod B. Mariæ Virginis Capellæ dicitur, sive de Herines* (hinc nos HERINIENSIS appellationem derivavimus) *juxta Edingam, aut ut nunc appellatur Enghianum, Belgii oppidum; deinde Augustini Hunnæi, viri celebris fuit; postea donatum collegio nostro Lovaniensi.* Quod hic Bollandus præclarissimum codicem nostrum Heriniensem Pratensi præferat, minime miror; magis etiam fortasse prætulisset, si labes novisset et maculas, quibus respersum esse a Castellano edocti sumus: præferet quilibet, nisi vehementer fallor, qui utrumque inspexerit contuleritque. Verum illud, quo Bollandus utitur, argumentum, elidit idem Castellanus, sincere testando, annuntiationem istam: *In monte Verziaco, etc.*, secundaria aliqua manu codici Pratensi adjectam, ut XIII Januarii agnoscimus; id quod a Sirmondo et Cortasio observatum non fuerat. *Heriniensis codex noster*

210 Si de utriusque manuscripti vetustate quæritur, ultro et lubens fateor, Heriniensem nostrum membraneum Pratensi palmam omnino cedere, si vel sola characteris forma attendatur, quæ, teste Castellano, in Pratensi modum scribendi antiquissimum refert, quem ipse vocat Carlovingiacum; Heriniensis vero, paulo elegantiorem ac nitidiorem, duobus minimum seculis posteriorem. At si puritatem spectemus, sinceritatem, integriatem, simplicitatem, non dubium est, quin codex noster alteri longe antecellat. Scriptura vetustatem satis probat, tametsi a peritissimo librario depicta sit, habetque præ ceteris ferme codicibus, quod diphthongum *æ* clare semper efformet per ę, recepto more seculo XI, ad quod codicem illum revocandum Majores nostri merito censuerunt, cum illi Sancti eo seculo recentiores adjiciantur. Sic XIX Aprilis textui Usuardino attexitur: *Depositio Domini Leonis Papæ, qui ecclesiam beati Remigii dedicavit*; sed, ut vides, absque sancti titulo; obiit nimirum MLIV. Item I Junii legit: *Treveris civitate, depositio beati Simeonis monachi, etc.*, quem mortuum constat MXXXV. Titulo *beati* insignitur, communi nomine, etiam post canonizationem (MXLII factam) a Martyrologis tribui solito. Cum autem IX Maii referatur *translatio sancti Nicolai*, sic hæc vere contigit an. MLXXXVII, consequi debet, codicem nostrum sub seculi finem exaratum fuisse. *quamvis ætate posterior, simplicitate Pratensem superat;*

211 Scio, Majores nostros, pro occurrentium circumstantiarum varietate, nonnumquam circa hujus codicis ætatem, opinionem tantillum mutasse, uti de Henschenio invenies tomo I Junii pag. 88; ast de sinceritate et puritate dubitari haudquaquam potuit. Non negaverim, additiones aliquas ab Usuardo diversas hinc inde occurrere, verum si Remenses, aut Provinciæ Remensis, quæ ferme Treverim usque extendebatur, Sancti removeantur, luce meridiana clarius patescet, inter omnes Usuardinos codices, tum excusos, tum manuscriptos, principem locum meritissime tenere, adeoque ex aliquo Usuardino autographo, vel saltem purissimo apographo olim fuisse descriptum. Difficultas Henschenio visa est, quod XV Octobris, in textu, secundo loco inferatur: *Eodem die, sancti Oswaldi episcopi et confessoris*, ut habetur tomo III Februarii pag. 750. Sed tunc in ea erat opinione Henschenius, quod codex noster seculo X esset antiquior, cum alia loca, quæ juniorem ostendunt, necdum expendisset. Si quæras, cur eo die potius quam XXVIII aut XXIX Februarii Oswaldum retulerit codicis descriptor, fatebor me veram causam ignorare; si conjecturas quis cupiat, apud Henschenium citato loco requirendæ sunt. Fatemur, annuntiationem Oswaldi, addimentum esse, ex cultu, quem in Gallia, præsertim in provincia Remensi, peculiari aliquo titulo obtinuerit. *spectat ad seculum XI*

212 Tales accessiones Remenses in hoc nostro codice frequentius offeruntur, quæ si abessent paucissimæ aliæ reperirentur, ut recte Molanus supra numero 191 ipsum vocaverit, *Usuardum manuscriptum, qui vix ullas habet additiones, præterquam de sanctis Remensibus.* Hanc codicis patriam esse, prorsus non dubito; inde translatum oportet ad Cartusiam Heriniensem, olim *S. Mariæ heremi* seu *montis Dei*, quæ e primis totius Belgii Cartusiis fuit. Conjecturam hanc meam, atque una codicis ætatem confirmat addita recentiori manu ad marginem II Nonas, seu die VI Octobris, hæc commemoratio: *In Calabria, depositio beati Brunonis confessoris, primi institutoris Ordinis Cartusiensis,* *si non haberet additiones Remenses,*

quam

quam appositam reor, ex sola singulari hujus Cartusiæ erga parentem veneratione, cum aliunde notum sit, quam tarde Brunoni publicum cultum Ecclesia decreverit. Ex his abunde declarantur Usuardi hujus Heriniensis ætas, patria, natales et emigrationes ; nequid desit, et formam addo, quæ recepto usu, in quarto nuncupari solet, estque compactus cum tractatu manuscripto sancti Hieronymi in Epistolas Pauli et alias Canonicas ; cui in fine attexitur Kalendarium cum anniversariis cœnobii Heriniensis. Dixi supra num. 169, annum in hoc codice, uti et in Pratensi, inchoari a vigilia Nativitatis Domini.

pauca aliæ reperirentur a puritate Usuardina recedentia.

213 Jam vero, ut de ejusdem simplicitate et puritate statuas, percurre menses singulos, augmenta Remensia secerne, continuo perspicies pauca additamenta immisceri, raras interpollationes, lituras vix unam aut alteram. Ad IV Januarii refertur *Rigobertus* Remensis archiepiscopus ; XV, de Mauro adjectum, *discipuli B. Benedicti abbatis.* Demum XXIII, nescio unde accersitus sit *beatissimus Hildephonsus*, nisi hic aut in provincia Remensi, aut in cœnobio, cujus olim codex fuit, peculiarem cultum habuerit. Mense Februario, *Blasius* ad III retractus est ; VIII additur *Paulus Virodunensis*, forte ibi etiam proprius. Mense Martio, sola prima die defectus aliquis reperitur. Mense Aprili, præter Remensia, XVIII de *Materno*, XIX, de *Leone* IX, XXIV, de *Bova et Doda* ; XXX, de *Maderniano* ; sola occurrit *Maria Ægyptiaca*, quæ ad IX signata est. Mense Maio, quinque dies sunt ab Usuardo diversi, ut I, de *Marculfo* ; VIII, de *Gibriano* ; IX, de *translatione Nicolai* ; XX, *Romani monachi* ; XXIX, de *translatione Remigii* : sed multum fallor, nisi hæc omnia Remensi provinciæ propria sint. Mense Junio, VIII, in *Medardo*, aliquid deest ; XXI, omissus *Leutfredus* ; XXIII, deest *Felix Sutrinus*, quemadmodum et III Julii socii ejus *Irenæus* et *Mustiola*, de quibus vide nostras Observationes.

214 Præterea, mense Julio una occurrit litura in principio, quam puto esse de translatione S. Benedicti ; XVIII, adjectus est *Arnulfus* ; deinde XX et XXIII translationes Remensibus celebres de *Theodosia* et *Nicasio*. Mense Augusto, XIX, superadditur textui *Bertulfus abbas*, ex propria, opinor, cœnobii institutione. Tum XXV : *In pago Viromandensi, S. Hunegundis.* Mense Septembri, I, agit de *Ægidio*, *Sinicio*, et *Nivardo*, tamquam Remensibus ; III, additur *Remaclus* ; VII, XXV et XXVII, item de Remensibus : at X, nonnihil mutilus est ; XX, interpolatus, ut Observationes nostræ fusius explicant. Mense Octobri, I, purus non est ; XXVII, ponitur *Vigilia Sanctorum Simonis et Judæ*, de qua dubitari potest, an Usuardina non sit ; XI, XV, XVI, XX, XXI et XXV, non excedit nisi in solis Remensibus. Mense Novembri, I, II, VI, IX, XV, XVIII, XXIII, XXVI ; demum mense Decembri, IV, XVI et XXIX, pleraque additamenta, pure Remensia sunt. Ineat modo rationem curiosus aliquis, conferat Heriniensem, cum famoso Pratensi autographo, utriusque excessus aut defectus ad æquam lancem, ad justam trutinam excutiat, si nullo ducatur partium studio, spondere ausim, ratione rite subducta, pedibus et manibus in nostram iturum sententiam.

§ 3

De Tornacensi, aliisque vetustioribus, maxime probatis.

Tornacensis seculi XIII

Secundum ab Heriniensi codicem censemus eum, qui apud nos *Tornacensis* vocatur, quem aliquando Cathedrali illi perantiquæ in usu fuisse, si aliunde nobis non constaret, ex additionibus, ei ecclesiæ propriis, satis demonstraretur. Credimus autem ex Altovillariensi prope Remos cœnobio, Tornacum delatum, aut forte ex monasterii illius codice aliquo olim transumptum, ut dixi in Observationibus meis præsertim IV Julii. At quæcumque demum codicis origo fuerit, speciem et antiquam et elegantem refert, majori forma in membrana scriptus, atque elegantibus, quamvis nonnihil extritis, cancellis distinctus, quibus quandoque textus magis aptari videtur, quam cancelli ipsi textui accommodentur. Ætatem ejus ex subjuncto Necrologio, eadem, ut apparet, sed pressiori manu scripto, sic probabiliter erues, si attendas, Anselmum et Geraudum vel Geraldum Tornacenses seculi XII episcopos, atque item Stephanum et Gosuinum, alias Goscelinum, qui anno MCCIII et MCCXVIII vita functi sunt, prima manu signari ; at vero *Walterum, oriundum de Tornaco, hujus ecclesiæ episcopum*, cui Sammarthani cognomentum *Marvis*, apponunt, quique sedem tenuit ab anno MCCXIX ad MCCLII, in præfato Necrologio referri XIV Kal. Martii, manu secundaria, quemadmodum et successores. Walterum de Mandra, defunctum MCCLXII, et Joannem de Buchel vel Buchiaul, mortuum MCCLXVI ; unde verosimiliter conficitur, scriptum fuisse Martyrologium inter annos MCCXIX, et MCCLII. Hæc pro codicis ætate.

hinc inde contractus est.

216 De sinceritate et simplicitate ex Observationibus nostris statuent æqui lectores. Certum est, a prioribus duobus multum recedere, non quidem sæpius in Sanctorum numero ; sed in nonnulla annuntiationum correptione, quasi revera paratis cancellis, ut jam dicebam, Usuardini indiculi aptari debuerint ; vel quod librarius minori scrupulo, grassari nonnumquam, et longiores orationes contrahere, sibi licitum putaverit ; quod si cavisset scriptor ille, quicumque primus codicem temeravit, de nativa simplicitate codex hic cum Heriniensi ferme certaret. Singulas contradictiones enumerare, nimis tædiosum foret ; generatim loquendo, aut purus passim, aut puro proximus est : aliquantulum deviat XVI, XVII, XVIII et XX Julii, atque item XIX Octobris, ubi excusari potest, quod propria aliqua, aut Altovillariensa, aut alia perperam Usuardo, vel saltem Martyrologio sub Usuardi nomine adscripserit. Dolendum profecto, amanuensium, vel incuria, vel audacia tam insigni codici debitum decorem splendoremque ademptum fuisse. Titulus et præfationes avulsæ sunt, habetque hiatum planc notabilem a IX Augusti ad XXVI Septembris, avulsis imperitorum culpa, pretiosis fo-

liis. De adjuncto Necrologio, satis diffuso, dicere cœpimus ; ex eo Tornacensis ecclesiæ benefactores plurimi facile dignosci enumerarique possent.

217 Tornacensi ætate suppar, qui multo antiquior Majoribus nostris visus est, codex Domus professæ societatis JESU Antverpiæ, quem Henschenius, non uno loco, tomo II Aprilis pagina 415 ; *Antverpiensis major* tomo II Maii pagina 131 in prætermissis de S. Letardo ; rursus XVIII Maii, in prætermissis de S. Mildreda virgine ; tomo IV pagina 136, et alibi, ante annos sexcentos scriptum putavit. Specimina ex eo inter Bedæ exemplaria protulit Bollandus præf. gen. pag. XLIX, ubi recte advertit, *Bedæ nomine, sed a recentiore manu prætitulatum* esse. Nota item, et vere, *Anglicanum* esse: nam pluribus diebus, ut alibi sæpe suis locis ostendimus, augmenta Anglicana adjecta exhibet. Hoc vero codici huic peculiare, quod uniformis non sit : aliquando enim, ut mense Januario, auctior est ; alibi passim purus Usuardus ; mense Octobri et Novembri manu paulo recentiori suppletus. Quid de Heriniensi diximus, seclusis Remensibus, purissimum esse, id ferme de hoc codice dici posset, si Anglicana, nonnullaque in principio liberiora augmenta abessent. De Auctariis Anglicanis, vide mensibus singulis dies plerumque aliquos : notavi ex Julio, II, VI, VII, VIII, XV, XVII, XXXI ; ex Augusto, XXIV ; ex Septembri, IV, XVI, XXX ; ex Octobri, VI, VIII, XI, XII, XIII et XV, etc.

218 Hæc codicis patriam abundantissime probant. Ad ætatem quod attinet, puto extritas rubricas, exesas litteras, et lacera hinc inde folia Henschenii oculos fefellisse, nam ex sexcentis annis, meo quidem judicio, bina secula subduci possunt, sic ut ad seculum XIII pertineat. Forma litterarum *non est seculo XIII antiquior* cum Tornacensi satis aperte convenit ; at decretorium argumentum præbet adnexa VII Julii, *S. Thomæ martyris translatio*, ubi certissime Cantuariensem episcopum indicari existimo, cujus translatio eo die, saltem eo mense facta cognoscitur anno VIII Honorii III Pontificis, qui est MCCXXIII, unde patet me recte principio dixisse, codicem hunc cum Tornacensi ætate supparem esse ; quod etiam ostendit apposita utrique XXV Novembris sanctæ Catharinæ commemoratio, in antiquioribus, Pratensi, Heriniensi, sequenti Rosweydino aliisque ignotæ. Porro codex iste, ut inter Usuardinos proprio aliquo nomine designaretur, breviori appellatione a nobis vocatus est *Antverpiensis major*, ut contradistinctus a minimo in forma octava, quem simpliciter *Antverpiensem* dicimus, et alium grandem tomum qui *Antverpiensis maximus* nominatur, cum hic noster sit in forma quarta membraneus, compactus cum Beda ecclesiæ Atrebatensis, ex quo Florus ille a nostris editus potissimum eductus est. Notavi superius, non pauca hinc inde reperiri, in quibus cum Pratensi concordat, tum maxime, cum hic a ceterorum turba recedit.

219 Postremis duobus Usuardis hic descriptis, ætate paulo superior est præclarus omnino codex, manu elegantissima in membrana, majori forma seu folio exaratus, qui fuit ecclesiæ B. Mariæ Ultrajecti, tanti olim a Rosweydo æstimatus, ut ex eo genuinum Usuardum reddere cogitaverit in magna illa Martyrologiorum duobus voluminibus collectione manuscripta, quæ apud nos exstat, hujus præfationis exordio atque alibi non semel citata. Hinc codici ipsi nomen inditum : ne enim sæpius recurreret longa illa paraphrasis *ecclesiæ B. Mariæ Ultrajecti*, breviori nomenclatura, *Rosweydi* vel *Rosweydinum* semper appellavimus. Habet sanæ nostrum hoc manuscriptum quo, nitore, *Rosweydinus codex* ornatu et elegantia legentium oculos rapiat ; at enim licet his titulis imo et vetustate sua priores duos Tornacensem et Antverpiensem majorem antecellat, locum dumtaxat quartum inter Usuardinos Musei nostri obtinet, cum puritate et sinceritate tantum illis inferior sit, quantum superat antiquitate. Non multa contrahit hic scriptor, sed pro sua licentia amplificat ; frequentiora ex Hieronymianis codicibus additamenta, nonnumquam mihi suspicionem injecere, Grevenum in augendo Usuardo, vel saltem ejus ecgraphum adhibuisse.

220 Ceterum de codicis hujus ætate notavit Henschenius tomo II Aprilis pagina 7. hoc Martyrologium citans, *quod ante quingentos annos ex Martyrologio aliquo Anglicano videtur transcriptum*. Hic et ætas et patria vere ab Henschenio designantur. De annis quingentis iterum agit tomo IV Junii pag. 374. col. 1. circa finem. At die V Junii pag. 456 in Bonifacio episcopo Moguntino, prædictam ætatem distinctius determinat, asserens, exaratum fuisse circa annum MCXXXVIII. Recte, *spectat ad seculum XII.* opinor, et accurate, idque Henschenius colligere potuit ex brevissimo Chronico, Martyrologio isti præfixo, quod ad annum MCXXXVIII pertingit, in quo clarissime eadem apparet manus, qua totum Martyrologium scriptum est. Non puto, verosimiliori argumento veteris cujusquam codicis ætatem definiri posse ; atque hoc est, quod dicebam, Tornacensi et Antverpiensi majore antiquiorem esse. Accedit et alia valde probabilis ratio, quod careat annuntiatione sanctæ Catharinæ virginis, XXV Novembris. Imo clarissime, ni fallor, confici potest, ex eo quod de sancto Thoma episcopo Cantuariensi, celeberrimo seculi XII martyre altum sileat, cum is in utroque priore diserte exprimatur, ut vide in Auctariis XXIX Decembris.

221 Quod vero aliis istis simplicitatis atque adeo auctoritatis ordine postponatur, facit jam insi- *sed prioribus puritate cedit.* nuata descriptoris libertas, qui Martyrologium Usuardinum nimis frequenter ex codicibus Hieronymianis et ex Adone interpolavit, aut aliunde auxit, aut modice corripuit, ut Observationes quotidianæ Auctariaque nostra manifeste ostendunt. His adde accessiones Anglicanas (unde patriam superius observabat Henschenius) quarum hic pauculas attigisse satis est, ceteras lector suis locis facile animadvertet. Ad diem XII Martii adjicitur *Elfragus Wintoniensis episcopus* ; ad VI Junii, *depositio Sexburgæ*. Ne singula prosequar, videantur XIII, XV et XXXI Augusti ; IV Septembris et alibi sæpe. Prope exciderat annotare, quod in aliis codicibus rarum est, id in hoc reperiri, ex quo de ejus vetustate liceat facere conjecturam, nempe, quod æque ac Heriniensis diphthongum æ adscribat per ę subvirgulatum, quemadmodum supra de primario illo codice nostro Heriniensi studiose monuimus. Hoc denique repetendum, quod de Antverpiensi majore observatum est, Rosweydinum, quo de lo-

quimur,

quimur, manuscriptum, cum præfato codice et Aquicinctino Pratensis vestigiis plerumque insistere, dum hic a reliquis omnibus dissentit.

De Pulsanensi. 222 Illustrem vocavit Henschenius tomo 1 Aprilis pagina 14, codicem alium a præcipua ejus annuntiatione xx Junii posita, *Pulsanensem* dictum, quoniam ibi de B. Joanne abbate Pulsanensi ita agit, ut plane det intelligere, olim in cœnobio illo, ex antiquiori Usuardino exemplari descriptum fuisse, sed sæpissime contractum et decurtatum. Ex anno obitus Joannis, incarnati Verbi MCXXXIX, ferme collegit Papebrochius tomo IV Junii pag. 39 num. 8, *tam vetustum* esse hoc Martyrologium, *ut sub immediato Sancti successore Jordano scriptum videatur, quippe aliorum Pulsanensium Sanctorum nomina nulla habens.* Facile assentior; cum ea signa præferat, quæ vetustatem omnino commendent. Indicium vero haud obscurum exhibet, dum de Thoma Cantuariensi ad marginem et recentiori charactere meminit, ut est in Auctariis, citata superius die XXIX Decembris. Quo pacto ad nos pervenerit explicat ibidem laudatus Papebrochius, ex notula a Bollando, codici præfixa. Scriptus est in membrana, forma octava, principio diebus quatuor mutilus. Jam dixi, et ex toto opere nostro liquet, multoties Usuardum abbreviari, et nonnulla quandoque nimis libere omitti; addo, mense Junio Usuardum nonnumquam deseri, et ex Hieronymianis suppleri, forte quod in apographo Usuardino, ex quo descriptus est codex, aliqua defuerint, quæ oportuit aliunde accipere.

Codex Antverpiensis. 223 Vetus item, membraneus, in minori forma scriptus est codex ille, quem quia alio remittere non possumus, simpliciter vocamus *Antverpiensem.* Nulla certa ætatis signa præfert, præter characterem, qui seculum XIII sapere omnino videtur, mihique id adeo facilius persuadeo, quod nullos Sanctos signet eo seculo posteriores. Sunt in præfixo Kalendario: *S. Thomas confessor,* VII Martii; XXIX Aprilis *Robertus abbas,* is haud dubie, qui Ordinem Cisterciensem primus inchoavit. Tum XX Augusti litteris miniatis, *Bernardus abbas,* unde non inepte conjicitur, codicem olim ad Cisterciense aliquod monasterium spectasse. Ad XV Octobris, ponitur *Franciscus,* ad XIX Novembris, *Elisabeth.* At vero notandum, Kalendarium a manu longe recentiori esse, quam sit Martyrologium cui præmittitur, certe nulli in hoc Sancti reperiuntur Francisco aut Elisabeth recentiores. Purissimum Usuardum non esse, docebunt Auctaria. De cetero notavi superius num. 171 ex hujusmodi manuscripto, factam esse primam illam et omnium vetustissimam editionem Lubecanam anni MCCCCLXXV, unde in opere nostro semper conjunguntur hæc duo Martyrologia citando *Antverp. et Max-Lubec.*; quibus plerumque accedit codex alius, cujus solum extractum, seu collationem habemus, ex bibliotheca celeberrimi abbatis Ughelli, unde nomen inditum, *Ughellianus,* de quo cum aliis extractis, infra agemus.

De Marchianensi, 224 Usuardinis Manuscriptis melioris notæ, etiam annumerandus venit codex *Marchianensis,* quem putamus in ipsa abbatia integrum non exstare, quandoquidem solum mensem Februarium inde acceperimus, cum lacinia aliqua mensis Martii. Ex eo specimine cetera facile cognosces; utinam, si adhuc supersint, ad nos aliquando transmittantur! Id per aliquos e nostris Patribus sæpe jam frustra impetrare tentavimus. *Aquicinctino,* Viciniæ gratia, Marchianensi subjungo *Aquicinctinum* exemplar quod licet totum quoque et plenum non habeamus, defectum illum abunde supplet accuratissima ejusdem collatio, cum secunda Molani editione anni MDLXXIII, ubi ea, qua fieri potuit, diligentia, variantes lectiones omnes appositæ sunt, ex quibus de totius codicis puritate et simplicitate judicium feratur. Ex præfatis extractis videor posse conjicere, codicem illum seculo tertio decimo haud posteriorem esse, eadem pro Marchianensi sententia. Hoc autem Aquicinctino nostro cum Antverpiensi majore et Rosweydino commune est, quod ubi Pratensis a reliquis deviat, hic cum duobus solitis sociis classem illam peculiarem constituat, de qua jam sæpe superius, atque in Observationibus nostris Usuardinis frequenter sermo recurrit.

et Centulensi. 225 His omnibus subjungi debet, si non puritatis aut simplicitatis, saltem antiquitatis jure, vetus codex sancti Richarii, quem a priori cœnobii illius nomine *Centulensem* indigitamus, et merito, cum ex IV Junii, XXVI Augusti, II Decembris et aliis diebus clarum sit, ibi olim scriptum atque usurpatum fuisse. Manu sua adscripsit Rosweydus, se Martyrologium illud *habuisse ex abbatia S. Vedasti,* unde prius ecgraphum sibi describi curaverat, quod inter collecta manuscripta, ad Bedam pertinentia, repositum inveni. Fefellit titulus, hoc modo expressus : *Incipit Martyrologium secundum Bedam, per anni circulum.* Hinc factum, ut a Bollando præf. gen. pag. XLVIII, primo loco inter Bedæ exemplaria repositum sit, extractis sex primis anni diebus, licet a vigilia Nativitatis scriptor Martyrologium exordiatur. Evincunt soli isti dies, nihil in toto illo Martyrologio haberi, quod ad Bedam ullo modo pertineat. Mihi evidens est, scriptorem, quisquis fuerit, Usuardum habuisse præ oculis, quem pro suo libitu aut commodo, mutavit, corripuit, interpolavit, in id maxime intentus, ut quotidie pleraque abbreviaret. Jam dixi, Martyrologium incipere a vigilia Nativitatis; addo hic, principium tale esse, ut si librarius reliqua eo modo prosecutus fuisset, merito codex ille inter Usuardinos primæ et optimæ notæ computaretur.

226 Ad quod seculum reducendus sit, ex scripturæ modo non facile statues, hic enim vetustatem, nisi vehementer fallor, justo antiquiorem præfert. Pressus character, satis elegans et paulo grandior, in membrana, forma quarta, in principio multum exesus, seculum XII ferme sapere videretur, nisi ibi legerem ad IV Kal. Maii, seu XXVIII Aprilis : *Eodem die Mediolani, sancti Petri martyris ab hæreticis occisi.* Item XXV Augusti : *In Francia, sancti Ludovici regis Francorum, ac gloriosissimi confessoris,* XII *lc. in cap.* Hæc enim plane innuunt, scriptum dumtaxat fuisse sub initium seculi XIV. Atqui hæc tamen qualiscumque ætas, præcipuus est titulus, quo sibi æstimationem aliquam codex ille conciliat, cum de cetero rarissime, præterquam in principio, puritatem attingat, semper ad Auctaria rejiciendus; sic ut plurimum, singularem classem constituens, quemadmodum facit codex alter, qui inter extracta collocatus est, olim cœnobii Cartusianorum Ultrajectensium,

sub

sub nomine *Matriculæ*, unde quotidie inter accessiones citatur sub titulo *Matriculæ Cartusiæ Ultrajectensis*, quæ est etiam purum putum Usuardi compendium, sæpe vel in solo Sanctorum numero deficiens. Utrique id quodammodo privilegii concessum, ut amborum textus integri diebus singulis describendi fuerint.

§ 4.

De codicibus, quos mediæ notæ appellamus.

Sequentibus codicibus, plerisque Belgicis, mediæ seu saltem inferioris notæ appellationem indidimus, quod tum ætatis, tum Usuardinæ simplicitatis ratione, cum superioribus plane conferri non possint. Videntur ex eodem, aut saltem non multum dissimili fonte promanare, longioribus hinc inde elogiis respersi; sed, quod mirare, non multis Sanctis Belgicis, aut aliis popularibus aucti. Inter hos, a voluminis magnitudine nomen sortitus, præcipuus et speciosissimus est codex maximus, eleganti charactere in membrana descriptus, corio suillo vestitus, cujus cum verum domicilium hactenus non detexerim, *Antverpiensem maximum*, a diuturna commoratione nominandum censui. Belgicum esse constat, ex festis propriis in Kalendario signatis, ubi x Julii notanter ponitur, singulari rubricæ prærogativa, *S. Amelberga*, quæ cum in monte Blandinio festivius colatur, suspicionem ingerit, aut in ea abbatia, aut saltem Gandavi codicem olim usurpatum fuisse. Ætatem scrutando reperi, nam inter parva opuscula Martyrologio subjuncta, ante, *Provinciale omnium partium mundi*, in explicatione versiculorum Paschalium, indicatur annus MCCCCXXV, eadem manu, qua cetera omnia adscriptus. Codicis splendorem et magnificentiam ex eo intelligas, quod singulæ facies, dierum singulorum Usuardinis textibus respondeant; sinceritatem, ex toto operis nostri decursu. *Maximus Antverpiensis.*

228 Antverpiensi isti maximo, aut compar aut proximus est, *Usuardus Ultrajectinus*, forma quarta et ipse membraneus ac nitide scriptus, ad cujus calcem, ante variarum benedictionum collectionem, et patriam suam et domum designat, his verbis: *Pertinet ad domum Clericorum S. Jheronymi in Trajecto.* Hæc cognomenti ratio fuit, atque ut a duobus aliis Usuardinis Ultrajectinis distingueretur, majorem illum insignem, qui fuit ecclesiæ B. Mariæ, quemque tanti fecit Rosweydus, ab ipso supra vocavimus *Rosweydinum*; alterum vero typis excusum, cujus solum semestre primum ad nos pervenit, de quo meminimus num. 173, *Editionem Ultrajectinam Belgicam;* hunc simpliciter *Ultrajectinum* placuit nuncupare. Nusquam occurrunt certa ætatis indicia, at si recte conjicio, Antverpiensi maximo non multo antiquior esse potest. Quodnam proprie tempus designet *festivitas Sacrorum Stigmatum* XVI Septembris, primo loco posita, non ausim temere determinare. Utut fuerit, nihil codici illi detractum volumus, tametsi in serie Usuardorum manuscriptorum mediæ notæ, Antverpiensi maximo postponatur. *Codex Ultrajectinus*

229 Sequuntur bini codices, simul compacti in forma quarta, quorum alter Belgice in membrana, alter Latine in charta crassiori exaratus. Fuit ille, qui vernacula lingua scriptus est, ad usum *Sororum regularium lacus sanctæ Mariæ juxta Leydam*, ut notavit Bollandus tomo I Januarii pag. 165; alter in Actis vocatur Usuardus *Leydensis sanctæ Ceciliæ*. Nos eam nomenclaturam in utroque servavimus, ne alias longiori paragraphi *Lugdunenses Batavorum* dicendi essent, aut si simplicius Lugdunenses vocarentur, facile imperitior aliquis Lugdunum Galliæ, cum Lugduno Batavorum confunderet. Ambos codices Usuardinos esse, dubitari omnino nequit, sed auctos atque prioribus duobus Antverpiensi maximo et Ultrajectino perquam similes. Fateor, Belgicum, quamquam male depictum, nonnumquam purius aliqua referre, in quibus cum Antverpiensi maximo aliquando consentit, ut suis locis indicatum est; verum ea passim tam exigui momenti sunt, ut hac causa Belgicus Latino præferri non magnopere debeat. Ubi autem concordes invenio, quemadmodum plerumque concordant, sub uno eodem *Leydensis* nomine utrumque complector. Neuter antiquitate seculum XV superare videtur. *Leydensis Latinus et Belgicus*

230 Duobus proxime adumbratis elegantior est, sed ejusdem, nisi, multum fallor, ætatis, codex alius ejusdem formæ, in membrana descriptus, quem a collegio nostro Lovaniensi, cujus olim fuit, *Lovaniensem* indigitamus. Ipsum ex Antverpiensi maximo, vel Antverpiensem maximum ex ipso transumptum crederes, nisi sæpius Sanctorum elogia decurtata aut mutilata repræsentaret. Submonuit Bollandus alicubi, Martyrologium hoc Lovaniense, ecclesiæ alicujus Belgicæ olim fuisse; cum Sanctos signet diœcesis Cameracensis, ut *Gudilam*, *Rumoldum*, *Gaugericum*, *Nicasium* et alios. At postremi duo Usuardini sunt, ut proinde a solis Gudila et Rumoldo firmanda sit conjectura. Aliunde satis colligitur, fuisse cœnobii alicujus Ordinis sancti Augustini, quandoquidem sanctissimo Doctori semper adjectum exhibeat titulum *Patris Nostri*; idque non solum in ipsius Martyrologii contextu, verum etiam in subjectis opusculis, quæ cum Martyrologio olim compacta ac Religiosis illis Augustinianis in usu fuisse existimo. Canonicis autem regularibus, potius quam Eremitis servivisse, inde conficio, quod de sancto Nicolao Tolentinate non meminerit. *Lovaniensis.*

231 Sextus mediæ notæ codex nomen habet ab eo cœnobio, cujus notam præfert, his verbis appositam: *Liber monasterii beati Anthonii in Alberghen, Canonicorum regularium, datus a venerabili Domino Henrico Mathie, vicario in Wersloe.* Ex Miræo, in Originibus Canonicorum regularium didici, prædictum cœnobium situm fuisse *in Tuenta, diœcesis olim Ultrajectensis*, ex qua codex hic Sanctos plerosque consignat. Forma et scriptura cum Leydensi Latino satis convenit, sed isto nonnumquam auctior est. Scriptus videtur ad usum Patrum Ordinis S. Franscici, quod patet ex IV et XI Octobris, ex XIII, ac XX Junii aliisque locis. Nec mirum videri id debet, cum monasterium istud Albergense *Codex Albergensis*

exstrui

exstrui primum cœperit anno MCCCCVI, ut habet antiquus aliquis codex noster Ms. sub nota ℞ Ms. 34, fundationem ipsius describens, narransque evocatos illuc fratres ex congregatione Zwollensi, quæ per id tempus cum Daventriensi, regularis disciplinæ observantia et sanctitatis fama maxime inclarescebat, teste præfato nostro codice manuscripto aliisque historiis Transisalanis seculi XV. Atque hæc pro codicis notitia satis dicta sint.

Danicus. 232 Ordine, uti sinceritate, posterior est, licet fortasse ætate paulo prior, codex noster *Danicus*, qui ab *Henrico* quodam *equite, cognomine Ranzou, emptus Lubecæ* MDLXXXIV, ad Domum professam Societatis nostræ Pragensem devenerat, dono datus Baertio et Janningo, anno MDCLXXXVIII, ibi existentibus. In prima pagina adscripta sunt hæc verba : *Liber conventus Nistadensis provinciæ Daniæ*. Ad Franciscanam familiam spectasse conventum illum, probat in inferiore ora folii, XVII Septembris recentius adscripta : *in monte Alverno, impressio sacrorum stigmatum beati Francisci, festum majus duplex.* Item XIX Augusti, charactere etiam novo : *Civitate Massiliensi, beati Ludovici episcopi et confessoris, de Ordine fratrum Minorum, festum majus duplex.* Rursus XI Octobris : *Translatio sanctæ Claræ virginis, festum minus duplex.* Et VIII Novembris : *Item translatio S. Ludovici confessoris.* Sic ad marginem appositi sunt *Bernardinus*, XX Maii; *Bonaventura*, XIV Julii, etc. *Franciscus* primum locum in textu occupat, IV Octobris; et XXV Maii : *Apud Assisium, translatio beatissimi patris nostri Francisci.* Cum autem translatio *Antonii Patavini* facta MCCCXLIX aut MCCCL, et quæ primo citavimus ab alia manu sint, videtur conjici posse, codicem illum seculo XIV recentiorem non esse. Patriam manifestant X et XI Julii, *Kanutus et Ketillus*, aliique locis aliis. Quantum porro ab Usuardina simplicitate distet, ex quotidianis Auctariis intelligi dabitur.

233 Supersunt codices duo integri, non ignobiles, forma quarta, membranei et satis antiqui, *Bruxellensis* et *Hagenoyensis*, quibus inter manuscriptos mediæ notæ postremus locus dandus fuit, quoniam præter ceteros liberius ac liberalius aucti et interpolati sunt : præterquam quod stylo, ordine et ineptiori scribendi modo reliquis cedere debeant. *Bruxellensis,* Bruxellensis tomos duos complectitur, præfixo Kalendario et tractatu *de decem persecutionibus, per gentiles Romanorum Imperatores Ecclesiæ illatis, etc.*, quibus subnectitur Canonici Bruxellensis præfatio, ubi, laudatis antiquorum Martyrologorum, præsertim Usuardi conatibus, sic inter alia disserit : *Sed negligentiæ vitio hucusque non evenit, quod hujusmodi Sanctorum* (quos ecclesia Bruxellensis recolebat) *in lectione Martyrologii memoria non fieret, pro iis diebus, quibus nos eorum festa celebramus. Quæ res pia quadam sollicitudine, venerabiles Dominos, præceptores meos, Decanum et Capitulum hujus ecclesiæ collegiatæ et Plebanæ, sanctorum Michaelis archangeli et Gudilæ virginis, matricis aliarum ecclesiarum totius hujus insignis oppidi Bruxellensis, Cameracensis diœcesis, ad jubendum, meque ipsorum inutilem Canonicum ad obediendum compulit, quatenus ex præfatorum Patrum Martyrologiis, Sanctorum solemnitates, etc.* Hinc licentius evagatus, multa collegit, sed male, pro suo arbitrio disposuit, uti Auctaria legenti ultro occurret, ex quibus etiam intelliget, quantum absit ab Hieronymianorum brevitate, de qua re diximus num. 38. Ætatem nemo facile eruet, nisi fallor, ad finem seculi XIV, vel ad initium seculi XV pertinet.

et Hagenoyensis 234 *Hagenoyensem* vocamus ab incolatu, sive a possessore *Mag. Nicolao Scheuchio, Hagenoio*, nam de cetero, non video, magis ad Hagenoyam, quam ad aliam quamlibet Alsatiæ vel Palatinatus civitatem revocari debere. Scriptor nomen indicat versibus quatuor pinguioris Minervæ ad calcem adjectis, ex quibus habemus, scriptum fuisse Martyrologium *anno milleno quater C et duodeno, Junii die decima sexta. Penna facit litteras Wydo Krentzelin has glutinatas.* Poterat scriptionis tempus, non improbabiliter colligi ex XXVII Septembris, ubi Elzearius Ariani comes *per Urbanum* V *noviter canonizatus* dicitur : cum enim ea canonizatio facta fuerit MCCCLXIX, non poterat codex a fine seculi XIV, vel initio XV, longe recedere. Porro si Krentzelinus iste, alicubi a Castellano citatus, hujus Martyrologii collector fuerit, non magnam retulit laudem, nescio quas historias passim commiscens, quæ ab Usuardi aliorumque codicum Usuardinorum stylo remotissimæ sunt, quasque sæpe referre piguit. Non poterat tamen codex ab Usuardina classe excludi, cum plerumque eosdem Sanctos, imo passim Usuardi ipsius phrasi, quamquam corrupta, et luxata, consignet. Hactenus de codicibus plenis et integris, quibus in hac editione et recensione usi sumus.

ARTICULUS V.

De Codicibus, quorum sola habemus extracta, seu lectiones variantes.

Hos codices merito distinguimus ab iis, quos plenos et integros, seu typis editos seu manuscriptos hactenus retulimus. Per extracta autem seu variantes lectiones, ea hic intelligo, in quibus ab Usuardi textu aut excedunt aut deficiunt. Ut rem clarius percipias, paucis explico, quæ mihi sæpius narravit, bonæ memoriæ, Magister meus Papebrochius, extractorum præsertim posteriorum hanc rationem reddens. Dum cum Henschenio annis MDCLX, MDCLXI et MDCLXII per Germaniam, Italiam et Galliam peregrinatus, ea de Sanctis monumenta, tum Græca, tum Latina collegit, quibus Museum nostrum egregie locupletatum est; ne in describendis Martyrologiis Usuardinis, quorum tanta apud nos erat copia, nimium detinerentur, hac usi sunt methodo. *Sunt hi codices cum editione Usuardina Greveni collati.* Greveni editione, ut facile portatili, magisque commoda in exemplum assumpta, ubicumque manuscriptum aliquem Usuardum nacti sunt, totum cum Greveni editione anni MDXXI contulere, variantibus seu auctariis in adversaria relatis, unde percommode accidit, ut facto temporis compendio, ea omnia compararint, quæ alias longiorem moram, sumptusque majores postulassent; puta, si singuli isti codices per ipsos, aut per

amanuenses

amanuenses ad verbum describendi fuissent. Hæc itaque omnia, quæ sic annotata et extracta sunt, lectiones variantes, seu accessiones Usuardinas vocamus, quas inter nostra Auctaria collocanda putavimus.

236 Præfata extracta seu variantium elenchi ferme triginta sunt numero, suntque adeo totidem codices, quos si superius enumeratis editionibus, quibus usi sumus quatuordecim, codicibus Mss. decem et septem, denique octodecim aliis a Chiffletio collectis, adjunxeris, patebit, postremam hanc nostram editionem ex codicibus prope octoginta adornatam, illustratam, repurgatam. Nolim tamen dissimulare, esse aliquid, quod in collationibus et recensionibus ab Henschenio et Papebrochio factis, mihi displiceat, cum ex indiculorum nostrorum modo perspexerim, non omnes interpolationes appositas esse, ut manifeste comperi in codice Ughelliano, passim simili editioni Lubecanæ maximæ et Antverpiensi manuscripto; prioris enim additamenta omnia exactissime notata sunt, non item ea, quæ haud dubie in medio textu inserta fuerant. Quod cum Papebrochio pridem objicerem, candide fassus est, ita ab ipsis institutas fuisse collationes manuscriptorum cum Greveno, ut nonnisi de prima et ultima annuntiatione soliciti fuerint. Hæc præmonere oportuit, ut advertat lector, quam sincere juxta ac rigide expensa et discussa sint documenta omnia, ex quibus hæc nostra Usuardina editio concinnata est. Jam extracta, atque una codices, unde accepta sunt, sic breviter repræsentabo, ut nihil prætermissurus sim, quod ad sufficientem omnium notitiam desiderari queat.

Aquicinctinus.

237 In nostra collectione primum locum occupat codex *Aquicinctinus*, non ab Henschenio et Papebrochio, sed ab aliquo, fortasse cœnobii illius monacho, accuratissime et distinctissime collatus, ne neglectis quidem intercurrentibus minutiis. De hoc supra dicere cœpimus num. 224, ubi ipsi et Marchianensi fragmento, inter antiquiores purioresque manuscriptos codices datus est locus, notatumque, in multis convenire cum Pratensi, Antverpiensi majore et Rosweydino, tum vel maxime, cum hi a ceterorum turma segregati sunt. Hic præterea cursim observabo, quæ codicis Aquicinctini ætatem, non obscure definire queant. Qui manuscriptum cum secunda Molani editione anni MDLXXIII contulit, ad XXV Augusti, descripta ultima commemoratione : *Ipso die Parisiis, elevatio beati Ludovici confessoris*, sedulo notavit, hæc *calamo longe recentiore* adjecta esse. Sic XXI Octobris, ad hanc ultimam etiam annuntiationem : *Coloniæ, SS. undecim millium Virginum*, additur : *Hæc sunt a manu recentiore*. Hujusmodi indicia satis probare videntur, codicem ipsum autographum, seculo XIII, aut forte citius exaratum fuisse. De hoc paulo fusius, reliquos omnes multo brevius enumerabimus, ea sola describendo, quæ a collatoribus observata fuerint.

Marchianensis.

238 Antiquitatis et simplicitatis ordine, sequi hic deberet manuscriptus Usuardus *Marchianensis* citato num. 224 etiam laudatus, sed cum sola fragmenta duo, nempe mensis Februarius et pars Martii penes nos sint, plura dicere supersedeo.

Victorinus, cum alio collatus

239 *Victorinus* citari poterat sub duplici nomine, quippe cum altero collatus, sed satis est id verbo hic indicasse. Variantes seu extracta, scripta sunt manu Henschenii, præmisso hoc titulo : *Usuardus Parisiensis Ms. sancti Victoris, et excusus Molani, collatus cum Ms. serenissimæ reginæ Sueciæ, quod pertinuit anno* MDXXI *ad Bernardum Hannetreau, presbyterum curatum B. Mariæ in ecclesia Silvanectensi. Videtur fuisse alicujus monasterii in diœcesi Nivernensi.* Sæpissime convenit, adeoque in Auctariis sæpe citatur, cum alio codice Reginæ Sueciæ signato num. 130, de quo infra.

Messanensis et Pleschionensis.

240 Sequuntur fragmenta aliqua codicis ecclesiæ *Pulsanensis* ac *Messanensis*, tum Martyrologii *Pleschionensis*, quorum primum non magni momenti est; alterum paulo majus, desumptum est ex manuscripto Longobardico, quod verosimiliter aut plenum non fuit, aut saltem integre legi nequivit.

Ursini a Rosemberg

241 Proximo extracto, etiam ab Henschenio descripto, hæc in fronte præmittuntur : *Usuardus manuscriptus Reginæ Sueciæ, qui fuit illustrissimi principis Domini, D. Petri Vok Ursini, Domini domus a Rosemberg, ultimi et senioris, et e primatibus Bohemiæ, celsissimi et antiquissimi, an.* MDCIX, *collatus cum Ms. Ultrajectensi in quarto, et excuso Molani.* Codicem antiquum non esse, ostendit commemoratio *S. Bernardini* posita XX Maii, cum hic Sanctus obierit MCCCCXLIV.

Daveronensis.

242 Ex chartis PP. Fulliensium Parisiis hic interjicitur Sanctorum elenchus, qui an plane Usuardinus sit, non audeo statuere. Sic incipit; *Ex antiquissimo Martyrologio Ms. Prioratus de Daverone, Ordinis sancti Benedicti, diœcesis Carnotensis.* Citatur in Auctariis sub nomine codicis *Daveronensis*. Admiscetur *series antiqua Regum Franciæ*. Tum : *Index et catalogus Sanctorum, quorum passiones et vitæ continentur in Legendario Ms. RR. PP. Carmelitarum Discalceatorum suburbii S. Germani Parisiis.*

Ambianensis.

243 Ultima totius scripti pars, est *Martyrologium manuscriptum ecclesiæ Ambianensis*. Cum ipsum in serie Usuardinorum repererim, ut tale in Auctariis citavi.

Matricula Cartusiæ Ultraject.

244 Superius num. 116 locuti sumus de codice aliquo integro, inter extracta reposito, sub hoc titulo : *Compendiosum Martyrologium, excerptum ex Matricula Cartusiæ Ultrajectinæ, conscripta in pergameno, saltem primo digesta, jam facile a ducentis aut amplius annis.* Poterat hujus codicis descriptor, qui ipsum cum Martyrologio Romano contulit, paulo certius ætatem determinare, si advertisset, XXX Julii sic legi : *Brigittæ Sanctimonialis, a qua habent ortum illius Ordinis observatrices, quæ modernis temporibus in diœcesi Trajectensi orire cœperunt.* Non ponitur Bruno VI Octobris. Est merum Usuardi compendium, semper integre, ut citato numero diximus, in Auctariis descriptum.

Bigotianus 1, 2 et 3

245 Tres Usuardi Bigotiani satis puri esse debent, cum pauca additamenta invenerint Henschenius et Papebrochius; hic, singulis notas apposuit. De primo sic habet : *Usuardus collatus cum*

Martyrologio Ms. Bibliothecæ Bigotianæ, sub nomine Eusebii, Hieronymi et Bedæ, quod olim fuit alicujus conventus Patrum Cœlestinorum, sign. P. 5. De secundo scribit : *Ex ejusdem bibliothecæ codice antiquo signato E* 4. vel *E* 40, *qui fuit ecclesiæ S. Stephani, ut putatur, Cadomensis, in quo fere simplex textus Usuardi et paucissima Bellini.* Vix ulla in isto additamenta reperta sunt; nec multa in tertio : *Usuardus collatus cum tertio vetustiori, sign. D.* 9. Omnes incipiunt *a vigilia Nativitatis Domini*, quo modo Usuardum ipsum Martyrologium suum inchoasse, diximus num. 169.

Divionensis. *Cisterciensis.*

246 Sequitur foliolum, P. Chiffletii manu scriptum, sub hoc titulo : *Excerpta ex Martyrologio S. Benigni Divionensis, quod ipsum est Usuardi Martyrologium, paucis vel textui insertis, vel ad marginem adscriptis, quæ hic pleraque collegimus.* Pauca certe Usuardo adjecta invenio : quæ ad marginem apposita dicuntur, spectant ad dedicationes altarium vel capellarum, ut plures habentur in famoso Pratensi codice, sed eas prope omnes prætermisimus, nisi cum in aliis exprimuntur. Altera collatio a manu Papebrochii sic depingitur : *Martyrologium Usuardi, collatum cum Ms. S. Benigni Divionensis, quod est apud Cistercium.* Primum vocavimus *Divionense*, hoc *Cisterciense.* Alia sunt inter Chiffletianos extracta, de quibus suo loco.

Cluniacensis.

246 Est deinde *Martyrologium Usuardi, collatum cum manuscripto Cluniacensi.* Exiguus accessionum numerus satis ostendit, codicem istum purioribus annumerandum.

Augensis.

247 *Martyrologium Usuardi, collatum cum Ms. monasterii sancti Laurentii, Canonicorum Regularium civitatis Augensis.* Et in hoc pauca auctaria reperit Papebrochius, atque adeo si collatio recte instituta est, hic etiam puris nostris Usuardis accedit.

Camberiensis.

248 Paulo auctior est is, quem Papebrochius ita designat : *Martyrologium Usuardi, collatum cum Ms. Fratrum Conventualium, monasterii sanctæ Mariæ Chamberii, cui subjunctum Calendarium, continens obligationes et mortes memorabiles illius conventus.*

Reginæ Sueciæ numero 130 et 428.

249 Sequens collatio facta est cum duobus Usuardis manuscriptis Reginæ Sueciæ, quorum alter notam præfert numeri 130, estque is idem, quem supra diximus sæpe convenire cum codice Victorino. Secundus distinguitur per numerum 428. Utrumque auctiorem, ac proinde a simplicitate Usuardina multum recedere, docebunt Auctaria.

Cod. A. D. Le Mare. *B et C. D. Du Cheval*

250 Ut tres proximi satis dignoscantur, describendus est totus Papebrochii titulus : *Martyrologium Usuardi, collatum cum Ms. A, Domini Le Mare, quod fuit collegii Canonicorum S. Lazari Augustoduni, habetque in margine notatos obitus et obligationes istius collegii ex vi legatorum, etc., quæ accuratissime exprimuntur. Item cum Ms. B, in quo scribitur S. P. N. Augustini. Et Ms. C, quod fuit alicujus conventus Franciscani, ut patet ex festis ei Ordini propriis : utrumque post seculum* XIV *scriptum, pertinensque ad D. Du Cheval Divione; cum primum ante sexcentos annos scriptum esse, constet.* Extracta omnia ita inter se commixta sunt, ut vix securus sim de recta singulorum citatione. Hic vere locum habet Poetæ dictum : *dum brevis esse laboro*, *obscurus fio.* Eadem confusio proxime recurret in codicibus Florentinis, ab Henschenio collatis.

Vaticanus n. 5949.

251 Copiose auctus, et contra copiose contractus, codex Usuardinus Vaticanus, signatus num. 5949, scriptus charactere Longobardico, quem vocat Papebrochius, *novam collectionem ex Usuardo, Adone et aliis factam pro ecclesia Beneventana.* Pro ea ecclesia collectum aut compositum esse, satis innuit titulus *S. Sophiæ*, toties in contextu relatus. Ex Adone vix quidquam habet, potius ex aliquo Hieronymiano interpolatus est. Ætatem quodammodo conjicere voluit Papebrochius, dum ait, *meminisse S. Romualdi et Thomæ Cantuariensis ;* sed de ea pluribus disputare operæ pretium non est.

Ughellianus.

252 Hic sequitur codex ille, de quo supra non semel memini, nempe Usuardus *abbatis Ughelli* sive *Ughellianus*, quem in omnibus puto convenire cum nostro Antverpiensi et antiquissima editione Lubecana maxima. Qui si accuratius collatus fuisset, haud dubie a duobus aliis numquam divelleretur. Nolim tamen id tam certo affirmare, cum facile etiam in aliquibus dissentire potuerit.

Altempsianus.

253 *Altempsianum* recte advertit Papebrochius, in Anglia auctum esse, cum hujusmodi additamenta sæpe recurrant. Qua occasione Romam pervenerit, explicatum non est, nec de ejus ætate scrupulosius inquirenda multum fui solicitus; id vero observavi, codicem olim fuisse ecclesiæ Wintoniensis, cum XXX Octobris ita legat : *Ipso die ordinatio sanctissimi antistitis atque patroni nostri Swithini*, alii scribunt *Swithuni.* Collatio nostra incipit a mense Martio, rejectis in finem Januario et Februario. Suspicor autographum ipsum ita olim scriptum, vel forte male compactum fuisse.

Codd. Florentini.

254 En modo confusionem Florentinorum codicum, de qua dicebam num. 250. Sic in fronte scripsit Henschenius : *Martyrologium Usuardi collatum :* 1° *cum Ms. D. Caroli Strozzi, senatoris Florentini, in quarto. Collatum* 2° *cum Martyrologio Florentino, edito Florentiæ anno* MCCCCLXXXVI (alibi notatur MCCCCLXXXIV, sed primum numerum servavimus) *per Franciscum de Bonaccursiis presbyterum, et spectat ad eumdem Strozzium, in quo dum desunt additur* (✠ deest.) *Collatum* 3° *cum manuscripto Medicææ bibliothecæ, in pergameno, in quarto. Quæ si conveniant, inferius subditur, si alia ibi sola sint, superne linea trahitur.* Quam hæc errori obnoxia sint, nemo non videt. Conatus sum, qua potui diligentia, ad proprios codices referre singula; sicubi deflexerim, prudens lector facile ignoscet. Non videntur hi codices seculum XV superare, certe perpetuis ferme redundant auctariis.

255 Sequuntur extracta seu collationes aliæ, Florentiæ et alibi factæ, cum aliis Martyrologiis, ex Adone et ex aliis multum interpolatis, quæ pro Usuardinis non agnovit Henschenius, neque nos eorum accessionibus Auctaria nostra crescere voluimus, aliunde satis ampla et numerosa. At cum

Chiffletiana pleraque ex codicibus Usuardinis accepta videantur, eorum potior habita est ratio. unde hic singulorum nomina percurremus, nequid in toto opere recurrat, quod non undequaque explicatum sit. Hic titulus a Papebrochio omnibus præfigitur : EXTRACTA EX VARIIS MARTYROLOGIIS A R. P. PETRO FRANCISCO CHIFFLETIO. *Chiffletiana extracta*

256 *Ex veteri manuscripto Usuardi S. Rigaud* hoc est *S. Rigaldi* in territorio Matisconensi. Si ex additionibus de codicis puritate judicare liceat, probum esse oportet, cum illæ paucæ sint numero. *S. Rigaldi.*

257 *Ex Martyrologio monasterii Jurensis S. Ragnoberti, ex Adone et Usuardo contexto*, inquit Papebrochius ; at si singula recte expenderis, a stylo Adonis permodice participat. Magis crediderim, Usuardum esse ad aliorum morem, sed non multum interpolatum. *Jurensis.*

258 *Ex Martyrologio ecclesiæ Lugdunensis sancti Stephani : sub nomine Bedæ*, sic iterum loquitur Papebrochius, *sed Adoni similiori*. Non satis capio unde hæc rursus similitudo accepta sit, nam auctaria pleraque, si non Usuardum, saltem ejus enuntiandi modum ferme sapiunt. *Lugdunensis S. Stephani.*

259 *Ex Martyrologio Usuardi ecclesiæ Burdigalensis*. Nihil additum est, ex quo de ejus ætate statuatur. Quantum a primigenia simplicitate absit, intellige ex Auctariis. *Burdigalensis.*

260 *Ex veteri Martyrologio Castri Karoli*. Seu, mavis, ex cœnobio sanctæ Mariæ de Castro Karoli. Locum mihi hactenus ignotum fateor. Si codex Usuardinus est, non videtur contemnendus. *Castri Caroli.*

261 *Ex Martyrologio Bizunticensi S. Pauli*. Non multa habet ex quibus magis ad eam, quam ad aliam quamlibet urbem pertinere dicendus sit. Huic addi possunt extracta alia non magni momenti desumpta *ex Martyrologio Luxoviensi*. De hoc etiam peculiare quidquam notatum non invenio, nec observare ipse potui. *Bisuntinensis.* *Luxoviensis.*

262 *Ex Martyrologio sancti Anatolii Salinensis*. His extractis subjunguntur alia etiam perpauca, *ex Martyrologio Franciscanorum Salinensium*. Sola nomina indico, cum dubiis conjecturis indulgere nolim. *Salinenses duo.*

263 Æque obscura sunt ea, quæ Chiffletius sumpsit *ex Martyrologio abbatiæ Gollianæ*. *Gollianus.*

264 Item *ex Martyrologio Montis sancti*, nisi quod in eo magis exornentur *Romaricus* (a quo nomen sortitur locus, ut sit *mons sancti Romarici)* aliique Sancti cum eo conjuncti, aut ad idem cœnobium spectantes. *Montis-Sancti.*

265 *Ex Martyrologio Usuardi, Caudiacensis Prioratus*. Memini me alicubi in Actis hunc codicem reperire sub nomine *Candracensis*, sed servanda est nomenclatio, qua etiam in Auctariis usus sum potissimum. Tot solus hic codex additiones habet, quot in sequentibus quatuor reperiuntur. *Caudiacensis.*

266 *Ex Martyrologio Balernensi*. Duæ solæ annuntiationes extractæ sunt, quæ aliunde in Auctariis satis notæ, ex hoc codice citari non merebantur. *Balernensis*

267 *Ex Martyrologio sancti Vincentii Cabillonensis*. Patriam suam clarissime indicat, nam quæcumque habet, loci ipsius propria sunt. *Cabillonensis.*

268 *Ex Martyrologio Usuardi, monasterii sancti Benigni Divionensis*. Idem nomen ex ipsiusmet Chiffletii manuscripto supra citavimus num. 245; verum extracta non plane conveniunt, nam in priori non nisi sex, in hoc annuntiationes undecim reperiuntur. Sed tanti non est ea discrepantia, ut hic ei explanandæ diutius immoremur. *Divionensis S. Benigni*

269 *Ex Martyrologio Divionensi ecclesiæ sancti Stephani*. Et hic codex pauca suppeditat. Inter additiones undecim, duæ dumtaxat Divionensibus propriæ reperiuntur. *Divionensi S. Stephani*

270 *Ex Martyrologio pervetusto Remensis ecclesiæ sanctorum Timothei et Apollinaris*. Codex hic valde copiosus est, pluribus abundans auctariis, quam ullus ex præcedentibus. Utrum vere Usuardinus sit, non explicavit Chiffletius. *Remensis SS. Timoth. et Apollin.*

271 *Ex Martyrologio sanctæ Mariæ Belnensis*. Et hoc vere nomen suum præfert, cum non habeat nisi Belnensia. Vide egregium specimen XXVI Aprilis. *Belnensis*

272 *Ex Martyrologio Accincti*. Unicam habet commemorationem : *In territorio Bisuntino, monasterio Bellevallis, translatio S. Petri episcopi et confessoris*, de qua vide VIII Maii. *Accinctinus.*

273 Chiffletianis postremo hoc loco superadditur extractum non maximi momenti *ex Martyrologio Usuardi Abdinghoffensis* in Westphalia, quod vix pageллum implet. Alia ex eodem codice adjunguntur quæ huc non pertinent. *Abdinghoffensis.*

ARTICULUS VI.

Codices alii in hoc opere non adhibiti.

274 Præter longam codicum Usuardinorum seriem, satis fuse hucusque descriptam, alia penes nos manuscripta sunt, quæ numerum augere poterant, nisi tanta aliorum copia fuisset. Habemus codicem alterum Ultrajectinum *ecclesiæ sanctæ Mariæ Canonicorum*, manu Belgica, in folio, cui adscripsit olim Rosweydus, *non esse Usuardum* ; recte, si de puro intellexit, at ex Usuardo et aliis compilatum fuisse statim perspiciet, qui Usuardum noverit. Citat Molanus præfationis cap. 13, *Usuardum Guilielmitarum Brugensium*, quo in sua editione usus sit. Invenio descriptos inde menses duos, ex quibus colligo, multum convenire cum Usuardis nostris Leydensibus, præsertim cum Belgico, unde et cum ipsis codicibus, prædicti duo menses compacti sunt. Est item codex alius parvus, manu recentiori scriptus, quem simpliciter *Brugensem* vocamus, semel aut iterum, ni fallor, a nobis citatus, sed subinde rejectus, quod ab Usuardo nimis sæpe deflecteret. Adjungo his codicem alium

alium minimum, corio nigro coopertum, qui fere Usuardinus dici posset, nisi nimium et quasi studio contractus esset. Citantur in Actis non raro *Additiones manuscriptæ Cartusiæ Bruxellensis*, sed hæ nihil ad Usuardum, cum mera augmenta sint, editioni Grevenianæ superaddita. Contulit Papebrochius editionem Lubeco-Coloniensem, cum codice aliquo abbatiæ Præmonstratensis *S. Michaelis Antverpiæ*; verum et in eo additiones sunt additionibus superadjectæ. Demum in Actis frequenter recurrit *Florarium Sanctorum*, in quo Usuardina multis aliis immixta sunt. Sufficiebant mihi codices jam enumerati, quotidie evolvendi, ut facile reliquos omnes intactos relinquerem.

275 Erit fortasse, qui ex citatis præfationis hujus initio Bollandi verbis, quærat, cur inter tot Usuardos, hic jam ordine recensitos, locum non habeat *Pragensis* ille, quem cum Bruxellensi ibidem nominat? Dicam candide, nullum me peculiarem codicem Pragensem nosse. Non diffitebor tamen in nostra Martyrologiorum collectione, Martyrologium aliquod Pragense reperiri, quod *proprium Pragense* vocavit Henschenius; idque merito, cum solos eos dies signet, quibus Pragæ festivitas aliqua celebratur, propter Sanctorum reliquias a Carolo IV Cæsare, magno numero procuratas eoque collatas. In manuscripto nostro, manu Papebrochii notatur, P. Gamansium, codicem ipsum Pragensem ad Bollandum olim misisse, sed ad dictum Patrem remissum anno MDCLXXXI. Ceterum satis mihi certum est, de tali Martyrologio Bollandum in præfatione generali locutum non esse. Malim credere, Pragenses Patres nostros Usuardi Danici olim possessores, extracta aliqua et specimina ad Bollandum misisse, ex quibus ipse facillime judicare potuerit, *amplificata Sanctorum elogia, et plurima nomina adscripta*. Si præter hoc, aliud Pragense Martyrologium, aut vidit aut sibi commodatum habuit, certum est in Museo nostro hodie non exstare. Quod si fortasse lector codices alios sub Usuardi nomine in Actis citatos reperiat, meminerit incompletos esse, aut extracta aliqua ad Majores nostros fuisse transmissa, sicuti de Hieronymiano Tamlactensi diximus præfationis hujus num. 25.

ARTICULUS VII.

Editionis hujus fides, ratio, ordo.

Huic editioni cura adhibita

Quod præfationis hujus principio testatus sum, id secure denuo sub finem audeo asserere, me in tota hac nova recensione, id maxime habuisse præ oculis, ut præter Martyrologiorum Genealogiam, Usuardum purissimum et sincerissimum proferrem; in quo, confidenter dicam, nihil operæ, nihil laboris, nihil diligentiæ a me prætermissum fuisse. Fontes assignavi ita repurgatos et mundatos, ut limpidam veritatem ex iis haustam existimem, atque adeo tuto et absque ullius invidia Usuardo huic applicare possim, quod Pontifici Paulo V de suo Adone asseverabat Rosweydus, *ea fide curaque recensitum, ut affirmare non verear, parum a calamo menteque auctoris abesse. Intererat profecto reipublicæ Christianæ, ne quid magni viri titulo legeretur, quod ipsius non esset, ne quid corruptum ejus nomine circumferretur, aliena adsutum manu; ne viri auctoritatem secuta posteritas, erroris funiculos necteret; ne quoque* Usuardo *quidquam abjudicaretur, cui certissimum ab unanimi codicum suffragio testimonium esset*. Ne vero plura in hanc rem argumenta coacervando, præfationem jam satis, forte nimis diffusam, ulterius protraham, asserti mei sinceritatem, per singulos dies perspiciet, qui Observationes nostras consulere dignabitur.

in qua citantur codices

277 De operis item ratione et ordine paucissima dicenda supersunt. In fronte cujusque diei ponitur textus ipse Usuardinus, ex præcipuorum, imo omnium codicum collatione eductus; quorum, qui eo die puri reperti sunt, nomina minori charactere Italico subjiciuntur, tanquam præmissi textus Usuardini probatio. Si quando nullus codex integre purus et simplex fuerit, attexitur dissertatiuncula, qua de textus simplicitate lector abunde edoceatur. Eo autem ex probatioribus codicibus expurgato, cetera omnia, quæ Usuardo abjudicanda censemus, in eum elenchum rejecta sunt, quem AUCTARIA appellavimus. Porro, operis ordine, sequitur manipulus LECTIONUM VARIANTIUM, in codicibus Usuardinis, pro eo textu citatis occurrentium, ubi si forte minutiæ observentur momenti perexigui, meminerit lector, me hic omnium gustibus deservire debuisse, adeoque et morosis antiquariis non nihil tribuere. Hos vero qui noverit, scit cum iis se ingeniis conflictari, quibus religioni est, vel minimum apicem in hisce rebus negligere. Qui similibus non delectantur, auctor iis sum, ut de Variantibus nihil soliciti, ad OBSERVATIONES transeant, ibi reperturi, quæcumque ad auctoris nostri illustrationem conducere posse censuimus.

et Kalendaria,

278 Prima cura fuit, textus Usuardini genesim eruere et explanare, ut lectores quotidie habeant, quam supra dicebam Usuardi cum patre, avo, vel avis et abavis, cognatis et affinibus conjunctionem, eo plane modo, quem supra præfationis principio repræsentare conatus sum. Præter Martyrologos, ad demonstrandam cultus Sanctorum diuturnitatem, non semel adduxi antiqua *Kalendaria*, eaque præcipuæ hoc tempore inter eruditos auctoritatis, ut est celeberrimum illud et vetustissimum, primum a Bucherio vulgatum, in commentario ad Victorii Aquitani Canonem Paschalem a pag. 267, et denuo editum a Ruinartio inter sincera et selecta Martyrum Acta, in editione Parisiensi (qua sola usus sum) a pag. 692, in recentiori Amstelodamensi a pag. 617, cui in utraque hac editione subjungitur Kalendarium aliud Carthaginense, etiam antiquissimum, quod primus reperit, publici juris fecit, notisque illustravit laudatus sæpe a nobis Mabilio, Analect. tomo 3 a pag. 398.

279 Alia duo sunt, vel forte Editorum duorum Kalendarium idem, quod primum Leo Allatius operi *de Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione*, edito MDCXLVIII inseruit

a col.

a col. 1487 : Fronto autem, de quo supra egimus, sub alio ferme titulo vulgavit MDCLII, ut vide supra num. 110, ac sæpius in operis nostri contextu. His adde Sacramentaria a Menardo, Thomasio et Mabilione edita recensitaque, quæ omnia stabiliendo Sanctorum vetusto cultui suis locis adducta sunt. Altera ferme quotidie mota est quæstio de Martyrologiorum nostrorum encomiis, seu Actis ipsis, unde illa a Beda et Adone accepta et contexta sunt, in quibus gravior plerumque difficultas, sed hic pro operis hujus instituto, sic paucis expedita, ut semestri primo ex Actorum, commentariorumque nostrorum fide, res decisa plerumque sit, semestri autem altero, monumentis, seu excusis, seu apud nos manuscriptis breviter discussis, intricatiora controversiarum capita ad majus opus remiserimus. Hic nonnumquam auctores citavi, necdum satis diligenter a me examinatos, atque inter eos præcipuum Sebastianum Lenain de Tillemont, in laboriosissimo opere Gallico sub titulo *commentariorum ad historiam ecclesiasticam*, in sexdecim volumina distributo, quem et alios quoscumque in eamdem rem ita appellatos volo, ut eorum auctoritati nec hilum tribuam, si cum Romanæ Ecclesiæ consensu et approbatione non omni ex parte conveniant.

et Sacramentarii;

ubi et non pauca de Actis.


280 Hæc lectorem eruditum præmonuisse, plusquam satis est, quod unice quærimus : nam harum rerum imperitis talis numquam monumentorum nostrorum explicatio dabitur, quæ ad omnium intelligentiam sufficiat. Idem ferme dictum sit de tota orthographiæ ratione, quæ in ipso Usuardi textu ex codicibus ferme servata est, eademque passim in Auctariis adhibita, sic ut nemo offendi debeat aut possit, si plurima perperam scripta inveniat, tum in rebus ipsis tum in nominibus propriis. Sic passim scribitur in textu *presbiteri*, etc., *Dionisii*, *Hieronimi*, *Hierosolimis*, etc., quorum omnium ratio redditur, in eo quem distinguimus articulo, sub nomine *Variæ lectionis*. In Auctariis multa recurrunt longe absurdiora, ubi tamen visum est restituere diphthongum æ, quæ in nullis codicibus, præterquam in Pratensi, Heriniensi, Rosweydino, atque Molani editione reperta est. Barbariei a nobis servatæ vindicias dabit Augustinus, relatus a Molano in annotatione IX Januarii. Hic præfationis metas signo, nam id genus minutiarum exponendarum, si singulas vellem percurrere, numquam esset finis; satis fortasse alibi tædii adferent, ut hic iis percensendis tempus denuo terere, operæ pretium non sit. Et mihi et omnibus faciam satis, si Usuardi Martyrologium, purum, germanum, sincerum et simplex exhibuero, qui est præcipuus operis nostri finis, ad unam, ut jam non semel diximus, eamque majorem Dei Sanctorumque gloriam.

De orthographia.

NOTANDA PRO INDICIBUS.

Ad evitandam, quæ in Molani indice est, Sanctorum Usuardinorum, aliorumque, qui solum in additionibus referuntur, confusionem, duplicem toti operi indicem subjunximus : alterum, qui Sanctos pure Usuardinos, aut festa alia ad Usuardum vere pertinentia complectitur; alterum, in quo Auctariorum omnium Sancti continentur, sed ita dispositi, ut pleraque, codicum ipsorum, ex quibus desumpti sunt, errata, atque in transformandis, multiplicandis, commutandisque Sanctorum nominibus, item in iisdem sæpe repetendis perturbatio ablata non sit, in quo etiam fidelitatem nostram lectori probatam volumus. Neque vero hujus loci erat, Sanctos illos aut ad proprios dies natales revocare, aut controversa alia dissolvere, cum hæc propria sit commentariorum nostrorum ad ipsa Acta institutio, quo hæc omnia reducenda et remittenda putavimus.

MARTYROLOGIUM



MARTYROLOGIUM

USUARDINUM

INCIPIT MARTYROLOGIUM

PER ANNI CIRCULUM

MENSIS JANUARIUS

Habet Dies XXXI.

Kalendis. *Die* I.

CIRCUMCISIO Domini nostri JESU CHRISTI. Romæ, natalis sancti Almachii martyris; qui jubente Urbis præfecto, cum diceret : Hodie Octavæ Dominici diei sunt, cessate a superstitionibus idolorum, a gladiatoribus occisus est. Via Appia, coronæ militum triginta, sub Diocletiano imperatore. Item Romæ, sanctæ Martinæ virginis, quæ sub Alexandro imperatore diversis tormentorum generibus cruciata, tandem gladio martyrii palmam adepta est. Apud Spoletum, sancti Concordii presbiteri et martyris, temporibus Antonini imperatoris; qui primo fustibus cæsus, dehinc equuleo suspensus, ac ferro post in carcere maceratus, ibique angelica visitatione consolatus, demum gladio vitam finivit. In Cæsarea Cappadociæ, depositio sancti Basilii, cujus celebritas XVIII Kalend. Julii potissimum recolitur. In Africa, beati Fulgentii ecclesiæ Ruspensis episcopi, qui ob catholicam fidem et eximiam doctrinam exilio relegatus; tandem ad propriam ecclesiam redire permissus,

Circumcisionis. *Almachii.* *xxx militum.* *Martinæ* *Concordii* *Basilii* *Fulgentii*

sus, vita et verbo clarus sancto fine quievit. In territorio Lugdunensi, sancti *Eugendi.* Eugendi abbatis, cujus vita virtutibus et miraculis plena refulsit. Alexandriæ, *Euphrosynæ.* sanctæ Euphrosinæ virginis.

Usuardum in primæva sua simplicitate hic repræsentari, probant plerique codices quibus me potissimum innixi in præfatione indicavi. *Pratensis* nempe codex, aut prætense aut vere autographus, cum quo semper fere convenit *exemplar B* et alii ibidem fortasse similes. Item *Heriniensis*, *Tornacensis*, *Antverpiensis*, *Editio maxima Lubecana*, *Muneratus*, *Grevenus*, *Molanus* : in quibus nulla, saltem momenti gravioris, discrepantia reperitur, ut mox patebit.

VARIA LECTIO. De *Presbiteri* et hujusmodi multis aliis minutiis orthographicis superius in præfatione actum est, et erit sæpius alibi dicendi locus. Lego *Circumcisio* cum Herinien. Antverpien. et MSS. impressisque pluribus, quemadmodum prælucent Beda et Romanum parvum. Ex prioris annuntiatione suam procul dubio formavit Usuardus. Praten. scribit *Circuncisio.* Greven. et Molan. addunt, *secundum carnem*, quibus vocibus utuntur apographa Hieronymiana et Beda ; sed eas ab Usuardo expunctas, ut plerumque multa decurtat, probant puriora exempla omnia tum edita tum MSS. Omisi etiam *Alippio*, licet in Adone habeatur, et rectius, opinor, apud Bedam *Alypio*, ipsa eadem causa, quod in codicibus nostris id nomen non habeatur, forte consulto ab Usuardo prætermissum, tametsi satis verosimile sit, *Faltonium Probum Alipium* Honorii tempore, dum *Almachius* vel *Telemachus* trucidatus est, præfecturam Urbis administrasse. Legitur hic, et recte ni fallor, *Eugendi* non *Augendi*, contra quam habeatur in Praten. Herinien. Tornacen. et Munerat. ubi pro Eugendo positus est *Augendus.* Mihi *Eugendus* præplacet, ut Majores nostri in Actis hoc die legerunt, et legere debuit Usuardus Adonem describens. Atque ita etiam in antiquis lectum fuisse ostendunt codices alii, pro textu citati. A qua parte stet derivatio gallica *Oijend*, judicent alii. In *Eufrosina* servavi modum scribendi codicum MSS. et impressorum, quidquid Ado rectius posuerit *Euphrosynæ*, orthographia fortasse ab editore correcta. Notavit Clar. Castellanus in prætenso Pratensi autographo lituram apparere post *Augendi abb.* cui deinde in eadem membrana inscriptum, *atis. Alexandriæ, sanctæ Eufrosinæ virginis, cujus vita virtutibus et miraculis plena refulsit.* Manifesta hæc, ut mitissime dicam, transpositio, auctoritatem illius codicis certo imminuit, nihilominus primo hoc die inter puriores locum obtinet, sæpe alibi ob defectus graviores excludendus. Demum observo, in ecgrapho Tornacen. voces pauculas immutatas, quæ tamen totius rei substantiam illæsam et intactam relinquunt.

Circumcisionis. OBSERVATIO. Non facile dixerim cur Ado *Circumcisionem* a Romano parvo expressam reticuerit, nec cur Usuardus *octavam Domini*, ab utroque illo et Beda diserte positam. Reliqua quæ *Almachii.* ad hanc primam annuntiationem spectant, in Variantibus dicta sunt. *Almachius* a Beda primum signatus est, nulla gentis aut instituti facta mentione ; ut dubitari possit an Theodoretum a Bollando aliisque citatum præ oculis habuerit. Verumtamen vel ea, vel simili alia causa *Telemachum* Theodoreti ab *Almachio* hoc nostro distinguere velle, scrupulos magis sapit quam solidam rationem. Brevius de eo agit Romanum parvum, sed *decollatum* pronuntiat, quod Ado non est ausus asserere, secutus simpliciter contextum Bedæ. Utrum e duobus descripserint Usuardus et Notkerus, libera datur sentiendi optio. Erit qui opponat vetustissimum Hieronymianum ecgraphum Epternacense, quod Florentinius Antverpiense appellat; in cujus specimine, in Præfatione Bollandiana pag. XLVI impresso, et rursus in Propylæo antiquario ante tomum 2. Aprilis ex æneis laminis recuso, legitur : *Natalis Coronæ, qui jubente Asclepio, etc.* Unde nimirum sequeretur primam Almachiani elogii originem ad Hieronymiana referendam. At enim facile occurritur : nam manifestissime patet codicis illius in laterculo hujus diei confusio ex omnibus aliis apographis Hieronymianis, tum a Florentinio editis, tum apud nos MSS. omnino corrigenda. Ut paucis dicam, huic Martyrologio prorsus insolitum est hujusmodi encomia uspiam referre. Rursus non Coronæ Sanctæ, quæ hic nulla est, nec Stephani, quem forte supponere volueris, sed unius Almachii ea propria sunt. Statuendum proinde Laurentium descriptorem codicis ex Anglia verosimiliter a S. Willibrordo allati, aut a Sancto ipso aut ex Bedæ coævi scriptis elogium accepisse, atque illuc non satis apte inseruisse; ut plane intelligunt harum rerum periti, et fusius demonstrari poterit, si quando usus fuerit alia nostra Hieronymiana apographa genuinis proxima typis edere, in quorum nullo similem usquam phrasim deprehendimus. Explodenda porro stultissima imperiti cujusdam Angli argutatiuncula de *Almachio* ab *Almanacho* progenito, quam hic vel notasse plusquam satis est, utpote nec appellari nedum confutari dignam, quod tamen ultro præstitit laudatus nobis et sæpe imposterum laudandus Clar. Castellanus.

Militum XXX. Sequitur in textu nostro : *Coronæ militum* XXX, quæ in Adone post Concordii annuntiationem posita est, ex Hieronymianis immediate desumpta, in quibus Corona a militibus perperam distingui videtur, quod Viennensi nequaquam placuit, nec item Nostro; a Notkero tamen restitutum est. *Martinæ.* Actum non ago; si plura requiris, videbis Bollandum et Florentinium. *Romæ, Martinæ virginis* meminit Romanum parvum ; Ado longam ex Actis laudationem concinnavit, breviorem ex ipso Notkerus, solam medullam Usuardus contractam exhibet, ut conferenti luce clarius patebit. Rabanus licet ex eodem fonte hauriat, diversam plerumque semitam ingreditur. Rursus : *Et apud Spoletum, sancti* *Concordii.* *Concordii martyris*, Romani parvi verba sunt. Elogium ex Actis Adonianum est, compendium hic Usuardinum, apud Notkerum paulo auctius. Alia denuo habet Rabanus, *Concordium Romæ* *Basilii.* tribuens. *Basilius* apud antiquiores Martyrologos notus non est. Notkerus autem pluscula de eo

memorat

memorat; Wandelbertus vero canit : *Basiliusque sacer meritorum splendet honore*, isque præterea nativitatem Domini, Euphrosynam et Almachium celebrat, reliquos omnes omittens. Equidem existimo sanctissimum episcopum pure Usuardinum esse. Quod vero subditur : *Celebritatem ejus potissimum recoli xviii Kal. Julii*, id qua ratione a viris cetera eruditis de *ordinatione* in episcopum intelligatur, mihi studiose quærenti hactenus reperire non contigit. Ultimo loco habet Romanum parvum : *Et in Ruspensi ecclesia, sancti Fulgentii episcopi*. Hinc ab Adone acceptus pluribus laudatur, quæ a Notkero descripta sunt, a Nostro modice decurtata et polita. Penultimo loco in Adone est *Euphrosyna* cum vitæ epitome, a Notkero paululum aucta, atque in recentioribus codicibus Usuardinis descripta, ut mox videbitur. Usuardus solum ferme nomen ab Adone transumpsit et ultimo loco retulit; Bollandus vero in gratiam PP. Carmelitanorum ad diem xi Februarii remisit. De quo vide Resp. Papebrochii, art. 10. num. 44. *Eugendus* Adoni debetur hoc die non sequenti, ut Notkerus posuit. Ex illius verbis composita sunt quæ ab Usuardo dicuntur. Ex his perspicere lector incipiat quam vere nuper a nobis pronuntiatum sit : Adonis Martyrologium fontem esse ex quo ferme totum Usuardinum nostrum profluxit.

Fulgentii. *Euphrosynæ.* *Eugendi.*

AUCTARIA.

Textus auctior.

ANTVERPIEN-MAJOR. Inserit, *secundum carnem*. Post, *gladiatoribus*, cum Beda, addit, *hac de causa*. De Martina, deest, *sub Alexandro*, etc.; scribit : *Apud Spoletum civitate Tusciæ*. Post *triginta has pro confessione veræ fidei sub*, etc. De Basilio : *Episcopi, admirandæ fidei atque doctrinæ viri*. Euphrosynæ vita sic ex Adone describitur : *Quæ orationibus patris sui Papuntii, de sterili matre progenita, in puerili ætate constituta, clam se tonderi fecit et monasticam vitam expetiit, Smaragdi sibi nomen imponens. Post etiam in reclusione viginti octo annos in omni sanctitate perdurans, tacta ægrotationis incommodo et mortem sibi adesse cognoscens, manifestante* (manifestavit) *se religioso et cum lacrymis multotiens quærenti eam patri*. Hactenus ex Adone. Additur porro : *Cum quievisset, sepulta est a fidelibus in ecclesia*. In fine adjicit : *Ravenna, Severi episcopi et martyris*.

Severi.

ROSWEYD. Secundo loco habet : *Basilii episcopi*, expuncto elogio. Tertio loco : *Romæ, sanctæ Martinæ, uxoris Adriani. Et Coronæ virginis*. Tum : *Et natale sancti Almachii, sub Olympio*, etc. Legit etiam : *Apud Spoletum civitatem Tusciæ*. In Fulgentio, abest totum elogium. Denique Euphrosyna Eugendo præponitur.

Textus contractior.

PULSANEN. Acephalus est, caretque diebus fere quatuor primis.

ANTVERP-MAXIM. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Ordinem non nihil immutant, cetera Usuardinæ puritati satis propinqui. Diem itaque sic uniformiter ordiuntur : *Octava nativitatis Domini nostri Jesu Christi, et Circumcisio ejusdem*. Sic deinde secundo loco pergunt : *In Cæsarea Cappadociæ, depositio sancti Basilii episcopi, qui tempore Valentis, doctrina et sapientia insignis, omnibus virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit*. Cur omiserint Usuardi verba de festi ejus celebratione xviii kal. Julii, non habeo unde statuam. Prædicti codices de sancta Martina hæc textui subjungunt : *Factus est autem in passione ejus, terræ motus magnus, et crediderunt ea die millia et trecentæ animæ*. Terræ motus ex Adone acceptus est, unde vero et a quo mirabilis ea conversio huc traducta sit, nescio.

Octavæ nativitatis.

LOVANIEN. Eodem modo incipit, eumdemque servat ordinem, sed Basilii, Martinæ, Almachii, Concordii et Fulgentii elogia plane rescindit.

Textus contractior. *Maximæ.*

CENTULEN. *Octava nativitatis Jesu Christi Domini nostri, atque Circumcisio ejus. Romæ, sancti Almachii martyris. Item Romæ, sanctæ Maximæ virginis*. Quæ hæc Maxima sit etiamnum quæro; forte jungenda erit Magno et Maximo, de quibus infra ad Belinum. Sequitur in codice : *Item via Appia, sanctorum xx militum*, (cur non coronæ xxx [1]) *sub Diocletiano passorum. Cæsarea Capadociæ, sancti Basilii archiepiscopi et confessoris. In Africa, civitate Ruspensi, sancti Fulgentii episcopi, vita et doctrina præclari. Apud Spoletum, sancti Concordii martyris. In territorio Jurensi, sancti Eugendi abbatis. Alexandriæ, Eufrosinæ virginis*.

BRUXELLEN. Incipit : *Circumisio Domini secundum carnem, et octava dies Dominicæ nativitatis*. In Almachio et Concordio satis purus est. De Martina habet sicut ANTVERP-MAX. etc.; sed nomen corrumpit, scribens *Marmenæ*. In militibus satis purus, in Fulgentio ex Adone modice interpolatus est. De Basilio inserit, *ammirandæ fidei vitæ et doctrinæ viri; cujus potissimum elevationis festum*, etc. Euphrosynæ elogium ex Adone non nihil mutilat. Tum : *Ravennæ, sancti Severii confessoris*. De eo etiam agunt Hieronymiana, sed in Actis differtur ad I Februarii. *Eodem die, sancti Papolæ* (vult dicere *Paragodæ*, vel ut Mosander *Paragodæ*) *septimi Viennensis episcopi*. Sequitur : *In territorio Lugdunensi, monasterio Virensium, sancti Eugendi abbatis*, etc. Denique : *Silviniaco, sancti Odilionis, quarti abbatis Cluniacensis, qui per annos quinquaginta sex, miro religionis fervore rexit atque provexit*. Vide infra auctarium Greveni.

Severii. *Paragodæ* *Odilionis.*

HAGENOVEN. *Circumcisio Domini nostri Jesu Christi, quando ipse præsentatus est sacerdoti ad circumcidendum octavo die, ubi ille pro nobis peccatoribus primum sanguinem fudit, ostendens se verum corpus assumpsisse humanum*. In Almachio deinde, Martina et Concordio satis purus est. Tum : *In Cæsaria Capadociæ, depositio sancti Blasii* (pro Basilii) *episcopi. Qui primus monachorum regulas scripsit, et ab Imperatore in exilium est missus, et tandem ad suam ecclesiam est reversus. Et a beato Effrem heremita in columpna ignis visus est, cujus caput erat in cælo et pedes in terra. Qui spiritu prophetiæ claruit, et in tempore Valentis imperatoris, sapientia et doctrina insignis, omnibusque virtutibus ornatus, mirabiliter effulsit. Cujus festivitas*, etc. In Fulgentio et Eugendo satis purus, in Euphrosyna non plane convenit cum supradictis. In fine, de corona xxx militum, pure.

De Circumcisione. *De Basilio.*

AQUICINCT. In fine : *Ipso die, sancti Maximi martyris*. Vide infra de *Magno*.

Maximi.

VICTORIN. In fine : *Ipso die, sancti Odilonis abbatis*. Deinde manu recentiori *Ravennæ, Severi episcopi et martyris*.

Odilonis. *Severi M.*

MATRIC. CARTUS. ULTRAJ. *Circumcisio Domini nostri Jesu Christi. Almachii martyris. Romæ. Coronæ militum* xxx. *Fulgentii episcopi et confessoris. Martinæ virginis et martyris. Eufrosynæ virginis*.

Odilonis. REGINÆ SUECIÆ sub num. 130. *Ipso die, sancti Odilonis.*

Magni. STROZZIAN. *Eodem die, sancti Magni martyris.* Vide, ut dixi, in Belino.

Severi M. MEDICÆUS. *Ravennæ, sancti Severi episcopi et martyris.* Editio Florentina anni MCCCCLXXXVI, cum hoc ex parte convenit.

SALINENS. PP. Franciscanorum. Adscriptum *Venerii.* recentiori manu : *Sancti Venerii martyris.* An non *Severii?*

EDITIO LUBECO-COL. De Circumcisione, fere *Jaspar.* ut BRUXELL. Tum : *In Oriente sancti Jaspar regis, quem beatus Thomas Apostolus plene fidem docuit, et postmodum episcopum patriæ ipsius, sicut et alios duos ordinavit. Qui hac die obdormivit in Domino, divino sacrificio in ecclesia prius celebrato et sumpto.* De Basilio, ferme ut ANTVERP-MAX. etc. Deinde : *Romæ, sanctæ Marcinæ virginis et martyris, quæ cum esset sublimis genere, patre consule nata, dives nimis rerum, quas indigentibus misericorditer erogabat, tenta ab Alexandro imperatore, jussa est sacrificare Apollini; quæ cum nollet, diversis tormentorum*, etc., ut supra est. De Concordio. inserit : *Qui natione Romanus ex patre Gordiano, tentus*, etc. In Fulgentio pura est. De Eugendo addit. *monasterio Jurensium.* De Euphrosyna quod supradictis addit, describi non mere- *Severi ep.* tur. In fine. *Ravennæ, sancti Severi episcopi* : Vide dicta.

BELIN. Inserit, *monasterio Jurensium.* Scripsit etiam *Olympio* pro *Alypio.* Sed præcipuum auc- *Magni* tarium in fine est : *Eodem die, sancti Magni martyris.* Descriptum forte ex codice simili STROZZIANO. Ex BELINO accepit MOLANUS, nec ullus alius codex de eo meminit. Vide conjecturam Clar. Castellani in notis pag. 15 et in Martyrologio universali pag. 665. Utut est, nihil Baronius, nihil Bollandus, nihil alii de *Magno*, *Maximo*, aut *Maximo* reperere, saltem quod huic martyri aptari queat.

GREVEN. Incipit ab Euphrosyna, fere ut su- *Odilonis.* pra. Tum : *Eodem die, beati Odilonis abbatis, cujus vitam virtutibus et miraculis claram Petrus Damianus eleganti stylo describit. Hic primus in monasteriis suis generalem commemorationem animarum, post festum omnium Sanctorum instituit, quod in Ecclesia utiliter institutum cernimus. Super aquas etiam cum sociis fide plenis ambulavit. In Oriente, dormitio sancti Jaspar, qui fuit unus ex* *Jaspar* *tribus Magis. Hic a beato Thoma Apostolo fidem edoctus, et episcopus ordinatus, quievit in pace. In Apulia, Potiti martyris.* *Potiti.* Aliis etiam diebus colitur. Vide XIII Jan. in Actis. *Stephani et Martini* *Stephani. Martini. Secundi Trophimi. Severi conf Fulgentii Utric. ep* *martyrum. Secundi martyris. Trophimi martyris. Severi episcopi et confessoris. Hic etiam memoria recolitur beati Fulgentii episcopi Utricolensis, de quo Gregorius 3 Dialogorum refert, quod a Gothis intra circuli designationem inclusus, in maxima pluvia pluviam non senserit. Coronæ Virginis.* Hanc probabilissime ex Hieronymiano aliquo accepit Grevenus, sed ut dixi, nulla est *Corona* ista virgo, amanuensium vitio perperam avulsa a XXX militibus in textu relatis. Præter Florentinium, videri etiam potest Clar. Castellanus, in notis pag. 8. et. 12.

MOLAN. In ipso textu litteris Italicis minoribus inseruit de Fulgentio : *Hujus vita virtutibus plena habetur.* Et post Lugdunensi, *monasterio Jurensium.* De *Magno* habet in fine eodem charactere, quod ex Belino descripsit, sed de eo jam ibi diximus. Sequitur typis Romanis minoribus, elogium *Fulgentii Utricolensis* ex Greveno desumptum. Sed in præfatione cap. 13. recte monuit idem Molanus, Fulgentium hunc, pro Cartusianorum Coloniensium arbitrio hac die collocatum. In Actis refertur XXII Maii. Castellanus in Martyrologio universali eum recolit III Decembris. Sequitur eodem charactere : *Clari abbatis* *Clari* *monasterii sancti Marcelli in Vienna et confessoris, magnæ sanctitatis viri. Castro Meleduno, depositio sancti Aspasii confessoris, cujus ibidem nomini* *Aspasii* *principalis ecclesia titulatur, licet vita penitus ignoretur. In Corbeia, depositio beati Adelardi, abbatis* *Adelardi* *et confessoris. Hujus vitam scripsit Rathertus abbas.* Editiones posteriores, de Claro Viennensi addunt, *cujus vita habetur.* Et in Actis exstat. De Aspasio, ut in priori. Non est opus, seu hoc, seu aliis sequentibus diebus, adjicere formulam (de cujus antiquitate hic non disputo) ET ALIORUM PLURIMORUM SANCTORUM, MARTYRUM, CONFESSORUM ATQUE VIRGINUM. RESPONDETUR : DEO GRATIAS.

IV *Nonas.* *Die 2*

Isidori. Apud Antiochiam, passio beati Isidori episcopi. Et in Ponto civitate Thomis, *Argei et soc.* trium fratrum Argei, Marcelli et Marcellini pueri, qui sub Licinio principe inter tyrones comprehensus, cum nollet militare, cæsus ad mortem et diu *Macarii* in carcere maceratus, martyrium consummavit. In Thebaide, sancti Macharii abbatis.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Munerati prima editio, Greven. et Molan.* Ut proinde de lectionis simplicitate dubitari nequeat

---

VARIA LECTIO. Scribunt aliqui cum Herinien. *Ysidori* : puto ego Usuardum posuisse ut est in textu. *Thomis, Argei, tyrones, Macharii* legunt omnes, et ita Nostrum legisse procul dubio censendum est.

OBSERVATIO. Prima nostra annuntiatio non ex solito fonte, sed ex Hieronymianis ab Usuardo accepta est, quam si integram servasset, forte tot diversa nomina, ut sunt *Isidori, Isiridoni, Si-* *Isidori.* *ridoni, Spiridonis, Stridonis* et nescio quæ alia, ex uno solo procusa non essent. Legunt apographa illa pleraque apud Florentinium : *In Antiochia, Syridoni, episcopi ejusdem loci.* Atque inde veram nominis faciem exsculpendam mox ostendetur. Ceterum mirabilis hæc nominum variatio, quocum-

que

que demum mod oenuntietur, virorum eruditorum ingenia non parum exercuit, ansamque Baronio dedit, ut præter *Isidorum Nitriensem*, potius *Hermopolitanum*, qui nescio qua ratione signatus sit, alterum nostrum *Isidorum Antiochenum*, et alterum *Siridonem*, item episcopum, Martyrologio inscriberet. Fatetur quidem ingenue divinare se non posse, cujus demum civitatis *Siridon* ille episcopus fuerit : Bollandus autem non parum laborat quo Isidorum Usuardi et Syrodonum Hieronymianorum aut confundat aut distinguat, quod certe non satis obvium est. Ego hoc loco eruditorum duorum judicia proferam, de quibus statuet lector quod videbitur. Heribertus Rosweydus in epistola data XII Maii MDCXXVIII, vitæ suæ penultimo, ad unum e nostris, si bene conjicio, Romam destinata, quæque inter ejus chartas a Majoribus nostris primum reperta, saltem accuratius inspecta fuit, anno MDCLXVIII, ita de hisce Isidoris vel Siridonis episcopis judicium vel dubitationem exponit : *Baronius*, inquit, *neutrum hic episcopum ad sedem suam reducere potest. Si mihi sensum meum aperire liceat, valde vereor, ex uno nomine varie lecto, duos episcopos nobis productos. Nam, si recte colligo, in nullo veteri Martyrologio invenientur duo hi episcopi* II *Januarii*, ISIDORUS *et* SIRIDON ; *quod vel Siridonem vel Isidorum repræsentabunt, pro ut quisque veteris codicis litteras leget. Id quod dico, videor ex solo Hieronymi Martyrologio colligere. Habes ibi* (nempe in Epternacensi) II *Januarii :* ISIRIDONI EPISCOPI ANTIOCHIÆ. *Cum tres episcopi Doni vel Domni Antiochiæ fuerint* (addere poterat, Isidorus aut Siridon nullus) *vix dubito aliquem horum designari.* Hæc Rosweydus, ad cujus fere mentem, aliam conjecturam Bollandus produxit. Verum, nisi vehementer, fallor, rem paulo penitius introspexit Holstenius, et Rosweydi sensum haud satis clare expressum evolvit et exclusit in Epistola ad Cl. V. Florentinium data IV Kalend. Februarii MDCLVIII, ubi sic loquitur : *Qui die secunda Januarii tamquam diversi ponuntur* (a Baronio) *beatus* ISIDORUS *episcopus, et paulo post Sanctus* SIRIDON *episcopus, pro uno vero, duo falsi substituuntur, vitio ambo creati ex veræ lectionis ignorantia, ut ex vetustissimis Mss. deprehendi, in quibus semel simpliciterque legitur : Antiochiæ, Syrodoni episcopi ejusdem loci; unde et veram lectionem et erroris originem facile perspexi. Quis enim non videt legendum :* ANTIOCHIÆ SYRIÆ, DOMNI EPISCOPI EJUSDEM LOCI; *atque ita, vero illius loci possessore in integrum restituto, duos hypobolimæos expungendos?* Quæ si vera sunt, ut plane confirmari possunt ex Martyrologio reginæ Sueciæ, olim monasterii sanctæ Columbæ apud Senones, quod Cassiodorus, teste Castellano, tribuit Hieronymo, et Holstenius in Animadversis ferme totum edidit, nosque inter Hieronymiana MSS. habemus ordine XIII, ubi legitur *Doni* ; si, inquam, hæc vera sunt, falsa etiam erit Usuardi lectio, quam tamen servavimus, ut auctoris puram et genuinam. Vide de his plura apud laudatos non semel, Florentinium et Castellanum.

Annuntiatio altera de tribus *Tomitanis* fratribus, ex Romano parvo per Adonem solito ordine profluit, utrobique secundo loco posita. In illo, sic habetur : *Et Tomis, martyrum Argei, Narcissi et Marcellini.* Quæ sic ab Adone melius relicta fuissent; nam elogium quod soli Marcellino tribuit, quodque Noster ex eo descripsit, pridem observavit Notkerus alteri tribuendum esse, licet in nomine ipsemet erraverit, scribens *Phili episcopi* et Rabanus die sequenti *Titi episcopi* : ubi verosimiliter legendum, *Phili episcopi*, qui fuerit *Theogenes*, in cujus Actis apud Bollandum ea narrantur, quæ nec Marcellino soli in Adone; nec ipsi et fratribus, in codicibus recentioribus Usuardinis recte adscribuntur, ut videre est in Actis III Januarii, quo die tres illi fratres in Hieronymianis apographis, aliis pluribus immixti referuntur, ad quem locum consuli potest Florentinii notatio. Primo loco in Romano parvo signatur : *Beati Macarii* ; in Adone : *Natalis beati Macarii abbatis*. Hactenus recte, nec quidquam ultra indicant Hieronymiana hoc die. At dum supra ductores sapit Usuardus præfigens : *In Thebaide*, rem implicuit, quam nec Rabanus, nec ex eo Notkerus explicant, dum legunt : *Antiochiæ, Macarii abbatis.* Neque prosunt hodierna nostra Auctaria dum hunc Macarium *Alexandrinum* volunt, alium vero qui XV Januarii colitur, *Ægyptium*. Intricata hæc et confusa, a Bollando elucidata invenies hoc die et citato XV hujus, nec minus erudite contracta a Castellano in notis a pag. 40. Ex quibus intelliges quantum valeant cognomenta illa *Alexandrini* et *Ægyptii*, cum uterque Libyæ incola fuerit, hodiernus in *Celliis*, alter in *Scithi*. Vide Januarium pag. 1005. num. 5. et eos qui post Bollandum Macariorum Acta accuratius distinguere conati sunt. Audiatur postremo Wandelbertus qui hunc solum ita recolit :

Argei, etc.

Macarii.

> *Macharius quartum Nonarum dedicat astum.* *
> *Qui tenuit docuitque eremi, [illegible] accola morem.*

* Forte [illegible]

AUCTARIA.

Macharii.

ANTVERP-MAJ. Textum habet deformiorem. *In Thebayda, depositio beati Macharii abbatis, magnarum virtutum viri. Et in Ponto civitate Tomis, trium fratrum Narcissi, Argei, et Marcellini pueri. Qui sub Licinio inter tyrones comprehensi, cum nollent militare, cæsi ad mortem, martyrium consummaverunt, et diu in carcere macerati, in mare mersi sunt. Corpora eorum ad litus delata, et* (a) *religiosis viris deposita, magnis choruscant virtutibus.* De Isidoro, tacet.

Argei, etc.

ROSWEYD. *Antiochiæ, Ysidori episcopi et beati Macharii abbatis.* De tribus Tomitanis, textum ponit in plurali numero. In fine addit : *Jherosolimis, sanctorum Stephani et Vitalis.* Nomina in Hieronymianis disparata, hic conjuncta sunt.

S[illegible] Vitalis.

PULSANEN. Adhuc vacuus est.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. De cetero puri addunt in fine : *Ipsa die, octava sancti Stephani.*

Octava S. Stephani.

MUNERAT. Communior editio altera textui assuit : *Eodem die Silviniaco monasterio, depositio Domni Odelonis abbatis.* Hic iterum recurret, quamquam Castellanus XXXI Decembris collocandum existimet.

Odilo[illegible]

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJECT. BELGIC. Primo loco : *Octava sancti Stephani Protomartyris.*

tomartyris. De Isidoro scribunt omnes : *Episcopi et Martyris*. De Tomitanis autem, quasi Usuardi constructionem vellent clariorem reddere, post illa verba, *et Marcellini pueri*, sic repetunt : *Qui Marcellinus*, etc., ut prope dubites utrum sic Ado et Usuardus ipse non scripserint. Dehinc Macario elogium texunt in hunc modum : *Hic Alexandrinus, Macharius autem, de quo habetur infra* XVIII. *Kalend. Februarii, fuit Ægyptius genere ; et ambo florentes in Ægypto, et ambo Antonii discipuli*. Vide quæ in Observatione nostra dicta sunt.

Textus auctior.

Textus contractus.

CENTULEN. *In Thebaida, depositio beati Macharii abbatis magnarum virtutum viri. In Ponto civitate Thomis, trium fratrum Narcissi, Argei et Marcellini pueri. Antiochiæ, passio sancti Isidori episcopi. Eodem die, octava sancti Stephani.*

BRUXELLEN. Incipit etiam ab *octava sancti Stephani Protomartyris*. In Tomitanis, satis purus est. Tum : *Ysidori episcopi et martyris. In Thebaide, natalis sancti Macharii Alexandrini, abbatis, disciputi beati Antonii, magnarum virtutum viri. Et sancti Sindani episcopi*. Hæc est, ni fallor, alia nominis Syrodoni inflexio, nisi agatur de *Silano*.

Sindani

HAGENOYEN. In octava sancti Stephani, in Ysidoro et Tomitanis, superioribus similis est; sed de suo superaddit : *Item in eadem civitate, Marcellini pueri in mare mersi*. Notabis in priori annuntiatione Marcellinum *puerum* non dici, et elogium totum in numero multitudinis positum. Sequitur : *In Thebayda, sancti Macharii abbatis. Hic Alexandrinus erat, Macharius autem, de quo habetur infra* XVIII *Kal. Februarii, et fuit Ægyptius genere . Ambo florentes in Ægypto, ambo beati Anthonii magni discipuli, ambo magnarum virtutum viri, est magnorum miraculorum perpetratores.*

Siridonis. Barbatiani. Odilonis

AQUICINCT. In fine : *Ipso die, sancti Siridonis episcopi. Item, sancti Barbatiani confessoris. Apud Silviniacum, sancti ac beatissimi Odilonis abbatis. Octavæ sancti Stephani Protomartyris.*

MATRIC. CARTUS. ULTRAJ. *Octava sancti Stephani Protomartyris. Isidori episcopi et martyris. Argei, Narcissi et Marcellini fratrum*. Altera manu sudditur : *Frontasii martyris cum sociis suis*. Vide Acta.

Frontasii cum soc.

CLUNIACEN. *Item sancti Barbatiani confessoris*. Remittitur a Bollando ad XXXI Decembris.

Barbatiani.

CAMBERIEN. Sanctæ Mariæ. *Sancti Badulfi confessoris.*

Baldulphi.

ALTEMPS. *Sancti Barbatiani confessoris. Civitate Petragorica, sancti Silani martyris*, socii, opinor, sancti Frontasii.

Silani.

FLORENTIN. *Ipso die, sancti Spiridionis episcopi. Sancti Barbiani confessoris, Hic gesta martyrum a notariis diligenter exquisivit, et in ecclesia recondidit*. Sed hæc transcribentium oscitantia illuc translata sunt ex elogio Adoniano de Anthero Papa, die sequenti.

Spiridionis. Barbiani.

EDITIO LUBECO-COL. Convenit omnino cum ANTVERP-MAX. etc., præterquam quod in fine subjiciat : *Eodem die, sancti Baldulphi confessoris. Ipso die, sancti Odilonis abbatis Cluniacensis.*

Baldulphi. Odilonis

BELIN. *Octava sancti Stephani*. In reliquis textus satis purus est cui subjicitur : *Apud Silviniachum (transitus) sancti Odilonis abbatis, cujus festivitas cum in Kalendis habeatur, hic tamen plenius recolitur. Ipso die, sancti Spiridionis episcopi* : editio posterior habet *Syridonis*. At de his satis dictum est.

Syridonis.

GREVEN. *Octava Sancti Stephani. Jerosolymis, Stephani et Vitalis. Item, Tubiæ, Rutiliæ, Vitalis.* Hæc nomina ex Hieronymianis repetenda sunt. Sequitur : *Stridonis episcopi et confessoris. Frontasii martyris ac sociorum ejus. Baldulphi confessoris.*

Tubiæ, etc. Stridonis.

MOLAN. *Octava sancti Stephani. Apud Silviniachum, sancti Odilonis*, etc., plane ut BELINUS. Tum : *Ipso die , sancti Siridonis episcopi*. Vide supra. Editiones posteriores litteris Italicis textui præfigunt : *Octava sancti Stephani*. In fine : *Apud Silviniacum, sancti Odilonis*, etc. *Apud Corbeiam, depositio sanctis Adalardi abbatis. Ipso die , sancti Siridonis episcopi.*

Siridonis. Adelardi.

Mirum est in nullum codicem Usuardinum irrepsisse memoriam sancti Telesphori Papæ, qui hodie a Floro, Rabano, et ex hoc a Notkero, celebratur cum elogio. Nos de eo V hujus.

III *Nonas*. *Die* 3.

Antheros. Petri. Cyrici et soc. Genovefæ.

Romæ via Appia, natalis beati Antheros Papæ, qui cum duodecim annis rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximiano et in cimiterio Calixti sepultus. Eodem die, Sancti Petri, qui apud civitatem Aulanam crucis supplicio est interemptus. In Hellesponto, sanctorum Martyrum Cyrici, Primi et Theogenis. Civitate Parisius , sanctæ Genovefæ virginis, quæ a beato Germano Autisiodorensi episcopo, Christo dicata, admirandis virtutibus et miraculis late claruit.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Greven. et Molan.* Hic in posterioribus editionibus mutavit, quæ in prima hac secundum Usuardum recte posuerat, ejusque proinde textum, ut in iis editionibus sæpe solet, depravavit.

VARIA LECTIO. Scripsi *Antheros* cum probatissimis codicibus. Eadem est terminatio in Beda, Romano parvo et Adone, qui melius habent *Anteros*. Praten. omittit vocem *Papæ*, quam codices alii cum citatis jam Martyrologis constanter retinent. Mirum autem, deesse in omnibus titulum *martyris*, qui tamen in antiquioribus illis clare exprimitur, forte ab Usuardo studiose expunctus. Posui *cimiterio*, licet diversimode in codicibus scribatur, plerumque eo modo. Item *Calixti* cum quatuor postremis ; Pratensi legente, *cijmiterio Calisti*, ut me monuit Castellanus, qui fontem consuluit. Male in Heriniensi est *Ellesponto*, pejus in Greven. *Hellesponta* ; melius ex aliis in textu. In *Cyrici* et *Theogenis*, servo lectionem quam ex nostris puriorem existimo. Lego *Parisius*

more

more antiquitus receptissimo, non *Parisiis*, ut Molan. passim correxit. Scribendum esset *Autissiodorensi*, non *Altissiodorensi* ut Molanus, sed codicum ordinaria lectio, quæ sæpius recurrit, est *Autisiodorensi*, aliqui male *Antisiodorensi*.

OBSERVATIO. De solo Antero meminit Romanum parvum. Bedæ de ipso elogium auxit Ado; Noster errore interpolavit, tyrannum designans *Maximianum*, ubi cum Adone *Maximinum* scribere debuisset. Certe Anterum ad Maximiani tempora nullatenus spectare, ex ejus ætate constat. Neque vero illum hic Maximinum intelligas, qui sub initium seculi IV Orientalem Ecclesiam fœde cruentavit ; de illo agitur, qui anno CCXXXV Alexandro, prope Moguntiam trucidato, successit, spemque fidelium de felici et diuturno Anteri pontificatu, brevi, intercepit. Atque hic alius est Usuardi error, a Beda et Adone acceptus, de annis pontificatus XII ; qui a Labbeo, Papebrochio aliisque Chronologis merito corrigitur. Quid de ejus martyrio sentiendum sit, recte exponit Tillemontius, Commentariorum suorum ecclesiasticorum tomo 3. pag. 278. Si quid aut inde aut aliunde usui esse possit, in Supplemento adhibebimus. Florentinius ad XXIV Novembris pag. 997 de *Anterote*, memorat aliqua, nescio an satis apte excogitata. Minus displicent, quæ de ordinatione ejus eo fortasse die facta, alii eliciunt. Ceterum ex Adoniano Anteri elogio aliqua dempsit Usuardus, quæ inter Auctaria ex aliis codicibus restituta ostendemus. *Petri Balsami, gladio interfecti* meminit Rabanus, die sequenti, ex quo sua descripsit Notkerus. Apud Florum, civitate *Auclara* Petrus hodie crucifixus est. Unum hunc esse cum *Abselamo*, qui in Romano moderno recolitur XI Januarii, docet ibi Bollandus in Prætermissis, et hodie, ejus Acta illustrans. Eum sequitur Castellanus in notis pag. 50 et 170. Item Theodoricus Ruinart in sinceris et selectis a pag. 554 ; ubi Acta a Surio et Bollando edita reproducit, alibi, si operæ pretium fuerit, cum nostris conferenda. Ab his dissentit Tillemontius tomo 5. pag. 417 ; Petros duos ex Eusebio de Martt. Palestinæ cap. 10. et ex Actis conatus eruere ; de cujus argumentis statuendum erit in Supplemento. Jam vero unde Usuardus Petrum acceperit compertum non est, neque inducor hactenus, ut credam Florum genuinum ei umquam visum fuisse. Superest verosimiliter conjicere, aut Acta habuisse quæ ab Anastasio Bibliothecario synchrono, e Græco versa sunt, aut saltem inde notitiam aliquam ad eum pervenisse. *Cyricus*, alias *Cyrinus*, *Primus* et *Theogenes* ex Hieronymiano Epternacensi aut ei simili a Nostro desumpti sunt, non magis apud consuetos duces hac die noti, quam Petrus de quo jam diximus. In iis Martyrologiis *Paretiæ* tribuuntur, de quo vide Florentinium et Castellanum pag. 51. De Theogene, qui ab aliis *Diogenes* dicitur, seorsim locuti sumus die præcedenti. *Genovefam* Hieronymianis adjectam censet Florentinius ; at certo eam memorat Beda et ex eo Rabanus. Elogium Adonianum est, a Notkero descriptum, a Nostro decurtatum, sed in Auctariis plene recitatum. Ad ea jam procedimus, puritate Usuardina abunde demonstrata. Cur autem *Florentius* Viennensis ab Adone positus, hic præteritus sit, haud equidem assequor, id sæpius factum in Viennensibus Sanctis, mecum lector in decursu observare poterit. Adjicio Wandelberti in Genovefæ honorem versiculum, hodie unicum : *Tertia Nonarumque dies celebrat Genovefam.*

Anteri — *Petri* — *Cyrici et soc.* — *Genovefæ*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. In prima annuntiatione post *Papæ* addit cum Adone, etc., *et martyris, qui vicesimus post beatum Petrum, cum duodecim annis, mense uno, diebus duodecim rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximiano, et* (in) *cimiterio Calixti sepultus via Appia. In civitate Aulana, passio sancti Petri*, etc. ; Deest annuntiatio tertia. Tum : *Apud Parisium, natale sanctæ Genovephæ*, etc., sed, post *claruit*, ex Adone restituit : *et usque ad annos octoginta in Christi servitute consenuit.*

Tertius non purus

ROSWEYD. In Antero, superiori similis est. Sequitur de Genovefa etiam ut ibi. Caret annuntiatione secunda et tertia. In fine autem ex Adone adjicit : *Eodem die sancti Florentii Viennensis episcopi et martyris, octavi ejusdem urbis episcopi.*

Florentii

PULSANEN. Hac etiam die vacat.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Decurtant Genovefæ elogium, his verbis : *Quæ a beato Germano Autissiodorensi episcopo, Christo dicata.* At in fine addunt : *Et octavæ sancti Joannis Evangelistæ.*

Octavæ S. Joannis.

MUNERATI editio major et prima ex Adone etiam addit : *Et usque ad octogesimum annum*, etc. Quibus altera editio minor superadjecit ; *Cujus corpus requiescit in conventu Apostolorum Petri et Pauli, monte Parisius.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et EDITIO ULTRAJ. BELG. Primo loco habent : *Octavæ sancti Johannis Evangelistæ*. De Antero inserunt : *Qui decimus octavus post beatum Petrum, cum duodecim*, etc., pure usque ad finem, nisi quod aliqui scribant *Dyogenis*, et in fine de Genovefa addant : *et usque ad octoginta annos in Christi*, etc.

LOVANIEN. Convenit cum prioribus, nisi quod in fine totum Genovefæ elogium expunxerit.

ALBERGEN. et DANIC. In hoc differunt, quod de Antero ita legant post *Papæ* : *Hic constituit ut*, (puto esse *ne*) *episcopi de sede in sedem possint transferri ; et etiam gesta martyrum diligenter in notariis exquisivit et in ecclesia recondidit, propter quod martyrio coronatus est. Qui decimus octavus... passus est sub Maximino*, etc.

CENTULEN. *Romæ, sancti Anteros Papæ et martyris. Civitate Aulana, sancti Petri martyris*, Deest *Cyrici*, etc. *Parisius, sanctæ Genovefæ virginis. Ipso die, octava beatissimi Johannis Evangelistæ.*

BRUXELLEN. Incipit ab *octava S. Joannis Apostoli et Evangelistæ. Apud Parisium*, etc., de Genovefa, ut supra. *Romæ, natale sancti Antheros Papæ et martyris. Qui gesta martyrum a notariis diligenter exquisivit et in ecclesia recondidit. Propter quod sub Maximino imperatore martyrio coronatus est.* Nihil præterea. In Petro Aulanensi et Hellespontanis satis purus, in fine subdit : *Et sancti Florentii episcopi.*

Florentii

HAGENOYEN. Præfixa octava, de Antero post *Papæ*, hæc comminiscitur : *Qui constitutus fuit summus pontifex contra voluntatem cleri a Cyriaco Papa, qui passus est in Colonia cum XI milibus virginibus. Hic Antheros præfuit Ecclesiæ annis tri-*

De Antero.

bus,

bus, mensibus duobus et diebus quindecim; martyrio coronatus est sub Maximino imperatore et sepultus in cimiterio Calixti. Hic constituit ut episcopi de sede in sedem non possint transferri sine consensu Romani pontificis. Et gesta ipse martyrum diligenter a notariis quæsivit, et excommunicationis sententiam fulminari jussit in rebelles. Hic natione erat Græcus et XVIII *post beatum Petrum Apostolum.* In duabus sequentibus annuntiationibus, utcumque purus est. Tum de Genovefa post *Christo dicata*, subtexit : *et sacro velamine est consecrata.* Rursus post *senuit : De hac virgine legitur, quod totiens flevit ex devotione, quotiens cælum inspexit. Et sicut Stephanus Protomartyr, sæpe Jesum in dextera Patris vidit. Hujus etiam orationibus Symeon qui stetit in columpna, se committere solebat. Item Marini martyris.*

Et Genovefa auctius.

Marini

Victorin. et Reg. Suec. sub num. 130. *Item Romæ, sancti Marini martyris.* Anis est qui colitur XXVI Decembris?

Matric. Cartus. Ultraj. *Octava sancti Joannis Apostoli. Genovefæ virginis. Antheros Papæ et martyris. Petri martyris qui passus est crucifigi. Theogenis martyris.*

Theogenis

Eumasii.

Altemps. *Civitate Petragorica, sancti Eumasii confessoris.* Castellanus, *Eumachii, de quo* hodie nihil in Actis.

Danielis

Florentin. *In Padua civitate, sancti Danielis martyris.* Vide Acta.

Editio Lubeco-Col. *Octava sancti Johannis Evangelistæ et Apostoli.* De Antero omnia ferme colligit quæ superius dicta sunt. In Petro pura est. Tum : *In Hellespontano, sanctorum martyrum Cyrici et Primi. Item in Cyzico Hellesponti, passio Diogenis martyris sub Licinio rege, qui post multas passiones tandem in mare projectus a fidelibus honorifice sepelitur.* Vide quæ die præcedenti diximus de Theogene. Sequitur de Genovefa et Florentio Viennensi, ut supra.

Diogenis

Belin. Præfigitur textui : *Octava sancti Joannis*, etc. ; et attexitur : *In Padua civitate, Sancti Danielis mart.*

Greven. *Octava sancti Johannis.* De Florentio, ex Adone ut supra. *In Africa, Marcialis. Cirici, Claudionis.* Hæc nomina bene vel male ex aliquo Hieronymiano, ut hic passim usuvenit, discripta sunt. *Paduæ, beati Danielis levitæ et martyris. Qui cæco a se illuminato, locum, in quo corpus suum a paganis, clavis per caput et omnia membra transfixum, jacebat, revelavit anno* DCCLXVII. *Angelæ virginis de Fulgineo.* Melius die sequenti cum Bollando, notante non virginem, sed viduam fuisse.

Marcialis. Cirici. Claudionis.

Danielis.

Angelæ.

Molan. In fine addit quæ habentur in utraque Munerati editione. De octava, Daniele Patavino et Florentio, ut supra. Tum : *Item relatio capitis sancti Jacobi Apostoli*, additque typis minoribus, *Fratris sancti Joannis, Atrebatum ad monasterium sancti Vedasti. Angelæ de Fulgineo. Inventio beati Quintini martyris per beatum Eligium.* Vide auctarium ad Bedam et Acta. Editiones aliæ præmittunt litteris Italicis : *Octava sancti Joannis Evangelistæ.* Mutant Anteri textum, expunctis annis substitutoque *Maximino* pro *Maximiano*, recte quidem, sed contra mentem auctoris. In fine de Genovefa, ut in priori. Tum : *Die tertia, sancti prophetæ Malachiæ et sancti martyris Gordii.* De Florentio ut supra. *In pago Viromandensi, inventio corporis beati Quintini martyris ab Eligio episcopo, et translatio ipsius.* De relatione capitis S. Jacobi, ferme ut supra. Et aliis litteris : *Ipso die obitus Angelæ de Fulgineo.*

Relatio capitis S. Jacobi.

Inventio Quintini.

Malachiæ Gordii,

Angelæ

APPENDIX

Ex citata die præcedenti Rosweydi epistola.

Appendicem voco, quod ad Usuardum aut ejus Auctaria non pertineat ; gratam tamen lectori futuram, puto, viri eruditissimi observationem ad Martyrologium Romanum, in quo hoc ipso die celebrantur *Zosimus, Athanasius, Theopemptus* et *Theonas.* Itaque citato textu et Baronii notatione, sic infit : *Videndum num quatuor hic errores commissi sint.* 1 *Quod quatuor hi Sancti ponantur passi* III *Januarii, cum Zosimus et Athanasius passi sint* IV *Jan. Theopemptus autem et Theonas* V *Jan. ut patet ex Menæis. Depravatum est Menologium cum ponit,* TERTIA VEL QUARTA DIE. — 2 *Quod quatuor hi martyres dicantur passi in Cilicia, cum Menologium et Menæa tantum Zosimum et Athanasium in Cilicia ponant.* — 3 *Quod hi quatuor ponantur passi sub Diocletiano, cum Theopemptus et Theonas tantum sub eo passi sint, Zosimus autem et Athanasius sub Domitiano præfecto, ut habet Menologium et Menæa.* — 4 *Quod in notis dicatur, Zosimum et Athanasium passos sub Domitiano imperatore; imo sub Domitiano præfecto passi sunt, ubi Cardinalis Sirletus non rite vertit* PRESIDE, *cum in Græco sit* [illegible]. Vide præterea Bollandum in Actis et Castellanum in notis pag. 51 et 73, ubi aliqua adducuntur in Supplemento discutienda. Quibus adde quæ dicuntur in appendice ad tomum I Januarii pag. 1087.

II *Nonas.* *Die 4.*

Titi.

Natalis beati Titi, qui ordinatus ab Apostolo Paulo Cretensium episcopus ac predicationis officium fidelissime complens, beatum finem adeptus est, ibique sepultus apud ecclesiam, ubi fuerat dignus minister constitutus. Apud Africam, præclarissimorum martyrum, Aquilini, Gemini, Eugenti, Martiani, Quinti, Theodoti, Triphonis, quorum gesta habentur. Romæ, sanctorum Priscilliani clerici ac Benedictæ religiosæ; qui sub tempore Juliani imperatoris gladio martyrium compleverunt. Item Romæ, sanctæ Dafrosæ, uxoris Fabiani martyris, quæ post

Aquilini et soc.

Dafrosæ.

interfectionem

interfectionem ipsius, primum relegata exilio, dein a præfato principe, capite jussa est puniri. Civitate Bononia, Hermetis, Aggei et Gai. *Hermetis et soc.*

Ita fere codices omnes, sed pura simplicitas eruitur ex *Praten. Tornacen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Greven. et Molan. pro *Eugenti* ponunt *Eugenii*; pro *Martiani*, *Marciani* : item post *Theodoti* addunt cum pluribus aliis Mss. particulam *et*. Aliæ in codicibus nominum variationes occurrunt, ut *Theodori* pro *Theodoti*, etc.; nos ex antiquissimis nostris præferimus lectionem textus, nec minutias omnes scrupulosius enumerandas censemus. *Triphonis* scribunt passim omnes. Pro *religiosæ*, habent aliqui *gloriosæ*; codices vero multi subjungunt *feminæ*, quæ vox necessario addenda videtur, ut posuit Ado, ne sensus imperfectus maneat, cum nec *gloriosæ*, nec *religiosæ* ibi quidquam significent, si substantivo destituantur. Ceterum non recta syntaxis a nobis, sed Usuardina puritas quæritur, eaque, nisi vehementer fallor, ex probatissimis codicibus exhibita est. Dissentiunt Greven. et Molan. qui reclamantibus iterum codicibus Mss. legunt *consummaverunt* pro *compleverunt*. *Deinde* pro *dein*, vix animadversione indiget. Molan. bene scribit *Aggæi*, sed rectius cum aliis ad Usuardi mentem, *Aggei* : item *Gai* licet impressa communius habeant *Gaii*, *Gagii*, vel *Gagi*. Munerati editio nec hic, nec alibi satis correcta et accurata. En specimina : *Affrosæ*, pro *Dafrosæ*; *præfecto*, pro *præfato*, et pauca alia vix notatu digna.

OBSERVATIO. Præluxit denuo Romanum parvum Adoni, hic Usuardo et Notkero, qui hodie ex Adonis et Rabani textibus suum ferme totum conflavit. Quod de primo fonte nostro dixi, id in tribus commemorationibus hoc die evidentissime patet. Ut a Tito incipiam, sic prima ejus in Fastis sacris memoria soli Romano parvo accepta refertur : *Apud Cretam, Titi Apostolorum discipuli.* *Titi* Quibus fere verbis ab Adone in Martyrologio, et inde a Notkero celebratur. At elogium ex festivitatibus Apostolorum ab Usuardo acceptum et modice contractum est. De Titi vita et gestis nonnulla ex variis collegit Bollandus, sed non ita pridem accuratior sylloge ex Scriptura et Patribus concinnata est a Tillemontio tomo 2 a pag. 139, fortasse in Supplemento usui futura. Classis martyrum septem Africanorum Romano parvo nota non est, ex Hieronymianis ab Adone translata, addito *Aquilini et soc.* epitheto *præclarissimorum martyrum*. Item, *quorum gesta habentur*; sed quæ, nec ipse procul dubio vidit, alias aliquod saltem eorum extractum daturus; nec quisquam alius in lucem hactenus efferre potuit. Tertia annuntiatio martyrum Romanorum, *Prisci presbyteri et Priscilliani et Benedictæ*, *Prisci et soc.* rursus ex Romano parvo primum profluit. Quæ ab Adone adjiciuntur et a Nostro contracta sunt, ea ex Actis S. Pigmenii (de quo cum Usuardo agemus XXIV Martii) educta censet Bollandus; Castellanus tantum non plane rejicit, ut proinde appositæ temporis notæ, novo et accuratiori examine discutiendæ sint. Consule interim præfatum Castellanum pag. 66 et 808. *Et Dafrosæ*, *Dafrosæ.* simpliciter ponit jam tertio laudatum Romanum parvum. Breve elogium quod ab Adone mutuavit Noster ex præcedenti fonte rivulus est, non satis purus. Displicent iterum signata Juliani tempora, pro quibus substituenda Diocletianæa, ex Tillemontio contendit Castellanus. Dafrosæ maritus non Fabianus, sed *Flavianus* appellabatur, de quo et filiabus vide Bollandum hoc die. Ultima classis *Hermetis et soc.* Hieronymiana est, ex his a solo Usuardo huc traducta; non integre et fideliter, dum principium omittitur, nempe : *In Oriente*, quæ particulæ debite appositæ innumeris conjecturis aditum præclusissent. Baronius contra veteres omnes textus, tyrannum apposuit *Maximianum*, ut observavit Rosweydus in laudata superius manuscripta epistola. Atque ibi etiam solerter notat, *discere nos ex Martyrologio Hieronymi* (Epternacensi videlicet quod solum vidit) *non intelligi hic Bononiam Italiæ, sed Bononiam Orientis sive Illyrici. Duplex enim Bononia*, inquit, *una in Oriente, altera in Occidente; patet id ex auctoribus*. Ita Rosweydus, qui tamen in eo Martyrologio legere debuit clarissime expressum *Bonania*. Putat Castellanus *Bonaniam* illam seu *Bononiam* reperisse se in Mœsia, Gallice scribens, *à Bodon* : vide ejus notas ad hunc diem pag. 66 et 67, et Baudrand in Diction. Geographico. Monuit autem Bollandus in nostro codice Usuardino Leydensi vernaculo legi *Baloniam (Baloen)* in Thracia, quod verissimum est, et ita etiam habetur in edito vernaculo Ultrajectino. Sed codicem Leydensem Belgicum imposterum citare supervacaneum censeo, dum cum altero Leydensi latino omnino convenit. Wandelberti versiculus hodie singularis est; ita sonat : *Tum pridie Nonas Augenti festa recurrunt.* Recentiores passim sentiunt hic *Eugendum* abbatem recoli, de quo actum est I Januarii. Bollandus ferme tribuit *Eugento*, in Africana turma tertio; ego amplius deliberandum censeo.

AUCTARIA.

HERINIEN. In toto textu purissime Usuardinus, in fine habet additamentum, provinciæ Rhemensi proprium, nempe : *Ipso die, natalis sancti Rigoberti, Rhemensis archiepiscopi.* *Rigoberti.*

ANTVERP-MAJ. Mutilus est. Incipit : *Natale sancti Titi Apostolorum discipuli.* In secunda et tertia Adoni quam Usuardo similior. Tum : *Item Romæ, beatæ Dafrosæ, uxoris Fabiani martyris.* Desunt reliqua. *Textus mutilus.*

ROSWEYD. *In Creta, natale sancti Titi, Apostolorum discipuli.* In secunda, tertia, et quarta Adonem etiam potius quam Usuardum descripsit. Ultima deest, cujus loco hæc substituuntur : *Eodem die, Celsi confessoris. Apud Gandavum, Pharaildis virginis.* Nempe et viduæ. *Celsi et Pharaildis.*

PULSANIEN. Desunt forte duæ lineæ : reliqua satis ostendunt, textum esse puro proximum. Caret annuntiatione ultima.

ANTVERP.

Octavæ SS. Innoc. ANTVERP. et MAX-LUBEC. Textui, satis puro, subdunt : *Octava sanctorum Innocentium.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Incipiunt : *Octava sanctorum Innocentium.* In reliquo textu satis puri sunt. In fine transponunt nomina *Hermetis, Gaii et Aggei.*

LOVANIEN. Prioribus plane similis, resecat elogium Dafrosæ.

CENTULEN. *Apud Cretam, sancti Titi Apostolorum discipuli. Civitate Bononia, sanctorum Hermetis et Aggei. Apud Africam, sanctorum Aquilini... præclarissimorum martyrum, quorum, etc. Romæ, passio sanctorum Prisci... religiosissimæ feminæ, qui sub impio Juliano martyrium passi sunt. Item Romæ, sanctæ Dafrosæ, uxoris Fabiani martyris, sub Juliano. Et octava sanctorum Innocentum.*

Pharaildis. BRUXELLEN. Post octavam SS. Innocentium, secundo loco habet : *Et sanctæ Pharahildis virginis, sororis, beatæ Gudilæ, quæ Gandavi quiescit.* De hac aliqua observat Castellanus, quæ ex sermonis Belgici ignorantia non potuit distinguere. Sequitur de Tito non plene. In Prisco et sociis, item in Dafrosa et Bononiensibus utcumque purus est. De martyribus Africanis addit : *Qui multos agones, supplicia magna, et passiones horridas pro fide Christi passi sunt, ut narrant ipsorum gesta quæ habentur.* Vide supra.

HAGENOYEN. Habet etiam de octava. In Tito *Gregorii.* purus est. Tum : *Ipso die Lingonis, sancti Gregorii episcopi et confessoris.* Sequuntur Africani, deinde Dafrosa, tum Priscus et Socii, de quibus satis pure. In fine : *Civitate Bononia, sanctorum martyrum Hermetis*, etc., quod habet etiam præcedens.

MATRIC. CARTUS. ULTRAJECT. *Octava sanctorum Innocentum. Titi episcopi Cretensis, discipuli* *Rigoberti.* *beati Pauli Apostoli. Dafrosæ martyris. Rigoberti archiepiscopi Rhemorum.*

ALTEMPS. *In territorio Uzechiæ civitatis, sancti* *Freteoli pro Ferreoli.* *Freteoli episcopi.* De Ferrutio martyre meminit Molanus hic, et Bollandus in Prætermissis, Ferrutium, Ferrutionem, etc., adducit. Hic Ferreolus est Uzeticensis, de quo vide Prætermissos I Aprilis.

FLORENTIN. *Apud Nicomediam, sanctorum martyrum Theopempi episcopi et sancti Sinesii.* De his plura dicentur die sequenti. *Theopempi et Sinesii.*

EDITIO LUBECO-COL. Post octavam sequitur textus solito purior. In fine post *Aggei*, nam hic ultimo loco ponitur, subjungit, *martyrum*, et pro *Bononia*, corrupte scribit *Banomia*. Deinde : *Treveris. sancti Celsi episcopi et confessoris Christi, qui in cimiterio sancti Eucharii requiescit. Bituricas,* *Celsi.* *sanctæ Faustæ virginis.* De qua vide Prætermissos. *Faustæ.* *Eodem die, sanctæ Pharahildis virginis.*

BELIN. Præmittit etiam octavam. In Tito, pro *dignus minister constitutus*, habet *diuinitus minister*, etc. Sequitur : *Lingonis, sancti Gregorii episcopi et confessoris.* *Gregorii.* In reliquo textu satis purus est ; in fine autem : *Aggei et Gaii martyrum.*

GREVEN. *Octava sanctorum Innocentum. Treveris, Celsi episcopi et confessoris. Bituricas, sanctæ* *Celsi.* *Faustæ virginis. In Flandria apud Gandavum, Pharahildis virginis. Lingonis, Gregorii episcopi et confessoris, cujus vitam Vincentius Beluacensis in Speculo historiali lib. 22 cap. 52, summatim perstringit. Apud Nichomediam sub Dyocle* (Diocletiano) *Theopompi episcopi, et Synesii martyrum. Item Neophistæ virginis et martyris.* *Faustæ. Pharaildis. Gregorii. Theopompi. Synesii. Neopistæ.*

MOLAN. Post Gaii etiam in fine attexit *martyrum.* Deinde : *Octava sanctorum Innocentium. Lingonis, sancti Gregorii episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. Ipso die, natalis sancti Rigoberti Remensis archiepiscopi et confessoris. Gandavi, natale sanctæ Pharaildis virginis. Et sancti Ferrutii martyris.* Vide quæ diximus ad codicem Altempsianum. In aliis editionibus ultima illic annuntiatio expuncta est. Incipiunt autem istæ litteris Italicis : *Octava sanctorum Innocentium.* In fine, de Gregorio, Rigoberto, et Pharailde, ut supra. Subjungitur : *Die quarta, sancti Theoctisti, ducis in Cucumo. Et congregatio sanctorum septuaginta Apostolorum.* Denique typis minoribus : *Tuderti Tusciæ, sancti Rogerii confessoris, Ordinis Minorum. Cujus memoria ibidem celebratur consensu Gregorii IX.* *Gregorii. Rigoberti. Pharaildis. Ferrutii. Theoctisti. Congreg. App. 70. Rogerii.*

Nonis. *Die 5.*

Telesphori. *Symeonis.* ROMÆ, natalis beati Thelesphori Papæ, qui septimus post Petrum Apostolum pontifex ordinatus, illustre martyrium duxit. Apud Antiochiam, sancti Simeonis monachi, cujus vita ac conversatio satis extitit admirabilis.

Ita codices multi, sed omnino puri sunt soli *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Greven.* et *Molan*

VARIA LECTIO. *Natale* pro *natalis* vel vice versa, promiscue ferme ab Adone, Usuardo et aliis, ac proinde a codicibus nostris accipiuntur, ut id imposterum observare, operæ pretium non sit. Scribo *Thelesphori* cum plerisque editis et Mss. quod in Molan. correctum est. Sic etiam *Simeonis*, in quo maxime codices variant ; hodie multi præferunt *Symeonis*. *Extitit*, antiquus etiam scribendi modus est, quo et hoc tempore aliqui utuntur.

Telesphori. OBSERVATIO. Ad II Januarii supra ad calcem indicavimus sanctum *Telesphorum* Papam a Floro, Rabano et Notkero eo die celebrari. Primus ad hunc diem eum retulit auctor Romani parvi his verbis : *Romæ, sancti Thelesphori Papæ et martyris.* Hinc in Adonem transiit, a quo brevi elogio exornatus fuit, cujus pars exigua ab Usuardo adoptata est, reliqua in Auctariis supplebitur. Hic a lectore observari velim, quod in præfatione diximus ; Florum, Rabanum et Adonem, licet eadem sanctorum Acta præ oculis habuisse videantur, ita tamen passim in modo seu phrasi discrepare, ut manifeste appareat alterum ab altero visum non esse. De Adone relato ad Bedam, de Notkero ad

Rabanum

Rabanum et Adonem, alia ibidem sententia. Jam vero quid in Hieronymianis sit *Cœlifloriæ*, *Cœlesphori* et *Cœlisphori*, nescio an Bollandus et Florentinius satis recte divinaverint. Nec placet Castellanus, nimis rotunde asserens, in plerisque Hieronymianis Telesphorum Papam reperiri. Tametsi enim concederemus ex citatis nominibus Telesphorum a Notkero extusum, necdum mihi exinde consequens, Telesphorum Papam illic memorari. Plura vide in Castellani notis pag. 79. Quid de Telesphori vita a Zegero Pauli Bollando obtrusa et ab hoc Actis inserta, censendum sit, docebit Papebrochius in Responsionibus ad articulum XI a num. 38. Breviorem sed et veriorem Telesphorianæ vitæ seriem dedit Tillemontius tomo 2 pag. 251 De celeberrimo olim toto orbe, etiam dum viveret, *Symeone* monacho Stylita, meminerunt apographa Hieronymiana, nec video, cur inter adjectitios a Florentinio reputetur, præsertim cum præcipui codices in eo referendo conveniant. Signatur in iisdem antiquior ille Symeon, qui *responsum acceperat a Spiritu Sancto, etc.* Cujus occasione, exercitationem inseruit Florentinius a lectore consulendam. Utrumque Symeonem hoc ipso etiam die commemorat Florus; utrumque Rabanus et ex hoc Notkerus. De solo Stylita sic agit Romanum parvum : *Apud Antiochiam, Sancti Simeonis monachi.* Vitæ compendium exhibet Ado, quod ferme descripsit Notkerus, Usuardus vero in paucissima contraxit. Vitam non unam edidit et diligentissime eruderavit Bollandus, servata de more primigenia auctorum phrasi. Ex his potissimum Gallicam suam digessit atque ex Allatii Symeonibus aliisque exornavit Tillemontius per articulos novemdecim, tomo 14 a pag. 347 ad 392. Ambos, textus nostri Sanctos, geminis versiculis innexuit Wandelbertus :

Symeonis

Hinc Nonas Symeon confessor possidet almus ;
Papa Telesphorus iisdem partemque coronat.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Hic præter morem totum Adonianum elogium Usuardo attexuit. Telesphoro (scribit ipse *Thelesforis*) solum addidit : *sedit annos* XI, *menses* III, *dies* XXI. At de Symeone, omnia hoc modo : *Aput Antiochiam, depositio sancti Symeonis monachi. Qui tertio decimo ætatis suæ anno, huic seculo abrenuncians, monasterii claustra expetiit; ubi mira abstinentia, vix septimo die cybum sibi indulgens, psalterium infra quatuor menses didicit. Deinde nimia domandi corporis intentione, fune palmitio renes sibi constringens, duriter laniatus est. Inde in quodam puteo se recludens, et ex eo a fratribus violenter ad monasterium reductus, clam fugiens heremum petiit, ubi multo commoratus tempore, in columpna editiori, sanctitate fervens, se concludit, unde non modo extraneæ mulieri, sed nec propriæ matri se videre permisit. Et usque hodie basilicam columpnæ illius nulla feminarum ingreditur : nam quædam mulier veste induta virili ingredi voluit, sed mox ut limen attigit retrorsum, mortua cecidit.* Postrema hæc desumpta sunt ab Adone ex Greg. Turon. de Gloria confessorum, cap. 26.

Symeonis elogium ex Adone

RosWEYD. Hic ex eodem Adone totum ferme Telesphori elogium supplet, præter dicta adjiciens : *Hic constituit ut septem* (Ado *sex*) *ebdomadibus ante Pascha jejunium celebraretur, et in natale Domini nostri Jesu Christi nocte Missæ celebrarentur, et hymnus angelicus, id est* Gloria in excelsis Deo, *hora sacrificii Missæ diceretur.* Tum : *Item depositio Simeonis, qui Dominum obtulit. Antiochiæ, sancti Simeonis monachi et confessoris, admirandæ virtutis viri, qui in columna stetit.* Denique : *Et sanctorum Felicis et Amandi.*

Simeonis Evang.

Felicis et Amandi

PULSANEN. Incipit : *Relatio pueri Jesu ex Egypto.* De ea vide infra VII Idus seu VII Januarii. Tum : *Et Vigilia Epiphaniæ.* De reliquo totus textus purus est.

Vigilia Epiphaniæ.

MUNERAT. Solum inserit, post *illustre martyrium*, hæc verba : *sub Adriano principe duxit.*

ANTVERP-MAX. LEYDEN-BELG. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Incipiunt : *Vigilia Ephiphaniæ Domini.* De cetero puri sunt, nisi quod de Telesphoro inserant, ut supra *sub Adriano, etc.*

ULTRAJECTIN. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Habent etiam primo loco de Vigilia. De Telesphoro autem : *Constituit septem hebdomadibus ante Pascha jejunium ab omnibus clericis agi : tres Missas in natali Domini celebrari, hymnumque angelicum, id est* Gloria in excelsis, *decantari ad Missam, instituit. Ad extremum autem illustre martyrium sub Adriano,* etc.

CENTULEN. *Romæ, sancti Thelesphori Papæ et martyris, qui illustre martyrium duxit. Antiochiæ, sancti Symeonis monachi, qui in columna stetit, cui vita virtutibus et miraculis effulsit gloriosa.*

BRUXELLEN. Primo loco de Vigilia. Deinde : *Romæ, sancti Thelesfori Papæ. Qui ymnum angelicum* Gloria in excelsis Deo, *hora sacrificii Missæ, et in festo nativitatis Domini tres Missas cantari instituit. Et tandem sub Adriano imperatore, pro Christo illustre martyrium duxit, et in Vaticano apud sanctum Petrum sepultus est.* In Symeone magnam partem elogii Adoniani describit et contrahit.

HAGENOYEN. De vigilia, ut supra. Item de Telesphoro, cum elogio ferme Adoniano. Tum : *Apud Antiochiam natale sancti Symeonis, qui primo erat pastor ovium patris sui, et mirabiliter conversus per hoc quod scire voluit, quæ esset substantia animæ. Qui jussus est intrare monasterium, et ibi expediri de hac re. Quod et fecit, et in tantum profecit, quod in tribus mensibus omne psalterium, tantum* (*totam*, ni fallor) *legendam et monachorum regulas disceret.* Reliqua non magnopere differunt ab eis quæ ex Adone retulimus. Ultimo loco addit : *Bataniæ, Severini confessoris.* Severinos duodecim invenio, utrum ex illis hic unus sit, necdum satis certo distinguere potui. *Severini*

ACQUICINCT. De Telesphoro, post *duxit*, additur : *Hic constituit ut omnes clerici in sorte Dei electi, septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha a carne jejunent, et in nocte natalis Domini Missas celebrari, et* Gloria in excelsis Deo *ad Missas cantari.*

VICTORIN. Habet eadem omnia, sed phrasi non nihil immutata.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Vigilia. Simeonis monachi qui stetit super columnam. Telesphori Papæ et martyris. Hic instituit jejunium quadragesimale. Eduardi regis Anglorum.* *Eduardi.*

VATICAN. signatus numero 5949. Nihil habet de Symeone Stylita, at de antiquiori Evangelico

Symeonis Evangelici ita adjicit : *Hierosolymis, sancti Simeonis prophetæ.*

Editio Lubec-Col. *Vigilia Epiphaniæ Domini.* De Telesphoro colliguntur quæ superius dicta sunt. *Apud Antiochiam, sancti Simeonis monachi, qui decimo tertio ætatis suæ anno, hunc seculo abrenuntians monasterium petiit, ubi mira abstinentia, vix septimo die cibum sibi indulgens, psalterium infra quatuor menses didicit. Eodem die, sancti Edwardi regis et confessoris. Ipso die sancti Verlaci heremitæ et confessoris.* Vult dicere *Gerlaci* ; sed quam sæpe usuveniat ut G mutetur in V et vice versa, alibi forte accuratius explicabo.

Edwardi Gerlaci.

Belin. Editio prima solam textui præfigit Vigiliam. Ast altera de Telesphoro post *martyrium duxit*, inserit : *Hic constituit ut in natali Domini per noctem Missæ celebrarentur.* In fine autem : *Gandavi, sanctæ Faraillidis virginis.* Vide de Pharailde die præcedenti in Auctariis.

Pharaildis

Greven. *Vigilia Epiphaniæ Domini. Eodem die, Edwardi regis Angliæ et confessoris. Tillonis confessoris. In Africa, Felicis, Secundi, Honoris, Luciani, Candidi, Januarii. Gerlaci heremitæ et confessoris. Senonis, Honoberti et Henulphi episcoporum et confessorum. Remis, beatæ Emilianæ virginis, amitæ beati Gregorii Papæ. Qui de ipsa et sorore ejus Tarsilla ita dicit Homelia 38 : Uno ardore conversæ, sub districtione regulæ viventes in domo propria socialem vitam ducebant, et quotidianis incrementis cœperunt in amorem Conditoris succrescere, et cum hic essent solo corpore, quotidie ad æterna transire. — In Thebaide, beatæ Amatæ virginis, abbatissæ, de qua Vincentius speculo historiali lib.* 18 *cap.* 92. In Actis vocatur etiam *Talida*, De Tillone agitur ibi vii Januarii.

Tillonis — Felicis et soc. — Gerlaci. — Honoberti et Henulphi — Æmiliana — Amata

Molan. In prima editione solum adjicit litteris Italicis : *Vigilia Ephiphaniæ Domini.* Deinde typis minoribus ex Greven. describit omnia quæ de Æmiliana nuperrime retulimus. Item de Eduardo et Gerlaco, de reliquis nihil. At in editionibus posterioribus *Vigiliam Epiphaniæ Domini*, litteris Italicis primo loco posuit. In fine de Eduardo rege Anglorum. Tum : *Die quinta, sanctorum Martyrum Theopempti et Theonæ.* Atque huc reduci possunt quæ hic in appendice iii Januarii ex epistola Rosweydi notata sunt, ubi simul de Zosimo et Athanasio, quos istis Baronius eo die conjunxit. Fatetur Molanus, se sanctos suos Græcos, quos in posterioribus editionibus refert, accepisse ex Græcorum Horologio, in quo et Theopemptus et Theonas hoc die celebrantur. Hos autem Martyrologis Occidentalibus antiquioribus antea ignotos fuisse, certissimum est, ex Martyrologio Galesinii vel verosimilius ex Menologio Sirleti a Baronio translatos, licet non ab omnibus eodem die recolantur. Putat Castellanus Theopemptum illum et Theonam, cum Theopompo et Synesio, de quibus heri ex Florentinis codicibus egimus, identificandos ; ut vide sis in ejus nota ad iv Januarii pag. 73. Sequitur in nostris Auctariis minutiori charactere : *Apud Trajectum Gerlaci eremitæ, ex milite confessoris. Item, ut notat Metaphrastes, beatæ Apollinaris Virginis.*

Theopempti et Theonæ — Gerlaci — Apollinaris virginis

VIII *Idus.* *Die* 6.

Epiphaniæ — Macræ

Epiphania Domini. In territorio Remensi, passio sanctæ Macræ virginis ; quæ jubente Rictiovaro præside cum in ignem esset præcipitata et permansisset illæsa, dein mammillis abscisis et squalore carceris afflicta, super testas etiam acutissimas volutata, orans migravit ad Dominum. Redonis, sancti Melanii episcopi et confessoris, qui post signa virtutum, jugiter intentus cœlo, migravit a seculo.

Melanii

Ita concordant *Prat. Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Belin. Greven.* et *Molan.* Item codices melioris notæ, *Antverp-Max. Editio Ultraj-Belg. Ultrajectin. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danic.*

Varia lectio. *Rhemensi* et *Remensi* scribunt codices, servo plerumque modum postremum. Max-Lubec. ut plane incorrecta editio est, ita sæpe, ut dixi, dissentit non tam re quam modo scribendi, nec semper vacat singulas minutias discutere. Ita hic legit *Rictionario*, Belin. *Riciovaro* Antv-Max. *Rictionaro.* Legendum esset *abscissis*, sed codices passim habent *abscisis*, quibus subscribendum; aliqui pejus *abcisis*; Greven. *excisis.* Lectio Usuardina est *migravit ad Dominum*, Antverp. et Max-Lubec, *migravit ad Christum.* Sunt qui scribunt *Melani* cum Antverp-Max. melius in textu. In ultima annuntiatione recurrunt varii nævi. In Praten et Tornacen. est, *emigravit a seculo.* Antverp. ponit, *jugiter intentus in cœlo.* Max-Lubec. *jugiter intentus migravit.* Antverp-Max. et alii, *jugiter cœlo intentus.* Demum Belin. phrasim auget, *jugiter cœlo intentus, gloriosus migravit*, etc. ; atque ea lectio a Baronio servata est.

Epiphaniæ

Observatio. *Epiphania*, *Epiphania Domini* ; *Epiphania Domini nostri Jesu Christi* , modi diversi sunt, quibus apographa Hieronymiana antiquissimam et celebratissimam tota catholica Ecclesia festivitatem exprimunt. Bedæ placuit modus secundus, quem Florus auctiorem reddidit ; tertius Rabano. Notkerus longiori oratione, varia complexus est. Romanum parvum secundo loco, sic posuit : *Epiphania Domini, id est manifestatio vel apparitio Domini.* An hic, obsecro, perspicere potuit Valesius, Romanum parvum ex Adone contractum esse, ubi Ado solum scripsit : *Epiphania Domini?* Utut est, Noster Adonis vel Bedæ, aut, si ita vis, alicujus Hieronymiani verba transumpsit. De pluribus mysteriis, Epiphaniæ festo recoli solitis, agunt breviter Baronius et Florentinius in notis, Bollandus vero in Actis, sed nemo accuratius rem totam ab ovo excussisse videtur quam Castellanus,

lanus, cujus eruditas disquisitiones curiosus lector consulere poterit. Nec Wandelberti versiculo negandus est locus. *Octavo ante Idus agitur Theophania sanctum.* *Macram* in Hieronymianis, Beda, Floro aut Rabano non reperies. Primus eam et quidem primo loco signavit auctor Romani parvi : *Sanctæ Macræ Virginis, sub Rictiovaro præside.* Quæ Acta Adoni præluxerint, equidem ignoro, certe brevi suo elogio plura complecti videtur, quam Acta a Bollando edita et illustrata repræsentent. Eorum crisim tradit Tillemontius tomo 4 pag. 497 et 734. Noster sua omnia ex Adone mutuatus est phrasi nonnihil perpolita, quam codices aliqui integram servaverunt. Castellanus Macram remittit ad II Martii, quo die coronatam præfata Acta diserte indicant; putatque hoc die corpus revelatum aut elevatum fuisse. Wandelbertus III Martii non scripsit *Magra* aut *Marcia*, sed nisi vehementer fallor : *Quinas Macra pro Nonas defendit amore.* Alii, nescio qua causa, ad XI Junii rejiciunt. De *Melanio* Rhedonensi sic hodie legit vetustissimum Epternacense : *In civitate Redonis, natale sancti Melanii episcopi*; alia apographa hoc ipso die conjungunt *nativitatem, ordinationem* et *translationem*, quemadmodum inde descripsit Notkerus. Ex prædictis Hieronymianis Sanctum a Nostro acceptum non dubito, adjecta laudatiuncula, quæ Sanctis plerisque aptari potest. Vitam habes a Bollando illustratam, ex quo et Castellano disces, quid de varia festi celebratione statuendum sit.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. *Epiphania Domini nostri Jesu Christi. In civitate Antiochia, natale sancti Juliani martyris et Basilissæ, et Celsi pueri, et Martianillæ matris ejusdem, et Antonii presbiteri, et Anastasii, sub Marciano præside, tempore Diocletiani et Maximiani.* De his nostri codd. ad IX Januarii, sed hic ad proprium diem retracti sunt, quo in Hieronymianis memorantur, et a Floro, elogio ex Actis desumpto, exornati sunt. Sed de his videndus omnino Castellanus hoc die pag. 105, plurima ibi curiose et erudite congerens ad confundendos vel distinguendos Julianos, quibus Martyrologia nimium quantum abundant. Sequitur in codice de Macra, quæ ipsi *Maria* est, et de qua solum ponit : *Quæ jubente Rictiovaro in prunas volutata, orans migravit ad Dominum. Eodem die, translatio corporis sancti Germani Antisiodorensis episcopi, admirandæ fidei, doctrinæ et virtutum viri.* Ponitur etiam ab aliis, sed remittenda ad natalem XXXI Julii.

ROSWEYD. In prima purus, secundam non Usuardine sed Adoniane enuntiat, de qua varietate supra diximus. Tertiam plane omittit.

PULSANEN. Sic incipit : *Apparitio incarnati Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi. Hujus siquidem veneratio, quia primæ virtutis et baptismi sui decoratur misterio, eo devotione fit fortior et in salute numerosior.* Macræ elogium expunctum. In Melanio purus est, sed pro *Redonis*, scribit *Seldonis*. In fine : *In Antiochia, natale sancti Juliani martyris, et Celsi pueri, et Martianillæ, et Antonii presbyteri, et Anastasii, quorum miræ passiones leguntur.* De his, ut supra monui, IX Januarii.

MUNERAT. *Epiphania Domini, id est, apparitio ejusdem, hodie multipliciter exhibita.* De reliquo satis purus est.

CENTULEN. *Epiphania Domini nostri Jesu Christi. Antiochiæ, passio sanctorum Juliani et Basilissæ, Celsi pueri, et Marcianillæ matris ejusdem, et Anthonii presbiteri, et Anastasii, tempore Diocletiani. In territorio Remensi, passio sanctæ Macræ virginis.* Idem hic codex ... Macram cum sociabus refert, sed quænam eæ sociæ sint, nec hic, nec ibi dici potest. *Antisiodoro, translatio sancti Germani episcopi et confessoris.* De Melanio, nihil.

BEUXELLEN. *Epiphania Domini nostri Jesu Christi, quem infantem Magi adoraverunt, et quem, ut esset incipiens annorum triginta, Joannes in Jordane baptizavit, et qui anno sequenti aquam convertit in vinum, quique anno exhinc proximo de paucis panibus magnam turbam hominum satiavit. Et sic in hac die quatuor facta concurrunt, quorum primum ut principalius celebratur.* Videatur officium ecclesiasticum, et ea quæ observat Castellanus pag. 95. Macram vocat *Macheam*, in tota annuntiatione Adonianus. Sequitur de Juliano et Basilissa sociisque integra annuntiatio Usuardina, ut ponitur IX Januarii. In Melanio satis purus est.

HAGENOYEN. *Epiphania Domini. Et nota quod est triplex apparitio Domini, qua hodie apparuit. Primo apparuit Magis, qui illi prima munera obtulerunt, quæ in carne ei erant oblata. Secundo apparuit Johanni Baptistæ in baptismate, quando audivit Patrem in voce, Filium baptizavit in flumine et Spiritum Sanctum vidit in columba. Tertio apparuit convivis in nuptiis, quando de aqua fecit vinum.* Hactenus satis bene ut supra. Utrum admitti possint quæ sequuntur, alii judicent; ita pergit : *Per quod miraculum visum, Johannes Evangelista, cujus erant hæ nuptiæ, ad vocem ejus uxorem deseruit et Christo plus adhæsit.* In Macra et Melanio satis purus est. Adjecit in fine : *Item Trevis, sancti Agricii episcopi et confessoris.* Vult dicere *Treveris*. Vide Grevenum XIII Januarii et Acta nostra eodem die.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Epiphania Domini. Macræ virginis et martyris. Melanii episcopi et confessoris. Juliani, Celsi cum sociis MM.* Recte notatur in apographi nostri margine, non haberi Julianum hoc die in Martyrologio Romano; quærendus erat IX Januarii.

CAMBERIEN. monast. S. Mariæ Conventual. *Ipso die, sancti Saltani sociorumque ejus Martyrum.* In prætermissis invenio *Solanum*; ibique notatur Maurolycus, in quo memoria agitur *Saltani martyris*. Innuit Bollandus, forte intelligi *Solochanum*, de quo XVII Maii in Actis. Si mihi devinare etiam aliquando liceat, suspicabor, *Saltanum* vel *Sulcanum* cum sociis martyribus, non alium esse quam corrupto nomine *Julianum*, etc.

FLORENTIN. *In Antiochia, natale sancti Juliani martyris, Celsi pueri, Martianillæ, Antonii presbyteri, et Anastasii, quorum miræ passiones leguntur.* Toties recurrit Julianus, ut inde confirmetur conjectura superior.

JURENSIS S. Ragnoberti. Pro *Macræ*, male posuit *Marthæ*.

REMENS. SS. Tim. et Apoll. *Translatio corporis S. Germani Antisidorensis episcopi.* De qua supra.

EDITIO LUBECO-COL. In prima et secunda, pura, inserit : *In Oriente, sancti Melchior regis et episcopi, qui hac die obdormivit in Domino, divino sacrificio in ecclesia prius celebrato a se ipso.* Eo-

dem

dem nempe mortis genere quo I Januarii Jasparem obiisse supra narravit. Pro *Melanii* scribit *Melani*, de reliquo pure. Tum : *Lingonis, sancti Gregorii martyris, cujus gesta habentur.* An non idem qui IV Januarii *episcopus et confessor* dicitur? Vide Prætermissos. *Eodem die, sancti Sulcani et sociorum ejus martyrum.* Vide supra in CAMBERIEN.

Gregorii — *Sulcani*

GREVEN. *In Oriente, sancti Melchior episcopi, qui fuit unus ex tribus Magis et hac die quievit in pace, etc. Lingonis, sancti Gregorii martyris... Item, Petri et Marci* : ex Hieronymianis, ab aliis avulsi sunt. *Sulcani et sociorum ejus ;* vide dicta. *Apud Famagustam civitatem Cypri, beati Petri Thomasii Patriarchæ Constantinopolitani, Ordinis Carmelitarum. Qui vita, doctrina miraculisque clarus, tempore Caroli IV, hora prædicta quievit, in pace. Civitate Florentia, beati Andreæ Carmelitæ, episcopi Fesulani.* Petrus remittitur ad XXIX Januarii, Andreas ad XXX. *Item, beatæ memoriæ Gertrudis de Oosten Beguttæ* (quid ni *Beguinæ?*) *Delphensis, quæ stigmata Christi impressa habuit in corpore suo. Item secundum Vincentium lib.* 13 *cap.* 188, *hoc die passus est beatus Julianus et socii ejus qui infra V Idus ponuntur. Item, sanctæ memoriæ Johannis Birelli, Prioris majoris domus Cartusiæ, vita et miraculis conspicui.* Vide Prætermissos.

Melchioris — *Gregorii.* — *Petri et Marci.* — *Sulcani.* — *Petri Thomasii.* — *Andreæ* — *Gertrudis de Oosten* — *Joannis Birelli*

MOLAN. *Eodem die, translationis corporis sancti Germani Altissiodorensis episcopi, admirandæ fidei doctrinæ et virtutum viri. Apud Famagustam, civitatem Cypri, beati Petri Thomasii Patriarchæ Constantinopolitani, doctoris percelebris, Ordinis Carmeli professoris ; qui post plures de Sacræ Crucis inimicis victorias postque plures conscriptos libros, ac patrata miracula, die ac hora a se præsignatis, feliciter obdormivit. Civitate Florentia, beati Andreæ Carmelitæ, præsulis Fesulani, odore virtutifero, longe lateque fulgurante, splendescentis.* Deinde minoribus typis : *Barcinonæ, beati Raimundi confessoris, tertii magistri Ordinis Prædicatorum. Qui licet non sit canonizatus, ejus tamen festivitas ex consensu Pauli III a Barcinonensibus celebratur postridie Epiphaniæ Domini.* Editiones posteriores litteris Italicis incipiunt : *Epiphania Domini*, addentes *qua manifestari cœpit Gentibus, cum eum Magi adoraverunt, Melchior, Baltazar et Jaspar. Simul hoc die Ecclesia gratam memoriam celebrat baptismi ejus sacri, et primi omnium miraculorum Christi, ac sub illo ceterorum, quibus celebriter manifestata fuit ejus divinitas.* In fine, de Petro Thomasio et Andrea Fesulano, ut in editione priori. Deinde minoribus typis de Raymundo etiam ut supra. Denique eodem charactere hic : *Delphis in curia Beghinarum, obitus venerabilis Gertrudis de Oosten. Antiquitus annuntiatio diei Paschalis per diaconum.* De quo ritu vide Castellanum pag. 94.

Petri Thomasii — *Andreæ* — *Raymundi.* — *Gertrudis de Oosten*

VII *Idus.* *Die* 7.

Relatio pueri Jesu — *Luciani* — *Cleri* — *Felicis, Januarii*

Relatio pueri Jesu ex Ægypto. Eodem die, beati Luciani Antiochenæ ecclesiæ presbiteri et martyris, qui satis clarus doctrina et eloquentia, passus est Nicomediæ ob confessionem Christi sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithiniæ. Apud Antiochiam, sancti Cleri diaconi, qui pro confessionis gloria septies tortus et in carcere diu maceratus, ad ultimum decollatus, martyrium consummavit. Civitate Heraclea, Felicis, Januarii.

Magnus iterum codicum consensus : ita enim *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven. et Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien.* et *Editio Ultrajectin. Belg.*

VARIA LECTIO. De *Ægypto*, ut semel et iterum dicam, servo rectam orthographiam ex iis codicibus, qui diphthongis utuntur, ut sunt Praten. Herinien, Rosweyd. etc. ; licet plures scribant *Egypto* vel *Egipto*. In *presbiteri* alia est ratio, quod ea sit codicum omnium scribendi forma. *Maximini* vere et recte scribunt post Adonem nostri omnes, excepta Max-Lubec. ubi per errorem puto irrepsisse *Maximiani*, sicut et in recentioribus Romani moderni editionibus, contra quam legerit Baronius. Si ad Acta, a Bollando edita appelles, ultro fatebor non modica correctione indigere. Scribendum esset *Bithyniæ*, ut est in ecgrapho nostro Pratensi et in Molano, at codices reliquos sequor, in quibus simpliciter *Bithiniæ*, vel pejus *Bitiniæ*. Sitne typographi, an ipsius Munerati editoris sphalma dum legit, *qui professionis gloria*, non habeo unde dispiciam. Lego *Felicis, Januarii* absque particula copulativa, quam respuunt puriora apographa, Praten. Herinien. Tornacen. licet in aliis pluribus exprimatur. Addunt codices mediæ notæ, *martyrum*, puto ex librarii arbitrio.

Relatio pueri Jesu. — *Luciani.*

OBSERVATIO. De *Relatione pueri Jesu* in Hieronymianis codicibus nulla usquam fit mentio, nisi si ad eos reducatur vetus Gellonense, ab Acherio Spicilegii tomo 13 editum, in quo, ultimo loco sic legitur : *Eductio Jesu de Ægypto* Silent etiam Beda et Florus. At Rabanus XI Januarii : *Eductio Domini de Ægypto.* Quæ verba ex ipso ea die XI describens Notkerus, addit : *Quæ secundum alios* VII *Idus Januarii, secundum quosdam Nonis Januarii, propter multorum dierum profectionem celebratur.* Valeat si valere possit ea ratio, verosimiliorem dabit Castellanus. Textus nostri radix et origo est Romanum parvum, cujus ipsissima verba inde in Adonem, hinc in Nostrum liquido promanarunt. Nihilo plus metro suo complexus est Wandelbertus : *Septima ab Ægypto Christum celebratque relatum.* De illustri martyre *Luciano* sic habent Hieronymiana : *In Nicomedia, Luciani presbyteri, qui quatuor partibus fractus est*, vel, *qui in quatuor partes demersus est.* De qua dissectione et demersione, atque etiam redintegratione, videndum est Flori elogium. Romanum parvum sic eum consignat : *Et*

sancti

sancti Luciani martyris Antiocheni. Encomium in laterculo relatum, Adonis est, sed a Nostro aliquantulum immutatum et media ferme parte imminutum, a Notkero cum Flori verbis ferme commixtum. Plurima de inclytissimo martyre observari possent, sed malo ea lector requirat apud Baronium, Bollandum, Florentinium et Castellanum. Joannis Chrysostomi homiliam, a Bollando Actis qualibuscumque subnexam, recudi curavit Ruinartius inter sincera et selecta a pag. 559. Ibi præfixa admonitio, et vita Gallica a Tillemontio ex variis concinnata tom. 5 a pag. 474, in Supplemento expendi poterunt, quando et Græca passio, ex Synaxario membranaceo Ms. P. Sirmondi, sive collegii nostri Parisiensis, ad xv Octobris, aliaque hujusmodi, si operæ pretium fuerit, huc referentur et illustrabuntur. Hunc versiculum de Luciano cecinit Wandelbertus : *Antiochena suum recolit quoque plebs Lucianum.* Sic *Clerum diaconum* commemorat Florus, ut ex uno geminos saltem conficere videatur, non tamen multos, ut perperam ejus verba vertit Castellanus, sic enim legit : *Item, Clerici et Diaconi, qui septies torti,* etc. Quis enim Gallice reddat : *Item, les clercs et les diacres,* nisi latine habeatur : *Item clericorum et diaconorum* ? Noverat utique vir eruditissimus martyrum nomina non in recto, sed in obliquo annuntiari. Codex Hieronymianus Epternacensis hodie *Lucerii diaconi* meminit, qui rursus in eodem recurrit XIV, ubi alii *Cleri* vel *Cleti* habent : porro iterum XV sub nomine *Luceris diaconi,* aliis, *Liceri* vel *Leceri,* qui verosimiliter ubique idem est, a Romano parvo simpliciter notatus : *Et Cleri martyris.* Undenam brevia sua elogia deduxerint aut Florus aut Ado, incertum est, cum Acta, saltem nota non exstent : hoc certum, Nostrum et Notkerum ex Adone verbum de verbo plane reddidisse. *Felix* et *Januarius* ex Hieronymianis ab ipso Usuardo accepti sunt, in iis codibus denuo positi XIV Februarii, ut censet Bollandus, nec multum refragatur Florentinius, hic Magistro nostro gratulatus, quod, *Bivarii et consimilium fabulas non audierit.* Hæc ad Usuardini textus genesim satis dicta sunt. *Cleri*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Initio transpositus, legit : *Relatio pueri ex Egypto Jesu. Eodem die, natale sancti Luciani, presbyteri Antiochenæ ecclesiæ et martyris, viri doctissimi atque eloquentissimi;* in quo rursus ad Adonem accedit. *Item apud Antiochiam, Bilicerii* (pro *Cleri*) *diaconi, qui ob confessionem Christi,* etc., pure. Sed deest omnino annuntiatio ultima.

ROSWEYD. Rabanianus potius quam Usuardinus, sic in principio : *Eductio Domini de Ægypto. In Nicomedia Luciani presbyteri, qui in persecutione Maximiani in quatuor partes fractus et in mare demersus, alia die integer inventus est. Item apud Antiochiam, beati Cleri diaconi et martyris.* Desunt reliqua omnia.

PULSANEN. Satis purus est, nisi quod in eo hic omittatur *Relatio pueri,* etc., quam ad Nonas ex eo in Auctariis ibi retulimus, forte ex eorum more, qui v Januarii Evangelium de pueri Jesu reditu recitare consueverint.

Reynoldi ALBERGEN. Textui satis puro subdit : *Tremoniæ, sancti Reynoldi martyris, viri eximiæ virtutis, cujus gesta habentur.* Hinc patriam suam codex ille satis indicare videtur.

Kanuti. DANIC. *Item in Dacia, provincia Selandiæ, passio sancti Kanuti ducis et martyris.* In superioribus satis purus est.

CENTULEN. Perpetuus Usuardi abbreviator, in prima purus est. Tum : *Eodem die, sancti Luciani Antiochenæ ecclesiæ presbiteri et martyris, viri doctissimi atque eloquentissimi. Item Antiochiæ, beati Licerii dyaconi et martyris.* In ultima de Felici et Januario etiam purus est.

Relatio pueri Jesu auctior BRUXELLEN. *Relatio pueri Jesu septennis ex Egypto in Nazareth; ubi monstratur petra, in qua ipse viginti tribus annis, noctibus recubuisse, diebus vero sedisse memoratur. Cujus siquidem petræ fragmenta, tamquam Sanctorum reliquias, Crucesignati et peregrini digne venerantur.* De Luciano, post *Maximini,* sic habet : *in quatuor partes discerptus, et quatuor lapidibus alligatus, in mare mersus ; sed alia die Helyonopolim Bithiniæ corpus ejus integrum inventum est, ibique sepultum.* Vide Notkerum. In Clero purus est ; in Felice et Januario similis codicibus mediæ notæ. Tum : *Alibi, Tillonis monachi. Item sancti Valentini episcopi. Item sanctæ Lucianæ virginis.* De Tillone et Valentino agit Bollandus ; quam vero Lucianam indicet, fateor me ignorare. *Tillonis* *Valentini.* *Lucianæ.*

De relatione pueri Jesu. HAGENOYEN. *Relatio pueri Jesu Christi Domini nostri de Egypto, cum Joseph nutricius ejus ad monitionem Angeli acquievit, et Jesum cum matre sua Virgine Maria, et alia familia sua, rediit de Egypto in terram Israel. Quæ relatio facta est post mortem Herodis et aliorum amicorum suorum.* Hæc Scripturæ sacræ magis conformia quam quæ supra dedimus ex codice Bruxellensi. Reliqua omnia satis pura sunt.

MATRIC. CARTUS-ULTRAJECT. *Relatio pueri Jesu ex Egypto. Luciani presbyteri et martyris Antiocheni.*

CODEX BIGOTIAN. signatus D 9 : *Item Fiscanno, translatio sanctorum corporum, qui in eadem requiescunt ecclesia.* Indicat procul dubio sanctnm Guillelmum ac forte alios in celebri illo monasterio quiescentes.

Isidori CAMBERIEN. monasterii S. Mariæ : *Ipso die sancti Isidori episcopi, magnæ sanctitatis viri.* Nusquam notus est hic Isidorus, ut ex Prætermissorum elencho intelliges. Vide dicta de Isidoris II Januarii.

IN VATICAN. Sub numero 5949. Deest ultima annuntiatio *Felicis et Januarii.*

EDITIO LUBECO-COL. Sic orditur : *Relatio pueri Jesu ex Egypto, anno ætatis suæ sexto, imperii Augusti Cæsaris quadragesimo octavo, regni vero Herodis, tunc defuncti, tricesimo octavo.* Sequitur de Luciano, satis pure. Tum : *Tremoniæ, sancti Reynoldi martyris, viri eximiæ virtutis, cujus gesta habentur ; Coloniæ Aggrippinæ quidem passus, sed Tremoniensibus datus.* In duabus aliis textus commemorationibus etiam satis pura est. Demum : *Solemniaco monasterio, beati Stillonis* (alii legunt *Millonis et Hellonii,* ut est apud Bollandum) *monachi et confessoris. Eodem die, sancti Kanuti ducis et martyris,* ab eo distinguendi, cujus Acta dabimus x Julii, tametsi officium de eo in Ecclesia celebretur XIX Januarii. Vide Bollandum hoc die a pag 390. *Reynoldi* *Stillonis.* *Kanuti.*

BELIN. Primam sic legit : *Relatio pueri Jesu*

Christi

Christi de Egypto. Pro *Maximini*, habet *Maximiani*; de reliquo purus est textus, cui subnectitur: Juliani. Crispini. *Ipso die, sancti Juliani. Item Papiæ, Crispini episcopi et confessoris.* De Juliano, est quod moneam, hic eum simpliciter referri et sine addito, cui tamen Baronius, qui Belinum præ oculis habuit, nescio qua ratione ductus, titulum *martyris* apposuit. Bollandus, re nondum satis examinata, Julianos multiplicavit, aliquem hodie Actis inserens postea verosimiliter excludendum. Putat Castellanus, eumdem hic repeti Julianum, de quo pridie egimus et porro IX Januarii agemus. Verum, ni fallor, hic alius Julianus est, nec martyr nec xenodochus, isque a Belino ex peculiari notitia hic Usuardo adjectus, ut ante me censuit Rosweydus in animadversionibus Mss. supra non semel citatis, in quibus ita observat: Observationes Rosweydi in Martyrologium Romanum. *Ego*, inquit, *vix dubito quin exprimendum sit: Eodem die, sancti Juliani, omisso* MARTYRIS. 1. *Quia ita repræsentat vetus Martyrologium Romanum Belini, ante centum annos Venetiis et Parisiis impressum.* — 2. *Quia existimo hic intelligi Julianum confessorem Novariensem, qui diaconus fuit sancti Julii presbyteri, cujus festum* VII *Januarii occurrit apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ.* Hæc Rosweydus. At de hujusmodi novis in Romano moderno accessionibus plura suggerent Papebrochii Responsiones parte 2. art. 18 in appendice: ubi nominatim de *Niceta* agitur ex Holstenii ad Florentinium epistola. Nec omittenda alia laudati Rosweydi animadversio ad hunc ipsum diem circa *Theodorum monachum, qui tempore Constantini, etc.* Præmisso itaque textu cum Baronii notatione: *Quæro hic*, inquit Rosweydus, 1. *Cujus veteris libri auctoritate ponatur Theodorus hic hoc die, nam in antiquo Martyrologio Romano non comparitur.* — *Quæro* 2. *quomodo in notationibus Baronius dicat, Theodorum hunc fuisse discipulum S. Antonii (quod iterum repetit notatione ad* XXVIII *Decembris, ratione alterius Theodori) idque elicit et probat ex vita Antonii per Athanasium scripta, cum Athanasius in vita Antonii cap.* 32 *non dicat, eum fuisse discipulum S. Antonii, sed Ammonis Nitriotæ, uti etiam habetur in vita S. Pachomii cap.* I, *auctoritate ducta ex eadem Antonii vita per Athanasium scripta. Idem habet Palladius cap.* 8.

GREVEN. *Relatio pueri Jesu facta est anno ætatis ejus sexto, imperii Augusti Cæsaris* XLVIII, *regni vero Herodis defuncti* XXXVIII. *Tremoniæ, in diœcesi Agrippinensi, translatio sancti Reynoldi monachi et martyris.* Reynoldi. *Qui clarissimis ortus natalibus et in armis strenuus, Coloniæ sancti Panthaleonis factus est monachus, vita et miraculis clarus; a cæmentariis, quibus a suo abbate præfectus fuerat, occisus, in lacum projectus est, unde Domino revelante extractus, Tremoniensibus datus fuit. Item, Kanuti ducis Slaviæ, martyris, filii regis Daciæ.* Kanuti. *Solemniaco monasterio, beati Stilonis monachi et confessoris.* Stilonis. *Faustæ virginis martyris.* Faustæ. Vide Rabanum, Notkerum et indicem Prætermissorum. Coluntur XX Septemb. *Melaniæ senioris, senatricis Romanæ.* Vide Prætermissos. *Item, sanctæ memoriæ Wedekindi ducis Westphaliæ, in Anga quiescentis.* Wedekindi. Lege ex Actis *Wittekindi, ducis Saxonum, et Angariæ.*

MOLAN. *Ipso die, sancti Juliani. Item Papiæ,* Juliani. Crispini. *Crispini episcopi et confessoris. Solenniaco monasterio, beati Stillonis monachi.* Deinde minoribus typis: *Tremoniæ in diœcesi Agrippinensi translatio sancti Reinoldi*, etc., ut supra; nisi quod hic, post *datus fuit*, addatur: *Qui ab archiepiscopo Coloniensi, sibi alicujus Sancti corpus dari devotissime postulabant, quo terra coram reverenter et ab hostibus securior esset. Item Canuti ducis Slaviæ, martyris, filii regis Daciæ.* Canuti. In editionibus aliis, de Juliano et Crispino, ut prima. Deinde: *Ipso die, sancti Canuti, ducis Daciæ et martyris, filii Erici regis. Solemniaco monasterio, beati Stilonis monachi.* Tum minoribus typis: *Patavii, beatissimi Valentini, episcopi Rhætiarum.* Valentini. Denique de Reinoldo, mutatis pauculis, quæ ad rei substantiam nihil conferunt.

VI *Idus.* *Die* 8.

Severini. Neapoli Campaniæ, natalis sancti Severini episcopi et confessoris, fratris beatissimi Victorini martyris: qui Severinus post multarum virtutum perpetrationem, plenus sanctitate quievit. Beluacus, sanctorum martyrum Luciani Luciani et soc. presbiteri, Maxiani et Juliani: quorum Maxianus et Julianus primo a persecutoribus gladio puniti sunt; dein beatus Lucianus post nimiam cædem, cum Christi nomen viva voce confiteri non metuisset, priorum sententiam et ipse excepit. Eodem die, Eugeniani. sancti Eugeniani martyris.

Ita primigenia puritate *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Greven.* et *Molan.* Hic vero in posterioribus editionibus textum non [illegible]

VARIA LECTIO. Pulsanen, pro *Neapoli*, male scribit *Neapolis*, uti pro *Beluaci*, habet *Beluati*. Servavi ego *Beluacus*, more antiquo, cum antiquioribus codicibus Praten. et Herinien. quod etiam posuit Florus. Tornacen. scribit *Beluago*, alii *Beluaci* vel *Beluaco*. In Pulsanensi, est *Luciani episcopi, Maximiani presbiteri et Juliani diaconi.* At postremis ii tituli non debentur; Luciano, non alius quam qui in textu positus est. Porro e sociis primus non *Maximianus* dicendus est, ut male apud Florum legitur, nec *Messianus*, ut Ado; sed ex codicibus nostris ferme omnibus *Maxianus*, idque ex analogia gallica ostendit Castellanus pag. 135. Molan, scripsit *Maximiniani* Greven. *Maximiani*, item Belin. quem procul dubio secutus est Baronius. Pulsanen. *viva voce confiteri*, etc., vertit in *una voce*, etc.

Severini. OBSERVATIO. Tota annuntiatio prima, sive *Severini* encomium ex Adone manifestissime abbreviatum est, servata Severinorum confusione ex Romano parvo, primo illius auctore, alius diceret seductore, ab Adone accepta, quam correxerunt Bollandus et Castellanus hoc die; frustra enim

Neapoli

Neapoli quæritur Severinus episcopus *Victorini Amiternensis* frater, qui apud septempedanos inveniendus est. Vide quæ a nobis dicuntur v Septembris, fusius in Actis suo tempore expendenda. Advertit confusionem Molanus, sed eam in posterioribus suis editionibus perperam ex Usuardi textu expunxit, quem inviolatum servare debuerat, emendando in notis, ut facit, quæ erant corrigenda; certum enim est Usuardum legisse, *Severini episcopi et Confessoris, fratris beatissimi Victorini martyris*, quemadmodum in Adone scriptum invenerat. Inter apographa Hieronymiana, solum Corbeiense de Bellovacensium apostolo et sociis ita hodie meminit : *In Gallia civitate Belloacus, passio sanctorum Luciani, Mariani et Juliani martyrum*; ubi *Mariani* levi lapsu pro *Maxiani* legitur, qui aliis *Massiani* vel *Messiani*. De his martyribus nihil habet Beda. Rabanus solum Lucianum presbyterum cum elogio posuit IV Januarii, cujus verba ibi descripsit Notkerus, hac iterum die legens : *Melloacia* (pro *Bellovaci*) *sancti Luciani, socii beati Dionysii. Item, Messiani*; quæ ex Adone accepta viderentur, nisi de Dionysio fieret mentio ; ipse enim simpliciter enuntiat : *Beluaci, sanctorum Luciani et Messiani.* Hinc tamen confice Acta nulla Adoni innotuisse, quæ certo Usuardus consuluit, illa præsertim quæ ab anonymo scripta, ex quibus elogium suum evidentissime extraxit. An etiam ex Floro? Ita sentit Castellanus pag. 131, præjudicatæ opinioni insistens, quod Usuardus Flori Lugdunensis ad Bedam auctaria inspexerit, quæ ego numquam ei visa existimo, utpote qui non alium Florum noverit, quam *lætiora* vel *latiora* illa *vestigia* quæ sunt ipsissimum Adonis Martyrologium, ut in præfatione, Castellano in hac parte non refragante, ostendimus. Ut hodiernus utriusque textus exemplo sit, oculos ipsos tuos lector appello ; confer Flori elogium cum nostro Usuardino, victas dabo manus si vel per levem umbram hoc ex illo contractum appareat. De Actorum fide et sinceritate disputant eruditi critici, inter quos laudatus Castellanus multa curiose observavit, uti et Tillemontius tomo 4 a pag. 537, quæ in Supplemento accuratius forte examinari poterunt. *Eugenianum* tamquam ignotum martyrem dedit Usuardus, nusquam sub tali inflexione repertum : si enim Hieronymiana quantumvis aucta consuluit, non alium ibi reperit quam *Egemonium*, *Egonomium* vel *Ægemonum*, idque cum *episcopi* titulo, a Rabano etiam diserte signatum. *Eugenianus*, quiscumque ille esse possit, apud antiquiores ignotus est, nisi Wandelbertum audias, ita ipsum metro aptantem : *Iduum post sexto, Eugeniano vota feruntur.* Oculatior Bollandus *Eugenianum* eumdem esse probabilissime censuit cum *Egemonio* vel *Hegemonio* (quocumque modo inflexeris) *Augustodunensi episcopo* : imo certum id credidisset cum Castellano, nisi Saussayo nimium tribuisset. In eodem errore versantur plura ex sequentibus Auctariis, sæpe de eadem re audiendis.

Juliani et soc. — *Eugeniani.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. *Neapolim Campaniæ, sancti Sevi* (pro *Severini*) *confessoris, fratris beatissimi Victoris, clarissimi viri in miraculis. Beluacus, sanctorum Luciani presbyteri, Maximiani et Juliani martyrum. Quorum Maximianus et Julianus primo a persecutoribus gladio sunt puniti. Dehinc beatus Lucianus, cum post nimiam*, etc. Deest plane annuntiatio ultima.

ROSWEYD. *Apud Neapolim Campaniæ, sancti Severini confessoris, fratris beatissimi Victorini, clarissimi viri in miraculis. Qui et ipse fratris imitator existens, post multarum virtutum insignia, sanctitate plenus in pace quievit. Apud Augustodunum, Eugenii episcopi et martyris.* In quo hic codex tantum ad veritatem accedit, quantum recedit ab Usuardo, *Beluago, sanctorum martyrum Massiani, Luciani atque Juliani. Ratisbonæ Herhardi episcopi. Item, Eucherii episcopi.*

MUNERAT. Textui satis puro subdit : *Remis, beati Rigoberti episcopi et confessoris.* De quo vide IV Januarii. *In Græcia sancti Thimothei. Apud Bruxellam, natale sanctæ Gudulæ virginis. Methis civitate, sancti Patientis episcopi et confessoris.* De eo Timotheo hic agi non videtur qui ab Usuardo ponitur XXII Januarii, sed de alio : vide Acta.

Timothei.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. qui codices plerumque consentiunt, post textum in fine addunt : *In Græcia, Timothei. Augustoduno, Eugeniani.* Male habet Max-Lubec. *Eugemani.*

ANTVERP-MAX. LEYDEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. De Luciano, inserunt; *beati Petri discipuli.* Textui autem superaddunt : *In Græcia sancti Thimothei. Augustuduni, sancti Eugemonis*, vel *Eugenionis episcopi. Apud Bruxellam, natale sanctæ Gudulæ* vel *Gudilæ virginis, Methis civitate, sancti Patientis episcopi et confessoris.*

Eugenionis.

LOVANIEN. Similis est superioribus, præterquam quod Bellovacensium elogium expunxerit.

ULTRAJECT. Annuntiatione sanctæ Gudilæ minutus est, de cetero cum proxime relatis consentit.

CENTULEN. *Neapolim Campaniæ, sancti Severini episcopi et confessoris fratris beati Victorini martyris. Civitate Beluaco, sanctorum Luciani, Maxiani et Juliani.* In ultima purus est.

BRUXELLEN. Incipit : *Depositio sanctæ Gudilæ virginis patronæ nostræ. Cujus sacri corporis reliquiæ hic venerantur. In Græcia, sancti Thimothei. Apud Beluacum, sanctorum martyrum Luciani presbiteri, beati Petri discipuli; et Maximi presbiteri, et Juliani diaconi. Qui ob confessionem Christi post multas cædes gladio puniti sunt. Apud Neapolim Campaniæ, sancti Severi episcopi et confessoris, fratris beati Victorini martyris, clarissimi in miraculis. Qui et ipse imitator fratris plenus sanctitate in pace quievit.* In hoc variis codicibus præstat quod illi ex vero *Eugeniani* nomine duo falsa procuderint, hic vero solum scribat : *Apud Augustudunum, sancti Eugenionis episcopi. Methis, sancti Patientis episcopi et confessoris.*

Gudilæ. — *Timothei.* — *Severi*

HAGENOYEN. Phrasim etiam modice variat : in prima utcumque purus, in secunda etiam inserit : *discipuli sancti Petri.* Tum : *Eodem die, sancti Eugiminiani martyris. In Græcia, sancti Timothei. Augustodono, sancti Eugenionis episcopi. Metis civitate, depositio sancti Pacientis episcopi et confessoris. Apud Bruxelliam, sanctæ Gudilæ virginis. Ratisponæ, Erthardi episcopi. Veronæ, sancti Rustici confessoris.* Colitur ibi ut *martyr* IX Augusti.

Erthardi.

AQUICINCT.

AQUICINCT. Recte in textu scribit *Maxiani.* Post textum purum, adjicitur : *In Græcia, sancti Timothei. Augustoduno, Egemonii episcopi.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130, scribunt etiam : *In Græcia, sancti Timothei. Augustoduno, Egemonii episcopi.* Posterior codex habet, *Egemoni.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Luciani presbyteri, Maximiani et Juliani martyrum. Severini episcopi, et confessoris. Patientis episcopi, discipuli sancti Joannis evangelistæ. Bruxellæ, Gudulæ virginis. Quæ a beata Gertrude est a sancto fonte levata.*

CODEX DOM. DU CHEVAL, signatus B, et FLORENTIN. *In Græcia, sancti Timothei.*

In VATICAN, num. 5949. Deest *Eugeniani.* Adjicitur denuo : *In Græcia, sancti Thimothei.*

Wlfrini. Judoci. Pegæ. ALTEMPS. *Depositio sancti Ulfrini episcopi. Translatio sancti Judoci.* Vide XIII Decembris. *Item, depositio sanctæ Pegæ virginis.*

EDITIO LUBECO-COL. In prima et secunda modice interpolata, in tertia pura est. Sequuntur Auctaria : *In Græcia, sancti Timothei confessoris. Augustudini, sancti Egemonis episcopi et confessoris. Apud Bruxellam, natale sanctæ Gudulæ virginis. Metis civitate, sancti Patientis episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Erhardi episcopi et confessoris Ratisponensis. Ipso die, sancti Afflini episcopi et confessoris. Trecas, sancti Frodoberti abbatis.* (*Erhardi. Afflini. Froduberti.*)

BELIN. Scribit : *Victoris ; Belvati, Luciani episcopi, Maximiani presbyteri,* etc. Ante Eugeniani, interserit : *Eodem die, sancti Maximi, Papiensis episcopi et confessoris.* In fine : *Methis civitate, sancti Patientis episcopi et confessoris.* Editio altera superaddit : *In Græcia Thimotei. Augustiduno, Egemoni episcopi.* (*Maximi.*)

Agmonii. Timothei. Erhardi et Herbaldi. GREVEN. *Agmonii, alias Egenionis Augustudunensis episcopi et confessoris, alias martyris. In Græcia, sancti Timothei confessoris, qui translatus est Constantinopolim* IX *Maii. Apud Bruxellam, sanctæ Gudulæ virginis. Metis, beati Patientis episcopi et confessoris, discipuli beati Joannis apostoli. Eodem die, sanctorum Erhardi et Herbaldi pontificum Ratisponensium et confessorum.* Prima editio agit de solo Erhardo ; vide Acta. *Sancti Afflini episcopi et confessoris. Trecis, sancti Frodoberti abbatis. Remis, beati Rigoberti episcopi et confessoris. Severini abbatis, qui defuncto Attila Hunnorum rege, prophetico spiritu, vita et miraculis claruit. Eodem die, sancti Maximi episcopi et confessoris.* (*Afflini. Frodoberti. Rigoberti. Maximi.*)

MOLAN. De Patiente Metensi, de Maximo Papiensi, et Rigoberto Remensi, habet ut supra ; in Gudila multo diffusior, de qua sic habet : *Depositio sanctæ Gudilæ virginis, patronæ nostræ, cujus sacri corporis reliquiæ hic venerantur.* Hactenus ex BRUXELLEN. Sequitur : *Ad cujus tumulum apud Ham Brabantiæ, tempore hyberno populus arbor, sine manibus putantium, mox excrevit et virens ut nemus fronduit. Quorum utrumque mirum : mirum enim fuit arborem subito pullulasse, et mirabilius fuit, eam hyemis tempore, quod natura non habuit, vernasse. Sed utrumque fecit Deus, officio quo novit et voluit, et potestate qua valuit, in testimonium ejusdem virginis, in domo Domini ut palma florentis. Ipso die, sancti Afflini pontificis.* De Frodoberto, ut supra. Deinde typis minoribus : *Eodem die, beati Laurentii Justiniani. Et sancti Erardi, pontificis Ratisponensis et confessoris. Apud Laudunum Galliæ, beati Balduini archidiaconi et martyris. Cujus actus in vita Salabergæ matris ejus continentur. In Norico, depositio sancti Severini abbatis, qui spiritu prophetiæ et miraculis late claruit, et juxta Neapolim translatus est in castrum Lucullanum.* De mutatione facta in posterioribus editionibus supra abunde egimus. Auctaria quoque contracta sunt. Itaque in fine : *Augustoduni, depositio sancti Egemonii episcopi et confessoris.* De Gudila post *fronduit*, hæc simul connectit, *quorum utrumque fecit Deus*, etc. Sequitur de Frodoberto ut supra. Tum : *Ratisponæ, beati Erardi pontificis et confessoris.* Deinde de Patiente et Maximo, iterum ut supra. Denique : *Die octava, sanctæ matris Dominicæ ; et sanctorum patrum Georgii Chozebisti, et Æmiliani confessoris.* (*Afflini. Laurentii Justiniani. Erardi. Balduini. Dominicæ. Georgii. Æmiliani.*)

V. *Idus.* *Die* 9.

Juliani, Basilissæ, etc. Apud Antiochiam sub Diocletiano et Maximiano, natalis sanctorum Juliani et Basilissæ virginis, quorum miræ passiones leguntur. Ex quorum etiam collegio venerabilis multitudo sacerdotum et ministrorum ecclesiæ Christi igne cremata est, quæ ad eos confugerat propter immanitatem persecutionis. Post
Antonini, etc quos Antoninus presbiter, Anastasius et Celsus puer una cum matre atque alii
Martianæ plures passi sunt. In Mauritania Cæsariensi, sanctæ Martianæ virginis. Apud Smir-
Vitalis et soc. nam, sanctorum Vitalis, Revocati et Fortunati.

Ita legunt Usuardini codices Mss. propemodum omnes, quos vel ego consulere potui, vel majores nostri cum Greveno et Molano olim contulerunt. Ita etiam *Max. Lubec. Munerat. Belin.* et quotquot alii Usuardum quantumvis auctum hactenus edidere. Solus codex *Pratensis* a reliquis dissentit, ut mox in Variantibus lectionibus exponam. Qui binos codices Pratenses citant, numerum augent, non auctoritatem, cum alter ex altero descriptus sit, augmentis duntaxat vel marginalibus, in textum relatis, ut in præfatione declaratum est.

VARIA LECTIO. *Anthiochiam, Dioclitiano, Dyocleciano, Basilicæ* et tales alias minutias hic prætereo. Scripsi *Basilissæ virginis* sine addito cum Praten. Herinien. Pulsanen. Munerat. Greven.; codicibus aliis tum Mss. tum editis ferme variantibus. Antverp. Max-Lubec. et Lubeco-Col. legunt, *Basilissæ conjugis ejus* cum codicibus mediæ notæ plerisque. Alii habent *uxoris ejus*. Belin. vero et Molan. *Basilissæ virginis, uxoris ejus,* quibus antiquioria Mss. præferenda judicavi, licet Romanum

parvum

parvum et ex eo Ado *uxoris* vel *conjugis* diserte exprimant. Prætuli etiam eosdem codices, hic Adoni conformes in nomine *Antoninus*, contra alios impressos et Mss. qui *Antoninus* in *Antonius* transformarunt, quosque Baronius, Bollandus et alii passim hodie imitantur. Superest nodus paulo difficilior, in quo Pratensem a reliquis omnibus diversum supra monui. Is nimirum, omissa Martiana et martyribus Smirnensibus, ita diem concludit : *In Africa sanctorum martyrum Revoluti et Firmini cum aliis tribus.* Observat Castellanus, codicis ipsius inspector, in primo Bimestri pag. 809, ex prætenso illo autographo avulsum olim folium, subinde vetusto etiam charactere restitutum, in quo ea mutatio facta sit, fortasse, ut conjectat, vivente adhuc Usuardo. Sed cui id persuaderi possit omnino non capio in communi codicum Usuardinorum et quidem probatissimorum apertissima contradictione. Quisquis interpolator is fuerit, *Revoluti* perperam posuit pro *Revocati*. Nos interim germanam Usuardi lectionem vindicandam censuimus. Sunt qui *Marcianæ* scribant; nos *Martianæ* cum purioribus, Romano parvo et Adone. Codices mediæ notæ post *Fortunati*, adjiciunt *diaconi*, Belin. autem apposuit *martyrum*. Scribo *Smirnam* cum codicibus passim.

OBSERVATIO. De *Juliano* tota Ecclesia celebratissimo martyre ejusque sociis, jam supra, proprio ut quidam volunt die VI Januarii, agendum fuit, quo ab Hieronymianis hoc modo collocatur : *Antiochia, passio sancti Juliani et Basilissæ. In India, Celsi, Juliani.* Eodem die, cum longiori ex confusis Actis historia, omnes a Floro memorantur; Rabanus ad XIII Januarii rejicit ; Wandelbertus ad XIII Februarii. Mira est hujus festi transpositio, quam Epiphaniæ causa ortam existimat Castellanus, atque una *Juliani* nominis multiplicatio, adeo ut numerus apud ipsum pag. 106 adductus fidem ferme superet. Usuardus solitos suos antesignanos secutus est, Romano parvo ita præeunte : *Et sancti Juliani et Basilissæ uxoris ejus et Celsi et Martionillæ ac xx militum.* Ad hæc Ado, Actotorum, jam suo tempore receptorum, longam seriem attexuit, ex illorum fide æstimandam. Noster nihil dubitans, encomium suum inde contraxit, Notkero plura describente. In prædictis horum Sanctorum Actis illustrandis egregiam operam posuerat Bollandus; ast eadem postliminio accuratius expendit Papebrochius tomo 3 Maii pag. 295, et fusius in Responsionibus tomo 2 ad art. 15 § 28 a numero 316, quem lector consulat; videatque etiam curiosas Castellani, ad varia Juliani symbola, aliaque ad diffusissimum ejus cultum spectantia, notationes jam semel et iterum supra citatas, quæ et ipsæ in Supplemento non erunt inutiles. Tillemontius pauca suggerit tomo 5 pag. 799 et 800, occasione *Juliani Cilicis*. Qui an cum hodierno confundendus; an potius hic noster Antiochenus vel Antinopolitanus, Syrus vel Ægyptius dicendus sit, adhuc sub judice lis est. At enim qui Julianos ea causa confundi postulant, quod uterque sub *Martiano* præside passus dicatur, viderint illi, an non accedere debeat *Julianus* alter, a Floro productus XI Januarii, qui etiam sub *Martiano præside*, sed *in Achaia*, et *in carcere peremptus est*. De *Martiana* jam dici cœptum est in Variantibus. Constat eam hodie apud Hieronymianos notam non esse : neque enim *Martialem* ibi positum pro *Martiana* accipi posse existimamus ; nec satis verisimile est, eam sub *Mariani* nomine ibi reperiri XI Julii. Quod autem V Idus Julii ab aliquibus reponatur, ex codicum abbreviationibus oriri facile potuit. Non magis nota est *Martiana* apud Bedam, Florum, aut Rabanum. Restat itaque ut a Romano parvo primum signata sit, nomine nonnihil deformato. *In Mauritania Cæsariensi, Macræ virginis et martyris.* Ado nomen puritati suæ restituit, sed Actibus caruisse ex eo conjicitur quod elegio quantumvis brevi careat. Noster plura non profert quam in Viennensi repererit, in quo etiam convenit Notkerus. Porro eamdem *Martianam* esse quæ hic et mense Julio colitur, rectissime censuit Baronius, neque licebit Hispanis ex una geminam facere, nisi certiora producant monumenta quam quæ ex Bivario aut ei similibus desumuntur. Cetera huc spectantia vide apud Bollandum, Castellanum et Tillemontium tomo 5, a pag. 263. De ultimis martyribus vix est quod dictis superaddam. Ex Hieronymianis accepti sunt; sed male ab Usuardo compositi, nec melius ab interpolatore Pratensi restituti. Veram Usuardi lectionem a nobis repræsentatam non dubito, qualem et Wandelberti versiculus exhibet : *Quinto Vitali, Fortunato et Revocato.* De distinctione Smyrnensium ab Africanis, qui in Hieronymianis reperiuntur, agunt Bollandus et Florentinius hoc die ; sed et novissime Castellanus in notis a pag. 146.

Juliani et soc.

Martianæ.

Vitalis et soc.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Annuntiationem primam retulit VI hujus ; hic in aliis duabus purus est, sed alteram alteri præponit. Cum hoc codice convenit Usuardus, insertus *Agonibus martyrum* (cujus operis solus Januarius invenitur) in quo etiam Julianus, etc., VI ; hodie vero et Martiana et Smyrnenses diserte ponuntur.

De Juliano sociis.

ROSWEYD. *Apud Antiochiam, Juliani martyris et Basilissæ conjugis ejus. Hi itaque sanctissimo voto casti conjuges aliquot annos vixerunt pariter, carnem suam virginem servantes, monasteria autem de rebus suis, quia erant parentibus et genere clarissimi, instituerunt, ut ad decem millia monachorum pater Julianus fieret, Basilissa vero multarum virginum mater. Quarum multitudinem cum jam victricem præmisisset ad Dominum, ipsa quoque post multa exercitia quievit. Julianus vero a Martiano præside tortus, jubente eo, a militibus gladio cæsus est, cum Celso puero, supradicti præsidis filio. Eodem die, Antonii, Anastasii martyrum, cum Marcionilla martyre, uxore præsidis. Eodem die sanctæ Marcianæ virginis et martyris.*

CENTULEN. Julianum et socios etiam signavit VI Januarii. Hodie sic habet : *In Asia apud Zmirnam, sanctorum Vitalis, Revocati et Fortunati. Cæsarea Mauritaniæ, sanctæ Marcianæ virginis et martyris.*

BRUXELLEN. Post, *imperatoribus*, sic prosequitur : *et sub Marciano præside, post passionem sanctorum martyrum Juliani et Basilissæ conjugis ejus, quorum passionis dies* VIII *Idus Januarii recolitur, Anthonius presbiter, Anastasius et Celsus*

puer, una cum Marcionilla matre ejus, uxore Marciani præsidis, atque alii plures passi sunt. Satis apta est ea martyriorum partitio, sed in quo fundata? Sequitur de Smyrnensibus et Martiana, pure.

HAGENOYEN. Post, *uxoris ejus*, pergit : *Qui Julianus decem milium monachorum pater extitit, qui omnes igne combusti sunt; ad quorum exequias angeli in cœlo auditi sunt in eodem loco. Basilisca vero mater fuit mille virginum, quæ etiam pro Christo combustæ sunt ; et ipsa Basilisca ante obierat in pace. Julianus vero a Marciano præside fustibus cæditur, deinde incarceratur, digiti ejus manuum et pedum lignis* (Rosweydus in Adone restituit *liciniis) oleo infusis ligantur et accenduntur, postea decollatur. Post quos Anthonius presbiter, Anastasius et Celsus puer, qui Spiræ requiescit in Kathedrali ecclesia, una cum matre sua, atque alii plures diversis pœnis interempti sunt.* Cetera pura sunt, nisi quod in fine habeat : *cum Fortunato diacono.*

ACQUICINCT. Nec *diaconi* in fine habet, nec *martyrum*, sed adjicit, *cum aliis tribus.* Suspicor, nomina non recte collata, adeoque codicem hunc, ut sæpe solet, ita etiam hic convenire cum Pratensi.

VICTORIN. Pro *Martianæ*, legit *Marinæ.*

Wilhelmi

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Incipit : *Martinianæ virg. et martyris. Wilhelmi Bituricensis episcopi, nobilis genere, qui a pueritia Deo servivit. Juliani martyris et Basilissæ virginis, cum ceteris multis martyribus.* Notabis Wilhelmum Bituricensem ab aliis passim recoli die sequenti. Vide ibi Acta.

Paschasiæ

DIVIONEN. *Cœnobio sancti Benigni, juxta Divionense castrum, natalis sanctæ Paschasiæ virginis et martyris.* Citatur hic, extractum ex codice istius cœnobii, ex quo plura habemus.

Marcelli.
Guilielmi

FLORENTIN. *Anconis, sancti Marcelli. Apud civitatem Bituricensem, sancti Guilielmi episcopi et confessoris.* Additur ibi in fragmento membraneo MS : *Consecratio ecclesiæ sancti Laurentii de Florentia, quæ consecrata anno Domini* MLX *a Domino Nicolao Papa* II. *Olim episcopus Florentinus* fuit.

EDITIO LUBECO-COLON. Post, *passiones leguntur*, inserit : *Et licet vero matrimonio fuerint copulati, tamen clam in virginitate vitam finierunt. Ex quorum etiam collegio*, etc., satis pure. De *Martiana*, additur : *Quæ in Cæsarea, Dianæ simulacrum confregit, et bestiis tradita, pro Christo tandem a leopardo exanimatur.* Smyrnensibus addit *Diaconi, martyrum. Eodem die, beati Agetii confessoris.* Vide Prætermissos. *Treveris, inventio sancti Symeonis confessoris.*

Agetii
Inventio Simeonis.

Jocundi et soc.

GREVEN. *In Africa, Jocundi, Quinti, Saturi martyrum.* Ex Hieronymianis vel Rabano, hinc inde Sanctos aliquos decerpit, quos plerumque incuriose divellit vel transportat. Sic pergit : *Eodem die, beati Marcellini* (sic legendum, non *Marcelli*, ut supra) *Anconitani episcopi, de quo beatus Gregorius narrat* I *Dialogorum, quod ipso contra ignem vehementissimum a ministris (quia ambulare non valebat) opposito, ignis omnino refriguerit. Item, sancti Agecii confessoris.* An non *Agritii*, de quo VI et iterum XIII Jan.? *Treveris, inventio sancti Simeonis confessoris. Bartwaldi, archiepiscopi Cantuariensis confessoris. In Cantia, Adriani abbatis confessoris. Ipso die, Felani abbatis et confessoris.*

Marcellini
Agecii
Bertwaldi
Adriani
Felani.

MOLAN. Aliis litteris textui inserit Adonis verba de casto conjugio, de institutis monasteriis, de monachis et virginibus eorum disciplinæ subjectis, quæ supra retulimus in codice Rosweydino. Deinde in fine minutioribus typis : *Divioni, sanctæ Paschasiæ virginis, cujus meminit Gregorius Turonensis.* Sequitur Marcellinus cum elegio ex Greveno supra. *In Cantia, Adriani abbatis et confessoris. Bertunaldi archiepiscopi Cantuariensis et confessoris, quorum meminit Beda in historia gentis suæ.* Meminit sane ; sed monet Castellanus, non *Bertunaldum*, nec *Bertwaldum*, ut Grevenus, sed *Berechtualdum* cum præfato Beda, aut *Brithwaldum* cum Gocelino appellandum esse. Illum consule in notis hoc die pag. 153. Editiones posteriores idem habent de Adriano abbate, quod in priori, idem est in textu, sed cetera omnia exclusa sunt. Quorum loco ponitur : *In Nortmannia, depositio beati Vuaningi confessoris. Hic nobile monasterium Fiscanense fundavit, et Leodegarium exulem fovit.*

Paschasiæ
Adriani
Bertunaldi
Waningi

IV *Idus.* *Die* 10.

Nicanoris
Pauli

Apud Cyprum, beati Nichanoris diaconi de septem primis, qui gratia fidei et virtute admirandus, gloriosissime coronatus est. In Thebaide, natalis beati Pauli primi heremitæ, cujus animam inter Apostolorum et Prophetarum choros ad cœlum ferri ab angelis sanctus Antonius vidit.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Belini* 1 *editione. Greven, et Molan.*

VARIA LECTIO. Cogor scribere *Nichanoris* cum codicibus melioris notæ, Greveno et aliis; quem scribendi modum Usuardum secutum existimo, tametsi nominis etymon ferat, ut sequamur Romanum parvum et Adonem, qui forte a Rosweydo correcti sunt, sicuti Usuardus a Molano. Post, *de septem primis*, visum est Belino apponere, quod forte in Adone invenerat, nempe *Diaconibus*; patet ex aliis codicibus, Usuardi simplicitas. Molanus legit *gloriose coronatus*, sed alii passim cum manuscriptis, *gloriosissime coronatus*, quæ in Adone conjuncta sunt cum *Apud Cyprum* hoc modo, *apud Cyprum gloriosissime coronatus est*, unde datur intelligi cruenta morte martyrii lauream consecutum. Usuardi transpositio incertum Castellano reliquit, utrum ea coronatio ad martyrium, an ad cœlestem gloriam referenda sit. Pro *Thebaide, natalis, heremitæ, ad cœlum* alii scribunt *Thebaida, natale,*

natale, eremitæ, ad cœlos, verum hujusmodi minutias in decursu negligendas, satis supra indicavi, et ita quidem, ut nec nobis stabilis scribendi modus esse possit, variantium sæpe codicum vel ipsos errores sequentibus.

OBSERVATIO. Qui in Adone inter Apostolorum festivitates una serie, diversis licet diebus referuntur, hi apud Græcos simul collecti sunt XXVIII Julii, nempe *Prochorus, Nicanor, Timon* et *Parmenas*. Hæc sub unum aspectum hic ponere volui, ut una indicem quatuor hos diaconos, Hieronymianis, Bedæ et ceteris antiquis ignotos, primum ab auctore Romani parvi, pro mero, opinor, arbitrio, in certos dies fuisse distributos. Unde ab Adone, Usuardo et Notkero accepti hodie coluntur: Prochorus IX Aprilis, Timon XIX Aprilis, Parmenas XXIII Januarii, ut suis locis erit repetendum. Itaque *Nicanoris* prima positio uni Romano parvo debetur : *Et in Cypro, Nicanoris de* VII *diaconibus.* Quæ in Adonis Martyrologio vix immutata sunt et tertio dumtaxat loco signata, cum apud utrumque primo loco agatur de Paulo. Undenam Ado breve suum elogium inter Festivitates extraxerit, necdum comperi, neque enim Acta ulla prodita sunt, nec quidquam etiam recentissime invenit Tillemontius tomo 2 pag. 70, nisi quod cum Bollando respueret. Si tamen Adonis verba expendantur : *Apud Cyprum gloriosissime coronati*, haud dubium quin de martyrii laurea, quantumvis aliunde incerta, intelligenda sint, id quod nonnulli codices nostri auctiores, rotundius expressere. Usuardus forte timide, saltem subobscure loqui visus est, dum utrumque Adonis textum commiscens, ejusdem phrasim non satis clare transposuit, Notkero ductoris mentem pressius insequente. De *Paulo* sic meminit primo loco Romanum parvum : *In Thebaida, sancti Pauli eremitæ.* At Pauli celebritas antiquior est, a Beda nimirum prius in sacris tabulis consignata, ubi brevi ornatur elogio, a Rabano paululum aucto, ab Adone et ex hoc a Notkero transcripto, sic tamen ut hic pro CXIII, male legerit XCIII, facili lapsu ex litterarum numeralium transpositione. Noster autem Adonis elogium ita contraxit, ut solam ætatem et in eremo commorationem excluserit. Hactenus pro textu nostro, quem et genuine Usuardinum esse constat et ex Adone ferme ad verbum acceptum. De Actis non loquor, vitæ geminæ, a Bollando editæ, illustratæ et vindicatæ, nihil magnopere est quod a recentioribus aut opponi aut superaddi possit. Sed quid causæ esse dicemus cur *Melchiadem* Papam omiserit Ado, a Beda quem describebat, imo et ab Hieronymianis aliisque antiquis disertissime notatum? Rursus unde *Hyginius* substituitur, vetustioribus omnibus incognitus? Malo fateri ignorantiam quam conjectando hariolari. Est præterea in eodem Adone quarto loco, *adventio sancti Hermetis martyris.* Sed annuntiationes illæ ambæ ab Usuardo plane reticentur. De adventione Hermetis legi possunt Rosweydi annotationes ad Adonis Martyrologium pag. 225, et indiculus noster Prætermissorum hoc die. Cur in Romano moderno Paulus ad XV Januarii translatus sit, cum priores omnes dies alio officio ecclesiastico impediti sint, clarius est quam ut explicatione indigeat. Wandelbertus sic hodie Melchiadem et Paulum conjungit :

Nicanoris. *Pauli*

Quarto Melchiades, Paulusque eremita, beato
Sublati fine, ætherea lætantur in arce.

AUCTARIA.

Textus Adonis ANTVERP-MAJ. Servato Usuardi ordine, Adonis textum ei ferme supponit : *Natale beati Nichanoris, qui unus fuit de septem diaconibus primis. Hic gratia fidei et virtute admirande* (admirandus), *apud Cyprum gloriosissime coronatus est, ubique venerabiliter sepultus. In Thebaida, natale beati Pauli primi heremitæ, qui a sexto* (omissa est vox *decimo*) *ætatis suæ anno, usque ad centesimum tertium decimum, solus in eremo permansit. Cujus animam*, etc.

ROSWEYD. *Apud Thebaidem, natale... Qui a* XV *ætatis suæ anno usque ad* CIII *solus, etc. Ygini Papæ et confessoris*. De quo vide Auctaria die sequenti. *Item Romæ, Melchiadis Papæ et confessoris*. Consule Prætermissos. *Apud Cyprum, beati Nicanoris, qui fuit unus de septem diaconibus.* *Hygini*

ANTVERP. MAX-LUBEC et UGHELLIAN. Passim conformes, puro Usuardo supperaddunt : *Romæ, Melchiadis Papæ. Bituricas, sancti Guilelmi episcopi et confessoris*. Quem ultimum recentiori manu adjectum invenio codici PULSAN. hoc modo : *Eodem die apud Bituris, natalis sancti Ullmi, archiepiscopi et confessoris.* *Guilelmi.*

MUNERAT. Cetera etiam purus ita finit : *Bituricas, natalis sancti Guillermi ejusdem urbis archiepiscopi, vita et miraculis gloriosi*. Huic plane similis est Usuardus ille, quem *Agonibus martyrum* immixtum diximus.

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. LEYDEN-BELG. et EDIT. ULTRAJ-BELG. In Paulo etiam Adoniani sunt ut supra, sed habent, *sexto decimo*. Tum inserunt secundo loco : *Romæ, sancti Agatonis Papæ*. Tertio loco Nicanore, pure. In fine : *Apud Bituricas, natale beati Wilhelmi, episcopi et confessoris, vita et miraculis gloriosi.* *Agathonis.* *Wilhelmi.*

ULTRAJECT. et LEYD-LAT. Proxime superiores excedunt in eo quod de Paulo adjiciant : *Pallium autem ejus de foliis palmarum contextum, idem Antonius suis usibus, in omnibus solemnitatibus vendicavit. Hujus sancti viri vitam cum Hieronymus descripsisset, ait : Obsecro ut quicumque hæc legerit, Hieronymi peccatoris meminerit, cui si Dominus optionem daret, multo eligeret tunicam Pauli cum meritis ejus, quam purpuras regum cum regnis suis.* *De Paulo uberius*

ALBERGEN et DANIC. Eadem omnia habent, sed præterea de Agathone superaddunt : *Qui octogesimus primus post beatum Petrum, sedit annos quinque, menses sex, dies quindecim*. Vide Acta.

CENTULEN. *In Cypro, beati Nichanoris, qui unus fuit de septem dyaconibus primis et martyrio vitam complevit*. In Paulo Adonianus est, sed ponit, *a quinto decimo ætatis anno*, etc.

BRUXELLEN. In Nicanore satis purus, sic pergit : *Romæ, natale sancti Iginii Papæ et confessoris. Qui clerum componens, officia per gradus distribuit, et ut baptizandum seu confirmandum patrinus* *Hygini*

levet,

Melchiades. *leret, constituit. Et Romæ, sancti Melchiadis Papæ. Qui prohibuit ne die Dominica jejunium ageretur.* De Paulo nihil novi affert. Tum : *Item Romæ,* *Agathonis* *beati Agathonis Papæ. Qui dum quemdam leprosum oscularetur, ille statim mundatus est.* De Wilhelmo, ut supra.

HAGENOYEN. In Nicanore etiam satis purus *De Agathone.* est. Tum : *Romæ, Agathonis Papæ, qui in sede Apostolica* (sedit) *annos quinque et menses sex. Hic constituit ut distinctus sit habitus virorum et mulierum in vestibus et in crinibus. Iste Papa condempnavit illos qui negant in Christo duas esse voluntates et duas operationes, in Concilio Constantinopolitano.* *et de Paulo auctius* *In Thebayde, Pauli primi heremitæ et confessoris. Qui accusatus a sororio suo, qui hereditatem illius habere voluit quod Christianus esset, fugit in heremum ; primo quidem necessitate, ut mortem carnis evaderet, sed tandem necessitate utitur in voluntatem, et* XCVII *annis in spelunca quadam latuit, ubi ille soli Deo vacavit, et ubi a Deo pane cælesti pastus est. Cujus animam... Pro cujus gloria Anthonius lætabatur, et pro morte illius plurimum recreabatur. Cujus corpus mortuum Anthonius flexis genibus, manibus in cœlum protensis, invenit, et auxilio leonis illud sepelivit.*

AQUICINCT. *Romæ, Hygini Papæ. Hic constituit clerum, et distribuit gradus.* Hæc sunt Adonis.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Romæ, sancti Melchiadis Papæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Pauli primi eremitæ. Nicanoris diaconi et martyris, unius de septem pri-* *Polyeucti.* *mis. Polieucti martyris.* Remittitur ad XIII Fe- *Nearci* bruarii. *Et Nearci.* Hunc non novi. Tum de *Vitali*, etc., ex die præcedenti.

REG. SUEC. sub num. 428. *Item Bituricis, natalis beati Guillelmi confessoris et archiepiscopi, qui multis claruit miraculis.*

In VATICAN. sub num. 5949. Deest *Nicanoris.* Adjicitur : *Romæ, sancti Melchiadis Papæ. Et* *Memoria Nazianzeni.* *natalis sancti Gregorii Nazianzeni, in sancta Sophia.* Quod est monasterium Beneventi.

FLORENTIN. *Apud civitatem Bituricensem, sancti Guilielmi episcopi et confessoris.*

REMENS. ecclesiæ SS. Timothei et Apollinaris: *Ambianis, translatio corporis sancti Firmini episcopi et confessoris.* *Translatio S. Firmini ep. et conf.* Qui utpote junior, *confessoris* cognomentum habet ; sed mirum, de eo nihil haberi in nostro Ambianensi.

EDITIO LUBECO-COL. Primo loco de Paulo eadem habet quæ ULTRAJECT. et LEYDEN. De Agathone etiam ut ibi, etc. In Nicanore satis pura est. De Wilhelmo rursus ut citati codices.

BELINI editio altera in hoc deficit, quod de Paulo, non Usuardina, sed Adoniana sit.

GREVEN. *Eodem die, sancti Guillelmi, quem nos Germani Wilhelmum dicimus, Bituricensis archiepiscopi, Ordinis Cisterciensis, vita et miraculis clari. Erat iste Sanctus fere semper hilaris et jocundus, quod quibusdam displicebat austeris. Item, beati Agathonis Papæ et confessoris. Qui octavus decimus post Petrum* (palpabilem anachorismum nemo non videt) *sedit annis quinque, mensibus sex. Item, beati Gregorii Papæ X et confessoris.* *Gregorii X* De cujus Canonizatione pridem Romæ actum est, et rursus agitur. Denique : *Polieucti martyris.* *Polieucti*

MOLAN. *Bituricas, natale sancti Guillelmi, ejusdem*, etc. *Ambianis, translationis sancti Firmini episcopi et confessoris.* *Firmini translatio.* Vide dicta. De Melchiade, simpliciter. *Eodem die, elevatio corporis sancti Vuasnulfi confessoris.* *Wasnulfi elevatio.* Deinde typis minoribus : *Castro Divisionensi, sanctæ Floridæ virginis, cujus meminit Gregorius Turonicus.* *Floridæ* In secunda et tertia editione, non capio, ob quam causam, Usuardum turpiter mutilet, expuncto Pauli elogio. Post *eremitæ*, de suo adjicit litteris Italicis : *sed transfertur post octavas Epiphaniæ ad diem decimum quintum mensis ejusdem.* De Melchiade et Florida in hisce non loquitur, sed ex Græco suo Horologio substituit : *Die decima, sancti Domitiani episcopi Melitinæ.* *Domitiani.* *Et sancti Marciani presbyteri et* *Marciani.* *œconomi magnæ ecclesiæ.* Quod aut quale extractum ex dicto Horologio habuerit Molanus, aut quis ei versionem suggesserit, nescio ; certe fontem non consuluisse, ex multis patet, ut alibi diximus : exemplo hic sit omissus is, qui primo loco ponitur, *Gregorius episcopus Nyssenus.*

III *Idus.* *Die* 11.

Salvii. *Petri et soc.*

In Africa, natalis beati Salvii. In hujus natali sanctus Augustinus verbum fecit ad populum Cartagini. Apud Alexandriam sanctorum confessorum Petri, Severi, Leucii, quorum gesta habentur.

Ita *Proten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Pulsanen. Centulen. Antverp. Max-Lubec.* et *Ughellian. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In Antverp-Maj. ad *Salvii*, additur *martyris.* Lego, *In hujus;* ut Nostrum ex Adone sumpsisse, puto, tametsi sensus nitidior videretur si cum Beda scriberem *in cujus*, ut habent Rabanus, Notkerus et Usuardini codices plures, tum Mss. tum excusi, ut Centulen. Brux. Hagen. Munerat. Belin. etc. *Carthaginis* scribunt Belin. Grev. Mol. et alii, rectius codices multi cum Beda *Carthagine*, at puriores codices nostri exigunt *Cartagini*, ut habetur in textu, quamvis exactior orthographia stet pro *Carthagini*, ut scripsit Ado. Post *Alexandriam* inserit Antverp-Maj. *natale*, etc. Dubium non est quin sit scribendum *Severi*, quamvis Torn. Antv. Max-Lubec. et alii ponant *Severini;* ut Muneratus legit *Salini*, Belin. *Silvii*, pro *Salvii.* Sed nulla major variatio quam in nomine *Leucii*, quod Usuardus hic recte posuit, forte ex codicibus Hieronymianis Adonem corrigens, qui præeuntem sed errantem Romani parvi auctorem secutus fuerat. Ex codicibus nostris alii scribunt *Leuci, Lencii, Leuticii*, alii *Genucii, Leontii, Loucii, Euthitii*, etc., aperto, ni fallor, amanuensium errore. Mirus est Pulsan. codex in distinguendis tribus ultimis Sanctis, ita scribens : *Apud Alexandriam,*

Alexandriam, sancti Leucii episcopi et confessoris. Item apud Alexandriam, sanctorum confessorum Petri et Severini, quorum gesta habentur. Quo tamen modo difficultas non tollitur mox discutienda.

OBSERVATIO. *Salvii* memoriam in sacris Fastis antiquissimam probat imprimis Kalendarium Carthaginense a Mabilione vulgatum, a Ruinartio recusum, in quo hoc die clarissime legitur : *Sancti martyris Salvi.* Apographa Hieronymiana aliis cum martyribus immiscent, utique non Hispanis sed Africanis, si quidem in iis codicibus contineatur. Utut fuerit, reliqui Martyrologi de eo seorsim et solo meminere, ut Beda, ex quo Ado, ex hoc Usuardus immutata phrasi transcripserunt : ubi observari velim, annuntiationem apud eos ita positam, ut de mortis genere nihil elici queat. Atque hic aperte Romanum parvum Bedæ posthabuit Viennensis noster, cum in priori diserte legatur : *In Africa, Salvii martyris.* Et vero Salvium *martyrem* dici oportere, non Kalendarium solum et Hieronymiana apographa jam citata evincunt, sed id ex Posidio demonstrat Bollandus, Sanctum nostrum ab alio cognomine, sed eo hæretico Donatista, accurate distinguens. Mirandum prorsus quod Rabanus Bedam describens, Salvio tribuat titulum *confessoris*, contra vero Notkerus, qui hunc et Adonem præ oculis habuit, *martyrem* asserat. Wandelbertus nihil in utramvis partem definit, dum canit : *Salvius hinc ternas Carthagine consecrat Idus.* Nodus intricatior objicitur circa tres alios Sanctos Bedæ, Floro, et Rabano ignotos, quos ita primo loco memorat Romanum parvum : *Alexandriæ, confessorum Petri, Severi, Lucii,* insolito plane enuntiandi modo. Sequitur Ado, ea plane phrasi, quam Noster descripsit, omissa voce *natalis*, mutatoque *Lucii* in *Leucii*, ut supra diximus. Idem habet Notkerus legens cum Hieronymianis *Leucii*, atque ultima verba expungens *quorum gesta habentur.* Ut clarius patescat tota difficultas, cum his compara verba Hieronymianorum primo loco : *In Alexandria, Petri, Severi, S. Leuci confessoris et Absolami*, vel *Alolami*, vel *Assolami* ; solus codex Lucensis post *Absolami* adjicit *quorum gesta habentur.* Quid hic jam statuas? An Romanum parvum sua ex Hieronymianis male descripsisse ? Id mihi non fit verosimile. An utrumque auctorem errasse? Solita modestia hæc enodare conatur Florentinius, nec invenio hactenus quod in ejus conjecturis reprehendi merito possit. Castellanus Romanum parvum non unius erroris arguit nec Adoni parcit, quod clausulam forte ex Hieronymianis acceptam apposuerit, *quorum gesta habentur.* Et hoc quidem recte, nam si ea vidisset, non tam jejune de iis fuisset locutus. Turbat omnia titulus *confessorum*, a Romano parvo tribus applicatus, ab Hieronymianis, soli *Leucio* ; isque adeo magis mirus mihi accidit, quod in his codicibus et Romano parvo rarius recurrat aut *Sancti* aut *Confessoris* appellatio, numquam forte sub ea notione, quam ei nos vulgo tribuimus. In ea perplexitate, malo aliorum conjecturis acquiescere, quam novis dubiis dubia cumulare. Sit confessor solus *Leucius*, forte Brundusinus episcopus, de quo Epternacense ecgraphum meminit VIII Januarii : *Petrus et Severus* Alexandriæ tribuantur, donenturque laurea martyrum : *Petrus* male Alexandriæ collocatus, idem sit cum *Balsamo* et *Absolamo*, et *Aulanensi*, de quo ad III Januarii ; sic de Leucio et Absolamo verum erit dicere, *quorum gesta habentur*, licet Leuciana, ut minimum, correctione magna opus habeant. Si tanti tua interest, vide Bollandum et duos proxime citatos. Nobis si quid alicunde novæ lucis affulserit, ea in Supplemento communicabitur.

Salvii — *Petri et soc.* — *Absolami*

AUCTARIA.

Gregorii Nazian — *Paulini Aquileien.*

ROSWEYD. Incipit ab Alexandrinis satis pure. Deinde : *In Africa, Salvii episcopi. In cujus natali*, etc. *Item, beati Gregorii Nazianzeni episcopi.* In Prætermissis bene remittitur ad IX Maii. Tum : *In Aquilegia, Paulini Patriarchæ.* Vide Acta.

Hyginii.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. De cetero puri, sub finem annuntiant : *Romæ, natale sancti Igini, Iginii* et *Higini, Papæ et martyris.* Quibus ex Adone addit BELIN. *Hic composuit clerum, et distribuit gradus.*

ALBERG. et DANIC. Pluseulum adjiciunt : *Qui octavus post beatum Petrum, annis quatuor et mensibus tribus salubriter gubernans Ecclesiam, composuit clerum ; et distribuit gradus, consummatoque martyrio, tandem sepultus est juxta corpus beati Petri.*

AGONES MARTYRUM. In fine : *Romæ, passio sancti Hygini papæ, qui Telesphoro martyri in pontificatu successit.*

LEYDEN-BELG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In principio *Hyginum* ponunt, quem primus codex *octavum* post beatum Petrum, alter *decimum* pronuntiat. Uterque vero in fine Hyginum denuo repetit, eodem plane modo quo habent codices mediæ notæ

BRUXELLEN. Primo loco refert Alexandrinos satis pure. Tum : *In Africa, sancti Salvii confessoris et martyris. In cujus*, etc. Quæ plane nova est annuntiandi formula.

HAGENOYEN. In textu satis purus, plura babet de Hygino, sed quæ præter jam dicta aut inferius dicenda commemorat, referri non merentur.

MATRICULA-CARTUS-ULTRAJ. Salvium *episcopum* facit.

CODEX VATIC. 5949. Præter Hyginum, adjicit Nicanorem ex die præcedenti. Deinde : *Natalis sancti Leucii episcopi et confessoris.* Qui procul dubio Brundusinus erit.

ALTEMPS. in Anglia auctus : *In Britannia, apud Leominstiam, passio Etheuoldi regis.* *Etheu[illegible]*

STROZZ. *Eodem die, gloriosissimi sancti Gregorii episcopi Nazianzeni et confessoris, magistri sancti Hieronymi, magnæ sanctitatis viri, vitæ et virtutis* Forte in S. Sophia, ut heri dictum est ex codice Vaticano ; vide supra. *Gregorii Nazian.*

EDIT. LUBECO-COL. Sic incipit : *In Oriente, sancti Balthasar regis et antistitis, qui hac die obdormivit in Domino, divino sacrificio in ecclesia prius celebrato ac sumpto.* Præter ea quæ de Hygino jam diximus, sic habet : *Hic constituit ut unus patrinus, vel una patrina suscipiat puerum lavatum a fonte baptismatis; similiterque in confirmatione. Consummatoque martyrio, tandem sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano.* Tum *Balthasar.* — *De H[illegible]*

ita

Eugencii et Felicitatis

ita concludit : *Eodem die, sanctorum Eugencii et Felicitatis martyrum.*

GREVEN. ait Balthasarem *tertium fuisse inter tres magos*, de reliquo convenit cum dictis, addens de suo : *Hoc etiam die, vel secundum aliquos sequenti, festiva memoria agitur trium insimul Magorum.* De Hygino asserit, *in persecutione Severi, martyrio coronatum* ; melius HAGEN. *Antonium* scripsit, volens dicere *Antoninum*, ut Bollandus post Romanum statuit. De Eugentio et Felicitate supra. *Item secundum catalogum Sanctorum natalis beati Salvii episcopi Ambianensis, alias Engolismæ civitatis, et discipuli ejus, martyrum, qui secundum alios passi sunt* VI *kal. Julii.* En confusionem manifestam, quæ forte Baronio occasionem præbuit hoc die collocandi Salvium Ambianensem cum titulo martyris, qui tantum confessor fuit, ut recte posuit Bollandus, hunc tamen diem perperam servans, cum ad XXVIII Octobris pertineat, ut bene observavit Rosweydus in epistola sæpe laudata, his verbis : *Quæritur* 1, *unde Baronius Salvium Ambianensem episcopum hoc die Martyrologio inseruerit? Habeo vetus Martyrologium MS. quod eum* XXVIII *Octobris ponit. — 2 Quomodo eum vocet martyrem, cum tantum fuerit confessor, Martyrologio jam citato attestante. — 3 Cum in Notis dicat de eo agere Sigebertum anno Domini* DCCCI *et idem repetat* XXVI *Junii, cum agit de Salvio Engolismensi, qui martyr fuit, satis indicat Salvium Ambianensem episcopum, et Engolismensem a se in unum conflatos.* Porro de Engolismensi seu potius incertæ sedis episcopo, quem *in portu Valentianas* XXVI Junii refert Usuardus et alii passim ; vide Acta Junii ad præfatam diem, et de Ambianensi hodierno plura alia a Bollando curiose in commentario prævio notata. — Pergit GREVEN *Item Paulini Patriarchæ Aquilegiensis. In Steynvelt, Honoratæ virginis.* De hac et illo consulatur Bollandus. *Item ibidem, translatio Sanctorum Potentini diaconi, Felicii presbyteri et Simplicii militis, martyrum.* Vide Acta XVIII Junii.

Trium Magorum.

Salvii Ambianensis.

ad quem animadverte

Paulini.

Honoratæ

Transl. Potentini et soc.

MOLAN. in prima editione, Belini verba de Hygino descripsit, et alio minori charactere adjicit : *Anastasii monachi et confessoris, de quo Gregorius, Dialogorum libro* 1 *cap.* 8. Ast in posterioribus, auctior prodiit, ubi expuncto Anastasio, supposuit : *Vigorniæ, sancti Eguini episcopi et confessoris. Die undecima sancti Patris Theodosii cœnobiarchæ.* Dehinc minori charactere : *Coloniæ, obitus Jasparis tertii Regis festum Duplex. Cæsareæ Palestinæ, sancti Petri ascetæ, id est religiosi, sive monachi, qui sæpe rogatus, ut adolescentiæ suæ parceret, eorum exhortationibus neglectis per ignem, velut aurum purissimum, fidem in Christum excelso animo probavit.* Recte, ni fallor, opinatur Bollandus inter hujus diei Prætermissos, non alium hunc esse quam *Absalmum* seu *Abselamum*, aliis *Balsamum*, etc., de quo ad diem III hujus mensis et hic supra abunde dictum.

Anastasii.

Eguini.

Theodosii

Jasparis

Petri ascetæ.

Pridie Idus. *Die* 12.

Satyri.

Arcadii

Apud Achaiam, natalis beati Satyri martyris, qui transiens ante quoddam idolum, cum exsufflasset illud, signans sibi frontem, statim corruit, ob quam causam decollatus est. Eodem die, sancti Archadii martyris, genere et miraculis clari.

Ita legunt *Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Pulsanen. Antverpien. Max-Lubec.* et *Ughellian. Albergen. Brugensis, Munerat. Belin. Greven. Molan.* et *Agones martyrum.* Quibus adde codices omnes in præfatione citatos, quatenus textum referunt, exceptis *Pratensi* et *Aquicinctino*, ut statim dicam.

VARIA LECTIO. Rosweyd. nonnihil a puritate deficit dum sic incipit : *Sancti Satyri martyris, civis Arabiæ, qui*, etc. Usuardus certo legit : *Apud Achaiam*, ut in Adone reperit ; qui Bedam secutus est, tametsi in Romano parvo inveniret, *Antiochiæ*. Quid in Beda et Adone significet *civis Arabiæ* hactenus quæritur, ego cum purissimis nostris codicibus tum manuscriptis, tum excusis eas voces omisi, nec dubito quin id ab Usuardo factum fuerit, idque merito : neque enim, ut bene advertit Castellanus, recte quis regionis alicujus, sed urbis civis dicitur. Sunt qui cum Rosweyd. et Belino scribunt, *exsufflasset in illud ;* sed particulam *in*, quæ addi posset, nulli puriores codices habent, uti nec supradicti antiquiores Martyrologi. Antverp-Maj. ante *sancti Arcadii*, inseruit, *natale.* Porro *Archadii* a me in textu scriptum nemo miretur, cum lectionem codicum sequi profitear.

In codice Pratensi

Controversia est super loco passionis sancti *Arcadii*, quem apud antiquiores Martyrologos, ex quibus sua Noster accepit, nusquam reperies. Acta *Achaiam* diserte exprimunt, in qua regione verosimillime passum martyrem existimo, ut dicetur in Observatione. Hic solum agitur de positione in Pratensi et, qui eum sequitur, Aquicinctino adjecta, nempe : *In Cæsarea Mauritaniæ* ; sed quæ in nullis aliis codicibus, quorum longam seriem in præfatione exhibuimus, in nullo, inquam, Usuardino codice apparet. Est nihilominus, qui, codicis illius prætense-autographi auctoritate, pro dicta positione certat, ut iis compertum qui Castellani notam legerunt pag. 178. Amica ea super re, priusquam hoc opus serio aggrederer, disceptatio epistolaris inter nos fuit ; atque hoc loco se prodidit viri eruditissimi pro tuendo amato sibi codice studium. Cum enim inter alia, observationibus ejus objecta, hunc ei locum produxissem, nec effugio pateret locus, huc demum rediit ejus oratio, quam ex epistola Gallica ad me data XXIX Novembris MDCCIX, latine reddo : *Fieri potuit*, inquit, *ut qui hic primus codicem Pratensem descripsit, cum alias non nosset Cæsareas præter Cappadocensem et Palæstinam, putarit Usuardum memoria lapsum, dubioque perplexus, utram Cæsaream præeligeret, utramque excluserit, nude substituens : Eodem die.* Quam hæc responsio rem non conficiat, nemo, opinor, non perspicit.

perspicit. Viderat et legerat, quisquis scriptor ille fuerit, *Cæsaream Mauritaniæ* alibi, et novissime ab Usuardo expressam IX Januarii ; et tertio post die, si superis placet, eamdem ipsam *Cæsaream*, tamquam ignotam expunxerit! Malim ego dicere quod res est, codicem nempe Pratensem et hic et pluribus aliis locis in præfatione supra enumeratis, pure et genuine Usuardinum non esse, ac proinde merito hodie e germanorum codicum numero a nobis exclusum. Qua de re pluribus alibi actum est.

OBSERVATIO. Hoc iterum die Bedam Romano parvo prætulisse dicendus est Ado, si vera ejus sit lectio : *In Achaia*, et non potius *Antiochiæ*, ut habent bina exempla a Bollando citata. Certum puto Romanum parvum simpliciter scripsisse *Antiochiæ, Satyri martyris;* quod Hieronymianorum phrasim non redolet. Vetustissimum et, ni fallor, etiam purissimum hic est Epternacense, in quo solum legitur : *In Achaia, Cyriaci, Moscenti, Saturi*, absque elogio, quod subinde ex Beda acceptum, sed plane deformatum, in alios Hieronymianos codices importune et contra eorum stylum, intrusum est, attamen ab Acherio ex Corbeiensi a se edito non fideliter expunctum ; merito querente Florentinio, istud apographum in Spicilegio non integre fuisse redditum. Vera textus nostri propago ex puro Hieronymiano in Bedam, ex hoc in alios defluere videtur. In Beda autem, satis probabiliter censuere Henschenius et Papebrochius, plene et integre scriptum fuisse : *In Achaia, Cyriaci, Mosanti, Saturi civis Arabiæ*, etc., quemadmodum ex eo transumpsit Rabanus. At Viennensis, forte ecgraphum nactus, in quo solum legeret : *Apud Achaiam, B. Saturi*, etc., eumdemque reperiens in Romano parvo, exclusis duobus prioribus, unum nobis reliquit ; quem inde desumens Usuardus, in posteriores omnes transfudit ; sic tamen, ut quod ei redundare videbatur, *civis Arabiæ*, omnino expunxerit. Quod vero notat Castellanus, Flori inadvertentiam, Adonem et Usuardum in errorem induxisse, ex præconcepta opinione supra refutata oritur : non enim Florus, ut cuivis clare patet, sed Beda ipse Adoni et forte Usuardo præluxit. Ad verum martyrii locum quod attinet, tamdiu de eo disceptabitur, quamdiu deerunt Acta, ex quibus is solide determinari queat ; nec liquet hactenus unde elogii sui materiam Beda acceperit. Interim nobis sufficiat et genuinam Usuardi sententiam et ejusdem derivationem ostendisse. Wandelbertus (vere an falso, non disputo) solum hodie Cyriacum Achaiæ tribuit, cujus versiculum ita contra Molanum restituit Bollandus : *Plebs et Achæa suum pridie recolit Cyriacum.* Utrum ex hoc divisionem suam hauserit Notkerus, nostra nihil interest. *Satyri.*

Arcadii martyris primus meminit auctor Romani parvi, de quo Ado non habuit quod adderet præter vulgare encomium, *genere et miraculis clari* : quæ verba in Usuardum et Notkerum transierunt ; nusquam expressa positione seu loco martyrii, ut proinde frustra se torqueat Castellanus ad *Cæsaream Mauritaniæ*, de qua in Variantibus egimus, Usuardo vendicandam. Ex præfato codice Pratensi atque ex paucis Actorum ecgraphis Mss., contra omnia alia, existimat haud obscure Ruinartius, inter sincera et selecta pag. 590, *Cæsaream* illam Mauritaniæ, *Achaiæ* in Actis expressæ, præferendam ; ast ego ingenue fateor, necdum me perspicere, cur Actis ipsis, de cetero candidis et sinceris minus fidendum sit, quam nescio quibus laciniis subinde assutis, nisi quis eodem ferme jure Bivario gratulari velit, quod in famoso Dextri Chronico feliciter invenerit, *Ursaonam* Bæticæ, *tanti Martyris sanguine consecratam.* *Arcadii.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post, *Satyri martyris* addunt, *civis Arabiæ;* et annuntiationibus duabus, quas ex Usuardo puras habent, interponunt : *In Egypto, sanctorum Petri, Aventini et Castoli.* Accepti sunt, procul dubio, ex aliquo Hieronymiano apographo, prætermissis sociis *Philoromo* et *Zotico.* *Petri, Aventini, etc.*

BRUXELLEN. In prima habet ut proxime citati. Secundo loco etiam de *Petro, Aventino*, etc. Tum : *In civitate Nichomedia, passio sanctorum Pastoris et Victoris.* Remittuntur ad XXIX Martii. Sequitur de Arcadio, pure. In fine : *Item sancti Firmaci episcopi.* De quo vide Prætermissos. *Pastoris et Victoris. Firmaci*

HAGENOYEN. In toto textu habet ut superiores, immixta annuntiatione *Petri, Aventini*, etc. Tum : *Item* (eodem) *die, Polinecti* (Polyeucti) *Candidi et Florini martyrum, igne combustorum. Item Romæ via Lavicana, coronæ militum quadraginta, quos* (quas) *sub Galieno imperatore, pro confessione veræ fidei, percipere meruerunt.* Sed hi martyres ex sequenti die huc perperam retracti sunt. Ita forte amanuensis in aliquo vetustiori codice invenerit, vel propria oscitantia transposuerit. Id vero magis mirandum in Baronio, qui utroque die eas coronas collocavit. Deceptum, opinor a manuscripto codice sancti Cyriaci, quo plurimum se usum fatetur, ubi milites ii quadraginta, Africanis quatuor Zotico, Modesto, Rogato, Castulo (si tamen Africani sunt) male conjunguntur, cum ex purioribus Hieronymianis apographis, manifeste pertineant ad sequentem diem, ut cum Usuardo ibi referemus. *Polineucti et soc. XL Militum*

CENTULEN. Solitus abbreviator, ita habet : *Apud Achaiam, sancti Satiri martyris. Eodem die, sancti Archadii martyris.*

ACQUICINCT. De positione sancti Arcadii *in Cæsarea Mauritaniæ*, jam abunde supra diximus. Sequitur : *Civitate Nicomediæ, passio sanctorum Pastoris et Victoris.* *Pastoris, etc.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Martianæ virginis et martyris.* Notatur in margine, *Tatianæ*, cum Romano. *Marcianæ*

AUGENSIS. *Civitate Nicomediæ, passio sancti Pastoris et Victoris.*

ALTEMPS. *Civitate Nicomediæ, sanctorum Pastoris et Victoris.* Tum addit : *Apud monasterium beati Petri Apostoli, quod vocatur Pire muthe, depositio beati Benedicti abbatis. Cujus vitam Beda sacerdos conscripsit.* Locus ab aliis vocatur *Wiremundæ* ; vide Bollandum et etiam Castellanum in notis pag. 183. *Benedicti.*

EDITIO LUBECO-COL. Solito purior est, neque enim Sanctum ullum adjicit ; sed sub finem elogii sancti Satyri, post *decollatus est*, subdit, *a cultoribus ejusdem.*

GREVEN.

Joannis PP. Eugenii PP. Claudiæ

Greven. *Joannis episcopi, alias Papæ et martyris. In Egypto, Aventini et Castoli. Eugenii Papæ primi, confessoris, qui omnibus amabilis et benignus, præsedit circa annum Domini* dcli. Melius scripsisset dcliv vel dclv : vide ii Junii in Actis. *Item, beatæ Claudiæ matronæ Romanæ.* De hac et Joanne Papa vide Bollandum in Prætermissis.

Eutropii, Tygrii et Olympiæ. Benedicti. Joannis episcopi Hierosol.

Molan. Typis minoribus : *Sanctorum martyrum Eutropii lectoris, Tygrii presbyteri et Olympiæ, sanctæ matronæ, de quibus in historia Tripartita libro* 10. De duobus primis agit hodie Bollandus, Olympiam remittit ad xvii Decembris. Vide Castellani notas a pag. 179. Sequitur : *Benedicti Confessoris, primi abbatis Vuirimundensis in Anglia. Cujus Beda se conscripsisse fatetur historiam.* Vide homiliam a Bollando editam. Posteriores editiones sic legunt : *Vuirimudæ in Anglia, sancti Benedicti primi abbatis. Item, sancti Joannis episcopi Hierosolymitanæ ecclesiæ, Ordinis Carmeli professoris.* Quærit Bollandus in Prætermissis, quis hic sit Joannes episcopus Hierosolymitanus, eo inclinans ut ex Palæonydoro credat intelligi Joannem II, vulgo ordine xliv, sub cujus nomine venit famosus liber *de institutione monachorum*, de quo hic pluribus agere supersedeo, cum abunde dicta sint a Magistro nostro Papebrochio in tractatu Chronologico de Patriarchis Hierosolymitanis et in Responsionibus ad exhibitionem errorum variis locis, de quibus consule indicem operis. Ultimo loco in his editionibus a Molano ponitur : *Die duodecima, sanctæ martyris Tattianæ*, quæ hic de more accepta est ex Horologio Græcorum. De Actorum ejus cum aliis confusione vide Bollandum hoc die, et Castellanum pagina 176. Demum præter morem in fine reperitur Wandelberti versus : *Tattianæ*

Plebs Itachia suum pridie recolit Cyriacum. *Cyriaci.*

Sed hunc versum a Bollando melius redditum superius exhibuimus.

Idibus. *Die* 13.

xl Militum. Hilarii. Remigii.

Romæ via Lavicana, coronæ militum quadraginta, quas sub Galieno imperatore, pro confessione veræ fidei percipere meruerunt. Pictavis civitate, natalis sancti Hilarii episcopi et confessoris, qui ob catholicam fidem quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes, fertur quod mortuum suscitaverit. Remis metropoli, depositio sancti Remigii episcopi, viri eximiæ virtutis. Cujus sanctitatis præconium, merito credulitatis suæ, gens Francorum debitæ venerationis cultu celebriter recolit.

Ita *Praten.* in prima puritate, *Herinien. Tornacen. Munerat. Greven. Molan.* et *Agones martyrum.*

Varia lectio. Inter codicem Heriniensem et reliquos ea hoc die dissonantia est, quod iste cetera quidem integerrime Usuardi textum referat, sed cum provinciæ Remensis fuerit, ut alibi ostendimus, id singulare habet, quod Remigii sui annuntiationem ceteris primo loco præfigat, et pro *episcopi*, inserat *Francorum Apostoli.* Scribo *Galieni* ut passim codices habent, licet in nonnullis secunda manu id correctum inveniam. Tornacen. pro, *veræ fidei*, posuit *Christianæ fidei*. Idem : *Pictavis civitate, beati Hilarii*, omisso, *natalis*, sed præferenda communior uti et purior textus nostri lectio. Typographorum vitio fortasse tribuendum, quod apud Muneratum non legatur *metropoli.* Greven. et Molan. de Remigio, post *episcopi*, addunt *et confessoris.* In Molano autem post *confessoris*, non habetur *viri*, et apud Grevenum post *merito credulitatis*, deest *suæ.* Scripsit olim Bollandus, in Pratensi codice hoc die legi : *In monte Verziaco, sancti Virentii confessoris.* Quo ex capite vetustatem illius impugnat. Sed id refellit Castellanus, tum in notis pag. 200, tum per litteras ad me datas, diserte asserens, illa verba codici Pratensi, recentiori manu esse adjecta, quod in antigrapho nostro explicatum non erat, atque adeo Bollando, qui aliud numquam viderat, condonandum. Hac causa superius notavi, me Pratensem codicem inter genuinos computare, sed cum hoc addito, *in prima puritate.*

xl Militum. Hilarii.

Observatio. *Coronæ militum* xl, meminerunt Hieronymiana omnia a Florentinio vulgata, in quibus etiam exprimitur *via Lavicana*, præterquam in Lucensi, ubi *via Latina.* De illis nihil in Beda aut ejus sequacibus Floro et Rabano. Porro *coronam* non magis hic quam prima Januarii martyrem esse, clarius ostendit Romanum parvum, dum ita loquitur : *Romæ via Lavicana, militum* xl *sub Gallieno imperatore*; quæ ex hoc ab Adone descripta sunt, præfixo militibus nomine *coronæ*, quod a Nostro servatum est, sed mutato, ut patet, casu et numero, nam qui in Adone videtur esse genitivus singularis, is in Usuardo rectus est in plurali numero, contra communiorem sanctos annuntiandi modum ; cetera etiam paraphrastica elegantia modice ampliata sunt. Nimium, nisi fallor, sapere voluit Notkerus, et hic et i Januarii *coronam* a militibus segregans, et quidem hodie *Secundum* Hieronymianorum in *Secundinam* commutans, hoc plane modo : *Romæ*, etc. *Secundinæ, Coronæ et militum quadraginta, sub Gallieno imperatore.* Quæ de inclitissimo Pictaviensi antistite *Hilario* dicuntur, ea a Beda primum scripta sunt, ab Adone nonnihil aucta et ex hoc a Nostro accepta, ubi rursus ex collatione perspicis Flori phrasim ab Adoniana et Usuardina plurimum discrepare.

discrepare. Notkerus Adonem hic etiam. non Rabanum secutus est. Romanum parvum brevissime posuerat : *Pictavis, sancti Hilarii.* Hieronymiana autem : *Pictavis, depositio S. Hilarii episcopi et confessoris* ; ubi observa *confessoris* appellationem peculiari sensu ab Hieronymo aliisque PP. Hilario tributam, ut notavit etiam Florentinius. Ceterum gloriosissimi catholicæ fidei contra Arianos assertoris Acta diligentissime illustravit Bollandus ; Castellanus paucula curiose adnotavit ; at rem omnem fuse complexi sunt eruditissimi PP. Benedictini in nova vita a se concinnata et postremæ Hilarii operum editioni, a se itidem curatæ præfixa ; nec minus accurate Tillemontius tomo 7 a pag. 432. Prætereundum non est metricum Wandelberti encomium :

Idibus Hilario Pictavæ militat urbis
Plebs devota, suo pastor quam fulsit honore.

De *Remigio*, celeberrimo altero Galliarum præsule, nihil hodie antiquiores memorant, si Florum *Remigii.* in Bedæ auctario excipias, qui Sanctum brevi elogio, sed ab Usuardino diversissimo, prosequitur. Apographa Hieronymiana, nescio ob quam causam, *Remigii* vel *Remedi depositionem* transferunt ad xv Januarii, iterumque cum reliquis omnibus Martyrologis annuntiant I Octobris, *Germano, Vedasto* et *Piatoni* conjunctum, nulla facta mentione translationis, ut ibi dicetur. Certum est Kalendis Octobris *Remigii festivitatem recoli*, ut habet Martyrologium Romanum, sic tamen ut notet Motherius noster in nuperrima versione Gallica, id intelligendum de locis, ubi ritus Romanus receptus est, cum Remis, totaque Remensi diœcesi et religioso et solenni cultu, seu, ut loquimur, de præcepto, hac die Remigius celebrari consueverit, quamvis et ibi et tota Gallia officio duplici ipsis illis Kalendis Octobris honoretur. Plurima alia Remigium ejusque res gestas spectantia vide apud Clar. Castellanum in primo suo Bimestri a pag. 223. Ultima Adonis commemoratio est de *Vero, Viennensi* *Veri.* *episcopo*, sed hæc ab Usuardo omissa, ut non semel in decursu factitatum invenies, præsertim dum de Viennensibus episcopis agitur. Rationem divinet qui voluerit. Verum quæ ab ipso Usuardo relicta sunt, in Auctariis ut plurimum restituta a posteris invenimus, ut de *Vero*, cujus nomen hinc inde immutatum est, mox videbimus.

AUCTARIA.

Viventii. PRATEN. Jam diximus in eo codice recentius adjectum : *In monte Verziaco, sancti Viventii confessoris.*

ANTVERP. MAJ. In prima Adonianus est, simpliciter scribens, *sub Galieno imperatore.* In secunda purus est. Tertiam sic corripit : *Remis, natale sancti Remigii episcopi et confessoris.* Vide Adonem Mosandri.

ROSWEYD. In XL militibus etiam pure Adonianus est. Tum litteris rubris majusculis inserit : *Oct. Epiph.* De Hilario, recte. Tum : *Apud Viennam, sancti Severi episcopi, qui præsedit ecclesiæ post sanctum Eventium.* *Severi.* Hæc ex Adone accepta sunt, sed corrupto nomine. Tum : *Remis, translatio sancti Remigii archiepiscopi et confessoris.*

PULSANEN. In textu non omnino castigatus, secundo loco inserit : *Eodem die, octava sacratissimæ Domini ac Salvatoris nostri apparitionis.* *Octavæ Epiph.* In fine autem adjicit : *Hujus tamen sancti viri festum celebratur Kalendis Octobris.* Vide Observationem.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Toto textu satis puri, in fine adjiciunt : *Verziaco, natale sancti Viventii confessoris Christi. Ipso die, sancti Longisi* vel *Longisii confessoris.* *Viventii.* *Longisi.* Bollandus *Leogisolum* vocat, queriturque nihil se de eo aliud nactum præter nudum nomen in Martyrologiis. Vide Castellanum pag. 200 et 201 ubi *Launogisilus*, etc.

ANTVERP-MAX. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Incipiunt : *Octava Epiphaniæ.* In XL militibus et Hilario puri sunt. Sequitur : *Remis metropoli, depositio sancti Remigii episcopi, viri eximiæ virtutis. Hujus translatio agitur Kalendas, vel Kalendis Octobris.* Tum : *Treveris, sancti Agritii episcopi et confessoris, admirandæ sanctitatis et doctrinæ viri. Qui cum esset Antiochenæ civitatis præsul, ad petitionem sanctæ Helenæ, missus est a Silvestro Papa ad Treveros convertendos, qui post tempora sanctorum Eucharii, Valerii et Materni ad pristinum paganismi vomitum ex magna parte redierant : ubi vir sanctus, ut alter Eucharius, populum ab antiquo errore ydolatriæ* (idololatriæ) *eripuit, ibique in pace vitam finivit.* *Agritii.* Soli Rabano inter antiquos notus est Agritius, quem mavult Bollandus *Agræcium* dici. In vero Adone eum Baronius non reperit, censetque etiam Mosander adjectitium esse ; qui citatur Beda, genuinus non est. De patriarchatu Antiocheno videatur Bollandus. Pauca alia notavit Castellanus pag. 198. *Versiato, natale S. Vincentii confessoris Christi. Ipso die, sancti Longisi confessoris.* *Vincentii.* Non *Longini*, ut ALBERGENSIS.

LOVANIEN. Differt a prioribus, quod omittat longiorem de Agritio historiam.

CENTULEN. In prima Adonem sequitur. Tum : *Pictavis, sancti Hilarii episcopi et confessoris, fide et virtute magnifici. Remis Francorum metropoli, depositio sancti Remigii archiepiscopi et confessoris. Ambianis, inventio sancti Firmini episcopi.* *Inventio Firmini.*

BRUXELLEN. Incipit : *Octava Epyphaniæ Domini.* Secundo loco de Agritio fuse ut supra. Tum : *Remis, depositio sancti Remigii archiepiscopi, viri eximiæ virtutis, qui hac die feliciter migravit ad Dominum.* Sequitur de Hilario, fere pure. De XL martyribus agit ultimo loco. Demum adjicit : *Apud Viennam, sancti Severi episcopi, qui post beatum Evencium, ecclesiæ illi digne præsedit.* *Severi.* Vide hæc supra, et purius in ipso Adone. *Vertiaco, sancti Vincentii confessoris Christi. Ipso die, sancti Longisi confessoris. Item sancti Firmini episcopi.*

HAGENOYEN. *Octava Epiphaniæ. Isto die, ut Chrysostomus dicit, specialis est memoria trium Regum.* *Trium Regum.* *Quorum primus obiit orando in Circumcisione, alius in Epiphania, tertius vero hodie. Et quia tunc illorum memoria agi non potest, ideo nunc Constantinopolitana ecclesia illorum agit memoriam et festum.* Quomodo hæc concordent cum dictis superius de tribus Magis, equidem non video ; sed satis usitatum est codicis hujus auctori mira adferre, quæ nusquam alibi reperias ; nedum quærere velis, cum sæpe nec verisimilia sunt. De Agritio, superius dicta nonnihil interpolavit. Sequitur de Hilario et Remigio etiam paulo auctius. De Viventio et Longiso, ut supra.

ACQUICINCT. *Ambianis, inventio corporis beati Firmini episcopi et martyris.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Eodem die, sancti Potiti.* *Potiti*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Octava Epiphaniæ. Hilarii episcopi et confessoris. Remigii episcopi et Apostoli Francorum, eximiæ sanctitatis. Viventii confessoris.*

BIGOTIAN. qui fuit Patrum Cœlestinorum, signatus P. 5 : *Eodem die, Longisii confessoris.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus B : *Verziaco, natale sancti Viventii*, etc. ; et de Longiso, ut supra.

In VATICAN. num. 5949, deest *Remigii*, adjicitur : *Natale sancti Potiti martyris.* *Potiti.*

ALTEMPS. *In Scotia, civitate Glasguensi, sancti Kintengerni sive Mungunti episcopi et confessoris.* Vide Grevenum. *Kintengerni seu Mungunti.*

FLORENTIN. Præter memoriam Viventii et Longisi, pro quo *Longin* scribitur, sanctam referunt aliis ignotam : *Romæ, sanctæ Demitriæ martyris, quæ sub Juliano apostata passa est, et a sancto Joanne presbytero est sepulta juxta palatium Juliani.* Excusus habet *Luciani.* *Demitriæ*

CODEX CASTRI KAROLI. *Dedicatio basilicæ sancti Petri Balmensis cœnobii.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Octava Epiphaniæ Domini.* In XL militibus et Hilario satis pura est. Tum : *Remis metropoli, depositio sancti Remigii episcopi, viri eximiæ virtutis et sanctitatis. Hic Francorum gentem idolorum cultui deditam, una cum rege eorum convertit ad Christum, et septuaginta annos et eo amplius in episcopatu explevit. Hic inter cetera miracula puellam a morte suscitavit.* De Agritio habet quæ superius descripta sunt. Deinde de Viventio sic loquitur : *Verziaco, natale sancti Viventii presbyteri et confessoris Christi, qui ad prædicationem beati Gregorii credidit. Quem centesimo vigesimo ætatis suæ anno defunctum, apud Gravionem castrum beatus Maxentius abbas sepelivit.* De Longisio, ut supra. *De Remigio* *De Viventio.*

BELIN. Initio habet de Octava; et in fine subdit : *Ipso die Versiacho monasterio, sancti Vincentii confessoris.* Pro *Viventii.*

GREVEN. Post Octavam, de Agritio fere agit ut supra. Tum : *Vernaco, natale sancti Juventii presbyteri et confessoris. Qui Samaritanus genere in pueritia conversus, vita et miraculis clarus, anno vitæ suæ CXX apud Gravionem castrum, ubi sanctus Hilarius Pictavensis, locum ei manendi dederat, a beato Maxentio abbate sepultus est.* Videatur Bollandus hoc die et Castellanus in notis a pag. 198. De Vero, ut Ado. *In Scotia, sancti Kenthegerni episcopi Glascoensis et confessoris. Longitii confessoris. In Eistadensi cœnobio, beatæ memoriæ Godefridi comitis Capenburgensis.* *Juventii.* *Kenthegerni.* *Godefridi.*

MOLAN. In prima et puriori editione adjicit : *Octava Epiphaniæ. Ipso die Versiacho, sancti Viventii confessoris. Treberis, beati Agritii episcopi et confessoris. Hic dum esset patriarcha Antiochenus, per beatam Helenam, ob roborationem fidei catholicæ ad eamdem urbem transmissus est.* Tum minoribus typis : *In territorio Leodiensi, obiit Jutta* (Ivetta) *reclusa, vidua valde sancta.* Editiones posteriores denuo corruptæ sunt. Præfigitur aliis litteris *Octava Epiphaniæ.* In textu expunctum hic est Hilarii elogium, additumque : *Differtur in diem sequentem.* In fine, de Viventio et Agritio, ut in priori. De *Vero*, ex Adone. Tum ex Horologio : *Die decima tertia, sanctorum martyrum Hermyli et Stratonici.* Demum typis minoribus, de *Kentergerno* ex GREVEN. Quam in priori *Juttam* vocavit, hic scribit *Juetam.* *Ivettæ.* *Hermyli. Stratonici*

XIX *Kal.* — *Die 14.*

Felicis Apud Nolam Campaniæ, natalis sancti Felicis presbiteri et confessoris, de quo beatus scribit Paulinus, quia cum a persecutoribus in carcerem mitteretur, et cocleis et testulis superpositus jaceret, per noctem ab angelo solutus atque eductus sit. Eodem die, sancti Eufrasii episcopi. *Eufrasii.*

Ita scripsisse Usuardum probant *Herinien. Tornacen. Pulsanen. Belin. Greven* et *Molan* qui purum referunt, et alii permulti qui in paucis differunt, ut infra patebit.

VARIA LECTIO. Lego *presbiteri*, non *episcopi*, ut Pratensis qui titulum hunc apposuit contra codices prope omnes tum manuscriptos tum excusos. Nec auctoritatem facit quod in codice Acquicinctino, recentiori manu adscriptum sit, *posse episcopum dici*, cum certum sit, eam dignitatem, licet oblatam, numquam a Sancto acceptatam fuisse. Sunt qui *martyrem* dicant, inter quos Belin. nonnihil ab aliis discrepans, dum scribit, *sancti Felicis in Pincis, presbyteri et martyris.* De eo titulo videndus Bollandus et scriptores alii infra citandi. At quod additur, *in Pincis*, eruditos non modice vexat. Legendum puto *in Pineis*, ut censet diligens harum rerum scrutator Castellanus. Verum utrovis modo legas, ad Nolanum ea positio minime pertinet, ut accurate discutit Bollandus commentarii prævii § 6. Item Ruinartius inter sincera et selecta a pag. 255, in admonitione prævia. Diversitas est in descriptione testimonii Pauliniani. Greven. et Molan. habent : *De quo scribit beatus Paulinus episcopus.* Pulsanen. *De quo sic scribit*, etc., Praten. legit *antistes Paulinus.* Sequor Herinien. et Tornacen. et Pratensem ipsum, quod positionem verbi attinet, et sic puto legisse Usuardum, non solitum verbis eorum se adstringere quos describebat. *Cocleis* scribunt omnes, quid purior orthographia exigat dicere supersedeo. *Eductus sit* legit Beda, legunt puriores omnes codices, quidquid Pulsanen. et alii habeant, *eductus est.* In eodem codice est *Efrasii*, scribo cum aliis omnibus *Eufrasii*, exceptis Greven. et Molan. qui male *Eufrosii.* Alii mallent *Euphrasii.* Si radicem græcam appelles, quasi a φράζω etymon ducat, non magnopere obluctabor, quamvis probe sciam, plurima hodie nomina perenuntiari, latine *Ph*, quæ sane littera in Francicis, Hispanicis, Germanicis aliisque nominibus plane redundat.

Quidni

Quidni enim rectius *Alfonsus*, *Arnulfus*, *Adolfus*, *Rudolfus* et id genus alia, sic scribantur, quam per φ græcum ; cum quo nullam prorsus affinitatem contraxerunt. An contraxerit Eufrasius ex Observatione statuere poteris.

Superest Variatio præcipua, qua rursus Pratensis codex a reliquis deflectit, secundam annuntiationem sic formans : *Item, eodem die, sancti Felicis presbiteri et confessoris*. Vides Sanctum ambiguum et indeterminatum, quem Usuardus, mea quidem sententia, hoc die non posuit. Ego proinde, reliquos codices omnino præhabendos censeo, quibus conformis est textus noster, quomodo Usuardum scripsisse mihi semper persuasum habui. Nihilhominus ne opinioni propriæ nimium fidere viderer, volui prætensum autographum per Castellanum consulere. Is vero XXXI Julii MDCCIX respondit, deprehendisse se inductam in præfato codice seu erasam priorem annuntiationem, sive ea Eufrasii fuerit sive cujuscumque alterius, et positam desuper alteram *Felicis presbiteri et confessoris*, merito a nobis rejectam. Putat etiam deletum in prima nomen *presbiteri* et inscriptum *episcopi*, unde rursus patet genuinum esse nostrum Usuardi textum ; et qua parte Eufrasium memorat, ex Hieronymianis acceptum, ut videbis infra. *Contra Pratensem.*

OBSERVATIO. Tam illustrem encomiasten nactus est *Felix* Nolanus, ut vel ex eo capite semper tota Ecclesia catholica fuerit nominatissimus. Kalendarium Carthaginense in editione Mabilionis eum recte collocat XIX Kal. male Ruinartiana XVIII, expressis his terminis, *sancti Felicis Nolensis*. Est et verosimiliter idem apud Frontonem et Allatium. Sacramentaria invenies apud Florentinium, quibus accedere potest, quod ab annis paulo plusquam XXX edidit Joseph Maria Thomasius nuper a S. D. N. Papa Clemente XI in Purpuratorum numerum adlectus. Accinunt Martyrologia omnia, imprimis Hieronymiana : *Nolæ Campaniæ, S. Felicis*, vel *passio S. Felicis*, ubi tangi vides difficultatem pridem examinatam, sitne *martyris*, an solum *confessoris* titulo insigniendus, de qua re vide Bollandum et post eum Florentinium aliosque jam citatos aut brevi citandos. Ut paucis dicam, competit uterque titulus, ad utramque Sancti gloriam comparatus, quod sic fusius explicare opus non est. De episcopatu in Variantibus diximus. Romanum parvum sic habet : *Nolæ, Felicis presbyteri, in Pincis sepulti*. Unde fortasse Adoni data occasio, longiori sua historia Felices confundendi, quod eum fecisse Bollandus ostendit, fecerunt que et codices nostri aliqui, nimium in hac parte Adoniani. Notkerus eamdem fere viam ingressus est, Adonem hic denuo potius quam Rabanum imitatus. Elogium breve, elegans et verum Felici concinnavit Beda, qui Sancti vitam, a Paulino versibus illigatam, soluta oratione reddidit. Atque hoc ipsum est elogium, quod ex ipso Noster, relicto Adone, descripsit. Rabanus Bedam etiam de more sequitur, sed dum præter Nolanum nostrum, Felicem alterum illius germanum accersit, evitata Adonis Charybdi, in Scyllam incidit, ut ex Bollando facile intelliges. An scopum melius attigerit Florentinius, Felices suo modo distinguens, in Supplemento erit examinandum ; ubi usui esse poterit Ruinartii admonitio superius laudata, et vita Gallice a Tillemontio euderata tomo 4 a pag. 226. Hæc de Felice Nolano, seu mavis Pauliniano satis dicta sint, saltem pro hoc nostro instituto. Wandelberti versiculos accipe : *Felicis.*

Quam nonam et decimam constat Februi ante Kalendas
*Esse diem, Felix sacer * et confessor adornat.* * *Sacerdos*

In Hieronymianis ultimo loco constanter ponitur, *Eufrasi*, vel *Euphrasi Episcopi depositio*, quem mirum est in notis *Euphratem* vocari a Florentinio, qui de cetero non multum producit, quod ad Sanctum cognoscendum referat, præter id quod ei Bollandus suggessit. Baronius Galesinio nimium confisus, Eufrasium in Africa collocat, et cum *Euchratio*, forte melius *Encratio*, confundit, ad quem exstat Cypriani epistola 62, quique Concilio Carthaginensi sub eodem Cypriano interfuisse reperitur. Interim circa præfatam Romani Martyrologii positionem, tria indicat Rosweydus in sæpe laudata manuscripta epistola, quæ hic prætereunda non sunt. Notat itaque 1 *omnes libros habere Euphrasium Episcopum, non Euchratium, ut nulli suspicio esse possit hic agi de Eucrathio, qui interfuit Concilio Carthaginensi.* — 2 *Baronium hic in textu addidisse de suo, in Africa* (poterat dicere ex Galesinio accepisse) *quod abest ab omnibus veteribus libris, imo et ab ipso Martyrologio Romano Belini, quod Baronius recensendum suscepit. Sed quia ipse putavit, hic Eucrathium inserere, quem aliunde constat in Africa vixisse, ideo, in Africa, textui quoque inseruit.* — 3 *Existimo hic agi*, inquit Rosweydus, *de sancto Euphrasio* XIII *episcopo Claromontano, qui obiit anno* DXLVIII, *de quo Greg. Turonensis lib. 2 historiæ Francorum cap.* 36, *et lib.* 3 *cap.* 2. Hæc a Rosweydo recte observata esse, conficies ex Castellano pag. 245. Potuit hic apud Bollandum Rosweydi opinio prævaluisse, quæ illi non omnino admittitur. At veram eam esse et unice veram, vix equidem dubito. Fatetur illic Castellanus, *Eufrasium* ab Usuardo referri, at forte tunc non adverterat abesse illum a prætenso autographo, nisi forte certo supposuerit ab Usuardo ipso prima manu positum, a recentiori erasum ; quod mihi exploratum non est. Sequitur in Adone : *Apud Viennam, sancti Caldeoldi episcopi*, apud Alexandrum *Caldeoldi*, apud alios *Eoldi*, sed de eo tacet Usuardus, ut jam non semel diximus, Viennenses Sanctos ab eo sæpe præteriri. *Eufrasii.* *Caldeoldi.*

AUCTARIA.

PRATEN. De ejus auctario jam abunde diximus. Notari hic meretur, quam diversis modis Felix ille alter, quiscumque sit, annuntietur.

ANTVERP. MAJ. De Felice Nolano multa ex Adone describit, quod et alii codices faciunt, sed ne frustra hic charta impleatur, ad ipsum fontem remittimus. De Eufrasio non loquitur, sed secundo loco sic habet : *Eodem die, natale sancti Cleri diaconi de Antiochia, qui post multa tormenta in fine decapitatus est*. Vide VII Januarii. Tum : *Apud Spoletum, passio sancti Pontiani martyris, tempore Antonini imperatoris, sub judice Fabiano.* *Cleri* *Pontiani.*

A multis

A multis codicibus huc retractus est Clerus, forte quod Rabanum secuti fuerint. Vide Usuardum xix Januarii.

Rosweyd. Idem habet de Pontiano. Deinde etiam de Felice Nolano plura ex Adone.

Agones martyrum. Usuardus, qui hic insertus est, primam annuntiationem puram refert; sed omisso etiam Eufrasio, alteram sic fingit : *Felicis in Pincis.* *Item Romæ, passio alterius Felicis presbyteri, qui dicitur Felix in Pincis.*

Munerat. Agit de solo Felice Nolano pure, nihil præterea, forte quod dubitaverit utrum Eufrasium, an alium Felicem præferret.

Antverp. et Max-Lubec. Puri in textu, post *Cleri.* *Eufrasii episcopi*, adjiciunt *Cleri diaconi*, sine copula.

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. et Lovanien. Incipiunt a Pontiano cum eo ipso elogio, quod ab Usuardo refertur xix Januarii, ut hic describere opus non sit. Secundo loco, *Romæ via Portuensi, loco qui Pincis dicitur, natale sancti* *Felicis.* *Felicis presbiteri et martyris. Qui Diocletiani et Maximiani imperatorum tempore, capitis amputatione, gloriosa morte coronatus est.* Œdipo opus est ad discernendos Felices, quorum duos hoc die apud Bollandum invenies; septem alios inter Prætermissos. Ceterum Portuensis ille, tamquam Adaucti socius, ad xxx Augusti remittitur. Non recte, opinor, nec video quo id fundamento Bollandus dixerit.

Albergen. De Pontiano nihil habet, incipit a Felice Portuensi, de quo ut præcedentes. In *Cleri* Nolano purus. Tum : *Eufrasii episcopi et Cleri diaconi.*

Danic. Incipit eodem modo, et in reliquis convenit præterquam in fine, ubi cum aliis quatuor sic habet : *Eufrasii episcopi et Cleri diaconi et martyris, unius de antiquis, qui post multa tormenta in mare præcipitatus martyrium consummavit.*

Leyden-Belg. et Editio Ultraject-Belg. Pontianum habent primo loco, sed expuncto plane elogio. In ceteris ut superior et quatuor alii.

Centulen. *Apud Nolam Campaniæ, sancti Fe-* *Felicis* *licis, confessoris. Apud Spoletum, sancti Pontiani martyris, temporibus Antonini imperatoris. Eodem die, sancti Cleri diaconi et martyris de antiquis. Ipso die, sancti Eufrasii episcopi.* Ut de Clero semel dicam, is hodie a Floro etiam ponitur, diverso iterum elogio ab Usuardino, quod retulimus vii Januarii, ubi vide sis observationem nostram.

Bruxellen. Recte et pure incipit, sed post *Felicis 1* *eductus sit*, addit : *Quique post gravia quæ pro Christo patienter tormenta tulerat, felicia regna ipse vere felix conscendit, sepultusque est prope urbem in loco, qui dicitur Pincis, ubi virtutibus fulget.* *Felicis 2* *Apud eumdem locum, Felicis presbiteri, fratris præcedentis. Qui pro confessione Christi fortiter certavit; sed Ecclesia ipsum confessorem potius quam martyrem tenet.* De his satis dictum est. Sequitur : *Romæ via Portuensi, loco qui Pincis dicitur, sancti* *Felicis 3* *Felicis*, etc., ut supra. Item de Clero, quem *Cletum* vocat, de quo etiam satis. Denique in Eufrasio purus est.

Hagenoyen. Omnes excedit, nam de Nolano post *eductus est*, hæc superadjicit : *Deinde indomitis multis alligatus, tamdiu per omnes plateas civitatis trahitur, donec corpus ejus exungulatur a scapulis usque ad cingulum*, etc. Hoc specimen sufficiat. De Felice Portuensi, Eufrasio et Clero, ut supra. Denum de Pontiano, post *martyrium consummavit*, subdit : *Cujus ossa de Spoleto translata sunt Mediolanum, et de Mediolano Trajectum inferius.*

Aquicinct. Cum Pratensi convenit in expungendo Eufrasio. Hoc tamen discriminis est in Felice, quod in illo prima manu solum scribatur, *sancti Felicis presbiteri et*, quibus recentior calamus addidit, *martyris, Romæ, sub Diocletiano* : verosimiliter ut de Portuensi hæc dicta accipias. Hic ferme solus cum Pratensi tribuit Felici Nolano titulum *episcopi*.

Victorin. et Reg. Suec. sub num. 130 : *Spoleti, sancti Pontiani martyris.* Male scribunt *Po-* *Pontiani* *tiani* et *Pociani*.

Matric-Cartus-Ultraject. *Felicis in Pincis confessoris. Pontiani martyris festum celebre in civitate* (nempe Ultrajectina) *propter præsentiam corporis ejus, quod est in ecclesia sancti Martini.* Quæ ad marginem adjiciuntur.

In Vatican. num. 5949, Deest *Eufrasii*. Adjicitur : *Natale sancti Felicis in Pincis. Beneventi, sancti Memoris episcopi.* Hic alias ignotus est, et *Memoris.* a Bollando inter Prætermissos computatur.

Florentin. *Romæ, sancti Felicis in Pincis martyris.* Tum Strozzian. *In Sardinia, beati Ephyli* *Ephyli* (vel Ephysi) *martyris.* Alii *Ephysium* vocant, aguntque de eo postridie.

Editio Lubeco-Col. Incipit a Felice Portuensi, inserens præter dicta, quod *Dracco judice præsidente, capitis*, etc. De Nolano, post *eductus est*, addit : *Tandem pace reddita, ad ecclesiam suam redit, et ibi in pace quievit. Nunc Dominica die*, etc. In quibus Ado Felices confudit. Tum : *Eodem die, sancti Eufrasii episcopi et Cleri Diaconi. Item, inventio sancti Firmini episcopi et martyris.* Ad- *Firmini inventio.* dere poterat cum Greveno, *Ambianis*. Bollandus die præcedenti (nam et ibi Firminus recurrit) inter Prætermissos Firminum Ambianensem cum Usuardo ad xxv Septembris remittit. Hoc die agit de alio sancto Firmino Gabalitanorum episcopo, de quo Castellanus pag. 247.

Belin, editio altera, in fine habet : *Eodem die, sancti Eufrasii episcopi et Clari diaconi.*

Greven. *Cleri diaconi. Romæ via Portuensi, loco qui Pincis dicitur, natalis sancti Felicis presbiteri et martyris, germani beati Felicis, de quo supra. Hic sub Diocletiano et Maximi. Draco judice præsidente, post equulei tormenta, capitis*, etc., *Apud Spoletum, sancti Pontiani martyris, quem Usuardus infra* xiv *Kalend. Februarii ponit, die quo ut aliquibus placet sepultus, hoc vero passus fuit.* Adonem indicat, apud quem ita legitur xix Januarii : *Consummavit autem martyrium* xix *Kalend. Februarii, et sublatum corpus ejus a Christianis, sepultum est* xv *Kal. Celebris vero dies ipsius agitur* xiv *Kal.* (ita legit Rosweydus, non xvi, ut citat Castellanus) *Februarii, quando iterum sacrum ejus corpus translatum est.* Et tunc forte translatum. Sequitur in Greveno : *Viennæ, sancti Eoldi episcopi et confessoris.* Vel *Cadeoldi*, ut dixi- *Eoldi* mus supra. *Ambianis, inventio sancti Firmini*, etc.

Molan. Litteris Italicis : *Passio S. Pontiani Martyris pretiosi, temporibus Antonini imperatoris, sub Judice Fabiano : cujus reliquiæ habentur in Trajecto inferiori.* Dein, *Caldeoldum* nominat; tum charactere minori : *Mediolani, sancti Datii epi-* *Datii.* *scopi magnæ sanctitatis, de quo in Dialogo B. Gregorii.* Additur in 2 et 3 editione : *Hic ponitur cum pluribus ejus loci episcopis in Litaniis ecclesiæ Mediolanensis. In agro Turonico, sanctarum virginum Mauræ et Brittæ, de quibus meminit Gregorius Tu-* *Mauræ et Brittæ.* *ronensis.* De his virginibus agit Bollandus cum Martyrologio Gallicano die sequenti. Posteriores

editiones

PP. in Sina et Rhaithi. editiones adjiciunt : *Die decima quarta, sanctorum Patrum in Sina et Rhaithi interfectorum;* Recte numero indefinito : nam dum Baronius eum determinavit, ansam dedit huic Rosweydi observationi, in citato Ms. repertæ. Totam, ut jacet, lectoris curiositate dignam judicavi.

Textus Baronii : *In monte Sina, sanctorum triginta octo monachorum, a Saracenis ob Christi fidem interfectorum.* In Notationibus autem : *Triginta octo monachorum ; Græci etiam de iisdem agunt in Menologio. S. Nilus abbas qui dictorum martyrum, suo tempore coronatorum, res gestas conscripsit, cum de his agit : Mortui sunt,* inquit, *post septimum diem Epiphaniæ Domini, qui est decimus quartus mensis Januarii.* At paulo inferius : *Interempti quoque sunt alii, multis ante temporibus, quorum quoque commemorationem propter viæ longitudinem, et eorum, qui congregantur, multitudinem, eodem die peragunt.*

Ad hæc ita Rosweydus : *Duo hoc die notanda :* 1, *in textu hic poni triginta octo monachos, qui in Notationibus dicuntur interfecti tempore Nili, cum Baronius existimarit Nilum de his* XXXVIII *monachis agere cum ait : Mortui sunt post septimum diem Epiphaniæ Domini. Nec enim hoc de* XXXVIII *monachis, in Sina jam olim interfectis, intelligendum, sed de incerto numero monachorum tempore Nili interfectorum. Nam* XXXVIII *illos monachos longe ante tempora Nili, seu Anastasii imperatoris, ponit Menologium Sirleti, atque horum Nilus obiter tantum meminit, his verbis : Interempti sunt quoque alii multis ante temporibus (nempe Diocletiani imperatoris et Petri Alexandrini, ut habet Menologium) quorum quoque commemorationem propter viæ longitudinem, et eorum qui congregantur, multitudinem, eodem die peragunt.* — 2. *Ex verbis proxime citatis colligitur,* XXXVIII *illos monachos, non passos* XIV *Jan. sed alio die ; quia tamen* XIV *Januarii Patres in Sina conveniebant, ut celebrarent festum monachorum tempore Nili interfectorum, quorum certus numerus non exprimitur, ne cogerentur secundo convenire alio die, quo* XXXVIII *illi veteres monachi erant interfecti, cum et iter longum esset, et multis molestia subeunda esset, celebrarunt simul et eamdem memoriam, quo annue recurrebat festum monachorum tempore Nili interfectorum, qui dies erat* XIV *Januarii.*

Hæc hactenus a Rosweydo satis accurate observata sunt. Vide plura de utraque Martyrum classe a Baronio conjuncta, apud Bollandum in Actis et Castellanum in notis ad hanc diem pag. 244. Quæ post Bollandum de utraque supradicta martyrum classe, vel a Combefisio, vel a Possino, vel ab aliis subinde edita sunt, sive græce, sive latine, Supplementum augebunt. Vide interim appendicem ad tomum 1 Januarii a pag. 1113.

XVIII *Kal.* — *Die* 15.

Abacuc et Michææ. *Macarii.* *Isidori.* *Boniti.* *Mauri.*

Abbacuc et Micheæ prophetarum, quorum corpora, sub Archadio imperatore, divina revelatione reperta sunt. Apud Ægyptum, beati Macharii, abbatis, discipuli beati Antonii, vita et miraculis celeberrimi. Item, sancti Isidori, in sanctitate vitæ, fide ac miraculis præclari. Civitate Arvernis, sancti Boniti episcopi et confessoris, cujus vita virtutibus refulsit. In territorio Andegavensi, sancti Mauri abbatis.

Sic pure habent *Praten. Tornacen. Antverp.* et *Max Lubec. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scripsi *Abbacuc, Micheæ, Archadio, Macharii* cum manuscriptis passim. De *Ægypto* dixi VII Januarii, me rectam orthographiam servaturum, tametsi pauci codices diphthongo Æ notentur, eumque modum tenebo imposterum. In [illegible] deerant, præter quod habetur in textu, et melius est : *In sanctitate vitæ, fide ac miraculis.* Sic putò legisse Usuardum, licet Ado excusus ex istis particulam [illegible]. Cur autem Greven. et Molan. scripserint *ideque*, non est operæ pretium examinare. Dixi *Boniti*, non *Bonitti*, ut legitur in Praten. forte transcribentis vitio ; certe *Bonitum* scribunt alii omnes. Ex citatis codicibus patet, *Maurum* simpliciter, ut est in textu nostro, positum ab ipso Usuardo, qui verosimiliter de discipulo illo sancti Benedicti numquam cogitavit. Adde his plurimos alios, cum Greveno et Molano editos, in quibus ejus rei nec vestigium usquam apparet. Enimvero si quid obtinet codicis Pratensis authentia, seu vera seu falsa, hic ad hominem ut loquimur, evidenter demonstrat, seculo XI jam adulto Maurum Andegavensem inter Benedicti discipulos a Benedictinis ipsis connumerari non consuevisse ; quis enim sobrie credat, de taciturum Usuardum, qui paulo ante in eodem textu Macarium Antonii discipulum prædicavit ? Sane vehementer miratus sum, in codice Heriniensi hæc apposita legi : *Discipuli beati Benedicti abbatis.* Et in Munerato, cetera puro : *Discipuli beati Benedicti, cujus corpus juxta Parisium urbem magnifice collocatum honoratur et colitur.* Alii codices infra recurrent. Ceterum et hæc et alia recentius adjecta fuisse nec Usuardo umquam cognita, puto esse indubitatum.

OBSERVATIO. Solius *Abacuc* vel *Abbacuc* prophetæ memoria reperitur in Hieronymianis vulgatis omnibus præterquam in Epternacensi. In Beda et Floro nec iste, nec *Michæas* notus est. Rabanus primus [illegible] signavit, ac deinde utriusque reliquiarum *inventionem* sub Arcadio et Honorio, quam [illegible] servavit Notkerus. Amborum prophetarum natalem primus conjunxit auctor Romani parvi : *Abacuc et Michææ prophetarum.* Cetera ab Adone addita sunt, a Nostro verbotenus inde accepta, et in recentiores omnes transfusa. Recte tamen advertit Baronius (quod et in Romano expressit) *Abacuc et Michææ.*

expressit) corpora illa inventa esse sub Theodosio seniore, ut ex historia ecclesiastica deducit Bollandus, de utroque propheta, uno an gemino synonymo, aliisque ad eos spectantibus doctissime disputans, ut fatetur Florentinius, cujus notatio etiam legi meretur. Wandelbertus ex Romani parvi sententia, ab Adone, opinor, hausta, versiculum suum adornavit : *Bisque novenam Abacuc simul et Michæas honorant.*
Macarii.
Sequitur in Romano parvo : *Et Macarii abbatis, Antonii discipuli.* Subjunxit Ado, *vita et miraculis celeberrimi*; præfixit Noster, *apud Ægyptum*; Notkerus utroque additamento caret. De Macariis nihil observandum superest, vide quæ diximus II Januarii et scriptores ibi citatos consule. Macarii socius aut collega in Romano parvo statui videtur sequens presbyter et
Isidori.
monachus, his verbis : *Et Isidori*; cui elogium satis vulgare apposuit Ado, ex quo Usuardus et Notkerus desumpserunt. De ejus vita et gestis nescio an plura dici possint a recentioribus, quam quæ in Actis nostris diligentissime collecta sunt. Hactenus textum nostrum Adonianum esse om-
Boniti.
nino liquet. *Bonitus* Claromontanus episcopus XXX, ab Usuardo primum consignatus ac vulgari etiam elogio ornatus est. Adde Bollandi commentario quæ notavit Castellanus pag. 282 et
Mauri.
283. *Maurus* æque ac Bonitus ad solum quoque Usuardum pertinet, de cujus positione in Variantibus satis diximus. Nec vero hujus loci est pluribus inquirere fueritne Maurus, is de quo agimus, sancti Benedicti discipulus. Videri a curiosis potest Clar. Castellanus totam controversiam in notis, a pag. 252 ad 281, fuse et late discutiens. Eumdem nodum non semel in Actis dissolvere conatus est Papebrochius, et recentius in Responsionibus suis ad exhibitionem errorum. Ruinartius, et ipsis et aliis pro Mauri missione apologiam apposuit. Denique et a tot aliis ea tela texta et retexta est, ut superfluum videatur vel eorum nomina appellare. Nota, hoc etiam die referri ab Adone transla-
Sulpitii.
tionem Sulpitii Bituricensis. Sed de eo Sancto agit Usuardus et qui eum sequuntur Martyrologi alii, cum Romano moderno, XVII Januarii, ubi Sulpitios varios accurate distinguit Bollandus.

AUCTARIA.

PRATEN. Vide supra in Variantibus, quid in hoc codice Usuardo superadditum sit.

ANTVERP-MAJ. De Macario scribit simpliciter : *Macarii, disciputi Antonii.* In aliis etiam satis integer non est. De Bonito, post, *confessoris*, habet : *Cujus vita et virtutum meritis ac miraculorum gloria insignis fuit.* Tum : *In territorio Andegavensi, depositio beati Mauri monachi, abbatis et confessoris, discipuli sancti Benedicti.*

ROSWEYD. De inventione prophetarum, phrasim sic variat, *divina revelante gratia reperta.* In Isidoro, purus omnino non est. Deest Boniti, et
Sulpicii.
substituitur : *Bituricis, translatio sancti Sulpicii episcopi et confessoris. Eodem die, transitus sancti Mauri abbatis.*

PULSANEN. Secundo loco Maurum inserit hoc modo : *Eodem die, beatissimi Mauri confessoris atque abbatis, discipuli confessoris Christi Benedicti.*

MUNERAT. et AGONES MARTYRUM. Conveniunt in iis quæ supra in Variantibus retulimus.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. EDITIO ULTRAJECT-BELG. In fine solum addunt; *disciputi beati Benedicti.*

ALBERGEN. et DANIC. Sic ordiuntur : *In Galliis*
De Mauro.
territorio Andegavensi, sancti Mauri abbatis, discipuli sancti Benedicti. Cujus disciplinis ab infantia regulariter educatus, quantum in eisdem profecerit, inter nonnulla quæ apud eum positus gessit, etiam super aquas pedester incedens, ostendit. Tum de Abacuc et Michæa pure. Deinde : *Apud Canopum, beati Macharii abbatis, discipuli beati Antonii, vita et, etc. Qui contra aereos spiritus, et in curationibus hominum, et in denuntiationibus quoque futurorum, divinam gratiam consecutus, sexaginta annos in desertis implevit, ad quæ tricenarius ingressus est. Hic interrogatus a quodam, quomodo sic corpus suum siccum esset, respondit : Timor Dei etiam ossa consumit.* In reliquis textus satis purus est.

CENTULEN. Puro proximus est. In Bonito elogium expunxit, et de Mauro addidit : *discipuli sancti Benedicti.*

Octavæ Gudilæ.
BRUXELLEN. Incipit : *Octava beatæ Gudilæ virginis, patronæ nostræ.* In prophetis purus est. De Macario solam ætatem adjicit, ea repetens quæ de altero Macario dixit II Januarii. Sequitur de Isidoro, pure. Tum : *Apud Bituricas civitatem, translatio sancti Sulpicii episcopi et confesso-*
Sulpicii.
ris. In Bonito satis recte. Maurum differt in diem sequentem, forte quod hic dies impediatur Octava-sanctæ Gudilæ.

HAGENOYEN. *Abacuch prophetæ, qui ad præbendum cibum Danieli, ab angelo in Babilonem ductus est per capillos. Item, Nycheæ prophetæ. Quorum corpora*, etc. De Macario habet longius elogium supra relatum. In Isidoro et Bonito purus est. Tum de Mauro abbate etiam ut supra.

AQUICINCT. De Mauro : post *abbatis*, sic pro-
De Mauro.
sequitur : *et confessoris atque levitæ, discipuli sanctissimi Benedicti : cujus disciplinis ab infantia eruditus, quantum in iisdem profecerit, inter nonnulla quæ apud eum positus gessit, res nova et post Petrum inusitata, etiam super aquas pedibus incedens patefecit. Dehinc in Gallias ab ipso directus, miraculorum gloria clarus in pace quievit.*

VICTORIN. Cum præcedenti non omnino verbis, sed sensu concordat.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Macharii abbatis, discipuli beati Antonii abbatis. Mauri abbatis, discipuli beati Benedicti abbatis. Isidori confessoris. Sabini, Marcellini et Exuperantii martyrum.* De
Sabini, Marcellin. Exuperantii.
his vide annuntiationem primam Usuardi, XXX Decembris. Sequitur : *Habacuc et Michææ prophetarum.* Demum : *In Arvernis, sancti Boniti.*

CLUNIACEN. *In territorio Andegavensi, sancti*
Maurilii.
Maurilii abbatis. An non episcopi? Vide infra.

REG. SUEC. sign. num. 130, et VICTORIN.
Restitutæ.
supra. *In Africa, sanctæ Restitutæ virginis.* Si Sorana est, vide Acta XXVII Maii.

CODEX D. LE MARE. signatus A, qui fuit Canonicorum sancti Lazari Augustodun. *Civitate*
Symphoriani translatio.
Ædua, translatio sancti Symphoriani martyris. Vide XXII Augusti.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Boniti*. Adjici-
Sulpitii.
tur : *Bituricas civitate, translatio sancti Sulpitii episcopi et confessoris.* Primo loco ponitur *Maurus* litteris rubris.

FLORENTIN. *In territorio Andegavensi, sancti Maurilii abbatis.* Sequitur : *Apud Bituricas, sancti Sulpitii*, etc.

LUGDUNEN.

LUGDUNEN. *Natale sancti Boniti Arvernensis episcopi et confessoris.*

BURDEGALEN. *In territorio Andegavensi, translatio sancti Maurilii episcopi et confessoris. Et dedicatio ecclesiæ sancti Maurilii.* De hoc agit Usuardus XIII Septembris sub nomine *Maurilionis*, et *episcopum* vocat. Hinc patet ratio dubitandi, superius posita. *Maurilii.*

EDITIO LUBECO-COL. *In civitate Andegavensi, apud Parisius in Galliis, sancti Mauri abbatis discipuli sancti Benedicti. Cujus disciplinis.... super aquas pedester incedens, jussu sancti Benedicti puerum a submersione liberavit.* In prophetis pura, de Macario habet, ut supra. In Isidoro et Bonito etiam pura est. In fine adjicit : *Item commemoratio sancti Joseph, nutricii Domini.* Quod etiam legitur apud Grevenum, verosimiliter ob festum peculiare, apud Colonienses celebrari solitum. *Josephi.*

BELIN. In prima editione omisit elogium sancti Boniti. Cetera satis pura sunt, nisi quod de Mauro omnia habeat, quæ supra retulimus ex AQUICINCT.

GREVEN. *Felicis episcopi Tubizacensis et martyris. Alexandriæ, Tonitæ, alias Cointæ, virginis et martyris. Remedii episcopi et confessoris.* Ex Hieronymianis, ut pridie diximus. *Commemoratio sancti Joseph nutricii Domini.* Vide de his omnibus indicem Prætermissorum. *Felicis. Cointæ. Remedii.*

MOLAN. De Mauro, ex Munerato præter dicta, adjicit : *Cujus corpus juxta Parisium urbem magnifice collocatum, honoratur et colitur. Item celebratio dulcissimi nominis Jesu.* Cujus festivitatis principium indicatum reperio in Martyrologio Ms. sancti Michaelis Antverpiæ, sub nomine Usuardi, sed enormiter interpolati, ubi ita legitur : *Quæ festivitas accepit exordium in Antverpia anno Domini* MCCCCLVIII *providentia et devotione ac procuratione unius honesti civis Hippolyti. In hoc vero nostro monasterio incepimus eamdem festivitatem celebrare solemniter, anno Domini* MCCCCXCII. Pergit Molanus typis minutioribus : *In Burgundia, sancti Joannis Caliniti confessoris, cujus sanctum corpus in civitate Constantinopolitana feliciter quiescit, multis fulgens miraculis ; pretioso vero capitis ejus thesauro urbs Chrsyopolitana* (Vesontio) *incomparabiliter ditatur.* Aliæ editiones habent : *Die decima quinta, sancti patris Joannis Calybitæ. Cujus pretioso*, etc. *De nomine Jesu ; Festivitatis hujus initium Joannis Calybitæ.*

Hæc ibi ; quæ aliter Martyrologio Romano inserta, occasionem dedere Rosweydo ita observandi : *Duo hic quæri possunt. 1. Ex quo veteri manuscripto Baronius textum Martyrologii de Joanne Calybita interseruerit? — 2, Quomodo ponat eum Romæ, cum Menæa diserte eum Constantinopoli statuant? Nempe* ROMA NOVA, *non* VETUS *intelligenda est apud Metaphrasten. Et sane textus vitæ satis indicare videtur, omnia hæc Constantinopoli transacta.* Vide Bollandi commentarium prævium § 2, ubi plura alia rationum momenta accurate expenduntur ; et Castellanum in notis brevius eadem pertractantem a pag. 283. Editiones Molani posteriores, de Mauro et de nomine Jesu habent fere ut prima, Tum : *Eodem die Malbodii, depositio beati Ableberti seu Emeberti, Cameracensis episcopi, qui sanctum Autbertum in Cameracensi episcopatu præcessit.* *Ableberti*

XVII. Kal. *Die* 16.

Romæ via Salaria, natalis sancti Marcelli Papæ, qui ob catholicæ fidei defensionem, jubente Maximino tyranno, primo fustibus cæsus, deinde ad servitium animalium cum custodia publica deputatus, post multos annos ibidem serviendo, amictu indutus cilicino defunctus est. Apud Arelatem, beati Honorati episcopi, cujus vita, doctrina et miraculis illustris fuit. Parrona monasterio, sancti Fursei confessoris. *Marcelli. Honorati. Fursei.*

Sic legunt, et pure, ut ego quidem existimo, soli *Herinien.* et *Tornacen.*

VARIA LECTIO. Scripsi *Maximino*, ut diserte habent codices duo citati cum Praten. Munerat. etc., nec aliter in Beda et Adone Usuardus reperit. Greven. Molan. et codices alii exhibent *Maximiano*. Utri melius? Forte nulli bene ; nam Maximino et Maximiano, facile supponeretur *Maxentius*, ad cujus tyrannidem nonnulla revocanda videntur, et Marcelli obitus, et si quæ passus est. Utut statuendum decreveris, verosimillimum est, Marcellum non utique *martyrem*, sed proprie *confessorem*, obiisse anno persecutionis Diocletianeæ VII, Christi CCCX, ut recte opinatur Tillemontius tomo 5 pag. 95 et et 626, et ante ipsum docuit Papebrochius, ex quibus Pennoni aliorumque argutatiunculæ facile refutari possunt. Codex Pratensis inter Honoratum et Furseum ita legit : *Item civitate Oloberqua, sancti Titiani episcopi et confessoris.* Diu hac anceps hæsi, quid de illa annuntiatione statuerem incertus. Neque enim satis promptum erat colligere, unde Sanctum illum, Martyrologis, quos sequebatur, ignotum, accersivisset Usuardus, non solitus trans Alpes excurrere aut in alias regiones, præterquam in Hispaniam, ut Sanctos Adoni aut Hieronymianis superaddat. Interim Pratensem sequebantur Muneratus, Grevenus, Molanus et codices plures ; aliis cum Heriniensi et Tornacensi de Titiano tacentibus, quorum auctoritati, præsertim duorum postremorum, utut fidam plurimum, tamen torrenti fere cedendam putaveram. Rogatus itaque Clar. Castellanus, codicem Pratensem denuo consuluit, et labe detecta, præfatorum duorum codicum nativam simplicitatem egregie confirmavit : *Quidquid in Pratensi codice* (Castellani verba sunt) *primitus manu scriptum erat inter Arelatem et sancti Fursei utrimque exclusive erasum deinde fuit, et* [illegible] *alio multum abbreviato inscripta inveni ea quæ in prima Molani editione leguntur, eo solum discrimine quod*

TITIANI

Titiani et Parrona *habeatur, pro* Ticiani *et* Perona *Molani.* Hæc amici observatio me plane movit, ut Titianum expungerem. Si aliter aliis visum fuerit, melioribus argumentis libenter cedam. *Arelaten*, pro *Arelatem* in codice Heriniensi scriptoris vitium est. *Parona* olim pro *Perona* scriptum, codices prope omnes evincunt, quorum aliqui *Parona* scripsere.

Marcelli. OBSERVATIO. *Romæ via Salaria in cœmeterio Priscillæ, depositio Marcelli episcopi et confessoris.* Verba sunt plerorumque Hieronymianorum codicum, ad quæ videri potest accurata Florentinii notatio. Romanum parvum haud multum abludit : *Romæ via Salaria in cœmeterio Priscillæ, sancti Marcelli Papæ.* Hæc quidem breviter ; at Beda qui Marcelli Acta non satis sincera, vel res gestas Pontificum vidit, longiori elogio Sanctum exornat, quod a Rabano et Adone transcriptum, a Notkero nonnihil interpolatum, a Nostro, seu illud ex Beda, seu ex Adone acceperit, plusquam media parte decurtatum est, neque sic tamen ad omnimodam veritatem satis exactum. Hic ego ubique *Marcelli* lego ; *Marcellini* nusquam, præterquam in Bucherii Kalendario, quod facillime ex similitudine nominum corrumpi potuit, ut revera factum est in die, signato XVIII Kal. pro XVII Kal. Probat id Frontonis Kalendarium, ubi hoc proprio die non *Marcellini* sed *Marcelli* diserte legitur, quemadmodum et in Thomasii Sacramentario superius collaudato. Nec me movet Græcorum auctoritas, abunde, ni fallor, ab Henschenio convulsa, ubi de Marcellino agit XXVI Aprilis. Pugnat acriter pro utriusque identitate Castellanus in hodiernis notis, eidemque opinioni in Martyrologio suo universali denuo insistit. At enim cum amicum non semel ea super re familiariter pressissem, demum in ultimis litteris quas aliena manu, postquam fatali apoplexia correptus fuerat, ad me dedit XXXI Januarii MDCCXI, candide fassus est, *se retractasse quæ de Marcelli et Marcellini identitate scripserat.* Mortis tempus in Variantibus definivimus. De reliquiis, vere vel prætense huc illuc translatis, vide Bollandum, apud quem exstat quoque percelebre epitaphium, quod si vere Damasi fuisse neges, certe antiquitate sua venerandum non inficiaberis. Sic de Marcello cecinit Wandelbertus :

Septima post decimam Marcelli martyris, atque
Pontificis summi meritis et nomine fulget.

Honorati *Honoratus* Arelatensis, apographis Hieronymianis censetur adjectitius. Ab Adone primum positus est, et ex eo a Nostro iisdem fere verbis translatus. Rabanus alia ipsum phrasi retulit, miraculum addens de fugato ex insula Hilarina dracone, cujus textum descripsit Notkerus. Vita a Bollando illustrata per Hilarium itidem Arelatensem episcopum scripta supponitur ; verum id in dubium revocat Henschenius I Junii, agens de sancto Caprasio. Alia vide apud Castellanum pag. 292. An *Titianus*

Fursei Opitergiensis, Usuardo adscribendus sit, supra explicui. De *Furseo* dubium nullum esse potest, quin vere Usuardinus sit. Eum prius signaverat Florus, sed quam ignotus is Nostro fuerit, hic iterum locus palam faciet. Quæ circa hunc Sanctum a nonnullis errata sunt, corrigit Castellanus pag. 295. Utrum autem vita, quam Bollandus edidit et illustravit, a scriptore nimis credulo composita sit, alibi examinabitur.

AUCTARIA.

Praten. Munerat. Greven. et Molan. In textu insertum habent Titianum Opitergiensem, de quo supra. *Titiani*

Antverp-Maj. De Marcello Bedam ferme integrum refert. In Honorato fere purus est. Tum : *De Furseo* *Parrona monasterio, sancti Fursei confessoris. Hic satis clarus et verbo extitit et exemplo, multisque salutem ostendens, confectus senectute bona, feliciter migravit ad Christum ; sepultus primo in Latiniaco monasterio, deinde translatus Parronam, ubi multis miraculis* (clarus) *quiescit.* De Titiano, nihil.

Rosweyd. *Romæ via Salaria, in cimiterio Priscillæ, natale sancti Marcelli Papæ martyris. Qui jubente Maximiano fustibus cæsus est, et ad animalium servitia deputatus, ibi obiit. Apud Arelatem, sancti Honorati episcopi, cujus vita, doctrina et miraculis refulsit :* ut habet Ado. *Eodem die, natale sancti Fursei confessoris.* De Titiano etiam silet.

Agones martyrum. In fine : *Peronæ monasterio, sancti Fursei episcopi et confessoris.* Cetera ut Praten.

Pulsanen. In prima Bedam nonnihil abbreviat. In secunda, *Honorii* scribit pro *Honorati*. Habet de Titiano et Furseo. In fine de suo apponit : *Melantii.* *Rotomagum, sancti Melantii episcopi et confessoris.* Vide Prætermissos.

Antverp. Max-Lubec. et Ughellian. De Titiano Opitergiensi habet ut codices multi. In fine autem adjiciunt : *Priscillæ.* *Romæ, sanctæ Priscillæ.* Sed *virginem* non faciunt, ut alii.

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. et Editio Ultraj-Belg. Penultimo loco inserunt : *Ipso die, Romæ, sanctæ Priscillæ.* De Furseo legunt : *Abbatis et confessoris fratris sancti Foillani martyris* In ceteris similes sunt iis qui Titianum referunt, etc. De Priscilla, vide Castellanum pag. 285.

Danic. Prioribus similis, recentiori manu adjecta habet nomina quinque martyrum Marochensium, de quibus infra, satis multa ex Greveno erunt describenda. *5 MM. Marochensium.*

Centulen. *Romæ, natalis sancti Marcelli Papæ et martyris. Civitate Odobergia, sancti Titiani episcopi et confessoris. Parrona monasterio, sancti Fursei confessoris, qui satis clarus et verbo extitit et exemplo. Relato, sancti Honorati episcopi et confessoris.* Scriptoris hic vitium puto, qui *Arelate* vel *Arelato* non satis distinxerit, quod subinde manus recentior efformare conata est.

Bruxellen. Huc distulit Maurum, de quo nos die præcedenti. *Mauri.* Tum : *Romæ via Salaria in cimiterio Priscillæ, natale sancti Marcelli Papæ et martyris. Qui cum diis nollet sacrificare, jubente Maximiano imperatore, fustibus cæsus, ad servitium animalium sub custodia publica deputatur. Ipsa die Romæ, sanctæ Priscillæ.* *De Marcello.* In Honorato, omnino purus non est. *Perona monasterio, sancti Fursei abbatis et confessoris, et fratris sancti Foillani martyris. Qui verbo et exemplo clarus, tandem confectus senectute bona, feliciter migravit ad Dominum. Apud Rothomagum, sancti Melantii episcopi et confessoris. Item civitate Odobergia,* etc. *Melantii.*

Hagenoyen.

HAGENOYEN. De Marcello aliqua corrasit quæ referri non merentur. De Honorato et Titiano, ut supra. Tum : *Ipso die Romæ, depositio sanctæ Priscillæ.* De Furseo addit : *abbatis, et fratris sancti Foillani martyris.*

AQUICINCT. Novum profert de Furseo additamentum, nempe : *Cujus caput in Dorobernia habetur.*

VICTORIN. De S. Marcello, post *defunctus est*, addit : *Hic fecit cœmeterium via Salaria, et XXV titulos constituit in Urbe propter baptismum et pœnitentiam multorum, qui convertuntur ex paganis, et propter sepulturam Martyrum.* Hæc ex Actis apposita sunt. In fine mendose cum aliis scribit : *Romæ, sanctæ Priscillæ virginis.* Et sic etiam scribit CODEX REG. SUEC. num. 130.

CODEX. REG. SUEC. qui fuit Principis Ursini Rosenbergii, ita habet : *In civitate Brixiæ, S Liberæ uxoris* (an non potius *virginis?*) *sororis sanctæ Faustinæ, quæ in quodam monasterio arctam vitam ducens, vitam finivit. Dupl. min. 2. Cl.* Videatur Bollandus hoc die inter Prætermissos, et XVIII hujus, ubi de ea agit.

VATICAN. num. 5949. Omisso Titiano Opitergiensi, adjicit : *Beneventi, sancti Petri martyris in S. Sophia.*

STROZZ. *Eodem die apud Marochium, passio beatorum martyrum, Berardi, Petri, Accursii, Adjuti et Ottonis, de Ordine Minorum*; de quibus latius infra.

JURENSIS, S. Ragnoberti. *Apud Gratianopolim, sancti Ferreoli episcopi et martyris.*

Prima BELINI editio tolerabilis est, solum admiscens *Priscillam et martyres Marochianos*, eo modo quo ex STROZZIANO codice eos jam retulimus. Sed altera Parisiensis, turpiter fœdata est et contorta. Ibi *Odobergia* bis citatur, eique primo *Cyrianus*, deinde *Titianus*, episcopi affinguntur. Elogium martyrum Marochiensium, ab ipsis Martyribus avulsum, nullum sensum reddit, unde ipsum ex Greveno infra adducere censui præstabilius.

EDITIO LUBECO-COL. Varia de Marcello apud alios reperta non satis apte construxit; de Furseo item inventa collegit; Priscillam virginem facit, atque in fine adjungit : *Eodem die, S. Remundi confessoris*, cujus etiam meminit Grevenus ; sed quis hic Remundus sit, non facile divinaveris, putat Bollandus indicari Pennafortium.

Solito longius est GREVENI auctarium, sic inchoatum : *[illegible], Candidum et [illegible] martyrum [illegible]*, ni fallor, voluit dicere, ut superius x hujus iterum correximus. Bollandus de illis agit [illegible] hujus. Sequitur : *Foillani episcopi, martyris et [illegible] ejus. Item Felicis, episcopi Tubzocensis, [illegible] sub Diocletiano et Maximiano, a judice Anolino de nomine interrogatus, solum hoc respondit : Christianus sum. Deinde vinctus et in navicula sub equorum pedibus jacens, inedia maceratus, tandem apud Nolam Campaniæ, capite truncatus martyrium complevit.* De Foillano et Felice videndus Bollandus in Prætermissis. Pergit Greven. *Apud Marrochium circa annum Domini* MCCCL, (MCCXX) *passio beatorum martyrum, Berardi de Carpio, Petri de Geminiano, Accursii, Adjutoris vel Adjuti et Ottonis, Ordinis Minorum, qui zelo divino succensi et amore martyrii flagrantes, cum ad partes infidelium, Christi Evangelium prædicaturi transfretassent, a rege Marrochi martyrizati, multis claruerunt prodigiorum indiciis. Horum corpora D. Petrus Infans germanus regis Portugalliæ, de Marrochio tulit, et in monasterio sanctæ Crucis de Colimbria, venerabiliter collocavit. Honorati episcopi Ambianensis, miraculis clari. Hic quodam tempore Missam celebrans, vidit manum Christi, hostiam tenentem et sibi communicaturo porrigentem. Honorati etiam abbatis memoria hic agitur, qui ut refert Gregorius primo Dialogorum, in Samniæ partibus in annis puerilibus ad amorem cœlestis patriæ per abstinentiam exarsit. Ab otioso quoque sermone se restringens, constructo monasterio, ducentorum ferme monachorum pater exstitit, et circumquaque exempla eximiæ conversationis dans, quievit in pace Item Melantii* (Molanus scribit *Melæ*) *episcopi et confessoris, ad cujus ecclesiam, ut in Historia tripartita dicitur, cum venissent qui jussu Hunerici regis, episcopos, Arianis resistentes, in exilium deportabant, invenerunt eum, tamquam esset ultimus ecclesiæ minister, candelas præparantem lampadesque reforentem ; quapropter non cognoverunt quod episcopus esset, donec se ipse sponte patefecit, pro Christo in exilium portandum.* Quæ hic falsa veris immiscentur, apud Bollandum distincta invenies, forte etiam magis subinde illustranda. *Apud Regium Galliæ, Fausti episcopi, qui ex Larinensi abbate electus, sanctitate plenus et divinis Scripturis jugiter intentus a Gennadio prædicatur.* De Remundo et Priscilla dictum est satis.

MOLAN. Grevenum fere descripsit in martyribus Mauritanis et quæ sequuntur, exceptis Fausto et Remundo, quos, omisit. Priscillæ titulum virginis recte ademit. Furseo addidit : *Cujus gesta habentur.* Tum : *Eodem die, inventio corporis Foillani episcopi et martyris, in Ampolim.* Ampolin vel *Ampolines* locus est, ubi martyrio affectum S. Foillanum narrat Philippus abbas Bonæ spei, ut dicitur in Actis XXXI Octobris. Altera Molani editio Priscillam eamdem censet, quæ in Actibus Apostolorum celebratur, ac demum addit : *Die decima sexta, adoratio pretiosæ catenæ sanctissimi et benedictissimi Apostoli Petri.*

XVI *Kal.* *Die* 17.

Apud Thebaidem, beati Antonii monachi, cujus corpus sub Justiniano imperatore divina revelatione repertum, Alexandriæ delatum est, et in ecclesia sancti Joannis Baptistæ humatum. Lingonis, natalis sanctorum geminorum Speusippi, Elasippi et Melasippi. Qui cum essent viginti quinque annorum, cum avia sua Leonilla, et Jonilla, et Neone martyrio coronati sunt, tempore Aureliani imperatoris. Bituricas civitate, depositio sancti Sulpitii episcopi, cujus vita et mors pretiosa gloriosis miraculis commendatur.

[illegible] *Hermann, Pulsanum, Antverp. Max.-Lubec.* [illegible] *Greven. Molan.* [illegible] sed neutra editio correcta est.

VARIA LECTIO. In Pulsanensi de sancto Antonio, pro *cujus corpus*, amanuensis libertate positum invenio, *hujus venerabile corpus*. *Alexandriæ* scribunt passim omnes, rectius posuerat Ado *Alexandriam*, ut scripsit Usuardus in Agonibus martyrum, sed ejus lectionem ex aliis codicibus determinamus. Pulsanen. Munerat. et Agones martyrum omittunt *Baptistæ*, quin alii inter Auctaria substituunt *Evangelistæ*; recte in textu ex Adone. Quam varia sit in efformandis Geminorum nominibus orthographia, apud Bollandum invenies. Censeo ex nostris codicibus Usuardum scripsisse, ut in textu legitur, idque præsertim ex Praten. Herinfensi, Pulsanen. et Munerat. quo modo etiam enuntiant Hieronymiana, Beda, Rabanus et Notkerus; licet hodie Adonem certatim sequantur Martyrologi et codices nostri aliqui Usuardini satis communiter. Bollandus in *Eleusippi* dissentit, servat tamen *Melasippi*: Agones martyrum, habent *Melanippi*. Libera sit unicuique optio. Male in Agonibus martyrum est *quindecim annorum*. Item *Conilla*, pro *Jonilla*, ut habet etiam Munerat. quamquam et hujus nominis variam nomenclaturam exhibeat Bollandus. *Tempore Aureliani* disertissime notavit Usuardus ex Beda et Adone, sed palpabili anachronismo, ex Warnaharii Actis accepto, qui an satis apte emendari possit, malo ex Bollando aliisque colligas, quam ut novi aliquid de meo proferam. Videatur Tillemontius tomo 3 a pag. 603 et Castellanus a pag. 313. Satis hic sit Usuardi lectionem exhibuisse. In Agonibus martyrum male ponitur *Bituris*: Pulsanen. pro *Bituricas civitate*, videtur nitidius scribere voluisse: *Apud Bituricam civitatem*. Ut valde mendosa est prima illa et maxima Lubecana editio, ita hic pro *Sulpitii*, legit *Suplicii*, cum qua fere semper, saltem hic concordat codex Antverpiensis.

Antonii. OBSERVATIO. Cœnobitarum Protopatriarchæ celebratissima est apud omnes Martyrologos memoria. Codices Hieronymianos hic descripsit Beda: *In Ægypto, depositio Antonii monachi*; descripsit Rabanus, elogium adjiciens ab Adoniano diversum. Non multum differt Romanum parvum: *Apud Thebaidem, Antonii monachi*. Ado laudatiunculam apposuit, descriptam a Notkero, a Nostro ita contractam, ut initium fini copulatum sit, omissis intermediis, quæ ex nonnullis auctioribus codicibus pro majori parte infra dabimus. Cetera quæ vitam spectant, tam erudite a Bollando illustrata sunt ut nihil desiderari posse videatur, nisi quis Chronotaxim Raynaudianam consulere voluerit: vita porro ipsa tam authentica, seu græce ab Athanasio, seu latine ab Evagrio accipiatur, ut vel ipsi hypercritici nihil inveniant, quod merito queant arrodere. Non tam plana sunt quæ de Tergeminis Lingonensibus Acta nostra memorant, multa quippe de iis apud laudatos Bollandum et Castellanum disceptatio, atque item apud Florentininm, Tillemontium et alios. Quæritur, cujates sint, Cappadoces an Galli? Ubi, quomodo, quo tempore passi? Ut mitissime dicam, translata, commixta, confusa nonnulla, quibus ne hic diutius immoremur, citatos scriptores consulat eruditus lector. Id ad rem nostram præ ceteris observatu dignum occurrit, quod in Romano parvo nulla prorsus eorum fiat mentio, unde obiter notabis frivolam eorum cavillationem, qui cum Valesio Romanum parvum ex Adone contractum comminiscuntur; firmatur autem Clar. Castellani conjectura, omnem nempe Tergeminorum illorum notitiam ex non sinceris Warnaharii ad Ceraunum Parisiensem episcopum Actis ad Transalpinos profluxisse, indeque et in Hieronymiana fortasse inserta sint nomina, certe a Beda, Adone, aliisque addita elogia, non parum trituranda. Ea quidem contraxit Usuardus, sed neque sic satis subacta esse constabit vel mediocriter earum rerum perito. Illud vehementer mirandum, in apographo Usuardino Tornacensi, quod hic inter purissima computo, totam illam sanctorum Lingonensium seriem prætermissam. An quod codicis scriptor suspectam habuerit totam narrationem, non ausim devinando asserere; mihi satis certum est, Usuardum ita scripsisse, ut in laterculo nostro legitur. Wandelbertus Antonium et Lingonenses metrice canit in hunc modum:

Speusippi, Elasippi et Melasippi.

Sextaque cum decima Antonii virtute dicatur;
Hæc etiam socio geminorum pollet honore,
Lingona quos uno celebrat plebs marmore tectos.

Sulpitii. *Sulpitium* ab Adone signatum diximus XV Januarii, ubi etiam monuimus, Sulpitios varios hoc die a Bollando accurate distingui. Qui Hieronymianis adjectus est, senior a Florentinio censetur. Quem velit Florus, nescio; verum quicumque ab eo notetur, sic notatus est, ut ejus phrasis ab Usuardina longe discrepet, quemadmodum et in breviori ejus sancti Antonii elogio evidentissime patet, ut proinde minime dubitem, quin Sulpitius noster, cognomento *Pius*, plane Usuardinus hoc die dicendus sit. Præter vitas duas a Bollando editas et illustratas, tertiam alicubi citari invenio, quæ si ad manus nostras deveniat, suo loco vulgari poterit.

AUCTARIA.

TORNACEN. Jam diximus in eo codice deesse annuntiationem secundam a Geminis Lingonensibus.

De Antonio. ANTVERP-MAJ. *In Egypto aput Thebaida, natale beati Antonii monachi, qui multorum monachorum pater, vita et miraculis præclarissimus vixit. Cujus corpus... et in ecclesia beati Joannis Evangelistæ humatum.* In secunda satis purus est. Tum: *Bituricas, depositio sancti Sulpicii episcopi et confessoris, qui a pueritia sacris litteris eruditus, et sanctæ conversationis luce conspicuus, etiam laicus virtutibus claruit. Post etiam coma deposita, monachorum pater extitit, atque inde ad episcopalem provectus cathedram, vita clarus in pace quievit.*

De Sulpitio.

ROSWEYD. *In Egypto apud Thebaidem, depositio beati Antonii monachi, qui multorum monachorum pater, vita venerabili præclarissimus vixit, consummatoque cursu, feliciter in pace quievit. Cujus corpus, etc. Apud Lingones, Speosippi, Eleosippi et Meliosippi*, etc. Demum: *In Africa, Sulpicii episcopi* *Sulpicii in Africa.*

scopi. Sulpitios adhuc binos in Prætermissis habet Bollandus, sed de Africano nihil hactenus reperi. De translatione Sulpitii Bituricensis egit hic codex xv Januarii.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Ita ordiuntur : *In Ægypto apud Thebaidem, beati Antonii monachi, cujus vitam Athanasius, Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, insigni volumine prosecutus est.* Cetera ut in textu, nisi quod de Sulpitio addant, *et confessoris.*

ALBERGEN. et DANIC. Præterea interserunt : *Qui regnante Constantino magno floruit, et multorum monachorum pater, vita venerabilis præclarissimus vixit, consummatoque cursu, ætatis suæ anno centesimo quinto feliciter in pace quievit. Cujus corpus,* etc.

LOVANIEN. Convenit cum ANTVER-MAX. etc. Sed Geminorum elogium plane resecuit.

CENTULEN. *In Egypto apud Thebaidam, depositio beati Antonii abbatis, qui multa milia monachorum Christi servitio mancipavit, atque vita et miraculis clarissimus vixit. Apud Lingones, sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi, et Meleusippi. Qui cum essent... sub Aureliano passi sunt. Bituricas, sancti Sulpicii episcopi et confessoris.*

BRUXELLEN. De Antonio, hactenus dicta fere colligit, adjiciens de corpore : *Quod nunc apud Viennam Galliæ, ut fertur, translatum est. Apud*

De Geminis.

Lingonas, passio sanctorum geminorum Speusippi, Elasippi et Melasippi. Quos Benignus presbiter, a beato Policarpo, sancti Joannis Apostoli discipulo, cum Andyochio et Tyrso missus in Galliam, fidem Christi docuit. Qui cum essent annorum XXV, *in quadam arbore ligatis manibus et pedibus suspensi atque extensi sunt, ita ut membrorum compages dissolvi putarentur. Post hæc in ignem præcipitati, nec tamen læsi, inter verba orationum, tempore Aureliani imperatoris martyrio coronati, simul migra-*

Leonillæ, etc.

verunt ad Christum. Quod avia sua Leonilla et Lovilla atque Neon gestorum exceptor videntes palam se Christianos esse confitentur; propter quod multis afflicti suppliciis, cum Christum negare noluissent, gladio simul perempti, martyrii coronam

Turbonis.

perceperunt. Et Turbon victorias Christum confitentium scribens, non post multum temporis etiam martyrium perpessus est. Vide Bedam et Adonem. In Sulpitio purus est.

HAGENOYEN. Incipit a Lingonensibus, in quibus satis purus. De Antonio præter dicta, hæc *De Antonio*

de suo adjicit : *In quo discretio spirituum mirabiliter effulsit, ac contra eosdem a Deo mirabilem accepit potestatem, quem etiam illi supra humanum modum temptabant.* Item : *Clarusque spiritu prophetiæ, desiderio martyrii judicibus ad puniendum se obtulit, sed illi eum lædere non valentes neque volentes propter divinam gratiam quam in illo lucere videbant, in heremum successit* (secessit) *ubi consummato cursu vitæ suæ in pace obiit anno* CV *ætatis, etc.* In Sulpitio etiam purus est.

VICTORIN. et CODEX, REG. SUEC. num. 130, ita habent : *Apud Antiquos, dedicatio Domini et Salvatoris quod situm est in Lateranum.* *Dedicationis Salvatoris.*

CODEX alius REG. SUEC. signatus num 420 : *Item sancti Genulfi confessoris.* *Genulfi*

VATICAN. num. 5949 : *In Placentia, sancti Sabini episcopi.* *Sabini.*

EDITIO LUBECO-COL. In Antonio, cum ALBERG. et DANIC. concordat, in reliquis pura est; addit porro : *Eodem die sancti Genulphi episcopi et confessoris. In villa Valendar sub Confluentia territorio Treverensi, translatio sanctorum Marcellini et Petri martyrum.* *Marcellini et Petri translatio*

Hæc eadem et iisdem fere verbis habet GREVEN. et præterea ; *Viennæ, beati Marcelli episcopi.* Vide Acta hoc die inter Prætermissos et IX Aprilis, ubi de ipso agitur. *Marcelli.*

MOLAN. De sancto Antonio, charactere cursivo inseruit quæ ex Augustino acceperat Ado, nimirum : *Qui sine ulla scientia litterarum, Scripturas divinas et memoriter audiendo intellexisse, et prudenter cogitando tenuisse prædicatur.* Item eodem charactere etiam ex Adone, post *Aureliani Imperatoris : Turbon autem scribens victorias confitentium Dominum, non post multum temporis, martyrium perpessus est.* Deinde litteris minutioribus superaddidit : *Eo die, Mediolani obiit Theodosius imperator. In cujus mortem orationem habuit sanctissimus antistes, Aurelius Ambrosius, in celebritate quadragesimi diei obitus ipsius, Honorio principe, filio ejus assistente.* De Genulpho agit in posterioribus editionibus, litteris cursivis hoc modo : *Eodem die, sancti Genulphi primi episcopi Carthurcensis et confessoris.* *Theodosii* *Genulphi*

XV *Kal.* *Die* 18.

Cathedræ sancti Petri Apostoli, qua Romæ primum sedit. Et passio sanctæ Priscæ virginis. Apud Pontum, natalis sanctorum martyrum Mosei et Ammonii, qui cum essent milites, primo ad metalla deputati, novissime igne traditi sunt. *Cathedra S. Petri, Romæ. Priscæ. Mosei et Ammonii.*

Sic legunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverpien. Max Lubec. Greven. Molan.* et *Agones martyrum.*

VARIA LECTIO. Purioribus codicibus hic ut alibi annumero Heriniensem, tametsi a nativa Usuardi simplicitate aliquantulum recedat, dum pro *Cathedra,* legit *dedicatio,* de qua re in Observatione plura disseremus. Habet item cum Molano, *qui Romæ primum,* etc., melius alii post Romanum parvum et Adonem, *qua.* Antverp, et Max-Lubec. pro *Et passio,* ponunt : *Ipso die, passio.* Qui autem Agonibus martyrum insertus est, legit : *Romæ, Priscæ virginis et martyris.* Purior est nostra lectio. Quem autem titulum, quam lauream promereatur Prisca, statim disquiremus.

OBSERVATIO.

Cathedræ Romanæ

OBSERVATIO. Hodiernum *Cathedræ sancti Petri Apostolis* festum, antiquum in Ecclesia fuisse, plane evincunt Martyrologii Hieronymiani apographa, in quibus ferme præfigitur; *Depositio sanctissimæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ,* de qua legi potest Florentinii Exercitatio v. Ad rem nostram quod attinet, ita paucis vetustissimum Epternacense : *Depositio sanctæ Mariæ et Cathedræ Petri in Roma.* Lucense habet : *Et dedicatio sancti Petri Apostoli, qua primo Romæ Petrus Apostolus sedit.* Corbeiense vero : *Dedicatio Cathedræ sancti Petri Apostoli, qua primo Romæ sedit.* Hæc satis accurate discussit Florentinius, festi illius antiquitatem post Baronium et Bollandum demonstrans. Mirum itaque a Clar. Castellano ita disseri, ac si indicare vellet, festum Cathedræ Romanæ ante tempora Caroli magni Gallis fuisse peculiare, Romæ vero et tota Italia prorsus ignotum. Mihi probabilius est, non minus Romæ, quam in Francia fuisse cognitum, tametsi singulari fortasse cultu seu peculiari Missa celebratum non fuerit, quoniam festivitas alia XXII Februarii æque de Romana atque Antiochena Cathedra soleret intelligi, ut advertit Belethus, ab ipso Castellano ibi citatus, et alii plures, tum hoc, tum dicto jam die XXII Februarii. Lubens fateor, hic nonnulla intervenire quæ longiori dissertationi materiam præbere possint; tum quæ primam festi originem et institutionem, tum quæ ejusdem ex Romana ad alias ecclesias propagationem circumstant ; sed ad hujus controversiæ punctum dirimendum sufficiat Romani parvi auctoritas. Hoc enim, cum ex antiquiori Romano codice descriptum, et Roma Aquileiam, fatente Castellano, destinatum sit, diffiteri ipse omnino non potest, Carolo magno longe esse antiquius. In eo autem expressissime legit : *Cathedra sancti Petri, qua primum Romæ sedit.* Nihil his addidit Ado, nihil ex eo Usuardus præter solum nomen *Apostoli.* Debuit itaque consequenter admittere etiam ante Caroli magni tempora, non in solis ecclesiis ritus Gallicani, sed etiam Romæ et in ecclesiis ritus Romani, Cathedræ sancti Petri hodiernam festivitatem, saltem in Martyrologiis, de quibus solis hic quærimus, recoli consuevisse. Nec quidquam obest Bedæ, Flori et Wandelberti silentium, nisi quis pari ratione arguere velit ad expungendas Sanctorum commemorationes prope innumeras. Rabanus pluribus verbis rem explicuit, cujus textum integrum pauculis mutatis Notkerus transumpsit, in eo potissimum discrepans quod ubi in Rabano reperisset *dedicatio S. Petri Apostoli,* verterit ipse, haud dubie ex alio Hieronymiano : *Cathedra S. Petri,* etc. Porro an utrumque festum, nempe et *dedicatio templi* S. Petri et *memoria* fundatæ ejus Cathedræ, recto hoc ipso die prædicetur, examinat Florentinius, et nos forte pluribus eamdem rem discutiemus in Supplementis Januarii et Februarii. Alias enuntiandi formulas suggerent Auctaria.

Prisca

Priscam solam, omissa Cathedra Petri, exibet Frontonis Kalendarium. Sacramentarium Gregorii et *Virginem* et *Martyrem* appellat. Non uno modo loquuntur Hieronymiana apographa : aliud enim *Romæ, sanctæ Priscæ virginis,* aliud tantum, ut *martyris,* meminit. Beda legit : *Natalis sanctæ Priscæ virginis et martyris.* Romanum parvum : *Et sanctæ Priscæ martyris,* nec plus dicit Rabanus, Bedam tamen sequi solitus. In Adone fit mutatio, nam ibi rursus, *virginis et martyris,* idque servat Notkerus. Studione, an forte oscitantia aut oblivione, Noster solum *virginis* titulum adscripserit, incertum est. Bollandus Priscam utraque laurea verosimillime donandam existimat, eamque mea quidem sententia vendicare videtur Sacramentari Gregoriani auctoritas. Quod si vera esset Castellani conjectura expressa in notis a pag. 328, nimirum Priscam hanc nostram *Aquilæ* uxorem esse, forte neutram promereretur. Quid sentiat Wandelbertus collige ex ejus versiculo : *Quinta et dena simul Prisca pro martyre gaudet.* Actorum fidem tueri non ausim ; utrum vero primitiva sint, ex quibus alii superius citata Martinæ et Tatianæ Acta formaverint, alibi examinari poterit. *Mosei* et *Ammonii* ex Hieronymianis meminit eorumque elogium nescio unde acceptum, suppeditavit Ado, *Mosæi* pro *Mosei* substituens. Hoc solo excepto, ex Adone totum desumpsit Usuardus, totum Notkerus, qui *Moysei* scripsit. Locum martyrii distinctius exprimere visa sunt apographa Hieronymiana apud Florentinium, sed quem non facile reperias ; uti nec illud satis compertum relinquunt, utrum aliorum, his fere conjunctorum, martyrum series, ad *Pontum,* ad *Nicæam,* an alio spectet, quod amanuensium ignorantiæ procul dubio imputandum. De Usuardi lectione satis certum est; de rei veritate non est unde tuto statuere queas.

Mosei et Ammonii

AUCTARIA.

Maximi. ANTVERP-MAJ. In textu satis purus addit : *Alexandriæ, sancti Maximi episcopi, qui satis clarus et insignis titulo confessionis effectus est.* De eo etiam agunt codices alii, sed ad XXVII Decembris remittitur. *Eodem die, passio sanctorum martyrum Tirsi, Leucii et Gallenici.* Qui ex Hieronymianis accepti sunt. Vide infra. *Thirsi et soc.*

ROSWEYD. Plane purus esset, si non omitteret elogium Mosei et Ammonii.

PULSANEN. Sic incipit : *Romæ, institutio Cathedræ beati Petri Apostoli, post primam suam scilicet sanctæ Antiochenæ ecclesiæ Cathedram.* In reliquis satis purus est.

MUNERAT. Nescio cur hic præterita sit prima annuntiatio de Cathedra, etc.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Puri sunt, nisi quod diem inchoent a sancta Prisca his verbis : *Passio sanctæ Priscæ virginis, quæ cum esset annorum decem, mira pro Christo tormenta fortiter sustinens, demum ictu gladii, sui sancti agonem martyrii feliciter consummavit.* In codice Lovaniensi est, *annorum tertio decimo.* Alii ætatem omittunt, et tutius, cum de ea nihil certi habeatur ; vide Bollandum. *De Prisca*

CENTULEN. *Cathedra sancti Petri Apostoli, primum Romæ sedit* (deest *qua*) *Et passio sanctæ Priscæ virg. Et in Ponto, sanctorum martyrum Mosei et Ammonii. Alexandriæ, sancti Maximi episcopi et martyris. Civitate Appolonia, sanctorum martyrum Tirsi, Leuci, et Gallenici.* Qui remittuntur ad XXVIII Januarii. *Maximi* *Thirsi et soc.*

BRUXELLEN. *Romæ, passio sanctæ Priscæ virginis et martyris. Quæ mira pro Christo tormenta fortiter sustinuit, et demum ictu gladii agonem sui martyrii feliciter consummavit.* In duabus aliis annuntiatio-

nibus

nibus satis purus est. Tum : *Alexandriæ, sancti* *Leopardi.* *Maximi episcopi et confessoris. Turonis, sancti Leopardi confessoris.*

HAGENOYEN. *Cathedra sancti Petri Apostoli, qua primo Romæ sedit, quam gloriose rexit annis viginti quinque, annis* (vult dicere *mensibus*) *sex, dies novem, sub Claudio et Nerone imperatoribus. Ipso die Romæ, passio sanctæ Priscæ virginis et martyris, sub Claudio imperatore. Quæ cum esset annorum decem, et mira pro Christo pateretur, tandem crinibus decalvatis afflicta ad ydolum ducitur ut adoret, sed illa non consenciit. Demum ictu gladii martyrium consummavit. Apud Pontum insulam, natale sanctorum martyrum Moysei*, etc., *Christicoli* satis pure. In fine : *Item, Christicoli confessoris.* Vult dicere *Deicoli.*

Leobard. AQUICINCT. *Turonis, sancti Leobardi confessoris.*

VICTORIN. Habet *Amosei* pro *Mosei*, ut aliqui ponunt *Ammonis* pro *Ammonii.* Et in fine cum codice REG. SUEC. signato num. 130, adjicit ut proxime : *Turonis, sancti Leobardi confessoris.*

De Leobardo fusius. DAVERONEN. De Leobardo, sic fusius : *Majori monasterio, beati Leobardi confessoris, qui seculum salubriter respuens, crucemque Christi in capite suo portans, apud idem monasterium se arctissimo specu retrusit.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Priscæ virginis et martyris. Coronatio sancti Petri. Mosei et* *Deicoli* *Ammonii militum et martyrum. Deicoli abbatis et confessoris.*

In VATICAN. num. 5949. Adjici dicitur : *Romæ, natale sanctæ Priscæ martyris.*

DIVIONEN. ecclesiæ sancti Stephani. Legit ut supra : *Alexandriæ, sancti Maximi episcopi. Qui satis clarus et insignis titulo confessionis effectus est.*

EDITIO LUBECO-COL. In Cathedra, pura, adjungit : *Hic propter Simonem magum, licet Dei occulto nutu, Romam perveniens, ibique prædicans Evangelium, viginti quinque annis ejusdem urbis tenuit pontificatum. Romæ via Hostiensi, passio sanctæ Priscæ..... agonem martyrii sub Claudio imperatore feliciter, etc. Apud Pontum, natale sanctorum Moysei*, etc. In fine : *Monasterio majori, sancti Leobaldi confessoris.* Sic etiam in prima *Leobaldi* editione scripserat Grevenus, in altera, ut mox patebit, posuit cum aliis, *Turonis, Leopardi*, neutro loco bene, nam *Leobardi* legendum est.

BELIN. In utraque editione habet : *Ipso die, passio sanctæ Priscæ virginis et martyris.* Item in utraque, *Mosey et Amonis.* Demum in fine : *Ipso die, sanctæ Liberatæ virginis.* Hanc ex Belino de- *Liberatæ* scripsit Molanus, nec quidquam addidit unde dignosci possit. Certum videtur, non agi de Novocomensi Faustinæ socia. Restat igitur famosissima illa, quæ a Greveno indicari videtur, Hispana an Lusitana, quæ in Belgio et alibi *Wilge-* *Wilgefortis dictæ.* *fortis* dicitur, de qua plura dicenda erunt xx Julii, ad quem diem eam Bollandus in Prætermissis rejicit.

GREVEN. *Sancta Prisca cum esset tredecim annorum, mira pro Christo tormenta sustinuit, ac demum sub Claudio, ictu gladii agonem martyrii consummavit. Alexandriæ, Maximi episcopi. Fortu-* *Maximi* *nati, Leonis, Luci. Item Tirsi martyris. Civitate* *Fortunati et soc.* *Abitinensi, Saturnini et sociorum ejus martyrum.* *Thyrsi.* *In Anglia, Wirmini militis et martyris. Eodem* *Saturnini.* *die, beati Deicolæ abbatis, discipuli sancti Colum-* *Wirmini.* *Deicolæ* *bani ; de quo inter alia fidei et operum insignia legitur, quod aliquando fatigatus ex itinere, birrum suum in radiis solaribus, quasi in pertica suspenderit. Turonis, Leopardi confessoris. Conchas mona-* *Leopardi* *sterio, Marciæ et Liberatæ virginum. Venetiis,* *Marciæ* *translatio sanctæ Luciæ virginis et martyris. In* *Liberatæ.* *Anglia, Osie martyris.* *Osiæ*

MOLAN. typis minoribus, de Deicola Grevenum secutus est, sed pro *Leopardi*, melius scripsit, *Leobardi*, hæc subjungens : *De cujus vita librum conscripsit Gregorius Turonis episcopus. Ibidem, natalis sancti Volusiani, achiepiscopi Turo-* *Volusiani* *nensis et martyris.* In posterioribus editionibus aliter Auctarium disposuit : *Turonis, natalis S. Volusiani septimi archiepiscopi. Ibidem, depositio sancti Leobardi confessoris. Civitate Arvernis, sancti Venerandi episcopi et confessoris. Eodem die,* *Venerandi.* *sancti Deicolæ abbatis Sutrensis, discipuli beati Columbani.*

XIV *Kal.* *Die* 19.

In Smirna, natalis beati Germanici martyris, qui sub Marco Antonino et Lucio *Germanici.* Aurelio, per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, sponte præparatam bestiam provocavit : cujus dentibus comminutus, vero pani, id est Domino Jesu Christo, pro ipso moriens, meruit incorporari. Apud Spoletum, sancti Pontiani martyris, temporibus Antonini imperatoris, quem judex *Pontiani.* pro Christo vehementissime virgis cæsum, jussit super carbones nudis pedibus ambulare ; a quibus nil læsus, equuleo et uncinis ferreis jussus est suspendi, et sic in carcerem trudi, ubi angelica visitatione meruit confortari; post quæ plumbo fervente perfusus, tandem gladio percussus est. In pago Dorcasino, sancti Launo- *Launomari.* mari presbiteri.

Praten. Herinien. Tornacen. Antverpien. Pulsanen. Max-Lubec, Muneratus et *Grevenus* Quid in Molano desit, brevi observabimus

---

VARIA LECTIO. Greven. pro *beati* scribit *sancti Germanici*, ut est in Adone. Munerat. cum nonnullis codicibus, male legit *Marco Antonio* ; textus noster purior est. Antv. Max-Lubecanæ ubique conformis, ante *bestiam* interjicit *sibi*, ut apud laudatum Adonem etiam legitur, quam vocem Pulsan. adjectivo prætigit, legens : *sibi, præparatam bestiam.* Puto germanam Usuardi lectionem hic repræsentari. Rursus Antv. habet *tempore Antonini*, pro *temporibus.* Ubi codices reliqui legunt, *a*

quibus nil læsus, in Pulsan. ponitur : *E quibus illæsus exiens*. Item ; *Post quæ omnia, plumbo*, etc. Redundat vox *omnia*. Verum noto in plerisque codicibus, etiam purissimis scribi *Postque*, fere per abbreviationem, veluti si dicatur *et post*, tametsi sensus postulare videatur, ut *quæ* sit casus præeuntis particulæ. Sed hoc in antiquis, saltem medii ævi Scriptoribus, mirandum non est, utpote qui vix diphthongorum habeant rationem ; unde amanuensium ignorantia factum crediderim, ut *que* conjunctio vel encliticum, pro *quæ* relativo irrepserit. Launomarum et *presbyterum* et *abbatem* fuisse constat; at codices nostri, si Antv. et Max-Lubec. excipias, Abbatem non nominant. Pagum *Dorcasinum* seu *Dorcassinum* scribunt passim, Grevenus *Carnotinum* vocat, utrumvis non male, ut apud Bollandum invenies; nos primam lectionem, tamquam vere Usuardinam præhabendam censuimus.

Germanici. OBSERVATIO. Qui *Germanicum* primus in sacros Fastos retulerit, non alium invenio præter auctorem Romani parvi, ita hoc die scribentem · *In Smyrna, sancti Germanici martyris ad bestias damnati*. Rationem quærere cur hunc præ aliis diem elegerit, mere divinare est. Satis jam alibi ostendimus, Martyrologii hujus compilatorem Sanctis plurimis, ex Rufino et aliunde desumptis, et antiquioribus Martyrologis ignotis, pro solo suo arbitrio certos dies assignasse. Nec verosimile puto, visam umquam auctori illi celebrem Smyrnensium epistolam, in qua distinctiores aliquas, etsi non omnino certas, pro martyrii die notas reperisset. Interim Romanum parvum secutus est Ado, elogium ex eodem Rufino vel Eusebio adjiciens, cujus locum integrum retulit Bollandus. Noster ex Adone omnia, sed non verbatim accepit; Notkerus, rariori exemplo, sola Romani parvi verba transcripsit. Idem Adonis elogium etiam inter festivitates Apostolorum recurrit, ubi de Polycarpo agitur XXVI Januarii. Hactenus pro textus nostri derivatione et præclara Germanici laurea, clara et plana sunt omnia. De proprio martyrii die anceps quæstio, de eo enim eadem ratione disputari posse videtur, qua Bollandus in doctissimo suo commentario § I Polycarpi certamen ad certum diem, nempe VII Kal. Aprilis seu XXVI Martii revocare conatus est. Et hæc quidem valde probabiliter ab eo stabilita esse nemo negaverit, at nec ipse tam explorata habuit, ut propterea mutandum putaverit determinatum a tot seculis per Martyrologos diem ; quod fecit Castellanus, utrumque Sanctum ad Martium transferens, Polycarpum ad XXVI, hunc nostrum Germanicum ad XIX. Incertitudinem illam recte observavit Ruinartius inter selecta pag. 26, ubi Valesium et plures alios in eamdem sententiam adducit. Tillemontius autem tomo 2 in Polycarpo, Græcorum Fastos præferre videtur; alii in diversa abeunt. Equidem fateor ex laudata Smyrnensium epistola plane constare, Germanicum nostrum aliquot ante Polycarpum diebus agonem complevisse, an toto præcise octiduo nusquam patescit. Nihilominus Castellanus, remisso, ut jam diximus, ad XXVI Martii Polycarpo, sequelæ opinor gratia, quia hic XIX Januarii colitur Germanicus, eumdem ad XIX Martii remittendum putavit. Recte an secus alii viderint, nos Martyrologiis nostris Usuardi antesignanis inhærere debuimus.

Pontiani. De *Pontiano*, Spoletino martyre, non semel locuti sumus XIV Januarii, quo die a Rabano, Notkero et pluribus, præsertim Belgicis Martyrologiis, ob corpus Ultrajectum translatum, certatim recolitur. Hic vero etiam in Romano parvo, hoc proprie die et cum hisce characteristicis signatur : *Et Spoleti, sancti Pontiani martyris*, XIX *Kal. passi*, XV *sepulti*, XIV *in sepulchro mutati, quando celebrior dies ejus agitur*. Eadem habet Ado, cum longiori ex Actis extracto, cujus elegans compendium brevitati suæ aptavit Noster, ut in textu repræsentatur. Vide Bollandum XIV Januarii, vel notam *Launomari.* Castellani pag. 248 et 249. *Launomarum* ab Usuardo ipso prioribus duobus superadditum evidenter ostendunt citati supra et alii Usuardini codices prope omnes. Cur a Molano expunctus sit, nescio ; certe hinc cœpi doceri, falsam esse eorum opinionem, qui Molanum ex codice Pratensi Usuardum suum edidisse existimant, cum ab eo pluribus aliis locis aperte dissentiat. Wandelberti versiculus sic forte legendus :

Bis septena Niceto Launomaroque coruscat.

AUCTARIA.

PRATEN. In apographo nostro ad marginem adjici dicitur : *Parisius, monasterio sancti Ger-* *Dedicatio altaris crucis.* *mani, dedicatio altaris in honore victoriosissimæ crucis, et beatæ et gloriosæ semperque virginis Dei genitricis Mariæ, et sanctorum martyrum Mauritii sociorumque ejus*. Hæc tamen Castellanus in litteris ad me datis XXXI Maii MDCCIX, ad diem præcedentem pertinere retulit. Ceterum hæc monasterii istius propria sunt, uti et alia subinde indicanda.

ANTVERP-MAX. CENTULEN. VICTORIN. REG. SUEC. num. 130, et BURDEGALEN. *Jherosolima,* *Marthæ et Mariæ.* *Marthæ et Mariæ, sororum Lazari*. Hæc ex Hieronymiano accepta sunt, ut habent Rabanus quoque, Notkerus et alii. Et quidem in Victorino codice omnis præcluditur locus effugio, quo aliqui comminiscuntur *Mariam* et *Martham*, *Mario* et *Marthæ* suppositas ; nam ibi omnes exprimuntur, hi Romæ, illæ autem Hierosolymis. Antiquissimum Kalendarium Cluniacense utramque hoc eodem die virginem vocat ; quæ omnia proximo mense Julio in Actis operosius erunt discutienda. Vide Sacramentarium Thomasii pag. 144, ubi *Maria Marta*, *Audifax* et *Abacuc* XX Jan. Sebastiano conjunguntur, forte amanuensis vitio. Sequitur in primo codice : *Et in Smirna, natale sancti Germanici martiris. In pago Dorcassino Corbionis monasterio, natale sancti Launomari abbatis, cujus gesta præclara habentur*. Quod etiam habent codex AMBIAN. et MOLAN.

ROSWEYD. Adoniane : *In Smirna, natale sancti Germanici martyris. Qui cum primævæ ætatis venustate floreret, per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, sponte præparatam bestiam, dampnatus a judice, jam provocavit, cujus dentibus*, etc., pure. *Marii et Marthæ et* *Marii et Marthæ.* *filiorum ejus Audifax et Abacuc nobilium de Perside*. Hi ad sequentem diem pertinent.

AGONES MARTYRUM. Textui satis puro subjicitur tota annuntiatio : *Via Cornelia*, etc. ut die sequenti.

Albergen. et Danic. Præfatam anuuntiationem habent in principio, et in fine scribunt : *In pago Dorcasino Corbionis monasterio, depositio S. Launomari abbatis et confessoris.*

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. et Editio Ultraj-Belg. Præfigunt etiam *Via Cornelia,* etc. ; sed cum de Pontiano egerint xiv Januarii, eam annuntiationem hic prætermittunt. Habent etiam in fine, *abbatis, etc.*, in quo convenit Centulen. qui de Germanico scribit ut Rosweyd. supra.

Lovanien. Cum prioribus consonat, nisi quod elogium Marii, etc., media fere parte mutilaverit.

Bruxellen. Incipit : *Romæ, via Cornelia*, etc. Tum : *Jerosolima, Marthæ et Mariæ sororum Lazari.* De Germanico et Pontiano, satis pure. *Tyrsi et soc.* Deinde : *Et passio sancti Tyrsi gloriosi martyris cum sociis suis*, ex die præcedenti. In fine : *abbatis et confessoris.*

Hagenoyen. In prima de Germanico, satis purus est. Secundo loco : *In pago Dorcasino, sancti Lauromari abbatis.* Tertia est : *Romæ, via Cornelia*, etc. De Pontiano egit cum aliis xiv Januarii.

Matric-Cartus-Ultraject. *Germanici martyris incliti, qui traditus est ad bestias. Launomari presbyteri et confessoris.*

In Vatican. sub num. 5949. Deest *Launomari* annuntiatio.

Translatio Burgwaladri Altempsian. in Anglia auctus : *Translatio sancti Burghwaladri episcopi et confessoris.*

Belinus. In utraque editione, post Germanicum et Pontianum, de *Mario et Martha*, etc., eadem refert quæ jam diximus ab Usuardo melius poni die sequenti. Utrobique etiam habet : *Bassiani* *In Laude civitate, sancti Bassani* (alii scribunt *Bassiani) episcopi et confessoris.* In prima editione deest Launomarus. Nil juvat errores typographicos recensere.

Translatio VII Ursulanarum Editio Lubeco-Col. Sic incipit : *Colonia Aggripina, translatio sanctæ Antoninæ et aliarum sex virginum et martyrum de illa nobili societate undecim millium virginum, ad ecclesiam parochialem sancti Joannis Baptistæ.*

De Launomaro fusius. Greven. Post integrum Usuardi textum, sic prosequitur : *Iste Launomarus puerulus parentum suorum gregem pascens, victum suum egenis et peregrinis distribuebat; ipse usque ad solis occasum, jejunium frequenter protrahens. Liberalibus deinde traditus litterarum studiis, sacerdosque effectus, eremum adiit; ubi inter alia virtutum prodigia claudum curavit, ignis impetum signo crucis opposito extinxit, et annosam quercum, ejusdem crucis virtute, in loco quo voluit transposuit. In* *Joannis Brangualatoris* *Anglia, Joannis Brangualatoris eremitæ Eodem die, secundum aliquos, Marii et Marthæ cum aliis, quos Usuardus ponit die sequenti. In Africa secundum Bedam* (quodnam Bedæ apographum viderit incertum est : nullum hactenus nec impressum, nec Ms. nobis innotuit, ubi eo ordine habeatur martyrum series hic apposita, videlicet) *sanctorum Pauli, Quinti, Geronti, Januarii, Saturnini,* *Pauli et aliorum.* *Successi, Piæ, Germani, Julii, Gagi. In Suecia, beati Henrici archiepiscopi Upsalensis et martyris.* *Henrici* *Qui Anglus natione, præfatam regens ecclesiam tempore sancti Erici regis Sueciæ, cum eodem ad convertendam plebem Finlandiæ profectus, ob zelum justitiæ, a scelerato quodam trucidatus est. Cum autem idem ejus percussor, birretum S. martyris, capiti suo impositum amovere tentaret, cutem sibi cum carnibus abstraxit. In Anglia, sancti Wolstani* *Wolstani.* *episcopi Wigorniensis et confessoris. Hic cum ab æmulis suis Synodo præsidentibus, tamquam imperitus baculum juberetur pastoralem resignare; libenter, inquit, resigno, sed non vobis. Et hæc dicens, baculum ipsum lapidi durissimo, quo tegebatur sepulcrum sancti Edwardi regis, sic infixit, quod a nemine moveri potuit. Quo illi confusi miraculo, ut baculum reassumeret præceperunt. Apud Coloniam Aggrippinam, translatio sanctæ Antoninæ virginis et martyris et aliarum sex de societate,* ut supra ex editione Lubeco-Col. *Bassiani Laudensis episcopi et confessoris, vita et miraculis clari.* *Bassiani* *Hic beatum Ambrosium Mediolanensem visitans, Clero ipsius obitum ejus prædixit, defunctumque tumulavit. Eodem die, Hugonis archiepiscopi. Item Contexti episcopi et confessoris.* *Hugonis.*

Molanus. Post illa Usuardi verba, *gladio percussus est*, addit fere ex Adone : *Consummavit autem martyrium suum* xviii *Kal. Februarii, et sublatum corpus ejus a Christianis, sepultum est* xv *Kal. celebris vero dies ipsius agitur* xiv *Kal. Februarii, quando iterum sacrum ejus corpus mutatum est.* Sequitur : *Via Cornelia*, etc., ut die sequenti. *In Laude civitate, sancti Bassiani*, etc. *Lugduno, Nicetii episcopi. Monasterio Corbionis,* *Nicetii.* *in pago Dorcassino*, etc. *Eodem die, beati Contexti* *Contexti.* *episcopi et confessoris.* Quæ habet minori charactere, de sanctis Africanis secundum Bedam, de beato Henrico Upsalensi, et sancto Wolstano, ex Greveno ad verbum desumpta sunt. Posteriores editiones ab Usuardo longius recedunt. Initium est : *Via Cornelia*, etc. Post quæ sequitur *Marii et Marthæ* nota observatu digna : *Horum celebritas*, inquit, *uno die prævenitur, quia dies passionis eorum, martyrio sanctorum Fabiani et Sebastiani solummodo deputatur.* Festa transferri, id notissimum est, præveniri multo rarius, quamvis non diffitear exempla suppetere, quibus id factum esse, contra Castellanum demonstretur. Hoc novi in his editionibus accedit, quod beato Contexto locus assignetur, nempe : *Eodem die, Baiocas*, etc.; Henrico Upsalensi, martyrii annus, scilicet, mcli.

XIII *Kal.* *Die* 20.

Romæ, natalis beati Fabiani Papæ, qui cum tredecim annis Ecclesiæ præesset, martyrium est passus tempore Decii, et in cimiterio Calisti sepultus. *Fabiani.* Eodem die Catacumbas, sancti Sebastiani martyris, qui cum haberet principatum primæ cohortis, jussus est sub titulo christianitatis a Diocletiano imperatore ligari in medio campo et sagittari a militibus, atque ad ultimum fustigari donec deficeret. *Sebastiani.* Via Cornelia, sanctorum martyrum Marii et Marthæ cum filiis suis Audifax et Abacuc, nobilium de Persida, qui ad orationem venerant Romam tem- *Marii et sociorum*

pore

pore Claudii principis. E quibus post toleratos fustes, equuleum, ignes, ungues, manuum præcisionem, Martha in nympha necata, ceteri sunt decollati et corpora eorum incensa.

Ita *Praten. Herinien. Antverpien. Max Lubec. Molan.* et *Agones martyrum.* Adde *Antverp-Max. Lovanien. Leyden-Belg.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Pulsanen. contra alios omnes codices, pontificatum Fabiani ad duodecim annos restringit; alii Martyrologi nimium extendunt, ut in Observatione dicetur. *Præesset*, minus quidem ad exactam syntaxim, sed tamen ita Beda, ex quo alii omnes, et codices nostri excepto Molano, qui legit *præfuisset*, hic et alibi satis libere antiquam simplicitatem corrigens. *Cimiterio* habent passim codices quos sequimur. In *Callisti*, *Calisti*, *Calixti* sæpenumero variant, ut mirum videri non debeat, si nec nos stabilem orthographiam servemus. Molanus iterum elegantius voluit scribere, *apud Catacumbas*; Pulsanen. et Munerat. *ad Catacumbas*; ceteri, neglecta præpositione, ponunt: *Eodem die Catacumbas*, et ita, licet magis barbare, legendum putavimus. *Ligari in medio campo*, haud dubie Usuardi lectio est, secundum Bedam et Adonem; Tornacen. et Munerat, scribunt *religari*. In Pulsanen. *fusticari* pro *fustigari*, librarii mendum est. Hoc notabilius, quod ubi ceteri omnes recte scribunt, *nobilium de Persida*, solus ille habeat, *hi nobiles fuerunt viri de Siria. Venerunt Rome*, Grevenus *Rhome*, melius ex aliis *Romam*. Rursus Greven. et Molan. *temporibus Claudii*, pro, tempore, etc. Pulsanen. habet *manuum præcisiones*; servanda Bedæ et Adonis lectio in singulari. Item apud eosdem Greven. et Molan. *in lympha*, legendum *in nympha*, ut bene probat Bollandus et fusius explicat Castellanus pag. 340, ubi et alia de his Sanctis satis curiose observantur.

OBSERVATIO. Inter antiquos Martyrologos singularem plane adverto in referendis iisdem Sanctis concordiam. Habent omnes hos sanctos Hieronymiana apographa, præter morem satis hic conformia; habent Beda, Rabanus et Notkerus; atque in serie nostra Romanum parvum, Ado, Usuardus. Quærit Florentinius, quid innuat ea plerorumque Hieronymianorum indeterminata formula: *Romæ in cœmeterio, Fabiani episcopi et Sebastiani*; et satis apposite, ni fallor, ex Cypriano accipi putat antonomastice, pro *cœmeterio Callisti*, idque ex Kalendario Bucherii confirmat, non integre locum referens, qui ita legendus est: XIII *Kal. Feb. Fabiani in Callisti, et Sebastiani in Catacumbas*. Alia Kalendaria aut Sacramentaria referre supervacaneum reor, cum ab omni ævo satis consecrata fuerit inclytissimorum Sanctorum memoria. Notabilis est Bedæ textus hujusmodi: *Romæ, Fabiani episcopi, qui cum viginti quinque annis Ecclesiæ præesset, passus est martyrium tempore Decii et in cœmeterio Callixti sepultus*. Hæc ex eo descripsit Rabanus, aliqua ex Pontificalibus adjiciens, quæ omnia in Notkerum transierunt, alia adhuc parte, ex præfato fonte, paulo auctiorem. In Romano parvo simpliciter ponitur: *Romæ, Fabiani Papæ et martyris*. Ado Bedam sequitur, sub ea tamen cautione, ut cetera ex eo desumens, pro XXV *annis* substituat: *Qui cum* XIV *annos, menses* XI *ac* XII *dies*. Textum suum ex alterutro mutuavit Noster; at rejecto utriusque calculo, eum signavit qui proxime ad veram chronologiam accedit. Cetera vide apud Bollandum et recentius apud Tillemontium tomo 3 a pag. 362. In textu Hieronymiano diei præcedentis, ex codice Lucensi ultimo loco ponitur: *Romæ, passio sancti Sebastiani martyris*. Duplicati festi rationem vel saltem conjecturam ibidem invenies. Romanum parvum tertio loco legit: *Et Sebastiani in vestigiis Apostolorum sepulti*. Ado prolixius Bedæ elogium totum transumpsit, exclusa solum Sebastiani patria, *de Mediolano*. Rabanus Bedam incorruptum reliquit, Notkero Adonem sequente. Noster brevius suum encomium ex diffusioribus illis seu Bedæ, seu Adonis contraxit, *Catacumbas* recte exprimens, de quibus vide Acta XXIV Junii a pag. 439, et Castellanum a pag. 353 multa erudite de Sebastiano ejusque translatione congerentem. An Acta vere ab Ambrosio ex autographis et authenticis composita sint, merito dubitatur; at egregia esse, gravia et fide digna, omnes cum Hesselio apud Molanum, Bollando, Ruinartio pag. 295, aliisque fatentur; nec id Tillemontius negaverit, cujus compendium legi dignum est tomo 4 a pag. 515. Wandelbertus sic hodie canit:

Fabiani.

Sebastiani.

Tertia post decimam Fabiano præsule floret:
Cui pariter Sebastianus virtute cohæret,
Roma quem vectum nunc Suessio læta frequentat.

Marii etc.

Tertia annuntiatio in Hieronymianis eodem defectu laborat: *In cœmeterio, Marii, Marthæ, Audifax et Abbacuc*. Hic vero Florentinius antonomasiæ beneficio non utitur, sed innominatum cœmeterium *Arenarium* censet esse *Via Cornelia*, quæ in Epternacensi et in Usuardo signatur. Sola nomina exprimit Romanum parvum, quorum primum et ultimum varie a nonnullis contorta reperies; ut *Maris* vel *Marini*, pro Marii; *Ambacum, Ambacuc, Abachum*, etc. Ceterum ex Beda rursus derivantur quæcumque Rabanus, Ado, Usuardus, Notkerus in suos textus transtulere. Hos inter minimum a fonte recedere videtur Usuardus, si positionem excipias, nempe *via Cornelia*, quam ille solus præfixit, in Actis fortasse aut in aliquo Hieronymiano apographo repertam. De Actorum sinceritate minus videtur dubitasse Bollandus quam Baronius; a selectorum collectione a Ruinartio exclusa sunt. Equidem totius historiæ subjectum, ut ita loquar, satis verum existimo, ast omnia complanare, quæ Tillemontius objicit tomo 4 a pag. 673, difficillimum arbitror. Si quid tamen Bollandianis disquisitionibus superaddi aut magis illustrari queat, id in loco præstabimus, atque eo veritatis studio, quo in similibus versari solemus.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

De Sebastiano;

ANTVERP-MAJ. In Fabiano Adonianus est. De Sebastiano etiam aliqua admiscet hoc modo : *Qui in tantum carus erat Diocletiano et Maximiano imperatoribus, ut principatum ei primæ cohortis traderent. Quem Diocletianus, ubi Christianum cognovit, nec a fide posse revocari, jussit ligari in medio campi, quasi signum ad sagittandum, et sagittari a militibus; qui cum sagittis plenus quasi hericius esset, putantes eum mortuum, abierunt.* Desunt reliqua, quæ cum prioribus, melius in Beda vel Adone leguntur. Sic et in tertia incompletus est : *Eodem die Romæ, natale sanctorum martyrum Marii:.. et Abacuc nobilium, qui ad orationem venerant Romæ, tempore Claudii principis.*

Item de Sebastiano.

ROSWEYD. In Fabiano etiam Adonianus est. De Sebastiano ex eodem fonte alia ferme decerpit : *Qui jubente... quasi signum ad sagittam positus, ita sagittis repletus est, ut quasi hiricius videretur. Dehinc intra paucos dies, sanitate recuperata, cum ipsos imperatores de persecutione injusta Christianorum, libera voce corriperet, denuo captus, felici consummatione martyrium excepit, sepultusque est in Catacumbas juxta vestigia Apostolorum.* De Mario, etc., die præcedenti.

AGONES MARTYRUM. Fabiano adscribuntur anni XIV. De Sebastiano pure. De reliquis pridie.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Uti pridie retulerunt martyres Persas, ita eosdem hodie prætermittunt. In Sebastiano puri sunt. De Fabiano, post *Papæ*, hæc solum interserunt : *Qui decimus nonus post beatum Petrum.*

ALBERGEN. et DANIC. Cum prioribus conveniunt, sed post *sepultus*, adjiciunt insuper : *Hic Chrisma constituit annis singulis in Cœna Domini celebrari.*

CENTULEN. *Romæ, passio beati Fabiani Papæ et martyris. Eodem die, sancti Sebastiani martyris, cujus fide atque doctrina multi martyrio coronati sunt. Item eadem die Romæ, sanctorum Marii et Marthæ, cum filiis suis Audifax et Abacuc, nobilium de Persida, qui ad orationem venerant tempore Claudii imperatoris.*

BRUXELLEN. Sic incipit : *Romæ, natale sancti Sebastiani de Mediolano, ac comitum ejus. Qui cum...* non omnino pure. Dein post *deficeret : Quem mortuum in cloacam miserunt. Cujus corpus a quodam Licineo inventum et in cripta juxta vestigia Apostolorum sepultum est.* Tum de Fabiano,

De Fabiano

post *Papæ et martyris*, sic prosequitur : *Qui sede vacante, dum de futuri pontificis electione tractaretur, cum aliis affuit, et subito columba candida de cœlo super caput ejus descendens, dixit : Tu Romæ episcopus ordinaberis. Qui sic divinitus electus, post laudabilem vitam, a Decio pro fide Christi decollatur. Hic statuit ut omni anno in cœna Domini crisma consecretur ; et exactam curam habuit ut gesta martyrum in integrum colligerentur.* De Persis, die præcedenti.

HAGENOYEN. De Fabiano, paulo aliter primo loco annuntiat : *Qui fuit* XIX *post beatum Petrum, et per indicium columbæ, super eum divinitus descendentis, in Papam est electus sub Gordiano imperatore, et Ecclesiæ præfuit* XIII *annis. Iste Fabianus restituit* (restitit) *Philippo imperatori volenti interesse Paschæ sollempniis, donec peccata sua confiteretur et pœnitentiam ageret.* Vide Bollandum. *Hic septem subdiaconos constituit, qui gesta martyrum colligeret* (colligerent). *Tandem sub persecutione Decii, capitis amputatione martyrium complevit.* De Sebastiano, sic habet : *Apud Cathecumbas, beati Sebastiani militis et martyris, qui multos in fide et passione confortavit, et multos ad fidem convertit. Hic cum haberet...* non satis pure. *Sed postea præsentans se imperatoribus, conveniens illos de injusta persecutione Sanctorum, et ideo jussus ad mortem fustigari et corpus ejus in cloacam projici.* De Persis, die præcedenti.

VICTORIN. Ex Rabano post *sepultus*, de Fabiano habet sequentia : *Hic regiones divisit diaconibus et fecit septem diacones, qui septem notariis imminerent et gesta martyrum in integrum colligerent.* Deinde hæc assuit : *Hujus temporibus supervenit Novatianus* (vult dicere *Novatus*) *ex Africa, et separavit de ecclesia Novatianum, postquam Moyses confessor in carcere defunctus est, qui fuit mensibus* XI.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Fabiani et Sebastiani, martyrum, Marii et Marthæ cum filiis nobilibus. Marcelliani et Marci, ac Tranquillini patris eorum, martyrum.* Spectant hi ad XVIII Junii, hic autem Sebastiano forte juncti sunt, quod eorum gesta in illius Actis comprehendantur.

Marcelliani, Marci, etc.

REMENS. ecclesiæ SS. Timothei et Apollinaris : *Lugduno Galliæ, sancti Clementis presbyteri.* De eo meminerunt apographa Hieronymiana ; uti etiam Acta nostra perpaucis.

Clementis.

EDITIO LUBECO-COL. De Fabiano solum inserit ut supra : *Qui* XIX *post beatum Petrum. Eodem die Romæ ad Catacumbas, natale sancti Sebastiani martyris. Qui cum haberet*, ut supra, etc. De Persis etiam die præcedenti.

BELIN. Utraque editio in textu non omnino pura est : omittit Persas, de quibus egit die præcedenti ; et in utraque subjicitur : *Civitate Taurina, sanctorum martyrum Solutoris, Adventoris et Octavii.* Sunt hi ex celebri legione Thebæa et in Prætermissis remittuntur ad XX Novembris, quo die eorum meminit Martyrologium Romanum.

Solutoris, Adventoris et Octavii.

GREVEN. Præter morem, hoc unicum habet additamentum : *Eodem die, beati Polichronii martyris.* Duo in Prætermissis Polychronii memorantur, uter eorum sit, hactenus nescimus.

Polychronii.

MOLAN. In prima editione : *Civitate Taurina, sanctorum martyrum Solutoris, Adventoris et Octavii*; ex Belino. *Lugduno Galliæ, sancti Clementis presbyteri*; de quo supra. In posterioribus adjungitur : *Die vigesima, sancti et theophori patris Euthymii magni.* De ipso in Actis fuse, et forte alia in Supplemento addi poterunt. Tum typis minoribus : *Eodem die sancti Mauri episcopi Cesennæ civitatis et confessoris, eximiæ sanctitatis viri. Obiit Dagobertus rex Francorum. Constitutum est autem a Domino Joanne abbate, et universo capitulo Marcianensi, ut dies anniversarius ejus solemniter celebretur, pro eo quod idem gloriosus rex et Mathildis regina ejus, cum beatam virginem Eusebiam de fonte salutari suscepissent, Villam Verniacum, et vinum, quod ad usus nostros de Francia adduceretur, regali munificentia contulerunt.* Vide Prætermissos.

Euthimi

Mauri

Dagoberti

XII *Kal.* *Die* 21.

Publii. Natalis beati Publii episcopi, qui secundus post Dionysium Areopagitam Atheniensium ecclesiam nobiliter rexit, et præclarus virtutibus, ac doctrina præfulgens, ob Christi martyrium gloriose coronatur. Romæ, passio sanctæ *Agnetis.* Agnetis virginis, quæ sub præfecto Urbis Symphronio ignibus injecta, sed his per orationem ejus extinctis, gladio percussa est. In Hispaniis civitate Tarracona, *Fructuosi et soc.* sanctorum martyrum Fructuosi episcopi, Augurii et Eulogii diaconorum, qui tempore Galieni, primo in carcere trusi, deinde flammis injecti, exustis vinculis, manibus in *Patrocli* modum crucis expansis, orantes ut urerentur obtinuerunt. Trecas, sancti Patrocli martyris.

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven. Molan.* et *Agonibus Martyrum.*

VARIA LECTIO. Pulsan. scribit *sancti Publii* et ita passim recentiores codices cum Antv. Max-Lubecana, etc. Idem legit *Ariopagitam* uti et Herin. et Tornac. quod vix observatu dignum in præfatione monuimus. Greven. et Molan. transposuerunt *nobiliter rexit*, legentes *rexit nobiliter.* Plus aliquid ausus Pulsan. elegantius legere credidit: *Atheniensium nobiliter rexit ecclesiam.* Muneratus secundæ editionis, nescio quomodo, *et præclarus virtutibus*, vertit *et prædicans virtutibus;* et sic in Agonibus martyrum. Rursus Pulsan. pro *gloriose coronatur*, posuit *gloriose occubuit.* Greven. et Molan. titulo *virginis* apponunt *et martyris.* Munerat. contra, sensum hiulcum facit, omittendo *quæ sub præfecto. Symphronio* legunt codices probati omnes post Adonem; Pulsan. cum aliis, forte Bedam imitatis *Simpronio* vel *Sempronio.* Item *Tarracona* illi, hi cum Munerato et Agonibus MM. *Terracona;* utri rectius, non disputo. *Tugurii* pro *Augurii* in Pulsan, scriptoris vitium reputo, uti *Galeni* pro *Galieni* in Agonibus MM. Melius scriberetur *Gallieni*, sed codices sequimur. Lego, *in carcere trusi*, quod ita Usuardum scripsisse sentiam; melius dixerat Ado *in carcerem.* Ceterum recedunt Pulsan. Greven. et Molan. qui id corrigendum putarunt. Agones MM. pro *expansis* habent *expassis.* Greven. omisit vocem *orantes*, ante, *ut urerentur;* forte quod sensum obscuriorem esse adverterit; sed maxime improbanda Pulsan. Codicis licentia, ita corrigentis : *In carcerem sunt retrusi; deinde flammis injecti ut urerentur. Sed exustis vinculis, manibusque in modum crucis expansis, orando obtinuerunt martyrii palmam. Trecas* scribunt omnes, medii ævi stylum secuti, liberior Grevenus habet, *Trecis*, cum Agonibus martyrum. Præferenda est qualiscumque Usuardi lectio.

Publii OBSERVATIO. Codices nostri Usuardini optimæ notæ concorditer primo loco *Publium* annuntiant; plures alii cum Belino *Agnetem* præposuere. Et ita habent apographa Hieronymiana, Romanum parvum, Rabanus et Ado. Cur id mutandum censuerint Usuardus et Notkerus, non facile divinaveris. Neque enim ætatis ordo prætexi potest, nam ea ratione in ultimum locum rejicienda fuisset celeberrima *Agnes*, tametsi cum Bollando statuas sub Valeriano et Gallieno, non sub Diocletiano, ut probabilior fert sententia, martyrii coronam adeptam. Hic itaque ceteris omnibus anteponitur *Publius*, quem ex iis unum censemus, cujus prima in Fastis sacris memoria auctori Romani parvi accepta debetur : nam qui in Hieronymianis apographis *Puplius*, *Publiis*, vel *Publius* inter alios martyres connumeratur, nullam cum hoc nostro connexionem habet, et falli plane opinor Castellanum, qui ex illis nomen desumptum existimat. En modo Romani parvi verba : *Athenis, S. Publii episcopi, qui Militenus a Paulo episcopus ordinatus.* Aliter Ado : *Item apud Athenas, B. Publii episcopi, ob Christi martyrium coronati.* Et quidem sic excluduntur difficultates chronologicæ, quibus se implicat in festivitatibus Apostolorum, dum Publium Militenum, Dionysii Areopagitæ immediatum successorem constituit, quod a Bollando citati, viderunt Baronius et Halloixius et recentius tomo 2 variis locis impugnat Tillemontius. An Noster Adonem contrahens observatam difficultatem evitare voluerit, non est promptum asserere, certe ita annuntiationem formavit, ut verum vel saltem vero proximum attigerit.

Agnetis. Verissime ab Hieronymo pronuntiatum est ep. 8 ad Demetriadem (quæ in nova editione 97) sub finem, *omnium gentium litteris atque linguis laudatum* esse *Agnes vitam*, ut egregie probant Ambrosii, Augustini, Gregorii et tot aliorum encomia. *Præcipue in ecclesiis*, inquit idem Hieronymus; imo in antiquissimis quibusque Kalendariis, Martyrologiis, Sacramentariis. Bucherianum imprimis diserte legit : *Agnetis in Nomentana.* Carthaginense : *Sanctæ martyris Agnes.* Frontonis, quasi ad geminati festi distinctionem : *Natale sanctæ Agne de passione*, ubi melius legeretur *Agnes* a recto *Agne.* Hieronymiana, primo loco habent : *Romæ, passio Agnetis virginis.* Brevius, Romanum parvum : *sanctæ Agnetis virginis.* Bedæ elogium totidem fere verbis a Rabano et Adone in Martyrologio transumptum est; Noster, qui ex postremo cetera, et hoc verosimiliter mutuatus est. Ast in eodem Adone inter festivitates Apostolorum diffusior texitur historia, quam dicere possis Actorum illorum compendium, quæ sub Ambrosii nomine circumferri solent, ex quo pluscula a Notkero decerpta sunt. An vere Ambrosiana Acta crediderit Bollandus, est cur dubitem; utcumque tamen fuerit, ab eruditis hodie sancto illi Doctori passim abjudicantur. Nec sane magna ea jactura reputanda est, cum ab ipso Ambrosio lib. I de Virg. cap. 2, a Prudentio, Maximo Taurinensi et tot aliis Patribus cumulatis-

sime

sime compensetur. Vide Ruinartium inter selecta a pag. 503, ubi Prudentii hymnum 14 et citatum Ambrosii locum illustrat. Tillemontius tomo 5 a pag. 344, et Castellanus in hodiernis notis, nonnulla observant, quæ in Supplemento examinari poterunt. De sola Agnete cecinit Wandelbertus :

Bis sexta est, Agnes quam virgo et martyr honorat.

Martyres Tarraconenses commemorant Hieronymiana, ad quos paucula notavit Florentinius, *Fructuos et soc.* alibi fortasse discutienda. Fallitur iterum Castellanus, dum in omnibus Martyrologiis prosaicis eorum nomina reperiri affirmat, quandoquidem nec Beda, nec Romanum parvum, de iis meminerint. Signat ipsos Florus cum proprio sibi elogio. Ado elegantius ex Actis composuit quod Noster in pauciora redegit. Rabanus solum Fructuosum seligit, eique perperam attribuit *regulas monachorum*, multis post seculis a Fructuoso Braccarensi episcopo adornatas ; Notkerus Adonem sequi maluit. Acta a Bollando illustrata authentica esse, fatetur Ruinartius, quem vide a pag. 219, et Tillemontium tomo 4 a pag. 198. Ex laudatis Hieronymianis etiam sumptus est *Patroclus* Trecensis *Patrocli* : *Trecas, passio sancti Patrocli martyris*, qui male ab Acherio inter adjectitios computatus est. Ex isto fonte eum acceperunt Rabanus et Ado, cum ea diversitate, quod ille locum notare neglexerit ; hic vero distinctius : *Apud Trecas*. Cur Noster minus eleganter scripserit, cur Notkerus omiserit, non est operæ pretium inquirere. Satis patet Usuardum sua omnia ex Adone desumpsisse. Quod autem hic et alibi a Baronio vel Bollando Bedam citari advertas, de pridem vulgato intellige, quod supra monuimus, quodque in cautelam passim indicare Bollandus consuevit. De Patrocli Actis et translatione, diligenter agit Bollandus, quibus adde quæ recentius observavit Tillemontius tomo 4 a pag. 203.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Incipit ab Agnete, in qua satis purus est : Tum : *Apud Athenas, natale sancti Publii episcopi et martyris*. Tarraconenses carent *De Patroclo.* elogio. Demum : *Trecas, passio sancti Patrochi martyris, tempore Aureliani imperatoris. Qui post diversos, quos pro Christo sustinuit, agones, capitis obtruncatione martyrium consummavit, et sepultus non longe est.*

ROSWEYD. De Agnete, bene. De Publio, ut Ado in Martyrologio : *Item apud Athenas, beati Publii episcopi, pro Christo martyrio coronati*. In Tarraconensibus elogium constringit : *In Hispania civitate Taragona, natale sanctorum Fructuosi episcopi, Augurii et Eulogii diaconorum, qui tempore Galieni, sub Emiliano præside martirio coronati sunt*. In ultima purus est.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Toto textu satis puri sunt, sed in elogio Tarraconensium ex Adone supplent, quod Usuardus prætermiserat : *Et mox quidam ex fratribus et filia præsidis, quæ adstabat, viderunt Sanctorum animas cœlum conscendere coronatas*. Eadem habent codices mediæ notæ ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. non minus sinceri, si Agnetem Publio non præponerent.

LOVANIEN. Etiam præfigit Agnetem ; sed præterea mutilus est, carens toto Publii elogio.

CENTULEN. *Apud Athenas, sancti Publii episcopi et martyris, quem docuit et ordinavit sanctus Paulus Apostolus. Romæ, passio sanctæ Agnetis virginis, sub judice Simphonio*. In Tarraconensibus, post *dyaconorum*, addit, *et martyrum*, carens elogio. In ultima purus est, sed adjicit : *tempore Aureliani imperatoris*.

BRUXELLEN. De Agnete, subdit : *Cujus cotidie in Canone Missæ memoramus*. De Publio, Adonis elogium inter festivitates Apostolorum cum Usuardino sic fere commiscet : *Apud Athenas*, *De Publio.* *beati Publii episcopi et martyris. Qui pridem princeps insulæ quæ dicitur Militena, cum beatum Paulum navigantem Romam, per triduum hospitio susceptum humane tractasset, et Paulus patrem ipsius febribus et dissenteria laborantem per impositionem manus sanasset, cœpit sancto Paulo adhærere. Qui ipsum postea episcopum ordinans, ad prædicandum direxit. Hic fuit secundus post Dyonisium, etc.*, In Tarraconensibus non omnino purus est, et ex Adone adjicit idem quod supra. In fine : *Eodem die Trecas, tempore Aureliani imperatoris, passio sancti Patrocli martyris gloriosi, qui Susati requiescit*. Vide Bollandum.

HAGENOYEN. In Publio satis purus, secundo loco habet de Tarraconensibus ut ANTVERP. etc., superius. De Agnete sic habet : *Romæ, passio sanctæ Agnetis virginis et martyris. Quæ in juventute sua sponsum elegit sibi Deum, et ideo filium præsidis Symphronii recusans ; et ob hoc turpiter est denudata et crinibus suis tecta a Deo, et ab angelo in lupanari custodita. Hæc postquam filium præsidis, qui illam contaminare volait, a morte suscitavit, in ignem projicitur et occiditur, sed non læditur igne ; tandem gladio percutitur et subiit mortem. Eodem die, Trecas*, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Sic legit : *Agnetis virginis et martyris solemnitas*. Et in margine : *Ex speciali licentia Capituli, propter præsentiam corporis ipsius, quod est in ecclesia sancti Martini Trajectensi, valde solenniter in loculo argenteo deaurato locatum*. MOLAN. in posterioribus editionibus, ipsi Usuardi textui, litteris cursivis, de eadem sancta hæc interserit ; *Cujus reliquiæ habentur in Trajecto inferiori*. Videantur Bollandus et Castellanus.

BELINI 1 editio mutila est, altera ferme integra ; sed utraque ab Usuardo discrepat, quod primus locus Agneti tribuatur.

EDITIO LUBECO-COL. Ab Agnete etiam incipiens, Usuardino elogio, post *Virginis*, hæc verba interponit : *Quæ decimo tertio ætatis suæ anno, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, sub præfecto urbis*, etc. In Publio, purus est. In MM. Tarraconensibus Adonem potius quam Usuardum describit. De Patroclo sic habet : *Eodem die Trecas, sancti Patrocli martyris, qui tempore Aureliani imperatoris decollatus est.*

GREVEN. *Iste Patroclus civis erat Tricassinæ* *De Patroclo* *urbis, sed Christi amore, contemptis divitiis, ad palmam martyrii post compedes, ignitas catenas, et fustes superatos, capitis abscissione pervenit. Vitalis,* *Vitalis.* *martyris Agaunensis. Meynradi eremitæ et marty-* *Meynradi* *ris. Translatio S. Vincentii Levitæ. Arvernis, Aviti* *Aviti.* *episcopi. Hermis episcopi. Item, sancti Celestini.* *Hermis. Celestini*

MOLAN. edit. prima minuto charactere : *Ancyra Galatiæ, S. Busyris egregii martyris* Tripar- *Busyris.*

titæ

titæ lib. 6 cap. 13. *Meinradi eremitæ et martyris Augiensis.* Editiones alteræ sic habent : *In insula Augiensis monasterii, Meinradi eremitæ et martyris anno* DCCCLX. *Die* XXI, *sancti patris Maximi confessoris, et sancti Neophyti. Eodem die, sanctorum martyrum, Eugenii, Canidii, Valeriani et Acylæ.* De Maximo vide Prætermissos : utrum Neophytus ille Anastasius sit, me latet. Vide Acta pridie, et hodie Prætermissos.

Maximi et Neophyti. *Eugenii et soc.*

XI *Kal.* *Die* 22.

Timothei. Natalis sancti Timothei, discipuli beati Pauli. Hic ab eodem Apostolo episcopus Epheso ordinatus, post multos pro Christo agones, martyrio coronatus est. Eodem die apud civitatem Valentiam, sub Daciano Hispaniarum præside, *Vincentii.* sancti Vincentii levitæ et martyris. Cujus passionis nobilem triumphum conspicuus versificator Prudentius luculenter versibus exequitur ; sanctus quoque Augustinus ejusdem martyris præconium, quanto sit laudis honore excipiendum, *Anastasii.* quodam sermone commendat. Romæ ad aquas Salvias, sancti Anastasii monachi et martyris. Qui post plurima tormenta carceris, verberum et vinculorum, quæ in Cæsarea Palestinæ perpessus fuerat a Persis, postremo multa pœna affectus atque *Vincentii et soc.* ad ultimum decollatus est cum aliis septuaginta. Ipso die civitate Ebreduno, sanctorum martyrum Vincentii, Orontii et Victoris.

Textus desumitur ex *Herinien. Tornacen. Munerat. Greven. Molan.* et *Agonibus martyrum.*

VARIA LECTIO. Vix notatu dignæ sunt leviculæ discrepantiæ. Greven. et Molan. pro *beati Pauli*, scribunt *sancti*. Idem Molan. et alii, *episcopus ordinatus*, item *Ephesi*, ceteri melius cum textu, *episcopus Epheso ordinatus*. In Tornacen. ubi de Vincentio annuntiatur, *eodem die apud civitatem*, etc., omissa est vox *die*, amanuensis vitio, quo etiam in Munerato scriptum *Gispaniarum*. Herinien. posuit, *post multos agones pro Christo*; certa apparet et aliquantulo elegantior Usuardi transpositio. Rursus idem codex legit, *cujus passionem nobilis triumphi*. Melior est textus lectio, eaque in tota Vincentii annuntiatione vere et germane Usuardina, non ea quam ipsi tribuit Bollandus, a codice Pratensi deceptus, ex quo citat sequentia : *Apud Valentiam civitatem Hispaniæ, sancti Vincentii levitæ et martyris, cujus certaminis triumphum, temporibus Diocletiani et Maximiani, post nimiam cædem ac gravia tormenta textus ipsius passionis sub Datiano præside completum esse declarat.* Ast genuina hæc Usuardi esse, codicibus omnibus aliis, excepto Aquicinctino, repugnantibus, haud umquam ut crederem induci potui. Quam vero id recte pridem sensissem, docuit subinde Castellanus, numquam satis laudandus mihi adjutor in consulendo præfato Pratensi codice. Scripsit enim, totum textus nostri elogium, ut primum ibi exaratum erat, ab imperito fortasse quopiam erasum fuisse, et superscripta quæ modo citavimus, unde patet eum quoque codicem reliquis nostris olim conformem fuisse, atque adeo ipsissimam Usuardi lectionem a nobis in textu exhibitam. In Agonibus martyrum habetur, *ad aquas Salinas*, in Molan. *apud aquas Salvias*. Demum Molan. idem et Greven. ponunt . *In Galliis civitate Ebreduno.* Nemo non videt, textus nostri lectionem ex aliis esse præferendam. In Greven. aliquid redundat.

Timothei. OBSERVATIO. Quam authentica sunt *Timothei* gesta, utpote quorum præcipue testem habemus ipsum Doctorem Gentium, tam est dubius dies quo martyrii lauream promeritus sit. Baronius ad XXIV Januarii sic notam suam orditur : *Agunt de eodem* (Timotheo) *hac die* (nempe XXIV Januarii) *ceteri Latinorum ; Græci autem* XXII *hujus*. De Græcis vera prædicat, de Latinis non item : nam Hieronymiana, et, si interea numerari possit, ipsum S. Cyriaci MS. quo Baronius usus est, ac præterea Florus eum signant XXVII Septembris ; Wandelbertus XVI Maii ; Usuardus autem ejusque præcipui codices et quidem Belinus et recentiores alii, eum expressissime annuntiant hoc die XXII Januarii. Itaque *ceteri* illi reducuntur ad Bedam, Romanum parvum, Adonem, Rabanum et Notkerum. Porro Bedæ, Romani parvi et Rabani phrasis brevissima est, paulo longior Notkeri ex Adone inter festivitates Apostolorum, unde etiam nostra desumuntur, omissa dumtaxat translatione reliquiarum, de qua Usuardus IX Maii, Adoniana aliqua hodierna in eum locum transferens. Qua autem causa motus sit ad deserenda solitorum ductorum vestigia, nusquam reperio, nisi præter morem Græcos hic imitari voluerit. Acta a Polycrate scripta, aliaque a Metaphraste diffusius deducta, optime illustravit Bollandus. Vide etiam Castellani notam a pag. 393, et accuratam vitæ synopsim apud Tillemontium tomo 2 a pag. 142. — *Quousque vel Romanum imperium, vel Christianum nomen extenditur,* *Vincent.* Augustini verba sunt, *omnis regio, omnis provincia, natalem gaudet celebrare Vincentii.* Hinc in vetustis Ecclesiæ monumentis notissima ejus memoria. Non solus in Hieronymianis colitur, sed episcopo *Valerio* et octodecim, imo et pluribus sociis conjunctus, de qua turma diligenter agit Bollandus et post illum Florentinius in notis ; tu plerorumque sodalium nomina ex insigni Prudentii hymno accipe, ac quo die singuli collocandi sint, ex citatis scriptoribus disce. Romanum parvum indetermina-

tum

tum relinquit martyrii locum : *Sancti Vincentii diaconi et martyris in Spaniis*; nec clarius scripserat Beda. Elogium ex probatissimis Actis, tametsi non præsidialibus, concinnavit Ado; Noster vero, pro singulari in S. Vincentium pietate, encomium adornavit quod ab aliis rejectum, ab aliis non sincere redditum est. Aliam historiam texit Florus, aliam Rabanus, sed Notkerus Adonem descripsit. Habes in Actis nostris quæ de translationibus et miraculis operose collecta sunt. Vide præterea Ruinartium a pag. 387; notam Castellani pag. 375, et vitam gallice deductam a Tillemontio tomo 5 a pag. 215.

Anastasii monachi ad aquas Silvias pro *Salvias* meminit Romanum parvum. Beda paulo fusius ; at- *Anastasii.* que ampliori non nihil elogio Viennensis. Primum secutus est Rabanus; Notkerus, alterum, quem et Usuardus, expuncta translatione, sic expolivit ut in textu retulimus. Acta ejus tam præclare a Bollando illustrata sunt, ut nihil desiderari posse videatur. Vincentium et Anastasium ita conjunxit Wandelbertus :

Undecimam levita sacer Vincentius ornat,
Huic et Anastasium virtus conjungit opimum.

Ultima annuntiatio pure Usuardina est, non Adoniana, ut recte, mea quidem sententia, sancivit Rosweydus. Nequeo conjicere unde *Vincentium* illum et socios acceperit Usuardus, at nisi vehe- *Vincentii* menter fallor, idem hic *Vincentius Caucoliberitanus*, qui ab Hieronymianis, Adone et aliis, imo et ab *et soc.* Usuardo ipso, recolitur XIX Aprilis, ut bene ibi observavit Papebrochius pag. 622, quem secutus est Castellanus in notis pag. 37, nec non Tillemontius tomo 5 pag. 62. Quod autem hodiernus Vincentius comites habeat, alter solus sit, facile alibi componi poterit. Interim puram et simplicem Usuardi lectionem sartam tectam servare voluimus.

AUCTARIA.

PRATEN. De mutatione in eo codice facta, abunde in Variantibus dictum est.

ANTVERP-MAJ. Timotheum rejicit ad XXIV Januarii. Incipit itaque : *In Hispaniis civitate Valentia, passio sancti Vincentii levitæ et martyris.* In Anastasio ferme ; in Vincentio, Orontio, etc., omnino purus est.

ROSWEYD. Timotheum etiam distulit. *In Hispaniis sancti Vincentii diaconi et martyris, qui sub impiissimo Daciano præside, multa passus tormenta, martyrio meruit coronari. Ipsa die in Galliis civitate Ebreduno, sanctorum martyrum Vincentii,* etc. In Anastasio, quem ultimo loco refert, plane Adonianus est.

PULSANEN. In Timotheo et Vincentio purus, ita diem claudit : *Romæ ad aquas Salvias, sancti Anastasii monachi et martyris*; reliquis, omnibus, nescio cujus vitio, præteritis.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Rejecto etiam in XXIV Timotheo, sic incipiunt : *In Hispaniis civitate Valentia, sub Daciano impiissimo præside, sancti Vincentii levitæ*, etc., pure toto reliquo textu.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. DANIC. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Superioribus similes sunt in transferendo Timotheo ad XXIV, et ferme etiam in ceteris.

LOVANIEN. In hoc præterea deficit quod Anastasii elogium mutilaverit.

CENTULEN. *In Hispaniis civitate Valentia, passio beati Vincentii archidiaconi et martyris, sub præside Daciano. Romæ ad aquas Salvias, sancti Anastasii monachi et martyris. Eodem die in Galliis civitate Ebreduno, sanctorum Vincentii, Orontii et Victoris martyrum.* De Timotheo XXIV.

BRUXELLEN. *In Hispaniis civitate Cæsaraugusta seu Valentia, sub Daciano*, etc., satis pure. Tum de tribus Ebredunensibus ut supra. In Anastasio Adonianus est. In fine autem recentiori manu superadditur : *Item, sancti Joannis Eleemosynarii, qui fuit patriarcha Alexandrinus.* Vide Auctaria diei sequentis.

Joannis Eleemosynarii.

HAGENOYEN. *Apud Valentiam civitatem, passio sancti Vincentii levitæ et martyris sub Dyocletiano imperatore, agente Daciano Hyspaniarum præside, fustibus cæsi, eculeo suspensi, ardenti lamina pectori ejus impressi, vulnera ejus sale aspersi, tenebroso carceri impositi, et super testas acutas volutati; et cum hæc omnia vicisset, in lecto molli moritur. Cujus passionis nobilem*, etc. In Anastasio et Ebredunensibus satis purus est. In fine : *Item, translatio corporis sancti Urbani episcopi et confessoris.* Hæc, procul dubio de Lingonensi intelligi voluit, de quo vide Acta die sequenti.

De Vincentio auctius.

Urbani translatio-nis.

AQUICINCT. De Vincentio idem habet elogium quod supra ex Pratensi retulimus. In reliquis purus est.

VICTORIN. et REG. SUEC. sub num. 130. *Et natale sancti Dominici abbatis.* *Dominici abbatis*

CAMBERIEN. Conventualium S. Mariæ. *Item sancti Ulfi martyris.* Refertur a Bollando in Prætermissis, defectu sufficientium documentorum de cultu, etc. *Ulfi.*

BIGOTIAN. signatus D 9. De sancti Urbani translatione habet ut supra. Sed BIZUNTICEN. paulo clarius : *Apud Divionem, translatio corporis sancti Urbani, episcopi et confessoris.* *Urbani*

VATICAN. signatus num. 5949. De Timotheo, nihil. Adjicit : *Transitus Domini Dominici sacerdotis et monachi.* *Dominici*

ALTEMPS. *Civitate Sardicia, sancti Potiti martyris, sub Antonino imperatore.* Est hic, opinor, de quo ex aliis inter Auctaria egimus XIII Januarii. *Potiti.*

FLORENTIN. *Item, depositio sancti Gaudentii, episcopi urbis Novariensis, confessoris, magnæ sanctitatis viri.* *Gaudentii*

EDITIO LUBECO-COL. Transfertur Timotheus. De Vincentio tormenta aliqua ex Adone enumerantur. In Anastasio etiam Adonianus est. Tum : *In Blanduno, sancti Berdulphi confessoris.* Vide infra. In fine, de Ebredunensibus satis pure. *Bertulphi.*

BELIN. In textu non omnino purus est : annuntiationes sic transponit, ut Vincentius primum locum occupet, Timotheus tertium. In fine autem subdit : *Eodem die apud Novariam, depositio sancti Gaudentii, episcopi et confessoris.*

GREVEN. *Eodem die, Epiphanii episcopi Ticinensis, id est Papiensis et confessoris. Anastasii abbatis, qui ut refert Gregorius,* I *Dialog., Romanæ* *Epiphanii. Anastasii.*

primum Ecclesiæ notarius fuit, sed soli Deo vacare desiderans, monasterium juxta Neptanam urbem situm ingressus, per multos annos in sanctis actibus vitam duxit, eique monasterio, sollerti post custodia, præfuit. In Blanduno, sancti Berdulphi confessoris. Bollandus rectius *Bertulphum* vocat, *in Blandinio* ; sed Acta remittit ad v Februarii.

Bertulphi

Molan. Aliis litteris de Vincentio totum Adonis elogium inserit, quod hic describere supervacaneum judico, cum in ipso fonte purius legi possit. In fine minoribus typis de Anastasio, ex Greveno transtulit quæ proxime dedimus. Deinde : *Eodem die, Epiphanii episcopi Ticinensis, id est Papiensis et confessoris, qui in Hildesem est translatus.* Denique : *Romæ, sanctæ Blesillæ matronæ, de qua B. Hieronymus ad Marcellam.* Editiones aliæ hic iterum ab Usuardi puritate recedunt, dum ex hoc loco Timotheum transferunt ad ix Kalend. In fine adduntur, quæ supra : *Eodem die apud Novariam, depositio sancti Gaudentii, episcopi et confessoris. Papiæ, sancti Epiphanii, episcopi et confessoris.*

Epiphanii. *Blesillæ* *Gaudentii*

X. *Kal.* *Die* 23.

Parmenæ *Emerentianæ.* *Severiani et Aquilæ* *Asclæ*

Philippis, beati Parmenæ, qui fuit unus de septem diaconibus. Hic traditus gratiæ Dei a fratribus, injunctum officium prædicationis plena fide consummans, martyrii gloriam adeptus est. Romæ, natalis sanctæ Emerentianæ virginis et martyris, quæ dum oraret ad sepulchrum sanctæ Agnetis, ac simul orantes a gentilium læsione defenderet, lapidata est ab eis. In Mauritania civitate Cneocæsarea, sanctorum Severiani et Aquilæ uxoris ejus, ignibus combustorum. Apud urbem Antinoum, sancti Asclæ martyris, qui primo atrocissime suspendio tortus, deinde flammis lateribus admotis exustus, ad ultimum pretiosam Deo animam, in flumen præcipitatus, reddidit.

Sic legunt, *Praten Pulsanen Antverp. Max-Lubec Greven Molan* et *Agones martyrum.* Accedere possunt, *Antverp-Max Ultraject Leyden Albergen. Danic* et *Editio Ultraicct-Belg* ab aliis modice discrepantes.

Varia lectio. In Agonibus martyrum est, *de septem diaconis.* Pulsanen. vocem superfluam textui addidit, legens : *de septem primis diaconibus*, satis enim intelligitur e numero primorum fuisse, etiam ea voce prætermissa. Adde quod sequentia transponat, *traditus a fratribus gratiæ Dei, injunctumque*, etc. Præterea, ubi textus legit, *ac simul orantes a gentilium*, etc., idem codex resecat, *ac simul orantes*, ponitque, *ut a gentilium*, etc. Librarii error est apud Grevenum *Mauricania* pro *Mauritania.* Scripsi *Cneocæsarea*, quod ita cogant præcipui nostri codices. Molanus more suo correxit *Neocæsarea*, ut habet etiam Bollandus, quamvis fateatur passim legi *Gneocæsarea*, ut varii codices nostri, vel *Geneocæsarea*, ut Belinus. etc. Nolo de voce ligitare, modo contra Galesinium concedatur, urbem hanc non *in Macedonia*, sed *in Mauritania* collocandam. Neque opus est operam perdere enumerando variantes lectiones Max-Lubecanæ ; sufficiat semel ac iterum indicasse, primam illam Usuardi editionem scatere erroribus typographicis, a quibus nec immunes sunt aliæ, præsertim Munerati et Belini.

De codice Heriniensi.

Hactenus purum agnovimus codicem Heriniensem, in quo vix ulla reperta additio præterquam propria Remensis iv hujus, et verbulum de sancto Mauro, xv. Hodie vero post integerrimum Usuardi textum ita subdit : *Toleto, beatissimi Hildefonsi, archiepiscopi et confessoris.* Suspicor ecclesiæ vel monasterio, ex quo hic codex prodierit, peculiarem eum cultum fuisse, atque inde in codices alios transivisse. Mirum etiam est prætermissam in Tornacensi totam *Asclæ* annuntiationem. An quod apud antiquos non reperiretur? Certe ejus loco hæc substituta sunt : *Resbaco monasterio, translatio sancti Agili abbatis. Eodem die, sancti Macarii martyris.* Quid Agili translatio ad Tornacenses spectet, omnino non capio, cum de ejus natali nulla proprio die fiat mentio. Ceterum et in aliis codicibus de ea translatione agitur. *Macarii* autem, vel solius, vel cum *Eugenio*, vel cum *Emerentiana* conjuncti, festum in variis Galliæ et Belgii ecclesiis fuisse olim percelebre, probant earum Kalendaria, Rabanus, codices Mss. et Munerati editio. Nec sane memoria antiquior quærenda videtur quam quæ in Hieronymianis diserte exprimitur. Acta ejus dabuntur xx Decembris. Codices mediæ notæ in eo solum ab omnimoda puritate deficiunt, quod cum Romano parvo et Adone Emerentianam Parmenæ anteponant, et de Ascla inserant, *qui sub Arriano præside, primo, etc.* Vide Observationem in fine.

Parmenæ

Observatio. Jam superius x Januarii verbo indicavimus quatuor diaconos de septem primis, nempe *Prochorum, Nicanorem, Timonem* et, qui hodie colitur, *Parmenam*, in sacris Fastis ab auctore Romani parvi primum consignatos. Hic Martyrologii illius verba subjicio : *Philippis, Parmenæ diaconi de septem.* Et hæc ferme eadem referuntur ab Adone in Martyrologio ; at in festivitatibus Apostolorum breve texuit elogium, quod Notkerus integre descripsit, Noster permodice mutavit et contraxit. Pauca de Parmena in Actis nostris, pauca apud Tillemontium tomo 2 pag. 69 et 70. Non ab omnibus Hieronymianis apographis abest *Emerentiana*, sed in nullo legitime positam existimo. Castellanus pag. 385 satis aperte indicat, eam a Romano parvo primum quoque fuisse

Emerentianæ.

notatam,

notatam, quod negari non potest, si illius auctorem Beda antiquiorem censeamus. Etenim Emerentiana apud præfatum Bedam celebratur cum eo encomio, quod ferme verbatim ex ipso sumpsere Rabanus, Ado et Notkerus. Utrum Noster ex fonte, an ex rivo hauserit, tantumdem est; paucula certe ex eorum verbis resecuit. Romanum parvum scripserat : *Romæ, sanctæ Emerentianes virginis*; ea inflexione, qua Agnetem legi nuper ostendimus. Non alio ibi quam *virginis* titulo ornatur, verum Beda distinctissime *virginem Christi et martyrem* prædicat, paucisque complectitur quidquid ferme de hac nostra sancta in Actis beatæ Agnetis memoriæ proditum est. Sola a Wandelberto laudatur hoc versiculo :

Post Emerentianæ decimo laus emicat ampla.

Severiani et Aquilæ.

Apographa Hieronymiana primo loco annuntiant : *In Mauritania, civitate Neocæsarea, passio sancti Severini et Aquilæ uxoris ejus.* An qui hisce plerumque subjunguntur, socii eorum sint, dubium facit Epternacense, de qua re videri potest Florentinius. Non multum a prioribus differt Romanum parvum, nisi quod *Severiani* scribat, ac præterea *Aquilæ* non apponat qualitatem *uxoris*. Ado Rosweydi ad Hieronymianorum sensum omnia restituit, adjuncto mortis genere. Attamen, si quid conjicere liceat, puto Adonem non *Severini* scripsisse, sed *Severiani*. Docent id Usuardus et Notkerus, quos credibile non est in martyris nomine mutare quidquam voluisse, dum cetera omnia ex Adone describerent. Conjecturam confirmat Mosandri editio, in qua etiam diserte legitur *Severiani*. Præter ea quæ hic in textu dicuntur, nihil de hisce martyribus Bollandus, nihil alii, quod sciam, hactenus repererunt. Aliam hic conjecturam subjicio satis, ni fallor, probabilem, nimirum Ægyptiorum aliquot martyrum Acta vidisse Usuardum, quæ antiquioribus imo et æqualibus Martyrologis ignota fuerint. Ex iis autem hodie eruit *Asclam*, illustrem Antinoi martyrem ; Philemonem vero et Apollonium VIII Martii. Sunt qui Asclam XXI passum velint, atque hoc die sepultum fuisse. De cultu apud Græcos, nec hic nec alibi disputo. Acta satis sincera a Bollando edita sunt, quæ si cum elogio nostro conferas, clare patebit hoc ex illis olim extractum fuisse. Tillemontius *Arriano* crudeli primum persecutori, deinde et martyri, plures Ægyptios sub illo passos adnectit tomo 5 a pag. 353, inter quos Asclas pag. 358. Ex dictis de Usuardinæ lectionis origine et sinceritate abunde constare existimo.

Asclæ.

AUCTARIA.

HERINIEN, et TORNACEN. Utriusque auctarium vel auctaria supra dedimus in Variantibus.

ANTVERP-MAJ. Bedam potius vel Adonem quam Usuardum refert. Ita habet primo loco : *Romæ, sanctæ Emerentianæ virginis Christi et martyris, quæ erat collactanea sanctæ Agnetis. Et dum oraret ad sepulchrum ejus, ac simul orantes,* etc. In Severiano et Aquila, satis purus est. In Parmena, magis Adonianus. Deest Asclæ elogium. In fine : *Toleto civitate, natale sancti Hildefonsi episcopi et confessoris, fide et doctrina clarissimi.*

Hildefonsi

ROSWEYD. In Emerentiana, fere convenit cum superiori. Tum : *Et in Mauritania, civitate Neocæsarea, natale sancti Severiani et Aquilæ uxoris ejus, qui ignis supplicio martyrium susceperunt. Philippis, Parmenæ diaconi, qui unus fuit de septem diaconibus.* De Ascla, nihil. Ejus loco : *Item, Macharii martyris.*

Macharii.

MUNERAT. Textui subdit : *Eodem die, sancti Macarii martyris.*

LOVANIEN. Deficit in solo elogio Asclæ, quod expunxit.

CENTULEN. *Natalis sancti Parmenæ, qui fuit unus de septem dyaconibus primis, quique martyrii gloriam adeptus, Philippis quievit. Romæ, sanctæ Emerentianæ virginis. Civitate Antinoum, sancti Asclæ martiris. Toleto civitate, sancti Hildefonsi, episcopi et confessoris, fide et doctrina clarissimi; qui miro devotionis studio laudem et honorem beatæ Dei genitricis et semper virginis excoluit.* Desunt Mauritani.

BRUXELLEN. In Emerentiana fere purus, in Parmena et Mauritanis purior, de Ascla, sic habet : *Apud urbem Anthinoum, sancti Asclepii martyris. Qui sub Arriano judice, atrocissime tortus, deinde flammis adustus, et ad ultimum, etc.* Tum : *Ipso die, sanctæ Sabinæ virginis.* An quæ a Beda memoratur die sequenti? *Et Macharii martyris. In Galliis apud Viennam, depositio sancti Bernardi confessoris et archiepiscopi Viennensis. Et eodem die, translatio sancti Agili, abbatis et confessoris.*

Asclepii

Sabinæ

Bernardi

Agili

HAGENOYEN. In prima satis purus, de Emerentiana scribit : *virginis, quæ erat collectanea beatæ Agnetis virginis et catechumena ; et dum oraret,* etc. In reliquis solito purior est.

AQUICINCT. Post, *lapidata est ab eis*, textui inserit : *Ipso die, sancti Macarii.*

VICTORIN. Deficit in sanctis Severiano et Aquila. Addit antem in fine cum codice REG. SUEC. sub num. 130 : *Toleto civivate, natale sancti Hildefonsi episcopi et confessoris, fide et doctrina clarissimi.*

Hildefonsi.

DAVERONEN. *Monasterio Resbaci, translatio beati Aqili, confessoris et abbatis ejusdem monasterii.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Emerentianæ virginis et martyris. Hildefonsi episcopi et confessoris. Asclæ martyris ac sociorum ejus.* Per quos haud dubie intelligit alios, sub Arriano passos. *Parmenæ diaconi, qui fuit unus de septem primis. Severiani et Aquilæ uxoris ejus, ignibus combustorum.*

DIVIONEN. S. Benigni : *Divione monasterio, translatio sancti Urbani confessoris Lingonicæ civitatis episcopi*, quam ad hunc diem pertinere, heri ex Bollando diximus. Male itaque in alio S. Benigni codice apud Cistercium servato, hæc omnia referuntur VIII Kal. Febr. seu XXV Januarii.

Urbani translatio.

AUGENSIS. *Resbaco monasterio, translatio sancti Agili abbatis. Eodem die, sancti Macarii martyris.*

Agili.

REG. SUEC. Sub num. 428. *Eodem die, sancti Macarii martyris.*

IN VATICAN. Signato num. 5949. Deest commemoratio Asclæ.

ALTEMPS. *Eodem die, in monasterio Respaci, translatio corporis beatissimi confessoris Christi Agili, primi abbatis ejusdem monasterii. Item, sancti Feliciani episcopi et confessoris.* In Actis, XXIV.

Feliciani.

FLORENTIN.

Florentin. *Item translatio sancti Agili, abbatis et confessoris. Apud Toletum, sancti Ildefonsi episcopi et confessoris.*

Editio Lubeco-Col. Incipit : *Colonia Agrippina, in ecclesia sancti Cuniberti archiepiscopi, commemoratio undecim millium virginum et martyrum.* *De Ursulanis.* In Emerentiana Adonem sequitur, et post *lapidata est ab eis,* subjicit : *Et tali martyrio beatum emisit spiritum. Cujus corpus parentes beatæ Agnetis cum sacerdotibus juxta ejusdem sepulcrum, nocte honorifice sepelierunt.* Sequitur de Parmena et reliquis, satis pure.

Belini utraque editio non nihil truncata est in elogio Asclæ : utraque incipit ab Emerentiana. Secunda autem in fine addit : *Eodem die, sancti Macharii martyris.* *Macarii.*

Eugenii *Joannis Eleemosinarii* Greven. *Macharii martyris. Item Eugenii. Ipso die, Joannis patriarchæ Alexandrini, qui ob excellentem in pauperes misericordiam, Eleemosinarius dictus est. Apud Toletum, beati Hildephonsi archiepiscopi et confessoris.*

Molan. *Toleto civitate, Ildephonsi episcopi et confessoris. Apud Alexandriam, natale sancti Joannis patriarchæ, viri Dei in passione et largitate eleemosynarum piissimi. Eodem die, sancti Macharii, abbatis martyris.* Editiones posteriores de Ildefonso, idem habent ; de Eleemosynario, clarius : *Apud Alexandriam, natale sancti Joannis Patriarchæ, viri Dei, in compassione et largitate eleemosynarum piissimi. Viennæ Galliæ, sancti Bernardi episcopi ejusdem civitatis et confessoris, tempore Ludovici Pii. In Burgundia, sancti Maibodi martyris.* In Actis scribitur *Maimbodi. Et alio loco, passio sanctorum Eugenii et Macarii. Die vigesima tertia, sancti hieromartyris Clementis Ancyræ, et sancti martyris Agathangeli.* Vide ipsos in Actis et eorum socios enumeratos. *Bernardi.* *Maimbodi* *Clementis et Agathangeli*

IX *Kal.* *Die* 24.

Babylæ. Apud Antiochiam, natalis sancti Babilæ episcopi, qui persecutione Decii, postquam frequenter passionibus suis ac cruciatibus glorificaverat Dominum, gloriosæ vitæ finem est sortitus in vinculis. *et Trium Puerorum.* Referuntur etiam passi cum eo tres parvuli, id est Urbanus, Prilidanus et Epolonus. Cneocæsarea civitate, *Mardonii et soc.* sanctorum Mardonii, Musonis, Eugenii, Metelli, qui omnes igni traditi sunt, et reliquiæ eorum in Axum fluvium dispersæ.

Conveniunt *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Belini prima editio, Greven. Molan.* Addendi essent *Antverp-Maj.* et *Max-Lubec., altera Belini editio* et codices mediæ notæ omnes, nisi hodie Timotheum primo loco recenserent, ut in Auctariis infra dicemus.

VARIA LECTIO. Belin. male efformavit *Babille* pro *Babilæ*; an forte quod Beda aliquatenus imitari voluerit. Hieronymiana apographa ferme habent *Basillæ;* alii *Babellæ*, etc. Scribendum esset ex Romano parvo et Adone *Babylæ*, ut legunt Molan. et Agones martyrum; sed nos codices nostros manuscriptos secuti sumus. Herinien. habet *martyris et episcopi*. Munerat. Belin. Greven. et Molan. *glorificaverat Deum*, nos cum Mss. *Dominum* et sic Nostrum legisse existimamus, sicut apud Adonem invenerat. In parvulorum nominibus multa hic varietas, major in Actis observari potest. Textui conformes sunt puriores quique codices, licet Tornacen. ponat *Epholonus*, Greven. *Pepolenus*, Molan. *Eupolenus*. Aliter Bollandus forte ex Beda, aliter alii enuntiant; at, ni fallor, scriptionis ratio ex plurium codicum suffragiis elicienda est, quod et in sequenti classe obtinebit. Munerat. *In Cæsarea*, Molan. iterum *Neocæsarea*, Praten. *Cneocæsarea*, si non rectius. saltem ad anteriora conformius, Herinien. et alii *Gneocæsarea*; sed hæc, ut nuper, ad unam nomenclaturam reduximus. Munerati prima editio scribit, *Mulonis*, altera cum textu, sed male *Merilli* pro *Metelli*. Belin. *Musonis*, alii *Misonii*, alii *Musonii*, ut apud Bollandum observare est; nos cum Usuardo legimus. Superflua est in Pulsanensi et Molano particula, *et* Metelli. *Ausum fluvium* dixit Pulsanen. sed Munerat. Belin. et Molan. *Axum flumen ;* optimi codices ex Adone, *Axum fluvium*. Belin. perperam in fine subjunxit, *traduntur fuisse*. Nihil hic opus erat nimium sapere.

Babylæ et trium puerorum OBSERVATIO. Ex fonte non uno derivari videretur textus nostri prima pars, si antiqui omnes pariformiter procederent. In eo certe concordes invenio, quod inclytum *Babylam* Antiochenum episcopum hac die celebrent, non IV Septembris, ut Græci faciunt, contra quos male arguunt Tillemontius, et post ipsum Castellanus, ex ordine homiliarum sancti Joannis Chrysostomi. Interim Hieronymiana sic principio legunt : *In Antiochia, passio sancti Basilli episcopi, cum tribus parvulis.* Bedæ textus habet *Babyllæ*, adduntur que puerorum nomina, *Urbani, Prilidiani, et Epolonii;* ad quæ paucula adjunxit Rabanus. Romani parvi auctor alium fontem, Rufinum opinor, habuit, ex quo sic tantum signavit : *Antiochiæ, sancti Babylæ episcopi.* Atque hunc secutus est Ado, alia ex Eusebio desumens, sed quæ ad solum Babylam etiam pertineant. Horum partem primam verbatim descripsit Noster, clausulam adjiciens de tribus parvulis, a Notkero prætcritis, quos non aliunde quam ex Beda accipere potuit. Fateor et a Floro prædicta parvulorum nomina exprimi; ast ex eo fonte nihil hausisse Usuardum probat tanta elogii ejus ab Adoniano diversitas, ut in tyranni nomine, in mortis genere et in ceteris omnibus longissime discrepent ; utpote cum Ado sua ex Eusebio, alter ex Actis desumpserit. Atque hæc illa est diversorum monumentorum varietas, quæ insuperabilibus

difficultatibus

difficultatibus *Babylæ* vitam ita impeditam reddunt, ut nemo hactenus eas omnino explanare potuerit. In distinguendis *Babylis*, atque in Antiocheno hoc nostro exornando egregiam operam posuit Bollandus, nec video a recentioribus distinctiora produci. Ex Chrysostomo nonnulla decerpsit Tillemontius tomo 3 a pag. 400, quæ utrum cum Actis satis conciliari possint, alterius loci erit discutere. Cetera ex historia ecclesiastica sic etiam a Bollando illustrata sunt, ut in re nota immorandum non sit. Unicus est Wandelberti versiculus :

Nono martyrium Babylæ virtusque coruscat.

Proxima Hieronymianorum annuntiatio sic habet : *Et in civitate Neocæsarie, Marduni, Maisuni, Eugeni, Metelli.* De his nihil in Romano parvo, nihil in Beda, Floro aut Rabano. In Adone lævigata sunt nomina, additumque breve elogium, a Nostro et Notkero secundum omnes apices descriptum. Si quæras, undenam Ado illa desumere potuerit, respondebo, me nec divinando id conjicere, nisi Acta aliqua viderit, quæ modo interciderunt. Ex eo autem elogio nascitur controversia de passionis loco, quem haud facile profecto determinaveris, nisi prius *Axus* fluvius inveniatur, cui *Cneocæsarea*, vel *Neocæsarea* adjaceat. De martyrii tempore aliisque circumstantiis, æque incerta sunt omnia ; at certus omnino Usuardi textus, cujus originem et simplicitatem repræsentavimus. *Mardoni et soc.*

AUCTARIA.

Jam supra notavimus Bedam, Romanum parvum, Adonem, Rabanum et Notkerum hoc die *Timotheum* collocare, quod in Romano moderno servatum est. Cum autem Martyrologos illos imitati sint, nonnullorum codicum Usuardinorum scriptores, ea sola causa e purorum Usuardorum numero exclusi sunt ANTVERP-MAJ. ANTVERP. et MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. atque item BELINI editio altera. Notandum vero, codices jam citatos, Timothei annuntiationem puram et integram ex XXII, et primo loco referre, ubi secunda illa Belini editio in fine solum adjicit : *Ipso die, beati Thimothei Apostoli.*

ROSWEYD. Incipit : *Apud Ephesum, Timothei disciPuli beati Pauli Apostoli.* In Babyla purus est; sed deficit in ultima clausula de tribus pueris. In ultima etiam recte. *Timothei*

CENTULEN. *Apud Ephesum, sancti Tymothei episcopi et martyris, disciPuli sancti Pauli Apostoli. Antiochiæ, sancti Babillæ episcopi et martyris cum tribus pueris martirizati. In Gneocæsarea civitate, sanctorum Mardonii, Mosonii, Eugenii, Metelli, qui omnes igni traditi sunt.*

BRUXELLEN. Incipit etiam a Timotheo, satis pure. Tum : *In Antiochia, natale sancti Babillæ episcopi et martyris. Qui sub persecutione Decii, in vinculis vitæ suæ finem gloriose sortitus est. Cum quo*, etc. In alia annuntiatione satis purus est. In fine adjicit : *Item, Basilii episcopi.* De hoc Basilio, nihil alibi. An fortasse *Basillum* alicubi legerit, pro *Babyla*, unde Basilium deduxerit

HAGENOYEN. Timotheum refert non omnino pure ; in textu purior est.

Autberti elevationis AQUICINCT. *Cameraco, elevatio sancti Autberti episcopi et confessoris.* Colitur XIII Decembris.

VICTORIN. Agit ex præcedenti de sanctis Severiano et Aquila, et additur : *Ipso die, sancti Feliciani episcopi, qui passus est sub Decio.* In fine : *Trecas, sancti Saviniani martyris.* De quo sub eodem nomine agit hodie Florus, ei *Sabinam* sororem conjungens, de qua sola locutus fuerat Beda. Vide alios codices nostros infra. *Feliciani. Saviniani.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Babylæ episcopi et martyris, cum tribus pueris, qui cum eo passi sunt. Item sanctorum martyrum Mardonii, Ausonii, Eugenii et Metelli, qui igni traditi sunt.*

CAMBERIEN. *Apud Gabalensem urbem, beati Severiani præsulis.* *Severiani*

REG. SUEC. sub num. 130. *Ipso die, sancti Feliciani episcopi. Trecas, sancti Saviniani martyris.*

In VATICAN. signato num. 5949, agitur hoc die de *Timotheo* et *Ascla*.

UGHELLIAN. Similis est codicibus mediæ notæ, superius in principio citatis.

ALTEMPS. *Eodem die, sancti Cadoci confessoris.* Inter Aemeros, vel die carentes, ponitur a Castellano pag. 910 ; si forte de *Sophia* vel *Sophio* Beneventano agitur ; vide Acta tomo 2 pag. 602 et 603. *Cadoci.*

FLORENTIN. *In provincia Francorum, apud civitatem Trecensem, sancti Savini martyris, qui sub Aureliano imperatore passus est...* Puto Sabinianum indicari de quo vide XXIX Januarii. *Savini*

Addit STROZZIAN. *Item sancti Feliciani episcopi et martyris.* *Feliciani*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Timotheo satis pure. Textus quoque puro proximus est. In fine : *Trecas, beati Saviniani martyris; qui post lectum ferreum, post ignem et alia tormenta diversi generis, decollatus est. Per quem etiam gentilium plusquam novem millia Christum confitentia, martyria passi sunt similia.* De sociorum numero vide tomum 2 Januarii pag. 938. Sequitur : *Eodem die, translatio sancti Erici regis et martyris.* *Erici.*

GREVEN. *Timothei, disciPuli beati Pauli, hic secundum Adonem et quosdam alios*, etc. De quibus supra egimus. *In territorio Trecassino, Saviniani, alias Savini martyris; quem jussit Aurelianus imperator ligatum ad vectes ferreos cædi et in capite ejus cassidem igneam immitti ; in ignem deinde positum, sed in nullo læsum, jussit decollari. Hunc tamen Usuardus primum ponit* IV *Kal. sub nomine Sabiani :* quem *sequitur Vincentius lib. 12. cap.* 105. Usuardus citato die *Sabinianum* recolit, adeoque si *Sabianum* scripsit Vincentius, male Usuardum secutus est. De Sabiniano et sorore Sabina, agit Bollandus eo die XXIX Januarii. Sequitur : *Translatio sancti Erici regis Sueciæ et martyris.* Vide in Actis XVIII Maii. *In Hervordia, translatio beatæ Pusinnæ virginis.* Vita ejus datur XXIII Aprilis. *Commemoratio beati Augustini episcopi.* Hujus festi causam ignoravit Bollandus, nec ego divinare queo. Demum : *Leonillæ , viduæ et martyris.* Non videtur hæc alia a matre vel avia tergeminorum, de quibus supra ad XVII Januarii. *De Sabiniano* *Erici translationis.* *Pusinnæ.* *Augustini.* *Leonillæ.*

MOLAN. In prima editione, post *in vinculis*, totum textum Adonianum aliis litteris inserit. Videatur in fonte. Ad calcem adjicit : *Ipso die, beati Timothei Apostoli. Cameraci elevatio corporis sancti Autberti episcopi et confessoris.* Editiones aliæ puræ non sunt, cum de Timotheo agant primo loco.

mo loco. De Babyla eadem inserunt ex Adone. *Artemii.* In fine : *Arvernis, sancti Artemii episcopi et confessoris, miræ sanctitatis. Die vigesima quarta, sanctæ matris Xenæ.* *Xenæ.* In Actis vocatur etiam *Eusebia.* De elevatione *Autberti* Cameracensis, ut in prima editione.

XIII *Kal.* *Die* 25.

Conversionis S. Pauli. Conversio sancti Pauli, quæ evenit secundo Ascensionis Domini anno. Eodem
Ananiæ die, sancti Ananiæ apud Damascum, qui eumdem Apostolum baptizavit.
Præjecti et Civitate Arvernis, sancti Præjecti, et Amarini, viri Dei, qui passi sunt a pro-
Amarini. *Severiani.* ceribus præfatæ urbis. Item civitate Gavalis, sancti Severiani episcopi, mirandæ sanctitatis et doctrinæ viri.

Ita *Praten Herenien Tornacen Pulsanen Antverp Max-Lubec Munerat. Belin. Greven. Molan.* et *Agones Martyrum.* Addi possunt *Antverp-Max. Lovanien Leyden-Belgic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Praten. et pauci alii scribunt *beati* Pauli; secutus sum torrentem aliorum tum Mss. tum editorum. qui concorditer ponunt, *sancti* Pauli. In Belino male legitur, *quæ fuit*, pro, *quæ evenit*, uti in Herinien. *secundo anno Ascensionis*. Pulsanen. et codices mediæ notæ secundam annuntiationem nonnihil transponunt, hoc modo : *Apud Damascum, sancti Ananiæ*, etc. *Aniane* apud Munerat. oscitantis calami error est. Notavit Castellanus in epistola ad me data, codicem Pratensem legere *Prijecti* pro *Prajecti.* Magna in *Arvernis* variatio, pro quo Tornacen. *Alvernis* ; Belini editio altera, Greven. Molan. et alii *Avernis*; Munerat. *Arvenis*; prima Belini editio, *Arvenis*, etc. Scribendum esse *Amarini* probant puriores codices et Acta ipsa: nihilominus Antverp. Greven. Molan. et codices mediæ notæ plerumque habent *Marini.* At Pulsanen. *Amilini*; Belinus autem, *et viri Dei Martini.* Pulsanen. pro *Gavalis*, posuit *Gabalis*, dubitari potest utrum præferendum sit : sequimur nomenclaturam meliorum codicum, qua certe excluditur *Ganalis*. Omnes recte legunt *Severiani*; nescio quid Belinum aut potius ejus editorem moverit, ut in editione altera poneret *Severini* De *ammirandæ* nihil notandum, medii ævi formula est. Ultima Munerati linea plane incorrecta, sic habet : *Et sanctitate doctrinæ viri*, sensus exigit : *Sanctitatis et doctrinæ viri*, ut bene in textu.

Conversionis S. Pauli. OBSERVATIO. Vulgata apographa Hieronymiana, mira consensione hoc die, secundo loco annuntiant : *Romæ, translatio Pauli Apostoli* ; neque alia Pauli festivitas in illis codicibus memoratur, quidquid pro *conversione*, Dungalense Martyrologium et binos alios Lucenses codices alleget Florentinius. Plura hic observari possent, sed ne repetam quæ alibi a Majoribus expensa sunt, videat lector, quæ de Pauli *translatione* atque una de ejus *conversione* ejusque liturgia disputat Papebrochius in Actis tomo 5 Junii a pag. 467. Satis erit Martyrologia recensuisse. De neutra festivitate agunt Beda aut Florus ; Rabanus utramque conjunxit : *Romæ translatio Pauli Apostoli et conversio in Damasco* ; quæ omnia inde a Notkero descripta sunt. Cum autem in Rabano verba illa cum reliquo Bedæ textu connexa sint, mihi quidem mirum non videretur, si quis ea etiam Bedæ tribuenda censeret. Ceterum ut ad Nostrum proprius accedamus, is consuetos ductores secutus est, quorum primus auctor Romani parvi ita legit : *Conversio S. Pauli Apostoli.* Ado breviuscule : *Conversio sancti Pauli.* Quæ ad dictæ conversionis tempus attinent, ab Usuardo superaddita sunt, iisque inter Auctaria. plura adjiciuntur. Tu de ea controversia vide sis notationem Baronii, et Tillemontium tomo I pag. 511. Wandelberti versiculum infra dabimus. Romanum parvum natalem
Ananiæ. *Ananiæ* conversioni Pauli subnexuit : *Apud Damascum, S. Ananiæ, qui ipsum Paulum baptizavit* ; verosimiliter quod certum obitus vel martyrii diem ignoraret. Castellanum fefellit memoria, dum id ab Adone primum factitatum notavit pag. 402; idque ingenue fassus est in ultimis litteris ad me datis XXXI Januarii MDCCXI. Interim Romani parvi verba tantulum transmutata in præfato Adone reperiuntur, fere ut in textu exhibita sunt, a Notkero etiam desumpta.

Præjecti. Hodiernus Bedæ textus est hujusmodi : *S. Gregorii Theologi, et natale S. Projecti.* Eadem apud Rabanum et Notkerum leguntur ; at Gregorium ad IX Maii pertinere notissimum est. De *Projecto*, quem alii melius *Præjectum* nuncupant, adjecit Florus : *Qui more prophetico electus ab utero, purpurantem stolam servavit in triumpho.* Quæ ab elogio nostro vides esse quam diversissima. Ado solum posuit ultimo loco : *Item, natale sancti Præjecti Arvernensis episcopi.* Uberiorem fontem, nempe Acta
Amarini. ipsa consuluit Usuardus, ex quibus mortis auctores, et *Amarinum* martyrii socium desumpsit, quod perperam Adoni quoque adscribit Mabilio, dum præfata Acta ex Bollando recitat et novis observationibus illustrat sec. 2 Benedictino a pag, 640. Wandelbertus Præjectum nostrum cum Pauli conversione ita copulat :

Octava ex seclo conversum gloria Paulum,
Præjectumque suum celebrans Arvernus adornat.

Tertio loco in Adone signatur *Severianus* episcopus Gabalitanus, ex quo a Nostro et Notkero iisdem prope verbis acceptus est. Mirari hic liceat, cur ab hodierno Romano Sanctus ille expunctus fuerit, quod ante me miratus est Rosweydus, in laudata non semel epistola ita observans : *Quæri potest, cur hæc* (nempe quæ de Severiano in textu Usuardino ponuntur) *Baronius omiserit exprimere in suo Martyrologio ? An omisit quia existimavit de Severiano episcopi Gavalensi agi, cujus Hieronymus*

meminit

meminit libro de Script. Eccl. cap. 21, quem ex historiæ tripartitæ lib. 1 cap. 10 constat fuisse inimicum sancti Chrysostomi? Atqui est etiam Gavalis in Gallia, ubi XXV *Januarii colitur sanctus Severianus, primus Gavalensis seu Mimatensis episcopus. Quare considerandum fortasse erit, num hic paragraphus novo Martyrologio Romano restituendus sit, cum sit in veteri Romano impresso* (nempe Belini) *Beda* (vulgato) *Usuardo et Adone.* Hactenus Rosweydus. Non satis apparet utrum Bollandus hanc Rosweydi observationem viderit, nisi id quis conjicere velit ex sententiarum consonantia, qua uterque judicat synonymiam illam, errandi occasionem dedisse. *Primus*, inquit Bollandus, *ansam præbuit Petrus de Natalibus lib. 3 cap. 23. Secutus Molanus, qui in Martyrologio Usuardi, ad Severiani nomen margini adscripsit : de quo Gennadius cap. 21. Atqui Gennadius eo loco de Syro Severiano agit. In posteriori editione Socratem quoque et Sozomenum citat Molanus.* Vide ibi alios ejusdem confusionis patronos, de qua hic pluribus agere supersedeo.

AUCTARIA.

De conversione S. Pauli.

ANTVERP-MAJ. *Conversio sancti Pauli Apostoli apud Damascum, quando circumfulsit eum lux de cœlo et audivit vocem de cœlo dicentem sibi : Saule, Saule cur me persequeris? Cujus et sacri corporis translatio eodem die Romæ celebratur. Eodem die, natale beati Gregorii, episcopi Nazianzeni, qui Theologus appellatur.* In Præjecto et Severiano satis purus est. In fine : *Pictavis, sancti Saviniani martyris.* Vide Prætermissos. De Anania, nihil habet.

Gregorii Nazianzeni

Saviniani

ROSWEYD. *Conversio sancti Pauli Apostoli.* In Anania, recte. Sequitur : *Apud Gabalensem civitatem, sancti Severini episcopi, admirandæ*, etc.; lege, *Severiani. Item, natale sancti Præjecti, Arvennensis* (pro *Arvernensis) episcopi et martyris.*

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Epocham conversionis sancti Pauli controversam fuisse satis ostendunt, dum pro ea vindicias scribunt hoc modo : *Nec nos moveat, si aliquando invenitur primo anno facta; nam illud de primo emergente, qui secundum Hebræos a Martio; illud autem de usuali, qui a Kalendis Januarii secundum Latinos incipit, accipiendum est.* Vide quæ breviter in Observatione supra attigimus. De cetero, codices purissimi sunt.

Epocha conversionis S. Pauli

CENTULEN. *Conversio sancti Pauli Apostoli, apud Damascum, quæ evenit secundo anno Ascensionis Domini, cujus et sacri corporis translatio eodem die Roma celebratur. Ipso die, sancti Ananiæ, qui eumdem Apostolum baptizavit. Item, sancti Gregorii, Nazanzeni episcopi, qui Theologus appellatur. Arvernis, sancti Præjecti episcopi et Marini martyris. Apud Gabalensem civitatem, sancti Severiani episcopi et confessoris, magnæ sanctitatis et doctrinæ viri.*

Marini.

BRUXELLEN. *Conversio sancti Pauli Apostoli,* (litteris rubris) *quæ apud Damascum facta legitur, quandoque anno ab Ascensione Christi primo, et quandoque secundo. Primo quidem emergente, finit ubi incipit* (vide supra); *secundo autem usuali, qui juxta Latinos semper in Kalendis Januarii renovatur.* In Anania, satis purus est. Tum : *Civitate Avernis, sancti Præjecti episcopi et martyris. Qui a proceribus et primoribus suæ urbis, in ultionem Hectoris Massilientium patricii, quem ob injustitias Avernensi ecclesiæ illatas Hildericus Francorum rex peremerat, martyrio coronatus est. Et Maurini viri Dei, qui cum præfato Præjecto episcopo a proceribus dictæ urbis Avernensis pro justicia trucidatus est. Et sancti Gregorii, episcopi Nasanzeni, qui Theologus appellatur; fuit enim tam doctrina insignis, quam opere mirabilis. Et tandem, ut beatus Jeronimus scribit, alium in loco suo ordinans episcopum, ipse ruri vitam monachi exercuit. Apud Gabanensem civitatem, sancti Severini episcopi, viri ammirandæ doctrinæ, vitæ et sanctitatis.* Vide supra.

De Præjecto.

HAGENOYEN. *Conversio sancti Pauli Apostoli, quando per vocem Dei de cœlo factam, de persecutore factus est prædicator. Quæ conversio est facta secundo Ascensionis Domini* (anno.) *Nec hic nos moveat*, etc. De Anania, addit *magnæ sanctitatis viri.* In duabus postremis annuntiationibus satis purus est.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Eodem die, natale sancti Gregorii, episcopi Nazianzeni, qui Theologus appellatur. Ipso die, sanctæ Arthematis martyris.* Ea hactenus ignota mihi est, nisi forte sub nomine feminæ lateat *S. Artemas* puer, de quo hoc die Bollandus, vel *Arthemas* alius, de quo Hieronymiana apographa, et ex iis Grevenus, die sequenti. Scimus virorum nomina nonnumquam in mulierum appellationes transformata, et vice versa. Vide Castellanum pag. 430.

Arthematis.

DAVERONEN. *In pago Turonico, sancti Liventii confessoris.* Multi cum Bollando legunt *Linentii*; Castellanus Maurolycum laudat, quod recte scripserit *Liventii*; derivatum vel forte primitivum Gallicum, *Louent*, pro ea parte stare videtur. Male alii infra scribunt *Lineti.*

Liventii.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Conversio sancti Pauli Apostoli.* Additur in margine *festum celebre in civitate Trajectensi.* Fuit et alibi et præsertim Antverpiæ celebre, *solenni*, ut notat Bollandus, *a forensibus negotiis aliisque servilibus laboribus feriatione.* Sed abrogata subinde est cum pluribus aliis ea festivitas, ut proinde ex Castellano pag. 402 deleri debeat. Pergit codex : *Ananiæ discipuli, qui Paulum baptizavit. Projecti episcopi et martyris, et Marini abbatis. Severiani episcopi et confessoris, mirandæ*, etc.

Festivitatis conversionis

ALTEMPS. *Lucas castro, sancti Liventii confessoris.* Quis hic locus sit nescio, nec vacat quærere.

Liventii.

EDITIO LUBECO-COL. De conversione Pauli habet ut ULTRAJECT. etc., nisi quod præterea adjiciat cum aliis : *Hujus etiam sanctissimi Apostoli corporis translatio Romæ eodem die celebratur. Apud Damascum, sancti Ananiæ presbyteri et confessoris, qui eumdem*, etc. In Præjecto et Severiano, satis pura est. *Eodem die apud opidum Nazanti, sancti episcopi Gregorii, qui post multa documenta in loco suo, ut Hieronymus ab eodem in divinis libris instructus perhibet, episcopum ordinans, ruri vitam monachi exercuit. In pago Turonico, sancti Lineti confessoris.*

Lineti

GREVEN. *Nota, quando dicitur conversio beati Pauli facta primo anno Ascensionis, intelligi debet de primo anno emergente, qui secundum Hebræos incipit a Martio; hoc vero quod hic dicitur, intelligendum de secundo usuali, qui secundum Latinos incipit a Kalendis Januarii. Eodem die Romæ, translatio beati Pauli Apostoli. Item, depositio beati Gregorii Nazanzeni, qui in* VII *Idus Maii ponitur, die scilicet quo ordinatus fuit. Item, sanctorum*

Viti, Castulæ et Agilei. Poponis. Seminæ. Lucinæ.

ctorum Viti, Castulæ, Agilei. De primo et ultimo vide Prætermissos. *Poponis abbatis. Lineti confessoris. Item beatæ Seminæ virginis*, a Bollando præteritæ, utpote ignotæ. *Ipso die, Lucinæ matronæ.* Vide de ea in Actis XXX Junii.

Juventini et Maximi.

MOLAN. In prima editione, typis minoribus adjicit : *Eodem die, beatorum martyrum Juventini et Maximi; in quorum natali sermonem habuit Joannes Chrysostomus.* Posteriores, typis consimilibus habent : *Postridie Babylæ, natalis beatorum martyrum Juventini et Maximi. Apud Metaphrastem, sanctæ Eusebiæ, quæ cognominata est hospita vel externa ;* nempe *Xene*, de qua die præcedenti. *Stabuleti obiit Dominus Poppo abbas.* Vide Bollandum et Castellanum. *Eodem die, obiit Henricus Suso, qui fuit eximiæ sanctitatis.* Occasio errandi circa Severianum Gabalitanum, de qua supra in fine Observationis egimus, sumi potuit ex marginali notula primæ editionis, ubi citatur Gennadius.

Eusebiæ. Popponis. Henrici Susonis.

VII *Kal.* *Die* 26.

Polycarpi, et soc. XII. Theogenis et XXXVI. Bathildis.

Apud Smirnam, natalis sancti Policarpi episcopi, qui beati Joannis Apostoli discipulus, et ab eo episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit. Postea sub Marco Antonino et Lucio Aurelio, personante universo populo ejusdem Urbis in amphitheatro adversum eum, igni traditus est. Cum quo etiam alii duodecim ex Philadelphia venientes, in præfata urbe martyrio consummati sunt. Eodem die, sanctorum martyrum Theogenis cum aliis triginta sex, qui contemnentes temporalem mortem, coronam vitæ æternæ adepti sunt. In territorio Parisiacensi, Baltildis reginæ.

Puram hanc Usuardi lectionem servant *Herinien. Prima Belini editio Veneta, Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Smirnam* Greven. et alii codices, quos iterum sequimur; alii melius *Smyrnam.* Molan. recte legit *Polycarpi;* ast codices prope omnes tum Mss. tum excusi habent *Policarpi.* Rursus Greven. et Molan. pro *adversum* ponunt *adversus*, cum sancto Hieronymo; parum quidem interest, servanda tamen antiqua Usuardi simplicitas, tametsi foret vitiosior. Pejus scripsit Belinus omittendo *adversum eum;* et pro, *martyrio consummati sunt*, tantum substituendo, *coronati sunt. Kathildis* apud eumdem, typothetæ sphalma est, in altera editione correctum, ubi *Bathildis* scribitur, quod secutus est Molan. sed Greven. *Batildis.* Ego Heriniensis lectionem prætuli, quoniam et ita habet codex Pratensis XXX hujus et Muneratus, quamvis plane existimem meliorem esse Belini et Molani orthographiam et magis receptam, quidquid Castellanus scribat *Baldechildis. Parisiensi* et *Parisiacensi* eodem recidunt; Belinus primo modo scripsit, reliqui secundo, quem nos servandum censuimus.

De codice Pratensi.

Binas nobis variationes suggerit codex Pratensis, ex quibus totidem controversiæ suboriuntur. Prima circa tempus quo *Theogenem* martyrium subiisse asserit, nempe, *sub Licinio imperatore;* altera de *Bathilde*, quam ad XXX Januarii transtulit. Ad primam quod attinet, paucissimos habet sectatores præfatus codex Pratensis, excepto Aquicinctino et corrupta Belini editione Parisiensi, ut plane suspicatus fuerim recentioris alicujus additamentum esse, sumptum verosimiliter a nominum synonymia ex III Januarii. Idque egregie confirmavit Castellanus, codicis ipsius, ut alias dixi, oculatissimus inspector accurate notans, obliteratam illic vel semierasam Bathildis reginæ memoriam, inscriptasque voces hasce, *sub Licinio imperatore*, quas merito censueramus Usuardo abjudicandas.

De *Bathildis* commemoratione major posset esse contentio, utpote cum ab aliis codicibus, nimirum Tornacensi, Munerato, Agonibus martyrum, etc., absit, multaque Martyrologia a Bollando in Actis citata, alterutra die eam collocent; imo Wandelbertus die sequenti. Ast ego, ut rem paucis conficiam, præmonitum te velim, non hic institui disputationem de vero obitus vel cultus die, quandoquidem ex Castellani notis, pluribusque aliis per ejus litteras probationibus, tantisper non diffiteamur et XXX Januarii Bathildem reginam extremum diem obiisse, et ipso die a Parisiensibus, Cellensibus et Corbeiensibus celebrari. Unum hoc quæritur, quid in Martyrologio suo Usuardus vere scripserit? Qua in re id omnino sentimus, quod citati superius pro textu codices abunde demonstrant, scilicet hoc XXVI Januarii Bathildem ab eo fuisse consignatam, idque vel ipse Pratensis codex etiam evincit, ex quo eam inductam fuisse per Castellanum aperte deprehendimus. Patet igitur genuinum et simplicem Usuardi textum, licet in hac parte erroneum, a nobis exhiberi.

Polycarpi.

OBSERVATIO. De *Polycarpo* non pauca diximus XIX Januarii, occasione Germanici, diebus aliquot in subeundo martyrio gloriosissimum Episcopum prægressi; ubi de martyrii die aliisque eo spectantibus ex celebratissima Smyrnensium epistola requires, quæ hic brevitatis ergo desiderari patimur. Jam vero in plerisque Hieronymianis signatur : *In Nicea Smyrnæ, passio sancti Polycarpi episcopi :* vetustissimum Epternacense, omissis reliquis, solum *Polycarpi* nomen ad calcem laterculi attexuit. De *Nicea* illa sive Bithyniæ sive Macedoniæ, sive regionis alterius, non habeo quod supra Bollandum aut Florentinium conjiciam, videat ibi lector quid probabilius definiri possit. Beda simpliciter posuit : *Natale S. Polycarpi episcopi Smyrnæ, qui sub Marco Antonino*, etc. Quæ fusius prose-

quitur

quitur Florus ; sed alio plane stylo Viennensis, quem Noster secutus est. Hæc sunt Romani parvi verba : *S. Polycarpi, discipuli sancti Joannis Apostoli, apud Smyrnam passi.* Geminum elogium concinnavit præfatus Ado, longius alterum, in Martyrologio, quo Smyrnensium epistola contrahitur ; alterum brevius, inter festivitates Apostolorum, quod ab Usuardo, pro majori parte, ad verbum descriptum est. Rabanus Bedam sectatur, Notkerus Adonanium Martyrologii elogium decurtat. Hæc ad textus nostri originem sufficiant; vide cetera apud Bollandum eosque, qui XIX Januarii in Observatione citati sunt, sed consulenda præ ceteris Florentinii Exercitatio VI, XXIII Februarii pag. 340 subjuncta, ubi pro ea die martyrio S. Polycarpi consecranda longam dissertationem instituit, suo tempore examinandam, Polycarpi martyrium satis nitide explicat Wandelbertus :

Septima moxque dies Polycarpi sanguine fulget,
Smyrnæ quem vero celebrant pro Rege crematum.

Theugenis vel *Theogenis* et XXXVI anonymorum sociorum martyrum memoriam eadem Hieronymiana apographa recolunt, quæ de Polycarpo *in Nicea Smyrnæ* meminere. Multum inclinat Florentinius ut *Leudicii* vel *Laodicii* nomen, quod Theogeni immediate præfixum est, pro *Laodicea* urbe accipiat atque adeo cum Petro de Natalibus aliisque Martyrologis, eam censeat totius hujus turmæ palæstram ; a qua opinione Bollandus non abhorruit, nec ego video cur omnino rejicienda sit. Fateor equidem a Martyrologis nostris locum non exprimi, ut patet ex Romano parvo, simpliciter scribente : *Et Theogenis cum aliis* XXXVI, quæ ferme eodem modo a Notkero tradita sunt. Adonis textum Noster verbatim desumpsit. Fateor, inquam, palæstram hic deesse, quod, procul dubio, eam ignoraverit auctor Romani parvi, neque Ado in ullis Actis reperire potuerit. Atque hanc, sine hæsitatione, Usuardi sententiam esse existimo, ut in Variantibus ostensum est. *Bathildem* hoc die solus Usuardus Fastis inscripsit. Vide dicta in Variantibus, Bollandum in actis et Mabilionem in Benedictinis sec. 2 a pag. 775 et sec. IV de ejus translatione a pag. 448, ubi etiam consuli possunt eruditissimi auctoris observationes.

Theogenis *Bathildis*

Reliquum est ut hodierni Romani de Theogene annuntiationem cum Usuardina vel potius Adoniana conferamus, ex qua collatione pateat, plura Baronio martyri illi adscripta fuisse, quæ nec a Bollando, nec a Florentinio, nec ab aliis in hoc genere versatissimis viris, probantur. Sufficiat Rosweydi judicium, in epistola supra citata nobis relictum. Incipit a textu Romani : *Hippone-regio in Africa, sanctorum Theogenis episcopi et aliorum triginta sex, qui in persecutione Valeriani, contemnentes temporalem mortem, coronam vitæ æternæ adepti sunt.* Sequitur Baronii Nota : Theogenis episcopi *; De ipso ac sociis item Beda* (supposititius,) *Usuardus ac ceteri hac die. Hic ille Theogenes Hipponensis episcopus esse cognoscitur, qui una cum sancto Cypriano interfuit Concilio Carthaginensi, ut ex ejus Actis apparet, quæ habentur apud Cyprianum et Augustinum in lib.* 6 *de Baptismo contra Donatistas. Erat Hippone basilica nomine S. Theogenis, cujus meminit sanctus Augustinus sermone* 101 *de diversis, ubi ait : Quando audistis apud memoriam S. Theogenis, offero tibi Petre, offero tibi Paule? Numquam audistis, etc.*

De Theogene, ut in Romano ponitur.

Tum Rosweydus : *Postquam Baronius egit de martyrio Lucii, Montani, Flaviani, Juliani, et Victorici ministrorum, qui Carthagine passi sunt* XXIV *Febr. post Cyprianum, qui præcedenti anno passus erat ; subdit* (Tomo 2 Annal. anno Christi CCLXII) *Passus quoque est eodem tempore, Theogenes Hipponensis episcopus, qui numeratus reperitur inter episcopos, qui interfuerunt concilio Carthaginensi in causa Baptismatis celebrato. Cum igitur catholica Ecclesia ipsum et alios ejus Synodi episcopos, martyrio vita functos, alleget inter martyres, celebretque natalitia eorumdem, satis exploratum habuisse constat eosdem, sicut Cyprianum, in pace et communicatione ejusdem Ecclesiæ catholicæ recessisse.* Et reliqua, quæ prætereo, ut ad rem veniam. Pergit itaque : *Quis hæc apud Baronium tum in Annalibus tum in Martyrologio Romano legens, non existimabit certissima et testatissima esse? Annales suos firmat ex Ecclesiæ catholicæ auctoritate, id est, ex Martyrologio Romano. Atqui Martyrologium Romanum non ita olim habuit, sed tantum tempore Baronii, ut non Ecclesiæ sed Baronii auctoritas alleganda potius videatur. Tria igitur hic nova videntur inserta a Baronio in textum Martyrologii Romani, si conferatur cum antiquis Mss. vel etiam impressis.*

1. *Quod Theogenem dicat passum Hippone-regio in Africa, vel certe si nolit ibi passum, sed coli ; quis asseverabit Theogenem illum, cujus meminit Martyrologium Romanum, esse illum Africanum, qui colitur Hippone-regio, maxime cum omnia vetera Martyrologia Theogenem absolute ponant, nullo loci indicio addito ? Adde quod Petrus in Catalogo lib.* 3 *cap.* 25, *postquam priori capite egerat de Polycarpo, et duodecim ejus discipulis, Laodicea venientibus, post eum passis, sequenti capite subdat : Theogenes martyr cum aliis* XXXVI *Christianis martyrium passi sunt in eadem civitate Laodiceæ, præmissa persecutione (Marci Antonini et Lucii Aurelii Commodi, qua Polycarpus erat affectus martyrio) urgente, qui contemnentes temporalem mortem, coronam vitæ æternæ adepti sunt* VII *Kal. Februarii, ut dicit Hieronymus. Ex hoc Petri loco sua desumpsere Maurolycus et Galesinius, qui Theogenem etiam Laodiceæ ponunt. Alia vero vetera Martyrologia, ut Romanum vetus quod Adoni olim præmisi, item Beda,* (supposititius,) *Usuardus, Ado, nullum martyrii locum exprimunt.*

2. *Quod Theogenem hunc vocet episcopum, nullius veteris libri auctoritate. Imo vero Augustinus, qui S. Theogenis meminit, non dicit quod fuerit episcopus. Quod vero quidam Theogenes episcopus Hipponeregiensis inveniatur interfuisse concilio Carthaginensi* III, *nihil ad rem facere potest, cum et Concilium illud congregatum fuerit contra sensum Romanæ Ecclesiæ, nec aliunde constet, Theogenem illum Hippone-regiensem episcopum martyrio esse affectum.*

3. *Quod dicat eum passum* IN PERSECUTIONE VALERIANI. *Nec hoc in ullo Martyrologio seu Ms. seu impresso (quod ego quidem viderim) occurrit ; vidi autem quam plurima. Imo vero Martyrologium Romanum Belini* XXVI *Januarii censet, eum passum sub Licinio, ita scribens : Eodem die sanctorum marty-*

rum

rum Theogenis cum aliis treginta sex, qui contemnentes temporalem mortem, sub Licinio Imperatore coronam vitæ æternæ adepti sunt. Quamquam videtur Belinus, Theogenem, cujus in Martyrologio Romano II *Januarii fit mentio, confudisse cum hoc. Ille enim prior passus est sub Licinio.* Hactenus Rosweydi judiciosa notatio.

Utrum a Belino ipso, an a solo Parisiensi editore tygographo, in alteram ejus editionem, verba illa, *sub Licinio Imperatore* infarta sint, non ausim temere pronuntiare. Illud certe verissimum manet, clausulam illam, omnibus antiquis Martyrologis fuisse ignotam, etiam Usuardo, ut supra evicimus. Theogenem vero Hellespontanum *sub rege Licinio* passum fuisse, habes in Auctariis ad præfatum diem III hujus mensis.

AUCTARIA.

De PRATEN. TORNACEN. AQUICINCT. ANTVERP. MAX-LUBEC. MUNERAT. BELINI EDIT. 2, supra in Variantibus satis dictum est.

AGONES MARTYRUM. Hic codex PRATEN. ferme similis est, omissa etiam annuntiatione tertia.

ANTVERP-MAJ. De Polycarpo prolixius elogium ex Adonianis centonibus fere consutum refert, quod in fonte purius habes. Pro *Theogenis*, scribit *Theologenis*, de cetero in ea annuntiatione satis purus. Tum : *In Bethleem dormitio sanctæ*
Paulæ
Paulæ. Hujus vitam virtutibus admirandam sanctus Geronimus scribens, testatur eam longo coronatam esse martyrio. Vide die sequenti. *In territorio Parisiensi monasterio Scale, depositio dompnæ Batildis reginæ.*

PUISANEN. In Polycarpo purus, de Theogene silet, ejusque loco agit de Paula, verbis jam relatis.

ROSWEYD. Post *princeps fuit*, ita phrasim variat : *Postea vero ob Christi amorem multa perpessus ab inimicis catholicæ fidei, sub Aurelio proconsule, igni traditus est cum aliis* XII. *Eodem die, natale sanctorum martyrum Theogenis cum aliis*
Sulpitii.
XXXVI. *Item Bituris, beati Sulpicii episcopi et confessoris.*

De Polycarpo.
ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO-ULTRAJECT-BELG. Polycarpi elogium paucioribus augent in hunc modum : *Hic igni adjudicatus, cum esset in medio flammæ, flamma in modum cameræ curvata, super corpus martyris stetit. Quod corpus in medio positum, non erat ut caro ardens, sed tamquam si aurum et argentum in fornace candesceret. Videntes autem scelerum ministri eum igni non posse consumi, corpus, cui ignis cesserat, mucrone transfoderunt.*

LOVANIEN. Superioribus in Polycarpo similis, deficit in breviori Theogenis elogio.

CENTULEN. *Apud Zmirnam, sancti Policarpi episcopi et martyris, qui beati Johannis Apostoli discipulus et ab eo episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit ; cum quo duodecim passi sunt. Eodem die, sancti Theogenis martyris, cum aliis* XXXVI. *In Bethleem, dormitio sanctæ Paulæ, nobilissimæ matronæ. Cujus vitam sanctus Jeronimus ad imitandum describens,* etc. *In territorio Parisiorum monasterio Kele, sanctæ Baldetildis reginæ.*

BRUXELLEN. Præter ea quæ de Polycarpo supra auctiora dedimus, de suo adjicit fere ex Hieronymo de Scriptoribus Eccl. *Cui Marcion hæreticus occurrens, agnosce nos, inquit : Tum ille, agnosco, ait, primogenitum Sathanæ. Ast cum Polycarpus illi ac ceteris hæreticis viriliter restitisset, sub Marco Antonino,* etc. Theogenis elogium mutilavit, sed de suo attexuit : *Cujus memoriam facit beatus Augustinus in homeliis de Pentecoste.* Atque hæc verba Molanus litteris Italicis textui immiscuit. De Paula solum addidit : *Matris Eustochii, virginis Christi,* quæ sunt Adonis verba die sequenti.

HAGEN. De Polycarpo hoc singulare habet : *Qui multos annos ad partes Galliæ et Hispaniæ et Italiæ misit discipulos ad prædicandum verbum Dei.* Tum : *Apud Bituricam civitatem, depositio sancti Supplicii* *Sulpitii.*
Sulpitii, de quo supra XVII) *episcopi et confessoris. Hic a pueritia sua, sacris litteris erat eruditus, et sanctæ conversationis luce conspicuus, ita ut laicus virtutibus clareret. Post, coma deposita, Monachorum pater existit plurimorum, atque inde ad cathedram provectus episcopalem, et per omnes dies vitæ suæ, miraculis et doctrinis exstitit gloriosus, et tandem quievit in pace.*

VATICAN. num 5949, et JURENSIS S Ragnoberti. Hoc die referunt Sulpitium Bituricensem, cum eo elogio quod superius XVII ex Usuardo et XV inter Auctaria adduximus ; nempe : *Apud Bituricas civitatem, sancti Sulpitii episcopi et confessoris, cujus vita et mors pretiosa gloriosis miraculis commendatur.* Sequitur in JURENSI : *B. Marii* *Marii*
abbatis monasterii Bodacensis, cujus vitam virtutibus plenam, vir illustris et patricius Dynamius scripsit ; vult dicere, *Marii Bobacensis*, rectius *Bodonensis*, dc quo die sequenti. Adjecerat porro præfatus codex elogio S. Polycarpi : *Reliquiæ ejus Lugduno in crypta habentur.*

STROZZ. et MEDIC. Primo loco : *Apud Florentiam Tusciæ urbem* (alter habet *civitate Florentiæ) translatio sancti Zenobii ejusdem civitatis episcopi* *Zenobii translationis*
et confessoris, quæ translatio facta est anno Domini CCCCXXVIII (CCCCXXIX) *per beatum Andream episcopum ejus successorem, cujus post multa miracula, sicca ulmus, juxta Baptistæ templum, ab ejus feretro cum tacta esset, repente folia ac flores emisit, ubi adhuc exstat columna marmorea.*

EDIT. LUBECO-COL. Post ea, quæ de Polycarpo, ex codicibus mediæ notæ et aliis retulimus, adhuc adjicit : *Et de ejus sanguine copiose fluente, totus focus extinctus est. Ejus etiam anima a circumstantibus in specie columbæ, in cœlum ferri visa est. Passi sunt cum eo,* etc. Subjungitur : *Treveris, sancti Mari episcopi et confessoris, qui* *Mari*
in ecclesia sancti Pauli requiescit. Inde post Theogenem : *In territorio Parisiensi, monasterio Cabe, depositio sanctæ Paulæ virginis.* Ita etiam Gre- *Paulæ.*
venus ; sed Bollandus de ea nihil reperit. *Eodem die Cenomanis, beati Silvini episcopi et confessoris.* *Silvini*
Bituricas civitate, sancti Juliani episcopi et confessoris. *Juliani.*
Hæc eadem Grevenus ; Bollandus utrumque posuit inter Prætermissos.

GREVEN. Præterea : *Romæ, Fabiani, alias* *Fabiani*
Sabiani martyris, secundum Bedam. Quem Bedam velit, nescio, melius Hieronymum indicasset ; vide Bollandi conjecturam. *Puteolis, Artematis.* *Artematis.* *Triphonis martyris.* *Triphonis.* *Treveris, Mari episcopi et confessoris. Translatio beati Zenobii episcopi Florentini et confessoris. Item, beatæ memoriæ*

Hasekæ

Hasekæ. *Hasekæ virginis, reclusæ, quæ juxta ecclesiam de Schermbeke in multa simplicitate et sapientia Domino serviens, quodam tempore butyrum vetustate corruptum, oratione reddidit recentissimum.*

MOLANI prima editio caret additamento, sed in Polycarpo, has voces textui inseruit charactere Italico : *In cujus medio rogo, mucrone perfossus, tam largum profudit sanguinem, ut ignem extingueret.* In posterioribus additur Marus Trevirensis. Et deinde : *Die vigesima sexta, sancti patris Xenophontis et comitatus ipsius.* *Xenophontis.*

VI *Kal.* *Die* 27.

Natalis beati Joannis episcopi Constantinopolitani, cognomento Chrisostomi, qui verbo atque exemplo plurimum Christianæ profuit religioni. Item sancti Marii abbatis monasterii Bobacensis ; cujus vitam virtutibus plenam vir illustris ac patricius Dynamius scribit. In Bethleem Judæ, dormitio sanctæ Paulæ. Hujus vitam virtutibus admirandam sanctus Hieronymus scribens, testatur eam longo coronatam esse martyrio. In Africa, sancti Aviti martyris.

Joannis Chrisostomi. Marii. Paulæ. Aviti.

Ita *Praten. Herinien. Antverpien Max-Lubec. Molan.* et *Agones martyrum.* Adde *Antverp-Max. Lovanien Leyden-Belg* et *Edit Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Non multa occurrunt notatu digna : nam *Johannis*, *Crisostomi*, *Chrisostimi*, *Chrisostomi*, *Bethlehem*, *martiris*, *Jeronimus*, *Jhieronimus*, *Affrica*, *Aphrica*, modi sunt scribendi ; quorum aliqui etiam hodie non omni ex parte rejiciuntur, nos in textu codices de more secuti sumus. Antverp-Max. post *episcopi Constantinopolitani*, addidit, *et confessoris.* Antverpien. verba tantillum transposuit, legens *plurimum profuit Christianæ*, etc., pro *plurimum Christianæ profuit.* Magis errat, dum cum Antverp-Max. Lovanien. et aliis, ex *Marii* fingit *Mauri*. *Dynamius* etiam a multis corrumpitur; sed de his in Observatione sermo recurret. In Molano particula una redundat; *in Bethlehem Judæ in dormitio*, sed hic error est typothetæ. Huc spectare deberet *Julianus* Cenomannensium apostolus a codice Tornacensi, Antverpien-Majore, Rosweyd. Munerat. Greven. aliisque hoc die positus, a Pratensi nostro apographo die sequenti. Eum nos utroque die ab Usuardi textu exclusimus, quoniam in aliis nostris codicibus non reperitur. Monuit nos etiam Castellanus, codicis Pratensis inspector, Julianum atramento recentiori illic adjunctum : unde ei, in notis ad hunc diem, mirari subit, cur apud antiquos Martyrologos nulla tanti viri habeatur memoria. *De Juliano Cenomanensi.*

OBSERVATIO. Romani parvi et Adonis est, quidquid ex antiquioribus Usuardus accepit; nisi forte *Avitus* Africanus (quem sic etiam Wandelbertus efformat) cum *Vito* Hieronymianorum affinitatem habeat, de quo infra suo loco. De *Chrysostomo* itaque nec Hieronymiana, nec Beda aut ejus sequaces, nec Wandelbertus quidquam memorant ; auctor vero Romani parvi strictim : *Constantinopoli, Joannis Chrysostomi.* Nihil amplius dicit Ado nisi quod priora verba praraphrastice explicet : *Natalis sancti Joannis, episcopi Constantinopolitani, qui Chrysostomus appellatur.* Textus noster Usuardinus est, alium Notkerus, non multo diffusiorem composuit. De variis inclytissimi Doctoris, apud Græcos potissimum, festivitatibus agit Bollandus in elencho Prætermissorum, rationem reddens cur Sancti vita in alium diem rejicienda fuerit. Nos eam ex Palladio aliisque antiquis dabimus proprio obitus die XIV Septembris ; quando uberiori commentario illustrari poterit ex eruditorum virorum lucubrationibus post Bollandi mortem editis, inter quos præcipui videntur Hermantius in notissimo opere et Tillemontius tomo XI, a principio usque ad pag. 405 totis 154 articulis. Hoc plane novum in tam illustri Sancto accidit, quod inter Martyrologos nostros antiquos, imo inter tot codices Usuardinos vix ullus reperiatur, qui XIV Septembris, proprio tamen natali die, de eo vel verbo meminerit. *Joannis Chrysostomi.*

Tota *Marii* annuntiatio ex Adone desumitur, a Notkero non nihil curtata. Plurima de hoc Sancto confusa prius et obscura, accuratissime distinxit Bollandus, nec minus curiosa superaddidit Castellanus in notis a pag. 424, quibus varii errores corriguntur eorum, qui in scriptione et nominis ipsius Sancti, et loci et auctoris vitæ hallucinati sunt. Recte legit Noster cum Adone, *Marii*, ubi alii *Mauri*, *Macerii*, etc. ; unde ab imperitis novi Sancti procusi sunt. Ast in eo labitur, quod nomen loci immutando, non modicæ confusioni ansam dederit. Legerat verosimiliter in Adone, *Bodanensis*, vel ut in vulgato, *Badonensis ;* neutrum secutus, scripsit de suo *Bobacensis* (Notkerus *Bodacensis)* quod varie ab aliis inflexum, in varia et plane dissita loca Sanctum nostrum transtulit. Legendum *Bodonensis* vel *Bodanensis*, Gallice *Val-benois*, *Vallis Bodonensis*, ut recte probant laudati auctores, apud quos ultima monasterii illius vestigia reperies. Rursus bene posuit *Dynamius*, ut vere appellatur qui vitam scripsit ; Belinus perperam *Damianus*, alii *Dinandus*, *Didamius*, *Dinarius*, etc. Curiosum lectorem operæ non pœnitebit, si citatos scriptores consuluerit. Liberalius de *Paula*, quam de *Chrysostomo* loquitur Ado, atque ex eo Notkerus. Noster, omissis intermediis, prima et ultima verba decerpsit, eadem illa, quæ die præcedenti inter Auctaria adduximus. De *Avito*, pluribus disputant Bollandus, Florentinus et Castellanus, nec habeo quod eorum conjecturis superaddam. In h[illegible] *Marii. Paulæ. Aviti.*

ferme

ferme cardo vertitur, utrum ex *Vito* Hieronymianorum, *Avitus* accreverit, quem suspicatur Castellanus metri gratia productum a Wandelberto, ex quo Usuardus eum sumpserit. Ego necdum explorare certo potui, an Usuardus metricum illud Martyrologium umquam noverit. Quidquid statuas, certum est Avitum illum reliquis Martyrologis incognitum, ab Usuardo primum signatum fuisse, ex quo in alios et in Romanum transiit. Præfatus Wandelbertus dicto Avito *Sulpitium*, *Bathildem* et *Aldegundem* adjunxit, de quibus nos suis locis. En utrumque ejus versiculum :

Punica terra suum sexto veneratur Avitum.
Sulpitius, Bathildis et Aldegund. quoque vernant.

AUCTARIA.

Juliani. TORNACEN. Textui puro subjicit : *Cenomannis civitate, natalis sancti Juliani episcopi et confessoris.*

ANTVERP-MAJ. Non satis correcte : *Constantinopolim, natale sancti Joannis episcopi, qui Crisostomus appellatur ;* ex Adone. Tum : *Eodem die, natale sancti Marii abbatis monasterii Bobacensi : Cujus vitam virtutibus plenam, de quo patricius Dinavis scribit.* De Paula egit die præcedenti. In fine : *Cenomannis, depositio sancti Juliani episcopi et confessoris.* De Avito, nihil.

ROSWEYD. De Chrysostomo etiam ex Adone. In Mario satis purus est. Dein : *Item in Gallia Conomanai, Juliani episcopi et confessoris. Item in Bethleem, dormitio sanctæ Paulæ, viduæ.* Deest etiam Avitus.

PULSANEN. Valde mutilus est. De Paula egit die præcedenti ; hodie caret Chrysostomo, ita incipiens : *In monasterio Bobacensi, sancti Marii abbatis. Cujus vitam*, etc. In Avito, purus est.

MUNERAT. Pro *Marii*, scribit *Mauri* ; pro *Dynamius*, *Dinavius*. De *Paula*, post *martyrio*, adjicit : *Cujus festivitas Parisii quarto Kalendas Februarii celebratur.* In fine : *Cenomanis civitate, natalis sancti Juliani episcopi et confessoris.*

GREVEN. Textui apponit : *Cenomannis civitate, sancti Juliani episcopi et confessoris.*

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Puri Usuardi essent, nisi textui præfigerent : *Vitaliano.* *Romæ, natale sancti Vitelliani* (Vitaliani) *Papæ, qui post beatum Petrum septuagesimus octavus, sedit annos novem et menses sex. Hic cantum Romanorum composuit, et dulcisono organo concordavit.* Quis hæc primus adscripserit, nescio ; vide quæ de eo diligenter collegit Bollandus.

CENTULEN. *Constantinopoli, sancti Iohannis episcopi, qui Crisostomus appellatur. Eodem die, sancti Marii abbatis, cujus vita virtutibus plena refulsit.* De Paula etiam egit die præcedenti, et Avitum omnino prætermisit.

BRUXELLEN. In Chrysostomo non plane purus, in fine addit : *Hic tertio exilio relegatus moritur. Eodem die, sancti Vitaliani Papæ. Qui cantum Romanorum composuit, et dulcissimo*, etc. ; scribit *Mauri* et *Badonensis.*

HAGENOYEN. In variis plerumque singularis est. Hic de Chrysostomo, textui puro addit : *Cui quodam tempore scribere volenti de Deo, dyabolus incaustum effudit : qui statim pennam in os proprium tinxit, et inde litteras aureas scripsit, unde et os aureum dictus. Hic Chrysostomus pro veritate doctrinæ et pro severitate disciplinæ, ter in exilium missus est, et ibi tandem obiit.* De Paula quoque textui subdit : *Et specialiter laudat illam a contemplatione, ab abstinentia, a devotione mentis et regimine sororum.* De Mario nihil ; de Vitaliano ferme ut supra, nisi quod nomina aliqua contorta sint.

VICTORIN. *Cenomannis, beati Juliani episcopi et confessoris, qui a beato Clemente Papa missus Cenomannos, et ordinatus*, etc., cum longo elogio e vita.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Ioannis Chrysostomi episcopi et confessoris. Paulæ viduæ, cujus vitam beatus Hieronymus describit. Marii abbatis.* Deest annuntiatio ultima.

In VATICAN. sub num. 5949. Deest etiam commemoratio *Aviti.*

ALTEMPS. *Item santi Saturnini et aliorum trium. In Britannia minori, sancti Gildasii abbatis.* Hic colitur XXIX ; alios non satis distinguo, nisi colantur XXXI Januarii. *Saturnini et soc. Gildasii.*

STROZZ. et MEDIC. *Eodem die Romæ, sancti Vitaliani Papæ et confessoris.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a *Vicelliano*, cui præter annos IX, menses VI, adscribit dies XXI. De Chrysostomo, post *religioni*, addit, *sicut ipsius Acta luculenter testantur.* Pro *Marii*, scribit, *Mari*, pro *Dynamius*, *Dinandus*. Post *sanctæ Paulæ*, addit, *viduæ matris sanctæ Eustochii virginis Christi.* Sequitur : *In Africa, sancti Amici martyris*, voluit dicere *Aviti*, quem Belinus in I editione vocavit *Adjuti*. *Eodem die, sancti Juliani martyris.* Hic ille procul dubio Julianus, quem Soræ suæ vendicat Baronius, alii Atinæ non procul Sora dissitæ, quo fundamento, docet Castellanus in notis, et nos in Supplemento examinabimus. Demum : *Cenomanni, sancti Juliani episcopi et confessoris.* *Amici. Juliani M.*

BELINUS in utraque editione legit : *Depositio sancti Juliani, primi ejusdem urbis episcopi, vitæ sanctitate et miraculis gloriosi.* In prima scribit Cinomannis, in altera Cenomannis.

GREVEN. *Eodem die, Emiliani, Publii, Artemii, Armatæ, Juliani, Celiani, Saturi. Vitaliani Papæ, post Petrum septuagesimi octavi. Pauli Papæ et confessoris. Hic cum paucis familiaribus, noctu cellas infirmorum visitans, necessaria ministrabat, incarceratos eripiebat ; aliis etiam sanctis pollens actibus, in pace quievit.* Colitur XXVIII Junii. *Aurelianis, beati Adjuti, abbatis Carnotensis et confessoris. Ad cujus anniversariam festivitatem, cum populus conflueret, quidam contemnens et vineam suam pastinans, terribili plaga percussus, testimonium præbuit ejus sanctitati.* Remittitur ad XIX Decembris. *Item Joannis presbyteri Antiocheni, qui teste Hieronymo lib. de viris illustribus, sanctitate et sapientia, sub Theodosio seniore insigniter fulsit. Jonæ Prophetæ.* Vide Prætermissos. *Emiliani, etc. Vitaliani. Pauli PP. Adjuti. Joannis. Jonæ.*

MOLAN. In prima editione de Juliano Cenomannensi scribit ut Belinus. Tum : *Depositio sancti patris nostri Sulpitii episcopi et confessoris. Cellensi monasterio*, inquit editio altera, omittens *nostri*. Ubi interseritur : *Cabilonis, sancti Lupi, ipsius civitatis episcopi.* Tum : *Die vigesima septima, reportatio reliquiarum sancti patris Joannis Chrysostomi.* De Vitaliano fere ut supra. *Lupi.*

V *Kal.* **Die 28.**

Romæ, natalis sanctæ Agnetis secundo. Et in civitate Apollonia, sanctorum *Agnetis 2.*
Leucii, Thyrsi et Calinici martyrum, qui tempore Decii, diversis tormen- *Leucii*
torum generibus excruciati, primus et ultimus abscisione capitis, medius *et soc.*
cœlesti voce evocatus spiritum reddens, martyrium consummaverunt. Alexandriæ, *Cyrilli*
beati Cyrilli episcopi, qui catholicæ fidei præclarissimus extitit propugnator. In *Joannis*
monasterio Reomensi, depositio Joannis presbiteri, viri Dei.

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen Belini editione altera, Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Male in Belin. et Greven. *Apolonia.* Recte in textu *Thyrsi* post Adonem, ubi Tornacen. Greven. Molan et alii *Tirsi*; Herinien. *Thirsi*, alii *Tyrsi*; Servavi Usuardi lectionem in *Calinici.* Herinien. et Greven. habent *Calenici.* Molan. *Galenici*, forte ex Adone. *Leuticii* et *Calenitii* in Pulsanen. et *Galanici*, in Belino, aperta sunt sphalmata. Varias alias nominum istorum expressiones vide sis apud Bollandum hic, et apud Castellanum in notis a pag. 435. Pro *excruciati*, legit Herinien. *cruciati.* Posui *abscisione*, ut scripsere Praten. Herinien. Tornacen. Belin. et Ado ipse; pro quo in Pulsanen. Greven et Molan. est, *abcisione.* In Tornacen. Belin. et Greven. habetur *celesti* pro *cœlesti*, de qua et aliis diphthongis alibi diximus. *Cirilli* pro *Cyrilli; prædicator* pro *propugnator* in Belino adeo miranda non sunt. *Præclarus* autem pro *præclarissimus*, alter in Pulsanensi error dicendus. *Reomanensi* scripsit Ado, atque item Molan. Noster *Reomensi*, omnes male; pejus Tornacen. Pulsanen. et Belin. *Remensi :* scribendum et dicendum *Reomaensi* a Gall. *Reomay*, hodie *Montier-saint-Jean* in Burgundia, in quo etiam corrigendum est Baronii Martyrologium seu Romanum hodiernum, ubi *Rhemensi.*

OBSERVATIO. Altera hæc *Agnetis* commemoratio in omnibus antiquis Martyrologis reperitur. Hieronymiana apographa pleraque legunt : *Romæ, nativitas sanctæ Agnetis virginis*, de qua *nativitate* multa satis diligenter expendit Florentinius; an autem probanda, intelliges si contuleris cum iis, quæ Bollandus in Actis, et Castellanus in notis pag. 363, examinant XXI hujus. Coincidunt ea quæ habet Beda, cum Frontonis Kalendario : *Natale sanctæ Agnetis virginis de nativitate.* Rabanus tamquam particulæ ultimæ interpres, post *virginis*, interponit, *genuinum, hoc est de*, etc., ex quo idem ferme habet Notkerus. An autem hæc rem de se obscuram, non magis involvant, judicent alii. Crediderim ego, Rabanum ex aliquo Hieronymiano illud *genuinum* accepisse, pro quo in Epternacensi invenit Florentinius INGENUINUM, quod quid sit, ignorare se fatetur. Ut verbo sensum aperiam; malo *genuinum* accipias de vero natali seu die martyrii, quam ut Agnetis nativitas secundum carnem solenni cultu celebrari dicatur. Quamvis tota illa festi geminatio verosimiliter ortum habuerit ex eo, quod XXI Januarii ad virginis sepulcrum via Nomentana fideles confluerent, octavo autem die locus ipse martyrii in foro Agonali, nova celebritate honoraretur. Est apud nos pervetustum Kalendarium ecclesiæ Paderbornensis, a P. Joanne Grothusio ex membrana descriptum et ab eodem notis illustratum; in cujus textu habetur : *Octava sanctæ Agnetis.* Ubi notat Grothusius, recte retineri antiquum titulum *octavæ. Non* (est) *enim*, inquit, *sensus Kalendarii veteris Romani, unde iste titulus est acceptus, quod sit octava dies celebritatis, sed octava dies passionis.* Hæc quidem doctissimi viri opinatio. Ceterum hodiernus annuntiandi modus ex Romano parvo acceptus est. Ita simpliciter legit : *Sanctæ Agnetis secundo*; et sic ferme Ado, sic Noster, ex quo reliqui. Wandelbertus canit : *Agnetis 2*

Quintum progenies Romana Agnæ ducat almæ.

Martyres Apollonienses, ut varie expressos paulo ante exhibuimus, ita variis locis et diebus cultos, fuse et docte ostendunt laudandi sæpe Bollandus et Castellanus. In Hieronymianis XVIII Januarii invenies *Et passio S. Tyrsi cum sociis suis Leuci et Gallinici*, nulla stadii facta mentione, unde dubitat Florentinius sintne, iidem qui XX ponuntur : *Niveduno, Tirsi, Quiriaci* (Epternacen. *Leuci*) *et Gallinici.* Dubium item, utrum eadem nomina, aliis diebus seorsim ibi posita, ad eosdem hosce martyres pertineant, quod eo facilius admiseris, si diversis diebus et locis passos in eorum Actis observes. Solum Thyrsum *Mileto* adscribit Florus cum elogio XXV. Ceterum hoc die a nostris constanter referri, certum est. Romanum parvum, solum meminit *Leucii et Thyrsi.* Ado, inhærens Actorum ordini, ternos hac die conjunxit, cum eo encomio, quod totum descripsit Notkerus, Noster emollivit, iis rejectis quæ minus verisimilia videbantur. Baronius vero nominum seriem invertendo, adscribit Leucio, quæ ex antiquorum mente Thyrso certissime tribuenda sunt, ut primo intuitu fit manifestum. *Cyrillum* primus, quod sciam, inter Latinos Martyrologos hoc die collocavit Ado, cujus verba transcripsere Usuardus, Notkerus et recentiores passim. Græci eum colunt IX Junii, quo ipsum obiisse existimat Baronius. Mihi in tractatu Chronologico de Patriarchis Alexandrinis, probabilius visum est, XXVII istius mensis vivere desiisse, nisi calculus Copticus omnino rejiciatur, quod ut fiat per me plane licet. De Cyrilli rebus gestis non pauca collegit Bollandus, sed totam vitæ seriem, quam nemo hactenus integre prosecutus erat, diligenter percurrit Tillemontius tomo 14 a pag. 267 ad 676. *Joannis* (non *Hicanis*, ut perperam legit Notkerus) *Reomaensis* memoria tota etiam ex Adone transumpta est. Vitam illustravit Bollandus, cum qua conferri poterunt, quæ dedit *Leucii et soc.* *Cyrilli* *Joannis.*

 Mabilio

Mabilio in appendice seculi I Benedictini a pag. 632. De *Reomao* jam satis diximus, clariorem loci expressionem vide inter Auctaria in codice Antverp-Majore.

AUCTARIA.

Juliani.

PRATEN. et AGONES MARTYRUM. Textui subdunt : *Cenomannis, sancti Juliani, episcopi civitatis ipsius primi.* Sed cum hæc, ut die præcedenti ostendimus, codici Pratensi adjecta sint, nihil obest, quo minus inter Usuardinos puriores hodie locum habeat. Idem augmentum est in ANTVERP. et MAX-LUBEC. Et eodem ferme modo in priori BELINI editione seu Veneta.

De Joanne Reomaensi.

ANTVERP-MAJ. In prima satis purus, de Apolloniensibus non meminit. In Cyrillo etiam purus est. Demum de Joanne Reomaensi, ita distinctius loquitur : *In territorio Lingonicæ civitatis, castro Tarnodoro, monastario Roboniensi, natale sancti Joannis presbiteri et abbatis, qui primus habitator ipsius loci, ac diversorum pater monachorum extitit, ac longo confectus senio, clarus virtutibus requievit. Sepultus est non longe a monasterio.*

Octavæ Agnetis.

ROSWEYD. Incipit : *Octava sanctæ Agnetis. Et in civitate Apollonia, Leucii, Tyrsi, Calenici martyrum. Qui tempore Decii imperatoris sub præsidibus Cambritio, Silvano et Baudo, diversis tormentorum generibus excruciati, martyrium consummaverunt. Eodem die apud Alexandriam, beati Cyrilli episcopi et confessoris.* Deest annuntiatio ultima.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Secundo loco referunt annuntiationem Juliani ut supra. Præterea, nescio quo argumento, Alexandriam in *Græciam* retrahunt. Quod de Carolo Magno habent, statim dicetur, ubi collecta invenies quæ de eo in variis codicibus leguntur.

LEYDEN-BELG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Initio scribunt : *Octava sanctæ Agnetis virginis.* De cetero aliis, ut solent, similes sunt.

Caroli M.

MUNERAT. In fine : *Item sancti Karoli imperatoris.* ANTVERP-MAX. et LOVANIEN. *Apud Aquisgrani, depositio sancti Karoli regis Francoram et imperatoris Romanorum.* MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Karoli Magni, regis, et imperatoris Romanorum, Christianæ fidei propugnatoris constantissimi.* Paulo uberius, ULTRAJ. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. verbis prius citatis, addunt : *Qui regno et imperio suo pacato et dilatato, statu quoque sanctæ Ecclesiæ religiose ordinato, et fide studiosissime ampliata, anno Domini octingentesimo quartodecimo, ætatis vero suæ septuagesimo primo, regni antem quadragesimo septimo, et imperii quartodecimo, transivit ad Dominum. Hic pro magnitudine operum cognominatus est Magnus.* EDITIO LUBECO-COL. vix tribus vocibus a dictis differt, Greveno consentiens in decurtanda ætate anno uno, et omittendis annis regni. Omnium amplissime rem deducit Molanus his verbis : *Eodem die Aquisgrani basilica, natale sancti Karoli confessoris, primi de stirpe Francorum, ordinatione divina Romanorum Augusti : qui ab ineunte ætate sua, seculi pompam despiciens, imperialis potentiæ gladio et sanctæ prædicationis verbo, vitæque salutaris exemplo convertit Guasconiam, Germaniam atque Galliam. Convertit quoque ad Dominum Frisiam, Alemanniam, atque triplici trophæo Saxoniam. Ædificavit quoque propriis sumptibus, ad laudem et honorem sanctæ et individuæ Trinitatis, viginti septem ecclesias, quarum excellentiæ typhum obtinet Aquensis, præsentibus suffragiis gloriosa. Hic fide studiosissime ampliata, statu ecclesiæ religiose ordinato, regno etiam suo dilatato ac pacato, anno Domini* DCCCXIV, *ætatis suæ septuagesimo, imperii vero* XIV, *quievit in pace. Et pro magnitudine fidei ac operum, cognominatus est Magnus.* Subdit minori charactere : *Atque Sanctorum catalogo annumeratus, per Paschalem Papam anno* MCXCVI.

Aldetrudis

BRUXELLEN. Ita orditur : *Romæ, S. Agnetis de nativitate secundo. In civitate Apulia sanctorum Leoncii Tyrsi et Gallieniti*, etc. Sequitur de Juliano Cenomannensi. Deinde : *Apud Alexandriam Græciæ, depositio beati Cirilli*, etc. Tum Joannis Reomaensis. Hinc *Malbodii, beatæ Aldetrudis virginis, sanctorum Vincentii et Waldetrudis filiæ, ac neptis beatæ Gudilæ, quæ sanctæ Aldegundi, suæ matertæ in abbatia Malbodiensi successit.* Vide XXV Febr. De S. Karolo dicta sufficiant. *Item translatio beati Thomæ de Aquino, Doctoris sancti de Ordine Prædicatorum.*

Translationis S. Thomæ Aqu.

HAGENOYEN. De Karolo Magno id peculiare habet, quod *obierit in pace, dimissis ejus peccatis per intercessionem sancti Ægidii abbatis.*

CENTULEN. *Cyrillum martyrem* facit. Silet de martyribus Apolloniensibus. De Joanne sic scribit : *In territorio Linguonensi, monasterio Reomensi sancti Ioannis abbatis, magnifici viri, qui basiliscum oratione extinxit.*

Translationis S. Ursulæ.

EDITIO LUBECO-COL. Diem auspicatur hoc modo : *Apud Coloniam Agrippinam, translatio sanctæ Ursulæ reginæ et sodalium ejus undecim millium virginum et martyrum, quæ facta est per sanctum Cunibertum, Coloniensis civitatis archiepiscopum. Romæ, octava S. Agnetis virginis et martyris.* De martyribus Apolloniensibus, Cyrillo, Joanne et Carolo fere ut citati codices. In fine : *Apud Tolosam, translatio sancti Thomæ de Aquino.*

Censoriani et soc.

Margaretæ

GREVEN. *In Africa secundum Bedam*, (non genuinum) *sanctorum Censoriani, Victoris, Festi, Marinæ.* Circa Caroli M. elogium, in quo ab aliis dissentiat, supra notavimus. Pergit, *Translatio beati Thomæ de Aquino, a monasterio Fossænova Tholosam. Apud Coloniam Agrippinam, translatio sanctæ Ursulæ virginis sodaliumque ejus, facta per*, etc. *Margaretæ virginis de Hungaria, beatæ memoriæ.*

Juliani eremitæ

Jacobi

Inde, Domnes, et 20000

MOLAN. De Censoriano et sociis loquitur ut Grevenus. Tum : *Juliani eremitæ cognomento Sabæ. Cujus gesta in Deo dicata, hoc est Philotheo historia, se memorasse scribit Theodoretus lib.* 2 *hist. eccl. cap.* 24. In editionibus posterioribus post commemorationem *Caroli*, scribit, sed minori charactere : *Apud Porphyrionem secundum Simeonem, sancti Jacobi eremitæ. Et Nicomediæ, sanctorum martyrum Inde et Domnes et viginti millium, qui passi sunt sub Maximiano. Eodem die obitus illustrissimæ Margaretæ virginis, filiæ regis Hungarorum, Ordinis Prædicatorum.*

IV *Kal.* *Die* 29.

Romæ via Numentana, natalis sanctorum Papiæ et Mauri militum, quorum ora jussit Laudicius Urbis præfectus ad primam confessionem Christi lapidibus contundi, et sic eos in carcerem retrudi, ac postea fustibus cædi, atque in ultimo plumbatis, donec expirarent. Eodem die Treveris, depositio beati Valerii episcopi discipuli sancti Petri Apostoli. In territorio Trecassino, sancti Sabiniani, qui jubente Aureliano imperatore, pro fide Christi decollatus est. *Papiæ et Mauri.* *Valerii.* *Sabiniani.*

Summa hic codicum plurimorum consonantia *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsan. Max Lubec. Munerat. Belin. Greven. Molan.* et *Adon. Martyrum.* Item codd. mediæ notæ, *Antverp-Max. Ultraject. Leyden, Lovanien. Albergen. Danic* et *Edit. Ultraject-Belgic.*

VARIA LECTIO *Maure* pro *Mauri* in Munerato error est. In Alberg. *martyrum militum* prima vox redundat. Magna codicum discrepantia in scriptione nominis *Laudicius*, pro quo, male, Antverpien. *Laucius*. Herinien. Tornacen. Molan. et alii cum Adone *Laodicius*. Sequor in textu lectionem Bedæ, Pulsan. Munerati, Belini et Greveni; non repugnaturus si aliam præferas, aut cum Pratensi legendum putes *Lauditius*, imo forte *Laodicius*, ut in eo codice legisse videtur Castellanus. Muneratus denuo male posuit *profectus* pro *præfectus*. Quos codices Mss. secuti fuerint Greven. et Molan. non capio; uterque hæc omittit: *Et sic eos in carcerem retrudi*, quæ in omnibus nostris, nullo excepto, clarissime exprimuntur; cum hac sola differentia, quod Antverp. Max-Lubec. Ultraject. etc., pro *retrudi*, posuerint *trudi*. Et ea quidem clausula ad mentem Bedæ et, qui eum descripsit, Adonis, exprimenda est. Sitne legendum *ad ultimum*, an *in ultimo* dubium est, variant optimæ notæ codices, Herinien. et Tornacen. scribentibus primo modo; nos Usuardum secundo modo scripsisse existimamus. Solus Muneratus habet *ultimo*. Molanus dum clarior videri voluit, textum corrupit, addens ex Adone vocem *percuti* atque adeo legens : *atque ad ultimum percuti plumbatis*. Pulsanen. vero omittit, *atque in ultimo plumbatis*. *Treneris* in Munerato, *Valeris* in prima Belini editione, typographo imputanda. *Trecasino*, *Sabiani* vel *Saviani* scribunt aliqui, præsertim codices genuini, non nemo *Fabiani*, Munerat. *Saviniani;* textus ex purioribus desumptus est. Pulsan. Antverp. et Belinus habent *Aurelio* pro *Aureliano*. Porro Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. et Danic. *Valerium* ultimo loco annuntiant, *Sabinianum* ei præponentes. Inter puriores codices hic denuo numeratur apographum nostrum Pratense licet hodie additamentum habeat de *Octava sancti Vincentii*, quod prætenso autographo adjectum scribit ad me Castellanus, notans erasas quinque ultimas textus litteras *us est* unde additio illa initium sumit.

OBSERVATIO. De *Papia* et *Mauro* nihil Hieronymiana apographa. Primus eos retulit Beda cum insigni elogio, quod a Rabano modice immutatum est. Romanum parvum scripserat : *Romæ, Papiæ et Mauri militum, sub Diocletiano imperatore*. Ado paratum in Beda encomium non nihil expolivisse videtur. Utrum secutus fuerit Notkerus, parum interest ; Noster certe, quod in alterutro invenerat comptius et brevius reddidit. Dixi in Beda esse *Laudicius*, quod Ado vertit *Laodicius*, ut habent Rabanus quoque et Notkerus. An *Laudicius*, ab Usuardo servatus, indicio esse possit eum Bedam potius quam Adonem sibi imitandum proposuisse, non est operæ pretium indagare. Reliqua quæ ad hos Sanctos spectant ex sancti Marcelli Papæ Actis XVI Januarii repetenda sunt. *Valerius* Trevirensis in omnibus Hieronymianis ita ponitur, ut nequaquam adjectitius videatur. Pro confessore recoli ostendit præfixa formula, *depositio;* ita enim habetur : *Treveris, depositio Valerii*, vel *B. Valerii*, vel *beatissimi Valerii episcopi* , quin imo Corbeiense notanter adjicit, *confessoris*, quem titulum in hisce codicibus rarius recurrere, alibi diximus. Hinc Rabanus sua desumpsit; sed Adonis proprium est quod de *beati Petri discipulatu* in textu nostro adjungitur ; eumdemque fontem Notkerus consuluit. Id quo sensu intelligendum, non inepte explicat Castellanus pag. 451. Etenim in proprio sensu aut significatione accipi non posse, vel ex Hieronymianis colliges, in quibus primi ille duorum primorum Ecclesiæ seculorum episcopi passim gaudent apposito *de antiquis*, quod in hoc ipso laterculo, Hippolyto tribuitur. Verum hæc operosius discutientur aut in Supplemento Januarii aut XIV Septembris ad vitam sancti Materni, quem si tempore Constantini magni floruisse memineris, Valerii hujus ætatem nullo negotio deprehendes. Binas nostras annuntiationes sic metrice complectitur Wandelbertus : *Papiæ et Mauri* *Valerii*

Quarto martyrum Papiæ Maurique refulget,
Tunc et Valerio Treviri pro præsule gaudent.

Sabiniani martyris Tricassini, quem a Senonensi distinguendum hactenus credimus, solus Usuardus hoc die inter antiquos meminit, non recte, ut ante Castellanum observarunt Majores nostri, cum XXIV Januarii ejus festivitas per totam diœcesim Tricassinam celebretur, idque in usu fuisse ante Usuardi tempora testetur laudatus Castellanus. Nec mirum cum illo ipso die, martyrio coronatum *Sabinianum* referant ejus Acta. Id compertum habuisse videtur Florus dum *Sabinam* sororem præfato die ei conjungit, unde hic rursus colligas, quam ignota fuerint Usuardo Flori ad Bedam supplementa. Aliam Usuardi hallucinationem infra notabimus, nempe quod *Sabinam* hanc *Trecensem* ad *Sabiniani.*

XXIX Augusti distulerit, ut cum *Sabina Romana* eam connecteret. Melius in Actis nostris hoc die recolitur, et ex Martyrologiorum auctoritate cum fratre conjungitur, atque cum multis aliis martyribus, quorum gesta ibi collecta expenduntur et illustrantur. Vide in Actis dies alios, quibus aut conjunctim aut seorsim eorum nomina repetuntur. Hæc pro instituto nostro satis dicta existimo : nam, quidquid de rei veritate statuendum sit, certum manet, ipsissimam et genuinam Usuardi lectionem in textu a nobis fideliter et simpliciter repræsentari.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. *Romæ, passio sanctorum Papiæ et Mauri militum, tempore Diocletiani.* In Valerio satis purus est. Ultimam vero sic vertit: *Ipso die, natale sanctæ Savinæ virginis.* Clarius codex VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Trecas, sanctæ Savinæ virginis.* (*Savinæ*) Et eam quidem Sabiniano conjunxere citati inter Auctaria codices, XXIV hujus. Utrum illi an huic diei magis quadret, definire certo non ausim, malim tamen alterutri, et huic præsertim, quam diei XXIX Augusti, cui eam innectit Usuardus cum *Sabina Romana* copulatam. Rursus *Savina*, an *Sabina* appelletur rectius, eadem quæstio est, quæ de *Saviniani* et *Sabiniani* nomine moveri posset, quem codex ALTEMPSIAN. et aliqui alii *Sabinum* vocaverunt.

ROSWEYD. In prima et secunda non omnino purus, tertiam plane omittit.

CENTULEN. *Romæ, sanctorum militum Papiæ et Mauri, sub Dyocletiano. In territorio Trecassino, sancti Sabiani martyris. Treveris, depositio beati Valerii episcopi, discipuli Petri Apostoli. Et octava sancti Vincentii martyris.* (*Octavæ S. Vincentii.*) Vide Variantes in fine.

BRUXELLEN. Præpostero ordine Papiam et Maurum ultimo loco annuntiat, elogio ex Adone non nihil interpolato. Sic vero incipit : *Treveris, depositio beati Valerii episcopi, discipuli sancti Petri Apostoli.* (*De Valerio.*) *Qui cum beatis Euchario et Materno Treverim veniens, post obitum Eucharii, ibidem per annos quindecim episcopatus fungebatur honore. Cujus prædicationis tanta fuit instantia, ut eo adhuc vivente, per Galliam et Germaniam Christiani paganos numero simul et religione superarent.* In Sabiniano purus est.

Aliter incipit HAGEN. nimirum : *In territorio Trecassino, passio sancti Sabiniani martyris.* (*De Sabiniano*) *Qui fuit filius unicus Sabini ducis : qui per angelum Domini miraculose conversus est, et sacrum baptisma suscepit, et patrem cum patria relinquens, ad docendum alios perrexit : qui ab Aureliano imperatore infinitas pœnas sustinuit, et tandem decollatus, martyrium complevit.* De Papia et Mauro nihil immutavit. De Valerio, textui hæc solum addit: *Qui cum beato Euchario et Materno magnam partem Galliæ ad fidem Deo convertit, et post Eucharium ibidem factus episcopus, quievit in pace.*

VATICAN. sub num. 5949. *In Peruvia* (an non *Perusia?*) *sancti Constantii.* (*Constantii.*) *Beneventi, natale sanctorum Felicissimi et Cassiani in S. Sophia.* (*Felicissimi et Cassiani*)

STROZZ. et MEDIC. *Apud civitatem Cebensem* (forte *Cellensem*) *juxta castrum Corneti, sancti Flaviani martyris, qui sub Claudio imperatore* (*Flaviani.*) *passus est cum omni domo sua, inter viros et mulieres promiscui sexus, numero* LXXV, *et baptizati fuerunt a B. Theodoro presbytero, et per martyrium consummati sunt, ut legitur in gestis sancti Maximi martyris.* Multo lumine indigent, quæ hic obscure confusa sunt, denuo excutienda cum Actis sanctæ Severæ, etc. Vide tomo 2 Januarii pag. 946.

EDIT. LUBECO-COL. De Papia et Mauro, post *militum* ex Adone interserit: *tempore Diocletiani imperatoris, qui videntes constantiam sanctorum Saturnini et Sisinnii diaconi, conversi sunt ad fidem. Quorum ora*, etc. De Valerio adjicit : *Quem idem Apostolus Treviri, una cum discipulis suis Euchario et Materno, ad prædicandum gentibus illis destinavit.* In fine : *Bituricas, S. Severi episcopi et confessoris, discipuli sancti Martini episcopi.* (*Severi*) Vide infra in augmento Molani.

GREVEN. *Item sanctorum Pauli, Victoris, Hippolyti, Honorati, Petrosie.* (*Pauli et sociorum.*) *Severi episcopi Bituricensis et confessoris, discipuli sancti Martini. In Britannia, Gildæ abbatis.* (*Gildæ*) *Vitalis, abbatis. Constantini* (Constantii, ni fallor, Perusini) *episcopi et martyris.* (*Constantini.*)

MOLAN. minori charactere : *Eodem die, sancti Sulpitii Severi, episcopi Bituricensis et confessoris, discipuli sancti Martini, de quo Gennadius*, etc. Ubique Sulpitiorum confusio ; hic enim Bituricensis episcopus, ad sancti Martini tempora spectare nequaquam potest, ut evincit Bollandus hoc die. Postremæ editiones : *In Britannia, Gildæ abbatis et confessoris.* Tum de Sulpitio. Demum : *Perusiæ, sancti Constantii episcopi et confessoris.* (*Constantii*) Notabis in omnibus editionibus, post elogium Papiæ et Mauri, litteris Italicis insertum ex Beda et Adone : *Scriptum est in gestis beati Marcelli.*

III *Kal.* *Die* 30

(*Hippolyti.*) Apud Antiochiam, passio beati Ypoliti martyris, qui Novati schismate aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiæ rediit, pro qua illustre martyrium consummavit. Hierosolimis, (*Matthiæ.*) sanctissimi Matthiæ episcopi, de quo mira et plena fide narrant, quia multa pro Christo perpessus, ultimo in pace vitam finivit. Ipso die, passio sancti Flaviani (*Flaviani*) martyris. Malbodio monasterio, sanctæ Aldegundis virginis. (*Aldegundis.*)

Sic pure *Hermen. Tornacen. Pulsanen. Belin. Greven. Molan.* et *Editio Ultraject-Belgic.*

VARIA LECTIO. Solus Munerat. posuit *sancti*, pro *beati*. Scripsi *Ypoliti*, modo satis barbaro, sed pro quo stat plurima codicum qualiscumque auctoritas, ut hic Herinien. Tornacen. Pulsan. Antverp. Munerat. et aliorum plurium ut videbis etiam XIII et XXIII Augusti. Molan. recte posuit *Hippolyti*; proxime Praten. *Hippoliti*; Belin. et Greven. *Hypoliti*. Tibi licet præferre quod optimum est, liceat nobis codicum nostrorum etiam luxatam scribendi rationem sequi. In Hieronym. est *Epoliti*, etc. Prima Belini editio pro *Novati*, posuit *Novatiani* : uterque ad schisma concurrit. Habet etiam cum aliis codicibus *scismate*. Tornacen. et Munerat. pro *correctus*, legunt *correptus*. Qua libertate reliqui *Ypoliti*, eadem scribo *Hierosolimis*, etc., de quibus alibi. Pro *sanctissimi* in Tornacen. est *sancti*, in Belin. *gloriosissimi*. *Mathæi* et *Mathei* scribunt codices aliqui, Molan. *Matthæi*, Belini I editio *Nathei*, melius Praten. *Mathiæ*, potior est nostra lectio. In plerisque nostris et optimis habetur *narrant*, quo modo Usuardum legisse existimo; Pulsan. Belin. Greven. et Molan. forte melius cum Adone, *narrantur*. Rursus Greven. et Molan. habent *finierit*. Tornacen. pro *ipso die*, ponit, *eodem die*. Pulsan. Greven. et Molan. omittunt, *passio*. *Flavii* in Pulsan. pro *Flaviani*, error est, uti et in eodem *Malboydo*, in Greven. *Moalbodio*, in Belin. *Aldegunde*. — Notavi superius XXVI Januarii, erasam in Pratensi codice Bathildis commemorationem, ut Castellanus monuerat. Idem ipse in notis hoc die observat *Aldegundem* in præfato codice itidem inductam, ad XIII Novembris translatam, ejusque loco substitutam hic *Bathildem*. Atque hæc causa est cur hoc etiam die a purorum numero codex ille exclusus sit. Quomodo alii utramque conjunxerint, alii vero aliter scripserint ex Auctariis intelliges. Genuina Usuardi lectio ex citatis pro textu codicibus abunde comprobata est. *De codice Pratensi*

OBSERVATIO. Die præcedenti non oscitanter advertimus notari in Hieronymianis *Hippolytum episcopum, de antiquis*; ut ut ibi nomen deformatum sit, quemadmodum et hoc die dum præfata apographa primo loco legunt : *In Antiochia, passio sancti Epoliti*. Ex diversis enuntiandi modis, diversos hos esse plerique volunt, quamvis in his codicibus novum omnino non sit, eumdem Sanctum semel atque iterum repeti. Ego ingenue fateor in *Hippolytis* me hæsitare, dum oppositas eruditorum opiniones penitius introspicio. Videtur prior, *episcopus de antiquis*, sumendus pro celeberrimo illo de priscis Ecclesiæ doctoribus, ut recte, me quidem judice, hoc die censet Florentinius. Verum an ille qui ab aliquibus *Portuensis* episcopus dicitur? An is qui colitur XXII vel XXIII Augusti? An qui a Prudentio celebratur? Variant sententiæ. Jam vero quis hic noster Antiochiæ passus? Satis propendeo ut dicam hunc ipsum, illum esse magnum *de antiquis* scriptorem, incerti loci episcopum, cum Portuensi martyre nequaquam confundendum; sed obstat quod in Hieronymianis alter ab altero distinguatur. Lapis offensionis est *Antiochia* : nodum solveris aut scideris, si liceat *Hippolytum magnum* Antiochiæ adscribere, utpote alicujus ecclesiæ Orientalis episcopum, qui a nostris Martyrologis XXII vel XXIII Augusti recolatur; hunc vero *presbyterum Romanum* dicas, qui forte cum Pontiano Papa, ut est in Henschenianis catalogis, ante tomum I Aprilis, exilium passus, post Cornelii electionem, Novatiano schismati implicitus, sed gloriose resipiscens, illustre martyrium, jam ætate confectus, non Antiochiæ, sed probabilissime ad Tyberina ostia subierit, quique a Prudentio egregie laudatus est, non confusus ut vult Baronius, et a *pulcherrima Roma*, colitur, *Idibus Augusti mensis*, ut ibi dicemus. Hæc præmittenda fuere, ut detegatur confusio in omnia Martyrologia per Adonem inducta. Romanum parvum breviter legerat : *Antiochiæ, passio sancti Hippolyti*. Sed rem, ni fallor, implicuit solus Ado, elogium illud adjungens, quod ex ipso Usuardus, Notkerus et recentiores passim accepere, quodque ego Hippolyti Prudentiani unice proprium existimo, non utique Antiocheni, nisi quis in Adonis gratiam alterum quempiam Hippolytum *Novati schismate deceptum*, Antiochiæ passum fingat, quod mihi certe non fit verosimile. Martyrologos nostros maximi sane facimus, non tanti tamen, ut ubique Prudentio tot seculis anteriori præferendos putemus. Hieronymianorum sensui insistere videtur Wandelbertus, unico suo versiculo : *Hippolyti.*

Tertiaque Hippolytum Antiochenæ personat urbi.

Castellanus pag. 461 semel atque iterum *Matthæum* Hierosolymitanum ab Usuardo primum positum insinuat, tametsi evidentissimum sit, verba ejus omnia permodice immutata ex Adone hic etiam transumpta. Ado illum ex Romano parvo acceperat, ubi sic memoratur : *Jerosolymis, Matthiæ episcopi, qui octavus fuit post Jacobum*. Notkerus Adonis phrasim non nihil transposuit; apud Martyrologos alios notus non est. An hic felicius rem attigerit Ado, quam in priori annuntiatione; quæ et qualia sint, *mira illa et plena fide gesta*, vide sis in Actis et in Chronologia Patriarcharum Hierosolymitanorum ante tomum 3 Maii pag. 6. *Matthæi.*

Sequitur apud Adonem *Alexander* martyr, ex hoc a Notkero quoque relatus; qui cur ab Usuardo præteritus fuerit, tum demum perspexi, cum Adonis elogium sæpe expendens et versans, illud rursus male translatum et applicatum didici. Nimirum accepta sunt verba omnia ex Rufino lib. 6 historiæ cap. 29, quibus aperte describuntur certamina Alexandri Jerosolymitani, qui idem ipse a Romano parvo et Adone disertissime ponitur XVIII Martii : ut proinde Alexander ille Adonianus, hic abundet, nisi alium quempiam indicaverit auctor Romani parvi, qui etiam *Decima persecutione passus* sit, quique hactenus nos lateat. Cetera ad XVIII Martii remittimus. Hæc procul dubio et jam observavit Castellanus, sed alio defectu laborare videtur, dum prædictum Alexandrum in notis pag. 461, differt ad XII Decembris, quasi idem foret, qui tribus diversis diebus a Romano parvo et Adone annuntiatur. Mentem ejus non satis clare assequor, nisi Græcos sequi velit, qui eo die Alexandrum Jerosolymitanum recolunt : nam qui ibi *Alexander* cum socio *Epimacho* a Nostris celebratur, tantum ab Hierosolymitano distat, quantum Alexandria ab Hierosolymis dissita est, ut satis distincte explicat Rufinus citato libro cap. 31 et 35, item Eusebius Valesii lib. 6 cap. 41 et 46. *De Alexandro Ad.* [illegible]

Substituitus hic ab Usuardo *Flavianus* ex nullis characteristicis innotescit, utpote sine loci aut [illegible]

temporis

temporis nota positus ; neque unde illum acceperit, divinare queo. Fateor equidem a Castellano Flavianum hunc *Centumcellis* collocari, a Baronio autem Romæ adscribi, XXVIII Januarii. At tam varia congesta reperio, ut ea discriminare non vacet. Nec plus lucis reperio quam Acta exhibeant *Aldegundis.* pag. 833 et 946. De *Aldegunde* nihil dicendum superest. Rabani et ex hoc Notkeri peculiare de ipsa elogium, a Molano relatum, inter Auctaria recensebimus.

AUCTARIA.

PRATEN. et AGONES MARTYRUM. Expuncta Aldegunde, ut in Variantibus dixi, substituunt : *Bathildis.* *In territorio Parisiacensi, Baltildis reginæ.*

ANTVERP-MAX. Satis purus est toto textu usque ad *vitam finivit* ; sed tunc ex Adone subdit : *Hic octavus post Jacobum Apostolum, Jerosolimo- Alexandri rum rexit ecclesiam. Eodem die, passio beati Alexandri martyris.* De Aldegunde, recte.

ROSWEYD. In Hippolyto deest elogium. In Matthia, satis purus est. Tum : *Item beati Alexandri martyris, qui passus est tempore Decii.* *124 M. M* *In Africa,* CXXIV *martyrum.* Vide Hieronymiana. *Lici vel Leucii* *Item Lici martyris et sociorum ejus.* Nescio quem alium indicare possit præter *Leucium*, de quo XXVIII hujus, *Item eodem die, dormitio sanctæ Balthildis.* In Aldegunde, purus est.

ANTVERP. MAX-LUBEC. MUNERAT. ANTVERP-MAX. LOVANIEN. et LEYDEN-BELGIC. In textu omnes puri sunt, sed in eo excedunt, quod *Bathildem reginam* superadjiciant.

ULTRAJ-LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Plus aliquid de Alexandro scribunt, quam posuerit Ado. Ita enim habent : *Item Hierosolymis, natale* *De Alexandro* *beati Alexandri episcopi. Qui sub Deciana persecutione judici pro confessione sistitur, vinculisque traditus, dum longæva ætatis veneranda fulgeret canitie, postquam frequenter Dominum suis glorificaverat passionibus, nunc de tribulationibus* (ita legunt ULTRAJ. et LEYDEN, melius alii de *tribunalibus*) *ad vincula, nunc de vinculis ad tribunalia pertractus, inter ipsa vicissim sibi succedentia tormenta, beato fine quievit.*

Ita fere etiam, VATICAN. sub num. 5949, et STOZZ. etc. Rectius et simplicius GREVEN. et MOLAN. *Item beati Alexandri. Hic Deciana persecutione, pro confessione fidei judiciis sistitur, et vinculis carceris traditur. Qui cum longævæ ætatis veneranda canitie*, etc. Addit GREVEN. *Videtur iste ille esse, quem Usuardus ponit* XV *Kal. Aprilis.* Hoc est, quod et nos putamus non omnino esse compertum. Videatur Bollandus hac die.

CENTUL. Usuardi contractor, incipit a Matthia, legens fere ut Rom. parvum : *Hierosolymis, beati Matthiæ episcopi et martyris, qui octavus post Jacobum, Hierosolymorum rexit ecclesiam.* Sequitur Hippolytus. Tum : *eodem die sancti Alexandri martyris.* In fine perperam adjicit : *Alexandriæ sancti* *Metrani* *Metrani martyris*, qui ad diem sequentem spectat.

BRUXELLEN. Sic orditur : *Malbodio monasterio, depositio sanctæ Aldegundis virginis et abbatissæ, sororis beatæ Waldetrudis et neptis sanctæ Gudilæ.* In Hippolyto et Matthia fere purus est. De Alexandro nihil novi profert. Sequitur Flavianus. Denique : *In territorio Parisiensi, dormitio sanctæ Bathildis, Francorum reginæ, quæ Corbeyam* *Bathildis* *monasterium construxit.*

HAGENOYEN. Luxatus et mancus est ; Hippolytum vocat *Novaypolitum* ; Flavianum, *Flaviarium* ; Aldegundem territorio Parisiensi, Bathildem Malbodio attribuit, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Aldegundis virginis, sororis sanctæ Waldetrudis viduæ. Flaviani martyris. Item sancti Hippolyti martyris, cujus passionem Prudentius describit.*

ALTEMPS. in Anglia auctus. *Item sancti Belliani martyris.* *Belliani* Puto nomen esse corruptum, forte ex *Pellicani* vel hujusmodi alio, quod ex apographis Hieronymianis acceptum fuerit.

EDITIO LUBECO-COL. Cum codicibus superius citatis convenit, hoc peculiare subnectens : *Malbodio monasterio, sancti* (sanctæ) *Aldegundis virginis nobilissimæ,* *De Aldegunde* *quæ ex regio genere orta, Christum sibi in perpetuum sponsum elegit, qui etiam eam in tantum dilexit, quod sæpe ei visibilem angelum pro solatio miserat.* Sed hæc elegantius exprimit Molanus ex Rabano et Notkero : *Quæ tempore Dagoberti regis Francorum ex nobili genere progenita, virginitatis propositum elegit, in quo et permansit, sæpiusque illi angelica visio revelata fuit exhortans eam, ut in proposito permaneret. Novissime vero cum magna claritate cœlestis luminis, ad vitam migravit æternam.*

GREVEN. *In Africa, Pellicani, Clerliciani,* *Pellicani et soc.* *Philippiani et aliorum* CXXIV, ex Hieronymian. Vide Bollandum. *Lucii martyris et sociorum ejus.* *Lucii et soc.* *Batildis reginæ Franciæ, quæ post mortem Clodovæi viri sui monasterium ingressa, in magna se humilitate dejiciens, Christo conformari satagebat. Etiam ponitur* VII *Kal. Februarii, sed melius hic.*

MOLAN. Præter dicta, minori charactere scribit : *Eodem die beatæ memoriæ, Antonii Pere-* *Antonii* *grini Patarini, ex Manziorum familia noti, qui omnia loca sancta visitavit et defunctus est* MCCLXVII. In postremis edit. Alexandrum omisit, haud dubie quod cum Grev. dubitare cœperit, utrum hic idem non esset cum eo, qui XVIII Martii ponitur.

Pridie Kal. *Die* 31.

Metrani Apud Alexandriam, natalis beati Metrani martyris, quo nolente impia verba proferre ad jussionem paganorum, omne corpus ejus fustibus colliserunt ; vultumque et oculos acutis calamis terebrantes, extra urbem cum cruciatibus expulerunt, ibique spiritum, qui in eo supererat, lapidibus ejecerunt. Item *Saturnini et soc. Vigilii.* Alexandriæ, sanctorum martyrum Saturnini, Thyrsi et Victoris. Apud Trientinam urbem, sancti Vigilii episcopi et martyris.

Codices puriores consentiunt soli *Herinien. Tornacen. Antverp-Major.*

VARIA

VARIA LECTIO. Vix quidquam occurrit notatu dignum præter differentiam inter Antverp-Majorem et duos alios codices pro textu citatos. Siquidem ille puram Adonis lectionem Usuardinæ tantillum immutatæ prætulisse videtur. Itaque pro *beati*, legit *sancti*. Deinde post, *martyris*, sic pergit : *Quem correptum pagani jubent impia verba proferre, quod illo recusante, omne corpus... ibique quod in eo superaret spiritus*, etc. Annuntiationem secundam sic format idem codex : *Tirsi, Saturnini et Victoris, quorum gesta habentur.* Alii scribunt *Tyrsi* : nobis præplacet Adonis orthographia, qua itidem supra ad XXVIII usi fuimus. Rursus, Antverp-Maj. incipit : *Eodem die*, etc. Herinien. autem pro *Vigilii*, male scribit *Vigili.*

Superest nova ex codice Pratensi aliisque controversia, an nimirum *Vigilius Tridentinus* ab Usuardo ipso hoc die, an XXVI Junii relatus sit? Citato Pratensi subscribunt Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven. et Molan., major nempe numerus codicum, quorum auctoritate definienda, ut plurimum, Usuardi simplicitas. Et licet codices multi alii, præsertim Herinien. et Tornacen. oppositum traderent, illis cedendum putaveram, quo usque de vera Pratensis lectione a Castellano factus sum certior. Respondit hic ultimis suis litteris, XXXI Januarii MDCCXI aliena manu ad me datis, in hæc verba . *Item est ad S. Germani a Pratis ; apparet litura* (XXXI Januarii de quo quæsieram) *verosimiliter sancti Vigilii, qui* XXVI *Junii denuo recurrit, sed eadem prima manu, qua reliqua scripta sunt.* Quid ex his, cum annuntiatione XXVI Junii collatis, deducendum sit, in præfatione explicavimus ; hic mihi satis sit unum evicisse, nempe in vetustissimis Usuardi apographis, quale certe Pratense censeri debet, positum olim hoc die Vigilium, ac proinde in primo ipso Usuardi autographo, atque adeo veram et puram esse nostram lectionem. *De codice Pratensi.*

OBSERVATIO. Singulare auctoris Romani parvi, in colligendis ex Rufino Sanctis, studium, ut toto opere sæpe proditur, ita hic manifeste patet in glorioso sene Alexandrino nomine *Metra*, *Metrani.* de quo in tractatu Chronologico Patriarcharum obiter locuti sumus num. 164, sed quem hic ex recepto scribendi modo cum Martyrologis nostris *Metranum* dicimus. Hic itaque a Romano parvo sic primum consignatus est : *Alexandriæ, sancti Metrani martyris.* Sumptus est ex celebri Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum epistola, quam ex Eusebio et Rufino recusam habes apud Ruinartium inter sincera et selecta a pag. 103. Inde totum suum elogium accepit Ado, quod Notkerus intactum reliquit, Noster vero modice abbrevians obscurius reddidit, ut ex codice Antverp-Majore in Variantibus facile patescit. Annuntiatio altera solius Adonis est ab ipso indeterminate expressa : *Item, sanctorum Saturnini, Thyrsi et Victoris.* Notkerus Hieronymiana prætulit, in quo saltem *Saturnini et sociorum.* aliqua inter hos aliosque martyres reperitur distinctio. Rem confudit Usuardus palæstram assignando *Alexandriæ*, cui in præfatis Hieronymianis alii prorsus martyres tribuuntur. Recte et solide hic observavit Bollandus pag. 1080, *difficile esse, cum Acta desunt, sanctorum martyrum fide certa natales stabilire ; loco, in quo palmam adepti, sæpenumero a librariis vel omisso vel mendose expresso, aut pluribus ad unum temere revocatis ; sociis nunc omissis, nunc neglecta interpunctione, aliunde adscitis aut ex nominum similitudine iisdem perperam repetitis. Quæ omnia cum hic animis nostris obversarentur, ne quidem quod conjectaremus satis erat expeditum.* Nec nobis promptum est confusa hæc secernere. Ceterum Usuardi error in recentiores transiit, satis feliciter pro aliqua parte ex Ms. S. Cyriaci a Baronio correctus. Dubitari potest, an Wandelberti versus occasionem aliis non dederint tres illos ex majori numero seligendi. Sic ille cecinerat :

Saturnine tuum egregium Thyrsique trophæum,
Victorisque simul Jani determinat orbem.

Vigilium Tridentinum ab Usuardo hoc ipso die, post Romanum parvum et Adonem, consignatum *Vigilii.* omnino credimus, ut supra in Variantibus dictum est. Ita illum primus annuntiat Romani parvi auctor : *Trientinæ, sancti Vigilii episcopi et martyris.* Hinc ab Adone positus iisdem ipsis verbis, quæ ex eo Usuardus et Notkerus descripsere. Vide Acta ejus illustrata XXVI Junii, quo die a Romano moderno refertur.

AUCTARIA.

Incipio a defectu, quem supra notavi in codicibus PRATEN. PULSANEN. ANTVERP MAX-LUBEC. MUNERAT. GREVEN. MOLAN. et ADON. MARTYRUM, qui omnes Vigilium hodie omiserunt.

ROSWEYD. In prima nec plane Adonianus nec Usuardinus est, quamvis in re conveniat. In secunda item omnino purus non est. Vigilio etiam *SS. 15 Sacerdotum.* caret, cujus loco adjicit : *Et natale sanctorum* XV *sacerdotum.* Quæ quidem ex Hieronymianis accepta sunt. Sed quid hoc quod additur ; *Et beati* *Julii* *Julii confessoris?* An de presbytero agit, qui cum *Juliano diacono fratre* in Actis Novariæ in Italia ponitur?

Cyri et Joannis ALBERGEN. Ita incipit : *Natale beatorum martyrum Cyri et Joannis.* Additur in LOVANIEN. *Quorum primus ex Alexandria, metropoli Egypti, secundus de civitate Edissena extitit oriundus.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Ad complendum elogium hæc supradictis adjiciunt : *Qui temporibus Diocletiani et Maximiani primum tenti et in carcerem missi, deinde virgis cæsi et facibus ignitis adusti, aceto saleque superfusi ac cilicio confricati, piceque fervente perfusi, ad ultimum decollati, martyrium compleverunt.* De Saturnino et sociis adjungunt omnes, *quorum gesta habentur*, quæ utinam vera essent! Solus LOVANIEN. in eo purus est, quod ultimo loco habeat de Vigilio, ut supra in textu.

CENTULEN. De Metrano egit die præcedenti, ut vide ibi in Auctariis. Hic vero : *Alexandriæ, sanctorum martyrum Tirsi, Saturnini et Victoris, quorum gesta habentur.* In Vigilio purus est.

BRUXELLEN. De Cyro et Joanne legit cum co-

dicibus

dicibus mediæ notæ supra. De Metrano habet elogium Adonis purum. De Saturnino, etc., ut supra. Tum de suo disparata conjungit, hoc

De Vigilii male

modo : *Et apud Trientinam urbem, Vigilii Papæ et martyris; qui ob id quod Antennium* (Anthimum) *Constantinopolitanum episcopum de hæresi condemnatum, ad sedem suam noluit revocare, jussu imperatoris ignominiose tractatus, mittitur in exilium; ubi de eo, quod in Silverio Papa suo prædecessore, inique commisit, digne pœnitendo, veniæ locum invenit, et vitam feliciter terminavit. Hic constituit, ut in ecclesiis Missæ versus Orientem celebrentur. Item Gelasii episcopi.*

Gelasii

Hagenoyen. Post purum et integrum Usuardi textum, addit : *Eodem die, translatio sancti Euscacii* (Eustadii) *episcopi et confessoris.* Sequitur de Cyro et Joanne, ut supra. Tum : *Item Mutinæ, sancti Geminiani episcopi et confessoris.*

Eustadii translationis.
Geminiani

Aquicinct. pro *Thyrsi*, legit *Tyrsimi.*

Victorin. in fine : *Et sanctorum Abba-Cyri et Joannis. Eodem die apud Tridentinam urbem, B. Vigilii episcopi et martyris.* Codex Reg. Suec. signatus num. 130. et Vatican. num. 5949, habent ut superius, *Trientinam.* Abdingheff. Apud *Trientum.* Strozz. et Medic. *Apud Trientinam civitatem, natalis sancti Vigilii episcopi et confessoris.* Matric-Cartus-Ultraj. absque positione. *Vigilii episcopi et martyris.*

Ambian. *In Galliis Ambiani, transitus sanctæ Vulphiæ.*

Vulphiæ

Divion. S. Benigni. *Divioni* (aliud exemplar *Divione*) *translatio corporis sancti Eustadii presbyteri et confessoris.*

Reg. Suec. num. 130. *Et sanctorum Abbacyri et Joannis.* Alius codex num. 428. *Civitate Gratianapoli, natalis sancti Patrocli martyris, ejusdem civitatis episcopi.*

Patrocli

Augustodun. D. Le Mare. *Apud Divionem, remotio sancti Benigni martyris.*

S. Benigni remotionis

Vatican. num. 5949. *Natalis sanctorum Cyri et Joannis. Et sancti Cyriaci episcopi et martyris. Eodem die natalis sancti Paschasii abbatis.* Penultimo loco habet de Vigilio.

Cyriaci.
Paschasii.

Strozz. et Medic. *Item translatio sancti Geminiani episcopi et confessoris, apud Mutinensem civitatem Italiæ, magnæ sanctitatis viri.* Agunt etiam de Vigilio.

Geminiani translationis.

Belin. Post textum, ubi *Trisi* pro *Thyrsi* scribit, hæc addit : *Eodem die, sanctorum martyrum Cyri et Joannis. Item Mutinæ, sancti Geminiani episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Julii confessoris. Eodem die, translatio sancti Marci Evangelistæ, ab Alexandria Ægypti ad civitatem Venetiarum.* In altera editione adjicitur : *Apud Trientinam urbem, sancti Vigilii episcopi et martyris.*

Translationis S. Marci

Editio Lubeco-Col. Incipit ab elogio Cyri et Joannis, quale supra retulimus ex codicibus mediæ notæ. Sequitur, prima Usuardi annuntiatio satis pure. Item altera de Saturnino et sociis cum addito, *quorum gesta habentur.* Tum : *Eodem die, translatio sancti Marci Evangelistæ. In territorio Trecassino, sancti Pontanii confessoris. Ipso die, sancti Edani, episcopi et confessoris.* Vigilius prætermissus est.

Pontanii.
Edani.

Greven. *Cyri et Joannis martyrum, qui jussu Diocletiani et Maximiani imperatorum, primo tenti, deinde in carcerem missi, postea virgis cæsi et facibus ignitis adusti, ad ultimum decollati, etc. Apud Tridentinam urbem, teste Adone, sancti Vigilii episcopi et martyris, qui in* vi *Kal. Julii ponitur. Passio sanctorum Pontici et Blandinæ, de quibus in* ii. *Junii. Tarsici, Zotici et Aminoni. Item Publii, Gelasii, Hippolyti et Julii Confessorum. Aureliani martyris. Torcaci* (Torquati, ni fallor,) *episcopi et confessoris. Geminiani, Mutinensis episcopi et confessoris, cujus exequiis sanctus Severus Ravennensis, in Missarum solennia raptus in spiritu, se interfuisse dicebat. Julii et Juliani fratrum. Sancti Gandi Eboracensis* (Gaudi Ebroicensis) *episcopi et confessoris. In territorio Trecassino, sancti Potanii confessoris. In Anglia, Keneswitæ, abbatissæ. Ambianis Vulfæ virginis. Translatio sancti Marci de Alexandria Venetias, anno Domini* cccclxv (aliquot certe seculis serius.) *Edani episcopi et confessoris.*

Pontici, etc.
Tarsici, etc.
Aureliani.
Torcaci.
Julii et Juliani.
Gaudi,
Potanii.
Keneswitæ
Vulfæ.
Edani.

Molan. *Ipso die, sancti Veronis* (Veroni) *confessoris. Eodem die, sanctorum martyrum Cyri et Joannis. Item Mutinæ, sancti Genimiani* (male Belinum transcripsit, in quo supra habetur *Geminiani*) *episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Julii confessoris. Eodem die, translatio sancti Marci Evangelistæ, ab Alexandria Ægypti ad Venetias. Apud Trientinam urbem, sancti Vigilii episcopi et martyris, In Galliis Ambianis, transitus sanctæ Vulfiæ. Civitate Eboracensi, beati Gaudi, ejusdem urbis episcopi.* Tum aliis minoribus typis : *Marcellæ viduæ, ad quam scribit beatus Hieronymus.* Posteriores editiones alium ordinem exhibent, in quibus primo loco refertur *Vigilius Tridentinus.* Deinde : *In Galliis Ambianis, transitus sanctæ Vulfiæ.* De *Gaudo* episcopo melius hic scribitur : *Civitate Ebroicensi. Eodem die, sanctorum martyrum Cyri et Joannis, mirificorum et abstinentium argento.* Sumuntur ii tituli ex græco elogio, οἱ ἅγιοι καὶ θαυματουργοὶ ἀνάργυροι, quod sic melius interpretatum in Actis redditur ; *sancti et mirabilium effectores, gratis infirmos curantes.* Sequitur : *Item Mutinæ, sancti Geminiani,* etc. De *Julio*, ut supra. Hic iterum rectius : *In Castriloco, translatio sancti Veroni confessoris. Eodem die, translatio sancti Marci Evangelistæ,* etc., ut in priori. Prudenter hic omittitur translationis corporis sanctissimi Evangelistæ annus, quem supra male notatum diximus ad annum cccclxv. Certum quidem est, prædictam festivitatem solenniter hoc die recoli Venetiis in magnifica illa ducali basilica, serenissimæ Reipublicæ patrono et protectori dicata, tametsi de vero translationis die aut mense aut anno, post multas eruditorum virorum disquisitiones, nihil hactenus satis compertum proferatur ; ego certe candide fateor, mihi, cum de Patriarchis Alexandrinis scriberem, id studiosissime quærenti, nusquam licuisse prædictæ translationis satis expressa vestigia deprehendere. Quomodocumque res facta fuerit, probabilior fert opinio, non ante initium seculi ix venerabile corpus Alexandria Venetias deportatum ; et, si translationis historiæ credimus, notanda erunt Leonis Armeni tempora inter annum dcccxiii et dcccxx, ut proinde superius recte indicaverim, aliquot seculis post annum cccclxv a Greveno signatum, accidisse. Vide in Actis xxv Aprilis a pag. 353, et Tillemontium tomo 2 a pag. 98.

Veroni.
Geminiani
Julii
Translationis S. Marci.
Vulfiæ.
Gaudi.
Marcellæ.
De sanctis Cyro et Joanne.
Translationis S. Veroni
De translationis S. Marci epocha

MENSIS



MENSIS FEBRUARIUS

Habet Dies XXVIII.

Kalendis. *Die* 1.

Natalis beati Ignatii episcopi et martyris, qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam rexit ecclesiam : ac persecutione Trajani Romam vinctus mittitur, ubi præsente eodem, circumsedente senatu, immanissimis pœnarum suppliciis primo affectus, dehinc leonibus objicitur, eorumque dentibus præfocatus, hostia Christi efficitur. Apud Smirnam, sancti Pionii martyris, qui post squalorem carceris, ubi multos fratrum ad martyrii tolerantiam suis exhortationibus roboravit, cruciatibus multis vexatus, clavis confixus et ardenti rogo superpositus, beatum pro Christo vitæ finem sortitus est. Passi sunt cum eo et alii quindecim. Eodem die, beati Ephrem Edessenæ ecclesiæ diaconi. In oppido Tricastrino, sancti Pauli episcopi, cujus et vita virtutibus claruit et mors pretiosa miraculis commendatur. In Scotia, sanctæ Brigidæ virginis, cujus vita miraculis claruit.

Ignatii · *Pionii et* · *Ephræm.* · *Pauli.* · *Brigidæ.*

Ex *Praten. Herinien. Munerato, Greveno* et *Molano.*

VARIA LECTIO. Greven. et Molan. *Natale* pro *natalis*, quod hic in aliis edd. correxit. Item, *post beatum Petrum*, vocem *beatum* omittunt alii, ut fecit Ado. Herinien. voces transposuit, pro *rexit ecclesiam*, legens, *ecclesiam rexit*. *Trahitur* pro *mittitur* habent Greven. et Molan. sed hic in aliis emendavit. *Præsente Trajano* legit Herinien. *Eo præsente*, Munerat. melius in textu. Munerat. particulam interjicit *ac circumsedente*. In Praten. apographo nostro pro *affectus*, scriptoris fortasse vitio, legitur *affectu*. Pro *dehinc*, Greven. et Molan. ponunt *deinde*. Nomen *Pionii* male efformant Herinien. et Munerat. hic *Pronii*, ille *Pinonii*. *Scalorem* pro *squalorem* in Munerato, error est. Greven. et Molan. mutant *vitæ finem* in *finem vitæ*. Herinien. cum Greven. legit *Effrem*. Munerat. *Effren.*; alteræ Molani editiones *Ephræm* : servanda, ex codicibus aliis, textus lectio. Sic Munerat. et Greven. scribunt *Edissenæ*. Nimium hic sapit Greven. dum ita pronunciat : *In oppido Tricastrino, alias Tricassino*. Nihilo melius Molan. *Trecassino* ex Adone. *Scothia* vel *Scotia* pro *Hibernia* hic sumitur, ubi *Brigidam* lego, non *Brigitam* ut Pratensis.

OBSERVATIO. Sanctissimi *Theophori* nulla in Fastis nostris Latinis antiquior exstat memoria, quam ea quæ a Romano parvo primum posita est hoc die : *Antiochiæ, Ignatii episcopi et martyris.* Auctorem Acta illa vidisse existimo, quæ post alios a Majoribus nostris vulgata atque olim ab Adone contracta, disertissime exprimunt, hoc ipso die *Kal. Februarii* martyrium complevisse,

anno Traiani XI, *Attico et Marcello Coss.* Atque ex eo Adonis compendio, inter festivitates Apostolorum relato, pauca illa sua Usuardus decerpsit, nec sic tamen ad veritatem satis exacta. Genuina ipsa et sincera Ignatii Acta primus in lucem protulit Usserius anno MDCXLVII, quæ mirum est Henschenio non innotuisse, de cetero inclytissimi martyris res gestas diligentissime prosecuto. Eadem illa Usseriana recudi curavit Ruinartius inter selecta a pag. 9, ac præterea fontem ipsum Græcum in bibliotheca Colbertina feliciter repertum, cum nova interpretatione ad calcem adjecit a pag. 695, in quibus certamen clare signatur XIII *Kal. Januarii*, seu XX Decembris, ad quem diem Castellanus eum remisit, justo, ni fallor, scrupulosior. Recentiores alii in laudando Ignatio stylum exercuere; sufficiat Tillemontium indicasse tomo 2 a pag. 190 ad 212 præter notas. Nos de his plura in Februarii Supplemento.

Pionii et aliorum. De *Pionio* sic agunt Hieronymiana, ut interprete et commentatore opus sit, qualem sese præbuit Florentinius. Clare Romanum parvum : *Smyrnæ, Pionii martyris et aliorum* XV. Hic Acta sinceriora præ oculis habuisse videtur Ado, ex quibus primo loco textum suum composuit, a Nostro pro majori parte transumptum, rescissa periodo controversa : *Qui persecutione Antonini Veri*, etc. Videantur Acta ipsa a Bollando diligenter expensa, ubi in prolegomenis difficultates explicantur, quæ etiam hoc tempore viris eruditis dissertationum materiam præbent, ut est apud Ruinartium a pag. 120, et apud Tillemontium tomo 3 a pag. 367. Fateor in Actis alium diem notari, nempe IV Idus seu XII Martii (cum circa medium istius mensis passio certo contigisse videatur), sed cur ad V Aprilis Pionium transferat Castellanus, nondum satis intelligo.

Ephræm Nec magis liquet unde asserere potuerit idem Castellanus clarissimum *Ephræm* decessisse IX Julii. Hunc primus hoc die, nescio ob quam causam retulit Ado, ex quo ipsum Noster et ex hoc reliqui passim accepere. Nihil prætermisit Bollandus, quo omnia de eo scripta colligeret ; quid addiderint recentiores examinare non vacat ; continuam vitæ seriem texuit Tillemontius tomo 8 a pag. 259 ad 319. — *Pauli.* *Paulus Tricastrinus* etiam Adonianus est, male illic, forte librarii vitio, *Trecassinæ* urbi adscriptus, quod a Notkero servatum est, a Nostro prudenter (ut credimus) correctum, licet in multis ejus apographis remanserit. Vide Acta pag. 93 et Castellanum p. 487. — *Brigidæ.* Solius *Brigidæ* hoc die meminit Beda ; Florus modo suo brevem adjecit laudationem ; Ado singulare miraculum, inter Auctaria referendum ; Noster id solum ex Adone mutuavit, quod textus exhibet. Antiquissimum illius virginis cultum probant pleraque apographa Hieronymiana. Rabanus *Scotiam* medii ævi, non male mutavit in *Hiberniam*, uti etiam Notkerus, qui tamen *Brigittam* scripsit. Credo equidem Castellanum inter Sanctas, cetera synonymas, solerter distinxisse, ita ut alia *Brigida*, quæ hoc die colitur ; alia Gallica *Britta* ; alia demum Sueca, quæ modo notissima est, *Birgitta* dici debeat. In iis quæ Hiberniæ patronam spectant, nihil desiderari passus est Bollandus, vitas quinque diversas illustrans, quas haud immerito, saltem ex parte, suspectas habent eruditi neoterici. Ceterum ex dictis patet textum nostrum integrum, ordine dumtaxat non nihil immutato, ex Adone profluere, cui Notkerus ea adjunxit, quæ præter *Brigidam* in Rabano repererat. Wandelbertus eam solam hodie celebrat :

Brigida virgo potens Februi sibi prima Kalendas
Scotorum sancit miro celebrata favore.

AUCTARIA.

TORNACEN. Plerumque purus et integer, hodie deficit in elogiis Pionii Smyrnensis et Pauli Tricastrini ; sic tamen ut post *Pionii martyris*, non omittat, *passi sunt cum eo et alii* XV.

MARCHIANEN. Textum purum habet excepto Paulo, qui plane omissus est.

ANTVERP-MAJ. Expunctum hic etiam Pionii elogium. In Ephræm satis purus est. Tum, de Brigida, ex Adone textui superaddit : *Quæ cum lignum altaris, in testimonium suæ virginitatis tetigisset* (statim) *viride factum est.* In Paulo purus, *Audoeni translationis.* postea inserit : *Eodem die, translatio sancti Audoeni archiepiscopi.* In fine de Ignatio, ex Adonis Martyrologio solum habet : *Ipso die, sancti Ignatii episcopi et martyris.*

ROSWEYD. Ignatii elogium etiam omittit. In Pionio interpolatus et mutilatus est. Tum : *Ravennæ*, *Severi.* *Severi episcopi et confessoris.* In Ephræm, purus. *In Scotia*, *Brigidæ virginis*, ut Beda. *Eodem die*, *S. Pauli civitatis Castrinæ episcopi et confessoris.*

PULSANEN. De Pionio et Ephræm tacet ; addit autem in fine : *In monte Gargano, depositio beati* *Paschasii.* *Paschasii abbatis.* De hoc Paschasio nihil quidquam hactenus invenire licuit.

ANTVERP. MAX-LUBC. et UGHELLIAN. Toto reliquo textu satis puri, addunt de Brigida ex *Polycarpi et Severiani.* Adone quod supra dedimus. Et in fine : *Ipso die, sanctorum episcoporum Polycarpi et Severiani.* Vide animadversionem historicam in Actis pag. 933. De iisdem SS. sæpius infra.

ANTVERP-MAX. LEYDEN-BELG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. A præcedentibus solo ordine differunt, Polycarpum et Severianum Brigidæ præponentes ; item quod Piono X tantummodo vel XII socios adscribant.

LOVANIEN. Similis omnino esset, nisi careret toto Pionii elogio ; atque etiam sociis XV.

ULTRAJ. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. De Ignatio post verba textus, adjiciunt : *Hic quodam tempore per visionem in cœlum raptus, vidit et audivit quomodo angeli per antiphonarum reciprocationem, sanctæ Trinitati hymnos canebant. Qua visione edoctus, constituit in Antiochena ecclesia, juxta modum visionis, antiphonas decantari. Deinde per beatum Ambrosium ritus cantus de Græcis transivit ad Latinos.* *De Ignatio.* Pionio addunt solum socios XII. Penultimo loco de Polycarpo et Severiano. Demum de Brigida, ut supra.

CENTULEN. *Romæ, passio sancti Ignatii Antiochensis episcopi. Beati Joannis Apostoli discipulus, tercius post beatum Petrum Antiochenam rexit ecclesiam. Apud Zmirnam, Pionii martyris ei aliorum* XV. *Eodem die, sancti Effrem, Adessenæ ecclesiæ dyaconi. In Scocia, sanctæ Brigidæ virginis. Trecas, sancti Pauli episcopi et confessoris.* An hic alius sit a Tricastrino, vide Prætermissos et Acta pag. 93.

BRUXELLEN. Ita incipit : *In Scochia, S. Bregidæ virginis. Quæ cum lignum*, etc.; quibus addit : *Ac pluribus aliis miraculis vita ejus præclaruit.* Ignatio proprium elogium texit, quod non censui describendum. Sequitur : *Item Galleniti martyris, qui cum præfato beato Ignatio passus est.* Pionii encomium luxatum refert. De Ephræmo fere ut textus. *Item sancti Pauli, civitatis Trecassinæ, Castrive Yppidoti episcopi, cujus vita*, etc. *Eodem die, beatorum Polycarpi et Severiani episcoporum et Præcordii presbyteri. Et translatio sancti Andoeni* (Audoeni) *Rothomagensis archiepiscopi.* Ejus vita dabitur XXIV Augusti.

HAGENOYEN. Proprio etiam marte Ignatio elogium aptavit. In Pionio, Ephræmo, Paulo, satis purus est, præterquam quod primo solum tribuat XII socios. Tum : *In Scotia, sanctæ Brigidæ virginis, quæ per multos erat prophetata tam paganos quam Christianos. Quæ cum quodam tempore, etc. Ipso die, sanctorum episcoporum Polycarpi et Severiani.* Vide quæ superius dicta sunt.

AQUICINCT. Pro *Trecassino*, vel potius *Tricastino*, aut *Tricastrino*, legit *Tegastri.*

VATICAN. num. 5949. *Ravennæ, sancti Severi episcopi.* Addunt VICTORIN. et REG. SUEC. *Viri gloriosi.*

DAVERON. Perperam hoc die habet : *Item Severi episcopi, cognomento Sulpitii, beati Martini Turonensis discipuli, Bituricensis civitatis Pontificis, genere ac sapientia clarissimi.* Varii hoc die Severi recurrunt, de quibus videndus index Prætermissorum et Castellanus pag. 486 et 487.

BIGOTIAN. Qui fuit olim PP. Cœlestinorum : *Ipso die, SS. episcoporum Polycarpi et Severiani.*

ALTEMPS. in Anglia auctus : *Petragoricas, sancti Suri confessoris.* In Actis vocatur *Sorus.*

CODEX S. RICALDI : *Agrippiani Aniciensis episcopi et confessoris.* In Actis, *Agrippani.*

STOZZ. et MEDIC. *Apud Scotiam, S. Brigidæ virg.... Hujus vitam virtutibus ac miraculis admirandam S. Donatus Scotus, episcopus Fesulanus scribens commendat. Item, translatio corporis sancti Aldonei archiepiscopi, quando a Gallia per visionem Roberti inclyti Normandorum regis, Rotomagum translatum est, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXVIII. Item, sanctorum episcoporum Polycarpi et Severiani. Apud civitatem Ravennam, natale S. Severi archiepiscopi. Item, sancti Præcordii martyris.* An non *Præcordii Corbeiensis?*

EDIT. LUBECO-COL. *Antiochiæ, natale B. Ignatii*, etc., ut supra ex ULTRAJ. et aliis. Sequitur : *In Scotia, sanctæ Brigidæ virginis. Quæ cum de manu episcopi velamen more monialium accepisset, super caput suum lectis orationibus, capite submisso lignum altaris tetigisset in testimonium virginitatis suæ, statim viride factum est, et in perpetuum viride et imputribile permansit.* In Pionio Adonem describit. Post Ephræm et Paulum, ponit Polycarpum et Severianum. Ultimo loco : *Pictavis, sancti Leonis confessoris.*

BELIN. In Ignatio satis purus est. Secundo loco habet : *In oppido Trecassino*, etc. Sequitur : *Apud Scotiam*, etc., ut codices supra. *Ravennæ, sancti Severi episcopi et confessoris.* Tum de Pionio, cujus elogium mutilat. Ultimo loco de beato Ephræm.

GREVEN. *Ravennæ, depositio sancti Severi episcopi et confessoris. Qui ex lanificio victum quæritans, per columbam cælitus missam, designatus est in episcopum assumendus. Alii volunt quod hic sit memoria ejus, et Vincentiæ uxoris, filiæque Innocentiæ; undecimo vero Kal. Novembris, depositio. Ipso die, sanctorum episcoporum*, etc. *Item, beati Severii, episcopi et confessoris, cujus corpus in Basilica metropolitana beatæ Mariæ Rothomagensi, populis hac die reverenter ostenditur. Pictavis, sancti Leonis conf. Euberti episcopi et confessoris. Metis, Sigeberti confessoris. Severi presbyteri et confessoris, de quo I Dialogorum Gregorius narrat, quod ad infirmum vocatus, cum propter opus putationis vineæ suæ paululum tardasset ire, illeque defunctus fuisset, amarissime flens, ad vitam eum revocaverit. Alii tamen hunc habent* XV *Kal. Martii. Item, sanctorum Dionysii et Publii.* Ex codicibus Hieronymianis.

MOLAN. De Brigida : *Hæc cum lignum*, etc. De Severo et Severio, ut Greven. *In Vastiaco, natalis sancti Præcordii confessoris.* Deinde charactere minuto : *Metis, Sigeberti conf. et regis, qui inter alias virtutes viginti monasteria construxit. Passio sanctorum Vindemialis, Eugenii et Longini : de quibus Greg. Turon. in Chronicis lib. 2. Insulis, sancti Euberti conf. qui, licet vita Deo sit nota et hominibus ignota, creditur tamen esse meriti præclari. Cujus corpus requiescit in S. Petro.* In editionibus aliis accedit de Severo Ravennate : *Quem Deus de lanificii arte ad episcopatum sustulit. Die prima, præfestum Ypapantes Domini et Dei, Salvatoris nostri Jesu Christi. Et sancti martyris Tryphonis. Civitate Augusta, sancti Ursi episcopi ejusdem civitatis. Pictavis, sancti Leonii, compresbyteri sancti Hilarii, ab ineunte ætate sanctissimi.* Denique, minori charactere : *In Islandia, sancti Goedermundi, episcopi et martyris.* Necdum inter Sanctos notus est, nisi sumatur pro *Jona Ogmundo.* Vide Prætermissos.

IV *Non.* *Die* 2.

Ypapanti Domini. Apud Cæsaream, beatissimi Cornelii Centurionis, quem beatus Petrus baptizavit. Hic apud præfatam urbem episcopali honore sublimatus quievit. Romæ via Salaria, passio sancti Aproniani, qui audiens una cum Sisinnio diacono, adhuc gentilis vocem de cœlo factam, venite, inquiens, benedicti Patris mei, et reliqua; credens, baptizatus est, et sic postea in confessione Domini finem vitæ capitali sententia accepit. Item Romæ, sanctorum Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi. Aurelianis, sancti Fuscoli episcopi.

Puri ferme sunt codices nostri omnes; sed primigeniam et simplicem Usuardi puritatem exhibent soli [illegible] *Herinien. Tornacen.* et *Marchian.*

VARIA

VARIA LECTIO. Scripsi *Ypapanti*, quam terminationem omnes habent atque aspiratione carent citati codices : et quidem Pratensis, legit *Yppapanti ;* ceteri tum excusi tum Mss. non parum variant. Major discrepantia est in nomine *Fuscoli* Aurelianensis, cujus inflexiones diversas ferme duodecim referre possem, videndas apud Bollandum et Castellanum hoc die. Servavi lectionem Praten. Herinien. et Marchianen. quamvis Tornacensem præferendam alii censeant, ubi pro *Fuscoli* scribitur *Flosculi*, gallice *S. Flou ;* et sic etiam interpretatur Motherius noster in notula ad hunc diem.

Hypapantes. OBSERVATIO. *Hypapante Domini* legitur apud Bedam, quem hic deserit Rabanus, Hieronymiana secutus, quorum tamen verba nonnihil ampliavit. Cum Beda convenit Romanum parvum, estque phrasis plane eadem in Adone, unde Nostro non defuere quos imitaretur. Cur vero codices nostri aliam passim terminationem adhibeant, non est operæ pretium discutere. Græcum Υ non recte Latine redditum, totam haud dubie variationem induxit. Notkerus nec Rabanum nec Adonem deserere voluit, utrumque annuntiandi modum conjungens, quamvis prioris verbis non omnino inhæreat. Hieronymiana apographa apud Florentinium sic loquuntur : *Purificatio sanctæ Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi.* De hoc festo fuse et erudite tractat Henschenius et post eum Castellanus a pag. 498. Ceterum ex citatis Beda, Romano parvo, Adone et Nostro manifeste evincitur, vetustissimo usu receptam in Ecclesia Latina, Græcam hujus festivitatis appellationem, cui alia etiam nomina adaptata sunt. Quid proprie velint Wandelberti versus, aliis considerandum relinquo ; ita sonant :

Quartum Nonarum templo illatus dicat Agnus ;
Quo lustrante Deo in unum plebs credula templum,
Mente pia locat acceptum sternitque tribunal.

Cornelii. Centurio *Cornelius*, in Romano parvo ab Adone repertus, elogio auctus est, quod exinde Noster desumpsit, servata circumstantia baptismi, a Petro Apostolo collati, quæ in rigore verborum, textui sacro non videtur conformis. Sunt etiam qui dubitent, utrum revera Cæsariensis episcopus a Petro sit ordinatus. Sed de his plura vide apud Bollandum in Actis, ubi de Cæsareæ prærogativis, apertoque gentibus per Cornelium ad fidem ostio : quæ brevius perstringit Tillemontius tomo I a pag. 154. Notkeri elogium satis nitide totam Cornelii historiam ex Apostolorum Actis contraxit.
Aproniani. — *Aproniani* solo nomine meminit Beda ; Romanum parvum, *martyrem Romæ* appellat, Ado plura adjicit, quæ vix credas a Nostro in compendium reducta. Certe verba Christi : *Venite, benedicti*, etc., Ado non expressit, alii non uniformiter : atque eam fortasse causam fuisse dicere possumus, cur in multis codicibus fuerint interpolata, sic ut soli quatuor inventi sint, quos genuinum et simplicem Usuardi sensum retulisse, supra censuimus. Rabanus eumdem fontem, nempe sancti Marcelli Acta, de quibus XVI Januarii egimus, præ oculis habuit, atque inde breve suum elogio extraxit, descriptum a Notkero, quod si non verbis, certe sententia, cum longiori Adoniano convenit.— *Fortunati et soc.* *Fortunatus* cum tribus aliis martyribus inter plures ex Hieronymianis a Nostro selectus est, uti et verosimiliter *Fuscoli.* *Fuscolus* Aurelianensis, sed prætermissa *Sicaria*, quam Bedæ et Usuardo perperam tribuit Florentinius. Rabanus solam postremam habet, Notkerus utrumque.

AUCTARIA.

Purificationis S. M. V. ANTPERP-MAJ. Incipit : *Purificatio sanctæ Mariæ virginis.* In Cornelio satis purus est. *Eodem die Romæ, sancti Aproniani martyris, sub Maximiano imperatore.*

ROSWEYD. Litteris rubris : *Purificatio sanctæ Mariæ.* In secunda, non omnino purus est : *Eodem die Romæ, sancti Aproniani martyris, qui sub persecutione Maximiani imperatoris multa passus, via Salaria, miliario secundo, ad ultimum capite truncatus est. In Africa, Victoris et aliorum* *Victoris et 80. Fortunati et 32.* LXXX. *Item Romæ, Fortunati et aliorum* XXXII. Vide Acta et Florentinium, ubi hæ martyrum classes accuratius distinguuntur.

PULSAN. ANTVERP. MAX-LUBEC. GREVEN. et MOLAN. atque alii passim codices longiorem faciunt auditæ ab Aproniano vocis sententiam, nempe : *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est.* BELIN. adjicit, *a constitutione mundi*, omisso, *credens*. MOLAN. præterea Usuardino textui, aliis litteris verba Adonis *Aproniani ex Adone* interserit. Itaque post, *adhuc gentilis*, sequitur : *Sub persecutione Maximiani imperatoris, cum præsentasset aspectibus Laodicii præfecti beatum Sisinnium diaconum, eductum de carcere (erat enim commentariensis.)* Et post *baptizatus est* a Sisinnio diacono, et *ad consignandum sacro Chrismate, Marcello Papæ oblatus.*

PULSAN. Litteris majusculis miniatis, sic incipit : *Purificatio sanctæ et perpetuæ Dei genitricis et Virginis Mariæ.* Sequitur textus cum additamento, ut jam diximus. In fine autem ita sensum format, ut periodo continua, post *Candidi*, legat, *Aureliani et Fuscoli episcopi*, quasi si hi fuissent martyres duo, aliorum socii. Idem habet Muneratus, etiam in principio ab Usuardina simplicitate recedens, dum ita scribit : *Ipapanti Domini, quod est Latine obviatio, quando scilicet Domino in templo sanctus Simeon obviavit.*

BELIN. Cum de prima editione jam egerimus, etiam notandum, in quo altera a puritate discrepet. Ita diem concludit : *Aurelianis, sancti Flostuli, episcopi et confessoris, et Sichariæ Deo sacratæ.* *Sichariæ.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Diem sic omnes ordiuntur : *Purificatio beatæ Virginis et Ypapanti Domini ;* verosimiliter quod neutrum *Purificationis et Ypapantes* festum, seu saltem annuntiandi modum excludere voluerint. In voce audita, *venite, benedicti*, etc., cum supra citatis conveniunt. In fine post *episcopi*, addunt plerique *et confessoris ;* nomen vero *Fusculi*, vel *Fuscoli* varie efformant.

CENTULEN. *Ypopanti Domini, quod est amplexio sive susceptio Domini Salvatoris. Apud Cesaream, beatissimi Cornelii Centurionis, quem beatus Petrus Apostolus baptizavit, quique in eadem urbe episcopus sublimatus, quievit. Romæ, Appronianі martyris. Item Romæ, sanctorum Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi. Aurelianis, sancti Fuscoli.*

Recentiori

Recentiori manu in spatio eraso hæc verba inscripta sunt : *In Sebasten, decollatio*, præfixa hisce, quæ antiquiori et prima manu scripta sunt ; *sancti Blasii episcopi et martyris*, ut merito dubites utrum ad hunc, an ad sequentem diem referantur.

Blasii

De Purificatione.

BRUXELLEN. *Purificatio beatæ Mariæ Virginis et Ypapanti Domini. Quod festum tempore Justiniani imperatoris apud Byzantium seu Constantinopolim sumpsit initium. Et sancti Symeonis, qui Christum in templo præsentatum, in ulnis gestans, cecinit canticum : Nunc dimittis, Domine, servum tuum in pace.* De cetero purus est, etiam in voce cœlesti ab Aproniano percepta. Habet tamen in fine, *confessoris.*

HAGENOYEN. *Purificatio beatæ Mariæ Dei genitricis , quando illa obtulit filium suum in templum sacerdoti, et redemit illum oblationibus, secundum legem Moysi. Ubi ipse cognitus erat a sancto Symione et a sancta Anna vidua. Hoc festum celebre institutum fuit a Justiniano imperatore propter mortalitatem, quæ tunc viguit in Constantinopoli, quod et Pelagius Papa confirmavit.* De Aproniano, post *baptizatus est*, addit . *Et ex devotione seipsum præsentavit, conquerens quod dies suos, perdiderit. Et ait judex ei : Vere hodie perdes dies tuos, et statim præcepit eum decollari.* Pro *Firmi*, legit *Sirini.*

MATRICUL-CARTUS-ULTRAJECT. Omissis Aproniano et Fuscolo, ponit in fine : *Telerini confessoris et aliorum martyrum.* Vult dicere *Celerini* et sociorum : sed spectant ad diem sequentem.

Celerini

VATICAN. num. 5949. Non habet *Fortunati* et sociorum, nec *Fuscoli.*

ALTEMPS. *Ipso die in Cantia, Doroberniæ, sancti Langacii archiepiscopi.*

Langacii

STROZZ. *Apud castrum Florentino, S. Verdianæ virginis, cujus vita virtutibus admiranda.* Dubium tamen relinquit, utrum ad hunc, an ad præcedentem diem ea Sancta referenda sit. *Item, passio S. Sotheris martyris. Item, sanctorum martyrum Zotici, Herenai et Hiacinthi* ; de quibus etiam agunt codex MEDIC. et EDITIO FLORENTINA anni MCCCCLXXXVI.

Verdianæ. *Sotheris.* *Zotici et soc.*

EDIT. LUBECO-COL. Incipit sicut codices mediæ notæ supra. In Cornelio pura est, in Aproniano, ex Adone interpolata. Post *Flosculi episcopi et confessoris* adnectit : *Eadem die, beati Soris confessoris.* De quo etiam meminit Grevenus. In Actis ponitur pridie.

Soris.

GREVEN. *In Africa , sanctorum martyrum Victoris et aliorum* LXXX. *Item, sanctorum Marini, Perpetuæ, Juliæ, Privatulæ.* Vide Acta. Sequitur *Soris* ; tum : *Laurentii archiepiscopi Cantuariensis, qui beato Augustino, primo ejusdem urbis episcopo successit. Item secundum aliquos, septem mulierum, quæ guttas sanguinis S. Blasii collegerunt, et pro Christo gloriose occubuerunt. Aurelianis, Sigariæ virginis Deo sacratæ. Hadelogæ virginis, cognatæ sancti Bonifacii episcopi.*

Victoris et 80 *Marini et soc.* *Laurentii.* *Mulierum 7.* *Sigariæ.* *Hadelogæ.*

MOLANI additiones de sola *Sicharia* et *Laurentio* Cantuariensi meminerunt. Quæ textui immixta sunt, superius dedimus.

III *Non.* *Die* 3.

Celerini et aliorum.

In Africa, Natalis beati Celerini diaconi et confessoris, et sanctorum martyrum Laurentini, Ignatii, et Celerinæ, de quorum omnium gloriosis laudibus extat beati Cypriani epistola. Apud oppidum Vapingum, depositio episcoporum Tigridis et Remedii.

Trigidis et Remedii.

Nova puriorum codicum penuria. Soli *Greven.* et *Molan.* omni additamento, aut immutatione carere videntur. Ratio mox dabitur.

VARIA LECTIO. Posui *Africa* de more, licet ambo scripserint *Aphrica.* Greven. habet *Laurentii* cum multis aliis codicibus, melius Molan. post Romanum parvum et Adonem *Laurentini*, ut in textu. Scribo *extat*, ut alibi *extitit*, etc. *Vapincum* habet Greven. *Vapingum* Molan. recte uterque. Alia nomina et loci et ipsorum Sanctorum vide in Actis.

De Pratensi et aliis codd. hoc die non puris.

En modo variationes alias momenti gravioris, propter quas tot codices e genuinorum numero exclusi sunt. Purum non esse codicem Praten. ex eo liquet, quod Castellanus me pridem monuerit, erasa in eo fuisse omnia, incipiendo a voce *sanctorum*, ad finem usque, et pressiori charactere inscripta, quæ hic exhibeo : *martyrum Laurentii, Ignatii*, etc., ut supra. Tum : *Apud Sebastem beati Blasii episcopi et martyris. Civitate Nicea, passio sancti Trifonis , tempore Decii imperatoris. Apud oppidum Vapingum*, etc. Denique adjectum . *Latiniaco, natalis sancti Deodati episcopi et confessoris.* Quis non videt, *Blasium Sebastenum* perperam legi, cum de eo, post Romanum parvum et Adonem , fuse agat Usuardus XV Februarii, sub nomine *Blavii?* Nisi quis hunc a *Blasio* velit distinguere ; quod nemo hodie admiserit. Satis diu opinatus sum, tum primum in Occidente *Blasii* nomen inclaruisse, cum ex bello Sacro reduces Crucigeri , illustris martyris reliquiis ecclesias nostras locupletarunt, atque adeo tunc etiam cœpisse hoc die celebrius recoli. At cum in Rabano, hoc ipso die tam diserte ponatur, ut vanam repuli hujusmodi conjecturam. Fieri tamen ea causa potuit, ut multi codices Usuardini *Blasium* hoc die, vel apposito vel suppresso palæstræ nomine, collocarint, quod forte a *Blavio*, ut erant tunc tempora, diversum existimaverint ; alii vero totam annuntiationem, quæ XV ab Usuardo posita fuerat, ad hunc diem retraxerint, quod fecere Heriniensis et alii. Utut statuas, certum puto *Blasium*, ex Usuardi mente, ad hunc diem minime pertinere. Non majori fundamento intrusus est *Tryphon* Nicænus martyr, diversus plane ab illo, de quo egimus IV Januarii, quemque Bollandus rejecit ad X Novembris, quo die colitur hujus nominis patronus *Ascrivii* (vulgo *Cattharo*) oppido ditionis Venetæ in Dalmatia. Alterius aut ejusdem *Tryphonis* nomen inter Auctaria retuli-

mus

mus I hujus, Bollandus inter Prætermissos. Quatuor istiusmet nominis Sanctos in Martyrologio suo universali distinxit Castellanus. Sed hæc alibi ex professo discutienda sunt. Vide infra Additionem Greveni ex Vincentio. Hic nobis sat est *Tryphonem* illum qualemcumque Usuardo fuisse ignotum, utpote qui raro, ut alibi diximus, Sanctos Orientales, Adoni superaddere soleat, nisi quos in Hieronymianis repererit. — Demum, qui ultimo loco in Pratensi ponitur *Deodatus*, apud solum Grevenum in Auctariis locum invenit, idem, haud dubie, cujus Acta illustrata sunt XIX Junii.

Ad Pratensem accedunt codices Marchianensis et Aquicinctinus, qui *Tryphonem* etiam ipsi nominant, sed *Blasium* simpliciter dicunt *martyrem*, absque loci expressione, sic ut æque de *Orctano* vel *Cæsariensi*, ac de *Sebasteno* intelligi queat. Certe *Blasium* eos a *Blavio* discernere, ex eo manifeste patet, quod postremum cum Usuardo referant XV hujus, ut est etiam in Pratensi. Puritati autem Usuardinæ proximi sunt Herinien. et Tornacen. hic simplicior, qui *Blasium* tantum appellat *martyrem*, ut Marchianen. et Aquicinct., ac XV *Blavium* quoque collocat; ille clarior, qui præcisa ambiguitate, totum *Blavii* elogium *Blasio* (qui geminandus non est) hodie adscribit. De *Tryphone*, nulla mentio. Pulsanen. exclusis *Tigride* et *Remedio*, totum et ipse *Blasii* elogium hodie producit; quod Munerat. mutilum refert. Verum de his distinctius in Auctariis.

OBSERVATIO. Inter Hieronymiana apographa, clarius *Celerinam* exprimit Corbeiense, cum *Felice* et *Felicitate* compositam, quibus synonymos plures Africanos sæpius, non semper recte, signari observat Florentinius. In Beda, Floro, aut Rabano nullus hodiernorum Sanctorum notus est. Annuntiatio nostra, ita primitus in Romano parvo reperitur: *Beati Celerini diaconi, et Celerinæ aviæ ejus, et Laurentini et Ignatii.* Hæc Ado paulo fusius explicat, relatis Cypriani verbis, ex epistola 34, quam cum aliis, ad *gloriosam* eorum *originem* spectantibus, egregia dissertatione illustravit Bollandus, ut inde omnis insignium Sanctorum memoria repeti possit. Cui junge. Tillemontium tomo 3 a pag. 395, aliosque qui de Cypriani operibus et vita commentarios edidere, nec non Castellani notam pag. 508. Textus noster ex Adone desumptus est, præterita *patrui* et *avunculi* circumstantia, servata a Notkero cum titulo *diaconi*, quem Celerino non deberi, citati auctores merito contendunt. An Romanum parvum viderit Wandelbertus, incertum est; ex eodem fonte, ex quo Romani parvi auctor, ipsum sua accepisse, produnt bini hi versiculi:

Celerini et soc.

Hisque cruore pio Celerinus cum Celerina
Enitet, Ignatius Laurentinusque beati.

Jam supra in Variantibus satis fuse ostendimus, *Blasium*, *Tryphonem* et *Deodatum* ad hodiernum textum nequaquam pertinere. Cur de *Lupicino* Usuardus non egerit, nescio; certe is Wandelberto et Rabano notus est. Ex hoc eum Notkerus cum *Blasio* descripsit. — Ceterum ex codicibus Hieronymianis *Tigridem* et *Remedium* Noster eduxit, quorum primus *Tigris*, *Tingides*, *Teridus*, *Terridus*; alter etiam non uno modo inflectitur. Fuerintne hi sancti *episcopi*, *martyres* an *confessores*, ut *depositionis* nomen indicat, an uterque hoc die mortuus, quando et quamdiu ecclesiam illam rexerint, satis explorata non videntur. Tu consule Bollandum, Florentinium et Castellanum, qui verosimiliora proferre conantur. Nos ex hactenus dictis confici omnino putamus, simplicem et primigenium Usuardi textum a nobis in superiori laterculo repræsentatum esse.

Tigridis et Remedii

AUCTARIA.

PRATEN. In Variantibus notata sunt, quæ in hoc codice textum purum excedunt.

HERINIEN. De Blasio totum textum refert, quem vide sis XV hujus.

TORNACEN. MARCHIANEN. et AQUICINCT. Textui subjiciunt: *Eodem die, sancti Blasii martyris.* Ultimus addit præterea: *Lugdunis, Lupicini episcopi, Felicis et Celerinæ.* Quam inepte hæc omnia simul conjungantur, vide in Actis.

Blasii. *Lupicini et soc.*

PULSANEN. Tigridem et Remedium omisit, sed et ipse totum textum, qui XV Februarii de *Blavio* ponitur, huc reduxit.

ANTVERP-MAJ. *In Africa, beati Celerrimi* (ita scribitur, pro *Celerini) diaconi et confessoris, et sanctorum martyrum Celerrimæ aviæ ejus, et Laurentini et Ignatii; quorum prior patruus, sequens avunculus ipsius fuit. Natale sancti Blasii episcopi et martyris.* Ut codices, de quibus supra.

Blasii.

ROSWEYD. *In Africa, beati Celerini diaconi et confessoris, et sanctorum martyrum Celerinæ aviæ ejus, et Laurentini et Ignatii. Viennæ, natale Eventii episcopi gloriosi. Eodem die, passio sancti Blasii episcopi et martyris. Lugduni, Lupicini, episcopi et confessoris. Et sanctæ Waltrudis virginis.* Vide infra nomen melius expressum.

Eventii *Waldetrudis.*

MUNERAT. Post textum purum, subjungit mutilum Blavii elogium ex XV, hoc modo: *Apud Sebastiane civitatem, passio beati Blavii episcopi. Qui multorum patrator miraculorum, sub præside Agricolano, post diutinam cæsionem atque suspensionem in ligno, ubi pectinibus ferreis carnes ejus diruptæ sunt, post teterrimum carcerem, ac dimersionem laci, unde salvus exivit, jubente præfato judice, capitis obtruncatione cum duobus pueris martyrium consummavit.* Vide hæc purius et completius citata die XV.

De Blasio.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Referunt purum Usuardi textum, cui in fine subjungunt: *Lugduni, Lupicini episcopi, Felicis et Celerini.* De hac disparatorum conjunctione, supra diximus. Eadem infra non semel recurret.

Lupicini

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Omnes in principio Blasium Sebastenum referunt cum Usuardi elogio ex XV. In fine autem addunt, ut jam supra: *Lugduno, Lupicini episcopi, Felicis et Celerini.* Demum: *Apud Bremam, Anscharii ejusdem loci primi episcopi.* Adjungit DANIC. *et Apostoli Daciæ.* Vide plura in Auctario Greveni.

Anscharii

CENTULEN. Tantum non purus videtur. Sic habet: *In Affrica, beati Celerini dyaconi, et Celerinæ aviæ ejus, et Laurentini et Ignasen martyrum.*

rum. Apud oppidum Vapingum, sanctorum Tigridis et Remedii episcoporum.

Waldetrudis. BRUXELLEN. Incipit : *Sanctæ Waldetrudis electæ, neptis beatæ Gudilæ. Quæ ab amore conjugali ad Dei tracta amorem, et relicta terrenarum substantia rerum, Christum devote secuta, monasterium in Montibus Hannoniæ fundavit, et ibi corpus ejus quiescit.* A Bollando remittitur ad IX Aprilis. Sola ejus translatio hoc die Montibus celebratur, in nonnullis Kalendariis ad IV translata, propter concursum Blasii. Sequitur de Blasio et Celerino, ut supra in codicibus mediæ notæ. Dein : *Civitate* *Triphonis.* *Nicena, natale sancti Triphonis, qui tempore Decii imperatoris passus est. Apud Viennam, sancti* *Eventii.* *Eventii episcopi gloriosi. Lugduno, sanctorum Lupicini*, etc. *Apud Vapingum*, pure. *Apud Bremam, sancti Anscharii ejusdem loci primi episcopi.*

HAGENOYEN. Primo loco etiam ponitur Blasius cum integro elogio. Sequitur textus satis purus. Tum de Lupicino cum sociis, ut supra. Deinde : *Romæ, Trifonis martyris. Apud Bremam, sancti Anscharii, etc. Item, Waldedrudis viduæ et Wet-* *Wereburgæ* *purgæ virginis.* Voluit dicere *Wereburgæ*, de qua Grevenus infra, et in Actis hoc die. Vernacule a nobis vocatur *Geelburg*.

VICTORIN. et REG. SUEC. sub num. 130. Ap- *Triphonii.* ponunt in fine : *Item, sancti Triphonii martyris.*

DAVERON. *Lugduniæ, Lupicini*, etc.; sed clarius COD. D. DU CHEVAL, *Lugduno, SS. Lupicini*, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Blasii episcopi et mar-* *Mulierum VII.* *tyris, apud Sebasten Capadociæ*, (et) *septem mulierum, quæ collegerunt guttas sanguinis beati Bla-* *Berlendis.* *sii. Waldetrudis viduæ. Berlendis virginis.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Blasio, ut codices supra. Secundo loco, de beato Celerino et *Triphonis.* sociis. *Eodem die, sancti Triphonis martyris, qui ab infantia multis miraculis claruit, et sub Decio tandem in civitate Nicea gladio coronatus est.* Sequitur de Tigride et Remedio. Tum : *Lugduno, sanctorum Lupicini, episcopi, Felicis et Celerini* *Anscharii.* *martyrum. Apud Bremam, sancti Anscharii*, etc. *Hadelini.* *Ipso die, sancti Hadelini confessoris de Aquitania.* *Juliani.* *Antisiodoro, beati Juliani martyris. Viennæ, sancti Evencii episcopi et confessoris gloriosi. Item sanctæ* *Eventii.* *Waldetrudis viduæ.*

BELIN. Post Blasium et textum, addit : *Lugduni, Lupicini et Felicis itidem.*

GREVEN. *Eodem die, sancti Blasii episcopi et martyris, quem Usuardus post Adonem ponit* XV *Kal. Martii sub nomine Blavii. Lugduni, Lupicini episcopi, Felicis et Celerini martyrum. Autisiodoro, beati Juliani martyris. In Africa, Felicis et Felicitatis. Triphonis martyris. Qui ab anno ætatis suæ* *De Triphone.* *septimo miraculis clarens, sub Decio in civitate Nicea pro Christo ungulis laceratus, nudus ad pedes equorum per nivem trahitur, clavis etiam pedibus ejus infixis, circumducitur et tandem gladio percussus triumphat. Vincent. lib. 12. cap. 47 dicit, eum passum* III *Non. Maii, alii Non. Decembris. An-* *De Anschario.* *scharii episcopi primi Bremensis et confessoris, quem Ludovicus filius Caroli magni, una cum novella in Christo plebe Saxonum, dignum pastorem et episcopum instituit. Hadelini confessoris de Aquitania. Viennæ, sancti Eventii episcopi et confesso-* *Eventii.* *ris gloriosi. Item secundum Catalogum Sanctorum,* *Joannis Eleemosynarii.* *depositio beati Joannis Eleemosynarii. Gaudentii* *Gaudentii.* *episcopi Novariensis, discipuli sancti Martini, qui pro Christo exilium, cum sancto Eusebio Vercellensi sustinuit. Radegundis virginis. Item Were-* *Radegundis.* *burgæ virginis. Eodem die, Waldetrudis viduæ* *Wereburgæ.* *comitissæ Hanoniæ, quæ quatuor habuit proles* *Waldetrudis.* *sanctitate conspicuas.*

MOLAN. In prima editione addit : *Lugduni, Lupicini et Felicis itidem*, ex Belino. Sequitur Blasius cum elogio, in aliis editionibus male in textu positus. Deinde : *Et sancti Hadelini confessoris,* *Hadelini.* *apud oppidum Visetum. In Monte Castriloco, sanctæ Waldetrudis viduæ. Apud Bremam*, etc. Denique minori charactere : *In villa Brabantiæ Merbeca juxta Ninoven, sanctæ Berlindis virginis.* *Berlindis.* Editiones posteriores : *In Monte Castriloco*, etc. *Apud oppidum Visetum, sancti Hadelini confessoris. Lugduni, Lupicini*, etc. *Apud Merbeccam, depositio sanctæ Berlindis virginis. Apud Bremam, sancti Anscharii, primi episcopi ejusdem loci et Hamburgi unitorum. Civitate Bisontina, sancti Anatholii, ejusdem metropolis sanctissimi episcopi* *Anatholii.* *et confessoris. In monte Calvo, sanctarum sororum* *Oliveriæ et Liberatæ.* *Oliveriæ et Liberatæ virginum. Viennæ, sancti Eventii gloriosi episcopi.*

II *Non.* *Die* 4.

In civitate Ægypti, quæ appellatur Thmuis, passio beati Fileæ episcopi et Filo- *Phileæ, Philoromi et soc.* romi tribuni, cum quibus etiam innumera fidelium multitudo ex eadem urbe, pastoris sui sequens exemplum, martyrio coronata est, sicut octavus liber ecclesiasticæ Historiæ loquitur. Romæ Foro-Simpronii, sanctorum martyrum *Aquilini et soc.* Aquilini, Geminii, Gelasii, Magni, Donati. Trecas, sancti Aventini episcopi et con- *Aventini.* fessoris.

Concordant *Praten. Herinien. Tornacen. Marchian. Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Bene scripsit Praten. *Ægypti*, ut habet etiam Molan. in ceteris codicibus fere est *Egypti* vel *Egipti*, ut dixi supra. Passim etiam offendunt in voce *Thmuis*, quam Herinien. effert *Chinuis*, Tornacen. *Thiyius*, Marchian. *Thapnis*, Antverpien. *Tinnius*, Munerat. *Thymus*, alii aliter. Greven., ut ut secure procedere voluerit, rem tamen non attigit. Scribit *Taphnis, alias*, inquit, *Thynius, Thymus* vel *Thymnis*; aberrant omnia. Reliqui in textu, *Fileæ* et *Filoromi*, quamvis non dubitem præferendam omnino Molani et recentiorum codicum lectionem *Phileæ* et *Philoromi*; ast codices antiquissimos secutus sum, Pratensem, Heriniensem, Tornacensem et alios, ex

quibus

quibus eruenda est genuina Usuardi lectio. Munerat. posuit *Filoronii*, Greven. *Phileromi*. Pulsan. videtur duos in unum conflasse, quem *Florianum* vocavit, ac consequenter pro, *cum quibus*, habet *cum quo*. Quartus lapis ad quem passim omnes offendunt, est, *Forum-Sempronii*. In textu scriptum *Foro-Simpronii*, ad servandam Usuardi lectionem, ex Praten. Herinien. Tornacen. et Molano. In Marchian. Antv. Max-Lubec. et Munerato est *Foro-Symphronii* vel *Simphronii*. Apud Greven. *Sympronii* : omnium turpissime in Pulsan. *inphoro Simpronii*. Redundat in Molano particula *et* ante *Donati*. *Trecas* usitatissima est medii ævi orthographia, non male a Greveno et Molano correcta. *Trecio* Munerati, typographo haud dubie imputandum. Sic scriptoris etiam vitio in Pulsanensem irrepsit *Aventinionis*, et *Galliasii*, pro *Gelasii*.

Phil. et Philoromi et soc. OBSERVATIO. De magni nominis martyribus *Philea* et *Philoromo* agit hodie Romanum parvum his verbis : *In civitate Ægypti Thmuis, beati Philex, ejusdem urbis episcopi, et Philoromi tribuni, et innumerabilium martyrum*. Nec dubium videtur, quin istius Martyrologii auctor eos ex solito fonte, nempe ex Rufini Eusebio acceperit. Ado non solum ex Historia illa ecclesiastica, sed ex Actis etiam magnam partem descripsit, quæ ab Henschenio primum completius edita et illustrata sunt, sub nomine illius *Gregorii*, a quo *conscriptam egregie passionem* se recognovisse asseverat Rufinus lib. 8 cap. 10. Sed multi hodie Henschenio se assentiri posse diffitentur. Acta paulo puriora, licet acephala videantur, se proferre existimat Ruinartius, inter sincera et selecta a pag. 547. Vide eumdem a pag. 323, ubi Eusebii librum octavum Actis suis inserit ; et Tillemontium tomo 5 a pag. 484. Diffusius Adonis elogium Noster in paucissima contraxit, an satis recte servato *tribuni* nomine et martyrii loco, alibi discutietur ; pluscula ex eodem Adone Notkerus desumpsit. Hieronymiana apographa adeo corrupte horum martyrum nomina exprimunt, ut Henschenium et Florentinium non parum exercuerint ; et exercebunt quemlibet, qui ex his verbis, *Themoi, Filiæ episcopi, cum filia sua*, ad commodum sensum reducere voluerit, nisi ex longiori Florentinii notatione, eo etiam demum propendeat, ut *Filiam episcopum cum filia sua*, a *Philea* et *Philoromo* diversos fateatur. Nobis de solo Usuardi textu quæstio est, quem purissimum dedimus. Porro utrum tanti sint Acta alia a Combefisio, post editum Februarium nostrum, inter *Lectos triumphos*, forte ex græco Metaphrastis, latine vulgata, ut hi Sancti, ex eorum fide, rejiciantur in XVIII Maii, quod facit Castellanus contra Martyrologiorum nostrorum auctoritatem, alibi examinabitur.

Aquilini et soc. In sequenti martyrum classe, non unus est error. Falsa loci positio, dum *Roma* cum *Foro Sempronii* conjungitur ; scriptio, ut ex Variantibus patet, non satis recta ; nec magis exacta nominum ratio ex Hieronymianis apographis habita : ex quibus bene conjicit Castellanus, exemplum, quo Usuardus usus est, mire luxatum et depravatum fuisse. Plura apud Rabanum et Notkerum confusa, quæ in Actis explicatiora invenies, et merito explosa, per librariorum socordiam, efficta Sanctorum nomina, ex Thmui, *Themoius* vel *Themius*, ex Foro-Sempronii, *Symphorianus*, etc. Id interim extra controversiam esto, sic scripsisse Nostrum, uti in textu legitur. Wandelbertus solum *Aquilinum* celebrat, cui priores duos conjungit :

Tum pridie Nonas Aquilinus vendicat almus,
Antistesque nitet Phileas cum Philoromo.

Aventinus. *Aventinus*, antiquioribus Martyrologis ignotus, primum in Usuardo locum habuit, et quidem *Trecis*, licet ibi depositus non fuerit ; crediderim notiorem urbem ab ipso præhabitam. *Episcopum* faciunt codices passim omnes, sic ut dubitari non possit, quin repræsentetur vera Usuardi lectio. Erravit auctor, ut ostendit Bollandus, at textus ejus in alteris Molani editionibus perperam mutilatus est. De *Aventino Castrodunensi*, cujus episcopalis dignitas ad priorem transferri potuit, agit etiam hoc ipso die laudatus Bollandus, quem tamen inter aemeros, hoc est incerti diei et fortasse cultus, in Martyrologio suo universali collocat Castellanus.

AUCTARIA.

Textus mutilus. ANTVERP-MAJ. *In civitate Egipti, quæ appellatur Thinuis, passio beati Philace, ejusdem civitatis episcopi, et Phyloromi, tribuni Romanorum militum ; cum quibus innumera multitudo fidelis ex eadem urbe, pastoris sui vestigia sequens, persecutione Diocletiani martyrio coronata est. Trecas, natale sancti Aventini episcopi et confessoris, cujus gesta habentur.* In his, ut patet, puritati accedit, sed deest secunda annuntiatio.

ROSWEYD. Incipit : *Romæ, sanctorum martyrum Aquilini*, etc., pure. Sequitur : *In Egypto, passio sancti Phyleæ episcopi et Phyloromi*, etc., ut præcedens. Desunt reliqua omnia.

ANTVERP-MAX. LEYDEN-BELG. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textui præfigunt : *Natale beati Gilberti confessoris*. In textu non omnino correcti sunt, et post *tribuni*, male inserunt, *sub Deciana persecutione*, quod in Adonianis apographis se etiam reperisse, indicavit Rosweydus. *Gilberti.*

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Idem habent quod superiores, et præterea in fine adjiciunt : *Ipso die, natale sancti Liefardi, Anglorum episcopi et martyris*. *Liefardi.*

CENTULEN. *In civitate Thymius, passio beati Filate, ejusdem urbis episcopi, et Philoromi tribuni Romanorum militum*. In duabus aliis, satis purus est.

BRUXELLEN. In prima annuntiatione non omnino purus, inserit, *sub persecutione Dyoclesiana*. Secundam sic format : *Romæ, sanctorum martyrum Aquilini, etc.* Et tum : *Item, Symphoriani martyris. Ipso die, sancti Liphardi, Anglorum episcopi et martyris*. Ultimæ adjungit : *cujus gesta habentur*. *Symphoriani fictitii.*

HAGENOYEN. Relato textu integro, subdit : *Ipso die, natalis santi Gylberti confessoris. Item, sancti Luthardi et Elyphardi, Anglorum episcopi et martyrum*. Satis patet ex uno vero nomine duo falsa esse conficta. Sequitur in fine : *Item Veronicæ viduæ*, de qua vide in Actis. *Veronicæ.*

MATRIC-

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Male scribit *Sileæ et Floriani*, pro *Phileæ et Philoromi.*

CODEX A. D. LE MARE, qui fuit. Canonicorum S. Lazari Augustoduni : *Celticæ Romæ, dedicatio basilicæ S. Symphoriani in suburbio ejusdem urbis constitutæ.* Hoc quid sit, nescio.

Alelari.

ALTEMPS. in Anglia auctus : *Ipso die, sancti Alelari, Claudio-Cestrensis episcopi et confessoris.*

STROZZ. ET MEDIC. *Item, natale sancti Giliberti confessoris.*

EDITIO LUBECO-COL. Parum admodum differt a codd. supra citatis ULTRAJ. etc. ; solum addit de Aventino, *cujus gesta habentur*, et pro *Liefardi*, scribit *Liophardi.*

Gilberti.

BELIN. Inverso Usuardi ordine, primum annuntiat martyres Foro-Sempronienses, quibus immediate subjicit : *Trecas, Aventini episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Giliberti episcopi et confessoris.* Male hic ponitur titulus *episcopi* qui Sempringhamensi, de quo solo hodie agitur, nullatenus convenit. In alium errorem lapsus est Baronius in Notationibus, ut observavit Rosweydus. Sic habet textus Romani hodierni : *Eodem die sancti Gilberti confessoris.* Notatio hæc est : *Gilberti alias Giliberti sive Guiberti, fuit is fundator nobilis monasterii Gemblacensis. Wibertum hunc vocat Sigebertus, quem e vita migrasse ait, anno Domini* DCCCCLXII. *De eodem, Petrus in Catalogo lib.* 3 *cap.* 83. *et Molanus in Indiculo et in Natal. Sanctorum Belgii. Ejus vitam, a Sigeberto ejusdem cœnobii monacho scriptam, retulit Surius in tomo* 3 *die* XXIII *Maii.* Ad hæc ita Rosweydus :

Rosweydi Observatio in Martyrol. quum Rom.

Tota notatio Baronii ad hunc locum Martyrologii Romani, nihil ad rem facit. Nam Gilbertus ille, qui IV *die Februarii colitur, nihil commune habet cum Guiberto Gemblacensi. Fuit enim Gilbertus ille Anglus, Canonicus Regularis, abbas Sempinghamensis, cujus vitam exhibet Legenda Angliæ, per Capgravium Carmelitam olim collecta, floruitque circa annum* MCXL *et obiit anno* MCLXXX, *vitæ suæ anno* CVI, *Sanctorum numero adscriptus est anno* MCCII *a Papa Innocentio III. Guibertus autem fuit fundator monasterii Gemblacensis, fuitque Belga, in diœcesi tunc Leodiensi, nunc autem Namurcensi, qui floruit anno* DCCCCXL *et obiit anno* DCCCCLXII. *Natalis ejus incidit in* XXIII *Maii, quo Surius vitam ejus habet. Elevatio autem ejus celebratur* XXIII *Septembris. Alius est Guibertus, abbas* XIII *Gemblacensis, qui scripsit apologiam pro Severo Sulpitio, quem Baronius in Notationibus ad diem* XXIX *Januarii confundit cum Guiberto fundatore Gemblacensi.* Huc usque Rosweydi Observatio.

GREVEN. *Donatæ, Themi* : primum nomen est *Donati*, alterum ex Thumi male tortum. *Leopardi, Anglorum episcopi et martyris. Item, Richardi Anglorum regis et martyris. Remberti archiepiscopi Bremensis et confessoris, qui a sancto Anschario ejusdem urbis episcopo educatus, eidemque in regimine succedens, non solum suos laudabiliter rexit, verum etiam infidelibus frequenter Christum annuntiavit. In Anglia, Gilberti abbatis et confessoris, qui multos regulariter vivere docuit. Sanasclæ*, seu mavis, *Sanasolæ presbyteri*, hactenus ignoti. *Hugonis presbyteri*, itidem incogniti. *In Scotia, Modani abbatis.*

Donatæ, etc. Richardi. Remberti. Gilberti. Sanasclæ. Hugonis. Modani.

MOLAN. Post *Aventini*, subdit, *cujus gesta habentur. Binchii, Ulgisi episcopi et abbatis in Laubaco, admirandæ sanctitatis viri. Suessionis, sancti Vodali confessoris. Ipso die, sancti Lietphardi, Anglorum archiepiscopi et martyris.* De Richardo et Remberto, ut Grevenus. Posteriores editiones : *Eodem die, sancti Gilberti confessoris, qui Sempingamiæ quiescit, in monasterio quod ipse condiderat. In Hunecourt ipso die, sancti Lietphardi, etc. Cœnobio Laubiensi, depositio sancti Vulgisi episcopi et confessoris. Die quarta, sancti Patris Isidori Pelusiotæ.* Aliis litteris : *Item, Remberti archiepiscopi, cujus celebrior festivitas est die* XI *Junii. Eodem die ponit Metaphrastes pænitentiam Theophili, per intercessionem gloriosissimæ Dei parentis, auctore Eutychiano hujus Theophili ministro.*

Ulgisi. Vodali. Lietphardi. Vulgisi. Isidori Pelusiotæ. Remberti. Theophili pænitentia.

Nonis. *Die* 5.

Apud Siciliam civitate Cathanensium, natalis sanctæ Agathæ virginis et martyris, quæ post alapas et carcerem, post equuleum et tortiones, post mamillarum abscisionem, post volutationem in testulis et carbonibus, tandem sub judice Quintiano in carcere consummata est. Viennæ, beati Aviti episcopi et confessoris, cujus fide et industria atque admirabili doctrina, ab infestatione Arianæ hæreseos Galliæ defensæ sunt. *Agathæ. Aviti.*

Concors textus *Praten. Herinien. Tornacen. Marchian. Antv. Pulsanen. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* imo fere ceterorum omnium.

VARIA LECTIO. Solus Herinien. scribit *Sycilium*, sed in *Cathinensium*, socium habet Pratensem. Marchian. ponit *Catinensium*, Pulsan. *Cathenensium*, Munerat. *Catenensium*. In textu secutus sum Tornacen. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven. et Molan. quamvis aspiratio plane redundare videatur. Rursus, fere conveniunt Praten. et Herinien. ille scribens *Agathes*, hic *Agates* ; melior est, ni fallor, textus inflexio. Lego *equuleum* cum probatioribus Mss. et excusis ; Tornacen. Marchian. Antverpien. Pulsan. Max-Lubec. habent *eculeum*, quod alibi non semel recurrit. *Martires, torciones, Quinciano, abcisionem, ammirabili, eresis, herescos* et hujusmodi alia ad medii ævi corruptam orthographiam spectant, de quibus in præfatione abunde dictum est. Max-Lubec. ut solet esse incorrectissima, ita hic nonnulla habet typographi errore contorta, quæ ex codice Antverpien., cui ubique similis est, facile correximus. Codex uterque pro *admirabili*, legit *mirabili*, omittitque

 vocem

vocem *Arianæ*, ut fecit etiam Pratens. Ceteri omnes eam clare exprimunt, ut ex Adone exprimendam putamus. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven. Molan. et alii scribunt *Arrianæ* ; utrum præferas, mihi sus deque est.

Agathæ. OBSERVATIO. Qui Siculorum et maxime Catanensium, seu mavis Panormitanorum gloriam *Agatham* dixerit, satis dixit. Cetera loquuntur Kalendaria, ut vetustissimum Carthaginense ac Frontonianum, atque Martyrologia omnia. Quæ insuper decora, illustrissimæ virgini debita sunt, a Castellano enumerantur pag. 537. Conspirant apographa Hieronymiana, in quibus, iisdem ferme verbis, primo loco ponitur : *In Sicilia Cataniæ*, vel *Catana civitate, passio sanctæ Agathæ virginis.* Nec plura habet Romanum parvum : *Sanctæ Agathæ virginis, apud civitatem Catanensium.* Bedæ elogium a Rabano descriptum est, etiam ab Adone in Martyrologio, cum hac vera et notabili variatione, quod pro *imperatore Diocletiano*, substituerit *Decio*, idque recte Notkerus secutus est, ut a Bollando demonstratum invenies. Habet prolixiorem vitæ seriem præfatus Ado inter festivitates Apostolorum ; at Noster compendio studens, ex breviori Martyrologii encomio sua decerpsit. Cum autem ex ea Bedæ et Adonis discordia dubius hæreret, cujus maxime tyranni tempora appellanda essent, neutrum nominavit, solo proconsulis *Quinctiani*, ut judicis, nomine contentus. Quæ in Agathæ meritissimas laudes et commendationem facere possunt, operose cumulavit Bollandus, iis monumentis Acta illustrans atque confirmans, ut licet ad sincerissima accedere nequeant, certe rigidorum criticorum censuras facile effugiant. Eorum epitomen tradet Tillemontius tomo 3 a pag. 409 ; nec negligenda sunt, quæ satis curiose colligit Castellanus loco superius indicato. Sic de Agatha Wandelbertus :

Sicaniæ populos Nonis sibi subdit Agathæ
Virginis eximio virtus celebrata decore.

Aviti. *Avitum* Viennensem, sub *Alcimi* prænomine, inter Ecclesiasticos poetas notissimum aliisque scriptis celebrem, in plerisque Hieronymianis apographis notatum reperimus; sitne vere de adjectitiis, ut existimat Florentinius, non est operæ pretium multis discutere. De eo etiam meminit Rabanus, licet in Beda aut Floro notus non sit. Certum est, Usuardum hic denuo sua omnia ex Adone mutuatum, omissis solis hisce verbis, *tempore Gundobaldi regis*, quæ in Notkero et multis codicibus auctioribus restituta sunt, ut statim patebit. Vide quæ de Avito in Actis accurate disputata sunt, ac brevius in Castellani nota, pag. 541 et 542.

Apud Rabanum et Notkerum *ordinatio episcopatus Andreæ Apostoli* ex Hieronymianis signata est, sed ea nihil ad Adonem, nec proinde ad Nostrum quidquam attinet.

AUCTARIA.

Textus Bedæ, ANTVERP-MAJ. In prima Bedam, in secunda Adonem describit; en ejus textum : *Aput Siciliam civitatem Catanentium, passio sanctæ Agathæ virginis, sub Diocletiano imperatore, proconsule Quintiano. Quæ post alapas et carcerem, post eculeos et tortionem, post mamillarum abscisionem, sed a Domino sanationem, post volutationem in testulis et carbonibus, tandem in carcere consummata est.* *textus Adonis.* *Vienni civitate, beati Aviti episcopi, cujus fide et industria atque admirabili doctrina, tempore Gundebaldis regis, ab infestatione*, etc.

ROSWEYD. In prima Adonianus, de secunda hoc solum habet : *Viennæ, episcopi et confessoris.* Deest nomen ipsius sancti.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Satis puri omnes sunt, si solum dempseris citata superius tria illa verba de Avito, *tempore Gundobaldi regis.* Scribunt ipsi *Gundebaldi.*

CENTULEN. *Apud Siciliam civitate Catinensi, passio sanctæ Agathæ virginis, sub Decio imperatore, proconsule Quintiano. Viennæ, sancti Aniti* (pro *Aviti) episcopi et confessoris. In territorio Mo-* *Bertulfi.* *rinorum, transitus sancti Bertulfi confessoris et monachi, cujus ossa Gandæ requiescunt.*

BRUXELLEN. De Agatha adjicit : *Cujus nomen in Canone Missæ recolimus.* Ultimo autem loco : *In Blandinio, sancti Bertulfi confessoris.* Cetera satis purus.

HAGENOYEN. In Agatha interpolatus, *post mamillarum præcisionem*, sic loquitur : *Iterum est incarcerata, et a beato Apostolo Petro visitata et sanata. Deinde in carbonibus et testulis vitri est volutata ; tandem sub Quinciano*, etc.

Codices VICTORIN. REG. SUEC., signatus num. 130 et VATICAN. Longobardicus num. 5949 in fine : *Eodem die, sancti Theodori martyris*, aliis ignoti, nisi quis sub Theodori nomine *Isidorum* agnoscat, de quo vide Prætermissos, etc. *Theodori, an Isidori ?*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Post Agatham ponit : *Aleydis virginis et abbatissæ.* *Aleydis.*

EDITIO LUBECO-COL. In Avito mediæ notæ codicibus conformis, de Agatha post carbonibus, hoc solum admiscet : *Tandem tempore Decii imperatoris, sub judice Quinciano*, etc.

BELIN. Textui Usuardi in fine adnectit : *In civitate Brixina, sanctorum confessorum Gemini et Albini episcoporum, quorum vita miraculis exstat gloriosa.* Vide inferius vera horum Sanctorum nomina. *Ingenuini et Albuini.*

GREVEN. *Eodem die, Saturi, Aviti* (an non *Revocati?) Felicis* ex Hieronym. *Landuno* (puto voluisse scribere *Blandinio) Bertulphi confessoris. Pictavis, Babilonii diaconi et confessoris.* Nihil de eo reperit Bollandus. *Ingelæ virginis ;* itidem ignotæ. *Alheydis* (Adelheydis) *et Bertradæ virginum et Gerbertæ* (Gerbergæ) *matris earum.* Posteriorum duarum cultum probatum hactenus non invenio. *Saturi, etc.* *Babilonii.* *Ingelæ.* *Bertradæ et Gerbergæ.*

MOLAN. De Gemino et Albino, Belinum transcribit. *In Vilika, depositio Aleidis virginis et abbatissæ, miræ sanctitatis. In Blandinio monasterio, sancti Bertulfi confessoris.* Posteriores Molani editiones a Bertulfo incipiunt. Tum : *Suessionis, sancti Vodali* confessoris. Sequitur de Gemino et Albino. Vera nomina sunt *Ingenuinus* et *Albuinus*, quorum primum ad v Septembris rejicit Castellanus. *In Vilika, depositio*, etc. Tum minutiori charactere : *Alexandriæ, martyrium sancti et gloriosi martyris Isidori.* *Aleidis.* *Vodali.* *Isidori.*

VIII *Idus.*

VIII *Idus.* *Die* 6.

Apud Cæsaream Cappadociæ, natale sanctæ Dorotheæ virginis, quæ primum equuleo vexata, dein palmis diu cæsa, ad ultimum capite punita est. In cujus confessione quidam Theophilus scolasticus conversus, et mox equuleo idem acerrime tortus, novissime gladio cæsus est. Arvernis, beati Antholiani martyris. Eodem die, sanctorum episcoporum Vedasti et Amandi, quorum et vita et mors plurimis extitit miraculis gloriosa. E quibus prior Adartensium, sequens vero Trejectensium rexit ecclesiam. *Dorotheæ.* *Theophili.* *Antholiani.* *Vedasti et Amandi.*

Est *Praten. Herinien. Tornacen. Marchian. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Tornacen. et Greven. ponunt *Capadociæ*, præplacet aliorum orthographia. De *eculeo* alibi satis dictum est. Reliqui in textu *scolasticus*, quod omnes codices Mss. eam lectionem servent. Solus Molanus scripsit, *et mox equuleo eodem*, alii melius *idem*. Herinien. habet *Antolani*; Greven *Antoliani*; Molan. *Anatholiani*. Puto textum esse purissimum, quidquid alii id in dubium revocent. Apographum nostrum Pratense pro *exstitit*, posuit *existit*, forte quod in prætenso autographo contortæ sint litteræ, certe omnes legunt ut in textu. *Adartensium* et *Trejectensium* Usuardi formula est ex codd. Mss. sed a Munerato et Molano correcta ; videatur Henschenius hic. Greven. servavit *Trejectensium*, sed male scripsit *Atrabatensium*. Rabanus et Notkerus ab omnibus recedunt, ponentes *Aderato*, unde verosimiliter *Arras*. Aliter scripserat Florus ; *Atrebata*.

OBSERVATIO. *In Cæsarea Cappadociæ, passionem sanctæ Dorotheæ* distincte consignant Hieronymiani codices Lucensis et Corbeiensis ; sed quod prior *Ethiopoli* et *Scolastici* sic legat, ut diversi martyres videantur, clarius alii exprimunt : *Passio sanctorum Dorotheæ et Theophili scolastici*. Quod autem synonymi martyres, pluribus Alexandrinis admixti reperiantur XII Februarii, non video quid tantopere difficultatis habeat, cum hujusmodi exempla synonymorum martyrum, in hoc præsertim Martyrologio, quotidiana sint. Utrum alterutro die indicetur virgo illa Alexandrina, quam *Dorotheam* Rufinus vocavit, Baronius celeberrimam *Catharinam* credidit, aliorum examini relinquimus. Annuntiatio nostra fontem ordinarium, procul dubio, respicit, nempe Romanum parvum, quod ita habet : *Apud Cæsaream Cappadociæ, sanctæ Dorotheæ virginis, et Theophili scholastici*. Ex antiquis Actis encomium concinnavit Ado, cujus medullam Noster in laterculum suum retulit. Aliud est Rabani elogium, in quo *Christe* et *Calliste* apponuntur, de quibus præfata Acta meminere; Notkerus ex Rabano et Adone historiam suam conflavit. Satis exactam prædictorum Actorum synopsim tradit Tillemontius tomo 5 a pag. 497. Wandelbertus solum hunc hodie versiculum profert : *Dorotheæ, Theophili.*

Idibus octavis martyr Dorothea coruscat.

Dubitat Florentinius an *Antolianus*, qui in Hieronymianis ponitur, idem sit cum hodierno nostro *Arvernensi*. Scrupulus videtur ; nam *Antholianus* sine dubio inde ab Adone acceptus est, ex hoc ab Usuardo. *Antholianus*, inquam, non *Anatolianus*, codicibus nostris vetustissimis cum ipso Adone conspirantibus. Vide de eo Bollandi commentarium historicum. *Antholiani.*

Defectum accurationis in Usuardo arguit Castellanus, quod *Amandum* cum *Vedasto* composuerit, utpote qui nihil magnopere commune habeant, toto fere sesquiseculo ætate disjuncti. Attamen, si quid peccatūm est, non id Usuardo, sed antiquioribus imputandum, apud quos prædictam conjunctionem pridem in usu fuisse, ostendunt Florus, Wandelbertus, Rabanus et Ado, qui, si non eodem die, certe eodem nexu copulatos referunt : Florus et Rabanus hoc die, alii duo XXVI Octobris, ut ibi dicetur. Rectissime autem ambos Sanctos hoc die signari, apertius evinci non potest, quam ex eo quod utriusque obitus in hunc ipsum diem concurrat, ut habes in Actis, locis infra citandis. Jam vero Usuardum hic rursus ex Adone sua fere omnia desumpsisse, manifeste intelliges, si utriusque verba præfatis diebus inter se contuleris. A Rosweydo hodie in appendicem rejiciuntur, in qua Vedastus denuo recurrit I Octobris. Diversum plane est Flori elogium, præposterus ordo, dum Amandus junior seniori Vedasto præponitur. Alia in Rabano et Notkero non satis exacta. Sed nobis sufficit genuinum Usuardi textum exhibuisse. Quæ ad alias Vedasti celebritates pertinent, vide in Actis. Comment. præv. § 4 et 5 a pag. 785 ; de Amando autem pag. 840 : atque ibi utriusque Belgarum Doctoris gesta mirifice deducta et diligentissime ab Henschenio illustrata invenies. *Vedasti et Amandi.*

AUCTARIA.

PULSANEN. In Dorothea tantillum interpolatus, Vedasti et Amandi elogia mutilavit.

ANTVERPIEN. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Textui puro superaddunt : *Ipso die, sanctorum Saturnini, Theophili et Revocatæ*. Poterat omitti Theophilus, idem verosimiliter cum Scholastico. Vide Acta. *Saturnini, etc.*

ANTVERP-MAJ. Deficit, sic habet : *Aput Cæsaream Capadociæ, natale sanctæ Dorothæ virginis. Quæ sub Apricio provinciæ ipsius præside, primum eculei extensione vexata, deinde palmis diutissime cæsa, ad ultimum capitali sententia punita est. Arvernis, natale Antholiani, qui aput urbem Arvernam martyrio coronatus est.* In ultima nihil deest ; scribit *Atrebatensium* pro *Adartensium*.

ROSWEYD.

ROSWEYD. De Dorothea, ut prior, sed addit : *Passus est etiam cum ea Theophilus scolasticus.* De Antholiano, etiam ut præcedens. Tum : *In Gallia Vedasti et Amandi episcoporum et confessorum. Item, Helenæ reginæ.* Natalis ejus agitur XVIII Augusti.

Helenæ.

ANTPERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJECT-BELG. Secundo loco habent de Vedasto et Amando, adduntque de ultimo, *tribus annis rexit ecclesiam.* Dein : *Sed infructuosum inibi cernens laborem suum, vitam heremiticam eligens, in quadam cella juxta civitatem Turonicam quindecim annis cilicio supertectus, et aqua et pane hordeacco sustentatus permansit.* Hæc non recte temporibus divisa sunt. Satis bene adjicit DANIC. Amandum *superiorum Trajectensium* episcopum fuisse. Videatur de duobus hisce Apostolis nostris accuratissimus Henschenii commentarius. Sequitur de Anatholiano, ubi addunt, ut supra, *qui apud eamdem urbem martyrio coronatus est.* In fine : *Ipso die, sanctorum Saturnini, Theophili et Revocatæ.* Quæ postrema etiam habet LOVANIEN. cum superiori clausula, *tribus annis*, sed reliqua ab ipso omissa sunt.

De Amando.

Textus contractus.

CENTULEN. *Apud Cæsaream Cappadociæ, sanctæ Dorotheæ virginis, sub Sapritio judice; et Theophili scolastici. Avernis, sancti Antholiani episcopi et martyris. Atrebas, sancti Vedasti episcopi et confessoris. Cænobio Helnone, sancti Amandi episcopi et confessoris.*

BRUXELLEN. Auctius item exhibet Dorotheæ elogium. De Vedasto et Amando post *gloriosa*, sic legit : *E quibus prior Cameracensem et Atrebatensem, sequens vero Trajectensem supra Mosam rexerunt ecclesias.* De Antholiano, Saturnino, etc., ut codices mediæ notæ.

HAGENOYEN. Reliquis omnibus liberalior est in amplificando Dorotheæ elogio, verum tanti ea non sunt, ut locum hic habere mereantur. Antholianum prætermittit. Vedasti et Amandi elogium fere simile est superius jam relato ; sed hæc subduntur : *Postea Romæ peregrinatus est, ubi sibi beatus Petrus in visione apparuit, illum in Galliis prædicare præcepit; quod et fecit, et obiit in pace.*

BIGOTIAN. qui fuit PP. Cœlestinorum, STROZZ. et MEDIC. *Ipso die, sanctorum Saturnini, Theophili et Revocatæ*, ut supra.

REGIN. SUECIÆ signatus num. 130 : *Ipso die, Sotheris virginis.* VATICAN. autem, signatus num. 5949, positionem exprimit : *Romæ, passio sanctæ Sotheris virginis.* Sed in hoc ultimo deest commemoratio SS. Vedasti et Amandi. De Sothere agitur x hujus.

Sotheris.

CODEX CASTRI-CAROLI : *In territorio Lugdunen. Natalis sancti Amandi episcopi et confessoris.* An non *Amantii Tricastini?* Certe hæc nec ad *Amandum Trajectensem*, nec ad *Argentoratensem*, nec ad *Wormatiensem*, nec demum ad *Amandum*, aut *Marcum Amandum*, de quibus inter Prætermissos agit Bollandus, referri ullo modo possunt.

Amandi incerti.

EDITIO LUBECO-COL. A proprio festo Coloniensi diem orditur : *Apud Coloniam Agrippinam, translatio cinerum sancti Pantaleonis martyris, quæ facta est una cum quibusdam reliquiis sancti Quirini martyris.* Quæ in Dorotheæ elogio immiscentur, in Adone sinceriora sunt. De Vedasto et Amando, Antholiano, Saturnino, etc., nihil differt ab aliis supra citatis.

Translatio Pantaleonis.

BELINI I EDITIO. In eo deficit quod post *Atrebatensium*, non dicat, *sequens vero Trajectensium.* Addit in fine : *Ipso die, sanctorum Saturnini, Theophili et Revocatæ;* quibus editio altera superadjicit : *Et eadem die, sanctæ Soteris virginis.*

GREVEN. *Ipso die, sanctorum Saturnini, Theophili, Revocati, ac Sotheris virginis. Lubentii presbyteri et confessoris, qui a beato Martino Turonensi, nutriendus traditus sancto Maximino Treverensi, post data eximiæ conversationis exempla, quievit in pace. Cujus corpus navi impositum contra impetum Rheni fluminis, per terram etiam invisibili actum virtute ascendit.* Colitur XIII Octobris. *Cristes et Calistes sororum. Quæ cum a fide apostatassent, per sanctam Dorotheam conversæ, ad martyrii palmam parvenire meruerunt. Monasterio Eyke, Harlindis et Relindis virginum.* Vide Acta. *In Silvolde, Gerwis virginis*, de qua nondum quidquam compertum est. *Apud Coloniam Agrippinam, translatio cinerum beati Panthaleonis martyris.* Spectat ad diem natalem XXVII Julii.

Saturnini et soc. Lubentii.

Christes et Callistes.

Harlindis et Relindis.

Gerwis.

MOLANI elogium de S. Dorothea Adoniano auctius, uti et Amandinum et Vedastinum, melius apud ipsum legentur. Sequitur : *Ipso die, Saturnini, Theophili et Revocati. Romæ via Appia, in cœmiterio ejusdem, passio sanctæ Sotheris virginis. Civitate Prænestensi, sancti Garini episcopi et confessoris, Monasterio Eike, Harlindis et Relindis virginum.* Tum litteris minutioribus : *Trajecti ad Mosam, festivitas omnium pontificum Trajectensium Servatii, Monulphi, Gondulphi, Martini, Valentini, Candidi, et reliquorum.* Editiones alteræ elogia contrahunt, post quæ : *In territorio Lossensi, juxta villam Maes-Eike, monasterio Eike, Harlindis et Relindis virginum.* De Guarino, ut supra. *Die sexta, sancti patris Buculi, episcopi Smyrnæ.* Pro *Revocati*, melius hic ponit *Revocatæ.*

Sotheris.

Guarini.

Servatii et epp. Traj.

Harlindis, et Relindis.

Buculi.

VII *Idus*. *Die 7.*

Auguli.

Moysetis.

In Britanniis civitate Augusta, natalis beati Auguli episcopi, qui cursum temporis per martyrium explens, æterna meruit suscipere præmia. Item, sancti Moysetis episcopi. Hic primum in heremo vitam solitariam ducens, signis ac virtutibus magnifice innotuerat, post vero gentem Sarracenorum, cui episcopus fuerat factus, grandi ex parte ad fidem Christi convertit, sicque gloriosus meritis quievit in pace.

Conveniunt *Praten. Hernmen. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Muncrat.* I *Belini editio, Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max.* cum suis.

VARIA

VARIA LECTIO. Praten. scribit *Britaniis*, Munerat. *Britannia*; ceteri ut in textu. Solus Belin. habet, *civitate Augustana*. Ultraject. posuit *Augalii*; ceteri habent *Augulii*; 1 Belini editio *Aulei*; sunt qui malint *Augurii* vel *Atigulii*; verum nomen est in laterculo. De modo scribendi *martyrium* satis dictum est. *Complens* pro *explens* posuere Antverpien. Max-Lubec. cum plerisque mediæ notæ codicibus. *Moisetis* pro *Moysetis* legitur in solo Tornacensi. *Primus* pro *primum* error est in Danico. *Heremo* legunt omnes, rectius Molan. *eremo*, codicum scriptionem sequi maluimus. Solus Pratensis omisit vocem *magnifice*. Codices minus passim correcti ut Antverp-Max. etc., male habent *innotuit* pro *innotuerat*. Scripsi *Sarracenorum* cum omnibus codicibus, excepto Pratensi et Molano. Antverp. et Max-Lubec. tres voces reticent, nempe, *grandi ex parte*; in Munerato solœcismus est, *grandi cum ex parte*.

OBSERVATIO. Vix usquam clarius Sanctum aliquem determinate circumscribunt Hieronymiana apographa, quam hoc die *Augulum* exprimant : *Brittania*, *Britannis* vel *Brittanniis civitate Augusta, natalis Auguli episcopi*. Quod *Auguria* legatur in Epternacensi, facili lapsu ex *Augusta* corrumpi potuit. His concinit Beda : *Britannis in Augusta, natale Augusti episcopi et martyris*; ubi alterum librarii errorem vides in *Augusti* pro *Auguli*; de quo dubitari omnino non potest cum Rabanus, qui quæ Bedæ sunt diligentissime refert, distincte legat *Auguli*. Bedam fere ad verbum secutus est Ado ; Noster, præter morem, non nihil de suo adjecit, sed quod non magis *Augulo* quam cuilibet alteri conveniat, dum solum martyris titulum paraphrastice exposuit. Quæ sit illa Britanniæ *Augusta*, quæ martyris ætas, erudite disquirit Henschenius, cui cur litem intentet Castellanus pag. 558 prorsus non video : nam sive *Londino* appellationem *Augustæ* tribuat, sive *Eboraco*, nihil magnopere Acta adversabuntur. Sic Sanctum ipsum unico versiculo alloquitur Wandelbertus : *Auguli*

Augule septenis mundum vincendo triumphas.

Moyses ex Romano parvo acceptus est, in quo his verbis celebratur : *Sancti Moysetis, qui petente Mauvia Sarracenorum regina, episcopus genti illius factus est*. Ado ex monumentis ecclesiasticis elogium contexuit, quod Noster solitæ suæ brevitati eleganter aptavit. Quam celebre pacificum magni viri nomen sub Valente imperatore fuerit, ex Socrate, Sozomeno aliisque Scriptoribus Græcis ab Henschenio citatis, facile est colligere, atque ex iisdem eorum hallucinationem retegere, qui ex recentioribus Martyrologis Moysetem hunc nostrum cum altero cognomine, sed *Æthiope* confuderunt, ut in Actis accurate explicatum est. Vide præterea Tillemontium tomo 7 a pag. 593, ex quo attentius velim consideres quam apte inter Carmeli incolas ab Alegræo ejusque symmystis connumeretur. Ceterum toto etiam Occidente celeberrimam fuisse Moysetis memoriam ex Martyrologiis nostris apertissime conficitur. At turpiter errat Notkerus, qui Adonis elogium describens, *Moysetem* in Britannias retrahit, nisi librarii socordia factum dicamus ut, omisso vel deleto *Auguli* nomine, alterius patria ad alterum transierit. *Moysetis*

AUCTARIA.

Elevationis S. Rictrudis. MARCHIAN. Incipit a proprio loci : *Elevatio corporis sanctæ Rictrudis*. In reliquis purissime Usuardinus est. Vide XII Maii.

PULSANEN. Post *Auguli*, sic prosequitur : *Item, sancti Moysetis episcopi. Eodem die, depositio beatissimi Laurentii, Sipontini episcopi*. *Laurentii.* Hæc quidem recte, ut in Actis videre est ; non item quæ sequuntur : *In pago Malensi, sanctæ Austrebertæ virginis, in loco qui dicitur Pauliacus*. *Austrebertæ* Prima periodi pars corrupta est, ubi pro *Malensi*, lege *Rothomagensi*. Alia id genus alibi recurrunt, dum primis vocis elementis erasis, ultima etiam quandoque depravantur : sic in præsenti, pro *Malensi*, existimo lectum fuisse *Magensi*. Vide x Februarii.

ANTVERP-MAJ. *In Britanniis civitate Augusta, natale sancti Auguli episcopi et martyris. Eodem die, sancti Moysetis venerabilis episcopi et confessoris.* *Apollinaris.* *Aput Asiam provinciam, sancti Apollinaris Jerapolitanis antistitis, viri eruditissimi*. Vide Acta.

ROSWEYD. *In Britannia*, etc., ut præcedens. *De Moysete ex Adone.* *Item, sancti Moysetis, qui primo quidem vitam solitariam in eremo ducens, meritis et virtutibus ac signis, quæ faciebat per illum Deus, magnifice innotuerat. Qui postmodum, petente Auvia Sarracenorum regina episcopus genti illius factus, fidei catholicæ custodivit intemerata consortia, et gentem, cui datus fuerat episcopus, ex grandi parte ad fidem Christi convertit, sicque in pace quievit.* Ex Adone.

CENTULEN. Primo loco *Augulum* annuntiat verbis Adonis, ferme ut duo codices proxime citati. Deinde : *Apud Asiam minorem, sancti Apollinaris episcopi, viri eruditissimi*. *Apollinaris.* Moysetis elogium mutilat, hoc modo : *Eodem die sancti Moysetis venerabilis episcopi, qui gentem Sarasinam magna ex parte convertit.*

BRUXELLEN. Pro *Auguli*, scribit *Anguli*; de reliquo annuntiatio ejus non Usuardina, sed Adoniana quoque est. Moysetis elogium ex Adone, hinc inde interpolavit. Deinde cum aliis addit : *Apud Asiam, sancti Apollinaris, viri eruditissimi Jerapolitanæ urbis antistitis et confessoris*. Demum in fine : *Item, Helenæ reginæ*. *Helenæ* Diximus pridie in Auctariis natalem ejus esse XVIII Augusti.

HAGENOYEN. Usuardinus quidem est, sed phrasim non nihil turbatiorem refert. In fine autem perperam subnectit : *Item, sanctorum martyrum Theophili, Saturnini et Revocatæ*, Vide quæ die præcedenti in Auctariis dicta sunt. *Theophili et soc.*

VICTORIN. In fine : *Apud Asiam, sancti Apollinaris Hieropolitanæ* (urbis) *antistitis, viri eruditissimi. Eodem die, sanctæ Austrebertæ virginis et sancti Theodori martyris*, haud dubie *Heracleensis*, unius et quatuor Megalo-martyribus, de quo in Actis. *Theodori*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Inter Moysetem et Augulum, *Moysen* alium *abbatem* interserit, eum, opinor, qui in Ægypto cum sex sociis martyrium consummavit. *Moysetis alterius.* Hunc recentiores Martyrologi *Scythopoli* in Ægypto perperam adscripserunt, cum

ex Vitis

ex Vitis Patrum, variis locis ab Henschenio hic a pag. 46 recitatis, non Scythopoli, quæ Palæstinæ secundæ metropolis est, sed in *Schiti solitudine* a grassatoribus barbaris, cum sex fratribus interemptus sit. Vide plura ex Cassiano, Sozomeno et aliis apud Henschenium collecta.

CAMBERIEN. monasterii S. Mariæ Conventualium. *Monasterio Altimlarenci* (vult dicere *Altovillariensi*) *adventus sanctæ Helenæ imperatricis.* De eo agetur XVIII Augusti.

Austrebertæ et Theodori. REGIN-SUEC. sub num. 130 : *Eodem die, sanctæ Austrebertæ virginis, et sancti Theodori martyris.* Vide supra.

VATICAN. num. 5949. *In Gallia, sanctæ Austrebertæ virginis.* Jam dixi spectare ad X.

EDITIO LUBECO-COL. In prima annuntiatione fere pura, ad secundam, post *magnifice innotuit*, hæc subjungit : *Postquam vero gentem Sarracenorum, cui episcopus fuerat factus, ad fidem Christi convertisset, ad eremum rediit, et ibi cum sex eremitis barbaris occisus est.* Quæ hic confusa sunt, in Actis explicantur. Sequitur : *Apud Asiæ provinciam, sancti Apollinaris, Jerapolitanæ urbis episcopi et confessoris, viri eruditissimi. Eodem die,* *Richardi R.* *sancti Rechardi regis, patris sanctæ Walburgæ virginis, qui omnia quæ habuit propter Christum dimisit et longissimam peregrinationem sumpsit, tandem feliciter obiit.*

Adventus Helenæ. Altera BELINI editio. In fine : *Eodem die sanctæ Helenæ corporis adventus, ad monasterium Altovillare, quæ mater Constantini imperatoris existens, ad hoc religiose vivendo, pervenire meruit, ut sacratissimæ Crucis Domini Nostri Jesu Christi fieret inventrix.* Vide dicta superius.

Anatholi et soc. GREVEN. *Item Anatholi, Ammonis, Statiani, Lucii,* ex Hieronym. *In Anglia, Odonis episcopi et confessoris. Ibidem, Guillermi episcopi et confessoris.* *Odonis, Guillermi.* Vide de utroque indicem Prætermissorum. De Apollinare et Richardo, fere ut EDITIO LUBECO-COL. Additur : *Amancii episcopi confessoris. Frindrudis virginis. Apolonii senatoris martyris, patris sanctæ Apoloniæ.* *Amancii. Frindrudis. Apollonii.* De his tribus vide etiam citatum indicem, et de ultimo speciatim in eodem indice IX hujus.

Amoluini. MOLAN. *Binchii, Amoluuini episcopi et abbatis Lobiensis.* De Helena Belinum descripsit. In fine, minori charactere : *Eodem die, Richardi regis, patris sanctæ Walburgis, qui propter Christum longissimam peregrinationem subiit.* In aliis editionibus, sic incipit : *Cominii, natale sancti Chrysolii,* *Chrysolii.* *qui huc venit a Marcello Papa ad prædicandum missus.* Ubi notandum quod recte hoc die collocetur, qui in prima editione postridie ponitur, cum hac clausula, *qui Dionysio notus huc venit.* Sequitur : *Binchii ex Laubiis, beati Amoluini, episcopi et confessoris. In Anglia, sancti Odonis, episcopi* *Odonis.* *et confessoris. Die septima, sancti Parthenii, episcopi Lampsaceni ; et sancti Lucæ, in Storio Græciæ.* *Parthenii et Lucæ.* *Marcianis, elevatio corporis sanctæ Rictrudis.* *Elevationis Rictrudis.* De Helena dictum est. Postea minutioribus litteris : *Apud Phrygiam, natalis beati numerosique martyrii, pariter ab universa urbe quadam Christianorum civium suscepti.* *Universæ urbis MM.* *Hujus auctor et dux exstitit vir pietate et religione clarus, Adauctus nomine : cujus in confessione Christi constantiam, omnis populus sequens, cum mulieribus viri, cum pueris senes, cum civibus civitas, injecto igne concremantur, ita ut nullus penitus ex illa urbe, etiam cum optio daretur, abscederet. Eodem die, civitate Lucensi, Richardi, regis,* etc., ut supra.

VI *Idus.* *Die* 8.

Dionysii et soc. Apud Armeniam minorem, natalis sanctorum Dionisii, Emiliani et Sebastiani. *Cointæ.* Eodem die Alexandriæ, sanctæ Cointæ martyris; hanc pagani correptam ad idola perducentes, adorare cogebant, quod cum illa execrans recusaret, vincula pedibus ejus innectentes et per plateas totius civitatis eam trahentes, horrendo supplicio discerpserunt. Civitate Corduba, sancti Salomonis martyris. *Salomonis.*

Ex *Tornacen. Pulsanen. Albergen. Danic. Munerat. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Reliqui in textu *Dionisii* et *Emiliani* juxta Tornacen. Pulsanen. Munerat. etc. Albergen. Danic. et Greven. pejus scribunt *Dyonisii* ; recte Molan. *Dionysii et Æmiliani.* In Pulsanen. sphalma est *Juliani.* Nomen martyris Alexandrinæ octodecim ferme modis in Actis deformatum est. Greven. legit *Coyntæ* : Molan. *Cointhæ*; Tornacen. *Conitæ*; Pulsanen. *Chontæ ;* Munerat. *Corinthæ* ; prætuli lectionem *Cointæ* cum Albergen. et Danic. quod Rom. parvi lectio sit, et proximius ad *Quintæ* latine accedat ; quidquid aliter scripserit Ado : selige quod magis placet. De voce *ydola*, alibi dictum satis. Munerat. male ponit *correctam*, pro *correptam*. Pulsanen. sensum mutilat scribens *execrasset*, pro *execrans recusaret*, et *vincula pedibus ejus innectentes* omittens. Error Danici in *discerserunt*, supposito *p* correctus est.

De positione Salomonis. Difficultas est circa positionem *Salomonis*, in qua pauci codices ab omnibus aliis differunt. Et inter puriores quidem Marchianen. legit : *In provincia Lusitana, civitate Corduba* ; brevius Rosweyd. *In provincia Lusitana, sancti*, etc. His fere subscribit codex Praten. dum ponit : *In provincia Lusitaniæ, civitate Corduba.* Atque hoc modo scripsisse Usuardum existimavit Castellanus. Cum vero objicerem inepte tribui Cordubam, regum Saracenorum sedem, regioni ab ea tam dissitæ, respondit disparatorum connexionem non aliud probare, quam quod Usuardus imperitus Geographus fuerit. Mihi vero non suadetur auctorem ita impegisse circa provincias, quas oculis ferme suis lustraverat; censeoque proinde priora ea verba ad Usuardum non pertinere, atque adeo codices illos, a ceteris in eo discrepantes, inter puros connumerari non posse. Est præterea in Pratensi augmentum aliud, de quo in Auctariis agemus.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. Trium horum Armenorum martyrum præcipua et distinctior notitia sumitur ex solis apographis Hieronymianis, quæ saltem patriam exprimunt, a Romano parvo præteritam. Illa legunt : *In Armenia minore, natalis Dionisii, Emiliani, Sabastiani*; istud, sola nomina refert : *Dionysii et soc.* *Sanctorum Dionysii, Æmiliani, Sebastiani.* Ado priorem fontem consuluit, eamque annuntiationem formavit, quæ ab Usuardo et Notkero fere ad apicem descripta est. An præter nomina et provinciam, eorum certamine (nam martyres censentur) nobilitatam, de iis quidquam compertum sit, ex Bollando in Actis intelliges. Inspice etiam notationem Florentinii, qua Bollandi opinionem magis confirmat, inter cetera solerter advertens, Acta sancti Æmiliani Mss. quæ penes se habuit, *corrupta in aliquibus ita esse, ut vix sensus percipiatur ; imo, quod oculatissimum Bollandum aufugit, eadem, mutatis dumtaxat nominibus, continere, quæ apud Petrum de Natalibus in vita sancti Pantaleonis martyris prostant, et quod majus est, iisdem pene verbis ac illam construi.* Hæc ille, quæ an sufficiant, ut Jacobilli Acta ex opere nostro auferantur, in supplemento videbitur. In Wandelberti versiculo defuit locus Sebastiano ; sic canit :

Senas Dionysius ornat et Æmilianus.

Cointam vel *Quintam, fidelem mulierem*, ex Rufino acceptam ego quidem non dubito. Sic de ea pri- *Cointæ.* mus loquitur auctor Romani parvi : *Alexandriæ, sanctæ Cointæ martyris.* Adonis encomium ex laudati Rufini verbis ferme contextum Notkerus integrum descripsit, Noster vix quidquam immutatum reddidit. Jam supra ad XXXI Januarii, dum de sene *Metra* ageremus, celebrem Dionysii Alexandrini epistolam citavimus, ex qua eadem *Cointa* hoc die, sequenti *Apollonia* desumptæ sunt. Vide indicatum ibi Ruinartii locum, vel potius fontem ipsum apud Rufinum lib. 6 cap. 31. Alia est aliorum Eusebii interpretatio, unde et varie apud Bollandum Cointæ martyrium explicatur. An autem *virginis* titulus ei adscribi possit, incertum relinquitur.— *Salomon* martyr Cordubensis a solo Usuardo refertur, *Salomonis.* nimirum quod recentiorem Arabicæ illius persecutionis haberet memoriam; neque enim Salomonem alium Cordubæ pro fide passum novimus. Ab aliis et a Romano hodierno ponitur XIII Martii cum *Ruderico* presbytero, ut in Actis videre est. Cetera, quæ huc spectare possunt, in Variantibus dicta sunt.

AUCTARIA.

PRATEN. Præter inserta verba, de quibus in Variantibus egimus, addit in fine : *Viriduno,* *Pauli Virdunensis.* *sancti Pauli episcopi et confessoris.* De eodem agunt plures alii codices Usuardini, sed modo tam diverso, ut additamentum esse apertissime pateat.

HERINIEN. Post textum purum et integrum, agit de eodem Paulo, sed hac phrasi : *Virduni, beati Pauli episcopi et monachi, ipsius ecclesiæ restauratoris et rectoris.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVAN. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Sola voce a priori distinguuntur, nempe quod post *rectoris*, adjiciant epitheton, *præcipui.*

MARCHIAN. et ROSWEYD. Sic habent, ut in Variantibus diximus, omni alio additamento carentes, ita ut puris proximi sint.

ANTVERP-MAJ. In martyribus Armenis et in Cointa (quam *Conidam* vocat) fere genuinus est ; de Salomone tacet.

CENTULEN. In prima annuntiatione Usuardinus, sic prosequitur : *Sanctæ Chointæ virginis et martyris. Virdunis, sancti Pauli episcopi et confessoris. Civitate Concordia* (pro *Corduba*), *sancti Salomonis martyris.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Relato *Pauli et soc.* textu puro, subdunt : *Romæ, Pauli episcopi, Luci et Cyriaci.* De qua trium Sanctorum conjunctione vide Bollandum et Castellanum hic : nimis quam sæpe infra repetitur.

BRUXELL. Solito purior, post *discerpserunt*, interjicit : *In Hispania, civitate*, etc. In fine : *Romæ, sancti Pauli episcopi et confessoris. Et sanctorum Lucii et Ciriaci.*

HAGENOYEN. Ex Cointa *Torritam* facit, cetera puritati proximus. In fine autem : *Brixiæ* (an non *Iventii.* *Papiæ ?*) *Ivencii episcopi et confessoris. Romæ, sancti Pauli episcopi, Lucii et Cyriaci martyrum.* Vide Scriptores de quibus supra diximus.

BELINI I editio, *Coytæ* scribit, altera, *Corinthæ.* In reliquis eadem addit, quæ Antverp. et Max-Lubecana.

AQUICINCT. *Romæ, Pauli episcopi, Lucii et Cyriaci.* Eadem ubique phrasis ab altero in alterum transmissa.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Incipit : *Pauli episcopi et martyris. Mengoldi, militis martyris. Sanctæ Helenæ reginæ, martyris Constantini imp.* Tum *Dionysii*, etc. De Cointa et Salomone, nihil.

CODEX 3 BIGOTIAN. sig. D. 9 : *Eodem die, sancti* *Cuthmanni.* *Cuthmanni.* Nomen ab aliis aliter scribitur.

CODEX D. LE MARE, nota C. qui fuit Franciscan. *Romæ, Pauli episcopi, Lucii, Cyriaci.*

VATICAN. 5949 Solum adjicit : *Romæ, sancti* *Pauli.* *Pauli episcopi*, ut habent apographa Hieronym.

ALTEMPS. *In territorio Dolensi, sancti Jacuti* *Jacuti.* *confessoris.* De quo vide Prætermissos hoc die. *Monasterio Fiscanni, sancti Geuthmanni, Lemovi-* *Geuthmanni.* *censis episcopi et confessoris.* In Missali Gemeticensi pervetusto, dicitur *Cutmanni confessoris.* Et sic fere supra legit codex Bigotianus.

STROZZ. et MEDIC : *Item Romæ, sanctorum* *Paulini et soc.* *martyrum Paulini episcopi, Lucii et Cyriaci. Item, sancti Eventii* vel *Iventii episcopi et confessoris.* *Eventii.* *Et sanctæ Helenæ virginis.* *Helenæ V.* Paulinum hunc, aliorum *Paulum* esse, satis constat. Quæ sit *Helena virgo*, nescio.

EDITIO LUBECO-COL. Nusquam Usuardo similior, in fine solum addit martyres de quibus supra ; nempe : *Romæ, sanctorum Pauli episcopi, Lucii et Ciriaci martyrum.*

GREVEN. Eosdem annuntiat et eodem modo. Tum : *Item, Julii Papæ, quem Ado et Usuardus* *Julii* *ponunt pridie Idus Aprilis, Eudoaldi, episcopi Lug-* *Eudoaldi.* *dunensis et confessoris* : est verosimiliter *Chagnoaldus* Laudunensis de quo VI Septembris. *Pauli Virdunensis episcopi et restauratoris præcipui. Thyadghermi, episcopi secundi Halverstadensis et* *Thyadghermi.* *confessoris, in Werdena quiescentis.* Vide Bollandum in indice Prætermissorum. *Iventii, episcopi* *Iventii.* *Papiensis et confessoris. Chunibaldi confessoris.* *Chunibaldi.* *Mengoldi militis. Gislarii presbyteri.* *Mengoldi.* *Gislarii.* De hoc et Chunibaldo, vide citatum indicem. *Helenæ Chri-*

stianissimæ

Helenæ translatio. *stianissimæ reginæ translatio.* Et hujus et vitæ historia dabitur XVIII Augusti.

MOLAN. *Romæ, Pauli episcopi, Lucii et Ciriaci. Ipso die, depositio sancti Pauli episcopi Virdunensis*, etc. *Item Hoii, natalis beati Mengoldi, gloriosi martyris.* *Chrysolii.* *Natale sancti Chrysolii, qui Dionysio notus huc venit, a Marcello Papa ad prædicandum missus.* Sed hæc postrema in aliis editionibus correcta et ad præcedentem diem melius revocata. In his porro ita habet : *Eodem die, natale sancti Nicetii episcopi Bisuntini et confessoris, præclaræ sanctitatis viri.* *Nicetii.* *Ipso die, depositio sancti Pauli*, etc. *Die octava*, *sancti Megalo-martyris Theodori ducis exercitus*, de quo nos peridie. *Theodori.* *Romæ, Pauli*, etc. Demum charactere minori : *In Bithynia, beati Eugenii, et Mariæ filiæ, de quibus Metaphrastes.* *Eugenii et Mariæ.* Rejiciuntur a Bollando ad XVII Julii, quia eo die Venetias translati.

V *Idus.* *Die* 9.

Apolloniæ. Apud Alexandriam, passio sanctæ Apolloniæ virginis, cui persecutores, omnes primum dentes excusserunt, Deinde cum minarentur, vivam se eam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret, illa paululum quid intra semetipsam deliberans, repente se e manibus impiorum prorupit, et in ignem, quem paraverant, prosilivit. *Ammonis et Alexandri.* Suevo apud Cyprum, sanctorum Ammonis et Alexandri.

Textum purum referunt soli codices *Praten. Herinien. Tornacen. Munerat. Greven.* et *Molan.* Plerique alii codices in eo potissimum excedunt, quod, sive ex Pratensi sive aliunde, textui adjiciant sanctum *Ansbertum Rothomagensem episcopum*, ut brevi ex Auctariis cognosces.

VARIA LECTIO. Verum virginis nomen *Apollonia* est, non *Appolonia*, ut Muneratus, nec *Apolonia*, ut Grevenus. Pro *vivam se eam*, posuit Herinien. *vivam eam se* Greven. et Molan. *eam se vivam* ; ubique recte et cum Adone, quem postremi ambo pressus etiam secuti hic sunt in interpositione vocis *ageret*, legentes : *paululum quid ageret, intra semetipsam*, etc. Ultro fateor id ad claritatem conferre, verum codices omnes tum Mss. tum excusi, ei lectioni plane repugnant. Pejus habet Munerat. *paululum quidem*, et *exilivit* pro *prosilivit*. *Suevo* diserte exprimunt codices passim, non *Sueno*, ut vult Castellanus. *Sievo* in Tornacen ; *Sieno* in Munerat. *Suevi* in Greveno, rejicienda sunt, uti et *Avinionis* pro *Ammonis* apud præfatum Munerat. Alias *Sueuo* vel *Sueno* inflexiones vide in Actis, ubi locum ignotum esse comperies.

Pr. Pratensi Cod. In ecgrapho nostro Pratensi ad calcem apponitur . *Fontenella, sancti Ansberti episcopi et confessoris.* Sed cum ea verba a Sirmondo lineola subducta sint, noteturque illa ipsa in codice B, esse in textu et ab eadem manu, signum est prætenso autographo adjecta fuisse ; atque adeo codicem illum inter puros servandum putavi. Potuit præfata annuntiatio ex aliquo Hieronymiano accipi præsertim ex Lucensi, qui fuit olim sancti Wandregisili, ubi ejus positio recte signatur ; *In Alto-monte super Sambre.* At quisquis codicem illum auxit, aliter annuntiationem formavit, et inde in alios codices transiit, non ubique uniformiter expressa, ut ex Auctariis patebit.

Apolloniæ. OBSERVATIO. Hæc est *admiranda illa Apollonia, provectæ ætatis virgo* et martyr inclyta, quam die proxime præcedenti, ex citato ibi Rufini loco cum *Metra* seu *Metrano* et *Cointa* seu *Quinta* acceptam diximus, inde primum extracta ab Auctore Romani parvi : *Alexandriæ, Apolloniæ virginis* ; selecto, opinior, pro ejus arbitrio, hoc die ; ad quem Ado rursus elogium ex laudati Rufini versione contexuit, a Notkero integre descriptum, a Nostro modicissime imminutum. Et in hac quidem Martyrologorum serie celebratur Apollonia, quæ apud Hieronymianos codices, Bedam, Florum, Rabanum, et Wandelbertum ignota est. Cur Sanctæ hujus martyrium *sub Decio* collocet Baronius, æque ac præcedentia *Metræ* et *Cointæ*, haud satis queo conjicere, cum furentis populi in Christianos rabie, superstite adhuc Philippo, hæc contigisse planissime constet, ex laudata jam sæpius Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum epistola. Nos passionis causam et tempus assignavimus in Tractatu nostro de Patriarchis Alexandrinis num. 164, quæ fusius explicantur a Tillemontio tomo 3 a pag. 293. Utrum præter hæc admitti possint Acta alia subinde conficta ; porro an secunda aliqua *Apollonia* recte ad Juliani tempora revocetur, vide apud Bollandum, et hic infra in Auctariis Greveni. *Ammonis et Alexandri.* — In apographo Hieronymiano Lucensi perperam divisa sunt *Ammonis* et *Alexandri* nomina, per interpositionem citatæ superius annuntiationis, *sancti Asberti*, pro *Ansberti, episcopi.* Reliqua utrumque conjunctum servant, *Sueno*, vel *Suevo apud Cyprum.* Locum certaminis negligit Epternacense, socios anonymos XX adjiciens. Tu hos aliosque a recentioribus confusos, ad classes suas in Actis reductos invenies, et nonnulla etiam in Florentinii notatione satis accurate observata. Nobis certum est Usuardum ex aliquo Hieronymiano codice annuntiationem suam desumpsisse, in qua verosimiliter sic reperit, quemadmodum in textu legimus ; nisi quod forte de suo alterum alteri anteposuerit. Rabanus ex eodem fonte sua descripsit ; ex hoc Notkerus, et hi ambo diserte cum Usuardo legunt *Suevo*, editore ad marginem per asteriscum indicante *Soli*, ut forte alibi repererat, unde et verosimiliter in Romanum hodiernum ea positio derivata est. De solo *Ammone* agit Wandelbertus, at cum tres synonymi hoc ipso die apud Hieronymianos recolantur, quem proprie velit, aliis determinandum relinquo. Sic habet :

Quinis Ammonem recolunt pia vota beatum.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Ansberti MARCHIAN. Purus in textu, subdit : *Ipso die, sancti Ansberti Magnensis episcopi.* Exesis, opinor, primis litteris, imperitus librarius ex *magensis* quæ est postrema pars *Rothomagensis* efformaverit, *Magnensis.* Non video id aliter posse intelligi.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Adjiciunt : *Fontinellæ monasterio, sancti Ansberti archiepiscopi Rothomagensis et confessoris.*

PULSANEN. Incipit : *Apud Canusium civitatem* *Sabini* *Apuliæ, depositio beati Sabini episcopi et confessoris.* Apolloniam refert absque elogio. Tum : *Apud Cyprum, sanctorum Ammonis et Alexandri. Eodem die, beati Ansberti Rotomagensis ecclesiæ archiepiscopi.*

ANTVERP-MAJ. *Alexandriæ, sanctæ Apolloniæ virginis et martyris.* Desunt textus reliqua, quibus substituuntur : *Apud Pontum provinciam, san-* *Athenodori* *cti Athenodori episcopi, fratris beati Gregorii, qui Theologus cognominatus est. Fontanellæ monasterio, transitus beati Ansberti episcopi.* Omittit, quæ alii clarius explicant, *Rothomagensis ecclesiæ*, etc.

ROSWEYD. In prima satis purus, addit : *In Blandinio, sancti Ansberti episcopi et confessoris.* *Ammonis confessoris* *Apud Cyprum, Alexandri martyris, et Ammonis confessoris.* Titulus *martyris* æque quadrat utrique.

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVAN. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Textui puro adjungunt : *Eodem die apud monasterium Fontinellæ, natale sancti Ansberti Rothomagensis episcopi et confessoris.*

Pauli ALBERGEN. et DANIC. agunt de *Paulo Virdunensi*, etc.

CENTULEN. Deest Apolloniæ elogium. Tum : *Athenodori* *In Ponto civitate Gneocæsarea, sancti Athenodori episcopi, fratris beati Gregorii. Civitate Rothomago, sancti Ansberti archiepiscopi et confessoris.*

BRUXELL. Incipit : *Commemoratio beatæ et sem-* *B. V. Mariæ* *per Virginis Mariæ.* (Octavam Purificationis, ni fallor, indicat.) In Apollonia modice interpolatus est. *Apud Cyprum*, etc., ut PULSANEN. Sequitur : *Translatio S. Ansberti* *Eodem die, translatio sancti Ansberti, Rothomagensis archiepiscopi et confessoris, qui in monasterio Altimontensi fuerat exilio relegatus, et apud Fontanellam sepultus, et inde postea in Blandinium hac die translatus. Apud Virdunum*, etc. Vide supra.

HAGENOYEN. Elogio Apolloniæ addit : *Et ipsam solent invocare, dolorem dentium sustinentes.* In fine : *Item Fontinellæ monasterio, sancti Ansberti archiepiscopi Rothomagensis depositio. Apud* *Altonis* *Virdunum*, etc. *In Bavaria, Altonis confessoris*, qui fuit abbas in Altenmunster.

AQUICINCT. *Ipso die, sancti Ansberti Rothomagensis archiepiscopi.*

VICTORIN. et REG. SUEC. sub numero 130 : *Apud Pontum provinciam, sancti Athenodori epi-* *Savini* *scopi. Canusia civitate, sancti Savini episcopi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Apolloniæ virginis et martyris, cum multis aliis : Dionysii episcopi* *Dionysii Alexandrini.* *Alexandrini, exhortatoris prædictorum martyrum.* Vide Observationem.

VATICAN. sub num. 5949 charact. Longobard. quod fuit olim Beneventanum, sæpe jam superius citatum. Primo loco habet : *Natalis sancti Sabini, Canosini episcopi et confessoris.*

UGHELLIAN. *Fontenellæ monasterio, sancti Ansberti, episcopi Rothomagensis et confessoris.*

STROZZ. et MEDIC. *In Oriente*, (quidni *in Meridie?*) *sancti Savini episcopi. In Fontanella monasterio, sancti Ansberti, episcopi Rothomagensis et confessoris.*

EDIT. LUBECO-COL. De Ansberto, Paulo Virdunensi, et Athenodoro, scribit ut supra. In fine : *Ipso die, beati Altonis confessoris.* *Altonis.*

BELIN. In utraque editione pro *Ansberti*, scribit *Amsuberti.* Prior habet : *Suevo apud Ægyptum ;* de quo vide Acta.

GREVEN. *Octava Purificationis beatæ Mariæ.* *Octavæ Purific.* *Ammonis, Thomæ et alior. m* XXXVII. *Item, Emiliani.* *Ammonis et soc. Emiliani.* Confusa hic nomina ex Hieronym. *Monasterio Fontanellæ, sancti Ausberti, episcopi Rotho-* *Ansberti* *magensis, cui cum puella nobilis nomine Angadrisina desponsata fuisset, et utrique cælibatus magis placeret, illa oratione impetravit, ut turpissima et leprosa efficeretur. Sed post a beato Audoeno Rothomagensi archiepiscopo, Christo consecrata, pristinæ pulchritudini est reddita ; Ansbertus vero, sub sancto Wandregisilo, abbate Fontanellæ, monachus primum, deinde abbas factus, postremo, beato Audoeno in episcopatu digne succedens, in pace quievit. In Britannia, Teylliani confessoris.* *Teyliani.* *In Hibernia, Trouani episcopi et confessoris.* *Trouani* *Apud Pontum provinciam, beati Athenodori, episcopi et confessoris, fratris beati Gregorii Niceni. Altonis, confessoris. In Hibernia, Tarabatæ virginis.* *Tarabatæ.* Hactenus ambæ editiones, MDXV et MDXXI ; sed postrema, adjicit sequentia, plane apocrypha : *Eodem die, sanctæ Apoloniæ alterius, virginis et martyris,* *Apolloniæ alterius* *quam Julianus Cæsar pro fide Christi, primum fecit virgis cædi, deinde in equuleo suspensam, vivam jussit excoriari, ac de carnibus ejus particulas scindi : ad ultimum post dentium atrocem evulsionem, gladio transverberatam, Christi martyrem fecit.* Vide Bollandum et Castellanum hic.

MOLAN. In I edit. *Fontanellæ monasterio, sancti Ansberti archiepiscopi sanctæ Galliarum sedis Ro-* *De Ansberto.* *thomagensis*, In aliis sic habet : *Gandavi in Blandinio, ex Fontanellæ monasterio, sancti Ansberti, sanctæ Galliarum sedis archiepiscopi. In Hoyo, sancti Maingoldi, ducis et martyris, regis Hu-* *Maingoldi* *gonis Anglorum filii;* quem in prima editione melius pridie posuit. *Die nona, sancti martyris Nicephori.* *Nicephori.* Est is qui Sapricio palmam præripuit.

IV *Idus.* *Die* 10.

Romæ, natalis sanctorum martyrum Zotici, Hirenei, Jacincti, et Amantii. In *Zotici et soc.* Oriente, sanctæ Sotheris virginis, quæ graviter et diutissime alapis cæsa, *Soteridis.* cum cetera quoque pœnarum genera vicisset, gladio martyrium consummavit. Item Romæ via Lavicana, militum decem. Apud Castrum Cassinum, sanctæ *Militum x.*

 Scolasticæ

Scholasticæ. Scolasticæ virginis, sororis sancti Benedicti abbatis. In pago Rothomagensi, sanctæ *Austrebertæ.* Austrebertæ virginis.

Textus est *Praten. Marchian. Rosweyd. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scribendum erat *Irenæi* et *Hyacinthi*, ut correxit Molan. Sed cum nulli codices ita legerent, putavi servandam scrupulosius medii ævi lectionem. Munerat. pro *Zotici*, male posuit *Zonei*; item *Hyrenei*, quod etiam habent Antverp. et Max-Lubec. In Praten. pro *Jacincti* est *Jacinti*. *Amancii* pro *Amantii* communis multorum codicum error est. *Soteris* scribit Marchian. cujus lectio præferenda esset, nisi codices omnes repugnarent. Solus Pratensis habet *Casinum*, recte opinor, sed reliqui omnes, ut in textu ; qui etiam concordant in *Scolasticæ*, licet Molanus correxerit *Scholasticæ*. *Rothomagensi* est fere omnium, excepto Pratensi, qui etiam legit *Austrobertæ* cum Marchianensi et Greveno ; reliqui ut in textu ; solus Molanus scribit *Austreberthæ*.

Zotici et soc. OBSERVATIO. Ex quatuor primis Martyribus aliqui cum Sotere aut Soteride in apographis Hieronym. conjuncti, a Beda discernuntur ; ubi clarius et exactius expressa quatuor nomina. Rom. parvum forte in orthographia a Rosweydo correctum (ut in Beda verosimiliter fecere Henschenius et Papebrochius) etiam accurate scribit, quemadmodum et Ado, cui procul dubio ad elogium *Soteridis.* materia defuit. Meminit idem Rom. parvum *Soteris*, positione non expressa, nisi quis copulativam *et*, ad priores Romanos Martyres putet adstringendam. Aliter sane Romani parvi textum accepit Ado, qui græca fortasse nominis origine deceptus, *Soteridem* primus *in Orientem* transtulit, atque in eo Nostrum sequacem habuit. *Non item Notkerum*, inquit Castellanus, *qui Rabanum imitari maluit et antiquiores ; forte advertens, verosimilius in Italia mortuam, quæ sancti Ambrosii consanguinea fuerit.* Non potuit *Antiquiores* alios intelligere, præter Hieronymi apographa ; at enim diligentiam hic suam desiderari passus est, vir de cetero accuratus, cum Notkerus (sive unam sive geminam Soterem fecerit) ipsissima Adonis verba hoc die ad apicem referat. Hoc Castellanum fallere potuit, quod annuntiationem Notkeri legerit VIII Idus seu VI hujus, hic verbis conceptam : *Romæ via Appia, in ejusdem cœmiterio, passio sanctæ Sotheris virginis et martyris.* Quæ omnia, excepta ultima voce, ex Rabano accepta ultro fatemur, ut nos ipso die ex Greveno diximus. Rursus *Sotheris sacratissima virgo* apud Adonem et Notkerum refertur XII Maii, ut ibi indicabimus. Dubitat hoc loco Florentinius, virone an mulieri aptandum sit *Soteris* nomen : item utrum bis eadem Virgo annuntietur, ut de Agnete factum vidimus ; sed hæc alterius et disquisitionis et loci sunt. Laudatiunculam, quam ei Ado concinnavit, Noster descripsit. Ne hic diutius immorer, videatur Bollandi commentarius, in quo ex Ambrosio adducuntur, quæ ad veram Virginis laudem spectare possunt, aliaque ad ejus cultum pertinentia. Ruinartius in selectis pag. 405 S. Ambrosii loca etiam producit. Castellanus in notis breviter collegit, quæ curiosiora sunt pag. 600 et 601 ; Tillemontius autem cum Pancratio conjunxit tomo 5 a pag. 259.

Militum x. Sequitur, *Militum decem*, qui in Romano parvo, Adone, Nostro, et Notkero, nudis solum nominibus *Scholasticæ.* referuntur. — *Scholastica* a Nostro adjecta est, quam ampliori encomio Rabanus et ex eo Notke- *Austrebertæ.* rus exornant. — Sed quid de *Austreberta* soli Nostro nominata ? Dicam ingenue, non immerito me dubitare, utrum ab Usuardo ipso fuerit posita, idque adeo, quod ejus non meminerint codices duo, mihi certe æstimatissimi Heriniensis et Tornacensis, non soliti hactenus prætermittere, quod Usuardi genuinum est, præsertim in Sanctis Francicis, sic ut conjectari nullo modo possim, quid scriptores movisset ad reticendam Sanctam alias notissimam, si in Usuardi autographo fuisset expressa. Servanda nihilominus fuit in textu, ne ex arbitrio meo potius quam ex aliorum codicum auctoritate, Usuardi simplicitatem videar definire. Quid versibus suis indicet Wandelbertus, dicat alius interpres :

Sother, Irenæus et Scholastica virgo quaternis
Egregia pariter meritorum laude nitescunt.

AUCTARIA.

JAM dixi HERINIEN. et TORNAC. Austrebertæ non meminisse. Consentit et his PULSAN. in eo singularis, quod ordinem martyrum Romanorum interturbet, et pro *Amantii* scribat *Amarini*. Tum sic : *Item Romæ, sanctæ Sotheris virginis.*

ANTVERPIEN-MAX. LOVANIEN. LEYDEN-BELG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In eo solum a puritate deficiunt, quod primo loco Scholasticam annuntient, atque in fine pro *Austrebertæ*, ponant *Austrebergæ*, quod et in nonnulis aliis codicibus legitur. In Belgica editione deest nomen unius ex quatuor primis martyribus.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Etiam primum locum Scholasticæ tribuunt, sed Usuardino textui hæc superaddunt : *Hujus animam de corpore egressam, vidit sanctus Benedictus in columbæ specie, cœli secreta penetrare. Qui tantæ ejus gloriæ congaudens, Deo gratias reddidit, ejusque obitum fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad monasterium deferrent et in sepulcro, quod sibi præparaverat, collocarent ; ut quorum mens una semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret.* An ea conjunctio duret, alibi controvertitur. *De Scholastica.*

CENTULEN. Textui nonnihil abbreviato, subjungit in fine : *Sanctonas, sancti Troiani episcopi et confessoris.* Quæ verba ANTVERP-MAJ. etiam *Troiani.*

posuit,

posuit, sed inter Scholasticam et Austrebertam. Ceterum spectat *Troianus* iste ad XXX Novembris.

BRUXELL. Elogium Scholasticæ ex ULTRAJ. etc., hic relatum, ex parte mutilat, post *secreta penetrare*, sic legens : *Quo viso, ipse corpus sororis defunctæ fecit ad suum monasterium deferri, et in sepulcro quod sibi ipsi præparaverat, sepeliri. Et illud postea Cynomannis translatum est.* Sequitur de Soteride, omissis martyribus Romanis. Tum de X militibus. Post *Rothomagensi*, hæc inserit : *In loco qui vocatur Pauliacus. Eodem die apud Nivellam, elevatio sanctæ Gertrudis virginis.* Demum manu belgica recentiori : *Item, in valle, quæ dicitur ad stabulas Rodis, beati Guillermi confessoris. Qui ex comite Pictaviæ ac duce Aquitaniæ ferocissimo, factus est strenuissimæ vitæ eremita solidissimus, ac miraculorum patrator validissimus*, Vide hæc in Actis diligentissime et exactissime discussa.

Elevationis S. Gertrudis

Guillermi

HAGENOYEN. Plura de Scholastica admiscet non adeo probata. Sic loquitur post *sancti Benedicti abbatis : Hæc rectrix erat multarum sanctarum virginum sanctimonialium. Quæ quodam die, cum sanctus Benedictus ad eam visitandi gratia* (venisset) *et mox recedere vellet, pluviam a Deo cum tonitruis obtinuit, et sic illum* (ille) *cum ea invitus pernoctavit. Hujus animam in brevi postea de corpore egressam, vidit Benedictus frater ejus in columbæ, etc.*

Alia, de Scholastica

VICTORIN. Pro *Amantii*, scribit *Amarii.* In fine ut CENTUL. de sancto Trojano.

ALTEMPS. in Anglia auctus : *Ipso die, sanctæ Vivinnæ abbatissæ.*

Vivinnæ

STROZZ. et MEDIC. Primo loco : *In partibus Tusciæ, loco qui dicitur Pauliacus, transitus sancti Guilielmi, eremitæ et confessoris, magnæ sanctitatis et gloriosis miraculis viri.*

Guilielmi.

CODEX MONTIS SANCTI. *Sanctonis civitate, depositio sancti Troiani episcopi et Baldegundis abbatissæ.*

Trojani et Baldegundis.

EDITIO. LUBECO-COL. Scholasticam primo loco refert ut ULTRAJ., etc. Sequitur : *Eodem die, sancti Guilhelmi confessoris. Hic prius Dux fuit Aquitaniorum et ultra modum flagitiosus, sed postea divino nutu compunctus, abbrenuntiavit seculo, monachalem habitum assumens, factus est servus servorum Dei. Hic centies per noctem et diem genua flectebat, transiens de activa ad contemplativam vitam. Etiam ad tantam perfectionem pervenit, ut spiritu prophetiæ fulgeret. Qui postmodum firmatus corpore et sanguine Christi participatus migravit ad Dominum.* Deinde in textu admixtum quod Soteris *sub Diocletiano Augusto* sit passa. *Sanctonas, S. Traiani episcopi et confessoris.*

De Guilhelmo.

BELIN. In secunda editione paulo correctior est; in utraque primo loco annuntiat : *Natale, sancti Guillelmi confessoris, Ordinis eremitarum sancti Augustini.* Videantur Acta.

Guilielmi.

GREVEN. *Apud Sanctonas, Troani, episcopi et confessoris. Elevatio sanctæ Gertrudis virginis. Guilelmi comitis Pictaviensis et confessoris, Qui cum se flagitiis primo totum dedisset, et schismati Petri Leonis faveret, a beato Bernardo terrifice correptus, tandem ad cor rediit ; ferreamque loricam ad carnem induens, austeram vitam duxit ac sui nominis ordinem initians, quievit in pace.* Ubique confusio ab Henschenio erudite sublata.

Troani.

MOLAN. In Guillelmo BELIN. descripsit. Dein : *In Campania, natale sancti Sylviani episcopi et confessoris.* Ita scribit Rabanus ; Hieronym. et Notkerus *Silvanum* nominant. Sequitur : *Et Baldegundis abbatissæ*, quam aliqui in virum transformarunt. Editiones aliæ incipiunt : *In stabulo Rodis, natale sancti Guilielmi*, etc, ut prior. Deinde : *Arvernis, depositio sancti Sigonis, ejusdem civitatis præclaræ sanctitatis episcopi et confessoris, tempore Clotarii regis. Die decima, sancti martyris Charalampi.* De Silviano et Baldegunde ut supra. Denique litteris minutioribus : *Dordraci, sanctæ Suræ virginis et martyris commemoratio, sub nomine Soteris, quod latine interpretatur salvatrix.* Videatur Bollandus hac die. Certe non satis evincit Castellanus, Suram hanc seu *Zuwardam* Dordracenam cum Soteride Romana vel Orientali confundendam.

Sylviani

Baldegundis

Sigonis.

Charalampi

Suræ vel Soteris Dordracenæ

III *Idus.* *Die* 11.

Apud Lugdunum, natalis sancti Desiderii episcopi et confessoris. Eodem die castro Nantonense, sancti Severini abbatis monasterii Agaunensis, cujus precibus cultor Dei rex Clodoveus a diutina infirmitate sua liberatus est. Alexandriæ, depositio sanctæ Eufrasiæ virginis, quæ in monasterio virtute abstinentiæ et miraculis etiam claruit.

Desiderii.

Severini.

Eufrasiæ

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Marchian. Antverp-Maj. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Male in Tornacen. scribitur *Laudonensi*, pro *Nantonensi*, pejus in Munerato, *Nannetensi* : nec bene Greven. *Nautoniensi*, Molan. *Nantoniensi.* Praten. Marchian. et Munerat. legunt *Acaunensis*, Antverp-Maj. *Aganensis*, Pulsanen. *Athaunensis*, Greven. *Augaunensis*, melius in textu. Prætensum autographum scribit *Flodovehus* vel *Flodovechus*, alius cod. Pratensis et Antverp-Maj. *Flodoveus*, item Herinien. Pulsanen. et Greven. At Munerat. opinor errore typothetæ, *Clodoneus* ; vera est aliorum et textus lectio. Pulsanen. et Antverp-Maj. omittunt *Rex* ; Marchian. pro *diutina* habet *diuturna* ; Antverp-Maj. simpliciter ponit, *ab infirmitate sua liberatus est.* Reliqui in textu, *Eufrasiæ*, ex omnium codicum consensu, licet Tornacensis rectius legat *Eufrosinæ*, ut in Observatione latius explicabitur.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. Usuardus hoc die Sanctos præterit, qui apud Bedam et Adonem diserte exprimuntur. Ille *Calloceri* et *Parthenii* meminit, atque ex ipso Rabanus ; hic *Simplidis Viennensis*, quorum nemo a Nostro commemoratur. Id autem cum Castellano potissimum demiror, cur Ado, in producendis ecclesiæ suæ Sanctis præsulibus alias, et hoc ipso die, tam liberalis, cur, inquam, illustrem *Desiderii* illum *Desiderium* ejusdem ecclesiæ decessorem suum non annuntiet, a Beda diserte positum : *Eodem die Lugduno, Desiderii episcopi ?* Nec obest Rabani silentium, cum Bedæ textus ex Wandelberto confirmetur. Displicet quidem positio neque omittendus erat titulus *martyris*, merito ei ab aliis adscriptus utpote qui famosæ Brunechildis jussu, primum exilio multatus, deinde *Prisciniaci*, non *Lugduni*, lapidibus obrutus, fuste percussus et necatus est, ut fusius ex ipsiusmet Adonis relatione narrat Notkerus XXIII Maii, hodie translationem commemorans. Hic a nobis quæritur, an neutro die ab Adone consignatus sit : cum utroque a Rosweydo in appendicem rejiciatur ? In varias partes se versat Castellanus, sed tandem in Corollario ad finem voluminis, ex Notkeri verbis XXIII Maii, se elicere putat, quod Ado in Martyrologio de eo plane non meminerit. Verba Notkeri sunt : *De quo quia venerabilis Pater Ado, ejusdem ecclesiæ nostra ætate pontifex, utpote in præsentia posito, et ob id suis in cunctis notissimo, aliquid speciale dicere superfluum existimavit.* Quanti momenti sit ista ratio, judicent alii : ego certe Notkeri hodiernum textum vere Adonianum nihilominus crederem, nisi me Usuardi silentium prohiberet, qui soliti ductoris sententiam non neglexisset, si eam in ejus Martyrologio reperisset ; *confessoris* præterea titulum Bedæ verbis certo non additurus, ubi tam aperte martyrio coronatus declaratur ; quemadmodum et Florus XXIII Maii pronuntiat, ut ibi proprio loco dicetur. Ne hic longior sim, videantur Acta, præfata illa die XXIII Maii, in quibus res tota operosius deducitur et illustratur. Wandelberti versus ex Bedæ textu hoc die clarissime profluunt :

Ternis hinc Desiderius Lugduna coronat
Mœnia : Partemio et Calocero Roma refulget.

Severini *Severini* abbatis Agaunensis, miraculis clarissimi memoria in nullis antiquis Martyrologiis reperitur ; eum primus Noster suo inseruit. Cur autem *Clodovei* nomen passim in *Flodovei* vel *Flodovehi* transformatum sit, non est operæ pretium indagare. Vitam ejus ab anonymo scriptam et in Actis editam, interpolatam esse fatentur eruditi ; an primigenia a Mabilione I sec. Bened. in appendice *Eufrasiæ.* pag. 568 vulgata, omni nævo immunis sit, in Supplemento examinabitur. — *Euphrosynam* cum Usuardo retulimus supra Kalendis Januarii, desumptam ex Adone cujus elogium inter Auctaria invenies. Bollandus, ut ibi diximus, inter Prætermissos in hunc diem rejecit, Castellanus ad XXV Septembris. Hic autem Romanum parvum, ex ipso Ado, et ex utroque Noster, non *Euphrosynam*, sed *Euphrasiam* memorant. Ex elogio colligi videtur, et ex aliis probatur, eamdem sub utroque nomine latere Sanctam. Unde Rom. hodiernum I Januarii recte *Euphrosynæ* aptavit, quod de *Eufrasia* Ado et Usuardus hodie posuere. Vide quæ ibi in Observatione dicta sunt. Nec sane diversa est, quæ XXV Septembris apud Græcos colitur, quo die verosimilius obiisse censenda est, magnis illis laudibus ornata, quæ in Actis fuse enarrantur. An satis sincere et veré, dubitant eruditi non pauci, inter quos Tillemontius tomo 10, pag. 50, quorum argumenta in Supplemento Februarii accuratius excutientur.

AUCTARIA.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. hoc die Sanctos referunt, qui a Nostro sequenti ponuntur. *Saturnini et soc.* Ita habent : *In Africa, sanctorum martyrum Saturnini presbyteri, Dauiti* (Dativi) *Felicis, Apulei et sociorum eorumdem, qui passi sunt pro Christo sub Anolino proconsule. Apud Lugdunum, Desiderii episcopi.* *De Eufrasia.* *In Alexandria, depositio Euphrasiæ virginis, quæ in monasterio, ut illius vita docet, mira abstinentia ,* (abstinentiæ virtute) *virtute et miraculis claruisse cognoscitur.* De Severino tacent.

ROSWEYD. Penultimo, loco textui inserit : *Romæ,* *Caloceri et Partenii.* *Calocerii et Partenii martyrum.* Pro *Eufrasiæ*, scribit *Eufraxiæ ;* cetera satis purus est.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Fere similes sunt duobus primis, sic habent : *In Africa, sanctorum martyrum, Saturnini, Daniti, Felicis presbyteri, Apulei et sociorum eorumdem. Qui passi sunt pro Christo, sub Juliano imperatore, Anolino proconsule.* Sequitur de Desiderio, pure. Tum : *Alexandriæ, depositio sanctæ Eufrosinæ virginis, quæ in monasterio, ut illius vita docet, mira abstinentia virtute et miraculis claruisse cognoscitur.* In omnibus etiam prætermittur Severinus.

CENTULEN. *Apud Lugdunum, sancti Desiderii episcopi et confessoris. In pago Vastinensi, castro Mandonis, sancti Severini abbatis monasterii Agaunensis, cujus precibus cultor Dei rex Francorum Clodoveus* (videtur antea positum fuisse *Flodoveus*, sed erasa est pars superior *f*, unde quod superest, format *c*), *a sua infirmitate liberatus est. Alexandriæ, sanctæ Eufrasiæ virginis.*

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Viennam, sancti Simplicidis episcopi et confessoris.* Tum de Severino *Simplicidis.* pure. De Eufrasia vero ut ANTVERP. supra.

HAGENOYEN. De Saturnino, Davito, etc., cum ANTVERP. Adjicit tamen in fine, *et Juliano imperatore.* Reliqua fere cohærent cum textu. In fine. *Yminiæ* *Item, Yminiæ virginis.* An *Soliniæ ?*

VICTORIN. et CODEX REG. SUEC. signatus num. 130. In fine : *Item, sancti Amasii episcopi et con-* *Amasii* *fessoris.* Nec in Actis, nec in Prætermissis est.

VATICAN. num. 5949. *Campaniæ, sancti Ca-* *Castrensis* *strensis, episcopi et confessoris. Romæ, Caloceri et* *Caloceri et Parthenii.* *Partenii.* Coluntur duo postremi XIX Maii.

UGHELLIAN. Initio habet : *In Africa, sanctorum martyrum Saturnini*, etc., ut in ANTVERP.

ALTEMPS. *Monasterio Glascoviensi, sancti Bele-* *Belesii.* *sii martyris.* Quis hic sit, nondum licuit invenire.

STROZZ. et MEDIC. *Item, sancti Caloceri archie-* *Caloceri Ravenn.* *piscopi Ravennensis.* Vide Henschenii comment.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Severino. Dein de Saturnino cum sociis, et de Eufrasia, ut supra. Diem claudit : *Apud Viennam, sancti Sinniplidis episcopi et confessoris.* Lege *Simplidis.*

BELIN. Incipit a Saturnino ut ANTVERP. De Desiderio, pure. Pro *Eufrasiæ* scribit *Euphrosinæ.* In fine : *Castro Nanthoniense*, etc.

GREVEN.

Basiliani, Amantii. GREVEN. Ex corrupto Hieronymi textu, hæc manca et confusa miscet : *In Campania, Basiliani, Amantii. In Africa, Victoris, Felicis, Januarii,* *Victoris, etc.* *Zotici, Herenei. In Apamia, Basiliani. Penis.* Vide *Eciani.* Bollandum, et Florentinium. *In Hibernia, Eciani* *Soliniæ.* *episcopi et confessoris. Ibidem, Soliniæ virginis.*

MOLAN. *In Africa, sanctorum martyrum Saturnini presbyteri, Dativi, Felicis, Apuleii et sociorum* *Saturnini et soc.* *eorum : qui passi sunt pro Christo sub Anolino proconsule.* Hæc in editionibus aliis prætermissa sunt, solumque additur : *Arvernis, sancti Desiderati, episcopi et confessoris.* Vide Acta. *Desiderati.*

Prid. Idus. *Die 12.*

In Hispaniis, natalis sanctæ Eulaliæ virginis, quam constat tempore Diocletiani imperatoris, gloriosam martyrii accepisse coronam, civitate Barcinona. In Africa, sanctorum martyrum Saturnini presbiteri, Dativi, Felicis, Apelii et sociorum ejus, qui passi sunt pro Christo sub Anolino proconsule. Apud Alexandriam, Modesti et Ammonii infantum. *Eulaliæ.* *Saturnini et soc.* *Modesti et Ammonii.*

Sic legunt *Praten. Herinien. Tornacen. Marchian. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Hyspaniis* in Marchian. et aliis male scribitur; uti et *Daviti* in Heriniensi. Posui in textu *Apelii* ex Praten. Marchian. et Greveno. Herinien. et Tornacen. habent *Apeli,* Munerat. *Pellii,* Molan. *Apulcii,* verum nomen infra adjiciam, quod Molanus recte posuit in alteris editionibus. *Sociorumque* in Munerato, pro *et sociorum,* levis mutatio est. Herinien. legit *sub Juliano proconsule.* In Auctariis pridie vidimus, *Julianum imperatorem,* perperam cum *Anolino* conjunctum, forte quod codices quidam antiqui pro *Anolino* scripserint, *Juliano,* ut hic Heriniensis posuit. Marchian. Munerat. et Molan. habent *infantium,* quod postremus in aliis editionibus correxit.

OBSERVATIO. Solus Beda inter antiquos Martyrographos, *Eulaliam* Barcinonensem aut ignoravit, aut saltem in sacros Fastos non retulit. Ceteri eam annuntiant; nullus tamen satis diserte martyrii rationem exprimit, eo modo, quo in Romano hodie exponitur. Qualiter ab *Emeritensi,* quæ x Decembris colitur, *Eulalia* hæc distinguenda sit, quæque ad utriusque Acta seorsim pertineant, vide sis apud Bollandum in Actis. Ado illam a Romano parvo mutuatus est, de aliis etiam loquens, quos Usuardus suis potius diebus solum censuit nominandos : utpote qui licet eadem Daciana carnificina, non eodem tamen die martyrium consummarunt. Plura de virginibus illis synonymis dicenda erant, nisi locus proprius superesset x Decembris, ubi de celebriori illa *Emeritensi,* a Prudentio apud Ruinartium pag. 496 et seqq. egregie laudata, sermo recurret, quo cetera remitto, solos hic Wandelberti in Barcinonensis honorem versus subjiciens : *Eulaliæ.*

Eulaliæ festum pridie sanguisque coruscat;
Urbs Barcinon eximia qua martyre gaudet.

Hic denuo notandum, ab Adone referri *Damianum,* quem Noster prætermisit, raro, ut nuper dixi, exemplo. — *Saturninus* et socii nec ab Hieronym. nec a Beda, nec ab antiquorum ullo ante Usuardum memorantur. Primus ipse quatuor hæc nomina consignavit, non expressis aliis quinque et quadraginta, de quibus in Collatione Carthaginensi, ab Augustino recitata, unde eos Nostrum accepisse opinamur. Cur diem præcedentem, huic prætulerint recentiores Mss. codices et Romanum hodiernum, nescio : certe institutam pridie Idus Februarii quæstionem, diserte affirmat Augustinus, atque in Actorum proconsularium titulo dies idem clare exprimitur, unde certum est nullum ex his martyribus ante eum diem passum fuisse ; quo autem vere coronam adepti sint, nusquam traditur. An ex his aliquos recte ad certos dies referat Ruinartius in prævia admonitione pag. 408, alibi examinari poterit. Acta ibi reproducit laudatus auctor, dempta præfatione et conclusione a Donatistis assuta, quam utramque invenies apud Baluzium tomo 2 Miscell. a pag. 56, primam apud Henschenium in Actis, ubi ejus commentarium et notas consule. Videatur etiam Tillemontius tomo 5 a pag. 231. Si qui forte nævuli a Donatistis immixti supersint, nihil Actorum puritati officiunt. Porro qui in Mss. *Apelus, Apelius,* et *Apuleius* vocatur, potius *Ampelus* vel *Ampelius* dicendus videtur. Cetera vide superius, et in notis Castellani, atque in Auctariis diei præteritæ. — Inter *Modestos* nonnulla in Rom. moderno notanda sunt, de quibus alibi. *Modestus* et *Ammonius* ab Adone accepti sunt, qui ambos *infantes* appellavit, quales non dicuntur in Romano parvo. Hieronym. apographa non satis distinguunt. Rabanus *Zoticum* infantibus addens, *Damiano* in Africa eos conjungit. Usuardus Adonem, absque ulteriori examine, sequitur. De classe martyrum, a qua *Modestus* et *Ammonius* avulsi sunt, videndi Bollandus et Castellanus. *Saturnini et sociorum.* *Modesti et Ammonii.*

AUCTARIA.

PULSAN. Deficit in prima annuntiatione de sancta Eulalia, in ceteris purus.

Macarii et soc. ANTVERP. et MAX LUBEC. Incipiunt : *Natale S. Macharii, et S. Ruffini et S. Justi.* Vide in Auctariis XXVIII Februarii. *Et in Alexandria, Ammonii,* etc. Nihil de Eulalia. De Saturnino, etc. egerunt pridie.

ANTVERP-MAJ. In prima Adonianus, sic habet

Eulaliæ ex Adone. bet : *In Hyspaniis, sanctæ Eulaliæ virginis, et martyris, quæ passa est tempore Diocletiani imperatoris, sub præfecto Hispaniarum Daciano; quando sub eodem apud Barcinonem, sanctum Cucuphatum, et apud Gerundam, sanctum Felicem, gloriosas constat martyrii accepisse coronas : scriptum in passione sanctæ Leuchadiæ.* De Modesto et Ammonio, scribit, *martyrum infantum.* In fine : Damiani *In Africa, passio sancti Damiani militis.*

Rosweyd. Hodie obscurior et confusior est. En ejus textum : *In Hispaniarum, sanctæ Eulaliæ virginis; quam constat tempore Diocletiani imperatoris gloriosam martyrii accepisse coronam civitate,* vult dicere *Barcinonensi.* Tum : *In Africa, Damiani militis, et sanctorum martyrum Saturnini,* Juliani et soc. 18 etc. *In Alexandria, Juliani martyris et aliorum* XVIII *sociorum,* vel *Sanctorum. Ibidem, sanctorum* Quiriaci et Simplicii *Modesti et Ammonii infantium, et sanctorum Quiriaci et Simplicii martyrum.* Vide hæc in Actis distinctius explicata.

Centulen. Solitus abbreviator, sic paucis complectitur omnia, et aliquid superaddit : *In Hispaniis, sanctæ Eulaliæ virginis sub præside Daciano. In Africa, sanctorum martyrum Saturnini presbiteri, Dativi, Felicis, Apeli et sociorum eorumdem. Alexandriæ, Modesti et Ammonii, martyrum infantum. In Affrica, sancti Damiani militis.*

Antverp-Max. Lovanien. Leyden-Belg. et Editio Ultraj-Belg. Ita ordiuntur : *Romæ,* Gregorii PP. *sancti Gregorii secundi, qui nonagesimus secundus post beatum Petrum, natione Syrus* (male hic confunditur Gregorius II cum successore synonymo) *sedit annos decem, menses octo, dies quatuordecim, Leonis et Constantini imperatorum tempore.* Idem ferme habent initium Ultraj. Leyden. Alberg. et Danic. qui addunt insuper ex aliquo fortasse Adoniano codice : *Hic vir castus, et in divinis Scripturis eruditus, in Germania verbum salutis per sanctum Bonifacium episcopum prædicavit. Qui etiam quadragesimali tempore, feria V jejunium celebrari constituit; et ipsius diei ad Missarum solemnia officium, cum antea non fieret, pro majori parte sumptum de Dominicis, ordinavit.* Postrema hæc ex Anastasio Bibliothecario sumpta, non pravam consuetudinem priorum temporum non jejunandi feria V Quadragesimæ, ut putavit Bollandus, sed statutum tunc Ecclesiæ ritum ostendunt, ut habes apud Walafridum Strab. *de rebus ecclasiasticis.* cap. 20. et apud alios; ob justas causas, quibus cessantibus, feriam illam Gregorius II in aliarum ordinem redegit, ut dicemus in Supplemento ad Notam cap. 2. num. 10. pag. 703. Vide interim quæ copiosius disputavit Papebrochius noster ad hunc Pontificem, qui ab aliis refertur die sequenti. At ex calculo Papebrochii obiit XVII Januarii. Contra sentit P. Simon Motherius in adjecta XIII Febr. nuperæ suæ versioni gallicæ Martyrologii Romani notula, ubi vult obiisse XI Januarii. Quod vero Bedam et Adonem ibi citet Motherius, ex genuinis eorum editionibus non habuit. Ex Bedæ ætate perspiciet, quod Gregorii II meminisse non potuerit. In Adone Mosandri ponitur; rectius, opinor, a Rosweydo in appendicem rejectus. Sequitur in codd. *Modesti,* etc. In fine : Macarii et soc. *Eodem die, natale sanctorum Macarii, Rufini et Justi.* Deest in omnibus Eulalia Barcinonensis. De Saturnino et sociis egerunt pridie.

Bruxellen. In Eulalia interpolatus, secundo loco habet de Damiano, ut Antverp-Maj. Saturninum et socios, passos ait sub *Juliano imperatore.* Sequuntur infantes Martyres. In fine de *Macario, Rufino, et Justo,* ut supra.

Hagenoyen. Primo loco annuntiat Eulaliam. 2. Gregorium, ferme ut codices mediæ notæ. 3. Macarium et socios; reliqua ut in laterculo.

Victorin. et Reg. Suec. num. 130, et Vatican. num. 5949. In fine : *In Africa, passio sancti Damiani martyris.* Damiani

Ughellian. Incipit : *Natale sancti Macarii, et sancti Rufini, et sancti Justi.*

Altemps. *Item apud Oxoniam, translatio sanctæ Fredeswidæ virginis.* Remittenda ad XIX Octob. Translationis Fredeswidæ.

Strozz. et Medic. *Item, sancti Gregorii Papæ IV. Hic constituit festum omnium Sanctorum anno* DCCCVIII. De hujus Pontificis cultu, nihil legi hactenus. Manifestus in annis error est. Sed hæc et alia ad eam rem proprie spectantia, suo loco discutientur. Gregorii II

Editio Lubeco-Col. Idem habet diei exordium cum Ultraj., etc. Tum sequitur : *Apud Alexandriam, natale sanctorum martyrum Modesti et Ammonii infantum. Item in Alexandria, natale sanctorum martyrum Macharii, Rufini et Justi. In Africa, passio sancti Damiani militis et martyris. Ipso die, natale sancti Livini episcopi et confessoris. Item* Livini. *commemoratio sanctæ Eulaliæ virginis et martyris.*

Belin. De Saturnino et sociis, egit pridie. In Eulalia purus est. *In Alexandria, Modesti,* etc. *Item, Macharii Ruffini et Justi.*

Greven. *Translatio tertia beatæ Barbaræ, virginis et martyris; scilicet a Roma ad Placentiam. In Africa, Damiani militis et martyris. Item ibidem Juliani, Donati, Eraclii, Zotici. Ludani confessoris. In Alexandria, Quiriaci et Symplicii martyrum. Macharii, Rufini, Justi martyrum. Ipso die, sancti Livini episcopi et confessoris* : an non *Licinii ?* Vide Bollandum inter Prætermissos. Hic refertur die sequenti. De *Livino* agetur XII Novembris ; et eodem die de *Lebuino.* Translationis 3 S. Barbaræ. Damiani Juliani et soc. Ludani Quiriaci et soc. Livini

Molan. *Item Macarii, Rufini et Justi. In Africa, passio sancti Damiani militis.* Tum minutiori charactere : *Susannæ matronæ sanctissimæ, quæ in Daniele legitur.* In postremis editionibus, omissis Macario, etc., incipit a Damiano. Tum : Susannæ *Die duodecima, sancti Patris Meletii archiepiscopi Antiochiæ magnæ.* Demum minoribus litteris : *Item* Meletii. *Constantinopoli, sancti Antonii, magni inter Dei Pontifices, et admirabilis inter Patriarchas.* Est is Antonii qui in Actis cognominatur *Cauleas.*

Idibus. *Die* 13.

Natalis sancti Agabi prophetæ apud Antiochiam, de quo beatus Lucas in Apostolicis Actibus scribit. In Militana civitate Armeniæ, sancti Poliocti martyris, qui latine interpretatur multum orans. Civitate Andegavis, sancti Lizinii episcopi, venerabilis sanctitatis viri. Agabi Polyeucti Lizinii

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Marchian. Pulsanen. Muncrat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Pulsanen. incipit : *Apud Antiochiam.* Munerat. *in actibus Apostolorum* ; vera Usuardi lectio est in textu. *Militana* et *Poliocti* scribunt omnes, exceptis Tornacensi, qui *Polieucti*, Munerat. *Policeti*, et Molan. *Polyocti*. Notum est verum nomen *Polyeucti*. Sphalma typographicum est in Munerato, *militum orans* pro *multum orans*. Herinien. Munerat. et Molan. habent *Lucinii*, Pulsanen. *Licinii*, utrumque sub disjunctione admittunt Acta, ubi modi alii adferuntur ; præferenda aliorum lectio, ut mihi quidem videtur.

Agabi.

OBSERVATIO. De *Agabo* nihil tradunt Hieronymiana apographa, nihil etiam Beda aut ejus sequaces. Primus ejus meminit auctor Romani parvi, his verbis : *Agabi prophetæ in novo Testamento, apud Antiochiam.* Hæc paululum explicans Viennensis, loca gemina ex Actis Apostolorum adducit, quibus Agabum vaticinatum constat recte ab Henschenio explicata. Noster, præteritis textibus sacris, cetera ex Adone descripsit ; Notkerus paucis addidit, famem et Pauli captivitatem ab eo prædictas. — Ex eodem ipso Romani parvi fonte hoc die procedit *Polyeuctus*, sic ibi signatus : *In Militana Armeniæ, sancti Polyeucti martyris.* Ado solam interpretationem nominis adjunxit, ex quo Usuardus et Notkerus sua desumpserunt, sed immutata nonnihil orthographia, de qua in Variantibus dictum est. Quot modis depravatum sit *Polyeucti* nomen, jam in superioribus abunde patuit, dum toties et pluribus diebus recurrit, incerto etiamnum die, quo vere colendus sit. Contendit quidem Castellanus, ex Hieronymianis apographis eum, martyrii corona donatum VII Januarii ; at quid si ex eisdem codicibus arguatur pro XIV Februarii, quo diserte exprimitur æque ac VII illa Januarii ? Consulatur Florentinius utroque loco, et Henschenii commentarius hoc die. Videantur etiam Acta ipsa, a laudato Henschenio edita et illustrata, ex quibus sua deprompsit Tillemontius tomo 3 a pag. 424. An illis puriora sint, quæ in *Lectis triumphis* pag. 185 pridem pollicitus est Combefisius, tamquam a Nearcho S. Martyris amico composita, necdum licuit definire ; licebit, si aliquando in lucem producantur. — Solus Usuardus, inter antiquos Martyrologos, *Lizinium* Andegavensem in sacras tabulas retulit, cujus vitas binas multum probatas edidit Bollandus, ab aliis subinde gallice versas. Scripsit ipse *Licinii* vel *Lucinii* ; ego *Lizinii* vel *Lezinii* malim, uti ex codicibus in laterculo exhibui ; ex qua inflexione rectius videtur deduci gallicum nomen *Lezin*, vel forte vice versa. Natalem ejus statuit Castellanus I Novembris. Wandelberti versus ad textum hodiernum non pertinent, cum agant de *Juliano* et *Basilissa*. Vide IX Januarii.

Polyeucti. *Lizinii.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. *Natale beati Agabi prophetæ in novo Testamento, apud Antiochiam. In Militana civitate Armeniæ, natale sancti Poliocti,* etc., pure. *Andegavis, sancti Licioni episcopi et confessoris, cujus corpus sacrum crebris honoratur miraculis.*

Stephani *Ermonhildæ.*

ROSWEYD. Incipit : *Lugduni, Stephani episcopi et confessoris.* Sequitur textus purus, cui in fine, adjicitur : *In Britannia, sanctæ Ermonhildæ virginis.* An non *Ermenildæ reginæ Merciorum ?*

Stephani et Juliani

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Textui puro subdunt : *Lugduno, natale sancti Stephani episcopi et sancti Juliani*, absque ulla interpunctione ; unde recentiores aliqui Martyrologi, et Rom. hodierni reformatores, ansam cepere, Julianum etiam Lugduni collocandi. Plura vide in Actis.

Castoris. *Juliani Nicomed.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Pro *apud Antiochiam*, legunt, *in Antiochia quiescentis.* ALBERG. et DANIC. male scribunt, *Lupicini ;* alii habent *Licinii.* Tum addunt omnes : *In territorio Treverensi, sancti Castoris confessoris, cujus gesta habentur.* Colitur Confluentiæ, ut dicitur infra. *Lugdunis, natale S. Stephani episcopi. Nicomediæ, natale sancti Juliani martyris.*

In CENTULENSI abvreviatur textus.

Gregorii PP *Translationis S. Eduardi*

BRUXELL. In Agabo fere purus, secundo loco habet Gregorium, de quo heri in Auctariis. Sequitur de Polyeucto. Tum : *Nicomediæ, natale sancti Juliani martyris. Lugduno, sancti Stephani episcopi et confessoris.* De Lizinio adjicit : *Cujus corpus crebris veneratur miraculis. Treveris, sancti Castoris,* etc., ut supra. *Item translatio sancti Eduardi regis et martyris.*

De Castore.

HAGENOYEN. Post textum fere purum, annuntiat Stephanum, et in fine : *In territorio Treverensi, nomine Confluentia, sancti Castoris presbyteri et Confessoris, qui eremum primo petiit, et in eo multis annis perduravit, et senex ibi factus, in pace quievit.* Imo et multis miraculis claruit.

Gregorii IV.

AQUICINCT. Post textum subdit : *Lugdunis, sancti Stephani episcopi et Juliani. Romæ, Gregorii IV Papæ, qui rexit Ecclesiam annis sedecim,* etc., ut pridie de Gregorio II dictum.

Stephani

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In eo a priori differunt, quod Gregorium recte nominent *secundum*, et in fine habeant : *Lugduno, S. Stephani*, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Post Agabi annuntiationem, interponit : *Stephani confessoris, qui fuit pater multorum monachorum.*

CODEX I BIGOTIANUS, qui fuit PP. Cœlestinorum, signatus P. 5 : *Lugduno, S. Stephani episcopi et Juliani.* Vide Acta pag. 656, et 672.

Gisleberti.

REG. SUEC. num. 428 : *Civitate Meldis, natalis sancti Gisleberti, ejusdem civitatis episcopi.*

Nicomed. Juliani

CODEX D. DU CHEVAL sign. B. *Nicomediæ, natalis sancti Juliani martyris.*

Gregorii II

VATICAN. num. 5949. Omittit *Lizinii*, adjicit autem : *Romæ, B. Gregorii PP. II, qui rexit Ecclesiam annis quindecim, tempore Leonis et Constantini imperatorum. Lugduni, sancti Stephani episcopi et Juliani martyris.*

Ethormeishusdæ et Hunæ.

ALTEMPS. *Ipso die in Britannia, sanctæ Ethormeihusdæ virginis, et sancti Hunæ sacerdotis et anachoritæ.* Nec inter Prætermissos noti sunt.

Castoris *Antonini*

STROZZ. et MEDIC. *Lugduni, sancti Stephani episcopi et martyris. Item, sancti Juliani martyris. In pago Trevererum apud Cardonam, sancti Castoris confessoris. Item, sancti Antonini confessoris ;* opinor, abbatis Casinensis, qui die sequenti colitur.

Fulchranni

COD. S. RICALDI. *Sancti Fulchranni Lodevensis episcopi* ; de quo Acta hoc die.

EDITIO

De Castore — EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *In territorio Treverensi, sancti Castoris presbyteri et confessoris, cujus gesta habentur. Qui tempore juventutis suæ, a parentibus suis nobilibus, beato Maximino Treverorum episcopo conjunctus est. Qui cum ordinem sacerdotii ab eodem accepisset, eremum intravit, in quo Deo fideliter servivit, et tandem bono fine quievit.* De Agabo ut supra. In Polyeucto, pura est. De Lizinio, Stephano et Juliano scribit ut BRUXELLEN. In fine : *Eodem die, beatæ Ermenildæ virginis.* Voluit dicere *viduæ*, etc.; vide Acta. — *Ermenildæ*

Tranquilini — BELIN. I. EDITIO. Pro *Militana* scribit *Mauritana* ; pro *Poliocti*, *Poliocrati*, quæ in posteriori correcta sunt. Post, *multum orans*, sequitur : *Romæ, sancti Tranquilini presbyteri, qui ad prædicationem sancti Sebastiani martyris conversus ad Christum, a sancto Polycarpo presbytero baptizatus, et a sancto Gaio Papa presbyter ordinatus est. Hic cum ad confessionem sancti Pauli, orationis gratia accessisset, tentus a paganis lapidatus est.* Vide VI Julii. Hic interponitur Lizinius, quem *Licinium* vocat. Tum : *Romæ, sancti Gregorii Papæ secundi, qui rexit ecclesiam annis* XVI, *tempore Leonis et Constantini imperatorum. Apud Torcellum, sanctæ Fuscæ virginis et martyris.* Editio altera adjicit : *In Lugduno, Stephani episcopi.* — *Fuscæ*

Ciriaci. Tulliani, etc. Ermenildis. Stephani Grandimontensis. Amulrici — GREVEN. *Nichomediæ, Juliani martyris. Ciriaci. In Alexandria, Tulliani, Anchiriani, Ammonis, Fuscæ martyris. Gregorii secundi*, etc., ut pridie, excepta periodo ultima de feria V Quadragesimæ. *In territorio Treverensi, sancti Castoris*, etc., fere sicut EDITIO LUBECO-COL. *In Britannia cœnobio Elyensi, Ermenildis reginæ. Stephani episcopi Lugdunensis et confessoris. Stephani diaconi et confessoris, qui Ordinem Grandimontensem inchoavit primo, circa annum* MLXXVI, *sibique rigidus, subditis vero pius, eumdem rexit, plenusque operibus bonis quievit in pace. Item, sanctæ memoriæ Amulrici Monasteriensis ecclesiæ episcopi et confessoris. Beatæ memoriæ Jordani, Magistri generalis Ordinis Prædicatorum. Item, beatæ memoriæ Beatricis virginis, Ordinis Cartusiensis. Hæc tam ardenti amore ad Christi vulnera ferebatur, ut non nisi vulnera cogitare, nihil nisi vulnera posset appetere.* De hac Beatrice et Amulrico Monasteriensi, vide Bollandum inter Prætermissos. — *Jordani. Beatricis.*

Castoris. Gisleberti. Jordani. Amulrici. Stephani. Eustochiæ. Stephani Reatini. Ermenildæ. Martiniani. — MOLAN. Belinum descripsit, de suo addens ex aliis : *In territorio Treverensi, Confluentiæ Castello, sancti Castoris confessoris, cujus gesta habentur. Civitate Meldensi, S. Gisleberti episcopi et confessoris.* Dein alio charactere : *Beatæ memoriæ, Jordani*, etc., ex Greveno. *Amulrici episcopi Monasteriensis Westphaliæ, nondum canonizati. Stephani diaconi*, etc., etiam ex Greveno. *Item, beatæ memoriæ Eustochiæ monachæ D. Prosdocimi, juxta muros urbis Paduæ ; quæ sacrilego partu ex monacha genita, ut rosa pulcherrima ex asperis et pungentibus spinis effloruit. Nam vix quartum ætatis annum agens, arrepta a pessimo dæmonio, usque ad extremum vitæ diem immaniter vexata, omnia ejus tormenta, invicta animi patientia superabat ; etiam tetrum carcerem, cui mandato episcopi mancipata fuit, suggerente diabolo eam veneficam esse, et quod novam abbatissam, suis veneficiis, e medio tollere voluerit. Tandem ad cælos evolavit, anno ætatis suæ* XXV, *nativitatis Domini* MCCCCLXIX. Eam Bollandus prætermisit, sed egregia de ejus sanctitate documenta subinde nacti sumus, suo tempore vulganda. *Civitate Reatina, sancti Stephani abbatis et confessoris, de quo B. Gregorius in Dialogo.* Posteræ editiones non parvum variant. De Gregorio addunt, *quod in Germania per Bonifacium episcopum verbum salutis prædicavit.* De Fusca, ut BELIN. *In Britannia, Ermenildæ virginis.* De Stephano, Castore, Gisleberto, ut supra. *Die decima tertia, sancti patris Martiniani.* Minori charactere de Stephano et Eustochia, dicta abbreviant. De Jordano et Amulrico ferme eadem repetunt.

XVI *Kal.* *Die* 14.

Valentini Romani. Vitalis et soc. Valentini Interamnensis. Bassi et soc. Cyrionis et soc. Dionysii et Ammonii.

Romæ, natalis beati Valentini presbiteri, qui post multa sanitatum et doctrinæ insignia, fustibus cæsus et sic decollatus est, sub Claudio Cæsare. Item Romæ, sanctorum martyrum Vitalis, Feliculæ et Zenonis. Civitate Interamnis, beati Valentini episcopi, qui post diuturnam cædem, custodiæ mancipatus, cum superari non posset, mediæ noctis silentio ejectus de carcere, decollatus est. Apud Alexandriam, sanctorum martyrum Bassi, Antonii, Protolici, qui in mare mersi sunt. Item, Cyrionis presbiteri, Moyseos, Bassiani, Agathonis, qui omnes igni combusti sunt. Item, Dionisii et Ammonii decollatorum.

Ex *Praten. Herinien. Rosweyd. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Sanctitatum* pro *sanitatum* error est Munerati, qui prætermisit etiam, *et sic.* Belin. pro *Feliculæ*, legit *Feliculi* ; Greven. *Felicolæ*. *Iterannis* in Munerat. *Iteranis* in Belin. typographi vitia sunt, quibus editiones illæ scatent, æque ac Max-Lubec. Rosweyd. scribit *Iteramnis.* Sic rursus Belin. pro *diuturnam*, ponit *diutinam* ; *Protholici* pro *Protolici* ; *Tyroni* pro *Cyrionis* ; *Moysetis* pro *Moyseos*, etc. Rosweyd. pro *mediæ noctis silentio*, substituit *medio*, etc. *Cirionis* scribunt Herinien. Antverpien. et alii ; Rosweyd. *Chirionis* ; secutus sum aliorum codd. lectionem, quæ est etiam Adonis. Solus Praten. habet *Bassiniani*. Greven. et Molan. videntur textum voluisse corrigere scribendo *igne* pro *igni* ; deest autem ea vox in Munerato et Belino. De *Dionysii*, *presbiteri* et ejusmodi aliis, satis alibi dictum est.

OBSERVATIO. Concurrunt in hunc diem *Valentini* plures, quibus distinguendis egregiam operam posuit Henschenius ; a cujus sententia nihil omnino recedit Florentinius in hodiernis ad Hieronymiana notationibus. Alii sunt, qui aliter sentiant. Præcipuus rei cardo vertitur, utrumne bini in

laterculo

laterculo discreti, *Romanus* et *Interamnensis*, in unum coalescere debeant, ut manifestum putat Castellanus ex Hieronymianis apographis, hoc die nec satis conformibus nec satis correctis ; an potius standum pro distinctione, cum Beda, Rabano, Romano parvo, Adone et Notkero, quibus consonat Noster, primi elogium ex Beda et Adone transcribens, alterius etiam ex utroque vel alterutro contrahens. Controversia hæc ad hujus mensis Supplementum proprie pertinet, verum cum Castellani sententia textus nostri fundamenta suffodiat, prima saltem rei semina hic subjicienda sunt, ex ipsis illis codicibus, unde arguendi materiam sumit laudatus auctor. Inter Hieronymiana apographa, solum Epternacense sic habet primo loco : *Interamne via Flaminia, natalis Valentini.* Corbeiense, etiam quod ab Acherio editum est, paulo aliter loquitur secundo loco : *Interamne via Flaminia, ad urbe Roma milliario* LXIX, *natalis sancti* VINCENTII. En modo Lucensis verba : *In Thuscia Spoleti civitate, natale sanctorum Vitalis, Cyriani et Marsiani.* VALENTINI. *Interamne via Flaminia, ab urbe Roma miliario* LXIII, *natalis sancti* VINCENTI. Superest Blumianum, sed in hoc vel *Valentini* nomen desideratur. Habes hic antiquissimorum Hieronymiani Martyrologii apographorum omnium hactenus editorum ipsissima verba fidelissime extracta, ex quibus velim jam, lector, attente consideres, an inde recte profluat Castellani effatum, quod tamquam certum proponit pag. 644, nempe, *antiquiora exemplaria Hieronymiani Martyrologii sic hodie Valentinum signare* : INTERAMNE VIA FLAMINIA, MILLIARIO AB URBE ROMA LXIV, SANCTI VALENTINI, quando ex quinque saltem quæ consulere potuit, nec unicum est, quod textum ab eo formatum expresserit. Atqui tamen hisce unice innititur eruditissimus auctor, ut clare se evicisse existimet ac rotunde pronuntiet, Valentinos binos, in textu nostro relatos, in unum unicum Interamnensem omnino conflandos. Ne quid dissimulemus, hoc ex solo Epternacensi elicere potuit Castellanus, *Interamne* Valentinum aliquem recoli, quod ultro admittimus ; tametsi codices alii *Vincentium* substituant. Sed ea causa, *Valentinum Romanum* excludere velle, quæ ratio dictet, prorsus non intelligo. Quod si superviveret vir nobis semper amicissimus, vix dubito, quin, pro ea qua præditus erat docilitate, non minus facile assertam hic Valentinorum identitatem retractaret, quam illam *Marcelli* et *Marcellini* rejecerit, de qua actum est XVI Januarii. Interim pari ex Hieronymianis argumento utitur Tillemontius tomo 4 a pag. 678, ut solita sua modestia, eamdem opinionem insinuet, adductis etiam in eum finem monumentis aliis. Fateor equidem in Kalendariis Frontonis et Allatii, item in Sacramentariis nonnullis, agi dumtaxat de *Valentino* aliquo, vel simpliciter, vel cum addito, *martyre;* nulla dignitate aut *presbyteri* aut *episcopi* apposita. Sed quid inde ? Hoc ut summum consequens erit, innumeros dari sanctos martyres tum episcopos tum presbyteros, qui in illis Kalendariis et Sacramentariis, aut non reperiantur, aut non satis native depingantur : quod utique est indubitatum ; at certe nihilominus manebit inconcussa hactenus Bedæ, Romani parvi, Rabani, Adonis, Usuardi et Notkeri tam diserta duorum saltem Valentinorum distinctio, donec armis validioribus et sincerioribus convellatur ; quod si fiat, in Supplemento corrigetur, quidquid de ipsis minus vere aut verosimiliter ab Henschenio disputatum est. Id autem notari velim, Kalendaria illa et Sacramentaria, utpote Romana, de non alio *Valentino* quam de *Romano* intelligi posse ; quem etiam aperte indicat antiquissimum Martyrologium Gellonense ab Acherio vulgatum, sic primo loco scribens : *Romæ, Valentini.* Si itaque ex his monumentis arguere volunt laudati scriptores, suis sese telis conficiunt, nam ex his ipsis, alium *Valentinum Romanum*, alium item *Valentinum Interamnensem* fateantur, necesse est. Ceterum de solis hisce duobus Valentinis agunt Beda ejusque descriptor Rabanus, et Romanum parvum. Wandelbertus unum Valentinum dumtaxat memorat ; de quo loquatur, incertum est. Hic ejus versiculos subjungam :

Valentini Romani et Valentini Interamnensis

distinctio asseritur contra Castellanum,

et Tillemontium.

Tum decimo sextoque die præeunte Calendas
Martyr Vitalis nitet et Felicula virgo ;
Atque Valentinum memorant sua gesta beatum.

De reliquis martyrum classibus, in laterculo adductis, id solum queo dicere, eas ex citatis Hieronymianis apographis bene vel male intellectis (nam hoc die mirum in modum et ampla et confusa sunt) ab Adone sic divisas et distinctas ; ex quo easdem Noster, nihil magnopere aut dubitans aut examinans, omnes descripsit. Primi tres *Vitalis, Felicula* et *Zeno*, non videntur recte conjungi, quamvis in Gellonensi sic quoque uniti sint ; certe *Felicula*, eadem, an alia nescio, ab omnibus antiquis ponitur Idibus Junii. — De Alexandrinis, non minor disceptatio, tum circa ipsam nominum efformationem tum circa positionem aut martyrii palæstram, tum denique circa ipsum genus certaminis, ut ex Actis nostris et Castellano facile perspicies. Illa hoc loco indicasse sufficiat, pluribus alibi, si operæ pretium fuerit, discutienda. De textus Usuardini sinceritate nihil omnino dubitandum.

Vitalis et soc.

Alexandrinorum VV

AUCTARIA.

MARCHIAN. Toto textu purus, proprium cœnobii sui festum primo loco statuit, his verbis : *Octavæ, sanctæ Rictrudis.*

Octavæ S. Rictrudis.

TORNACEN. Hodie mutilus est ; deficit in elogio Valentini Interamnensis, totamque annuntiationem *Cyrionis, Moysis,* etc., omittit.

PULSANEN. Nihil habet de tribus Alexandrinorum martyrum classibus.

ANTVERP-MAJ. Ad aliquot dies recentiori manu suppletur ; de cetero, in prima, purus est. Secunda deest. Tertiam sic format : *Eodem die, natale sancti Valentini, Interamnensis episcopi et confessoris.* Reliqua satis pura sunt.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALLEFFGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post hæc verba, *Claudio Cæsare*, non recte addunt *et a sanctis Mario et Martha et filiis eorum, venerabiliter traditus sepulturæ.* Melius ex Beda vel Adone, post hæc verba, *superari non posset*, adjiciunt : *jussu furiosi Placidi Urbis præfecti.*

Centulen. *Romæ, sancti Valentini presbyteri et martyris. Interamnis, sancti Valentini episcopi et martyris.* Bassiano tribuit titulum *lectoris*, et Agathoni, *exorcistæ* ; de cetero in Alexandrinis purus est. In fine absque positione seu nomine loci adjicit : *Eodem die, sanctorum martyrum Vitalis, Feliculæ et Zenonis.*

De Valentino Interamn. Bruxellen. Valentini Interamnensis elogium ex Beda vel Adone, ad hæc verba *non posset*, auxit in hunc modum : *Jussu furiosi Placidi Urbis præfecti, mediæ noctis silentio decollatus est. Tunc Proculus, Ephæbus et Appollonius discipuli ejus, corpus apud ecclesiam suam nocte sepelierunt.* *Proculi et soc.* *Ubi a paganis tenti, cum a fide Christi revocari non possent, capite cæsi sunt, et non longe a sancto Valentino sepulti.* De Bassiano et Agathone, eadem habet quæ Centulensis.

Hagenoyen. De Valentino Romano scribit ut codices mediæ notæ. De Interamnensi, post, *et martyris*, hæc addit : *Qui filium Traconis* (Cratonis) *oratoris, habentem caput inter genua, sanavit, propter quod multi confluxerunt ad Christum. Unde beatus Valentinus dire cæditur, et arctæ custodiæ mancipatur, et dum superari non potuit, jussu furiosi Placidi, etc.*

Vatican. num. 5949. *In civitate Nicomediæ,* *Pantaleonis et Modestini.* *sancti Pantaleonis martyris, et natalis sancti Modestini episcopi et martyris*. De hoc, vide Acta ; de alio, xxvii Julii.

Strozz. et Medic. *Eodem die apud Paduam,* *Translatio s. Antonii Pat.* *translatio sancti Antonii de Ordine Minorum.* Hanc ad natalem xiii Junii rejicit Bollandus. Porro codex Medicæus solus præterea habet : *Item, sancti* *Eleuchadii.* *Eleuchadii, archiepiscopi Ravennensis. Item, passio sanctorum martyrum Proculi, Ephebi et Apollonii in civitate Interamnis.* *Proculi et soc.*

Editio Lubec-Col. Diem inchoat hoc modo : *Apud Coloniam Agrippinam, sancti Valerii regis et martyris, de societate sanctæ Ursulæ virginis.* *Valerii ex Ursul.* *Item Colonia Agrippina, inventio sanctæ Cordulæ virginis et martyris, de societate undecim millium virginum sanctarum, quæ anno a nativitate Domini* mcclxviii *facta est.* *Inventio Cordulæ.* Vide Bollandum in Prætermissis. De tota ea sacra legione agetur xxi Octobris. In reliquis similis est ista editio codicibus mediæ notæ supra.

Greven. *Eodem die, Waltfridi abbatis et confessoris.* *Waltfridi.* Vita datur in Actis die sequenti. *Eleuchadii presbyteri*, potius *episcopi Ravennatis.* *Eleuchadii.* *Marciani.* *Marciani.* Geminus hodie in Actis datur. *Apud Coloniam Agrippinam, translatio sancti Valerii regis, de societate sanctæ Ursulæ.* *Valerii.* *Item ibidem, translatio sanctæ Cordulæ virginis et martyris, de eadem societate, factæ per beatæ memoriæ Dominum Albertum magnum, quondam Ratisponensem episcopum. Item, Sisinnii episcopi Thausinæ civitatis, quæ est apud Ephesum, vita et signis incliti.* *Sisinnii.* An hic idem, qui *Tei* vocatur *episcopus* inter Prætermissos? Certe non alius hoc die *Sisinnius*.

Molan. Parvo charactere : *Item, sancti Meletii archiepiscopi, cujus encomium scribit sanctus Joannes Chrisostomus archiepiscopus Constantinopolitanus. Exstat et Gregorii Nisseni oratio in ejus funere habita.* *Meletii.* De eo in Actis xii hujus. In aliis Molani editionibus solum additur : *Die decimaquarta, sancti patris Auxentii.* *Auxentii.*

XV *Kal.* *Die* 15.

Blavii. Apud Sebasten civitatem, passio sancti Blavii episcopi, qui multorum patrator miraculorum, sub præside Agricolano, post diutinam cæsionem atque suspensionem in ligno, ubi pectinibus ferreis carnes ejus disruptæ sunt, post teterrimum carcerem ac demersionem laci, unde salvus exivit; jubente præfato judice, capite cum duobus pueris truncatur. *2 puerorum, et 7 mulierum.* Novissime vero septem mulieres, quæ guttas sanguinis ejus defluentes colligebant, deprehensæ quod essent Christianæ, post dira tormenta, gladio percussæ sunt. *Cratonis et soc.* Romæ, sancti Cratonis martyris, qui a beato Valentino fidei documentis institutus, non multis post diebus, cum uxore et universa domo martyrio est consummatus. Civitate Brixa, sanctorum martyrum *Faustini et Jovitæ.* Faustini et Jovitæ virginis. In civitate Vasionensi, sancti Quinidi episcopi cujus *Quinidii.* mortem in conspectu Domini pretiosam miracula crebra testantur. Civitate Interamnis, sanctæ Agapis virginis. *Agapes.*

Soli codices *Pratensis*, *Antverp-Maj. Rosweyd.* et *Marchianensis*, hodie puri sunt.

Varia lectio. Scripsi *Blavii* ut habent antiqui codices omnes tum manuscripti tum excusi, pro *Blasii*, uti habet Antverp-Maj. De quo egimus iii hujus. *Agricolano* legunt omnes passim, excepto Rosweyd. uti et *Brixa*, atque ita putamus legisse Usuardum. Antverp-Maj. inter alios nævos, habet *Agricolano* ; pro *diutinam*, *diurnam* ; *lacu*, pro *laci*, *documento* pro *documentis* ; pro *Vasionensi*, *Nacionensi*. Hic *Agapis* cum ipso in textu, ut alibi, cum plerisque scribimus. Rursus habent codices *Quinidi* pro *Quinidii* : at hic non minor, in civitatis, quam nominis enuntiatione, diversitas est, ut videbis in Actis. Marchianensis omnium corruptissime scribit *Quiri*. *Jobitæ* habent plures alii, Antverp-Maj. *Sobitæ* ; Rosweyd. *Jovitiæ* ; nos cum Usuardo legimus. Solus Rosweydi codex hodie præter morem exactus et accuratus, omisso post *Jovitæ*, titulo *virginis*, apposuit per abbreviationem, *martyrum*.

Paucitas purorum codicum inde maxime oritur, quod multi iii hujus, ex recepto tunc Ecclesiæ solenniori usu, *Blavium*, quem hodie *Blasium* dicimus, annuntient. Patuit id in Heriniensi, cetera hodie purissimo. De Tornacensi ibidem etiam dictum est. Hoc tamen novi inter utrumque discrimi-

nis,

nis, quod *Blasii* elogium ab ultimo contractum sit, *Cratonis* omnino rescissum. Pulsanen. Antverpien. et Max-Lubec. in aliis deficiunt. Muneratus Heriniensi similis est, qui *Blasium* etiam habet die III, purus in reliquis. Id vero universim observandum, nec hos nec ferme ullos alios codices nostros, usquam meminisse *Josephi diaconi Antiocheni*, quem interim Grevenus et Molanus Usuardi textui adnectunt, Baronio et aliis eorum opinionem sequentibus. Ego codicum nostrorum auctoritatem illis duobus præponderare, indubitanter censeo, non inverisimiliter suspicans, eam annuntiationem ex Rabano vel Notkero, in Usuardinos paucos codices irrepsisse. Porro Joseph iste sub nomine *Jusippi*, *Joseppi* et *Josippi*, in Hieronymianis apographis notus est, ubique cum titulo *diaconi* et tamquam majoris cohortis antesignanus. Molani editio in eo præterea ab aliis dissentit, quod textum ipsum transposuerit, *Faustinum* et *Jovitam* ante *Cratonem* annuntians.

OBSERVATIO. De *Blasio* vel *Blavio* jam egimus in Variantibus III hujus mensis et rursus supra hoc die. Castellanus pag. 507 indubitanter asserit, Sanctum hunc in Hieronymianis recoli XVI Februarii sub nomine *Plesi*, ut habet Epternacen. vel *Blesi*, ut est in Corbeiensi tum Acherii, tum Florentinii. Non agnoverunt ibi *Blasium* vel *Blavium Sebastenum episcopum* Majores nostri, quibus oculatiorem me non esse, libenter fateor. Diserte hoc die ponitur a Romano parvo : *Apud Sebasten, passio sancti Blavii episcopi*. Ado Acta aliqua vidit, ex quibus adornavit elogium, a Nostro contractum, a Notkero integre descriptum. Legendus Bollandi commentarius III Februarii. Utrum vero Acta ipsa omnino rejicienda sint, ut inter recentiores innuit Tillemontius tomo 5 pag. 170 et 649, in Supplemento examinabitur. — *Cratonis* memoria sic in Romano parvo etiam exstat : *Romæ, sancti Cratonis martyris*. Quæ in laterculo adjiciuntur, ex Adone accepta sunt, qui plura ex Actis sancti Valentini Interamnensis, de quo pridie egimus, suggessit ; at unde *martyrio cum uxore* et *universa domo consummatus* asseratur, hactenus incertum est. *Blasii* *Cratonis*

Faustinus et *Jovita*, luxatis nonnihil nominibus, ab apographis Hieronymianis, die sequenti *in Britanniis* collocantur, unde certe evidenter patet antiquissimum fuisse in Ecclesia eorum cultum. At quid hic sibi vult, *in Britanniis*? Si conjecturæ aliquid datur, crediderim abbreviatum olim, aut non satis recte expressum *Brixiæ* nomen, ansam dedisse imperitioribus amanuensibus Gallis, notiorem sibi *Britanniam* efformandi. Et sic etiam cum Henschenio benigne explicandum est, quod alibi legitur : *civitate Colonia*, ut nempe sit, *Brixia civitate, colonia Romanorum* : quæ sane tolerabiliora sunt, quam recursus Castellani ad Ovidii Fastos, ut inde educatur similitudo *Jovis et Fauni*. Aloysius et Mosander ambos Sanctos Adoni constanter adscribunt cum prolixo elogio; sed id a Rosweydo recte in appendicem rejici, vel inde probabilissime suspicor, quod ex tota ea historia, nec verbum in Notkero, qui tamen *Faustini* meminit; reperiatur ; nec quidquam etiam ab Usuardo extractum sit, adeo ut non satis constet, unde eos acceperit, præsertim cum *Jovita* a nemine ante ipsum *Virginis* titulo insignitus sit. Vix dubito quin feminam existimaverit, nusquam solitus eam lauream viris tribuere. Vide reliqua apud laudatum Henschenium, et magis jejune apud Tillemontium tomo 2 pag. 228. — Tota *Quinidii* annuntiatio ex Adone ad verbum desumpta est ; videatur Bollandi commentarius et vita ab eo illustrata. — *Agape* clare signatur in Hieronymianis : *Interamne, natalis sanctæ Agapæ virginis*, sed socii aliqui adjungi videntur, qui a Nostro præteriti sunt. An de ejus martyrio vere dubitari possit, vide in Actis et apud Castellanum pag. 653. De ea sic Wandelbertus qui ipsam Faustino et Jovitæ anteponit : *Faustini et Jovitæ* *Quinidii* *Agapes*

Hinc decimo et quinto meritum clarescit Agapes;
Hocque die pœnis cæsos veneratur acerbis
Brixia Faustinum celebrem sanctumque Iovitam.

AUCTARIA.

PULSAN. Præter Faustinum et Jovitam, solum Cratonem refert ; hunc vero mirum est ab ANTVERPIEN. et MAX-LUBEC. prætermissum.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Satis puri sunt, excepta sola annuntiatione Blasii, quam III hujus ab ipsis positam diximus.

ALBERGEN. De Faustino et Jovita, ita scribit : *In Italia, civitate Brictia, natale sanctorum Faustini et Jovitæ diaconi, qui Adriano imperante, ferocissimis bestiis flammisque expositi, eorum brachia constringi, et in altum suspendi jubentur, ibique vehementer torqueri, deinde lampadibus accensis, ad eorum latera positis, decollatione capitis, gloriosum martyrium consummaverunt. Crediderunt autem, eorum passione roborati, plusquam tria millia hominum.* In fine adjicitur : *Item, translatio sancti Antonii confessoris.* Hæc ultima accessio, in codice DANIC. recentiori manu apposita est; in reliquis cum ALBERGEN. convenit, nisi quod pro *Brictia*, scribat *Bixia*, pro *constringi*, *confringi*, pro *consummaverunt*, *compleverunt*. *De Faustino et Jovita* *Translatio S. Antonii*

CENTULEN. Omnibus contractis, addit : *In territorio Morinorum, depositio sancti Silvini, Tholosani episcopi et confessoris*, de quo plura ad XVII hujus. *Silvini*

BRUXELLEN. In Cratone interpolatus, in Blasio mutilus, habet tertio loco : *Antiochiæ, Josippi diaconi*. Atque hic solus inter omnes codices nostros Mss. de Josepho meminit. Sequitur : *Apud Brixiam*, etc., contracto nonnihil superiori elogio. Tum : *Apud Paduam, translatio sancti Anthonini confessoris.* Vult dicere *Antonii Patavini*, de quo plures codices. De Agape et Quinidio, fere ut in textu. In fine : *Ipso die, sancti Silvini Teruanensis episcopi et confessoris.* *Josippi*

HAGENOYEN. In Cratone satis purus, de Faustino et Jovita fere eadem habet, quæ ALBERGENSIS supra. Post Agapen, adjicit : *Item, beati Austregisili, episcopi et confessoris*. Bollandus Austregisilum rejicit ad XX Maii, licet hodie a Floro etiam notetur. *Austregisili*

VICTORIN. In fine : *Ipso die, sancti Silvini Taruanensis episcopi. In Valeria provincia, sancti* *Silvini* *Severi*

Severi

Severi presbyteri, de quo beatus Gregorius scribit. Eumdem illum Severum Mosander textui Adonis inseruit.

Agapes et Thioniæ.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Agapes virginis et martyris, et Thioniæ sororis ejus.* Quæ soror unde processerit, nescio. Si sint *Agape* et *Chionia*, coluntur III Aprilis.

Translationis S. Petri Cœlestini.

CODEX BIGOTIAN. signatus P 5, qui fuit PP Cœlestinorum : *Civitate Aquilæ, translatio beati Petri confessoris, de Marrone, quondam Cœlestini Papæ.*

REG. SUEC. sub num. 130. et 428. *Ipso die, sancti Silvini Teroanensis episcopi.* Solus codex prior : *In provincia Valeria*, etc., ut VICTORINUS.

VATICAN. num. 5949. *Alteria provincia, sancti Severi presbyteri.* Voluit dicere, *in Valeria*, etc.

Adventus Botulphi.

ALTEMPSIAN. *In territorio Bedrici castri, adventus clarissimi confessoris Christi Botulphi, super cujus feretrum, videntibus cunctis, columna lucis cœlitus emissa refulsit.* Vide Acta ad XVII Junii.

Translationis S. Petri Cœlestini.

CODEX MEDIC. *Item Aquileiensi* (Aquilensi) *civitate, translatio corporis sancti Petri confessoris, qui dicitur de Marona, in monasterio Collemaii.*

Translationis Amati, etc.

CODEX MONTIS-SANCTI : *Translatio episcoporum, beatorum confessorum, Amati, Romarici, Adelphii, qua simul relocati sunt.*

Translationis Georgiæ.

PRIORATUS CAUDIACENSIS. *Arvernis, translatio sanctæ Georgiæ virginis.* Colitur hoc die.

Severi. *Cratonis ex Adone.* *Translationis Antonii.* *Ebbonis.* *Josephi.* *Sigfridi.* *Translationis Severi Rav.*

EDITIO LUBECO-COL. Sic incipit : *In monasterio Meyfelt circa Confluentiam, sancti Severi presbyteri et confessoris, de quo beatus Papa Gregorius, in Dialogo scribit. Romæ, sancti Crathonis martyris, qui cum haberet filium Cerimon nomine scholasticum; hic inciderat in infirmitatem gravissimam. Eumdem cum beato Valentino episcopo ad sanandum obtulisset, sub tali conditione, ut si puer sanaretur, ipse cum omni domo sua, fieret Christianus ; sanato puero per orationem sancti episcopi, ex tunc Crathon, quod promiserat, adimplevit, atque cum uxore et universa domo baptizatus est, non post multos dies martyrio consummatus.* De Faustino et Jovita scribit ferme ut ALBERGEN. De Quinidio et Agape, pure. *Item, translatio sancti Antonii de Padua confessoris, Ordinis sancti Francisci. Eodem die, beati Ebbonis episcopi et confessoris.* Vide Bollandum in Prætermissis. *Ananiæ*, (Antiochiæ) *sancti Iosephi diaconi et confessoris. Ipso die, sancti Sigfridi episcopi et confessoris. Item Ravennæ, translatio sancti Severi episcopi et confessoris.* De eo actum prima hujus ; quo die vita ejus illustrata est.

De Faustino et Jovita ex ipsis Actis.

BELINI hoc est principium : *Apud Brixiam; natale sanctorum martyrum Faustini et Iovitæ, qui sub Adriano imperatore examinati, dixerunt ei : Audi, Adriane, tortuose coluber, imo et sævissime anguis, per ambages et amfractus cursitas, ut nos a recto possis deviare tramite : hoc tibi sit agnitum, quod latratui tuo non obediemus; nec diis thura ponemus, sed Domino creatori nostro thura simul et libamina jugiter immolamus. Quod audientes populi ex Mediolanensi urbe, Sanctorum constantiam, conglobantes se mutuo, venerunt ad beatos Dei martyres, et baptizari se fecerunt. Tunc Adrianus hæc audiens, furore accensus, mox eos gladio plecti fecit et capite truncari.* Sequitur de Agape. Tum : *Eodem die apud Paduam, translatio sancti Antonii, Ordinis Minorum.* In fine : *Antiochiæ, sancti Iosephi diaconi.*

Joannis et soc. *Ebbonis.* *Silvii.* *Marcelli.* *Beracii.* *Fausti.*

GREVEN. *Faustinus et Iobita, ut Vincentius libro* II *cap.* 83 *refert, ab Adriano imperatore, ferocissimis bestiis flammisque expositi, sed nil læsi ; brachiis constrictis in altum suspensi et torti, lampadibus accensis eorum lateribus admotis, adusti : ad ultimum capitis obtruncatione martyrium compleverunt. Crediderunt*, etc. *Ioannis, Adventi, Saturnini, Castulæ.* Ex Hieronym. non satis recte conjuncti sunt; vide Prætermissos. *In monasterio Meyfelt*, etc., *qui supra etiam ponitur Kalendis Februarii.* Hic Severos confundit. Sequitur translatio Severi Ravennatis et Antonii Patavini. *Ebbonis Travanensis episcopi et confessoris;* forte vult dicere *Teroanensis;* sed nec sic cognitus est. *Silvii episcopi et confessoris*, an non *Silvini? Marcelli episcopi. In Hibernia, Beracii episcopi et confessoris. Fausti monachi et confessoris, discipuli beati Benedicti, qui vitam ipsius scripsit.* Vide Castellanum pag. 652. circa medium.

Sigfridi. *Dedicationis eccl. S. Sophiæ.*

MOLAN. Litteris Italicis textui inserit, quæ ex Belino, de Faustino et Jovita retulimus. Item de Quinidio, *cujus gesta habentur.* Deinde subjungit : *Eodem die apud Paduam*, etc. *Ipso die, beati Severi*, etc. Denique minutiori charactere : *Hujus* (Severi) *corpus attulit ex Italia Ropertus episcopus Treverensis.* Vide Acta et Castellanum. In aliis editionibus mutilus est Usuardi textus. Omittitur etiam translatio S. Antonii Patavini. Sed additur : *Vexione in Dacia, sancti Sigfridi episcopi, præclaræ sanctitatis viri, qui Sueciam ad Dominum convertit.* Rursus minoribus litteris : *Constantinopoli, dedicatio ecclesiæ sanctæ Sophiæ.* De hac nihil alibi reperio. Vide ejus templi encænia apud Cangium C Polis Christianæ lib. 3.

XIV *Kal.* *Die* 16.

Onesimi. *Julianæ.* *Juliani et soc.*

Natalis beati Honesimi, de quo sanctus Paulus scribit Philemoni; quem idem Apostolus episcopum ordinans, prædicationisque verbum ei committens, apud Ephesiorum civitatem reliquit. Hic Romam perductus, atque ibi pro fide Christi lapidatus, inde ad loca, ubi fuerat ordinatus, corpus ejus delatum est. Civitate Cumis, sanctæ Julianæ virginis, quæ post varia tormenta et carceris custodiam, palam cum diabolo conflixit. Dein flammas ignium et ollam superans ferventem, capitis decollatione martyrium consummavit. Apud Ægyptum, sancti Juliani martyris cum aliis numero quinque millibus.

Ita *Praten. Hermien. Marchianen. Antverp-Maj. Pulsanen. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Honesimi* legunt vetustiores codices, quorum proinde scribendi rationem, licet non rectam, servandam censuimus. Pulsan. posuit *Sancti* pro *Beati*. Antverp-Max. inter alios nævos *Phylomeni* pro *Philemoni*; Belin. *ordinavit*, pro *ordinans*. In Heriniensi redundat particula *eum* ante *reliquit*. Pejus habet Pulsan. *requievit*, pro *reliquit*. Herenien. et Belin. *In civitate Cumis*. Quid Pulsan. velit per *Ticitii*, nescio. *Julianes* pro *Julianæ* apud eumdem, peregrinum est. *Deinde* apud Greven. et Molan. pro *Dein* observatu dignum non est, ut apud plures *Egyptum*. Greven. post *Juliani* omittit *martyris*. Unicus inter omnes codex Pulsan. substituit, *cum aliis quinque militibus* in locum asserti communissimi, *cum aliis numero quinque millibus*.

Onesimi

OBSERVATIO. *Onesimus* Hieronymianis ignotus, signatur a Beda, ex hoc a Rabano, et eadem plane formula a Romano parvo : *S. Onesimi Apostoli*; ut ferme *Apostoli* appellatio, tum a Græcis, tum etiam a Latinis tribui solet, non solis duodecim, sed et aliis discipulis eorumque cooperatoribus. Ado in ipso Martyrologii sui textu solum præfixit, *natale*. Mosander, illius verba confundens, ea huc transtulit, quæ dicta erant inter festivitates Apostolorum. Ibi vero insigni elogio ornatur ex epistola Pauli ad Philemonem, et ex altera Ignatii ad Ephesios. Cum autem ex postrema constet *Onesimum* fuisse *Ephesinum episcopum*, eum titulum ipsi omnino tribuendum putavit Ado, ceteraque ad ejus martyrium prosecutus est, quæ Notkerus describit, Noster paucioribus complectitur. Hæc omnia egregio commentario illustravit Henschenius, nihil dubitans quin idem Onesimus Philemonis servus, Apostoli discipulus, et deinde, post Timotheum, Ephesiorum episcopus fuerit. Contra sentiunt recentiores aliqui, quos inter Tillemontius in vita S. Pauli *unius, non gemini* tomo I a pag. 289, et in notis pag. 576, id maxime urget, non videri eumdem, qui a Paulo circa annum LXI baptizatus sit, supervixisse ad annum CVII quo Ignatii epistola scripta supponitur. Ego in hac re, aut in aliis a Tillemontio adductis, nihil hactenus video, quod me ab Henschenii sententia recedere cogat. Ut verbo dicam : admitte tantisper Onesimum *episcopum* prius *Apostolicum*, seu incerti loci fuisse, quod et in Apostolis et in aliis discipulis passim conceditur ; fac deinde Timotheo successisse anno XCVII ; statue a Paulo baptizatum anno ætatis XX, vel, si ita vis, XXX, quid, quæso, implicantiæ, si septuagenario major anno CVII superstes, Ignatium Ephesi exceperit ? Minus terrent, quæ Castellanus adfert pag 666 ex Rabani et Wandelberti silentio ; nam ea ultro concidunt, si Ignatii epistola de Onesimo nostro intelligi possit. Hinc lectorem monitum velim, clausulam Papebrochii in Ephemeridibus Græco-moschis pag. XVII, perperam a nonnullis accipi, ac si ipse ibi retractaret, quæ ab Henschenio recte stabilita sunt ; quod per me, vivus adhuc ipse dum hæc scribo et vegetus, hic indicari omnino volui. De cetero, si quæ imposterum urgentiora argumenta contra Henschenii sententiam proferantur, ea in Supplemento diligenter examinabimus.

Julianæ.

Julianæ Nicomediensis Acta pridem improbaverat Hesselius apud Molanum, aliquot rationum momentis, ad quæ Bollandus facile respondit in hodierno commentario, omnimodam tamen præfatorum Actorum sinceritatem haud quaquam adstruens, licet in iis admittendis paulo indulgentiorem fateamur, ut ostendit Papebrochius in Responsionibus ad art. II num. III et alibi. Nostrum erit suo tempore quærere et expendere quod ibi promissum est. Jam ad illustris Sanctæ memoriam quod attinet, ea in antiquissimis Fastis sacris signatur, quidquid forte amanuensium licentia, irrepsisse censeat Florentinius in Corbeiensi apographo titulum *martyris*, dum sic annuntiatur : *Nicomediæ, passio sanctæ Julianæ virginis et martyris*, quæ insolita in his codicibus videtur formula ; atque item dum in Epternacensi legitur : *In Campania Cumbas*, (pro *Cumas*) *natalis Julianæ* ; ad quæ videnda laudati editoris notatio. Nobis sufficiant Martyrologi nostri Beda, Rabanus, Romanum parvum, Ado, Usuardus, Notkerus, et ipse Wandelbertus ipsam cum Onesimo ita canens :

Quartus cum decimo Juliana martyre lucet,
Onesimumque colit Paulo doctore beatum.

In Romano simpliciter signatur : *Et in Cumis, sanctæ Julianæ virginis*. Elogium ex Actis a Beda compositum est, a Rabano, et Adone inde acceptum, ex hoc a Notkero ; sed a Nostro valde contractum. Hæc pro cultus vetustate apud Latinos satis dicta sint, quibus adde Thomasii Sacramentarium. Plura apud Græcos diversis diebus invenies. Sitne hic vere martyrii an translationis celebritas, in medio relinquo. Vide Castellanum citata pag. 666, et Tillemontium tomo 5 pag. 155.

Juliani et soc.

Juliani cum Ægyptiis numero V mil. vel *V milia*, vel *V millium* diserte legitur in Hieronymianis. Secutus est Ado, qui de suo positionem addidit, *apud Ægyptum*. Hinc Usuardus et Notkerus ; apud quos characteres nullos reperire est, quorum subsidio ex dubiorum Julianorum numero eximatur. Magis etiam rem confundit adjectus ab aliis *Joannes diaconus*. Ne longior sim, omnibus rite perpensis, is mihi *Julianus* hic noster probabilissime dicendus videtur, qui in Actis cum *Theodulo* ponitur die sequenti, quique in *manipulo* Eusebiano cum inclyto illo Pamphilo et sociis aliis, in Hieronymianis adjungitur, postremus ipse martyrio coronatus ; ex quorum etiam numero fuere Ægyptii quinque hic anonymi, qui sibi prophetarum *Eliæ*, *Jeremiæ*, *Isaiæ*, *Samuelis*, et *Danielis* nomina imposuerant, ut colligitur ex Eusebio editionis Valesianæ, de Mart. Palestinæ cap. 11, cujus verba hoc die in Actis, ubi de *Elia*, etc., et XVII Februarii, ubi de *Juliano* et *Theodulo*, et I Junii referuntur, ubi de *Pamphilo* seorsim ex Martyrologiis nostris agitur, ut ibi dicemus ; ad quem diem vide sis Papebrochii commentarium, ex quo ea sumpsit Castellanus quæ habet pag. 667 et 668. Videnda quoque pag. 673 et accurata Florentinii notatio. Ex omnibus intelliges disjunctos et in varios dies dispersos, qui duodenario numero ex Eusebio et Hieronymianis hoc ipso die colligendi erant, atque una perspicies, satis apposite, etsi non ex mente Usuardi, legisse codicem Pulsanensem supra, dum pro *quinque millibus*, substituit *quinque militibus* ; Ægyptiis illis nempe, quorum propria nomina in Hieronymianis non exprimuntur. Legi potest Pamphili et sociorum martyrium, ex Eusebio gallice redditum, apud Tillemontium tomo 5 a pag. 418.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

ROSWEYD. Puris annumerari potuit, cum in eo solum deficiat, quod de Juliana, post *ferventem*, cum aliis non scribat, *capitis decollatione martyrium consummavit*, sed *sponso suo Evilasio caput ejus auferente, martyrium*, etc.

TORNACEN. Mutilus est, nam postremam partem elogii sancti Onesimi, quæ martyrium complectitur, et totum Julianæ elogium omisit: forte quod utrumque, non immerito suspectum habuerit.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Julianæ elogium etiam rescindunt.

ULTRAJECT. De Juliana, tria verba textui inseruit, *tempore Maximiani imperatoris*, cetera satis purus.

ANTVERP-MAX. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Præter tria illa verba, in fine subdunt: *Methis civitate, natale sancti Symeonis episcopi et confessoris*. Vide Acta. *Symeonis.*

Honesti MUNERAT. *Ipso die, sancti Honesti martyris*. Vide Bollandi commentarium, et cum eo confer quæ habet Castellanus hoc die pag. 668.

CENTULEN. *Romæ, passio sancti Honesimi Ephesiorum episcopi, qui lapidatus est a Romanis. In Chumis, sanctæ Iulianæ virginis.* In ultima satis purus est.

BRUXELLEN. Primo loco: *Cumis civitate, passio sanctæ Iulianæ virginis. Quæ tempore Maximiani imperatoris, nuda virgis cæsa, et capillis suspensa, et plumbo soluto a capite perfusa, et in carcere recepta, ubi palam cum diabolo conflixit. Post etiam rotarum tormenta, flammas ignium, ollam ferventem superavit, et capitis decollatione martyrium consummavit.* Onesimi elogium, non nihil auctius exhibet, quod melius infra referemus. Sequitur de Juliano ad marginem, sed eadem manu. Tum de Symeone ut supra. *De Juliana*

HAGENOYEN. In Onesimo fere purus, de Juliana alia comminiscitur: *In civitate Cumis, passio sanctæ Julianæ virginis nobilissimæ et martyris, quæ nudata, diutissime a sponso suo flagellatur, quæ ei ad matrimonium consentire noluit, nec adorare Deos voluit: per capillos sex horis suspenditur, plumbo bullienti perfunditur, sed virgo non læditur: ferro vincitur et incarceratur, ubi illa cum diabolo conflixit et vicit: inter gladios rotarum et in ignem projicitur; in ollam plenam plumbo projicitur liquefacto, et ultimum capitis decollatione martyrium consummavit.* De Juliano ut in textu. In fine: *Civitate* (non exprimitur, *Metis*) *sancti Symeonis episcopi et confessoris.*

AMBIANEN. *Ipso die, natalis sancti Honesti presbyteri et martyris.* *Honesti*

REG. SUEC. signatus num. 428. *Ipso die, sancti Honesti martyris.*

VATICAN. num. 5949, primo loco: *Sanctarum virginum, Fuscæ et Mauræ.* Vide Acta XIII hujus. *Fuscæ et Mauræ*

EDITIO LUBECO-COL. In Onesimo et Juliana non nihil a superioribus variat, quod rei substantiam spectare potest, ex Molano subjiciemus. Tertio loco habet Symeonem Metensem, et ultimo Julianum cum quinque millibus, ut supra.

GREVEN. *Faustiniani, Plesi, Fabiani, Sebastiani martyris.* Et in prima editione anni MDXV: *Sancti Honesti martyris. In Africa Pauli Eremitæ. Metis, Symeonis episcopi et confessoris. In Swecia, Sigfridi episcopi et confessoris.* De Sebastiano, Paulo et Sigfrido vide hodie Prætermissos. *Faustiniani et soc. Sebastiani. Honesti. Pauli. Symeonis. Sigfridi.*

MOLAN. De Onesimo, post *reliquit*, hæc ex Adone aliis litteris textui admiscuit: *De quo et beatus Ignatius, Ephesiis scribens epistolam, ita dicit: Quoniam ego suscepi multitudinem vestram in nomine Domini, in Onesimo dilecto præceptore nostro, vestro autem episcopo. Obsecro eum secundum Christum Jesum diligere vos, et vos omnes in concordia ejus in ipso esse. Benedictus enim Deus qui vobis talibus, talem episcopum donavit habere in Christo.* De Juliana antem, post *consummavit*, ex eodem Adone subditur: *Quæ passa est quidem in Nicomedia, sed post paucum tempus, Deo disponente, in Campaniam est translata.* In fine, de Symeone ut supra. In aliis editionibus adhuc adjungitur: *Ipso die Ambianis, sancti Honesti martyris.* *De Onesimo ex Adone. De Juliana ex eodem Adone. Honesti.*

XIII *Kal.* **Die 17.**

Polychronii In Perside civitate Babilonia, natalis beati Polochronii episcopi et martyris, qui præsente Decio persecutore, os lapidibus cæsus, manibus extensis, oculos ad cœlum elevans, emisit spiritum. Apud urbem Concordiam, passio sanctorum Donati, Secundiani, Romuli, cum aliis octoginta sex. In Scotia, sancti Fintani presbiteri et confessoris, magnæ virtutis viri. Ipso die, sancti Silvini Taruanensis episcopi. *Donati et soc. Fintani. Silvini*

Sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Marchian. Pulsanen. Munerat. Greven* et *Molan.* Accedere possunt codices mediæ notæ, ut dicam in Auctariis.

VARIA LECTIO. Legendum esset *Polychronii*, ut habent auctor Romani parvi et Ado, ab editore ni fallor correcti. Ego, forte nimis scrupulose, codices Usuardinos sequor, Praten. Tornacen. Antverp-Maj. Marchian. Munerat. et alios, licet Herinien. et Greven. habeant *Policronii*, Pulsanen. *Polichronii*, Molan. *Polycronii;* elige lectionem quæ magis placuerit. In Pulsanen. est *Babiloniæ* pro *Babilonia*. In Greveno et Molano, *præsidente* pro *præsente*. Pejus in Pulsanen. *Diocletiano*, loco *Decio;* forte melius omitteretur utriusque præsentia. Pulsanen. *oculos ad cœlum elevans* mutat in *oculisque ad cœlum elevatis;* Munerat. *ad cœlum erigens*. Sic Marchian. ex *Concordiam*, facit *Cordubam;* ex *octoginta sex*,

octingentis

octingentis sex; ut Pulsanen. *Formuli*, ex *Romuli*. *Scothia* ponunt aliqui, melius in textu. Marchian. legit *Finani*, Pulsanen. *Funtanii*; verum nomen expressimus. *Silvini* scribunt omnes, nescio cur recentiores *Sylvini* malint. Pratensis noster posuit *Taruenensi*, Herinien. *Tarwanensis*, omnium pessime Greven. *Targuanensis*; ceteri *Taruanensis*, quam vocem omisit Pulsanensis. Vide infra in fine Observationis.

OBSERVATIO. *Polychronii* nomen in solo apographo Hieronymiano Epternacensi legitur, hoc modo : *In Babilonia ; Policroni*, et rursus in eodem solo codice XXX Aprilis in fine : *Depositio Policroni episcopi*, an ejusdem, an alterius, quis edisseret? Ceterum Beda de hodierno addit, *ejusdem loci episcopi*, sed non magis recte scribit *Polocronii*, uti et ejus transumptor Rabanus, quam inflexionem aut ei proximam, in codicibus Usuardinis communem diximus. Romanum parvum episcopatus locum non designat, sic legens : *In Perside, beati Polychronii episcopi et martyris*. Ado binas sedes conjungit *Babylonem et Ctesiphontem*, simul adducens Bedæ elogium, quod totum Rabanus et Notkerus adoptarunt, Noster modicissime imminuit, sed iis servatis, quæ correctione indigent, ut in Actis, et apud Castellanum pag. 676, et apud Tillemontium tomo 5 pag. 561 invenies. Hæc summa difficultatis; quod, ut Beda et alii ex ipso testantur, elogium desumptum sit ex Actis sancti Laurentii, quæ Baronio et Henschenio, ut minimum valde suspecta, hodie ab eruditis omnibus talia censentur, ut nec propugnari omnino nec expurgari facile possint. Ex eodem fonte manant *Olympias* et *Maximus*, XV Aprilis; *Parmenius* et alii, XXII ejusdem mensis, alii diebus aliis; quorum memoria ut in Fastis nostris certissima est, vitæ tamen aut martyrii series ex iis Actis accepta, repudiatur, ut dicetur X Augusti. Non satis clari sunt Wandelberti versiculi, dum Donatus ex sequenti turma, Polychronio ita conjungitur : *Polychronii.*

Tertius ac decimus Polycroni festa revolvit,
Donatique : fides, sanguis quos jungit et ara.

De martyribus Concordiensibus ab Nostro confusis, ex perturbatis apographorum Hieronymianorum classibus, non est quod multis hic disputem; textum Usuardi genuinum referri certum est. Notkerus alias classes posuit, de quibus aut ordinandis au restituendis agetur proprio loco. Vide interim Acta, Florentinium et Castellanum hic. — *Fintanus* solius Usuardi est; *Scotia* autem ex ejus temporis more pro *Hibernia* accipitur. — *Silvini* obitus ad XV Februarii pertinere videtur, ut vult Castellanus et Auctaria nostra aliqua eodem die ; Usuardum tamen sequuntur passim recentiores Martyrologi, cum moderno Romano et Actis. Vitam præclaro commentario illustravit Bollandus, eamque reproduxit Mabilio sec. 3 Benedict. parte I a pag. 294 ; ubi in observationibus præviis doctissimum virum dormitasse oportet, dum ita scripsit : *Acta illa viderat Ado Viennensis episcopus ; cujus in sincero Martyrologio hæc verba sunt* XV *Kal. Martii : S. Silvini Teruanensis episcopi et confessoris, cujus gesta habentur*. Dormitare, inquam, debuit, nam verba illa nec in editis nec in Mss. nostris vere Adonianis Martyrologiis ullis reperire hactenus licuit. Mihi potius certum videtur totam Silvini annuntiationem plane Usuardinam esse, qui qualia Acta habuerit conjicit Castellanus a pag. 659, ubi etiam ex Bollando de episcopatu ejus disputat. Certe a vero alienum est quod in nostro Pratensi apographo legitur, *Tolosanæ civitatis episcopi*, idque fatetur Castellanus prætenso autographo adjectum, super annuntiatione priori, qualem exhibemus, ibi scalpello erasa. Non ausim veram dicere annuntiationem nostram, sed vere Usuardinam, in qua conveniunt codices nostri omnes, excepto Marchianensi, qui cum præfato Pratensi legit : *In pago Taruenensi, sancti Silvini Tolosanæ civitatis episcopi*, et Antverp-Majore, qui in hoc solo discrepat, quod pro *pago Taruenensi*, male scribat, *in pago Caritatensi*.

Donati et soc. *Fintani* *Silvini.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT, LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Vix a puritate deficiunt. Omittur nomen *Romuli* in classe martyrum Concordiensium, et Fintanus Silvino postponitur. Mira non est variatio in efformatione *Polychronii* et *Teruanensis*.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Fintanum prætermittunt, omittentes etiam nomen Romuli.

ROSWEYD. Tertio loco interponit : *In Aquilegia, Crisantiani martyris et aliorum* XC ; de quibus, in Actis. Pro *Fintani*, scribit *Finiani*. Et in fine de Silvino, cum PRATENSI. *Chrisantiani et al. 90.*

CENTULEN. Silvinum hic prætermittit, de quo egit XV, ut ibi inter Auctaria invenies. Ast ejus loco in fine addit : *Virdunis, sancti Pulchronii episcopi et confessoris*. *Pulchronii.*

BRUXELLEN. De Silvino etiam egit XV, hic in ceteris purus est, nisi quod textui inserat *Babyloniæ et Thesiphontis episcopi*.

HAGENOYEN. Penultimo loco eos Sanctos interjicit, qui omnibus aliis hodie ignoti sunt. Ita habet : *Ipso die, sanctorum martyrum, Montani et Gemelli, qui cum* [illegible] *carcerati cum aliis Sanctis, viderunt in visione sancta intrare juvenem in carcerem, qui ferebat duas phialas lacte plenas, de quibus dedit omnibus incarceratis bibere, et ait : adhuc tertia phiala vobis servatur, et abiit*. Fallor, si hic non agitur de Martyribus, XXIV hujus inter accessiones Usuardinas referendis. De cetero ad puritatem codicis HAGENOYENSIS, vix quidquam desideratur. *Montani et Gemelli*

AQUICINCT. Pro *Concordiam*, legit *Cordulam* pro *Fintani*, *Finani*. In fine : *Claromonte, translatio Lupiani confessoris* ; de qua etiam agunt codices BURDEGALENSIS, CLUNIACENSIS, ALTEMPS. DAVERONENSIS, CAUDIACENSIS PRIORATUS, D. LE MARE signatus C, qui fuit PP. Franciscanorum, cum hac sola differentia, quod aliqui addant nomen *Sancti*. Vide Prætermissos. *Translationis Lupiani*

VICTORIN. In fine, loco Silvini sic habet : *Eodem die sancti Moyseti*. *Moyseti*

REG. SUEC. num. 130. Ita legit : *Eodem die, sancti Moireti*. Verosimillime pro *Moiseti*.

VATICAN. num. 5949. De Fintano et Silvino

tacet,

Valentiniani

tacet, et in fine adjungit : *sancti Valentiniani.*

Translationis SS. Fesulanorum

STROZZ. et MEDIC. *Apud civitatem Fesulanam, in partibus Tusciæ, translatio corporum sanctorum Romuli episcopi primi ejusdem urbis, Alexandri episcopi, Donati et Romani episcoporum prædictæ urbis, atque sanctorum martyrum Carissimi, Crescentii et Dulcissimi et aliorum Sanctorum et Sanctarum, reliquiarum.*

Bonosii

Translationis Benigni.

EDITIO LUBECO-COL. Inter *Fintani et Silvini* ponit : *Ipso die, Treveris, sancti Bonosii episcopi et confessoris.* Atque in fine : *In monte Sibergensi translatio sancti Benigni presbyteri et martyris; quæ anno Dominicæ Incarnationis* MLXXIII, *per sanctum Annonem Coloniensium archiepiscopum facta est.*

BELIN. In textu fere purus, in fine addit : *Claromonte, translatio sancti Lupiani confessoris.*

Fymiani

GREVEN. *Treveris, sancti Bonosii episcopi et confessoris. In Africa, Crisanti, Concordiæ, Justæ.* Non recta positio. *In monte Sibergensi, diœcesis Aggripinensis, translatio sancti Benigni,* etc. *In Scotia, Fymiani episcopi* : an non Finani Lindisfarnensis ? *Sabini episcopi Camisinæ civitatis, de quo inter alia refert Gregorius,* 3 *Dialog. quod cum procurante ejus Archidiacono qui episcopatum ambiebat, venenum sibi fuisset propinatum, spiritu prophetico hoc cognoscens, sine læsione biberit ; mandans archidiacono : Ego venenum bibo, sed tu episcopus non eris. Eadem igitur hora archidiaconus defunctus est.* Hic haud dubie est Sabinus Canusinus, de quo IX hujus.

Sabini

MOLAN. De Polychronio, litteris Italicis textui addit verba Adonis : *Scriptum est in passione sancti Laurentii*, quam multi apocrypham censent. In fine post *episcopi*, assuit verba superius rejecta : *Tolosanæ civitatis in pago Taruanensi, cujus gesta habentur.* De Lupiano et Bonosio, quæ supra. Tum litteris minutis : *Sabini episcopi Canusinæ civitatis, de quo refert Gregor.* 3 *Dialogorum.* In aliis editionibus, de Silvino apposuit : *Monasterio Sithiu* : quare non *Alciaci*, vulgo *Auchy ?* Denique in fine : *Die decima septima, sancti martyris Theodori tironis.*

Theodori

XII *Kal.* *Die* 18.

Simeonis

Natalis beati Simeonis episcopi et martyris, qui propinquus Salvatoris secundem carnem extitisse dinoscitur, ac filius Cleophæ, qui fuit frater Joseph. Hic Hierosolimorum episcopus post Jacobum fratrem Domini ordinatus, persecutione Trajani multo tempore suppliciis affectus, martyrio consummatus est. Omnibus qui aderant et ipso judice mirantibus, ut centum viginti annorum senex crucis supplicium pertulisset. Civitate Ostia, sanctorum martyrum Maximi, Claudii et uxoris ejus Prepedignæ cum duobus filius, qui cum essent præclarissimi generis, jubente Diocletiano sunt tenti atque in exilium deportati; deinde incendio concremati, odoriferum sacrificium martyrii Deo reddiderunt.

Maximi, Claudii, Præpedignæ et plurium

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Simeonis* legunt Herinien. Tornacen. et Molan. quos hic ut alibi sequimur : Praten. et Antverp-Maj. *Simonis* ; Munerat. et Greven. *Symeonis.* Scripsi *dinoscitur*, ut est fere in omnibus, quidquid scrupulosior in hujusmodi minutiis dici possim. Sic non correxi, *Hierosolimorum*, quod ita passim corrupte legitur, ut alibi diximus. Tornac. neglexit, articulum *hic* scripsitque *Jherosolimitanorum.* Munerat. pro *consummatus est*, ponit *consummatur.* In Antverp-Maj. post *mirantibus*, ante CXX *annorum*, deest *ut.* Herinien. Tornacen. et Antverp.-Maj. habent *Hostia,* reliqui ut in textu. *Prepedigne* Praten. et alii, putavi servandam diphthongum saltem ultimam. Tornacen. omisit, *cum essent præclarissimi generis* ; Munerat. *Deo.* Hic obiter advertendum, codices binos passim satis genuinos, Marchianensem et Aquicinctinum ad usque XXIII hujus, per sex integros dies, valde perturbatos esse, transpositis Sanctis, qui in Usuardo leguntur, additisque aliis ipsi ignotis, sic ut a non nemine studiose et pro arbitrio corrupti fuisse videantur.

Symeonis.

OBSERVATIO. *Simeon* vel *Simon*, qui de fratribus Christi Salvatoris fuisse dicitur, primum in Martyrologiis innotescit ex Romano parvo : *Jerosolymis, Simeonis episcopi et martyris.* His in Martyrologio editionis Rosweydi adjecit Ado : *Qui traditur propinquus Salvatoris secundum carnem fuisse*, nec de præfata cognatione quidquam amplius in festivitatibus Apostolorum II Maii, quo die ibi Simeon refertur, et unde sua omnia accepit Usuardus, præter insertam clausulam de fraternitate *Joseph* et *Cleophæ*, quam a Mosandro Adoni tributam Rosweydus in ejus Martyrologio expunxit et in appendicem rejecit ; non recte, opinor, cum et in Notkero tota habeatur, qualem lectori exhibeo : *Constat tamen quia de Cleopha, cujus filius fuit, frater erat Joseph.* Vulgo notum est quot concertationibus et dissertationibus obnoxia sint ea, quæ Christi Domini carnalem propinquitatem spectant cum quatuor illis fratribus *Jacobo et Joseph et Simone et Juda*, Matth. 13 et Marc. 6 tam clare expressis. Utrum videlicet Josephi ex alio matrimonio filii, ut tradit Nicephorus Callistus ex divino Hippolyto apud Schelstratium tomo I Antiquitatis illustratæ pag. 507 ; an consobrini ex Maria Cleophæ, quam multi sororem statuunt B. V. Mariæ; an patrueles ex patre Cleopha Josephi fratre, ut in textu nostro dicitur ; an vero aliter eadem cognatio explicanda sit, de quibus judicium ferre nec hujus loci nec temporis est. Poterunt ea secundis curis examinari in Supplemento Februarii, vel forte

alibi,

alibi, dum in Actis occasio dabitur. Qui moram non patitur consulat interpretes; vel præter hodiernum in Actis commentarium, videat Florentinii Exercitationem IV pag. 161, dissertationem Henschenii de Jacobis I Maii, item Chronologiam episcoporum Hierosolymitanorum ante tomum 3 Maii et alibi; tum Tillemontium de hoc Simeone tomo 2 a pag. 186, de Jacobo minore tomo I a pag. 365, etc.; denique Castellani notam pag. 682 et 683. Quæ ad Simeonis martyrium attinent, ex Rufini Eusebio lib. 3. cap. 31 accepta sunt, in quibus Castellanus hallucinatus videtur, dum putavit Usuardum aliquid Adoni ex Rufino superaddidisse, nam is revera sua omnia ex Adone ipso desumpsit, ut facile vir eruditissimus invenire poterat, si præfatum Martyrologium in festivitatibus Apostolorum II Maii consuluisset. — *Maximi, Claudii, etc.* *Maximus, Claudius, Præpedigna, cum filiis Alexandro et Cutia* a Romano parvo, non ad *ostia Tyberina*, sed *Romæ* annuntiantur, hoc ordine : *Et Romæ, martyrum Claudii, Præpedignæ, Alexandri et Cutiæ et Maximi.* Ado eumdem servat ordinem, sed de loco forte subdubitans, positionem non expressit. Noster *Maximum* præposuit, omissis filiorum nominibus ; sed quid ei ansam dederit *Ostiam* nominandi, non video, nisi quod Claudii, uxoris et filiorum concremata corpora ibi in *Rheuma* (aquam præterfluentem) projecta dicantur, et a Christianis juxta eamdem civitatem sepulta. De cetero elogium totum ex Adonis narratione contractum est ; narratio autem Adonis ex Actis sanctæ Susannæ, de qua ad XI Augusti. Quam fidem ea Acta mereantur, hic non determino, sunt qui omnino rejicienda existiment. Ceterum Usuardini textus nostri originem et sinceritatem ostendimus.

AUCTARIA.

MARCHIANEN. Hodiernum textum cum sequenti commiscet ; certe *Gabini* annuntiationem integram habet. Tum : *Publii et Juliani.* *In Africa, sanctorum Pulii* (Publii) *et Juliani.* Vide indicem Prætermissorum.

ROSWEYD. In prima purus, alteram jungit diei sequenti ; hic vero solum addit in fine : *Pimenii.* *Pimenii martyris.* Vide Acta.

PULSANEN. In Simeone mutilus, in aliis tantillum interpolatus est.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In Simeone puri sunt; inter Ostienses omittunt Maximum; et in *Rutuli et soc.* fine adjungunt : *In Africa, Rutuli, Silvani et Maximi.* Vide socios alios in Actis.

ANTVERP-MAX.LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Ferme conveniunt in modica textus interpolatione ; addunt nempe post *Joseph, nutritii Salvatoris*, et *Maximum* vocant *fratrem Claudii*. In fine concorditer adjiciunt : *Eodem die in Africa, sanctorum Rutuli*, etc. Eamdem accessionem habet LOVANIEN. Sed de martyribus Ostiensibus omnia omittit post, *cum duobus filiis.*

CENTULEN. In Simeone abbreviator, de aliis ex Adone subjungit : *Claudii, etc.* *Romæ, sanctorum martyrum Claudii et uxoris ejus Prædignæ, et filiorum Alexandri et Cutiæ, et fratris Claudii, nomine Maximi, qui cum essent præclarissimi generis, agente fratre eorum Gabino presbytero, baptizati sunt a Gaio Papa, et postmodum a Diocletiano diversis mortibus* *Dionysii.* *perempti sunt. Alexandriæ, beati Dionysii episcopi et martyris. Cœnobio Centula, depositio sancti An-* *Angilberti* *gilberti abbatis, qui septimus post beatum Richarium, Centulense monasterium feliciter rexit, cujus corpus cum viginti octo annis esset sepultum, incorruptum inventum est.*

BRUXELLEN. Textui non parum interpolato, subdit : *In Africa, sanctorum Rutuli, Silvani et* *Dionysii.* *Maximi. Apud Alexandriam, beati Dionysii episcopi, qui multis confessionibus clarus effectus est.* *Legontii* *Metis, sancti Legontii, ejusdem urbis episcopi et confessoris.* Colitur Dionysius XVII Novembris; an *martyris* titulo decorandus, alibi dicetur.

HAGENOYEN. Tantum non purus; adjungit : *In Africa, sanctorum martyrum Rutuli*, etc.

AQUICINCT. Conjungit textum hujus et sequentis diei, superaddens : *Item SS. Rutuli*, etc. De codicis illius confusione, supra dictum est.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine : *Apud Alexandriam, beati Dionysii episcopi. In Africa, sanctorum Rutuli, Silvani, et Maximi martyrum.*

CODEX D. DU CHEVAL signatus B. *Eodem die in Africa, sanctorum Rutuli, Silvani et Maximi.*

UGHELLIAN et CAUDIACENSIS : *In Africa, Rutuli*, etc.; jam satis sæpe repetita nomina.

ALTEMPSIAN. *Eodem die, sanctæ Constantinæ* *Constantinæ* *virginis et martyris. Apud Alexandriam, beati Dionysii episcopi, qui in multis sæpe confessionibus* *Dionysii.* *satis clarus, præ passionum tormentorumque diversitate, magnificus effectus est, quievit autem in pace tempore Galieni imperatoris.*

STROZZ. et MEDIC. *Ipso die, sanctæ Constantiæ* *Constantiæ* *virginis*, filiæ Constantini, quam eamdem crederem cum *Constantina* codicis ALTEMPSIANI, nisi illuc adderetur titulus *martyris*. Vide Acta.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Colonia Agrippina, commemoratio ossium sancti Panthaleonis* *Translationis capitis S. Pantaleonis Col.* *medici et martyris. Quando caput ejusdem sanctissimi martyris per Henricum militem, dominum de Ulmene, de Constantinopoli ad civitatem Coloniensem est translatum, anno incarnationis Dominicæ* MCCVIII. Mirum est, Rabanum hoc die cum longo elogio natalem sancti *Pantaleonis* referre. In reliquis editio illa fere similis codicibus supra citatis mediæ notæ.

BELIN. Textum purum habet in secunda editione; in prima pro *centum viginti*, scripsit *centum et novem*. In utraque est additamentum : *In* *Lucii, etc.* *Africa, Lucii, Silvani et Maximi.*

GREVEN. *Romæ, Pimenii presbyteri et Fausti* *Pimenii et aliorum ex Hieronymianis.* *martyrum. Item Rutuli, Classici, Damasi, Tulli, Lampasii, Majoli, Silvani et Maximi. Elasici, Secundini, Fructuli, Pauli.* Ex aliquo apographo Hieronym. accepti sunt. *In Hibernia, Culani epi-* *Culani.* *scopi et confessoris. Item Berethei, Marcelli.* *Marcelli.* Poterant hi superioribus annumerari et ad sequentem diem referri. *Item, Colomanni episcopi et confesso-* *Colomanni* *ris. Apud Coloniam Aggripinam, commemoratio ossium*, etc., ut supra.

MOLAN. Textui subnectit : *Ac sic postmodum apud Hostiam, in rheuma jactati : quorum reliquias Christiani perquisitas, juxta civitatem sepelierunt.* Quæ Adonis verba sunt. *In Africa, Lucii, Silvani et Maximi. Coloniæ, commemoratio ossium sanctissimi Panthaleonis martyris, quando caput*, etc. in aliis editionibus additur, minoribus litteris : *Pataris, sanctorum martyrum Leonis et Paregorii;* *Leonis et Paragorii.* de quibus Acta, quæ inter sincera et selecta edidit Ruinartius a pag. 610.

XI *Kal.* *Die* 19.

Gabinii.
Publii et Juliani.

Romæ, natalis sancti Gabinii presbiteri et martyris, qui a Diocletiano diu in custodia vinculis afflictus, pretiosa morte cœli gaudia comparavit. In Africa, sanctorum Publii et Juliani.

Ex *Pratensi*, *Heriniensi*, *Tornacensi* et *Antverp-Majore.*

VARIA LECTIO. Plures codices tum Mss. tum excusi legunt *Gabini*, non recte, cum Usuardus verosimillime Adonem secutus sit, hic Romanum parvum; in utroque autem habetur *Gabinii*, uti etiam in Notkero. Ex codicibus eam lectionem servant Herinien. Antverp-Maj. et alii. Ejusdem nominis transformationes exstant apud Bollandum. De *presbyteri*, *Diocletiano*, *Africa*, et hujusmodi minutiis, dictum est plus satis. *Pretiosi morte*, pro *pretiosa morte* in Antverp-Maj. scribæ oscitantiæ tribuendum est, uti et nonnulli alii nævi in uno alterove folio detrito aut avulso et subinde descripto. Sic ibi etiam legitur *Plubii*, pro *Publii*. Paucitatem purorum codicum facit appositio in fine tertii nominis, nempe *Marcelli*, qui in codicibus optimæ notæ Munerat. Belin. Greven. et Molan. adjicitur; sed nos aliorum lectionem præferendam censuimus.

Gabinii.

OBSERVATIO. Ex citatis die præcedenti sanctæ *Susannæ* Actis extractus quoque est hodiernus *Gabinius*, sic rursus a Romano parvo primum signatus : *Romæ, Gabinii presbyteri et martyris.* Breve elogium texuit Ado, in quo, præter ea, quæ a Nostro ad verbum descripta sunt, hoc solum inseritur, *patris beatissimæ Susannæ;* addere poterat, quod in multis apographis Usuardinis subinde adjunctum, *fratrem* fuisse *Caii Papæ* : cujus historiam gallice prosequens Tillemontius tomo 4, ibi pag. 572 de *Susanna*, *Claudio*, *Præpedigna* et aliis diei præcedentis, atque de hoc nostro *Gabinio*, more suo satis modeste, sed non satis in Actorum favorem decernit. Bollandus brevi commentario Gabiniana complectitur, ad sæpe citata Susannæ Acta lectorem remittens.

Publii et Juliani.

Henschenius de *Publio*, *Juliano* et sociis Africanis martyribus hoc die pluribus agens : *Illustris est*, inquit, *corona duodecim pugilum Christi, qui palmam martyrii in Africa promeriti sunt;* quo adducit Martyrologium Mss. ecclesiæ B. Mariæ Ultrajecti, quod a nobis *Usuardinum Rosweydi* vocatur, cujus verba in Auctariis primo loco dabimus. Repetenda sunt omnium nomina ex Hieronymianis valde dissimilibus, tum in martyrum numero, tum in eorum nomenclatura, ut ostendit Florentinius hic, atque ex Rabano et Notkero eorum descriptoribus aperte constat. Castellanus in his disquirendis et disponendis apprime diligens, duodenarium numerum non complet. At quidquid de aliis decem sociis statuatur, certe codices nostri puriores, solos illos duos *Publium* et *Julianum* commemorant, quibus auctiores aliqui *Marcellum*, alii alium vel alios pro arbitrio adjiciunt, ut in Variantibus diximus et infra magis patebit. Annuntiatio nostra pure Usuardina est, cui accinit Wandelbertus hoc versiculo :

Publius undecimum simul et Julianus adornant.

AUCTARIA.

ROSWEYD. Diximus die præcedenti ab ipso huc referri annuntiationem : *In civitate Ostia,*
Maximi Claudii, etc.
sanctorum martyrum Maximi, Claudii, etc. In Gabinio purus est. Tum adjicit : *In Africa, sanctorum Publii et Juliani martyrum et aliorum* x; de
Publii, Juliani et aliorum x.
quo numero ex hoc ipso Rosweydino codice, ab Henschenio accepto, diximus in Observatione.

Additur Marcelli.
MUNERAT. *In Africa, sanctorum martyrum Publii et Juliani et Marcelli. Treveris, sancti Leguntii episcopi et confessoris.*
Leguntii.

MM. Tyriorum.
MARCHIAN. Hoc die, posuit quæ nos cum Usuardo referemus xx : *Apud Tyrum*, etc.

PULSAN. Textui puro post Gabinium interjicit : *Eodem die apud Beneventum civitatem, natalis beati Barbati episcopi et confessoris.*
Barbati.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. *In Africa, sanctorum Publii, Juliani et Marcelli.*
Marcelli.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post *martyris*, inserunt : *Patris beatæ Susannæ, et fratris beati Gaii Papæ*, etc. *In Africa, sanctorum Publii, Juliani et Marcelli. Treveris, sancti Leguntii episcopi et confessoris.*

CENTULEN. Inserit, *patris beatissimæ Susannæ*, ut plures alii ex Adone.

BRUXELLEN. Omnia habet quæ codices mediæ notæ, et præterea in fine subjicit : *Alibi, sancti Pantaleonis martyris.* Vide Prætermissos. De eo agetur xxvii Julii.
Pantaleonis.

HAGENOYEN. Ceteris amplior, post *Gaii Papæ*, adjungit : *atque consanguinei Diocletiani imperatoris. Hic quia filiam ejus* (suam) *Susannam noluit dare in conjugem homini pagano, filio Diocletiani, Maximio, a Diocletiano diu in vinculis*, etc.
De Gabinio.
In Africa, sanctorum Publii, etc., ut supra. *In civitate Treveri, sancti Leguntii episcopi et confessoris. Hic translatus est in Scasusan.* Quem locum hic indigitet nescio, nisi forte ex affinitate nominis, conjiciatur Scaphusia Helvetiorum; sed de hac translatione nihil apud alios invenio. De duobus an uno solum Leguntio aliisque huc spectantibus, videantur Acta, hoc et priori die.
Leguntii.

AQUICINCT. Etiam habet hac die, ut MARCHIANENSIS, quæ ponenda sunt die sequenti.

VATICAN. quod olim fuit Beneventanum, num. 5949. Primo loco : *Beneventi, sancti Barbati episcopi et confessoris.* Ita Italici codices.
Barbati.

STROZZ.

STROZZ. et MEDIC. *Item sanctæ Susannæ virginis. Item sancti Barbati archiepiscopi et confessoris. Eodem die, sancti Eustachii patriarchæ ecclesiæ Constantinopolitanæ.* *Eustachii C. Politani*

CODEX ABDINGHEFFENSIS : *Treveris, sancti Licontii episcopi et confessoris.* Idem est qui *Leguntius* supra. Mancum est codicis istius fragmentum.

BELIN. In Gabinio purus, subdit cum plerisque : *In Africa, Publii, Juliani et Marcelli. Eodem die, sancti Eustachii patriarchæ ecclesiæ Constantinopolitanæ.* Vide Prætermissos. *Eustachii*

GREVEN. Etiam addit *Marcellum* cum MOLAN. ut dixi. Auctarium vero ita incipit : *Præfatus Gabinus fuit pater sanctæ Susannæ virginis et martyris, de qua infra* III *Idus Augusti; frater vero sancti Gaii Papæ.* Vide Observationem. *Eodem die Treveris, sancti Leguntii episcopi et confessoris. Item Juliani martyris. Item Marubii. Decentii confessoris.* De hoc vide Prætermissos, duo alii ex Hieronymianis sumpti videntur; hic et alibi passim incuriose congesti. *Leguntii. Juliani. Marubii. Decentii*

MOLAN. Diximus supra de Marcello textui superaddito. *Eodem die, sancti Eustachii*, etc., ut BELINUS. *Treveris, sancti Leguntii*, etc. Tum minori charactere : *Obiit Bonifacius Lausanensis episcopus in Burgundia. Hic Bruxella natus, et in Camera monasterio Cisterciensis ordinis, juxta idem oppidum, quievit anno* MCCLX, *in vita et post mortem miraculis clarus.* In posterioribus editionibus pro *Eustachii*, scribit *Eustathii*, eique et Leguntio superaddit : *Civitate Benevento, sancti Barbati episcopi et confessoris.* Exinde litteris minutioribus : *Item sancti et gloriosi admirabilium operum effectoris, patris Auxibii, archiepiscopi Soliensis, qui fuit discipulus sancti benedictique Apostoli et Evangelistæ Marci. Eodem die obiit, Bonifacius Lausanensis*, etc., ut supra, præter ultima verba, *anno* MCCLX, *in vita et post mortem miraculis clarus.* *Bonifacii Lausanensis. Auxibii.*

X *Kal.* *Die* 20.

Apud Tyrum civitatem, beatorum martyrum, quorum numerum solius Dei scientia colligit. Qui jubente Diocletiano, multis tormentorum suppliciis sibi invicem succedentibus occisi sunt. Primo quidem flagris per omne corpus dilaniati, dehinc diversis bestiarum generibus traditi, sed ab his divina virtute custoditi, post addita feritate ignis et ferri, martyrium consummarunt. Horum gloriosam multitudinem incitabant ad victoriam Tyrannio et Silvanus, sed et Peleus atque Linus episcopi, Zenobius quoque presbiter, qui felici agone una cum eis martyrii palmam adeptus est. In Cypro insula, sanctorum Potamii et Nemesii. Alemannia, sancti Galli presbiteri et confessoris. *Martyrum Tyriorum. Potamii et Nemesii. Galli.*

Sic pure habent *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Belini editio altera, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Incitabat* pro *incitabant* male scribit Molan. Non unus hujusmodi error in Belino : nempe *Tyrannius* pro *Tyrannio; Pelagius* pro *Peleus; episcopus* pro *episcopi.* Legendum esset *Nilus* ut habetur in Adone atque in Eusebio, imo et in ipso Usuardo XIX Septembris, sed hic errantes codices sequi cogimur. *Cipro* habent Praten. et Greven.; melius alii ut in textu. Rursus Greven. et Molan. *Pothamii ;* præfero ceteros. Belin. omisit in fine titulum *presbyteri.* Turpioribus sphalmatis fædatur codex Antverp-Maj. in quo desunt verba, *quorum numerum* ; male legitur, *tormentis tormentorum suppliciis;* item, *post additi feritatem ignis ferro.* Post *Alemannia*, habetur, *Secundi sancti Galli*, forte quod paginas vacuas supplentis imperitia *Secundinum* diei sequentis huc intruserit. Pratensem codicem hic inter puros connumero, quod in nostro apographo textus integer et ipsa etiam annuntiatio sancti Galli aperte exprimatur, quidquid mihi significarit Castellanus, eam nec XX Februarii, nec XVI Octobris, in ipso prætenso autographo reperiri.

OBSERVATIO. De prima martyrum turma vel manipulo, ex sæpe citato et solito suo auctore Rufini Eusebio, ita inter Martyrologos primus scripsit Romani parvi compilator : *Apud Tyrum, martyrum, quorum numerum Dei scientia sola colligit, quos Veturius magister militiæ, jubente Diocletiano, diversis tormentis occidit.* Veturius ille, aut ex Eusebii Chronico, aut ex nescio quibus Actis, quæ intercidisse opinatur Bollandus, hic adjectus est. Breviorem periodum multis ampliavit Ado, ex laudati Scriptoris lib. 8 cap. 7 magnam elogii sui partem describens, veram quidem et sinceram quousque Rufinum hic sequitur, sed in aliis cum ejusdem cap. 14 confusam, dum adduntur incitatores episcopi, quorum plerosque constat ad alia ferme loca, certe ad alia tempora pertinere, quin et alio mortis genere agonem complevisse, ut patebit ex XIX Septembris et XXIX Octobris, ubi de aliquibus seorsim agemus. Interim ex Adone derivata sunt, quæ Usuardus et Notkerus, atque ex his recentiores Martyrologi acceperunt, servata confusione, quam in Actis antiquitus interpolatis repertam Bollandus existimat. Præterea martyrum Tyriorum numerum ignoravit Ado, utpote quem nec Rufinus ipse expressit, in Eusebio Valesii parenthesi inclusum, et ad *solos quinque* contractum, qui ex phrasi Romani parvi ad plurimos, quos nempe *sola Dei scientia colligit*, extendi videtur. Vide Bollandi, commentarium historicum, in quo episcopis illis et aliis proprii dies assignantur, ut supra indicare cœpimus. Bollandum secuti sunt Tillemontius tomo 5 pag. 440 et Castellanus pag. 696 et 697. De Tyriis hisce martyribus, in Hieronymianis apographis, Beda, Floro, *Martyrum Tyriorum.*

Rabano,

Rabano, et Wandelberto nihil legitur. Scio, Molanum metrico isti Martyrologo hæc adscribere voluisse :

Mox decimus laudem recolit famamque coronat,
Multorum Tyri fuso qui sanguine clarent ;

at hujus supplementum merito respuendum censuit Bollandus, unicum Wandelberti versiculum sic terminans :

Mox decimus laudem recolit famamque Coronæ ;

de qua Martyre cum *Victore* conjuncta, vide hoc die Hieronymiana, Rabanum, Notkerum et Henschenium in commentario plura dubia explicantem. — *Potamius* et *Nemesius* ex puriori aliquo Hieronym. apographo accepti sunt, sed sejuncti a *Dydimo*, quem Rabanus et Notkerus aliis recte sociaverunt. *Potamiæ*, *Potaminæ*, *Misis*, *Nemisis* et *Nemersi* et similia, scribarum oscitantiæ tribuenda videntur. Certe *Potamiam* vel *Pantamiam* inde effictam putamus, quæ in Auctariis sæpius recurret, *Caio* et *Victori* perperam subjuncta. Sintne porro alii Potamii et Nemesii socii, ut ex Corbeiensi codice erui videtur, incertum est. — *Sanctum Gallum abbatem* nominavit Ado, *miræ sanctitatis virum, discipulum sancti Columbani abbatis ;* Noster *presbyterum et confessorem ;* uterque hoc ipso die, tametsi natalem ejus referat Notkerus XVI Octobris, quo eum Bollandus remisit ; die vero sequenti ejusdem translationem. Cur hac die ab Adone celebretur, non equidem perspicio, nisi forte de alia translatione aut elevatione agatur. Minus etiam video, qua ratione Baronius præfatos Martyrologos citare potuerit pro XVI Octobris, ubi *Gallus* a Mosandro asterisco notatur, a Rosweydo in appendicem rejicitur. Forte a Mss. aliquo Adone deceptus fuerit, certe Usuardus, saltem purus, eo die de nullo sancto Gallo meminit, nisi hic Belini textum Baronius pro Usuardino acceperit.

Potamii et Nemesii. *Galli.*

AUCTARIA.

MARCHIAN. Hodie ponit, quæ ad diem sequentem pertinent, omisso solum nomine *Servuli*.

TORNACEN. Incipit a proprio loci : *In Tornaco civitate, restitutio sancti Eleutherii episcopi et confessoris*. Vide Acta. Dehinc laterculum exhibet incompletum, integro folio ex codice avulso, sic ut tantum integer sit IV Kal. Martii seu XXVI hujus. De majori lacuna agemus IX Augusti. *(Eleutherii Tornac. ep.)*

ROSWEYD. Prima annuntiatio est : *Romæ, depositio Gai episcopi*. Sumitur ex Hieronymianis ; a Nostro ponitur XXII Aprilis. Sequitur : *In Cipro insula*, etc. Deinde de Tyriis, satis pure. De Gallo, nihil. *(Caii.)*

PULSANEN. Ferme purus esset, nisi deficeret in ultima annuntiatione de S. Gallo.

AQUICINCT. Turbato ordine, hic habet quæ ad sequentem diem referenda sunt ; et post *viginti*, in fine addit : *In Hasbania apud S. Trudonem, depositio sancti Eucherii confessoris, Aurelianensis episcopi, qui a Carolo Martello in exilium missus, ibidem in Christo quievit*. *(Eucherii.)*

VICTORIN. Ultimam sic format : *In Alemannia, sancti Galli episcopi et confessoris.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Omittunt *S. Galli* memoriam, ejus loco substituentes : *Romæ, sanctorum Gaii, Victoris et Pantamiæ*. Secundus codex scribit, *Pantaniæ* ; at quomodocumque inflectatur, non alia statui potest a sancto *Potamio*, ut supra diximus. Cum citatis codicibus conveniunt BIGOTIAN. signatus P. 5, et D. DU CHEVAL, signatus B. Nusquam recta illorum trium connexio. Jam diximus primum spectare ad XXII Aprilis, ultimum nomen probabilissime fictitium est ; ex apographis Hieronymianis *Victor* cum *Corona* copulandus est, qui hoc die in Actis referuntur. *(Gaii et soc.)*

ANTVERP-MAX. UXTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Secundo loco ponunt : *Romæ, sanctorum Gaii, Victoris et Pantamiæ*. Tum de Potamio et Nemesio, pure. Denique : *Eodem die, sancti Eucherii Aurelianensis episcopi et confessoris, qui pro fide Christi exilio relegatus, cum sancto Trudone honorifice quiescit*. Deest in omnibus ultima annuntiatio. *(Eucherii.)*

CENTULEN. Diversum habet a reliquis exordium : *Alexandriæ, sanctorum martyrum Juliani, Euni, Macharii, Epimachi, Alexandri, Metrani, Apolloniæ, Ammonariæ, Chorintæ, et cum aliis decem*. Ita fere etiam EDITIO LUBECO-COL. infra. Ceterum proprii horum martyrum natales dies videndi in catalogo Prætermissorum hac die. Tyriorum elogium mutilat, Potamium et Nemesium omittens. *In Alemannia, sancti Galli abbatis.* *(Juliani et aliorum Alexand. MM.)*

BRUXELLEN. In martyribus Tyriis non nihil luxuriat, sed quæ textum excedunt, describi non merentur. Secundo loco ita habet : *Romæ, natale sancti Eleutherii Papæ et martyris, a quo Lucius rex Britanniæ per epistolam se fieri Christianum postulavit. Et misit Papa duos viros religiosos, qui regem cum populo baptizarunt. Et tandem ipse Papa martyrio coronatur*. In Prætermissis remittitur ad XXVI Maii. *Eodem die Romæ, sanctorum Gaii, Victoris et Panthamiæ. In Cypro insula*, etc. *Item, sancti Eucherii Aurelianensis episcopi et confessoris : qui pro fide Christi exilio relegatus, in Hasbania, cum sancto Trudone honorifice quiescit.* *(Eleutherii PP. et mart.)* *(Gaii et soc.)* *(Eucherii.)*

HAGENOYEN. In martyribus Tyriis fere purus, secundo loco habet : *Eodem die, Eucherii Aurelianensis*, etc., ut codices mediæ notæ, supra. Sequitur de Potamio, etc. Deinde de Caio, etc. In fine : *Apud Tornatum, beati Eleutherii episcopi et confessoris.* *(Eleutherii Torn. ep.)*

MUNERAT. Textui puro subnectit sequentia : *Aurelianis, sancti Elutherii* (vult dicere *Eucherii*) *episcopi et confessoris, qui pro fide Christi exilio relegatus, cum sancto Trudone honorifice quiescit.* *(Eucherii.)*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Apud Tyrum, plurimorum martyrum, qui ad exhortationem Silvani cum suis passi sunt. Eleuterii episcopi et martyris. Eucherii episcopi Aurelianensis.*

BELIN. In prima sua editione omisit annuntiationem sancti Galli.

EDITIO LUBECO-COL. In martyribus Tyriis nonnihil interpolata, secundo loco habet : *Romæ, sanctorum Caii, Victoris et Pantamiæ martyrum*. Sequitur de Potamio et Nemesio. *Eodem die,* *(Caii et soc.)*

sancti

sancti Eucherii Aurelianensis episcopi, etc. *Alexandriæ, passio sanctorum martyrum Juliani, Eunii, Macharii et Epimachi, Alexandri et Metranii, Apolloniæ et Ammonariæ ac Corinthæ cum aliis decem, sub Decio imperatore.* De his superius egimus ex CENTULENSI.

Alexandrinorum martyrum.

GREVEN. *Romæ, Gaii, Victoris et Pantamiæ martyrum. Aurelianis, sancti Eleutherii* (lege *Eucherii) episcopi et confessoris, qui pro fide Christi exilio relegatus, cum sancto Trudone honorifice quiescit. Juliani et Euni, ministri sui, martyrum, quos Ado et Usuardus* III *Kal. Martii ponunt. Coronæ martyris et aliorum.* Ista Victori et sociis XX, in Actis jungitur, melius quam Victor Caio et Pantamiæ. *Eustochii virginis. Humbergæ comitissæ.* Vide Prætermissos. *Didimi martyris* Potamio et Nemesio conjungendi.

Caii et soc. *Eucherii.* *Juliani et Euni.* *Coronæ.* *Eustochii.* *Humbergæ.* *Didimi.*

MOLAN. De Gallo subdit, quæ superius ex Adone notavimus : *abbatis, miræ sanctitatis viri, discipuli sancti Columbani abbatis. In Sarchinio, monasterio sancti Trudonis, depositio beati Eucherii, qui Aurelianensium episcopus, a Carolo exilio est relegatus : quod tamen cum pro justitia fuisse perpessum crebra miracula, quæ per ejus sacra merita divina fieri concedit clementia, sunt indicio.* In aliis editionibus omittitur *Gallus.* Auctarium incipit : *Tornaco civitate, depositio sancti Eleutherii, episcopi et confessoris ecclesiæ ejusdem. In Sarchinio*, etc. *Die vigesima, sancti patris Leonis episcopi Cataniæ in Sicilia.* Subditur charactere minori : *Apud Persidem, sancti Sadoth episcopi, et centum viginti octo, qui cum eo subiere martyrium, in secundo anno persecutionis Saporis.* Egregii hujus antistitis et sociorum Acta, et gravia et sincera sunt, a Ruinartio ex opere nostro reproducta a pag. 642.

De Gallo. *De Eucherio* *Eleutherii Tornac. ep.* *Leonis.* *Sadoth et CXXVIII MM.*

IX *Kal.* *Die* 21.

Apud Siciliam, sanctorum martyrum septuaginta novem, qui sub Diocletiano per diversa tormenta confessionis suæ coronam a Christo sibi paratam percipere meruerunt. In Africa civitate Adrumeto, sanctorum Veroli, Secundini, Servuli et aliorum viginti.

Siculorum Mart. LXXIX. *Veroli et soc.*

Sumuntur ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Adde *Antverp-Max. Lovan. Leyden-Belg.* et *Edit. Ultraject-Belg.*

VARIA LECTIO. Lovanien. in eo a ceteris differt, quod legat, *per diversa tormentorum genera.* Sic Belin. pro, *confessionis suæ coronam,* posuit, *in confessione sua coronam. A Christo sibi præparatam* scribunt Herinien. Pulsanen. Munerat. Belin. Antverp-Max. et Lovanien. : textus Adoni conformis est. Antverp-Maj. et *paratam* et *præparatam* omisit. Belin. in prima editione legit *Secundi* pro *Secundini*, sed hoc in altera correctum est. *Neroli* in Max-Lubec. ex iis erroribus est, quibus ea editio passim redundat ; sic in Antverp-Maj. *Vetoli.* Certe *Veroli* scribunt codices nostri omnes, non *Veruli* ut recentiores cum hodierno Romano.

OBSERVATIO. En denuo coronam anonymorum Martyrum, de qua silent Hieronymiana apographa, Beda et reliqui Martyrologi, die præcedenti citati ; eam vero memorant Martyrologi illi, qui in serie nostra sunt, præeunte Romano parvo his verbis : *In Sicilia, Martyrum* LXXIX, *sub Diocletiano diversis tormentis passorum.* Proximus huic Ado idem dicit nonnihil paraphrastice, eo nimirum modo, qui ex ipso acceptus, in textu nostro exprimitur. Eumdem descripsit Notkerus. Quod in editione Canisii pro septuaginta novem, legatur *septuaginta quatuor*, inde factum arbitror, quod librarius litteras numerales non recte distinxerit, facili mutatione LXXIV pro LXXIX. Habes hic ipsissimum fontem, ex quo hausere ceteri Martyrologi magno numero ab Henschenio et operose enumerati ; non ita Galesinius et Ferrarius, qui plusculum genio indulsisse videntur, hic dum *Cæsaraugustæ* eos martyres tribuit, ille dum *crucis supplicium* passos, gratis commemorat. Ne pluribus morer, probabilius est *Syracusis* adscribendos ; de certamine autem frustra alibi plus quæsiveris, quam quod a Romano parvo expressum est. Nec recte a Galesinio citatur Wandelbertus, apud quem nullum eorum invenies, qui in hodierno textu celebrantur.

Mart. LXXIX.

Circa Adrumetinos, tria expendit laudatus Henschenius in Sylloge historica : *Qua scilicet fuerit constituta hisce athletis palæstra victoriæ? Quot ii fuerint, quæque eorum nomina? Quo potissimum floruerint tempore, seu quanam persecutione cæsi?* Atque hæc etiam ex Martyrologiis plurimis solita diligentia eruderare conatur. Rem ad principia revocare necesse est, recurrendo ad Hieronymiana, ex quibus tota illa cohors, pro majori parte anonyma, desumpta primum fuit, tum a Rabano, tum a Nostro, tum a Notkero; a singulis diversimode, unde et in recentioribus orta varietas. Ut de solo Usuardo agamus, recte ex Hieronymianis *Adrumeti* collocantur ; in numero et nominibus, nec præfata apographa, nec Rabanus et Notkerus inter se, nec cum Nostro conveniunt. Putat Castellanus, numerum satis exacte ab Usuardo ex primis fontibus determinatum; mihi non lubet quidquam superaddere Henschenii et Florentinii notationibus. De persecutionis aut cædis tempore, nihil ab antiquioribus traditum. Suspicor, Galesinium, Martyrologii Romani reformatores induxisse, ad designandam *persecutionem Wandalicam*, contra codicum Usuardinorum et ipsius Belini silentium. Quodnam vetus Ms. in notis appellet Baronius, nescio : si S. Cyriaci Martyrologium indicatet,

Veroli et soc.

virum

virum eminentissimum memoria lapsum, fateri oportet. Quæ Petrus in Catalogo refert lib. 11 sub finem num. 75, ex Usuardo accepta videntur.

AUCTARIA.

Consecrationis altarium in S. Germani monasterio. In Pratensi nostro ad marginem legitur: *Apud monasterium sancti Germani, consecratio altaris in honore beatorum martyrum Joannis et Pauli, et sancti Blasii, nec non sanctorum confessorum Benedicti, Lupi et Egidii. Item, consecratio altaris in honore sanctorum Innocentium et sanctarum virginum Columbæ, Margaritæ, Catharinæ.*

Marchian. Hæret adhuc in perturbatione, hic ponens, quæ Usuardus habet xxiii, pauculis etiam mutatis, quæ ibi restituentur.

Ultraj. Leyden. Albergen. et Danic. Textui puro superaddunt : *Methis civitate, natale sancti Felicis episcopi et confessoris, qui sedit annos quadraginta duos et menses sex.* *Felicis.*

Rosweyd. In textu satis purus, post, *viginti*, de suo adjicit : *Qui jubente Diocletiano, per diversa tormenta occisi sunt.*

Centulen. Pro *septuaginta novem*, scribit, *septuaginta octo.*

Bruxellen. Textum fere purum refert ; addit autem : *Mettis, sancti Felicis episcopi et confessoris, qui sedit*, etc. Tum : *Apud Landenen, Brabantiæ civitatem grandem, depositio Pippini ducis, patris sanctarum Begghæ et Gertrudis. Qui Major regiæ domus et regni gubernator existens, præstabat tam in bellis fortitudine, quam justitia in pace. Erat enim erga Regem fidei servantissimus, et erga populum tenacissimus æquitatis, et in disceptanda utrorumque causa, firmissimo animi judicio persistens. Nec munera populi ad subvertendum jus regnum, nec gratiam regis, ad obruendam populi justitiam attendebat. Hic apud Nivellam cum filia sua Gertrude quiescit.* *Pippini.*

Hagenoyen. Secundo loco interjicit : *Denallis* (vox mutila est, vult dicere *in Grandivalle*) *sancti Germani abbatis et martyris. Romæ, Syricii Papæ. In Africa, civitate Adrumeto, sanctorum martyrum Ferreoli, Secundiæ, Servuli et sociorum suorum viginti. In Quidelenburg, territorio Hilverstadensis diœcesis, sanctæ Coronæ inter arbores scissæ. Ipso die in civitate Metis, depositio sancti Felicis episcopi et confessoris, qui feliciter ibi sedit annis* xlii *et mensibus* vi, *regens populum sibi commissum verbo et exemplo.* Syricius et Corona hac die ne inter Prætermissos quidem in Actis memorantur. *Germani. Syricii PP. Adrumetinorum MM. Coronæ. Felicis.*

Aquicinct. Convenit cum Marchianensi in transpositione dierum.

Victorin. Legit *Secundiani* pro *Secundini.*

Matric-Cartus-Ultraject. Habet in fine, *Bertulphi confessoris.* De eo in Actis v hujus. *Bertulphi.*

Altemps. *In pago Meldicensi, sanctæ Dercangotæ, vel Descangotæ virginis.* Ea Bollando ignota fuit. An et quæ fuerit in Supplemento examinabitur, nisi forte eadem sit, quæ xxiii Februarii in Actis vocatur *Earcongota.* *Dercangotæ.*

Strozz. et Medic. *Apud civitatem Ravennæ, sancti Maximiani archiepiscopi et confessoris.* Differtur in Actis ad diem sequentem. *Maximiani*

Editio Lubeco-Col. Per omnia similis est codicibus mediæ notæ.

Greven. *Hilarii Papæ et martyris.* Non fuit Hilarus Papa, martyr, nec ad hunc diem, sed ad x Septembris spectat. *Item, Syrici, Saturnini, Fortunati, Jocundi episcopi, Victorini, Petri.* Sunt hi omnes ex numero martyrum Adrumetinorum, si duos postremos excipias. Ubi autem invenerit Grevenus, *Jocundum* fuisse *episcopum*, nescio. *Metis, sancti Felicis episcopi et confessoris, qui sedit annis quadraginta duobus et mensibus sex. Bertulphi confessoris. Serenæ martyris. Eleutherii episcopi. Romæ, Symmachi Papæ et confessoris.* De quatuor ultimis, vide indicem Prætermissorum. *Hilarii PP. Syrici et soc. Felicis. Bertulphi. Serenæ. Eleutherii. Symmachi.*

Molan. *Methis civitate*, etc. *Et depositio Eleutherii episcopi.* Tum litteris minutioribus : *Tornacensis, in cathedrali ecclesia quiescentis. In Galliis, Vitalinæ virginis sanctissimæ.* Deinde : *Liber anniversariorum apud Canonicas Nivellæ : Vigiliæ dispersæ sancti Pipini.* Quid sint *Vigiliæ dispersæ*, neque in hac neque in aliis editionibus explicatum invenio. Porro in his præterea additur : *Die vigesima prima, sancti patris Timothei, qui fuit in Symbolis. Mediolani, festum sancti Ambrosii, pro victoria, ipso invocato, adepta ad Parabiagum, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo octavo.* Vide de hoc qualicumque festo, inter Prætermissos. Sequitur denuo minori charactere : *Eodem die, obitus sancti Pipini, et vigiliæ dispersæ sancti Pipini, cujus corpus Nivellæ quiescit in tumba portatili, et circumfertur in Litaniis, sicut et Idubergæ, et nutricis sanctæ Gertrudis.* Vide Bollandum hoc die pag. 259. *Vitalinæ. Vigiliæ dispersæ S. Pippini. Timothei. De Ambrosio.*

VIII *Kal.* *Die* 22.

Cathedræ Antiochenæ. Papiæ. Aristionis. Abilii.

Apud Antiochiam, Cathedræ sancti Petri. Eodem die, beati Papiæ Hierapolitanæ civitatis episcopi, qui Joannis Apostoli auditor, Policarpi autem condiscipulus et sodalis fuit. Item, sancti Aristionis, qui fuit unus de septuaginta duobus Christi discipulis. Alexandriæ, sancti Abilii episcopi, qui post beatum Marcum secundus episcopus, tredecim annos sacerdotium virtute conspicuus ministravit.

Ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Pulsan. Antverp. Max-Lubec. Belin. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. Pulsanen. et Belinus scribunt, *Petri Apostoli;* textus ex Beda, Rom. parvo et Adone purus est. Non solus Belinus, sed codices omnes scribunt *beati Papiæ*, ut proinde mirer, id in Belino scrupuli Castellanum observasse pag. 709 in fine. Recte hic etiam legitur, *Hierapolitanæ*,

tanæ, male Herinien. *Jerapolinæ;* Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Greven. et Rosweyd. *Jerapolitanæ*; Belin. *Hierapolitanæ*; Antverp-Maj. *Terapolitanæ*. Hic idem codex pro *condiscipulus*, scripsit, *discipulus*; Rosweyd. pro *sodalis fuit*, repetiit *auditor fuit*. Praten. et plerique alii codices habent *Policarpi*, de quo alias satis dictum est. Pulsanen. qui Petro *Apostoli* titulum adjecerat, Joanni subtraxit, et post *Polycarpi* omisit *autem*. Sic Belin. in altera editione, pro *auditor* scripsit *adjutor*. Rosweyd. pro LXXII, habet LXX. Rursus Belin. in prima editione posuit *Abili*, pejus Pulsan. *Babbilii*. Rosweyd. pro XIII legit XII. *Annos* vel *annis* perinde est. Molan. in prima editione omisit *Sacerdotium*, restituit in posterioribus. Antverp. Max-Lubec. et Belin. pro *virtute conspicuus*, legunt, *vita conspicuus*; Pulsanen. autem vocem interserit, sic habens : *fideliter amministravit*. In Rosweyd. deest *virtute*.

Cathedræ Antiochenæ

OBSERVATIO. Vetustissimum Kalendarium, quod ab editore passim Bucherianum vocamus, ita hoc die enuntiat : *Natale Petri de Cathedra*; quod est *celebritas*, *festivitas*, seu *solemnitas* Cathedræ, ut explicat Florentinius hic et pluribus Castellanus, ubi de voce *Natalis* ad VI Januarii pag. 100. Consonat Gregorii Sacramentarium simpliciter legens : *Cathedra sancti Petri*. Hactenus indefinite, ut utrum de *Antiochena Cathedra*, an de *Romana* sermo sit, discernere omnino non liceat, quemadmodum dicere cœpimus XVIII Januarii, et satis apposite ex Menardo et Pamelio opinatur Joannes Fronto ad Kalendarium pag. 28. Vide Menardum ipsum in notis ad Sacramentarium Gregorii pag. 46 et 47. Aliter loquuntur Hieronymiana apographa, inter quæ Epternacense brevissime : *Cathedra Petri in Antiochia*; Lucense : *Natalis sancti Petri Apostoli Cathedra, quam resedit apud Antiochiam*; paulo aliter Corbeiense : *Natalis Cathedræ sancti Petri Apostoli, qua sedit apud Antiochiam*; vulgatum ab Acherio, simplicius : *Cathedra sancti Petri, qua*, etc. Omnia certe eo conspirant, ut diversum hoc festum a Romana Cathedra statuant. In eam sententiam eunt sequentes Martyrologi omnes Romanum parvum, Beda, Rabanus, Ado, Usuardus, Notkerus, quorum eadem verba sunt, quæ in textu nostro recitantur; nam Rabani et Notkeri brevissima additamenta, nihil prorsus de totius rei integritate imminuunt. Cetera, quæ pluribus dissertationibus pridem obnoxia diximus, inquirat curiosus lector in hodierno Bollandi commentario et in Florentinii notatione, ubi Belethi verba de festo *B. Petri Epularum* a Bollando relata, aliaque eo spectantia accuratius expenduntur. Plura discussa sunt XXIX Junii commentario prævio. § 5 a pag. 407, et inter Analecta § 12 et 13 a pag. 456, quibus junge Castellani notam a pag. 706. Laudatis Martyrographis plane concinit vincta numeris Wandelberti expositio :

Octavoque Petri Cathedra et doctrina coruscat,
Urbs læta Antiochi quo primum præsule vernat.

Papiæ.

Papiæ nomen in nullis Martyrologiis Viennensi antiquioribus consignatum est; sed ab eo positum propter affinitatem cum nomine *Papæ*, ut non satis apte conjectat Castellanus, vix cuiquam probatum iri existimo. Ceterum Ado Papiam, *sancti Apostoli auditorem* disertissime appellat; atque ex eo ferme verbatim Notkerus; Noster, limata nonnihil Adoniana phrasi, singularem præterea cum Polycarpo necessitudinem commemoravit. Scrupulo laborasse videtur Baronius, dum *Joannem seniorem* seu *πρεσβύτερον* Evangelistæ substituit, ut docte ostendit Henschenius et ex eo Castellanus a pag. 708, nec non Tillemontius tomo 2 a pag. 296, apud quos et eruditos alios recentiores non multa invenies, quæ in Supplemento locum habere debeant. — Prima *Aristionis* memoria a Romano parvo consecrata est, non hoc die sed XVII Octobris : *Et Aristionis, qui fuit unus de* LXX *Christi discipulis*. Hæc eadem verba ibi refert Ado, forte immemor se hoc die, opinor occasione sancti Papiæ, de Aristione egisse. Ea sola inter utrumque textum disparitas est, quod hic scripserit Ado : *qui fuit unus de* LXXII, quam plane phrasim ex ipso servant Usuardus et Notkerus, hoc solo die Sanctum celebrantes. Pauca, quæ de Aristione memorari possunt, ex Eusebio aut aliis brevi commentario complexus est Bollandus, nec plura reperit Tillemontius, eum cum Papia conjungens. *Aristionis.* — *Abilius*, alias *Avilius*, *Melius*, *Milius* vel *Melianus* Alexandrinus Patriarcha, verosimilius XXIX Augusti vita functus est, ut in Tractatu nostro Chronologico contra Tillemontium statuimus num. 71. Neque a definito ibi calculo, ex Martyrologiorum auctoritate recedendum putamus, cum Abilius a Romano parvo hoc die primum in ipsa relatus sit, pro mero, ut sæpius ejus auctor solet, arbitrio. Sic legit : *Alexandriæ, Abilii episcopi*. Ordinem et tempus regiminis adjecit Ado, Usuardus huic voces duas, *virtute conspicuus*; Notkerus pure Adonianus est. *Abilii.*

De Paschasio Adonis.

In Adone ultimo loco ponitur *Paschasius* Viennensis *admirandæ sanctitatis*; sed hic cum pluribus aliis, ipsius Adonis decessoribus, ab Usuardo prætermittitur, in nonnullis codicibus auctioribus adscriptus, ut mox videbitur.

AUCTARIA.

Consecrationis altaris in monasterio S. Germani.

PRATEN. Adjicit hic aliquis alteram altaris consecrationem monasterii illius sancti Germani propriam, his verbis : *Eodem die, consecratio altaris in honore beatorum martyrum Eustachii sociorumque ejus, et sancti confessoris Christi Medardi*.

MARCHIAN. Fere purus est, sed excluditur, quia sequenti die adhuc exerrat.

TORNACEN. Vacat, ut supra dictum est.

De Petri Cathedra.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post *Petri apostoli*, ita prosequuntur : *Quomodo ab Antiochensibus, pulso Symone mago, qui eos seduxerat ut sibi crederent et Petrum lapidarent, ipse Petrus susceptus est et in Cathedra pontificali exaltatus*. Codices iidem omnes, excepto ALBERG., ex Adone in fine subdunt : *Viennæ, sancti Paschasii episcopi et confessoris, admirandæ sanctitatis viri*. *Paschasii.*

CENTULEN.

CENTULEN. *Apud Antiochiam, Cathedra sancti Petri apostoli. Alexandriæ, sancti Abilii episcopi, qui post beatum Marcum secundus, Alexandrinam ecclesiam rexit. Apud Ierapolim, beati Papiæ episcopi, discipuli Johannis Evangelistæ.* Ita hoc die, sed XVII Maii eumdem Papiam repetit cum ipsissimo textus nostri hodierni elogio. Si hunc codicem vidisset Castellanus, eum pag. 709 Adoni non opposuisset. *Ipso die, beati Aristionis, antiqui Christi discipuli.*

De Petro BRUXELLEN. De Cathedra Petri ait : *Qui post Ascensionem Christi, Cathedram Sacerdotalem in partibus Orientis tenuit annis quatuor, deinde venit Antiochiam, et pulso Symone Mago, Cathedram pontificalem suscepit, quam ibi tenuit per annos septem. Quibus expletis, Petrus, ut Symonem Magum expugnaret, petiit Romam, et ibi annis viginti quinque, mensibus septem, diebus octo, ecclesiæ Romanæ digne præsedit; nullumque postea habuit successorem, qui tantum temporis in regimine summi Apostolatus expleret.* In Aristione, Papia et Abilio parum a puritate aberrat ; dein subdit : *Viennæ Galliæ, sancti Pacasii* (Paschasii) *episcopi et confessoris, viri admirandæ sanctitatis. Et Teclæ virginis.* *Paschasii.* *Teclæ*

HAGENOYEN. De Cathedra aliter loquitur : *In qua sedit, laudabiliter regens et docens populum, doctrinam suam miraculis confirmando. Et hæc Cathedra primo sibi in ecclesia Antiochena erecta est, quando filium Theophili principis civitatis illius per quatuordecim annos defunctum, a mortuis suscitavit. In qua sede sanctus Petrus sedit septem annis.* In Papia et Aristione fere purus est. *Alexandriæ, sancti Abalii episcopi, qui post beatum Marcum secundus erat episcopus, tredecim annos. Secundus erat sacerdos, omni virtute conspicuus. Viennæ, sancti Paschasii episcopi et confessoris, admirandæ sanctitatis viri.* *Paschasii.*

AQUICINCT. Et hic convenit cum MARCHIANEN.

CODEX. D. DU CHEVAL signatus C, qui fuit PP. Franciscanorum, in fine habet : *Natale sanctæ Teclæ virginis.* De hac vide indicem Prætermissorum ; atque in fonte Rabanum et Notkerum. *Teclæ*

ALTEMPS. *Eodem die, natale sanctæ Teclæ virginis. Item Wenloe monasterio, beatissimæ Mildburgæ virginis. Apud sanctum Edmundum, beati Firmini confessoris, germani sanctæ Ethedræ virginis.* De Milburga agitur XXIII Februarii. De Firmino alia opus est disquisitione. *Mildburgæ.* *Firmini.*

STROZZ. et MEDIC. *Item Romæ, sanctæ Romanæ virginis.* Vide Acta die sequenti, ubi de Romana Tudertina. *Romanæ.*

MUNERAT. Textui puro subnectit : *Viennæ, sancti Pascasii episcopi et confessoris, admirandæ sanctitatis viri.*

EDITIO LUBECO-COL. De Cathedra, eadem habet quæ codices mediæ notæ supra, in fine solum adjiciens : *In qua septem annos explevit.* In fine etiam : *Viennæ, sancti Paschasii*, etc.

GREVEN. *In Africa, Victorini, Palatini, Donati, Fortunæ et aliorum* XXIX. Sumpti sunt ex aliquo apographo Hieronym. *Romæ, Sirici Papæ et martyris.* Vide in Prætermissis. *Dionysiæ virginis et martyris.* Vide Prætermissos. *Viennæ, Paschasii episcopi*, etc. *Teclæ, alias Tedæ virginis.* Vide supra. *Victorini. et aliorum.* *Sirici. PP.* *Dionysiæ.* *Teclæ*

MOLAN. De Paschasio ut supra. *Translatio corporis sancti Guduuali archiepiscopi.* Expressius in editionibus aliis : *Gandavi, translatio corporis sancti Gudwali archiepiscopi.* Annua translationis istius memoria agitur III Decembris ; natalis est VI Junii. *Guduuali translationis.*

VII *Kal.* *Die* 23.

Sineri *Mart. LXII* *Policarpi confessoris*

Apud Syrmium, beati Sineri monachi et martyris[1], qui jubente Maximiano imperatore tentus, cum se Christianum esse confiteretur, capite cæsus est. Item, natalis saxaginta duorum, qui martyrii certamen in præfata urbe consummantes, regna mansura perceperunt. Ipso die, sancti Policarpi presbiteri et confessoris, qui cum beato Sebastiano plurimos ad Christi fidem convertit, atque ad martyrii gloriam exhortando perduxit.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Rosweyd. Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Sirmium* in *Firmum* transformant Antverp. et Max-Lubec. Munerat. in *Smyrnam*, ut male scripsit Notkerus, alios in errorem inducens ; nos *Syrmium* reliquimus, quod ita codices passim scribant ; Rosweyd. male *Sirnium*. Variant iidem in *Sineri* nomine, pro quo Antverp. *Sireneri* ; Max-Lubec. *Siveri* ; Munerat. *Sineti* enuntiant ; Rosweyd. *Sereni* ; Greven. et Molan. ex Adone *Syreni*. De eo plura in Observatione. *Duum* pro *duorum* scribit solum apographum nostrum Pratense, alii codices omnes ut in textu ; addidit Pulsanen. *militum*, sed et in eo singularis est. Antverp. Max-Lubec. et Molanus in I editione, ponunt *septuaginta duorum*, ast hic in posterioribus, Usuardi puritatem restituit. De *Policarpi*, *presbiteri* et hujusmodi aliis medii ævi orthographicis erroribus, satis alibi dictum est. *Consumentes* pro *consummantes* in Max-Lubec. ; *mensura* pro *mansura* in Munerato, sphalmata sunt vix notatu digna. Male in Pulsanen. legitur, *beato Stephano* pro *beato Sebastiano* ; *palmam* pro *gloriam* ; *exortando* pro *exhortando*. Greven. in editione anni MDXXI, videtur *Vigiliam Matthiæ* textui adnectere, verum cum in priori id plane distinxerit, eum inter puros codices numerandum censui.

Sineri. OBSERVATIO. *Sinerum* legimus cum probatissimis codicibus Usuardinis, quidquid sit de varia apud alios hujus nominis enuntiatione, de qua Bollandus hoc die et Castellanus pridie pluribus disputant. In Romano parvo scribitur : *Apud Sirmium, Sirenii monachi* ; quam orthographiam cum alia *Sireni* præferunt Acta. Hieronymianum Lucense die præcedenti (quo verosimilius, ex ultima

Actorum

Actorum a Ruinartio pag. 546 editorum clausula, passus est) nude exprimit : *Syrmium, natalis S. Sereni et aliorum* LXII. Sociorum numerum minuit Epternacense, legens, et *aliorum* XVI; auget Corbeiense utrumque, et *aliorum* LXXII. Forte melius juxta ac simplicius, sed absque positione, scripsit Gellonense *Seneri*, subjungens : *Et alibi* LXI. Certe in utrisque Actis veris et sinceris, a Bollando primum, deinde inter selecta vulgatis, nulla prorsus sociorum fit mentio. Hæc in Hieronymianis VIII Kal. seu XXII; hoc die vero : *In Pannonis* vel *Sirmi*, primo loco in Florintinianis ponitur, *Seneroti* vel *Senerotis*, qui tribus aliis apud Rabanum, Notkerum et Bollandum expressis, conjunctus est, solus in Gellonensi nominatus *Seneroti*; quo demum reducenda videtur longa illa apud Castellanum pag. 710, vocabulorum, pene dixeram confusionum, farrago. Neque enim assequor quo fundamento V. C. varios Sanctos in unum conflet, præsertim *Senerum* vel *Serenum* et *Senerotum*, apud Hieronymiana et in Actis recte discretos, quos licet eodem loco passos fateamur, at sane eodem tempore martyrium subiisse nequaquam constat. Nec magis comperi, in quibus apographis Hieronymianis, ipsum illum *Senerum* Castellanus alio habitu indutum invenerit XXI Februarii, sic ut tribus consequenter diebus unus et idem martyr recurrat. At quidquid de Hieronymianorum inflexionibus dici possit, certum est, Adonem scripsisse *Syreni*, Notkerum *Synerii*, alios aliter, qui ex varia nomenclatione Sanctos multiplicarunt, ut apud laudatos scriptores et Florentinium videre est. Sola nobis hic disceptatio de Usuardi lectione, quam ex melioris notæ codd. Mss. definivimus. Cum quo scribendi modo majorem cognationem habeat analogia gallica *Serneu*, *Cerneux*, *Cerneuf*, viderint illi qui etymologias scrutantur. Porro Sancti elogium ex Actis desumpsit Ado, ex Adone descripsit Notkerus, Noster nitidius contraxit. — Qui et in *Sexaginta duobus*, itidem *Sirmii*, ut hic dicitur, passis, *MM.* LXII. atque ex eodem Romani parvi fonte acceptis, phrasim paulo cultiorem et elegantiorem reddidit. Romanum parvum, ut a Rosweydo editum est, pro *Sexaginta duorum*, legit XLII, opinor errore librarii, quem Ado correxerit. Recentiores Martyrologi cum Romano hodierno, passim scribunt LXXII, quod ex Hieronymianorum differentia, vel ex Notkero primitus ortum existimo, atque ex codicibus Usuardinis, in eo non satis puris, transumptum. Quam male Martyrologi aliqui Itali sanctum Sinerum *Firmum in Picenum* transferant, quam inepte Hispani *in Bæticam*, *Sexti Firmum*, docet Bollandus in commentario. Acta non semel laudata, gallice reddidit Tillemontius tomo 5 a pag. 254. — Tertia Romani parvi annuntiatio est : *Romæ, Polycarpi presbyteri.* Hunc Ado recte credidit S. Sebastiani socium; idem credidere majores nostri, atque ut talem in Acta retulerunt, cum sylloge historica ex illustrissimi martyris vita concinnata. Usuardus ad verbum descripsit, quæ in Adone repererat, nec nisi vocem unicam omisit Notkerus. Apographa Hieronymiana alium hic *Polycarpum* notant, nempe celeberrimum illum Smyrnensium episcopum, de quo jam supra ad XIX et XXVI Januarii non obiter locuti fuimus. Hic vero recurrit citata Florentinii Exercitatio VI, qua verum martyrii diem cum XXIII Februarii, ex Græcorum calculo, coalescere contendit. Castellanus pag. 724 nimis decisive hæc omnia erroris arguit. Wandelbertus cum nostris sentit, de hodierno Polycarpo hos pangens versiculos : *Polycarpi presbyteri et confessoris.*

Septimus eximio Polycarpi splendet honore;
Presbyter ore, fide, Christi qui jussa secutus,
Martyrio turbam potuit servare fidelem.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Anglicanæ olim ecclesiæ alicujus fuisse, prodit sæpissime, ut in præfatione ostendimus; hic textui puro adjungit : *In Britannia, beatæ Milburgæ virginis, cujus* (quæ) *virtutibus et miraculis claruit.* Vide Acta. *Milburgæ.*

CENTULEN. *Apud Sirmium, sancti Sereni monachi, qui sub Maximiano capite cæsus est. Et aliorum sexaginta duorum, qui ibidem passi sunt.* Adonis verba sunt. Tum : *Romæ, sancti Policarpi presbiteri et confessoris, qui adjutor et cooperator floruit.* Addi, ni fallor, deberet, *sancti Sebastiani.* At hic Polycarpus in eodem codice rursus sequenti die ponitur ; studio, an scriptoris incuria, quis divinabit?

MARCHIAN. Ex dierum transpositione hodie vacuus, supplementum accersivit ex aliquo Hieronymiano apographo, in multis corrupto; operæ pretium est totum ejus laterculum exhibere. En ejus verba : *Natale sanctoram martyrum Inpannonii, Seneroti, Antigoni, Rutuli, Libii, Rogatiani.* Vide Acta. *In Asia, Policarpi episcopi cum aliis duodecim martyribus. Smyrnæ, natalis sanctorum Herotes, Carpori, Geronti. In Africa, Chrisogoni, Zenonis, Minandri, Carniani, Arienes, Hippoliti, Diodori, Menelanti, Athoræ, Petri, Lambesis, Lucianæ, Felicis, et aliorum tringinta sex. In Asia, Lasconi, Synorii, Heruti, Zenonis, Menalippi, Sinestis, Syricis, cum sociis eorum.* *Plures ordine perturbato ex Hieron. apographo*

ANTVERP-MAX. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO-ULTRAJ-BELG. Incipiunt : *Vigilia sancti Mathiæ Apostoli.* Pro LXII, scribunt LXXII; de cetero puri sunt. *Vigiliæ S Mathiæ*

BRUXELLEN. Ea ferme ex Adone inserit, quæ Usuardus prætermiserat. Ita habet : *Apud Smyrnam, sancti Syreni monachi. Qui tempore Maximiani imperatoris, cum unius ex domesticis ejus uxorem, hora incongrua, in horto, quem ipse sibi excolebat, deambulantem, acrius increpando repulisset, jubente Maximiano tentus, et Christianum se esse confessus, capite cæsus est. Item apud Smyrnam, natale sanctorum* LXXII, etc. Reliqua pura sunt. *De Syreno*

HAGENOYEN. *Vigilia sancti Mathiæ Apostoli. Apud Smyrnam, beati Syrenei*, etc., textu non nihil interpolato. In fine : *Item, Waldeburgis virginis in Anglia.* Lege *Milburgis.* *Vigiliæ S Mathiæ* *Waldeburgis.*

AQUICINCT. Similis MARCHIANENSI in perturbatione, etiam ex Hieronym. suppletus est, sed paulo accuratius. Scribit enim : *Natalis sanctorum martyrum in Pannoniis, Seneroti*, etc. Omittit : *In Asia, Policarpi*, etc. Post *Geronti*, interserit : *Nativitas sancti Joannis Evangelistæ.* In numero reliquorum martyrum conveniunt, licet diversimode nomina efferant. Additur in fine, recentiore manu : *Item, Vigilia B. Mathiæ Apostoli.* *Seneroti et soc.* *Nativitatis S. Joannis Evang.*

VATICAN. signatus num. 5949 : *Smyrnæ, natale S. Herotis.* Vide MARCHIAN. *Herotis.*

ALTEMPS. Fere omnia repræsentat, quæ in MARCHIANENSI et AQUICINCTINO haberi diximus, truncatis etiam et luxatis nominibus ex aliquo apographo Hieronymiano.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Vigilia sancti Mathiæ apostoli.* De Sinero eadem habet, quæ in BRUXELLEN. ex Adone restituta diximus. Pro LXII, ponit etiam LXXII. Tum : *Treveris, inventio sancti Celsi episcopi.* Sequitur de Polycarpo. Denique : *Eodem die, sanctæ Milburgæ virginis.*

Inventionis Celsi epis. — *Milburgis*

BELIN. Prima editio, Polycarpum facit *episcopum et confessorem.* Utraque habet LXXII ; et in fine : *Eodem die, vigilia beati Mathiæ Apostoli.*

GREVEN. *Nativitatis sancti Joannis Evangelistæ.* De ea agitur XXVII Decembris. *In Asia, Polycarpi, Herotis, Felicis et aliorum duodecim. Item Serenoti, Antigoni, Rotuli, Labi.* De his supra dictum est abunde. *In Hungaria, passio vel (secundum alios) translatio sancti Gerardi episcopi Morisenensis et martyris. Qui Venetus natione, et sancti Marci canonicus, desiderio perfectionis, habitu religionis suscepto, vitam eremiticam duxit. Postea, agente sancto Stephano Hungarorum rege, episcopus factus, tandem ab infidelibus captus et cum aliis pluribus occisus est.* Vide indicem Prætermissorum. *Milburgis virginis, filiæ regis Merciorum. Treveris, inventio sancti Celsi episcopi et confessoris. In Hibernia, Tymini episcopi et confessoris.* Sitne hic *Tianus*, vel *Tiamanus*, dequo inter Prætermissos, nescio. *Item, sancti Sereni abbatis, de quo in Vitis Patrum legitur, quod divino munere ad summam puritatem mentis et corporis pervenerit.* Est etiam inter Prætermissos.

Polycarpi et soc. — *Gerardi* — *Milburgis.* — *Celsi.* — *Tymini.* — *Sereni abbatis.*

MOLAN. Alio charactere verba Adonis de *Sinero* textui interposuit. In fine : *Eodem die, inventio sancti Celsi confessoris Christi. Eodem die, Vigilia beati Mathiæ Apostoli.* Et deinde minori charactere : *Quæ plerisque locis jejunii observatione celebratur. Milburgis virginis, filiæ regis Merciorum, cujus vitam Atto Cardinalis scripsit.* In aliis editionibus melius dicitur *Celsi episcopi.* Et in fine : *In territorio Arvernensi, sancti Syrenei martyris egregii.* Idem ipse est, qui in textu *Sinerus* dicitur, ab Arvernis cultus ob reliquias illuc ex Oriente vel ex Pannonia, translatas. Plura vide apud Bollandum et Castellanum.

Inventionis Celsi. — *Vig. Mathiæ.* — *Milburgis.* — *Syrenei.*

VI *Kal.* *Die* 24.

Matthiæ. — *Inventio capitis S. Joannis Baptistæ.* — *Sergii.*

Natalis beati Matthiæ Apostoli, qui post ascensionem Domini ab Apostolis sorte electus, apud Judæam Christi Evangelium prædicavit. Item, inventio capitis Præcursoris Domini, tempore Martiani principis, quando idem Præcursor duobus monachis primum, ubi idem ejus caput celatum jaceret, revelavit. In Cæsarea Cappadociæ, sancti Sergii martyris, cujus gesta præclarissima habentur.

Pari sunt, *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Marchian. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.* Item *Belinus*, in eo solum discrepans, quod Sergium præposuerit inventioni capitis Præcursoris.

VARIA LECTIO. Pauca observatu digna occurrunt. *Mathiæ* et *Matthiæ* promiscue scribitur, nobis hic præplacet Martyrologorum lectio. In Heriniensi supra lineam adscriptas invenio voculas : inter *forte* et *electus*, ponitur *est*, et post *electus* particula *et. Martianum* passim legitur, si præferas *Marcianum* cum Antverp-Maj. per me licet. Praten. et Muneratus scribunt, *quando isdem*, nimia, opinor, cacophoniæ evitandæ religione. *Capud* in Pulsanen. pro *caput*, librarii sphalma est : *Capadociæ* pro *Cappadociæ*, alibi sæpe recurrit. In Antverp-Maj. omissum est substantivum *gesta.*

Matthiæ

OBSERVATIO. Non usque adeo certum est, ut quidem vult Castellanus pag. 732, *Matthiam Apostolum* ab Hieronymianis recoli XXI Maii ; nam licet ibi codex Lucensis sub finem legat : *Et alibi natalis sancti Matthiæ Apostoli*, apographa alia, ut vetustissimum Epternacense et utrumque Corbeiense, imo et Gellonense, si quidem Hieronymianis accenseri possit, ibidem clare exprimunt : *S. Matthæi.* Nihilominus *Matthiam* eo die suscipit Florentinius pag. 543, putatque *recentioris instituti* esse, quod in utroque Corbeiensi, ejus festivitas hoc XXIV Februarii consignetur. Ego hic tam recentis instituti festum non video, quod nimirum in Sacramentario Gregoriano a Menardo edito, hodie celebratur sub hoc titulo : *Natalis sancti Matthiæ Apostoli.* Nec tam recentia sunt Corbeiensia, in quibus ipsissima illa verba (excepto *sancti)* primo loco reponuntur. His adde Martyrologia alia ab Henschenio citata, uti et nostra, quæ solito ordine perlustrabimus. Beda imprimis sic habet hoc die : *Inventio capitis Joannis præcursoris.* Tum : *Et natale sancti Matthiæ Apostoli.* Romanum parvum primo loco simpliciter : *Sancti Matthiæ Apostoli.* Ado in Martyrologio : *Natalis sancti Matthiæ Apostoli*, quæ inter festivitates Apostolorum explicatiora sunt, unde accepit Usuardus omnia, quæ in textu adjecta conspiciuntur. Mirum est Rabanum a Beda deflexisse, Notkerum ab Adone, dum ambo ita scribunt : *In Palæstina, nativitas sancti Matthiæ Apostoli, qui de septuaginta discipulis, pro Juda traditore in apostolatum electus, in Judæa Evangelium prædicavit.* Fateor equidem in verbis potius quam in re discrimen esse, quale et in Floro invenies ; nusquam vero aut tempus, aut locum, ut genus martyrii designatum. Ceterum, quæ Matthiæ gesta, cultum, corporis vel aliquarum partium translationes, miracula attinent, copiose in Actis illustravit Henschenius ; cui compendia placent, legat is quæ habet Tillemontius tomo I a pagina 406, et una notas quæ eo reducuntur. — De *Inventione capitis Joannis Præcursoris* jam ex Beda diximus. De Hieronymianis erit alibi disserendi locus. Eamdem et eodem modo refert Romanum parvum, ex quo Ado, ex hoc Noster, sed omisso ubique proprio nomine, per appellativum satis distincto. In textu nostro innuitur, eam fuisse inven-

Inventionis capitis S. Joannis Baptistæ

tionem

tionem *primam*, uti et in Romano hodierno asseritur, ex sola, opinor, Usuardi auctoritate, qui τὸ *primam* Adoni superaddit. Verum nihil ad hunc locum ea disquisitio, de qua consule sancti Prodromi Acta, ad XXIV Junii a Papebrochio egregie illustrata, ubi varias venerandi capitis inventiones fuse prosequitur toto cap. 3 ; de quibus brevius Tillemontius tomo I a pag. 103 et in notis a pag. 494. Porro quæ de hac nostra inventione sub Martiano principe facta, ab Adone Hieronymiana citante, pluribus deducta sunt, et a Notkero multum amplificata, Noster more suo summatim delibavit, sed cum intrusione particulæ, quam supra notavimus. Wandelbertus utramque etiam festivitatem conjunxit :

Sextus Apostolica radiat virtute Mathiæ,
Occultumque diu caput, hoc Baptista retexit.

Sergius martyr Cæsareensis Cappadociæ, idem verosimillime est qui cum *Herulo* et *Lucio* hoc die memoratur in apographis Hieronymianis, unde eos Notkerus eduxit. Ado illa non videtur consuluisse, secutus Romanum parvum, ubi *Sergius* solus ponitur : *Apud Cæsaream Cappadociæ, Sergii martyris.* Noster sua omnia ex Adone desumpsit, servatis etiam verbis ultimis, *cujus gesta præclarissima habentur.* Utinam ea, si umquam exstiterint, alicunde eruantur ! Nam quæ in Collectione nostra ex Tamayo Salazar, producta sunt, ea ut minimum novo et accurato examine prorsus indigent, quod loco et tempore, favente Deo, dabimus. Molanus in prima sua Usuardi editione Gregorium Turonensem citaverat ; sed in posterioribus subdubitare videtur, an Sanctus ille, dum libro *de gloria martyrum* cap. 97, alicujus sancti *Sergii* miracula enumerat, de hoc nostro Sergio non meminerit ; at ante ejus tempora vix cuiquam dubium fuit, quin ibi Gregorius de Sergio Bacchi socio loqueretur, de quo Usuardus et alii ad VII Octobris. Vide Henschenii commentarium num. 7, ubi etiam ostendit laudatum Gregorium Turonensem lib. 7 Hist. Franc. cap. 31, non alium Sergium appellare, quam illum, qui, etiam Baronio teste, colitur citato die VII Octobris. *Sergii.*

AUCTARIA.

De Mathia. ROSWEYD. Sic annuntiationem primam efformat : *In Judea, Mathiæ Apostoli, qui unus ex LXXII, in loco Judæ, post ascensionem Domini* (ab) *Apostolis sorte electus, subrogatus est.* Cetera purus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Nihil habent de inventione capitis Præcursoris ; et cum his convenit codex ALBERG., atque omnimode etiam conveniret DANIC. nisi in fine adjiceret : *Treveris, sancti Modesti episcopi et confessoris.* *Modesti.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Primæ annuntiationi inserunt hæc verba : *Atque in locum proditoris Judæ subrogatus.* In aliis puri, subdunt in fine augmentum : *Treveris*, etc., quod etiam in aliis codicibus infra non semel recurrit.

CENTULEN. *Natale sancti Mathiæ Apostoli. Ipso die, inventio capitis Præcursoris Domini, tempore Martiani principis.* Deest annuntiatio tertia, cui substituitur repetitio Polycarpi, de qua heri diximus : *Romæ, sancti Policarpi presbiteri et confessoris, de quo in gestis beati Sebastiani legitur.* *Policarpi.*

De Matthia. BRUXELLEN. Sic habet : *Natale sancti Mathiæ Apostoli, qui post ascensionem Domini ab Apostolis sorte electus, atque in loco Judæ proditoris subrogatus, apud Judæam Christi Evangelium prædicavit. Cujus beati Apostoli corpus, per Helenam reginam, a Judæa Romam translatum, sanctus Silvester Papa cum pluribus aliis reliquiis per beatum Agritium episcopum, Treveris, ut fertur, transmisit. Eodem* *De Inventione cap. S. J. B.* *die, Inventio capitis beati Joannis Baptistæ, præcursoris Domini, qui imminente festivitate Paschali, ut in Evangelio patet, fuit decollatus : quique tempore Martiani imperatoris, duobus Monachis caput suum, ubi celatum jaceret, revelavit. Quod et illi perquirentes, hac die invenire meruerunt.* De Ser- *Modesti.* gio satis bene. Tum : *Treveris, sancti Modesti episcopi et confessoris, qui post Miletum, cum multo fructu ibi Dei ecclesiam rexit.*

HAGENOYEN. Multa alia de Matthia comminiscitur, quæ licet nec satis clara, nec satis probata agnoscam, libet tamen hic etiam adducere, ut pateat, quam varia et sæpe satis absona, ab imperitis hominibus in libros etiam ecclesiasticos, crescente sensim nimia libertate, intrusa sint. Sic habet codex noster : *Natale beati Mathiæ* *Matthiæ.* *Apostoli, qui statim post ascensionem Domini, loco Judæ traditoris, ab Apostolis sorte institutus est Apostolus. Qui prius erat Demicus* (aliter legere non possum) *septuaginta duorum discipulorum Christi unus. Hic articulum Symbolo Apostolico adjecit, et Judæam, ut in ea prædicaret, in sortem accepit : sed Judæis traditus lapidandus sub Nerone Cæsare, et Aniano minore sacerdote Judæorum, agente illo vices præfecturæ. Qui postea more Romano, securibus quasi bovem fecit percuti : et sanctus Mathias Apostolus, manus et oculos in cælum tendens, emisit spiritum.* In secunda annuntiatione, de inventione capitis Præcursoris, satis purus est. Tum : *In Cæsarea Cappadociæ, beati Sergii martyris, cujus gesta præclara leguntur fuisse.* Demum in fine adjicit : *Treveris, depositio sancti Modesti episcopi et confessoris.*

REGINÆ SUEC. signatus num. 428. *Parisius civitate*, v *fere milliari ab urbe, dedicatio ecclesiæ BB. martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii.* *Dedicationis ecc. S. Dionysii.*

VATICAN. num. 5949. *Romæ, natalis sanctæ Primitivæ.* Vide Acta, in quibus melius vocatur *Primitivus*, ex codicibus Hieronymianis cum socio aliquo *Paulo*, in portu Romano, conjunctus. *Primitivæ.*

STROZZIAN. et MEDIC. *Sancti Matthiæ.... cujus corpus de Nicæa* (Judæa) *Romam, et postea Treveris est translatum ; tamen caput ejus ostenditur a Canonicis ecclesiæ sanctæ Mariæ Majoris almæ Urbis, cum reverentia maxima. Inventio capitis præcursoris Domini.... quod modo Romæ requiescit in ecclesia sancti Silvestri, et ibi cum maxima devotione omnibus Christi fidelibus ostenditur.* Vide XXIV Junii in Actis. *De Matthia.*

EDITIO LUBECO-COL. *Natale beati Matthiæ Apostoli. Qui post ascensionem Domini ab Apostolis sorte electus, atque in loco Judæ proditoris subrogatus, apud Judæam Christi Evangelium prædicavit. Qui prius unus de septuaginta duobus discipulis Christi fuit. Primo a Judæis capitur et velut blasphemus, lapidibus obruitur. Post hoc quasi bos securi percutitur, et capite truncatur. Tali martyrio, prius oculis in cælum fixis, emisit spiritum. Quem* *De Matthia.*

venerabilis

Modesti. Meforii. Athelberti.

venerabilis Helena Augustæ Treveris indigena, post multos annos de Judæa ad urbem Romanam transvexit, et in ecclesia sanctæ Mariæ rotundæ honorifice recondidit. Et nunc Treveris per translationem quiescit. Sequitur : *Inventio capitis*, etc. Tum : *Treveris in ecclesia sancti Eucharii, depositio sancti Modesti, ejusdem loci episcopi et confessoris.* De Sergio recte. In fine : *Ipso die, beati Meforii confessoris. Item, sancti Athelberti regis.*

Primitivi et soc. Lucii et aliorum. Athelberti.

Greven. Idem ferme Matthiæ elogium habet, quod ex editione Lubeco-Col. retulimus. Tum : *Romæ, sanctorum martyrum Primitivi et Pauli, Rutuli, Serapionis, Herodii, Lucii. Item, Lucii et Flaviani, Montani et Gemelli martyrum.* Confusa hæc, in Actis paulo distinctiora invenies. De Modesto, ut supra. *Athelberti regis Canciæ seu Angliæ. Qui ad prædicationem beati Augustini, quem sanctus Papa Gregorius miserat, conversus, fidei ampliandæ et ecclesiis exstruendis studiosum cooperatorem se exhibens, plenus operibus bonis quievit in pace. Ipso die, beati Meforii confessoris. Olympiadis sanctæ matronæ. Item, Hiscæ et Hinnæ sanctarum.* Vide Prætermissos.

Meforii. Olympiadis. Hiscæ et Hinnæ. Modesti. Ethelberti. Prætextati. Montani et soc.

Molan. *Treberis, beati Modesti episcopi.* Dein minoribus typis : *Ethelberti regis.... scriptum est a Beda lib.* I. *et* 2. *historiæ gentis suæ. Rothomagi, passio sancti Prætextati episcopi ejusdem civitatis, de quo Gregorius Turonensis, in Chronico lib.* 5. *cap.* 18, *lib.* 7 *cap.* 16, *et lib.* 8 *cap.* 31. In editionibus aliis : *Treveris, beati*, etc. *In Anglia, Ethelberti regis Cantiorum*, etc. Rursus minutiori charactere : *Eodem, die annotatur vita et martyrium sancti Montani et sociorum ejus Lucii, Juliani, Victorici, Flaviani et ceterorum, scriptum eleganti stylo, partim ab eorum familiari, qui præsens aderat.* Vide Acta sane egregia et notæ optimæ, ab Henschenio illustrata et denuo recensita a Ruinartio a pag. 232.

V *Kal.* *Die* 25.

Victorini et soc.

Apud Ægyptum, natalis sanctorum Victorini, Victoris, Nicofori, Claudiani, Dioscori, Serapionis et Papiæ sub Numeriano imperatore : quorum primus, secundus et tertius pro confessione deitatis constanter exquisita suppliciorum genera tolerantes, reliqui quatuor Claudianus et Dioscorus flammis incensi, Serapion et Papias gladio cæsi sunt. Omnes itaque celebre martyrium dedicaverunt.

Ex *Praten. Herman. Antverp-Maj. Marchian. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Adde *Albergensem.*

Varia lectio. Lego *Ægyptum*, ut legi debet cum melioribus codicibus. *Egyptum* et *Egiptum* pro temporum ratione sæpe scribi, notius est, quam ut hic iterum notari mereatur. *Nicophori* scribunt Rom. parvum et Ado Rosweydi, non *Nicephori*, ut recentiores; solus Molanus primos secutus est ; optimæ notæ codices textum firmant. Exerrant Pulsanen. et Munerat. ; ille *Nicyfori*, hic *Nichofori* scribentes. Antverp-Maj. pejus legit, *Nicofiri*, scriptorio sphalmate, qualia etiam sunt *Diascori* et *Seraphionis*. Errat item Pulsan. legendo *Claudii* pro *Claudiani*, in quo turpius cespitat Molani editor, qui primo loco ponens *Claudiani*, postea eumdem in *Claudium* transformat. Est etiam sphalma typographi in Munerato, ubi pro *constanter*, male legitur *constanti*. Phrasim mutavit Pulsan. dum pro *suppliciorum genera*, vertit *tormentorum supplicia*. Sic Marchian. pro *reliqui quatuor*, substituit, *reliqui, nimirum*. Prima autem Belini editio, pro *reliqui*, male *reliquæ*. Pulsan. habet *injecti*, loco *incensi*. Alberg. Antv. et Max-Lubec. legunt continue, *gladio cæsi, omnes celebre*, etc., Munerat. *omnesque*, pro *omnes itaque*.

VII Martyrum Ægyptiorum.

Observatio. Sola classis *Ægyptiorum* martyrum hodie apud Usuardum recurrit, accepta ab Adone, contracto ejus elogio. Hic, ut solet, Romanum parvum secutus est, ubi septem illi hoc die distinctissime exprimuntur : *Apud Ægyptum, Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Dioscori, Serapionis et Papiæ*. Horum pars maxima in apographis Hieronymianis pridie nota est, sub hac enumeratione : *In Ægypto, passio sanctorum Victorini, Victoris, Nevictæ (Nivittæ, Nivitila, Ninentiæ) Nicofori, Serapionis, Dioscori.* Repetuntur septem, vel iidem vel synonymi, XXVIII Februarii, sed pluribus aliis immixti, sine ulla loci designatione, quorum seriem sic possis instruere : *Serapionis, Claudiani, Victorini, Victoris, Nicopori, Diudori, Papiæ*, qui, ut iterum dicam, si iidem ipsi sint, superius septenarium constituent. *Conscripta fuisse olim*, inquit Henschenius, *horum martyrum Acta ex elogiis eorum, quæ in variis Martyrologiis iisque perantiquis reperiuntur, videmur posse colligere.* At quæ hic multa appellat Martyrologia, ad unum Adonis, mea quidem sententia, reducenda sunt. Viderit ipse Acta aliqua, ex quibus id potissimum eruit, quod tormentorum ab iis martyribus passorum diversa genera explicat, quæque Noster compendiosius retulit. Itaque variæ illæ Martyrologiorum aliorum annuntiationes in Actis a laudato Henschenio deductæ, nihil magnopere ad rem nostram faciunt. Id autem observatu dignum, quod in Adone, tum Mosandri, tum Rosweydi nominetur, *imperator Numerianus, agente Sabino duce*, ubi procul dubio melius omissum fuisset *Numeriani* nomen, forte ab interpolatore aliquo insertum Actis, non ipsi Adoni, cum Notkerus eumdem ejus textum integrum describat. Exstat vero apud nos ecgraphum Adonianum reginæ Sueciæ, quod olim videtur fuisse abbatiæ Fuldensis, in quo correctius solum legitur : *Sub Sabino duce*, quem scimus Christianos in Ægypto crudeliter divexasse, non sub Numeriano, qui iis infensus fuisse nusquam traditur, sed sub Decio, ut fusius enarrat Dionysius Patriarcha, in sua adversus Germanum epistola, ab Eusebio relata libro 6 cap. 40. Usuardus autem cum ea ex Adone seligeret, quæ in rem suam

facere

facere poterant, id de martyrii tempore selegit potissimum, quod securius omisisset, expuncto nimirum *Sabino duce*, ut ex latercuIo nostro manifestum est.

De martyrii loco ex Joanne Cabilunensi; non Petro nec Primo.

De martyrii loco minus quidquam compertum est, nisi id a Græcis, qui diebus aliis eos martyres recolunt, mutuare velimus, ut fecisse videtur Joannes Cabilunensis episcopus, si ipsius est *Topographia sanctorum Christi Martyrum*, a Maurolyco vulgata et recognita, qui verbo *Diopolis*, septenos hosce nostros ibi sub Numeriano collocat. Dum hanc quæstionem more suo diligenter et docte expendit Henschenius, nescio quo casu, a vero *Topographiæ Sanctorum* auctoris prænomine aberrans, eam tribuit *Petro Cabilunensi*. Errorem solerter advertit Clar. Castellanus in notis suis pag. 763; typographi oscitantiam benigne interpretatus, recte quidem, et pro suo in opus nostrum studio; verum dum ipse Henschenium corrigit, in alium errorem perquam similem, sive suum sive typographicum labitur. Quid virum fefellerit facile intelligo, nempe rem totam non ultra examinans, Maurolycum secutus, *Primi* appellationem substituit, indefessam alias diligentiam suam hic desiderari passus, qui catalogum episcoporum Cabillonensium non consuluerit, in quo *Primus* nullus, sed pro anno, quo laudata *Topographia* a Maurolyco scripta traditur, *Joannes Germain*, ejus nominis apud alios X, apud Sammarthanos XI reperitur, vir doctissimus et scriptis aliis notus, cujus prænominis apposita forte initialis littera J. Maurolyco ansam dederit *Primum* efformandi, ut ante me ex Raynaudo observavit Papebrochius, tomo 5 Junii pag. 491 num. 27. Videsis apud laudatos Sammarthanos, an *Topographia* Maurolyci, accipi non debeat pro *Mappa mundi spirituali, cum libro super ea elucubrato*, quæ ibi inter alia Joannis Cabilunensis opera recensetur, quamque Raynaudus, tomo II pag. 287, vocat *Mappam sacram*. Ad nostra regredimur.

AUCTARIA.

Walburgæ
Donati et soc.

ROSWEYD. In prima purus, hæc adjungit : *In Bauuaria, sanctæ Walburgæ virginis. In Africa, Donati et Justi martyrum et aliorum* LI; ex Hieron. accepti sunt; vide in Actis eorum socios.

Ananiæ et Petri,

LOVANIEN. Textu, etiam puro, subnectit : *In Fenice* (Phœnice) *sanctorum Ananiæ presbiteri et Petri carcerarii ejus.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJECT-BELG. Idem habent initium, et sic deinde prosequntur : *Quorum primus sub præside Maximiano, flagris cæsus, sale acetoque vulnera aspersus, et cilicio asperrimo confricatus, deinde cum Petro præfato, ejus constantia converso, post varias pœnas, simul in succensam fornacem missus, cum aliis septem militibus in mare præcipitati, gloriam martyrii adepti sunt.* Vide Acta a Bollando illustrata.

cum VII militibus.

CENTULEN. Caret toto textu, sed legit : *In Affrica, natale sanctorum Donati, Justi, Ingeniæ et aliorum quinquaginta. Item, natale sanctæ Aldetrudis virginis.*

Aldetrudis.

BRUXELLEN. Totum fere Adonis contextum, tametsi non omnino purum, sic exhibet : *Apud Egiptum, natale sanctorum septem fratrum Victorini, Victoris, Nycoforii, Claudiani, Dyoscori, Seraphionis et Papiæ, sub Numeriano imperatore, agente Sabino duce. Quorum primus in pilam ex robore cavam et undique circumforatam missus, ac per singula foramina diutissime transpunctus est, et cum nimius sanguis efflueret, eductus de pila, capite cæsus est. Secundus, manibus et pedibus amputatis, in eamdem pilam missus, prioris tormenta sustinuit, et novissime gladio cæsus est. Tertius, cum ultro in pilam fuisset ingressus, indignatus judex jussit eum inde produci, et super craticulam, prunis substratis, aliquantisper assari et inverti; cumque in confessione persisteret, sublatus inde, minutatim gladio concisus spiritum reddidit. Reliqui quatuor Claudianus et Dyoscorus flammis incensi; Serapion et Papias gladio perempti; omnes celebre martyrium consummaverunt.* De Anania et Petro eadem habet, quæ codices mediæ notæ. In fine autem subjicit : *Item, Aldetrudis virginis filiæ sancti Bovonis.* Vult dicere *Vincentii comitis.* Vide Acta nostra, ubi ab Henschenio nonnullæ difficultates explanantur circa tempus vitæ Aldetrudis, circa diem obitus et alia eatenus non satis perspecta.

De MM. Ægyptiis ex Adone

Aldetrudis

HAGENOYEN. Alium textum composuit : *Apud Egyptum, natale sanctorum martyrum Victorini et Victoris, Nycopori, Dioscori, Claudiani, Serapionis et Papiæ, sub Numeriano imperatore Romano. Quorum primus et Secundus et tertius, pro confessione deitatis, constanter exquisita suppliciorum genera tollerantes, reliqui vero flammis sunt incensi, ultimi duo gladio sunt cæsi. Omnes itaque Sollempne martyrium dedicaverunt.* Sequitur Ananiæ annuntiatio, in qua sic positionem seu locum martyrii exprimit : *In Veneti, sanctorum martyrum Ananiæ presbiteri et ejus carcerarii Petri. Quorum primus*, etc., ut codices mediæ notæ supra. In fine : *Walpurgæ virginis.*

Ananiæ et Petri.
Walpurgæ

AQUICINCT. *Inventio capitis sancti Pauli apostoli.*

Inventionis cap. S. Pauli.

CODEX. D. DU CHEVAL. signatus B. *In Phœnice, sanctorum Ananiæ presbyteri et Petri carcerarii ejus.*

ALTEMPS. *Romæ, inventio capitis sancti Pauli.*

STROZZ. et MEDIC. *Item, sanctorum martyrum Justi et Herenæi et sancti Victoris episcopi et martyris.*

Justi et soc.

EDITIO LUBECO-COL. Textui, fere puro, solum superaddit : *In pago Trecassino, beati Victoris confessoris.* Spectat ad diem sequentem.

Victoris

GREVEN. *In Africa, Donati, Justi martyrum et aliorum nonas et quinquaginta. Item Herenei, Pysionis, Nestoris, Castæ.* Sumpti sunt de more ex aliquo apographo Hieronymiano. *Ananiæ martyris Romæ, Aglaes martyris.* Vide indicem Prætermissorum. *In pago Trecassino, beati Victoris confessoris. Aldetrudis virginis, filiæ sancti Bavonis*, lege *Vincentii comitis*, qui et ipse sanctus colitur, XIV Julii. *Translatio sanctæ Walburgæ virginis.* Probabilius est, eam hoc die obiisse, ut in Actis videre est.

Donati et soc.
Herenei et soc.
Aglaes
Victoris
Aldetrudis
Walburgæ

MOLAN. *Item, sanctæ Aldetrudis virginis, filiæ sanctæ Waldetrudis.* Dein minori typo : *Eodem die, sancti patris nostri Tarasii archiepiscopi Constantinopolitani.* Editiones aliæ auctarium ponunt hoc modo. *Item, sanctæ Aldetrudis virginis, filiæ sanctæ Waldetrudis, quæ Malbodio monasterio secunda præfuit. In Sicilia, sancti Gerlandi ex Burgundia episcopi Agrigentini, tempore Rogerii comitis. Die vigesima quinta, sancti patris Tarasii archiepiscopi Constantinopolitani.* Vide insignem de eo Henschenii commentarium, et vitam a Gentiano Herveto e Græco Latine redditam, egregie illustratam.

Aldetrudis
Tarasii
Gerlandi

IV *Kal.*

IV *Kal.* *Die* 26.

Nestoris. In civitate Pergen Pamphiliæ, natalis beati Nestoris episcopi qui persecutione Decii, cum die noctuque orationi insisteret, postulans, ut grex Christi custodiretur, comprehensus, nomen Domini mira libertate et alacritate confessus, equuleo crudelissime tortus est. Exin crucis suspendio victor migravit. Apud Alexandriam, *Alexandri* sancti Alexandri episcopi, gloriosi senis. Hic post beatum Petrum, Arrium presbiterum suum hæretica impietate depravatum, et divina veritate convictum, de ecclesia ejecit, ac postea inter trecentos decem et octo Patres, eumdem in Nicæno concilio damnavit.

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antv-Maj. Marchian. Pulsan. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Pergem* pro *Pergen* scribunt Pulsanen. et Munerat. Lego *Pamphiliæ* cum codicibus prope omnibus, licet ultro fatear meliorem esse Molani lectionem, *Pamphyliæ.* Textus recte habet *orationi insisteret*, discrepat solus Pulsanen. qui scribit, *incumberet.* Sic Molanus contra omnes, posuit *mirabili* pro *mira libertate. Eculeo* habent aliqui, secutus sum modum scribendi communiorem et accurationem. Pro *Exin*, in Greven. et Molan. legitur *exinde ;* nec a vero sensu omnino aberrare videntur Pulsanen. et Munerat. dum ponunt *et in.* Scriptor codicis Antverp-Maj. posuit *ex tamen* quod prorsus nihil significat. Marchian. post *Alexandri*, omittit titulum *episcopi. Arrium* scribunt passim; male Antverp-Maj. *Arritum.* In *Nicæno* variant. *Dampnavit* ævi sui orthographiam redolet. Greven. in fine : *damnavit eumdem*, Molan. *eumdem damnavit*, utrobique recta constructio.

Nestoris. OBSERVATIO. Diximus alibi, inter varias de Romani parvi auctore opiniones, unam esse multorum animis insitam, quasi hic ex Hieronymiano breviculum suum compilasset. Ego vero ex perpetua collatione, in qua tamdiu versatus sum, censeo oppositum longe esse verosimilius : et, ut non diffiteor, eosdem quandoque Sanctos in eumdem diem utrobique concurrere, persuasissimum tamen habeo, auctorem illum raro ex Hieronymianis apographis quidquam accepisse. Ut ad textum hodiernum accedam, certe dum sic annuntiat : *Apud Pergen Pamphiliæ, beati Nestoris episcopi*, alium plane ducem habuisse oportet. Hoc ut perspicias, en Hieronymianum hujus diei laterculum : *Natalis sanctorum Alexandri, Nestoris, Theonis, Epion*, et aliorum plurium. Quænam hic, obsecro, convenientia? At sumere potuit ex die præcedenti : neque hoc opinor. Verba conferamus. Lucense sic ibi habet : *Pamphia, natalis sanctorum Nestoris, et Castæ.* Corbeiensia : *In Pamphilia, natalis sanctorum Nestoris et Castæ. Claudiani.* Demum Epternacense : *Pampiliæ, natalis sancti Nestoris.* Nusquam determinatus locus, nec appositus titulus; ubique ferme additi socii, quos a Nestore nostro removere nemo non cogitur. An hæc satis conveniant, ut primus ex posterioribus hausisse dicatur, fallor si quis harum rerum peritus existimet. Crediderim ego *Nestorem Magydenum* ex Actis auctori Romani parvi innotuisse, in quibus cum diem satis determinatum non reperiret, hunc pro suo arbitrio, ut nonnumquam solet, præ ceteris elegerit. Ex similibus Actis egregium elogium concinnavit Ado, a Notkero descriptum, a Nostro solitæ brevitati eleganter aptatum. Vide Acta ipsa, quæ Baronio et Henschenio probata, dubiis tamen multis obnoxia censet Tillemontius tomo 3 a pag. 351. Quis Nestor a Wandelberto celebretur, patet ex ejus versiculo :

Nestore quartus ovat, socio pariterque Theone.

Alexandri. Quod de Nestore sentimus, idem et potiori jure militat in *Alexandro* patriarcha Alexandrino, cum scilicet nequaquam indigitari in ea multorum martyrum classe, quæ hoc die in Hieronymianis, et quidem absque positione seu loci designatione refertur. Undecumque vero eum desumpserit (ego ex Rufino acceptum non dubito) et quacumque ratione ductus, XXVI Februari ipsum affixerit auctor Romani parvi; certum est ita in eo, hoc die legi : *Alexandriæ, Alexandri gloriosi senis episcopi ;* certum est Adonem ex laudati Rufini Eusebio elogium Alexandro construxisse, quod ab Usuardo et Notkero fere ad litteram descriptum, in cetera deinde Martyrologia dimanavit. Martyrologii illius auctoritatem eludere conantur eruditi aliqui recentiores, ut Alexandri obitum ex XXVI Febr. ad XVII Aprilis transferant, contra quam mihi visum fuerit in Tractatu Chronologico de Patriarchis Alexandrinis a num. 193. Ibi dicta non repeto, solum observari velim ruere conjecturas omnes, quas multis agglomerat et mire contorquet eruditissimus Montfauconus, in prævio suo ad vitam S. Athanasii Monito, pag. XLVI, dum Romani parvi auctorem, textus Hieronymianos male interpunxisse et turbasse contendit, ut Alexandrum Alexandrinum hoc die collocaret, et, si superis placet, etiam *martyrem* faceret, ut die sequenti clarius refellam. Melius et brevius Viro Cl. consilium suggeram ; dicat rotunde, Romani parvi auctorem Sanctos nonnumquam, pro suo fere arbitrio, certis diebus illigasse, de quorum vero obitus die indubitatam notitiam non habuerit : quod verum esse, ultro fatebimur ; sed an hic obtineat, nec ipsi nec mihi exploratum est. Porro inter recentiores illos adversarios Castellanum quoque annumero, nimia libertate uti solitum, in mutandis diebus, quos a tot seculis Martyrologorum nostrorum unanimis consensus Sanctorum cultui consecraverat. Reliqua non moror, dum textus nostri origo et genuina simplicitas abunde demonstrata est.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Fortunati — ROSWEYD. Textum purum refert, sed ei in fine adnectit : *Fortunati episcopi.* Alii codices socios adjungunt, in quorum numero non conveniunt ; tu vide Henschenium et Florentinium, qui classes illas satis accurate dispescunt.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. BELIN. ANTVERP-MAX. VATICAN. num. 5949. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Omnes etiam in textu satis puri, sic in fine habent : *Item, Fortunati, Felicis, cum aliis* XXVII. — *Fortunati et soc.*

De Nestore — ALBERGEN. Nescio unde ab solitis sociis recedat, hæc de Nestore ex Adone textui admiscens : *Ille lætus psallebat, dicens : Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Præses vero stupens super tanta tolerantia, volens eum blandis verbis a fide revocare, dixit ei : Vis esse nobiscum, aut cum Christo tuo? Cui sanctus Nestor cum magno gaudio respondit : Cum Christo meo eram, sum et ero. Exinde crucis*, etc.

CENTULEN. Puto scriptoris oscitantia confusas esse binas annuntiationes hoc modo : *In civitate Pergen Pamphiliæ, sancti Fortunati episcopi et martyris, et aliorum triginta duorum.* Vide Acta.

Felicis et XXVII — BRUXELLEN. Textum fere purum, præter morem servat, in fine adjungens : *Item, Felicis martyris cum sociis viginti septem.*

Fortunati et soc. — HAGENOYEN. Textum etiam refert tantum non purum. In auctario convenit cum superioribus : *Item Fortunati et Felicis cum aliis viginti septem martyribus.*

AQUICINCT. Pro *Nestoris*, legit *Nestorii*, subditque in fine cum aliis : *Item Fortunati, Felicis, cum aliis viginti septem.*

Agricoli — VICTORIN. et CODEX. REG. SUECLÆ signatus num. 130. In fine habent : *Nivernis, sancti Agricoli episcopi et confessoris.* Alii vocant *Agricolam*, ut vide in Actis.

Andreæ episc. — STROZZ. et MEDIC. Primo loco ponunt sanctum indigenam : *Apud civitatem Florentiam in partibus Tusciæ, natale sancti Andreæ episcopi et confessoris ejusdem urbis, successoris sancti Zenobii gloriosi episcopi et confessoris, magnificæ sanctitatis, vitæ laudabilis et clarissimi viri, cujus corpus requiescit in ecclesia Cathedrali prædictæ urbis, juxta altare prædicti sancti Zenobii.*

De Nestore. — EDITIO LUBECO-COL. De Nestore etiam aliqua ex Adone interserit, post *custodiretur*, his verbis : *comprehensus a quodam Hyrenercho* (Irenarcho) *principe curiæ civitatis, oblatus est præsidi Pollioni, a quo, dum confiteretur nomen Domini mira libertate et alacritate, multis tormentorum generibus affectus, et equuleo crudelissime tortus est. Exinde*, etc. Sequitur de Alexandro. Tum : *Item sanctorum Fortunati et Felicis cum aliis vinginti et septem, martyrum. Arvenis, beati Agricolæ episcopi et confessoris. In territorio Archiacensi, sancti Victoris confessoris.* — *Agricolæ. Victoris.*

Theonis et soc. — GREVEN. *Item sanctorum martyrum Theonis, Epion, Justi, Donativi, Amplitati, Ingenui. Item, Fortunati episcopi, Felicis et aliorum viginti septem martyrum.* De Agricola et Victore eadem habet quæ editio LUBECO-COL. *In Hibernia, Oghani episcopi.* Est inter Prætermissos. *Item sanctæ memoriæ Jacelini, Prioris majoris Cartusiæ post Brunonem decimi, viri magnæ sanctitatis et meriti. Hic defunctum quemdam monachum Cartusiæ, ut a miraculorum ostensione cessaret, præcepto obedientiæ compescuit.* Notatur solam inter Prætermissos hoc die et præcedenti. — *Oghani. Jacelini.*

Porphyrii Gaz. episc. — MOLAN. In prima editione : *Item, Fortunati et Felicis cum aliis* XXVII. *In territorio Archiacensi, sancti Victoris confessoris.* Accedit in posterioribus : *Die vigesima sexta, sancti patris Porphyrii, archiepiscopi Gazæ.* Vide insignem ejus vitam, a Marco discipulo descriptam, a Gentiano Herveto Latine redditam, et in Actis nostris ab Henschenio illustratam. Mirum est Martyrologos nostros de tanto viro non meminisse.

III *Kal.* *Die* 27.

Juliani et Euni. — Alexandriæ, passio sancti Juliani martyris. Is cum ita podagra constrictus esset, ut neque incedere neque stare posset, una cum Euno ministro suo, in sella judici offertur ; qui camelis impositi jubentur per totam circumduci urbem, et flagris hinc inde inspectante populo laniari, usquequo finem ipsis verberibus sortirentur. In Hispaniis civitate Hispali, sancti Leandri episcopi et confessoris, cujus prædicatione et industria, tota Gothorum gens per Recharedum regem ab Arriana impietate conversa est. Lugduni, sancti Baldomeris viri Dei, cujus sepulchrum crebris miraculis illustratur. — *L*[illegible] *B*[illegible]

Sic habent *Praten. Hernien. Marchian. Pulsan. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Munerat. post *Is cum*, omittit *ita*, quæ particula ad rectam syntaxim requiritur. In Pulsanensi pro *posset*, male legitur *potuisset*, et in Munerato pro *Euno*, habetur *Uno*, uti et in Marchianensi ; Belinus ponit *Enno*. Hic rursus pro *inspectante*, legit *spectante*, cui accinit Munerat. qui pro *Hispali* scribit *Hyspalis*. *Hyspaniis* vero et *Hyspali*, quæ apud aliquos inveniuntur, seculi vitio tribuenda sunt. *Recharendum* habet prima Belini editio, altera cum omnibus codicibus *Recharedum*, quorum auctoritate ducti, ita in textu reliquimus. Munerat. tria hæc verba, *per Recharedum regem*, omisit. Scripsi *Arriana*, ut pridie factum est. Marchianen., Pulsanen., prima Belini editio et Greven. legunt *Baldomeri*, recte, opinor, quamvis aliorum codicum torrenti cesserim, qui cum Adone et Notkero constanter scribunt *Baldomeris* vel *Baldimeris*. Molan. item in editione altera ponit *Baldomeri*, corrigitque etiam, quod male in prima legerat, *ipsius verberibus*, pro *ipsis*.

OBSERVATIO.

Juliani et Euni. OBSERVATIO. *Juliani* et *Euni* sacra commemoratio debetur auctori Romani parvi, qui Sanctos illos non aliunde, quam ex Eusebio Rufini accepit, suntque de eorum numero, quorum certamina prædicavit Dionysius Alexandrinus, in sæpe laudata ad Fabium Antiochenum epistola, apud Eusebium libro 6 cap. 41, ex quo alii omnes. Sic habet prædictum Martyrologium : *Alexandriæ, Juliani martyris et Euni, qui cum ipso sene in confessione perduravit.* Ubi advertes, proprium Euni nomen *Cronion*, esse prætermissum. Ado ex Eusebii verbis elogium adornavit, quod Noster brevius exhibet. Satis mira est Montfauconi animadversio in Monito ad vitam Athanasii, de quo pridie etiam meminimus. Illic enim auctorem Rom. parvi arguit perturbationis et confusionis, quasi qui diversa in unum conflaverit, et ita quidem, ut per hæc verba : *Qui cum ipso sene in confessione perduravit*, indicet, *Eunum* cum *Alexandro* Patriarcha subiisse martyrium, utpote cum Alexander, ut vidimus die præcedenti, *gloriosus senex* dicatur. Sed hæc et reliqua quæ ibi Montfauconus adducit, quam levi conjecturæ innitantur, ex sola illius Martyrologii, Adonis et Notkeri, lectione ad oculum commonstratur. Poterat autem oculos ipse suos convincere, si vel obiter Eusebium inspexisset loco citato, cujus verba hic referam : *Quorum Julianus, vir podagræ doloribus constrictus, qui nec stare poterat nec incedere; una cum duobus aliis, qui ipsum portabant, adductus est. Horum alter statim negavit; alter, nomine Cronion, qui Eunus cognominabatur, nec non et* SENEX *ipse Julianus, cum Christum confessi essent*, etc. Habet hic Montfauconus *senem* cum quo Eunus *in confessione perduravit*; habet, non quo Romanum parvum, sed se perturbationis accuset, quod nempe duorum dierum diversissimos textus in unum confuderit.

Leandri. De *Leandro* celebri illo Hispalensi episcopo nulli Martyrologi Adone antiquiores meminere. Eum ipse primo loco annuntiat, his verbis : *Apud Hispaniam, civitate Hispali, sancti Leandri episcopi et confessoris : ad quem beatus Gregorius libros Moralium scribit : cujus prædicatione et industria, tota Gothorum gens, per Reccaredum regem, ab Ariana impietate conversa est. Qui etiam fratrem ejus Ermenigildum regem, vivente adhuc patre hæretico, ab eadem Ariana hæresi, ad catholicam fidem correxit, atque usque ad gloriosam martyrii passionem, suis exhortationibus perduxit.* Hæc omnia Notkerus, primo etiam loco descripsit; Usuardus, mutato ordine, sensum Adonis secutus est. Rejicitur in Actis ad XIII Martii propter rationes ibi assignatas, quarum præcipua, quod per totam fere Hispaniam non alio, quam eo die colatur. Putat Castellanus Martyrologos noni seculi ansam cepisse, *Leandrum Hispalensem* hoc die memorandi, quod in apographis Hieronym. inter Smyrnenses martyres *Leander* aliquis commemoretur. Non assentior, id enim in Adone iisque, qui ipsum secuti sunt, hactenus exemplo caret, saltem quod a me observari potuerit. Hunc de Leandro versiculum nobis reliquit Martyrologus metricus :

Tertius Hesperiæ Leandro antistite floret.

Baldomeri. *Baldomerus* etiam ab Adone primum in Fastos relatus est, cujus verba Usuardus ac Notkerus descripserunt. Nomen gallicum *Galmier* vel *Geaumier*, per rectam analogiam, difficulter a primitivo descendit. Pauca, quæ de eo Chiffletius eruit, vide in Actis ab Henschenio illustrata. De textu nostro dubii nihil superest.

AUCTARIA.

Honorinæ. TORNACEN. Textui puro et simplici superaddit : *Eodem die, sanctæ Honorinæ virginis et martyris.* Ex translatione maxime innotuisse videtur, ut docet Henschenius in Actis.

ANTVERP-MAJ. Hic mutulus est, sic habet : *In Hispania civitate Hispali, natale sancti Leandri episcopi, ad quem beatus Gregorius libros Moralium scribit. Item eodem die in Alexandria, natale sancti Juliani martyris.*

ROSWEYD. In prima purus, alteras duas in diem sequentem rejicit; hic vero iis substituit : *In Africa, Dionis martyris et aliorum* XXIII. Voluit dicere *Dionysii.* Alii numerant XXIV socios anonymos. *(Dionysii et soc.)*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In fine adjiciunt : *Eodem die, Alexandri, Abundantii et Fortunionis.* *(Alexandri et soc.)*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. HAGENOYEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In prima et ultima satis puri, in secunda de sancto Leandro post *confessoris*, interserunt : *Ad quem beatus Gregorius libros Moralium scripsit.* In fine habent ut supra et ut plures codices inferius : *Eodem die, Alexandri, Abundantii et Fortunionis.* Ex Hieronymianis a classe Thessalonicensium martyrum avulsi sunt : vide reliquos socios in Actis recte ordinatos, ubi quid in Romano hodierno erratum sit, facile deprehendes. *(De Leandro.)*

CENTULEN. Ex toto textu Usuardino nec verbum exhibet, hoc solum ex Hieronymianis referens : *In Affrica, sancti Dyonisii et aliorum* XXIV *martyrum.* Jam dixi, non unam esse eorum codicum lectionem, cum aliqui solum numerent comites XXIII. *(Dionysii et XXIV.)*

BRUXELLEN. Incipit a Leandro : *Apud Hispaniam, civitatem Hispalim....* ut codices mediæ notæ. Sequitur de Juliano et Euno. Tum : *Eodem die Alexandriæ, Abundantii et Formionis.* Melius habent codices supra. *Apud Lugdunum, sancti Balduneti....* Denique : *Item Fortunati martyris.* *(Abundantii, etc. Balduneti. Fortunati.)*

AQUICINCT. In fine : *Item Alexandriæ, Abundantii et Fortunionis.* Errorem jam notavimus. *Et sanctæ Honorinæ virginis.* *(Abundantii, etc.)*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 30 et UGHELLIAN : *Item, S. Alexandri, Abundantii, Fortunionis.* Est augmentum quod sæpe recurrit.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Post textum plane mutilum, addit : *Inventio sancti Ioannis Baptistæ*; ast in margine : *forte Ioannis filii Eutropii.* Imo verosimiliter neutrius. Vide Prætermissos. *(Inventionis S. Joannis Baptistæ.)*

BIGOTIAN. CODEX signatus P. 5, qui fuit PP. Cœlestinorum : *Item, Alexandri, Habundantii, et Fortunionis.*

REG. SUEC. signatus 428 : *Ipso die, sanctæ Honorinæ virginis et martyris.* *(Honorinæ.)*

CODEX. D. DU CHEVAL signatus B. *Eodem die, Alexandri, Abundantii et Fortunionis.*

VATICAN. num. 5949, *Alexandri, Abundantii et Fortunionis et aliorum* XXIV.

STROZZ. et MEDIC. *Item, S. Januarii.* An ex sociis SS. Alexandri, Abundantii, etc. ? *(Januarii.)*

EDITIO

Vocationis Petri et Andreæ. EDITIO LUBECO-COL. Post Leandrum hæc apponit : *Vocatio ad apostolatum, sanctorum Petri et Andreæ Apostolorum.* Sequitur de Baldomero. Dein : *Eodem die, sanctorum Alexandri, Abundan-* *Onesimæ* *tii et Fortunionis martyrum. Ipso die, beatæ Onosimæ virginis ;* lege *Onesimæ*, de qua hodie in Actis.

Alexandri et soc. GREVEN. *Thessalonicæ, Alexandri, Abundantii, Antrogoni, et Fortunionis martyrum. In Africa,* *Dionysii et plurium soc.* *Diunisii, Taciani, Dionis martyrum, aliorumque* XXIII. Ita jam passim Grevenum accessiones suas ex apographis Hieronym. inchoare advertimus. *Macharii.* *Onesimæ virginis. Item Macharii. Castro Conflando,* *Honorinæ* *Honorinæ virginis. Item beati Joannis monachi,* *Joannis monachi.* *filii Eutropii magistri militum urbis Romæ. Qui cum in omni sanctitate annis septem in monasterio stetisset, Romam rediit ; in domo parentum incognitus permansit et in extremo vitæ parentibus se reve-* *Joannis abbatis.* *lans, inter eorum brachia expiravit. Item beati Joannis abbatis in Scithi, qui rogatus a fratribus, ut verbum aliquod salutare eis relinqueret, respondit : ex quo factus sum monachus, numquam propriam feci voluntatem, nec aliquid docui, quod non prius ipse fecissem. Item alterius Joannis in eremo* *Joannis alterius.* *superioris Thebaidis, vita, moribus, et abstinentia præclari. Joannis etiam alterius, qui in diserto Su-* *Joannis item alterius* *triæ tanta consolationis gratia refulsit, ut quantacumque mœstitia quis premeretur, paucis sermonibus ejus, et lætitia et alacritate repleretur.* De his tribus et Synonymis aliis, vide indicem Prætermissorum.

MOLAN. *Eodem die, beatæ Honorinæ virginis et* *Honorinæ.* *martyris.* Ita in prima editione. Aliæ sic habent : *Eodem die in Nortmannia, beatæ Honorinæ virginis et martyris. Die vigesima septima, sancti Patris* *Procopii Decapolitæ, confessoris.* *Procopii.* Demum minori charactere : *Item apud Metaphrastem, sanctorum* *Andronici et Athanasiæ.* *Andronici et Athanasiæ.* In syllabo Prætermissorum remittuntur ad IX Octobris.

Pridie Kal. *Die* 28.

In territorio Lugdunensi locis Jurensibus, depositio beati Romani abbatis, qui *Romani abbatis* primus illic vitam heremiticam duxit, et multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum postea pater extitit monachorum. Eodem die, sanctorum Ma- *Macarii et Rufini.* charii et Rufini.

Sumitur textus ex *Praten. Hermien. Tornacen. Marchian.* et *Pulsanen.* Concordat *Muneratus*, sed translationem adjicit S. Augustini. *Grevenus* contra et *Molanus* in ultima annuntiatione Macarii et Rufini deficiunt. *Antverp. Max-Lubec* et passim codices reliqui redundant in Justo et Theophilo. Plura vide in Observatione, cetera in Auctariis.

VARIA LECTIO nulla. Omnes legunt *heremiticam* et *Macharii*, quam lectionem et supra et hic servandam cēnsuimus.

OBSERVATIO. Quidquid de *Romano* abbate Jurensi in hodierno nostro textu ponitur, ex Vien- *Romani* nensi sumpsit Usuardus, et totidem verbis Notkerus (silentibus de eo Sancto antiquis reliquis Martyrologiis) rescissa utrobique ultima Adonis periodo hac : *Venerabile ejus corpus situm est in finibus Vesontionum ;* quam in nonnullis codicibus auctioribus restitutam infra exhibebimus. Quæ vero hic paucis Ado memorat, fuse et diligenter eruderavit Henschenius, qui ejusdem *Romani* vitam a coævo scriptam, a Petro Francisco Chiffletio erutam, non minori studio illustravit. Sintne vero in præfata vita interpolationes, quas recentior criticus se deprehendisse autumat, in Supplemento examinabitur. Jam dixi abesse hoc die ab antiquis reliquis Martyrologis *Romani* nomen ; addo, hic vacare penitus Romanum parvum, ut nonnumquam in memoriam revocem, quam parum verosimiliter opinentur aliqui, brevioris hujus Martyrologii auctorem, Adonis contractorem esse, utpote qui hic vel unicum Sanctum notare neglexerit, quem in Adone exstitisse manifestissimum est. — De *Ma-* *Macarii et Rufini.* *cario* et *Rufino*, item *Justo* et *Theophilo* agit hoc die laudatus Henschenius, eosque prudenter collocat inter duas numerosiores Hieronymianorum apographorum turmas, ad quarum alterutram referendi videntur : ultimi fortasse ad priorem Alexandrinorum, primi ad alteram. Obscuros esse Hieronymianos textus, legenti palam est, nec habuit Florentinius quo classes accuratius distingueret, aut ad proprias positiones reduceret. Nobis de sola Usuardi lectione, seu de solis *Macario* et *Rufino* quæstio est. Mirari autem subit, Castellanum pag. 803, tam rotunde asserere, apud Usuardum æque ac Adonem non alium Sanctum hoc die signatum reperiri præter solum *Romanum*, quod, nisi vehementer fallor, ex Molani editione supponere debuit ; certe percarum sibi codicem Pratensem tunc non inspexerat ; nec codicum aliorum Mss. ab Henschenio citatorum rationem habere voluit, de rei veritate non dubitaturus, si longam hic talium seriem consulere potuisset. Variant Hieronymiana in martyrum nostrorum sexu, iisque pressius insistendo, viderentur hi ambo *Macarius* et *Rufinus* in feminas transformandi. At cum etiam Wandelbertus tam clare enuntiet :

Machario pridie Rufinus jungitur almus ;

ita ab illis alicubi inventum fateri necesse est, neque nobis ab auctoris nostri sententia deflectere licet. Qua porro de causa ab his Martyrologis hi duo præcipue ex tot aliis selecti sint, quis divinet ? Credo ego id arbitrarium fuisse, quemadmodum apud Rabanum et Notkerum, quatuor aliorum factus est delectus : *In Alexandria, sanctorum Celeris, Pupilli, Legici* (Notkerus *Gaii*) *Serapionis*, nulla sociorum servata memoria ; ut innumeris locis apud duos illos Martyrologos usuvenit, et in Nostro etiam sæpius recurrit. Quam recte Martyres illos digesserit Galesinius et ex eo alii, vide in Actis pag. 723. De textus nostri germanitate ambigi nequit, quidquid Grevenus et Molanus a ceterorum codicum consensu deflectant.

AUCTARIA.

De Romano ex Adone.

ANTVERP-MAJ. Adonis clausulam restituit, sic annuntiationem formans : *In territorio Lugdunensi locis Jurensibus, beati Romani abbatis, qui primus illic heremeticam vitam ducens, et multis virtutibus ac miraculis claras, plurimorum postea pater extitit monachorum. Venerabile corpus ejus situm est in finibus Vesontionum.* Soli duo codices Mss. Usuardini reperiuntur, hic nempe et CENTULENSIS, qui careant Macario et Rufino.

ROSWEYD. Primo et secundo loco refert annuntiationes duas de Leandro et Baldomero, quas in eo codice huc male translatas, die præcedenti notavimus. Sequitur textus hodiernus plenus et purus.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Secundam annuntiationem referunt sicuti eam Henschenius in Actis posuit : *Eodem die, sanctorum Macharii, Rufini, Justi et Theophili.* Atque hi in pluribus codicibus sic conjuncti inveniuntur, procul dubio ex Hieronymianis apographis primum accepti, quamvis tres primi, aut saltem his synonymi, inter Auctaria compareant XII Februarii. Vide indicem Prætermissorum hoc die.

Macarii cum aliis soc.

ALBERGEN. et DANIC. Cum codicibus ejusdem notæ mox citandis, textui modicissime mutato nonnulla de Romano interserunt, quæ ex sola nominis cum altero Romano cognatione perperam commixta sunt, ut invenies in nostro Prætermissorum indice, ad nomen *S. Romani abbatis de Fontisrogo*, et clarius ad XXII Maii. Verba illorum omnium codicum sunt : *Hic beato Benedicto creditur habitum monachicum tradidisse, eique ad sonum tintinnabuli victus necessaria ministrasse.* Tum in fine annuntiationem subdunt, de qua supra : *Eodem die, sanctorum Macharii, Rufini, Justi et Theophili.*

De Romano.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Addunt præterea : *Item, translatio sancti Augustini episcopi et confessoris, ab Yppone ad Sardiniam.* Ubi notabis LEYDENSEM utrumque, et LOVANIENSEM has voces interjicere, *Patris nostri* ; ut inde facile colligas, codices illos ad usum cœnobiorum vel parthenonum Ordinis sancti Augustini fuisse conscriptos.

Translationis S. Augustini.

CENTULEN. Incipit : *Natale sanctorum Publii,* (an non *Pupilli* ?) *Justi, Theophili et Felicis martyrum.* En delectum alterum ex Hieronym. plane pro arbitrio factum. De Romano hæc dumtaxat : *In territorio Lugdunensi, sancti Romani abbatis.*

Macarii aliorum veterum

BRUXELLEN De Romano addit, quod habent alii supra, adjicitque ex Adone : *Cujus corpus venerabile situm est in finibus Vesontionum. Eodem die, sanctorum Macharii, Ruphini, Justi et Theophili. Et Papiæ, reconditio corporis beati Augustini ecclesiæ Yponensis episcopi.*

Reconditionis S. Augustini.

HAGENOYEN. Adhuc aliquid superaddit iis quæ de Romano superius dicta sunt ; videlicet : *Hic beato Benedicto patri nigrorum monachorum et gryseorum creditur*, etc. Tum, post *ministrasse* : *Eodem die, Julii et Juliani confessorum.* Qui, quales, aut unde accepti sint, non invenio. Utrum populares Alsatici, postea inquiretur. *Item eodem die, sanctorum martyrum Macharii, Ruphini, Justi et Theophili. Eodem die, sancti Donati martyris, qui sub duce Ursacio, et Marcellino tribuno, Carthagine passus est.* Donati festum prævenitur, vide die sequenti.

Julii et Juliani conf.

Donati

AQUICINCT. Post *monachorum*, subdit : *Hic etiam beato Benedicto in initio conversionis suæ adjutor et cooperator exstitit. Eodem die, sanctorum Macarii, Rufini et Justi et Theophili. In Alexandria, sanctorum Dionysii, Claudiani et Theophili.* Unde hic Dionysius acceptus sit, non facile dixeris.

De Romano

Dionysii et soc.

VICTORIN. In fine : *Apud Papiam civitatem, reconditio sancti Patris nostri Augustini episcopi. Eodem die, sanctorum Macarii et Rufini, Justi et Theophili martyrum.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Romani abbatis. Macarii et Rufini martyrum. Oswaldi archiepiscopi Eboracensis* (in margine, *alias Wigorniensis*) *magnæ sanctitatis viri.*

Oswaldi

VATIC. signatus num. 5919. et UGHELLIAN. *Sanctorum Macharii, Rufini, Justi et Theophili.*

MUNERAT. *Ipso die, translatio beati Augustini episcopi et confessoris.*

BELIN. Sic orditur : *Papiæ, translatio sancti patris Augustini episcopi et confessoris.* In fine autem : *Eodem die, sanctorum Macharii et Rufini, Justi et Theophili.*

EDITIO LUBECO-COL. *Romanum* etiam confundit cum sancti Benedicti ministro, addens cum BRUXELLENSI ex Adone : *Venerabile corpus ejus situm esse in finibus Vesontionum.* Sequitur : *Vocatio sancti Philippi ad apostolatum. Eodem die, Macarii*, etc. *Ipso die, sanctæ Rufinæ virginis.* Addere potuisset *Macariæ* ; vide supra in Observatione, et in Actis pag. 748. *Translatio beati Augustini episcopi de Ipona in Sardiniam, facta anno Domini quadringentesimo nonagesimo octavo, temporibus Symmachi Papæ et Anastasii imperatoris, ab obitu ejusdem sancti viri anno sexagesimo secundo. Et hæc ipsius translatio dicitur* (prima). Spectat ad XXVIII Augusti.

Vocationis S. Philippi.

Rufinæ.

Translationis S. Augustini.

GREVEN. *Macharii, Rufini, Justi, Theophili martyrum. Item, sanctorum Celeris, Pupilli, Claudionis, Macharii, Gaii, Serapionis. In Britannia, sancti Oswaldi episcopi Wigorniensis et confessoris. Symphroniæ matronæ et martyris.* Vide Prætermissos. *Pynnosæ virginis et martyris. Rufinæ virginis. Translatio prima sancti Augustini episcopi de Ipone Sardiniam, facta anno Domini* CCCCXCVIII, *ab obitu ejus sexagesimo secundo. Ludbergæ inclusæ, beatæ memoriæ. Vocatio sancti Philippi Apostoli anno* XXX, *feria quinta, de qua Joannis* I.

Celeris et soc.

Oswaldi.

Symphroniæ

Pynnosæ

Rufinæ

Ludbergæ.

MOLAN. *Papiæ, translatio S. Patris Augustini episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Macharii et Rufini, Justi et Theophili.* In editionibus aliis solum adjungitur : *Die vigesima octava, sancti patris et confessoris Basilii, synascetæ sancti Procopii*, nempe *Decapolitæ* ; de utroque in Actis XXVII Februarii. Sequitur hic Molanus Græcorum Horologium, de quo superius locuti sumus. Fasti Græci non omnimode conveniunt. Maluit Henschenius utrumque, die præcedenti conjungere ex Menologiis, tum illo, quod a Canisio ex Sirleti versione editum est, tum altero, quod Basilii imperatoris appellatur. Plura vide in laudati Henschenii commentario.

Basilii soc. Procopii.

MENSIS.



MENSIS MARTIUS

Habet Dies XXXI.

Kalendis. *Die 1.*

Romæ, sanctorum martyrum ducentorum sexaginta : quos jussit primo Claudius pro Christi nomine damnatos arenam fodere. Deinde præcepit, ut foras muros portæ Salariæ mitterentur, et in amphitheatro ejusdem civitatis militum sagittis interficerentur. Eodem die, sancti Donati martyris, qui sub duce Ursacio et Marcellino tribuno Cartagini passus est. Andegavis, sancti Albani episcopi et confessoris, viri præclarissimæ virtutis et sanctitatis. Civitate Massilia, sanctorum Hermetis et Adriani.

Mart. CCLX. *Donati.* *Albani.* *Hermetis et Adriani.*

Ex *Praten. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Clodius* pro *Claudius*, est error Munerati, *Dampnatos, harenam* et id genus alia, vix notari merentur. *Amphiteatro* scribunt fere omnes, exceptis Greveno et Molano ; nos postremos secuti sumus, ut antea factum est. Nescio cur Grevenus pro *Donati* legat *Clonæ*. Fragmentum Marchianensis pro mense Martio, habet *Donæ*, sed a citandis fragmentis in ordine ad textum, abstineo. *Ursacio* vel *Ursatio* habent codices promiscue, prætuli quod in laterculo est. *Cartagini* legunt Praten. Tornacen. Pulsanen. et Munerat. servanda fuit ea scribendi ratio. Reliqui sunt errores duo codicis Pulsanen. scilicet *Marsilia* pro *Massilia, Abiani* pro *Adriani.*

OBSERVATIO. De prima textus nostri anonyma cohorte, ita hoc die in Actis pronuntiavit Henschenius : *Illustris horum sanctorum Martyrum memoria est conservata in variis et perantiquis Martyrologiis, ac potissimum in Actis SS. Marii et Marthæ conjugum*, etc. Ex his nimirum primus ipsos in sacros retulit auctor Romani parvi, ita legens : *Sanctorum Martyrum* CCLX *temporibus Claudii, qui via Salaria arenam fodientes, damnati fuerunt.* Auctiorem paulo et clariorem textum ex iisdem Actis reddidit Ado, a Notkero descriptum, a Nostro expolitum, nec plura de iis Martyribus commemorari posse, ex præfato Henschenio ostenditur. Una porro et sola ea est Romani parvi et Adonis annuntiatio, ceteræ ab Usuardo primum positæ sunt, ex aliquo codice Hieronymiano verosimillime acceptæ. — De *Donato* aliquo certum est, hoc die meminisse apographa Hieronymiana, quorum hoc principium : *Natalis sanctorum Leonis, Donati*, etc. In vetustissimo Epternacensi, palæstra præfigitur : *In Africa.* Quæritur an *Donatus* hic noster, quem *Carthagine* passum ait Usuardus ; quæritur, inquam,

Mart. CCLX. *Donati*

an is

an is ipse sit, qui apud Hieronymiana aliis immistus est. *Post longam discussionem*, inquit Henschenius, *arbitramur secernendum* : opinor quia diversis notis distinguitur. Lubens cedo Majorum auctoritati ; quamvis ex longa jam et studiosa Martyrologiorum inter se collatione, existimem Usuardum non alium fontem præter Hieronymiana habuisse, unde *Donatum* educeret ; ex quibus et Wandelbertum hausisse suadetur, dum sequentem proxime *Albinum* sic cum eo conjunxit :

Martis Donatus tenet Albinusque Kalendas.

Unde porro agonis locum determinaverit, unde ducis et tribuni nomina Usuardus accersiverit, quis conjiciat ? Fateamur, notitiam alicunde habuisse, quæ ad nostra tempora non pervenerit. — *Albinus* distinctissimis characteristicis in Hieronymianis dignoscitur. Adjectitium censuit Acherius, quales, si solam ætatem spectes, plurimi in iis codicibus passim occurrunt, qui nempe Eusebio et Hieronymo longe posteriores sunt. Ipse scribendi modus in utraque Corbeiensis codicis editione, novitatem sapit : *Andegavis civitate, depositio sancti Albini episcopi et confessoris.* Propius ad veterem stylum accedit Epternacense : *Andicavis, depositio Albini episcopi*, absque titulo *confessoris*, qui per *depositionem*, in iis codicibus satis indicatur ; nec in Lucensi positus est. Et sic ferme habent Rabanus et Notkerus. Usuardi exornatiuncula, si trito sermone uti licet, nihil memorat præter commune Sanctorum. Plura et operose exquisita dabit Henschenii commentarius. — Circa *Hermetem* et *Adrianum* major difficultas ; unde scilicet et qua ratione hi duo ab Usuardo *Massiliæ* componantur, qui apud Hieronymiana magnis terrarum spatiis divisi sunt ; *Massiliensis* alter, alter *Africanus* ; sic enim uno ore codices illi : *In Africa, Adriani, Victuri*, etc. *In Massilia, Hermetis, Gitthei*, etc. Hæc pridem ab Henschenio expensa sunt, qui gravibus de causis Adrianos distinguendos animadvertens, suum Africæ, Romæ suum, suum item Massiliæ vendicavit. Ego hic nihil magnopere invenio, quod me a solerti magistri discretione revocet, eamque adeo amplector libentius, quod tutandæ salvandæque Usuardi auctoritati magis conducat.

Albini. *Hermetis et Adriani.*

AUCTARIA.

HERINIEN. Hic e purorum codicum numero excluditur, quia post *mitterentur*, omisit hæc verba : *Et in amphitheatro ejusdem civitatis, multum sagittis interficerentur.*

ANTVERP-MAJ. In prima annuntiatione Adonem potius quam Usuardum sequitur. Deinde de Albino, tum de Donato, satis pure. Desunt martyres Massilienses ; adjicitur autem : *Apud urbem Antinoum, passio beati Leonidis, qui ab eodem judice, quo sanctus Asclas, variis suppliciis interemptus est.* An hic Leonides, de quo in Actis XXVIII Januarii ? Vide Prætermissos. *Leonidis*

ROSWEYD. In prima satis purus ; in secunda, post passus est, adjicit : *Et aliorum* XIV, unde patet Donatum nostrum pro Hieronymiano olim acceptum. In tertia et quarta purus est ; in fine autem subdit : *Eodem die, sancti Suitberti episcopi et confessoris.* *Suitberti*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In fine post textum purum : *Passio sancti Leonis martyris.* De hoc agunt codices plures infra citandi. Non video alium esse posse, quam qui in prima classe Hieronymianorum primo loco ponitur : si enim de Leone Rothomagensi ageretur, addendus erat *episcopi* titulus. *Leonis M.*

MARCHIAN. Pro Donato, legit *Donat*, ut supra diximus.

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post textum purum, subnectunt : *Apud oppidum imperiale quod Werda dicitur, natale sancti Switberti Verdensis episcopi et confessoris, qui temporibus Pipini, una cum sancto Willebrordo verbum salutis gentibus prædicavit.. Hic inter cetera infirmitatum genera, morbum quem physici Squinanciam nominant, solitus est curare.* Convenit LOVANIEN. sed prædicationis tempus et socium intermisit. *De Suitberto.*

CENTULEN. Rursum ab Usuardo recedit : *Romæ, sanctorum martyrum* XI, *qui ad harenam fodiendam damnati fuerant pro Christi nomine. Andegavis, depositio sancti Albini episcopi et confessoris.*

BRUXELLEN. In martyribus cum, et Donato fere purus, tertio loco sic habet : *Apud urbem Anthinoum, passio Leonidis martyris, patris Origenis ; qui capite pro Christo plexus est. Cum quo et filius Origenes etiam occubuisset, si non vestibus spoliatus, maternis artibus fuisset præventus.* De Leonidum confusione, vide indicem Prætermissorum. Sequitur de Hermete et Adriano. Deinde : *Andegavis, sancti Albini episcopi et confessoris, cujus vita virtutibus et miraculis plena refulsit. Apud Castrum imperiale quod Werda*, etc., ut supra in codd. mediæ notæ. *Ipso die, sancti Sintherii episcopi et confessoris.* Sive *Sinthecius*, sive *Suithecius* scribas, ut ignotus, in Actis prætermittitur. *Et sancti Senardi abbatis.* Vult dicere *Siviardi* Anisolensis, de quo hodie in Actis *Leonidis patris Origenis.* *Sintherii* *Senardi*

HAGENOYEN. In prima annuntiatione satis purus, secundo loco ponit : *In urbe Tuan, in Anglia, sancti David ejusdem civitatis episcopi, admirandæ sanctitatis viri.* Agit, ni fallor, de Davide Menevensi, qui etiam infra memoratur. Sequitur de Albino, pure. Tum : *Passio sancti Leonis martyris. Civitate Morsilia, sanctorum Hermetis et Juliani. Apud oppidum imperiale*, etc., ut supra. *David.* *Leonis.* *Hermetis et Juliani*

AQUICINT. Penultimo loco interjicit : *Turonis, sancti Simplicii confessoris.* Quæ eadem habet codex DAVERONENSIS. Addere uterque poterat *episcopi*, agitur enim de archiepiscopo Bituricensi. *Simplicii*

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130 : *Apud urbem Antinoum, passio beati Leonidis.* *Leonidis*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Incipit : *David episcopi et confessoris, cujus miri actus describuntur, ac discipulorum.* Cetera ex textu, sed mutila sunt omnia. *David.*

CODEX BIGOTIANUS signatus P 5 ; CLUNIACENSIS item et UGHELLIAN. *Passio sancti Leonis martyris.* *Leonis*

ALTEMPSIAN. Post *Adriani*, adjicit : *Juliani.* Dein : *Passio sancti Leonis.* *Juliani.*

STROZZ. et MEDIC. *Item passio sancti Leonis martyris. In civitate Perusii, translatio corporis sancti Herculani, ejusdem civitatis episcopi et martyris.* *Translationis Herculani.*

BURDEGALEN. *Civitate Massilia, sanctorum Hermetis et Adriani, et passio Leonis martyris.*

EDITIO

Leonidis. *Simplicii et Senardi.* *Clonæ.* *David.* *Monani.*

Editio Lubeco-Col. Primo loco : *In territorio Montensi, oppido imperiali...*, ut supra. Sequitur textus purus. In fine : *Apud urbem Antinoum, beati Leonidis martyris. Ipso die, sanctorum Simplicii et Senardi confessorum. Eodem die, sancti Clonæ martyris.* Jam diximus Donatum esse. *Item, sancti David episcopi et confessoris. Ipso die, sancti Monani confessoris.*

Belin. *Eodem die apud Perusiam, sancti Herculani episcopi et confessoris.* Secunda ejus editio male legit *Herculiani.*

Donati et XIV. *Abundii et soc.* *De Davide.*

Greven. *In Africa, Donati et aliorum* XIV *martyrum. Apud urbem Antinoum, sancti Leonidis, martyris. Item sanctorum Abundii, Leonis, Arcasti, Polocronii. Eodem die, beati David Menevensis archiepiscopi et confessoris. Hunc nasciturum sanctus Patricius Hiberniæ patronus, per triginta annos, Domino revelante, prævidit. Natus vero cum baptizari deberet, fons aquæ subito erupit. Cum aliquando Evangelium sancti Joannis scriberet, et pulsata campana, ad opus Dei, opere suo incompleto, festinus exisset; regressus, invenit aureis litteris, angelico ministerio consummatum. Obiit tandem plenus dierum anno vitæ suæ* CXLVI. Vide hæc in Actis accuratius discussa. *In territorio Montensi, oppido imperiali quod Werda dicitur, natale sancti Suiberti, episcopi Verdensis et confessoris. Qui, ut Beda in gestis Anglorum refert, tempore sancti Willebrordi episcopus ordinatus, verbum salutis gentibus prædicavit, et a Pipino rege obtinuit locum mansionis in insula Rheni. Ubi monasterio constructo, quod hactenus ejus heredes possident, aliquamdiu continentissimam vitam duxit, et quievit in pace. Hic inter cetera*, etc. *Ipso die, Seuardii abbatis. Simplicii confessoris. In Scotia, Monani Levitæ et confessoris. Item apud Perusiam, secundum aliquos, passio sancti Herculani episcopi et martyris, qui in* VII *Idus Novembris ponitur.*

De Suiberto. *Sevardii.* *Simplicii.* *Monani.* *Herculani.*

Molan. De Albino litteris Italicis interesserit : *Cujus vitam Fortunatus presbyter conscripsit.* Tum in fine : *Festivitas sanctorum Angelorum custodum singulorum hominum. Eodem die apud Perusiam*, etc. *Apud urbem Antinoum*, etc. *Apud oppidum imperiale*, etc. Et charactere minori : *Eodem die, beati David*, etc., usque ad *prævidit.* In editionibus aliis adhuc additur : *Eodem die Massiliæ, sancti Adalongi episcopi.* In Actis prætermittitur. *Die prima, sacrosanctæ martyris Eudociæ. In territorio Cenomanensi, natale sancti Siviārdi abbatis. In Britannia, beati David Menevensis archiepiscopi et confessoris. Apud Antinoeum urbem, passio beati Leonidis.*

SS. Angelorum custodum. *Adalongi.* *Eudociæ.* *Siviardi.* *Leonidis.*

VI *Non.* *Die* 2.

Romæ via Latina, sanctorum martyrum Jovini et Basilei, qui passi sunt sub Galieno et Valeriano imperatoribus. Item Romæ, plurimorum martyrum, quos diu cruciatos, imperator Alexander capitali sententia in extremo damnavit.

Jovini et Basilei. *Mart. plurimorum.*

H. Praten. Heriven. Tornacen. Pulsanen. Monaval. Greven. et Molan.

Varia lectio. Tota sumitur ex Pulsanen. qui pro *Jovini* scribit *Joanni* et pro *in extremo*, posuit *in exilio.*

Observatio. Quod jam non semel notavimus et sæpius notandum recurret, in memoriam identidem revocamus : nimirum, auctorem Martyrologii, quod semper Romanum parvum indigitamus, Sanctos suos ex Hieronymianis nequaquam mutuare solitum : Adonem porro ejus vestigia passim premere, Nostrum et Notkerum utriusque, sic tamen ut alios sæpissime aliunde accersant. Prælicetum Adonis, Usuardi et Notkeri ex altero sequelam, manifestissime probat hodiernus textus, qui a Romano parvo ita primum signatus est : *Romæ, Jovini et Basilei. Et plurimorum martyrum sub Alexandro capitali sententia damnatorum.* Primam annuntiationem sic amplavit Ado, quem admodum a Nostro et Notkero ad verbum descripta est. Utriusque Sancti notitiam, ex Actis sancti Stephani Papæ extractam ostendit Henschenius, cetera explanans, quæ de ipsis memoriæ prodita sunt. — *De martyribus sub Alexandro passis*, vix quidquam reperias, præter ea quæ ex laudato Romano parvo recitavimus, ab Adone diuturiori phrasi expressa, a quo textum suum nonnihil levigatum Noster desumpsit, Notkerus ex illo totum descripsit. Satis nota est imperatoris Alexandri, quamquam ab Adone *impius* appelletur, in Christum et Christianos propensio; quæ nihilominus prohibere non potuit, quo minus famosi Ulpiani, aliorumque ejus ministrorum rabies, vel ipso invito, in nostros debaccharetur, ut docent Acta nostra hic et I Januarii, ubi de sancta Martina. Hæc pro texta satis dicta sunt, alia plane canit Wandelbertus, quæque ad eum nullo modo pertinent.

Jovini et Basilei. *Mart. plurimorum.*

AUCTARIA.

Ceddæ. *Simplicii.*

Antverp-Maj. Hic rursus patriam suam indicat, dum textui Usuardino Sanctum Anglicanum superaddit : *Ipso die, sancti Ceddæ episcopi.* Alii scribunt *Ceadda*, sed hic forte pronuntiationem Anglicam secutus est.

Rosweyd. Et hic textum purum habet, sed alia adjicit : *Eodem die, Simplicii Papæ. In Cæsarea Cappadociæ, Lucii episcopi.* Vide in codicibus proxime sequentibus. *In Gandavo, Winnaloci confessoris.* Vide ejus vitam in Actis die sequenti.

Lucii ep. *Winnaloci.*

Antverp. et Max-Lubec. Textui puro in fine superaddunt : *Item Lucii episcopi, Absalonii,* (Max-Lubec. *Absolonii et Largii.* Hi passim in

Lucii etc.

codicibus

codicibus sub diversa inflexione recurrunt, nescio an satis recte inter se conjuncti et ab aliis avulsi. Certe inter Hieronym. apographa, unde certo accepti sunt : *Absolonius* et *Lorgius* seu *Georgius* cum socio *Herolio*, in vetustissimo Epternacensi carent positione ; *Lucius* diserte Cæsareæ Cappadociæ tribuitur cum *Primitivo* ; *Secundola* et *Januaria* portui Romano. Sed hæc alterius loci sunt, ubi Florentinii animadversa, cum Actis nostris conferri poterunt.

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. LEYD-BELG. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. In fine : *Apud Werdam, natale sancti Willeici confessoris presbiteri sancti Switberti episcopi.* *(Willeici)*

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Primo loco : *Romæ, sancti Simplicii Papæ. Hic post beatum Petrum quadragesimus nonus, Acacium Constantinopolitanum et Petrum Alexandrinum episcopos, ob Eutychianam hæresim damnavit. Qui etiam statuit, ut nullus Pontifex successorem sibi constituat.* Sequitur textus, in fine autem eadem habent quæ LOVANIENSIS de *Willeico*. *(Simplicii)*

CENTULEN. Nihil iterum habet ex Usuardo, sed Hieronymi sensum melius videtur assecutus, non tamen plane. Ita habet : *Cæsarea Cappadociæ, sanctorum Lucii episcopi, Primitivi et Secondolæ martyrum.* Præterita est *Januaria*, cur non et *Secondola* ? *(Lucii et soc.)*

BRUXELLEN. Textum purum refert, sed præpostero ordine. Addit vero in fine : *Adhuc Romæ, Simplicii Papæ, qui sedit annos quindecim. Item Seddæ episcopi. Et Lucii episcopi, Absolonii et Largii. Item, translatio Benedictæ et Felicitatis, sanctarum martyrum* An e Sodalitio sanctæ Ursulæ, quarum corpora in abbatiis Viconiensi et Marchianensi quiescunt ? Vide Prætermissos, Agetur ex professo XXI Octobris. *(Seddæ. Translationis Benedictæ et Felicitatis.)*

HAGENOYEN. Post textum satis purum, de Simplicio habet fere ut codices mediæ notæ supra. Tum : *In Anglia, Ceddæ episcopi et confessoris. Item, Lucii episcopi, Absolonii et Lorgii. Apud Werdam oppidum, sancti Willeyrici presbyteri et confessoris, capellani sancti Swicberti.* *(Ceddæ. Lucii et soc. Willeyrici)*

AQUICINCT. *Item, sanctorum Lucii episcopi, Absolonii, Georgii. In Britannia, depositio sancti Ceaddæ episcopi. Romæ, Simplicii Papæ. Hic Acacium Constantinopolitanum episcopum, et Petrum Alexandrinum episcopum Eutychianos damnavit.*

MARCHIANEN. fragmentum : *In Britannia, depositio sancti Ceaddæ episcopi.* *(Ceaddæ.)*

MATRICULA-CARTUS-ULTRAJ. *Simplicii Papæ. Tartrani vel Taurani martyris et plurimorum.* Si *Ceraunum* martyrem Carnotensem indicare voluit, colitur is XXVIII Maii, ut in Actis videre est. *Karoli comitis Flandriæ et martyris, qui Brugis requiescit.* *(Taurani et soc. Caroli comitis.)*

CLUNIACEN. *Lucii episcopi, Absolonii et Georgii.* At in Kalendario ejusdem monasterii, sic legitur *Lucii episcopi, Januarii, Primitivi.*

CODEX D. DU CHEVAL signatus C. *Lucii episcopi, Absolonii et Georgii.*

VATICAN. signatus num. 5949. Primo loco legit : *Simplicii Papæ, qui sedit in episcopatu annis xv.*

UGHELLIAN. *Item, Lucii episcopi, Absalonii et Lorgii.*

STROZZ. et MEDIC. *Florentiæ, translatio, brachii sancti Philippi Apostoli in basilica sancti Joannis Baptistæ anno* MCCIV *Pontifice Innocentio* III. Vide historiam hujus translationis in Actis I Maii pagina 15. *(Translationis brachii S. Philippi)*

CODEX. REMEN. ecclesiæ sanctorum Timothei et Appollinaris : *In pago Remensi, passio sanctæ Macræ virginis.* De ea egimus cum Usuardo VI Januarii. *(Macræ.)*

EDITIO LUBECO-COL. De Simplicio fere ut supra. In fine : *Eodem die, sancti Ceddæ episcopi et confessoris. Apud Werdam, natale sancti Willerici confessoris, presbyteri sancti Suicberti.*

BELIN. *Item Lucii episcopi, Absolonii* (altera editio *Absoloni) et Lorgii.*

GREVEN. *Romæ, sanctorum Georgii, Eracli, Absolonii, Pauli, Januarii, Primitivi. Secundolæ.* Patet confusio. *Karoli comitis Flandriæ martyris. Taurauni martyris* ; de quo supra. *Item, martyrum plurimorum e numero quadringentorum captivorum, de quibus refert Gregorius,* 3. *Dial. cap.* 28, *quod cum a Longobardis urgerentur adorare caput capræ, diabolo consecratum, maxima eorum multitudo renuens, interfecta est ab ipsis.* De cultu mihi hactenus non constat. *Romæ, Simplicii Papæ et confessoris, qui post beatum Petrum quadragesimus nonus, sedit annis xv. Hic Agatium* (Acacium), etc. *In Anglia, Ceaddæ episcopi gentis Merciorum et Lindisfarnorum, cujus virtutes Beda lib.* 3 *et* 4 *historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum commemorans, inter alia virtutum merita, timoris Domini plenum et novissimorum suorum assidue memorem prædicat. Lucii episcopi Cæsareensis et confessoris.* Quidni et martyris ? *Leporii episcopi et confessoris.* Forte *Herolius* est, Lucii socius. *Item Cæsarea Cappadociæ, natalis sancti Lucæ episcopi,* Nomina perperam multiplicata. *Apud Werdam, Willerici presbyteri et confessoris, discipuli beati Suicberti episcopi. In Hibernia, Tedgnæ et Monendalbis abbatum,* Hiberniis ipsis ignotorum. *In Gandavo, Winnualoci presbyteri, discipuli beati Samsonis Dolensis archiepiscopi, de quo vide in xiv Kalend. Novembris.* Vide Acta III Martii. *Apud Perusiam, beatæ memoriæ Ægidii discipuli sancti Francisci. Item Guillelmi presbyteri et confessoris.* De utroque consule indicem Prætermissorum. *(Georgii et soc. Caroli com. Taurani Mart. multorum. Simplicii. Ceaddæ. Lucii ep. Leporii ep. Lucæ ep. Willerici. Tedgnæ et Monendablis. Winwaloci. Ægidii. Guillelmi.)*

MOLAN. *Item Lucii episcopi, Absoloni et Lorgii. Et Simplicii Papæ, qui sedit annos xv. Hic Acacium,* etc. *In portu Romano, Secundolæ, Januariæ, et sanctorum Pauli et Heracli. Apud Vuerdam, natale sancti Willeici.* Post, minori charactere : *Item martyrum plurimorum e numero* CCCC, etc., ut GREVEN. *In Anglia, beati Ceddæ,* etc. *Caroli comitis Flandriæ, martyris beatæ memoriæ, Brugis in Cathedrali ecclesia ad sanctum Donatianum quiescentis.* In editionibus aliis ita variat : *Item, Lucii episcopi in Cæsarea Cappadociæ. Et sanctorum martyrum, Absoloni et Lorgii et Heracli. Et Simplicii Papæ,* ut supra. *In portu Romano, Pauli, Secundulæ, Januariæ.* Iterum minoribus typis : *Brugis, obitus Caroli martyris, comitis Flandriæ.* *(Lucii et soc. Simplicii. Secundolæ et soc. Willeici. Ceddæ. Caroli com. Lucii ep. Absoloni et soc. Pauli et soc.)*

V *Non.* *Die* 3.

(Marini et Asterii) Apud Cæsaream Palestinæ, sanctorum martyrum Marini militis et Asterii senatoris, sub persecutione Valeriani; quorum prior cum accusatus fuisset a commilitonibus, quod esset Christianus, et ille Christianum se esse clarissima

sima voce testaretur, martyrii coronam capitis abscisione suscepit. Cumque sequens, capite truncatum martyris corpus subjectis humeris et substrata veste, qua induebatur exciperet honorem, quem martyri detulit, continuo ipse martyr accepit. Eodem die, natalis sanctorum Emetherii et Celedonii, qui primum apud Legionensem Galliciæ civitatem milites, exsurgente persecutionis procella, pro confessione nominis Christi, plurimis afflicti tormentis, Calagurrim usque perducti, atque ibi martyrio coronati sunt. *Emitherii et Celedonii*

Ex *Praten. Herinien. Rosweyd. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Accedunt codd. *Antverp-Max. Ultraj. Leyd. Alberg. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Solus Pratensis non male legit *Astyrii*, nos cum Heriniensi, Belino et Molano ex Romano parvo et Adone, *Asterii*, non *Astirii*, ut passim codices alii. Munerat. post *accusatus*, omisit *fuisset*. De *abscisione*, ut scribunt passim codices, et *abcisione*, dictum est alibi. Reliqui in textu *subjectis humeris*, ut habent probatiores codices cum Adone, quamvis cum Antverp. Max-Lubec. et codicibus aliis, legendum *subjectum humeris*. Herinien. Rosweyd. Munerat. et Greven. ponunt *subtracta veste*, sensus aperte indicat scribendum *substrata*, ut est in textu. *Qui martyri*, pro *quem martyri*, Munerati vel ejus typographi sphalma est. Rom. parvum legit *Hemitherii*; Ado *Emiterii* ; Praten. *Emitherii* ; Herinien. *Emytherii* ; Munerat. *Enutherii* ; Belin. *Emitterii* ; Greven. *Emicherii* ; Molan. *Hiterii* ; alii aliter. In ea codicum discrepantia, eam inflexionem secutus sum, quam Majores nostri in Actis præeligendam putaverunt. Rursus Rom. parvum et Ado ponunt *Cheledonii*, quos solus Molanus imitatur. Ceteri codices et quidem probatiores, legunt cum Actis *Celedonii*. *Galliæ* in Munerato, *Galatiæ* in Rosweyd. Belin. et Molano, ex circumstantiis facile corriguntur. Antverp. Max-Lubec. et Belin. omittunt *milites*. *Coronati sunt martyrio* in Greven. et Molan. nihil in re a textu differt.

OBSERVATIO. Martyres in textu commemoratos, ex Romano parvo in Adonem, inde in Usuardi laterculum hic etiam promanasse, indubitatum videtur. En prioris verba, secundo loco relata : *Cæsareæ, Marini militis et Asterii senatoris.* Nec eos moror, qui ex apographis Hieronymianis acceptos contenderent, ea ratione ducti, quod synonymi aliqui ibi hoc die reperiantur. Non eos moror, inquam ; nam licet ibi *Marinus* aliquis, imo Marini gemini et *Asterius* inveniantur, ii tam diversi et disjuncti sunt, ut cum Cæsariensibus ex Rufino evidenter sumptis, nullam prorsus habeant affinitatem, ut fatetur ipse Florentinius et Acta nostra supposuisse videntur. Itaque ex Rufini lib. 7 cap. 13 et 14 acceptos esse gloriosissimos martyres palam est ; æque certum inde elogium suum sumpsisse Adonem ; atque item ex hoc descripsisse Notkerum, contraxisse Nostrum, paria in versibus infra citandis sentit Wandelbertus ; verbo, una est ex Rufino et Romano parvo Martyrologorum sententia, *Asterium* vel *Astirium*, vel *Astyrium* æque ac *Marinum*, martyrii gloriam esse consecutum. Id vero, quia in Eusebio non exprimitur, suspectum habet Tillemontius tomo 4 a pag. 21, et Ruinartius Eusebium secutus, de solo Marino meminit inter selecta pag. 274. Maneat tantisper sua Asterio palma, vel sola Rufini fide ei vendicata. — Quod de Cæsariensibus martyribus principio dicebam, nempe, non ex Hieronymianis, sed aliunde acceptos, id de Calagurritanis etiam intellexi : nam licet *Emeterii, Emeriti, Meteri*, et *Celedonii, Cellendonii, Cellidoni, Eceledoni* apud Hieronymiana nominentur, eos a nostris, nisi multum fallar, plane diversos agnoscet, qui textus inter se conferre dignabitur. Fateor equidem Henschenium et Florentinium pluribus laborare, ut *Galaguri* nomen, quod in Hieronymianis ponitur, in civitatis appellationem mutent, et corrupta codicum istorum nomina cum Martyrologiorum nostrorum *Emetherio* et *Celedonio* concilient ; verum in ea codicum Hieronymianorum perplexitate, vix reperies ubi tuto liceat pedem figere. Ceterum de hisce nostris ita primo loco meminit auctor Romani parvi : *Sanctorum Hemitherii et Chelidonii, apud Calagurrim martyrio coronatorum.* Ita etiam apud Adonem positi sunt cum longiori elogio, cujus pars prior a Nostro ad verbum descripta est, præterita altera, quam in Auctariis plene invenies. *Acta martyrii*, inquit Henschenius, *ab auctoribus coævis consignata scripto fuerant, qua rabie ac vi tyrannorum periisse deplorat Aurelius Prudentius Clemens, cujus diligentiæ debemus omnem horum martyrum notitiam.* Vide ibi ejus hymnum, et reliqua ad eos martyres spectantia, accurate digesta. Textum nostrum complectuntur duo postremi Wandelberti versiculi ; quid prior velit non examino.

Marini et Asterii

Emitherii et Celedonii.

Quinas Marcia pro Nonas defendit amore*
His et Emitherius, Chelidonius atque Marinus,
Asteriusque micant, effuso sanguine clari.

*Boll. *Magna*. Quidni *Macra* ?

AUCTARIA.

TORNACEN. Deficit in ea parte elogii, quæ Asterium tangit, omittens hæc verba, *cumque sequens*, usque id *martyr accepit*. An quod codicis descriptor forte martyrem non crediderit ?

ANTVERP-MAJ. Magis mutilus est, ita legit : *Natale sanctorum martyrum Emitherii et Theledonii in Hispania, qui primum apud Legionensem Galliæ civitatem milites, exurgente procella persecutionis,* *Textus mutilus*

cutionis, pro confessione nominis Christi plurimis afflicti tormentis, Calagurrim perducti atque ibi martyrio coronati sunt. Aput Cæsaream Palestinæ, sanctorum martyrum Maurini militis et Asterii senatoris, sub persecutione Valeriani.

PULSANEN. et LOVANIEN. De martyribus Hispanis hæc solum ponunt : *Eodem die sanctorum Emetherii et Celedonii.* Puri sunt in aliis.

Gaioli et soc. CENTULEN. *In Africa, sanctorum Gaioli, Felicis, Nicefori et Claudiani. In Britannia minori,* *Wigualoci.* *depositio sancti Wigualoci abbatis.* Agit de *Winwaloco* aut *Winwaloeo.*

BRUXELLEN. In Marino et Asterio tantum modice interpolatus, de Calagurritanis martyribus ea ex Adone restituit, quæ ab Usuardo prætermita diximus; sic enim post *coronati sunt*, subjungit : *De Calagurritanis MM. ex Adone.* *Quorum capita cum lictor incideret, miraculum populis magnum apparuit. Nam unius annulus orariumque alterius, nube susceptum et in cœlos evectum est. Viderunt hæc omnes qui aderant, et usquequo acies oculorum intendere potuit, fulgorem auri candoremque lintei attonito sequebantur intuitu.* Per *orarium* intellige *sudarium*. Sequitur : *In cœnobio Monasteriolo, sancti Winnochi abbatis.* *Winnochi.* Idem est qui supra *Winwaloeus*. Denique : *Item Maurini episcopi et martyris*; alibi ignoti. *Maurini ep.*

HAGENOYEN. Tantum non purus, duabus annuntiationibus hanc solam mediam interjicit : *Kunegundis.* *Eodem die, Kunegundis imperatricis.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130 : *Simplicii.* *Item Simplicii Papæ, qui sedit Romæ annos* XV. *Hic civitatis Constantinopolitanæ episcopum, et Petrum Alexandrinum episcopum Eutychianos damnavit.* Plura vide die præcedenti.

VATICAN. num. 5949. *Beneventi, sanctæ Arthellays virginis* : Codex PLESCHIONENSIS scribit, *Athelais.* *Arthellays.*

EDITIO LUBECO-COL. Ita incipit : *Ordinatio pontificatus sancti Annonis, archiepiscopi Coloniensis Agrippinæ et confessoris. Apud Cæsaream Palæstinæ, sanctorum martyrum Marini militis, civis Hierosolymorum et Asterii senatoris Romanæ urbis. Quorum.... Eodem die in Hispaniis, natale sanctorum Emicherii et Celedonii martyrum.... Eodem die, sanctæ Kunegundis imperatricis, quæ fuit filia Palatini comitis Rheni, et copulata sancto Henrico imperatori, qui ambo virgines fuerunt, et virginitatem usque ad finem vitæ servaverunt, et in civitate Babemburgensi pariter sepulti requiescunt.* *Ordinationis Annonis Col.* *Kunegundis.*

GREVEN. *Felicis et Justi, Fortunati, Floriani, Donati, Paulæ, Gaioli, Julii, Casti, Soli, Marciæ, Hierotis, Antigoni, Januarii, Tutillæ, Gabiani, Quirioli. Item Winwaloci abbatis et confessoris, secundum alios die præcedenti. Cunegundis virginis imperatricis, filiæ Palatini comitis Rheni. Hæc cum viro suo sancto Henrico, hujus nominis imperatore primo, in virginitate Christo serviens, plena operibus bonis quievit in pace. Item, Eufenissæ reginæ.* Inter Prætermissos ut ignota ponitur. *Apud Coloniam Agrippinam, ordinatio episcopatus sancti Annonis archiepiscopi et confessoris.* *Felicis et soc. ex Hier.* *Winwaloci.* *Cunegundis* *Eufenissæ*

MOLAN. Post elogium Marini et Asterii litteris italicis ex Adone subdit : *Scriptum est in Historia ecclesiastica.* Et post elogium secundum : *Scribit hæc Aurelianus* (Ado *Aurelius*) *Clemens in libro coronatorum* (Ado *Coronarum*). *In Blandinio monasterio, Winwaloci abbatis.* Dein typis minutioribus : *Caluppant presbyteri et eremitæ. Item Bambergæ, Cunegundis virginis imperatricis...* ut GREVEN. supra. In aliis editionibus, pro *Aurelianus*, melius scribit *Aurelius*. *In Blandinio*, etc. *Babenbergæ, sanctæ Cunegundis virginis. Die tertia, sanctorum martyrum Eutropii et comitatus ipsius Cleonici et Basilisci.* *Winwaloci* *Caluppani* *Cunegundis.* *Eutropii et soc.*

IV *Non.* *Die 4.*

Lucii Romæ via Appia, natalis beati Lucii Papæ et martyris, qui persecutione Valeriani et Galieni, ob fidem exilio relegatus et postmodum divino nutu ad ecclesiam suam redire permissus, martyrium capitis obtruncatione complevit. *Martyrum DCCCC* Item Romæ via Appia, sanctorum martyrum nongentorum, qui sunt positi *Caii* in cimiterio ad sanctam Cæciliam. Eodem die, sancti Caii palatini in mare mersi.

Ita *Praten. Hermien. Tornacen. Rosweyd. Pulsan. Greven.* et *Molan.* Codices alii quatuor *Antverp. Max-Lubec. Munerat.* et *Belinus* in eo solum discrepant, quod Caio palatino adjungant socios XXVII, ut dicemus in Auctariis

---

VARIA LECTIO. Vix quidquam præbet observatione dignum : nam *cemeterio, cimiterio, cœmiterio*; *Ceciliam, Gaii, Gagi*; *Apia*, vel seculi, quod codices redolent, vel librarii vitia sunt, quorum aliqua ex codicum puriorum auctoritate et hic et alibi sequimur. Rosweyd. pro DCCCC, male scripsit *octoginta*.

Lucii. OBSERVATIO. Textus totus, ut jacet, ex Adone sumptus est, cum hac sola differentia, quod *Lucii* elogium in laterculo nostro, media ex parte imminutum sit. Quæ autem Usuardus prætermisit, infra in Auctariis supplebuntur. — *Martyrum DCCCC.* Ceterum *Lucius* et nongenti illi Romani martyres, in Romano parvo prius positi sunt : *Lucii Papæ et martyris. Et martyrum* DCCCC, *qui sunt positi in cœmeterio ad sanctam Cæciliam.* Adonis elogium ex notis Pontificum Romanorum tabulis coaluit, in quo plura sunt ab eruditis non continuo admittenda. Controversa omnia complanare non potuit Henschenius ; alia ex S. Cypriani litteris inquirunt et dissolvere conantur doctissimi recentiores, inter quos Pagius, satis fuse de Lucio disserit ad annum Christi CCLII, a num. 14, et brevius Tillemontius tomo 4 pag. 18. *Caii.* Ad textum nostrum redimus. — *Caius* et quidem *Palatinus* ex aliquo Hieronymiano apographo derivatus est, quamvis dubium relinquatur, utrum *Palatinus*, proprium martyris nomen dici non debeat.

De 27 aliis MM. adjectis. Quis viginti septem alios, nonnullis codicibus Usuardinis adjecerit, nemo facile divinaverit. Aliam rerum faciem aut potius nominum seriem exhibent Acta, ubi ex verosimiliori codicum Lucensis,

sis, et Blumiani lectione, *Caius* ille *Palatinus*, sive unus sit sive geminus, longæ martyrum cohortis antesignanus statuitur ; socii autem illi XXVII, non cum illo sed cum *Julio* episcopo, *Roto* et aliis junguntur. Alia non minor difficultas Florentinium exercet, nempe an *Julius* in Hieronymianis codicibus pro *Lucio* non sit positus, aut in Romano parvo et nostris *Lucius* pro *Julio*. Verum ea in Actis hodie satis quoque explanata sunt, et *Julius* ille *episcopus*, a *Lucio* et *Julio Romanis Pontificibus* segregatus, servata *Julio Papæ*, non martyri sed *confessori* propria die XII Aprilis, ut proprio loco patebit. Sensit fortasse difficultatem, sed non recte solvit Rabanus, dum hoc die signat *Julium episcopum* ; sequenti, *Lucium papam et martyrem*. Notkerus Adonem præhabuit. Et vero *Lucium* et *Julium* Pontifices clare olim distinxerat antiquissimum Kalendarium Bucherianum, dum illum non IV, sed III *Nonas Martii, in Callisti* ; hunc, *pridie Idus Aprilis, in via Aurelia* collocaverat. Superest Wandelbertus, qui cum nostris de vero Lucii martyrio non dubitat, sed pro nongentis solum octingentos substituit. Henschenius autem, tametsi variant Hieronymiana, numerandos censet nongentos et decem ; non habeo ego unde quid probabilius definiam. Interim, utut dubia sit rei veritas, de Usuardini textus simplicitate abunde constat. Habe modo præfati Wandelberti metricum encomium :

Lucius hinc Papa pretiosa morte quaternis,
Martyrum * *octingentorum turba optima fulget.*

* Molan. in margine : *Martyrio et nongentorum*

AUCTARIA.

Martyrum 27

ANTVERP. MAX-LUBEC. MUNERAT. et BELIN. Id solum textui puro subnectunt, quod supra insinuavimus, nimirum : *Et aliorum viginti septem*. Habes alios similes infra.

De Lucio

ANTVERP-MAJ. De Lucio, post *complevit*, ex Adone inserit : *Positus est autem via Appia ad S. Sixtum. Sedit autem in episcopatu annos tres, menses tres, dies tres.* Reliqua textus pura sunt.

Adriani et soc.

Sequitur : *Nicomediæ, passio sancti Adriani cum aliis* XXIII. *Cujus corpus Romam est translatum atque sepultum* VI *Idus Septembris, ubi et ejus passio notata est.* Vide eo die. Ceterum in Hieronymianis hoc etiam die ponitur.

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. LEYDEN-BELG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Idem in fine habent de XXVII. Et præterea de Lucio textui inserunt : *Qui post beatum Petrum* XXIII.

De Lucio

ULTRAJ. LEYDEN-LAT. ALBERGEN. et DANIC. Idem et hi habent de Lucio, et post *complevit*, ex Adone restituunt, quæ ab Usuardo præterita superius diximus. Sic legunt : *Hic constituit, quod duo presbyteri et duo diaconi in omni loco episcopum non desererent, propter ecclesiasticum testimonium.* Item, post *in mare mersi* : *Et aliorum* XXVII.

Adr. &c.

Nicomediæ, natale sancti Adriani cum aliis viginti tribus. Cujus corpus Romæ est translatum et sepultum VI *Idus Septembris* (ALBERG. male legit, *Decembris.*)

Julii ep.

CENTULEN. Hodie solum habet : *Romæ, sancti Julii episcopi et confessoris.*

Adriani.

BRUXELLEN. Tertio loco : *Apud Nicomediam, natale beati Adriani cum aliis* XXIII, *qui omnes sub Diocletiano, post multa supplicia crucifragio* (vult dicere *crurifragio*) *martyrium consummarunt. Ipso die, passio sancti Gagii Palatini, in mare mersi et aliorum* XXVII.

Mart. XXVII.

HAGENOYEN. Inverso ferme ordine, incipit a nongentis martyribus. Secundo loco de Caio cum sociis. Tertio de Lucio, cui auctarium idem adjicit, quod supra retulimus. Tum : *Apud Nicomediam, passio sancti Adriani, martyris et militis cum aliis* XXXIII. *Qui Adrianus a matre propria et uxore ad martyrium instigatus est. Qui omnes post multa supplicia carceris et famis, martyrium crurifragio, sub Diocletiano Augusto consummaverunt. Decurrentibus aliquot annis,* VI *Idus Septembris, corpus beati Adriani Romæ translatum est. Eadem die, translatio sancti Wentzeslay ducis Boemorum martyris.*

De Adriano.

Translationis Wencestai

AQUICINCT. Addit de Lucio ut supra. Quod autem scribat cum codice VICTORINO, *tres Diaconi*, vel *Diacones*, pro *duo*, puto librarii vitio factum ; uti et quod solus ponat *ducentorum* pro *nongentorum*, et *Agii* pro *Caii*.

CODEX D. LE MARE signatus C, qui fuit PP. Franciscanorum : *Item Agape virginis, Gorgonii, Firmi.* Unde hi tres hic hodie intrusi sint, nescio ; patebit postea, spectare ad x Martii.

Agapes et aliorum.

UGHELLIAN. et ALTEMPS. Addunt ut supra de Caio, *et aliorum* XXVII.

EDITIO LUBECO-COL. De Lucio præter jam dicta adhuc inserit : *qui post beatum Petrum* XXIII *persecutione*, etc. De Caio ut jam sæpe. *Nicomediæ, natale sancti Adriani cum aliis triginta tribus. Qui omnes post multa supplicia martyrium suum consummaverunt sub Diocletiano Augusto. Decurrentibus autem aliquot annis, corpus beati Adriani Romæ est translatum et sepultum* VI *Idus Septembris, quæ dies in ecclesia celebrior habetur. Treveris, sancti Basini episcopi et confessoris. Apud Pragam civitatem Bohemiæ, sancti Wenzeslai ducis et martyr. Item, translatio sanctorum martyrum Felicis et Adaucti; scilicet capita eorum nunc Coloniæ habentur in ecclesia sanctorum Apostolorum.*

De Adriano.

Basini.

Translationis Wencestai

Felicis et Adaucti

GREVEN. *Cum hoc Gaio feruntur passi et alii* XXVII. *Nicomediæ, passio, vel ut aliis placet, elevatio Adriani martyris, Gregorii, Julii cum aliis* XXXIII, *quorum solemnior celebritas habetur* VI *Idus Septembris, quando Romæ beatus Adrianus est sepultus. Basini archiepiscopi Treverensis et confessoris. Apud Pragam.... Apud Coloniam Agrippinam, translatio capitum, sanctorum Felicis et Adaucti. In Hibernia, sancti Moggrudonis episcopi et confessoris,* hactenus ignoti. *Item sanctæ memoriæ Bosonis presbyteri et confessoris, Prioris majoris Cartusiæ, post Brunonem* XVI, *magnæ sanctitatis viri. Qui ex casu ædificii collisum hominem et defunctum, oratione resuscitavit. Herbæ etiam, supra tumulum ejus crescentes, multis præstiterunt et præstant, Domino glorificante Sanctum suum, optatæ sanitatis medelam.* In indice Prætermissorum dicitur, nullum ei cultum aut venerationem in ipsa Cartusia adhiberi.

Adriani et aliorum.

Basini

Moggrudonis

Bosonis

MOLAN. *Et aliorum* XXVII. *Nicomediæ, sancti Adriani cum aliis* XXIII. *Cujus corpus Romæ translatum est atque sepultum* VI *Idus Septembris ; ubi et ejus passio notata est. Treberis, sancti Basini episcopi.* In editionibus aliis, additur : *Die quarta, sancti patris Gerasini, qui fuit in Jordane.* Melius

Adriani.

Basini.

Gerasini

Elevationis Adriani.

scriberet *Gerasimi*, qui non ad hunc, sed ad sequentem diem pertinet. In fine : *Ipso die, elevatio corporis beati Adriani martyris.* Nempe dum reliquiæ ejus dicuntur in Belgium translatæ, et novissime anno MCX ad Gerardi Montem, Flandriæ oppidum collocatæ, ut fusius suo loco erit examinandum.

III *Non.* *Die* 5.

Phoca. *Eusebii.*

Apud Antiochiam, natalis beati Focæ martyris, qui post multas, quas pro nomine Redemptoris est passus, injurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphaverit, hodieque populis declaratur. Ipso die, passio sancti Eusebii palatini et aliorum novem martyrum.

Rara codicum prope omnium concordia : *Praten. Hermen. Tornacen. Pulsan. Antverp. Max-Lubec. Muncrat. Belin. Greven.* et *Molan.* Adde : *Antverp-Max. Ultraject. Lovanien. Leyden. Alberg. Danic.* et *Editio Ultraject-Belg.*

VARIA LECTIO. *Focæ* legunt codices omnes, et sic intactum reliqui. *Passus est*, pro *est passus*, nihil in textu immutat. *Hodieque populis*, vera Usuardi lectio est ; multi codices habent simpliciter *hodie populis* ; Greven. et Molan. *hodie quoque* ; Belino phrasim variare libuit ; prima ejus editio ponit : *Hodie populis concursu declaratur* ; altera : *Hodie populi concursu declarant.* Editionem maximam Lubecanam scatere erroribus typographicis, dictum est alibi non semel ; eos inter connumerandum puto, quod hodie pro *Focæ* legat *Sacæ*. Plerumque mihi satis est hujusmodi lapsus generatim indicare.

Phocæ.

OBSERVATIO. Agit hac die Usuardus fere ut præcedenti ; *Phocæ* elogium ex Adone dimidiatum exhibet. De *Eusebio*, quod brevior sit sententia, suam facit, neglecta voce *item*, addita, *passio*. De utroque meminit Rom. parvum, ex quo fonte semper haurit Viennensis Martyrologus, qui Phocæ elogium ex Gregorio Turonensi decerpsit, ut in Actis manifestum est. *Phocas* etiam aliquis et quidem *Antiochenus* memoratur in apographis Hieronymianis, ubi et pro *Virgine* sumptus et *sanctæ*, *Focæ* et *Focatis* inflectitur. Inde, an aliunde acceperit auctor Romani parvi, non ausim pro certo affirmare, quamvis in partem negativam magis incliner, ob rationes alibi productas. Qui plura desiderat, adeat Florentinium. Non omiserim tamen, quod inter Auctaria erit repetendum, codicem vetustissimum Centulensem, Phocæ adscribere titulum *episcopi*, hoc modo : *In Antiochia, natalis sancti Phocæ episcopi et martyris, sub judice Affricano* (*Africano.*) Sed Phocam Synopensem episcopum hic cum Antiocheno hodierno confundi, verosimile est ; vide hic Henschenium et quæ dicturi sumus XIV Julii. —

Eusebii.

Eusebio Palatino octo dumtaxat socios tribuit Rom. parvum, forte errore librarii ; correctius apographum Adonem habuisse necesse est. Sunt et hodie *Eusebii* apud Hieronymum, sunt et *Palatini*, pro Sanctis positi in altera classe Martyrum Africanorum. Magisne Eusebio hac die, quam Caio, hesterna, conveniat ex *Palatini* appelatio, aliorum esto judicium. Certe Notkerus non male sensum Rom. parvi assecutus videtur, dum *Palatinum* ab *Eusebio* distinguit, legitque : *Eusebii et Palatini et aliorum* VIII. Interim in Actis, *Palatinus* alter, *Petrus*, *Rusticus*, *Herebus*, *Mare* et alii novem anonymi, tamquam cohortis ejusdem pugiles numerantur. Plura in eam rem disquirere, aut afferre in medium supersedeo, cum ab Henschenio et Florentinio ea diligentia discussa sint, quæ in hujusmodi obscuris et implexis nominum combinationibus adhiberi possit. Nobis, sufficiat Usuardi simplicitatem exhibuisse, quem ita scripsisse, ut in Adone repereat, in confesso esse existimo. Liceat hic attexere Wandelberti versus de S. Phoca, quibus alludit ad curationes morsuum venenatorum, de quibus Gregorius Turonensis de gloria Martyrum lib. 1 cap. 99, et ex eo Adonis elogium meminit :

Ternas martyr habet meritorum nomine Phocas;
Sanguine qui mortem vicit, virtute draconem.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Textum in prima annuntiatione sic contrahit : *Apud Antiochiam, passio sancti Focæ martyris. Item ipso die, sancti Eusebii palatini*, etc.

Eusebii Palatini et al. XI.

ROSWEYD. In prima satis purus, alteram ampliavit hoc modo : *Ipso die, passio sancti Eusebii et Palatini et aliorum* XI *martyrum.* Melius legeret cum Nothero, *et aliorum octo martyrum.* Suspicor litteras numerales fuisse transpositas.

Phocæ ep.

CENTULEN. Jam diximus, ita hodie scribere : *In Antiochia, sancti Focæ episcopi et martyris, sub judice Affricano.*

De Phoca.

BRUXELLEN. Textum interpolatum ex Adone, magis extendit : *Apud Antiochiam, passio sancti Focæ, socii beati Eusebii martyris, magnorum miraculorum factoris. Qui post multas, quas pro nomine Christi passus est, injurias, qualiter de antiquo serpente triumphaverit, hodie declaratur populis. Denique si in quempiam coluber stringens, morsum veneni diffuderit, statim qui percussus est, ut januam basilicæ Focæ martyris, credens attigerit, evacuata virtute veneni salvatur. Ipso die, sancti Eusebii palatini, et aliorum novem martyrum pro Christo decollatorum. Suessionis, sancti Drausii episcopi et confessoris.* Videri potest dissertatio gallica, inserta Ephemeridibus Trivortianis mense Junio anni MDCCXI, quæ ad sancti *Drausii* vel *Drausini* cultum spectat. *Drausii.*

HAGENOYEN.

Alia de Phoca.

Hagenoyen. Novum Phocæ elogium proprio fere marte concinnavit, hic verbis : *Apud Antiochiam, natale beati Focæ martyris, qui suspensus est ungulisque laceratus. Post hoc in ignem est missus per tres horas, ubi Deum laudavit, et illæsus ab igne exivit. Deinde in furno calefacto per triduum est positus, ubi orans exspiravit, et corpus ejus inustum et integrum, et odore optimo plenum, post tres dies inventum est. Hic qualiter de hoste antiquo triumphavit, hodie populis ad laudem Dei declaratur.* De Eusebio pure.

Drausii.

Aquicinct. In fine subdit : *Suessionis, depositio sancti Drausii episcopi et confessoris.*

Marchianensis fragmentum, pro *aliorum novem*, legit *undecim*, ut supra.

Matric-Cartus-Ultraj. *Phocæ martyris inclyti sub Trajano.*

Kerani.

Altemps. *Sancti Kyriani*, pro *Kerani* ; vocatur in Actis *Kieranus*.

Adriani et soc.

Editio Lubeco-Col. Textui superaddit : *In Hibernia, sancti Kerani episcopi et confessoris.*

Greven. *In Africa, Adriani, Euvoli. Item, Victoris, Pampili, Siri, Saturnini, Petri.* Sejuncti sunt a sociis et ferme pro arbitrio efformati. *In Hibernia, Kerani episcopi et confessoris. Heldæ abbatis* ; potius *Hildæ abbatissæ*, quæ ad xxv Augusti remittitur. *Terentianæ ac quinque filiorum conversio.* De ea nihil alibi legitur. *Theophili episcopi Cæsareæ, quæ prius Turris Stratonis dicebatur ; qui, ut sanctus Hieronymus libro de viris illustribus testatur, sub Severo principe, sapientia et sanctitate conspicuus emicuit. Translatio sanctæ Landradæ virginis.* Hoc an alio die ea translatio acciderit, dicetur ad diem viii Julii, quo Acta remittunt.

Victoris et soc. — *Heldæ vel Hildæ.* — *Terentianæ* — *Theophili.* — *Translationis Landradæ.*

Molan. *Ipso die, depositio sancti Drausii episcopi et confessoris.* Additur minore charactere : *Suessionensis.* Tum : *Theophili episcopi Cæsareæ*, etc., ex Greveno. In aliis editionibus, sic legit : *Suessionis, sancti Drausii, episcopi et confessoris.* Rursus typis minoribus : *Cesareæ Palestinæ, sancti Adriani martyris. Qui die festo, quo natalia fortunæ Cæsareensium (sic enim putabatur) celebrari solent, leoni primum ad discerpendum projectus fuit, deinde gladio est jugulatus.*

Drausii — *Theophili* — *Adriani*

Pridie Non. — *Die* 6.

Nicomediæ, natalis sanctorum Victoris et Victorini, qui per triennum cum Claudiano et Bassa uxore ejus, tormentis multis afflicti et retrusi in carcerem, ibidem vitæ suæ cursum impleverunt. Civitate Toleto, depositio Juliani episcopi, qui apud ejusdem loci incolas famosissimus habetur.

Victoris, Victorini, et soc. — *Juliani*

Consentiunt denuo *Praten. Herimen. Tornacen. Rosweyd. Pulsanen. Antverpien Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven. Molan.* et mediæ notæ codices *Antverp-Max. Ultraject. Leyd Lovan. Alberg. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Munerati hallucinatio est, *Victoris, Vitalis, Victorini.* Et sic in Pulsanen. *triennio* pro *per triennium, Claudio* pro *Claudiano, Balsa* pro *Bassa.* Turpius in Danico, *Claro Diacono.* Scribit solus Belinus *Uxore sua.* Legunt aliqui *cursum vitæ suæ*, alii *vitæ suæ impleverunt cursum.* Danic. omittit *suæ. Citate* in Greveno, error typographi est ; idem fortasse dicendum de *Tolleto* apud Belinum ; quidni et *habebatur* pro *habetur* apud eumdem Grevenum, qui forte ita scriptum invenit in codice Rosweydino vel potius ei simili.

OBSERVATIO *Nicomediæ Victorem et Victorinum omnia edita Martyrologia hac die tribuunt*, inquit Florentinius. Poterat saltem Rabanum excipere. Adonem, ut sæpe monui, passim et hic describunt Usuardus et Notkerus, sic tamen ut ei sæpe Sanctos aliquos supperaddant ; Ado Rom. parvum presse sequitur, ubi sic reperit : *Nicomediæ, Victoris et Victorini, qui in carcere cursum vitæ impleverunt ;* unde nihil mirum, si in his omnibus *Victor* et *Victorinus*, uti in pluribus recentioribus, inveniantur. At unde *Claudianus* et *Bassa* his adjuncti sunt ? Suspicatus est Henschenius, dum Bedam genuinum tomo 2 Martii præfigeret, in aliquo Bedæ ipsius manuscripto reperiri potuisse elogium, quod in Adone legitur. Cogor dissentire, nam cum Rabanus, Bedam diligenter expilare solitus, horum nullum hodie posuerit, consequens esse videtur, ut Adoni soli tribuendum sit, quodcumque de quatuor martyribus Nicomediensibus in textu nostro consignatum est. Certe eos in Romano parvo non invenit, nec eos omissurus erat hujus auctor, si alterum præ oculis habuisset. Wandelbertus solos duos priores laudat, dum scribit :

Victorinus ovat pridie Victorque, retrusi
Carcere, qui celso penetrarunt astra volatu.

Utrum vero nuda duorum posteriorum martyrum nomina, ex Hieronymiano aliquo codice acceperit Viennensis, non satis perspicio, nisi apographum habuerit simile Antverpiensi, quod unicum de *Claudiano* et *Bassa* post *Victorem* et *Victorinum* meminit. Solus Usuardus *Julianum* adjecit, antiquioribus incognitum. Proprius dies videtur esse, non hic, sed viii Martii, ut ibi in Commentario prævio fusius explicat Papebrochius, innuens, notatum olim obitus diem postridie Nonas, mutatum fortasse in pridie Nonas. Satis verosimile est, Sancti hujus notitiam ab Usuardo ex Hispania cum multis aliis in Galliam allatam, certe ab ipso hoc die signatum, codicum consensus dubitare non sinit.

Victoris, Victorini, etc. — *Juliani*

AUCTARIA.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Textum pro suo arbitrio mutasse videtur ; ita scribit : *Nichomedia, natale sanctorum martyrum Victoris et Victorini, tempore Claudii imperatoris. Civitate Toleto, depositio sancti Juliani antistitis, qui apud ejusdem loci incolas, pro excellenti sanctitatis merito, famosissimus habetur.*

CENTULEN. *Nichomediæ, sanctorum Victoris et Victorini martyrum.* Nihil præterea.

BRUXELLEN. In prima annuntiatione non nihil interpolatus, ita habet secundo loco : *Civitate Tholeto, depositio sancti Juliani episcopi, qui apud ejusdem loci incolas, pro excellentis sanctitatis merito veneratur.*

HAGENOYEN. In martyribus Nicomediensibus, BRUXELLEN. minus purus est. De Juliano, textum sequitur, sed subjicit : *Hunc Julianum quidam invocare solent, pro bono hospitio de nocte habendo.* Mirum, si auctor hujus Martyrologii Julianos non confuderit; certe melius et rectius quadrare videretur ea invocatio *pro bono hospitio de nocte habendo*, Xenodocho illi Juliano, qui IX Januarii commemoratur. Sequitur : *In Seconia, sancti Trydelini* vel *Frydelini confessoris. Fridolinum* indicare voluit, nisi vehementer fallor, abbatem illum Seckinganum in Germania, de quo in Actis hac die.

Julianorum confusio.

Frydelini.

AQUICINCT. Pro *Claudiano*, scribit, *Claudio*; pro *Juliani*, *Vigiliani*.

ALTEMPS. *In Britannia, depositio sancti Balteri* (Acta legunt *Baltheri*) *presbyteri et confessoris. Burgo monasterio, sanctarum Kyneburgæ, Kyneswithæ et Tiblæ.* Acta habent, *Tibbæ* vel *Tilbæ*.

Balteri.

Kyneburgæ et sociarum.

REMENS. ecclesiæ sanctorum Timothei et Apollinaris : *Toleto civitate, depositio beatissimi Juliani, episcopi et confessoris.*

ABDINGHOF. *Treberis, sancti Quiriaci presbyteri.*

Quiriaci.

EDITIO LUBECO-COL. Post textum subdit : *Treveris, sancti Quiriaci presbyteri, et confessoris. Eodem, die sancti Cyrilli presbyteri et confessoris, Ordinis Carmelitarum. Ipso die, beati Fridolini abbatis et confessoris. Item, sancti Baldredi confessoris.* Idem est, cum *Balthero*, de quo supra.

Cyrilli.

Fridolini.

GREVEN. *In Nicopoli, sanctorum Papiæ, Alexandri et Jocundi. Nichomediæ, sanctorum Saturnini, Cassi, Victoris, cum aliis duobus Papia et Nicephoro.* Solita apud Grevenum confusio, dum martyres accipit ex apographis Hieronymianis. *Apud Terdonam, passio sancti Marciani episcopi et martyris, sub Adriano imperatore, qui eductus de carcere, cum post candentes laminas ferreas capiti impositas, permansisset illæsus, capitis obtruncatione martyrium implevit. Item, sanctorum Diodori, Claudiani, Carisii, Mergoli.* Aliud hoc est Hieronym. fragmentum non satis recte dispositum. *Victoris martyris Mosovensis*; voluit dicere *Mosomensis*, in Belgica, de quo vide Prætermissos et IX Februarii in Actis. *In Scotia, Baldredi episcopi et confessoris.* An dicatur episcopus, in Actis discussum invenies. *Metis, sancti Grodegandi episcopi et confessoris. In monte Carmelo, beati Cirilli presbyteri et confessoris, cui Deus, tamquam fideli amico de futuro statu mundi, multa in aurem revelavit. Treveris, sancti Quiriaci presbyteri et confessoris. Ipso die, Frindolini abbatis et confessoris. Keneburgæ virginis. Victoriæ matronæ.* De hac nihil reperio. *In Gandavo, sanctæ memoriæ Coletæ monialis, Clarissarum reformatricis primæ.*

Papiæ et soc.

Saturnini et soc.

Marciani.

Diodori et soc.

Victoris.

Baldredi.

Grodegandi.

Cyrilli.

Quiriaci.

Frindolini.

Keneburgæ.

Victoriæ.

Coletæ.

MOLAN. Sua ex GREVENO accipit ; agit de Cyrillo, Quiriaco, Grodegando, Fridolino et Coleta. Una hæc diversitas in Cyrillo, quod ita scribit : *In monte Carmelo, beati Cyrilli presbyteri, Carmeli eremicolæ perdevoti. Cui Deus*, etc. In aliis editionibus de Cyrillo et Quiriaco eadem repetit. Tum : *Seckingi, depositio Fridolini abbatis et confessoris. Die sexta, sanctorum quadraginta duorum martyrum, recenter inventorum in Ammorio.* Dein charactere minori : *Gandavi, obitus sanctæ memoriæ Coletæ de Corbeia, anno* MCCCCXLVII, *quæ instituit Clarissas Coletanas. Metis, sancti Grodegandi archiepiscopi et confessoris.*

De Cyrillo

Fridolini.

Martyrum alii.

Coletæ.

Grodegandi

Non abs re erit subnectere, quod inter observationes Mss. superius citatas, scriptum reliquit Rosweydus, ad hanc diem VI Martii. Præmittitur textus Romani hodierni : *In Cypro, S. Cononis martyris, qui sub Decio imperatore, pedibus clavis confixis, ante currum jussus currere, in genua procumbens, in oratione reddidit spiritum.* Sequitur Baronii Notatio : *Cononis, de eo etiam Græci in Menelogio hac die agunt, quem Nazarethi ortum, præclaris certaminibus pro Christo susceptis, nobilitatum ferunt, dum brevi compendio martyrium ejus describunt.*

Observatio Rosweydi in Martyrologium Romanum

Tria hic animadvertenda sunt, inquit Rosweydus : — 1. *Quomodo Baronius Cononem hunc ponat* VI *Martii, dicatque etiam hac die in Menelogio de eo agi, cum Menologium eum habeat* VIII *Martii.* — 2. *In Menologio videntur dies perturbati, nam Menæa Cononem habent* V *Martii* (et ita etiam Acta posuerunt.) — 3. *Quomodo Baronius eum in Cypro ponit, cum Menæa habeant, eum passum Mandæ, urbe Pamphiliæ? Sed Baronio imposuit vitiosa Menelogii lectio* VII *Martii, quæ ita habet : S. Cononis* τοῦ κυπρίου *ex Nazareth Galilææ. Hic sub Decio imperatore propter Christianæ fidei confessionem, ferreis clavis confixis pedibus, ante currum jussus currere, in genua procumbens et orans, spiritum Christo Domino reddidit. Legendum enim ibi* τοῦ κηπουροῦ *id est* HORTULANI. *Quare ita videtur Martyrologii Romani textus reformandus :* MANDÆ, URBE PAMPHILIÆ, SANCTI CONONIS HORTULANI MARTYRIS.

Nonis. *Die 7.*

Perpetuæ, Felicitatis et soc.

IN Mauritania civitate Tuburbitanorum, natalis sanctarum martyrum Perpetuæ et Felicitatis, et cum eis Revocati, Saturnini et Secundoli, quorum ultimus in carcere quievit, reliqui omnes ad bestias sunt traditi, sub Severo principe.

Textus simplicitas sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Greven.* et *Molan.*

VARIA

VARIA LECTIO. In tribus primis codicibus nulla est. Antverp-Maj. pro *natalis*, scribit, *passio.* Pulsanen. male legit *Turbitanorum*, ut habent apographa Hieronym. Grevenus et Molanus in I editione legunt *Tiburbitanorum*, quod hic in posterioribus non melius correxit per *Thuburbitanorum.* Sic utraque Greveni editio perperam posuit *Mauricannia* pro *Mauritania.* Item, *Sanctorum* pro *sanctarum*, uti etiam legitur in Pulsanen. Antverp. Max-Lubec, et Molano. Pulsanen. socios transposuit, hoc modo : *et cum eis Saturnini et Revocati et Secunduli* ; sic *traditi sunt* pro *sunt traditi.* In Antverp. vero et Max-Lubec. *reliqui autem* pro *reliqui omnes.*

Perpetuæ, Felicitatis et soc.

OBSERVATIO. Una Martyrologorum antiquorum omnium concors sententia est, *Perpetuæ* et *Felicitatis* agonem gloriosissimum et tota Ecclesia celebratissimum, hoc die completum esse, quidquid etiam pridie in Hieronymianis apographis recenseantur ; cujus repetitæ positionis causam, non satis explicat Florentinius. Harum vere Christianarum heroidum quam late fama, ab omni ævo dispersa fuerit, ostendit Kalendarium Bucherianum, omnium antiquissimum, in quo ex Africanis martyribus solæ illæ et Cyprianus memorantur ; hic proprio suo natali die XVIII Kal. Octobris, istæ hoc die : *Nonis Martii, Perpetuæ et Felicitatis, Africæ.* Prætereo Sacramentaria et hujusmodi alia ; cum Acta ipsa plane incomparabilia, pretiosissimum sint ecclesiasticæ antiquitatis monumentum, vel ipsis acatholicis id fateri coactis ; legat qui avitæ fortitudinis et catholicæ pietatis spectaculis delectatur. Thesaurum absconditum diu desideratum, diu frustra conquisitum primus feliciter e bibliotheca Casinensi eruit V. Cl. Lucas Holstenius, a Possino, inde a Majoribus nostris hoc die vulgatum, et ab aliis eruditissimis viris certatim novis curis, etiam Oxoniæ, editum et observationibus illustratum, quorum curiosiores notas collegit suasque addidit Ruinartius inter sincera et germana Acta a pag. 81 ; Tillemontius vero deductam vitæ seriem contexuit tomo 3 a pag. 136. Consulat lector, quæ apud citatos scriptores diligentissime discussa sunt, dum nos Martyrologorum nostrorum sensa seu vera, seu falsa exponimus. In assignandis sociis non una dictorum Martyrologorum est ratio : hi in Hieronymianis apographis varie positi et confusi, a Beda ac proinde a Rabano prætermissi sunt. Nihilo plus dicit Romanum parvum, sola Perpetuæ et Felicitatis nomina exprimens, non *Carthagine*, ut rectius a Beda legitur ; sed : *In Mauritannia civitate Tuburbitanorum.* Romani parvi vestigiis insistit Ado, tres tamen socios ex Actis, quæ etiam Beda viderat, adjungens, quos Usuardus et Notkerus non negligunt, omisso ubique *Saturo*, cui secundum præfata Acta primus, inter viros, locus tribuendus videretur ; unde manifeste patet solum Adonem Usuardo præluxisse, cujus elogii partem primam, fere ad verbum transcripsit ; Notkerus, ut solet, totum reddidit. Quæstionem de loco martyrii *Carthagine* an *Tuburbii* discussam habes in commentario nostro prævio, apud Florentinium, et recentius in prævia Ruinartii admonitione, ac notis Tillemontii. Sitne autem typographi, an Florentinii ipsius inadvertentia dum pro *Turbitanorum* Hieronymi, restituendum ait ex Augustino *Tuburbitanorum*, dubitare facit, quod continuo subdit, *insignes martyres Perpetuam et Felicitatem* TUBURBITANAS *dici ; liquet igitur melius, vel saltem minus male in textu scriptum Tuburbitanorum*, licet verosimilius sit *Tuburbitanas martyres* non has ab Augustino aliisque intelligi, sed *Maximam* et socias, de quibus agitur XXX Julii. Wandelbertus cum Romano parvo et Beda, solis duabus feminis epinicion canit :

Nonis Felicitas micat et Perpetua, castam
Quæ Christi vitam felici morte dicarunt.

AUCTARIA.

Equitii.

DANIC. Textui subnectit : *Apud Valeriam provinciam, natale sancti Equitii abbatis, cujus meminit beatus Gregorius Dialogorum libro primo.*

Thomæ.

Item habent ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. qui præterea adjungunt : *Eodem die, depositio sancti Thomæ confessoris et Doctoris*, de quo ALBERG. hoc modo : *Eodem die, sancti Thomæ de Aquino, Ordinis Prædicatorum, eximii Doctoris, qui suis scriptis et doctrinis plurimum profuit religioni Christianæ.*

CENTULEN. *Apud Africam, civitate Tyburtina passio SS. Perpetuæ et Felicitatis martyrum, et cum eis Revocati, Satyri et Secunduli.*

BRUXELLEN. Post *principe*, subdit, *in die natalis ejus*, quæ ex Adone sumpta sunt. Tum : *Apud Valenciam* (pro *Valeriam*) *provinciam, Equitii, etc. Item, depositio beati Thomæ de Aquino, Doctoris sancti de Ordine Prædicatorum.*

De S. Thoma confusio.

HAGENOYEN. Multa hodie comminiscitur de martyribus Tuburbitanis et beato Equitio, quæ referri non merentur. Accurationis specimen habe, in annuntiatione ultima : *Eodem die, sancti Thomæ, Doctoris egregii et episcopi Cantuariensis, de Ordine Prædicatorum.* Sic Perpetuam et Felicitatem *virgines* vocat, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Primo loco : *Thomæ de Aquino confessoris.* Dein Perpetuæ et Felicitati elogium texit, hic non describendum.

De S. Thoma

STROZZ. et MEDIC. Etiam primo loco : *Natale sancti Thomæ de Aquino, confessoris, Ordinis Prædicatorum depositio, apud monasterium Fossæ novæ, Ordinis Cisterciensis, in Campania ejusdem depositio. Obiit autem anno Domini* MCCLXXIV, *vitæ suæ quinquagesimo inchoante.* Unde redundantia illa *depositionis* in textu oriatur, non habeo ex quo colligam, nisi forte ex textibus variis unus conflatus sit ; certe de ejus translatione hic non agi manifestum est. Plura mox sequentur.

MUNERAT. Textui puro adjicit : *Eodem die, depositio beati Thomæ confessoris, Ordinis Prædicatorum, eximii Doctoris.*

Equitii.

EDITIO LUBECO-COL. Addit ut BRUXELLEN. *die natalis sui. Apud Valeriam provinciam, natale sancti Equitii abbatis, cujus meminit beatus Gregorius Dialogorum libro primo. Eodem die in Campania,*

pania,

pania, monasterio Fossæ novæ, natale sancti Thomæ de Aquino, Ordinis Prædicatorum, egregii Doctoris Ecclesiæ, qui suis doctrinis et scriptis plurimum profuit religioni Christianæ. Fertur etiam de eodem Doctore, quod innocentiam baptismalem numquam violaverat et virginitatem mentis et corporis usque in finem vitæ suæ servaverat, nec umquam ipso sciente, mortaliter peccaverat. In territorio Montensi, oppido imperiali quod Werda dicitur, supra littus Rheni, natale sancti Willeyci conf. presbyteri sancti Suiberti episcopi. Actum de eo supra II Martii.

Willeyci.

BELINI I EDITIO : *Eodem die, sancti Thomæ de Aquino confessoris* ; editio altera : *Doctoris et confessoris, Ordinis Prædicatorum.*

Silvani et soc.

Eoci et soc.

GREVEN. *Item sanctorum Silvani, Rogati, Eroi. Antiochiæ, Eoci* (vel *Leoci) Saturi, Saturni et aliorum.* S. Thomæ elogium idem fere est quod retulimus, cum additione anni obitus, ut supra etiam positum est. De Willeyco aut Willerico satis dictum est. *In provincia Valeria, sancti Equitii abbatis, qui ut beatus Gregorius primo Dialogorum refert, pro vitæ suæ merito apud omnes illic admirabilis habebatur. Vilis erat valde in vestibus, sed tantus eum fervor ad colligendas Deo animas accenderat, ut sic monasteriis præesset, quatenus per ecclesias, per castra, per vicos, per singulorum quoque fidelium domos circumquaque discurreret, et corda audientium ad amorem patriæ cœlestis excitaret.*

Equitii.

De Perpetua et Felicitate.

MOLAN. Ex Adone hæc textui subjicit : *die natalis ejus. Quæque dum adhuc servarentur in carcere et Felicitas parturiret, omnium sanctorum commilitonum precibus impetratum est, ut octavo mense pareret. Apud Valeriam*, ut supra in DANICO, etc. *Eodem die, sancti Thomæ Aquinatis Doctoris et confessoris, in Terracina Campaniæ civitate, monasterio Fossæ novæ. Qui de nobili genere comitum Aquinorum claram originem ducens, patre invito, Ordinem ingressus est Prædicatorum, et litterarum studiis diligenter intendens, sacræ Theologiæ cathedra sublimatus, totum mundum claritate suæ scientiæ illustravit; et anno* MCCLXXIV, *vitæ vero suæ quinquagesimo inchoante, diem clausit extremum.* Deleri possunt verba illa, *in Terracina Campaniæ civitate.* Minutioribus typis : *In Segenberge, sancti Volkeri martyris. Item Redemptæ virginis, de qua in homilia B. Gregorius.* Hæc in aliis editionibus merito omittitur. Vide indicem Prætermissorum. In his autem additur : *Die septima, sacrosanctorum martyrum episcoporum in Chersone, Basilei, Ephraim, Charitonis, Eugenii et reliquorum.* Dein charactere minori : *Cæsareæ Palestinæ, natalis sancti Eubuli, qui gloriosam pro pietate mortem, caducæ vitæ præponens, post bestiarum laniatus, gladio trucidatus fuit ; omniaque martyrum certamina, suo sanguine postremus obsignavit. In Segenberge, sancti Volkeri martyris.*

De S. Thoma.

Volkeri.

Redemptæ

Basilei et soc.

Eubuli.

Volkeri.

VIII *Idus.* *Die* 8.

Philemonis et Apollonii.

Arriani et sociorum.

Pontii

In civitate Antinoum, natalis sanctorum Philemonis et Apollonii diaconi, qui tentii et a judice auditi, cum constanter idolis sacrificare noluissent, perforatis calcaneis per civitatem horribiliter tracti, novissime gladio cæsi, martyrium compleverunt. Eodem die apud præfatam urbem, passio Arriani, Theotici, et aliorum trium; quos judex submersos in mare necavit, sed obsequio delphini, corpora eorum littori sunt restituta. Cartagini, sancti Pontii diaconi beati Cypriani episcopi, qui usque ad diem passionis illius cum eo exilium sustinens, egregium volumen vitæ et passionis ipsius reliquit, ac clarus passionibus, coronam vitæ promeruit.

Consonant *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Quibus accedunt *Antverp-Max. Ultraj. Leyd. Alberg. Danic. Editio Ultraj-Belg.* et tertius *Hagenoyen.*

VARIA LECTIO. *In civitate Antinoo* ponit solus Tornacen. Greven. *Antynoum.* Idem Tornacen. *Apollinii*, pro *Apollonii*. Belinus legit *Diaconorum*, ubi probabilius neuter Diaconus fuit. Transpositio Greveni et Molani, in *sacrificare idolis*, pro *idolis sacrificare* notatu digna non est. Quod aliqui *Ydolis* scribant, alibi dictum est. Antverp. Max-Lubec. Belin. Greven. Molan. et codices alii pro *Arriani* scribunt *Adriani*, cur Acta *Ariani* præferant, nescio. Sic in Herinien. et Munerat. *Thetici*, in Greven. *Teotici*; melius in textu. Munerat. omisit *trium*. Codices mediæ notæ ad *delphini*, addunt *piscis*. Antverp. scribit *Kartagini;* Munerat. *Cartagine;* Belin. Greven. et Molanus *Carthagini;* cum antiquioribus antiquam præfero scribendi normam. Sensum invertunt Munerat. et Belinus, legentes *Diaconi et beati Cypriani.* Minus errat ille in *passionis illius*, hic in *passionis ejus*. Herinien. quod mirere, scribit *clari* et *promeruerunt*, quasi de duobus ageretur.

Philemonis Apollonii et soc.

OBSERVATIO. *Philemonis*, *Apollonii* et aliorum martyrum Antinoitarum, primo et secundo loco hic consignatorum memoria, antiquioribus Martyrologis omnibus aut incognita aut præterita, debetur soli Usuardo, qui Philemonem Apollonio male præposuit, atque ex eorum passione, martyrii locum, diem et alias circumstantias non satis recte determinavit, ut hoc die accuratius exponit Papebrochius, Acta ex variis Mss. Latinis cum textu Græco collatis illustrans, quæ eruditi recentiores hodie passim incessunt et repudiant, tamquam a Metaphraste farta et interpolata. Sintne Metaphrastis opus, alia quæstio est. Ceterum ita sentiunt viri illi scrupulosiores ipso Papebrochio, at non tam facile hodie probaturo, quæ sub primis studiorum initiis, necdum rerum istarum adeo

peritus

peritus, admisit. Quidquid sit, genuina omnino non esse, satis perspiciet, quicumque ea conferre voluerit cum narratione Rufini ex Vitis Patrum cap. non 29, sed 19, pag. 476 a Ruinartio excerpta et inter selecta edita pag. 539; quam nescio cur Majores nostri proferre neglexerint. Interim negari non potest, passionem a Papebrochio illustratam Metaphraste antiquiorem esse, utpote quam Usuardus, qui inde elogium suum excerpsit, videre certo debuit, isque inter omnes antiquos Martyrologos solus, ut dicere cœpimus in Observatione de sancto Ascla XXIII Januarii, quo item die Tillemontium in *Arriano* citavimus, cujus articuli duo 4 et 5 legi possunt tomo 5 a pag. 360, ubi de hodiernis martyribus agitur ex Rufino etiam et Palladio, rejectis Actis Usuardinis, quæ hunc VIII Martii diem Sanctorum certamini non satis recte consecravisse, imo simul omnes male conjunxisse, ante ipsum observaverat laudatus Papebrochius, apud quem vide cetera. De textus nostri vere Usuardini simplicitate, dubii nihil suboriri potest in tam singulari codicum prope omnium concordia. — De *Pontio* sic legit Romanum parvum : *Apud Carthaginem, sancti Pontiani, diaconi beati Cypriani, qui Dominum semper in passionibus suis glorificans, coronam vitæ promeruit.* Hæc Ado tantillum auxit, quæ a Notkero descripta sunt; Noster, casu an studiose nescio, verba illa exclusit : *Dominum semper in passionibus suis glorificans*, quæ nihil oberant, quo minus intacta relinquerentur, nisi forte de vero martyrio intelligenda putaverit, quod subiisse Pontium omnino non constat. Hic Cyprianum laudando, sui memoriam posteris reliquit, nam ex ejus libello de gloriosissimi martyris Cypriani vita, commentarium suum deduxit Henschenius, Pontium egregie vindicans a nimium fastuosis Rigaltii suggillationibus, ut ibi lector videre poterit, et fusius probandum erit ad XIV Septembris. Nobis sufficiat, Usuardi textum hic etiam genuinum esse. Nihil ad textum Usuardinum pertinent hodierni Wandelberti versiculi. *Pontii.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. In prima deest totum elogium; in secunda tantum non purus est; in tertia ferme Adonianus : *Apud Cartaginem, sancti Pontiani diaconi, discipuli beati Cipriani episcopi, qui usque ad diem passionis ejus, cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vitæ et passionis ipsius reliquit, atque Dominum semper in passionibus suis glorificans, coronam vitæ promeruit.* *De Pontio ex Adone.*

ROSWEYD. In toto textu purus, in fine hæc subjungit : *In Nicomedia, Quintilli episcopi, martyris. Item in Africa, Cyrilli episcopi et martyris.* Accepta est utraque annuntiatio ex Hieronymianis, vel ex Rabano aut Notkero. *Quintilli. Cyrilli.*

PULSANEN. Deficit in Arriano et sociis.

LOVANIEN. Inter codices mediæ notæ purior censeri posset, nisi sæpius Usuardina elogia decurtaret. Hic omisit omnia, quæ in *Philemonis* et *Apollonii* laudem ab Usuardo relata sunt.

CENTULEN. Ab Usuardo jam sæpe recessit; hodie solum habet : *Nicomediæ, sanctorum martyrum Quintuli episcopi et Capitulini.* Ex aliquo Hieronymiano apographo, in quibus pro *Quintuli*, passim legitur *Quintili*, *Quintilli* vel *Quintilis*. *Quintuli et Capitulini.*

BRUXELLEN. Textui non parum interpolato, subjungit : *Item Rogati et Catulli episcoporum.* Vide Acta de Cyrillo episcopo, Rogato, etc. *Rogati et Catulli.*

AQUICINCT. *Et sanctorum Quintoli et Capitulini.*

VICTORIN. Legit *quatuor* pro *trium*.

MARCHIAN. fragmentum, habet *Adriani* pro *Arriani*, ut plures codices supra.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Ita incipit : *Cypriani episcopi et Pontii Diaconi martyrum. Asclæ martyris, Apollonii, Philemonis, Arriani, et sociorum ejus.* De Ascla actum est XXIII Januarii. *Cypriani et Pontii. Asclæ et soc.*

ALTEMPS. *Ipso die, sancti Felicis, Orientalium Anglorum qui fuit prædicator, et episcopus Norwici, qui inde translatus, nunc cum magna gloria honoratur in monasterio Fameseye* (Ramesiæ) *ubi et conditus jacet.* Vide hæc accuratius discussa in commentario prævio ad ejus Acta. *In Hibernia, sancti confessoris et abbatis* (imo episcopi) *Seinavi. Senanum* vocant Acta. *Felicis. Seinavi.*

EDITIO LUBECO-COL. Textui fere puro, subdit: *Eodem die, sancti Duchati* (Duthaci) *episcopi et confessoris. Item sancti Hunfridi episcopi et confessoris.* *Duchati. Hunfridi.*

GREVEN. *Nicomediæ, beati Quintilli episcopi et martyris. Item, Bironæ, Hereniæ, Felicitatis et Urbani. In Africa, Cirilli episcopi et martyris. Itemque Silvani, Quirilli, Capitulini martyris.* Vides hic Hieronymianos martyres divisos et confusos. *Felicis episcopi Orientalium Anglorum et confessoris. Qui de Burgundia egressus, Christum nationi Anglorum Orientalium annuntiavit. Sedem vero episcopalem in civitate Dommunc accipiens, annis* XVII *in multa sanctitate præsedit, et deinde in pace quievit. In Scotia, sancti Duchati episcopi et confessoris. In Hibernia, Cenani, Conalli, Crouani, episcoporum et confessorum.* De Conallo et *Cronano*, non *Crouano*, vide indicem Prætermissorum. *Eodem die, Hunfridi episcopi et confessoris. Cleopatroniæ, filiæ Duciani.* De Cleopatroniæ nomenclatura vide Castellanum in notis, mense Januario pag. 200. *Quintilli. Bironæ, etc. Cirilli. Silvani et soc. Felicis. Duchati. Cenani et aliorum epp. Hunfridi. Cleopatroniæ.*

MOLAN. Parvo charactere, de Felice GREVEN. transcripsit. Tum *Item Humfridi episcopi et confessoris, cujus corpus, post Morinorum per Carolum quintum deletionem, translatum est Ipras.* In editionibus aliis ita habet : *In pago Teruanensi, sancti Hunfridi, episcopi ejusdem civitatis, et abbatis Sithiensis, cujus corpus, deletis Morinis, Ipras est translatum. In Anglia, sancti Felicis episcopi et confessoris, qui de Burgundia veniens, nationi Anglorum Orientalium, Christum annuntiavit. Die octava, sancti patris et confessoris Theophylacti, episcopi Nicomediæ.* *Humfridi. Felicis. Theophylacti.*

VII *Idus.*

VII *Idus.* *Die* 9.

Gregorii Nysseni. *Paciani*

Apud Nisenam civitatem, depositio sancti Gregorii episcopi fratris beati Basilii Cæsariensis, tam vita quam eloquentia clarissimi. Civitate Barcinona, sancti Patiani episcopi, qui tempore Theodosii principis, optima senectute finem vitæ sortitus est.

Soli hac die puri sunt *Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Fere nulla. Scripsi *Nisenam* ex Hierinien. Tornacen. Greven. et aliis codicibus passim, tantum ut servetur antiqua Usuardi lectio, quæ etiam talis videtur esse in apographo nostro Pratensi. Molan. male in prima editione posuit *Nicenam*, quod in posterioribus bene correxit legendo *Nyssenam*, ut vere legendum est. Sic etiam reliqui in textu *Cæsariensis* cum Praten. et Molano; ut etiam apud eruditos hodie passim invaluit. Tres alii neglectis, ut plerum que solent, diphthongis, habent *Cesariensis*. Scribendum esset *Paciani*, sed in codicibus pro textu citatis, aliisque passim ponitur, ut est in textu; Rosweyd. tamen male legit *Potiani*.

OBSERVATIO. Textum Usuardi purum et genuinum hic repræsentari minime dubito, ductus non solum auctoritate probatissimorum codicum supra relatorum, sed ferme quotidiana ratione, quod Romani parvi textum evidenter secutus fuerit Ado, paucula adjiciens, quæ Noster fere ad apicem transcripsit, ut passim assolet. *Gregorii.* Hæc sunt Romani parvi verba de Gregorio : *In Nyssena civitate, sancti Gregorii episcopi, fratris Basilii.* Multa accurate de eo collegit Papebrochius in commentario historico, sed multo plura post alios Tillemontius tomo 9 a pag. 561 ad 616 per 20 articulos. — *Paciani* De *Paciano* solum posuerat Romanum parvum : *Barcinonæ, Paciani episcopi*, cetera Adoniana sunt, etiam a Notkero fere transumpta. Breviter ea Henschenius retulit, quæ apud Hieronymum et alios ecclesiasticos scriptores repererat; nonnulla explicatiora reddidit Tillemontius tomo 8 a pag. 537.

De 40 MM. Sebastenis a plurimis hac die positis.

Hieronymiana apographa, Beda ejusque descriptor Rabanus, et Wandelbertus de XL martyribus Sebastenis hoc die agunt, et egit Martyrologium Romanum ante tempora Innocentii PP. X, sub quo in diem sequentem translati sunt, cedentes officio duplici sanctæ Franciscæ Romanæ, sic tamen ut eorum annuntiatio et elogium hoc die ponatur, ut fit de sancto Hilario XIII et XIV Januarii; de sancto Henrico XIV et XV Julii, et de sancto Didaco XII et XIII Novembris; non alia, opinor, ratione, quam quæ modo assignata est, festi nimirum præcellentis. Porro quid Rabanum moverit, ut eosdem ipsos XL martyres, et quidem ampliori elogio ornatos, rursum ad XI poneret, ac denuo IX Septembris, haud equidem perspicio, nisi de vero obitus die dubitaverit, aut per incuriam classes martyrum diversas esse putaverit. Molanus in editionibus posterioribus perperam eos textui hodierno inseruit, cum ex Romano parvo et Adone, quos Usuardus sequitur, referendi sint XI Martii, ut fecerat in editione prima, ceteris longe præhabenda, saltem quantum attinet ad eruendam textus Usuardini simplicitatem, quam solam investigamus. Nam si de vero martyrii die instituatur quæstio, præferenda forte videbitur Hieronymi et Bedæ positio, ex ipsis Actis confirmata. Unde non improbabiliter suspicari licet, in recentiores Usuardi codices subinde insertos. Nobis sufficiat antiquam et genuinam Martyrologi nostri lectionem exhibuisse.

AUCTARIA.

PULSAN. Textus transposuit, nonam in undecimam commutans. Etenim quæ nos hodie, ut vere Usuardina retulimus, eadem ipse, quam ob causam nescio, XI hujus posuit, martyres autem Sebastenos, eosque solos hac die; sed pure et Usuardi verbis.

ANTVERP-MAJ. In textu non omnino purus est, cui superaddit : *In Sebasten Armeniæ minoris,* *40 militum Sebastenorum.* *natale sanctorum quadraginta militum, tempore Licinii regis sub præside Agricola. Nominá vero horum martyrum hæc sunt : Domitianus, Eunoicus, Sisinnius, Eradius, Alexander, Joannes, Claudius cum sociis suis. Qui omnes crurifragio martyrium consummaverunt. Combusta sunt igitur Sanctorum corpora et in fluvium projecta, sed divina dispensatione reliquiæ eorum sunt integræ repertæ et honore digno conditæ.* Hæc Usuardum non sapiunt. Sequentes codices integrum textum referunt.

ANTVERP. MAX-LUBEC. MUNERAT. BELIN. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Alii primo, alii ultimo loco de martyribus Sebastenis *De Sebastenis Mart. XL.* hac die meminerunt, quos nos cum Usuardo dabimus XI hujus. In ultimo codice deest *Gregorius Nyssenus.*

CENTULEN. *Passio* XL *militum tempore Licinii regis, sub præside Agricolao. In Africa, sanctorum* *Felicis et Rogati.* *Felicis et Rogati.* De toto textu, nec verbum.

BRUXELLEN. Interpolato non nihil martyrum Sebastenorum elogio, textum hodiernum fere purum subjungit.

HAGENOYEN. Ex martyribus XL, classes duplicando, octoginta confecisse videtur; turmam aliam hodie *Cappadociæ*, aliam XI *apud Sebasten Armeniæ* annuntians, quibus diversa aptavit elogia. Unde vero hodiernum eruerit, nescio, certe referri non meretur. In reliquo textu, parum a puritate aberrat.

AQUICINCT. Pro *Patiani*, scribit *Datiani*. Tum in fine addit : *In Armenia minore,* XL *militum sanctorum.*

sanctorum.

Felicis et soc. *ctorum. Item, sanctorum Felicis, Philippi, Rogati.*

REG. SUEC. signatus num. 130 : *In Sebastem Armeniæ minorem, natalis sanctorum* XL *militum, qui passi sunt sub Agricolao præside, tempore Licinii regis.*

UGHELLIAN. Etiam agit de XL militibus.

De martyribus Sebastenis. EDITIO LUBECO-COL. *Apud Sebastem Armeniæ minoris, natale sanctorum quadraginta militum, qui tempore Licinii regis sub præside Agricolao, post vincula et carceres creberrimos, post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum, ubi gelu constricta corpora ejus* (eorum) *nocte dirumpebantur. Mane autem facto, impiissimi tyranni satellites invenerunt claviculariunm connumeratum martyribus, unde unus pusillanimis ceciderat. Et eosdem omnes tractos ad litus, baculis crura eorum confregerunt, et sic demum crurifragio martyrium consummaverunt. Quorum nomina sunt : Domicianus, Eunoycus, Sisinnius, Eraclius, Alexander, Joannes, Claudius, Athanasius, Valens, Helianus, Melliton, Hecclicius, Achacius, Jubanus, Helyus, Theodolus, Cyrillus, Valerius, Flavius, Severianus, Quirion, Thudeon, Sacerdon, Priscus, Euticius, Smaragdus, Philoctimon, Actius, Michallius, Lysimachus, Dompnus, Theophilus, Euthycius, Xanctius, Aggius, Leoncius, Isicius, Gagius, Gorgonius, Candidus. Erant autem nobiliores inter eos Quirion et Candidus.* Vide hæc omnia accuratius ab Adone enumerata die XI Martii, ut supra diximus. Sequitur textus, cui in fine subjungit : *Parisius, depositio sancti Draconii abbatis.* In Prætermissis, dicitur idem esse cum sancto Droctoveo abbate, de quo Usuardus die sequenti. *Draconii*

GREVEN. *Ipso die, sanctorum Sici, Philippi, Mariani, Concessi, Sebastiani, Juliani, Silvani.* Nomina sunt ex Hieronymianis apographis oscitanter confusa. *Parisius, Draconii abbatis. Item, secundum aliquos* XL *martyrum, qui in quinto Idus ponuntur.* *Sici et aliorum Martyrum.*

MOLAN. *Apud Sebastem Armeniæ minoris, natalis sanctorum quadraginta militum, qui tempore Licinii regis, post vincula et carceres creberrimos, et post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum, ubi gelu constricta eorum corpora nocte disrumpebantur, et sic demum mane crurifragio martyrium consummaverunt. Erant autem inter eos nobiliores Quirion et Candidus.* Est Usuardi textus, exceptis iis, quæ de *gelu* ex Adone inseruntur. *Textus Usuardi de XL MM.*

VI *Idus.* *Die* 10.

Apud Apamiam, natalis sanctorum Alexandri et Gaii martyrum qui, ut Apollinaris scribit Hierapolitanus episcopus, in libro adversum Catafrigas, persecutione Antonini Veri, glorioso martyrio coronati sunt. In Perside, sanctorum martyrum numero quadraginta duorum. Parisius, depositio sancti Droctovei abbatis, discipuli beati Germani episcopi. *Alexandri et Caii. Mart. XLII. Droctovei.*

Solos hodie puros invenio *Herinienscm* et *Tornacensem.*

VARIA LECTIO. *Apamiam*, ut Herinien., veræ lectioni magis accedit, quam *Appamiam*, ut alter. Uterque scribit *Gaii*. Male Tornacen. *Appollinaris*. Primus legit *Jerapolitanus*, secundus *Jheropolitanus*, correctius in textu. *Catafrigas* et hi codices et alii passim ; putavi servari posse vel vitiosum scribendi modum. Herinien. posuit *Drocthovei*, Tornacen. *Drochtovei*. Quidni cum communiori, ut in textu ? Præferat quisque quod lubet, per me licet.

Sed quid de *Attalo* vel *Attala abbate, discipulo sancti Columbani?* Refertur hic sub istis fere terminis a codice Pratensi, an prima, an alia manu subinde adjectus, non satis certum. Equidem non existimo codicem illum, utut antiquum, primigeniam hic Usuardi puritatem referre. Certe Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Antverp. et Max-Lubec. ac Muneratus de eo silent. Abest item hoc die a codicibus, quos passim mediæ notæ appellamus, a Bruxellensi et multis aliis. Non est autem verisimile, Attalam ab illis exclusum iri, si in codicibus unde ipsi descripti primum sunt, aliqua fuisset memoria. Textui adjunctum, inde etiam evinci videtur, quod Grevenus et Molanus aliter proponant, nempe : *Luxovio monasterio, sancti Athali* (Attalæ) *abbatis*. Si enim ex Pratensi codice, quem autographum multi putant, accepta esset *Attalæ* annuntiatio, iisdem, procul dubio, terminis fuisset expressa. Suspicari itaque ausim, recentiora esse Pratensis verba, ab ipso primo scriptore vel ab aliquo alio, Usuardi textui adjecta, qui Bobiensi Italiæ monasterio, ut recte Notkerus fecerat, Attalam adscribendum intelligens, positionem seu depositionis locum prudenter omiserit. Litigare non lubet, si urgentiora momenta produxeris, ut Attalam textui vindices, ultro consentiam, utpote qui veritatem unice inquiro. Inter codices Hieronymianos solus vetustissimus Antverpiensis seu Epternacensis de *Attala* meminisse reperitur, si inde erutum, in codices aliquot Usuardinos fluxisse volueris, non magnopere refragabor. *De Attala codicis Pratensis.*

OBSERVATIO. *Alexander* et *Caius*, vel potius *Caius* et *Alexander*, nam hic denuo nomina transposita sunt, a Romano parvo primum consignantur, his verbis : *Apamiæ, Alexandri et Caii de Eumenia*; inde ab Adone, ex hoc a Nostro et Notkero, ferme cum eodem elogio accepti sunt ; etiam in additionibus ad Bedam positi, ubique cum addito *de Eumenia*, ex Apollinaris verbis, *Eumenia prognati*, vel *Eumenia oriundi*, ut vertit Valesius. Porro sanctos *Alexandrum* et *Caium* ex eorum numero esse, quos ex Rufini Eusebio desumpsit auctor Romani parvi, ad oculum patebit, si ejus textum conferas cum iis, quæ in Historia eccl. refert laudatus scriptor lib. 5 cap. 16 sub finem. Ex *Alexandri et Caii.*

MM. XLII — *Droctovei.*

Apollinare Hieropolitano desumptum esse narrationem, ex eodem et proxime præcedenti capite, observavit Viennensis. Plura et explicatiora vide sis in brevi Henschenii commentario.— Magnum Latinorum Martyrologorum consensum in sanctorum XLII martyrum natali ad hunc diem assignando agnoscit Henschenius, sic tamen ut *nulla temporis, aut urbis seu provinciæ peculiaris, persecutionis, aut ullius nominis notitia suggeratur*. Eos notat Romanum parvum : *In Perside, martyrum numero* XLII. Et ita ab Adone, ita ex hoc ab Usuardo et Notkero translati sunt. Variant in numero apographa Hieronymiana, aliis XXII, aliis XLVII, scribentibus, quamvis eosdem plane indicare videantur. — *Droctoveus* abbas a solo Usuardo superadditus est, utpote qui Pratensis ipsius cœnobii institutor primus et moderator fuit. Vitam habes ex Mss. ab Henschenio vulgatam et illustratam, quam novis curis edidit Mabilio seculo I Benedictino a pag. 252. Priores duas hodierni nostri laterculi classes sic memorat Wandelbertus :

Senis Caius, Alexanderque coluntur. Eisdem
Quadragena et bina coleret turba cruore,
Quos pariter sæva celebramus Perside cæsos.

AUCTARIA.

Attali

PRATEN. Auctarium ejus in Variantibus jam ferme indicavi. Sic scribit : *Ipso die, sancti Attali abbatis, discipuli sancti Columbani.*

Attali. Ugonis.

PULSANEN. Pro XLII, ponit *quinquaginta duum*. In fine autem : *Luxorio monasterio, sancti Attali abbatis. Item, sancti Ugonis episcopi et confessoris.* Rothomagensem, opinor, indicat, qui colitur IX Aprilis.

ANTVERP-MAJ. *Apud Apamiam, natale sanctorum Alexandri et Gai de Umenia, qui apud Apamiam, persecutione Antonini, glorioso sunt martyrio coronati.* In altera, purus est. De Droctoveo, nihil.

Attali

ROSWEYD. In prima et secunda satis purus; in tertia pro *Droctovei*, scribit *Clodovei*. Tum : *Ipso die, sancti Attali abbatis, discipuli sancti Columbani.*

Gorgonii et Firmi

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Deficiunt in Droctoveo, cujus loco substituunt : *Ipso, die, sanctorum Gorgonii et Firmi.* Idem additamentum habet MUNERAT. sed post textum integrum, nisi quod pro *Apamiam*, scribat *Campaniam*.

Gorgonii et Firmi. Relatio corp. Ansberti.

BRUXELLEN. De Alexandro et Caio textui inserit, quod *apud Viennam* passi sunt. Tertio loco ponit : *Ipso die sanctorum Gorgonii et Firmi.* Sequitur de Droctoveo. Abest Attalus. Tum in fine : *Fontanellæ monasterio, relatio corporis sancti Ausberti* (Ansberti) *Rothomagensis ecclesiæ archiepiscopi, qui in monasterio Altimontensi exilio fuerat relegatus. Et cum finem vitæ instare sentiret, corpus suum apud Fontanellam, ubi religionem fuerat professus, petiit sepeliri.* Vide de Ansberto Auctaria ad IX Februarii et Acta eodem die.

Gorgonii etc.

HAGENOYEN. Martyres XLII adscribit temporibus Saporis regis Persarum. Sequitur de Droctoveo. De Attala nihil. In fine : *Ipso die, sanctorum Gorgonii et Firmi.*

Attalæ

CENTULEN. Solum habet : *In Italia, monasterio Bobio, sancti Attalæ abbatis.*

Agapæ, Gorgonii, etc.

AQUICINCT. De Attala scribit, ut PRATENSIS In fine vero subdit : *In Antiochia, sanctæ Agapæ virginis, et sanctorum Gorgonii et Firmi.*

Heraclii.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine habent : *Item, sanctæ Agapæ virginis, et sanctorum Gorgonii et Firmini.*

MESSANENSIS. *Ipso die, sancti Heraclii.* An is est qui ex Hieronymianis a Rabano et Notkero Alexandriæ tribuitur?

PLESCHIONENSIS. *In Antiochia, sanctæ Agapæ. In Nicæa, sanctorum Gorgonii et Firmini.*

BIGOTIAN. signatus P 5. *Ipso die, sanctorum Gorgonii et Firmi.*

Sirini

CLUNIACEN. *Item Agapæ virginis, Gorgonii, Sirini.* Omnes conjungit sine loci distinctione.

Agapæ.

VATICAN. num. 5949 Omittit Droctoveum et Attalam. In fine adjicit : *In Antiochia, sanctæ Agapæ virginis. In Nicæa, sanctorum Gorgonii et Formini.*

UGHELLIAN. Deficit item in Drootoveo et Attala. In fine habet : *Sanctorum Gorgonii et Firmi*; ut codices alii supra.

Philonii et soc. Eraclii, etc

ALTEMPS. *Apud Alexandriam, natale sanctorum Philonii episcopi, Candidi, Valerii cum aliis* XX. *Carthagine, sancti Eraclii et aliorum.* Suspicor dierum subesse confusionem.

Ugonis. Felicis et Philippi.

STROZZ. et MEDIC. *Item, sancti Ugonis episcopi et confessoris. Item, sanctorum martyrum Felicis et Philippi.*

Kessogi. Translatio S. Viti

EDITIO LUBECO-COL. Omissis Droctoveo et Attala, ponit : *Ipso die, sanctorum Gorgonii et Firmi martyrum. Eodem die in Scotia, sancti Kessogi episcopi et confessoris. Item, translatio sancti Viti martyris.* Agitur de translatione celebris martyris S. Viti ad Corbeiam Saxonicam, de qua vide Prætermissos hac die, et ad XV Junii.

Attalæ.

BELIN. Male scribit *Dorothei* et *Dorothonei* pro *Droctovei*. De Attala sic habet : *Bobio monasterio, sancti Attalæ abbatis.*

Gorgonii et soc. Ereticiæ, etc. Palastini. Kessogi. Agapitæ. Marinæ.

GREVEN. De Attala jam diximus. Sequitur : *Gorgonii, Firmi, Candidi martyrum ac sociorum. Ereticiæ, Criduanæ virginum et martyrum.* Vide Prætermissos. *Palastini martyris.* Forte Palatini. *In Scotia, Kessogi episcopi et confessoris. Agapitæ virginis.* Nomen denuo corruptum pro *Agapæ*. *Marinæ virginis. Translatio sancti Viti martyris.*

Congelli. Himelini. Codrati et soc.

MOLAN. Typis minoribus : *In Hibernia, Congelli abbatis. In Vissenaken juxta Thenis montem, sancti Himelini confessoris; qui natione Scotus, et beato Rumoldo carne propinquus, præfato loco, febre pestilentiali tactus, diem obiit, mirificante Domino obitum ejus multis signis et miraculis.* De Congello vide Prætermissos, ubi remittitur ad x Maii; eum in posterioribus editionibus expunxit Molanus. Ibi vero addit : *Die decima, sanctorum martyrum Codrati et sociorum ejus.* De Himelino repetit, quæ in prioribus dixerat.

V *Idus.* *Die* 11.

Apud Sebasten Armeniæ minoris, natalis sanctorum quadraginta militum, qui tempore Licinii regis, post vincula et carceres creberrimos, post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum, et sic demum crurifragio martyrium consummaverunt. Erant autem nobiliores inter eos, Quirion et Candidus. *Sebastenorum MM XL.*

Puros existimo *Praten. Herimen. Tornacen. Greven.* et *Molan.* Addi potest *Rosweyd.*

VARIA LECTIO. In eo solum consistit, quod Grevenus et Molanus legant, *post facies cæsas lapidibus;* Pratensis autem omiserit vocem *nobiliores.* Puris addidi codicem, quem Rosweydi voco ; hic tamen post, *in stagnum*, interserit, *ubi corpora eorum gelu dirumpebantur*, quæ ab aliis codicibus absunt.

OBSERVATIO. Nobilissima acies commilitonum Sebastenorum jam supra ad IX Martii occurrit, quod eo die a Græcis æque ac Latinis Martyrologis passim celebrentur, iis exceptis, qui seriem nostram constituunt, videlicet auctore Romani parvi, Adone, Usuardo et Notkero. De Rabani triplici annuntiatione, superius etiam diximus ; itaque primus eos hoc die memorat reliquorum primipilus ; *Apud Sebasten Armeniæ minoris,* XL *militum, tempore Licinii regis.* Longior est Adonis historia ex antiquis Actis desumpta, expressis singulorum nominibus, quæ legi possunt citato die IX Martii in auctario Greveni. Ex Adonis textu hinc inde decerpsit Usuardus, quibus elogium suum construeret ; nisi mavelis Bedam descripsisse, quod ex ultimis verbis, *erant autem nobiliores inter eos Quirion et Candidus,* plane fit verisimile ; licet de cetero, quæ Bedæ sunt, etiam in Adone reperiantur. Notkerus diem sequitur, at phrasis ejus a Beda et Adone discrepat, nempe ex hodierno Rabani textu accepta et nonnihil interpolata. Illustrissimorum Martyrum gesta, prius satis confusa, egregiis dissertationibus evolvit et digessit Henschenius, Acta ipsa, ut recte censuit, antiquissima, eadem sedulitate illustrans ; quæ nihilominus sinceris et genuinis accensenda non credidit Ruinartius, solam Basilii homiliam producens a pag. 583, ubi consuli potest præmissa admonitio. Si quid igitur rigidiores critici in præfatis Actis carpendum reperiant, abunde supplebunt illa Basilii aliorumque sanctorum Patrum præconia, ex quibus potissimum sua desumpsisse videri voluit Tillemontius tomo 5 a pag. 518. Huc refero Wandelberti versus, quos superius ad IX Martii retulerat : *Martyrum Sebast. 40.*

Septenis quadrageno sub milite festum
Armeniæ recolunt unum sacra templa minoris.

AUCTARIA.

PULSANEN. Jam diximus, in hoc codice transpositos esse textus, ita ut IX posuerit, quæ ad hunc diem pertinent, et hoc die habeat, quæ nos cum Usuardo IX die retulimus.

ANTVERP-MAJ. Et hic et plerique infra codices, qui Sebastenos citato die IX signaverunt, ex Hieronymianis nomina mutuati sunt, quibus vacuum spatium implerent. In hoc codice ita legitur : *Apud Apamiam*, (vide infra) *natale sanctorum Philoni episcopi, Candidi, Valerii, cum aliis viginti. Cartagine, sancti Heraclii.* Vide socios in Auctariis aliis. Candido et Valerio quadrat hodiernus Wandelberti versiculus : *Philonii et soc. Heraclii*

Candidus hinc quinas sibi Valeriusque retentant.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Solum ponunt : *In Carthagine, Heracli* (vel Heraclii). *Zosemi, Alexandri, Candedi, Piperionis et aliorum viginti* ; quomodo etiam plane legit codex UGHELLIAN. ; et ita fere legendum censuit Henschenius. Alii *Alexandri* nomen transformarunt in *Alexandriæ*, positionem duplicantes, qua de re nonnulla est controversia. Horum aliquos integros vel luxatos pridie annuntiavit Rabanus ; Notkerus Nicomedienses aliquos hodie refert. Alii alia, ut in sequentibus Auctariis ; quæ, nisi fallor, ex diversitate apographorum Hieronymianorum nata sunt. Videantur Acta et Florentinius. Hic desunt etiam martyres XL, relati supra IX Martii. *Heraclii et soc.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. *In Carthagine, Sanctorum Heraclii, Zosimi, Alexandri, Candidi, Piperionis et aliorum viginti. Item Carthagine, sancti Constantini confessoris, clarissimi viri. Apud Alexandriam, natale sanctorum Philomii* (Philomii, Philonis, vel Philonii) *episcopi et Valerii cum aliis viginti et uno. Luxovio monasterio, sancti Attali abbatis, discipuli sancti Columbani abbatis.* Ita prorsus et iisdem fere inflexionibus MOLANUS, qui etiam cum his codicibus ad IX, martyres Sebastenos retulit. *Constantini. Philomii et soc. Attali.*

BRUXELLEN. *In Carthagine, natale sanctorum martyrum Eraclii, Zozimii, Alexandri, Candidi, Piperionis et aliorum viginti. Apud Alexandriam, natale sanctorum Philomii episcopi, et Valerii cum aliis viginti et uno. Apud Sebastem Armeniæ minoris natale sanctorum quadraginta militum, inter quos nobiliores erant Quirion et Candidus. Et in Antiochia, Agapæ virginis et Marinæ. Carthagine, sancti Constantini confessoris, clarissimi viri. Luxovio monasterio, sancti Athali abbatis, beati Columbani abbatis discipuli.* *Heraclii, etc. Philomii, etc. Agapæ et Marinæ. Constantini. Athali.*

HAGENOYEN. Primum agit de martyribus Sebastenis, tum de Carthaginensibus et Alexandrinis. Sequitur : *In monte Panois, beati Henrici imperatoris.* Quid *mons Panois* et cur hac die referatur Henricus, nescio. Si de Canoniza- *Henrici imperatoris.*

tione

tione agitur, ea ab aliis memoratur die sequenti; vide ibi Prætermissos. In fine, *Luxovio in monasterio*, etc.

Vindiciani. Agapitæ et Marinæ. AQUICINCT. Textui puro hæc subnectit : *In pago Atrebatense, depositio sancti Vindiciani episcopi. Item sanctarum Agapitæ et Marinæ virginum.*

VICTORIN. *Apud Alexandriam, natale sanctorum martyrum Philonis episcopi, Candidi, Valerii cum aliis viginti.*

Caii et soc. Firmiani. PLESCHIONEN. *Alexandriæ, sanctorum Caii, Candidi, Alexandri et Neonæ diaconi, et aliorum quindecim. Eodem die, natalis sancti Firmiani abbatis.*

Vindiciani. MARCHIAN. Addit : *In pago Atrebatensi, depositio sancti Vindiciani episcopi.*

Quirionis et soc. MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Sanctorum Quirionis et Candidi cum aliis* XL *militibus Martyribus.*

Philoromi et soc. Codex D. DU CHEVAL. signatus B, qui fuit olim PP. Augustinianorum : *Apud Alexandriam, natalis sancti Philoromi episcopi et Valerii cum aliis* XXI.

Firmiani. VATICAN. num. 5949. *Carthagine, sanctorum Heraclii, Zosimi. Alexandriæ, sanctorum Gaii, Candidi, Alexandri et Neonæ diaconi et aliorum* XV. *Eodem die, natalis sancti Firmiani abbatis.*

ALTEMPS. *Apud Alexandriam, natale sanctorum Philonii episcopi, Candidi, Valerii, cum aliis* XV. *Carthagine, sancti Eraclii et aliorum.*

Aliorum 40 Mil. Firmini. STROZZ. et MEDIC. *Item, passio aliorum* XL *martyrum* (scilicet ob XL Sebastenos, qui inde tamen ad IX diem relegati). *Item, sancti Firmini abbatis, magnæ sanctitatis viri.* Idem est qui superius *Firmianus*, quem etiam *Firmanum* vocant.

Gumberti. EDITIO LUBECO-COL. Sic incipit : *In territorio Herbipolensi, natale sancti Gumberti confessoris. Primum miles Christianissimus fuit et fidelis, cui administratio totius episcopatus Herbipolensis commissa est, quam curam utiliter gessit. Mortuo autem episcopo, unanimiter ab omnibus in episcopum est electus. Ipse autem indignum se reputans tanto honore, a Domino contrarium postulavit et obtinuit. Quia pendente relatione ad Papam, ipse feliciter in Domino obdormivit. Dumque jam sepultus esset, littera exauditionis publice sunt allatæ. Tunc omnis Clerus hunc tamquam episcopum volens altius honorare, et ossa ipsius in loco honorabiliori collocare, inventus est omnibus pontificalibus adornatus, qui tamquam miles et laicus fuit sepultus.* De hoc Sancto agendum erit eo, quo ab ecclesia Herbipolensi colitur, die XV Julii. Sequitur de Sanctis Carthaginensibus, ut supra. *Apud Alexandriam, natale sanctorum Philonii episcopi, Candidi, Valerii cum aliis viginti martyribus. Luxovio*, etc. *In Scotia, sancti Constantini regis et martyris. Eodem die, apud Armeniam minorem, sanctorum Domiciani et sociorum ejus martyrum.* Sunt e numero XL Sebastenorum. Vide indicem Prætermissorum. *Constantini. Domiciani et soc.*

BELIN. Primo loco de martyribus Carthaginensibus, ubi pro *Heraclii* et *Zosimi*, legitur *Heraclii* et *Osimi*. Tum : *Ipso die, Gorgonii et Firmi.* Melius pridie. *Gorgonii et Firmini.*

GREVEN. *Nomina præfatorum martyrum sunt*, etc., ut enumeravimus IX hujus. De martyribus Carthaginensibus et Alexandrinis, ut supra ex ANTVERP-MAX. etc. *In Scotia, sancti Constantini regis et martyris. Gumperti episcopi Herbipolensis. Hic cum esset miles* etc. *In pago Attrabatenci, sancti Vindiciani episcopi Cameracensis et confessoris. In Carthagine, sancti Constantini et confessoris, clarissimi viri. Item juxta quosdam, Athali abbatis, quem Usuardus ponit die præcedenti.* Vide quæ ibi diximus. *Constantini Scotiæ regis. Gumperti. Vindiciani. Constantini Carthag. Conf. Ithali.*

MOLAN. *Horum unus Meliton nomine, cum esset ætate minor*, et reliqua, quæ in Adone sequuntur usque ad finem. De Constantino confessore Carthaginensi, et martyribus ejusdem urbis, eadem, quæ jam sæpe repetita sunt. *Ipso die, Gorgonii et Firmi. In pago Atrebatensi*, etc. Tum minoribus typis : *Gumperti episcopi Herbipolensis. Arvernis, Georgiæ sanctissimæ virginis ; de qua Gregorius Turonensis.* In editionibus aliis vacat textus, litteris autem italicis ponuntur jam dicta omnia ; additurque in fine : *Die undecima, sancti patris Sophronii, Patriarchæ Hierosolymorum.* *Gorgonii et Firmi. Gumperti. Georgiæ. Sophronii.*

IV *Idus.* *Die* 12.

Gregorii et Innocentii P. P. Petri. Romæ, beatorum pontificum Gregorii Doctoris ac Apostoli Anglorum, et Innocentii. Apud Nicomediam, passio sancti Petri martyris. Hic cum esset cubicularius Diocletiani principis, et liberius causaretur de immensis martyrum suppliciis, jubente eodem, in medium educitur, ac primo suspensus, diutissime flagris torquetur, deinde aceto et sale perfusus, ad ultimum in craticula assatur, sicque veri Petri extitit et fidei heres et nominis. Item Nicomediæ, sanctorum Egduni presbiteri et aliorum septem, qui diebus singulis suffocati sunt, ut ceteris metus incuteretur. *Egduni et soc.*

Ex *Praten. Hernien. Tornacen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Gregoris* et *Innocentis* in Munerato, typothetæ errorem puto; attamen in Pratensi et Tornacensi etiam *Innocentis* invenitur. *Nichomediam* legunt plures, rectius in textu. *Vere* pro *veri* habet Molanus. Idem hic cum Greveno *Egdunii*, Muneratus *Egdimi*. Aliis etiam modis scribitur, ut in Actis videre est. Post *aliorum septem*, addidit Muneratus, *martyrum*. Aliæ minutiæ alibi satis indicatæ sunt.

Gregorii et Innocentii. OBSERVATIO. *Sanctorum Pontificum Gregorii et Innocentii* sub una annuntiatione combinatio, Bedæ incognita fuit, qui de solo Gregorio, Hieronymianis fere verbis, meminit : *Depositio sancti Gregorii Papæ, beatæ memoriæ* ; incognita etiam fuit præfatis Hieronymianis, inter quæ

Lucense

Lucense præfigit : *Romæ*, et pro *Papæ*, legit *episcopi*; Corbeiense habet, *Papæ*; Epternacense vero phrasi non ordinaria : ***S. Grigori Papæ Romensis*** ; in omnibus ultimo loco additus est. ***Innocentius*** vero in medio ferme textu sic annuntiatur : *Romæ, sancti Innocentii episcopi Rasi episcopi*. De quibus vide Henschenium hic. Rursus præfata conjunctio incognita est Rabano et Wandelberto; ut proinde Romano parvo primum tribuenda sit, ex quo eos solito more desumpsit Ado; Noster itidem utrumque secutus est, contracto brevi Adonis elogio, quod servavit Notkerus, plusculum ei de suo adnectens, nisi quis Adoniana esse contendat, quæ de Gregorio et Innocentio Rosweydus in appendicem rejecit. Atque hæc clara est receptæ seriei nostræ sententia, quam plane deseruere codices Usuardini recentiores, magno numero citandi in Auctariis XXVIII Julii, quo die cum hodierno Romano *Innocentium* I *Papam* referunt, et quidem nonnulli cum adjuncto titulo *martyris*. Sed hæc ad mensem Julii in Actis tractanda reservamus, ubi una post Florentinium inquiremus, an idem, an ab hoc diversus sit ***Innocentius*** ille ***episcopus***, qui in apographis Hieronymianis ponitur XXI Decembris, conabimurque *in lucem proferre ostensum* ab Henschenio *thesaurum*, qui pag. 106 hodiernum Innocentium a Papa distinguit, etc. Proderit Tillemontii lucubratio tomo 10 a pag. 627 ad 666. De Gregorio magno accuratissime disputavit Henschenius. Pro vitæ auctore certat Mabilio Analectorum tomo 1 a pag. 319. Vitæ aliæ sanctissimi Pontificis recentius editæ sunt, quæ consuli poterunt, quando et mensem Martium supplere operæ pretium videbitur. Audi nunc Wandelbertum, sic de solo Gregorio hodie canentem :

Quartum mox Iduum finis tuus, alme Gregori,
Consecrat, æterna cœlum quo laude petisti.

Petrus Nicomediensis a præfato Romano parvo etiam recensetur : *Nicomediæ, Petri martyris, Dorothei et Gorgonii martyrum sodalis*. Societatem illam cum Dorotheo et Gorgonio indicare non neglexit Ado; Noster ex longiori elogio ea tantummodo delibavit, quæ instituto suo aptiora videbantur. Ex Rufino sumpta sunt, leguntarque in commentario Henschenii, socios martyres plurimos ex Hieronymianis recensentis. Nos de his plura ad IX Septembris, ne hic extra solitos limites evagemur. — *Egdunus* (qui varie effertur) ab Adone annumeratus est, cujus verba Usuardus ad apicem descripsit. Unus is an geminus, ***Migdonus, Migdonius*** an ***Egdonus***, quærunt Henschenius et Florentinius. Dubium mihi non videtur, quin ad immanem illam Diocletiani Nicomediensem carnificinam omnino spectet. *Petri* *Egduni*

Maximilianum aliquem diserte signat Ado, tum Mosandri, tum Rosweydi; ***Mamilianum*** vocant alii, corruptum fortasse vel diminutivum a ***Maximo*** vel ***Maximiano***. Hic ab Usuardo præteritus est, ab Henschenio post Baronium Romæ adscriptus; non recte, cum ad Africam spectare videatur, si quidem ejus Acta sint, quæ post alios edidit Ruinartius inter selecta pag. 309. Ea autem cum a Decessoribus nostris visa non fuerint, supplementum Martii augere poterunt. ***De Adonis Maximiliano.***

AUCTARIA.

In Pulsanen. deest ultima annuntiatio de Egduno et sociis.

De Gregorio et Innocentio. Antverp-Maj. In prima auctior est : ***Romæ, natale sanctorum confessorum et Pontificum Gregorii, Anglorum Apostoli, vita et doctrina celeberrimi; atque Innocentis, fide et opere præclari. Quorum primus sedit annos tresdecim, menses sex, dies decem; sequens vero annos quindecim, menses duos, diem unum. Aput Nichomediam, passio beati Petri, gloriosissimi martyris. Qui fuit unus ex Dorothei et Gorgonii martyrum sodalibus, qui cubicularii regis erant.*** In tertia purus est.

Rosweyd. Textum satis purum habet, sed in fine Anglicam accessionem subdit : *Ipso die, depositio sancti Elfragi Uuintoniensis ecclesiæ episcopi et confessoris, qui sanctis virtutibus ornatus, beato fine quievit, et ibidem condigno honore sepultus est*. In Actis vocatur *Elphegus*. ***Elfragi.***

Antverp. Max-Lubec. et Ughellian. In eo solum a puritate deficiunt, quod Innocentium Gregorio non conjungant, addentes in fine post textum : *Romæ, depositio sancti Innocentii episcopi*. ***Innocentii.***

Antverp-Max. Ultraj. Leyden. Lovanien. Alberg. Danic. et Editio Ultraj-Belg. Omisso Innocentio, ita primam annuntiationem efformant : ***De Gregorio.*** *Romæ, natale beati Gregorii magni, præcipui Doctoris Ecclesiæ. Hic primus Gregorius et in ordine Paparum sexagesimus sextus, anno Domini* DLXXXV *salubriter præfuit Ecclesiæ sanctæ Dei*. De cetero puri sunt. De initio et fine pontificatus, vide Acta.

Centulen. Hic denuo Usuardus contractus et modice interpolatus est. Sic habet : *Romæ, natale sanctorum Pontificum Gregorii Anglorum Apostoli, vita et doctrina celeberrimi; atque Innocentii, fide et opere præclari. Nicomediæ, sancti Ebduni* (pro Egduni) *presbyteri et aliorum septem, qui diebus singulis suffocati sunt, ut ceteris timor incuteretur*. ***Textus contractior.***

Bruxellen. Sic incipit : *Romæ, sancti confessoris et Pontificis Gregorii magni, Papæ et Anglorum Apostoli, viri tam vita quam doctrinis saluberrimi, atque Ecclesiæ sanctæ Doctoris præcipui. Hic in Canone Missæ addidit :* diesque nostros in tua pace disponas; *Letaniam majorem instituit, et primus omnium Romanorum Pontificum, servum servorum Dei se scripsit. Item Romæ, sancti Innocentii Papæ, fide et opere præclari; qui constituit ad Missam, pacis osculum dari, et rexit Ecclesiam annos quindecim*. Sequitur de Petro et Egduno, ut in textu. In fine : *Maximiliani martyris*. ***De Gregorio.*** ***De Innocentio.*** ***Maximiliani.***

Hagenoyen. Primo loco de Petro, tum de Egduno satis pure. Denuum ita prosequitur : *Romæ eodem die, depositio sancti Gregorii Papæ, et primi Doctoris. Hic vocatur Angelorum* (Anglorum) *Apostolus. Iste in Sicilia sex monasteria construxit adhuc laicus existens, et intra urbem Romæ, septimum, quibus larga dedit prædia, et in septimo se fecit monachum.* XII *aureos dedit Anglo in tempore naufragii, et scutellam argenteam. Hic sanctus Papa omnibus pauperibus large ministravit. Thesauros nullos post se reliquit. Letanias constituit. Ecclesiastica officia ordinavit. Libros multos* ***De Gregorio.***

edidit

edidit. Calumnias multorum sustinuit patienter et in pace obiit.

AQUICINCT. Post τὸ *Anglorum*, subdit : *Et Innocentii, quorum primus in Canone auxit :* Diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari ; *sequens, Pelagium et Cælestinum* (Cœlestium) *hæreticos damnavit.*

Pauli. MATRICULA-CARTUS-ULTRAJ. Post Gregorium et Innocentium ponit : *Sancti Pauli episcopi Leonensis, confessoris.* Petri et Egduni elogia rescindit.

Vincentii CAMBERIEN. S. Mariæ Conventual. *Apud Nivernensem civitatem, sancti Vincentii presbyteri.* CODEX REG. SUEC. signatus num. 130, eum refert die sequenti. Acta, de ejus cultu certiora postulant.

Elphegi. ALTEMPS. *Ipso die, depositio sancti Elphegi Wentan* (Wintoniensis) *episcopi et confessoris, qui sanctis virtutibus ornatus, bono fine quievit, et ibidem cum digno honore sepultus est.*

Mamiliani. STROZZ. et MEDIC. *Romæ, sancti Innocentii episcopi et confessoris. Romæ, sancti Mamiliani martyris.*

Pauli. BURDEGAL. *Apud Plebem lapidi, sancti Pauli confessoris.* Idem est, qui ab aliis *ep. Leonensis.*

REMEN. Sanctorum Timothei et Apollinaris : *Romæ, Innocentii Papæ.*

De Gregorio. EDITIO LUBECO-COL. *Romæ, natale beati Gregorii Papæ magni, confessoris ac præcipui Doctoris Ecclesiæ Dei, et Anglorum Apostoli. Hic primus Gregorius, et in ordine Paparum sexagesimus sextus, anno Domini* DLXXXV (vide Acta) *salubriter præfuit Ecclesiæ sanctæ Dei annos tredecim, menses sex et dies decem. Hic vita et scientia in tantum fuit præditus, quod terrestris angelus dicebatur. Hic etiam addidit in Missa :* Diesque nostros in tua pace disponas; *et multos libros composuit. Hic primus Pontifex scripsit se servum servorum Dei. Hic etiam singulis ecclesiis Romanæ urbis in remissionem peccatorum humani generis, singulis diebus Quadragesimæ statuit fieri stationes fidelium, devote celebrandas.* In Petro et Egduno fere pura est. Sequitur : *In Britannia minori, beati Pauli episcopi et confessoris.* (*Pauli.*) *Romæ, depositio sancti Innocentii Papæ et confessoris, qui rexit Ecclesiam annos quindecim, menses duos, dies viginti unum. Eodem die, S. Maximiliani martyris.*

BELINI I editio, incipit a solo Gregorio. Omittit Egdunum. Addit autem : *Romæ, depositio sancti Innocentii episcopi et confessoris. Romæ, sancti Mamiliani martyris.* (*Mamiliani.*) Altera incipit, ut habetur in textu. Adduntur, quæ jam notavimus, et in fine : *Item in Nicomedia, sanctorum Egduni*, etc.

De Gregorio GREVEN. *Beatissimus Gregorius, hujus nominis Papa primus, post Petrum sexagesimus secundus, secundum vero computationem Martini*, LXVI, *ob maximam sanctitatem et scientiam, terrestris angelus dicebatur. Addidit in Canone*, etc. *Ipse etiam primus servum*, etc. *Stationes in urbe Romana singulis diebus Quadragesimæ fieri instituit. Præfuit Ecclesiæ annis* XIII, *mensibus* VI, *diebus* X. *Obdormivit autem in Domino, anno ejusdem* DCVI. Voluit dicere DCIV. *Innocentius etiam, hic positus, hujus nominis primus fuit.* (*Innocentii*) *Eodem die, beati Maximiliani martyris.* (*Maximiliani*) *Pionii martyris*; (*Pionii*) de quo I Februarii. Forte hoc die ex Floro acceptus est. *Item Zemmeonis*, (*Zemmeonis*) mihi hactenus ignoti. *In Britannia minori, sancti Pauli episcopi Leonensis et confessoris,* (*Pauli*) *cujus tanta fides exstit, ut lapillos in littore maris ponens, interdixerit mari, ne ultra illos terram unquam occuparet. Quam ejus prohibitionem, mare usque hodie cernitur observare. Item secundum aliquos hic, Kessogi,* (*Kessogi*) *qui supra* VI *Idus ponitur. Item juxta Methis, translatio sancti Gorgonii martyris.* (*Translationis Gorgonii.*)

MOLAN. *Romæ, sancti Maximiliani martyris.* Tum minori charactere : *Eodem die, obiit Ruremondæ Dionysius Richel, cujus vitam et operum catalogum conscripsit Theodoricus a Stratis Cartusiensis Coloniæ.* (*Dionysii Cartusiani.*) In editionibus aliis : *Romæ, Mamiliani martyris.* (*Mamiliani.*) *Die duodecima, sancti patris et confessoris Theophanis.* (*Theophanis.*) Infra typis minutioribus additur : *Qui et Isaacius dictus est, magnaque animi constantia restitit Iconomacho Leoni. In Britannia minori, Pauli Leonensis episcopi, tempore Justini junioris.* (*Pauli.*) Idem jam supra memoratus est. Vide Papebrochii commentarium, et vitam ab eo illustratam.

III *Idus.* — *Die* 13.

Macedonii et soc. Theusetæ et soc. Eufrasiæ

Apud Nicomediam, natalis sanctorum martyrum Macedonii presbiteri, Patriciæ et Modestæ. Nicea civitate, sanctorum martyrum Theusetæ, Horris, Theodoræ, Nimpodoræ, Marci, Arabiæ, qui omnes igni traditi sunt. In Thebaide, depositio sanctæ Eufrasiæ virginis.

Conveniunt ***Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.*** et ***Molan.*** Quibus accedunt ***Antverp-Max. Ultraj. Leyd. Lovanien. Alberg. Danic.*** et ***Ultraject-Belg.***

VARIA LECTIO. *Nichomediam*, et *Nycomediam* medii ævi errores sunt, quos ultra observare operæ pretium non est. *Modestiæ* pro *Modesta* male legit Greven. Scripsi *Nicea* cum codicibus prope omnibus, quamquam lectio Molani *Nicæa* præferenda videatur. Tornacen. habet *Nicena*. Singularis est Pulsanen. in *Machedonii*. Variant in *Theusetæ* ; pro qua Tornacen. *Teusete*; Antverp. et Max-Lubecan. *Theosete*, Greven. *Theusece*, Molan. *Theosetæ*. *Theodere* in Herinien. et *Nempodere* in Pulsanen. librarii, ni fallor, sphalmata sunt, uti et *Nimpedoi* in Munerato. Ita et *Marcii* pro *Marci*, in Pulsanen. ac *Marci et Arabiæ* in Munerato. *Eufrasiæ* scribunt omnes. Minutias alias in quinque postremis codicibus notandas non putavi.

OBSERVATIO.

Macedonii et soc.

OBSERVATIO. Mirus et prope insolitus antiquorum Martyrologorum in referenda prima martyrum classe consensus. Hieronymiana apographa eos diserte exprimunt, cum hac tamen a reliquis discrepantia, quod corruptior passim sit scribendi modus, ut hic in *Mitriciæ* pro *Patriciæ*, etc. Bedæ, Rabani, Romani parvi, Adonis, Notkeri eadem ferme verba sunt : *In Nicomedia*, vel : *Apud Nicomediam, nativitas Macedonii presbyteri, Patriciæ uxoris ejus, et filiæ Modestæ.* Noster, servatis nominibus, cognationem suppressit. Id ex probatissimis codicibus a me citatis, colligi manifestum est, quidquid Acta nostra, nescio quem, alium codicem indicent, *Usuardi genuinum*, in quo præfata cognatio exprimatur. Genuinus is codex, quisquis esse potuit, aut commodatus solum fuit, aut certe disperiit. Neque enim fas est existimare, codicem magnum Ultrajectensem S. Mariæ, quem nos jam toties *Rosweydinum* diximus, ut antiquus videatur, pro genuino Usuardino ab Henschenio acceptum, quidquid Rosweydus in magna sua Martyrologiorum collectione, Romani nempe, Græci, Bedæ vulgati, Usuardi, Adonis, Rabani et Notkeri, eum ipsum Ultrajectinum codicem, tamquam Usuardi germanum, describi curaverit, cum ceteris, ni fallor, vulgandum, ut in primo suo Actorum edendorum schemate anno MDCVII polliceri visus est. Quantum autem codex ille ab Usuardi germanitate aberret, jam sæpe patuit et patebit imposterum. Eadem annuntiationis forma etiam est in codice illo, quem *Antverpiensem majorem* semper indigitavi ; est et in Centulensi, at quam procul uterque absit ab Usuardi puritate, ex perpetua collatione, probe mihi compertum est. Porro codex alius nullus in nostro Museo superest, et si superesset, aliorum auctoritatem non facile elideret. Citatis jam supra Martyrologis accedat etiam Wandelbertus, reliquis accinens :

Presbyter et ternus Macedonius implet, honesta
Conjuge Patritia, et nata comitante Modesta.

Theusetæ et soc.

Nicæni martyres, luxatis non nihil nominibus, etiam in Hieronymianis apographis consignati inveniuntur, unde eos verosimillime eduxit Ado solito ductore destitutus, cum in Romano parvo nulla eorum fiat mentio. Adonem hic denuo secutus est Noster, secutus est item Notkerus ; Rabanus Hieronymianis verbis pressius inhæsit. — De *Eufrasia*, quæ commoratione *Ægyptia* dici potest, primus Usuardus locutus est. De Ægyptia, inquam, neque enim credibile est, eam cum Nicomediensi alia, de qua Hieronymiani textus, ab Usuardo fuisse confusam, aut pro synonyma aut fere synonyma alia acceptam. *Euphrasiam*, seu potius *Eupraxiam* appellandam censent Acta, ubi multa in eam rem congeruntur et erudite discutiuntur, quæ curiosus lector in loco consulere poterit ; actum non agimus. Vita, illic ex antiquis Mss. cum græco textu collatis a Papebrochio illustrata, licet scriptoris plane synchroni esse non videatur, talis nihilominus est, ut ad critices severioris lapidem lydium tuto explorari possit.

Eufrasiæ

AUCTARIA.

Textus Adonianus.

ANTVERP-MAJ. Hic denuo plane Adonianus est ; sic habet primam : *Nichomedia, natale sanctorum Macedonii presbyteri et Pratriciæ uxoris ejus et filiæ Modestæ. Nicea civitate, natale sanctorum martyrum Theuseta et Horris filii ejus, Theodoræ, Nimpodoræ, Marci*, etc. Deest annuntiatio tertia, quam a solo Usuardo superadditam diximus. Vide superius in Observatione.

Adduntur socii XXXII.

ROSWEYD. Sic primam format : *Apud Nicomediam, natale sanctorum martyrum Macedonii presbyteri, Patriciæ uxoris ejus et Modestæ filiæ ejus, et aliorum* XXXII. Reliqua pura sunt.

Textus non purus.

BRUXELLEN. Antiquiori textui proximus est : *In Nicomedia, sanctorum martyrum Macedonii et Patriciæ uxoris ejus, et filiæ ipsorum Modestæ. Nicea civitate, sanctorum martyrum Theusetæ et Orris filiæ ejus, Theodoræ, Mimphodoræ, Marchi et Arabiæ. Qui omnes igni traditi sunt. In Thebaida, depositio sanctæ Eufrasiæ virginis. Item Macedonii et Innocentis episcoporum.* An non Innocenti? *Item Leonis Papæ.* Vide Prætermissos.

Macedonii et Innocentis epp.
Leonis PP.

HAGENOYEN. *Romæ, ad ursum pileatum, natale sancti Innocentii Papæ et martyris* (poterat hic titulus omitti.) *Hic multos Catafrigas ab ipso inventos, in exilio monasterii religavit. Hic constituit, ut qui natus de Christiana esset muliere, denuo statim nasci debeat per baptismum, quod negavit Pelagius hæreticus. Hujus festivitas potissimum recolitur* V *Kalendas Augusti. Apud Nycomediam, natale sanctorum martyrum Macedonii presbyteri, Patriciæ et Modestiæ virginum.* In reliquis a puritate haud multum recedit.

Innocentii.

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130, in fine : *In territorio Nivernensi, sancti Vincentii presbyteri et confessoris.* De ejus cultu doceri cupiunt Acta. Vide Prætermissos.

Vincentii.

PLESCHIONEN. *Natale sancti Eldradi abbatis.*

Eldradi

MARCHIAN. Pro *Modestæ* scribit *Modestiæ*, ut GREVEN. supra.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Eufrasiæ virginis. Petri martyris socii sanctorum Dorothei et Gorgonii ; ex die* XII. *Theusetis cum sociis, martyris.*

Petri

CLUNIACEN. *Ipso die Cluniaco monasterio, translatio sanctæ Consortiæ.* Natalis est XXII Junii.

Translatio Consortiæ.

VATICAN. num. 5949 in fine : *Sancti Eldradi abbatis. Eodem die, sancti Ansimi* (Anselmi) *episcopi et confessoris.*

Eldradi
Anselmi

ALTEMPS. *Ipso die, monasterio Cluniaco, sanctæ Consortiæ.*

Consortiæ.

STROZZ. et MEDIC. *Item, sancti Leonis Papæ. Ipso die, monasterio Cluniaco, translatio sanctæ Consortiæ.*

Leonis PP.

CODEX S. RICALDI. *Depositio sancti Eldrati abbatis et confessoris.*

Eldrati

CAUDIACEN. PRIORATUS. *Cluniaco manasterio; translatio sanctæ Consortiæ virginis.*

Translationis Consortiæ

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Nicomediam, natale sanctorum martyrum Macedonii presbyteri, Modestiæ filiæ ejus et Patriciæ uxoris ejus.* Cetera fere pura sunt.

BELIN. *Apud Nicomediam, natale sanctorum martyrum Macedonii presbyteri, Patritiæ uxoris ejus, et filiæ ejus Modestæ. In Nicea civitate, sanctorum martyrum Theosedæ et Horris filii ejus*, etc. In fine additur : *Ipso die, monasterio Cluniaco, translatio sanctæ Consortiæ.*

Textus Adonianus

GREVEN. *Donati, Advocati martyrum* Vide Prætermissos. *Desiderii episcopi et martyris*

Donati et Advocati
Desiderii

Vide

Constantini. Mochomogi. Geraldi. Epipodiæ. Kevocæ.

Vide ibidem, *Constantini regis Protomartyris Scotiæ*. De eo agitur XI. *In Hibernia, Mochomogi confessoris. Geraldi abbatis. Item Epipodiæ.* An corruptum fortasse nomen ex Epepodo Nicomediensi martyre, de quo in Actis. *Kevocæ*, potius *Kennochæ virginis.*

Niceph...

MOLAN. *Ipso die, monasterio Cluniaco, translatio sanctæ Consortiæ.* Dein typis minoribus : *Et sancti Nicephori Patriarchæ Constantinopolis.* Editiones posteriores, de Consortia, ut supra. Dein : *Die decima tertia, reportatio reliquiarum sancti Nicephori Patriarchæ Constantinopolis.* Minori charactere : *Qui utilem sacrarum imaginum usum adversus impietatem defendit.* Verum est appositum hic breve elogium : verum est, quod celebretur, non dies natalis, quemadmodum prima editio innuere videbatur, sed *reportatio reliquiarum*, et quidem ea etiam re *memorabilis* hic dies est, quod XIII Martii ab impio Leone Armeno mulctatus sit exilio. *Hermopoli, sancti Sabini martyris.* Est ex eorum numero qui sub Arriano Thebaidis præside, (insigni illo postea martyre, ut alibi diximus) passi sunt; unde verosimiliter accidit, ut Acta ejus a Lipomano et Surio edita, cum Actis sancti Asclæ, qui XXIII Januarii colitur, confusa sint, et propterea a Papebrochio omissa, servatis solis elogiis, quæ ex Græcorum Fastis accepta sunt. *Sabini.*

Pridie Idus. *Die 14.*

Martyres XLVII

Romæ, passio sanctorum quadraginta et septem. Hi baptizati sunt a beato Petro Apostolo, cum teneretur in custodia Mamertini, cum coapostolo suo Paulo, ubi novem menses detenti sunt; qui omnes sub devotissima fidei confessione, Neroniano gladio consumpti sunt. In Africa, sancti Petri martyris. Item, sancti Eufrosii. *Petri. Euphrosii*

Soli codices *Praten. Herinien. Tornacen. Munerat.* et *Molan.* puri sunt.

VARIA LECTIO. *Hii* in Tornacensi antiquus sed pravus scribendi modus est, ut *Affrica* et *Aphrica*. Herin. Tornac. et Munerat. post Adonem legunt *Mamurtini*, melius Pratens. Molan. et communissimus scribendi modus *Mamertini*. *Fedei* pro *fidei* in Pratensi, librarii vitium est. *Eufrosii* legunt omnes, rectius scriberetur *Euphrosii* cum Molano.

Martyrum XLVII

OBSERVATIO. Præter germanos codices supra citatos, non desunt plures alii, ut Antverp. Max-Lubec. et codices Mss. octo mediæ notæ, quos puris annumerare fas sit, utpote qui hoc solo discrimine ab Usuardi simplicate recedunt, quod pro quadraginta septem, legant *quadraginta novem*. Grevenus excludendus plane fuit, cum *Leobinum Carnotensem*, quem *Leoninum* ipse vocat, omnibus Usuardinis codicibus nostris incognitum, solus inseruerit, ut dicemus in ejus auctario. De cetero lectionem positam omnino servandam, ex ipso fonte manifeste patet. Fontem appello Rom. parvum, ex quo eos de more accepit Ado, aucta non nihil prioris phrasi. Noster porro Adonis elogium integrum et immutatum refert ; Notkerus, quod mirere, ultima parte truncavit, ut in Actis etiam notatum invenies. Vix dubium est, quin Romani parvi compilator, martyres illos ex Actis sanctorum Processi et Martiniani desumpserit, qui nec in Hieronymianis apographis, nec in genuino Beda memorantur. Florusne, an alius quispiam Bedæ subinde annexuerit, nihil attinet hic disquirere; uti nec vacat examinare, unde orta primum fuerit nuper indicata mutatio *quadraginta septem*, in *quadraginta novem*, quæ verosimillime amanuensium oscitantia in recentiores codices irrepserit. — *Petrus* Africanus atque item *Euphrosius* vel forte *Euphrasius* (uterque enim hac die colitur) a classibus suis, in Actis ex Hieronymianis accurate distinctis, avulsi sunt, a nemine, Usuardo antiquiore, eo modo consignati, nisi Wandelbertum excipias, a quo si non accepit, saltem accipere potuit, cum hic ita habeat : *Petri. Euphrosii.*

Euphrosius pridie, Petro cum martyre fulget.

AUCTARIA.

Sagaris

ANTVERP-MAJ. *Romæ, natale sanctorum martyrum* XLVII, *qui baptizati sunt a beato Petro Apostolo. Apud Laodiciam, sancti Sagaris episcopi, qui tempore Antonini Veri, sub Servio proconsule Paulo Asiæ, illustri martyrio coronatus.* Relinquo transpositionem utut ineptam. Ceterum Sagaris ille, de quo et alii, rejicitur in Actis ad VI Octobris.

Felicissimi et Dativi

ROSWEYD. *In Nicomedia, Felicissimi, Dativi martyrum.*

PULSANEN. In prima annuntiatione purus, postremas duas prætermisit.

Mutatio numeri

CENTULEN. Novam comminiscitur numeri mutationem, ita scribens : *Romæ, beatorum martyrum quadraginta duorum, qui a beato Petro Apostolo in carcere baptizati, sub Nerone passi sunt.* De aliis duobus non meminit.

BRUXELLEN. Pro quadraginta septem, ponit *quadraginta octo*. Dein secundo loco : *Apud Laodiceam, sancti Sagaris episcopi, qui tempore Antonini Veri, sub Sergio Paulo proconsule martyrio coronatus est.* In Petro et Euphrosio purus est. *Sagaris*

HAGENOYEN. Numerat XLIX. Tum textui fere puro adjungit : *Apud Thessalonicam civitatem, sanctæ Matronæ ancillæ cujusdam viduæ divitis, et martyris. Quæ a Domina sua super scamnum ligata est et percussa, et ab angelo soluta est, et orans ite-* *Matronæ.*

rum

rum ligata et percussa et ab angelo soluta. Novissime robustis fustibus usque ad mortem est cæsa, et in confessione Christi incorruptum reddidit spiritum. Vide diem sequentem.

Felicissimi et Dativi

AQUICINCT. Incipit : *Natalis sanctorum Felicissimi et Dativi.* Et post quadraginta septem, interserit, *militum.*

Sagari

VICTORIN. et REG. SUECIÆ. signatus num. 130. In fine : *Item Laodiceæ, sancti Sagari episcopi et martyris.*

Leobini.

DAVERONEN. *Depositio beati Leobini episcopi Carnotensis, magnificæ sanctitatis et clarissimi in miraculis viri.* Nomen varie efformatur, ut ex dictis et dicendis patebit.

ALTEMPS. *Apud Laodiceam, sancti Sagaris episcopi, qui tempore Antonini Veri, sub Sergio Paulo Asiæ proconsule, illustri martyrio coronatus est.* Exigua est a superioribus differentia.

Zachariæ PP. Alexandri Translationis Bonaventuræ.

STROZZ. et MEDIC. *Romæ, sancti Zachariæ, Papæ.* Vide die sequenti. *Item sancti Alexandri martyris. Item Lugduni Galliæ, translatio sancti Bonaventuræ Cardinalis, episcopi Albanensis, Ordinis Minorum.* Colitur XIV Julii.

Leobii.

CODEX S. RICALDI. *Carnotis, sancti Leobii episcopi et confessoris.*

Translationis Glodesindis.

CODEX MONTIS SANCTI. *Metis civitate in monasterio subteriore, translatio corporis sanctæ Glodesindis virginis.* Colitur XXV Julii.

Leonini Innocentii et Eufrosii

EDITIO LUBECO-COL. Cum codicibus supra citatis scribit XLIX. Et secundo loco habet : *Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi et confessoris.* Ultimo autem : *Ipso die, sanctorum Innocentii episcopi et Eufrosii confessoris.* De Innocentio vide Prætermissos.

Zachariæ. Translationis Bonaventuræ.

BELINI utraque editio. Etiam notat XLIX. Et post textum fere purum subnectit : *Eodem die, Zachariæ Pontificis, qui sedit Romæ annos* X. *Item. Lugduni Galliæ, translatio sancti Bonaventuræ Cardinalis, episcopi Albanensis, Ordinis Minorum.*

Felicissimi et soc. Alexandri. Pionis Innocentii Petri abbatis. Mathildis. Translationis Glodesindis.

GREVEN. Cum editione LUBECO-COLONIENSI, textui immiscet : *Eodem die Carnoti*, etc. Textui autem superaddit : *Nicomediæ, sanctorum Felicissimi, Dativi, Frontinæ. Item in Africa, Alexandri martyris. Item Pionis. Innocentii Papæ. Apud Lugdunum, translatio sancti Bonaventuræ, episcopi Albanensis, Ordinis Minorum, Romanæ ecclesiæ presbyteri Cardinalis. Item sanctæ memoriæ Petri abbatis Claravallensis, genere et conversatione clari. Mathildis sanctæ memoriæ, matris Ottonis imperatoris primi, maximæ humilitatis et patientiæ matronæ. Quæ virtuti quoque continuæ orationis tam studiosa fuit, ut Psalterium totum ante matutinas solita fuerit decantare. Tandem spiritu prophetico obitum suum prædicens, migravit ad Christum. Metis, translatio sanctæ Glodesindis virginis.*

Zachariæ. Leonini Mathildis. Alexandri. Machtildis.

MOLAN. *Eodem die, Zachariæ Pontificis, qui sedit Romæ annos decem. Item Lugduni Galliæ, translatio sancti Bonaventuræ Cardinalis episcopi Albanensis. Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi.* Tum minoribus typis . *Mathildis sanctæ memoriæ, maximæ humilitatis et patientiæ matronæ.* In editionibus aliis de Zacharia, post *annos decem*, additur : *Hic quatuor libros Dialogorum beati Gregorii transtulit in Græcum, et per Bonifacium Moguntinum episcopum, Pipinum patrem Caroli, in solium regni sublimavit, in Suessionum civitate. Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi. Et sancti martyris Alexandri in Pydne.* Charactere minori : *In Quindelingeborg monasterio, diœcesis Halberstadiensis, dormitio Machtildis reginæ, matris Ottonis primi imperatoris, cujus vita virtutis specular fuit.*

Idibus. *Die* 15.

Longini Matronæ.

In Cæsarea Cappadociæ, passio sancti Longini, qui latus Domini lancea perforavit, ut in gestis ejusdem invenitur. Apud Thessalonicam civitatem, natalis sanctæ Matronæ martyris, quæ deprehensa et multipliciter afflicta, novissime robustis fustibus usque ad mortem cæsa, in confessione Christi incorruptum Deo spiritum reddidit.

Ex *Praten. Hermien. Tornacen. Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Error in principio. Greven. incipit *Cæsarea Cappadociæ*, turpius Tornacen. omittens *In Cæsarea*, orditur, *Cappadociæ. Capadotie* in Max-Lubec. *Capadocie* in Munerato, Belino et Greveno, ac hujusmodi minutiæ aliæ notari non merentur. Pulsanen. addit, *civitate.* Sic Belinus scripsit *ejus* pro *ejusdem*, et in altera editione apposuit *militis*, uti de Matrona, *virginis*, quod etiam legit Muneratus, omittens particulam *usque*. Belin. voces ultimas transposuit hac ratione : *Deo reddidit spiritum.*

Longini

OBSERVATIO. *De Longino Cappadociæ martyre omnia fere tum edita, tum Mss., Martyrologia hac die agunt*, inquit Florentinius ; inter quæ Martyrologium Adonis perperam connumerat, nempe qui hujus Longini, non hodie sed prima Septembris, post Romanum parvum diserte meminit. Nec eum novit Beda genuinus, nec Florus, nec Wandelbertus. Vere de ipso agunt Rabanus et Notkerus : ille longiori exornat elogio, quod ex Actis se ait concinasse ; hic non multum dissimilia, sed compendiosiora exhibet, non *verbotenus eadem scribens*, ut per inadvertentiam in Acta nostra irrepsit. Ab eodem Notkero repetitur Longinus citata I Septembris, ubi Adonis elogium sequitur. Satis certum est *Longinum* aliquem et quidem *in Cappadocia* memorari in Hieronymi apographis ; utrum porro is dici possit aut debeat, qui latus Christi lancea transfixisse supponitur, etymologia non omnino peregrina ; item an centurio nominetur an miles ; an latina Acta, Militis et Centurionis personas confuderint,

derint ; qui sint eorum scriptores, et plurima alia ad utriusque patriam, gesta, cultum, socios, reliquias, translationes, historias confictas, etc., pertinentia, satis fuse explicuit Papebrochius toto suo commentario prævio a pag. 376. Quam fidem Acta mereantur nusquam aperte edisserit ; recentiores neutra admittunt. Vide sis Tillemontii censuram tomo I pag. 453. At qualiscumque auctoritatis Acta ipsa censueris, patet textus nostri, ex Adone I Septembris verosimiliter accepti, Usuardina simplicitas, de qua unice quærimus. — *Matronæ* *Matronam martyrem*, tacito *Virginis* titulo, primus produxit auctor Romani parvi. Ado de more elogium composuit, quod integrum a Notkero redditur ; Noster, ut solet, summa dumtaxat capita contraxit. De *Matronis duabus* aliis, *Barcinonensi* et *Lusitana*, videantur Acta hac die. En versiculum, quem de Matrona hac nostra reliquit Wandelbertus :

Thessala plebs Idus Matrona martyre servat.

De Zacharia Adonis. Occurrit denuo casus singularis, semel atque iterum supra notatus ; nimirum reperiri hodie in Adone Rosweydi *Zachariam Papam*, quem Usuardus plane prætermisit. Causam explorare nequeo. Ceterum in Mosandri editione, cum elogio ponitur pridie Idus, unde mirum non est id ita a Baronio in notis observatum, qui accuratiorem Rosweydi editionem non vidit, nec videre potuit sexennio prius mortuus, quam ea prodiret in lucem.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Præterito Longino, agit de sola Matrona, et Adonis elogium contrahit, hoc modo : *Apud Thessalonicam civitatem, natale sanctæ Matronæ.* *Matronæ ex Adone* *Quæ cum esset utilæ* (superposuit aliquis *vetulæ*, sed supplendum erat *Plautillæ*) *cujusdam ancilla, et occulte Christum colens, cotidie furtivis orationibus ecclesiam frequentaret, deprehensa a Domina sua, in scamno extensa et ligata, et pene usque ad mortem flagellata, atque ita vincta in scamno, obsignatis diligentissime januis per noctem relicta, ubi die altero divinitus soluta, et cum ingenti oris gratia orans inventa est.*

ROSWEYD. Textui puro superaddit : *In Nicomedia, Lucii episcopi et martyris.* *Lucii* Quæ verba ex Notkero huc traducta videntur, nisi ex Hieronymianis potius immediate accepta sint.

ANTVERP-MAX. LOVAN. LEYDEN-BELG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. *De Longino ex Adone.* De Longino, post *aperuit*, hæc adjiciunt : *Hic baptizatus ab Apostolis, cum apud Cappadociam sanctitate præcipuus degeret, sub Octavio præside comprehensus, post confessionem fidei, lingua abscissa, dentibus excussis, capite trancatus est.* Quis primus hoc elogium in codices Usuardinos recentiores transtulerit, hactenus ignoro ; hoc scio acceptum esse ex Adone, non hoc die, ut supra monui, sed I Septembris, quod iterum dicendum recurret.

ULTRAJ. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Sic incipiunt : *Zachariæ.* *Romæ, natale S. Zachariæ Papæ. Hic quatuor libros Dialogorum beati Gregorii transtulit in græcum, et per beatum Bonifacium Moguntinum episcopum, Pipinum patrem Caroli in solium regni sublimavit in Suessionum civitate.* De Longino eadem habent, quæ proxime recitavimus.

CENTULEN. *Cæsarea Cappadociæ, sancti Longini militis, qui lancea latus Domini aperuit, et postea baptizatas est et a præside Octavio decollatus est.*

BRUXELLEN. De Longino eadem habet, quæ supra. Tum : *Apud Thessalonicam civitatem, natale sanctæ Matronæ martyris. Quæ cum esset Plautillæ cujusdam viduæ ancilla, occulte Christum colens....* ut supra ; additur autem ex eodem fonte : *Novissime autem fustibus usque ad mortem cæsa, in bona confessione Deo spiritum reddidit. Romæ, depositio beati Zachariæ Papæ, qui libros Dialogorum beati Gregorii transulit in græcum.*

HAGENOYEN. De Longino multa comminiscitur, quæ referre non lubet. De Matrona, ut vidimus, egit pridie. In Zacharia non multum differt ab ULTRAJ., etc.

AQUICINCT. Consonat in Longino cum ANTVERP-MAX. Sequitur : *Romæ, Zachariæ Papæ, qui in Patriarchio caput sancti Georgii martyris reperit.* *Zachariæ* Matrona vocatur *virgo*, quo etiam titulo eam supra ornavit BELINUS.

VICTORIN. In fine de Zacharia scribit, ut proxime facit AQUICINCT. addens post *reperit : in capsa reconditum, in qua et epitaphium pariter reperit, græcis litteris exaratum ; sepultusque est in ecclesia B. Petri.* Sumpta sunt ex Adone Mosandri pridie ; quæ habentur in Rosweydi appendice.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. De Longino, Zacharia, et Matrona etiam agit, sed rescissis ferme elogiis.

REG. SUEC. num. 139. *Item, Zachariæ Papæ*, etc. Reliqua non adduntur, sed puto eadem esse quæ VICTORINUS supra suggessit, cum quo hic codex passim concordat.

CODEX D. DU CHEVAL. signatus C. *Item, Jacobi Apostoli et Lucii episcopi.* *Jacobi Apostoli* Ex Hieronymianis.

VATICAN. signatus num. 5949. Omisit Longinum, et primo loco scripsit : *Romæ, Zachariæ Pontificis, qui sedit in episcopatu annis decem.*

STOZZ. et MEDIC. Postquam de Longino ea re- *De Longino* tulerunt, quæ ex ANTVERP-MAX. etc., supra descripsimus, addunt præterea etiam ex Adone I Septembris : *Et simul cum eo coronatus est B. Aphrodisius commentariensis, cui et præses linguam* *Aphrodisii.* *abscidi jusserat ; qui post abscissam jussu præsidis linguam, Christum tamen ejusque fidem expedita et clara voce pronuntiabat.* Ado legit *loquebatur.*

BURDEGALEN. *Beatissimi Jacobi Apostoli et Lucii martyris.* Ex Hieronymianis.

EDITIO LUBECO-COL. *Romæ, natale sancti Za-* *De Zacharia.* *chariæ Papæ et confessoris. Qui sedit annos decem. Hic quatuor libros Dialogorum beati Gregorii transtulit in græcum, et per beatum Bonifacium Moguntinum episcopum, Pippinum patrem Karoli in solium regni sublimavit in Suessionum civitate. Hic etiam Karolomannum regem Francorum fratrem Pipini, fecit fieri clericum et misit eum in Cassinense monasterium, ut monachus fieret, cui etiam monasterio dona plurima cum privilegiis Apostolicis contulit.* Quæ de Longino et Matrona fusius deducit, ex Adone vel Notkero desumpta sunt.

GREVEN. *Romæ, Zachariæ Papæ et confessoris. Hic quatuor libros Dialogorum beati Gregorii Papæ in græcum transtulit et per sanctum Bonifacium Maguntinensem archiepiscopum, Pipinum patrem Karoli magni in solium regni sublimavit. Affrodisii* *Aphrodisii.*

commentariensis

Luc. *commentariensis cum sancto Longino passi. Lucii episcopi. Item, beatæ Faustæ.* Solam hanc excerpit ex martyribus Nicomediensibus. Videantur reliqui socii in Actis. *Faustæ*

MOLAN. Italicis litteris textui interserit : *cum esset Plautillæ cujusdam viduæ ancilla, et occulte Christum colens, et quotidie furtivis orationibus ecclesiam frequentaret.* De Zacharia collegit, quæ ex codicibus Mss. superius posita sunt, ea sola voce excepta, quod pro *ephitaphium* scripserit *pitacium*, de quo vide ejus notas. Tum typis minoribus : *Apud Reatem sancti Probi episcopi : cujus in Dialogis meminit beatus Gregorius. Castro Divionensi, sancti Tranquilli confessoris ; de quo beatus Gregorius Turonensis. Sancti Speciosi monachi, de quo in Dialogis Gregorius, lib. 4 cap. 8. Romæ, sanctorum monachorum Meruli et Antonii, de quibus eodem libro scribit Gregorius.* Hos omnes in posterioribus editionibus prætermittit Molanus, in quibus hoc tantum legitur : *Die decima quinta, sancti martyris Agapii et sociorum ejus.* Hunc acta rejiciunt in XXIV Martii ; ast *Meruli* et *Antonii* nec inter Prætermissos meminerunt. *Probi. Tranquilli. Speciosi. Meruli et Antonii. Agapii, etc.*

XVII *Kal.* *Die* 16.

Apud Aquileiam, natalis beati Hilarii episcopi et Tatiani diaconi, qui sub Beronio præside, post equuleum atque alia tormenta, una cum Felice, Largo, et Dionysio martyrium terminarunt. Romæ, passio sancti Cyriaci diaconi, qui post longam carceris macerationem, reliquata pice perfusus et in catasta extensus, ac tractus, etiam nervis et fustibus cæsus, ad ultimum cum Largo et Smaragdo et aliis viginti, jubente Maximino, capite truncatus est. Horum tamen festivitas sexto Idus Augusti recolitur, quo die a beato Marcello Papa eorum corpora sunt levata et venerabiliter tumulata. Arvernis, depositio sancti Patricii episcopi et confessoris. *Hilarii et sociorum. Cyriaci et sociorum. Patricii.*

Pluri videntur *Praten. Rosweyd. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belini editio altera*, et *Molanus.*

VARIA LECTIO. *Hilari* legunt aliqui cum Pratensi, alii *Hylarii*, *Ylarii*, etc.; purius, ni fallor, in textu ; sic etiam melius *Tatiani* quam *Taciani*. Munerat. et Belin. male *Heronio* pro *Beronio*. *Dionisio*, *natale*, *eculeum*, *Ciriaci*, notari non merentur. Munerat. post *Diaconi*, addidit *martyris*. Lego *terminarunt*, alii habent *terminaverunt*, Belin. *consummaverunt*. *Reliquata* passim scribunt codices. Pratensis non bene legit, *extensus adtractus et jam nervis...* Rectius, opinor, cum Molano, *extensus ac tractus, etiam nervis, etc.*; quidquid alii legant *attractus etiam nervis*. In Munerato deest *cæsus*, in Antverp. et Max-Lubec. *est*. Solus Pratens. posuit *Idus Augustas* . Belin et Molan. *Avernis* pro *Arvernis*. Potuisset omitti utrumque et Patricius ipse. In Antverp. et Max-Lubec. deest *sancti*.

OBSERVATIO. Discrimen inter vetustos codices Usuardinos eosque probatiores, hodie non exiguum recurrit. De *Hilario Aquileiensi* et sociis, nec Herinien. nec Tornacen. nec purior Belini editio quidquam memorant. Hinc dubitare quis merito poterit, fuerint ne illi ab Usuardo primigenia manu adscripti, an forte subinde ab alio, vel ab ipsomet auctore, ex aliquo Hieronymiano codice appositi. Certe Beda, qui hodie de *Cyriaco* et sociis agit, de *Hilario* nec verbum profert. Bedam descripsit Rabanus ; silet etiam Ado ; Notkerus solum *Hilarii* nomen et *Aquilegiæ* indicat, ut perspicue intelligas ex Hieronymiano apographo accepta. Utcumque res habeat, servata est Pratensis et aliorum codicum lectio. Notari jam potuit et toto operis decursu observabitur, plane rara esse elogia mere Usuardina, seu quæ ex Beda aut Adone descripta aut contracta non sint. Hoc Usuardus ex ipsorum Martyrum passione suo marte composuit, quemadmodum fecisse ostendimus in Ascla, XXIII Januarii, et in duabus primis annuntiationibus VIII Martii. Vide quæ de hac re in præfatione dicta sunt. De *Cyriaco* inter omnes convenit. Desumi hic potuit ex Romano parvo, cum *Largo, Smaragdo et Crescentiano*, quos omnes Ado etiam recitat et elogio exornat. Crediderim tamen Adonem sua omnia mutuasse ex Beda, quem fere verbotenus videtur describere, Notkero in hac parte, præter solitum, mutilo. *Crescentianus* ab Usuardo non exprimitur, uti nec *Sisinnius*, a Beda ex Adone in principio nominatus. Variant codices circa tyranni nomen sub quo passi fuerint, aliis *Maximianum*, aliis *Maximinum* appellantibus. Ad XVI Januarii, ubi de Marcello actum est, in cujus Actis qualibuscumque Cyriaci et sociorum gesta immiscentur, unde colligitur eodem fere tempore et ipsos et Marcellum passos esse; ibi, inquam, cum probatissimis codicibus (quorum germanam lectionem, tametsi vitiosam referre tenemur) *Maximinum* scribendum censuimus, quem etiam plerique hodie exprimunt cum Pratensi ; quamvis non satis consequenter, nam VIII Augusti, ubi *Cyriacus* cum sociis iterum recurrit, Diocletiani tempora (forte continuata ejus persecutio) designantur. Satis hic sit germanam Usuardi lectionem vendicasse. Quid vere legendum sit ; quis pugilum numerus ; quis martyrii locus, etc., ad eam VIII Augusti in Actis nostris ex professo examinabitur.— Pari ratione etiam in textu relinquitur ultima annuntiatio de *Patricio Arvernensi seu Arvernensi*, qui, licet ignotus antiquioribus, ab Usuardo expressissime ponitur, ex quo in Romanum hodiernum irrepsit, tametsi satis constet, nullum unquam fuisse Patricium illum Arvernensem, si a Patricio Hiberno distinguatur. *Hilarii et sociorum. Cyriaci et sociorum. Patricii.*

Consule

Consule indicem Prætermissorum, ubi vitiatæ, lectionis fontem assignatum invenies. Liceat hic subjungere Wandelberti versus, quibus Cyriacum et socios celebrat :

Septima post decimam Aprilis de more Kalendas
Præcedens, Cyriaci et Largi splendet honore ;
Smaragdique simul pretioso sanguine vernat.

Isicius Adonis.

Isicius, Isichius, vel *Esichius* Viennensis ab Adone vulgato positus, cur ab Usuardo prætermissus sit, non habeo unde colligam, nisi forte a codice Adoniano, quo Usuardus usus est, plane abfuerit, ab aliquo populari postea adjectus.

AUCTARIA.

Defectum HERINIEN. et TORNACEN. jam indicavimus.

ANTVERP-MAJ. Hic ab Usuardo plane deflectit ; solam enim et unicam annuntiationem habet de Cyriaco et sociis, ex Adone verbatim descriptam. Tu eam require in ipso fonte.

Heriberti

PULSANEN. Purissimus dicendus esset, utpote qui de Patritio Arvernensi omnino sileat. Omitti tamen debuit, quod ab errante hic Usuardo recedat. Exclusus etiam a purorum codicum classe GREVEN. propter annuntiationem ejus ultimam, Usuardo adjectitiam, nempe : *Item, depositio* (quidni *natalis*) *sancti Heriberti episcopi Coloniensis et confessoris.* Mirum sane Grevenum non advertisse, S. Heribertum duobus seculis Usuardo esse posteriorem, præsertim si hic Martyrologium suum Carolo magno obtulisse credatur, quod Gravenus plane credidit.

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In fine : *Apud Coloniam Aggripinam, natale sancti Heriberti, ejusdem loci episcopi et confessoris.* Inter hos codices id solum discriminis est, quod LOVANIENSIS in textu non nihil a puritate deflectat : quod tamen scrupulosius notare operæ pretium non existimo.

CENTULEN. Hæc solum habet : *Romæ, passio sancti Cyriaci diaconi et martyris, qui multa sanitatum gratia exuberans, Arthemiam filiam Diocletiani imperatoris, et Jobiam filium regis Persarum a dæmonio liberavit.*

Arthemiæ
Eugenii et sociorum.
Esichii
Heriberti
Eugeniæ

BRUXELLEN. Incipit a Cyriaco, cujus elogium ex Adone interpolavit. Tum de suo pergit : *Eodem die, Arthemiæ martyris, filiæ Diocletiani, quam Maximinus frater ejus, quoniam cultrix Christi fuit, interfecit.* Vide indicem Prætermissorum. *Apud Nicomediam, sanctorum martyrum Eugenii, Pamphiliani, Sereni, Castoris et Dionysii.* Confusio nominum in Actis distinguitur. De Hilario et Tatiano, atque item de Patricio, satis pure. Sequitur : *Apud Viennam, sancti Esichii episcopi et confessoris. Apud Coloniam Agrippinam, depositio sancti Heriberti ejusdem civitatis archiepiscopi et confessoris, qui prope diem quem prædixerat, moriens, magnis cœpit clarere miraculis. Item sanctæ Eugeniæ virginis.* Ad classem Nicomediensem pertinet, nisi Eusebiam Hamaticensem voluerit dicere.

De Heriberto
Agricoli.

HAGENOÝEN. In Cyriaco modice interpolatus, secundo loco de Patricio agit, tertio de Hilario. Tum : *Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Heriberti episcopi et confessoris ejusdem loci. Corpus vero ejus requiescit apud Tuicium ultra Rhenum, in monasterio, quod ipse fundarit, in claustro nigrorum monachorum. Item Babiloniæ, sancti Agricoli episcopi et confessoris.* Quid sibi velit *Babiloniæ*, patebit die sequenti, ubi de Agricola Cabillonensi.

AQUICINCT. Incipit : *Apud Hamaticum (vult dicere Hamagium, Prioratum contiguum abbatiæ Marchianensi) depositio sanctæ Eusebiæ.* Correctio illa, nescio a quo apposita, superflua dici posset ; *Hamaticum*, non minus quam *Hamagia*, promiscue dici videntur.

Eus

MARCHIAN. Primo loco : *Depositio sanctæ Eusebiæ virginis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Breviter de Hilario, Tatiano, et Heriberto. Dein : *Niretini confessoris cum sociis, quorum miri actus leguntur.* Fallor, nisi hic *Bonifacius* est, de quo in Actis.

Niretini.

CAMBERIEN. Conventualium : *Coloniæ, sanctorum Heriberti antistitis, Lucii præsulis, et Eugeniæ virginis.* Unde inter hos sanctos talis societas, non intelligo.

Heriberti, Lucii et Eugeniæ.

STROZZ. et MEDIC. *Apud Ravennam, natalis sancti Agapiti archiepiscopi et confessoris, qui nonus rexit et floruit post Apollinarem. Item sanctæ Gertrudis.* Hæc etiam die sequenti notatur et multo rectius.

Agapiti
Gertrudis.

ABDINGHOFFEN. *Apud Aquilegiam civitatem, passio sancti Felicis martyris.* Hactenus ignotus est.

Felicis.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Heriberti, ejusdem loci achiepiscopi et confessoris, qui sedit annis viginti tribus, mensibus duobus, et diebus viginti duobus, et sepultus requiescit trans Rhenum in monasterio Tuiciensi, quod ipse præsul in vita sua a fundamentis ejus ædificaverat, et in honore beatæ Mariæ virginis consecraverat.* In Hilario pura est, in Cyriaco multum ex Adone interpolata. Sequitur de Patricio. Denique : *In Scotia, sancti Bonifacii episcopi et confessoris.*

De Heriberto
Bonifacii.

GREVEN. *Isicii episcopi Viennensis et confessoris. Romæ, Alexandri episcopi*, Vide Prætermissos. *In Scotia, Bonifacii episcopi. Albani episcopi et confessoris.* Sitne hic *Albanus*, an *Abbenus*, nescio. *Item Colloquilli regis. Sancti Kinitimi.* Nempe *Bonifacii*, ni fallor. *Abrahæ presbyteri et anachoritæ et Mariæ filiæ fratris ejus, pœnitentis. In Hibernia, Finiani abbatis et confessoris. Eodem die, Eugeniæ virginis.* An non *Eusebiæ?*

Isicii. Alexandri Bonifacii. Albani. Coloquilli. Kinitimi. Abrahæ et Mariæ. Finiani. Eugeniæ.

MOLAN. *Eodem die, natale sancti Heriberti archiepiscopi Coloniensis. Hujus venerabile corpus in monasterio Tuiciensi trans Rhenum honorifice requiescit ; quod idem vir sanctus in honore sanctæ Dei genitricis a fundamentis erexit.* Tum charactere minori : *Abrahæ presbyteri*, etc. ut GREVENUS. In editionibus aliis, de Heriberto : *Eodem die*, etc. *Reesæ in territorio Clivensi, festum sancti Dentlini, pueri septem annorum. Marcianis, depositio sanctæ Eusebiæ virginis. Die decima sexta, sanctorum martyrum Sabini et Papæ.* De Sabino vide Prætermissos. Patricius ad calcem rejicitur.

Abrahæ. Dentlini. Eusebiæ Sabini et Papæ.

XVI *Kal.* *Die* 17.

In Scotia, natalis sancti Patricii episcopi et confessoris, qui primus ibidem Christum evangelizavit. Eodem die monasterio Nivigella, sanctæ Gertrudis virginis. *Patricii.* *Gertrudis.*

Sumitur ex *Herimen. Tornacen. Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Pulsanensis, librarii vitio, pro *Scotia* legit *Cæsarea;* est qui *Scythia* scribat. Huc revoca *Scocia* in Antverp. et Max-Lubec. *Scochia* apud Muneratum, apud alios *Schocia.* Deest in Greveno titulus *episcopi*, in Antverp. et Max-Lubecana, *confessoris.* In Pulsan. legitur *vigella* craso *ni*; Munerat. *Migella*; Greven. *Novigella.* Rursus Pulsanen. habet *Geretrudis*, quod et alii recentiores codices imitantur.

OBSERVATIO. De *Patricio* agunt Beda et Roman. parvum, phrasi non multum dispari. Ado modicum de suo adjecit, Noster Adonem verbotenus transcripsit. Rabanus hic modo loquendi, nonnihil a Beda deflectit, Notkerus ab Adone; quod obiter notasse operæ pretium duximus. Famosissimi Hiberniæ Apostoli gestorum seriem, ex inordinata rerum congerie, solerter eruit et chronotactice digessit Papebrochius, primo suo, in opere de Actis Sanctorum conatu, ubi vix quidquam desiderari passus est. Queruntur tamen aliqui, ex tot Patricii Vitis, eam præhabitam, quæ a Jocelino composita, a Sancti temporibus maxime remota est. Videant illi facti istius rationem in ipso commentario prævio § 3 et 4; ex quibus id demum conficient, quod adhuc superstes emeritus senex profitetur, eam videlicet selectam esse vitam, quæ fabulosis portentis minus referta videretur. — Apographorum Hieronymianorum nulla hodie habita ratio, nec ab antiquis aliis, nec a codicibus Usuardinis, si solum Pratensem excipias, qui, corruptus dicam, an mutatus, pro *Gertrude*, ita habet : *Civitate Nicomedia, sanctorum martyrum Eugenii, Pamphiliani, Castoris et Sereni*, qui et male connexi, et ad hunc diem ab imperito aliquo perperam traducti sunt, et quidem super erasa *Gertrudis* annuntiatione inscripti, ut me monuit Clar. Castellanus, prætensi autographi oculatus inspector, litteris ad me datis XXXI Maii MDCCIX. Factum id ipse existimat, ex male descriptis vel intellectis Virginis Actis, ubi natalis differri videretur in XV Kalendas Aprilis, unde et inepte ejus diei laterculo inserta est; binis textibus uno errore depravatis, quemadmodum die sequenti iterum apparebit. De Gertrude, videndæ Henschenii dissertationes, vitæ præfixæ et subjunctæ. Textui nostro consonat metricum Wandelberti elogium : *Patricii.* *Gertrudis.*

Bis octava tuo, Patrici, nomine pollet,
Scotica gentilem miserate per oppida cultum.
Hac quoque Gertrudæ reddentur vota beatæ.

AUCTARIA.

De Patricio. ANTVERP-MAJ. *In Scotia, natale sancti Patricii episcopi et confessoris, qui fuit ex discipulis beati Germani Antisiodorensis episcopi; primusque genti illius Christi evangelium prædicavit. Alexandriæ, natale sancti Ambrosii, ejusdem ecclesiæ diaconi, qui confessionis Domini gloria insignis fuit. Nivigella monasterio, depositio sanctæ Gertrudis virginis, cujus præclara gesta habentur.* *Ambrosii*

ROSWEYD. Secundo loco : *Civitate Nicomediæ, sanctorum martyrum Eugenii, Pamphiliani Castoris et Sereni. Ipso die, depositio sanctæ Witburgæ virginis. Niviellæ, Gertrudis virginis.* *Eugenii et sociorum.* *Witburgæ.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJ.-LEYD. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. De sancta Gertrude post *virginis*, interserunt : *filiæ Pipini ducis, cujus gesta habentur.* In fine : *Cabilone, natale sancti Agricolæ episcopi et confessoris.* *Agricolæ.*

Ambrosii. CENTULEN. *Alexandriæ, sancti Ambrosii diaconi et martyris. In Scotia, sancti Patricii episcopi et confessoris, a beato Germano Antissiodorensi episcopo, ordinati et directi. Nivigella monasterio, sanctæ Gertrudis virginis.* *De Patricio.*

BRUXELLEN. *Apud Nivellam, depositio sanctæ Gertrudis, Deo caræ virginis, filiæ Pipini ducis, quæ beatam Gudilam, suam neptem, nostram patronam, de sacro fonte levavit. Hæc in ipsa exitus hora, Treveris sanctæ Modestæ moniali apparuit, et eadem mortis hora, beatus Ultanus frater sancti Foillani, vidit sanctum Patricium ductorem animæ beatæ virginis Gertrudis affuisse. In Scotia seu Hibernia, sancti Patricii episcopi et confessoris. Qui fuit filius Conches, sororis sancti Martini Turonensis, et unus ex discipulis beati Germani Antisiodorensis. Quem Cœlestinus Papa illuc misit, quique illi genti primus Christi Evangelium prædicavit. Sed cum modicum fructum faceret, rogavit Deum pro signo, quo saltem territi pœniterent. Et baculo suo circulum magnum designavit, intra quem terra se aperiens, statim puteus maximus et profundissimus apparuit, revelatumque est sibi, quod ibi esset quidam locus Purgatorii, in quem si quis descenderet, alia sibi pro peccatis pœnitentia non restaret. Et sic ipse totam gentem illius provinciæ ad fidem Christi convertit, et præfuit illis, annis sexaginta, quibus expletis obiit, anno suæ ætatis centesimo vicesimo secundo. Alexandriæ, sancti Ambrosii ejusdem ecclesiæ*, etc., ut ANTVERP-MAJ. supra. De Agricola item, ut dictum est. *De Gertrude.* *De Patricio.* *Ambrosii.*

HAGENOYEN. In exornandis Patricio et Gertrude, BRUXELLENSI liberalior est. Hanc Caroli magni sororem facit, de illo talia memorat, ut prætermitti mereantur.

AQUICINCT. et VICTORIN. In fine : *Cabilonis, sancti Agricolæ episcopi et confessoris.* *Agricolæ*

PLESCHIONEN.

Gertrudis et Victorinæ.

PLESCHIONEN. *Eodem die, sanctæ Gertrudis virginis, et sanctæ Victorinæ.* Nulla nobis hodie nota Victorina, præter eam, quæ inter martyres Nicomedienses in Actis connumeratur.

MARCHIANEN. Plane legit ut PRATENSIS : unde non male supra conjectavimus, codicem illum ex prætenso autographo isto esse desumptum, quod magis subinde pateret, si ecgraphum integrum Majores nostri procurare potuissent.

De Ambrosio.

ALTEMPS. *Alexandriæ, sancti Ambrosii ejusdem ecclesiæ diaconi, qui Dominicæ confessionis gloria insignis fuit.*

Olympiadis et Maximiani.

FLORENTIN. De Gertrude agunt loco hic suo. *In civitate Corduba* (codex alteruter videtur legere *Cordula) passio sanctorum martyrum Olimpiadis et Maximiani, sub Decio Imperatore, ut habetur in gestis sanctorum Abdon et Sennen. Vitellius autem vicarius Decii jussit, ut cum securibus capita eorum tunderentur, et sic emiserunt spiritum.* In elencho Prætermissorum rejiciuntur ad XV Aprilis.

RHEMENS. ecclesiæ SS. Timothei et Appollinaris. *Alexandriæ, natalis sancti Ambrosii ejusdem ecclesiæ diaconi.*

De Patricio. *De Gertrude.*

EDITIO LUBECO-COL. *In Scotia, natale sancti Patricii episcopi et confessoris. Qui fuit unus ex discipulis beati Germani Antisiodorensis episcopi, et dicitur fuisse filius sororis sancti Martini : qui primus in Scotia Christum evangelizavit et quasi totam Hiberniam doctrinis, exemplis et miraculis ad Christum convertit. Monasterio Nivigella, sanctæ Gertrudis virginis, filiæ Pippini Ducis, cui sanctus Amandus episcopus, una cum matre sua, sacrum velamen imposuit, ac multarum virginum monialium* (congregationi) *præfecit, patre suo Pippino jam defuncto, quas cum laudabiliter rexisset, ætatis suæ tricesimo tertio anno, migravit ad Dominum. Alexandriæ*, etc., ut ANTVERP-MAJ. *Cabilone*, etc., etiam ut supra. *In Alexandria, sanctorum Collegii diaconi, Rogati et Satyri martyrum.* De his et sequentibus, vide Prætermissos. *In Campania, natale sanctorum Quinti, Luciani, Victoris et Mauri martyrum. In Nicomedia, sanctorum Apurilis et Servili martyrum. Eodem die, translatio S. Antonii abbatis.*

Collegii et sociorum. *Quinti, et Apurilis, etc.* *Translationis Antonii.*

BELIN. De Patricio post *evangelizavit* subdit : *et maximis miraculis et virtutibus claruit.*

Theodoli et sociorum. Mariæ M. *Witburgis.*

GREVEN. De Ambrosio ut ANTVERP-MAJ. *Item Theodoli, Quiriaci, Dionysii.* Melius distinguuntur in Actis. *Mariæ martyris*; vide Prætermissos. *Nicomediæ, Eugenii*, etc. *In Alexandria, Collegii... In Campania, Quinti... In Nicomedia, Aprilis... Cabilone*, etc., ut supra. *In Anglia, Witburgis virginis. Translatio sancti Antonii abbatis.*

Mariæ.

MOLAN. Post *virginis* : *filiæ Pipini ducis cujus præclara gesta habentur.* Sequitur de Ambrosio. *Et natale Mariæ virginis. Hæc cum esset ancilla cujusdam Tertulli præclari viri, et nollet in natali filii ejus, prandiis domini sui interesse, sed magis Christianorum more jejuniis operam dare, flagellis atrocibus ab eodem domino suo lacerata est; sed cum non posset per hoc ab instantia servitii Christi ad idolorum culturam revocari, judici publico ad puniendum tradita est.* Hoc fere compendium eorum quæ Rabanus et Notkerus fusius deducunt; interim rejicitur Sancta ad I Novembris. *Lyræ, translatio sancti Gummari præclari confessoris.* Colitur præcipue XI Octobris. De Agricola, typis minoribus. In editionibus aliis, post *Nivigella*, interseritur litteris italicis : *transitus*; cetera, ut supra. Item de Ambrosio, de Agricola et translatione sancti Gummari. Demum : *Apud Dononium, elevatio corporis sanctæ Reginæ.* Spectat ad I Julii, quo festum ejus agi in Prætermissis dicitur, ubi et alterius *Reginæ* elevatio apud Flaviacum, ex Saussayo notatur.

Translationis Gummari. *Elevationis Reginæ.*

XV *Kal.* *Die* 18.

Alexandri Hierosol.

Natalis beati Alexandri episcopi, qui de Cappadocia, ex propria civitate, sancto desiderio Hierosolimam veniens, divina revelatione, ejus dein loci gubernaculum suscepit, et post venerandam senectutem ductus Cæsaream, persecutione Decii ob confessionem Christi martyrium complevit.

Consonant codices multi : *Herinien. Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubecana, Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Adde *Antverp-Max. Ultraject.* et reliquos codices mediæ notæ.

VARIA LECTIO. Fere in mendis librariis consistit. Codices aliqui pro *ex propria*, legunt *et propria*. De *Hierosolimam, Jherosolymam, Jerusolimam, Capadocia, Cesarea, martirium*, etc., alibi dictum. Talia ferme etiam sunt in Antverp. et Max-Lubec. *relatione* pro *revelatione*. In Munerato, *divino revelatione* et *complevi* pro *complevit*.

De Gertrude in Pratensi codice.

In codice Pratensi adjecta est hesterna annuntiatio sanctæ Gertrudis : *Monasterio Nivigella, sanctæ Gertrudis virginis*; sic ut facile appareat additionem esse, tum ex aliquali atramenti diversitate, tum ex pressioribus characteribus, ad exprimendam totam annuntiationem eo in spatio, quod post *complevit* vacuum remanserat. Nihilominus litterarum ipsarum efformationem, priori scriptioni esse persimilem testatur, qui cetera retulit, Clar. Castellanus, quod equidem facile credidero. Interim e purorum Usuardorum numero etiam hodie codex ille excludendus fuit.

Alexandri

OBSERVATIO. Ad XXX Januarii non obiter ostendimus, Alexandrum, eo die ab auctore Romani parvi consignatum, tali a Viennensi præsule exornatum elogio, ut hodiernum Hierosolymorum episcopum ex Rufini lib. 6 cap. 29 clarissime depinxerit. Est hic igitur celeberrimus Sanctus, a citato Romani parvi auctore hoc die positus, et ex eo, ut passim fieri solet, acceptus, de quo, nec Hieronymiana, nec Beda aut ejus sequaces meminere. Agit de Alexandro Eusebius lib. 6, variis capitibus a Rosweydo, Henschenio et Papebrochio citatis, atque ex Eusebio Hieronymus *de scriptoribus*

ecclesiasticis,

ecclesiasticis cap. 62. Hæc autem hoc die Romani parvi verba sunt : *Sancti Alexandri episcopi, qui cum Narcisso Jerosolymitanæ ecclesiæ gubernaculum suscepit.* Non potuit, opinor, distinctius Hierosolymitanus Alexander vel digito commonstrari ; nec minus clarum est Adonis elogium ex laudati Rufini lib. 6 cap. 9 ; vel ex Eusebio cap. II, quod a Notkero descriptum est, a Nostro sic contractum, ut in textu exhibetur. In re tam plana diutius non immoramur, vide Henschenii commentarium historicum, Catalogum episcoporum Hierosolymitanorum pag. 13, item Ruinartium in sinceris et selectis a pag. 114, quibus affinia tradit Tillemontius tomo 3 a pag. 415. Wandelbertus Alexandrum cum Pigmenio conjungit, de quo plura in Auctariis subjicientur :

Præsul Alexander ter quinam possidet, altam
Presbyter et Romam Pigmenus sanguine lustrat.

AUCTARIA.

Pigmenii. PULSANEN. Textui puro subnectit : *Eodem die sancti Pigmenii episcopi.* Agit, ni fallor, de Pigmenio presbytero et martyre, vide XXIV hujus.

De Alexandro. ANTVERP-MAJ. *Natale beati Alexandri episcopi et martyris, qui persecutione Decii cum jam longævæ ætatis veneranda canitie perfulgeret ductus Cæsaream et clausus carcere ob confessionem Christi martyrio coronatus est.* Additur in margine *Eduardi.* eadem manu : *Ipso die, sancti Eduardi regis et martyris.*

Pigmenii. MM. 23000 ROSWEYD. post textum : *Romæ, Pigmenii presbyteri. In Nicomedia, viginti tria millia martyrum.* Vide Acta, ubi de decem millibus. Nescio unde in hoc codice numerus accreverit.

De Alexandro. CENTULEN. *Natale beati Alexandri episcopi et martyris, qui cum Cappadocenam gubernaret ecclesiam,* (et) *in zelo religionis sacra loca Jerosolymorum inviseret, voce de cœlo lapsa, jussus est Jerosolymitanam regere ecclesiam.*

Lazari resuscitationis. BRUXELLEN. Incipit : *Apud Bethaniam, Lazari quatriduani resuscitatio.* Colitur XVII Decembris. Sequitur elogium Alexandri modice interpolatum. *Pigmenii.* Dein : *Et Romæ, sancti Pigmenii presbyteri et martyris, positi ad sanctos Abdon et Sennen martyres.* *Rogati et soc.* *Ipso die, sanctorum Rogati, Victoris et Luciani.* *Eduardi.* *Item, Eduwardi regis Angliæ. Qui pro Christo limina beatorum Petri et Pauli Romæ, tempore Sergii Papæ peregrinus adiit, atque in eadem urbe plenus operibus bonis et eleemosynis, usque ad diem mortis consenuit.* Quam hæc inepte connexa sint, *Landrici.* in Actis intelliges. Denique : *Metis, Sancti Landrici Metensis episcopi et confessoris, qui fuit filius sanctorum Vincentii et Waldetrudis, ac beatæ Gudilæ patronæ nostræ consanguineus.* Inter Prætermissos rejicitur ad XVII Aprilis.

HAGENOYEN. In Alexandro pluribus interpolatus, secundo loco sic habet : *In Bethlehem Judæ,* *Josephi B. M. V. sponsi.* *depositio sancti Joseph, sponsi beatæ Mariæ virginis* (matris) *Domini Nostri Jesu Christi secundum carnem, et nutritoris Domini, qui multum ab Evangelistis in Evangelio commendatur. Hic vir sanctus magnam sollicitudinem erga Christum et ejus matrem habuit. Iste vir sanctus quali morte, et quo tempore* (obierit) *ac in quo loco sepultus sit, plerisque penitus ignoratur.* Vide in accessionibus diei sequentis.

Currentii et Timothei. AQUICINCT. *Item, sanctorum Currentii et Timothei.* Ex classe martyrum Mauritanorum.

PLESCHIONEN. et VATICAN. num. 5949 : *Alexandriæ, sanctorum Collegii diaconi, Rogati, et Satyri* *Collegii et sociorum.* vel *Saturi.*

REG. SUEC. qui fuit principis Ursini a Rosemberg. *In civitate Mantua, depositio sancti Anselmi, Lucensis episcopi et confessoris.* *Anselmi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Alexandri episcopi et martyris. Ancelini* (vult dicere *Anselmi*) *Lucensis episcopi.*

ALTEMPS. *Natale sancti Eduardi regis et martyris, cujus mortem in conspectu Domini pretiosam crebra miracula testantur.* *Eduardi.* *Ipso die, sancti Frigidiani episcopi et confessoris.* *Frigidiani.* Præcipua ejus festivitas est translatio XVIII Novembris.

FLORENTIN. *Natale sancti Anselmi episcopi et confessoris.* *Anselmi.* *Ipso die, festum gloriosissimi archangeli Gabrielis.* *Gabrielis.* In Actis differtur ad XXVI hujus.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *In Hispaniis, memoria sancti Gabrielis archangeli.* Sequitur textus. Tum : *Ipso die in Britannia, sancti Edwardi regis et martyris.*

GREVEN. *Venerabilis memoria archangeli Gabrielis, nostræ redemptionis paranymphi. Pigmenii, Quartini, Samfori.* *Pigmenii et sociorum.* Confusa et luxata nomina. *In Anglia, sancti Edwardi regis et martyris.* *Eduardi.* *In Augusta, beati Narcissi episcopi et martyris.* *Narcissi.* *Item, passio sanctorum Luxorii, Ciselli et Camerini martyrum.* *Luxorii, etc.* In Sardinia passi sunt XXI Augusti. *In Mauricania beatorum Surenti et Timothei.* *Surenti et Timothei.* *Ipso die, reconditio sancti Apiani episcopi et confessoris.* *Apiani.* De hoc Apiano vide Prætermissos. *Item sanctæ Speciosæ virginis.* *Speciosæ.* Colitur XVIII Junii.

MOLAN. De archangelo Gabriele, Apiano, Speciosa, Eduardo, fere ut GREVENUS. Tum minutiori charactere : *In Augusta, beati Narcissi episcopi et martyris, qui cum apud Rhetiam, novam familiam Deo lucratus fuisset, post menses novem ad Hispanias est profectus, ad civitatem Gerundam cum Felice diacono suo ; in qua multum populum Deo lucratus est, per tres annos, et palmam martyrii cum Felice diacono suo complevit.* *Narcissi.* In editionibus aliis Narcissum Augustanum omittit. Textui vero Usuardino, post *veniens*, interserit : *cum Narcissus ejusdem urbis episcopus jam senex regeret ecclesiam*, et post *gubernaculum*, ponit : *cum eo* suscepit. Demum præter quatuor supra nominatos, accedit : *Die decima octava, sancti patris Cyrilli archiepiscopi Hierosolymarum.* *Cyrilli Hierosolymitani.* Et minoribus litteris : *Qui promptissimus defensor Apostolicorum dogmatum, maximas ab Arianis passus est persecutiones.* Plura de Cyrillo, egregio fidei propugnatore addi poterant, quæ vide sis omnia fusius et accuratius in Actis explicata.

XIV *Kal.*

XIV Kal. **Die 19.**

Joannis Penarensis. *Quinti et soc.* *Caloceri.*

Natalis beati Joannis, magnæ sanctitatis viri, qui de Syria oriundus pervenit ad Italiam; ibique apud Penarensem urbem constructo monasterio, multorum servorum Dei per quadraginta annos pater existens, multis clarus virtutibus quievit in pace. Eodem die apud Surrentum, sanctorum Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci, cum aliis novem. Civitate Brixa, sancti Caloceri martyris.

Ita *Praten. Herimen. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Pulsanen. phrasim non nihil variat, ita scribens : *Qui de Siria oriundus, veniens Italiam, ibi apud Pennarensem urbem construxit monasterium, multorumque servorum Dei,* etc. Greven. et Molan. etiam scribunt *Pennarensem* ; Acta nostra *Paranensem.* Erravit Munerat. qui sic habet : *ibique penes Ariminensem urbem* ; si Spoletinam vocasset, condonari poterat. Praten. pro *Quintilli* legit *Quintili*, forte ex aliquo apographo Hieronymiano ; certe sic in Adone non reperit. Munerat. aliam inflexionem sequitur, dum *Quintillæ* feminæ nomen viro supposuit ; quod plures alii faciunt. *Brixa* scribunt codices Mss. excepto Pulsan. qui habet, *civitate Brixiana.* Greven. et Molan *Brixia.*

Joannis

OBSERVATIO. *Joannes Penarensis*, vel *Panarensis*, seu, ut in Actis nostris scribitur, *Paranensis*, aliis *Pinnensis*, nec Hieronymianis nec Bedæ cognitus est, nisi quis suspicari velit Rabani verba Bedæ abscribi posse. Hic certe de Joanne agit, sed alio a nostris modo, et non satis accurate. In nostra itaque serie, apud Romanum parvum primum recurrit : *In Penarense civitate, beati Joannis, magnæ sanctitatis viri.* Vitam, seu potius vitæ compendium, quod superest, vidit Ado, et ex eo sua eduxit, quæ a Notkero nonnihil abbreviata sunt, a Nostro ad solitam phrasim contracta. Atque hoc ordine rem processisse, mihi certum videtur, non eo, quem recenset Henschenius, quasi nimirum diversa singuli elogia ex eodem fonte accepissent. Sic eumdem Joannem celebrat Wandelbertus :

Bis septena Joanne eremi cultore coruscat.

Quinti et sociorum

Surrentinos martyres, aut sane affinia ipsis nomina, memorant Hieronymiana apographa, verum ut in textu nostro exprimuntur, ex Romano parvo videntur accepti, cum hac diversitate, quod ibi *Martiæ* scribatur, pro *Marci* et VIII pro IX ; de *Quintillo*, supra diximus. De hisce martyribus aliqua notat Florentinius, sed multo accuratius et scrupulosius rem discussit Henschenius, sic tamen ut lustratis multis codicibus omnibusque perpensis, cedere cogatur Martyrologorum nostrorum, intellige Romani parvi, Adonis, etc., auctoritati, relicta confusione, quæ ex Hieronymianis seriem turbaret, nomina mutaret, augeret, transponeret. — *Caloceri* Superest *Calocerus*, ab Usuardo, nescio unde, eductus, forte ex prælongo elogio Faustini et Jovitæ XV Februarii, a Rosweydo ex editione Adoniana revulso. Certe *Calocerus* non huc proprie, sed ad XVIII Aprilis pertinere videtur, quo die in hodierno Romano et in Actis refertur. Studiose observavit Castellanus, nomen *Caloceri* in prætenso autographo Pratensi, super inductione seu rasura ante facta inscriptum. Ceterum cum optimæ fidei codices nostri omnes, atque etiam recentiores eum concorditer hac die posuerint, non est quod de textus Usuardini veritate, tum hic, tum in aliis annuntiationibns, ullatenus debitetur. De Calocero aliqua Papebrochio, dicenda fuere in Responsionibus ad art. XI a num. 56.

AUCTARIA.

Theodori. Apollonii et Leoncii.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In textu puri sunt ; ast ei subjungunt : *Item sancti Theodori episcopi. Ipso die, Apollonii, Leoncii episcopi.*

Translationis M. Magdalenæ.

CODEX PRATENSIS, alius a prætenso autographo, habet in margine : *Apud Vizeliacum, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ*. Quæ translatio etiam notatur in pervetusto Kalendario Bizuntino S. Magdalenæ, et in Auctariis infra describendis.

De Calocero. *Joseph Nutritoris Domini.* *Theodori*

LOVANIEN. In Joanne mutilus est. In Surrentinis purus. Tum : *Civitate Brixia, sancti Calocerii martyris, qui ingressus ante Adrianum, vidensque equuleos vacuos, et ministros torqueri, cum diceret magnus est Deus Christianorum, ab ipso consummatus est. Eodem die in Bethleem Judæ, sancti Joseph nutritoris Domini. In Cæsarea Cappadociæ, natale sancti Theodori episcopi. Ipso die Pollonii et Leoncii episcopi.* Vult dicere *Apollonii* ut legunt : ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. qui in hisce Auctariis cum LOVANIENSI plane conveniunt ; in eo puriores, quod textum integrum præmittant.

Textus mutilus.

CENTULEN. Hæc habet : *In Italia, apud Penarensem urbem, sancti Joannis abbatis magnæ sanctitatis viri. Eodem die apud Surrentum, sanctorum Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci cum aliis* IX.

ANTVERP-MAJ. A præcedenti codice non multum differt.

Theodori Apollonii et soc. XIV Landoaldi. Josephi.

ROSWEYD. Textui adnectit : *In Cæsarea, Theodori presbyteri martyris. Item in Africa, Apollonii martyris et aliorum quatuordecim. Landoaldi confessoris. In Bethleem, Joseph nutritoris Domini.*

De Joseph *De Joanne*

BRUXELLEN. Primo loco : *In Bethleem sancti Joseph nutritoris Domini nostri Jesu Christi. Quem idem suus alumnus his in terris, duodecim præcipuis honoribus decoravit, quos dominus Petrus de Ailliaco episcopus Cameracensis, postea Cardinalis, descripsit. Apud Penarensem urbem, beati Joannis*

eremitæ,

eremitæ, admirandæ sanctitatis viri, qui prophetico spiritu plenus, Theodosio imperatori Christianissimo, victorias de tyrannis prædixit. Hoc annotasse sufficiat, cetera conveniunt. De Surrentinis et Calocero ut LOVANIEN. Sequitur : *In Cæsarea Cappadociæ, sancti Theodori episcopi et martyris. Ipso die, Apollonii, Leontii, et Joannis episcoporum. Et in Gandavo, sancti Landoaldi archipresbyteri et confessoris. Qui post beatum Amandum, episcopatum Trajectensem supra Mosam, novem annis administravit. Quo tempore ipse sanctum Lambertum imbuens, in viam Dei induxit, ejusque corpus tempore Stephani Papæ septimi Gandavum translatum est.*

Theodori. Apollonii et aliorum. Landoaldi.

HAGENOYEN. In textu purus, de Calocero habet auctarium jam descriptum. Deinde : *Item Cæsarea Cappadociæ, sancti Theodori episcopi et confessoris. Ipso die, Apollonii et Leoncii episcoporum. Item Cabilone, sancti Agricolæ episcopi et confessoris.* Loco non suo.

Agricolæ.

AQUICINCT. Post textum purum : *Item sanctorum Theodori episcopi, Apollonii et Leontii episcopi. Et sancti Landoaldi confessoris.*

PLESCHIONEN. *In Africa, sanctorum Lucilli, Bassi, et sancti Leontii episcopi.*

Lucilli et sociorum.

MATRICULA - CARTUS - ULTRAJ. Hæc habet : *Translatio beatæ Mariæ Magdalenæ. Joannis confessoris. Quinti et sociorum ejus martyrum. S. Joseph nutritii Domini.*

Translationis M. Magdalenæ. Quinti, etc. Josephi.

BIGOTIAN. signatus P. 5. *Item, sancti Theodori episcopi.*

CLUNIACEN, *Item Theodori episcopi, Apollonii, Leoncii episcopi.* Servo interpunctionem.

VATICAN. num. 5949. *In Cæsarea Cappadociæ, sancti Theodori presbyteri. In Africa, sanctorum Lucilli, Bassi et sancti Leontii episcopi.*

Lucilli, etc.

UGHELLIAN. *Item sancti Theodori episcopi. Ipso die, Apollonii, Leontii episcopi.* Ut supra.

ALTEMPS. *Ipso die, Apollonii et Leontii episcoporum. Item, sancti Theodori episcopi. Apud Wezeliacum, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ, ab Aquensi territorio, ab loco qui Inpelliacus dicitur. Ubi usque hodie a fidelibus populis condigno honore frequentatur.*

De translatione M. Magdalenæ.

STROZZ. et MEDIC. *Natale sancti Josephi... Apud Surrentum, sanctorum martyrum Quinti, Quintilli, Quartillæ et Marci cum aliis octo. Apud Brixiam, sancti Calocerii martyris. Item, sancti Theodori. Apud Verzelliacum, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ. Ipso die, sanctorum Apollonii et Leontii episcoporum.*

Josephi.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Desponsatio gloriosæ semper virginis Mariæ matris Dei sancto Joseph. In Bethleem Judæ, natale sancti Joseph nutritoris Domini nostri Jesu Christi.* De Joanne, de Surrentinis et Calocero, ut supra. Sequitur : *Monasterio Vercelliaco, translatio corporis beatæ Mariæ Magdalenæ ab Aquitania. In Cæsarea, natale sancti Theodori episcopi et martyris. Ipso die, sanctorum Apollonii et Leoncii episcoporum et confessoris. Item sancti Lactini confessoris.*

Desponsationis B. M. V. et Joseph. Lactini.

BELIN. Primo loco : *Natale beati Joseph, sponsi beatissimæ virginis Mariæ.* Secundo loco, de Calocero, quem episcopum facit. Tum de Joanne et Surrentinis. Demum : *Ipso die, sanctorum Apolonis, Leontii episcoporum.* In altera editione, *Apolonii, etc.*, ubi adjungitur : *Item, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ.*

GREVEN. *Desponsatio gloriosæ semper virginis Mariæ sancto Joseph. Transitus ejusdem beati Joseph sponsi genitricis Dei, qui et pater nutritius Salvatoris nostri digne meruit appellari. Ipso die, sanctorum Appolonii, Bassi, Sorenti, et Leoncii episcopi. Item, Theodori episcopi Cæsareæ Cappadociæ et confessoris. In Hibernia, sancti Lactini episcopi et confessoris. Landoaldi presbyteri et confessoris. Translatio beatæ Mariæ Magdalenæ ab Aquitania ad Vercelliacense monasterium.*

De S. Joseph. Apollonii et sociorum. Theodori. Lactini. Landoaldi. Translationis M. Magdalenæ.

MOLAN. *Natale beati Ioseph, sponsi beatissimæ virginis Mariæ. Ipso die, sanctorum Apollonii et Leontii episcoporum. Item, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ. In Cæsarea Cappadociæ, Theodori presbyteri et aliorum septem. Depositio sancti Landoaldi episcopi et confessoris. Hic beatum Lambertum episcopum in pueritia nutrivit et sacris litteris erudivit. Item, natale sanctorum sociorum ejus, qui cum eo honorifice quiescunt apud Gandavum, in monasterio sancti Baronis.* In editionibus aliis textui præfixit *S. Ioseph*, sed litteris Italicis. In fine de Theodoro, ut supra. Tum . *In portu Ganda, depositio sancti Landoaldi confessoris et archipresbyteri. Hic beatum Lambertum... Item, natale sanctorum sociorum ejus Amantii diaconi, Adriani internuntii et reliquorum, qui cum eo honorifice quiescunt apud Gandavum, in ecclesia sancti Baronis. Ipso die, sanctorum Apollonii et Leontii episcoporum. Vercelliaco monasterio, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ.*

S. Joseph. Apollonii, etc. Translationis M. Magdalenæ. De Landoaldo et de ejus sociis.

XIII *Kal.* *Die* 20.

In Asia, natalis sancti Archippi commilitonis beati Pauli, cujus meminit idem Apostolus in epistola sua scribens Colossensibus. Apud Britanniam, depositio sancti Chutberti, qui ex anachoreta, ecclesiæ Lindisfarnensis antistes, totam ab infantia ad senium vitam miraculorum signis inclytam duxit. In Syria, sanctorum Pauli, Cyrilli, Eugenii cum aliis quatuor. Ipso die, sancti Vulfranni confessoris.

Archippi. Cuthberti. Pauli et soc. Wulfranni.

Ex *Praten. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In mendis ferme librariis aut typographicis consistit. Scripsi *Colossensibus*, licet codices passim legant *Colosensibus*, pejus Munerat. *Collocensibus*. Sic item posui cum Pratensi *anachoreta*, cum codices habeant *anachorita*, Tornacen. *anacorita*. Rursus *Chutberti* cum plerisque, melius tamen legendum puto *Cuthberti*, Beda *Gutberti*, Rabanus *Chudberti*, Tornacen. *Cutberti*. De cetero, *Siria*, *Cerilli*, *tota* pro *totam* in Munerato, notanda non sunt, uti nec apud eumdem *Nulfranni*, pro *Vulfranni*, ut habent codices omnes, quidquid Pratensis posuerit *Vulframni*, quo forte modo scribendum est, licet nobis magis placeat *Wulfranni*; non ita *Wlfranni*, ut alii legunt.

 OBSERVATIO.

Archippi. OBSERVATIO. *Archippi* memoria reperitur in Romano parvo, consueto Adonis ductore, unde et mihi consequens videtur, ut in Adone ipso exstare itidem debeat, utpote, qui rarissime soleat prætermittere, quos in codice Ravennæ descripto invenerit. Visum tamen est Mosandro asteriscum appingere, signum videlicet exclusionis a germano Adonis textu ; Rosweydus eum secutus, in appendicem rejecit. Recte an secus id fecerint, examinare hujus loci non est. Firmatur interim conjectura mea ex eo quod Notkerus, Adonis vestigiis presse inhærere solitus, de Archippo etiam meminerit, idque ipsis illis ferme verbis, quæ Mosander et Rosweydus Martyrologo Viennensi abjudicarunt. Hæc sunt Romani parvi verba : *Archippi commilitonis Pauli Apostoli.* Notkerus, adjecit titulum *episcopi*, de quo, uti et de martyrii laurea antiquorum testimonia quærit Henschenius, nec reperit Tillemontius tomo I pag. 289. *Commilitonem* suum vocat Paulus ipse ad Philemonem scribens, et de ejus ministerio loquitur ad Colossenses, unde apposita est textus nostri formula. — *Cuthberti.* *Chutbertus* vel *Cuthbertus* Lindisfarnensis, a Beda solo nomine ponitur, vocatus *Gutbertus*, ut supra diximus. Insigne elogium adjecit Ado, desumptum, ut profitetur, ex ispamet Vita a Beda descripta, quam in Actis nostris invenies. Adonis elogium Usuardus fere totum, Notkerus plane integrum transumpsit. Aliud Rabanus proprio marte conflavit. Solum Cuthbertum canit Wandelbertus :

Tertia cum decima Cuthberti laude nitentes
Anglorum ducit per mystica gaudia plebes.

Pauli et soc. *Martyres Syri* ex aliquo codice Hieronymiano probabilissime ab Usuardo educti sunt, etiam a Notkero commemorati, sed alia phrasi, post *Eugenii* addendo, *Serapionis*, *Victorici et aliorum*, numero indeterminato. Henschenius in Actis, præter *Serapionem* et *Victoricum*, adjunxit socios alios quinque, suis expressos nominibus ; sed de eorum gestis nihil reperit. — *Wulfrannus* Bedæ, Romano parvo, Rabano et Notkero incognitus, Hieronymiano Lucensi adscribitur apud Florentinium. Verosimillimum est, solum diem ab Usuardo mutatum ; ut qui in Adone ad XXIII Aprilis *Wulfrannum* repererat, huc ad proprium obitus diem, melius transtulerit. Unde motus fuerit, ut hunc potissimum diem seligeret, nolim conjectando statuere ; sed prodit se citatus codex Lucensis, olim Fontanellensis seu S. Wandregisili, qui solus de Wulfranno agit ; uti se Anglicum ostendit antiquior codex Epternacensis, dum ad calcem adjicit : *Sancti Cutberti.* Si ex priori codice acceptum cultus diem volueris, non repugnabo ; quamvis certum sit Wulfrannum ad genuina Hieronymiana minime pertinere, ut fatetur Florentinius. Interim laterculum, ut a nobis positus est, plane esse Usuardinum, sic certum opinor, ut in controversiam venire non possit. Vide Henschenii commentarium et Acta ab eo illustrata, cum quibus confer Observationes Mabilionis seculo 3 Benedictino, parte I a pag. 355, et, si potes, utriusque sententias compone, easque concilia cum altera Cointii, ad annum DCCIV.

AUCTARIA.

Vigiliæ S. Benedicti. PULSANEN. In textu non nihil mutilus, subdit in fine : *Eodem die, vigilia sancti Benedicti abbatis.* Proprium id fuisse nonnullis italicis monasteriis ex PLESCHIONENSI infra patebit.

De Cuthberto ex Adone. ANTVERP-MAJ. Incipit a Cuthberto ex Adone : *In Brittanis, natale sancti Cutberti, qui ex anachorita, ecclesiæ Lindisfarnensis antistes, totam ab infantia ad senium vitam, miraculorum signis inclitam duxit. Cujus dum undecim annis maneret corpus humatum, incorruptum, quasi eadem hora defuncti, simul cum veste qua tegebatur, inventum est. Scribit sanctus Beda presbyter in libello de vita ipsius. Eodem die, sancti Archippi, commilitonis Pauli Apostoli. In Fontella* (Fontenella) *monasterio, sancti Wlfrani episcopi, præclari in miraculis et doctrina viri.* *Item de Wulfranno.* Hæc de Wulfranno habet Ado XXIII Aprilis, causam nescio, certe *altum* ejus de hoc sancto *silentium*, non recte incusat Mabilio in Actis Benedictinis, loco quem in Observatione citavimus.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Puri sunt, excepta ultima annuntiationis formula, quam sic legunt ; *Monasterio Fontinellæ, sancti Wlfranni episcopi et confessoris.*

ROSWEYD. In hac sola etiam annuntiatione a puritate deficit ; sic enim habet : *In pago Rotomagensi, sancti Vulframni, Senonicæ civitatis episcopi.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. ANBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Elogio Cuthberti hæc ex Adone post *duxit*, interserunt : *De Cuthberto.* *Cujus corpus, sicut scribit Beda presbyter, undecim annis humatum, incorruptum cum veste, qua tegebatur, inventum est.* Tum in fine : *Monasterio Fontinellæ, sancti Vulfranni* (variant in modo scribendi) *episcopi et confessoris.*

BRUXELLEN. Nova producit, ita incipiens : *Prima dies seculi, et principium temporis, in quo Deus cœlum et terram creavit. Et ea die Josue, sicco vestigio, cum Hebræis Jordanem transivit. Hac die fuit Dominica in ramis palmarum, qua Christus vendentes eliminavit de templo.* *De temporis principio, Jordanis transitu, Dominica palmarum, et ejectione vendentium de templo.* Sequitur de Archippo et martyribus Syris, ut in textu. De Cuthberto fere ut codices mediæ notæ, præterquam quod paulo pressius verbis Adonis inhæreat. In fine : *Fontanellæ monasterio, sancti Wulfranni archiepiscopi et confessoris. Cujus corpus postea in Blandinio translatum est.* *De Wulfranno.*

HAGENOYEN. Parum admodum differt a codicibus mediæ notæ. Omittit Bedæ titulum, *presbyter* ; et pro *Wulfranni* inflectit *Wolfframi.*

CENTULEN. Hæc stylo suo : *In Britanniis, depositio beati Cuthberti episcopi et confessoris, admirandæ sanctitatis viri. Cœnobio Fontenella, depositio sancti Vulfranni Senonensis quondam archiepiscopi et confessoris.*

AQUICINCT. Post *Archippi*, addit *martyris.*

PLESCHIONEN. In fine addit : *Vigilia sancti Benedicti.* *Vigiliæ Benedicti.*

MATRIC-CARTUS ULTRAJ. Deficit in martyribus Syris ; de reliquis brevissime.

FLORENTIN. Primo loco : *Natale beati Joachimi, patris gloriosæ virginis Mariæ et avi Domini nostri Jesu Christi.* *Joachimi.*

CODEX MONTIS SANCTI. *Natale vel passio Gertrudis,*

Geretrudis. *trudis virginis.* Quid codex hic velit non satis perspicio.

Sabiani et sociorum. EDITIO LUBECO-COL. Convenit fere cum textu codicum mediæ notæ, sed in fine adjicit : *Eodem die, sanctorum Sabeani et Pollionis, sociorumque eorum martyrum.* De his videndus index Prætermissorum.

BELIN. Pro *Archippi*, legit *Arcippi.* Secundo loco agit de martyribus Syris. Deinde : *Monasterio Fontenellæ, sancti Vulfranii confessoris. In Britannia, sancti Gutuberti episcopi.*

De Wulfranno. GREVEN. Wulfranno subjungit : *Iste Vulfrannus, cum esset Senonensis episcopus, ad Frisiam transiens, Christi Evangelium prædicavit. Inde reversus, in monasterio Fontanellæ monasticum habitum sumens, in multa sanctitate cursum suum complens, quievit in pace anno Domini* DCCXX. *Eodem die, sanctorum Joseph et Claudii.* *Joseph et Claudii.* Quam apte hi duo conjungantur, vide in Actis. *Methis, sancti Urbicii episcopi et confessoris.* *Urbicii.* *Senones, Guerici et Ebbonis, episcoporum et confessorum.* *Guerici et Ebbonis.* Vide Prætermissos. *Heriberti presbyteri et confessoris.* *Heriberti.* *Cui cum sanctus Cuthbertus episcopus diceret, se migraturum e seculo ; ille pedibus ejus advolutus rogavit, ut sibi a Domino impetraret, quatenus secum ad gaudia æterna transire posset ; factumque est ut petierat. Item secundum aliquos hic, translatio est beatæ Mariæ Magdalenæ.* *Translationis M. Magdalenæ.* De qua in Auctariis XIX hujus.

MOLAN. De Wulfranno : *Senonum archiepiscopi in Blandinio monasterio. Sancti Joachim confessoris, patris beatæ Mariæ virginis.* *Joachim.* In posterioribus editionibus, mutatur Wulfranni annuntiatio. De Joachim, ut jam dictum. *Die vigesima, sanctorum qui nominantur patres in monasterio sancti Sabæ interemptorum.* *Martyrum in monasterio S. Sabæ.* Demum typis minoribus : *Coloniæ ad gradus, obitus Rixæ, reginæ Hungariæ, neptis sancti Annonis episcopi.* *Rixæ.* *Cujus, non canonizatæ, corpus patet in magnis festis.* De ea agitur inter Prætermissos hoc die et XIX hujus.

XII *Kal.* *Die* 21.

Apud Cassinum castrum, natalis sancti Benedicti abbatis, hujus vitam virtutibus et miraculis gloriosam, beatus Papa scribit Gregorius. *Benedicti.* Alexandriæ, beati Serapionis anachoretæ, magnarum virtutum viri. *Serapionis.* In territorio Lugdunensi, sancti Lupicini abbatis, cujus vita sanctitatis et miraculorum gloria illustris fuit. *Lupicini.*

Conveniunt *Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven* et *Molan.* Vix quidquam differunt codices mediæ notæ.

VARIA LECTIO. In una alterave transpositione consistit. Textus habet : *Beatus Papa scribit Gregorius.* Munerat. *Gregorius scribit.* Sic pro *illustris fuit,* ponit Tornacen. *fuit illustris.* In Antverp. et Max-Lubec. deest, *sancti,* ante *Lupicini.* De *anachoritæ* et *anacoretæ* dictum abunde est.

Benedicti. OBSERVATIO. Celeberrimum magni nigrorum monachorum patris Benedicti nomen ab antiquis Martyrologis omnibus hoc die celebratur. Ejus meminerunt Hieronymiana apographa, ut Epternacense ad finem laterculi subtexens : *Et sancti Benedicti abbatis* ; Corbeiense ad calcem etiam : *Et depositio B. Benedicti abbatis* ; quæ in Lucensi primo loco posita sunt. Beda non minus simpliciter : *Sancti Benedicti abbatis,* ad quæ videri potest breve Flori elogium a Nostro diversum. Romanum parvum : *In Cassino castro, Benedicti abbatis.* Ado non longa oratione Sanctum ornavit, cujus potiorem partem, mutuavit Noster, Notkerus totam sumpsit et aliquid addidit, non satis apte, *Casinum Castrum* cum *Beneventana civitate* connectens. Rabano satis fuit dicere, quod *regulam monachorum scripserit cum magna discretione.* De Sanctissimi Patriarchæ rebus gestis, translationibus et miraculis fusissime tractavit Henschenius, quæ si non sufficiunt, vide sis Acta Benedictinorum variis locis a Mabilione designatis. Superest Wandelberti encomiastica versificatio :

Tum duodena fide Benedicti et nomine fulget,
Cœnobiale decus, duce quo lætatur in orbe.

Serapionis. Qui hic secundo loco notatur *Serapion,* mihi non adeo obvius est, quam pluribus visus fuerit ; nec plane liquet, utrum ex Hieronymianis primum profluxerit. Ex variis Martyrologiorum efferendi modis faxo id colligas. In præfatis Hieronymianis, decem circiter sociis præfigitur, hoc modo : *In Alexandria, Serapionis monachi, Josippi,* etc. Hic *martyrem* recoli, dubitari haud quaquam potest. Jam Romani parvi textum accipe : *Et Serapionis anachoretæ.* In eamdem sententiam loquitur Ado : *Eodem die, beati Serapionis anachoretæ.* Ego hic *confessorem* intelligo, Adoni solo nomine cognitum, sine ulla patriæ, ætatis aut habitationis distinctione, ut, quem inter plures Serapiones indicent auctores illi, prorsus ignores. Nec tenebras dissipant Rabanus et Notkerus ; hic *Alexandriam* signans, sic loquitur, ut Hieronymiana secutus videatur, tametsi in Rabano legisset : *depositio Serapionis.* Quid Noster ? *Alexandriam* quoque legit, fateor, at ex toto sensu patet ; *Serapionem* aliquem *confessorem* indigitari. Quem obsecro ? An *Arsinoitem* ? An *Sidonium* ? An *episcopum Thmueos,* de quibus hoc die Henschenius ? An qui ex Baronii mente, ab Arianis exilium passus est ? An *Sidoneum* vel *Sindonitem,* qui a Bollando XXIII Januarii pag. 508 col. 2 indicatus, nescio quo casu, in Actis nostris hactenus præteritus est ? Multa hic quæro, quæ ad XXI Octobris, operosioris disquisitionis materiam præbere poterunt. Vide Henschenium hic, ac paucis Tillemontium tomo 8 pag. 618, et alibi. — *Lupicinum* primus consignavit Ado ; brevi contentus elogio, quod Usuardus altera parte truncavit. *Lupicini.*

truncavit. Notkerus multa de suo addidit ex ipsa, ni fallor, vita, quæ a coævo scripta in Actis reproducitur. Pro textus Usuardini germana simplicitate abunde sufficiant citati codices tum Mss. tum impressi.

AUCTARIA.

PULSANEN. Pro singulari opinor, in Patriarcham reverentia, ita de Benedicto enuntiat: *Apud castrum Casinum, sanctissimi Benedicti confessoris atque abbatis.*

BELINUS item in hoc solum a puritate deficit, quod scribat *beatissimi.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRJ-BELG. Puri etiam sunt, paucissimis exceptis, iis nempe verbis quæ adjiciunt : *in Dialogorum libro secundo beatus scribit*, etc.

CENTULEN. De Benedicto jam dicta verba etiam interjicit. In Serapione purus est. Breve Lupicini elogium rescindit. Tum in fine proprium loci: *Cœnobio Centula, translatio sancti Vigoris episcopi* (Baiocensis) *et confessoris.* Vide Prætermissos, ubi rejicitur ad I Novembris.

Vigoris translationis.

ANTVERP-MAJ. de Benedicto addit : *in Dialogorum libris*, ut scripsit Ado. De Serapione cum textu. *Et in territorio Lugdunensi, sancti Lupicini abbatis Virensium* (Jurensium), *cujus vita sanctitatis et miraculorum gloria illustris fuit. Corpus ejus in finibus Vesontionum, apud Latonense monasterium celebratur.* Hæc est altera encomii Adoniani pars ab Usuardo rescissa, in qua tamen legitur *Laocense* ; alii scribunt *Lauconense* ; Mosander *Lacionense.* Videantur Acta.

De Lupicino.

BRUXELLEN. In Benedicto convenit cum codicibus mediæ notæ. In Serapione purus, sic de Lupicino : *In territorio Lugdunensi, sancti Lupicini abbatis Virensium magnifici. Cujus vita... Et corpus ejus finibus Vesontionum in Laoconensi monasterio celebratur.*

HAGENOYEN. Hoc peculiare habet, quod totam fere sancti Benedictini vitam non longa laudatione complectatur, hisce verbis : *Hic cum foret juvenis scholas seculares reliquit et scholis divinis se tradidit. Et cum tentationes sentiret inter urticas et vepres se projecit, et curatus est. Hunc solus Romanus in specu latitantem per tres annos solus scivit, cui et ille victum ministravit. Hic spiritu prophetiæ claruit, et monachorum regulas scripsit. Discretionem immundorum nimiam accepit a Domino. Abbas factus, durus secundum regulam fratribus dissolutis erat, unde vitreum vas cum veneno sibi ab eis oblatum, signo crucis confregit; et ad locum solitudinis suæ perrexit, ubi postmodum multis claruit virtutibus, ob quas multi ad eum quotidie veniebant, et ideo ibidem duodecim monasteria construebat. Hic etiam præterea in contemplationis gratia singularis erat, et etiam visiones spirituales videbat, hoc est animam sororis suæ Scholasticæ et Germani episcopi Capuani ab angelis in cœlum ferri vidit. Diem etiam sui exitus ante annum sibi Dominus revelavit, quem et fratribus non abscondit. Ante sextum vero diem sui obitus febribus languere cœpit, et sexto die in oratorium se portari fecit, et sepulchrum sibi aperiri, et tunc Communionem accepit, et inter discipulorum manus, erectis in cœlum manibus, ultimum spiritum inter verba orationis efflavit.*

De sancto Benedicto.

AMBIAN. *Ipso die, translatio sancti Firmini episcopi et confessoris.* Colitur XXV Septembris.

Translationis Firmini.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Benedicti abbatis. Serapionis anochoretæ. Lupicini abbatis, fratris sancti Romani abbatis.*

EDITIO LUBECO-COL. Vix quidquam differt a codicibus mediæ notæ.

GREVEN. *Iosephi. Ammonis.* Ex Hieronym. *In Hibernia, Endei abbatis. Amos eremitæ et confessoris.* Inter Prætermissos rejicitur ad IV Octobris. *Romæ, Felicitatis viduæ.* Ad XXIII Novembris. *Hic fecit Deus luminaria rerum. Item, beati Benedicti monachi, de quo Gregorius refert 3 Dialog. quod ætate juvenis, sed moribus grandævus, a Gothis in clibanum succensum projectus et inclusus, altera die illæsus penitus inventus sit.* Hic remittendus est ad diem XXIII Martii.

Josephi. Ammonis. Endei. Amos. Felicitatis. Benedicti alterius.

MOLAN. Agit de solo hoc Benedicto, expressius designans Gregorii locum, nempe 3 Dialog. cap. 18. In aliis editionibus : *Die vigesima prima, sancti patris et confessoris Iacobi episcopi.* De ipso videnda sunt Acta nostra.

Jacobi.

XI *Kal.* *Die 22.*

Afrodisii.

Apud Septimaniam civitate Biterris, depositio sancti Afrodisii episcopi et confessoris. Hic a beato Paulo Narbonensi episcopo eidem urbi ordinatus antistes, fidei documentiis præclarus virtutumque meritis ornatus, quievit in pace.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Ad paucissima redit. Pro *civitate* legunt Herinien. et Muneratus *civitatem.* Praten. *Byterris*, pejus Tornacen. *Biternis.* Superest varia *Afrodisii* efformatio, pro qua Praten. *Afrosidii* : Herinien. *Afradisii* ; Munerat. *Affrodisii.* quod legit etiam Greven. Optime, ni fallor, Molan. *Aphrodisii* ; servata nihilominus manuscriptorum codicum fere omnium scribendi ratio, quam et in Actis præhabitam video.

OBSERVATIO.

Afrodisii. OBSERVATIO. ***Aphrodisius***, seu ***Afrodisius***, utcumque demum scripseris, nomen non explico. Ægyptius is, Græcus an Romanus fuerit, nusquam traditur. Hoc compertum, a solo Usuardo primum inventum atque in sacris Fastis consignatum esse, opinor ex Actis sancti Pauli Narbonensis, ubi cursim dicitur, in hujus locum Biterris ordinatus, ut ab Henschenio hic ostenditur ; ubi monet, *hæc fere omnia esse, quæ de sancto Afrodisio dici secure queunt, cum aliæ narrationes non careant mendis* : quales non unas ex Maurolyco, Galesinio et aliis merito rejiciendas existimat. Porro antiquiores omnes Martyrologi : Hieronymus, Rom. parvum, Florus et Ado, Rabanus item, Wandelbertus, Notkerus et post eos recentiores alii, de *Paulo* ipso, non de *Afrodisio* hac die meminerunt. In Actis nostris longa fit enumeratio Martyrologiorum, in quibus, hac die, et aliorum in quibus Paulus XII Decembris refertur ; at nisi vehementer fallor tota differentiæ causa, soli et uni Usuardo imputanda est, a quo ferme ceteri acceperunt, qui XII Decembris Paulum consignant. Pauli elogium Ado inter Festivitates Apostolorum retulit, Notkerus totum transumpsit, pauculis de suo adjectis. Ceterum Usuardi auctoritas a Baronio sociisque Romani moderni emendatoribus aut contempta aut neglecta est, expuncto plane ex toto Martyrologio *Afrodisii Biterrensis* nomine, restitutoque *Paulo Narbonensi* ex Hieronymianorum apographorum, Romani parvi, Adonis, reliquorumque consensu. Nolim cum Matricula Cartusiæ Ultrajectensis suspicari, dubitatum a Baronio, Afrodisiusne pro *Epaphrodito* fuerit ad Usuardo suppositus ; nam distinctis utriusque characteribus, discrimen apparet manifestissimum. Interim excluso *Afrodisio Biterrensi*, locum occupavit *Epaphroditus Terracinensis*. Nobis de vera Usuardi lectione nulla prorsus videtur subesse posse controversia, codicibus omnibus cum laterculo convenientibus. Et quamvis ad hodiernum Usuardi textum minime spectet laudatus Paulus Narbonensis, hic tamen visum est, Wandelberti de eo distichon subjicere :

Undecima antistes tribuit pia lumina Paulus,
Quo jure exultat proprio Narbona magistro.

AUCTARIA.

Pauli. PULSANEN. Textui puro subdit : *Item sancti Pauli confessoris* : præterito episcopi titulo, ut faciunt codices alii præsertim Hieronymiani.

Pauli. ANTVERP-MAJ. *In Galliis civitate Narboniæ, natale sancti Pauli episcopi et confessoris, quem beati Apostoli, ordinatum urbi Narboniæ episcopum miserunt.* *Dionysii.* *Apud Chorintum, beati Dionisii episcopi, cujus eruditione et gratia, quam habuit in verbo Dei, multi fruuntur usque hodie.* Dionysius hic Corinthiacus, de quo etiam alii codices agunt, spectat ad VIII Aprilis. Sequitur in codice : *Civitate Biterris, depositio sancti Afrodisii episcopi et confessoris.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. A reliquis codicibus Usuardinis dissident ; ita enim legunt : *In Galliis civitate Narbonæ, natale sancti* *De Paulo.* *Pauli episcopi, disciputi Apostolorum, qui a beato Paulo baptizatus, in Gallias directus, apud Narbonam episcopali dignitate donatus est.* *Saturnini et sociorum.* *In Africa, Saturnini et aliorum novem.* Abest totus Usuardi textus.

ROSWEYD. Post textum : *In Africa, Saturnini martyris et aliorum novem.* *Alexiani* *Alexiani diaconi.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Primo loco cum tribus supra citatis ponunt : *In Galliis civitate Narbona, natale sancti Pauli episcopi, discipuli Apostolorum, qui a beato Paulo baptizatus*, etc. Secundo, de beato Saturnino martyre et sociis novem. Tertio ac ultimo, textum Usuardinum purum subjiciunt.

CENTULEN. Hæc habet : *In Galliis civitate Narbona, sancti Pauli episcopi et confessoris, quem beatus Paulus Apostolus ordinavit et ibidem direxit.* *Dionysii.* *Apud Chorintum, beati Dionysii episcopi, cujus eruditione et gratia, quam habuit in verbo Dei, multi fruuntur usque hodie. Civitate Biterris, sancti Afrodisii episcopi et confessoris.*

BRUXELLEN. Incipit etiam a Paulo, cujus elogium ex Adone nonnihil interpolavit. Afrodisium habet secundo loco, et in eo purus est. Tertio refert Dionysium, ut supra. Denique : *In Africa, beati Saturnini et aliorum novem.*

HAGENOYEN. De Paulo, ut ANTVERP. supra. Sequitur Afrodisius, ut in textu. Tertio loco de Saturnino et sociis. Demum : *Item Fidelis martyris.* *Fidelis.* Colitur hic die sequenti.

PLESCHIONEN. *In Africa, sanctorum Fidelis, Saturnini et aliorum novem.* *Fidelis et sociorum.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Afrodisii episcopi et confessoris.* Notat deinde ad marginem, in Romano Martyrologio Epaphroditum pro Afrodisio positum.

VATICAN. signatus num. 5949, omisso textu sic legit : *Natalis sancti Pauli episcopi, qui a beato* *De Paulo* *Paulo Apostolo, cum ad Hispanias prædicandi gratia pergeret, apud urbem Narbonam relictus, prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis coronatus quievit.* Vide quæ dicuntur XII Decembris. Sequitur : *In Africa, sanctorum Fidelis,* *Fidelis, etc.* *Saturnini et aliorum novem.*

FLORENTIN. In fine : *Apud prædictam Narbonam, sancti Pauli episcopi et confessoris. In Africa, sanctorum martyrum Saturnini et aliorum novem.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *In Galliis*, etc., ut ANTVERP. supra. Sequitur : *In Africa, beati Saturnini et aliorum novem martyrum, qui pro nomine Christi occisi sunt.* *Saturnini et soc. IX.* Tertio loco textus purus subjungitur.

BELIN. Prima editio eadem plane habet, quæ ex ANTVERP. superius descripsimus ; at in altera, textus superadditus est hoc modo : *Apud Septiviaviam* (Septimaniam) *civitate Bituris*, etc.

GREVEN. *In Africa, Saturnini, Dieroni et aliorum octo martyrum. Item Artemii.* *Artemii.* De his consule Florentinium et Acta hac die. *Thomæ Comitis Lancastriæ et martyris.* *Thomæ.* Vide quæ de eo dicuntur in indice Prætermissorum. *Alexiani diaconi.* *Alexiani* *Romæ, Theodulæ martyris.* *Theodulæ* Quæ ut ignota prætermittitur. *Item secundum aliquos hic, natale sancti Pauli Narbonensis episcopi, qui in pridie Idus Decembris ponitur. Catherinæ viduæ et virginis.* *Catharinæ* Miror inter Prætermissos non esse notatam, quandoquidem in Romano hac die expresse ponatur. Vide Acta XXIV Martii.

MOLAN. Idem habet de Paulo Narbonensi auctarium

Herlindis et Relindis. *Cameliani.* *Leæ viduæ.* *Catharinæ* *Hilarii.* *Octaviani et soc.*

ctarium, quod ex ANTVERP. dedimus, cui præterea subjungit : *Eodem die, monasterio quod Eike dicitur, sanctarum virginum Herlindis et Relindis germanarum et religiosarum, gloriosarum in miraculis. Trecas, depositio sancti Cameliani antistitis.* Dein typis minutioribus : *Leæ viduæ, de qua beatus Hieronymus scribit, quod viro defuncto conversa est, et monasterii princeps et virginum mater effecta. Catharinæ viduæ, filiæ beatæ Brigittæ, quam canonizavit Urbanus VI. Divioni, sancti confessoris Hilarii. Item Carthagine, Octaviani archidiaconi, martyris cum multis millibus virorum et mulierum, de quibus Gregorius Turonensis lib. 2. Hist. Franc. cap. 3 in fine.* De Cameliano et Hilario vide Prætermissos. In Posterioribus omittitur Paulus. De Saturnino ut reliqui. De Cameliano ut in prima. Sequitur : *Die vigesima secunda, sancti hieromartyris Basilei, presbyteri Ancyranæ ecclesiæ. In monasterio quod Eike dicitur, translatio sanctarum virginum Herlindis et Relindis germanarum.* Dein aliis litteris : *Parthenopoli civitate*, (Magdeburgi Saxonum) *beatæ Margaretæ, quæ contracta dicitur, virginis multæ patientiæ, de cujus vita liber exstat.* In Actis prætermittitur.

Basilei. *Translationis Herlindis et Relindis.* *Margaretæ.*

X *Kal.* **Die 23.**

Victoriani et soc. *Theodori* *Juliani.*

In Africa, sanctorum martyrum Victoriani, Frumentii et alterius Frumentii et duorum germanorum, qui persecutione Wandalica, ut scribit Victor Africanus episcopus, sub Hunerico rege, pro constantia catholicæ confessionis, immanissimis suppliciis excruciati, egregio martyrio coronati sunt. In Antiochia, sancti Theodori presbiteri. Civitate Cæsarea, sancti Juliani.

Ita *Praten. Hermien. Tornacen. Pulsanen. Rosweyd. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In codice Rosweydi legitur *Frumentii et Frumentii*, expuncta voce *alterius*. Lego *Wandalica*, ut omnino scribendum et legendum est, efformatione et pronuntiatione, nobis Germanis, aliisque affinibus propria, de qua nil opus est plura notare. Praten. Pulsanen. Muneratus et alii scribunt *Vuandalica* : Tornacen. *Uuandalica* : Belinus *Vandalica*. Munerat. pro *episcopus*, posuit *apostolus*. Codex Rosweydi male ponit *Honerifico*, non multo melius Pulsanen. *Honorio*. Belin. *Honorico*. Evidens est agi hic de *Hunerico* vel *Hunnerico*, ut promiscue scribitur. Munerati transpositio, *coronati sunt martyrio* nihil in sensu immutat. Solus Belinus pro *Theodori* habet *Theodoli*, atque hinc Baronii *Theodulum* prodiisse verosimile est. Grevenus et Molanus : *In civitate*; redundat præpositio. *Affrica, Aphrica, martirum, supplitiis, Cesarea*, menda sunt passim obvia. Codex Rosweydi deficit in voce penultima, *sancti*.

Victoriani et soc. *Theodori.* *Juliani.*

OBSERVATIO. Illustris Africanorum martyrum classis plane abest ab Hieronymianis apographis, Beda genuino, Wandelberto et Rabano. Primus eam consignasse reperitur auctor Romani parvi distincte et clare : *In Africa, martyrum Victoriani, Frumentii, item Frumentii, et duorum germanorum Wandalica persecutione, sub Hunnerico rege passorum.* Hinc eadem classis ab Adone eruta, brevi elogio exornata est. Adonis sequaces et descriptores esse Usuardum et Notkerum, jam sæpe dictum et demonstratum est. Hic præfatum elogium fere immutatum transumpsit ; Noster paucula inseruit nempe : *ut scribit Victor Africanus episcopus.* Cetera ab Adone accepta esse, nimis quam manifestum existimo. Plura in Actis circa hosce martyres annotata et illustrata invenies, atque inter alia, correctas variorum hallucinationes circa horum sanctorum martyrum variam patriam, palæstram, ætatem ; quæ omnia ex ipsis gloriosorum martyriorum Actis, ex Victore Vitensi illic productis, egregie confirmantur. — Ex Hieronymianis apographis ab Usuardo educti sunt *Theodorus* presbyter Antiochenus et *Julianus* Cæsariensis : ille satis distincte positus, atque iisdem plane verbis a Notkero expressus ; hic autem ex aliqua cohorte abstractus, quæ Florentinium et Henschenium non parum exercuit, tum ut vera nomina, tum ut martyrii locum (siquidem omnes martyres vere fuerint, ut in hisce codicibus supponitur) accurate designarent. Ea discutere cum hujus loci non sit, citatos auctores consulat, cujus plura scire interfuerit. Interim Noster prudenter lauream reticuit. Unde vero *confessorem* dumtaxat fuisse *Julianum* certo discere Baronius potuerit, quidem explorare nequeo. Satis nobis et abunde sit, textus Usuardini fontem et germanitatem comprobasse. Satis mira est Wandelbertina combinatio, dum *Felicem Africanum* cum *Theodoro Antiocheno* et *Juliano Cæsariensi* disticho suo ita videtur innectere, ac si eodem tempore, eodem loco, et eodem martyrio coronati fuissent ; quamvis et alibi hoc recurrat. Sic canit :

Felix hinc decimum et Theodorus cum Juliano
Ornant, eximia virtutum laude ferendi.

AUCTARIA.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. et codices octo alii, quos mediæ notæ appellare solemus, in prima annuntiatione purissimi omnes, in duabus ultimis, *Theodori* et *Juliani* deficiunt.

ANTVERP-MAJ. Cum prioribus fere convenit ; sed legit cum CENTULEN. *Victorini*, et addit in fine : *Apud Africam, beati Imdelis*, voluit dicere *Fidelis*, socii *Felicis*. *Fidelis.*

CENTULEN.

Centulen. Sic habet : *In Africa, sanctorum martyrum Victorini, Frumentii, et alterius Frumentii, et duorum germanorum, qui in magissimis* (lege *immanissimis) suppliciis cruciati, gloriose coronati sunt. In Africa beati Fidelis martyris.*

Bruxellen. In Victoriano et sociis fere purus est. Sequitur : *Adhuc in Africa, natale sancti* *Felicis.* *Felicis martyris. Item in Antiochia, sancti Theodori presbyteri et martyris. Civitate Cæsarea, san-* *Fidis.* *cti Juliani. Et sanctæ Fidis martyris.* Videtur hæc *Fides* esse, quæ vi Octobris colitur, ut habes in catalogo Prætermissorum.

Hagenoyen. Purus item in Victoriano et sociis, secundo loco sic scribit : *In Antiochia, sancti* *De Theodoro.* *Theodorici* (Theodori) *presbyteri et martyris, qui alapis multis est cæsus. Super scampnum ligatus in tantum extenditur, ut octo pedum longus videretur. Post hæc duæ lampades ardentes, ejus lateri sunt appositæ, tandem occisus est gladio.* Videndum, an hic non indicetur *Theodoricus* vel *Theodoritus* Antiochiæ sub Juliano apostata passus, de quo cum Usuardo agimus xxiii Octobris. Sequitur in codice ultima annuntiatio pura : *Civitate Cæsarea sancti Juliani.*

Pleschionen. et Vatican. signatus numero 5949 : *In Antiochia, sancti Theodori presbyteri, Pauli, Juliani, Sabini.* Vide Acta, ubi hos male conjunctos observabis. *Pauli et sociorum*

Altemps. *In monasterio Berkingensi, sanctæ Hildæ abbatissæ : Et die sequenti.* Imo vere die sequenti colitur, vocaturque ab aliis *Hildelitha.* *Hildæ vel Hildelithæ*

Burdegalen. *Inventio sancti Lupi Andegavensis episcopi.* Inter Prætermissos remittitur ad diem natalem, xvii Octobris. *Inventionis S. Lupi.*

Editio Lubeco-Col. Antepenultimo loco interserit : *Apud Africam, natale sanctis Fidelis martyris.* Cetera satis pura est. *Fidelis.*

Greven. *In Africa, beati Fidelis martyris. Item Piomoli* (aliis *Thiomoli* ex Hieronym.) *Felicis. Theodorici martyris.* Inter Prætermissos rejicitur ad xxiii Octobris, ubi male citatur editio Lubeco-Col. quæ de eo non meminit. *Hilariæ viduæ.* An hæc mater S. Afræ, an alia fuerit, divinari necdum potest. Vide etiam Prætermissos. *Piomoli. Felicis. Theodorici. Hilariæ.*

Molan. *In Africa, natale Felicis et aliorum viginti.* Ita prima editio. In aliis vero editionibus sic habet : *Die vigesima tertia, sacrosancti martyris Niconis et ministrorum discipulorum ejus, cum ipso martyrizatorum. Bergis, elevatio sancti Winoci abbatis.* *Felicis et alior. 20. Niconis et soc. Elevationis Winoci.*

IX *Kal.* *Die* 24.

Romæ, passio beati Pigmenii presbiteri. Hic Julianum apostatam a puero nutrivit et sacris litteris erudivit, a quo ipse postea in Tyberim pro fide Christi necatus est. In Mauritania, natalis sanctorum Romuli et Secundoli fratrum, qui pro Christo passi sunt. Apud Syriam, sancti Seleuci. Item in Phrygia, sancti Agapiti. *Pigmenii. Romuli et Secundoli. Seleuci. Agapiti.*

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Rosweyd. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Addi possent omnes codices mediæ notæ, ut infra patebit

---

Varia lectio. Antverp. et Max-Lubec, pro *Pigmenii presbyteri*, male ponunt *episcopi*, Pulsanen. nullam dignitatem adjunxit. Rursus Antverp. et Max-Lubec. pro *nutrivit* habent *enutrivit. Litteris sacris* in Greven et Molan. perinde est. *Fratrum* omnes codices legunt, exceptis Antverp. et Max-Lubec. Hi etiam scribunt *Siriam* cum Tornacensi. Restitui *Phrygia* cum Molano, tametsi codices plerique, ut Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverp. Max-Lubec, Munerat. et Greven. legant *Frigia* ; Praten. *Phrigia*, Rosweyd. *Frygia*. Fere exciderat monere, solum Muneratum pro *Secundoli*, legere *Secundi*, ut est in Romano moderno. Grevenus et Molanus ab aliis in eo discrepant, quod Agapitum Seleuco anteponant.

Observatio. *Pigmenium* hic denuo ignorant citati pridie Martyrologi, apographa Hieronymiana, Beda, Florus, Rabanus, Wandelbertus ; memorant alii, quorum semper antesignanus auctor Romani parvi, a quo primum nominatus et relatus est his verbis : *Romæ, Pigmenii presbyteri et martyris, sepulti in cœmeterio Pontiani.* His non contentus Ado, longum elogium contextuit, probabiliter ex Actis sanctæ Bibianæ, in hac parte ut minimum valde depravatis. Viderat ea olim Bollandus, notaveratque iv Januarii in *Dafrosa* ; hujus, *Flaviani, Pigmenii, Bibianæ, et aliorum Acta permista esse, et ejusmodi, ut haud levi emendatione egerent.* Henschenius vero hac die discussis cum Baronio præfatorum Actorum fictionibus, iisque præsertim, quæ in Adonis elogio continentur, indigna plane censuit, quæ operi nostro insererentur. Quid si igitur placeat Tillemontii conjectura tomo 5 a pag. 119 et pag. 633, de *Epigmenio* et *Pigmenio* qui ambo hoc die, in Romano moderno referuntur, in unum conflandis ? Certe sic manebit vera rei substantia, rescissis falsis circumstantiis. Hæc examinanda remittimus ad Acta, xiv Septembris, ubi agetur de *Crescentio puero* a prædicto Epigmenio baptizato. Interim totam Adonis historiam transumpsit Notkerus, Noster ita contraxit, ut cum brevitate sua, non item cum veritate conveniat. Atque hæc hactenus pro textu satis clara et plana sunt. — At non æque pervium est, *Romulum* cum *Secundolo* connectere et quidem fraternitatis vinculo, ut facit Usuardus, verosimillime aberrans, primus ipse talis confusionis artifex quemadmodum ex Actis nostris manifeste colligitur. Neque enim ulli Hieronymiani codices ex quibus solis eos Noster decerpere potuit, ita *Romulum* et *Secundolum* conjungunt, ut vel pepula- *Pigmenii. Romuli et Secundoli.*

res

res esse videantur, quamvis utrumque nomen exprimant. *Romulus* avulsus est ab insigni manipulo martyrum, qui cum *Timolao* in *Cæsarea Palestinæ* coronatus est, ut ex Eusebio in Actis refertur. *Secundolus* vero ad aliam plane classem pertinet, quæ *in Mauritania* triumphavit. Potuit fortasse Wandelbertum vidisse Usuardus, ubi hunc versiculum legerit :

Romulus et nonam pariterque Secundolus implet.

Interim qualiscumque lectio, Usuardini genuina est, atque in omnibus codicibus tum manuscriptis tum excusis plane conformis, etiam in Centulensi, qui, ut in Auctariis patebit, sola phrasi a textu discrepat, fratris titulo abstinens. Quid Baronium moverit, ut pro Secundolo, *Secundum* supponeret, nec hic divino.— *Seleucus* item et *Agapitus* ex Hieronymianis apographis profluunt, unde a Nostro et in Actis positi absque ullo titulo, quidquid Seleucum *confessorem*, faciat Baronius, Agapitum *episcopum*. Nam si de eo Agapito agitur, qui in Hieronymianis etiam sub *Agapi* nomine occurrit, is vere Timolai socius fuit, adeoque martyr Cæsariensis. An forte aliunde sumptus, et *Synadæ episcopus* fuerit, non satis perspicio ; tacet Florentinius ; Castellanus in Martyrologio universali ab Henschenio dissentit. De cetero certa nobis et indubitata videtur Usuardi lectio in laterculo proposita, quamvis fortasse sola penultima annuntiatio vera dici possit, utpote in omnibus Hieronymianis primo loco disertissime posita ; ubi si quis titulus, non *confessoris*, certe, sed *martyris* apponendus videtur.

Seleuci. Agapiti

AUCTARIA.

In *Tyberim necatus est* legunt codices omnes pro textus puritate citati. Melius Ado, *de ponte præcipitatus est*, idque imitati sunt codices ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In quo solum ab Usuardina simplicitate deficiunt.

Textus mutilus

ANTVERP-MAJ. Hic mutilus est, sic legens : *Romæ, natale sancti Pigmenii presbyteri. Hic Julianum apostatam atque impium a puero nutrivit, et litteris etiam sacris erudivit. In Siria, natale sancti Eleuci. Ipso die, sanctorum Romuli et Secunduli, qui apud Mauritaniam pro Christo passi sunt.*

Eleuci

Textus contractus.

CENTULEN. Modo suo : *Romæ, sancti Pigmenii presbyteri et martyris. In Syria, sancti Seleuci. In Frigia, sancti Agapiti. Ipso die, sanctorum Romuli et Secundoli, qui apud Mauritaniam pro Christo passi sunt.*

BRUXELLEN. Pigmenii elogium ex Adone non parum interpolatum repræsentat. Dein cum textu : *In Mauritania, sanctorum Romuli et Secundoli fratrum et martyrum, qui pro Christo passi sunt. Apud Syriam, sancti Seleucii* (vult dicere *Seleuci.*) *In Frigia, sancti Agapiti. Item sancti Lini martyris.* De quo vide Prætermissos.

Lini

HAGENOYEN. Alia de Pigmenio commentus est, ut facile fabulosis fabulosa exornantur ; sed iis repetendis non immoramur. In Romulo et Secundolo purus 'est, nisi quod pro *Romuli*, scribat *Remuli*. Sequitur : *Apud Syriam, sancti Seleucii martyris. Item in Frigia, sancti Agapiti martyris,*

In AQUICINCTINI collatione cum Usuardo Molani secundæ editionis facta, sic habetur : *Post S. Agapiti, addit : Item sanctorum Agapiti, Romuli (vel forte Romici, nec enim potest commode legi) et Rogati.*

Agapiti et sociorum.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130, adjiciunt : *Eodem die, sanctorum Victoris et Coronæ.* Proprium diem invenies in Prætermissis, nempe XIV Maii.

Victoris et Coronæ

PLESCHIONEN. Convenit cum AQUICINCTINO, clarius exprimens : *In Africa, sancti Agapiti, Romuli, Rogati.* Quam apta sit ea conjunctio, vide in Actis, ubi melius suis locis tribuuntur.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Solita brevitate : *Pigmenii presbyteri et martyris, Romuli et Secundoli fratrum martyrum.*

VATICAN. num. 5949 : *In Syria, sancti Seleucii. In Africa, sancti Agapiti, Romuli et Rogati.*

Agapiti et sociorum

CODEX STROZZ. *Apud Præsidem* (Persidem), *sancti Simeonis archiepiscopi.* De quo plura in Prætermissis.

Simeonis.

EDITIO LUBECO-COL. De Pigmenio pure usque ad *erudivit.* Subdit deinde : *A quo ipse postea in Tyberim pro fide Christi de ponte præcipitatus est. Cujus corpus inventum et collectum, sepultum est in cimiterio Ponciani, non longe a sanctis Abdon et Sennen. In Mauritania, sanctorum Romuli et Secundoli fratrum, qui pro Christo et fide catholica passi sunt. Apud Syriam, sancti Seleuci confessoris. In Phrygia, sancti Agapiti martyris. Opido Tridentino, passio sancti Simonis pueri et martyris.*

de Pigmonio ex Adone.

Simonis pueri.

BELIN. In textu non omnino purus, addit in fine : *Apud Persidem, sancti Symeonis archiepiscopi.* Est is qui colitur XXI Aprilis.

Symeonis

GREVEN. *Saturnini, Cirini martyrum. Apud Trudentum, beati Symeonis pueri, novi martyris, anno Domini* MCCCCLXXV *in hebdomada sancta a Judeis crudeliter occisi. Cujus sanctitati Deus per crebra miracula testimonium præbuit. Kanini confessoris. Jobiæ virginis, filiæ regis Persarum.* Vide catalogum Prætermissorum.

Saturnini et Cirini. Simonis pueri.

Kanini

Jobiæ.

MOLAN. *Apud Persidem, sancti Simeonis archiepiscopi.* Sequitur typis minoribus : *Apud Tridentum, passio beati Simeonis pueri, novi martyris, anno Domini* MCCCCLXXV *in hebdomada sancta a Judæis crudeliter occisi. Daventriæ, obiit Florentius presbyter, qui fratres de communi vita instituit. Cujus vitam Thomas a Kempis scripsit.* Hæc prima editio. Aliæ : *Tridenti, passio beati Simonis pueri In monasterio Vuasteno, sanctæ Catharinæ abbatissæ, filiæ beatæ Birgittæ. Die vigesima quarta, præfestum Evangelismi.* Dein aliis litteris : *Cæsareæ, sanctorum octo martyrum, Timolai, Dionysii, Romuli, Pausæ, Alexandri, Alexandri, Agapii et Dionysii. Daventriæ*, etc. De martyribus Cæsariensibus videantur Acta.

Simeonis.

Simonis

Florentii

Catharinæ

Timolai et sociorum.

Kal. VIII. *Die* 25.

Apud Nazareth civitatem Galilææ, Annunciatio Dominica. In Sirmio, passio beati Hirenei episcopi, tempore Maximiani imperatoris, qui primo tormentis acerrimis vexatus, dein diebus plurimis in carcere cruciatus, novissime abscisso capite consummatus est. Romæ, sancti Cyrini martyris, qui a rege Claudio, post facultatum amissionem, post carceris squalorem, post multorum verberum afflictionem gladio interfectus est. Nicomediæ, natalis Dulæ cujusdam militis ancillæ, quæ pro castitate occisa est. In Antro insula, sancti Hermelandi abbatis, cujus gloriosa conversatio miraculorum collaudatur præconio. *Annuntiationis Dominicæ.* *Irenæi.* *Cyrini.* *Dulæ.* *Hermelandi.*

NOTA. Codicem Usuardinum ex omni parte genuinum et purum, nullum hodie reperio. Ex omni, inquam, parte; nam multi ad purissimos deficiunt, eaque ratione viam satis commodam textui ernendo aperiunt. Sic Belinus sola transpositione deerrat, *Cyrinum* anteponens *Irenæo*; qua in re cum solus et unicus sit, ab omnimoda puritate certo excluditur. Pratensis nævo infectus est, cum pro *Dulæ* scribat *Theolæ*, in quo licet tres alios codices Aquicinctinum, Marchianensem et Rosweydinum consentientes habeat, nihilo magis simplicitatem Usuardinam repræsentat. Et quidem Rosweydi codex purus esset, nisi tertio loco inepte immisceret: *Item natale sanctorum nongentorum.* Hagenoiensis item a puritate deficit, primam annuntiationem sic exprimens: *Apud Nazareth civitatem Galilææ, ut fides Catholica credit, adorat et prædicat; Virginem Mariam Dominum parituram, Gabriel angelus venerando salutat.* Quæ verba ex aliquo Bedæ Mss. Tornacensi, inter Bedæ auctaria, etiam commentata invenies. In Tornacensi Usuardo, deest solum *Irenæi* elogium. In Pulsanensi, expunctus *Hermelandus*. Atque item in Antverp. et Max. Lubec., ubi et *Cyrini* elogium prætermissum est. Maneratus pluribus mendis, opinor typographicis, deformis est, sed præcipuus error, quod post *Annuntiatio Dominica*, adjungat, *quæ alio nomine dicitur Incarnatio Domini nostri Jesu Christi.* Sic Grevenus et Molanus excudendi, qui a soli incipiunt hoc modo: *Jesus Christus Dominus noster passus est.* Codicum aliorum accessiones suo loco exhibebimus. Interim ex jam citatis citandisque, germana Usuardi simplicitas ea ratione eruta, quod in laterculi sententiam pleraque omnes conspirent, ut collatis defectibus excessibusque, facillime datur intelligi.

OBSERVATIO. His positis, superest fontes indicare, ex quibus Usuardum sua hausisse credimus. Ac primo quidem, hæc est Hieronym. omnium concors hodierna commemoratio: *Hierosolymis Dominus Jesus Christus crucifixus est.* At non ita conveniunt in ejus *Annuntiatione* aut *Conceptione*, quæ in Epternacensi plane desideratur. Hæc in Beda brevissime ponitur: *Annuntiatio Dominica*; Rabanus scripsit: *Annuntiatio Dominicæ incarnationis*; Romanum parvum: *Annuntiatio Dominica et Crucifixio*; Ado autem, rescissa Crucifixione, nec Hieronymiana nec Romanum parvum ex toto secutus, Bedam non nihil auxit, præfixa nempe *civitate Nazareth*, in qua mysterium peractum est; ea plane phrasi, quam ex ipso Noster in laterculum suum transtulit. Adonem hic Rosweydi intelligo, non qualis a Mosandro editus est, in quo et Crucifixio, et Jacobi Apostoli martyrium, cum immolatione Isaac aliisque Christi typis hoc die conjunguntur. Notkerus Bedæ, Rabani et Adonis verba in unum commiscuit. De hac solennitate nihil est quod Henschenii commentario magnopere superaddi possit aut debeat. Audi modo Wandelbertum: *Annuntiatio Dominicæ.*

Angelus octava venturum nuntiat agnum.
Agnus et ipse cruce mundi pro morte levatur.

Qui hic secundo loco est, sic quarto et ultimo memoratur in Romano parvo: *Apud Sirmium, Irenæi episcopi et martyris*, quo etiam ordine refertur ab Adone cum elogio, quod totum in Notkerum transiit, a Nostro modice attemperatum, sic tamen, ut nihil non ex eodem acceperit. *Irenæi Sirmiensis* Acta procul dubio olim vidit Ado, quæ multis seculis neglecta, a Joanne Gamansio nostro primum eruta sunt, a Papebrochio edita et illustrata, græce etiam floridiori oratione, ad voluminis calcem adjecta. Latina ipsa, inter sincera et selecta merito a Ruinartio computata sunt a pag. 432, de quibus videri etiam potest Tillemontius tomo 5 pag. 250. Quod vero *Irenæus* in Actis editis passus dicatur VIII *Idus* seu VI *Aprilis*, potuit olim lectum esse VIII *Kal. Aprilis*. Variant Martyrologia. Ego Sirmiensem Irenæum in Hieronymianis VI Aprilis nullum deprehendo: fateor in Floro et Rabano signari, imo a Notkero utroque die; servandam tamen, nec quidquam immutandam antiquam Martyrologorum nostrorum lectionem, plane censeo. *Cyrinus*, aliis *Quirinus*, in Romano parvo et Adone tertium locum obtinet. Hic ex Beda, atque iisdem verbis sumpsere Rabanus et Notkerus, quæ ex Actis sancti Valentini, seu Marii, Marthæ et Abachum, de eo paucis recitant. Adonem nihilominus deserit Usuardus, aliam phrasim ex eodem fonte substituens. De præfatis Actis satis alibi dictum est; vide Henschenii commentarium et alia, quæ recentius de Cyrino ibi tradita sunt, quorum compendium habet Tillemontius tomo 1 pag. 677. — *Dula* ex Hieronymianis repetitur: *In Nicomedia, natale Dulæ*; Romanum parvum: *Nicomediæ, Dulæ martyris*; Beda et ex eo Rabanus: *Natale Dulæ, ancillæ militis, quæ pro castitate occisa est.* Ado utrumque textum conjunxit, quem ex ipso sibi vendicarunt Usuardus et Notkerus. Nec eorum quisquam est, qui *Theodolam* Hieronymianorum cum *Dula*, quæ forte a conditione nomen traxit, eamdem esse putaverit, quod tamen visum est Castellano in brevi notula ad Martyrologium universale, inde, meo quidem judicio, expungenda, reposito in textu non *Theolæ*, sed *Dulæ* nomine, quod in ipso Romano legitur. — *Hermelandus* antiquioribus omnibus ignotus, ab Usuardo primum productus est, et recte in *Antro* Ligeris insula, modo fluminis aquis absorpta, non in *Andro*, tot terrarum spatiis divisa, quemadmodum male legit codex maximus Ultrajectinus, quem ad aliorum distinctionem *Rosweydi* seu *Rosweydinum* nuncupare solemus. *Irenæi.* *Cyrini.* *Dulæ.* *Hermelandi.*

AUCTARIA.

De Annuntiatione ex Evangelio.

ANTVERP-MAJ. *In Nazareth civitate Galileæ, Annuntiatio Dominica, quando missus est Gabriel angelus a Deo in civitatem Galileæ ad beatam Mariam virginem, et dixit ei : Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ipsa, ut vidit eum, mota est in introitu ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait ei angelus : Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Quæ tanto nuntio clarificata, Spiritu sancto fœcundata, ab illo, qui de illa carnem sumere dignatus est, præ omnibus sublimata, in æternum venerabiliter est benedicta. Apud Sirmium, natale sancti Hirenei episcopi et martyris, sub Maximiano imperatore. Romæ, sancti Cirini martyris.* In duabus ultimis purus est. Pro *Antro* insula, videtur legere *Antico*; sed pejus in margine corrigitur : in *Andro* insula.

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post *Dominica*, subdunt : *Eodem die, Dominus noster, Jesus Christus Hierosolymis crucifixus est, et Isaac immolatus.* Item post *Romæ*, legunt, *in cœmeterio Pontiani.* Deficiunt omnes in annuntiatione ultima. *Christi crucifixionis.*

De Annuntiatione.

CENTULEN. *In Nazareth civitate Galyleæ, Annuntiatio Dominica, quando angelo annuntiante et virtute Altissimi superveniente, Virgo intemerata filium Dei vivi paritura concepit. 'Eodem die Jerosolymis, idem Deus Dei filius crucifixus est a Judæis. In Sirmio, sancti Herenci episcopi et martyris. Romæ, sancti Cirini martyris, Nicomediæ, sanctæ Dullæ martyris. In Antro insula, sancti Erculandi abbatis.* Habes supra verum nomen.

HAGENOYEN. *Apud Nazareth Galileæ, Annuntiatio Dominica. Nota quod in hac die multa mirabilia facta sunt, quæ notantur in his versibus :*

Salve festa dies, quæ vulnera nostra coerces
Angelus est missus. Est Christus in cruce passus.
*Est Adam factus et eodem * corpore lapsus.*
Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab ense.
Offert Melchisedech. Isaac supponitur aris.
*Est decollatus * Baptista Christi Joannes.*
Est Petrus ereptus. Jacobus sub Herode peremptus.
Corpora Sanctorum cum Christo multa resurgunt.
*Latro dulce tamen * cum Christo suscipit amen.*

* alias *tempore.*
* alias *Christi Baptista beatus.*
* alias *per Christum.*

Bonilatronis.

Qui latro cum Christo crucifigitur, ubi Christum verum Deum confitetur, et veniam postulat et impetrat, et confractis cruribus in cruce, spiritum reddidit creatori. In Syrmio (Sirmio) *passio beati Hyrenei episcopi et martyris*, etc., cum textu. Pro *Antro* insula, legit *Nutro.*

De typis Christi.

BRUXELLEN. Solito auctior, multa hic congerit. *Apud Nazareth civitatem Galileæ, Annuntiatio beatæ Mariæ semper virginis. Eadem die, plasmatio Adæ et ejectio ejus de paradyso. Apud agrum Damascenum, Abel primus martyr pro justitia occisus est. Quem Christus in Evangelio laudat, et quem nos in Canone Missæ quotidie nominamus. Eadem die, Melchisedech primus sacerdos, Abrahæ panem et vinum in figura Sacramenti Eucharistiæ immolavit. Et hic Melchisedech etiam Canoni Missæ inscriptus est. Ipso die, Abraham filium suum Isaac super altare obtulit Deo in figura Dominicæ passionis. Adhuc ipso die, transitus filiorum Israel per mare rubrum. Eadem die, decollatus est beatus Johannes Baptista. Apud Ierosolimam, Dominus noster Jesus Christus pro redemptione mundi crucifixus est. Et sanctus Jacobus Apostolus frater Domini ea die occisus est. Et sanctus Petrus de carcere Herodis, per angelum liberatus. Romæ, sancti Cyrini martyris, qui post multorum verberum afflictionem interfectus a Claudio, et in Tybrim jactatus, in insula Licaoniæ inventus, in cimiterio Pontiani sepultus est, ut scribitur in passione sancti Valentini. Apud Smyrnum* (Sirmium) *sancti Hyrenei episcopi et martyris, qui tempore Maximiani imperatoris sub præside Probo, post acerrima tormenta capitis abscisione martyrium consummavit. In Nicomedia, sanctæ Duliæ ancillæ*, etc. *Et depositio sancti Ermelendi abbatis et confessoris, cujus gloriosa conversatio, præconio laudatur miraculorum.* *Cyrini ex Beda*

VICTORIN. Addit : *Eodem die, sanctorum Taraci, Probi et Andronici.* Spectant ad v Octobris. *Taraci et sociorum*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Annuntiatio Dominicæ Incarnationis. Romæ, Cirini martyris. Hermelandi abbatis.*

REG. SUECIÆ, signatus num. 130. *Eodem die, sanctorum Taraci, Probi et Andronici. Apud Smirnam, beati Traseæ episcopi et martyris.* Remittitur ad xv Octobris. *Traseæ.*

FLORENTIN. *Ipso die, consecratio Cathedralis ecclesiæ Florentinæ, sanctæ Mariæ Floris, per summum Pontificem Eugenium IV, anno Domini* MCCCCXXXVI. Quæ sequuntur obscura sunt : *Anno vero* MCCCCLXXXI *Sixtus IV, Pontifex jubileum, hoc a* (puto dicere velle, *hoc est*) *plenariam indulgentiam concessit, et Innocentius VIII successor, primo anno pontificatus confirmavit.* *Consecrationis ecclesiæ Cathedralis Florentinæ.*

DIVIONEN. S. Benigni. *Baiocas, sancti Ragnoberti episcopi et confessoris.* Ad XVI Maii. *Ragnoberti*

EDITIO LUBECO-COL. *In Nazareth civitate Galileæ, incarnatio filii Dei. Et Annuntiatio beatæ virginis Mariæ, quando missus est Gabriel Angelus ad eam, et dixit ei : Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ tanto nuntio clarificata, Spiritu sancto fœcundata; qui de illa carnem sumere dignatus est, ab illo præ omnibus sublimata, in æternum venerabiliter benedicta.* Sequitur de crucifixione, de Isaac, de Hyreneo, de Cyrino, de Dula, fere ut in BRUXELLEN. supra. *In Antro insula, sancti Hermelandi*, etc., ut in textu. *De Annuntiatione.*

GREVEN. *Passio sancti Jacobi majoris Apostoli. Item, Josiæ scribæ et martyris cum beato Jacobo decollati.* Vide Prætermissos. *In Nicea, Victorini, Alexandri, Eufratæ, Castulæ, Nicostrati, Lucillæ et aliorum quadringentorum martyrum. Immolatio Isaac filii Abrahæ Patriarchæ. Item Abel justi, veteris testamenti protomartyris. Transitus filiorum Israel per mare rubrum. Victoria beati Michaelis contra draconem. Item, Symeonis abbatis.* Vide Prætermissos. *In Altona castro comitatus de Marka, sancti Eynardi eremitæ et confessoris. Veronicæ sanctæ matronæ cui Dominus imaginem faciei suæ sudario impressam reliquit.* De hac *Vera icone* consule Prætermissos, Responsiones Papebrochii variis locis, et alios ab ipso citatos. *Jacobi. Josiæ. Victorini et soc. Isaac. Abel, etc. Michaelis victoriæ. Symeonis Eynardi Veronicæ*

MOLAN. Litteris italicis, post *gladio interfectus est*, inserit ex Beda : *Scriptum est in passione sancti Valentini.* Aliæ editiones adjungunt : *Item ipso die, depositio sanctissimi Humberti, episcopi et confessoris Christi, virtutibus et miraculis gloriosi. Eodem die, genesis mundi.* Tum de Isaac, de transitu maris rubri, et victoria Michaelis. *Humberti Mundi genesis*

VII *Kal.* *Die* 26.

Apud Pentapolim Libiæ, natalis sanctorum Theodori episcopi, Hirenei diaconi, Serapionis et Ammonii lectorum. Romæ via Lavicana, sancti Castoli martyris, qui, ut in gestis beati Sebastiani legitur, a persecutoribus tertio appensus, tertio auditus, in confessione Domini perseverans, missus est in foveam, et dimissa super eum massa arenaria, martyrio migravit ad Christum. In Sirmio, sanctorum Montani presbiteri et Maximæ in mare mersorum.

Theodori et soc. *Castuli.* *Montani et Maximæ.*

Conveniunt hodie *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Penthapolim* habent Munerat. et Greven. Scio legendum *Libyæ*; ast in consensu codicum omnino omnium, solo Molano excepto, putavi eorum lectionem in textu servandam. Sic iidem omnes habent *Hirenei* vel *Hyrenei*. Prætuli modum priorem, quod ita legant Praten. Tornacen. et Grevenus, quidquid alibi legam *Irenæi*. Greven. et Molan. pro *Ammonii* male ponunt *Ammonis*. Præcipua difficultas in nomine *Castoli* vel *Castuli*. Certum est, antiquos omnes legere *Castuli*. Verum æque certum videtur Usuardum legisse *Castoli*, si vestutiorum nostrorum codicum auctoritate niti possumus. Atqui ita exprimunt Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Munerat. et Grevenus, quos hic sequimur, etiam errantes. Pulsanen. forte ad majorem emphasim addit *tertio in confessione*; atque item: *martyrio coronatus migravit*. Turpiter labitur in fine, scribens: *In Sirmia, sancti Vincentii presbiteri et Maximini*. Reliquæ variantes lectiones, mera sunt librariorum sphalmata: sic Muneratus, *Maximæ in maxime in mare*, etc., frustra repetito nomine *Maximæ*; sic *tercio, harenaria, Syrmia, Smyrnio*, etc.

OBSERVATIO. Prima *martyrum Pentapolitanorum* classis non obscure signatur in apographis Hieronymianis, sed luxatis hinc inde nominibus et tacita positione seu loco certaminis, qui in solo Epternacensi clarissime exprimitur: *In Pentapoli Libiæ, Theodori episcopi, Herenei*, etc. Romanum parvum socios non novit, aut certe studiose exclusit, ita legens: *Apud Pentapolim Libyæ, Theodori episcopi*. In Adone tota nostra annuntiatio ad verbum posita est, quam ex ipso Notkerus quoque deduxit. Nec quidquam præterea de his Sanctis memoratu dignum reperitur, nisi cui adlubeat ex Dextrinis aut id genus commentis, speciosas fabellas degustare. — *Castulus* in laudatis codicibus Hieronymianis primo loco ponitur, cum diversitate seu nominis seu loci sepulturæ, quæ ab Henschenio et Florentinio abunde explicatur. Primo item loco est in Romano parvo: *Romæ, sancti Castuli Zætarii palatii*. Hisce superadditum ab Adone elogium, ex Actis sancti Sebastiani, apud nos cap. 22 num. 83 verbatim desumptum. Quod hic lectorem monitum volui, ne forte Flori elogium legens, existimet, alterum alteri umquam fuisse cognitum; ea nempe causa, quod in plerisque hic ambo conveniant. Dicam quod res est, uterque ex eodem fonte eadem hausit, atque eatenus belle concordant; at ex solis reliquis constare potest, proprio singulos marte sua disposuisse. Notkerus de more Adonem secutus est; Noster solita compendii ratione utitur; Rabanus ex aliquo codice Hieronymiano paucula sua descripsit. — In *Montano* et *Maxima* consignandis, præeunt denuo Hieronymiana, concordes sunt reliqui Martyrologi omnes, solo Romano parvo excepto. De ipsis et quadraginta eorum sociis agunt Henschenius et Florentinius. Beda sic eos notat: *In Sirmio, Montani presbyteri Maximæ uxoris ejus et aliorum* XL. Rabanus ultimam clausulam expunxit, quæ a Nostro quoque omissa est, servata a ceteris. Imo conjuges fuisse, tradunt præter Bedam, Hieronymiana, Ado, Ranus, Notkerus, Wandelbertus et recentiores plurimi. Cur id Usuardus reticuerit, fateor me haud satis conjicere. Minus etiam intelligo, quid eum movere potuerit, ut neglectis Adonis verbis, qui eos in *fluvium præcipitatos* disertissime asserit, maluerit ipse scribere, *in mare mersorum*. An Sirmium civitatem esse plane mediterraneam, eum ignorasse dicemus? Id fatendum arbitror, cum et alibi Geographiæ non satis peritum fuisse Usuardum, satis ostenderimus. Nulla etiam de his Sanctis Acta supersunt; neque enim *Firmium* vel *Firmum* Italiæ, aut *Sexti-Firmium* Hispaniæ, salva veritate, eos transferri posse existimamus. Sit etiam locus sacris Wandelberti Musis:

Septima Montanum memorat cum conjuge sancta
Atque simul quadrageno cum martyre passum.

Theodori et soc. *Castuli.* *Montani et Maximæ.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post textum purum subdunt: *Eodem die, natale sancti Ludgeri (Luitgeri, Lutgeri, Luidegeri)* *Monasteriensis episcopi et confessoris*. Addit præterea ALBERGEN. *Qui verbum vitæ longe lateque disseminans, multis claruit virtutibus et miraculis. Nam in ejus felici transitu circa medium noctis, lux de cœlo veniens, totam illustravit provinciam. Floruit temporibus Caroli magni, qui et ipsum primum Monasteriensi præfecit ecclesiæ. Sepultus quiescit in Werdena.*

Ludgeri. *cum elogio.*

ROSWEYD.

Montani et Martyrum XL.

ROSWEYD. Tertio loco : *Eodem die, sancti Luitgeri, episcopi et confessoris. In Syrmio, sanctorum Montani presbyteri et Maximæ uxoris ejus,* (qui) *comprehensi missi sunt in fluvium. Et aliorum quadraginta martyrum.*

ANTVERP-MAJ. et CENTULEN. Incipiunt : *Romæ, passio sancti Castuli martyris. Eodem die, apud Pentapolim...* pure. *Apud Cyrinium* (Sirmium) *sancti Montani presbyteri et Maximæ uxoris ejus, in mare mersorum.*

De septima die seculi. — *De Castulo.* — *Ludgeri.*

BRUXELLEN. *Septima dies seculi, in qua perfecti sunt cœlum et terra, et omnis ornatus eorum; et in qua Deus cessavit ab omni opere, quod patrarat. Unde et ea die Christus quievit in sepulcro. Romæ via Lavicana, in cemiterio ejusdem, sancti Castuli martyris. Qui cum esset Zecharius palacii et hospes Sanctorum, ut in gestis sancti Sebastiani legitur, a persecutoribus tentus et cruciatus, dum in confessione Domini Jesu persisteret, missus est in foveam et super eum massa arenaria dimissa. Et sic cum palma martyrii migravit ad Dominum. Apud Syrinium, natale sanctorum Montani presbyterii et Maximæ uxoris ejus, in mare mersorum. Et depositio sancti Lutgheri episcopi et confessoris.*

De Ludgero.

HAGENOYEN. In prima et secunda annuntiatione satis purus, de Castulo post *migravit ad Dominum*, addit, quod satis legere nequeo, nec usquam alibi reperio : *Hic vero a manu est translatus in Messbg.* De Montano et Maxima, cum textu. Sequitur : *Eodem die in Monasterio Westphaliæ civitate, depositio sancti Lugderi ejusdem civitatis episcopi, qui legitur fuisse Capellanus Karoli magni et socius sancti Mullibrordi* (Willebrordi) *Hic aucas* (anseres) *silvestres in domum suam, pro damno sibi ab eis illato, agitavit. Ex quibus unam mortuam restituit, et omnibus interdixit, ut numquam in hereditate ejus damnum facerent, quod adhuc durat.* De miraculi veritate et duratione alibi inquirendum.

AQUICINCT. Post *Castuli martyris*, habetur : *Zetarii palatii.*

Longini.

PLESCHIONEN. et VATICAN. num. 5949. Adjiciunt : *Sancti Longini martyris.* Vide supra, die XV hujus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Ceteris omissis, ita habet : *Ludgeri episcopi et confessoris, patroni ecclesiæ in Loenen, qui fuit de sociis beati Gregorii Trajectensis episcopi.*

Victoris et sociorum. Petri. Martialis. Timothei et sociorum.

ALTEMPS. *In Africa, Victoris, Saturnini, Solutoris et aliorum duodecim. In Sebastia, sancti Petri episcopi. In Eracleo, Martialis episcopi. In Antiochia, Timothei, Theogenis et Macharii.* Similia habet BELINUS infra. Consule Acta et Prætermissos.

Constantii. — *Felicis.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Colonia Agrippina, in ecclesia sancti Augustini, memoria sancti Constantii martyris, qui fuit de societate sanctorum Maurorum unus.* An ex Thebæis? vide Prætermissos. De Theodoro et sociis pure. In Castulo, quem *Palatii oratorem* facit, non multum differt a BRUXELLENSI. Item in Sirmiensibus, nisi quod addat : *Corpora eorum non longe ab urbe inventa sunt. Treveris, beati Felicis vicesimi primi ejusdem loci episcopi et confessoris. In monasterio Verdensi, depositio sancti Luthgeri primi Monasteriensis episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Mohallok episcopi et confessoris.*

Ludgeri. — *Mohallok.*

Petri. Martialis. Cassiani. Timothei, etc. Victoris, etc.

BELIN. 1 editio proxime ad puritatem accedit; in 2, hæc immiscentur : *In Sebastia civitate, Petri episcopi. In Aracleo sancti Martialis episcopi. In Celer, sancti Cassiani episcopi. In Antiochia, Timothei, Diogenis, Macharii, et Maximi et Theodori episcopi. In Africa, Victoris, Saturnini, Solutoris et aliorum duodecim.* Dixi jam supra, de hisce consulenda Acta et Prætermissos.

Serotini. Petri, etc. Quirini. Felicis. De Ludgero. Mohallok. Mottelogi. Constantini.

GREVEN. *Serotini martyris. Item Petri, Martiani, Capani, Kyliani.* Vide indicem Prætermissorum. *Romæ, sancti Quirini martyris, tempore Claudii pro Christo gladio interfecti.* An Cyrini, de quo XXV? *Felicis secundi, archiepiscopi Treverensis et confessoris. In monasterio Verdensi, depositio sancti Luthgeri, primi episcopi ecclesiæ Monasteriensis et confessoris. Qui eruditus ab Alcuino abbate, viro doctissimo, Eboraci diaconus, Coloniæ vero presbyter ordinatus, genti Saxonum et Frisonum Christi Evangelium annuntiavit, vitaque et miraculis clarus quievit in pace. Item, sancti Mohallock episcopi et confessoris. In Hibernia, Mottelogi abbatis et confessoris. Mochellocum* sive *Kellenum* unum admittunt Acta, sive is episcopus, sive abbas fuerit. *Apud Coloniam Agrippinam, in ecclesia heremitarum sancti Augustini, commemoratio Constantini martyris ; de societate sanctorum Maurorum.* Vocatur hic supra, *Constantius*, in Actis prætermissus.

Ludgeri historia. — *Felicis.* — *Elevationis Ursmari.*

MOLAN. De Castulo in textu litteris Italicis ex Adone ponit : *Cum esset Zetarius palatii et hospes Sanctorum.* Tum in fine : *Item in Vuerdena, depositio sancti Ludgeri episcopi et confessoris, qui fuit episcopus primus Monasteriensis, tempore Caroli magni imperatoris. Eo tempore Carolus prædictus morabatur in Aquis palatio, dum sanctus Ludgerus migravit ab hoc seculo. Qui eadem hora progrediens foras cum ab aliquo, nomine Aquo, astrologii, ut cognitionem perciperet stellarum, inspectione intentus maneret, vidit splendorem ignis magnum de cœlo venientem, et totam provinciam illustravit; et etiam in oculis totius terræ Franciæ, lumen apparuit visu mirabili. Verum aliquanto tempore elapso, contigit Grifridum nepotem sancti Ludgeri, qui in exequiis sancti viri interfuit, ad palatium regis venire. Quem cum rex de sancti viri transitu interrogasset, et diem et horam requisisset, et ille cuncta per ordinem retulisset, agnovit rex, eodem momento suum amatorem ad Dominum migrasse, et quod ipsum lumen ei fuisset a Domino cœlitus ostensum. Proinde intelligi datur, quam clara ejus anima in conspectu Domini venerit. Eadem die, beati Felicis episcopi Treberensis. In Laubaco cœnobio, elevatio corporis sancti Ursmari episcopi et confessoris.* In editionibus aliis de Ludgero, paucis. Ad Felicis Treverensis, additur *secundi.* Demum : *Lobiis, elevatio sancti Ursmari episcopi, quæ agitur Dominica ante natalem sancti Joannis Baptistæ.* Melius hæc ad diem natalem, qui celebratur XVIII Aprilis.

VI *Kal.*

VI *Kal.* *Die* 27.

In Ægypto, depositio beati Joannis heremitæ, qui inter cetera virtutum insignia, etiam prophetico spiritu plenus, Theodosio imperatori Christianissimo victorias de tyranno prædixit. In Pannonia, sancti Alexandri martyris. *Joannis.* *Alexandri.*

Magna codicum consensio, *Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Quibus accedunt : *Antverp-Max. Ultraject. Leyden Lovanien. Alberg. Danic.* et *Edit. Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Parum suggerit notatu dignum. *Joannis primi* legit Max-Lubecana, errore, opinor, typographi. *Heremitæ* scribunt passim codices omnes, quorum etiam sphalmata, nimis fortasse scrupulose, sectamur. Belinus transposita nonnihil phrasi, posuit *prophetico plenus spiritu.* In Antverpiensi ante *Alexandri,* deest, *Sancti.* Fere exciderat monere, codices aliquos, pro *victorias,* scribere *victoriam.* De *Egipto, Egypto, tiranni, martiris* et hujusmodi minutiis dictum est alibi plusquam satis.

Est in Pratensi augmentum, et male expressum et perperam hoc die positum, his verbis : *Ipso die, sancti Eucherii Turonensis episcopi.* Fatetur ipse Castellanus additamentum esse, non solum in litteris ad me datis, sed expressis terminis, in primo suo Bimestri ad xx Februarii. Fatetur item annuntiationem non recte efformatam, cum Eucherius non *Turonensis* sed *Aurelianensis* episcopus fuerit, ut recte habent Auctaria nostra, ad citatam diem xx Februarii. Quod si supradicta verba ad verum sensum reducere volueris, pro *Turonensis,* scribe *Trudonensis*; unde intelligi dabitur, *Eucherium Aurelianensem episcopum,* a loco exilii aliquando *Trudonensem* fuisse nuncupatum, addita post *Trudonensis,* virgula, hoc pacto : *Ipso die, sancti Eucherii Trudonensis, episcopi,* etc. *De Pratensi codice.*

OBSERVATIO. *Joannes,* patria et anachoresi *Lycopolita,* cognomento *propheta,* alibi *abbas,* hic *eremita* dictus, absolutissimum obedientiæ, ut a S. P. N. Ignatio ad vivum depingitur, ceterarumque proinde virtutum exemplar et speculum, ut toto Christiano orbe notissimus fuit, ita sanctos Patres prope omnes laudatores habuit. Nihilominus primus eum ex Rufino suo, libro ultimo cap. 19 et 32, hoc die, nescio an satis proprie, in sacros Fastos retulit auctor Romani parvi : *Apud Ægyptum, Joannis eremitæ, prophetici spiritu viri.* Ado paulo clarius ex laudata Historia locutus est, cujus non quidem verba, sed sensum reddiderunt Usuardus et Notkerus. Vita ejus vulgatissima est, nec, ut puto, Origenismi suspecta, quam illustravit Papebrochius ; gallice contexta a Tillemontio tomo 10 a pag. 9. Ceterum, ut jam innuebam, de tam illustri Sancto, nihil habent apographa Hieronymiana, Beda, Florus, Rabanus aut Wandelbertus. — Nec item quidquam de *Alexandro* isto *Pannonio,* Adoni æque et Notkero atque ipsorum duci ignoto, ut nec divinando satis explorare queam, unde demum Usuardus eum accersere potuerit. Huc facit apposita Henschenii observatio, quæ pluribus aliis synonymis Sanctis aptari potest. *Multi,* inquit, *nomine* ALEXANDRI *insigniti coronam martyrii obtinuerunt, et aliquam sacris tabulis confusionem pepererunt. Subinde unus idemque est, quamvis diversis diebus, quasi a se ipso distinctus foret, reperiatur Fastis inscriptus. Nonnumquam unus idemque statuitur, cum reipsa plures exstiterint, ad diversos dies referendi, quod ultimum huic Alexandro evenisse plane arbitramur.* Pergit id ostendere in comparatione Alexandri hujus cum altero, qui colitur XIII Maii. Quærimus nos ex quibus monumentis *Pannonium* produxerit Usuardus, sed frustra. Certissimum tamen manet, nihil nisi Usuardinum a nobis in laterculo positum, ut evidenter ostendunt tam excusi quam Mss. codices nostri, de quocumque demum Alexandro verba ejus accipienda censueris. *Joannis.* *Alexandri.*

AUCTARIA.

De Joanne ex Adone. ANTVERP-MAX. Adonianus est : *Aput Egiptum, natale beati Joannis heremitæ, admirandæ sanctitatis viri, qui etiam prophetico spiritu plenus, Theodosio imperatori Christianissimo victorias de tyrannis prædixit.* Deest Alexander. Sequitur : *Aput Smirnam, natale beati Trasæ* (Thraseæ) *episcopi et martyris, cujus meminit quintus liber ecclesiasticus.* In tabula Prætermissorum remittitur ad v Octobris, quia eo die recolitur in Martyrologio Romano, quod sequimur. *Thraseæ*

Resurrectionis Christi. ROSWEYD. Incipit : *Resurrectio Domini nostri Jesu Christi.* De qua sola meminit Wandelbertus hoc unico suo versiculo :

Agni surgentis resplendet sexta triumpho.

De Joanne ut textus. Sequitur : *In pago Hasbaniæ, sancti Eucherii Turonensis episcopi et confessoris.* Hic in variis codicibus recurrit sub eadem illa formula *Turonensis episcopi,* de qua superius in Variantibus abunde diximus. De Alexandro, recte. Tum : *Martiani episcopi ;* spectat ad VI Martii. *Rnotberti episcopi et confessoris* ; intelligit *Rudbertum* sive *Rupertum* Salisburgensem. Vide Papebrochii commentarium et vitam ab eo illustratam. *Eucherii* *Martiani* *Ruperti.*

CENTULEN. *Jerosolymis, resurrectio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. In Ægypto, sancti Joannis monachi, magnæ sanctitatis et prophetici spiritus viri. Apud Zmirmam, beati Traseæ episcopi et martyris, cujus meminit quintus liber ecclesiasticus.* Remissus est superius ad diem natalem v Octobris.

BRUXELLEN. *Jerosolymis, resurrectio Domini*

nostri

Resurrectionis Dominicæ. *Theodori et soc.* *Pastoris et Romuli.*

nostri Jesu Christi. De Joanne, ut textus. Sequitur de Thrasea, ut supra. Tum, de Theodoro et sociis Pentapolitanis, heri ab ipso omissis. De Alexandro bene. *Item alibi, sanctorum Pastoris et Romuli.* Hic est martyrum Afrorum antesignanus. De Pastore vide Prætermissos.

Joannis eremitæ.

HAGENOYEN. De Joanne brevem, sed præter morem, satis exactam vitæ synopsim, hoc modo recensuit: *Apud Ægyptum, beati Joannis eremitæ, qui, ut in Vitis Patrum legitur, Theodosio imperatori de tyranno victoriam prædixit, et eumdem non longe post propria morte esse moriendum. Cujus monasterium a quadraginta ætatis suæ anno usque ad nonagesimum nullus intravit. Advenientibus autem viris, raro et certis temporibus per fenestram se videndum ædificationis vel consolationis gratia præbebat. Mulier vero nulla ad ejus conspectum accessit. Cellam hospitalem pro adventantibus e longinquo habuit; sed ipse intrinsecus soli Deo vacabat. Quanto namque se magis ab humanis curis et colloquiis sequestrabat, tanto vicinior illi Deus erat. Hic propter jugem consuetudinem jam cibum recipere nisi in vespere non poterat, et hunc exiguum. Capilli ejus et barba rari erant et tenues, utpote quem nullus cibus sufficiens nutriret. Observabat etiam idem, cum nonagenariam ipse ageret vitam, ut nullum paratum sumeret cibum. Oratus autem ejus talis erat, ut per triduum, nullum ad se intrare permitteret, et positus in oratione spiritum reddidit. In timitio* (cœmeterio) *Pontiani Romæ, sancti Cyrini*, de quo ad XXV hujus. *In Pannonia, sancti Alexandri martyris. In episcopatu Zaltzburgensi, sancti Ruperti episcopi et confessoris.* Vide quæ de illustri hoc præsule inter hodierna Auctaria jam non semel diximus; ubi alii Salisburgensi, alii Wormatiensi ecclesiæ adscribunt.

Cyrini. *Ruperti.*

VICTORIN. In fine: *Apud Smirnam, beati Traseæ, etc.*, ut supra, in ANTVERP-MAJ. ubi notavimus hunc Sanctum pertinere ad v Octobris.

Thraseæ

PLESCHIONEN. *In Africa, sanctorum Romuli, Donati, Saturnini.* Jam dixi *Romulum* turmæ Africanæ antesignanum, *Donatus* ordine septimus est, *Saturninus* ultimus; vide novem alios in Actis nostris, suis nominibus expressos.

Romuli et sociorum.

MARCHIANEN. Addit: *In pago Hispanis* (Hasbanio) *sancti Eucherii Turonensis episcopi.*

Eucherii

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Joannis eremitæ, qui ut refert Augustinus, claruit spiritu prophetiæ.* Ad marginem: *Resurrectio Domini.*

VATICAN. num 5949. Adjicit: *In Africa, sanctorum Romuli, Donati, Saturnini.*

ALTEMPS. *Sancti Eustachii abbatis.* Videtur esse *Eustasius Luxoviensis*, de quo in Actis XXIX hujus. Videat lector quæ ibi de præfato Eustasio in Observatione nostra dicturi sumus. *In pago Hasbanio, sancti Eucherii Turonensis episcopi. In Africa, Romuli, Acuti, Moroli, Successæ, Matutinæ, Donati, Saturnini.* Hæc in Actis paulo distinctius. *Romæ, sancti Calixti Papæ.* Colitur XIV Octobris. *Apud Smyrnam, beati Traseæ episcopi et martyris.*

Eustachii. *Eucherii.* *Romuli, etc.* *Calixti, P.P.* *Thraseæ.*

FLORENTIN. *Item sancti Martini episcopi et martyris.* An non *Martianum* indicat, de quo in Actis VI Martii?

Martini.

EDITIO LUBECO-COL. Post textum subdit: *Apud Smyrnam, beati Thraseæ episcopi et martyris, cujus meminit quintus liber ecclesiasticus. Castro Conflando, sanctæ Honorinæ virginis.* In Actis est XXVIII Februarii. *Eodem die, sancti Ruperti episcopi in Wormacia et confessoris.* Idem est, qui *Salisburgensis* supra dicitur, de quo vide eruditum Papebrochii commentarium in Actis hoc die.

Thraseæ *Honorinæ.* *Ruperti*

GREVEN. *Resurrectio Domini. Apud Smyrnam Traseæ episcopi et martyris, cujus meminit quintus liber ecclesiasticæ Historiæ. Item, Aguti, Missæ, Romuli.* Nomina sunt a Greveno, uti passim solet, male transposita et efformata. *Ananiæ presbyteri, et Petri, ac aliorum septem militum sub Diocletiano submersorum.* Acta passionis ipsorum data sunt XXV Februarii. *In Africa, sanctorum Romuli, Maroli et Successi.* Multa confusa, de quibus vide in Actis. *Derthonæ, sancti Martiani episcopi et martyris. Eucherii episcopi et confessoris.* In priori editione MDXV addebatur, *Turonensis. Ruperti episcopi civitatis Vangionum, quæ nunc Wormacia dicitur, et confessoris. Eustachii abbatis et confessoris. Castro Conflando, sanctæ Honorinæ virginis.* De his vide dicta superius. *Item Neminiæ virginis et Cyriaci diaconi*; inter Prætermissos. *Item Ioannis monachi miræ obedientiæ viri. Qui jussu abbatis sui lignum aridum anno integro sine intermissione irrigavit, non dijudicans senioris præceptum.* De quo in textu.

Resurrectionis Domini. *Thraseæ.* *Aguti, etc.* *Ananiæ, Petri et aliorum.* *Martiani.* *Eucherii* *Ruperti.* *Eustachii* *Honorinæ* *Neminiæ et Cyriaci.* *De Joanne.*

MOLAN. *Hierosolymæ, resurrectio Domini nostri Iesu Christi.* De Marciano, ut GREVENUS. De Thrasea, ut editio LUBECO-COL. De Ruperto ut GREVENUS, sed litteris minoribus. In editionibus aliis, de resurrectione et Marciano nihil immutatum. *Vuormaciæ sancti Ruperti, episcopi et confessoris. Qui temporibus Childeberti, in Bavaria, Austria, Styria, et toto Norico, doctrinam Christi propagavit.* Tum typis minutis: *Constantinopoli, S. Isaacii, viri Dei*; vide Prætermissos. *Perside, novem martyrum.* Eorum nomina in Actis exprimuntur.

Resurrectionis Jesu Christi. *Ruperti.* *Isaacii* *Persarum Martyrum. IX.*

V *Kal.* *Die* 28

In Cæsarea Palestinæ, sanctorum martirum Prisci, Malchi, Alexandri, qui persecutione Valeriani, divino fidei calore succensi, ultro judicem adeuntes, de sævitia in piorum sanguinem objurgant, quos ille continuo pro Christi nomine bestiis tradidit devorandos. Apud urbem Cabilonensium, depositio sancti Guntramni regis, qui ita se spiritalibus actionibus mancipavit, ut relictis seculi pompis, thesauros suos ecclesiis et pauperibus erogaret. Tharso Ciliciæ, Castoris et Dorothei.

Prisci et soc. *Gunthramni.* *Castoris et Dorothei.*

Textus sumitur ex *Praten. Hermien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Adde *Antverp-Max. Leyden-Belg. Lovanien.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA

VARIA LECTIO. Greven. et Molan. ommittunt copulam inter Malchi et Alexandri. Præcipua hic difficultas utrum Usuardus, Adonis lectionem secutus sit, in hisce verbis, *cur tantum, in sanguinem piorum desæviret*, ut habent Antverp. Lovan. Max-Lubec. Greven, et Molan. Prætuli ego antiquiorum codicum auctoritatem, nempe Praten. Herinien. Tornacen. et Munerati, ex quibus textum composui, licet Herinien. aliquantulum differat, legens, *piorum sanguinem fundentium*, et Tornacen. scriptorio sphalmate, *impiorum sanguine*. Sic, inquam, Usuardum posuisse plane existimo. Antverp. et Max-Lubec. cum multis recentioribus, habent *Cabilonensem*, prævalent alii, hic Adoni conformes, in *Cabilonensium*. In Lovan. est *Cabulonensem*, in Herinien. *Calonem*. Reliqui in textu *Guntramni*, tametsi antiquus scribendi modus postulet *Gunthramni*. Interim Herinien. Tornacen. Antverp. Greven. et Molan. legunt *Guntranni*, Max-Lubec. pejus *Guntramii*. Rursus, in textu est *spiritalibus* cum Pratensi, Max-Lubec. Munerat. et Greven. quamvis non parum dubitem, an præhabenda non sit aliorum cum Adone lectio. Utrum prætuleris sus deque habebo. Tornacen. pro *actionibus*, habet, *actibus*. Herinien. repetit particulam *et*, hoc modo : *et ecclesiis et pauperibus*. *Tharso* scribunt omnes, exceptis Herinien. Antverp-Max. etc. et Munerato, ubi *Tarso* et melius legitur, turbam sequi cogimur ; Max-Lubec. pessime *Therso*. Inter recentiores sunt qui scribant *Siciliæ*. Cetera, ut *Cesarea*, *sævicia*, *martirum*, *Dorotei* et similia negligenda sunt. Non omiserim tamen dicere, in textu relictum *Palestinæ*, quia universim codices omnes ita efformant, excepto solo Molano.

OBSERVATIO. Hac etiam die Romano parvo ex Rufini lib. 7 cap. II, debentur, qui primam in laterculo classem constituunt martyres Palæstini, *persecutione Valeriani bestiis traditi*. Quam rem paulo diffusius Rufini ferme verbis exposuit Ado, et qui hunc secutus est, Notkerus ; Noster stylo breviori, sed qui eamdem sententiam, et eadem ferme verba, nonnullis præteritis, referat. De his jam supra egimus in Variantium lectionum examine. Nec plura in Actis reperit Henschenius. Inter sincera autem et selecta pag. 252, sola Eusebii verba descripsit Ruinartius, quæ Gallice reddita sunt a Tillemontio tomo 4 pag. 17. Wandelbertus disticho suo primas nostras duas annuntiationes sic metrice exprimit : *Prisci et soc.*

Quinta Priscus, Alexander, Malchusque coluntur.
Hanc quoque Guntramnus migrans rex optimus ornat.

Porro rex sanctus *Gunthramnus* ab Adone primum consignatus est, iis verbis, quæ minus scrupulose a Nostro quam a Notkero transcribuntur, discrimine tamen perexiguo. Scio equidem in aliquo Hieronymiano apographo, inventum : *Canillonno, depositio Guntheranni regis*, at vero id plane adjectitium esse, recte censuit Florentinius. De optimo rege nihil dicendum reliquit Henschenii commentarius prævius, et vita per Gregorium Turonensem scripta, ab eo illustrata, cum appendice Fredegarii. — Rectene *Castor et Dorotheus* Tarsi conjungantur, statuere non usque adeo promptum, uti nec ex quo apographo Hieronymiano, et quidem seorsim, accepti sint. Id si discutere tua interest, consule Actorum commentarium. *Gunthramni.* *Castoris et Dorothei.*

At cur *Sixtus*, vel *Xystus*, sive *Xistus*, istius nominis Papa III, ab Usuardo prætermissus, quem tam clare in Adone expressum reperit? Ædipo opus est. Ceterum Usuardini textus veram simplicitatem constare existimo. *De Sixto Adonis.*

AUCTARIA.

BELIN. In re purus est, sed exclusus ob transpositionem, et quia pro *Dorothei* legit *Theodori*.

PULSANEN. Cetera ferme purus, plane deficit in annuntiatione ultima.

ULTRAJECT. LEYD. ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt : *Romæ, natale beati Sixti III, Papæ, qui sedit annis octo. Hic incriminatus a quodam, nomine Basso, expurgavit se cum quinquaginta sex episcopis; criminatorem vero suum, postea mortuum propriis manibus cum linteaminibus et aromatibus sepelivit. Hic constituit, ut nullus episcopus in parochia alterius ordinare præsumat.* Reliqua pura sunt. *Sixti 3 PP.*

CENTULEN. *Apud Cæsaream Palestinæ, sanctorum martyrum Prisci, Malchi et Alexandri. Tarso Ciliciæ, Castoris et Dorothei. Cabillone, sancti Gunthramni regis, qui relicta funditus mundi pompa, Domini servito se ex integro mancipavit.*

ANTVERP-MAJ. in 1 classe, ut CENTULEN. *Apud urbem Canillonensem, Dompni Gutrandi*, etc., recte, omisso in fine Castore et Dorotheo.

BRUXELLEN. *Apud Cæsaream Palestinæ, natale sanctorum martyrum Prisci, Malchi et Alexandri. Qui sub persecutione Valeriani, cum Sanctos Dei martyrizari conspicerent, divino fidei calore succensi ultro judicem adeuntes, cur tantum in sanguine piorum sæviret, objurgarunt. Quos ille continuo pro Christi nomine, bestiis tradidit devorandos ; et sic ipsi martyrium compleverunt. Romæ, beati Sixti tertii, Papæ et martyris. Qui constituit, ut nullus episcopus in parochia alterius ordinare præsumat. Tarso*, etc., ut in textu. *Apud urbem Cabilonensium, depositio sancti Guntranni regis Francorum religiosi. Qui ita se spiritualibus actionibus mancipavit, ut relictis seculi pompis, thesauros suos ecclesiis et pauperibus erogaret. Quique dum aliquando venando fessus, juxta rivum aquæ dormiret, vidit armiger ejus parvum animal de ore ejus exire et properare ad rivum. Cui ille ad itum et reditum gladium imposuit. Expergefactus autem rex dixit, se per somnum pontem ferreum transisse et in monte invenisse thesauros. Quos ipse armigeri sui ductu reperiens, ecclesiis dedit.* *De Prisco et sociis.* *De Gunthramno*

HAGENOVEN. In prima annuntiatione satis purus ; secundo loco de Sixto, fere ut ULTRAJ. etc. De Gunthramno, recte. Pro *Dorotheo*, scribit *Thorotheo*. In fine : *In Colonia Agrippina, sancti Eugisti episcopi et confessoris*. Vide infra. *Eugisti*

MARCHIAN. In fine ; *Civitate Nicomediæ, passio sanctorum Pastoris et Victorini*. Vide XXIX hujus. *Pastoris et Victorini.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Sola nomina textus refert :

refert : Gunthramnum primo loco, Cæsarienses autem ultimo.

VATICAN. signatus num. 5949. Adjicit : *Romæ, sancti Xisti Papæ, qui sedit in episcopatu annis octo.* De Castore et Dorotheo, nihil.

Sixti.

In ALTEMPS. Ad Castoris et Dorothei, subnectitur *Adauctæ*. Vide in Actis commentarium.

Adauctæ.

FLORENTIN. *Romæ, sancti Sixti papæ.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Apud Coloniam Aggrippinam, translatio sancti Evergisti, archiepiscopi et martyris, de civitate Tongerensi, per Dominum Brunonem Coloniensis civitatis archiepiscopum, ad ecclesiam sanctæ Ceciliæ virginis. Romæ, natale sancti Sixti*, etc., ut ULTRAJECT. nisi quod in fine addatur post *præsumat : et ut nullus Clericus*, (in) *parochia alterius episcopi, ordinationes accipiat.* Rursus de Cæsariensibus in fine additur, post *devorandos : quorum animæ ab angelis sunt receptæ, ut in ecclesiastica scribitur Historia. Apud urbem Cabilonensem, depositio sancti Guntraninimi*, (Gunthramni) *regis Francorum, viri religiosi qui*, etc. Reliqua pure.

De Evergisti translatione

GREVEN. *Item, sanctorum Adaucti, Castoris.* Ea connexio in Actis explicata est *Romæ, beati Sixti....* ut ULTRAJECT., sed post *præsumat* sic habetur : *Nec clericus in parochia aliena, ordinationes accipere.* Melius editio prima : *alterius ordinationes accipiat. Felicis, episcopi Treverensis et confessoris.* De eo actum XXVI hujus. *Rogatæ virginis.* An *Rogati ?* Vide Prætermissos. De beato Evergisto, fere ut proxime dictum.

Adaucti, Castoris. *Felicis.* *Rogatæ*

MOLAN. *Romæ, Sixti Papæ, qui sedit Romæ annis octo. Et in castro Monte, depositio sanctæ Vualdetrudi.* Remittenda ad IX Aprilis. Et quidem in editionibus aliis omittitur, ubi ita habetur : *Apud Naxum, sive Nesum, Ciliciæ* (Siciliæ) *oppidum, sancti Cononis, Basiliani monachi, abstinentia et sanctitate clari, tempestate Rogerii secundi, anno millesimo ducentesimo trigesimo sexto. Die vigesima octava, sancti Stephani thaumaturgi, et sancti Hilarionis junioris.* De hoc in Actis hac die, de illo XXV hujus. *Romæ, Sixti Papæ, qui sedit annos octo. Coloniæ, ex Tungris transportatio corporis sancti Evergisti episcopi.*

Sixti *Waldetrudis.* *Cononis.* *Stephani et Hilarionis.* *Transportationis Evergisti.*

IV *Kal.* *Die* 29.

Armogastis et sociorum.

Apud Africam, natalis sanctorum confessorum Armogasti, Archinimi et Satyri, qui tempore Wandalicæ persecutionis, sub Geiserico rege, pro confessione veritatis multa et gravia perpessi supplicia atque obprobria, cursum gloriosi certaminis impleverunt. Ipso die, depositio Eustasii abbatis monasterii Luxoviensis, qui pater ferme sexcentorum extitit monachorum et vitæ sanctitate conspicuus, etiam miraculis claruit.

Eustasii

Ex *Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Armogatis* pro *Armogastis* legunt codices Usuardini omnes. In *Archinimi* non ita conveniunt : nam Pulsanen. Munerat. et Molan. habent *Archimini*, Greven. *Archimimi.* In Greven. et Molan. est *Saturi*, fortasse bene ; in Tornacen. et Munerato *Satiri ;* sequor alios, Romano parvo et Adoni conformes. De *Wandalica* et *Guandalica*, vide quæ fusius explicabimus ad XXIII Maii. In *Geiserico* concordes sunt codices passim omnes. Sunt qui malint *Genserico* vel *Gensericho*, ut Molanus ; non *Gerserico* ut Munerat. ; multo minus *Honerico* ut errat Pulsanen. *Obprobria* medii ævi orthographiam redolet, quam exhibent Heriniensis, Tornacen. Antverpien. Max-Lubecana et Greven. licet alibi varient. Putavi eam in textu non incongrue servari posse. *Compleverunt* pro *impleverunt*, habet solus Pulsanensis ; qui et *Heustasii* pro *Eustasii*. Quæritur an Usuardus nomen *Sancti* præposuerit ? Id non habet Ado ; non habent Herinien. et Muneratus. Neque ego adjungendum credidi. Male omisit Muneratus particulam *ferme* ; pejus Antverp. et Max-Lubecana, pro *sexcentorum*, legunt *ducentorum ;* imo postremus codex, vitio, opinor typographi, caret vocibus *exstitit monachorum.* Isque, mendo consimili, pro *Confessorum* in principio habet *conversorum.* Phrasim sibi aliam efformavit Pulsanensis sic legens : *Qui pater ferme sexcentorum monachorum existens, vita et sanctitate conspicuus, etiam miraculis claruit.* Variatiunculas alias in scribendi modo, consulto negligimus.

De Pratensi codice

Pratensem codicem prætense autographum, ratione non una hac die depravatum manifestissime ostendunt additi martyres Nicomedienses *Pastor et Victorinus*, a majori cohorte perperam avulsi, nec in ullis aliis codicibus positi, præterquam in Belin. Rosweyd. Aquicinct. et Florentin. qui certe mediocris notæ seriem non transcendunt. Expuncta præterea est et plane erasa tota *Eustasii Luxoviensis* annuntiatio, ut in apographo nostro observavit Sirmondus, et recentius per litteras, superius non semel citatas, mihi indicavit Clar. Castellanus. Nos textum vere Usuardinum, sed præter eum nihil genuinum hodie agnoscimus. De Eustasio, ad II Aprilis in præfato Pratensi codice translato, dicetur ibi.

Armogastis et sociorum.

OBSERVATIO. Nobilissima trium Africanorum *Confessorum* (ita singulari titulo decorantur) classis, a Romano parvo rursus procedit, tacentibus Hieronymianis, Beda et ejus sequacibus. Breve sed magnificum elogium iis tribuit Ado, sequente Notkero ; ejus medullam Noster resecuit, cetera ad verbum servavit. Jam supra diximus quem nomina efformandi modum, ex codicibus Usuardinis præferamus ; quis porro reipsa præferendus sit, in Henschenii commentario latius exponitur,

ponitur, ubi circa secundum nomen nonnullæ difficultates explanantur. Habes illic totam martyrii historiam ex Victore Vitensi ejusque accuratiori Petri Francisci Chiffletii editione desumptam. — De *Eustasio* abbate Luxoviensi nemo ante Adonem locutus est. Ipsissimis ejus verbis, non tamen *Eustasii.* præcise omnibus, utitur Usuardus, et fere etiam Notkerus. Primas solum voces Noster transposuit, alter et caput et caudam mutavit. Vide et hic Henschenii commentarium cum duplici vita ab eo diligentissime illustrata. Eustasii laudes nitide exequitur Wandelbertus :

Eustathius quarta virtutis laude coruscat,
Abba Columbano nituit qui rite magistro.

AUCTARIA.

De Pratensi et Rosweyd. jam satis dictum est ; de Belino et aliis infra.

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic. et Editio Ultraj-Belg. Parum admodum a puritate recedunt, addentes Eustasio titulum ab Adone expressum, *discipuli sancti Columbani*; et pro *sexcentorum*, scribentes *ducentorum*.

Centulen. *Apud Africam, sanctorum Armogasti, Archimini et Satiri. Ipso die, depositio beati Eustasii abbatis, discipuli sancti Columbani.*

Antverp-Maj. De Eustasio fere textum refert. Martyres Africanos solo nomine appellat.

Victoris et sociorum. Bruxellen. *Nicomediæ, sanctorum martyrum Victoris, Victorini, Pastoris, Saturnini, Juliani et aliorum quatuor. Apud Africam, sanctorum* *De Africanis M M* *martyrum Armogasti, Archimini et Satiri. Qui tempore Wandalicæ persecutionis, sub Geyserico rege, pro confessione veritatis multa et gravia perpessi supplicia, cursum gloriosi certaminis compleverunt.* *De Eustasio.* *Ipso die, depositio sancti Eufragii* (Eustasii) *abbatis monasterii Luxoviensis, discipuli sancti Columbani, viri Dei. Qui pater ferme sexcentorum extitit monachorum, et vitæ sanctitate conspicuus,* *Ordinationis Gregorii* *etiam miraculis claruit. Romæ, ordinatio beati Gregorii Papæ.* De quacumque S. Gregorii memoria hic agatur, redi ad xii Martii.

Hagenoyen. A textus puritate non multum differt, nævos ejus prætermittimus.

Pastoris et Victorini. Aquicinct. Post *impleverunt*, textui inserit : *civitate Nicomediæ, passio SS. Pastoris et Victorini.*

Pastoris et Victoris. Matric-Cartus-Ultraject. *Pastoris et Victoris. Eustachii abbatis. Achacii episcopii et confessoris.* Ad marginem corrigitur : *Victorini, Eustasii*; *Achacii* adduntúrque hæc verba : *Usuardus scribit Achacium martyrem.* Non hac saltem die, an sequenti? Ibi videbitur, colitur proprie xxxi Martii, ut videre est in Prætermissis.

Pleschionen. et Vatican. signatus num. *Pastoris et sociorum* 5949. *Nicomediæ, sanctorum Pastoris, Victorini, Juliani.* Numerus pro arbitrio mutari videtur.

Ughellian. Pro *sexcentorum*, habet *ducentorum*. In quo convenit cum duobus solitis sociis Antverp. et Max-Lubec.

Theodori et sociorum Altemps. *In Antiochia, Theodori presbyteri, Julianæ et Acaciæ.*

Florentin. *Nicomedia, passio sanctorum Pastoris et Victorini.*

Editio Lubeco-Col. *Apud Africam, sanctorum Armogasti, Archimini, Satyri confessorum. Qui cum essent lucidissima membra Ecclesiæ Christi,* etc. Adonis hæc postrema verba sunt, cetera pure. De Eustasio, scribit, *ducentorum*. Tum : *Nicomediæ, sanctorum Victorini, Pastoris, Saturnini, Juliani et aliorum quatuor. Eodem die, beati Or, eremitæ nonaginta annorum, qui ita abstinentiæ deditus, quod nullum terrenum, sicut de eo legitur, trienno integro sumpsit cibum. Qui plantaria arborum conserens, ne otio torperet, silvam fratribus nutriebat.* Vide indicem Prætermissorum, ubi ejus Acta, ad alios dies excutienda remittuntur. *Item sanctæ Sophiæ virginis et martyris. Etiam, sancti Macovallæ abbatis.* De utroque agitur inter Prætermissos. *Victorini et sociorum. Or eremitæ. Sophiæ. Macovallæ.*

Belin. Pro *Luxoviensis* scribit *Lugdunensis* ; pro *sexcentorum*, *ducentorum*. Additque in fine : *Civitate Nicomediæ, passio sanctorum Pastoris et Victorini.* Ita prima editio. In altera accedunt : *Saturnini, Julianæ, et aliorum quatuor.* Videantur Acta, ubi dubius numerus determinatur.

Greven. *Nicomediæ, sanctorum Victorini, Pastoris, Saturni, Juliani et aliorum quatuor. Natale beati Achacii martyris, cujus passio habetur.* De eo supra. *Stephani Papæ IX.* Vide Prætermissos. *Item Gregorii episcopi* : An Nazianzeni? *Macovallæ abbatis. Eodem die, beati Or, eremitæ, qui tantæ abstinentiæ fuit, ut intra integrum triennium nullum terrenum sumpsisse cibum legatur. Ne autem otio torperet, plantaria arborum conserens, silvam fratribus nutriebat. Romæ, sanctæ Sophiæ virginis et martyris.* De his dictum est. *Item Dolæ, Julianæ virginis.* An forte *Nicomediensis?* Sed loca satis disparata sunt. *Victorini et sociorum. Achacii. Stephani 9. P. P. Gregorii Macovallæ. Or eremitæ. Sophiæ. Julianæ.*

Molan. *Nicomediæ....* ut altera Belini editio. *Et passio sancti Achartii.* Tum alio charactere, *cujus passio habetur. Eodem die, sanctorum Jonæ et Barachisii martyrum, sub Saporio Persarum rege. Quorum historiam conscripsit Esaias Adami filius, eques regis Saporii et auditor atque spectator eorum quæ fiebant. Eodem die, sancti Bertholdi confessoris, Ordinis Carmeli.* In editionibus aliis, de Nicomediensibus et Bertholdo ut supra. Sequitur : *Die vigesima nona, sancti patris Marci episcopi Arethusii. Et Cyrilli diaconi et aliorum qui sub Juliano tyranno certaverunt.* De Jona et Barachisio, paulo brevius, et aliis litteris. *Achartii. Jonæ et Barachisii. Bertholdi. Marci. Cyrilli et aliorum.*

III *Kal.* *Die* 30.

Romæ via Appia, passio beati Quirini tribuni et martyris, qui sub Aureliano imperatore, post linguæ abscisionem et equulei suspensionem, manuumque ac pedum detruncationem, agonem martyrii gladio consummavit. Thessalonicæ, natalis sanctorum Domnini, et Victoris. Apud castrum Silvanectensium, depositio sancti Reguli episcopi et confessoris. *Quirini. Domnini et Victoris. Reguli.*

Puri sunt *Hermen. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Martyris et Tribuni* legunt Greven. et Molan. ; pejus Muneratus pro *et martyris*, posuit *martyrum*. *Abscisionem* habent passim omnes. Quod alibi, hic pariformiter servandum fuit. De *eculeo* alibi etiam diximus. In Pulsanensi deest *gladio*, et pro *Domnini* legitur *Domnii*, quod Munerat. sic efformat, *Doni : mini*.

Quirini. OBSERVATIO. Romani parvi auctor beatum martyrem *Quirinum* hodie prædicat his verbis : *Romæ, Quirini, tribuni et martyris, patris sanctæ Balbinæ*. Ado prolixius elogium ex Actis S. Alexandri Papæ concinnavit, quod apud Notkerum est hac die, et in vulgato Beda ad xxx Aprilis refertur. Lego in Actis pag. 811 num. 4. hæc verba : *At* XXX *Aprilis in Beda excuso, desumpto elogio ex Adone, quod seculo* XI *aut* XII *factum est, postquam corpus sancti Quirini, Noresium, ut infra dicetur, fuisset translatum.* Hæc ita velim intelligas, ut non elogium Adonianum tunc factum suspicemur, quod esset absonum ; sed eo circiter tempore accidisse, ut festum translatum sit in eum diem, quem Beda vulgatus notavit. Quod ad rem nostram proprius spectat, Usuardus summatim ex Adone decerpsit, quæ ad martyris laudem putavit sufficere, servata temporis designatione, quæ ab Henschenio hic corrigitur ; de qua ad III Maii denuo recurret sermo, ubi loco proprio dici poterit, quid de sancti Alexandri Actis sentiendum existimemus. Ceterum in prima hac laterculi nostri parte, summa est codicum omnino omnium consensio. — Non ita in sequenti classe martyrum Thessalonicensium, ubi Pratensis denuo corruptus est, vel si mavis, ab aliquo, qui nimium sapere voluit, ita correctus, ut Usuardinus sensus plane disparuerit. Fateor equidem me prorsus non capere, qua ratione Usuardus *Domninum* ex Thessalonicensium numero unum, cum *Victore*, qui in Hieronym. apographis diserte *alibi* ponitur, conjunxerit, quod tamen ab eo factitatum, codices nostri manifeste evincunt. Atque hoc est quod dicebam ab aliquo sciolo observatum, in Pratensi codice, subinde perperam restitutum esse ; eraso nempe *Victoris* nomine, adscriptisque *Filopoli* et *Achaici*, qui vere *Domnini* vel *Dominici* socii fuere. At vero conjunctionem illam *Domnini et Victoris* Usuardinam esse, eamque antiquissimam, probat etiam versiculus Wandelberti pro hac die : *Domnini et Victoris.*

Tertia Domnino, comite et Victore refulget.

Reguli. Mutationem jam dictam agnovit Castellanus in litteris sæpe alibi recitatis. — Jam expunctio alia novum in Pratensi codice vitium ostendit. Quippe erasa est tota *Reguli* annuntiatio, quæ in codicibus etiam omnibus, saltem alicujus notæ, Rosweydino dumtaxat et Marchianensi exceptis, clarissime exprimitur; sic ut de vera Usuardi lectione controverti minime possit. Notavit in apographo nostro Pratensi Sirmondus, expunctam rursus esse lineam, sed distinctius asserit Castellanus erasa esse omnia, quæ ad Regulum Silvanectensem spectabant. Est ergo *Regulus* ab Usuardo primum adjunctus, utpote qui in antiquioribus aut ei synchronis non inveniatur. Hæc ad probandam germanam laterculi nostri simplicitatem dicta sint satis. De Regulo iterum recurret sermo XXIII Aprilis, ad quam diem in Pratensi translatus legitur, sed, Castellano teste, manu non valde antiqua adscriptus ; unde etiam evincitur additionem *Filopoli* et *Achaici*, diu post Usuardi tempora factam fuisse. Multa de Regulo valde dubia et implexa dissolvere conatur Henschenius, genuinas vitas proferens, quæ a Tillemontio et recentioribus aliis plane rejiciuntur. Distinguit hic Arelatensem Regulum a Silvanectensi, aliaque satis critice exagitat tomo 4 variis locis v *Regulus* et *Ricule*, de quibus alibi.

AUCTARIA.

PRATEN. Excessum ejus et defectum jam satis indicavimus. Cum eo iterum omnimode convenit codex ROSWEYD. ut sæpius in decursu ostendemus.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Textui superaddunt : *Aurelianis, Pastoris episcopi palatini.* *Pastoris.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. De Regulo scribunt, *ejusdem loci episcopi*. Quam hoc sit versimile, vide in Actis. Deinde adjungunt : *Aurelianis, sancti Pastoris episcopi palatini, vel palentini*. Utrum seligas perinde est, etiam *Valentini*, si ita volueris. Error est recentioribus Usuardi codicibus communis, quique etiam in Hieronym. apographis aliisque reperitur. Error, inquam ; nam Aurelianis nec Pastor quisquam, nec Palatinus nec Palentinus episcopus. Vide de hac re accuratum in Actis commentarium, pag. 829.

ANTVERP-MAJ. In prima mutilus, sic scribit : *Romæ, sancti Quirini tribuni, martyrum* (pro *martyris*) *sub Trajano*. Secunda deest. De Regulo, in fine addit, *primi civitatis ipsius*.

Textus contractus. CENTULEN. *Romæ, sancti Quirini martyris, sub Trajano imperatore. Thessalonicæ, sanctorum Dñi. et Victoris. In Francia, civitate Silvanectis, sancti Reguli episcopi et confessoris.*

BRUXELLEN. Quirini elogium, Usuardino longius, ferme ex Adone accepit. De Thessalonicensibus satis pure. Sequitur : *Aurelianis civitate, sancti Pastoris archipræsulis palatini. Apud castrum Silvanectensium, depositio sancti Reguli episcopi et confessoris. Item, sancti Quintini. Item, sanctæ Eulaliæ virginis.* Crediderim nomina hæc ex Martyribus Hieronym. lævigata. *Quintinus* colitur XXXI Octobris. De Eulalia egimus XII Februarii ; alia Emeritensis colitur X Decembris. *Pastoris.* *Quintini.* *Eulaliæ.*

HAGENOYEN. In elogio Quirini nihil magnopere habet, quod non melius in Adone legatur. De Thessalonicensibus purus est. Sequitur autem : *In civitate Astensi, passio sancti Secundi, qui fuit miles strenuus, athleta Dei egregius, et martyr gloriosus. Hic a beato Calocero fidem Christi edoctus est, et testimonio angelico multipliciter est commendatus, et angelico ministerio per Faustinum et Jovitam de nube prabente aquam baptizatus est ; qui cum sepelisset beatum Marcianum, tentus est a Sapricio præside, et vestibus nudatus et equuleo tortus, et a Domino sanatus, et demum incarceratus, et ab angelo solutus ; apparente sibi Domino confortatus, et ad Calocerum est ab angelo deductus. Demum præses picem et resinam super capita eorum et corpora fundi jussit bullientem et* (ex) *eodem fecit eos* *Secundi cum elogio.*

bibere

bibere. Et tunc Secundus est decollatus, et ab angelis venerabiliter sepultus. Calocerus vero apud Abyganum mittitur et ibi punitur. Vide Acta.

AQUICINCT. Similis est PRATENSI in Domnino, Philopolo et Achaico. In fine autem addit : *Aurelianis, sancti Pastoris episcopi palatini.* *(Pastoris)*

PLESCHIONEN. et VATICAN. num 5749 : *Thessalonicæ, sanctorum Domnini et Victoris, Marcellini et sancti Reguli.* *(Domnini et sociorum.)* Inepta est horum omnium conjunctio, ut in Actis videre est.

MARCHIANEN. In fine : *Sanctorum Domnini, Philopoli et Achaici.*

DAVERONEN. UGHELLIAN. et BURDEGALEN : *Aurelianis, Pastoris episcopi palatini.* *(Pastoris)*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Romæ, Quirini tribuni et martyris. Secundi militis et martyris.* *(Secundi.)* *Veroni confessoris.* *(Veroni.)* *Reguli episcopi et confessoris.*

ALTEMPS. Post *Domnini*, addit : *Philopii et Achaici et Victoris. Aurelianis, Pastoris episcopi palatini.* *(Pastoris)* *Eodem die, passio sanctorum Acescamæ et Eulaliæ.* *(Acescamæ et Eulaliæ.)* Nomina sunt male, ni fallor, efformata. *Apud Orientales Anglos, translatio sancti Edmundi regis et martyris, in basilica sanctæ Mariæ virginis.* *(Translatio Edmundi.)* Remittitur ad diem natalem xx Novembris.

STROZZ. *Aurelianis, sancti Pastoris palatini.* *(Pastoris)* MEDICÆUS interjicit, *episcopi*.

EDITIO LUBECO-COL. De Quirino pleraque habet ex Adone; quæ vero de lingua accipitri exhibita, de sex paribus boum, etc., superaddit, in Actis discussa invenies. *Thessalonicæ, natale sanctorum Domnini et Victoris martyris.* *(Domnini et Victoris.)* *Apud Castrum Silvanectensium, depositio sancti Reguli ejusdem loci episcopi et confessoris. Aurelianis, sancti Pastoris episcopi et confessoris palatini.* *(Pastoris)* *Eodem die, beati Acharii episcopi et confessoris.* *(Acharii.)*

BELIN. Penultimo loco : *Apud civitatem Astensem, sancti Secundoli martyris* ; *(Secundoli.)* in utraque editione pro *Secundi*. In fine autem 1 editio habet : *Aureliani, Pastoris episcopi* ; editio altera : *Aurelianis civitate, depositio beati Pastoris episcopi.*

GREVEN. *Civitate Astensi, beati Secundi militis et martyris,* *(Secundi.)* *tempore Adriani imperatoris. Qui post picem cum resina liquatam super caput atque os ejus fusam, capitis obtruncatione martyrium complens ab angelis est sepultus. Pastoris, Victorini et aliorum quatuor depositio.* *(Pastoris, etc.)* *In Alexandria, Pastoris episcopi et aliorum viginti quatuor ignibus combustorum.* *(Pastoris alterius cum soc. 24.)* De his duabus classibus vide Prætermissos. *Item Filipoli, Eulaliæ virginis et aliorum sexcentorum et unius.* *(Eulaliæ et 601.)* Vide Acta in cohorte Martyrum, cujus dux est *Victor*. *Aurelianis, Pastoris episcopi Palatini et confessoris. Acharii episcopi et confessoris.* *(Acharii.)* *Mamertini abbatis monasterii sancti Germani Antisiodorensis, confessoris.* *(Mamertini.)* Ad xx Aprilis. *Veronis confessoris* ; *(Veroni)* potius *Veroni*.

MOLAN. *Aurelianis, Pastoris episcopi. Eodem die, passio beati Simonis pueri de Tridente* ; *(Simonis.)* de quo superius XXIV. *Apud civitatem Astensem, sancti Secundi martyris.* *(Secundi.)* *Et depositio sancti Veroni confessoris* *(Veroni.)* : Tum litteris minoribus : *Eodem die, natalis sanctæ Maxentiæ viduæ, matris sancti Vigilii* *(Maxentiæ.)* *episcopi Tridentini.* Spectat ad XXX Aprilis. Ita editio prima. In aliis, post *Aureliano*, litteris Italicis interjicitur : *Comite utriusque militiæ, et Traiano.* In fine : *In pago Brachbantensi, villa Lembecæ, transitus sancti Veroni.* *(Veroni)* *Apud civitatem Astensem...* ut supra. *Eodem die, natalis sanctæ Maxentiæ viduæ, matris sancti Vigilii. Aurelianis, Pastoris episcopi. Die trigesima, sancti patris Joannis, qui scripsit scalam* ; hoc est *Climaci*. *(Joannis Climaci.)*

Pridie Kal. *Die 31.*

Amos prophetæ, quem Ozias rex Israel vecte per tempora transfixum necavit, *(Amos.)* ac postea semivivus patriam devectus ibique sepultus est. Romæ, sanctæ Balbinæ *(Balbinæ.)* virginis, filiæ Quirini martyris, quæ post devictum seculi hujus cursum, sepelitur via Appia juxta patrem suum. In Africa, sanctorum Diodoli et Anesi. *(Diodoli et Anesi.)*

Ita *Pratén. Herinien. Tornacen. Rosweid. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Vix quidquam præbet notatu dignum. *Tempora* in Herinien. et Greven. puto esse mendum Librarii. *Patriam devectus*, omissa præpositione *ad*, legunt omnes, exceptis Greveno et Molano ; qui etiam pro *transfixum*, legunt *confixum*. Codex Rosweydi, pro *Anesi*, scribit *Anesii*. Muneratus nomen truncavit, habet enim *Anst*.

OBSERVATIO. Brevi commentario in Actis nostris expediuntur, quæ de Amos propheta, quem *(Amos.)* hic primo loco Usuardus nominat, dici potuere ; ubi novis auctorem clarius distinctum invenies. Certum est, nullum antiquorum Martyrologorum, ut sunt Hieronymus, Beda, Florus, Auctor Romani parvi, Ado, Rabanus, Notkerus, Wandelbertus, de eo meminisse. Verosimile est Usuardum ex Isidoro, in Actis citato, ea sumpsisse, quæ hac die de propheta memorat. Eum subinde secuti sunt recentiores cum hodierno Romano. — *Balbinam* accepit Ado ex Romano parvo, historiam amplificans quam Notkerus nonnihil contraxit, Noster brevissime complexus est. De sanctæ Balbinæ *(Balbinæ.)* rebus gestis, idem quod de S. Alexandri Actis judicium ferendum est. Cetera quæ ad ipsam attinent, dabit Henschenii commentarius. — De *Diodolo* (quem Baronius *Theodulum* dicere maluit) et *(Diodoli et Anesi.)* *Aneso* disputat Florentinius, disputat in Actis laudatus Henschenius : non usquequaque conveniunt. Variant Martyrologi alii. Nec hujus loci est de numero aut serie Africanorum istorum martyrum disquirere. Mihi dubium non est, quin Usuardus ex aliquo Hieronymiano apographo eos primum acceperit vel solos, vel aliis conjunctos, non solitus enumerare, recte ne an secus seligeret. Certe locum eis qualemcumque ex unanimi codicum consensu tidem existimo, ut clarior haberi non possit. Wandelbertus hic denuo suffragatur, ita scribens :

Diodoli pridie emicat Anesusque beati.

Porro ex recentioribus Usuardi codicibus, Diodoli et Anesi socios, non eodem ubique ordine enumeratos, statim dabimus.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

PULSANEN. Cetera purus, deficit iterum in ultima annuntiatione *Diodoli et Anesi.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Incipiunt : *Amos prophetæ*, resecto toto elogio. Finiunt : *In Africa, sanctorum Diodoli, Anesi, Felicis, Corneliæ et Valeriæ, Porti et Abdæ.*

Diodoli et soc.

Atque hi socii sunt, quos nuperrime dicebam in apographis Hieronymianis reperiri, mutato hinc inde nominum ordine. Suspicari liceat, socios illos ab aliquo sciolo fuisse restitutos, sic tamen ut Usuardo perperam attribuantur. In ANTVERP. pro *Balbinæ*, est *Babillæ*. Et sic etiam in sequenti codice.

Babillæ pro Balbinæ.

ANTVERP-MAJ. *Romæ, natale sanctæ Babillæ virginis, filiæ Quirini martyris. Eodem die, natale Amos prophetæ, quem Ozias rex Israel vecte transfixo per tempora necavit, ac postea semevivus patriam devectus, ibique sepultus est.* Hæ duæ annuntiationes, si nomen *Babillæ* excipias, satis puræ sunt ; deest omnino tertia de Diodolo, etc.

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. In Amos et Balbina puri, sic pergunt : *In Africa, sanctorum Diodoli, Anesi, Felicis, Corneliæ, Valeriæ, Porti, et Abdæ. Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Agilolphi, ejusdem civitatis episcopi et martyris.* Recurrit etiam infra, sed ut semel dicam remittendus est ad IX Julii.

Agilolphi.

CENTULEN. *Natalis Amos prophetæ, quem Ozias rex Juda, vecte per tempora transfixo, necavit. Romæ, sanctæ Balbinæ virginis, filiæ Quirini martyris. In Africa, sanctorum Diodoli et Anesi.*

BRUXELLEN. Purus in Amos, sic pergit : *Romæ, sanctæ Balbinæ virginis, filiæ sancti Quirini martyris. Quæ postquam a beato Alexandro Papa sanata, baptizata et instructa est, plena operibus bonis in virginitate permansit ; et hujus seculi cursu peracto, sepelitur juxta patrem suum via Appia, in cœmeterio Prætextati. In Africa, sanctorum Diodoli, Anesi, Felicis, Corneliæ, Valeriæ, Porti et Abdæ. Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Agilolfi, ejusdem civitatis archiepiscopi. Quem Karolus Martellus, avus Karoli magni misit causa pacis tractandæ, ubi crudeliter peremptus et martyrio coronatus, multis claruit miraculis. Et Romani monachi.* De hoc vide Prætermissos.

De Balbina. *Diodoli et sociorum.* *Agilolfi.* *Romani.*

HAGENOYEN. Novi aliquid profert : *Apud Samariam, Amos prophetæ, quem Iherobaam rex Israel, quoniam male ei prophetavit, propter ydolatriam, quam exercuit, vecte ferreo per tympora transfixit, ac postea semivivus ad patriam suam devectus, ibique a suis honorifice sepultus est. Romæ, sanctæ Balbinæ virginis, filiæ Quirini militis et martyris, quam Alexander Papa a morbo struimæ curaverat. Quæ virginitatem Deo vovit. Quæ post divictum, etc. In Africa, sanctorum martyrum Diodoli et Anesii, Felicis et Corneliæ, Ulenæ, Porti et Abdæ. Apud Coloniam Agrippine, natale beati Agillolfi, ejusdem civitatis episcopi et martyris.*

De Amos. *De Balbina.* *Diodoli et sociorum.* *Agilolfi.*

AQUICINCT. In fine addit : *In Britannia, sancti Aldelmi episcopi et confessoris.* Ad XXV Maii.

Aldelmi.

PLESCHIONEN. *In Africa, sanctorum Felicis, Anesii et Diodoli.*

Felicis et sociorum.

MARCHIANEN. In fine : *In Britannia, dormitio sancti Aldelmi episcopi et confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Amos prophetæ. Balbinæ virginis, quæ fuit filia Quirini martyris, Tribuni suprascripti, sepulta apud eumdem.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus B : *Apud Coloniam Agrippinam, natalis sancti Agilolfi, ejusdem civitatis episcopi et martyris.*

VATICAN. *Africa, sanctorum Anesi, Felicis et Diodoli.* Vide quæ supra de sociis *Diodoli et Anesi* diximus, ad Auctarium secundum.

Anesi et sociorum.

UGHELLIAN. Post *Anesi*, addit : *Felicis, Corneliæ, et Valeriæ, Porti et Abdæ.* Ut supra.

ALTEMPS. *Apud cœnobium Fontinellensium, translatio sanctorum Wandregisili, Wulframni, Ansberti, a beato Babino episcopo, in ecclesia sancti Petri Apostoli.* Ad diem natalem proprium singuli remittuntur, in indice Prætermissorum.

S.S. Abbatum Fontenellensium translationis.

FLORENTIN. *Natale sancti Iulii Papæ et confessoris. Tamen festivitas ejus habetur pridie Idus Aprilis.* Vide ibi Usuardi textum, etc.

Julii. PP.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Balbina, elogium texens HAGENOYEN. non multum absimile. Sequitur de Amos, pure. *In Africa, sanctorum Diodoli, Anesi, Felicis, Corneliæ, Valeriæ, Porti et Abdæ martyrum. Apud Nicæam Bithyniæ, sancti Arsatii confessoris, ex milite heremitæ, qui dæmoniacum curavit et draconem interfecit.* Est hic, opinor, qui jam non semel *Acharius, Achatius*, etc., dictus est, forte *Acacius Melitenensis*, de quo videndus Henschenii commentarius.

Diodoli et sociorum. *Arsatii.*

BELIN. In textu non plane correctus, tertio loco inserit : *Eodem die, Felicis Papæ et martyris.* Et pro *Diodoli*, scribit *Theodoli*. De Felice Papa agitur XXX Maii.

Felicis PP.

GREVEN. *In Africa, Felicis, Corneliæ et Valeriæ, Porti et Abdæ. Natale beati Agilolphi, Agrippinensis Coloniæ archiepiscopi et martyris. In Spira, Guidonis abbatis. Parisius, Catullæ matronæ.* Vide Prætermissos. *Apud Nicæam Bithiniæ, Arsacii militis, heremitæ et confessoris. Item, Amos abbatis in deserto Scythi, patris quingentorum ferme monachorum. Ammonii abbatis, qui ad se pro conversione venientibus, cellulas non modo diligenti cura ædificare, verum etiam propriam cellulam, cum omnibus, quæ in ipsa erant, relinquere frequenter solebat. Item, beatæ memoriæ Lauduini, Prioris majoris Cartusiæ. Qui unus ex sociis sancti Brunonis fuit, atque post eum præfatam domum regens, a schismaticis carceri mancipatus quievit.* De tribus hisce ultimis etiam agitur in indice Prætermissos.

Felicis et sociorum *Agilolphi.* *Guidonis* *Catullæ.* *Arsacii.* *Amos abbatis.* *Ammonii.* *Lauduini.*

MOLAN. De Agilolfo habet, ut HAGENOYEN. De Felice, ut BELIN. Tum : *Elevatio et translatio sanctorum Wandregisili abbatis, et Ansberti atque Wulfranni archipræsulum.* Vide supra. Postea minori charactere : *In Spira, Guidonis abbatis primi Pomposæ monasterii. Cujus corpus, non integrum annum defuncti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmensi civitate magno honore Spiram transtulit Henricus imperator.* Aliæ editiones sic legunt : *Die trigesima prima, sancti et miraculis clari Hypatii, episcopi Ancyræ.* In indice Prætermissorum vocatur *Gangrensis episcopus*, rejiciturque ad XIV Novembris. Est et alter *Hypatius*, de quo vide ibi. *Eodem die, Felicis Papæ et martyris. In Blandinio, elevatio et translatio*, etc.

Translationis Wandregisili, etc. *Guidonis.* *Hypatii.* *Felicis PP.*

MENSIS



MENSIS APRILIS

Habet Dies xxx.

Kalendis. *Die 1.*

Romæ, passio beatissimæ Theodoræ, sororis illustrissimi martyris Hermetis. *Theodoræ.* Hæc sub Aureliano principe martyrizata, sepulta est juxta fratrem via Salaria, non longe ab urbe Roma. Eodem die, sancti Venantii episcopi et *Venantii.* martyris. In Ægypto, sanctorum Victoris et Stephani. *Victoris et Stephani.*

Pro textu sunt : ***Praten. Herinien. Tornacen. Munerat. Belini prima editio*** et ***Molan.***

VARIA LECTIO. Muneratus et Belinus pro *beatissimæ*, legunt simpliciter, *sanctæ*. Idem Belinus habet : *sepultaque*, et post *fratrem*, addit *suum*, quod etiam facit Molanus. Ab urbe *Romæ* pro *Roma* posuit Tornacensis. De cetero, *Egipto, Egypto, Rhoma, Venancu, Martiris*, minutiæ sunt. Verbum superest de Greveno, quem hoc die ex purorum numero exclusimus, quia textui adnectit : *Gratianopoli, beati Hugonis episcopi et confessoris*, præfigendo signum LL, quod et alibi recurrit, ut v et xx Augusti, etc. Debuit ea annuntiatio inter Auctaria relegari, ubi plura de eodem Sancto invenies.

OBSERVATIO. Romanum parvum hunc mensem sic auspicatur : *Romæ, Theodoræ, sororis martyris* *Theodoræ.* *Hermetis, quæ sub Aureliano martyrizavit, sepulta via Salaria.* Ado Sanctam brevi sed insigni ornavit encomio, ex quo, quæ in textu dicuntur, ab Usuardo desumpta sunt ; Notkerus immutatum transcripsit. Vides hic tribus successive diebus Acta sancti Alexandri auctori Romani parvi, et iis qui eum sequuntur, præluxisse : nam et *Theodora* hæc inde accepta est, totaque Adoniani elogii materia. In hoc vero id præcipue mirandum occurrit, quod ubi locis aliis, eadem Alexandri Papæ Acta referens, semper notat *Trajani* tempora, hic expresse asserat, sub *Aureliano imperatore martyrizavisse*. Vide quæ dicimus III Maii. De Theodora tacent Hieronymiana, Beda, et qui in ejus serie sunt, etiam Wandelbertus, qui omnes hoc die agunt de *Agape et Chionia*, seorsim ab altera sorore, quæ cum duabus illis, in Actis conjungitur III Aprilis, quando de iisdem meminere Martyrologi nostri, ut ibi dicemus ; nisi fortasse diversæ sint hodiernæ *Chonia, Agape, etc.*, et in numero Heracleensium nominandæ, quod in ambiguo relinquimus. — *Venantius* pure Adonianus est, *episcopi et* *Venantii.* *martyris* titulis honoratus, cum *interim nusquam explicetur*, inquit Henschenius, *cujus sedis fuerit episcopus, quo perfunctus martyrio, num ei immortuus, an superstes, ut propterea etiam* confessor *dicatur*, ut patebit in Auctariis. Usuardus et Notkerus, nihil ultra indagantes, satis habuerunt Adonis verba transcribere. Utrum ex Istria vel Dalmatia Venantii hujus corpus translatum fuerit Romam, examinat Henschenius, sed episcopatum Toletanum inter fictorum Chronicorum fabellas merito

computat

Victoris et Stephani. computat. — *Victor et Stephanus* ex Hieronymianis ab Usuardo solo accepti sunt, diversi, ut recte censuit Baronius, à *Victore et Corona*, de quibus agitur XIV Maii, sed quorum nuda ferme supersunt nomina.

De Walerico Adonis. *Walericum* hoc die posuit Ado, tum Mosandri, tum Rosweydi; posuit ex eo Notkerus. Noster rejecit ad XII Decembris, in quo probatiores codices pro textu citati, aliique conveniunt. Dissentiunt alii, quos inter Pulsanensis, quem, ut *illustre Martyrologium membranaceum ex Italia allatum*, hic prædicat Henschenius, uter duorum verus obitus dies fuerit, satis accurate examinans. Sunt inter codices, ut Centulensis et Ambianensis qui hodie translationem adstruant. Plura si cupis, Henschenium consule; nobis sat est evicisse, primævam hanc Usuardi fuisse lectionem.

AUCTARIA.

Hugonis In HERINIENSI codice, recentiori manu ad marginem adscriptum: *Civitate Gratianopolitana, depositio beati Hugonis episcopi et confessoris.* Satis certum est hæc ab aliquo Cartusiano monacho addita fuisse.

Walerici vel Gualerici. PULSANEN. Secundo loco: *In pago Vimmau super maris transitum, beati Gualerici* (Walerici) *abbatis et confessoris. Hic in puerili ætate reliquit patrem suum terrenum, et adhæsit militaturus regi cœlesti. Cumque esset senex et plenus dierum, heremeticam vitam diligens, finivit in Domino.* In reliquis plane est purus.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Textui subjungunt: *Eodem die, sancti Walerici abbatis.* Male scribit MAX-LUBEC. *Valeriti.*

ALBERGEN. Post textum etiam purum: *In pago Vinnacensi super mare, beati Walerici abbatis et confessoris. In* LOVANIEN. accedit: *Hic puerili ætate reliquit patrem terrenum et adhæsit militaturus regi cœlesti.* At ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. DANIC. et EDIT. ULTRAJ-BELG. supradictis addunt, cum PULSANEN. *Cumque esset senex et plenus dierum, heremiticam vitam diligens, finitur in Domino.* Posteriores codices scribunt *Vimmacensi*, etc.

Translationis Walerici CENTULEN. *Romæ, sanctissimæ Theodoræ virginis et martyris, sororis sancti Hermetis, Urbis præfecti. In pago Vimacensi, translatio sancti Walerici abbatis miræ sanctitatis viri. Thessalonicæ,* *Agapis et Chioniæ.* *sanctarum virginum et martyrum* (*Agapis*, quæ inferius alia manu apposita est) *et Chioniæ sororum. In Ægypto, sanctorum Victoris et Stephani,* *Meritonis* *In Sardinia, beati Meritonis episcopi, cujus actus inter homines celeberrimi extiterunt. Eodem die, sancti Venantii episcopi et confessoris.* Duo hodie in Actis *Venantii*, sed uterque martyr. Vide Observationem.

ANTVERP-MAJ. In nonnullis CENTULEN. similis, in eo differt, quod de Walerico, Venantio, Victore et Stephano sileat.

De Theodora BRUXELLEN. De Theodora, textui interserit: *Quam Alexander Papa instruxit, baptizavit, atque* *Meritonis* *fidem Christi docuit. In Sardinia, beati Meritonis episcopi, cujus actus inter homines celeberrimi extiterunt.* Cujas fuerit Meriton, vel potius *Meliton*, vide in Actis. Sequitur: *In Ægypto*... Tum Venantii, etc. *In pago Vimimacensi super mare*, etc., ut supra, sed pro *finivit*, vel *finitur*, ponit *obdormivit.* *Hugonis* *Item, beati Hugonis de Ordine Cartusiensium, episcopi et confessoris.* Vide Acta.

HAGENOYEN. In textu nonnihil interpolatus, addit in fine: *Item conversio beatæ Mariæ Magdalenæ.* *Conversionis Mariæ Magdalenæ.* *In pago Vimmacensi*, etc., ut ANTVERP-MAX. etc.; sed pro *militaturus* absone scribit, *militericus. Apud Castrum Silvanectensium, depositio sancti* *Reguli.* *Reguli episcopi et confessoris. Aurelianis, depositio* *Pastoris.* *Pastoris episcopi et confessoris civitatis ejusdem.* Perperam hæc posita sunt. Vide dicta superius.

ROSWEYD. In Theodora purus, in ceteris ab Usuardo recedit. Secundo loco habet ex Beda: *In Thessalonia, Agapis et Chioniæ, quæ sub Diocletiano, post carcerem, in ignem missæ sunt, sed non* *Agapis et Chioniæ.* *læsæ, post orationem spiritum reddiderunt.* Sequitur de Venantio. Tum: *Natale sancti Quintiniani* *Quintiniani et Anastasii* *et Anastasii. Item, Walerici abbatis. In Ægypto,* etc. *In Thessalonia, sancti Agapiti, Quirini martyrum.* *Agapiti et Quirinii.* Ex Hieronymianis.

AQUICINCT. In fine addit: *Sancti Walerici* *Walerici.* *confessoris.* Vide quæ hic non semel dicuntur.

VICTORIN. *Initium prædicationis Christi.* *Prædicationis Christi initii.*

AMBIANEN. *In pago Vimacensi, translatio sancti Walarici.* Plures natalem ponunt.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Incipit: *Hugonis* *Hugonis* *episcopi et confessoris. Theodoræ virginis et martyris, sororis sancti Hermetis martyris. Venantii episcopi et martyris. Walerici abbatis.*

CAMBERIEN. S. Mariæ: *In Sardinia, beati Mi-* *Melitonis* *litonis præsulis et Valerici abbatis.* Recta diei quidem, sed non item loci conjunctio.

In VATICAN. sign. num. 5949. Desunt Victor et Stephanus. Adjicitur: *In Thessalonica, natalis sanctæ Ethionæ, sub Diocletiano imperatore, quæ* *Ethionæ pro Chioniæ.* *primo in carcere macerata, postea in ignem missa, ibi oratione fusa perrexit ad Dominum.* Puto hic indicari *Chioniam.*

UGHELLIAN. In fine: *Eodem die, sancti Vualerici abbatis.* Vides omnium ferme codicum esse.

ALTEMPS. *In Arm.* (Armenia) *Partini, Quin-* *Partini et sociorum.* *tiani, Victoris, Secundi. Thessal. Ingeniani, Satur-* *Ingeniani et soc.* *nini, Pattinii, Dionysii, Partenii, Alexandri.* Vide nomina melius in Actis efformata. *Civitate* *Hugonis* *Gratianopolitana, sancti Hugonis episcopi confessoris.*

FLORENTIN. *Transitus sancti Walarici abbatis et confessoris.* Alia hæc est annuntiandi formula.

EDITIO LUBECO-COL. In Theodora modicum interpolata, in Venantio pura, de Stephano et Victore silet. Sequitur: *In pago Vimmacensi su-* *Walerici* *per mare, beati Wallerici abbatis et confessoris, cujus sepulcrum crebris miraculis illustratur. Ipso die,* *Hugonis* *sancti Hugonis episcopi et confessoris, Ordinis Car-* *Melitonis* *tusiensium. In Sardinia, beati Militonis episcopi et confessoris, cujus actus intra homines celeberrimi* *Leuthonii.* *extiterunt. In territorio Trecassino, sancti Leuthonii episcopi et confessoris.* In Actis vocatur *Leuconius.*

Partini et sociorum BELINI editio altera. Textui puro subjicit: *In Armenia, natale beati Partini, Quinciani, Victoris,* *Partini et...* *Secundi. In Eraclea civitate, Victoris, Chioniæ, Agapæ et Hyrenæ. In Thessalonica, Ingeniani,* *Ingeniani et sociorum* *Saturnini, Paterni, Dionysii, Panterii, Alexandri.* Ex Hieronymianis accepti sunt, in Actis omnes melius et distinctius expressi.

GREVEN. Post signum LL, et supra citata verba, *Gratianopoli, beati Hugonis episcopi et confes-* *De Hugone.* *soris,* adjungit: *Hugo iste vir sanctissimus, vidit in solitudine*

in solitudine Cartusiæ Deum dignationi suæ habitacula construentem, septemque stellas ducatum sibi itineris præstantes ; post quam visionem statim affuit Bruno cum sex sociis, locum quærens heremiticæ vitæ congruum. Quos Hugo susceptos in locum sibi divinitus ostensum duxit ; consiliis et auxiliis fovit, ac inter eos velut unus ex eis conversabatur. Tandem plenus dierum et sanctitatis quievit in pace. *Quintiani.* *Quintiani martyris. In Armenia, Partini,* *Partini.* *Victoris. In Sardinia, beati Militonis episcopi et confessoris.* *Militonis.* *De Walerico.* *In pago Vimmacensi super mare, sancti Walerici abbatis, discipuli beati Columbani. Hujus vitam sanctissimam Vincentius lib. 24 cap. 21 perstringens, dicit inter alia quod ejus benignitas et humilitas modum excedebat. In tantum divina compunctione et gratia plenus erat, ut quotiens discipulis prædicaret, vel Deo psallens cœlum aspiceret, totiens lachrymas effunderet. Facies quoque ejus pallida et macie confecta, cum per eum Dominus languentibus curam conferebat, vel futura prædicebat, aut occulta revelabat, roseo colore minioque fulgore micabat. Gilberti episcopi Cathanensis et confessoris.* *Gilberti.* *Item beatæ memoriæ Hugonis archiepiscopi Viennæ, qui ex monacho Cartusiæ, sancto Hugoni in episcopatu Gratianopolitano primo, ipso vivente successit, ac postea ob vitæ suæ meritum, Viennensis archiepiscopus factus quievit in pace.* *Hugonis Viennensis ep.* Est inter Prætermissos. *Ipso die, bonæ memoriæ Hugonis abbatis Bonæ-Vallis Ordinis Cisterciensis.* *Hugonis abbatis.* Item, *beatæ Gertrudis.* *Gertrudis.* An *Genetrudis* : Vide Prætermissos.

Molanus. *Gratianopoli, beati Hugonis episcopi et confessoris, qui anachoreticam vitam exegit multis annis et miraculorum gloria clarus migravit ad Christum.* *Hugonis.* *Ipso die, sancti Vualerici confessoris.* In editionibus aliis, de Hugone eadem ; de Walerico autem : *Ipso die, translatio sancti Vualerici confessoris, cujus sepulcrum crebris miraculis illustratur.* *Translationis Walerici.* Jam notavi ab aliis natalem scribi, uti hodie in Actis refertur. Vide sis Henschenii commentarium.

IV *Non.* *Die 2.*

Apud Cæsaream Cappadociæ, passio sanctæ Theodosiæ virginis, quæ Diocletiani tempore ultro se confessoribus in custodia socians, tenta et nichilominus in equuleo cruciata, Dei virtute post de vinculis, aquis, bestiis eruta, novissime martyrium capitis abscisione complevit. *Theodosiæ.* **Eodem die, natalis beati Nicetii Lugdunensis episcopi, cujus vita miraculis claruit, et pretiosa mors nichilominus miraculis commendatur.** *Nicetii.* **Apud Palestinam, sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix appellatur.** *Mariæ Ægyptiacæ.*

Ita *Tornacen. Pulsanen. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Accedunt *Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Ultraject-Belg.*

VARIA LECTIO. *Nichilominus* in hoc textu bis repetitur, immixta utrobique littera quam exprimunt Tornacen. Pulsanen. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. et alii. Quam scribendi rationem, ut ut vitiosam, minutiarum hujusmodi antiquarum curiosis servandam putavimus. Greven. et Molan. legunt *vinculis et bestiis,* omissa voce *aquis.* Reliquimus etiam *abscisione* ut habent codices fere omnes, non *abcisione* ut Greven. et Molan. In Munerato pro *Nicetii,* est *Nececii,* et *archiepiscopi.* pro *episcopi.* Item Munerat. et Molan. repetunt particulam *et* majoris quasi emphasis gratia, *cujus et vita* ; ut in Adone legitur. Tornacen. omittit *miraculis* ante commendatur, in quo tamen vis aliqua esse videtur. *In Palestina* scribunt aliqui, plerique tamen *Apud Palestinam.* Munerat. omisit *Sanctæ,* Greven. et Molan. legunt *beatæ.* De mendis scriptoriis alibi dictum est. *Palestinam* scripsi ut habent codices omnes. His præmissis, superest Variatio præcipua.

De Pratensi, aliisque codicibus. Etenim de celebri *peccatrice Ægyptiaca* dubitari posset, utrumne ipsa ab Usuardo ipso hoc die sacris Fastis primum adscripta fuerit, nisi codices saltem plerique, tum ex antiquis tum ex recentioribus in id magno consensu conspirarent. Interim in apographo nostro Pratensi mira hodie lectio ; nempe tertio loco *Ægyptiaca Maria,* et quarto *Eustasius Luxoviensis.* Sirmundi aciem, dum præfatum ecgraphum recenseret, aliquid effugisse necesse est, nam, qui in mei gratiam prætensum autographum non semel studiose lustravit Clar. Castellanus, inductam Mariam, novissime testatur his verbis, ex Gallico Latine redditis : *Secunda Aprilis, sancta Maria Ægyptiaca expuncta, et sanctus Eustasius, ejus loco positus.* In Herinien., Rosweyd., et Antverp-Max. nulla hodie *Ægyptiacæ* memoria, in IX Aprilis translata, ut ibi dicemus. Atque ex his aliisque codicibus profluere potest dubitatio, non tamen ita fundata, ut laterculi germanitatem evertat, quam veram censemus esse et simplicem.

OBSERVATIO. Egregium præconem habuit *Theodosia,* Eusebium ipsum Cæsariensem, lib. de MM. Palæstinæ cap. 7, cujus breve encomium Actis Latinis omnibus prætulit Henschenius, apud quem plura exstant ex Menæis aliisque Græcis monumentis, quamvis non eodem die, desumpta. *Theodosiæ.* Ex his autem minime dubium relinquitur, quin *Theodosia acerbis atque horrendis tormentis excruciata* fuerit *Cæsareæ,* non *Cappadociæ,* sed *Palæstinæ,* ut sequenti die clarissime celebrant Hieronymiana omnia a Florentinio edita : *Cæsareæ Palestinæ, natalis sanctæ Theodosiæ virginis ;* ubi videri potest laudati Florentinii notatio, ex qua forte solvi poterit difficultas ab Henschenio proposita de *Dominica Resurrectionis,* in qua, secundum Eusebium, Theodosia nostra martyrium subiisse dicitur, sed quæ cum expresso persecutionis Diocletianææ *anno quinto,* nec II nec III Aprilis coalescere

potuit,

potuit, ut etiam expendit Tillemontius tomo 5 pag. 85. Interim textus noster aliunde profluxisse videtur; nam auctor Romani parvi ita primus locutus est : *Apud Cæsaream Cappadociæ, sanctæ Theodosiæ virginis et martyris, capitis cæsæ.* Varia tormentorum genera ab Adone enumerantur, et ex hoc a Notkero; Noster non omnia complexus est, illudque imprimis recte cavit, ne *Cæsaream Cappadociæ*, urbem maritimam faceret: studio id an casu, non divino, certe in tota nostra Martyrologorum serie signatur ea positio, quæ nec in ipsis Actis Latinis reperitur, in quibus æque ac in Eusebio, palæstra vere dicitur *Cæsarea Palæstinæ*. Rabanus, dum die sequenti cum longiori historia Theodosiam recolit, simpliciter legit *Cæsaream*, ac si dubitaret, ad quam Cæsaream Virgo revocanda sit. Wandelbertus etiam die sequenti, Evagrio et Benigno Theodosiam subjunxit :

Atque pari fulget Theodosia virgo nitore.

Nicetii. *Nicetius Lugdunensis*, Bedæ et Rabano præteritus, abest etiam a Romano parvo. Certum tamen est, reperiri in omnibus Hieronymianis apographis apud Florentinium, ultimo vel penultimo loco signatum. In Adone primo loco ponitur, sub vulgari laudationis formula, ab Usuardo et Notkero ad verbum translata. Alia phrasi a Floro ornatus est, nempe : *Qui vir totius sanctitatis, conversationis castissimæ, caritatis eximiæ, vita perfunctus est;* ut hic denuo perspicias, quantum et re et stylo Florus ille ab Usuardo nostro remotus sit. Cetera vide apud Henschenium, cum vita ex Gregorio Turonensi ab eo recensita. Wandelbertus, haud dubie metri gratia, ex *Nicetio* format *Nicetum*, solum ipsum ita hoc die celebrans :

Lugduni quartis Nonis sacer urbe Nicetus.

Mariæ Ægyptiacæ Latinis Martyrologis ignota fuisse videtur, de cetero notissima, *Maria Ægyptiaca*, a nemine, Usuardo antiquiore aut æquali, in sacros Fastos relata. Quod enim nomen ejus in Adone Mosandri legatur IX Aprilis, recte, mea quidem sententia, a Rosweydo rejectum est; idque vel ea ratione mihi probatur, quod a Notkero, fideli passim Adonis assecla, omnino inscriptum non fuerit. Itaque Usuardo soli tribuenda est præfata *Maria*, cum *peccatricis* titulo, nescio inde deducta, nescio qua causa hujus diei laterculo inserta, cum a Græcis, *Zosimæ presbitero monacho* conjuncta, diversimode colatur; imo nec ipsi quidem codices Usuardini sibi satis constent, quemadmodum in Variantibus dictum est, patebitque deinceps ex Auctariis IX Aprilis et alibi. De hac Sancta egregie meritus est Papebrochius, variis dissertationibus ætatem ejus, eatenus male subductam, aliaque ad ipsam spectantia feliciter eruens, curiose digerens et copiose illustrans. Hæc pro nostro instituto abunde sufficiunt.

AUCTARIA.

De PRATENSI et HERENIENSI nihil ultra dicendum.

ROSWEYD. Imiscet secundo loco : *In Africa* *Amphiani et sociorum.* *Amphiani et Victoris martyrum, et aliorum martyrum decem.* Quidni *quatuordecim*, ut diserte legunt Hieronymiana, ex quibus priores duo accepti sunt. Sequitur *Nicetii* pure. Et in fine : *Eustasii.* *Item sancti Eustachii abbatis monasterii Luxuviensis.* Intelligit *Eustasium*, de quo jam sæpe; sed omittit annuntiationem tertiam de Maria Ægyptiaca, quæ etiam deest in codice ANTVERP-MAX. cetera puro.

CENTULEN. *Natale sancti Nicetii Lugdunensis episcopi. In Achaia civitate Thomis, sanctorum* *Evagrii et Benigni* *Evagrii et Benigni. Achaiam* pro *Scythia* posuit, et hoc die perperam retulit, quod ad sequentem spectat, uti Theodosiam in crastinum differt, quæ hodie consignanda est.

ANTVERP-MAJ. *Natale sancti Nicetii, Lugdunensis episcopi et confessoris. Apud Palestinam, depositio beatæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix appellatur; cujus actus valde mirabiles et omni laude digni inveniuntur.* De Theodosia etiam die sequenti.

BRUXELLEN. In Theodosia et Nicetio satis purus, in fine addit : *Et sancti Eustachii abbatis.* *Urbani* *Item Urbani episcopi.* Lingonensis, opinor, de quo vide Auctaria XXIII Januarii. Adjectum porro recentiori manu et ad primum locum asterisco remissum, ut sequitur : *Apud Palestinam, depositio beatæ Mariæ Ægyptiacæ, cujus, primo peccatricis, conversio mirabilis fuit, pœnitentia strenua et Deo valde accepta.*

HAGENOYEN. In Theodosia utcumque purus, de Maria Ægyptiaca longiorem historiam, ut aliis locis ex singulari pietate solet, seu vitæ compendium attexit, sed quod hic non videtur describendum. Tum : *Eodem die, sancti Nixecii Lugdunensis episcopi, cujus vita miraculis claruit et virtutibus insignis* (fuit.)

AQUICINCT. Ex eorum numero est, qui Mariam Ægyptiacam differunt ad IX Aprilis.

VICTORIN. et REG. SUECIÆ signatus num. 130. Nescio quos hic Sanctos in unum congregent, quibus in indice Prætermissorum proprius singulis dies assignatur. Ita habent in fine : *Eodem die, sanctorum Herenei episcopi, Andochii presbyteri, Benigni presbyteri, Tyrsi Diaconi et Felicis negotiatoris.* *Herenei et aliorum.*

DAVERONEN. *Turonis, translatio beati Antonii confessoris.* Vide Prætermissos. Colitur I Maii. *Translationis Antonii.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Nicetii Lugdunensis episcopi.* Nihil præterea.

ALTEMPS. *Turonis, beati Antonii confessoris.* *Antonii.* *Item, sancti Eustasii abbatis Luxoviensis.* *Eustasii.*

FLORENTIN. *Item, sancti Niceti Lugdunensis episcopi, cujus vita virtutibus et miraculis claruit. Item apud Comum, sancti Abundii episcopi et confessoris.* *Abundii.* Hic in impresso deest.

EDITIO LUBECO-COL. Adonis elogium de Theodosia, sed valde interpolatum exhibet. In Nicetio pura est. *Apud urbem Palestinam, depositio sanctæ Mariæ*, etc.

BELIN. In utraque editione de Maria Ægyptiaca agit secundo loco. Tum : *Eodem die, natale Nicecii* (in 2, *Nicenii*) *Lugdunensis episcopi.* In priori : *Item, sancti Abundii episcopi et confessoris.* In posteriori : *Item apud Comum*, etc.

GREVEN. *Amphiani, Victoris, Urbani, Nierti martyrum.* *Amphiani et sociorum* Disparatorum conjunctio. *Barlaam heremitæ et confessoris.* *Barlaam.* Ignotus est, nisi is sit, qui cum Josaphat colitur XXVII Novembris.

MOLAN. De Maria Egyptiaca immediate subdit : *Cujus actus valde mirabiles et omni laude dignissimi inveniuntur. Item apud Comum, sancti Abundii episcopi et confessoris. Commemoratio* *Abundii.* *venerabilium*

Ursmari et Ermini. *venerabilium Christi confessorum Ursmari et Ermini, quando ab Hungris liberati sunt Laubienses.* Sequitur minoribus litteris : *Eodem die, sancti* *Francisci de Paula.* *confessoris Francisci de Paula, Ordinis Fratrum Minimorum initiatoris; qui inter ceteros Christi athletas, suis meritis et exemplis divina cooperante gratia, sanctam Ecclesiam multipliciter decoravit, præsentisque temporis caliginem suæ lampadis fulgore mirabiliter illustravit; quique innumeris in vita pariter et post mortem miraculis claruit. Hunc Leo X Sanctorum catalogo adscripsit.* *Musæ* *Sanctæ Musæ virginis, de qua in Dialogis Sanctus Gregorius.* *Nodgeri* *Hoc die obiit Nodgerus Leodiensis episcopus, cujus gesta præclara habentur.* Vide indicem Prætermissorum. Posteriores editiones de Maria et Abundio, ut supra. Dein : *In Gallia agro Turonensi, sancti Francisci de Paula, Calabriæ oppido, Ordinis Minimorum Fundatoris.* *Francisci de Paula.* *Lobiis, commemoratio meritorum venerabilium Christi confessorum Ursmari et Ermini, quando ab Hungris liberati sunt Laubienses, per merita eorum.* *Ursmari et Ermini.* Rursus typis minoribus : *Lingonis, sancti Urbani episcopi et confessoris, magnarum virtutum viri, qui vineas precibus suis sæpius conservavit.* *Urbani.* *Apud Cæsaream Palestinæ, passio alterius Theodosiæ, virginis Tyriæ; quam libro octavo scribit Eusebius Cæsariensis. Hoc die, transitus viri Dei Nodgeri episcopi Leodiensis, cujus præclara gesta habentur.* *Nodgeri Leodiensis* Non alia est ista Theodosia, ab ea quæ in textu refertur. Fefellit Molanum diversa positio seu locus martyrii. De variis personis sub *Notgeri* nomine confusis, vide Prætermissos x Aprilis.

III *Non.* *Die* 3.

In Scithia civitate Thomis, natalis sanctorum Evagrii et Benigni. *Evagrii et Benigni.* Thessalonicæ, passio sanctarum virginum Agapis et Chioniæ sub Diocletiano; *Agapes et Chioniæ.* quæ primo in carcere maceratæ, post in ignem missæ, sed intactæ a flammis, post orationem ad Dominum fusam, animas reddiderunt. Apud Tauromenium Siciliæ, beati Pancratii. *Pancratii.*

Ex *Praten. Herinien. Pulsanen. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Belini prima editione, Greven.* et *Molan.* Accedunt : *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Danicus* et *Editio Ultraj-Belg.* Deficit *Albergen*, in solo Pancratio.

VARIA LECTIO. *Scithia* scribunt probatissimi codices Pratens. Herinien. Pulsanen. Munerat. Grevenus et alii. Molan. habet *Schytia*, Belin. *Schitia*, Antverp. *Scicia*. Aliorum modi sunt varii, nullus recte legit *Scythia*. Priores codices in textu secuti sumus. Item in *Thomis*, qualiter scribunt omnes. Munerat. pro *Evagrii*, posuit *Evagii*, *Chiomæ* pro *Chioniæ*, Pulsan. *Cyoniæ*, Greven. *Scioniæ*. Major defectus in Antverp. et Max-Lubec. ubi sic legitur : *Sub Diocletiano in ignem*, etc., mediis vocibus omnino præteritis. Contra Pulsanen. excedit, dum post *a flammis*, interjicit *permanentes*. *Fusas* pro *fusam* in Munerato, typographi, ni fallor, vitium est, sicut in Max-Lubec. *Thauromenium*, pro *Tauromenium*, ut habent codices Hieronymiani. Iidem ipsi pro *Pancratii*, habent *Pancracii*, Pulsanen. *Panchratii*. Altera Belini editio addit : *Pancratii martyris*.

OBSERVATIO. *Evagrii et Benigni.* Tota *Evagrii et Benigni* distinctior notitia ex Martyrologiis nostris promanat. Sic hodie secundo loco legit Romanum parvum : *Tomis, Evagrii et Benigni.* Textus Usuardinus, non multo amplior, ex Adone desumptus est, et iisdem ferme verbis a Notkero quoque descriptus. Nihil de ipsis Beda, Florus aut Rabanus. In Hieronymianis vero magna perplexitas, qua non facile sese expedit Florentinius. En textus varios. Epternacense ponit : *In Sicilia, natale Euagri, Benigni...* sex alii nominatim exponuntur; Corbeiense : *In Sicilia, natale sanctorum Thomæ, Euagri, Benignæ,* et rursus aliorum sex ; Lucense : *In Nicea, natalis sanctorum Thomæ, Euagri, Benigni ;* adde commilitones quinque. Hæc, si possis, apte concilia. Et quidem hactenus primo loco. At quid sibi modo vult in iisdem codicibus, quod in fine legitur : *Thoumis*, vel *Eumis*, vel *Heumisiter : Euagri et Benigni?* An iidem illi, an a primo loco appellatis diversi? Postremum censet Florentinius, primum Henschenius : tu cui volueris accede; nobis certum est, nostros legisse, ut in textu retulimus ; quibus accinit Wandelbertus :

Euagrius ternis splendet martyrque Benignus.

Agapes et Chioniæ. *In Eraclea civitate, Victoris, Chioniæ, Agape et Herenei,* legunt Hieronymiana I Aprilis ; et ejusdem mensis v : *In Thessalonica, natalis sanctarum virginum Chioniæ, Herene et Agape;* utro die melius, Florentinii arbitrio relinquo. Dictum est in Observatione I Aprilis, dubitari posse, an utrobique de iisdem agatur, quod hic examinare non lubet, dum alia expendenda supersunt. A Romano parvo sic hodie primo loco scribitur : *Thessalonicæ, virginum Agapes et Chioniæ.* Beda ad I Aprilis rectius fortasse titulum *virginis* omiserat, in quo eum presse secutus est Rabanus. Bedæ verba descripsere Ado, ex hoc Usuardus et Notkerus, qui cum præcursore, *virginis*, vel potius *virginum* appellationem retinent, imo ultimus *Irenem* adjunxit, quam rursus cum longiori elogio repetit v Aprilis, ut ibi ex nostris sermo iterum recurret. Id jam præcipue attendendum est, Bedæ hodiernum, et illud Notkeri elogium, quod v Aprilis ponitur, ex iis Actis desumpta esse, quæ olim proconsularibus ipsis supposita, usque adeo Henschenio placuere, ut illa hisce prætulerit, contra Sirleti, Lipomani, Surii et Baronii judicium, qui omnes Græca ipsa ex codice Cryptæ-ferratæ Latine reddita, sinceriora, imo unice authentica existimaverant. Habuit harum rerum longe peritissimus arbiter, Magister

ter noster rationes suas, cur ita statueret; lego et expendo, nec tamen tales invenio, ut non potius Sirletiana præhabenda censeam, adeoque cum doctissimis recentioribus fateri cogar, hac saltem vice, virum alias perspicacissimum nonnihil dormitasse. Præjudiciis non agimur, veritatem unice sectamur, eique repertæ ultro cedimus, ultroque hic cum Baronio ad annum CCCIV a num. 40 aliisque citatis, præfatorum Actorum proconsularium germanitatem agnoscimus; de qua vide erudite tractantem Ruinartium inter sincera et selecta a pag. 419, et Tillemontium tomo 5 a pag. 240. Porro insignium harum martyrum certaminis diem, ex laudatis Actis sic definiendum putamus, ut *Irene* I Aprilis coronata fuerit, aliæ diebus aliquot citius, proindeque exeunte Martio. Expressus autem dies Kalendarum Aprilium, antiquiores Martyrologos induxerit, ut omnes eodem die consignarent, quos secutus est Wandelbertus, de solis duabus prioribus expressius loquens, et forte tertiam per verbum *socia* indicans :

Virgineo insignes Apage et Chionia serto
Aprilis socia sacrant sibi jure Calendas.

Tertia item nostra, Hieronymianorum annuntiatio est : *Apud Thauromenium in Sicilia, natalis* *Pancratii.* *sancti Pancrati;* et hoc ferme modo, absque ulteriori elogio; imo brevius ponitur a Romano parvo Adone, Usuardo et Notkero, reliquis Martyrologis aut ignotus, aut præteritus. Primum fuisse Siculorum Apostolum, recepta opinio est. Vide, quæ de eo diligenter collegit et ab apocryphis discrevit Henschenius. Satis nobis sit, ipsum, æque ac reliquos in textu relatos, vere Usuardinum esse.

AUCTARIA.

Habet hic TORNACENSIS codex peculiare auctarium ceteris omnibus, præterquam MOLANO incognitum. Sic scribit : *In monasterio Altovil-* *Translationis Madelupi.* *lari, translatio corporis sancti Madelupi sacerdotis.* Vide quæ in indice Prætermissorum observata sunt. Cetera dicentur XX Decembris.

ROSWEYD. In Evagrio et Benigno, atque item Pancratio purus est. De Agape et Chionia egit I hujus, ut ibi diximus.

CENTULEN. *Cæsarea Cappadociæ, sanctæ Theo-* *Theodosiæ.* *dosiæ virginis. Apud Tauromenium Siciliæ, beati* *Antonii.* *Pancratii martyris. Turonis, sancti Antonii confessoris.* Vide Auctaria die precedenti.

ANTVERP-MAJ. Agit de sola Theodosia cum elogio ferme ex Adone desumpto.

BRUXELLEN. Puritati hodie proximus est. Incipit ab Agape et Chionia. Tum de Evagrio et Benigno. *Apud Tauromenium civitatem Siciliæ, sancti Pancratii martyris.*

HAGENOYEN. In prima et secunda annuntia- *Nicetii.* tione purus, tertio loco habet de Nicetio, ut nos pridie. Sequitur de Pancratio, pure. Tum : *Item* *Richardi.* *in Anglia, Richardi episcopi. In Alsatia, sancti* *Florentii.* *Florentii episcopi et confessoris.* Inter Prætermissos remittitur ad VII Novembris.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine addunt : *In Cæsarea Palæstinæ, sanctæ* *Theodosiæ.* *Theodosiæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Theodosiæ virginis et martyris gloriosæ, cujus varia tormenta et victoriæ leguntur. Agapes et Chioniæ virginum et sororum martyrum.*

VATICAN. signatus num. 5949. In fine : *Nico-* *Donati.* *mediæ, sancti Donati.* Vide Acta.

EDITIO-LUBECO-COL. In prima annuntiatione pura est, tum sic pergit : *Thessalonicæ, passio* *De Agape et Chionia.* *sanctarum virginum Agapis et Chioniæ, sub Diocletiano imperatore, Comite Sisinnio ; quæ erant sorores sanctæ Hirenis virginis, et primo in carcere per varia tormenta maceratæ, deinde in ignem missæ, sed intactæ permanentes a flammis, post orationem ad Dominum fusam, animas cælo reddiderunt. Apud Thauromenium civitatem Siciliæ, sancti Pancratii episcopi et confessoris.* Melius dixisset *martyris. Eodem die, sancti Richardi epi-* *Richardi.* *scopi et confessoris.*

GREVEN. *Nichomediæ, sancti Donati. Item san-* *Donati.* *ctorum Sixti, Benigni, Rufi, Patricii. In Anglia,* *Sixti et sociorum.* *sancti Richardi episcopi Cicestrensis et confessoris.* *Burgundoforæ abbatissæ virginis.* *Burgundoforæ.* De hac et Sexto cum sociis, vide Prætermissos.

MOLAN. Litteris parvis : *In Anglia sancti Ri-* *Richardi.* *chardi episcopi Cicestriensis et confessoris. Burgundoforæ, abbatissæ et virginis. Sancti patris ac con-* *Nicetæ.* *fessoris Nicetæ, in quem orationem funebrem scripsit Theosterictus, illius beatissimi viri discipulus.* In editionibus aliis post *Pancratii*, litteris Italicis immediate subdit : *episcopi, ab Archagano pagano interfecti, cujus vitam scripsit Euagrius ejus discipulus.* Sed quæ passim ut fabulosa repudiatur. Vide Henschenium hic et Tillemontium tomo I pag. 190. *In Anglia, Richardi*, etc., ut supra. *In* *Translationis Madelupi.* *monasterio Altovillari, translatio corporis beati Madelupi sacerdotis. Die tertia, sancti patris Ni-* *Nicetæ.* *cetæ, ducis monasterii Medini.* Rursus charactere alio : *Item, depositio beatæ Burgundoforæ virginis* *Burgundoforæ.* *et abbatissæ Evoriacensis, de qua in vita beati Columbani abbatis.* Jam diximus consulendum catalogum Prætermissorum, in quo remittitur ad VII Decembris.

II *Non.* *Die* 4.

Ambrosii. Mediolani, depositio beati Ambrosii episcopi et confessoris, cujus studio inter cetera doctrinæ et miraculorum insignia, tempore Arrianæ perfidiæ, tota Italia ad catholicam fidem conversa est. Apud Hispalim, depositio *Isidori.* sancti Isidori antistis.

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverpien. Max-Lubec. Muncrat. Belin. Greven.* et *Molan.* Adde *Antverp-Maj.* et codices omnes mediæ notæ, de quibus infra.

VARIA LECTIO. Antverp. et Max-Lubec. scribunt *Mediolano*, ut a Beda et aliis factum subinde patebit. *Arrianæ*, legunt omnes, malim *Arianæ*, sed codices secutus sum. Greven. voces transposuit, *ad fidem Catholicam*. Pejus Molanus *Catholicam* omisit. In Pulsanensi est *Hyspalim*, pro *Hispali*, et *Hysidori* pro Isidori. Tornacen. Antverpien. Max-Lubec. et Muneratus habent *Ysidori*. Greven. et Molan. pro *sancti* ponunt *beati*; pro *antistis*, *episcopi*, quod postremum etiam habet Belinus.

De natali S. Ambrosii.

OBSERVATIO. Quo vere anno, quo die consignandus sit magni Patris Ambrosii obitus, inter eruditos controvertitur ; et quamvis hoc die in Actis, Ambrosiana omnia remissa sint ad VII Decembris, quo per totam Ecclesiam festivius recolitur inclytissimi Doctoris memoria ; voluit tamen Henschenius exercitatione singulari, ante tomum I Aprilis pag. XXXVIII, disputationi quodammodo proludere, opinionem suam (*ut alii*, inquit, *potius suam ferant sententiam*) prævie exponens, qua ex Marcellini Comitis Chronico, cum expressa Consulum nota pluribusque aliis monumentis, præsertim Mediolanensibus, evincere conatur, Ambrosii obitum, non ad IV Aprilis anni CCCXCVII, ut contra antiquissimam Mediolanensium traditionem statuerat Baronius, sed ad XVII Aprilis anni CCCXCVIII referendum. Contra Henschenium stat major recentiorum numerus, quos inter tono decretorio Pagius, ad annum CCCXCVII, a num. 19, et modestior Tillemontius, tomo 10, nota 56 a pagina 761, pro Baronii sententia, ex ipsa Martyrologorum nostrorum auctoritate, acrius decertant. Video militare utrimque gravia rationum momenta, graviora fortasse, quæ favent Martyrologiis ; sed de ultimo librationis scrupulo judicium ferent, qui mensem Decembrem de Actis elaborabunt successores nostri ; nos hic in Martyrologiorum cancellis hærebimus. Inter apographa Hieronymiana, solus codex Corbeiensis, in fine laterculi attexuit, quod litteris aliis, tamquam purum additamentum, distinxit Acherius : *Mediolano, depositio sancti Ambrosii episcopi et confessoris*. Hoc certius est, notari *Ambrosium* in Hieronymianis omnibus XXX Novembris, sub hac fere formula : *In Mediolano, sancti Ambrosii episcopi, de perceptione baptismi*. Et in solo Lucensi apographo, III Decembris : *Natalis sancti Ambrosii*. At vero die VII ejusdem mensis Decembris, nullus eorum codicum *Ambrosium* nominat. Ad diem obitus accedamus. Ven. Beda primus hoc die IV Aprilis Ambrosii solennitatem celebrat : *Mediolano, depositio sancti Ambrosii confessoris* : ubi ne mireris, titulum *episcopi* reticeri, nam id Bedæ satis familiare esse, ex non uno deinceps loco cognosces. Florus de suo addidit : *Qui ingentibus doctrinis coruscavit et virtutibus*. Rabanus legit : *Mediolano, depositio beati Ambrosii episcopi et confessoris, cujus vita et doctrina insignis prædicatur in Ecclesia*. Sed et hic Ambrosium ex Hieronymianis repetit XXX Novembris ; nulla baptismi facta mentione. Sic autem in serie nostra habet Romanum parvum : *Mediolani, beati Ambrosii episcopi et confessoris*. Breve, sed elegans Adonis elogium, ex Hieronymo acceptum, a Baronio IV Aprilis et rursus VII Decembris, in notationibus ad Martyrologium, explicatum in textu nostro ad verbum describitur ; Notkero, præter morem, Viennensis, phrasim multum amplificante. Atque hi omnes Ambrosii natalem hoc die unanimiter collocant, suffragante etiam Wandelberti versiculo :

Ambrosius pridie (Nonas) *æthereum penetravit honore.*

De Ordinatione vero, VII Decembris, nullus est, qui vel verbo meminerit. Quæro primam solennioris illius festi in universa Ecclesia institutionem, verum nec apud Baronium, nec alibi satis certa primæ ejus originis vestigia hactenus deprehendo, præter ea, quæ sub obscure ab Henschenio in laudata exercitatione cursim indicantur. Plura scrutari, hujus loci non est, remitti commode possunt ad prædictam diem VII Decembris, ubi in Actis, post eruditas Baronii, Hermantii, Tillemontii, PP. Benedictinorum S. Mauri aliorumque de incomparabili fidei Zelatore lucubrationes, totius vitæ series operosius et accuratius digeretur. — Nullus antiquorum Martyrologorum *Isidori Hispalensis* meminit, unde verosimillimum est, eum ab Usuardo ex Hispania, quo ad procurandas sancti Vincentii reliquias profectum novimus, in Gallias primum allatum, cum aliis tum confessoribus tum martyribus, præsertim Cordubensibus, ut suis locis observare non negligimus. Reliqua ex Actis require, ubi Henschenius diligentissime contulit, quidquid de nobilissimi antistitis sanctitate, cultu et doctrina Nicolaus Antonius aut scriptores alii Hispani melioris notæ suggerere potuerunt, quibus jungenda appendix in eodem tomo pag. 900. *Isidori.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Puris omnes codicibus annumerari possent ; etenim de Isidoro Hispalensi hæc solum textui puro supperaddunt : *fide et doctrina præcipui.*

De Ambrosio.

ROSWEYD. Ita legit : *Mediolanis, depositio beati Ambrosii episcopi et confessoris, qui de laico, Arianis simul et Christianis conclamantibus, electus est episcopus, cujus studio*.... cetera pura sunt usque ad finem laterculi.

CENTULEN. *Mediolano, depositio beati Ambrosii ejusdem civitatis archiepiscopi, cujus studio*, etc., pure. *In Hispaniis civitate Hispali, sancti Ysidori episcopi et confessoris, vita et doctrina illustris viri.*

De Ambrosio.

BRUXELLEN. *Mediolani, depositio sancti Ambrosii archiepiscopi et confessoris. Qui præses existens, nondum baptizatus, consensu totius populi in archiepiscopum electus, annuente et jubente Valentiniano imperatore, gratiam Baptismatis simul et episcopatus dignitatem percepit. Cujus studio, tempore Arrianæ perfidiæ, tota Ytalia ad Catholicam fidem conversa est. Hujus vitam beatus Paulinus Nolanus episcopus ad beatum scripsit Augustinum* (recenti manu, *episcopum*.) *Apud Hispalim, depositio sancti Ysidori Hispalensis, insignis episcopi, fide et doctrina præcipui, Qui inter cetera sua opuscula, librum naturalis historiæ, quem Ethimologiarum nominat, ordinans, sæculi ætates diligenter distinxit*. Quænam Chronici Isidoriani et libri Ety- *De Isid…*

mologiarum

mologiarum affinitas sit, vide in Dissertationibus Historicis Labbei tomo I pag. 645.

HAGENOYEN. Longum nimis pro instituto nostro de sancto Ambrosio sermonem texit, ubi inter alia non satis probata immiscet, quod *Valentiniano imperatori restiterit et ingressum ecclesiæ illi prohibuerit*, quæ ad Theodosium referenda, vulgo notum est. Hæc, et similia, prætermittenda censuimus. Tum : *In Hispania, apud civitatem Hispalem, depositio sancti Ysidori, episcopi et confessoris, fide et doctrina præcipui.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Isidori Hispalensis episcopi et Doctoris eximii, qui multos edidit libros, quorum quidam sunt satis noti.*

In VATICAN. signato num. 5919, deest Isidorus. Adjectum : *In Syria, sanctorum Taraci, Andronici et Probi.* De his etiam alibi ; remittuntur ad XI Octobris. *Taraci et sociorum.*

ALTEMPS. Addit : *Ipso die, depositio sancti Senerthi episcopi.* In actis prætermittitur, curioso indagatori propositus. *Senerthi.*

EDITIO LUBECO-COL. In elogio Ambrosii post *confessoris* inseritur : *ac Doctoris Ecclesiæ catholicæ præcipui, cujus studio,* etc. *Apud Hispalim, depositio sancti Isidori antistis, viri fide et doctrina præcipui, fratris beati Leandri, ad quem* (Leandrum) *beatus Gregorius Papa sacram expositionem super librum Job scripsit.* *De Isidoro.*

GREVEN. *In Thessalonica, sanctorum Agathonis diaconi, Theodoli, Pauli, Matutini et Orbani. Item, beati Successi.* Laciniæ ex Hieronymianis bene vel male consutæ. *In Hibernia, Beghani abbatis. Item Ambrosii diaconi, qui ut Hieronymus de viris illustribus refert, primum Marcionites fuit, sed ab Origene correctus confessionis Domini gloria insignis fuit. In Scotia, Tigernagi episcopi et confessoris, secundum alios die sequenti.* De his agitur in indice Prætermissorum. *Agathonis et sociorum.* *Successi.* *Beghani.* *Ambrosii diaconi.* *Tigernagi.*

MOLAN. *Eodem die translatio sanctorum confessorum Ulgisi, Amulguini, Theodulphi, Abel, atque Hildulphi.* Vide Prætermissos. Sequitur minoribus typis : *In Perside, sancti Benjamin gloriosi martyris : Tripartitæ lib.* I *cap.* 33. *Item Ambrosii diaconi,* etc., ut GREVEN. In editionibus aliis, solum additur : *Die quarta, sanctorum patrum Joseph hymnographi, et Georgii, qui fuit in Malæo.* De hoc *Georgio* non multa in hodiernis Actis collegit Henschenius. *Joseph* vero die præcedenti relatus est, ubi longior vita traditur, et reliqua ad eum spectantia diligenti opera a Papebrochio explanantur. Satis est hæc indicasse, videat ibi lector cetera. *Translationis. Ulgisi, etc.* *Benjamin.* *Joseph et Georgii.*

Nonis. *Die* 5.

Martianæ et soc. *Irenes.* *Amphiani.*

Apud Ægyptum, natalis sanctorum martyrum Martianæ, Nicanoris, et Apollonii. Thessalonicæ, sanctæ Hirenis virginis, quæ post tolerantiam carceris, sagitta percussa est a Sisinnio comite, sub quo et sorores ejus simul Agapes et Chionia martyrizaverunt. Apud Cæsaream Liciæ, sancti Amphiani.

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belini editione prima, Greven.* et *Molan.* Quibus accedit : *Antverp-Max. Leyden-Belg. Lovanien.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Prima difficultas in propriorum nominum scribendi ratione occurrit. Codex Pratensis legit *Martiani, Nicandri,* ubi reliqui omnes, solis Molano et Lovan. exceptis, diserte ponunt *Martianæ, Nicanoris* vel *Nichanoris.* Atque ita scripsisse Usuardum, certo mihi persuadeo, nisi propria auctoritate ductores suos Romanum parvum et Adonem deseruerit. *Appollonii, Appolonii, Apolonii,* male scribunt codices aliqui, melius in textu cum Pratensi, Heriniensi, etc. Non minor in Virginis nomine variatio. In Hieronym. est, *Herene ;* in Romano parvo et Adone *Irene,* quo modo scribendum existimo. De Usuardina lectione quæritur. Praten. habet *Hireniæ,* reliqui omnes *Hirenis* vel *Hyrenis.* Solus Munerat. scribit *Herenis.* Pro prima ratione stant Herinien. Tornacen. Antverp. et Max-Lubec. quam nos, ut veræ proximiorem prætulimus. Munerat. post *virginis,* addit *et martyris,* contra ceterorum torrentem. Jam supra ex codicum inflexione in textu posuimus *Agapis,* a recto *Agapes,* ut hic ab *Hirenes* formatur *Hirenis,* licet nos aliter scribere soleamus. Solus Belinus posuit *Sissinio,* atque item, *passæ sunt ;* plerique omnes *martyrizatæ sunt,* Herinien. *martyrizarunt,* Pratensis *martyrizaverunt,* quod Adoni satis frequens est, quem cum tam presse hodie secutus sit Usuardus, nihil mirum videatur, si et hoc transumpsisse supponamus. In Molano recte legitur *Lyciæ,* ceteri habent *Liciæ,* ut in textu reliquimus. *Liciniæ,* error est in Heriniensi ; *Cilitiæ,* in Belino.

Martianæ et soc.

OBSERVATIO. Satis mirum et insolitum est, quod nullus ex præmisso laterculo Sanctus, hoc die in Actis referatur. Non *martyres Ægyptii,* quia ab aliis, et præsertim Romano hodierno consignantur V Junii, ad quem diem ab Henschenio remissi sunt, tamquam iidem, qui utrisque Nonis, tum Aprilis, tum Junii, sub iisdem ferme nominibus recolantur, ut ibi ipse contra Florentinium censet. Et vero in nonnullis Hieronymianis iidem utroque die signari videntur. Sic habent hoc die secundo loco codices Lucensis, et Corbeiensis Acherii : *In Ægypto, natalis sanctorum Marcianæ, Nichanoris, Apollonii.* In Epternacensi solum legitur : *In Ægypto, Marciani.* De ipsis nihil in serie Bedæ ; at in Romano parvo, Adone et Usuardo, iidem tres et eodem modo annuntiantur, Notkero *Martiani,* pro *Martianæ,* substituente, ut est etiam in nonnullis nostris codicibus, cetera Usuardinis. Reliqua ad supradictum diem V Junii dabuntur, ubi de ternorum istorum duplici classe identificanda, an distinguenda disputabitur. — Neque de *Irene* seorsim in opere nostro agitur, quod cum sororibus *Agape* et *Chionia,* memorata sit III Aprilis, utpote quarum Acta communia sunt, uti ibidem *Irenes.*

abunde

abunde diximus. In Hieronymianis sorores tres hoc quoque die repetuntur. Romanum parvum legit : *Thessalonicæ, sanctæ Irenes virginis.* Adonis et proinde Nostri elogium ex Beda descriptum est, modice a Rabano auctum, fuse a Notkero ; quorum omnium sententia ex Actis proconsularibus paulo severius exigenda est, expuncto *percussione sagittæ*, quod miror Baronium, reliqua bene corrigentem, in textu suo reliquisse. Wandelbertus Bedam, ni fallor, secutus est :

Nonis virgo pia de morte refulget Hyrenis.

Amphiani. Demum nec *Amphianus* in hodiernis Actis locum occupat, expresse tamen in Hieronymianis notatus : *In Cesarea* vel *Cesaria*, *Liciæ* vel *Luciæ*, *Amphiani.* Alius ibidem *Amphianus in Africa* legitur, II ; alius *in Nicomedia*, III Aprilis. Non dubitant Baronius, Henschenius et Florentinius, quin hic indicetur *ovicula innocens, divinus martyr, portentosæ fortitudinis, intrepidus, admirandus, sanctissimus et beatissimus juvenis Apphianus,* cujus gloriosam de tyranno victoriam accurate descripsit Eusebius, durissimi certaminis oculatus testis, ex quo relati tituli accepti sunt, libro de Martyribus Palæstinæ cap. 4, quod totum in Actis, totum a Ruinartio reproducitur a pag. 334. Gallica series exstat apud Tillemontium tomo 5 pag. 386, qui in nota pag. 737 Eusebii chronotaxim componere conatur, ut ad *ulteriorem disquisitionem eruditis proposuerat* Henschenius pag. 59 litt. F. Quod Noster hic *Cæsaream* in *Lycia* perperam collocet, non tam ipsi quam Adoni vitio vertendum est, imo imperitis librariis, qui Hieronymianum transcribentes, aliquid detraxerint, addiderint aut mutaverint. Utrum vero Hieronymianum textum bene restituat Florentinius, per : *In Cæsarea et Lycia*, respiciendo ad Martyris patriam et cultum, aliis expendendum relinquo.

De Ædesio *De Ædesio* Apphiani fratre, cum non agant hic Martyrologi, ad Nostrum etiam nihil attinet ; satis est genuinum ex omni parte ejus textum exhibuisse. Vide de *Ædesio* Romanum hodiernum, VIII Aprilis, et ibi Acta nostra, quæ ex Eusebio martyrium ejus referunt.

AUCTARIA.

PULSANEN. Deest ultima annuntiatio, in reliquis purus est.

ROSWEYD. Post Amphiani, adjicit, *et aliorum.* *Claudiani.* Tum : *Claudiani martyris.* Ex Hieronymianis.

ULTRAJECT. LEYDEN-LAT. ALBERGEN. et DANIC. Textui cetera puro, subjiciunt : *In Scotia,* *Tygernagi* *sancti Tygernagi episcopi et confessoris.*

CENTULEN. *Apud Thessalonicam, sanctæ Herenæ virginis et martyris. In Ægypto, sanctorum Nichanoris et Apollonii martyrum Cæsarea Liciæ, sancti Amphiani.*

ANTVERP-MAJ. *Thessalonica, natale sanctæ Hirenæ virginis et martyris. Apud Ægyptum, natale sanctorum Marcianæ, Nichanoris, et Apollonii, quorum gesta habentur.*

BRUXELLEN. De martyribus Ægyptiis et Amphiano, nihil. In Irene satis purus est. Sequi- *Tygernagi* tur : *Apud Scotiam, sancti Tygernagi episcopi et* *Marinæ* *confessoris. Item Marinæ virginis. Et sancti Vin-* *Vincentii* *centii de Valentia, Doctoris de Ordine Prædicatorum, qui tam in vita, quam post mortem miraculis claruit.* Quæ *Marina* hic indicetur, ignoro.

HAGENOYEN. Textui hodie puro, solum addit : *Ipso die, in Scotia, depositio sancti Tygerilagi* (Tigernagi) *episcopi et confessoris.*

VICTORIN. et REG. SUECLE num. 130, in fine : *Pontiani.* *Item Carthagine, sancti Pontiani diaconi.* Nullus hodie apud alios *Pontianus*, ne inter Prætermissos quidem notus. Multum fallor, si non indicetur Pontius sancti Cypriani diaconus, de quo superius actum est VIII Martii.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Hyrenis virginis* *Didimi* *etmartyris sororis Agapes et Chioniæ. Didimi Alexandrini confessoris, cujus meminit Hieronymus.* Estne forte martyr, de quo in Actis ?

Vincentii STROZZ. *Natale sancti Vincentii, Ordinis Prædicatorum, patria Valentini et prædicatoris clarissimi,* (qui) *in Britanniis urbe Venetensi recubuit, cujus sanctitatem crebra miracula protestantur.*

REMENS. sanctorum Timothei et Apollinaris. *Arulfi* *Catalaunis, depositio Arulfi episcopi.* In indice Prætermissorum omittitur tamquam ignotus.

EDITIO LUBECO-COL. Primo loco agit de sancto Vincentio, sed elogium habet alicubi mutilum, quod infra ex GREVENO correctius dabimus. De Ægyptiis addit, *quorum gesta habentur.* Cetera, ut in textu. In fine : *In Scocia, sancti Tigernagii episcopi et confessoris.*

BELINI editio altera, in fine subdit : *Item apud civitatem Venetensem Britaniæ, beati Vincentii* *Vincentii.* *confessoris, Ordinis Prædicatorum, sanctitate, doctrina, miraculisque clarissimi.*

GREVEN. *Nicomediæ, natalis sancti Claudiani* *Claudiani.* *confessoris.* Cur non *martyris? Item, Didimi con-* *Didimi.* *fessoris. Martiani, Quinti.* *Martiani, Quinti* Indicat, ni fallor, Alexandrinos martyres. *In Britannia minori civitate Venetensi, natale beati Vincentii presbyteri et con-* *De Vincentio.* *fessoris, Ordinis Prædicatorum. Qui Valentinus origine, angelica vita, et salutari doctrina præfulgens, diu singulos Hispaniæ et Galliæ populos divini verbi alimento refecit, et supra viginti millia Judæorum et Maurorum ad Christum convertit. Omnium denique signorum genere clarus, in numero Sanctorum referri et amplissimo canonizationis honore decorari promeruit.*

MOLAN. *Item apud Venetiam Britanniæ, beati Vincentii Valentini, cognomento Ferrarii,* (Ferre- *Vincentii Ferrerii.* rii) *confessoris, Ordinis Prædicatorum, sanctitate, doctrina, miraculisque clarissimi. Hic super viginti millia Judæorum ac Maurorum ad Christum convertit. Lauduno Clavato, prima translatio san-* *Translationis Celinæ* *ctæ Celinæ, matris sancti Remigii episcopi.* Vide Prætermissos. *In Scotia, sancti Tigernasi episcopi* *Tigernagi* *et confessoris.* Dein minoribus typis : *Apud Leodium, in monte Cornelion, obiit Juliana virgo et* *Julianæ.* *Priorissa ejusdem loci, et translata quiescit in monasterio Vilariensi, ubi et vita ejus habetur.* In editionibus aliis, de Vincentio, ut supra. *In Scotia, sancti Tigernaci,* etc. *Die quinta, sanctorum* *Theoduli et Agathopodis* *martyrum Theoduli et Agathopodis.* De eis in Actis IV Aprilis. *Lauduno Clavato,* etc. Tum minoribus litteris : *Eodem die, sanctorum martyrum, sanctæ* *Thermes cum sorore et ancilla.* *Thermis, etc.* Inter Prætermissos remittitur ad XXII Aprilis. *Apud Leodium in monte Cornelion, obiit Juliana virgo, et præfecta* *Julianæ.* *ejusdem loci, quæ tertio obitus sui die ad cœnobium Villariense translata, illic inter corpora sacra est sepulta. Ubi et ejus vita habetur.* Data in Actis et ab Henschenio egregie illustrata est.

VIII *Idus.*

VIII *Idus.* *Die* 6.

Sixti. *Timothei et Diogenis.*

Romæ, natalis beati Sixti Papæ et martyris, qui temporibus Adriani, ut sibi Christum lucrifaceret, libenter mortem sustinuit temporalem. In Macedonia, sanctorum Timothei et Diogenis.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Quibus proximi sunt : *Antverp-Max. Leyden-Belg. Lovanien.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. In solis *Sixti* et *Timothei* nominibus consistit. De postremo satis certum est, male legere Heriniensem et Edit. Lubecanam-Maximam, *Thimothei.* Pro *Xysto* vel *Xisto* stare videtur scribendi modus antiquior apud Hieronymiana et Romanum parvum. Et quidem Pratensis *Xysti* posuit. At cum ceteri codices omnino omnes legant, *Sixti*, cum Adone, eam scribendi rationem hic censuimus præferendam ; si alibi altera prævaleat, ea ibi uti licebit.

Sixti. OBSERVATIO. Binos hoc die *Sixtos* vel *Xistos* nominant aliqua Hieronymiana apographa ; de *Papa* tamen, istius nominis *primo*, non agere, probant Martyrum classes, quibus immixti sunt, loco et verosimiliter tempore, a Sixto hoc nostro multum disjunctæ. Itaque, qui in laterculo annuntiatur, is a Romano parvo acceptus est, cujus hæc sunt verba : *Xysti Papæ et martyris, temporibus Adriani passi.* Breve est Adonis Rosweydini elogium, quod multo auctius reddidit Notkerus ; nisi præhabenda sit Mosandri editio, in qua pene ad verbum reperiuntur, quæ Notkeri propria esse, facile quis sibi persuaserit. Noster Adonis phrasim, ut in Rosweydo est, contraxit et nonnihil emollivit. Ex libro Pontificali primam Sixti notitiam à Romano parvo desumptam credimus, qui ut *martyr* colitur, quidquid nonnulli de eo titulo dubitent. Expressiora habet Florus ad III Aprilis, quæ in nostra Bedæ editione, et hoc die in Actis proferuntur, ubi de ejus cultu, ætate, Actis, sepultura, translatione et inventione collegit Henschenius, distinxitque omnia, quæ de Sixto I dici possunt, aliis res ejus gestas vix obiter tangentibus, ut in Alexandro Tillemontius tomo 2 pag. 238 et 240. Hoc cum disticho celebravit Wandelbertus :

Idibus Octavis Xixtus martyrque sacerque
Præminet, Adriano mortem sub Cæsare passus.

Timothei et Diogenis. Conveniunt hoc die Hieronymiana in annuntiatione nostra ultima de *Timotheo et Diogene*, quam ex aliquo hujusmodi codice certo extraxisse censendus est Usuardus, quando quidem Martyrologis aliis, tum antiquioribus, tum synchronis plane ignoti sint, si Notkerum excipias, qui eosdem codices male descripsit, pro *Macedonia, Nicomediam* legens, *Theogenem* pro *Diogene*, in quo ab Henschenio et Florentinio recte corrigitur. Synonymi duo martyres *Timotheus et Diogenes*, si non iidem sint, in Hieronymianis illis Fastis die sequenti leguntur, cum hac differentia, quod hic dicantur passi *in Macedonia*, neque ulli jungantur socii ; at sequenti die cum sociis duobus aut tribus dicuntur *in Antiochia Syriæ* martyrium subiisse. Unde Maurolyco occurrerit certa nostrorum martyrum palæstra *Philippi*, nescio ; nec satis patet, an utraque ea classis confundi debeat. Latent Acta, *e quibus*, inquit Henschenius, *certiora possemus proferre, eosque* (nempe hodiernos) *a martyribus Antiochenis solidiori argumento secernere.* Nihilo plus claritatis suggerent notæ Florentinii, utroque die. Quæ Usuardina sunt, integre dedimus.

AUCTARIA.

PULSANEN. In Sixto purus, Timotheum et Diogenem præterit, quorum loco sic habet . *Eodem die, sancti Cœlestini Papæ.* Indicat Cœlestinum I, de quo sæpius infra, et in Actis hoc die. *Cœlestini I. P. P.*

ANTVERP-MAX. LEYDEN-BELGIC. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJECT-BELG. Textum sic augent : *Romæ, natale sancti Sixti primi, Papæ et martyris, qui post beatum Petrum sextus, temporibus Adriani*, etc.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Idem habent, sed præterea, post *temporalem*, adjiciunt . *Hic constituit ut sacrata misteria non tractentur nisi a sacris ministris.* *De Sixto.*

CENTULEN. Textum contrahit hoc modo : *Romæ, passio beati Sixti Papæ et martyris, tempore Adriani imperatoris. In Macedonia*, sanctorum, etc., pure, ut in textu.

ROSWEYD. Ceteris omnibus auctior, in Sixto purus est. Tum secundo loco : *In Nicomedia, Firmi, episcopi martyris, et aliorum viginti octo.* *Firmi et 28.* An recte *Firmo* tribuatur episcopi dignitas, quotve ejus fuerint socii, accurate in Actis examinavit Henschenius. *In Africa Epiphanii episcopi et aliorum quatuordecim.* *Epiphanii et soc. 14.* De hac classe cum Usuardo agemus die sequenti. *Item, Cœlestinæ virginis cum aliis octingentis.* *Cœlestinæ cum aliis 800.* Hujus fere codicis auctoritate præclara hæc turma in Actis ponitur. *In Nicomedia, sanctorum Timothei et Diogenis.* Nicomedia pro *Macedonia.*

BRUXELLEN. Huc rejicit magnam hesterni textus partem. Primo loco agit de Martiano, Nicanore, et Apollonio. Tum de Amphiano. Sequitur de Sixto, ubi post textum purum subjicit : *Hic constituit, ut Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, in Missa diceretur.* *De Sixto ex Floro.* *In Macedonia*, etc., pure. *Item, beati Florentii martyris.* *Florentii.* Estne hic *Florentinus* ex numero martyrum Sirmiensium ? Hactenus non satis liquet.

HAGENOYEN.

De Sixto.

HAGENOYEN. *Romæ, natale beati Sixti primi, Papæ et martyris, qui post beatum Petrum sextus erat, et temporibus Adriani imperatoris, postquam sedem Apostolicam rexerat annis novem et mensibus quinque, ut sibi Christum lucrificaret, libenter sustinuit mortem temporalem. Hic constituit, ut sacra misteria non tractarentur, nisi a sacris ministris.*

Hyrenei.

Item ipso die, natale sancti Hyrenei Syrmiensium episcopi et martyris. Hic multis diebus in carcere maceratur, tandem gladio occiditur, et corpus ejus in flumen projicitur. Inter Sirmienses martyres nullus hodie *Irenæus* nedum episcopus. Nicomediensium antesignanus est *Firmus*, quem turpi lapsu in *Sirmium* transformavit Rabanus, primumque *Firmi* socium *Irænæum*, alias episcopum, *ejusdem loci* antistitem fecit, ut ante me observavit Florentinius, id Notkero tribuens, qui Rabano junior, ex hoc verosimiliter episcopatum illum acceperit. Potuit HAGENOYENSIS scriptor hunc ex alterutro errorem hausisse, nisi forte Florum vidit, que de Irenæo illo hodie meminit, aliud elogium ei tribuens. Tu de Irenæo Sirmiensi vide XXV Martii. Sequitur: *In Macedonia, sanctorum Thymothei et Dyogenis.*

Winobaudi.

VICTORIN et REG. SUEC. signatus num. 130, in fine subjiciunt: *Trecas, sancti Winobaudi presbyteri.* Alii aliter efferunt, ut mox patebit.

Hyrenei.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Hyrenei episcopi et martyris. Timothei et Diogenis. Sixti Papæ et martyris.*

Cœlestini.

VATICAN. signatus num. 5949, de Timotheo et Diogene silet. In fine subdit: *Sancti Cœlestini Papæ, qui sedit Romæ annis octo.*

STROZZ. *Item, sancti Cœlestini Papæ.*

Winobaudi.

REMENS. sanctorum Timothei et Apollinaris. *Trecas, sancti Winobaudi presbyteri et confessoris.*

De Sixto.

EDITIO LUBECO-COL. *Romæ, natale sancti Sixti primi, Papæ et martyris, qui post beatum Petrum apostolum sextus, temporibus Adriani imperatoris, rexit Ecclesiam annos decem, menses duos, diem unum; et ut sibi Christum lucrifaceret, libenter sustinuit mortem temporalem. Hic constituit, ut sacrata mysteria non tractarentur, nisi a sacris ministris, et ut corporale altaris non fieret de serico, sed de purissimo lino contexto, non tincto. Hic etiam constituit, ut ter diceretur Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth in Missa. Hic apud portam Appiam decollatus, ubi Dominus apparuit beato Petro quando dicebat: Domine quo vadis? In Macedonia*, etc., pure. *Trecas, sancti Prudentii episcopi et confessoris.* De quo vide plura in Prætermissis. *Eodem die, beati Vermebandi abbatis.* Lege *Winebaudi*; aliis *Winobaudi*.

Prudentii. Winebaudi.

BELINI utraque editio, in fine subjicit: *Item sancti Cœlestini Papæ.* De quo jam toties supra.

Cœlestini.

GREVEN. *Firmini episcopi et martyris* (de hoc et sequentibus consule Acta et Prætermissos ut errores et confusionem destinguas;) *et sociorum ejus XXV. Apud Syrmium, sanctarum Rufinæ, Moderatæ, Maximæ, et Machariæ. Item, sanctorum Herennei, Romani, Donati, Clusii, Quiriaci. Hyrenei episcopi Smyrnensis. Cælestinæ virginis et aliorum LXXX martyrum. Luciæ viduæ et martyris. Ancyra Galatiæ, beati Theodori episcopi, sapientia et sanctitate insignis. In Dacia, Wilhelmi abbatis et confessoris. Trecas, Prudentis episcopi et confessoris. Vermebandi abbatis.*

Firmini et sociorum 25. Rufinæ et sociarum. Herennei et aliorum. Hyrenei. Cælestinæ. Luciæ viduæ. Theodori. Wilhelmi. Prudentii.

MOLAN. *Item, sancti Celestini abbatis.* An non *Papæ? Et beati Vuermebandi abbatis.* Dein typis minoribus: *In Hybernia, sancti Celsi Ardinarchensis archiepiscopi et confessoris. De quo B. Bernardus in vita Malachiæ. Constantinopoli, natalis magni et beati patris nostri Eutychii, Patriarchæ Constantinopolitani, cujus vita et miracula conscripta sunt ab Eustachio humili presbytero.* Hactenus prima editio. In aliis brevius: *Item, sancti Cœlestini Papæ. Et beati Vuermebandi abbatis. In Dacia, Vuilhelmi abbatis Roschildensis et confessoris. Die sexta, sancti patris Eutychii archiepiscopi Constantinopolitani.* Omittitur elogium, quod in prima editione appositum erat. Vide cetera in Actis.

Celestini abbatis. Celsi. Eutychii. Wilhelmi.

VII *Idus.* *Die* 7.

Apud Africam, natalis sanctorum Epiphanii episcopi, Donati et aliorum tredecim. Eodem die, Egesippi viri sanctissimi, qui vicinus Apostolorum temporum, omnes a passione Domini usque ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum texuit historias, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret caracterem. In Alexandria, sancti Pelusii presbiteri.

Epiphani et soc. Hegesippi. Pelusii.

Puri sunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven* et *Molan.* Adde *Antverp-Max. Ultraj. Leyden. utrumque, Lovanien.* et *Editio Ultraj-Belg.* Accedit item *Belinus*, in eo solum discrepans, quod Pelusium Hegesippo anteposuerit.

VARIA LECTIO. Pro *tredecim* sociis Epiphanii et Donati, codices non pauci ponunt *quatuordecim*, ut Antverp. Max-Lubec, codices mediæ notæ, etc. Standumne pro numero textus, vide in Actis; certum putamus ita scripsisse Usuardum, ut patet ex codicibus probatioribus. *Hegesippi* legendum plane assentior, uti posuit solus codex Tornacensis. Male Praten. *Hejesippii*, non melius Herinien. *Eiesippi.* Reliqui interim in textu cum codicibus omnibus aliis, post Adonem in utraque editione, *Egesippi. Eusippi* in Munerato typographi vitio tribuendum. Tornacen. et Max-Lubec. et codices mediæ notæ, pro *Apostolorum temporum*, nitidius legunt *Apostolorum temporibus.* Ceteri omnes ut in textu; in quo Usuardus ductorem non recte secutus est, qui ex Hieronymo bene descripserat, *vicinus Apostolicorum temporum.* Sequitur in codicibus omnibus vox *omnes*, a Greveno et Molano prætermissa, qui ambo cum aliis mediæ notæ codicibus adjiciunt, *sermone simplici*, ex Adone potius quam ex Usuardo sumptum. *Caractere* scripsit Munerat. quem casum servat Romanum modernum. At quotquot vidi codices omnes utuntur accusativo, et iidem omnes legunt, ut in textu servatum est, si

nimis

nimis scrupulose, per me licet, corrigatur. Ubinam Greven. *Peleusippi* invenerit, nescio; Molan. præfert *Peleusii* cum Antverp. et Max-Lubec. Nobis præplacet communior scribendi ratio in textu expressa. Menda scriptoria satis est indicasse, ut *Affricam*, *Aphricam*, *hystorias*, etc.

Epiphanii et sociorum

OBSERVATIO. De *Epiphanio* et sociis brevem sed accuratum commentarium elaboravit Henschenius, in quo variorum Martyrologiorum sententias, circa certaminis diem et sociorum numerum relatas invenies. Ea hic repetere supervacaneum esset. Hoc notandum, primum videri Usuardum, qui eam classem martyrum hac die collocavit, cum Hieronymiana passim VIII Idus annuntient, uti Notkerus etiam posuit. Beda vero, Romanum parvum, Ado et Rabanus neutro die de ea meminerunt. — *Hegesippus* a Romano parvo primum memoratus, tamquam *vicinus Apostolicorum temporum*, ab Adone insigni encomio exornatur, quod ferme ex sancti Hieronymi libro de Scriptoribus Ecclesiasticis acceptum, Noster in pauciora contraxit, iis prudenter omissis, quæ propius ad sanctum Justinum pertinere, recte in Actis observavit Henschenius. Notkerus in elogio Hegesippi, solito etiam brevior est, rescissa controversa periodo, qua Ado verba illa, quæ plene habes in auctario Greveni : *Nam et ego ipse, sectis Platonicis institutus, audiens infamari Christianos et videns eos impavidos*, etc., Hegesippo perperam tribuit, cum Justino adscribenda esse, hic paucis insinuet Henschenius, fusius id probans ad XIII Aprilis : qui hoc die plura ad Hegesippum spectantia ex variis Eusebii locis componit, quæ historice deducta sunt a Tillemontio tomo 3 pag. 47. — *Pelusius* vel *Peleusius* Romano parvo et Adoni ignotus, ex Hieronymiano aliquo, ubi *Pilusus* vocatur, haud dubie profluxit, inde ab Usuardo excerptus. *Pilosum* nominat Rabanus, alii aliter efferunt. Wandelberti versiculus ex Hieronymianorum sensu procedere videtur, ubi *Diogenes* et *Timotheus* etiam hodie ponuntur. Ita sonat :

Hegesippi. — *Pelusii.*

Diogenes septenis Peleusiusque feruntur.

Censuit tantisper Henschenius, non idem par martyrum esse, quod in hesterno laterculo *Macedoniæ*, hodie ab Hieronymianis *Antiochiæ Syriæ* tribuitur. Sed de his satis die præcedenti. Pro textus veritate dicta sufficiunt. Scrupulus, qui Henschenium vexat, num *Peleusius*, *Peleusus*, *Pelensius*, *Pelasus*, etc., inter tot nomina etiam *Clusius* dicatur in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis ad diem præcedentem ; item, an unus idemque sit *Eleusius* et *Peleusius*, summa ea difficultate involvitur, qua tot alii martyres ex iis codicibus accepti ; quorum cum nulla ulterior notitia alicunde acquiri possit, vix tantum nobis relinquunt, ut vel probabili aliqua conjectura unum ab altero sâtis secure distinguamus. Id mihi videtur tutissimum, tamdiu Martyrologorum nostrorum vestigia premere, donec certius aliquid elucescat.

AUCTARIA.

PULSANEN. Sic hodie loquitur : *Apud Africam, sanctorum Epiphanii diaconi, Donati et aliorum tredecim. In Alexandria, sancti Pelusii presbyteri. Ipso die, sancti Victoris.* Quis hic sit, nescio, nisi inter Libycos martyres connumeretur. *(Victoris)*

ALBERGEN. et DANIC. Ita incipiunt : *Romæ, natale sancti Celestini Papæ, qui constituit ut Psalmi David* CL *ante sacrificium antiphonatim canerentur, nam antea Epistola tantum et Evangelium recitabantur.* Similia habet Ado Mosandri, unde plane fit verosimile, ex aliquo Adonis apographo huc transiisse. De cetero puri sunt citati codices. *(Cœlestini P. P.)*

CENTULEN. *Egesippi viri sanctissimi, temporibus Apostolorum vicini. In Alexandria, sancti Pelusii presbyteri. In Africa, sanctorum Epyphanii episcopi, Donati et aliorum.*

ROSWEYD. *Apud Africam, sanctorum Epiphanii et Donati martyrum.* Sequitur de Hegesippo satis pure. Tum : *In Antiochia Syriæ, Timothei martyris cum aliis sex. In Alexandria Pelusii episcopi.* In textu melius est *presbyteri*. *(Timothei et aliorum 6)*

ANTVERP-MAJ. Hegesippum primo loco refert cum longiori elogio, ferme ex Adone descripto. De Epiphanio pure; de Pelusio nihil.

BRUXELLEN. Multa habet quæ curioso lectore digna existimavi. Incipit : *Egesippi confessoris, viri sanctissimi. Qui vicinus Apostolorum temporibus, omnes a passione Domini usque ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinque libros composuit sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret caracterem.* Hactenus ex Adone, quæ sequuntur, de suo addidit : *Romæ, beati Celestini Papæ. Qui rexit Ecclesiam annos octo. Hic constituit ut Psalmus* JUDICA *ante introitum Missæ dicatur. Et ex ejus instituto Introitus, Gradualia, et Offertoria, quæ in Missa ante sacrificium dicuntur, de Psalmis extracta sunt. Sub ipso etiam tertia Synodus Ephesina Nestorium hæreticum condempnavit. Hic etiam Papa Celestinus sanctum Patricium filium Conches, sororis beati Martini Turonensis, misit in Yberniam, qui omnes ibidem ad fidem Christi convertit.* In Epiphanio et Pelusio purus est. Additur in fine : *Item sancti Macharii monachi.* Prætermittitur. *(De Hegesipo ex Adone — De Cœlestino — Macarii.)*

HAGENOYEN. In textu, præter morem, tantum non purus est ; de Cœlestino eadem habet quæ superius ex ALBERG. et DANIC. recitavi.

REG. SUEC. qui fuit Principis Ursini in Bohemia. *Romæ, sancti Cœlestini Papæ. Qui post beatum Petrum constituit, ut Psalmi David* CL *ante sacrificium antiphonatim canerentur, nam antea Epistola tantum et sanctum Evangelium recitabantur.* Eadem, quæ ALBERGEN. supra. *(Cœlestini)*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Egesippi confessoris, viri sanctissimi, qui scribit historias a passione Domini usque ad suam ætatem. Peleusii presbyteri et confessoris.* Cur non *martyris?*

VATICAN. signatus num. 5949. Præterit Pelusium ; addit autem : *In Antiochia Syriæ, sanctorum Timothei et Diogenis.* *(Timothei et Diogenis.)*

EDITIO LUBECO-COL. *Romæ, sancti Celestini Papæ et confessoris, qui rexit Ecclesiam annos octo.* Sequuntur, quæ ex ALBERGEN. supra dedimus. Tum : *Hic etiam constituit ut Psalmus, Judica me Deus et discerne causam meam, ante Introitum Missæ diceretur.* In Africanis satis pura est. De Hegesippo eadem fere habet, quæ BRUXELLENSIS. In

fine :

fine : *In Alexandria, sancti Peleusii presbyteri et confessoris.*

De Hegesippo GREVEN. *Prædictus Egesippus in libris suis hæc refert : Nam et ego in sectis Platonicis institutus, audiens infamari Christianos et videns eos impavidos ad suscipiendam mortem atque omne supplicium tolerandum, considerabam quod impossibile esset in malitia eos et libidine conversari.* Hæc ex Adone desumpta sunt, sed quæ Hegesippo abjudicanda diximus. *Salvatoris.* *In Anglia, Salvatoris martyris*, Anglis ipsis ignotus est. *Eleusi et soc.* *Item Eleusi, Machariæ, Philiberti.* Quid de hac conjunctione dicendum, vide in indice Prætermissorum. *Cælestini.* *Celestini Papæ et confessoris, qui rexit Ecclesiam annis octo. His*, etc., ut ALBERGEN. *Alii ponunt eum*, inquit, *die sequenti.* Imo diebus variis. *Brandani.* *Brandani episcopi et confessoris. Translatio sancti Timothei Apostoli et martyris.* *Translationis Timothei.* De his vide Prætermissos. *Item in Eystia, monasterio Steynfelt, sanctæ memoriæ Hermanni, qui et Joseph propter simplicitatem dictus est.* *Hermanni.*

MOLAN. Typis parvis de Hermanno habet jam dicta. *Eodem die, sancti Aiberti monachi et presbyteri Crispiniensis monasterii, cujus vitam scripsit quidam archidiaconus Austromandiæ.* *Aiberti.* Aliæ editiones adjungunt : *Die septima, sancti patris Georgii episcopi Melitines.* *Georgii.* Melius *Mitylenæ*. Minori denuo charactere : *Crispinii, obiit Dominus Aibertus inclusus, cujus memoriam facit Crispinium in Litaniis monasterii; festum vero in sacello vicino, in quo quiescit, postridie dedicationis ejus oratorii, quod est* II *Maii. Pompeipoli, S. Calliopii martyris.* *Calliopii.* *In Eistia, monasterio Steinfelt, sanctæ memoriæ*, etc., ut supra. *Hermanni.*

VI *Idus.* *Die* 8.

Apud Corinthum, beati Dionisii episcopi, cujus eruditione et gratia, quam habuit in verbo Dei, multi fruuntur usque hodie. Claruit autem idem Christi electus temporibus Marci Antonini et Lucii Aurelii. Turonis, sancti Perpetui episcopi admirandæ sanctitatis viri. *Dionysii.* *Perpetui.*

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Muncrat. Greven.* et *Molan.* Adde *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Edit. Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. In paucissimis differunt codices, iisque vix observatu dignis. *Corintum* scribit solus Herinien. Alii paulo aliter, plerique ut in textu et bene. Omnes legunt *Dionisii*, et nos ita legendum putavimus, quamvis *Dionysii* scribi debeat. *Thuronis* male habent Grevenus et Molanus. Sic *ammirandæ* in solo Greveno.

OBSERVATIO. De *Dionysio* Corinthiorum episcopo, de scriptis ab eo epistolis, deque ejus sacri corporis ad Sandionysianum cœnobium facta sub Innocentio Papa III translatione, agunt hodie Acta nostra, ubi Martyrologia nonnulla citantur, in quibus hac die festivitas Dionysii recolitur. *Dionysii.* Ast ea inter nullum Usuardo antiquius, nullum ei synchronum reperire est. Wandelberti versus a textu recedit longissime :

Maximus et senas Idus tenet atque Solutor.

Qui duo Sancti ex solis Hieronymianis procedere possunt. Est ergo Usuardi tam propria hæc annuntiatio, quam certum est, eam a nullo superiore Martyrologo acceptam. Nihil in elogio peculiare tradit Usuardus, quod non de antiquis omnibus Ecclesiæ Scriptoribus dici queat, ut ex dictis perspectum est, et magis ex dicendis patebit. Poterat certe ex Eusebio proferre aliqua, huic soli Dionysio magis accommodata, ut in Actis ordine exhibentur, ab iis expurgata, quæ illi non debite adscribi solebant. Henschenium præ oculis habuit Tillemontius tomo 2 a pag. 418. Porro quæ de præfato corpore, in Sandionysiano cœnobio quiescente, sitne Areopagitæ Atheniensium, an hujus Corinthiorum episcopi, controverti solent, ad præsentem institutionem non pertinent. — De *Perpetuo* meminit Romanum parvum et post eum Ado, ex quo id tantum desumpsit Usuardus, quod pluribus aliis Sanctis commune supra vidimus, iis rescissis quæ in solum *Perpetuum* privatim quadrabant. *Perpetui.* Fidelius sua præstitit Notkerus, et quidem Adonis dicta, *angelica demonstratione* ampliavit. Adonis textum tantum non integrum dabunt Auctaria codicum Bruxellensis et Hagenoyensis, infra. Hactenus pro nostro Usuardo, qui hic, ut passim solet, Adoni adhæsit. Aliter scribunt Hieronymiana aliqua apud Florentinium, in quibus ad xxx Decembris ultimo loco legitur : *Turonis, Perpetui episcopi et confessoris.* Addidit Rabanus eodem die : *Qui sancti Martini ecclesiam ædificavit.* Plusculum dixerat Florus, quem videsis aut in fonte aut in Actis. Quod autem de *Perpetuo* in Adonis codicibus repertum est, recte, me quidem judice, Mosander et Rosweydus pro additamento habuere. Uter dies præferendus sit, non facile statues, cum Gregorius Turonensis, ex quo Perpetui vita sumitur, eum, qui ipsi ultimus in terra fuit et natalis in cœlo, indicare neglexerit. Cetera vide apud Henschenium.

AUCTARIA.

PULSANEN. ANTVERP. MAX-LUBEC. et BELIN. Puris codicibus annumerari possunt, a quibus in eo solum deficiunt, quod brevissimum Perpetui Turonensis elogium omittant, ita scribentes : *Turonis, sancti Perpetui episcopi.*

ROSWEYD. Etiam purus esset, nisi inter Dionysium et Perpetuum insereret sequentia : *In Africa, Macharii martyris et aliorum novem.* Unde *Macarii et sociorum 9* sociorum præcise novem manipulum codicis hujus scriptor eruere potuerit, doceri cupio.

Exuperii. CENTULEN. *Apud Tolosam, beati Exuperii episcopi et confessoris. Qui beatus vir, fuit valde parcus* (opinor subintelligi *sibi*), *et indigentibus extitit* (largus) *et pius.* Hæc melius ex Usuardo tradit ANTVERP-MAJ. statim referendus, sed quæ spectant ad XXVIII Septembris. Sequitur in CENTULEN. *Textus contractus.* *Apud Corinthum, beati Dionysii episcopi. Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris.*

ANTVERP-MAJ. Omissis Dionysio et Perpetuo, Exuperii elogium supplet hoc modo : *Exuperii.* *Apud Tolosam, sancti Exuperii episcopi et confessoris. Qui beatus vir quantum sibi extitit parcus, quantumque aliis largus, sanctus Hieronymus memorabili prosecutus est relatu.*

BRUXELLEN. De Dionysio ea fere refert, quæ nos in textu, sed inverso paululum ordine. Sequitur de Exuperio, ut codex proxime superior. *Calixti.* Tum : *Item Romæ, Calixti papæ et martyris, cujus principalius festum cadit* II *Idus Octobris.* Unde ergo festum hoc minus principale, aliis incognitum? An ex aliqua translatione? Vide Prætermissos, ubi rejicitur ad dictam diem XIV Octobris. *De Perpetuo.* *Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri, cujus ope templum, super ossa beati Martini episcopi perfectum est, et eo ipsius corpus translatum est.* Hæc ex Adone, sed non ad verbum desumpta sunt.

HAGENOYEN. In Dionysio etiam ferme purus est. De Perpetuo, post *viri*, subdit : *Qui ecclesiam in honore beati Martini episcopi ædificavit, et ossa beati Martini transferri fecit, et in eadem ecclesia, illa honorifice, ut decuit, collocavit. Tandem multis perpetratis virtutibus, ipse obiit in pace tranquilla.*

AQUICINCT. In fine, post *viri*, addit : *Romæ,* *De Cælestino* *sancti Cælestini Papæ. Hic constituit, ut Psalmi David ante sacrificium antiphonatim canerentur, nam antea Epistola tantum recitabatur et sanctum Evangelium.* Vides, verum esse, quod diximus, nempe variis diebus hunc Sanctum referri.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Dionysii episcopi Corinthiorum. Perpetui episcopi Turonensis.*

In VATICAN. signato num. 5949, adjectum est : *In Africa, sanctorum Macarii, Connexi, Concessi et Maximæ.* *Macarii et sociorum.* Ex Hieronymianis accepti sunt.

ALTEMPS. *Item Concessi, Ammonii et Successi.* *Concessi et sociorum.* Ex eodem fonte. Vide in Actis recte conjuncta.

FLORENTIN. *Romæ in cœmeterio sanctæ Priscillæ via Salaria, natale sancti Cœlestini primi, Papæ et martyris.* *Cœlestini I.*

EDITIO LUBECO-COL. In Dionysio pura est. De Perpetuo sic habet : *De Perpetuo.* *Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri. Cujus ope templum super reverenda ossa beati Martini episcopi perfectum est, et plurimarum aliarum extitit fundator ecclesiarum.*

GREVEN. *Apud Affricam, natalis sanctorum Timori, Macharii, Conexi et Maximæ et aliorum.* *Timori et aliorum.* *Item Concessi, Salutaris* (quidni *Solutoris?*) *Successi. Januarii, Pinnarii martyrum.* *Concessi et aliorum.* Ex diversis Hieronymi apographis. *Celestini Papæ, secundum alios die præcedenti.* *Cœlestini.* *Exuperii episcopi Tholosensis et confessoris, qui ponitur infra* XXVIII *Septembris.* *Exuperii.* *Gemmari abbatis et confessoris.* *Gemmari.* An *Genemari?* Putat Henschenius esse *Geremarum* abbatem Flaviacensem, qui colitur, vel saltem ab aliis refertur XXIV Septembris. *Sexburgis reginæ et abbatissæ, cujus Beda meminit lib. 4 Historiæ gentis Anglorum.* *Sexburgis.* Dies natalis est VI Julii.

MOLAN. Typis minoribus, de Sexburge vel Sexburga, GREVENUM transcripsit. Sequitur : *Depositio beati Redempti, Ferentinæ civitatis episcopi et confessoris, de quo in Dialogis Gregorius.* *Redempti.* Hactenus editio prima. In aliis : *Item, beati Alberti, patris Ordinis Carmeli, episcopi et confessoris Hierosolymitanæ ecclesiæ.* *Alberti.* *Marchiunis, elevatio sancti Jonati, confessoris Christi.* *Jonati elevationis.* Rejicitur ad I Julii. *Die octava, sanctorum Apostolorum, Herodionis, Agabi, Rufi et sociorum.* *Herodionis, Agabi, Rufi, etc.* Ita a Græcis et simul, et hac die coluntur, conjuncti etiam in Kalendario Moscovitico ; a Latinis seorsim, ut videre est in indice Prætermissorum. Sequitur aliis litteris : *Item, sancti Bademi Archimandritæ et martyris, cujus martyrium habet Metaphrastes Simeon.* *Bademi.* Inter Prætermissos remittitur ad diem sequentem, ubi et *Badimus* vocatur.

V *Idus.* *Die* 9.

Prochori. Natalis beati Procori, qui fuit unus e septem primis Diaconibus, hic fide et miraculis præclarus apud Antiochiam martyrio consummatus est. *VII Virginum Sirmiensium.* In Sirmio, passio sanctarum septem virginum, quæ dato simul pretio sanguinis, vitam mercatæ sunt æternam.

Ex ***Praten. Tornacen. Pulsanen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.*** et ***Molan.*** Adde ***Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Albergen. Danic.*** et ***Editio. Ultraj-Belg.***

VARIA LECTIO. Plerique codices legunt *Procori*, quos secutus sum ; veram lectionem habent Pulsanen. et Molan. Munerat. omisit vocem *septem*, ante *primis Diaconibus*. Greven. et Molan. malunt scribere, *Diaconibus primis*. Pulsanen. pro *præclarus*, solum posuit *clarus*. In Pratensi est *Syrmio*, melius cum reliquis in textu. In Pulsanen. deest *septem*, ante *virginum* ; caute sane, si id consulto factum est, ut ex dicendis patebit. Solus Muneratus post *virginum*, addidit et *martyrum*. *Dyaconibus, martirio, mercata, eternam*, ætatem redolent, qua scripta sunt.

OBSERVATIO. Ad X Januarii *Diaconos illos quatuor de primis* nominatim retulimus, quos ab aliis omnibus Martyrologis præteritos, a solo Romani parvi auctore certis diebus affixos fuisse existimamus. *Prochori.* Inter hos, ordine tertius, *Prochorus*, hunc sibi sacrum diem obtinet, ita ibi signatus :

Antiochiæ,

Antiochiæ, Prochori diaconi, qui unus est de septem. Ado in Martyrologio non discrepat, nisi quod secundo loco posuerit. Breve encomium inter festivitates Apostolorum ita refertur : *Beati Prochori diaconi, præclarissimi fide et miraculis viri, apud Antiochiam martyrio consummati, ibique quiescentis.* Hac eadem phrasi usus est Notkerus, quam nescio cur Noster immutaverit. Ipsam codices aliqui in Auctariis citandi, integram retinent. Unde sua Ado eruerit, minime constat; nec quidquam satis certi de Prochoro traditur, præter ejus ad diaconatum electionem ex Actorum cap. 6. Nec auctor dici potest libelli apocryphi, fabulis mendaciisque referti, *de vita, miraculis et assumptione S. Joannis Euangelistæ.* Ceterum de Prochoro inter Martyrologos nostros eorumque sequaces satis convenit. — De *septem Virginibus* major est controversia. In apographis Hieronymianis distinctissime exprimuntur classes virginum binæ. Et prima quidem, quæ *Sirmii* vel *in Syrmia* collocatur, non *septem*, sed solas *quinque* complectitur, *quarum nomina Dominus novit*, vel *Deus scit*; cohorte altera septenarum *alibi* notata, etiam cum singulari in nonnullis codicibus characteristica, cum titulo nempe *Canonicarum*, intellige *sacrarum Virginum*, ut recte, nisi fallor, conjectat Florentinius, cujus notationem consulat curiosus lector. Interim tamen et Beda, et Romanum parvum, et Ado Rosweydi, quos Usuardus secutus est, diserte *Virgines* numero *septem Sirmio* adscribunt, ut faciunt etiam Rabanus et Notkerus. In quo Martyrologi passim omnes, etiam Revisores Romani hodierni, Usuardi vestigia unanimiter premunt; male, opinor, nisi quis vetustissimos Hieronymianos codices, inter se plane consentientes, recentioribus aliis posthabendos contenderit, quod nemini harum rerum perito, probatum iri existimo. Mosandri Adoniana editio a citata plurimum differt, utpote quæ utrumque virginum numerum, servato positionis errore exprimat, variaque confundat, ab Adone Rosweydi suis locis discreta. Plura de his in Actis et apud laudatum Florentinium; nobis sat est, fontem vel fontes indicasse, unde sua Noster acceperit, ne is primus errasse censeatur. De cetero genuinum ejus textum in laterculo referri plane persuasum habeo. Superest ex Wandelberto adjicere distichon, quo in eamdem sententiam ab eo honorantur :

VII Virginum Sirmiensium.

Lampade septena quinis micat Idibus alta
Virgineus radians simul æthere flosque decorque.

AUCTARIA.

Jam supra indicavimus, codicem HERINIEN. cetera quantumvis probatissimum, a reliquis dissidere, quod in hunc diem rejiciat : *Apud Palæstinam, sanctæ Mariæ Ægyptiacæ.* Vide Observationem nostram ad II Aprilis. Cum HERINIEN. consonant codices alii mox citandi.

Mariæ Ægyptiacæ

LOVANIEN. Purus est, nisi quod post *consummatus est*, addat, *ibique quiescens.*

ROSWEYD. Incipit : *Apud Palæstinam, transitus sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix appellatur.* Sequitur : *In Sirmio, septem virginum Canonicarum*, etc., bene. *Eodem die, natale beati Procori, qui fuit unus de septem Diaconibus.* Cetera ut in textu.

VII Canonicarum, V. V.

CENTULEN. *Natalis beati Prochori diaconi, fide et miraculis præclarissimi viri, apud Antiochiam consummati, ibique quiescentis. Apud Sirmium, septem viginum, quæ in unum meruerunt coronari.* Hic phrasis Adonis, Usuardinæ præposita est. *Eodem die, transitus beatissimæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ juvante gloriosa Domina nostra semper virgine Dei genitrice, reliquit omnes illecebras carnis et facta est vas electionis.*

De Maria Ægyptiaca

ANTVERP-MAJ. Agit cum textu de Prochoro et septem virginibus Sirmiensibus, in quibus cum CENTULENSI ferme convenit ; nempe qui jam sæpius Adonem, non Usuardum transcribere soleat. Ad puritatem deinceps magis accedet.

BRUXELLEN. *Apud Antiochiam, natale beati Procori diaconi, viri fide et miraculis clarissimi; qui fuit unus de septem primis Dyaconibus martyrio coronatus. Apud Sirmium, natale sanctarum septem Virginum, quæ simul coronari meruerunt, et dato pretio sanguinis, vitam æternam mercatæ sunt. Apud Palæstinam, transitus beatæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix pœnitens appellatur; cujus actus valde mirabiles, et omni laude digni inveniuntur. Apud Montes Hannoniæ, depositio seu transitus beatæ Waldetrudis, neptis beatæ Gudilæ.* De qua vide in Actis.

De Prochoro
VII Virginibus,
et Maria Ægyptiaca
Waldetrudis

HAGENOYEN. *Natale sancti Prochori martyris. Qui fuit de septem primis Dyaconibus unus, qui statutus erat ab Apostolis cum sancto Stephano ad ministerium viduarum. Hic fide et miraculis præclarus erat, et apud Antiochiam martyrio coronatus est.* In virginibus Sirmiensibus purus est. *Romæ, passio plurimorum martyrum, quos sanctus Alexander Papa, dum in vinculis teneretur, baptizavit in carcere. Hos omnes Aurelianus princeps, navi vetustæ impositos, in altum mare deduci et illic, ligatis ad colla lapidibus, mergi in profundum maris fecit.* Hæc ad diem sequentem pertinent.

De Prochoro.
Multorum martyrum.

AQUICINCT. Etiam Ægyptiacam Mariam huc refert, his verbis : *Apud Palæstinam, sanctæ Mariæ Ægytiacæ, quæ peccatrix appellatur.*

Mariæ Ægyptiacæ.

VICTORIN. et REG. SUECIÆ signatus num. 130, in fine : *Romæ, sancti Cælestini Papæ, qui rexit ecclesiam annis* VII. *Hic constituit*, etc., ut heri et nudius tertius inter Auctaria.

Cælestini.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Septem virginum martyrum. Mariæ Ægyptiacæ. Prochori diaconi.* Vide quæ de iis jam non semel dicta sunt.

ALTEMPS. *Item Fortunati et Donati.* Adjecta sunt hæc nomina ex aliquo Hieronymiano apographo, ut alia pridie.

Fortunati et Donati.

STROZZ. et MEDIC. *Translatio sanctæ Monicæ, ex Ostia Tyberina Romam.*

Translationis Monicæ.

EDITIO LUBECO-COL. In Prochoro solum adjicit *Ibique quiescens. In Sirmio*, etc., pura est. Sequitur : *Eodem die, beati Dioscori abbatis, qui fere centum extitit pater monachorum. Hic communicantes fratres sæpe monebat, ut ad Communionem Eucharistiæ non aliter accederent, quam diligentissime ad mortem præparati.* In Actis prætermittitur defectu sufficientis probationis antiqui cultus. *Ipso die, translatio sanctæ Monicæ viduæ, matris eximii Doctoris Ecclesiæ sancti Augustini episcopi, de Ostia Tyberina ad Romanam urbem.*

Dioscori.
Translationis Monicæ.

BELINI utraque editio. Ita incipit : *Translatio corporis sanctæ Monicæ, matris sancti Augustini ex*

Ostia

Ostia Tyberina Romam, pontificatu Martini quinti Papæ, anno tertio decimo sui pontificatus, reconditumque apud sanctum Augustinum. Reliqua satis pura sunt.

Jacobi majoris Apostoli. Demetrii et sociorum. Hugonis. Dioscori. Mariæ Ægyptiacæ. Translationis Monicæ. Waldetrudis.

GREVEN. *Item secundum aliquos hic, martyrium Jacobi majoris Apostoli. Demetrii, Diaconi, Hilarii, Concessi, Marii, Fortunati.* Ex Hieronym. *In Galliis, civitate Rothomagensi, beati Hugonis ejusdem urbis archiepiscopi et confessoris. Dioscori abbatis, qui fere,* etc., ut supra. *Depositio beatæ Mariæ Ægyptiacæ, quam Usuardus* IV *Nonas Aprilis ponit. Ipso die, translatio sanctæ Monicæ, matris beati Augustini ex ostiis Tyberinis ad urbem Romanam, tempore Martini Papæ quinti. Waldetrudis viduæ et abbatissæ.*

De Hugone. Dioscori.

MOLAN. *Translatio corporis sanctæ Monicæ,* etc., ut EDITIO LUBECO-COL.. *Apud Palæstinam, sanctæ Mariæ Ægyptiacæ. In Galliis, civitate Rothomagensi, beati Hugonis præfatæ urbis archiepiscopi et confessoris.* Prosequitur alio charactere . *Ejus corpus magna reverentia asservatur et fulget in Præpositura sancti Vedasti, Haspris dicta, in diœcesi Cameracensi. Dioscori abbatis, qui fere,* etc., ut habent editio LUBECO-COL. et GREVEN. Quæ tamen in aliis editionibus a Molano prudenter prætermissa sunt. Sequitur : *Civitate Diensi, sancti Marcelli ejusdem civitatis episcopi et confessoris, de quo Gregorius Turonensis. Acacii, Amidæ civitatis episcopi et confessoris : In Tripartita. lib.* II *cap.* 16. Hactenus editio prima. In posterioribus, incipit : *In Gallis civitate Rothomagensi,* etc., ut supra. *In castro Monte, transitus beatæ Waldetrudis. Quæ ex Vincentio viro nobili genuit sanctas virgines, Aldedrudem et Madelbertam : deinde ab illo, servata charitate separata, in Castriloco ad exercitium spirituale multam sanctarum virginum militiam adunavit. Die nona, sancti martyris Eutychii.* Voluit dicere *Eupsychii. Eodem die translatio corporis sanctæ Monicæ, matris sancti Augustini, ex Ostia Tiberina Romam, pontificatu Martini quinti Papæ, anno tertio decimo sui pontificatus.* Tum typis minoribus : *Apud Palæstinam secundum historiam, depositio sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ a nonnullis hoc die recolitur, ab aliis quarto Nonarum Aprilis, ubi ab Usuardo est annotata.* Utroque die satis dictum est.

Marcelli. Acacii. Waldetrudis cum elogio. Eutuchii. De translatione Monicæ. Mariæ Egyptiacæ.

IV *Idus.* *Die* 10.

Ezechielis. Martyrum plurimorum ex Actis Alexandri papæ. Apollonii, etc.

Ezechielis prophetæ, qui a judice populi Israel apud Babiloniam interfectus, in sepulchro Sem atque Arfaxad est sepultus. Romæ, beatorum martyrum plurimorum, quos sanctus Alexander Papa baptizavit cum teneretur in carcere. Hos omnes Aurelianus princeps navi vetustæ impositos, in altum mare deduci et illic, ligatis ad colla lapidibus, mergi in profundum maris fecit. Alexandriæ, sancti Apollonii presbiteri et aliorum quinque.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Alberg. Danic.* et *Editio. Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Solus Pulsanen. scribit *Hezechielis.* Praten. et Belin. *Babyloniam*, Greven. et Molan. *Babyloniam* ; utrovis modo, non male ; posui tamen cum ceteris, ut in textu. Pro *Sem*, habet Pulsanen. *Emath.* Tornacen. et Pulsanen. legunt *Arfaxat*, Munerat. *Arfaxath*, Belin. et Greven, *Arphaxat*, Molan. *Arpaxat.* Elige quod vis, ego lectionem Praten. et Herinien. prætuli, non quod meliorem existimem, nam legendum est *Arphaxad.* In Pulsanen. omissa est vox *Papæ.* Turpius erravit Belinus dum scripsit : *Hos autem omnes Valerianus.* Cur Praten. Herinien. Munerat. Belin. Greven, et Molan. legant *navi vetusta*, haud satis intelligo ; rectius, opinor, Tornacen. et Pulsanen. post Adonem *navi vetustæ* et ita in laterculo. Pulsanen. in hujus periodi fine omisit *maris*, sic legens : *Mergi fecit in profundum.* De *Apollonii* nomine alibi egimus, male habent Tornacen. *Apolonii*, Munerat. *Appolonii*, et Belinus *Apolonii.* Minutias alias prætereo.

Ezechielis.

OBSERVATIO. De propheta *Ezechiele* ejusque apud Bedam annuntiatione, plura hodie in Actis observat Papebrochius inter quæ hæc plane exploratum puto, videlicet laudatum Martyrologum prophetas, si quos appellet, solo fere nomine indicare ; ast hoc non magis ipsi peculiare, quam Romano parvo, Adoni et Rabano. Aliam Usuardi esse rationem ex decursu manifestum est. Quæ autem hodierni ejus elogii veritas censeri debeat, apud præfatum Papebrochium invenies. Ea porro quæ in Auctariis suggerit codex Hagenoyensis, non minori admiratione digna sunt, ut per te statim perspicies. Ut paucis dicam ; præter *sacerdotis* titulum, qui ex ipsa ejus prophetia eruitur, cetera, quæ ad ejus gesta, vitæ tempus, mortis genus spectant, in obscuro delitescunt, nisi quod Athanasius *pro populo passum*, memoret, *quia populo ventura prædicabat.* Non hinc, sed ex quibusdam apocryphis, de Ezechiele circumferri solitis, sua mutuasse Usuardum satis verosimile est ; unde solum sepulturæ locum ex vero prodi existimat Papebrochius, utpote *cujus diu permanserit inter Judæos et Christianos memoria venerabilis.* Quod autem eodem in loco sepulti olim fuerint *Sem* et *Arphaxad, id gratis traditum a Rabbinis, aut potius confictum* arbitratur. Mitius dicamus, valde incertum esse, et sola ferme Usuardi auctoritate subnixum. Wandelbertus Bedæ brevitatem imitatur :

Ezechiel vates sancto dicat ore quaternas.

M M plurimorum ex Actis Alexandri P.P.

Martyres Romani a beato Alexandro Papa baptizati et ex ejus Actis cum *Quirino* et *Balbina* desumpti, in Romano parvo, atque ex eo in Adone memorantur. Noster ductorem suum de more secutus est, elogii totius substantiam, non verba ipsa scrupulose sectatus, quod Notkero familiarius esse,

sæpe

sæpe diximus. Advertat curiosus lector, horum captivorum martyrum numerum ex citatis sancti Alexandri Actis, quæ constanter sincerissima prædicat Henchenius haud difficulter ad viginti circiter definiri posse. Item *Aurelianum*, qui hic *princeps* dicitur, supra ad xxx Martii, ubi de sancto Quirino agitur, *imperatorem* ab Usuardo compellari, qui tamen unus idemque *præfectus* sit, seu *Comes utriusque militiæ, ab imperatore Traiano, de Seleucia Isauriæ ad interfectionem omnium Christianorum evocatus*, ut in laudatis Actis diserte exprimitur. Interim nec hi martyres quamtumvis celebres, nec propheta Ezechiel, in apographis ullis Hieronymianis noti sunt. — Ex hisce tamen *Apollonius* certo profluxisse videtur, a Nostro primum consignatus, adjuncto sociorum quinque consortio, quos ex senis ibi nominatis, seligere non satis potuit Florentinius. Forte Acta nostra felicius distinxerint; nos controversiam in medio relinquimus. Erraverit necne Usuardus, aliorum esto judicium, textum ejus purum et simplicem nos reddidisse, codicum ferme omnium consensus abunde evincit. *Apollonii.*

AUCTARIA.

Antverp. et Max-Lubec. Hodie Bedam, Rom. parvum et Adonem potius quam Usuardum secuti sunt, ita primo loco annuntiantes : *Ezechielis Prophetæ*, simpliciter.

Martyrum 17 Africanorum. Rosweyd. Textui puro attexit ex Hieronym. *In Africa, septemdecim martyrum.*

Textus contractus. Centulen. *Ezechielis prophetæ, apud Babyloniam lapidati et in sepulchro Sem atque Arphaxat sepulti. Romæ, martyrum complurimorum, quos beatus Alexander Papa baptizavit, quos princeps Aurelianus in mare præcipitavit. Alexandriæ, sancti Apollonii presbyteri et aliorum quinque.*

Antverp-Maj. Ferme purus est, sed deficit in Apollonio.

Macarii Antiocheni. Bruxellen. Etiam in textu satis purus, in fine addit : *Item sancti Macharii archiepiscopi Antiocheni. Qui laboriosa pro Christo peregrinatione suscepta, Gandavum venit, et ibi in monasterio beati Bavonis moriens, sancto fine quievit.*

Hagenoyen. Ita incipit : *Apud Babyloniam,* *De Ezechiele.* *Ezechielis prophetæ. Qui de Jerosolyma datus est regi obses Nabuchodonosor a Joachim rege Juda, cum Daniele et tribus pueris ac Mardochæo. Qui propheta magnus erat in contemplatione ad Deum. Qui et mirabiles visiones vidit, et solus ipse inter omnes prophetas filius hominis a Deo vocatus est. Qui sacerdos erat et populum transmigrantem more pontificis arguebat, mala eis prædicendo. Et quia quibusdam prædixit, quod redituri non essent in terram Juda, ipsum per cardos et tribulos trahendo interfecerunt ; quem omnis populus sepelivit, pro gloria prophetiæ, quæ in ipso erat, in sepulchro Sem et Arphaxat filii ejus. Alexandriæ, passio sancti Apollonii martyris et aliorum quinque martyrum.* Martyres Romani hic prætermittuntur, quos heri perperam collocatos diximus.

Matric-Cartus-Ultraject. *Ezechielis prophetæ. Romæ, plurimorum martyrum.*

Hug. Codex Bigotian. signatus D. 9. Hoc die sanctum Hugonem Rotomagensem consignat, quem alii codices melius die præcedenti retulerunt. Sic legit simpliciter absque elogio : *Ipso die, depositio domini Hugonis archiepiscopi Rotomagensis.*

Vatican. signatus num. 5949. Adjicit in fine ex aliquo apographo Hieronymiano : *In Antiochia, sancti Theodori presbyteri. Apud Africam, sanctorum martyrum decem et septem.* *Theodori. Martt. 17.*

Luxovien. *Lugduni Galliæ, depositio sancti Siagrii.* De eo etiam Greven. infra, sed ab aliis ponitur die sequenti. *Siagrii.*

Editio Lubeco-Col. In textu modice interpolata, in fine subnectit : *Hic Apollonius Philemonem convertit, et judicem Alexandriæ ; qui omnes pro Christi gloria submersi sunt.* Melius hæc prætermissa fuissent, utpote, quæ hodierno Apollonio minus quadrent, ut apud Florentinium et in Actis ostenditur. *De Apollonio.*

Greven. *In Africa, martyrum septemdecim. In Thracia, natalis sancti Gaiani. Antonii martyris. Item Saturnini, Grani.* Ex Hieronymianis de more accepti sunt, præter Antonium, in Actis merito prætermissum. *Macharii patriarchæ Antiocheni et confessoris, juxta Gandavum in monasterio sancti Bavonis quiescentis. Apud Lugdunum, Siagrii confessoris.* De quo supra. *Theodori presbyteri.* An et martyris Antiocheni ? Vide Prætermissos, ubi et de eo qui sequitur : *Mutii heremitæ. Joannis Baptistæ Decollatio.* Remittitur ad xxix Augusti. *Translatio sanctæ Gertrudis virginis.* Vita ejus et translationes illustratæ sunt xvii Martii. *Martt. 17. Gaiani, etc. Saturnini, etc. Macarii. Theodori. Mutii. Decollationis J. B. Translationis Gertrudis.*

Molan. Typis minoribus : *Malachi episcopi Lesmorinensis et confessoris, de quo in vita sancti Malachiæ.* Hæc quidem in prima editione memorat Molanus, sed in sequentibus, uti et in Actis nostris, præterita sunt. Porro editiones posteriores habent : *In Gandavo, depositio beati Macarii episcopi et confessoris. Die decima, sanctorum martyrum Terentii, Pompeii et sociorum.* Martyres Afros intelligit, secunda classe in Actis signatos. Tu ibi vide nomina distinctius expressa. *Malachi. Macarii. Terentii et sociorum.*

III *Idus.* *Die* 11.

Romæ, natalis beati Leonis Papæ, cujus temporibus extitit sancta synodus Calcidonensis. Apud Cretam urbe Gortina, sancti Philippi episcopi, qui magnis virtutibus et optimis studiis præditus fuit. Floruit autem temporibus Antonini Veri et Lucii Aurelii imperatorum. In Dalmatia civitate Salona, sancti Domionis episcopi cum militibus octo, Nicomediæ, sancti Eustorgii presbiteri. *Leonis Papæ Philippi Domnionis Eustorgii.*

Puri sunt *Praten. Hermien. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Calcedonensis* scribunt Munerat. Molan. et plerique codices alii ; secutus sum Praten. Herinien. et Greven. quod putem eam fuisse medii ævi scribendi rationem. Neutra valet, uti nec virorum cetera eruditorum illa, quæ pridem invaluit, legendi *Calchedon*, quam et ego alibi secutus fueram, ex Stephano aliisque subinde convictus legendum esse *Chalcedon*. Hæc obiter hac occasione dicta sunto. *Domnonis* habent codices passim omnes ; Acta ponunt *Domnii* vel *Domnionis*. Munerat. male *Eustergi* pro *Eustorgii*. *Nichomediæ*, *sinodus*, *preditus*, etc., indicasse sat est.

Leonis. OBSERVATIO. *Romæ, Leonis Papæ et confessoris*, verba sunt genuini Bedæ. Nihil de eo in apographis Hieronymianis hoc die, nihil in Romano parvo, nec proinde in Adone, ut etiam Mosander fatetur. Rabanus Bedæ verbis aliquid detrahens, elogium concinnavit non omni ex parte sincerum, quod a Notkero fere ad verbum transumptum est. Noster paucula de suo deprompsit, quæ notissimum Pontificis vere maximi decus unice prædicant. Et quidem fatendum est, præcipuam jam olim apud Latinos fuisse hodiernam magni Leonis solennitatem, tametsi constet hunc diem, nec natalem ordinationis, aut consecrationis pontificalis, nec magis natalem in cœlo aut depositionis, dici posse ; ut proinde translationis alicujus aut elevationis celebritatem recoli existiment Henschenius et Papebrochius. Porro diem ipsum *depositionis*, post ultimum operum S. Leonis editorem, XXX Octobris affigendum putant laudatus Papebrochius et Castellanus ; quod mihi nullo modo placet. Quidni enim prævaleat X Novembris antiquitate cultus, in Hieronymianis eo die concorditer asserti : *Romæ, depositio sancti Leonis episcopi*. Certe ipso illo die X Novembris, non a Notkero, sed à Rabano repetitur, atque is optime cum Hilari successoris ordinatione, ab Henschenio et Florentinio componitur ; neque hactenus video, cur antiquissimorum Martyrologorum, a tot aliis confirmata sententia, deserenda sit, multo minus, cur hic sibi tantopere quasi de effosso thesauro, plaudat Pagius, ad annum CCCCLXI contra reliquos, more suo rotunde definiens : *mors ejus*, (Leonis) *quod huc usque omnes latuit, contigit pridie Nonas mensis Novembris, seu die quarto ejusdem mensis*. Quem calculum ineat, ibi palam est, nos bona ejus venia aliter sentiendum putamus. Quæ hic præterea expendi possent, ad XXVIII Junii remittenda sunt. Non satis ample Leonis res gestas tractasse videtur Henschenius, vitam a Canisio primum adornatam et editam secutus ; at conatum ejus eruditi alii magis explicuerunt et extenderunt, quos inter Tillemontius totius vitæ seriem latius, sed non sine partium studio, prosequitur tomo 15 a pag. 414 ad 832, totis 175 articulis, quos nec evolvere otium, nec in omnibus probare animus est. Accipe modo breve sed satis elegans metricum Wandelberti encomium .

Pontifice et summo terræ irradiante Leone
Splendet, ore, manu, Christi qui pavit ovile.

Philippi. *Philippus Gortynensis* in Romano parvo hodie unicus : *Gortinæ, Philippi episcopi, qui claruit Antonini Veri et Lucii temporibus*. Nihilo plus dicit Adonis elogium a Notkero descriptum, a Nostro paraphrasi paulo nitidiori translatum. *Gortinæ* satis recte scripsit Romani parvi compilator, melius alii *Gortynæ*, cur autem in *Cortynam* id mutaverint Ado et post eum Notkerus, nec divinare lubet nec examinare. Nec illud inquirimus, cur idem *Philippus* in Romano parvo, Adone et Notkero repetatur ad VIII Octobris, ibi ab Usuardo melius præteritus, cum utrobique de eodem agi, manifestum sit. Quæ in Philippi virtutum et doctrinæ commendationem ab Irenæo, Eusebio, Hieronymo

Domnonis. aliisque tradita sunt, sub unum aspectum ab Henschenio exhibentur. — De *Salonitani episcopi* nomenclatione controvertitur , at certum videtur Usuardum sic scripsisse, uti in aliquo Hieronymiano, ex quo eum verosimillime accepit, repererat, et nos in textu servandum omnino putavimus. Si *Domnionis* mavis cum Notkero, quod certe præferendum esse fatemur, cavesis, ne etiam *millium octo* scribas, pro *militum octo*. Sitne vero hic ipse octonus numerus, plane ad veritatem exactus, docebit te Florentinius ; plures in Actis nostris numerantur. — Ceterum hæc Usuardini textus puritati nihil

Eustorgii. quidquam officiunt, quemadmodum nec omissi, *Eustorgii Nicomediensis* socii, in Hieronymianis distincte nominati, ab Usuardo non satis scrupulose, ut passim solet, prætermissi.

AUCTARIA.

Defectibus hac die laborant codices, cetera plerumque puri. TORNACEN. Domnionem omisit. PULSANEN. Eustorgium partemque elogii sancti Philippi. ANTVERP. et MAX-LUBEC. Leonis Papæ elogium rescindunt.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJECT-BELG. Puris codicibus accedere possent ; exclusi tamen sunt, quia de Leone scribunt : *Romæ, natale beati Leonis Papæ primi et confessoris ; cujus temporibus extitit quarta synodus, scilicet Calcedonensis.*

De Leone. ALBERGEN. et DANIC. His superaddunt : *In qua congregati sunt quingenti et triginta episcopi, exponentes fidem Catholicam et confitentes contra hæresim Eutychianam, duplicem in Christo naturam, Divinam scilicet et humanam.* Cetera etiam puri sunt.

CENTULEN. Hoc solo defectu a puritate recedit, quod in elogio Philippi ea prætermittat quæ incipiunt : *Floruit autem*, etc.

ANTVERP-MAJ. Deficit in Eustorgio, cujus annuntiationem totam expunxit, et Adonianum Philippi elogium pro Usuardino supposuit.

BRUXELLEN. In Leone et Philippo modice interpolatus, de Domnione habet : *Apud Dalmachiam civitate Sabaria*, etc. In Eustorgio purus est. Tum subdit : *In Britannia, sancti Gutlachi confessoris et anachoritæ.* Gutlachi.

HAGENOYEN. Incipit a Philippo. Sequitur Domnio. Dein de Leone ferme ut ALBERGEN. et DANIC. De Eustorgio pure.

ROSWEYD. Secundo loco post Leonem : *In Britannia, depositio sancti Guthlaci confessoris* De Guthlac.

Christi

Christi et anachoretæ, qui pro Christo multa et inaudita tormenta a malignis spiritibus perpessus, ad ultimum eorum machinamenta superans, in optima conversatione migravit ad Dominum. Sequuntur *Donati, etc.* Philippus et Domnio. Tum : *In Africa, Donati martyris cum aliis ducentis quadraginta. Lugduni, Siagri.* *Siagri confessoris.* Demum de Eustorgio.

AQUICINCT. *In Britannia, sancti Guthlaci confessoris et anachoritæ, qui multis virtutibus fulgens requievit in pace.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Guthlaci confes- Leonis III. soris et eremitæ. Leonis Papæ tertii et confessoris. Zenonis.* *Zenonis Veronensis episcopi et confessoris.* An non martyris? Vide in Actis XII Aprilis. Leo III qui etiam in editione LUBECO-COL. hodie perperam notatur, spectat ad XII Junii.

In VATICAN. num. 5949. Omittitur Domnio. *Domnini.* Adjicitur autem : *In Mauritania, sancti Domnini episcopi et militum novem.* Confusio facile retegi et corrigi potest.

ALTEMPS. *Agrici.* *Turonis, sancti Agrici abbatis. Lugduno, Siagrii episcopi. Item, Fortunati et aliorum* *Fortunati et 240.* *ducentorum quadraginta.*

Codex CASTRI CAROLI. *Siagrii. Patricii.* *Lugduno, depositio Siagrii, Patricii.* Hæc in Actis duo sunt nomina, ubi de Siagrii episcopatu nulla fit mentio.

Agrestii. Codex MONTIS SANCTI. *Sancti Agrestii martyris, qui fuit socius sancti Romarici, cujus corpus requiescit in isto sancto monte de Rombech, qui antiquitus vocabatur Habendi-castrum.* De hoc Sancto nihil alibi reperio ; forte aliquid recurret in vita S. Romarici VIII Decembris.

EDITIO LUBECO-COL. Sic incipit : *Romæ, na-* *De Leone III.* *tale beati Leonis tertii, Papæ et confessoris, qui sedit in episcopatu annos viginti, menses quinque, dies decem et sex, tempore beati Karoli Magni, et eidem Augusto diadema imperii contulit. Hic legitur visitasse beatum Severinum in Colonia Agrippina, in ecclesia ipsius et proliziorem orationem ibidem fecisse : similiter suis comitibus hæc verba dixisse : Dominus Severinus domi est et ideo non ausus sum illum præterire insalutatum. Hic Romæ sepultus est apud sanctum Petrum.* De Leone magno, nihil. De Philippo, pure. De Domnione, ponit, *cum militibus octo, martyribus, qui Christum negare nolentes, pro ejus nomine occisi sunt, gloria et honore.* De Eustorgio addit : *martyris. In Bri-* *Guthlaci.* *tannia, sancti Guthlaci presbyteri et confessoris.* *Fortunati et sociorum.* *Eodem die, sanctorum Fortunati et aliorum ducentorum quadraginta martyrum. Ipso die, beatæ Go-* *Godebertæ. Didimi.* *debertæ virginis. Item, sancti Didimi eremitæ, in quo erat multa gratia contra venenata.*

BELIN. I editio. Post *imperatorum*, interserit : *Theodori.* *In Antiochia, sancti Theodori presbyteri, quem cum Julianus, avunculus Juliani apostatæ, comprehensum crudeliter mactasset, novissime gladio præcepit occidi.* De hoc Theodoro, ut semel dicam, videndus index Prætermissorum. In 2 editione idem recurrit ; et præterea post, *Calcedonensis*, additur : *Sexcentorum triginta episcoporum*, In fine *Siagrii.* item accedunt : *Lugduno, Siagrii episcopi. Turo-* *Agrici.* *nis, Agrici abbatis.*

GREVEN. *In Africa, sanctorum Fortunati, Do-* *Fortunati, etc.* *nati, et aliorum* CCXL. *Stanislai episcopi Cracovien-* *Stanislai.* *sis et martyris passio.* Colitur VII Maii. Sequitur de Theodoro, ut BELIN. sed pro *mactasset*, melius legitur *sauciasset*. *In Britannia. Guthlaci presby-* *Guthlaci.* *teri, anachoritæ et confessoris. Isaac monachi et* *Isaac.* *confessoris, qui, ut refert S. Gregorius 3. Dialog. cap.* 14, *de Syria veniens, apud Spoletanam urbem humili constructo habitaculo, virtute abstinentiæ et contemptu rerum transeuntium, prophetiæ spiritu, orationis intentione, incomparabiliter præditus. Unum erat quod in eo reprehensibile esse videbatur quod nonnumquam tanta ei lætitia inerat, ut illis tot virtutibus, nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur. Didimi heremitæ et confessoris, in quo mul-* *Didimi.* *ta gratia erat contra venenata.* Certiora quæruntur venerationis argumenta, adeoque in Actis prætermittitur. *Item, beatæ memoriæ Reyneri solitarii,* *Reyneri.* *qui apud ecclesiam Osnaburgensem reclusus, vita et miraculis admodum effulsit. Ipso die, beatæ Gode-* *Godebertæ.* *bertæ virginis.*

MOLAN. De Theodoro, Siagrio et Agirico plane ut BELINUS. Tum minoribus typis : *Ipso die Noviomi, beatæ Godebertæ virginis.* Sequitur de Stanislao, Guthlaco, Isaac et Reynero, ut GREVEN. Demum : *Eodem die secundum Metraphrasten, sancti Antipæ, Pergami Asiæ episcopi et martyris,* *Antipæ.* *de quo Dominus ait : Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi satanas habitat.* Hæc in prima ; in aliis editionibus : *In Britannia, sancti Guthlaci confessoris et anachoritæ, qui multis vir-* *Guthlaci.* *tutibus fulgens, requievit in pace. Noviomi, sanctæ* *Godebertæ.* *Godebertæ virginis. Lugduno, Sicarii episcopi. Tu-* *Sicarii.* *ronis, Agrici abbatis. Die undecima, sancti hieromartyris Antypæ, episcopi Pergami Asiæ. In Bro-* *Antypæ.* *nio monasterio, adventus sancti Leodegarii episcopi* *Adventus Leodegarii.* *et martyris. Item, beatæ memoriæ Reineri solitarii,* etc. Vide supra GREVEN.

II *Idus.* *Die* 12.

Romæ via Aurelia, natalis beati Julii Papæ, qui sub Constantio imperatore *Julii PP.* decem mensibus tribulationes et exilia perpessus, post mortem ejus, cum magna gloria ad suam sedem reversus, quievit in pace. Vapingo, depositio *Constantini.* Constantini episcopi.

Puros undequaque codices solum reperio *Herinensem* et *Tornacensem* cum *prima Belini editione.*

VARIA LECTIO. Inter codices Mss. nulla est, præter solitum diphthongorum in Tornacensi defectum, de quo alibi diximus. Belinus pro *Constantino*, male legit *Constantio* ; et pro *Vapingo, Apud Vapingum, jugo.* Quid per *jugo* velit, nescio : nam *Vapincum* non montis jugo impositum, sed, si recte memini, ad radices situm est.

OBSERVATIO.

Julii P. P.

OBSERVATIO. Non uno modo in apographis Hieronymianis annuntiatur *Julii Papæ* memoria. Epternacense vetustissimum simpliciter habet : *Romæ, depositio Julii episcopi.* Corbeiense utrumque : *Via Aurelia, tertio milliario, depositio Julii episcopi,* ubi *Calepodii cæmeterium,* quod in Lucensi, *Julio,* hic *Lupicino* alicui tribuitur, atque adeo optime convenit annuntiatio cum verbis Kalendarii Bucheriani, sic legentis : *Pridie Idus Aprilis, Julii in via Aurelia, milliario* III *in Callisti.* Atque hæc clare et plane de Julio prædicantur, non item ea, quæ elegantius quam verius suo elogio inseruit Beda, ex quo transcripsit Rabanus, transcripsit etiam Ado, ex Adone Noster, servata tamen Bedæ positione, seu loco sepulturæ. Notkerus Adoniana referens, nonnulla superaddidit, quæ ex Aquicinctino codice in Auctariis dabimus, nisi forte et illa Adoni tribuenda sint, ut a Mosandro factum, ex editione ab eo procurata intelligimus. Rectius Adoni præluxerat Romanum parvum : *Via Aurelia, Julii Papæ et confessoris, sub Constantio Arriano ;* nam quæ de ejus exilio et tribulationibus in textu commemorantur, a Baronio et eruditis omnibus merito reprobata sunt. Vide Henschenii commentarium et scriptores alios a Tillemontio citatos tomo 7, a pag. 269. Wandelberti elogium sincerum est :

Julius antistes pridie Romana revisit
Mœnia, catholico clarus pro dogmate pastor.

Constantini

Constantinus, aliis *Constantius,* Vapincensis episcopus, haud dubie ex apographis Hieronymianis ab Usuardo acceptus est, reliquis jam citatis plane ignotus. Sic in illis ferme omnibus a Florentinio editis legimus : *In Vapingo civitate, depositio Constantini episcopi.* An recte ab Acherio et Florentinio inter adjectitios computetur, de voce quæstio est. Ætatem ejus contra Baronium et Saussayum bene, quantum fieri potest, determinat Henschenius, sed in fine exerrasse videtur calamus, dum Petrum de Natalibus arguit, quasi non recte dixisset Constantinum *clarere pridie Idus Aprilis.* Certe nullo modo dubium, quin Usuardinus sit, codicibus plane omnibus in id conspirantibus, cum Sanctos præsertim Gallicos, aut ab Hieronymianis mutuatos, aliis Adonianis subnectere passim consueverit.

De Zenone Pratensis codicis

De *Zenone* Veronensi non ita censuerunt Majores nostri et notanter Henschenius, qui hac die Zenonem in textum Usuardinum intrusum diserte pronunciat, tametsi in prætenso Pratensi autographo aliisque multis expressus sit, iis verbis quæ infra referemus. Cur ab Henschenio discedendum non putem, facit imprimis Heriniensis et Tornacensis codicum auctoritas, satis alibi stabilita. Facit indicata jam ratio, quod rarissime Usuardus Sanctos transalpinos accersat, nisi eos apud antiquiores repererit, quod alias a me non infeliciter observatum memini, præsertim XVI Januarii in *Titiano Opitergiensi,* ubi Clar. Castellani testimonium subinde attexui, duorum codicum nostrorum genuinam simplicitatem egregie confirmans. Facit denique, ut cetera taceam, totius elogii plusquam dubia narratio, ab Henschenio satis discussa, quæque Molanum olim impulisse videtur, ut nonnulla ex prima editione in sequentibus rescinderet. Suspicari ausim, non neminem Usuardi symmistam exstitisse, qui in Rabano ejusque hic transcriptore Notkero, Zenonis mentionem forte inveniens, stylum suum Usuardino attemperandum censuerit. Si quis melius me edoceat, solidis rationibus acquiescere haudquaquam refragabor ; ast solius codicis Pratensis, quem ceteri secuti sunt, auctoritate non magnopere moveor, utpote quam supra toties convulsam ostendimus, et porro convellendam demonstrabimus. Manebit semper vis argumenti, in præfatione nostra propositi, nempe eo magis, ceteris paribus, codicem aliquem ad primigeniam simplicitatem cujuscumque Martyrologi accedere, quo textus ejus paucioribus Sanctis circumscribitur.

AUCTARIA.

Zenonis

PRATEN., PULSANEN., ROSWEYD., ANTVERP., MAX-LUBEC., MUNERAT., BELINI editio altera, GREVEN., MOLAN., et codices ceteri ferme omnes secundo loco annuntiant : *Eodem die, sancti Zenonis episcopi, qui inter procellas persecutionis, Veronensem urbem mirabiliter rexit, et tempore Gallieni martyrio coronatus est.*

De Julio.

Eadem habent ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. EDITIO ULTRAJ-BELG. qui præterea ex Adone aliqua restituunt. Ita incipiunt : *Romæ via Aurelia, in cimiterio Calepodii, natale beati Julii Papæ, qui sub Constantio Arriano imperatore, filio Constantini magni, decem mensibus,* etc.

ALBERGEN. et DANIC. Post *quievit in pace* adhuc adjiciunt ex Notkero : *Hic constituit, ut nullus clericus causam publice ageret nisi in ecclesia.*

CENTULEN. *Romæ, sancti Julii Papæ et confessoris. In Italia, sancti Zenonis episcopi et martyris, qui sub Gallieno passus est. Item, depositio sancti Constantini episcopi.*

ANTVERP-MAJ. Agit hodie de solo Julio Papa, non multum a textu discrepans.

De Julio

BRUXELLEN. Ita incipit : *Romæ, natale beati Julii Papæ et confessoris. Qui sub Constantio Arriano imperatore, filio Constantini, multas tribulationes et longum exilium perpessus, post ejus mortem ad sedem suam cum gloria reversus, quievit in pace, et sepultus est via Aurelia in cimiterio Calepodii, ab urbe milliario tertio. Hujus tempore celebrata est synodus Nycena, quæ hæresim Arrii condemnavit.* In ceteris ferme purus est. At ubi invenerit synodum Nicænam ad Julii pontificatum differendam nec scio, nec examino.

HAGENOYEN. Primo loco de Zenone, cui nonnulla adscribit, non tantæ fidei, ut hic repeti mereantur. De Julio præter jam dicta, adjicit : *Item constituit conjugium a sacerdote in ecclesia benedici.* Reliqua intellige ex Auctariis præmissis.

AQUICINCT. Post τὸ in pace, addit quædam, quæ ex parte lacera sunt ; hæc autem supersunt : *Hic constituit, ut... causa qualibet in publico ageret, nisi in ecclesia... per Notarios colligeretur, et sive cautiones vel stri... donationes vel commutationes aut traditiones vel testamenta, aut allegationes*

nes

nes vel manumissiones a Clericis in ecclesia celebrarentur. Hæc ut ex Notkero sumpta, ita supplenda sunt. Primo loco, *ut nullus clericus causam quamlibet*, etc. — 2, *ut notitia fidei per Notarios*, etc. — 3, *vel instrumenta aut donationes*, etc.

Matric-Cartus-Ultraject, Heri egit de Zenone, ut confessore. Hodie: *Julii Papæ. Zozimæ abbatis.* De eo agitur in indice Prætermissorum. *Ermigildi regis et martyris*; spectat ad diem sequentem, vocaturque *Hermenigildus*. *Zozimæ.* *Hermenegildi.*

In Vatican. sub num. 5949, deest *Constantini.*

Florentin. *Item, sancti Lazari martyris, qui passus tempore Antonini imperatoris apud Tergastinam civitatem sub præsule* (præside) *Pompeio. Qui cum esset diaconus et fidelis Christi, et in domo sua continue convenientes libenter reciperet, accusatus quod esset Christianus, cum fidem Christi coram præside constanter prædicaret, jussus est ore contundi, deinde virgis cædi, ad ultimum capite truncatus ad æterna regna feliciter pervenit.* *Lazari.*

Codex Remens. SS. Timothei et Apollinaris: *Remis, translatio SS. Timothei et Apollinaris.* *Translationis Timothei et Apollinaris.*

Editio Lubeco-Col. De Julio fere habet ut Albergen. et Danic. Sic autem in fine legit: *Hic constituit, quod nullus clericus causam publice ageret, nec ad eam publice ducatur, nisi in ecclesia.* De Zenone etiam aliquid interjicit post imperatoris, *pro Christi ovibus sibi creditis martyrio coronatus est.* De Constantino addit, *confessoris.* Tum in fine: *Eodem die, sancti Zozimæ abbatis, de quo legitur in gestis sanctæ Mariæ Ægyptiacæ.* Vide 2 Aprilis, quo die utriusque Acta illustrantur. *Zozimæ.*

Greven. *In Capua, natalis sanctorum Cypriani, Novellæ et Silvani. Item, sanctorum Carpi, Julii, Agapi, Pauli.* Laciniæ Hieronymianæ. *Erkenbodis episcopi et confessoris. Zozimæ abbatis, de quo in gestis beatæ Mariæ Ægyptiacæ legitur. Joannis heremitæ et confessoris.* Mirum nec inter Prætermissos eum nominari. *Zenonis monachi, discipuli abbatis Silvani, qui in Ægyptia regione in ardentissimi solis caumate quinque diebus se desiccans stetit, probare volens, utrum tormenta futuræ vitæ tolerare posset.* Rejicitur ad xix Julii. *Item, sanctæ memoriæ Engeburgæ virginis, filiæ regis Angliæ.* Vide indicem Prætermissorum. *Cypriani et sociorum.* *Carpi, etc.* *Erkenbodis.* *Zozimæ.* *Joannis.* *Zenonis monachi.* *Engeburgæ.*

Molan. Post, *coronatus est*, litteris Italicis interserit: *De quo Gregorius in lib. Dialogorum refert. Monasterio Sithiu, depositio sancti Erkenbodonis, Morinorum episcopi.* Tum minoribus typis: *Ipso die, rupti sunt fontes abyssi et factum est diluvium. Eo die, sancti Sabæ Gotthæ martyris. Hic cum Gotthiæ magistratus Christianos cogeret edere idolis immolata, et gentiles quidam propinquis suis pro immolatis, quæ immolata non essent proponerent, re cognita, beatus Sabas protestatus est omnibus: Si quis ex carnibus illis comederit, Christianus esse non potest. Scribit* (tom. 7 *Aloysii*) *ecclesia Dei, quæ est in Gotthia, ecclesiæ in Cappadocia, et omnibus Ecclesiæ Catholicæ Christianis. Relatio sancti Renati Andegavensis episcopi, de Italia ad suam civitatem.* Hactenus prima editio. In aliis servat, quæ de Gregorio dicta sunt. Dein: *Monasterio Sithiu, depositio sancti Erkenbodonis Morinorum episcopi et abbatis Sithiensis. Die duodecima, sancti patris et confessoris Basilii episcopi Parii.* Rursus minori charactere: *Eo die, sancti Sabæ Gotthi martyris*, etc., usque ad, *Christianus esse non potest*, omissis reliquis supra relatis. *Erkenbodonis.* *Sabæ.* *Relationis Renati Andegavensis.* *Basilii.*

Idibus. *Die* 13.

Apud Pergamum Asiæ urbem, natalis sanctorum Carpi episcopi, Papirii diaconi et Agathonicæ, optimæ feminæ, aliarumque multarum, quæ pro beatis confessionibus martyrio coronatæ sunt, sub Antonino Vero et Aurelio Commodo. Cum quibus et vir mirabilis Justinus Philosophus, pro religione Christi plurimum laborans scriptu, remunerationem linguæ fidelis martyrii munus accepit. In Hispania, sancti Erminigildi, qui ob fidei Catholicæ confessionem, securi in capite percussus, regnum cœleste pro terreno, rex et martyr intravit. *Carpi et soc.* *Justini.* *Hermenigildi.*

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.* cum *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editione Ultraj-Belg.*

Varia lectio. *Papirii* cum textu legunt Praten. Herinien. Tornacen. et Munerat. Fortasse melius Rosweyd. Greven. et Molan. *Papyrii*, ut diserte habent Rom. parvum et Ado. Sunt qui *Papiri* scribant, ut mediæ notæ codices ultimo loco citati; at inter Usuardinos omnes, nullum prorsus invenio, qui *Papyli* efferat, ut faciunt Romanum hodiernum et Acta nostra. Nobis ea lex est, ut codices nostros antiquiores, etiam errantes sequamur. Hoc ipsum, locum habet in *scriptu*, ut est in Pratensi, Tornacen. Greven. et aliis; Herinien. et Molan. ponunt *scripto*; Rosweyd. *scriptura*; Muneratus, ut passim erroribus typographicis fœdatus est, ita hic turpiter labitur in *scripture munerationem*, quod ex aliquo codice Pratensi, a nobis signato B, cum altero collato, profluxisse videtur. Rursus reliqui in textu *Erminigildi* cum Praten. Herenien. et Tornacensi, cui aspirationem præfigunt Munerat. Antverp-Max. etc. Rectius Greven. et Molan. *Hermenigildi.* Sed male interjicit Munerat. *regis.* De cetero *dyaconi, Antonio, Justinius*, ejus ferme solius errores sunt.

Observatio. De hodiernis *Pergamensibus martyribus*, nihil in genuino Beda aut Rabano legitur; nihil item clare memorant, saltem hoc die, Hieronymiana apographa, nisi quis per analogiam non satis, meo quidem judicio, verisimilem, ex *Polycarpo* Hieronymi, *Carpum* nostrum, et ex ejusdem *Paulo*, *Papirium* efformatum contendat; nam quidquid *Papyli* vel *Papuli*, quod magis ad *Pauli* *Carpi et s.*

 accederet,

accederet, moderni, ex Eusebio præferant; *Carpi* et *Papyrii* disertissime legit, qui primus annuntiationem, non ex Hieronymianis sed ex Rufino, diem pro suo beneplacito seligens, accepit auctor Romani parvi : *Apud Pergamum Asiæ, Carpi episcopi et Papyrii, Agathonicæ et aliarum multarum*; quidni *et aliorum*, quos omnes ex eodem fonte, *probatis confessionibus martyrio coronatos*, tradit Ado, nullo quidem hic expresse signato martyrii tempore, sed quod per bonam consequentiam ex Justini elogio eduxit Usuardus. Non sola hæc Adonis aberratio est, cui et aliam Notkeri adjunge, qui pro *probatis confessionibus*, scribit *pro beatis confessoribus*. Ceterum notata *Antonini Veri* et *Aurelii Commodi* nomina, inde in Martyrologia irrepserunt, quod cum et horum Pergamensium et sequentis Justini martyria ex laudato Rufino desumpta sint, ubi sancti Polycarpi passioni fere subnectuntur; Ado absque ullo discrimine martyres omnes lib. 4 cap. 15 et 16 memoratos, ad eadem tempora pertinere censuerit, adeoque continuata quasi periodo, *cum quibus et vir mirabilis*, Justinum cum Pergamensibus copulaverit, ut de *Pionio* cursim insinuavimus 1 Februarii. Et hæc tota et unica confusionis ratio est, soli Adoni, vel si ita vis, Rufino, errandi quodammodo viam commonstranti, non Usuardo, ut facit Papebrochius 1 Junii, aut aliis Martyrologis imputanda. Ut jam ordine prosequamur; forte *Carpus*, qui in Hieronymianis die præcedenti cum aliis diversimode *Pergami* refertur, idem ipse est, quem ex Rufino a nostris acceptum diximus, ex cujus Actis, a Metaphraste ut minimum exornatis, constat ipsum et socios gloriose certasse *sub Decio*, ut pluribus ostendit Henschenius hic et alibi, consentiuntque Florentinius in notis et Tillemontius tomo 3 a pag. 316 et pag. 711.

Justini. — Alia est, de *viro mirabili* Justino, vulgo antonomastice martyre, controversia a Papebrochio ex Græcis monumentis primum mota, quod ei hoc die suborta sit dubitatio, idemne *Justinus* hic ab Adone, Usuardo et Notkero proponatur, qui ab aliis 1 Junii colitur, (an etiam ab aliquo xii Junii, ut notavit Castellanus in Martyrologio universali ; nescio.) Eo autem inclinat, ut variis argumentis binos Justinos statuat. At geminationem illam impugnavit Ruinartius, inter sincera et selecta a pag. 38 ; et Papebrochius ipse ad 1 Junii, priusquam Ruinartii opus vidisset, haud obscure ad communem sententiam accesserat. Componantur, quæ utroque die diligentissime exquisita sunt : in primo invenietur vita ab Halloixio operose composita, a Papebrochio illustrata ; in altero Acta ipsa Latino-Græca, vel Græco-Latina authentica, quibus et Justini et sociorum certamen breviter, graviter et sincere exponitur. Ex utroque loco aliisque documentis multo longiorem vitam utcumque encomiasticam deduxit Tillemontius tomo 2 a pag. 344.

Hermenigildi. — *Hermenigildi* ante Adonem nullus Martyrologus meminit ; laudationem ex sancto Gregorio ab eo concinnatam, si non totam, certe pro majori et elegantiori parte, in laterculum suum transtulit Usuardus, Notkero et hæc et superiora omnia ferme ad verbum transcribente. De inclytissima Ariani furoris victima, nihil dici posse videtur, quod ab Henschenio diligenter collectum et erudite illustratum non sit. Cultus ejus in Galliis ix seculo celebritatem probant etiam Wandelberti versus :

Idibus, Herminqilde, patrem rex alme furentem
Persentis; verum referens de morte triumphum.

De Euphemia Rabani et Notkeri. Recolunt hoc quoque die ex Hieronymianis Rabanus et Notkerus *Euphemiam*, celebrem illam Chalcedonensem martyrem, quam Mosander Adoni, sed asterisco distinctam, hoc est ut dubiam adjecit, recte conjiciens perperam hoc die solo nomine appellari, quæ xvi Septembris insigni oratione ab eodem laudatur. Una vero, an plures *Euphemiæ* fuerint, hoc an aliis diebus celebranda vel celebrandæ, in actis breviter discutitur. At nec ego contentiosum funem trahere cupio, cum ad Usuardum hoc die nihil spectet, licet in Auctariis toties recurrat. His ita positis, quid de textus veritate dubitari possit, prorsus non video.

De consecrationibus altarium in Pratensi codice. — Quæ autem de *consecrationibus altarium*, etc., in Pratensi codice ad marginem, hic et alibi adscripta reperimus, monasterii illius tam propria sunt, ut cum Usuardi Martyrologio nihil commune habeant, ac proinde merito deinceps a nobis prætermittantur, nisi quid ex iis observatione dignum occurrat.

AUCTARIA.

Pulsanen. Quantum conjicere licet, aut purus est, aut ad puritatem accedit proxime; verum cum exesus textus legi nequeat, malui codicem e puris excludere, quam dubia pro certis venditare.

Euphemiæ. Antverp. et Max-Lubec. Puri sunt in textu ; ast in fine addunt : *Item sanctæ Eufemiæ virginis et martyris*. Quomodo etiam legunt codices Florentini.

De Carpo et sociis. De Hermenegildo. Centulen. *In Calcedonia, sanctæ Eufemiæ virginis et martyris. Apud Pergamum Asiæ urbem, sanctorum Carpi episcopi, Papirii diaconi, et Agathonicæ optimæ feminæ, aliarumque multarum, quæ pro beatis confessionibus, martyrio coronatæ sunt. Apud Hispanias, natale sancti Herminegildi, filii regis Leonigildi, quem pater suus Rex Gothorum Arrianus, ob insuperabilem Catholicæ fidei confessionem interimere fecit.*

Antverp-Maj. In Euphemia et Pergamensibus, Centulensi similis est; prætermisso utrobique Justino. In Hermenigildo, quem *Hermibaldem* vocat, ad Adonem magis accedit.

De Euphemia. Bruxellen. Ita incipit : *In Calcedonia, natale sanctæ Eufemiæ virginis et martyris. Quæ tormenta et carceres, verbera et argumenta rotarum, ignes et pondera, bestias et plagas virgarum, secures et sartagines igneas pro Christo superavit.* In reliquo textu, si spalmata scriptoria excipias, Adonem secutus est.

Hagenoyen. In prima purus est. In Hermenigildo, verba non rem multiplicavit. In fine : *Ipso die, sanctæ Eufemiæ virginis et martyris.*

Aquicinct. et Cluniacen. *Item, Euphemiæ virginis et martyris*. Exigua variatio est.

Godebertæ Idæ. Matric-Cartus-Ultraject. *Carpi episcopi, Papiri diaconi et aliorum plurimorum, Justini Philosophi et martyris, Godebertæ virginis. Ydæ comitissæ Boloniæ, viduæ.*

Codex

Codex D. du Cheval signatus C ; qui fuit P P. Francis. *Item, Euphemiæ virginis et martyris.*

Vatican. num. 5949 : *Sanctæ Euphemiæ virginis et martyris.* Ita plerique omnes.

Ughellian. *Item, sanctæ Euphemiæ virginis.*

Victorin. et Reg. Suec. num. 130. Omittunt etiam *martyris*, sed præfigunt : *In Calcedonia.*

De Hermenigildo. Editio Lubeco-Col. In principio satis pura, de Hermenigildo, sic habet : *In Hispania, sancti Herminigildi regis et martyris, quem pater ejus Leonigildus Arrianus, rex Arragonum et Gothorum, ob fidei catholicæ confessionem inexpugnabilem, nocte sancta Dominicæ resurrectionis securi interfici jussit, et tali martyrio regnum cœleste rex atque martyr intravit. Calcedocee* (Chalcedoniæ,) *translatio sanctæ Eufemiæ virginis et martyris.* *Translationis Euphemiæ.* Utrum vere translatio aliqua Euphemiæ Chalcedonensis facta fuerit, compertum non habeo. De Euphemiarum unitate vel multiplicitate, vide quæ in Actis hac die disputantur.

Belin. *Eodem die S. Euphemiæ virginis et mart.*

De Hermenigildo Greven. *Prædictus Hermenigildus Lungildi regis Vusigothorum filius, ut refert Gregorius 3 lib. Dialog. prædicante beato Leandro Hispalensis episcopo, ab Arriana hæresi ad fidem conversus, a patre Arriano, nocte sancta Paschæ martyrio coronatus est* *Item, sanctorum Eucapi, Secutoris, Pauli.* *Eucapi et sociorum.* Corrupta ferme ex Hieronym. nomina. *In Calcedonia, natalis (vel secundum alios translatio) sanctæ Eufemiæ virginis. Donati abbatis.* *Donani.* *Godebertæ virginis.* *Godebertæ* *Item sanctæ memoriæ Nicolai confessoris, in Nussia quiescentis.* *Nicolai* De postremo inter Prætermissos agitur. Gobeberta ad xi hujus pertinet. De Donano nihil usquam invenio, ne quidem in indice Prætermissorum. An is sit, de quo in Actis agitur xvii Aprilis, ut qui cum discipulis lii martyr fuerit, an potius *Donanus* alter, qui simpliciter ibidem *abbas in Scotia* dicitur, alibi examinabitur

Molan. *Eodem die, sanctæ Euphemiæ virginis et martyris.* *Euphemiæ.* Tum minoribus litteris : *In territorio Arvernensi, sancti Martii abbatis et confessoris, de quo Gregorius Turonensis.* *Martii.* Vide in Actis.

XVIII *Kal.* *Die 14.*

Romæ via Appia, natalis beatissimorum martyrum Tiburtii, Valeriani et Maximi, sub Almachio præfecto, quorum primi fustibus cæsi et gladio percussi, ultimus tam diu ad plumbatas est verberatus, donec exalaret spiritum. *Tiburtii et soc.* Apud Alexandriam, sancti Frontonis abbatis, cujus vita sanctitate et miraculis extitit gloriosa. *Frontonis.* Interamnis, beati Proculi martyris. *Proculi.* Item, sanctæ Domninæ virginis cum sociis virginibus coronatæ. *Domninæ et soc.*

Puri sunt *Praten. Herenien. Tornacen Rosweyd. Antverpien Max-Lubec Munerat Belin. Greven.* et *Molan.* Accederent *Antverp-Max Ultraject. Leyden. Levanien. Albergen Danic.* et *Edit Ultraj-Bug* nisi ex Adone interjecissent, *in cœmeterio Prætextati.*

VARIA LECTIO. *Tyburcii* in Heriniensi, *Tiburcii* in Tornacensi, vix notanda sunt. Major est difficultas, servandumne *ad plumbatas*, ut ex Pratensi, Heriniensi et Tornacensi in textu posuimus, an *plumbatis*, ut ceteri ferme legunt, non *a plumbatis*, ut Munerat. Certum est, phrasim illam, licet duriorem, exstare in Rosweydina Adonis editione, atque in Mss. nostris, excepto solo Lobiensi. Nobis hic sufficiat trium codicum probatissimorum auctoritas. Sic iidem cum Antverp. Max-Lubec. et Munerat. scribunt *exalaret*, quod in textu reliquimus. Codex Antverp. superflue claritatis gratia, in ipsa periodo posuit, *duo primi*. Pro, *miraculis extitit gloriosa*, male in Belino legitur *miraculis claruit*. Item male *Iteranis*, pro quo Munerat. *Iterannis*, Tornacen. *Interampnis*. At quid de nomine Virginis ultimo loco positæ? Pro *Domninæ* stat Praten. (de quo tamen dubito) Antverp. Rosweyd. Greven. Molan. etc. Rursus stat usus communis, quem sequi coacti fuimus, ex recentioribus omnibus, Romano moderno et Actis nostris. Ego tamen vere existimo usum illum male invaluisse, legendumque non *Domninæ*, sed *Domnæ*, ut disertissime faciunt apographa Hieronymiana, utraque Adonis editio et codices ejus Mss. omnes. Pro *Domnæ* autem non absurbe scribunt Herinien. et Tornacen. et Munerat. *Dominæ*. Ast in Max-Lubecana, *Domininæ*, in i Belini *Doninæ*, in altera *Donninæ*, aperta sunt sphalmata. Sic idem Belinus plus justo sapere voluit, dum pro *sociis Virginibus* scribere maluit, *sociabus*.

OBSERVATIO. *Tiburtii et sociorum.* Quam illustre est toto orbe Christiano *Cæciliæ* nomen, in antiquis Kalendariis et Sacramentariis, imo in ipso Missæ Canone, perpetua celebritate consecratum ; tam sunt venerabiles martyrii ejus socii *Tiburtius, Valerianus et Maximus*, in omnibus Hieronymianis hoc die primo loco sic ferme consignati : *Romæ via Appia, cœmeterio Prætextati, natalis sanctorum Tiburtii, Valeriani, Maximi ;* sed cum pluribus passim sociis, de quibus videri possunt solito prolixior Florentinii notatio, cum alia ad xxi Aprilis, dum iidem Sancti in illis apographis repetuntur, et Henschenii commentarius cum Analectis, apud quos translationes et id genus alia executiuntur, quæ huc non pertinent. Eadem Sanctorum nomina, et quidem sola, hoc die refert auctor Romani parvi. Bedæ est, quidquid præter ea in textu additur, ex ipso in Rabanum, Adonem, Usuardum et Notkerum translatum, quod ex celeberrimis Cæciliæ Actis præfatus Beda desumpsit. Laudat ipsa Henschenius his verbis : *Hæc pervetusta horum Sanctorum solennis veneratio, plurimum crevit ex certissima virtutum ac martyrii notitia, quam dabant antiqua S. Cæciliæ Acta, quæ tunc temporis* (quinto circiter seculo,)

omnium

omnium manibus terebantur, et hactenus in præcipuis et perantiquis membranis conservantur. Et hæc quidem favorabilis Henschenii sententia, a qua multi, præsertim recentiores cum Tillemontio tomo 3 a pag. 259; et in nota, pag. 689, certatim recedunt, Actorum antiquitatem haudquaquam inficiantes, sed ea, ut vera aut sincera renuentes admittere, usque adeo ut Ruinartius, vel a *Cæcilia* nominanda, toto suo opere studiose abstinere visus sit. Nec locus hic, nec otium est, controversiam illam expendere, de qua in Actis nostris disputari poterit XXII Novembris. Interim certum videtur, cum reliquis Martyrologis sensisse Wandelbertum, dum ita cecinit :

Octava et decima Maias superante Kalendas,
Valerianus ovat, fraterque Tiburtius, ipsos
Maximus effuso comitatur sanguine miles.

Frontonis. Quæ de *Frontone, Frontono* aut *Frontonio*, abbate Ægyptio, in laterculo dicuntur, plane Adoniana sunt; multo longiorem historiam ex vitis Patrum texuit Rabanus, quam paulo contractiorem fecit Notkerus. Ex Hieronymianis procul dubio acceptus est, in quibus sic ferme ad laterculi finem legitur : *In Alexandria, Frontoni monachi.* Vitam ex Rosweydi editione produxit Henschenius; occasione ultimæ clausulæ, multis difficultatibus irretitus, quibus ipsum, non reluctantem, feliciter expedivit Papebrochius XIV Maii, in vita sancti Pachomii, ut pluribus deductum invenies in Responsionibus ad articulum 15 § 13, a num. 196, quæ hic satis est indicasse. — Ejusdem Adonis est annuntiatio *Proculi.* tertia, de sancto *Proculo martyre Interamnensi*, ab ipso ex numerosiori Hieronymianorum turma *Domninæ et soc.* avulso, — quemadmodum et *Domnina* vel *Domnia virgo*, quæ ultimo loco ponitur, *cum sociabus coronata*, de quibus nihil habeo, quod addam brevi, sed accurato, Henschenii commentario ; nec quidquam Usuardus Adoni adjunxit, solum ejus textum ferme recensens, mutato dumtaxat nonnihil Sanctorum ordine.

AUCTARIA.

PULSANEN. Solus deficit in Proculo et Domnina, in altera parte omnino purus ; ubi noto, etiam scribi *ad plumbatas*, ut nos in textu legimus.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Paucis tantummodo excedunt, ut diximus : nempe ; *in cœmeterio Prætextati.*

CENTULEN. *Romæ, sanctorum martyrum Ti-* *Textus contractior.* *burtii et Valeriani fratrum, et Maximi, qui per beatam Cæciliam ad fidem conversi, sub Almachio præfecto, gladio cædente coronati sunt. Interamnis, sancti Proculi martyris. Item, sanctæ Domnæ virginis, cum sociis virginibus coronatæ. Alexandriæ, beati Frontonis abbatis, virtutibus et miraculis gloriosi.*

ANTVERP-MAJ. In prima classe elogium resecat. Sequitur : *Interamne*, etc., pure. Tum : *Dompnæ*, pure. *Frontonis*, pure. *Eodem die, dedi-* *Dedicationis S. Georgii.* *catio basilicæ sancti Georgii martyris, Squantii.* Quis hic locus indicetur, villa, castrum, vicus, cœnobium, nescio.

BRUXELLEN. *Romæ via Appia, in cimiterio Præ-* *De Tiburtio et sociis.* *textati, sanctorum martyrum Tyburcii, Valeriani et Maximi, sub Almachio præfecto. Quorum primi Tyburcius et Valerianus fratres, ab Urbano Papa baptizati, jubente Almachio præfecto, fustibus cæsi, gladio transverberantur; Maximus vero tamdiu plumbatis cæsus est, donec spiritum exalaret.* Sequitur : *Interamne*, etc., pure. Tum *Domninæ* ; dein *Frontonis.* Denique in fine : *Et transitus* *Lamberti ep. Lugdunensis.* *sancti Lamberti episcopi Lugdunensis, discipuli sancti Wandregisili, et secundi post ipsum rectoris cœnobii Fontanellensis.*

HAGENOYEN. *Romæ, via Appia, natale beato-* *De Tiburtio et sociis.* *rum martyrum Tyburcii et Valeriani fratrum, qui conversi sunt per beatam Cæciliam, et per beatum Urbanum Papam in fide instructi. Qui postquam angelos viderunt, et omnia sua pauperibus erogare cœperunt, et multos Christi martyres sepelierunt, ab Almachio præfecto tenti sunt, et interrogati sunt de fide. Qui primo jussit eos fustibus cædi et incarcerari, et demum decollari. Item Romæ, beati Maximi cornicularii, qui per Tyburtium et Valerianum conversus est, cum ad permissionem illorum temporum, animas de corporibus videret egredi, sicut virgines ornatas de thalamo in cœlum. Unde cum ille hoc miraculum publice confiteretur, ab Almachio plumbatis jussus est cædi, donec deficeret. Apud Alexandriam, natale beati Frontonii abbatis,* *De Frontone.* *cujus vita sanctitate et miraculis extitit gloriosa; cujus precibus octuaginta fratres* (Rabanus et Notkerus, qui hanc historiam fusius describunt, legunt LXX) *in deserto degentes et panem ac cibum terrenum comedentes, a peccato murmuris custoditi sunt, per camelos oneriferos, divisis cibariis a Deo sibi missis. Interampnis, beati Proculi martyris. Item, sanctæ Domninæ virginis, cum sociabus suis virginibus aliis martyrio coronatarum* (melius legeret *coronatæ*.)

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Tiburtii, Valeriani, et Maximi martyrum. Frontonis abbatis. Domninæ virginis cum ceteris.*

EDITIO LUBECO-COL. Præter dicta de Tiburtio et sociis, addit : *Quorum corpora, beata Cecilia venerabiliter sepelivit.* De Frontone, pure. *Interamnis, beati Proculi et Mephibii, ac Apollonii mar-* *Proculi et sociorum.* *tyrum, discipulorum sancti Valentini episcopi et martyris, sub consulari Hennutio decapitatorum.* Vide de his Acta nostra. In Domnina, recte.

GREVEN. *Item, cum sancto Proculo præfato discipulo sancti Valentini episcopi et martyris, passi sunt Mephibius et Apollonius condiscipuli ejus sub* *Mephibii et Apollonii.* *consulari Hennucio. Lamberti episcopi Lugdunensis et confessoris.* *Lamberti.* *Item in Hollandia, oppido Schiedam sanctæ memoriæ Lyduydt virginis, quæ inauditas* *Lidwinæ.* *tribulationes, amore conformitatis passionis Dominicæ, gaudenter perferens, nullo multis annis corporali cibo utens, innumeris revelationibus a Domino crebro visitata, plena operibus bonis quievit in pace anno Domini* MCCCCXXXIII.

MOLAN. Typis minoribus, de Lamberto et Lyduuyt, ut supra ; addens de hac : *Cujus vitam* *De Lidwina.* *venerabilis Thomas Kempis scripsit. Depositio sancti Abundii, de quo Gregorius Dial. lib. 3. cap. 25.* *Abundii.* In Actis citatur Dialogorum lib. 3., sed caput 22. In posterioribus editionibus, iisdem typis repetitur de Lamberto, ut habet GREVEN. Sequitur : *In Hollandia, oppido Schiedamis, obitus Lydwydt virginis, patientiæ singularis.*

XVII *Kal.*

XVII *Kal.* *Die* 15.

Olympiadis et Maximi.

Apud Persidem civitate Cordula, natalis sanctorum Olympiadis et Maximi nobilium, qui jubente Decio, fustibus cæsi, et deinde plumbatis, ad ultimum capita eorum securibus sunt tunsa, donec emitterent spiritum. In Italia, beatorum martyrum Maronis, Euticetis et Victorini, qui primo ad insulam Pontiam, in Christi confessione longum ducentes exilium, postmodum sub principe Nerva, cum convertissent plurimos ad fidem, jussi sunt variis interfici pœnis.

Maronis, Eutychetis et Victorini.

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.* Puri etiam hoc die sunt *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.* Imo et *Hagenoyen.* solis ferme scriptoriis sphalmatis inspersus.

VARIA LECTIO. Pro *Cordula*, Hernien. Rosweyd. et Molanus legunt *Corduba*, sed male, cum plerisque codicibus sequioris notæ : neque enim dubitari potest, quin Usuardus Bedam, Romanum parvum et Adonem secutus sit, apud quos diserte ponitur *Cordula*. Cur Rabanus Bedæ lectionem vitiaverit, nihil ad nos attinet. Herinien. et Tornacen. forte seculi vitio pro *tunsa*, scribunt *tonsa*. At multo corruptius Pulsanen. *securibus sunt cesa*. Rursus idem codex, pro *Euticetis*, ponit *Vecticeris* ; Rosweyd. vero *Eutychetis*, quo modo legendum omnino censeo, cum Romano parvo, utraque Adonis editione et Notkero. In textu nihilominus servanda fuit lectio, quam ex ceteris Usuardinis codicibus, auctoris nostri propriam existimamus. Codex Rosweydi omittit *Pontiam*, pro qua corrupte posuit Munerat. *Pontitiam*. Pulsanensis nimium scrupulosus videtur, dum post *fidem*, adjungit *Christi*, quod ex sensu nimis quam perspicuum est. Muneratus contra, demit quod necessarium est, omittens vocem *variis*, quæ periodum complet.

Olympiadis et Maximi.

OBSERVATIO. Geminam hujus diei annuntiationem in Romano parvo invenit Ado, ubi paucis : *Cordulæ, Olympiadis et Maximi* ; tum : *In Italia, Maronis, Eutychetis et Victorini*. Et primam quidem ei etiam suggessit Beda, cujus elogium invariatum, in suum Martyrologium transtulit ; Noster ex alterutro, nisi mavis ex utroque, ad verbum descripsit , addens de suo initium : *Apud Persidem*. Ex actis sancti Laurentii, de quibus XVII Februarii in *Polychronio* egimus accepti sunt etiam hi duo martyres cum aliis, XXII hujus referendis, qui omnes jussu Decii in Persia pro fide necati dicuntur, quantum declarat præfatorum Actorum valde incerta auctoritas, de qua utcumque statuas certe ex Martyrologiis, de eorum antiquissimo cultu constare manifestum est. Porro utrum in urbe *Cordula, Corduba*, an *Corduena*, ut mavult Baronius, agonem compleverint, non facile quis hodie dixerit, præsertim cum loca hujusmodi aut his affinia, Geographis ignota videantur. Ex Henschenii commentario disces, quam apposite hi martyres trahantur in Hispaniam et Cordubensibus annumerentur. Ceterum receptissimum eorum cultum probat etiam Wandelbertus, dum hosce solos hac die prædicat :

Septima Olympiadem decimæ conjuncta beatum
Monstrat, eamque simul defendit Maximus alter.

Maronis, Eutychetis et Victorini.

De tribus aliis martyribus, apud Florentinium et Henschenium quæritur, utrum ad primam Hieronymianorum classem reduci possint, et utrum alii, qui ibi *Maronis* comites sunt, tribus hisce connecti debeant ? Quod valde incertum esse, examinanti ad oculum patebit. Hoc indubitatum, quod jam ostendi, nempe tres nostros diserte exprimi in Romano parvo, atque item Adonem eos inde acceptos, longa oratione ex Actis martyrii sanctorum Nerei, Achillei et Domitillæ, in quibus nominatim exprimuntur, ornandos suscipere, cujus encomii medullam, more suo, Noster in laterculo repræsentat ; Notkerus historiam integram, sed quam non plane intactam relinquit. Fons ipse, ex quo omnia primum profluxere, pandetur ad VII et XII Maii. De tempore, quo seorsim passi ; de variis locis, ubi sepulti fuerint ; de diversis item, quibus coluntur, diebus ; ea tradit Henschenius quæ ad verosimilitudinem proxime accedunt. *Victorinus* ex Martyrologis nostris iterum recurret V Septembris.

De Martyribus Cæsaraugustanis, hac die ab Adone et Notkero positis.

Laudatus Notkerus hoc die describit, quæ de *martyribus Cæsaraugustanis* memorat Ado in utraque editione et in codicibus Mss. An ex apographis Hieronymianis ? Non ausim asserere, cum nec martyrum numerus, nec eorum nomina omnino conveniant. Putat Henschenius, eos octodecim numero colligendos, qui XXII Januarii, cum sancto Vincentio innominati conjunguntur. Mihi non satis promptum est divinare, unde tanta in nominibus variatio. Patet quidem Adonem, cohortem suam delibasse ex hymno Prudentii, *quatuor Saturninis* instructam ; at cur hunc diem selegerit, cur Usuardus sequentem, non satis explicatum invenio. In eo forte Noster præcellit, quod nominum seriem ex Actis desumpserit, ut die proxime sequenti evidentius elucescet. Interim totius textus nostri germana simplicitas, extra controversiam esto.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In prima annuntiatione puri, secundam mutilant hoc modo : *In Italia, passio beatorum martyrum, Euticetis et Victorini.* Nihil amplius; et sic habet etiam CODEX UGHELLIAN. cum his passim conveniens.

Textus variatus. — *Silvestri*

CENTULEN. *In civitate Cordula, sanctorum Olympiadis et Maximi nobilium, qui sub Decio consulibus* (an non *securibus* ?) *cæsi, spiritum emiserunt. In Italia, sanctorum Euticetis et Victorini, qui cum beatissima Domitilla longum exilium passa* (potius *passi*) *tandem agente Aureliano, diversis necibus puniti sunt. Cœnobio Rehomensi, sancti Silvestri, discipuli sancti Johannis.*

ANTVERP-MAJ. In Olympiade et Maximo purus, secundam annuntiationem plane truncat, ac dein tertiam addit de sancto Silvestro, qualem ex BRUXELLENSI mox referemus.

De Martyribus Cæsaraugustanis. — *De Marone et soc.* — *Silvestri.*

BRUXELLEN. Puro principio subjungit martyres Cæsaraugustanos, alio quam Usuardus ordine : *Et in Hispaniis civitate Cæsaraugusta, sanctorum decem et octo martyrum : Optati, Luperci, Successi, Martiani, Urbani, Julii, Quintiliani, Publii, Frontonis, Felicis, Ceciliani, Evoti, Primitivi, Apodemi, Cassiani, Fausti, Januarii, et Saturnini. Ii omnes sub Daciano Hispaniarum præside diversis pœnis afflicti atque interempti sunt. Apud Italiam, natale sanctorum martyrum Maronis, Euticis* (Euticetis) *et Victorini. Qui cum beata Flavida et Domitilla, apud insulam Pontiam longum ducentes exilium, eamque in confessione Christi pio foventes solatio, invidia et insectatione Aureliani sponsi et persecutoris ejus, quem illa ob Christum contempserat, postmodum a Principe Nerva, eidem Aureliano in servitutem traditi sunt. Cumque plurimos convertissent ad fidem, jussi sunt variis pœnis interfici, sicque ipsorum mirabilis passio habetur. In Reomago cœnobio, depositio sancti Silvestri, disciduli beati Joannis confessoris.*

Translationis Eptadii

VICTORIN. et REG. SUEC. sign. num. 130. In fine : *Eodem die, translatio sancti Eptadii presbyteri confessoris* ; colitur XXIV Augusti. Ut *martyrum* refert Castellanus XXII Augusti, nisi forte synonymus sit, a priori diversus et Martyrologis incognitus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Olympiadis et Maximi martyrum. Maronis, Euticetis et Victorini martyrum.*

Archelai et soc.

VATICAN. num. 5949. *In Hispaniis civitate Cæsaraugustana, sanctorum decem et octo martyrum. In Mesopotamia, sanctorum Archelai, Cypriani et Diogenis.* Vide socios in Actis.

Translationis Oswaldi.

ALTEMPS. *Translatio sancti Oswaldi episcopi Merciorum.* Vide quæ de eo dicuntur in indice Prætermissorum. Ejus vita data est XXVIII Februarii, et nos ibi de eo egimus.

Silvestri

CODEX REMENS. SS. Timothei et Apollinaris : *In Reomago cœnobio, sancti Silvestri, discipuli sancti Joannis confessoris.*

Translationis Modowaldi.

EDITIO LUBECO-COL. Post textum satis purum, subdit : *In Helmerbretzhusen, translatio sancti Modowaldi episcopi Treverensis et confessoris, qui per dominum Brunonem, illius ecclesiæ episcopus facta,* (factus) *est.* In Prætermissis assignatur dies natalis XII Maii.

Quirici

BELIN. In fine : *Ipso die, beati Quirici episcopi, qui invenit Dominicam crucem.* GREVEN. *Quirinum* vocat ; alii censent eumdem esse cum sancto Quiriaco. Vide Prætermissos.

Quirini — *Carcellai et soc.* — *Franconis.* — *Maximi.* — *Candani* — *Eugariæ.* — *Helenæ*

GREVEN. *Quirini episcopi, qui invenit crucem Domini. Item sanctorum Carcellai, Diogenis, Georgii, Messoris. Franconis episcopi et confessoris.* An Frontonis ? Plura de eo dicuntur inter Prætermissos. *Maximi episcopi Constantinopolitani, qui ut sanctus Hieronymus refert, tempore Gratiani, doctrina et sanctitate claruit.* Vide indicem Prætermissorum. *In Hibernia, Candani episcopi.* Idem est qui in Actis vocatur *Rodanus* vel *Ruadanus. In Reomago cœnobio, beati Silvestri confessoris. Translatio sancti Modowaldi episcopi Treverensis et confessoris. Eugariæ virginis et martyris. Transitus sanctæ Helenæ imperatricis.* Vide quæ de utraque dicuntur inter Prætermissos.

Cyrici. — *Silvestri.* — *Maximi* — *Franconis* — *De Marone et soc.* — *De susceptione S. Crucis.*

MOLAN. *Ipso die, beati Cyrici episcopi, qui invenit Dominicam crucem. In Reomago cœnobio, depositio sancti Silvestri, discipuli sancti Joannis confessoris.* Tum typis minoribus : *Maximi episcopi Constantinopolitani, qui, ut sanctus Hieronymus refert, tempore Gratiani, doctrina et sanctitate claruit. Franconis episcopi Vuormatiensis.* De hoc posterioribus editionibus silet. Verum textui aliqua inserit litteris Italicis post *principe Nerva*; nempe : *Traditi sunt in servitutem Aureliano sponso, quem Flavia Domitilla ob Christum contempserat. Quos jussit terram fodere per totum diem, ad vesperam vero cantabrum manducare ; deinde, etc. In Reomago cœnobio*, etc., ut supra. *Ipso die, Helnone monasterio , susceptio Crucis geminæ, quæ duobus in locis de ligno Dominicæ Crucis habens, a Vualterio Vuariniaco, nobili milite de Hierusalem allata, et ibidem ecclesiæ oblata, ab abbate et conventu, cum solenni processione est recepta, cum gaudio et exultatione.* Ista hic adjecta sunt, licet ad Martyrologium, præsertim Usuardinum non spectent ; uti nec quod sequitur de *inchoatione Nicæni I concilii.*

XVI *Kal.* — *Die* 16.

Callisti et Carisii — *Martyrum Cæsaraugustanorum.*

Apud Corinthum, natalis sanctorum Callisti et Carisii, cum aliis septem, omnium in mare mersorum. Cæsaraugustæ, sanctorum decem et octo martyrum Quintiliani, Cassiani, Matutini, Publii, Urbani, Martialis, Fausti, Successi, Felicis, Januarii, Primitivi, Evoti, Ceciliani, Optati, Frontonis, Luperci, Apodemi, et Julii. Hi omnes simul sub Datiano Hispaniarum præside pœnis affecti atque interempti sunt.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Chorintum* in Pratensi, *Corintum* in Heriniensi, male scripta sunt. Ita hic *Cœlesti* pro *Calisti*, quem posteriorem modum servant Praten. et Rosweyd. et ita exigere videntur Hieronym. quidquid Rom. parvum et Ado legant *Callisti;* reliqui codices nostri passim *Calixti*, ut magis jam receptum est. Ubi liberum est, liceat nobis puriores fontes imitari. Praten. habet *Charisii* et ita Acta ; malo cum Rom. parvo, Adone et ceteris codicibus nostris *Carisii*, non *Carisi* ut Muneratus. *Mari* et *Ceseree* in Pulsanen. sphalmata sunt, nec in usu est *Cæsarea Augusti*, ut habet Rosweyd. ubi etiam *octodecim* pro *decem et octo*. In martyrum nominibus nonnulla variatio: *Quintilliani* et *Marcialis* scribunt Pulsanen. et Greven. Ille rursus *Evochi, Apodemii, Juliani ;* hic, *Luperti;* Munerat. *Fusti;* Molan. *Eventi*. *Evoti* legunt Mss. antiqua omnia. *Hii, Hispaniorum, primo affecti*, pro *pœnis affecti*, proprii Pulsanensis errores sunt, ut *Hyspaniarum* in Heriniensi.

OBSERVATIO. De solis *martyribus Corinthiis* agit hodie Romanum parvum : *Apud Corinthum, Callisti et Carisii cum aliis in mare mersorum*. Ado eadem phrasi utitur, nisi quod de suo inserat vocem *omnium*. Putat Florentinius, ex his verbis *omnium in mare mersorum*, plane confirmari, Adonem ex aliquo apographo Hieronymiano *Martyrologium suum adornasse, truncatis septem nominibus*, quæ in vetustiori illo exprimebantur. Quando et quousque ea Florentinii opinio locum habeat, ex continuatis per singulos dies Observationibus nostris curiosus lector intelliget. Mihi verosimilius est, utrumque illud Martyrologium, videlicet et Hieronymianum, quod *Romanum magnum* appellare licet, et illud quod *Parvum* dicimus, hoc et aliis quandoque diebus Adonem usurpasse. Utcumque sit, Adonis textum Noster ad verbum descripsit. In Rabano expressa sunt sex martyrum Corinthiorum nomina, quæ ferme eadem ex ipso Notkerus transumpsit, addens *quod omnes in mari mersi sunt*, ubi Rabanus scripserat, *et aliorum plurimorum Sanctorum*. Sex alios supranumerarios comites vide apud Henschenium. Consonat nostris Wandelberti distichon : *Callisti et Carisii.*

Sexta et dena Chariso Calistoque refulget ,
Quos mare septena mersos cum plebe beavit.

De secunda annuntiatione *martyrum Cæsaraugustanorum*, jam fere satis dictum est die præcedenti, quo ab Adone et pluribus codicibus Usuardinis auctioribus memorantur ; nec video, de textus nostri veritate dubitari posse. Quærendum superesset, quis martyrum illorum ordo præferendus, Adonianus nimirum, an Usuardinus? Illum jam dixi ex Prudentii hymno acceptum, qui verosimiliter metri rationi potius, quam antiquæ nominum seriei servandæ consuluit. Vetustiorem ipsam, ni fallor, exhibent Acta a Papebrochio recensita, ex quibus eam pridem Usuardus acceperat, non multum dissimilem ab ea, quæ in Hieronymianis exstat XXII Januarii, multis aliis nominibus auctiore. Sed de his, cum in Actis nostris abunde explicata sint, operæ pretium non est pluribus disserere ; id solum constat, Daciani carnifices, *velut agnorum multitudines prostravisse, non resistentes sibi, et mortuorum innocentum sanguine insanientes cruentatos*. *Martyrum Cæsaraugustanorum.*

AUCTARIA.

TORNACEN. Toto textu purus, ultimam clausulam de *Daciano præside* reticet, forte quod scriptor cancellorum suorum limitibus nimium fuerit coarctatus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. BELIN. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In eo omnes conveniunt, quod in enumeratione martyrum Cæsaraugustanorum, non Usuardi, sed Adonis hesternum textum sequantur, hoc modo : *MM. Cæsaraugustanorum ex [illegible].* *Cæsaraugustæ* (aliqui *Cæsaraugusta) natale sanctorum decem et octo martyrum, Optati, Luperci, Successi, Martialis, Urbani, Julii* (aliqui *Juliæ*) *Quintiliani, Publii, Frontonis, Felicis, Ceciliani, Evoti, Primitivi, Apodemi et aliorum quatuor* (alii melius *reliquorum quatuor*), *qui omnes Saturnini vocati esse referuntur. Hi omnes*, etc.

CENTULEN. *In Hispaniis civitate Cæsarea Augusta, sanctorum decem et octo martyrum, qui Daciana persequutione diversis tormentis consumpti sunt. Apud Chorintum*, etc., ut in textu.

ANTVERP-MAJ. Incipit a martyribus Cæsaraugustanis, quorum nomina nec omnia nec integra refert. Tum : *Eodem die, natale sancti Tiburtii Cenomanensis urbis episcopi et confessoris.* *Tiburtii.* Est hic *Thuribius*, ut in Actis ostenditur. Ultimo loco de Corinthiacis, satis pure.

BRUXELLEN. In prima annuntiatione purus, subdit : *Et Romæ, sancti Aniceti Papæ et martyris, qui sedit annis undecim, et temporibus Severi martyrio coronatus est, et in cimiterio Calixti sepultus. Hic constituit, ut clericus comam non nutriat seu barbam, sed habeat coronam in modum sperule* (sphærulæ.) *Item, Paterni episcopi.* Haud dubie *Abrincensis*. *Aniceti.* *Paterni.*

HAGENOYEN. In textu purus esset, nisi martyrum nomina deformaret, atque hæc post *Hispaniarum præside*, insereret : *tempore Diocletiani et Maximiani imperatorum, diversis sunt afflicti pœnis, atque ab eodem morte crudelissima interfecti.*

AQUICINCT. In fine : *Romæ, Aniceti Papæ et martyris. Hic constituit, ut clericus comam non nutriat, secundum præceptum Apostoli.* Hic sæpe hodie recurrit, sed colitur XVII hujus. *Aniceti.*

VICTORIN. *Romæ, sancti Eniceti Papæ, qui sedit in episcopatu annis undecim. Hic constituit, ut clericus comam non nutriat, secundum Apostolicum præceptum.*

AMBIAN. *Item dedicatio* (ecclesiæ) *sancti Mauritii sociorumque ejus, Ambianis.* *Dedicationis Mauritii.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Cæsaraugustæ, sanctorum* XVIII *martyrum, quorum passionem Prudentius versibus exequitur. Celesti et Carisii. Bassi martyris.* Forte *Vasii* martyris Sanctonensis. *Bassi*

CAMBERIEN. *Eodem die, sancti Isidori martyris.* Inter Prætermissos remittitur ad XV Maii. *Isidori.*

VATICAN. num. 5949. *Romæ, natale sancti Aniceti, qui*, etc.

HIII UGEL.

In Ughellian. alius est martyrum Cæsaraugustanorum ordo, et pro *Julii* scribitur, *Iuliæ*, ut ex aliis etiam supra indicavimus.

Translationis Albini. Editio Lubeco-Col. In prima annuntiatione pura, sic prosequitur : *Colonia Agrippina, translatio sancti Albini martyris. Quem beatus Germanus Anthisiodorensium episcopus, de Britania ad Romanam urbem transtulit, sed postmodum pia Romanorum imperatrix Theophanium, uxor Ottonis primi* (secundi) *imperatoris, eumdem per Papam sibi donatum, ad Coloniam duxit tempore Domini Brunonis Coloniensis archiepiscopi, anno Domini octingentesimo octogesimo quinto, et in ecclesiam sancti Panthaleonis medici honorifice locavit.* In anno erratur toto seculo, vide in Actis, die quo Albinus colitur XXII Junii. Sequitur : *In* *De Cæsaraugustanis.* *Hispaniis, Cæsaraugusta, sanctorum decem et octo martyrum, quorum nomina hæc sunt: Lupertus, Successus, Marcialis, Urbanus, Iulius, Quintillianus, Publius, Fronto, Felix, Cecilianus, Evotus, Primitivus, Apodemus, et reliquorum quatuor, Cassianus, Matutinus, Faustus et Ianuarius. Hi omnes sub Daciano Hispaniarum præside pœnis afflicti variis atque interempti dinoscuntur. Cenomanis,* *Tiburcii.* *beati Tiburcii espiscopi et confessoris. Item* *Amonis.* *sancti Amonis, de quo legitur, quod duos dracones ante ostium cellulæ collocaverit, ne latrones panem ei auferrent, quo solo vescebatur.* In Prætermissis rejicitur ad IV Octobris.

Bassii. Greven. *Bassii martyris.* De quo jam supra *Magni.* diximus. *In Dacia, Magni, comitis et martyris.* *Luperti.* Quæ Dacia hic assignetur, vide in Actis. *Luperti* *Paterni.* *episcopi.* Vide Prætermissos. *Paterni episcopi Pictariensis.* Est *Abrincensis*, apud Pictones na- *Tiburcii. Ammonis.* tus. *Cenomannis, Tiburcii episcopi et confessoris. Item, sancti Ammonis anachoritæ et confessoris, de* *Translationis Albini.* *quo legitur*, etc. *Apud Coloniam Agrippinam, translatio sancti Albini prothomartyris Angliæ, quem sanctus Germanus Autisiodorensis episcopus de Britannia Rhomam, et postmodum Theophanium imperatrix, uxor Ottonis primi a Papa sibi donatum, Coloniam transtulit, anno Domini* DCCCCLXXXV, *et in monasterio sancti Panthaleonis martyris hono-* *Basiliæ.* *rifice collocavit. In Mauricania, sanctæ Basiliæ.* De qua in Actis.

Molan. Incipit ex Notkero : *Romæ, sancti* *Aniceti ex Notkero.* *Aniceti Papæ, qui sedit in episcopatu annos undecim, et temporibus Severi et Marci martyrio coronatus, sepultus est cœmiterio Calisti. Hic constituit, ut clerus comam non nutriret, secundum Apostoli præceptum.* *De translatione Albini.* *Coloniæ, translatio sancti Albini martyris. Hujus Deo digni martyris reliquiæ de Britannia per beatum Germanum episcopum Antisiodorensem primo Romam, deinde per Augustam Theophanium Ottonis secundi uxorem, Coloniam translatæ, positæ sunt in monasterio sanctissimi Panthaleonis martyris, ubi cunctis pie quærentibus opem conferunt salutarem.* Tum typis minoribus : *Anonymi Martyris.* *In Clivia Xanthis, natalis martyris, quem vocant martyrem sine nomine, cujus corpus inventum est* XVI *Kal. Maii, purpura vestitum cum calceis, capite præciso, quod transtulit Philippus archiepiscopus Coloniensis. Eodem die Palentiæ in Hispaniis,* *Turibii.* *natalis sancti Turibii episcopi Astoricensis, ad quem scripsit Leo Pontifex epistolam contra Priscillianistas. Hic innumeris claruit miraculis, et Christianam religionem ac fidem maxime juvit. Villa* *Drogonis.* *Seburck prope Valencenas, sancti Drogonis confessoris, qui miro modo calculosis et ruptis invocatus subvenit. Ejus actus habentur.* Huc usque editio *Engratiæ et sociorum.* prima. Aliæ habent : *Ibidem, Engratiæ sive Encratis, virginis ac martyris, et Caii atque Crementii, qui secundo confessi, gustarunt saporem martyrii.* Vide Acta nostra. Sequitur de Turibio, ut supra. Deinde adjungit ; *Juxta Valencenas, in* *Drogonis.* *pago Sebourch, quiescit sanctus Drogo confessor inclytus, qui miro modo calculosis et ruptis invocatus subvenit. Depositio ejus* XVI *Aprilis anno Domini* MCLXXXVI. *In Sicilia, juxta Castellum bonum, sub Marone monte ac gemellis collibus, in cœnobio* *Guilielmi.* *sanctæ Mariæ a partu, depositio beati Guilelmi* *Magni.* *confessoris. In Dacia, sancti Magni, comitis Arcadiæ et martyris anno* MCIV. De eo superius dictum est. De Albini translatione, eadem, quæ supra. Tu Vide Acta nostra tomo 4 Junii a pag. *M. Anonymi.* 172. *Zanthi, festum martyris, quem transtulit archiepiscopus Philippus, inventum in purpura et calceis, amputata summitate capitis. Nos qui floccellos sanguinis cohærentes pilis in monumento ejus vidimus, scripsimus hæc, ut vos credatis, et per annorum revolutionem hoc die et assidue eum in veneratione habeatis. Nec conturbet, quod nomen ejus non habetur, cum Legenda Thebæorum vix duodecim martyrum nomina contineat.* Demum minori *Paterni.* charactere : *In pago Constantiensi, sancti Paterni episcopi Aprincensis et confessoris, ex abbate Scisciacensi.* Vide de eo Grevenum supra, et Acta hoc die.

XV *Kal.* *Die* 17.

Mappalici. Apud Africam, natalis sancti Mappalici martyris, qui ut beatus scribit Cyprianus in epistola ad martyres et confessores, cum aliis pluribus coronatus est. *Petri et Hermogenis.* Antiochiæ, sanctorum martyrum Petri diaconi et Hermogenis. *Eliæ et soc.* Item Corduba, sanctorum martyrum Heliæ presbiteri, Pauli et Isidori monachorum.

Textus sumitur ex *Herinien. Tornacen. Pulsan. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. Vix quidquam exhibet notatu dignum. Pro *Mappalici*, scribit Pulsanen. *Ampilici*; sed turpius pro *Petri*, *Peto*. Sic Munerat. *Hermogeni. Cordubæ* legunt Greven. et Molan. reliqui ut in textu. Heliæ scribendum docent probatiores codices, non *Helei*, ut Antverp. et Molan. nec *Helyæ*, ut Munerat. Sic Herinien. male habet, *Isydori*; Tornacen. Antverp. Max-Lubec. et Munerat. *Ysidori*; Pulsanen. *Hysidori*. De *presbiteri*, *Aphricam*, *Cipriani* et hujusmodi aliis, satis dictum est. In editione Max-Lubecana per typographi oscitantiam, ita legitur : *Antiochiæ, sanctorum martyrum Helei presbyteri, Pauli et Ysidori monachorum, Petri diaconi*, etc. In fine autem annuntiatio

martyrum

martyrum Cordubensium ordine suo recurrit. Delenda itaque verba omnia inter *Antiochiæ* et *Petri*. En variationem paulo difficiliorem.

De codice Pratensi etc. In apographo nostro Pratensi, loco penultimo, hoc est inter Antiochenos et Cordubenses martyres, ita legitur : *In Oriente, beati Nicephori sub Valeriano et Gallieno ob Christi martyrium coronati.* Atque hæc ipsa leguntur in codicibus Mss. Aquicinctino, Bruxellensi et Rosweydi seu potius vetustissimo ecclesiæ sanctæ Mariæ Ultrajecti, in quo æque ac in Pratensi habetur *Nicofori*, in Bruxellensi *Nycofori*. Ego ex aliorum codicum auctoritate eam annuntiationem Usuardo plane abjudicandam, pridem censui ; nec Castellanus, prætensi alioquin istius autographi summus patronus, obluctari ausus, aperte fassus est, ea quæ de Nicephoro dicuntur, omnino esse intrusa, et quidem manu, inquit, non valde antiqua : *ajouté de main peu ancienne*. Hoc nempe excusandi codicis gratia. At fatendum præterea, aliqua alia priori, si qua fuit, manu eo loci scripta fuisse, quæ subinde erasa sint, ut hæc de novo supponerentur, cujus tamen rei nullum prorsus vestigium in aliis nostris codicibus apparet. Neque de expunctione, ut alias solet, vel verbum meminit laudatus Castellanus. Quis autem satis intelligat, in medio textu manum recentiorem vetustiori innecti potuisse, nisi vel spatium relictum (quod absonum videtur), vel certe aliqua erasa fuerint? Quidquid demum in codicis patrocinium afferri possit ; an id genus additiones, ut Castellanus mitissime vocat, ejus authentiam magnopere commendent, hujusmodi rerum peritorum judicio relinquimus. Interim laterculi nostri primæva simplicitas, ex aliis codicibus ad oculum demonstratur.

OBSERVATIO. Hac iterum die Sanctos aliquos consignat Ado, qui in Hieronymianis apographis etiam inveniuntur, de quibus tamen omnino dubites, utrum ex illis accepti sint. *Mappalicus* imprimis inter Africanos martyres in præfatis apographis connumeratur, sed alia prorsus ratione, nimirum, nec solus, nec ut sociorum antesignanus. At vero in Romano parvo solus est : *Apud Africam, Mappalici*, unde probabilissime eum sumpsit Ado, cetera, quæ in elogio attexuntur, ex Cypriani encomiastica epistola adjiciens. Noster solum Adonis elogium, exclusa epistola, in suum textum transtulit ; Notkerus epistolæ partem truncavit. Apud Bedam, Florum aut Rabanum, nec Mappalicus, nec sociorum ejus quisquam notus est. At longe antiquior illustris martyris memoria exstat in vetustissimo Kalendario Carthaginensi, XIII *Kal. Maias* (pro XV) *martyris Mappalici* ; ubi cum solus etiam notetur, probabilem facit conjecturam, ex aliquo hujusmodi Kalendario, vel ex ipsa Cypriani epistola, a Romano parvo, hinc ab Adone accipi potuisse, verosimilius quam ex Hieronymianis, quæ saltem sociorum memoriam aliquam injecissent. Habes in Actis laudatam Cypriani epistolam ; et plura de sociis, in subjuncto capite, ab Henschenio eruderata. Vide sis præterea insignem Ruinartii Admonitionem ad vitam et passionem gloriosissimi episcopi præviam, pag. 198. At nemo accuratius Mappalici atque aliorum martyrum et confessorum Carthaginensium sub Decio passorum historiam deduxit, quam fecisse videatur Tillemontius tomo 3 a pag. 378. De Mappalico sic loquitur Wandelbertus, ut eum ferme cum Petro et Hermogene, Antiochiæ adscribat.

Mappalici.

Mappalicus quinta decima, Hermogenesque Petrusque
Collucent, merito, virtute et sanguine clari.

Petri et Hermogenis. Vix dubium est, quin ex eodem Romani parvi fonte derivati sint *Petrus* et *Hermogenes*, qui totidem verbis et ibi et in Adone et in Nostro annuntiantur ; quamvis non diffitear, ipsos illos Antiochenos martyres, sed aliis rursus conjunctos, in præfatis Hieronymi apographis recenseri. Additur a Notkero, *Petri, Fortunati et Martiani*, ubi tamen in Rabano, post *Hermogenis*, legerat *et in Africa, Fortunati et Martiani*. Præferenda ex Hieronymianis Notkeri lectio, sed nostra inde processisse non videtur, quidquid fateri cogar, me nescire ex quo demum fonte eorum notitia, quæ modo nulla præterquam in Martyrologiis superest, olim hausta sit. — Sequitur in Adone *Pantagathus*, ex ejus decessoribus Viennensis episcopus, qui cur ab Usuardo præteritus sit, neque hic divinamus. Ceterum in ejus locum suffecti sunt *martyres Cordubenses*, Usuardi ipsius ævo a Saracenis obtruncati, quorum et aliorum multorum notitiam, ut alibi diximus, in ipsa Hispania, quo ad impetrandas illustrissimi martyris Vincentii reliquias ablegatus fuerat, facile acquisiverit. Pauca de ipsis ex Eulogio retulit Henschenius pag. 494.

Martyrum Cordubensium.

AUCTARIA.

DE PRATEN. et ROSWEYD. jam superius satis diximus.

ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Sic incipiunt : *Romæ, sancti Aniceti Papæ. Qui decimus post beatum Petrum, cum Romanam rexisset Ecclesiam undecim annis, temporibus Severi et Marci martyrio coronatus, sepultus est in cimiterio Calixti.* Non omnino convenit ANTVERP-MAX.

Aniceti

ALBERGEN et DANIC. Jam dictis superaddunt : *Hic constituit, ut clerus comam non nutriat secundum præceptum Apostoli, sed sit ejus tonsura sperica et rotunda. Hinc est decretum Martini Papæ ut clerici tonsis capitibus et patentibus auribus incedant.* Alii aliter idem commemorant.

De tonsura.

CENTULEN. *Apud Africam, sancti Mappalici, qui cum aliis pluribus martyrio coronatus est. Antiochiæ, sanctorum Petri et Hermogenis. Corduba, sanctorum Helyæ presbyteri, Pauli et Isidori monachorum.* Solita hujus codicis contractio.

Textus contractior.

ANTVERP-MAJ. Superiori fere similis, ultimam annuntiationem omittit.

BRUXELLEN. Incipit : *Ingressus Noe in archam.* In Mappalico et Antiochensibus purus, interjicit : *In Oriente, natale beati Nycofori, sub Valeriano et Gallieno ob fidem Christi martyrio coronati.* Sequitur : *In Corduba, etc.*, pure. Tum : *Apud Viennam, sancti Patagoti* (Pantagathi) *episcopi gloriosi.*

Nicephor. Pantagathi.

HAGENOYEN. In Mappalico nonnihil inter-

 polatus,

polatus, secundo loco omnia ferme congerit, quæ heri et hodie ex variis codicibus de Aniceto retulimus. In Antiochenis et Cordubensibus purus est.

De AQUICINCTIN. supra cum PRATENSI ,etc., diximus. Vide in Actis IX Februarii.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Mappalici cum* *Aniceti* *pluribus martyribus. Aniceti Papæ, martyris.*

In VATICAN. num. 5949. Deest commemoratio martyrum Cordubensium.

Maioli. FLORENTIN. *Item, sancti Maioli abbatis, patris multorum cœnobiorum, resquiescentis in loco Silviniaco.* Inter Prætermissos rejicitur ad diem natalem XI Maii.

EDITIO LUBECO-COL. De Aniceto ea conjungit, quæ ex ULTRAJECT. et ALBERGEN. etc., supra posuimus. Sequitur totus textus purus. Tum : *Nicephori.* *In Oriente, beati Nychophori sub Valeriano et Galieno, ob Christum martyrio coronati. In Vienna,* *Pantagathi.* *sancti Pantagati episcopi et confessoris. In* *Amonis.* *Ægypto, sancti alterius Amonis, viri incredibilis abstinentiæ ac innumerabilium monachorum patris.* Vide indicem Prætermissorum.

BELINI utraque editio et vitiosa et perturbata est. De Mappalico post *martyris*, inserit, *qui verberatus*. *Antiochiæ* legit, loco *Corduba*; et *Corduba*, loco Antiochiæ. In fine prima editio: *Item* *Aniceti.* *Romæ, Anaceti Papæ et martyris.* 2 editio, *Anacleti*. Voluit dicere *Aniceti*.

Innocentii. GREVEN. *Romæ, Aniceti Papæ*, etc., ut est in *Domnini* ULTRAJECT. etc. *In Italia, sancti Domnini martyris, qui fuit unus de* LXXII *Christi discipulis*. Vide *Nicephori* in Prætermissis. *In Oriente beati Nicophori, sub* *Marciani et Doni.* *Galieno et Valeriano ob Christi confessionem martyrio coronati. Item Marciani, Doni.* Ex Hieronym. *Jobitæ martyris et aliorum trium decollatorum.* *Jobitæ, etc.* Vide Prætermissos. *Magni martyris.* *Magni.* Hesterni, opinor, frustanea repetitio. *Viennæ, sancti Pan-* *Pantagathi.* *tagati episcopi et confessoris. Derthonæ, sancti Innocentii episcopi et confessoris. In Ægypto, Am-* *Innocentii.* *monis alterius, incredibilis abstinentiæ viri, ac in-* *Ammonis.* *numerabilium, monachorum patris.* De quo supra. *Heleni abbatis, cujus tanta fides erat, ut irratio-* *Heleni.* *nalia animantia ad nutum sibi obedierint, et cum hæretico disputans, ignem ingressus, illæsus permanserit. In Libia, Pauli abbatis, qui quingentorum* *Pauli.* *monachorum pater extitit, quos et monitis salutaribus et exemplari vita in viam salutis direxit. Non manibus operabatur, nec cibum sumebat, donec trecentas orationes, genibus flexis, Deo solveret, quas numero lapidum colligebat, ad singulas orationes lapidem in sinum remittens.* De duobus his ultimis vide indicem Prætermissorum. *Noe ingressus*, etc.

MOLAN. *Item Romæ, Anacleti Papæ et marty-* *Aniceti.* *ris.* Crediderim id ex BELINO accepisse, quod secundis curis restituit, pro *Anacleti*, scribens *Aniceti*. *Derthonæ, sancti Innocentii*, ut supra. *Sone-* *Innocentii.* *gias, natalis sancti Landrici episcopi et confessoris.* *Landrici.* In editionibus aliis, sic habet: *Item Romæ, Aniceti Papæ et martyris. Hic constituit, ut Clericus comam non nutriret, secundum Apostoli præceptum. In Oriente, beati Nicephori, sub Valeriano et Gal-* *Nicephori.* *lieno ob Christum martyrio coronati. Dertonæ, sancti Innocentii episcopi et confessoris. Sonegias, natalis sancti Landrici episcopi et confessoris. Die* *Landrici.* *decima septima, sancti Acacii episcopi Melitines.* *Acacii.* Vide que de eo dicuntur in Catalogo Prætermissorum. Ceterum vita ejus in Actis nostris data est ad XXXI Martii.

XIV *Kal.* *Die* 18.

Eleutherii et Anthiæ. Apud Messanam Apuliæ civitatem, natalis sanctorum martyrum Eleutherii episcopi et Anthiæ matris ejus, qui cum esset et sanctimonia vitæ, et miraculorum virtute illustris, sub Adriano principe lectum ferreum ignitum, craticulam et sartaginem, oleo, pice, ac resina ferventem superans, leonibus quoque projectus, sed ab his illæsus, novissime una cum matre jugulatur. Romæ, *Apollonii.* beati Apollonii senatoris, qui sub Commodo principe a servo proditus, quod Christianus esset, insigne volumen composuit, quod in senatu legit, ac deinde sententia *Perfecti.* senatus, pro Christo capite truncatus est. Cordubæ, sancti Perfecti presbiteri et martyris.

Sumitur ex *Paten. Tornacen. Rosweyd. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Item ex *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic. Edit. Ultraj-Belg.* et fere *Hagenoyen.*

VARIA LECTIO. Scripsi *Messanam* cum codicibus ferme omnibus, quamvis Messanam nullam in Apulia usquam repererim. Pro *Anthiæ*, Max-Lubec. legit *Antyæ*; Rosweyd. et Antverp. *Anciæ*. In Munerato, per turpem typothetæ errorem, habetur *matrium* pro *matris*. Idem cum Antverp. Max-Lubec. Greven. Molano et aliis scribit *oleum, picem ac resinam*; sed præferenda est laterculi nostri lectio. *Hiis* error est Max-Lubecanæ valde familiaris. *Appoloni* est in Munerato. In Rosweyd. pro *sententia Senatus*, legitur *secundum sententiam Senatus*. Rursus Muneratus pro *Perfecti*, legit *Prefecti*, Antverp. et Max-Lubec. *Corduba* pro *Cordubæ*.

Eleutherii et Anthiæ. OBSERVATIO. Apographa Hieronymiana diserte hodie exprimunt : *Romæ, natalis sanctorum Eleutherii episcopi et Anchiæ* vel *Anthiæ*, vel *Antiæ matris ejus, Partheni, Caloceri*, etc., qui octo aut novem numero suis nominibus appellantur. Romanum parvum socios non novit, solum scribens : *Apud Messanam Apuliæ, Eleutherii episcopi et Anthiæ matris ejus.* Paulo aliter Ado : *Apud Messanam Apuliæ*, etc., cum elogio, cujus substantiam Noster descripsit. De *Mesana, Messana, Misena* aliisque locis, multa in notationibus Baronii, multa apud Florentinium, multa in Actis nostris disquisitio,

quisitio, conjecturæ multæ. Aliæ item ex Floro, Rabano et Notkero difficultates: primus enim, *Romæ* passionem tribuit, cum elogio ab aliis diverso. Rabanus positionem omittens, dicit, Eleutherium *in Aquileia episcopum ordinatum*, ex Actis, ni fallor, Reatinis cetera delibans, quæ Adonianis prætulit Notkerus, notata tamen *Misena Apuliæ*. Hæc omnia tricis varie implexa, nec de integro examinare, nec refellere promptum est. Antiquissimum martyrum cultum indubitatum statuimus; Acta alia præluxisse Hieronymianis, alia auctori Romani parvi, cujus Martyrologium, forte ex aliis etiam Actis, auxerit Ado; demum ex Floro aut Rabano, nihil videmus lucis obvenire Sanctis, aliunde tenebris nimium offusis. De Usuardi textu nihil laborandum est. Recte is an secus scripserit, nihil interest; certum putamus, ita eum scripsisse, ut in perpetuo antesignano suo repererat. Radicis, ex qua tam multa, ut minimum valde suspecta, pullularunt, judiciosam censuram tulit Papebrochius, oppugnatam a Josepho Perezio Benedictino monacho S. Facundi, ut habes in Responsionibus ad articulum XI num. 232; sed probatam a Tillemontio tomo 2 pag. 227 et 587. Ego in Perezii dissertationibus nihil reperio, quod Magistri nostri argumenta concutiat, nedum convellat. Maneat nihilominus vera et certa illustris martyrum memoria, a Wandelberto quoque olim decantata:

Bis septena Eleutherius, mater quoque sancta
Anthia præcellent, vitam moriendo sequuti.

Apollonii. Certum videtur, *Apollonium senatorem Romanum*, de quo in laterculo, non eum esse, qui inter Eleutherii socios in Hieronymianis connumeratur, sed ab eo diversissimum, atque ab auctore Romani parvi ex Rufini Eusebio lib. 5 cap. 21, primum in sacros Fastos relatum; cui Ado brevem laudationem aptaverit, aut ex præfato Rufino aut ex Hieronymo de script. Eccl. cap. 42, quidni ex utroque concinnatam. Certe, qua parte *Senatoris Romani* dignitatem attingit, Hieronymum præ oculis habuisse manifestum est; nec minus evidens, Nostrum sua omnia ex Adone mutuatum, quæ fere integra transumpsit Notkerus. Cetera de inclytissimo senatorii ordinis fidei defensore et martyre exquirit hic Henschenius, et satis exacte digerit Tillemontius tomo 3 a pag. 55, nihil magnopere curans Josephi Scaligeri cavillationem, de qua meminit Ruinartius, inter selecta pag. 73. —Sequitur in Martyrologo Viennensi: *Transitus sancti Ursmari*, quem tamen Usuardus in diem sequentem transferre maluit, haud dubie, quod istum verum obitus diem existimaverit, sicuti et multi alii censuere. Locum ejus hoc die occupavit *Perfectus* martyr Cordubensis, aliis omnibus antiquioribus et æqualibus ignotus, sed Usuardi tempore, recenti gloriosi certaminis memoria, tabulis ecclesiasticis dignissimus, cujus vitam ex Eulogio illustratam Acta nostra exhibent. *Perfecti.*

AUCTARIA.

Materni. HERINIEN. In textu purissimus, in fine adjicit: *Treveris, sancti Materni episcopi et confessoris.* Unde colligitur, hujus Sancti memoriam peculiari cultu pridem recoli solitam in ea ecclesia vel cœnobio, cujus hic codex olim fuit. Agunt de eo etiam alii hac die, sed plerique melius XIV Septembris.

PULSANEN. Eleutherii elogium expunxit, cetera purus est.

Textus brevis. CENTULEN. *Apud Messanam Italiæ civitatem, sanctorum martyrum Eleutherii episcopi et Antiæ matris ejus. Romæ, Apollonii Senatoris. Cordubæ, sancti Perfecti presbyteri et martyris. In pago Sambrico, cœnobio Laubias, sancti Ursmari episcopi et confessoris.* Vide die sequenti. *Ursmari.*

Dedicatio altaris S. Stephani. ANTVERP-MAJ. In Eleutherio et Apollonio mutilus, de *Perfecto* tacet. In fine autem addit: *Antisiodoro, dedicatio altaris ecclesiæ senioris sancti Stephani protomartyris.*

De Ursmaro. BRUXELLEN. *In Laudiaco, sancti Ursmari episcopi et confessoris. Qui præparatis ad usum monasterii necessariis, cœnobium Lobiense, quod Landelinus fundavit, a Pippino regendum suscepit.* In reliquo textu satis purus est.

Perfecti ep. et confessoris. Leonis papæ. VICTORIN. *Cordubæ, sancti Perfecti episcopi et confessoris.* Lege ut supra. *Eodem die, sancti Leonis Papæ.* Postrema ista verba etiam habet CODEX REG. SUEC. signatus num. 130. Sic ut mirum sit, de eo inter Prætermissos nullam fieri mentionem. Sermo est de Leone IX, ut die sequenti patebit.

Materni. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Apollonii Senatoris. Materni episcopi et confessoris. Eleutherii episcopi et martyris et Anchiæ matris ejus.*

In VATICAN. signato num. 5949, deest *Perfecti presbyteri et martyris Cordubensis.*

CODEX MONTIS SANCTI. *Translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ.* Quo et quando, nescio. *Translationis M. Magdalenæ.*

EDITIO LUBECO-COL. In textu satis pura, subdit in fine: *Eodem die, sancti Laceriani episcopi et confessoris.* Vide in Actis de *Lafreano* sive *Molassio.* Dicitur fuisse Legatus Apostolicus. *Laceriani.*

BELIN. Textum purum refert, sed inter Apollonium et Perfectum immiscet: *Eodem die, sancti Caloceri martyris.* Agit, opinor, de Brixiensi, cujus Acta hodie illustrantur; nisi quis velit ex Hieronym. acceptum, atque Eleutherii et Anthiæ socium esse, cum *Parthenio* aliisque. *Caloceri.*

GREVEN. *Anastasii Papæ et martyris.* An de *elevatione* agitur? In Prætermissis remittitur ad XXVII Aprilis. *Item sanctorum Septimi, Victorici, Donati.* Disparatorum ex Hieronymianis connexio. *Caloceri martyris. Ursmari episcopi et confessoris, secundum Usuardum vero die sequenti. Laceriani episcopi et confessoris. Petri diaconi et confessoris.* Vide conjecturam, quæ in Prætermissis ponitur. *In Hibernia, Lafriani abbatis et confessoris.* Multum fallor, si is idem non est cum *Laceriano* vel *Lafreano* sive *Molassio*, de quo supra, qui et abbas fuit et episcopus. *In finibus Hermopolis, sancti Apollonii abbatis et confessoris, magnæ sanctitatis viri.* Vide quæ, de hoc et de altero Apollonio in indice Prætermissorum notantur. *Anastasii PP. Septimi et soc. Caloceri. Ursmari. Laceriani. Petri. Lafriani. Apollonii abbatis.*

MOLAN. *In cœnobio quod Laubias dicitur, depositio beati Ursmari episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. Eodem die, sancti Caloceri martyris.* Tum typis minoribus: *Cæsaraugustæ, sanctæ Encratiæ,* *Ursmari. Caloceri.*

Encratiæ. *cratiæ, sive Encratis martyris, de qua scribit Aurelius Clemens in libro Coronatorum, quod in horrendum modum laniata, servata sit in vinculis donec vulnera et corpus putrescerent.* De ea in Actis XVI Aprilis. Aliæ editiones textui Usuardino adjungunt: *Cœnobio Laubiis, depositio sanctissimi Ursmari episcopi et confessoris.* Hæc tamquam pars textus, nisi quod vox una et media litteris Italicis expressa sit. Sequitur Auctarium: *Cujus gesta præclara habentur. Mediolani, depositio sancti* *Galdini.* *Galdini, quæ semper celebratur in Dominica secunda post Pascha. Die decima octava, sancti patris* *Joannis.* *Joannis, discipuli sancti Gregorii Decapolitæ.* *Jubini.* *Eodem die, sancti Jubini episcopi et confessoris, cujus corpus requiescit Lugduni supra Rhodanum.* Hic in Actis, ut ignotus, prætermittitur. *Antisiodori,* *De dedicatione altaris S. Stephani.* *dedicatio altaris senioris ecclesiæ sancti Stephani, protomartyris Christi. Nam antiqua dedicatio, quæ a beato Amatore celebrata est, quinto Nonas Octobris in antiquis Martyrologiis reperitur.* Tum typis minoribus: *Ayæ.* *In Montibus, Ayæ comitissæ Hanno-niæ, tam sanguine quam vita præclaræ, cujus memoriam facit ecclesia Montensis in Litaniis.* Hæc prima, quæ in Martyrologiis reperiatur sanctæ hujus Comitissæ, Hidulphi itidem Sancti uxoris, memoria. De cultu ejus, vita, reliquiis, patrocinio in litibus, omnia ab Henschenio accurato commentario elucidata sunt.

XIII *Kal.* *Die* 19.

Timonis. Beati Thimonis diaconi de septem primis, qui primum apud Beroeam doctor resedit, ac deinde verbum Domini disseminans, venit Corinthum, ibique a Judæis et Græcis, ut traditur, primo flammis injectus, sed nihil læsus est, *Hermogenis et soc.* deinde cruci affixus martyrium suum implevit. In Armenia civitate Militana, natalis sanctorum martyrum Hermogenis, Gaii, Expediti, Aristonici, Rufi, Galatæ, una die *Vincentii.* coronatorum. Civitate Caucoliberi, passio sancti Vincentii martyris. Cœnobio Lau-*Ursmari.* biis, sancti Usmari episcopi et confessoris.

Sumitur ex *Tornacen. Munerat. Belini prima editione, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Thimonis* legunt Tornacen. Belin. et antiqui codices alii, quos sequimur; melius Molan. *Timonis*, male Munerat. *Thinonis*; Greven. *Thymonis*. Sic Belinus male incipit: *Natale sancti Thimonis,* Munerat. *Apud Corinthum.* In Greveno et Molano desideratur, *verbum Domini.* Muneratus sensum nonnihil invertit, pro *ibique a Judæis,* etc., scribens: *ibi, ut traditur, a Judæis,* etc. Post *læsus,* in Greveno et Molano omittitur *est.* Scripsi *Militana* cum codicibus omnibus, quo modo etiam habent apographa Hieronym. Rom. parvum, Ado, etc. *Melitinam* intelligi nullus dubito. In martyrum nominibus, non una scribendi ratio: pro *Caii,* plerique legunt *Gaii,* ut Tornacen. Munerat. Belin. Molan. etc.; Greven. cum aliis *Gagii.* Turbam sequi placuit codicum vetustiorum. Tornacen. Greven. et Molan. legunt *Galathæ,* prætuli modum reliquorum, *Galatæ. Ruffi,* habet solus Belinus. Rursus idem, *In Hyspania civitate,* etc. *Calcoliberi* et *Vicentii* errores sunt Munerati. Posui *Ursmari,* ne a communiori appellatione deflecterem, licet Tornacen. Munerat. et Greven. legant *Orsmari*; Belin. *Urlsmari. Nichil, dyaconi* et id genus alia præteriri possunt.

Timonis. OBSERVATIO. Qui plerosque ex primis Diaconis, ut X et XX Januarii ac IX Aprilis ostendimus, idem *Timonem* primus omnium Fastis ecclesiasticis inseruit auctor Romani parvi: *Apud Corinthum, Timonis diaconi de septem,* ex quo eum Ado translatum, inter festivitates Apostolorum eo ornavit elogio, quod Noster fere ad verbum descripsit. Ast in suo Martyrologio simpliciter annuntiat, ut facit Notkerus, hic primo loco, ille ultimo. Henschenium et hic et nonnumquam alibi leviculæ cujusdam negligentiæ alius incusaret, quod festivitates Apostolorum non consulens, Usuardo adscripserit, quæ certo Adoniana sunt, ut vere et totum hodiernum Timonis elogium, in Rosweydi editione pag. 36. Pauca, quæ de Timone, uno an gemino, dici possunt, etiam minus probata, congessit *Hermogenis et soc.* ipse Henschenius, nec ab aliis quidquam additum reperire est. — *Martyres Armeni* in Hieronymianis inveniuntur æque ac in Romano parvo, sed cum hac diversitate, quod prædicta apographa alios denuo, et quidem repetita eadem positione, adjunctos habeant, de quibus Romanum parvum non meminit; nec proinde Ado, ex quo eos eduxit Notkerus, iisdem ubique terminis notatos, cum nulla de ipsis amplior usquam exstet notitia. Wandelbertus eosdem omnes duobus versibus ita conclusit:

Gaio, Aristonico, Rufo, Hermogene atque Galata,
Tertia cum decima, Expedito et martyre fulget.

Vincentii. *Vincentius* in Hieronymianis etiam notus est, non item in Romano parvo. Ex prioribus eum sumpsit Ado, nihil adjungens, uti nec Usuardus, verosimiliter quod Acta nulla viderint, quæ nec modo exstant, nisi recentius fabricata. De Vincentiorum multiplicitate et identitate in Actis disseritur. Vide quæ diximus XXII Januarii, et *Vincentii, Orontii* atque *Victoris* Acta ibi a Bollando illustrata. *Caucoliberim,* non solum Martyrologis, sed et Geographis notam, mirum est Florentinium ignorasse. Vide de cetero Papebrochii Animadversiones hoc die pag. 622; et adde notulam Tillemontii tomo 5 *Ursmari.* pag. 612. — De *Ursmaro* ad præcedentem diem dicere cœpimus, quia ab Adone tunc refertur, non

sub

sub *Orsmari*, ut alicubi legimus, sed sub *Ursmari* nomine. Sitne autem ab Usuardo consignatus, dubitare me cogunt codices Usuardini plurimi, vix umquam soliti ab auctore suo quidquam detrahere, in quibus tamen plane desideratur. Dubitationem auget varius annuntiandi modus, Pratensi et Rosweydino scribentibus: *Pago Hainoensi* (intellige *Hainau*, *Hannonia*, *Hannoniensi*, quod satis vage dictum est;) ceteris pro textu citatis, pressius et distinctius : *Cœnobio Laubiis* ; quam ob causam ex purorum codicum numero exclusus est Pratensis, addens præterea *dedicationem ecclesiæ, in honore sancti Simphoriani*, etc., quamquam hanc recentiori manu adjectam testetur Castellanus, idemque indicet Sirmondus, lineas subducendo. Utcumque tamen se habeat, ea Ursmari annuntiatio, in laterculo servata est, Usuardo, post Adonem, probabilius adscribenda, saltem pro ut a nobis exprimitur, licet Ado paulo aliter legerit, nempe : *Laubaco monasterio, transitus sancti Ursmari episcopi et confessoris.*

AUCTARIA.

De PRATENSI codice, abunde dictum est, supra, in Observationibus.

HERENIEN. Hodie a reliquis discrepat, Ursmarum excludens, ejusque loco substituens : *Eodem die, apud ecclesiam beati Petri Romæ, depositio Domni Leonis Papæ noni, qui ecclesiam beati Remigii dedicavit.* *Leonis IX.*

PULSANEN. In Timone purus est, immediate subjungens : *Civitate Caucoliberi*, etc. De Melitinensibus tacet, atque etiam de Ursmaro.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Deficiunt etiam in Ursmaro.

ROSWEYD. Pro *Timonis* scribit *Timothei*. In ceteris textum sequitur, nisi quod legat : *In pago Hainoensi, sancti Ursmari*, etc.; et in fine subjiciat : *In Cantia, passio santi Elphegi archiepiscopi et martyris, qui a paganis captus et necatus, in Lundonia sepultus est.* *Elphegi.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Ursmari non meminerunt ; in reliquo autem textu ferme puri sunt. ALBERGEN. in eo defectu convenit, sed præterea Vincentium Caucoliberitanum excludit.

BRUXELLEN. Et hic Ursmarus deficit ; de cetero proxime ad textus puritatem accedit. In fine autem subdit : *Eodem die, sancti Leonis Papæ noni et confessoris. Qui primum episcopus Tullensis, ab imperatore Henrico ad Papatum promotus, et ex hoc conscientiam habens, resignavit. Et denuo rite electus post laudabilem vitam, in ecclesia sancti Petri tumulatur, clarens miraculis.* *De Leone IX.*

HAGENOYEN. Neque hic a textu multum deviat. De Ursmaro etiam tacet. In fine subjungit: *Cantuariæ, sancti Elfegi episcopi et martyris.* *Elfegi.*

CENTULEN. Incipit a Melitinensibus, in quibus purus est. Sequitur : *Apud Septimaniam, civitate Caucoliberi, sancti Vincentii confessoris, cujus gesta habentur. Eodem die, sancti Thimonis diaconi de septem primis, qui crucifixus Chorinto quiescit.* Quæ Vincentii Acta supersint, docet Papebrochius hic.

ANTVERP-MAJ. In Armenis et Vincentio, priori non multum absimilis ita prosequitur : *In cœnobio quod dicitur ad Laudibas, depositio beati Ursmari episcopi et confessoris, cujus gesta habentur.* In Timone textum abbreviat, servata tamen rei substantia.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Elphegi Cantuariensis episcopi et martyris cum multis aliis. Thimonis diaconis et martyris.* Et in margine : *Festivitas sacræ lanceæ celebratur feria sexta post octavam Paschæ.* *Elphegi.* *De sacra Lancea.*

VATICAN. signatum num. 5949. Inter Armenos omittit *Rufi*. De Ursmaro etiam nihil. In fine autem adjicit : *Romæ depositio sancti Leonis IX Papæ, qui sedit in pontificatu annis quinque.* *Leonis.*

In UGHELLIAN. Deest Ursmarus.

FLORENTIN. *Florentiæ in partibus Tusciæ, sancti Crescentii, subdiaconi sancti Zenobii, ejusdem urbis episcopi, cujus vita virtute et miraculis claruit anno Domini*, CCCCXXIV ; *a Zenobio tunc ibi Præsule, honorifice in ecclesia Cathedrali sepultus, ac litteris sancti Ambrosii Mediolanensis præsulis, nuntiato ejus obitu, laudatus.* Patet encomiastæ imperitia. *Crescentii.*

BURDEGALEN. *Cœnobio Laubiis, sancti Ursmari episcopi.*

BIZUNTICEN. *Romæ, depositio Leonis Papæ et confessoris, cujus vitam esse sanctissimam crebra testantur miracula.* *Leonis.*

EDITIO LUBECO-COL. In textu fere pura est, scribit tamen : *In pago Hamensi, cœnobio Lambiis, beati Ursmari*, etc. Tum : *Solemniaco, sancti Tillonio* (Tillonis) *episcopi et confessoris.* Quis hic sit, vide in Prætermissis. *Eodem die, sancti Alphegi episcopi Cantuariensis et martyris.* *Tillonis.* *Alphegi.*

BELINI EDITIO ALTERA. Textui superaddit : *Romæ, sancti Leonis Papæ et confessoris.* *Leonis.*

GREVEN. *Donati, Vitalis.* Ille ex Hieronymianis acceptus est, cujus sit alter, nescio. *In Cantia, sancti Alphegi. Qui, ut refert Vincentius libro 26, claris natalibus ortus et litteris traditus, cum legisset, quæ ad salutem sufficere videbantur, totum Philosophiæ studium convertit ad diligendum Deum; primumque Vintoniæ episcopus, deinde anno Domini* MVI *Cantuariensis archiepiscopus factus, ob vitæ sanctimoniam, ad palmam martyrii meruit pervenire. Dulcissimi et Charissimi martyrum.* De his vide Prætermissos. *Apud Arabiam, sancti Tymonis episcopi et martyris.* Nec inter Prætermissos notus est. Vide de altero Timone. *Solemniaco, Tyllionis episcopi et confessoris. Romæ, depositio sanctis Leonis Papæ* IX *et confessoris. Qui Allemannus natione, primo episcopus Tullensis fuit, Bruno dictus. Cum enim Romani ab imperatore postulassent Pontificem sibi dari, et ille nullum episcoporum Teuthoniæ ad hoc onus assumendum inclinare posset, tandem iste consensit, et laudabiliter regens Ecclesiam, miris ubique clarus quievit anno Domini* MLIV. *Apud Wesaliam superiorem, in diœcesi Treverensi, passio beatæ memoriæ Wernheri pueri annorum* XIV, *qui anno Domini* MCCLXXXVII *a Judæis in die Parasceves suspensus, flagellatus, in membris omnibus incisus, crudelique morte interemptus, multis statim claruit miraculis. In Dacia, civitate Othoniensi, translatio sancti Kanuti regis et protomartyris Daciæ.* Colitur X Julii. *Donati, Vitalis.* *De Alphego.* *Dulcissimi et Carissimi.* *Tymonis alterius.* *Tillonis.* *Leonis.* *Wernheri.* *Translationis Kanuti.*

MOLAN. De Leone adducit ipsissima verba ex HERINENSI supra relata. *In Blandinio monaste-*

re,

Elevationis Florberti. *rio, elevatio corporis sancti Florberti, primi ejusdem cœnobii abbatis.* Colitur x Novembris. *Ipso die, sancti Alphegi episcopi et martyris.* Tum litteris minoribus; *Qui primum Wintoniæ....* ut supra. *Apud Wesaliam superiorem....* etiam ex GREVEN. *Alphegi* Editiones postremæ Ursmarum omittunt, pridie memoratum. De Elphego, ut supra. Item de Leone. Sequitur: *Die decima nona, sancti patris Joannis de vetusta Laura.* *Joannis de vetere Laura.* In Florberto et Wernhero, nihil immutatum invenio.

XII *Kal.* *Die* 20.

Victoris PP. Romæ, natalis sancti Victoris Papæ, qui post beatum Petrum quintus decimus, rexit Ecclesiam annis decem, et sub Severo principe martyrio coronatur. *Sulpitii et Serviliani.* Item Romæ, sanctorum martyrum Sulpitii et Serviliani, qui prædicatione et miraculis Domitillæ virginis, ad fidem Christi conversi, cum nollent idolis immolare, a præfecto urbis Aniano capite cæsi sunt. In Galliis civitate Ebredunensi, *Marcelli alias Marcellini et soc.* sancti Marcelli, ejusdem urbis episcopi et confessoris, qui divino jussu, cum sanctis sociis Vincentio et Domnino ex Africa veniens, maximam partem Alpium maritimarum verbo et signis admirandis, quibus usque hodie refulget, ad fidem Christi convertit.

Puri sunt *Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Codex Rosweyd. pro *coronatur*, solus legit, *coronatus est.* Sic Tornacen. et Munerat. pro *Sulpitii*, *Supplicii*, ut aliqui scribunt *Sulpicii.* Rosewyd. male præfigit *Publii.* Item Munerat. Greven. et Molan. *Domicillæ. Salviano* pro *Aniano* in Munerato error est. Molan. legit *Marcellinus*, et recte, opinor; ceteri *Marcelli.* In Heriniensi superius adscriptum *ni.* Greven. habet *Marcelli primi.* Munerat. *Dominio* pro *Domnino.* De cetero *Rhomæ, natale, Ydolis, Ebredunense, Affrica, Aphrica* et hujusmodi minutiæ facile condonandæ.

Victoris PP. OBSERVATIO. *Victorem episcopum* cum tribus sociis, in Hieronymianis referri perspicuum est: *Romæ, depositio S. Victoris episcopi, Felicis, Alexandri, Papiæ.* An hic ut *martyr* signetur *Victor*, non satis certum est, nisi sociorum causa id erui posse videatur. Apud Romanum parvum, Victorem episcopum et martyrem invenio, sed incomitatum: *Romæ, Victoris episcopi et martyris.* Isne Romanæ an alterius civitatis episcopus fuerit, disputat Henschenius, alia episcoporum extraneorum Romæ passorum exempla commonstrans; atque una probare nititur *Victorem* in Hieronymianis apographis hoc die memoratum, quiscumque sit, Romanum Pontificem istius nominis non esse, utpote qui XXVIII Julii defunctus creditur, quo die a Rabano, Notkero, aliisque Martyrologis, et præsertim Romano moderno, colitur. Id a Molano pridem observatum, fecit ut in posterioribus Usuardi editionibus textum mutilaverit, translato in mensem Julium eo Victore, qui certissime hoc die ab Adone pro *Victore Papa* sumitur; sive ipse a sciolo forte aliquo, ut suspicatur Henschenius, in errorem inductus, seu primus omnium lapsus fuerit. Adonis elogium Noster, et alii eum secuti, pauculis mutatis, tuto transcribendum existimarunt. Longiusculum est, quod in Mosandri editione legitur, et adhuc paulo auctius a Notkero exhibitur, ubi auctor illa ipsa adjungit, quæ XXVIII Julii apud eumdem ex Rabano iterum descripta sunt. De Henschenii mente dubium non est; Papebrochius diem XX Aprilis præferendum putavit, atque adeo cum Florentinio censuit, ipsum *Victorem Papam* esse, qui hoc die in Hieronym. celebratur; quibus subscribit Tillemontius, Victoris vitam per octo articulos deducens tomo 3 a pag. 100. Pagius ad annum CCI num. 5, vix audet diem obitus definire, licet aperte supponat, in Hieronymianis *Victorem Papam* XX Aprilis annuntiari. Variorum opiniones hic cursim attingimus, ad XXVIII Julii in Actis examinandas. Nos interim, ut sæpe monuimus, Usuardum sive errantem, sive vera prædicantem, nativis coloribus repræsentare conamur. Beda totis septem diebus vacat, hodiernum Flori supplementum, non Victorem, sed *Anicetum* Papam commemorat. — *Sulpitii et Serviliani.* *Sulpitius* et *Servilianus* solo nomine a Romano parvo appellantur, Hieronymianis incogniti. Ado ex Actis sanctorum Nerei, Achillei et Domitillæ, de quibus alibi non semel agendum est, insigni eos exornat encomio, cujus potiorem partem suam facere satis habuit Usuardus. De eorum martyrum translationibus, de variis *Servilianis*, aliisque eo spectantibus plura annotavit Henschenius. — *Marcellini et sociorum.* *Marcellinus* et socii, solius Adonis sunt, ex cujus elogio suum formavit Noster, Notkerus totam messem colligit. Acta a nobis edita Adonem vidisse oportuit, quorum, si non auctorem, saltem scribam detexit Mabilio in Diplomatica pag. 172 lit. E, ex codice *ab octingentis annis descripto, a Deodato presbytero.* Vitam paucis decurrit Tillemontius tomo 7 a pag. 561. Cur autem *Marcellinum* Adonis, plerique nostri, iique probatissimi codices in *Marcellum* transmutaverint, non habeo unde conjiciam; scripsi *Marcelli*, quoniam ita scriptum invenio. In codice Heriniensi, ut jam indicavi, desuper adjectam videre est syllabam *ni*, sed recentiori et atramento et calamo. Hæc pro laterculi primæva simplicitate dicta sint satis; sequantur Wandelberti priores bini versiculi, qui Marcellinum et socios celebrant, posteriores duo in Auctariis subjicientur:

Marcellinus, Domninus, Vincentius, atque
Nomine bis senam radiant festoque fideque.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Georgii et Venantii elevationis. Est in Praten. ad marginem, ni fallor, adjecta *revelatio corporis S. Georgii Bethleemici, monachi et martyris, et sancti Venantii abbatis*, sed hujusmodi additiones plerumque negligimus.

Pulsanen. et Lovanien. Ultimas textus lineas detruncant, sistendo in, *episcopi et confessoris*, suppressis reliquis.

Mariani Antverp. et Max-Lubec. Puri sunt ; sed in fine adjiciunt : *Antisiodori, sancti Mariani.* Hoc nomen varie tortum et deformatum est, non solum in codicibus nostris, sed etiam in Hieronymianis, de quo vide Florentinium. Castellanus censet legendum, ut hic habetur.

Marciani. Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Editio Ultraj-Belg. Textui puro etiam subjungunt : *Apud Antisiodorum, depositio sancti Marciani* (ita enim multi pro *Mariani* scribunt,) *presbyteri et confessoris.*

Albergen. et Danic. In Auctario cum duobus præcedentibus conveniunt, sed sancti *Victoris* annuntiationem differunt in xxviii Julii.

De Sulpitio et Serviliano. *Mamertini et Mariani* Centulen. In Victore purus, ita prosequitur : *Item Romæ, sanctorum Sulpitii et Serviliani, qui hortatu beatæ Flaviæ Domitillæ ad fidem conversi et pro Christi amore sub Aureliano* (Aniano) *passi sunt. Antisiodori, sanctorum confessorum Mamertini et Mariani presbyterorum.*

Antverp-Maj. a Centulensi, phrasi paululum differt. Pro *Mamertini*, scribit *Martini.*

De Victore. *De Marcello ex Adone.* *Mamertini, etc.* Bruxellen. De Victore addit : *Hic terminum Paschalem, et quod Pascha semper in die Dominica celebretur instituit.* In secunda annuntiatione purus est. In tertia ex Adone subjungit : *Ita ut baptisterium, quod ipse apud præfatam urbem condidit, in sacrosanctis Paschalis festi vigiliis, divina virtute singulis annis, aquis subitis inundetur et per septem ejusdem solempnitatis dies gratia exuberante permaneat. Apud Antisiodorum, sanctorum confessorum Mamertini et Marciani presbyterorum.*

Hildegundis *Sevelii et Theophanti.* Hagenoyen. Incipit : *In Missia, sanctæ Hiltegundis virginis.* Sequitur totus textus satis purus. Tum : *Anthisiodoro, sancti Martiani presbyteri.* (Jam diximus melius vocari *Mariani.*) *In Ycomedia, sanctorum Sevelii et Theophanti ; ii sunt translati in Cellam Ratolfi.* Sint ne hi fortasse *Synesius* et *Theopompus*, vide in indice Prætermissorum et xxi Maii. Sinesium aliquem hodie canit Wandelbertus, sic eum post Marcellinum ejusque socios celebrans :

> *Festaque Synesii celebrantur martyris almi,*
> *Pontificis titulo, doctrina et morte beati.*

Synesii. Ita quidem poeta Martyrologus, sed necdum satis explicatum invenire licuit, quis ille *Synesius* sit, *episcopi* et *martyris* titulo insignitus. Non lubet hariolari, doceat nos, qui talem *Synesium* uspiam repererit. Forte corruptum fuerit nomen, sed et hoc æque incertum est; ut proinde satius sit, aliquid luminis alicunde exspectare.

De Victore. Aquicinct. Sic incipit : *Romæ, natalis sancti Victoris Papæ, qui post beatum Petrum tertius decimus, rexit ecclesiam annis decem, et sub Severo principe martyrio coronatur. Hic constituit, ut sanctum Pascha semper die Dominico celebraretur, et a quinta decima Luna primi mensis, usque ad vigesimam primam observaretur. Constituit etiam, ut necessitate faciente, sive in flumine, sive in mari, seu in fontibus, sub Christiana confessione, quicumque hominum, ex gentilibus venientes, baptizarentur.* Hæc ex aliquo Adonis auctiori apographo, vel ex Notkero desumpta sunt.

Daveronen. *Antisiodoro, sancti Martini* ; pro *Mamertini* ut jam dictum est. Et sic habet etiam Aquicinct. supra. *Martini.*

Matric-Cartus-Ultraject. *Victoris Papæ et martyris. Mamertini abbatis. Maciani* (Mariani) *presbyteri.* *Mariani.*

Vatican. num. 5949. *Item, Romæ, via Numentana, sanctorum Aralaci et Donatæ.* Vide totam cohortem et primi nomen recte scriptum, in Actis. *Aralaci et Donatæ.*

Ughellian. *Antissiodoro, sancti Martiani.* *Martiani*

Florentin. *Antisiodori, sancti Martiani.*

Divionen. ecclesiæ sancti Stephani. *Antisiodori, sanctorum confessorum Mamertini et Mariani presbyteri. Et translatio sanctæ Exuperiæ virginis.* Lege *Exuperantiæ*, ut Remens. infra. Colitur xxvi Aprilis. *Mamertini et Mariani.* *Exuperantiæ translationis*

Remens. ecclesiæ, SS. Timothei et Apollinaris. *Translatio corporis sanctæ Exuperantiæ virginis.* *Translationis Exuperantiæ.*

Editio Lubeco-Col. Victorem remittit ad xxviii Julii. Altera textus pars satis pura est. In fine : *Anthisiodoro, depositio sanctorum confessorum, Mamertini et Mariani presbyterorum.* *Mamertini et Mariani.*

Belin. In ultima annuntiatione, Marcellini socios expunxit, cetera purus est. In fine addit 1 editio : *Anthisyodori, sancti Martiani.* Altera subdit, *confessoris.* *Martiani*

Greven. *Item, sanctorum Johannis, Victoris, Donati.* Ex Hieronym. *Adelarii episcopi et martyris.* Vide in Prætermissis. *Antisiodoro, sanctorum Marciani et Mamertini presbyterorum. Item, sanctæ memoriæ Hildegundis virginis, sanctimonialis Cisterciencis Ordinis, quæ et Josepha dicta est.* *Johannis et sociorum.* *Adelarii.* *Hildegundis.*

Molan. *Antisiodori, sancti Martiani.* Typis minoribus de Hildegunde ut Grevenus. In aliis editionibus, ut jam supra dixi, expunctus est Victor Papa. In fine de Martiano eadem. Dein : *Die vigesima, sancti patris Theodori, qui fuit in Trichine.* Rursus minoribus litteris : *Sconaugiæ, obitus Hildegundis virginis, Ordinis Cisterciensis, quæ et Josepha dicta est.* Quidni *Josephum* potius appellat, utpote quæ sub virili habitu inter monachos admissa est, ibidemque sanctissime vixit, post multa et gravia pericula, quibus ante religionis ingressum exposita fuerat. Videatur mirabilis vita, a connovitio, rerum omnium in monastica professione inter viros gestarum teste oculato scripta, et a Papebrochio illustrata. *Martiani* *Theodori.* *Hildegundis.*

XI *Kal.* *Die* 21.

Apud Persidem, natalis beati Symeonis episcopi et martyris, qui jubente Sapore Persarum rege comprehensus ferroque onustus, cum de Domino voce libera et constantissima testaretur, primum carcerali ergastulo cum aliis *Symeonis et soc.*

aliis centum, e quibus alii episcopi, alii presbiteri, alii diversorum ordinum clerici, maceratus, novissime cum omnibus jussus est pariter decollari. Passi sunt cum eo etiam clarissimi quidam viri Ustazadis, Abdella, Ananias et Pusitius, cum filia, quæ erat sacra virgo. *Aratoris et soc.* Alexandriæ, sanctorum Aratoris presbiteri, Fortuni, Felicis, Silvii, Vitalis, qui in carcere quieverunt.

Ita *Praten. Herinien, Tornacen. Antverpien.* et *Max-Lubec. Rosweyd. Munerat. Belini prima editio, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Simeonis* scribunt Praten. et Molan. quos cum pluribus codicibus alibi secuti sumus; codicum aliorum auctoritas hic alio nos divertit. Si hinc inde fluctuemus, ipsorum, non nostra culpa est, sed facile condonanda. *Apprehensus* pro *comprehensus* solus Belinus legit, apud quem et *Persidam* pro *Persidem. Constantissime* adverbialiter posuit Molanus. In nonnullis codicibus ad, *alii episcopi, alii presbyteri, alii*, etc., inseritur verbum *erant;* ast in textu, cum codicibus probatioribus, satis intelligi supponitur. *Ustazadis*, legunt codices omnino omnes, excepto solo Belino, in quo *Ustozadis;* Acta præferunt *Usthazanes* ex Sozomeno, attamen Romanum parvum et Ado legunt cum textu. *Epusitius* in Belino, ponitur pro, *et Pusitius*. In solo Heriniensi invenio, *cum filia sua*. Consentiunt Praten. Herenien. Tornacen. Rosweyd. Greven. et alii in *Fortuni*, quod adeo in textu servandum putavimus, licet melius, ni fallor, alii legant *Fortunati*, Munerat. *Fortunii*. Sunt qui ponant et *Vitalis*, sed probatissimi hoc prætermittunt, ut Usuardo familiare est. *Honustus, Fælicis*, etc., notatione non indigent.

Symeonis et soc. OBSERVATIO. Romanum parvum unicam hoc die annuntiationem ponit: *In Perside, sancti Simeonis episcopi et martyris cum aliis centum, et Ustazadis, et Abdellæ, et Ananiæ, et Pusicii.* Atque ibi nobilissima martyrum acies in sacris Fastis primum innotescit, procul dubio ex Sozomeno aut ex Tripartita accepta, cui ex eisdem monumentis elogium suum concinnavit Ado, cujusque medullam Usuardus satis eleganter decerpsit; Notkerus ferme integrum de more transtulit. Plura, tum quæ ad rectam nominum expressionem, tum quæ ad diversum *Usthazanis* et aliorum obitus diem spectant, vide sis in Actis nostris explicata et illustrata; ubi id præcipue studuisse videtur Henschenius, ut acerrimæ persecutionis, quam adversus florescentem Persidis Christianitatem movit hostis ejus infensissimus Sapor, initium probabilius ex Hieronymo ad Constantii tempora reduceret, quod ad Constantini ætatem male a Sozomeno relatum, probant cum ipso eruditi recentiores Ruinartius inter sincera et selecta a pag. 632, et Tillemontius tomo 7 a pag. 76, ubi tota historia late et ex ordine digeritur. Attamen Henschenio minime consentiunt laudati Ruinartius, Tillemontius et alii in eo, quod Symeonis et sociorum martyrium differat ad annum CCCXLIX. Fecit hoc Magister noster plausibili ratione ductus: cum enim in Sozomeno Persarum istorum martyrium accidisse dicatur die, *quo memoria salutaris Christi passionis quotannis recoli solet*, recte censuit, quærendum esse annum quo XXI Aprilis cum die Parasceves concursum habeat; is vero cum ante annum CCCXLIX non recurrat, ibi Symeonis et aliorum certamen (Usthazanes pridie coronatus erat) collocandum omnino putavit. Recte, inquam, censuit, si recte supposuisset, in Martyrologiis nostris verum semper et proprium passionis diem, martyrum festivitati assignari, atque hic die XXI Aprilis certo passos esse Symeonem et socios. Id utique supposuit Henschenius, sed recte supposuisse, ei concedere non possumus, nimis gnari auctorem Romani parvi et Adonem, ut alias palam fecimus, sæpissime dies selegisse, aut ex mero arbitrio, aut ex conjectura aliqua; qualem suggerere hic potuit ipsa illa Sozomeni periocha de die, *quo memoria salutaris Christi passionis quotannis recoli solet*, quemque ipsi cum XXI, Martyrologi alii, tum Latini tum Græci (Chronologi non boni) cum alio Aprilis die composuerint, ut clare iterum patebit die sequenti, et alibi fusius poterit demonstrari. Ne pluribus ab instituto deflectam, candide fateor, me subducto ab Henschenio calculo fidere omnino non audere, urgentibus præsertim aliis rationibus, quæ Symeonem et socios, sub principio grassantis Saporianæ persecutionis, anno circiter CCCXLIV martyrium subiisse, verosimilius ostendant; in quo fallit Pagii in Baronium critica ad annum CCCXLIII, dum Henschenii sententiam describit et sequitur. Nolim tamen cum Castellano hac ratione induci, ut solennitatem a Martyrologis nostris, tot jam seculis stabilitam, loco suo dimoveam, quam eidem etiam affixit Wandelbertus, *Caium* diei sequentis huc retrahens:

Undecima Gaius, pariter Simeonque coluntur.

Aratoris et soc. Altera classis *martyrum Alexandrinorum* ex apographis Hieronymianis proficiscitur, in quibus non omnimoda invenitur conformitas, ut recte observavit Florentinius. Manifeste patet, quinque dumtaxat ab Adone selectos, a quo eos Usuardus accepit, ordine paululum immutato, variatoque unius nomine, quem notæ optimæ codices nostri non *Fortunatum*, ut Ado legit, sed *Fortunam* constanter appellant. Nomen depravatum, inquies, esto; a codicibus nostris nequaquam recedere certum est, ut in *Ustazade*, qui *Usthazades* vel *Chustazates*, vulgo *Usthazanes* vocandus est; et *Abdella*, qui *Abedechalas*, nimium forte religiose præstitimus. Atque hinc abunde patet textus Usuardini integritas.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

PULSANEN. Mutilus est, omittens ea, quæ de *Usthazane* et sociis in laterculo dicuntur inter *decollari* et *Alexandriæ*.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In textu puri, subdunt in fine : *Leodii in ecclesia beati Laurentii,* *(Walbodonis)* *depositio beati Walbodonis* (*Walbonis* scribit DANIC.) *ejusdem urbis episcopi.* Idem Auctarium habet LOVANIEN. sed deficit in iisdem, in quibus deficit PULSANEN. supra.

CENTULEN. *Apud Persidem, sancti Symeonis Seleuciæ* (Seleuciæ) *et Thesefontis* (Ctesiphontis) *regalium civitatum episcopi, qui persequente rege Persarum, post alia tormenta capite plexus est. Cum quo passi sunt Usiazades eunuchus, Abdella, Ananias senes, Pusicius cum filia virgine. Alexandriæ, sanctorum Fortunati, Aratoris presbyteri, Felicis, Silvii, Vitalis, qui in carcere quieverunt. In Galliis,* *(Marcellini et sociorum)* *civitate Ebreduno, sancti Marcellini, primi ejusdem civitatis episcopi et confessoris, Vincentii* (adde *Domnini*) *sociorum ejus.* De quibus nos pridie.

ANTVERP-MAJ. In Simeone, textum ex Adone interpolavit. In Alexandrinis, cum CENTULENSI convenit. Sequitur ultimo loco, de Marcellino, sed pure, ut heri in textu legimus.

(Sotheris PP.) BRUXELLEN. Incipit : *Romæ, sancti Sotheris Papæ. Qui sedit annis novem et tunc martyrio coronatus est. Hic constituit, ut nulla monacha pallas sacratas tangeret, sed ut velum portet.* Multi alii Sotherem hac die referunt, qui ad sequentem pertinet. Sequitur de Simeone, ubi ex Adone inseruntur hæc verba : *Seleuciæ et Thesephontis regalium civitatum episcopi*, etc. In Alexandrinis purus est. *(Walbodonis.)* In fine : *Leodii, depositio beati Walbodonis, ejusdem civitatis episcopi.*

HAGENOYEN. In Simeone satis purus, sequentes duas annuntiationes turpiter confundit, hoc modo : *Alexandriæ, sanctorum martyrum Aratoris presbyteri et Fortunati. Item, Leodii in ecclesia beati Laurentii, sancti Walbodonis episcopi ejusdem urbis, Silvii, Felicis et Vitalis, qui in carcere quieverunt.* Annuntiationum confusio. *Romæ, sancti* *(Agapiti PP.)* *Agapiti Papæ, qui multum in gestis pontificalibus laudatur. Hic ingressus est Constantinopolim, et Justinianum imperatorem ab errore revocavit Arthemii,* (Anthimi) *ipsum Arthemium destituendo, et Menam Catholicum virum constituendo. Hic Arthemius in Christo duas negabat naturas. Et obiit Papa Constantinopoli et transfertur in Romam, et cum gloria sepelitur in ecclesia sancti Petri Apostoli. Hic etiam constitutiones fecit.* Hic importune intrusus est Agapitus, qui XX Septembris colitur ; quidquid a multis aliis, cum Notkero, die sequenti referatur.

(Sotheris) AQUICINCT. Incipit : *Romæ, sancti Sotheris Papæ. Hic constituit, ut nulla monacha pallam sacratam contingeret in ecclesia, nec incensum poneret.* Sequitur textus.

VICTORIN. Post *virgo* subdit : *Item sancti Sotheris Papæ. Hic constituit, ut nulla monacha pallam consecratam contingeret, neque incensum offerret.*

REG. SUEC. qui fuit Principis Ursini a Rosemberg : *Leodii in ecclesia beati Laurentii, depositio* *(Walbonis.)* *beati Valbonis, ejusdem ecclesiæ episcopi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Simeonis episcopi et martyris cum aliis pluribus sub Sapore Persarum rege, sub* (quo) XVI *millia diversis in locis et temporibus martyrio coronati sunt.*

VATICAN. num. 5949. In fine : *Romæ, natalis* *(Soteris.)* *sancti Soteris Papæ, qui sedit in episcopatu annis novem.*

EDITIO LUBECO-COL. In Simeone ferme ut BRUXELLEN. interpolata, in Alexandrinis pura est. Sequitur : *Leodii in ecclesia beati Laurentii,* *(Walbodonis.)* *depositio sancti Waldobonis, ejusdem urbis episcopi et confessoris.* *(Anselmi.)* *In Anglia, civitate Cantuaria, sancti Ancelmi episcopi et confessoris.*

(Translationis Oswaldi.) BELINI 2 editio : *Eodem die, translatio sancti Osualdi episcopi Eboracensium.* Colitur XXVIII Februarii.

(Sotheris) GREVEN. *Romæ, beati Sotheris Papæ et martyris : secundum Adonem vero, die sequenti.* Imo hac die ponitur a Mosandro ; in editione ROSWEYDI notus non est, nisi male in appendicem rejectus sit. *(Anselmi.)* *In Anglia, beati Anselmi archiepiscopi et Doctoris præcipui. Hic ex confinio Lombardiæ et Burgundiæ ortus, venit Beccum, allectus fama magistri Lanfranci, factusque est ibi primo monachus et deinde Prior, postremo Cantuariensis archipræsul effectus, vita et doctrina excellenter claruit circa annum Domini* MC. *(Luciani)* *Luciani Viennensis episcopi.* Potius *Juliani*, de quo vere potuit dicere, poni ab Adone die sequenti, quo colitur. *Apud Leodium, Walbudonis episcopi et confessoris. Item,* *(Victoris PP.)* *beatæ memoriæ Victoris Papæ tertii et confessoris. De quo inter alia legitur, quod in magna corporis sui continentia vixerit, cilicio asperrime ad carnem semper indutus. In mensa conviviarum frequenter fallebat oculos, cibos tangens, non gustans. Noctu, modico somno accepto, latenter de lecto surgebat, orationibus, veniis et lacrymis vacans. Claruit etiam miraculis.* Remittitur ad XVI Septembris.

MOLAN. De Oswaldo, ut BELIN. *Eodem die,* *(Anselmi)* *sancti Anselmi episcopi et confessoris. Romæ, sancti Soteris Papæ : qui sedit in episcopatu annos novem, sepultus in cœmeterio Calisti. Hic constituit*, etc. *(Maximini)* *In Africa, natale Maximini martyris : Qui tempore Decii, post alia tormenta, lapidibus oppressus est.* Ita eum vocat Rabanus, cujus elogium describit Notkerus. In Actis, sub nomine *Maximiani* remittitur ad XXX Aprilis. Pergit MOLAN. sed litteris minoribus : *Liber anniversariorum ad S. Laurentium. Dominus Wolbodo Leodiensis pissimus episcopus a seculo migravit, qui huic loco res sacras dedit et in eo humari elegit.* Hactenus I editio. In aliis, de Anselmo, ut supra. Tum : *Die* *(Januarii et sociorum Theodori.)* *vigesima prima, sancti hieromartyris Januarii et comitatus ipsius, et sacrosancti martyris Theodori, qui fuit in Perge.* De his duobus agitur in elencho Prætermissorum ; quæriturque, an vera sint, et non potius inversa nomina. Rursus typis minoribus : *(Walbodonis)* *Apud Leodium, in ecclesia sancti Laurentii, Dominus Vuolbodo*, etc., ut supra.

X *Kal.* *Die* 22.

Caii PP. ROmæ via Appia, natalis beati Gaii Papæ, qui cum Ecclesiam undecim annis, mensibus quatuor, diebus duodecim rexisset, martyrio coronatus est sub Diocletiano principe. *Martyrum Persarum Melisii, Acepsimæ et soc.* Apud Persidem, sanctorum martyrum, qui pro Christi nomine gladio jugulati sunt sub rege Sapore. In quo fidei certamine passus est Melisius episcopus, Acepsimas quoque episcopus, cum presbitero Jacobo. Mareas et Bicor nihilominus episcopi, cum clericis fere ducentis quinquaginta; monachis etiam et sacratis virginibus plurimis. Inter quas et Symeonis episcopi soror nomine Tarbua, cum pedissequa sua, serra scissa est. Civitate Cordula, *Parmenii et soc.* natalis Parmenii, Helimenæ et Chrisoteli presbiterorum, Lucæ et Mucii diaconorum, quorum triumphus martyrii in passione beati Laurentii habetur. Lugduni, *Epipodii.* sancti Epipodii, qui persecutione Antonini Veri, post illata sibi gravia tormenta, martyrium capitis abscisione complevit.

NOTA. Ex codicibus nostris omnibus nullum invenio, quem undequaque purum ausim asserere. Singulorum collatio textum dabit, quam fieri poterit, simplicissimum. Grevenus et Molanus puritati accedunt proxime, utpote qui de Melisio hæc solum interserant : *Sanctitate et miraculorum gloria insignis.* Atque hæc in Adone legi equidem fateor, ast Usuardina non esse, probat silentium aliorum codicum omnino omnium, tum Mss. tum typis editorum. Affine aliquid prima fronte reperitur in Tornacensi, ubi, *Melisius Deo acceptissimus*; in Rosweyd et Belin *Melisius acceptissimus.* Sed amanuensis oscitantia palpabilis est, dum *Acceptissimus* ponitur pro *Acepsimas.* Jam cur reliqui codices excludantur attende. Pratensis, solito deformior, subdit præterea in fine : *Senones, sancti Leonis episcopi.* Usuardine, inquies, non ita existimo : obstant enim codices alias integerrimi Hermiensis, Tornacensis, Muneratus, Grevenus, et Molanus, quorum auctoritas combinata, ceteris omnibus, me quidem judice, anteponenda est. Adde Rosweyd et alios non ignobiles, quibus tamen non innitimur. Si cui aliter videbatur, firmioribus argumentis ultro cedam. Hoc etiam ab rerum hujusmodi peritis observari velim, ad exclusionem *Leonis* non parum conducere, quod Grevenus et Molanus in prima sua et puriori editione, nec in Auctariis suis de eo meminerint. Sequitur in præfato codice Pratensi : *Eodem die, inventio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii.* Sed hæc ad marginem, ni fallor, addita, licet antiqua manu, ut testatur Castellanus, textus puritati nihil officerent, si cetera essent integra. Hermiensis purissimus esset, nisi secundo loco insereret : *Parisius, translatio beatorum martyrum Dionysii*, etc. Tornacensis nævis aliis non caret; capitale vitium est, quod in fine adjiciat : *Ipso die, inventio sanctorum martyrum Dionysii*, etc. Atque ita plane Muneratus, his verbis non satis castigatis : *Ipso die, inventio beatorum corporum Dionysii, Rustici et Eleutherii, de quorum corpora* (melius diceret *quæ requiescunt in cœnobio divi Dionysii in Francia. Eodem die, sanctæ Oportunæ virginis.* Codex Rosweydi, cetera etiam purus, legit in fine : *Inventio sanctorum martyrum*, etc.

OBSERVATIO. Ex his evinci puto, textum hic genuinum et simplicem a nobis repræsentari, tametsi ex nullo seorsim codice eum depromere hac die licuerit. Satis nimirum et abunde est, quod in eo conveniant apographa pleraque, eaque notæ optimæ, licet aliunde nonnulla fuligine inspersa. Si quis immerito exclusos putet Grevenum et Molanum, haud gravate patiar eorum brevissimum encomium Usuardo adscribi. Porro reliquos omnes plane excludendos, nemo opinor, diffitebitur. *Caii PP.* Superest, ut more nostro Usuardum cum antiquioribus conferamus. *Caium* commemorant exempla Hieronymiana, ad quæ videndus Florentinii commentarius. Est et in Rom. parvo. Beda ipsum condecorat elogio brevi, ab Adone non nihil aucto. Ceterum ipsissima, quæ hic in textu retulerunt, verba in præfatis Beda et Adone, atque item in Rabano, ad apicem leguntur. Sic tamen ut multo plura habeat Ado, quæ hic et in toto textu Notkerus adoptavit. Vidimus die præcedenti, ipsum ibi a Wandelberto cum Symeone Persa decantari. Vita ejus ex Actis sancti Sebastiani et sanctæ Susannæ ab Henschenio desumpta est, iisque notis illustrata, ut nihil magnopere desideretur. Quid de ea censeant recentiores critici, opportunius expendi poterit in majori opere ad XI Augusti. — Hesternæ *Martyrum Persarum, sub Sapore.* Persarum turmæ subjungitur altera *martyrum plurimorum*, ut Romanum parvum breviter indicat. Ab Adone, si non verius, saltem distinctius, quorumdam nomina enumerantur, ex quo Noster, contracta paululum phrasi, sua omnia desumpsit. Elogii Adoniani fons idem, qui die præcedenti, nempe Sozomeni, vel potius Tripartita historia. Notatur illic diserte *annus sequens post occisos Symeonem et alios*, atque is ipse *dies, quo memoria passionis Christi recoli solet*, quo non quidem passi martyres, sed *quo erat edictum Saporis crudelissimum in universam Persidem*. De martyrum illorum ingenti numero et cruciamentorum genere, vide in Actis, Sozomeni num. 7. Annus ex dictis die præcedenti determinandus est, verosimilius CCCXLV. Singulorum certaminis dies procul dubio diversissimus ; nihilominus a Martyrologis nostris consignati omnes hoc XXII Aprilis, cum interim certissimum sit, feriam sextam Passionis Dominicæ, ne toto quidem seculo quarto, cum eo die concurrere potuisse; ut rursus manifeste pateat, diem XXII Aprilis, pro mero Romani parvi, et aliorum arbitrio, delectum esse ; quod hic Henschenius fateri cogitur, apud quem verior est nominum orthographia, seorsimque relata et illustrata Acta nonnullorum particularia, quorum aliqua, inter selecta *Aliorum Martyrum Persarum.* numeravit Ruinartius a pag. 639. — Quæ sequitur alia Persarum cohors, *Cordulæ* a Beda tribuitur a Rabano aliisque perperam *Cordubæ*; quod et superius ad XV hujus, ab eodem Rabano factum observavimus, ubi de ipsa illa positione agendum fuit. Tota ad Babiloniam spectare videtur, cum Polychronio ad XVII Februarii. Plura vide in notationibus Baronii, Florentinii, Henschenii et in Observationibus nostris XVII Februarii, XV Aprilis, X Augusti, et locis aliis, ubi de Laurentii Actis sermo recurrit. Ceterum classis illius encomium habent Beda, Rabanus, Ado, ex quo ultimo pauca

Usuardus

Usuardus delibavit. Satisne clare Cordulenses martyres in Hieronymianis denotentur, dubitari potest ; sed diserte eos memorat Romanum parvum, quorum priores tres primis suis duobus versibus canit Wandelbertus :

Terni presbyteri decimam, ternaque coronant
Palma, Parmeniusque, Elimenes, Chrysotelusque.

Tribus aliis versibus ludit in ternario numero, occasione inventionis sanctorum Dionysii, Eleutherii et Rustici, quam ad textum nostrum non spectare supra ostendimus. — *Epipodius* in Hieronymianis certo consignatus est, additusque ab Adone *Alexander* socius, cum utriusque laudatione. Noster autem ea tantummodo decerpsit, quæ *Epipodii* erant propria, neglecto comite Alexandro, qui tamquam tertio post die passus, ab Adone ponitur XXIV Aprilis ; vide ibi. *Epipodii.*

De *Juliano*, qui in Adone etiam ponitur, nec Usuardus, nec Notkerus meminerunt, forte quod in antiquioribus apographis expressus non fuerit, adjectus subinde, cum aliis nominibus sanctorum episcoporum, ad Urbem Viennensem propius spectantium. *De Juliano Adonis.*

AUCTARIA.

De præcipuis nostris codicibus PRATEN. HERINIEN. TORNACEN. ROSWEYD. MUNERAT. GREVEN. et MOLAN. in superiori notatione abunde dictum est ; ut plane superfluum sit, singulorum Auctaria aut potius variationes hic seorsim describere.

PULSANEN. Hac die præter modum defectuosus est ; agit enim tantummodo de Caio et Cordulensibus.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In Caio textum mutilant. Pro, *in passione B. Laurentii*, habet *Abdon et Sennis*. Denique in fine : *Senonis, sancti Leonis episcopi.* *Leonis*

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. sic incipiunt : *Romæ via Appia, natale sancti Sotheris Papæ, qui post beatum Petrum undecimus, cum Romanam Ecclesiam rexisset octo annis martyrio coronatus, sepultus est in cimiterio Calixti. Romæ via Appia, natale beati Gaii Papæ qui vicesimus nonus post beatum Petrum, cum Ecclesiam undecim annis, etc. Eodem die, sancti Agapiti Papæ. Apud Persidem*, etc. In fine : *Senonis, sancti Leonis episcopi.* *Soteris PP.* *De Caio* *Agapiti PP.* *Leonis.*

ANTVERP-MAX. LEYDEN-BELG. LOVAN. et EDITIO ULTRAJECT-BELG. De Sothere nihil. De Caio, ut supra. In Martyribus Persis puri non sunt. In fine : *Senonis sancti Leonis episcopi.*

CENTULEN. *Romæ via Appia, in cimiterio Calisti, sancti Gaii Papæ et martyris. In Persida, sanctorum martyrum quam plurimorum sub rege Persarum, inter quos Melesius episcopus, Accepsimas episcopus, Jacobus presbyter, Mareas et Bicor episcopi. Clerici eorum ducenti quinquaginta, monachi et virgines perplures, Zarbua quoque virgo, soror sancti Simeonis episcopi et martyris. Parisius, inventio sanctorum Dionysii, Rustici et Eleutherii martyrum. In Corduba civitate, sanctorum Parmenii et Helimenæ, et Crisostoli presbiterorum, Lucæ et Mucii diaconorum, sub Decio passorum. Luqduni, sancti Epipodii martyris. Senonis, sancti Leonis episcopi.* *Inventionis Dionysii, etc.*

ANTVERP-MAJ. Textum refert nonnihil corruptum et contractum. In fine : *Senones, depositio sancti Leonis episcopi, cujus vita miraculis claruit, et mors pretiosa nichilominus miraculis commendatur.* *De Leone.*

BRUXELLEN. De Caio addit : *Hic constituit, ut nemo clericos apud judices seculares accusare presumat. Eodem die, sancti Agapiti Papæ, qui sedit mensibus undecim. Hic diebus Dominicis processiones fieri constituit. Apud Persidem*... textum prosequitur satis pure. In fine : *Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris. Item inventio corporum sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii.* Vide dicta in notatione. *De Agapito.* *Leonis.*

HAGENOYEN. Incipit a Sothere, de quo jam satis dictum est. Deinde de Cordulensibus. Tum de Caio, ubi post *Diocletiano*, additur : *imperatore cognato suo. Hic constituit ordines clericorum, scilicet : hostiariatum, lectoriatum, exorcistatum, acolytatum, subdiaconatum, diaconatum et presbyteratum.* In martyribus Persis interpolatus est. Post illos sequitur : *Item Camarie* (voluit dicere *Cantuariæ*) *beati Anshelmi episcopi et confessoris, vita et doctrina clari.* In Epipodio, purus est. In fine : *Item Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris.* *De Caio.* *Anselmi* *Leonis.*

AQUICINCT. Post *Diocletiano principe*, subdit ex Adone : *Hic constituit, ut per omnes gradus primum ascenderet, si quis episcopus fieri mereretur, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter. Eodem die, sancti Agapiti Papæ. Hic ingressus Constantinopolim, Anthemium ejusdem urbis episcopum, qui duas in Christo naturas negabat deposuit, et Menam catholicum ejus loco consecravit.* *De Caio et Agapito.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Gaii Papæ et martyris. Plurimorum martyrum apud Persidem. Translatio beati Dionysii et sociorum ejus.*

BIGOTIAN. signatus P 5. *Enonis* (Senonis) *sancti Leonis episcopi.* De quo etiam codices CLUNIACENSIS et UGHELLIAN. *Leonis.*

REG. SUEC. signatus numero 428. *Parisius, inventio corporum beatorum Christi martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii. Eodem die, sanctæ Opportunæ virginis.* *Inventionis Dionysii, etc.* *Opportunæ.*

CODEX D. DU CHEVAL, signatus B. *Leodii in ecclesia beati Laurentii, depositio sancti Walbodonis, ejusdem urbis episcopi.* De quo heri. *Walbodonis.*

VATICAN. num. 5949. *Romæ, sancti Agapiti Papæ, qui sedit Romæ mensibus* XI. *Eodem die, sancti Joannis martyris Tetensis vel Teutentis.* Hactenus ignotus est. *Joannis*

ALTEMPS. *Senonis, sancti Leonis episcopi. Silvanectis, sancti Reguli confessoris Christi. Item sanctæ Oportunæ virginis. Romæ, sancti Soteris Papæ et martyris.* *Reguli.* *Sotheris.*

STROZZIAN. *Senonis, sancti Leonis episcopi. Item in monasterio sancti Georgii majoris Venetiarum, translatio sancti Eustachii Patriarchæ Constantinopolitani, anno* D. N. J. C. MCCXLVI. Acta ejus dantur VI Aprilis. *Translationis Eustachii.*

EDITIO LUBECO-COL. De Sothere repetit superius dicta, heri et hodie, addens quod martyrio coronatus sit, *sub Commodo Aurelio.* De Caio præter dicta, sic ait : *Hic constituit, paganos et hæreticos, Christianos non posse accusare, nec notam infamationis inferre. Item statuit, ut nemo episcopum aut reliquos clericos apud judices seculares accusare præsumat.* De Agapito, *quod processiones* *De Caio*

fieri

fieri constituerit. Sequitur : *Treveris, sancti* *Abrunculi.* *Abrunculi episcopi et confessoris ; qui nunc in monasterio, quod vocatur Sprenckgyersbach, requiescit.* In Cordulensibus et Epipodio fere purus est. *Se-* *Leonis.* *nonis, natale sancti Leonis episcopi et confessoris.* *Juliani.* *Viennæ, sancti Juliani martyris. Apud Persidem, sanctorum,* etc., *sub Rege Persarum Sapore, anno die, quo passionis Dominicæ memoria celebratur.* Cetera pure.

Belin. In Caio, Persis, et Cordulensibus fere *Leonis.* purus, subjungit : *Senonis, sancti Leonis episcopi.* *Sotheris.* *Ipso die, sancti Sotheris Papæ, natione Campani.* Tum de Epipodio, bene. *Item, in monasterio sancti Georgii,* etc., ut supra ex Strozz. Porro in secunda editione præterea additur : *Parisius,* *Dionysii.* *sanctorum martyrum Dionysii,* etc. *Apud civita-* *Reguli.* *tem Silvanectensem, sancti Reguli episcopi et confessoris.*

Agapiti. Greven. *Agapiti primi Papæ et confessoris, qui ut Ado* (qualis a Mosandro est editus) *dicit, sedit Romæ mensibus undecim. Hic ingressus, etc. Phi-* *Philippi et sociorum.* *lippi episcopi et sociorum ejus martyrum.* Vide Prætermissos, ubi rejicitur ad XXII Octobris. *Leonidis.* *Leonidis martyris, patris Origenis.* *Pimoli.* *Pimoli martyris. Primolus* est, vel *Primulus* ex Cordulensibus. *Theodorici.* *Theodorici presbyteri et martyris.* Vide Præter- *Juliani.* missos. *Viennæ, sancti Juliani episcopi et confes-* *Abrunculi.* *soris. Abrunculi archiepiscopi Treverensis confessoris, in monasterio, quod Sprengersbach vocant, requiescentis. Ipso die, inventio corporum, sanctorum Dionysii,* etc. *Alexandrix* (Alexandræ) *regi-* *Alexandræ.* *næ Persarum et martyris, quæ in confessione beati Georgii credidisse legitur.* Vide iterum Præter- *Oportunæ.* missos. *Item, sanctæ Oportunæ virginis.* Melius scribitur *Opportunæ*, cujus vita hodie illustratur.

Molan. *Agapiti Pontificis ; qui sedit Romæ men-* *Agapiti.* *ses undecim. Hic ingressus Constantinopolim ad Justinianum,* etc. *Item, in monasterio sancti Georgii majoris Venetiarum,* etc., ut Strozz. et Belin. Sequitur *inventio SS. Dionysii,* etc. Item *Oportu-* *Opportunæ.* *næ.* Ex Munerato descripta sunt. Sequitur minoribus litteris : *Leonidis martyris, patris Origenis.* *Leonidis.* *Abrunculi archiepiscopi Treverensis et confessoris,* *Abrunculi.* *in monasterio Sprengersbach quiescentis. Ipso die, natalis sancti Vuolphelmi, abbatis Bruwillerensis.* *Wolfelmi.* *Sancti Theodori Siccorum archimandritæ, cujus* *Theodori.* *vitam scribit Georgius presbyter ejus discipulus.* In editionibus aliis incipit : *Eodem die, sanctæ Oportunæ virginis. Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris. Et alibi, depositio Abrunculi episcopi. Eodem die, Agapeti Pontificis qui sedit,* etc. *Die vigesima secunda, sancti patris Theodori Sicei.* Vocatur superius *Siceorum archimandrita ;* sed melius in Actis nostris exprimitur nomen et dignitas, dum appellatur *Theodorus Siceota, episcopus Anastasiopolitanus, archimandrita cœnobiorum in Galatia.* Vide ibi vitam satis copiose deductam. *Item in monasterio sancti Georgii majoris... Ipso die inventio beatorum corporum Dionysii...* ut Munerat. Tum minoribus typis : *In Hannonia, Donnio monasterio, obitus sancti Aldeberti* (Adel- *Adelberti.* berti) *comitis Austrouandiæ et confessoris, non tamen canonizati. Cujus corpus quiescit in summo altari in tumba argentea.* Datur ei in Actis titulus *beati*, unaque notatur, uxorem habuisse beatam *Reginam*, et filiam sanctam *Ragemfredem*, de quibus alibi. *Eodem die obiit beatus Vuolphelmus, abbas Bruwillerensis.*

IX *Kal.* *Die* 23.

Georgii. In Perside civitate Diospoli, passio sancti Georgii martyris, cujus gesta passionis etsi inter apocriphas numerantur scripturas, tamen illustrissimum ejus martyrium inter coronas martyrum Ecclesia Dei venerabiliter honorat. In *Felicis et c.* Galliis civitate Valentia, natalis sanctorum Felicis presbiteri, Fortunati et Achillei diaconorum, qui cum maximam partem supradictæ urbis ad fidem Christi convertissent, a duce Cornelio in carcerem trusi sunt, dein diutissime verberati, cruribusque confractis circa rotarum vertiginem astricti, fumum quoque in equulei suspensione perpessi, ad extremum gladio consummati sunt.

Puri sunt *Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Vix attentionem meretur. *Persida* in Antverp. et Max-Lubec. pro *Perside*, satis alibi obvium est. *Cujus gesta passionis,* legunt codices passim; citati autem Antverp. et Max-Lubec. ponunt, *cujus passio,* etc. *Apocrifas* in Herinien. et Tornacen. seculum suum sapit. Ceteri ad veram orthographiam propius accedunt, dum scribunt *apocriphas*, uti in textu scriptum reliquimus, licet Molanus melius habeat *apocryphas*. *Ecclesia Dei*, legendum est; in Antverp. et Max-Lubec. deest vox ultima. *Equuleis*, pro *equulei*, in Heriniensi, in aliis *eculei*, *Valencia*, *Fœlicis* et similia, nihil nos morari debent.

Georgii. OBSERVATIO. Utrum et quo die in apographis Hieronymianis primitus expressus fuerit megalomartyr et tropæophorus *Georgius*, satis operose disquirit Florentinius hoc et sequentibus diebus. Hujus Sancti cultus et singularis in universa Ecclesia festivitatis antiquitatem aperte demonstrant Kalendarium a Frontone editum pag. 33 et 71, nec non Gregorii Sacramentarium, et plurima alia argumenta a Papebrochio in Actis producta, ubi curiosus lector copiosissime et accuratissime eruderata inveniet, tum in commentario prævio, tum in analectis, omnia, quæ celeberrimi Sancti diffusissimam toto orbe Christiano venerationem concernunt a pag. 100 ad 163, quæque a Tillemontio contracta sunt tomo 5 a pag. 185. Nec pluribus hic opus est; ad Martyrologia nostra redeamus. De Beda, res ipsa loquitur, hic enim disertis verbis in sacras tabulas Georgium refert : *Natale sancti*

Georgii

Georgii martyris, iis merito prætermissis, quæ ex apocryphis Actis tenebras potius quam lucem affundebant. Plusculum præstitit Romanum parvum, addita loci valde controversi positione, nempe : *In Perside, civitate Diospoli, Georgii martyris.* Hujus vestigiis insistit Ado, a quo profectum qualecumque elogium, quod Noster verbotenus transumpsit, Notkero veris falsa commiscente, dum solitum ductorem non satis prudenter deserit, ut Rabani fabulosa superinducat. Notandus autem dicti Notkeri locus XXV Aprilis, ubi ex *Calendario sagacissimi Hieronymi*, Georgium eo die celebrandum contendit. De vero martyrii loco aliisque circumstantiis, videndus quoque Papebrochii supra laudati commentarius. Binæ nostræ annuntiationes sic a Wandelberto metris constrictæ sunt, ut altera alteri præponatur ; ita habet :

Felicemque sacrum gemino dignumque ministro
Nona docet, Fortunatumque et Achillea junctos.
Hac etiam invicto mundum qui sanguine temnis
Infinita refers, Georgi, sancta trophæa.

Porro *martyres Valentini* in præcipuis quibusque Hieronymi ecgraphis recensentur, unde in Adonem transiisse minime dubium est. Hic ex Actis, martyrii seriem nitide exposuit, ipsumque totidem verbis Notkerus sequitur ; Usuardus paulo compendiosius. Ceterum laterculum totum et Adonianum et Usuardinum esse, nemo, qui utrumque legerit, diffitebitur. Hæc præcipua inter Henschenium et recentiores (ut Tillemontium tomo 3 pag. 97 aliosque) discrepantia, quod ille Acta a coævo scripta censuerit, isti plane negent ; in eo conveniunt, quod non Valentiæ in Hispania, sed Valentiæ in Delphinatu martyrio coronatos, constanter et vere asserant. *Felicis et soc.*

Est in Adone annuntiatio tertia de sancto *Wulfranno*, quem nos cum Usuardo ad XX Martii retulimus. Rursus XXX Martii ex codicum nostrorum consensu *Regulum* Silvanectensem consignavimus, eumque ex Pratensi cum aliis expunctum, et huc perperam remissum, ibidem observavimus. Patet igitur ratio cur ex purorum codicum numero præfatus codex Pratensis etiam hodie fuerit excludendus. *De S. Wulfranno Adonis, et Regulo Pratensis codicis.*

AUCTARIA.

Reguli. PRATEN. ut jam diximus, in fine addit : *Castro Silvanectis, sancti Reguli episcopi et confessoris.*

PULSANEN. In Georgio purus, elogium martyrum Valentinorum plane rescindit.

MUNERAT. In textu purus est, sed inter utramque annuntiationem hæc perperam inserit : *Apud Silvanectis urbem, depositio almi Reguli confessoris Christi atque præsulis. Qui Micenis Græciæ ortus, a beato Johanne Evangelista est doctus. Postea simul cum sancto Dionysio, primo Romam, dein ad Arelatum veniens, ibi ordinatus est episcopus. Post cujus martyrium jam dictam Silvanectensem urbem adiens, plurimis in eodem loco virtutum signis, usque hodie venerandus, refulget.* Vide quæ diximus XXX Martii. *De Regulo*

ROSWEYD. Post textum purum : *Castro Silvanectis, S. Reguli episcopi. Item sancti Adalberti episcopi martyris.* *Adalberti.*

ANTVERP-MAJ. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textui satis puro subdunt : *Ipso die in pago* (DANIC. *in Praga) Boemiæ, natale sancti Adalberti episcopi. Hic cum genti Sclavorum, verbum vitæ prædicaret, a paganis septies perfossus et capite truncatus, tribus diebus ab aquila custoditus est.* *De Adalberto.*

LOVANIEN. In textu nonnihil mutilus, in fine solum habet : *Ipso die, in pago Boemiæ, natale Adalberti episcopi.*

CENTULEN. *Natale beati Georgii famosi et gloriosi martyris. In Galliis, civitate Valencia, sanctorum martyrum Felicis presbyteri, Fortunati et Achillei diaconorum, qui a beato Hereneo ad prædicandum missi, a duce Cornelio, gladio consummati sunt.* *Textus contractus.*

ANTVERP MAJ. Solito purior, in fine addit : *Castro Silvenectis, sancti Reguli episcopi et confessoris.* Vide supra MUNERAT. *Reguli.*

BRUXELLEN. Textui modice interpolato subtexit : *In Praga Bohemiæ, natale beati Adalberti*, etc., ut supra. *Ipso die, depositio Arnulphi Jerosolymorum Patriarchæ.* De hoc vide Prætermissos. *Adalberti. Arnulphi.*

HAGENOYEN. Georgii elogium innumeris tormentorum generibus farcit, quorum hic partem speciminis gratia describo : *Qui a Daciano Persarum imperatore, in eculeo suspenditur, et membratim postea corpus ejus laceratur ; lateribus ejus lampades applicantur, ita ut interiora ejus viderentur ; post hæc ad verbera extenditur, et diversis plagis cruentatur, et sal in ejus vulnera comprimitur, et cilicio asperrimo confricatur, et in hiis omnibus martyr Dei non dolet. Deinde veneno potatur, quod sibi non nocuit, et venenator ad fidem convertitur, et capite truncatur, qui vocabatur Athanasius. Post hæc in rota ponitur ex rasoriis et gladiis facta ; sed ipse orat et rota comminuta est, et populus multus periit sub rota paganorum. Post hæc in sartaginem plenam plumbo liquefacto missus est*, etc. In altera annuntiatione textum purum exhibet. *De Georgio.*

AQUICINCTIN. Pro, *In Perside*, habet *in Palæstina*. In fine de Regulo ut PRATEN. Notabis hic, codicem hunc, uti et sæpe ANTVERP-MAJOREM et ROSWEYDINUM cum PRATENSI convenire, ut alibi etiam observo.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130, in fine : *Romæ, sancti Agapiti Papæ.* De eo superius satis dictum.

Alter Codex REG. SUEC. signatus num. 428 : *Apud castrum Silvanect. translatio sancti Reguli, episcopi et confessoris.* *Translationis Reguli. Adalberti.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Adalberti episcopi et martyris. Felicis. Fortunati et Achillei martyrum.* Forte primo loco, *Gorgonii*, pro *Georgii, martyris.* Ita ponitur, ut de loco dubium sit. *Agapiti*

CAMBERIEN. Conventus S. Mariæ. *Apud Silvanectensem urbem, sancti almi Reguli*, etc., sicut MUNERATUS, sed tantum usque ad, *post cujus* exclusive.

VATICAN. sub num. 5949, in fine : *Sancti Adalberti episcopi et martyris.* *[illegible]*

STROZ. *Eodem die Praga, natalis sancti Adalberti episcopi et confessoris ;* potius *martyris.*

CODEX LUGDUN. Ubi de Valentinis, pro, *a duce Cornelio*, scribit, *a judice Cornelio.*

LUDOVICEN.

Gerardi. LUXOVIEN. *Tulli, depositio sancti Gerardi episcopi.* Vide inferius in GREVEN.

Wulfranni. REMENS. sanctorum Timothei et Appolinaris : *Fontanella monasterio, sancti Wulfranni episcopi et confessoris.* Vide dicta superius in Observatione.

Adalberti. Pusynnæ. EDITIO LUBECO-COL. In fine post textum purum : *Ipso die in Praga Bohemiæ, natale beati Adelberti episcopi*, etc., ut codices mediæ notæ. *Ipso die, sanctæ Pusynnæ virginis.*

Adalberti. Leonis BELINI utraque editio, in fine : *Eodem die Bruciæ* (opinor pro *Pragæ* vel *Prussiæ) natalis sancti Adalberti episcopi et martyris.* Editio altera perperam hodie repetit : *Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris.*

Adelberti. Catulini et sociorum. Germani. Wulfranni. Renoberti GREVEN. *In Praga Bohemiæ, natalis beati Adelberti episcopi. Qui cum*, etc. *Item sanctorum Catulini, Victoris et Ursi.* Ex numero Africanorum. *Germani abbatis et martyris.* Vide inter Prætermissos. *In Fontanella monasterio (ut dicit Ado) beati Vulfranni episcopi, præclari in miraculis et doctrina viri, quem Usuardus habet* XIII *Kal. Aprilis. Renoberti episcopi Baiocensis, qui vita et miraculis clarus,* XL *annis in episcopatu expletis, quievit in Domino.* In Actis remittitur ad XVI Maii. *Tulli, sancti Gerhardi episcopi et confessoris. Qui ex Colonia Agrippina ortus, anno Domini* DCCCCLXIII *præfatæ civitati ordinatus antistes, in sanctis actibus cursum suum complens, a Leone Papa* IX. *qui et ipse Tullensis episcopus fuerat, sanctorum catalogo est adscriptus. Lugeri, decimi episcopi Trajectensis et confessoris.* Hic prætermittitur. *Item secundum aliquos, hic depositio sancti Reguli Silvanectensis episcopi et confessoris. Qui Nicenis Græciæ*, etc., (ferme ut MUNERATUS.) *Usuardus eum habet* III *Kal. Aprilis. In Hervordia, Pusinnæ virginis. Item Nigundis virginis.* An *Nigundæ?* Utrovis modo scribas, hactenus incognita est. *Gerhardi. Lugeri. Reguli. Pusinnæ. Nigundis.*

Adelberti. Leonis. Pusinnæ. Gerardi. Pusinnæ MOLAN. *Eodem die Brutiæ* (an *in Borussia?*) *natalis sancti Adelberti episcopi et martyris. Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris. Ipso die, beatæ Pusinnæ virginis.* Deinde, minoribus litteris : *Tulli, sancti Gerardi*, etc., plane ex GREVENO. Aliæ editiones, post *Georgii martyris*, interjiciunt litteris Italicis : *Gloriosi antesignani, clarique miraculis.* In fine : *Eodem die Prussiæ, natalis sancti Adalberti episcopi et martyris. Tulli, sancti Gerardi episcopi et confessoris. Ipso die, beatæ Pusinnæ virginis, quæ tempore Caroli magni Hervordiam est translata.*

VIII *Kal.* *Die* 24.

Lugduno Galliæ, natalis sancti Alexandri martyris, qui persecutione Antonini Veri, post carceris custodiam, primo ita laniatus est crudelitate verberantium, ut crate soluta costarum, patefactis visceribus, interiora corporis panderentur. Dein crucis affixus patibulo, beatum spiritum exanimatus emisit. Passi sunt cum eo et alii numero triginta quatuor. Eodem die, depositio sancti Melliti episcopi, in Britannia. Item, civitate Heliberri, sancti Gregorii episcopi et confessoris. *Alexandri et sociorum XXXIV. Melliti. Gregorii.*

Sumitur ex *Praten. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Custodia* pro *custodiam*, in Pulsanen. error est. Sic Molan. sensum facit imperfectum : *primo laniatus est*, addenda cum codicibus omnibus particula, *ita*. *Crate soluta* legunt omnes; nimium sapere voluit Molanus, dum substituit *carne*. Usuardus Adonis lectionem secutus est. Male scribunt Tornacen. et Pulsanen. *examinatus*, pro *exanimatus*, male item Tornacen. eam vocem transposuit, *examinatus beatum spiritum emisit.* Quare Molan. pro *emisit*, posuerit, *reddidit*, scire nihil magnopere interest. Librarii inscitia factum est, ut in Pulsanensi, post *Melliti episcopi*, finiatur sensus, novusque a majuscula rubra inchoetur hoc modo : *In Britannia civitate Eliberi*, etc. Lego *Heliberri*, cum plerisque, non *Heliberni*, ut Tornacen. nec *Heliberti*, ut Muneratus. *Britania*, forte ex seculi gustu scribitur.

Alexandri et sociorum XXXIV OBSERVATIO. Qui de *Epipodio* meminere XXII Aprilis, hodie *Alexandrum* referunt Hieronymiani codices, plerique cum sociis XXXIV ac *dedicatione criptæ, ubi eorum corpora requiescunt* ; de quibus nonnulla conjectat Florentinius observatione digna. Hoc interim certum est, Acta ipsa, quæ ab omnibus etiam maxime criticis, tamquam gravia et sincera admittuntur, ut videre est apud Ruinartium a pag. 63, et apud Tillemontium tomo 3 a pag. 30, certum est, inquam, nullos Acta socios commemorare. Vacat prorsus Romanum parvum, de quo hic repeti possent, quæ diximus in Observatione XXVIII Februarii. Beda et Rabanus solius Melliti memoriam agunt. Florus autem, contra Actorum seriem, Alexandrum cum Epipodio, hoc eodem die conjunxit, elogium suo modo componens, quod ex iisdem Actis desumptum esse apparet, licet in ipso principio, præfatos socios anonymos XXXIV inserat, quos credibile est ex aliqua traditione cum Epipodio et Alexandro Lugduni recoli solitos, aut ex Hieronymianis adscriptos. Adstipulatur Ado, præfata Acta, et XXII Aprilis, et hic, secutus, sic tamen ut XXXIV comites illos quoque adjungat, præter *gloriosos quadraginta octo martyrum agones*, quos Epipodii passioni præmiserat, dicta die XII Aprilis. Usuardus, quem ibi de solo Epipodio egisse vidimus, hic fere ad verbum Adoniana omnia describit. Notkerus supra ductorem sapiens, aliqua addidit vel potius confudit, melius rescindenda. Acta nostra utrumque martyrem referunt XXII Aprilis, quia laudata jam Acta ambobus communia sunt, licet Alexander, tertio primum post

Epipodium

Epipodium die, seu hoc XXIV gloriosi certaminis finem consecutus sit. Audiatur Wandelbertus, solum Alexandrum canens, et a reliquis una lineola dissentiens in numero sociorum :

Martyr Alexander triceno martyre lætus
Ac terno, octava Lugduni mœnia sancit.

Mellitus a Beda primum producitur, cujus etiam est vita ab Henschenio notis illustrata, adjectis ex Capgravio nonnullis miraculis. Ado brevissimum aptavit elogium, at Nostro satis fuit, ipsissima Bedæ verba transcribere. Forte in codice Rosweydino legerit Henschenius titulum *archiepiscopi*. — Sequitur in textu *Gregorius Eliberitanus*, de quo legi debet Papebrochii dissertatio. Tillemontius variis locis tom. 6 et 7 ; sed præsertim in hoc 7, pag. 767, ubi cum Pagio ad annum CCCLXXXVIII sentit, ut minimum dubiam esse hujus *Gregorii*, vulgo *Bætici* sanctitatem, utpote quem non omnino constet a schismate Luciferiano ante obitum resipuisse. Ignotus is est Martyrologis omnibus Usuardo antiquioribus aut ei æqualibus, ut proinde ab illo primum in sacris tabulis consignatus omnino censeatur, quod evincunt vetustissimi nostri codices, quidquid absit a multis secundæ notæ manuscriptis, verosimiliter a sciolo amanuensi, in aliquo codice præteritus, ex quo hic subinde descripti fuerint. Tales sunt Antverpiensis, Maxima et prima editio Lubecana, aliique recentiores codices inter Auctaria recensendi. Nobis nullo modo dubia est germana Usuardini laterculi simplicitas. *Melliti.* *Gregorii Bætici.*

AUCTARIA.

HERINIEN. Textui purissimo, subdit festum proprium Remense, ut supra etiam aliquando factum observavimus. Sic habet : *Remis civitate, sanctarum virginum Bovæ atque Dodæ.* *Bovæ et Dodæ.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Gregorium, ut dixi, prætereunt, ejus loco substituentes : *Eodem die, Sidrac, Misac et Abdenago.* Remittuntur in Actis ad XVI Decembris. *Sidrac, etc.*

ROSWEYD. In fine sic habet : *In Babylone, Sidrac, Misac et Abdenago.* Sumpti sunt ex Hieronymianis in quibus additur : *iteratô nomine, qui et Ananias, Azarias, Misahel, in Babilonia civitate magna, de camino ignis ardentis sunt liberati.* Vide ibi Florentinii observationem.

GREVEN. Textui cetera puro intexit et adjicit : *In territorio Blesensi, natalis Deodati abbatis et levitæ.* Auctarium ejus infra suo loco dabimus ; hic ponitur, quod ad textum spectat. *Deodati.*

*ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Incipiunt: *Apud Lingones, Sydrach, Misach et Abdenago.* In fine omissus est Gregorius.

ALBERGEN. Idem augmentum, habet cum eodem defectu. At præterea hoc initium præfigit : *Apud Werdenam, depositio sancti Ludgeri, Monasteriensis primi episcopi et confessoris, cujus sacratissimum corpus in Monasterio, in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ, post ejus felicem transitum, conservatum, nullum sensit corruptionis vestigium, donec de mandato Karoli magni apud prædictum locum, trigesimo die venerabiliter fuit tumulatum. Ad cujus sacrum tumulum, divina creberrime facta sunt miracula.* Numerantur dies a XXVI Martii, quo de *Ludgero* superius actum. *De Ludgero.*

CENTULEN. *Lugduno Galliæ, sancti Alexandri, qui multa passus, ad ultimum crucifixus, spiritum Domino commendavit. Eodem die, depositio beati Melliti episcopi et confessoris, quem cum sancto Augustino venerandus Papa Gregorius de Roma in Britanniam misit. In civitate Heliberi, sancti Gregorii episcopi et confessoris.* *Textus mutatus.*

ANTVERP-MAJ. In prima annuntiatione purus, prosequitur : *In Britannia civitate Dorobernia, depositio sancti Melliti archiepiscopi et confessoris, qui tertius post beatum Augustinum, genti Anglorum, verbum Dei viriliter prædicavit. Item civitate Heliberi, etc. Eodem die, sancti Wilfridi archiepiscopi et confessoris.* *Wilfridi.*

BRUXELLEN. Sic incipit : *Apud Lingones, trium puerorum Ananiæ, Mysael et Azariæ; qui mutatis nominibus dicti sunt Sydrac, Misaac et Abdenago. Hi cum statuam, quam Nabugodonosor erexerat, nollent adorare, apud Babiloniam in fornacem ignis ardentis missi sunt. In qua illæsi uno ore psallebant ymnum, quo nos in festis ad Laudes Matutinorum benedicimus Domino.* De Alexandro sub finem ex Adone adjicit : *Et ipsi ambo Epipodius et Alexander sepulti sunt ex utroque altaris latere, in crypta, quæ in colle supposita civitate* (superposito civitati) *pulcro et antiquo opere exstructa est.* In Mellito et Gregorio purus est. *De pueris Babilonicis.* *De Alexandro, etc.*

HAGENOYEN. In prima annuntiatione purus, subdit : *Eodem die, sancti Agapiti martyris. Item in Britannia, depositio sancti Melliti episcopi et confessoris. Apud Pragam Bohemiæ, natale sancti Adelberti.* Spectat ad diem præcedentem. Sequitur de Gregorio, pure. Tandem in fine : *Apud Lyngones eodem die, Sydrat, Mysrath et Abdenago.* *Agapiti.* *Adelberti.* *Sydrach, etc.*

AQUICINCT. In fine : *Item natalis sanctæ Coronæ virginis.* Illius, opinor, quæ Alexandrinorum antesignana est, ut in Actis invenies. *Coronæ.*

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. *Ipso die, sanctorum Sidrac, Misac et Abdenago. In Syracusana, sanctorum Evadi et Calixti.* Vide Prætermissos, et diem sequentem. *Eodem die, Coronæ virginis.* De ea jam diximus. *Evadi, et Calixti.* *Coronæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Melliti episcopi in Anglia. Alexandri martyris cum sociis numero* XXXIV. Vide quæ superius dicta sunt.

CODEX. D. DU CHEVAL. signatus B, primo loco : *Apud Lingonas, Sidrach, Misach et Abdenago.* Idem hic sæpe repetitur.

In VATIC. num. 5949. Omittitur Gregorius.

UGHELLIAN. Gregorium etiam præterit. Adjicit autem : *Eodem die, Sidrac, Misac et Abdenago.* *Sidrac, etc.*

ALTEMPS. *Inventio corporis sancti Yvonis archiepiscopi et confessoris.* Remittitur ad X Junii. *Item, translatio sancti Wilfridi archiepiscopi et confessoris. Item, sanctæ Coronæ virginis. Blesis, sancti Deodati.* *Inventionis Yvonis.* *Translationis Wilfridi.* *Deodati.*

FLORENTIN. *Item, sancti Uldifrii episcopi et confessoris.* Lege *Wilfridi.*

BURDEGALEN. Post Mellitum et Gregorium : *Item, sanctæ Coronæ virginis.* *Coronæ.*

DIVION. S. Benigni. *In territorio Arvernensi, depositio sancti Roberti, primi abbatis Casæ Dei.* *Roberti.*

EDITIO LUBECO-COL. In Alexandro, ut textus. Subjicit : *Apud Lingonas, translatio trium puerorum Ananiæ, Azariæ, et Misaelis. Apud Werdenam, depositio sepulturæ sancti Lutgeri, Monaste-* *Translationis Ananiæ, etc.* *Ludgeri.*

riensis

riensis primi episcopi et confessoris. Cujus sacratissimum corpus in Monasterio oppido, in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ, post ejus felicem transitum usque ad tricesimum diem inhumatum reservatum, nullum sensit corruptionis vestigium; donec de mandato Karoli magni, a devotissimo fratre suo Hildegrino, sicut ante obitum suum optaverat, et aliis quoque pluribus clericis et religiosis ac nobilibus, apud prædictum locum, tricesimo die venerabiliter fuit tumulatum. In qua tumulatione, sicut sanctus præsul prædixerat, a naribus ejus recens sanguis effluxerat. Ad cujus etiam sacrum tumulum, divina creberrime facta sunt miracula. In Britannia, depositio sancti Melliti, etc. De Gregorio pure. *In territorio Blesensi, natale sancti Deodati abbatis et Levitæ. Remis, sanctarum Bonæ et Dodæ virginum.*

Deodati. Bovæ et Dodæ.

BELINI I editio, penultimo loco interjicit : *Eodem die, Sydrach*, etc. Secunda vero editio, huic annuntiationi anteponit : *Eodem die, natale sanctæ Coronæ virginis.* In fine autem : *Blesis, sancti Deodati abbatis.*

Coronæ.

GREVEN. *Apud Lingonas, translatio, etc. In Africa, natalis sanctorum Faustini, Victurini et Valerii.* Ex Hieronym. *Roberti pueri martyris. In Siria, Saræ virginis et martyris. Benedicti primi Papæ et confessoris.* Vide de his tribus Prætermissos. *In Hibernia, beati Egberechti monachi presbyteri et confessoris, de quo Beda libro* 3 *testatur, quod vitam duxerit in magna humilitate, mansuetudinis, continentiæ, simplicitatis et justitiæ perfectione. Remis, Bonæ et Dodæ virginum.* Lege *Bovæ. Apud Werdam, depositio sepulturæ sancti Luthgeri primi Monasteriensis episcopi. Cujus corpus cum usque ad* XXX *diem inhumatum reservatum fuisset, donec de mandato Karoli magni, apud præfatum locum, ut ipse optaverat, sepeliretur, nullum sensit corruptionis vestigium.*

Faustini, etc. Roberti. Saræ. Benedicti PP. Egberechti.

MOLAN. *Eodem die, Sidrac, Misac et Abdenago. Eodem die, natale sanctæ Coronæ virginis. Blesis, sancti Deodati abbatis et levitæ. Remis civitate, sanctarum virginum Bovæ et Dodæ.* Minoribus typis: *In Hybernia, beati Egberti monachi presbyteri et confessoris, de quo Beda*, etc. Recte hic vocatur *Egbertus*, qui a Greveno *Egberechtus*, verosimiliter non confundendus, cum *Hegberacto*, vel *Hecheracto*, de quo hodie in Actis multa diligenter inquirit Henschenius. Aliæ editiones : *Eodem die, natale sanctæ Coronæ virginis.* De Deodato, Bova et Doda, ut supra. *Die vigesima quarta, sancti martyris Sabbæ, ducis exercitus, et sanctæ Elisabeth thaumaturgæ. In Hibernia, beati Egberti monachi, presbyteri et confessoris. In territorio Arvernensi, depositio beati Roberti abbatis Casæ Dei et confessoris.*

Sidrach, etc. Coronæ. Deodati. Bovæ et Dodæ. Egberti. Sabbæ. Elisabeth. Roberti.

VII *Kal.* *Die* 25.

Litaniæ majoris. Marci Evangelistæ. Evodii et Hermogenis.

Romæ, Letania major ad sanctum Petrum. Apud Alexandriam, natalis beati Marci Evangelistæ. Hic discipulus et interpres Apostoli Petri, rogatus Romæ a fratribus scripsit Evangelium, quo assumpto perrexit Ægyptum, primusque Alexandriæ Christum annuntians constituit Ecclesiam, ac postea pro fide Christi tentus et graviter afflictus, primo angelica visitatione confortatus, deinde ipso Domino sibi apparente, ad cœlestia regna vocatus est. Mortuus est autem octavo Neronis anno. Civitate Siracusa, sanctorum Evodii et Hermogenis.

Ita habent *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Modica hodie codicum discrepantia. Greven. et Molan. male legunt, *Hic* FUIT *discipulus*, sensumque aliter interpungunt. Sic Munerat. pro *scripsit* habet *scribit.* In textu est *Siracusa* cum vetustioribus ; aliqui melius *Syracusa. Enodii* legere videtur Praten. nos cum ceteris et recte *Evodii.* His duobus adjungenda erat *Callista* soror, sed ea ab Usuardo, nescio ob quam causam, omissa est, ut mox dicemus.

De Litania majore.

OBSERVATIO. *Litania major ad sanctum Petrum*, nulli Martyrologo ante auctorem Romani parvi nota, inde ab Adone, ex hoc ab Usuardo iisdem verbis describitur, nulla de ejus origine aut institutionis causa facta mentione. Eam a Gregorio magno repetunt codices Usuardini recentiores in Auctariis citandi ; verum Gregorio magno antiquiorem, ex ipsiusmet Registro probat Fronto, in nota ad Kalendarium pag. 71. Quæ de Rogationum (*Litanias minores* aliqui vocant, licet Majoribus debeant esse antiquiores) quæ, inquam, de Rogationum primordiis fuse hac die memorat Notkerus, quid cum Litania majore commune habeant, non video. Palam est præfatam Litaniam festo sancti Marci seu XXV Aprilis stabiliter, Rogationes autem multarum olim discordiarum causam, more festorum mobilium, triduo ante Ascensionem Domini, non pari ubique ritu celebrari solitas. De his consulat curiosus lector Henschenium ad XI Maii de S. Mamerto Rogationum institutore, et Papebrochium XXVII Junii de S. Arialdo cap. 5, etc. — Mirum est in apographis Hieronymianis *Evangelistam Marcum*, non hac die sed XXIII Septembris consignari, et quidem ab aliis aliter, ut apud Florentinium et in Actis invenies. Sed maxime notanda est Notkeri assertio, qui *die priori Marci festivitatem a S. Hieronymo, auctoritate Eusebii, designatam contendit.* Romanum parvum *Marcum*, hac die collocat. Quem præcessit Beda, cujus elogium auctius reddidisse videtur Ado, non in Martyrologio, sed in festivitatibus Apostolorum. Hunc autem secutus Noster, sua omnia ex ipso delibavit. Constanter ubique notatum adverto martyrii tempus *anno Neronis octavo.* Plura si cupis, videsis quæ de Marci apostolatu et obitu disseruimus in Tractatu-chronologico de Patriarchis Alexan-

Marci.

drinis

drinis ante tomum v Junii. Non in omnibus nobiscum convenit Tillemontius; ceterum Marci vita ab eo Gallice concinnata, exstat tomo 2 a pag. 89. Observat autem laudatus Fronto pag. 72, *neque in Gregorio M. nec in vetustissimis libris quidquam esse S. Marci Evangelistæ*; itaque antiquissima ejus memoria a Martyrologis nostris repetenda est, quibus accinit Wandelbertus :

Mox Evangelico Marcus tonat ore beatus,
Septima quo capit eximium redimita nitorem.

De Erminone Romani parvi.

Præter Litaniam et Marcum, est in Romano parvo *Erminonis confessoris*, omnibus aliis plane incogniti. Suspicor, *Erminum* indicari abbatem Lobiensem et episcopum, textui primigenio ab aliquo intrusum, nisi quis corruptum putet ex *Evodio* et *Hermogene*, quod probabile non est, cum in Adone nihil de eo reperiamus. — *Evodius* itaque et *Hermogenes* ex Hieronymianis a *Callista* sorore avulsi et a Nostro adjecti sunt, quidquid in nonnullis Usuardinis codicibus præteritos observemus. Veram hic dari Usuardi lectionem, nemo, opinor, in dubium revocabit.

Evodii et Hermogenis.

De Clarentio Adonis.

Cur autem *Clarentium Viennensem episcopum*, ab Adone positum, prætermiserit, non alia occurrit conjectura, quam quod ab eo codice fortasse abfuerit, quo Usuardus usus est, ut supra de similibus Viennensibus episcopis, tamquam verosimile, non semel innuimus; nisi magis placeat alia cogitatio, quod Usuardus Viennensium episcoporum rationem non habuerit.

AUCTARIA.

Translationis Droctovei

PRATEN. Inter puros codices locum servat, licet in margine, antiqua manu adscripta habeat verba sequentia: *Ipso die, Parisius, translatio corporis beati Droctovei abbatis, discipuli beatissimi Germani confessoris, episcopi atque pontificis.* Alteruter titulus sufficere poterat.

ROSWEYD. et BELIN. A puritate tam parum absunt, ut vix excludi debuerint. Primus deficit, ex eo quod in principio hæc solum verba ponat: *Letañia major*. BELIN. vero textui conformior, totam quidem annuntiationem exhibet, sed pro *Litania major*, legit: *Letaniæ majores*. Præterea de Marco, post hæc verba, *Apostoli Petri*, insorit, *et in baptismate filius*, quod in posterioribus editionibus etiam habet MOLANUS diverso tamen a textu charactere.

TORNACEN. et PULSANEN. Puri sunt, sed ultima annuntiatione omnino carent.

De Litania majore

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Primo loco de Marco, sicut BELIN. Sequitur : *Eodem die Romæ, Letania major ad sanctum Petrum, quam beatus Gregorius Papa, pro cessatione pestis inguinariæ, quæ Romæ desæviit, instituit.* In Evodio et Hermogene puri sunt.

De Marco

CENTULEN. *Alexandriæ, passio sancti Marci Evangelistæ, quem baptizavit et docuit beatus Petrus Apostolus, cui etiam, pontifici ordinato, commisit totam Ægyptum et finitimas regiones, ut eas Christi gloria sublimaret. Romæ, Letania major ad sanctum Petrum.*

Item, de Marco.

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Alexandriam, natale beati Marci Evangelistæ, de Tribu Levi. Qui fuit discipulus et interpres beati Petri Apostoli et ejus in baptismate filius. Hic ne in sacerdotem promoveretur, pollicem sibi abscidit et rogatus a fratribus*, etc., fere pure usque ad, *anno*, ubi subtexit: *ipso die Paschæ Alexandriæ ad loca bubuli tractus est discerptus et sic ad cœlestia regna vocatus est. Cujus corpus ab Alexandria negotiatores postmodum Venetiam transtulerunt.* De Litania, ut ULTRAJECT. etc. *Civitate Syracusa...* pure. *Apud Venetiam, sancti Clarentii episcopi et confessoris. Lugduno, sancti Rustici episcopi. Ipso die in pago Pontivo, sancti Richarii presbyteri et confessoris.* Vide die sequenti. *Et transitus sancti Ermini confessoris.* Melius *Ermini*.

Clarentii. Rustici. Richarii. Ermini.

De Litania.

HAGENOYEN. *Romæ, Letania major ad sanctum Petrum, quam instituit beatus Gregorius Papa, propter pestem inguinariam, quæ tunc Romæ maxime viguit. Apud Alexandriam, natale sancti Marci Evangelistæ. Hic discipulus et interpres Petri erat Apostoli, et in baptismate filius ; Romæ rogatus a fratribus scripsit Evangelium. Hic prius socius erat Pauli et Barnabæ, a quibus propter persecutiones fugit. Postmodum apud Aquilegiam, Evangelium, quod Romæ ediderat, prædicavit. Deinde sibi substituit alium episcopum Hermagoram nomine. Et assumpto Evangelio, perrexit Ægyptum primusque Alexandriæ Christum annuntians, sibi constituit ecclesiam. Post pagani videntes eum in verbo Domini convalere et miracula multa facere, in die Paschæ inter Missarum solemnia tenuerunt eum et funem miserunt in collum ejus et traxerunt eum per saxa, itaque carnes ejus fluebant in terram. Et tunc vespere missus est in carcerem, ubi ab angelo est confortatus. Postea Christus ipse sibi apparuit et eum ad cælestia regna invitavit. Mane vero cum iterum traheretur, Deo gratias egit et commendans ei suum spiritum, feliciter obiit, octavo Neronis anno. In Sicilia civitate Syracusa*, etc., pure, ut habetur in textu.

De S. Marco.

Ermini

AQUICINCT. *Laubiis, transitus sancti Ermini episcopi et confessoris.* Sæpius hic recurrit.

Floriberti

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Marci Evangelistæ. Floriberti Leodiensis episcopi. Ermini episcopi et confessoris.*

Cleti PP

In VATICAN. num. 5949. Deest *Evodii et Hermogenis*. Adjectum *Cleti Papæ*, etc., ex sequenti.

De translatione S. Marci

FLORENTIN. *S. Marci..... deinde anno Domini quadringentesimo sexagesimo sexto* (vel *septimo*) *Veneti corpus sancti Marci prædicti, armata manu de Alexandria Venetias transtulerunt, ubi ecclesia in honore sancti Marci Evangelistæ, mire pulchritudinis fabricata est.* Spectat ea translatio probabilius ad initium Seculi IX, ut ex ejus historia in Actis ostenditur.

Translationis Mansueti

LUXOVIEN. *Translatio sancti Mansueti episcopi et confessoris.* Dies natalis est III Septembris.

Rustici

RHEMENS. sanctorum Timothei et Apollinaris. *Lugduni depositio Rustici episcopi et confessoris.*

F[illegible]

EDITIO LUBECO--COL. De Marco satis dictum est ; item de Litania. *Civitate Syracusa...* pure. *Apud Leodium, natale sancti Floriberti ejusdem loci episcopi et confessoris.*

A[illegible] et sociorum. Rustici. Clarentii.

GREVEN. *Alexandri martyris, Evotii, Fortunati.* Solita confusio. *Lugduni, sancti Rustici episcopi. Viennæ, sancti Clarentii episcopi et confessoris.*

Floriberti. Ermini. Francæ. Bedæ et Deodati

Floriberti episcopi Leodiensis et confessoris. Ermini episcopi et confessoris. Item beatæ Francæ virginis, Ordinis Cisterciensis. Bedæ et Deodati confessorum. Addit prima editio etiam *Marci.* Vide Prætermissos.

De Ermino.

Molan. *Binchii, Ermini episcopi et abbatis Lobiensis, successoris sancti Ursmari, in cœnobio Lobiensi.* Tum litteris minoribus : *De quo testatus est discipulis ejus Flacbertus nomine, et plenius liber gestorum ejus. Transfertur Binchii in sequentem diem propter festum Marci. Item, beatæ Francæ virginis, Ordinis Cisterciensis, civitate Placentia. Natalis sancti Maris, Dolichæ episcopi. Tripartitæ lib. 9 cap.* 3. Hic in aliis editionibus prætermissus est, uti et in Actis. In aliis immiscetur, ut dixi : *et in baptismate filius;* atque in fine, *et Calisti martyrum*, pro *Calista.* Auctarii loco est : *Laubiis, transitus sancti Ermini episcopi et confessoris.*

Francæ.

Maris.

VI *Kal.* *Die* 26.

Anacleti PP.

Romæ, natalis beati Anacleti Papæ, qui secundus post Apostolum Petrum, cum rexisset ecclesiam annis duodecim, persecutione Domitiani martyrio coronatus est. Item Romæ, sancti Marcellini pontificis, qui cum ecclesiam novem annis et mensibus quatuor rexisset, a Diocletiano pro fide Christi cum Claudio, Cirino et Antonino capite truncatus est. Quo tempore fuit magna persecutio, ita ut intra unum mensem, decem et septem millia coronarentur. Monasterio Centula, sancti Richarii presbiteri et confessoris.

Marcellini et soc.

Richarii.

Solus et unicus ex omni parte purus est codex *Heriniensis.*

De Cleto

Varia lectio. Duos hæc potissimum articulos complectitur. Primo itaque non *Cleti*, ut receptissima et forte vera lectio exigit, sed *Anacleti* posuimus ; eamque lectionem omnino Usuardinam arbitramur, ex Praten., Herinien., Tornacen., Pulsan., Munerat., et Antverp-Majore, quibus accedunt plures alii inter Auctaria recensendi, qui constantissime ita scribunt, licet codex primus corruptius, vel forte antiquiori modo habeat *Anencleti*, ultimus, litteras *Ana* fere erasas exhibeat. Falsam, ais, eam lectionem ex ipsomet verborum contextu, ubi aperte elucet contradictio, in, *qui secundus post Apostolum*, etc., vel ut Florus, *tertius* (utrumque vario respectu intelligi potest) quæ ad *Cletum* dumtaxat, non item ad *Anacletum* referenda esse, series ipsa chronologica Romanorum Pontificum manifeste edocet. Recte, opinor, ex communiori sententia arguis, eamque existimo rationem fuisse, cur in posterioribus codicibus, expuncto *Anacleti*, inveniatur *Cleti*, ut Bedam scripsisse mox dicemus. At nos non ferit ea qualiscumque oppositio et contradictio, neque enim de rei veritate, sed de Usuardi lectione quærimus, quam ille, seu veram seu falsam, ex Adone, hic ex Romano parvo evidenter accepit, quæque proinde servanda a nobis fuit, tamquam germana et primigenia, exclusis codicibus, qui pro *Anacleti*, quacumque demum ratione aut auctoritate, restituendum censuerunt *Cleti*, quos in Auctariis recitabimus. — Articulus alter in ultima annuntiatione versatur, quam ita format Pratensis. *In pago Pontivo, sancti Richarii*, etc., contra quam scribunt reliqui ferme omnes, et nos legimus : *Monasterio Centula*, etc., Consultus hac de re Castellanus, reposuit, *nihil in codice illo erasum esse*; ast, inquit in litteris datis vi Junii mdccix, clare apparet spatium unius lineæ relictum vacuum inter xxvi et xxvii Aprilis, impletum subinde alio tempore, ab eadem manu, sed atramento magis flavescente : *In pago Pontivo*, etc. Hoc nobis sufficit, ut a genuinis etiam excludatur præfatus Pratensis cum Rosweydino et Antverp-Majore, quos solos inter tot codices, ei conformes reperio ; quod deinceps sæpe reccurret.

De Richario et Pratensi

Anacleti

Observatio. De *Anacleto*, aut *Cleto* et *Marcellino* nihil hoc die memorant codices Hieronymiani ; nec uspiam alibi, quod sciam, aut *Cletus* aut *Anacletus*, cum *episcopi* aut *Papæ* titulo, toto eo Martyrologio reperiuntur. Beda, ut jam indicavimus, *Cletum* annuntiat, cui *Marcellum* pro *Marcellino* conjungit; perperam sane, utpote, qui de *Marcello* distinctissime egit xvi Januarii. Romanum parvum, hodierni laterculi scaturigo, *Anacleti* diserte meminit : *Romæ, Anacleti Papæ et martyris*, quod secutus Ado, elogium adjecit a Nostro ad verbum transumptum. Fateor equidem in Mosandri editione aliter legi, at ea tot erroribus inquinata est, ut pro genuina Adoniana censeri non possit. Notkerus, licet non ita presse Adonis verbis inhæserit, *Anacletum* tamen etiam, non *Cletum* hoc die nominavit ; sed ipse de Cleto agit xiii *Julii.* Rabanus Bedam hic deserit, imo ab omnibus Martyrologis dissentiens, *Cletum* celebrat xxix *Aprilis*, *Anacletum* vero xi *Junii.* De nominum Cleti et Anacleti Romanorum Pontificum facta a Græcis confusione, erudite ad hunc diem disputavit Henschenius, antiquissimam tot seculorum in Ecclesia opinionem propugnans, secutus prudentissimam Baronii regulam, qua judiciose statuit : *In his, quæ sunt Romanæ Ecclesiæ, majorem esse adhibendam fidem ejus alumnis, quam ceteris;* ex qua regula *Anacletus* a *Cleto* plane distinguendus est. Contra vero critici recentiores multi, quos sequitur Tillemontius tomo 2 pag. 555 et alibi, *Cletum* ex Pontificum catalogis expungendum, vel, quod eodem recidit, utrumque in unum conflandum, acriter pertendunt, quorum sententiam alia via explicare conatus est Papebrochius, ut breviter expositum habes in Responsionibus ad art. 17, a num. 20. Legi et expendi argumenta

pleraque

pleraque omnia, etiam ea, quæ maxime urget Pearsonius, nec tamen moveor hactenus, ut ab Henschenii placitis recedam, aut cum Pagio ad annum CI num. 4, non censeam tutius esse, *in re incerta a communi opinione non discedere*; quamvis si ad Martyrologos, Bedam præsertim, Romanum parvum, Adonem et Usuardum attendamus, unus dumtaxat in sacris tabulis colendus proponatur, ut est etiam Wandelberti sententia inferius recitanda. Ego hic neutram opinionem amplector, rem totam, Deo bene favente, ad XIII Julii, quo die *Anacletus* recolitur, accuratissime discussurus. — *Marcelli-* *Marcellini.* *num* itidem annuntiat laudatum Romanum parvum : *Et Marcellini Papæ et martyris*; annuntiat etiam Beda cum elogio ; ex Beda, Rabanus, qui non *Marcelli*, ut in nostra Bedæ editione male legitur, sed *Marcellini* scripsit, servato reliquo elogio, quod in Adonem, Usuardum et Notkerum transiit, sic tamen, ut soli posteriores, cum Adone, eam pericopen adjiciant de *Septemdecim martyrum millibus*, uno mense coronatis. Recurrit iterum tacta superius difficultas, de confusis Romanorum Pontificum nominibus in *Marcello* quoque et *Marcellino*, pro quorum identitate aliqui ex iis certant, qui *Cleti* et *Anacleti* distinctionem totis viribus evertere conantur. In eorum numero fuit Clar. Castellanus, ut patet ex ejus notatiuncula hoc die Martyrologio universali apposita. Ast hic in ultimis suis litteris, aliena manu ad me datis XXXI Januarii MDCCXI, plane retractavit, quæ de *Marcelli* et *Marcellini* prætensa identitate scripserat et hoc die et XVI Januarii ; ut pluribus ibi ostendi. Atque ut iterum dicam, quidquid pugnet Pearsonius, *Marcellus* a *Marcellino* omnino separandus est, quod, si opus fuerit, operosius demonstrari poterit. Hic ego me satis fecisse existimo, quod purum et simplicem Usuardi textum repræsentaverim. Quæ de Marcellino calumniati sunt Donatistæ, ita ab eruditis hodie ventilata sunt, ut hic frustra idem saxum volveretur. An ejus martyrium satis certum sit, non pauci dubitant : vide Acta ; Responsiones Papebrochii ad art. XI, num. 48 ; Pagium ad annum CCCIV, num. XI ; et Tillemontium tomo 5 a pag. 612, a quibus alia, Marcellino perperam tributa, excutiuntur. — De *Richario* Centulensi dicere supra cœpimus ; notandum superest, eum ab Usuar- *Richarii.* do recte signari cum solo titulo *presbyteri*, male a Notkero ut *episcopus*, sine peculiaris loci designatione. Non ausim dicere eum ex apographis Hieronymianis acceptum, tametsi in nonnullis adjectus videatur. Vita ejus ab Henschenio illustrata est, etiam relata a Mabilione sec. 2 Benedictino a pag. 187. Audiamus Wandelbertum, ipsum cum Cleto celebrantem :

Sextaque Pontificis recolit certamina Cleti,
Richarioque nitet vitæ cultore beatæ.

AUCTARIA.

PRATEN. Jam notavimus, pro, *Monasterio Centula*, in eo legi : *In pago*, etc., quod secuti sunt CODEX ROSWEYD. et ANTVERP-MAJ.

TORNACEN. Post textum purissimum, adjicit:
Autharii *Ipso die, sancti Autharii confessoris.* Vide quæ de eo dicuntur inter Prætermissos.

PULSANEN. Ultima annuntiatione omnino caret. De cetero in reliquis satis purus est.

MUNERAT. Etiam cetera purus, in fine subdit:
Dedicationis cappellæ regiæ *Parisius, dedicatio sacræ capellæ regiæ, sacris nostræ redemptionis insigniis, mirifice a beato Ludovico rege ditatæ.*

ANTVERP., ROSWEYD., MAX-LUBEC., BELIN., GREVEN., et MOLAN. cum recentioribus passim, pro *Anacleti*, legunt *Cleti*.

LOVANIEN. Citatis similis, sic de Cleto scribit:
De Cleto *Qui cum annis septem rexisset Ecclesiam, martyrio coronatus, sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano.* In reliquis purus est.

ANTVERP - MAX. ULTRAJECT-LEYDEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Jam di-
De Cleto et Anacleto ctis addunt : *Hunc Cletum et Anacletum Eusebius Cæsariensis et plures alii, pro eodem accipiunt. Sed Damasus in Cronica Pontificum Romanorum, quam scribit Hieronymo, ponit eos pro duobus, dicens Cletum fuisse Romanum, Anacletum autem natione Græcum.* De reliquo puri sunt, nisi quod primus Richario tribuat titulum *episcopi*.

CENTULEN. Proprium patroni festum ita primo loco celebrat : *In pago Pontivo, cœnobio Cen-*
De Richario. *tula, natalis sanctissimi patris nostri Richarii sacerdotis et fundatoris loci nostri, qui miræ abstinentiæ et incessabilis prædicationis sectator, longe lateque miraculis claruit, ac tandem Domino sibi revelante, vitam relinquens, cœlestia regna conscendit. Romæ, sancti Cleti Papæ et martyris, qui persecutione Domitiani, martyrio coronatus est. Item Romæ, sancti Marcellini Papæ, sub Diocletiano cum tribus clericis decollati. Quo tempore tam sæva persecutio incanduit, ut intra unum mensem, decem et septem millia martyrum passi gestis scriberentur.*

BRUXELLEN. *Romæ, sancti Cleti Papæ et mar-* *De Cleto.* *tyris. Qui secundus post beatum Petrum rexit Ecclesiam, et sub persecutione Domitiani martyrio coronatus est, et sepultus juxta corpus beati Petri in Vaticano. Et fuit primus qui invenitur in suis litteris posuisse, Salutem et Apostolicam benedictionem, commendavitque peregrinationes ad Sanctos et maxime ad limina sancti Petri ; et qui illas impediunt vel dissuadent, execratur.* De his et sequentibus facile est hodie judicium ferre. Ita pergit : *Romæ,*
sancti Marcellini Papæ. Qui cum Ecclesiam novem *De Marcellino.* *annos et menses quatuor rexisset, a Diocletiano compulsus, incensum posuit idolis. Postea Synodo facta, seipsum condemnavit, et pergens ad Diocletianum, se Christianum confitens, pro fide Christi cum Claudio, Cyrino et Antonino capite truncatus est. Quo tempore magna fuit persecutio ; ita ut*, etc.
Item Trecas, sanctæ Exuperantiæ virginis. Apud *Exuperantiæ* *Rasbacam, sanctorum Richarii et Algæ conjugum,* *Richarii et Algæ.* *parentum Adonis, Radonis et Audoenii archiepiscopi Rothomagensis.* Vide Prætermissos. Item ad finem in margine additur : *Et translatio san-* *Translationis Modoaldi.* *cti Modoaldi archiepiscopi Treverensis.* Natalis est XII Maii.

HAGENOYEN. *Romæ, natale beati Cleti Papæ. Qui* *Cleti.* *cum septem annis rexisset Ecclesiam, passus est sub Nerone Cæsare.* Patet hallucinatio. *Hic constituit viginti quinque presbyteros in urbe Roma et peregrinationem ad sanctum Petrum commendavit.* Sequitur discordiæ conciliatio : *Item Romæ, sancti*
Anacleti Papæ et martyris, qui cum rexisset Eccle- *Anacleti* *siam annis novem, mensibus duobus, passus est sub*

Traiano

Traiano imperatore. Hic constituit in Missa dici : Pax vobis, episcopis ; et, Dominus vobiscum, simplicibus sacerdotibus. Et responderi utrique : Et cum spiritu tuo, et Amen. Ipso die Romæ, sancti Marcellini Papæ et Martyris. Qui primo propter persecutionem timidus effectus est, idolis thura obtulit, et postea coram CXL *episcopis pœnituit, et seipsum Diocletiano ad puniendum obtulit, qui cum Claudio, Cyrino et Antonio fecit eum capitalem subire sententiam. Quo tempore fuit*, etc. De Richario pure. *In Italia, sanctæ Tytæ virginis.* Puto, *Zitam* Lucensem indicari, de qua in Actis die sequenti. *In nigra silva, sancti Trutperti martyris.*

Marcellini. *Tytæ.* *Trutperti.*

AQUICINCT. Pro *Cleti*, ut alii habent, legit nobiscum *Anacleti*. Et pro, *mensibus quatuor*, legit, *tribus*.

VICTORIN. Pro *martyrum millibus septemdecim*, habet *septem et viginti*.

AMBIAN. *Cœnobio Centulæ, natalis sancti Richarii confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Anacleti Papæ et martyris, secundi post beatum Petrum. Marcellini Papæ et martyris cum ceteris.*

AUGENSIS. monasterii sancti Laurentii : *Ipso die, sancti Autharii confessoris.* *Autharii.*

In VATICAN. num 5949. De Richario, nihil. Adjicitur : *In Africa, sanctorum Victoris, Siricii, Honorati.* Videntur ex Hieronymiano aliquo accepti. *Victoris et sociorum.*

UGHELLIAN. Legit etiam *Anacleti*, non *Cleti*.

STROZZ. *Apud Rabascum, sancti Aucharii et sanctæ Agiæ ejus conjugis, et filiorum ejus Adonis et Rodonis, inter quos fuit natus Augdonus* (Audoenus) *Rotomagensis episcopus, ab eodem patre et matre.* Corrupta et intorta aliqua, de quibus vide indicem Prætermissorum. *Aucharii et Agiæ.*

CODEX BELNEN. S. Mariæ : *Belno castro, exceptio sanctorum Flocelli et Hernæi, e quibus gloriosus Christi athleta Flocellus, sicut passio ipsius scripta testatur, a fidelibus Christianæ religionis cultoribus, in villa Durrunnensi, quæ est in pago Constantino, digna veneratione sepultus, et a Deo magnis est virtutibus clarificatus ; sed cum invalescente gentilium furore, eo in loco debiti honoris religione, sanctissima membra carerent, a quibusdam prædicti castri militibus, pariter cum beato Hernæo, Cenomanensi abbate reverentissimo, in villam Rufianam transportati, signis et virtutibus claruerunt. Inde, divina disponente misericordia, Othonis comitis tempore, in Belnenium translati sunt, ibique usque nunc, fideliter poscentibus, pro quibusque necessitatibus, clementi pietate securrunt.* Vide quæ de his dicuntur in indice Prætermissorum. *Flocelli et Hernæi*

EDITIO LUBECO-COL. De Cleto habet, sicut codices mediæ notæ supra. Sequitur : *Item Romæ via Salaria, sancti Marcellini*, etc., fere ut in textu. Deinde : *Trecas, sanctæ Exuperantiæ virginis. In pago Ponthino, monasterio Centula, sancti Richarii, presbyteri et confessoris.* *Exuperantiæ.* *Richarii.*

GREVEN. *In Africa, sanctorum Honorati, Pauli, Maximi et Apollonii. Item, sanctorum Aurelii, Leonidis, Viri, Cirici, Guidei.* Nomina iis aptanda sunt martyribus, qui in Hieronym. enumerantur. *Item, beatæ memoriæ Frederici episcopi Leodiensis et martyris.* Remittitur ad XXVII Maii. *Trecas, S. Exuperantiæ virginis.* *Honorati et sociorum.* *Aurelii et soc.* *Frederici.*

MOLAN. *Eodem die, apud Legiam, sancti Floriberti episcopi ejusdem loci et confessoris.* Obiit XXV Aprilis. *Parisiis, dedicatio sacræ capellæ*, etc., ex MUNERATO. *Viennæ, sancti Clarentii episcopi et confessoris.* De eo heri. Sequitur minoribus typis : *Sancti Basilei episcopi Amaseæ, cujus martyrium scribit Joannes presbyter Nicomediæ.* In editionibus aliis : *Eodem die, apud Legiam*, etc. De Clarentio, idem. *Trecas, sanctæ Exuperantiæ virginis. Die vigesima sexta, sancti martyris Basilei, episcopi Amaseæ. Parisiis dedicatio*, etc., ut jam diximus ex MUNERATO acceptum esse. *Floriberti.* *Dedicationis capellæ regiæ.* *Clarentii.* *Basilei.* *Exuperantiæ.*

V *Kal.* *Die* 27.

Anastasii. Romæ, depositio beati Anastasii Papæ, de quo sanctus Hieronimus venerabili testatur eloquio, quod ejus vita diuturna mundus immeritus sit frui. *Anthimi.* Apud Nicomediam, natalis sancti Anthimi episcopi et martyris, qui persecutione Diocletiani ob confessionem Christi, ut in historia ecclesiastica descriptum est, martyrii gloriam capitis obtruncatione accepit. Secuta est quoque illum universa pene gregis sui multitudo, per eamdem martyrii viam, quorum alios judex gladio obtruncari, alios ignibus conflagrare, alios naviculis impositos pelago immergi fecit. *Castoris.* Tarso Ciliciæ, sancti Castoris.

Pari sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In Molano ante, *Hieronymus*, deest appellatio, *Sanctus*. Reliqui in textu, *Hieronimus*, ut scribunt Pratens. Munerat. Greven. etc. De, *Iheronimus* vel *Ieronymus* et id genus aliis, non est operæ pretium pluribus agere ; uti nec de, *Nichomediam, hystoria, Antimi, Anthymi*, etc. Notabilior est Munerati error, dum scribit *ut in historia legitur*, pro eo quod in laterculo recte posuimus, *ut in historia ecclesiastica descriptum est*. Sic codex Rosweydi sensum vitiat, pro, *quorum alios*, legens, *quos alios*. *Conflagrare* habent Pratens. et Munerat. et ita opinor legisse Usuardum, potius quam *conflagrari* ut Herinien. et Antverp-Maj. forte ex Adone. Utrumlibet selige, per me licet. At nimium sapuisse existimo Rosweyd. Greven. et Molan. qui substituerunt *concremari*. Constructionem denuo mutat Muneratus, a reliquis omnibus deflectens, scribensque, *in pelago mergi fecit*, pro, *pelago immergi fecit*. Sunt qui *Tharso* scribant cum Munerato et Molano, melius in textu ex aliis. Mira in Heriniensi commixtio duarum vocum, *Tarso Ciliciæ*, in, *Thessalonicæ*, amanuensis, ni fallor, oscitantia, qui vocibus media fere parte confusis aut corruptis, ansam alteri reliquerit, male supplendi cetera atramento recentiori.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. *Anastasium* Pontificem primus in sacros Fastos retulit auctor Romani parvi : *Sancti Anastasi Papæ.* Secutus est Ado, sed, quod mirere, nullo eum ornavit encomio, solum addens, quod *sederit annos tres, dies decem.* Diligentior fuit Rabanus, quem hic Notkerus, ut alias sæpe, ad verbum descripsit, insertis etiam citatis Adonis verbis. Quæ igitur in Anastasii laudem breviter sed nervose textus exprimit, Usuardi nostri propria censeri debent. Plura in Actis ex Hieronymo et aliis ab Henschenio diligenter exquisita, suggeruntur. — *Anthimus Nicomediensis* in apographis Hieronymianis memoratur, sed aliter Romanum parvum annuntiat, *innumeramque* jungit *martyrum multitudinem.* Porro Anthimo et sociis elogium concinnavit Ado, ex quo præcipuos tantum flosculos decerpsit Noster, ut ex utriusque textus collatione, clare perspicies. Verosimillimum est ex Rufini Eusebio lib. 8 cap. 6, desumptum ab auctore Romani parvi *Anthimum*, eique hunc diem pro arbitrio assignatum, ut de aliis, eodem primo Diocletiani furore crudelissime necatis, alibi non semel dicitur. Eusebii verba in Actis referuntur, quæ vere insignis martyris et innumerabilium sociorum triumphum denarrant, quibus addi possunt, quæ a Lactantio præclare scripta sunt, ex quo et aliis historiæ seriem exponit Tillemontius tomo 5 a pag. 23, nulla habita ratione Actorum particularium, Latine et Græce a nobis editorum, quæ ab eruditis recentioribus non magni æstimantur, nec a Ruinartio admissa sunt, qui solum Eusebium sequitur pag. 320. Metricum Wandelberti elogium Anthimum cum Anastasio memorat : *Anastasii.* *Anthimi.*

Quinta Anastasium Papam celebramus ; eidem
Anthimus antistes digna virtute cohæret.

Castor Tarsensis primum locum occupat in citatis Hieronymi apographis, unde eum, procul dubio Usuardus accepit ; et solum quidem, ut probatissimi codices nostri cum Notkero ad oculum demonstrant. Alii secundæ notæ codices, ut Antverp. et Max-Lubec. Belinus et multi in Auctariis citandi, *Stephanum* Castori connectunt, et loco et tempore, nisi vehementer fallimur, plane distinctum : hoc nimirum Tarsi, Stephano Nicomediæ coronato, quemadmodum diserte ferunt laudata Hieronymiana apud Florentinium. Non ignoro, Henschenium aliter in Actis posuisse, ut se conformaret Baronio, Belinum forte et Maurolycum secuto. At non dissimulat ibidem Henschenius, quid sibi magis verosimile videatur. Ego certe antiquissimorum Martyrologorum et codicum auctoritatem, Belino et Maurolyco longe præferendam censeo. Hæc obiter, occasione connexionis illius, textui nostro contrariæ, dicta sunto. De vera et simplici Usuardi lectione, non video quidquam dubitari posse. *Castoris.*

AUCTARIA.

TORNACEN. Textum mutilat, expuncta parte elogii B. Anthimi, incipiendo a, *quorum alios*, etc. ; cetera purissimus est.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. LEYDEN-BELG. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Post *Castoris*, addunt, *et sancti Stephani martyris.* *Stephani.*

PULSANEN. Et in parte elogii B. Anthimi, et in ultima annuntiatione deficit.

LOVAN. Etiam mutilus est in elogio Anthimi. Porro *Stephanum Castori* conjungit.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Post, *immeritus sit frui*, interserunt : *Hic constituit, ne quis sine sui licentia Episcopi ad clericatum ascendat, et ne quis sedeat, cum sacra Evangelia in ecclesia recitantur.* In fine : *Tharso Ciliciæ, sancti Castoris et sancti Stephani martyris.* *De Anastasio.* *Stephani.*

CENTULEN. *Romæ, sancti Anastasii Papæ et confessoris. Nicomediæ, sancti Antimi episcopi et martyris, cum quo de clero et populo multi coronati sunt. Tarso Ciliciæ, sancti Castoris.* In hac annuntiatione purior est quam codices proxime citati. *Textus contractus.*

BRUXELLEN. De Anastasio, aliis verbis sic inserit : *Hic constituit, ne quis sedeat, sed stet, dum sacra Evangelia in ecclesia recitantur.* In Anthimo, nonnihil ex Adone interpolatus est. In fine : *Tarso Ciliciæ, sancti Castoris et sancti Stephani martyrum.* *De Anastasio.* *Stephani.*

HAGENOYEN. Primo loco de Anthimo, satis pure. Sequitur : *Tarso Ciliciæ, passio sanctorum martyrum Castoris et Stephani. Romæ, depositio sancti Anastasii Papæ, qui quadragesimus post beatum Petrum erat, de quo sanctus Hieronymus,* etc., fere ut supra. *In Territorio Lomovicensi* (Lemovicensi), *sancti Alpiniani confessoris.* Vide Acta. *Stephani.* *Alpiniani.*

AQUICINCT. Post *frui*, sic subdit : *Hic constituit, ut quotiescumque Evangelia sancta recitarentur, sacerdotes non sedeant, sed curvi stent. Et constituit, transmarinum hominem in clericatum non suscipi, nisi quinque episcoporum designaretur chirographis. His ultramarinorum in legitimos damnavit ordines.* Puto legendum esse *inlegitimos*, seu *illegitimos*. In fine, pro *Castoris*, habet *Pastoris* ; additque, *et Stephani martyrum.* *De Anastasio.* *Stephani.*

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. In fine : *In Ægypto, sanctorum Victoris, Maximi et Martini.* Potius *Marciani.* Quibus in Hieronymianis adduntur *Paulus, Germanus* et alii sex. *Victoris et sociorum.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. De Anastasio, fere habet, ut est in textu. Tum : *Anthimi episcopi cum sociis, de quoque suo martyrio.*

VATICAN. num. 5949. In fine adjicit *Ursicini*, cum longa narratione de sancto Vitale. De Ursicino vide in Actis. Rursus de eodem et Vitale die sequenti. Hic quoque *Castori* adjungitur *Stephanus.* Vide observationem supra. *Ursicini.*

UGHELLIAN. In fine : *Et sancti Stephani martyris*, ut supra ANTVERP. MAX-LUBEC. etc. *Stephani.*

ALTEMPS. Ad *Castoris*, etiam adjectum, *et sancti Stephani.* *Stephani.*

STROZZ. *Castoris et Stephani. Apud civitatem Fulginatem sanctorum martyrum Eraclii, Justi, Mauri et Vitalis, qui sub Daciano præside martyrium passi sunt.* In indice Prætermissorum Vitalis ad diem sequentem, tres alii Fulginates ad IV Maii remittuntur. *Eraclii et sociorum.*

EDITIO LUBECO-COL. De Anastasio, post, *frui*, subjungit : *Hic constituit, ne quis sine licentia sui episcopi ad clericatum ascendat. Et qui careret aliquo membro, non posset fieri clericus. Et ne quis sedeat, cum sacra Evangelia in ecclesia recitantur.* De Anthimo satis pure. In fine : *Tharso Ciliciæ, sanctorum Castoris et Stephani martyrum.* *De Anastasio.* *Stephani.*

GREVEN.

Genesii et aliorum. Hermetis et aliorum. Pulionis. Evellii. Liberalis.

Greven. *In Lidia, sanctorum Genesii, Sodalis, et Marini. Item, sanctorum Hermetis, Victoris, Germani. Apud Civilitanam urbem, sancti Pulionis lectoris et martyris.* De his distinctiora in Actis invenies. *Tarso Ciliciæ, sancti Stephani martyris. Romæ, Evellii martyris.* Remittitur ad xi Maii. *Civitate Altinensi, sancti Liberalis confessoris.* Vide in Actis geminas ejus vitæ synopses.

Stephani. Liberalis.

Molan. In prima editione, post *Castoris*, litteris Italicis immediate subdit : *Et sancti Stephani martyrum.* Dein typis minoribus : *Civitate Altinensi, sancti Liberalis confessoris.* Posteriores editiones, de Stephano idem. Rursus minori charactere : *Civitate Altinensi, sancti Liberalis confessoris, ab Heliodoro episcopo nutriti, qui civitate Altino destructa, Tarvisium est translatus.*

IV *Kal.* *Die* 28.

Vitalis. Theodoræ et Didymi. Aphrodisii et sociorum. Pollionis.

Apud Ravennam, natalis sancti Vitalis martyris, qui cum corpus beati Ursicini sublatum, honestate debita sepelisset, tentus a Paulino consulari, post equulei tormenta, jussus est deponi in foveam profundam, et terra ac lapidibus opprimi, talique martyrio migravit ad Christum. Alexandriæ, sanctæ Theodoræ virginis, qui sacrificare contemnens, cum esset in lupanar tradita, repente quidam ex fratribus nomine Didimus, miro Dei favore, illam eripuit, ac postea cum eadem percussus, et simul coronatus est. Eodem die, Afrodisii, Carilippi, Agapii et Eusebii martyrum. In Pannonia, sancti Pollionis martyris.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Ursicii*, pro *Ursicini* in error est Munerato ; atque item *cum* honestate. In Pratensi et Belino redundat particula, *et* post *equulei*. Greven. autem et Molan. constructionem sic efformant : *Tentus* EST *a Paulino consulari et post*, etc. Sed ea scribendi ratio codicibus omnibus Usuardinis et ipsi Adoni repugnat, quamvis recte sit ordinata. Librarii Heriniensis oscitantia vocem *profundam* omisit ; Belin. pro *deponi*, scripsit, *poni* ; Munerat. *demitti*. Greven et Molan. legunt. *ad Christum migravit.* Post *Theodoræ virginis*, inseruit Molanus, sed litteris Italicis : *De qua beatus Ambrosius.* Idem solus et forte melius scripsit *Didymus*, ut habet etiam Ado. Nos codicum nostrorum omnium lectionem retinendam censuimus. Antverp. et Max-Lubec. duas voces omittunt, nempe, *nomine Didimus.* In apographo nostro Pratensi legitur *Aphrodisii* ; ceteri codices, *Afrodisii* ; Belin. et Greven. *Affrodisii.* Cetera colligo, potius corrigenda quam notanda : *equule in*, *eculei*, *contempnens*, *Karilippi*, *Caralippi*, *Agapiti*, *Agapeti*, *Apollonii*, *Appolionis*, *sanctæ Apolionis*, etc.

Vitalis.

OBSERVATIO. *Vitalis* martyr Ravennas, de quo in laterculo, Hieronymianis aut ignotus, aut præteritus est, aut studiose Gervasio et Protasio xix Junii conjunctus ; nam de alio, fortasse Pannonio, ibi indicato, nulla nobis quæstio. Beda positionem seu martyrii locum reticet. Romanum parvum rotunde enuntiat : *Ravennæ, sancti Vitalis martyris, patris sanctorum Gervasii et Protasii.* His longiorem narrationem Florùs adjunxit, aliam Rabanus, aliam Ado ; Notkerus Rabanum et Adonem descripsit, Noster pauca decerpsit, stylo suo convenientia. Id vero notandum, Martyrologos illos, tametsi in elogiis suis non omnino conveniant, ex eodem tamen fonte hausisse omnes, nimirum ex passione, quæ seculo IX antiquior esse debuit, non tamen ea ætate composita, ut magnam fidem mereatur ; certe Bedæ ignota fuisse videtur. Nec eam tuetur celebris epistola, quam Ambrosio suppositam plerique hodie fatentur. Pauca de Vitale Tillemontius tomo 2 pag. 75, plura in notis pag. 496. Nihil tamen obest criticorum de Actis censura, quo minus vetustissimum cultum probent certissima monumenta, inter quæ Frontonis Kalendarium, aliaque a Papebrochio in Actis producta ; quibus consonat metricum Wandelberti encomium :

Quarta Vitalem Christi pro nomine cæsum
Commemorat, vitam meruit qui morte perennem.

Theodoræ et Didymi.

Cur hac die apud laudatum Bedam et Rabanum legatur *Christophorus*, et apud Florum et alios *Eusicius*, haud equidem conjicio : in indice Prætermissorum ad proprios dies remittuntur. — *Theodora* et *Didymus* a Romàno parvo primum producti, ab Adone insigni elogio ex Actis contracto exornati sunt, quod rursus integrum transumpsit Notkerus, Usuardus vero breviori methodo rem complexus est ; sic tamen, ut sua omnia et in hoc et in præcedenti encomio, ex Adone prorsus accepisse manifestum sit. Ceterum ita elogium ab Adone primum contextum est, ut ipsa antiqua Acta genuina et proconsularia videre debuerit, et una commiscere, quæ Sanctus Ambrosius de pari certamine Virginis Antiochenæ retulit libro 2. de Virginibus capite 4. An satis recte, necdum inter eruditos definitum invenio. Cum Baronio in Annalibus censuit Papebrochius, diversas esse Virgines, quemadmodum diversa statuuntur loca et tempora, quibus certasse referuntur ; nec satis perspexit, an *Theodora hac nostra*, coronæ martyrii particeps fuerit, cum id Acta non exprimant. A Papebrochii sententia non abhorret Tillemontius, dum passionis historiam Gallice explicat tomo 5 a pagina 244. Nihilominus Ruinartius inter sincera et selecta, admonitionem præmittit pagina 425, qua tueri conatur eorum opinionem, qui *Ambrosianam virginem anonymam*, cum hac nostra *Theodora Alexandrina* confundendam existimant, quidquid suam Ambrosius *Antiochenam* appellaverit. Ego

certe

certe apud Ruinartium non reperio solutiones argumentis pares, nec video, cur idem divini amoris astus plurium virginum tutandæ pudicitiæ servire non potuerit, ut de aliis recte ostendunt citati Papebrochius et Tillemontius. — De duabus postremis annuntiationibus, id solum dicere possumus ipsas Romano parvo ignotas, ad verbum ex præfato Adone descriptas esse, primitus ex Hieronymianis eductas, quamvis varie immutata et male connexa videantur nomina, ut ex Actis intelliges. Nobis certum est, genuinam Usuardi lectionem in textu nostro repræsentatam.

Aphrodisii et sociorum. Pollionis.

AUCTARIA.

Rursus defectu laborant Tornacen. et Pulsanen. In illo, abest elogium Theodoræ. In hoc vero, et Theodoræ elogium, et quæ sequuntur.

Pamphili.

Rosweyd. Textui puro subnectit : *Item Pamphili confessoris et episcopi Sulmonensis*, etc.

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovan. Alberg. Danic. et Editio Ultraj-Belg. Puri ferme sunt ; sed interjiciunt verba Romani parvi, nempe : *Patris sanctorum Gervasii et Protasii.* Et post *migravit ad Christum*, interponitur : *Ipso die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis.*

Valeriæ.

Centulen. *Apud Ravennam, sanctorum Vitalis et Valeriæ martyrum, quorum filii beatus Gervasius et Protasius præclari martyres exstiterunt. Alexandriæ, sanctæ Theodoræ virginis, cum qua quidam frater nomine Didimus passus est. Ipso die, translatio S. Wigualoci abbatis. Item sanctorum Afrodisii, Carilippi, Agapiti et Eusebii martyrum. In Pannonia, sancti Pollionis martyris. Eodem die Mediolani, sancti Petri martyris ab hæreticis coronati.* Ab aliis passim recolitur xxix Aprilis.

Translationis Wingualoci. Petri martyris.

Antverp-Maj. Purus est in textu, sed in fine addit : *Eodem die, sancti Winwaloci abbatis.* De eo egimus iii Martii.

Winwaloci.

Bruxellen. In Vitale fere purus, secundo loco habet : *Et sancti Ursicini medici, sub prædicto judice passi. Ipso die, sanctæ Valeriæ, conjugis beati Vitalis.* Tum alia manu et recentiori atramento intruditur : *Et depositio sanctæ Monachæ* (Monicæ) *matris sancti Augustini.* Remittitur ad iv Maii. In Theodora et ceteris satis purus est. In fine adjicit : *Item, translatio sancti Lamberti episcopi.* Vide diem natalem xvii Septembris.

Ursicini. Valeriæ. Monicæ. Translationis Lamberti.

Hagenoyen. In Vitale modice interpolatus est. Tum : *Eodem die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis martyris. Quæ quia jejunare cum idololatris noluit, dicens se esse Christianam, finem vitæ verberibus sortita est.* In Theodora, nonnulla adjicit satis nota. Denique : *Ipso die, sancti Affrodosii, Carilippi, Agapi et Eusebii martyrum.* Deest ultima annuntiatio de Pollione.

De Valeria.

Aquicinct. In fine : *Et sancti Winwaloci confessoris.* Jam diximus, de eo actum iii Martii.

Winwaloci.

Victorin. et Reg. Suec. signatus num. 130. In fine adjiciunt : *Item Alexandriæ, sanctæ Euphrosynæ virginis.* Vide xi Februarii.

Euphrosynæ.

Daveron. *Beati Suingraloci abbatis.* Satis patet *Winwalocum* indicari, de quo supra.

Matric-Cartus-Ultraj. *Vitalis martyris et militis, qui fuit pater sanctorum Gervasii et Prothasii. Theodoræ virginis et Didymi, qui illam e periculo liberavit, et postea cum ea occubuit. Affrodisii martyris et aliorum. Translatio sancti Lamberti episcopi et confessoris.*

Translationis Lamberti.

Codex Bigotian. signatus P. 5. *In Pannonia, sancti Apollionis martyris.* Lege *Pollionis.*

Reg. Suec. signatus num. 148. *Monasterio, sancti Winwaloci.* Puto agi de *Blandinio.*

In Vatican. num 5949. Corrupte adjicitur : *Eodem die, Epii, Afrodisii*, etc.

Ughellian. Pro *Pollionis*, scribit *Apolionis.*

Altemps. *In monasterio S. Eburnensis ecclesiæ, translatio sancti Wlsini episcopi et confessoris.* An non indicatur *Wilfridus Eboracensis junior*, de quo in Actis xxix Aprilis ?

Translationis Wlsini.

Bizunticen. *Bellevalli, sancti Bernardi confessoris.* Hactenus nobis ignotus est, saltem ut Sanctus. Forte aliquis plura docebit.

Bernardi.

Editio Lubeco-Col. De Vitale post textum interpolatum, adhuc addit : *Corpus vero ejus post translationem requiescit Coloniæ Agrippinæ, in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ in Capitolio. Ipso die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis prædicti, quæ sacrificare noluit* (nolens) *usque ad mortem etiam mactata fuit.* Reliqua textus satis pura sunt. Sequitur : *Apud Leodium, translatio sancti Lamberti, ejusdem loci episcopi et martyris. Cenomanis, translatio sancti Liborii episcopi et confessoris in Paderbornam.* Dies natalis est xxiii Julii, quo hodie de præcepto celebratur.

De Vitale. De Valeria. Translationis Lamberti. Item, Liborii.

Greven. *Victorini martyris, Victoris, Luciani, et aliorum.* Vide Acta. *Pamphili episcopi Corsinii.* Idem est qui supra *Sulmonensis. Item, beatæ Valeriæ uxoris sancti Vitalis supradicti. Quæ sacrificare contemnens, usque ad mortem mactata, coronam martyrii adepta est. Apud Leodium, translatio sancti Lamberti episcopi ejusdem loci et martyris. Apud Paderbornam, translatio sancti Liborii episcopi Cenomanensis et confessoris.*

Victorini et sociorum. Pamphili. Valeriæ. Translationis Lamberti. Translationis Liborii.

Molan. *Item egressio Noe de arca. In Leodio, translatio sancti Lamberti martyris. Ipso die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis. Eodem die, elevatio sancti Amati episcopi et confessoris.* Vita dabitur xiii Septembris. *Lauduno clavato, translatio sanctæ Probæ virginis.* Vide Acta. Editiones aliæ, sic habent : *Ipso die, sanctæ Valeriæ*, etc. *In Hispaniis, sancti Prudentii episcopi Tirasonensis et confessoris. Metis civitate, sancti Adelphi episcopi et confessoris. Die vigesima octava, sanctorum martyrum Dadæ, Maximi et Quintiliani.* De his et Adelpho vide in indice Prætermissorum. *In Leodio, et Lauduno clavato*, ut supra. *Eodem die Duaci, elevatio sancti Amati, episcopi et confessoris. Ad hanc elevationem sacri corporis, quod perdiderant, Dominus reddit multis : sanitatem, videlicet ægrotis ; lumen et auditum cæcis et surdis, unde vero viri prius confracti redierunt, nimirum exultantes, vestigia pedum admirantes. Item, egressio Noe de arca.* Tum litteris minoribus : *Eodem die, martyrium sancti Paphnutii abbatis et quingentorum quadraginta sex, qui una cum ipso martyrium passi sunt.* Vide Prætermissos.

Egressionis Noe de arca. Elevationis Amati. Translationis Probæ. Prudentii. Adelphi. Dadæ, etc. De elevatione Amati. Paphnutii et soc. MM.

III *Kal.* *Die* 29.

Tychici.

Apud Paphum, sancti Tychici diaconi, discipuli beati Pauli. Hujus meminit in suis epistolis idem Apostolus, pronuncians eum fratrem carissimum ac conservum suum fore in Domino. In Numidia apud Cirtensem coloniam, natalis sanctorum martyrum Agapii et Secundini episcoporum, qui persecutione Valeriani, post longum exilium, apud præfatam urbem, in qua tum maxime gentilium rabies ad tentandam justorum fidem inhiabat, ex illustri sacerdotio effecti sunt martyres gloriosi. Passi sunt in eorum collegio Emilianus miles, Tertulla et Antonia, sacræ virgines, et quædam mulier cum suis geminis.

Agapii, Secundi et aliorum.

Puri sunt soli *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scripsi *Tychici* cum Praten, et Molano. Et ita vere scribendum esse nemo diffiteri potest ; quasi dicas *Fortunatus*, sed hic Grammaticas quæstiones enodandas non suscipimus, citatos codices, ut probatiores secuti sumus. Fateor tamen in Pratensi sic scriptum esse, ut dubium maneat, sitne prima littera T. an C. Herinien. cum aliis legit *Tichici*, pejus Greven. *Titici*, pessime Antverp-Maj. *Titi*. Idem codex omisit particulam *in*, ante *Domino*; Molanus *fore*. *Cirthensem* habent Greven. et Antverp-Maj. Molan. *Circensem*. Secutus sum Praten. Herinien. etc. *Secundii*, pro *Secundini*, error est in Antverp-Maj. Ubi iterum *collegio*, pro *sacerdotio*. *Temptandam* habet etiam Herinien. *Gloriosi martyres* legunt Greven. et Molan. Et primus etiam supra, *sancti Pauli discipuli*. *Emilianus* legunt omnes, excepto solo Molano, qui *Æmilianus* ; ut plerumque solet nonnulla pro suo arbitrio corrigere, præsertim in diphthongis, etc.

Tychici.

OBSERVATIO. *Apud Paphum, Tychici Apostolorum discipuli.* Verba sunt Romani parvi, ex quo utraque hodierna annuntiatio profluxit, inde nimirum per Adonem, a Nostro accepta. Cur hoc potius die quam altero hic sanctus recolatur, puto ab auctore Romani parvi pro mero libitu determinatum. Quæ vero ex ipso jam citavimus, nullo ferme apice immutato, transumpsit Ado et ex hoc Notkerus. Ast Usuardus breve ex Pauli epistolis præsertim ad Colossenses capite ultimo, compilavit elogium, quale in laterculo exhibemus. Brevis de Tychico Henschenii commentarius, ex aliis epistolarum Pauli locis, ea colligit, quæ Tillemontius tomo 1 in vita Apostoli, propriis locis inseruit. Plura de ipso memorant Græci, quibus quadrat Henschenii nostri observatio, nempe : *testimonia e sacris litteris assumpta, tam altum de Tychico ingenuisse sensum, ut cum variis urbibus videatur præstitisse beneficium fidei propagandæ, plures eum inter primos suos episcopos crediderint fuisse.* Sed nobis sufficit Latinorum nostrorum Martyrologorum difficultates explanare. — *Agapius* et *Secundinus* etiam a Romano parvo, ut diximus, sumpti sunt. Elogium novis circumstantiis distinctum, ex Actis *Mariani* et *Jacobi*, de quibus die postera, adjunxit Ado, ex hoc Notkerus, satis ornate et eleganter. Usuardus autem, quidquid habet, inde ad verbum accepit, ita ut mirum sit, voces pauculas ab eo fuisse prætermissas. Ceterum tota ea martyrum classis ideo in Actis hodie prætermittitur, quod eorum gesta cum *Mariani* et *Jacobi* triumpho connexa sint, ut ibi die xxx hujus legi potest. Satis nobis est purus et simplex Usuardi textus. Qui totam cohortem contemplari cupit, Henschenium adeat præfato die, quo præclarissima omnium Acta illustrantur ; a Ruinartio etiam edita et novis observationibus explicata a pag. 224 ; Gallice autem a Tillemontio tomo 4 a pag. 215, ubi recte advertit, eorum festivitatem probabilius recolendam vi Maii, quo in Kalendario Carthaginensi referuntur *Jacobus* et *Marinus*, alias *Marianus*, ut dicemus die sequenti. Ex quo iterum colligas, auctorem Romani parvi, hisce etiam martyribus, a reliqua turma avulsis, arbitrarium diem consecrasse. Interim hodiernos episcopos sic metrice canit Wandelbertus :

Agapi, Secundini et sociorum

Tertia Pontifices ara meritisque dicatos
Agapum, pariterque Secundinum veneratur.

AUCTARIA.

TORNACEN. Hic denuo contractior, post, *episcoporum*, immediate subdit : *Qui ex illustri sacerdotio*, omissis intermediis, *qui persecutione Valeriani, post longum exilium, apud præfatam urbem*, etc.

PULSANEN. In prima annuntiatione satis purus secundo loco habet : *Apud Alexandriam, sanctæ Euphrosynæ virginis.* Sequitur : *In Numidia*, etc., usque ad, *episcoporum*, inclusive.

Euphrosynæ

ANTVERP. Post textum : *Item translatio sancti Roberti, primi Cisterciensis abbatis.*

Translatio Roberti

MAX-LUBEC. *In territorio Lingonensi, apud Molismum* (Molismum) *beati Roberti primi abbatis Cistersii.*

Roberti

MUNERAT.

MUNERAT. Etiam in fine : *Apud Mediolanum,* *[Petri Martyris.]* *sancti Petri martyris, Ordinis Fratrum Prædicatorum.* In multis aliis recentioribus codicibus celebratur, sed nusquam copiosius quam in LEYDEN. et FLORENTINIS.

ROSWEYD. Itidem post textum : *In Tuscia* *[Torpetis.]* *Torpetis martyris, ministri Neronis.* Celebrius colitur XVII Maii.

LOVANIEN. Purus est usque ad, *martyres gloriosi.* Cetera omittit, substituitque : *In territorio* *[Roberti.]* *Lingonensi, apud Molismum, beati Roberti confessoris, primi abbatis Cisterciensis. Ipso die, in ter-* *[Petri.]* *ritorio Mediolanensi, passio sancti Petri, de Ordine Prædicatorum.*

ANTVERP-MAX. LEYDEN-BELG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post textum satis purum, eadem prorsus cum LOVANIEN Auctaria subnectunt.

LEYDEN. Textui puro adjicit : *In territorio* *[Roberti.]* *Lingonensi, apud Molisonum, beati Roberti confessoris, primi abbatis Cisterciensis. Ipso die in terri-* *[Petri.]* *torio Mediolanensi, passio sancti Petri, de Ordine Prædicatorum, qui cum per partes Italiæ, contra viros* (virus) *hæreticæ pravitatis verbum Dei longe lateque prædicasset, tandem gladio hæreticorum interemptus est.*

ULTRAJECT. ALBERG. et DANIC. Incipiunt : *In territorio Mediolanensi,* etc., ut jam ex LEYDENSI retulimus. Sequitur textus satis purus. In fine autem : *In territorio Lingonensi,* etc.

[Torpetis.] CENTULEN. *In Thuscia, sancti Torpetis Martyris. In Papho, Tythici Apostolorum discipuli. In Numidia apud Circensem Coloniam, sanctorum Agapiti et Secundini episcoporum.*

BRUXELLEN. Post textum fere purum, subdit : *In territorio Lingonensi,* etc. Tum : *In territorio Mediolanensi,* etc., etiam ut supra. Denique : *Alibi* *[Germani.]* *Germani episcopi.* An non *martyris Alexandrini* vel *Nicomediensis ?*

HAGENOYEN. In textu satis purus, adjicit : *In territorio Lingonensi in monasterio Mollismensi,* *[Roberti.]* *sancti Roberti abbatis.* Sequitur longa de Petro martyre historia, melius in Actis legenda. In *[Hugonis.]* fine : *Item in monasterio Cluniacensi, sancti Hugonis abbatis.*

AQUICINCT. Post, *geminis,* addit : *Et sancti* *[Germani.]* *Germani episcopi.* Deinde recentiori manu : *Eodem* *[Roberti.]* *die, in Burgundia, sancti Roberti abbatis.*

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130 : *Apud* *[Hugonis.]* *Cluniacum, transitus sancti Hugonis abbatis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Petri martyris. Hugonis abbatis Cluniacensis. Roberti primi Cisterciensis abbatis. Titici diaconi, discipuli Apostolorum. Agapii et Secundini martyrum cum sociis.*

CLUNIACEN. *Eodem die, apud Cluniacum, nata-* *[De Hugone.]* *lis beatissimi Hugonis, piissimi patris monachorum, cujus vita multis virtutibus est declarata.*

VATICAN. num. 5919. Primo loco : *Transitus* *[Euphrosynæ.]* *sanctæ Euphrosynæ virginis.*

UGHELLIAN. *Eodem die, depositio beatissimi* *[Roberti.]* *Roberti, primi Cisterciensis abbatis. Mediolani,* *[Petri.]* *passio beati Petri martyris.* Hoc ultimum fuit rubrica ab ipso scriptore cancellatum, et scriptum ad diem sequentem, ut notavit Papebrochius, ipsius codicis oculatus inspector et collator.

[Translationis Edmundi.] ALTEMPS. *In Britannia, translatio sancti Eadmundi regis et martyris.* Remittitur in Actis ad diem natalem XX Novembris. *Petragoricas, sancti* *[Frontasii.]* *Frontasii martyris.* In Actis retrahitur ad II Januarii. *Et Torpetis martyris.* De quo supra.

[Catharinæ Senensis.] FLORENTIN. Primo loco : *Romæ, sanctæ Catharinæ Senensis virginis, Ordinis Prædicatorum, annulo Jesu Christi et magnis revelationibus decoratæ. Romæ occubuit, ibique sepulta est in ecclesia sanctæ Mariæ ad Minervam. Pius vero Papa* II *eam catalogo Sanctorum adscripsit. Ipso die, apud* *[Petri Martyris.]* *Mediolanum, passio sancti Petri martyris, patria Veronensis, Ordinis Prædicatorum, cujus vita, constanti contra hæreticos prædicatione, ac miraculis* *[De Torpete.]* *claruit. In Tuscia civitate Pisa, sancti Torpetis martyris. Quem Cæsar Nero verberibus afflictum, extra prædictam urbem duci et decollari fecit et ita migravit ad Christum. In territorio Lingonensi, in* *[Roberti.]* *monasterio Molismensi, sancti Roberti abbatis Cis-* *[Liberii.]* *terciensis. Apud Ravennam, sancti Liberii archie-* *[Hugonis.]* *piscopi. Cœnobio Cluniaco, S. Hugonis abbatis.* Nonnulla quandoque in hisce codicibus, inter se et cum GREVENO collatis discrepantia occurrit, quæ cum non satis distincte ab Henschenio descriptore notata sit, fieri facillime potest, ut nonnumquam alterius verba, alteri perperam, sed innoxie, a nobis tribuantur, quod etiam in præfatione præmonuimus.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris : *Apud* *[Gumberti.]* *Avenniacum, sancti Gumberti regis.* Melius in Actis *Gondebertus* appellatur, non *rex,* sed *martyr.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Colonia Agrip-* *[Translationis Annonis]* *pina, translatio sancti Annonis archiepiscopi et confessoris. Quæ statim post decessum ejus facta est, de civitate Coloniensi in montem Sibergensem. Sed post obitum ejusdem sanctissimi viri anno tricesimo octavo, et anno Domini millesimo octogesimo tertio, per venerabilem Joannem presbyterum, sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem, et Petrum, Lunensis ecclesiæ episcopum, solemniter ac reverenter est in capsam ad sanctuarium locatus.* De Petro, fere ut LEYDENSIS supra. Sequitur : *Romæ, sanctæ Ka-* *[De Catharina Senensi.]* *tharinæ virginis. Hæc de civitate Senensi oriunda, in adolescentia sua habitum de pœnitentia S. Dominici assumens, et crebris miraculis et doctrinis clarens, anno ætatis suæ tricesimo tertio Romæ quievit sepulta in ecclesia sanctæ Mariæ supra Minervam. Dominus autem Pius II Papa, qui eam Sanctorum catalogo adscripsit, mandavit festum ipsius prima Dominica Maii perpetuis temporibus solemniter celebrari.* Vide Acta. Sequitur textus satis purus. Tum de Roberto, etc. *Eodem die, beatorum Ursio-* *[Ursionis et Maurilii.]* *nis et Maurilii confessorum.* In Prætermissis ad proprios dies rejiciuntur. *In Britannia, castro* *[Translationis Edmundi.]* *Beatricis, translatio sancti Edmundi regis et martyris. In Tuscia sancti Torpetis martyris.* De his *[Torpetis.]* superius abunde dictum est.

BELIN. In fine : *Eodem die, apud Mediolanum, sancti Petri martyris, de Ordine fratrum Prædicatorum. Cœnobio Cluniacho, beatissimi Hugoni* (2 editio *Hugonis) abbatis.*

GREVEN. *In Tuscia, sancti Torpetis martyris,* *[Torpetis.]* *qui jubente Silvio foras civitatem Pisanam ductus, decollatione capitis martyrium complevit. Hujus tamen solemnitas* XVI *Kal. Junii festivius recolitur. In Africa, Grati cum aliis sex. In territorio Me-* *[Grati et aliorum 6.]* *diolanensi, sancti Petri presbyteri et martyris, Or-* *[Petri Martyris.]* *dinis Prædicatorum. Qui in virginitate Christo serviens cum per partes Italiæ, etc. In Alexandria,* *[Germani.]* *Germani presbyteri. Nicomediæ, Prodoci diaconi.* *[Prodoci.]* *In Perusio Valenti, Grati et Prodenti.* Vide Acta. *[Valenti, etc.]* *Leonis episcopi et confessoris, qui in Samo insula* *[Leonis.]* *primum quievit, ac deinde Veneti illuc applicantes, miraculo admoniti, sancti corpus secum asportaverunt. Maxentii confessoris. Viti confessoris. Ursio-* *[Maxentii.]* *[Viti.]* *[Ursionis, etc.]* *nis et Maurilii confessorum.* Vide Prætermissa. *Item Urbani. Eodem die, beati Hugonis abbatis* *[Urbani.]* *Cluniacensis, magnæ sanctitatis viri, qui a beato* *[Hugonis.]* *Odilone educatus, ... in regimine ... decessor fieri meruit. Item, sancti Roberti abbatis*

confessoris

De Roberto. *confessoris. Hic cum esset abbas in monasterio Cluniacensi, divino spiritu excitatus, regulam districtius servare cupiens, cum aliquot ejusdem zeli fratribus egressus, monasterium et Ordinem Cisterciensem inchoavit anno Domini* MXCVIII *clarusque vita et miraculis quievit in pace. Autissidori, sancti* *Mariani* *Mariani monachi et confessoris.* Estne hic *Marianus Scotus?* Quis alius hic sit, nescio. *Romæ, depositio sanctæ Katharinæ de Senis virginis.* *Catharinæ* *Quæ in adolescentia sua habitum*, etc., ut supra. *In Britannia, castro Beatricis*, etc. *Item, beatæ memoriæ* *Petri Faverii.* *Petri Faverii, Ordinis Cartusiensis, Prioris domus sanctæ Crucis in Urbe. Hic cum in extremis laboraret, et ab antiquo adversario pene in desperationem præcipitaretur, per gloriosam Dei genitricem sibi apparentem liberatus, tunc spiritum Deo reddidit, cum in Litaniis diceret: Omnes sancti qui hic adestis, orate pro nobis. Ipsos enim Sanctos, quos ipse præsentes aspiciebat, cum magna exultatione, digito elevato, demonstrabat.* De hoc nihil in prima editione. Videsis Prætermissos.

De Petro Martyre. MOLAN. *Eodem die apud Mediolanum*, etc. fere ut LEYDEN. *Cœnobio Cluniaco, beatissimi Hugonis* *Hugonis.* *abbatis. In territorio Lingonensi*.... ut ibi. *Et depositio sancti Prudentii.* *Roberti.* *Prudentii.* Ponitur hic absque titulo aut *martyris* aut *confessoris*, sed nisi fallor, non alius indicari potest, quam *Prudentius* ille, qui inter *Nicomedienses* martyres primum locum obtinet, ex qua eadem turma male colitur *Prodocus*, recte *Urbanus* apud GREVENUM ; vide Acta. In editionibus aliis, de Petro, ut jam non semel dictum est. De Catharina itidem usque ad, *super Minervam*. Tum addit : *Differtur autem ejus festivitas in Dominicam diem post inventionem sanctæ Crucis.* Notiſsimum est stabili jam cultu festivitatem ejus recoli die XXX Aprilis, *Petrum* vero *Martyrem* hoc die. De Roberto et Hugone ut supra. *Die vigesima nona, sanctorum novem martyrum in Cyzico.* *Martyrum 9, in Cyzico* Vide propria singulorum nomina in Actis nostris, accepta ex Menologiis Græcorum, quorum verba recitat Henschenius in brevi suo commentario. *Et sancti Memnonis thaumaturgi.* *Memnonis* Et hic etiam ex menologiis Græcis desumptus est, sed hoc die perperam consignatus, cum ad XXVIII Aprilis pertineat, ut in Actis invenies. *Eodem die, festivitas sanctæ Avæ virginis.* *Avæ.* Et minoribus typis : *Quæ in Domino quiescit, non canonizata.* Vide quæ de ea supersunt, ab Henschenio collecta, ubi Molani observationem explicat, circa anniversarias preces pro ipsa Dononii persolvi solitas, quæ nec Avæ nec aliorum Sanctorum, quibus simili officio parentatum novimus, cultui quidquam præjudicant. Vide tomo I Junii pag. 810. num. 4.

Pridie Kal. *Die 30.*

Mariani Jacobi et soc. Apud Lambesitanam urbem, natalis sanctorum martyrum Mariani lectoris et Jacobi diaconi, quorum prior, cum jam pridem infestationem Decianæ persecutionis in confessione Christi evicisset, iterum cum carissimo collega tentus est. Deinde post dira et exquisita supplicia, divinis revelationibus mirabiliter secundo confortati atque allevati, novissime cum multis aliis gladio consummati sunt. *Eutropii.* Civitate Sanctonas, beati Euprobi martyris, quem sanctus Clemens pontificalis ordinis gratia consecratum, direxit in Gallias, peractaque prædicatione, ob Christi testimonium, illiso capite, victor occubuit.

Puri sunt *Praten. Albor., Max-Lub., Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Accedunt *Antv. Max. Ultraj.* et *Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Bela.*

VARIA LECTIO. In Munerato sensum obscurum facit omissio vocis, *prior*. Belini vel ejus typographi error est, [illegible], item *Datonæ*, quod etiam habet Munerat. Codices nonnulli scribunt *clarissimo*, at ipsa, ni fallor, constructio exigit *carissimo*, ut legunt Praten. Herinien. Tornacen. etc., cum Adone. Est & germanum *allevati*, non *allevatio*, ut multi codices habent. *Novissime tamen*, in solo Munerato est, sed patet vocem *tamen* redundare. *Santone*, pro *Sanctonas* scripsit Belinus. Et hæc quidem satis clara sunt. Major questio est, legendumne *Euprobi*, ut nos in textu reliquimus, an potius *Eutropii*, ut habet Ado, vel *Eutropii*, ut Acta et codices passim. Pro lectione nostra stant codices vetustissimi, Praten. Herinien. et Tornacen. quorum auctoritate, etiam cum errant, potissimum nitimur. Male Lub. et Molanus, *quem cum sanctus*, alii pejus *direxisset*, pro *direxit*, quæ sensum perturbant. In Belino est *Galliam*, omissa particula *in*, ubi male adjicitur *demum*. Greven. et Molanus ponunt *peracta diu* ; Praten. *peractamque prædicationem*. Belinus, *ceso capite*. Recte in textu omnia.

Mariani, Jacobi et soc. OBSERVATIO. *Marianum et Jacobum, cum aliis multis decollatos*, distincte hodie producit. Rom. parvum. Utrum tam clare exprimantur in apographis Hieronymianis, mihi certe non ita liquet, eos tamen cum sociis ibi indicari, ex Florentinio et Actis colligere est. Vetustiorem utriusque memoriam ex Kalendario Carthaginensi pridie Nonas Maii signari, die præcedenti abunde indicavimus. Porro horum martyrum cum hesternis *Cirthensibus* societatem, pridie etiam exposuimus. Sociorum plerorumque loci et temporis martyrii singulorum, uberiorem notitiam tradit Henschenius. Encomium

mium in laterculo positum ex Adone acceptum est, hic ex sincerissimis Actis, ut die præcedenti diximus, sua delibavit. Superest addendum hic Wandelberti elogium :

Martyrii Jacobus similem et Marianus honorem
Sortiti pridie finem metantur Aprilis.

Eutropii Ex Gregorio Turonensi sumptus est, et ab Adone consignatus is, qui sequitur *Euprobus*, *Eutropes* potius, vel *Eutropius*, cujus elogium etiam ex Adone transcripsit Noster, re, ut solet, minime discussa, inhærensque receptæ tunc traditioni de missis a S. Clemente primis in Galliam episcopis, quod tamen Gregorius Turonensis non nisi per verbum FERTUR, narraverat, ut solerter animadvertit Henschenius, ex quo facile intelliges, veram esse plurimorum modernorum opinionem, qui de Eutropio nihil undequaque certi admittunt, præter cultum et reliquias, de quibus paulo asseverantius loquitur laudatus Gregorius. Vide quæ in Actis de ejus miraculis fuse tradita sunt. Atque hic hactenus germanus Usuardi textus est.

De Maximo Adonis. Sequitur in Adone : *Apud Asiam, passio sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur.* Et quidem in Actis nostris synonymus alius Græcus adjungitur. An vero *Maximus* ille *Asiaticus*, vere Adonis sit, dubium ingerit Mosandri editio, in qua et *Quirinus* et *Sophia* adjecti sunt, qui procul dubio in additamentis censentur ; quidni et præfatus *Maximus* a Notkero, sedulo alias Adonis descriptore, etiam præteritus? De *Maximo* et *Quirino* meminit Florus ; et de postremo, Romanum parvum, in quo præterea *Vigilia Apostolorum* signatur, verosimillime a recentiori aliquo superaddita, æque ac *Quirinus*, qui in codicem illum olim Coloniæ asservatum irrepserit, occasione translationis Novesianæ. Vide sis Acta nostra ad diem xxx Martii, ubi discussa invenies, quæ ad veram Quirini titulum pertinent. Interim Maximi Asiatici Acta Ruinartius ex Actis nostris, ut sincera extraxit, et eruditam admonitionem præfixit a pag. 143.

AUCTARIA.

HERINIEN. Proprium provinciæ Remensis, de more interserit, secundo loco sic scribens : *Maderniani.* *Eodem die, natalis sancti Maderniani, Remensis archiepiscopi, qui sextus eamdem rexit ecclesiam.* In Actis est *Maternianus*. Aliter tamen codices enuntiant.

TORNACEN. Textus materiam cancellis suis, potius quam cancellos materiæ aptare videtur. Purissimus esset, nisi omitteret ea, quæ sequuntur post, *supplicia*, usque ad, *cum multis.*

PULSANEN. Magis mutilus est, rescisso toto Mariani et Jacobi elogio. In fine autem post *victor*, sic scribit : *Et martyr migravit ad Dominum.*

ROSWEYD. In fine : *Item in Alexandria, Pastoris episcopi, cum aliis* XXIV, *igni combustis et in mare missis.* Vide in Actis totam seriem. *Pastoris et sociorum 24*

ANTVERP-MAJ. Etiam in fine : *Apud Londoniam, depositio sancti Erchenwaldi episcopi et confessoris.* Nomen varie formatum invenies. *Erchenwaldi*

CENTULEN. *Natale sanctorum Mariani et Jacobi, qui sub Daciano cum aliis multis consumpti sunt. Sanctonas, sancti Eutropii episcopi et martyris. Apud Asiam, sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur.* *Maximi*

BRUXELLEN. Primo loco de Eutropio, secundo de martyribus Lambesitanis, satis pure. Sequitur de Maximo, ut supra. Tum : *Jerosolymis, Quiriaci, qui et Judas cognominatur, quique crucem Christi invenit, et quem baptizatum, Helena regina fecit Jerosolymorum episcopum ordinari; quique postea sub Juliano apostata imperatore, pro fide Christi celebre martyrium duxit.* Remittitur ad diem sequentem et ad IV Maii. *Romæ, via Appia, elevatio sancti Quirini martyris, cujus passio tertio Kalend. Aprilis celebratur. Et depositio sancti Eremberti pontificis.* *De Quiriaco.* *Elevationis Quirini.* *Eremberti.*

HAGENOYEN. Post textum purum subdit : *Eodem die, sancti Quirini militis et tribuni translatio, quo die sacræ ejus reliquiæ de Roma per episcopum Coloniensem, ad civitatem Nussiam deportatæ sunt, unde adhuc ejus capsa eodem die deponitur et in castrino circumfertur. Apud civitatem Auscium, sancti Orientis episcopi et confessoris, qui omnibus virtutibus ornatus, sancto fine quievisse dicitur in pace.* Vide die sequenti *In Brixia, beatæ Maxentiæ viduæ.* Infra in FLORENTIN. et GREVEN. dicitur mater Vigilii. *De Quirino.* *De Oriente.* *Maxentiæ.*

AQUICINCT. In fine : *Et sancti Eremberti episcopi.* Colitur IV Maii. *In Britannia, civitate Londonia, sancti Erconwaldi*, etc., ut habet MOLANUS in posterioribus editionibus. Sed pro, *veritatis* in codice male legitur, *vere viriditatis.* *Eremberti* *Erconwaldi*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Quirini martyris. Eutropii episcopi et martyris. Iacobi martyris et Mariani lectoris, cum aliis multis martyrizatis. Maderniani Remensis archiepiscopi, sexti ordine.* *Maderniani.*

VATICAN. num 5949. *Alexandriæ, sanctorum Dorothei presbyteri, Pomodiani et Rodociani diaconorum, qui igne exusti et in mare missi sunt, cum aliis* XXIV. *Apud Asiam, sancti Maximi martyris.* Vide quæ dicta sunt in Observatione. *Dorothei et sociorum.* *Maximi.*

ALTEMPS. *In Saxonia, Oswaldi episcopi et confessoris, cujus meminit Beda in gestis Anglorum.* De eo actum est XXVIII Februarii. *Item, sancti Cyrini martyris.* Alias *Quirini*. *Apud Asiam, sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur.* *Oswaldi* *Cyrini.*

FLORENTIN. Primo loco : *Apud Nussiam, in provincia Coloniensi, sanctorum martyrum Quirini cum* XII *sociis suis. Item, sanctæ Maxentiæ viduæ, matris sancti Vigilii.* *Quirini et sociorum.* *Maxentiæ.*

SALINEN. S. Anatolii. *In territorio Bisuntino, translatio corporis sancti Eustasii Luxoviensis abbatis.* Vide XXIX Martii. *Translatio S. Eustasii*

CABILLONEN. S. Vincentii. *Sancti Flavii. Et in Cabillonis civitate, natalis beatissimi Desiderati presbyteri et confessoris, qui fuit eximiæ conversionis* (an non *conversationis?*) *et miraculorum, in monasterio Gurtonensi, ubi et obiit : quem B. Agricola, ejusdem antistes, tumulavit in basilica B. Martini, quæ est in suburbio præfatæ urbis, ubi cujus apud Deum sit meriti, multi, adeptis sanitatibus, experiuntur infirmi.* Etiam Flavius, in Actis, Cabilonensis episcopus dicitur. *Flavii* *Desiderati.*

EDITIO LUBEC-COL. Incipit : *Nussiæ, super litus Rheni, territorio Coloniensi, translatio sancti Quirini tribuni et martyris. Cujus venerabile corpus,* *Translationis Quirini.*

pus,

pus, nobilis ac religiosa Domina Gepa abbatissa a summo Pontifice postulatum, de Roma ad civitatem suam Nussiam transtulit, et in suum monasterium honorifice collocavit. Sequitur textus satis purus. Tum : *In Anglia civitate Londonia, natale sancti* *Erkenwaldi* *Erkenwaldi, ejusdem loci episcopi et confessoris.* *Maximi* *Apud Asiam, passio sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur.*

GREVEN. *Apud Asiam, teste Adone, passio sancti* *Maximi.* *Maximi martyris, cujus gesta habentur. In Alexandria,* *Martyrum Alexandrinorum.* *Effrodisii presbyteri et martyris aliorumque* XXX. *Item sanctorum Dorothei, Crispini, Pomodiani.* *Euticiæ.* *Euticiæ martyris sub Licinio. Romæ,* *Quirini episcopi.* *Quirini episcopi.* *Ercanwaldi.* *Ercanwaldi episcopi Londoniæ et confessoris. De quo Beda lib. 4 ita dicit : Ejus vero viri in episcopatu et ante episcopatum, vita et conversatio fertur fuisse sanctissima, sicut etiam nunc cœlestium signa virtutum indicio sunt.* *Materniani.* *Maderniani archiepiscopi Remensis et confessoris. Eodem die,* *Laurentii.* *sancti Laurentii presbyteri Novariensis. Apud Sanctonas,* *Eustellæ* *Eustellæ virginis, filiæ regis ab Eutropio conversæ.* Vide in indice Prætermissorum. *In Anglia,* *Tybbæ* *Tybbæ virginis.* De ea in Actis VI Martii. *Maxentiæ.* *Item Maxentiæ nobilissimæ feminæ, matris sancti Vigilii episcopi Tridentini. In diocesi Coloniensi, oppido Nussia, translatio,* etc., fere ut supra. *Margaretæ cum elogio.* *Item in diocesi Lugdunensi, sanctæ Margaretæ virginis, Ordinis Carthusiensis. Hæc cum aliquando Missæ officio interesset, et sacris mysteriis participari ardentissimo affectu desideraret, subito piissimus sponsus Dominus noster Jesus Christus, qui eam frequenter visitare et consolari consueverat, partem hostiæ vivifici corporis sui e manibus sacerdotis in os tam dilectæ sponsæ suæ trajecit. Ipsa tandem plena operibus bonis quievit in pace.* In Actis inter Prætermissos recensetur.

MOLAN. *Romæ, sancti Quirini tribuni*, etc., ad verbum, ut habet Ado XXX Martii. Tum subdit : *Hujus Deo dilecti et pretiosi martyris passio, licet* III *Kalend. Aprilis facta sit, hic tamen festive recolitur, quando sacræ reliquiæ corporis ejus ab urbe Roma ad civitatem Nussiensem supra Rhenum translatæ sunt.* *De Quirini reliquiis.* *Eodem die, natalis sancti Materniani*, etc., plane ut HERINIEN. *Materniani* De Maximo, Laurentio et Ercanwaldo, ut GREVEN. supra. In editionibus aliis : *Romæ, sancti Quirini tribuni et martyris. Hujus Deo dilecti*, etc. *In Britannia, civitate Londonia, sancti Ercanwaldi episcopi et confessoris.* *Ercanwaldi cum elogio* *Qui in activa jam degens vita, totis viribus theoricam diligens, subditis sibi plebibus, callem veritatis verbis atque exemplis monstravit, multisque ornatus virtutibus, migravit ad Christum.* De Maderniano, Maximo et Laurentio, ut supra.



MENSIS MAIUS

Habet Dies XXXI.

Kalendis. *Die 1.*

In Ægypto, Hieremiæ Prophetæ, qui a populo lapidibus obrutus, apud Taphnas occubuit. Item, natalis beatorum Apostolorum Philippi et Jacobi, ex quibus Philippus, postquam pene Schytiam ad fidem Christi convertisset, apud Hierapolim Asiæ civitatem glorioso fine quievit. Jacobus vero, qui et frater Domini legitur, juxta templum Hierosolimorum, ubi et præcipitatus fuerat, sepultus est. In Gallis territorio Vivariensi, beati Andeoli subdiaconi, quem misit ab Oriente sanctus Policarpus una cum aliis, ad prædicandum verbum Dei in Galliam, cujus prædicatione imperator Severus comperta, spinosis fustibus crudelissime flagellatum, in carcerem trudi præcepit, et sic demum ab ense ligneo, in crucis modum caput ejus scindi. Civitate Sedunensi, natalis Sigismundi regis. Apud civitatem Auscium, sancti Orientis episcopi, qui virtutibus ornatus, sancto fine quievisse scribitur. Item Autisiodoro, sancti Amatoris episcopi et confessoris.

Hieremiæ. *Philippi et Jacobi.* *Andeoli* *Sigismundi.* *Orientii.* *Amatoris.*

Ex omni parte pari sunt tantummodo *Pratensis codex, Greven. et Molan.*

VARIA LECTIO. Ad menda libraria fere reducitur, ut *Egypto, Schytiam, Hierosolimorum, Policarpus, Autisiodoro*, etc. Quæ quia ætatem suam redolent, intacta pleraque in textu relicta sunt. Lego *Taphnas*, cum Pratensi, non *Taphnes* ut apud Grevenum et Molanum. *Orientis* scribunt et codices pro textu citati, et alii passim, male fortasse, nam hodie legunt omnes, non *Orientis*, sed *Orientii*.

OBSERVATIO. *Hieremiam* vel *Jeremiam* prophetam, sed solo dumtaxat nomine, uno quasi ore appellant Beda, Rabanus, Romanum parvum et Ado, a quibus tantillum differt Notkerus, quod scribat : *Pausatio Jeremiæ Prophetæ*. Quæ igitur de lapidatione in laterculo nostro dicuntur, ea ab Usuardo adjuncta sunt, quemadmodum de aliis veteris Testamenti prophetis ab eo factum ostendimus. — *Philippi et Jacobi* meminere iidem omnes in suis Martyrologiis, uti et Hieronymiani codices, quorum aliqui utrumque *Hierapoli* perperam tribuunt, plures Jacobos, vel saltem pluribus diebus commemorantes. Et quidem notanter *Jacobus frater Domini* ponitur XV Martii, et *Jacobus Al-*

Hieremiæ. *Philippi et Jacobi.*

phei,

phei, Apostolus, XXII Junii. Quod autem magis mirere, hoc ipso die, postquam in principio Philippi et Jacobi memoria relata est, in medio textu sic legitur : *Natalis Mathei et Jacobi Apostolorum.* Primo loco annuntiatur *initium prædicationis Dominicæ*, de quo vide Exercitationem Florentinii, pag. 478. Ceterum de Apostolis sic memorat Frontonis Kalendarium : *Natalis Apostolorum Philippi et Jacobi.* Beda : *Hierapoli, Philippi Apostoli, et Jacobi Apostoli fratris Domini.* Simplicius Romanum parvum : *Et Apostolorum Philippi et Jacobi fratris Domini.* Cognationem illam paucis explicat Ado in Martyrologio, sed in festivitatibus Apostolorum, elegantius utrique elogium concinnavit, ex quibus medullam, ut ita dicam, decerpere Noster satis habuit, Notkero plura conjungente. Aliud elogium contextuit Florus, brevius Rabanus, quæ omnia non est hujus loci discutere, uti nec alia plurima, quæ de Jacobis inter eruditos disceptantur ; jam alibi, cum de Simeone XVIII Februarii agendum fuit, cursim indicata, ut et hic facere cogimur, remisso lectore ad dissertationes hodiernas Henschenii, ad Exercitationem Florentinii pag. 955, ad Tillemontium tomo I variis locis, et ad alios alibi

Andeoli.

citatos. Hactenus Romani parvi ductum secutus est Ado. Qui tertius ordine est *Andeolus*, ab antiquioribus Martyrologis præteritur. Elogium ipsi contextuit Ado ex vulgatis Actis tunc receptis, in quibus examinandis neutiquam scrupulosus, ea in Fastos sacros retulit, quæ admitti omnino non possunt. Acta ipsa, nec vetustissima esse, nec plane sincera, satis agnovit Henschenius, at recentiores cum Tillemontio tomo 2 pag. 636, duriorem eis censuram inurunt. Noster Adoni semper fidens,

Sigismundi.

sua omnia, paucis præteritis, ex ipsius elogio fere ad verbum descripsit. — At *Sigismundi* regis encomium, quod plane mirum est, ne attigit quidem, solum nomen et locum posuisse contentus ; opinor, quia laterculus jam ultra solitos terminos excreverat. Exstat *Sigismundi* commemoratio Hieronymianis omnibus adjecta, ex quibus a Rabano accepta est, Notkerus Adoniano elogio aliquid ex Gregorio Turonensi superaddente. Vide Sigismundi gesta, et circa corporis translationem controversa, accurate ab Henschenio explicata. Hic ex Wandelberto tres ultimos versiculos de Apostolis, Jeremia et Sigismundo componimus :

Frater ex his Domini, Jacobus micat, atque Philippus,*
Hieremiasque simul vatum celebratur opimus,
Rexque Sigismundus fuso pro sanguine regnat.

* An non. *et*

Orientii Amatoris

Binæ annuntiationes ultimæ, de *Orientio* et *Amatore*, Usuardi propriæ sunt, tametsi earum vestigia in apographorum Hieronymianorum accessionibus innotescere videantur. Nam quæ apud Mosandrum asteriscis notata sunt, ea ab ipso editore adjectitia, seu, ut vocat Florentinius, spuria censentur. Atque ex his constat laterculi vera simplicitas. Vide de cetero ipsius Amatoris Acta, et quid de ipsis sentiat Tillemontius tomo 15 a pag. 835.

AUCTARIA.

Marculfi. Walburgis.

HERINIEN. Cetera purissimus, 3 loco inserit : *In pago Laudunensi, S. Marculfi confessoris.* In fine ad marginem recenter adjecta est *Walburgis.*

TORNACEN. In Jeremia et Apostolis purus, reliquos etiam habet, sed Andeoli et Orientii elogia rescindit.

PULSANEN. Incipit ab Apostolis. Tum de Jeremia, satis pure. Sequitur de Andeolo, absque elogio. Reliqua absunt. Amator recentiori alia manu in margine adjectus est.

MUNFRAT. Deficit in Orientio et Amatore.

Translationis Walburgis

ROSWEYD. De Jeremia nihil. De cetero in reliquis textus purus est. In fine autem additur : *Translatio sanctæ Walburgis virginis.*

Walburgis.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Toto fere textu puri, post *regis* addunt, *Burgundiorum.* Tum : *Eodem die, sanctæ Walburgis virginis.* Sequitur de Amatore. Noto in ANTVERP-MAX. atramento flavo insertam vocem *elevatio* Walburgis. Aliis est *translatio.* Vide Prætermissos.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In eo solum deficiunt, quod Jeremiæ elogio careant.

ALBERG. et DANIC. Similes sunt ANTVERP-MAX. etc. ; sed Apostolos Jeremiæ præfigunt.

ANTVERP-MAJ. Totus purus esset, nisi ultimam annuntiationem de Amatore prætermitteret. Defuit diligentia in hujus codicis scriptore.

Judæ.

CENTULEN. Ita habet : *Natale beatorum Apostolorum Philippi et Jacobi. In Egypto, Jeremiæ Prophetæ, qui a populo lapidibus obrutus, apud Thapnas occubuit. Jerosolymis, sancti Judæ episcopi, per quem sacra crux Domini reperta est.* Vide die IV Maii. *Antisiodoro, sancti Amatoris episcopi, et confessoris. Civitate Seduno, sancti Sigismundi regis et martyris. In Galliis territorio Vivariensi, sancti Andeoli martyris. Eodem die, sancti Marculfi abbatis. Item eodem die, in Flandria, translatio sancti Arnulphi, Suessionicæ ecclesiæ episcopi et confessoris.* Remittitur ad diem natalem XV Augusti. Colitur Aldenburgi in Flandria.

Marculfi. Translationis Arnulphi.

De Walburge.

BRUXELLEN. In Apostolis non nihil interpolatus, secundo loco ponit : *Et in Germania, pago Sualavelda, sanctæ Walburgis virginis, quæ cum duobus fratribus suis Willeboldo et Winibaldo S. Bonifacium de Anglia in Germaniam secuta est, ubi ipsa facta est abbatissa, et post castissimimam vitam, hac die migrasse creditur ad Dominum.* In Jeremia deest locus martyrii. In Andeolo iterum interpolatus est. De Sigismundo ut supra. In Orientio et Amatore ferme purus est. In fine subjungitur : *Remis, sancti Theodulphi abbatis.*

Theodulphi.

De Walburge.

HAGENOYEN. De Jeremia, Philippo et Jacobo longas historias texit, quæ hic locum non inveniunt. In Andeolo, purus est. Cetera omittit, diem claudens hoc modo : *Eodem die, sanctæ Walpurgis virginis, quæ erat de Anglia nobili progenie. Quæ cum duobus fratribus episcopis, scilicet Mallebaldo* (Wilibaldo) *et Winibaldo venit ad Alemaniam, adiens civitatem Eystedensem, et monasterium Heydenheim construxit, quod et rexit per vitæ ejus spatium laudabiliter et in eo plena bonis operibus migravit ad Dominum.*

Arigii.

AQUICINCT. In fine : *Eodem die Wapingo, natalis sancti Arigii episcopi et confessoris. Ipso die, sanctæ Walburgis virginis.*

AMBIAN.

AMBIANNEN. De Sigismundo adjicit totum Adonis elogium.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Philippi et Jacobi Apostolorum. Jeremiæ, Prophetæ, qui a Judæis* *Evermari.* *fuit lapidatus. Eyermari martyris. Amatoris epi-* *Amatoris.* *scopi. Walburgis virginis.* Dies ejus natalis censetur esse xxv Februarii, ut ibi diximus.

CLUNIACEN. *Eodem die Wapingo, natalis san-* *Arigii.* *cti Arigii episcopi et confessoris.*

REG. SUEC. signatus num. 428. *Eodem die,* *Walburgis.* *sanctæ Walburgis virginis.*

CODEX D. DE CHEVAL. signatus C et ALTEMPS. *Arigii.* *Eodem die Vapingo, natalis sancti Arigii episcopi et confessoris.*

In VATICAN. num. 5949. Absunt, Jeremiæ, Orientii, Amatoris. Adjicitur : *Jerosolymis, sancti* *Quiriaci.* *Quiriaci episcopi, qui primo Judas dictus est. In ci-* *Hippolysti.* *vitate Avellina sancti Ypolisti. martyris.* Vide Acta.

Capelodii. FLORENTIN. *Romæ, sancti Calepodii presbyteri, qui sub Alexandro passus est ; cujus corpus jactari in Tiberim præcepit, ut in gestis sancti Callisti* *Simplicii et sociorum 68.* *Papæ legitur. Item, SS. martyrum Simplicii cum omni domo sua, promiscui sexus numero sexaginta octo. Apud civitatem Catanensem provinciæ Siciliæ* *Cominii.* *passio sancti Comitii* (Cominii) *martyris sub Claudio imperatore.* Vide Acta, et Prætermissorum elenchum. Sequitur Walburgis.

BURDEGAL. *Burdegala civitate, natalis sancti Ma-* *Macarii.* *carii Lugdunensis episcopi.* Remittitur ad IV hujus.

Translationis Clementis. LUXOVIEN. *Translatio corporis sancti Clementis Mediomatricæ urbis episcopi, anno* MCX. Hic ad XXIII Novembris.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In territorio Remensi, loco qui vocatur Avennacus, passio* *Berthæ.* *sanctæ Berthæ, uxoris sancti Gumbèrti regis. Civi-* *De Sigismundo.* *tate Sedunensi, loco Aganico, passio sanctorum martyrum Sigismundi regis et uxoris ejus et duorum* *Theodulfi.* *filiorum. Remis, depositio sancti Theodulfi abbatis.* *Acii et Acheoli.* *Ambianis, sanctorum martyrum Acii et Acioli.* Acta legunt *Acii* et *Acheoli*.

EDITIO LUBECO-COL. Apostolos præponit Jere- *De Sigismundo.* miæ, cetera pure usque ad *Sigismundi regis*, ubi adjicit : *Burgundiorum, qui in honore sanctorum Thebæorum, collegium Agannensium ædificavit. Qui captus in civitate Sedunensi a Francis, cum uxore et filiis, in puteum demersus occubuit. Sed per ammonitionem angeli, de puteo elevati, in dicto monasterio venerabiliter sepulti sunt. In Germania, cœnobio Eystadensi, depositio religiosæ monialis* *De Walburge.* *sanctæ Walburgæ virginis, sororis sancti Willebaldi episcopi Eystadensis, cujus tumba gloriosis miraculis decoratur.* Sequitur Amator. Dein : *In* *Corentini.* *Britannia minori, sancti Corentini episcopi et con-* *Blandini.* *fessoris. In pago Meldensi, sancti Blandini confessoris.* Corentini dies natalis est XII Decembris.

BELIN. Fere purus est usque ad, *in Galliam*, præterquam quod Andeolum vocet *[illegible]*. Sequitur immediate : *Item Anthisiodoro*, etc. Tum: *Gratæ.* *Item Bergomi Galliæ Cisalpinæ, sanctæ Gratæ vir-* *Orientii.* *ginis. Apud civitatem Auscium, sancti Oriensii epi-* *Walburgæ.* *scopi. Ipso die, sanctæ Walburgæ virginis.* Notandum *Gratam* virginem esse et coli XXV Augusti.

Benigni, etc. GREVEN. *Benigni et Andeoli presbyterorum, et Tyrsi diaconi, sociorum sancti Andeoli.* Benignus colitur I Novembris, alii XXIV Septembris. *Nota,* *De Sigismundo.* *Sigismundus, de quo supra, rex fuit Burgundionum jejuniis et orationibus die noctuque intentus. Ipse ex divina revelatione monasterium in loco, in quo sanctus Mauritius cum suis quiescit, construxit, et tandem a Francis captus, cum uxore et filiis in puteum demersus est. Sed abbati Agaunensi revelatus et ab eo extractus, miraculis claruit. Eodem die, vel ut aliis placet, infra* IV *Nonas, natalis san-* *Judæ Quiriaci.* *cti Judæ (qui et Quiriacus) episcopi Jerosolimorum, sub Juliano imperatore passi.* Vide Acta IV Maii. *Item secundum Adonem* (sed non genuinum) *hic* *Calepodii, etc.* *passio sanctorum Calepodii presbyteri, Palmachii et aliorum, qui infra ponuntur* VI *Idus Maii, die sci-* *Ammonis et Proculi.* *licet sepulturæ ipsorum. Item sanctorum Ammonis martyris et Proculi.* Hic apud Hieronymum est : quis alter sit, nescio. *In Britannia minori, Coren-* *Corentini.* *tini episcopi et confessoris.* De Blandino et Marculpho, ut supra. *Annæ martyris, matris sancti Qui-* *Annæ martyris.* *riaci.* Nullibi nota est. *In Germania, cœnobio Eystadensi, depositio sanctæ Walburgæ virginis sanctimonialis, sororis sancti Wilibaldi episcopi Eysta-* *Joannis Boni translationis.* *densis, vita et miraculis claræ. Mantuæ, translatio sancti Joannis Boni confessoris, Ordinis heremitarum sancti Augustini.* Remittitur ad XXIII vel XXIV Octobris.

Translationis Amelbergæ, et consecrationis basilicæ Blandinii monasterii. MOLAN. *In Blandinio monasterio, translatio corporis sanctissimæ Amelbergæ virginis. In Blandinio, consecratio basilicæ primæ, a beato Amando pontifice.* Vide Prætermissos. De Grata, Walburge, Marculpho et Theodulpho, ut supra. *In* *Chorentini.* *Britannia, sancti Chorentini episcopi civitatis Aqui-* *Acii et Acioli.* *læ. Ambianis, beatorum martyrum Acii et Acioli, qui religiosis fulgent miraculis. Ipso die, sancti* *Ultani cum elogio.* *Ultani, fratris sanctorum Fursei et Foillani : qui post excessum fratris sui Fursei, cum Foillano, sancta adeptus est sanctæ Gertrudis contubernia, cujus multa in ecclesia sanctitatis clarent monumenta. Quorum sancta virgo agnita sanctitate, per manus etiam ei tradit Deo partem hereditatis suæ, scilicet villam, quæ vulgo Fossis dicitur, quam ipsi tradidit in servorum Dei alimoniam, ut in eo loco construerent monasterium, ad perpetuale peregrinorum hospitium. Ipso die, territorio Tungrensi, villa quæ Ruttis dicitur, sancti Evermari martyris, qui* *Evermari.* *ab injustis innocenter interemptus est. Hujus mors pretiosa crebris miraculis illustratur.* Tum typis minoribus : *Eodem die, sanctorum eremitarum* *Zoerardi et Benedicti.* *Zoerardi et Benedicti martyris, quorum vitam descripsit Maurus episcopus Quinque-ecclesiastensis.* *Translationis Walburgis, etc.* *Furnis, translatio corporum sanctorum Walburgis, Wilibaldi, et Winiboldi, anno* MCIX. Hactenus prima editio. In aliis de Marculpho, Theodulfo, Chorentino etc. ut est in prima. *Item in Blandinio monasterio*, etc.

Maias prima sacrat Christi doctrina Calendas.

Dein minoribus litteris : *In Hungaria, sanctorum eremitarum Zoerardi*, etc. *Furnis*, etc. *In Sco-* *Asaphi.* *tia, Asaphi episcopi, de [illegible] dicitur episcopatus sancti Asaphi. In minori Britannia,* *Brioci.* *sanctissimi Brioci episcopi et confessoris.* Quæ in Molani textu litteris Italicis inserta sunt, facile a genuinis distinguuntur.

VI *Non.*

VI *Non.* *Die 2.*

Athanasii Natalis sancti Patris nostri Athanasii, Alexandrinæ urbis episcopi et confessoris. In hujus persecutionem, universus pene conjuravit orbis, et commoti sunt principes terræ, gentes, regna, et exercitus coierunt adversus eum, multaque Arrianorum perpessus insidiis, toto orbe profugus agitur, nec ei ullus tutus ad latendum supererat locus, dum ad investigandum eum omnes moventur. Moritur autem quadragesimo et sexto anno sacerdotii sui, post multos agones, *Saturnini et Neopolis.* multasque patientiæ coronas, tempore Valentiniani et Valentis. Eodem die, sanctorum Saturnini et Neopolis, qui in carcere requieverunt.

In textu conveniunt codices ferme omnes. Puriores sunt, *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverpien Max-Lubec. Greven.* et *Molan.* Quibus addi possunt, *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. *Patris nostri* post Bedam et Adonem constanter legunt probatissimi codices, Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Min. et Maj. Max-Lubec. et Greven. In Rosweyd. et Molan. deest *nostri.* In aliis etiam omittitur *Patris. Alexandriæ*, pro *Alexandrinæ*, ponunt Greven. Molan. cum nonnullis aliis secundæ notæ codicibus. Herinien. Greven. et Molan. atque item citati jam codices, male scribunt *persecutione*, multo pejus Rosweyd. *prædicatione.* In Antverp. et Max-Lubec. est *contra*, pro *adversus.* Greven. sensum integrum non reddit, dum scribit, *principes terræ, regna, exercitus coierunt.* De *Arrianorum* alibi dictum est. Pro *multaque.... insidiis*, Antverp. Max-Lubec. Antverp-Maj. Antverp-Max. etc. habent *multasque.... insidias.* In Herinien. inter, *nec et ullus* deest, *ei.* Rursus Antverp. et Max-Lubec. pro *supererat* ponunt, ille *superest*, hæc *subest.* Sensus videtur exigere, ut cum Greven. Molan. et paucis aliis legatur, *moverentur*; nihilominus secuti sumus Praten. Herinien. Tornacen. et plerosque alios, pro *moventur*, ut est in textu. *Quadragesimo et sexto* legendum est, male omisit Herinien. particulam *et*, turpiterque erravit, qui vacuum in Antverp-Maj. spatium, recentius supplevit per, *sexagesimo sexto*, quod etiam in margine expressit. Antverp. et Max-Lubec. et qui sequioris notæ sunt, pro *Neopolis*, habent *Neopoli.* Recte fortasse, sed præferendi nobis sunt probatiores codices. Atque iidem omnes cum Herinien, Rosweyd. Greven. et Molan. legunt *quieverunt*, nobis præplacent Praten. et Tornacen. qui post Romanum parvum et Adonem, scribunt *requieverunt.*

Athanasii. OBSERVATIO. Illustris et veneranda semper orbe toto magni Athanasii memoria, in sacros Fastos a Beda primum relata est, his verbis : *Sancti Patris nostri Athanasii episcopi Alexandrini*, ut est etiam in Rabano. Romanum parvum scribit : *Athanasii Alexandrinæ urbis episcopi.* Utriusque scribendi modum connectit Ado, ex receptissima ab omni ævo sententia diserte asserens, Athanasium obiisse *quadragesimo et sexto anno sacerdotii sui.* Quomodo autem id cadere possit in annum Christi CCCLXXIII, viderint ii, qui ut ei anno Athanasii mortem innectant, acribus studiis contendere non desistunt. Porro hæc et alia ex Rufino latius deducit Ado in insigni laudatione, cujus amœniores flosculos aptissime Noster contexuit; Notkerus, quod mirere, interpolavit et contraxit. Vitam Athanasii, quantum licuit, breviter ex Hermantio et Papebrochio chronologice ordinavimus in citato alias, de Patriarchis Alexandrinis tractatu, tomo v Junii præfixo. Vitam aliam studiose adornavit eruditissimus Montfauconus, cum novissima magni Patris operum editione. Hisce junge recentiorem Gallicam Tillemontii, quæ tomi ejus octavi potissimam partem occupat. Pluribus non immoror, locum postulat Wandelberti distichum :

Sextis hinc Nonis, Athanasi magne, refulges,
Arria quo primum periit victore colubra.

Saturnini et Neopolis. *Saturninus* et *Neopolis* in aliquibus apographis Hieronymianis satis clare exprimuntur, addita positione seu loco martyrii, *Alexandriæ.* Phrasi non nihil immutata eosdem consignat Romanum parvum, cujus verba fere ad apicem descripsit Ado, addens solum, *eodem die*, atque ex eo ipsissimis terminis, ut supra nos opinari diximus, Noster desumpsit. Plana est itaque et expedita totius laterculi primæva simplicitas. Sed recte observatus est ab Henschenio Galesinii lapsus, qui hos martyres, duobus sociis auctos, Romæ collocavit, in quo eum Baronius, re non satis examinata, in hodierno Romano secutus est.

AUCTARIA.

PULSANEN. Athanasii elogium mutatum et mutilum exhibet, et pro *Neopolis*, scribit *Neapolis.*

MUNERAT. In textu purus subdit in fine : *Ipso* *Sicharii.* *die, passio sancti Sicharii martyris.*

CENTULEN. *Alexandriæ, sancti patris et pastoris egregii Athanasii episcopi, fortissimi confessoris. Eodem die, sanctorum Saturnini et Neapolis, qui in carcere quieverunt. In territorio Remensi, sanctæ Marcæ virginis, cum aliis virginibus sacris.* *Macræ, etc*

Recte,

Recte, ni fallor, censuerunt Majores nostri, non aliam hic indicari, quam celebrem *Macram*; sed utrum hæc socias habuerit *virgines* aliquas, vide indicem Prætermissorum, et superius die VI Januarii.

De Athanasio.

BRUXELLEN. Scribit hoc modo : *Sancti patris Athanasii, Alexandrinæ urbis episcopi. In cujus persecutionem Constantius imperator, filius Constantini magni, hæresi Ariana seductus, cum omnibus suis fautoribus conjuravit. Cumque ipse Athanasius toto orbe profugus ageretur, nec ullus ei ad latendum locus tutus superesset, B. Maximinus apud Treverim ipsum suscepit, ubi in quadam cisterna solem non videns, Symbolum* Quicumque vult salvus esse, *composuit, quo nos Catholicam fidem cotidie ad Primam confitemur. Et cum ipse ibi sex annis latuisset, tandem tempore Valentini seu Valentiniani imperatoris, sedi suæ restitutus quadragesimo sexto sui sacerdotii anno, post multos agones, multasque patientiæ coronas, quievit in pace. Item, natale sanctorum Saturnini*, etc.

HAGENOYEN. Ex Adone multum interpolatus est in baptismo puerili, etc. Sed illis hoc locus non est. In Saturnino autem et Neopoli purus, hodie *Amatorem* collocat, de quo sic scribit : *Altissiodoro, sancti Amatoris episcopi et confessoris. Qui a pueritia sua litteris erat instructus, et a parentibus nubere coactus, sponsam suam monebat, virginitatem servare, quod et fecit. Ipse vero tanto virtutum præconio eminuit, quod post Cladum* (voluit dicere *Eladium*) *Altissiodorensis factus est episcopus. Hic cæcos illuminavit, paraliticos curavit, mortuos suscitavit, infideles plurimos convertit. Sanctum Germanum clericum, licet invitum, consecravit. Spiritu prophetiæ claruit. Denique finem suum prævidens, clerum et populum convocans, eis in fide confortatis, inter manus ei obsequentium emisit spiritum. Cujus anima ad cælum deferri ab angelis in specie columbæ visa est.* De eo actum est die præcedenti.

Amatoris.

Walberti.

AQUICINCT. In fine addit : *Item, sancti Walberti comitis, Luxoviensis cœnobii abbatis.* Melius *Waldeberti.* In Actis ab aliis distinguitur.

Susceptionis Florentii.

DAVERONEN. *Apud Salmurum castrum, susceptio corporis beati Florentii presbyteri et confessoris.* De eo agemus cum Usuardo ad diem natalem XXIII Septembris.

Germani.

AMBIANEN. *Eodem die, passio sancti Germani, gloriosi martyris.* Est festum loci proprium. Vide Acta.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Athanasii episcopi. Germani episcopi et martyris. Saturnini et Neapoli martyrum.*

AUGENS. S. Laurentii. *Item, sancti Germani episcopi et martyris.* Vide codicem AMBIANEN.

Sicharii.

CAMBERIEN. sanctæ Mariæ. *Item Sicharii martyris.* Vide quæ de ipso infra dicentur.

REG. SUEC. signatus num. 428. *Ipso die, passio sancti Sicharii martyris.*

Antonini.

FLORENTIN. *Natale sancti Antonini confessoris, Ordinis Prædicatorum, archiepiscopi Florentini, vitæ sanctitate atque omni doctrinæ genere insignis, ut ex multis ejus voluminibus apparet. In patria Florentina obiit anno Domini* MCCCCLIX *ibique a Pio II Pontifice, qui tunc erat Florentiæ, concessa manum ejus osculantibus septennii indulgentia, maximo cum populi concursu sepultus est in ecclesia sancti Marci apud Fratres Prædicatores.*

Sicharii.

CODEX D. LE MARE. signatus A. *Item, sancti Sicharii martyris.* Jam tertio nominatum vidimus. Puer fuit, forte a Judæis occisus ; an autem de numero *Innocentium* jussu Herodis interemptorum dici possit, examinat in Actis Papebrochius.

Translationis Cassii, etc.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *In Bunna super littus Rheni, territorio Coloniensi, translatio sanctorum martyrum Cassii, Florentii, Malusii et sociorum. Quorum corpora cum jam septingentis et septuaginta tribus annis sub terra recondita quievissent, Dominus Reynoldus Coloniensis archiepiscopus ea invenit, transtulit et ad capsas honorifice recollegit.* Remittuntur ad diem natalem X Octobris. Sequitur Athanasii elogium pluribus interpolatum. In Saturnino, etc., pura est. Tum : *Treveris, natale sancti Theodolphi monachi et confessoris, nepotis Caroli magni imperatoris.* De eo actum I hujus *In Marburch Hassiæ, translatio sanctæ Elisabeth viduæ.* Natalis est XIX Novembris. *Ipso die, sancti Florentii confessoris.*

Theodolphi.

Translationis Elisabeth.

Sigismundi.

Florentii.

BELINI prima editio. In fine : *Civitate Seduriæ, passio sancti Sigismundi martyris, regis Burgundionum.* Altera addit præterea : *In territorio Andegavensi, sancti Florentii presbyteri et confessoris.* De Sigismundo, pridie.

Germani et sociorum.

Optati et sociorum.

Evermari.

Waldeberti.

Florentii.

Walberadæ.

Translationis Clementis.

GREVEN. *Germani, Hypoliti, Helpidii et Hermogenis.* Nomina in Actis melius distinguuntur. *Autisiodoro, natalis sanctorum Optati episcopi, Memori et Sanctiani presbyterorum.* Vide Prætermissos. *Evermari martyris, ducis ex legione Thebæorum.* Vide ibidem. *Item Waldeberti abbatis, discipuli sancti Columbani. Treveris, sancti Theodolphi*, etc., ut supra. *Florentii confessoris. In monasterio S. Galli, sanctæ Wilberadæ virginis. In diœcesi Coloniensi, oppido Bonnensi, translatio*, etc., fere ut supra. *Metis, translatio sancti Clementis episcopi et confessoris.* Præcipue colitur XXIII Novembris. *In Marburch Hassiæ*, etc., ut supra.

Sigismundi.

Florentii.

Antonini.

Walberti.

Walberadæ.

Theodolphi.

Cunegundis.

Elevationis Bertini.

Elevationis Berlendis, etc.

MOLAN. *Civitate Seduriæ, passio sancti Sigismundi*, etc. *In territorio Andegavensi, sancti Florentii presbyteri et confessoris. Apud Florentiam, natalis beati Antonini confessoris, de Ordine FF. Prædicatorum, archiepiscopi ejusdem civitatis.* De Sichario ut supra. *Luxovio monasterio, Vualperti abbatis, discipuli sancti Columbani abbatis. In Alemannia apud monasterium sancti Galli, natale sanctæ Walleradæ virginis.* In editionibus posterioribus de Florentio, Antonino, Vuilberada, Sichario et Vualberto, ut superius. Sequitur : *Treveris, sancti Theodolphi, presbyteri et monachi.* De quo diximus. *In Eischel, Cunegundis virginis. Die secunda, reportatio reliquiarum sancti patris Athanasii. Monasterio Sithiu, gloriosa elevatio corporis pretiosissimi, confessoris Christi Bertini abbatis, quæ facta est anno Dominicæ incarnationis millesimo quinquagesimo secundo. Merbecæ, elevatio sanctæ Berlendis virginis, et Celsæ atque Novæ virginum.* De his omnibus vide indicem Prætermissorum.

V *Non.* *Die* 3.

Inventio S. Crucis. *Alexandri PP. et soc.*

Hierosolimis, inventio sanctæ Crucis ab Helena regina, sub Constantino principe. Romæ via Numentana, passio beati Alexandri Papæ, Eventii et Theodoli presbiterorum, sub Adriano principe :' quorum primus post vincula, carceres, equuleum, ungulas et ignes, punctis creberrimis per tota membra peremptus est; sequentes quoque, post longam carceris sustinentiam, ignibus examinati, et ad ultimum decollati sunt. Ipso die, sancti Juvenalis episcopi et confessoris.

Juvenalis.

Summa codicum consensio. Conveniunt enim : *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Pulsanen. Rosweyd. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* His accedunt : *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Deest in Rosweyd. primum laterculi verbum *Hierosolymis*, quod reliquimus scriptum ut alibi, more nostrorum codicum. Solus Rosweyd. legit *Nomentana*. Omnes scribunt *Theodoli*, excepta Max-Lubec. ubi male *Theodori*. Crediderim Romanum parvum et Adonem a Rosweydo editore emendatos, ubi *Theoduli*. In Tornacen. perperam scribitur *Arriano* pro *Adriano*, sed neuter admittendus est, cum legendum sit *Trajano*, ut infra ex Adone et Actis dicemus. Ad veritatem propius accedunt Pulsan. et Belin. qui ponunt *Aureliano*, si modo præfectum hunc, non imperatorem intelligamus. Molani sensus confusus est, dum pro *carceres*, scribit *carceris*, sine interpunctione. Nimium sapit Pulsanensis, dum sensum videtur velle perficere post, *per tota membra*, inserens *confossus*. Tornac. post, *peremptus*, omisit, *est. Sequentes quoque*, legendum est, sunt tamen non pauci codices, qui cum Antverp. Max-Lubec. et Molan. legunt, *sequentes vero*. Primarii duo codices Praten. et Herinien. diserte ponunt *ignibus exanimati*. Repugnant ceteri omnes et merito, ni fallor, nam Beda legit *ignibus examinati*, et ita Adonis sensus ad Scripturam alludens videtur exigere. In Heriniensi pro, *decollati sunt*, habetur *sunt decollati*. Tornacen. vero cancellorum suorum, opinor, angustiis pressus, ultimas laterculi voces suppressit, nempe, *episcopi et confessoris*.

Inventionis S. Crucis.

OBSERVATIO. Quod in uno alterove Hieronymiano apographo legitur : *In Jerosolyma, inventio sanctæ Crucis Domini nostri Jesu Christi ab Helena, post passionem Domini, anno* CCXXXIII, *regnante Constantino imperatore*, id ad hoc qualecumque Hieronymi Martyrologium pertinere, frustra contendere videtur Florentinius. Melius abjudicat Papebrochius ex fide vetustissimi codicis Epternacensis, aliisque argumentis, prætensam festi illius antiquitatem a Florentinio assertam evertentibus. Mihi sufficeret sola annuntiationis ratio, in Hieronymianis plane insolita. Verosimillimum est, citata verba ex Floro accepta fuisse, et servato anachronismo, ab aliquo recentiori, textui Hieronymiano præfixa. Ad nostrum institutum quod attinet, certum est, inventionem illam referri a genuino Beda ; sed loco dumtaxat secundo, post Alexandrum et socios, insigni elogio exornatos. Certum præterea, eamdem festivitatem hac ipsa die memorari a Romano parvo, et ex ipso ab Adone, de ea inventione longam historiam texente, de cujus veritate consulenda sunt Acta nostra hac die et ad x Martii, ubi de sancto Macario. Usuardus interim solitam brevitatem sectatus, præterita historia, rem ipsam, semotis dubiis circumstantiis, enuntiavit. — *Alexandri et soc.* Dubium non est, quin *Alexander*, *Eventius* et *Theodulus* ab Hieronymianis consignati sint, ordine licet nonnihil inverso, et sic, ut nusquam appareat, *Alexandrum Papam* illic certo indicari, ut ante me observavit Florentinius. Magis mirum est, id ipsum non distinctius exprimi in Kalendario Frontonis, sic legente : *Natalis sanctorum Alexandri et Eventi et Theodoli*; quæ ferme Sacramentarii Gregoriani lectio est, in quo Inventioni sanctæ Crucis præmittuntur, ut a Beda factum diximus, qui clarius et recte *Alexandrum Papam* nominat, ipsumque et socios insigni elogio exornat, sequente Rabano. Exstant etiam in Romano parvo, atque item in Adone, ubi ex Actis Alexandri longius encomium profertur, a Notkero hinc inde contractum et interpolatum. Maluit Noster Bedam imitari, ejusque verba transcribere, mutato tamen tyranni nomine, contra expressam Adonis sententiam, diserte affirmantis, *necdum fuisse imperatorem Adrianum*, dum præfati martyres passi sunt, uti etiam ex ipsorummet Actis manifestissimum est. Itaque ad *Trajani* tempora revocare necesse est, quæcumque in laterculo dicuntur ; saltem, si quis pro Actorum veritate acrius certare cum Henschenio in animum inducat. Moderatum de illis judicium pridem tulerat Baronius in Annalibus ad annum CXXXII num. I, his verbis : *Exstant Acta Alexandri Papæ et sociorum, sed (quod in multis aliis accidit) nimia antiquitate* (addere poterat, vel alio vitio) *mendosa*. Eam censuram non est passus Henschenius, qui quoties de præfatis Actis sermonem variis locis instituit, toties *sincerissima et ob suam antiquitatem veneranda* compellat, de cetero in hujusmodi elogiis profundendis satis parcus. Impulit me tam singularis Magistri commendatio, ut præter institutum meum, laudata Acta diligentius expenderem, si forte ea tueri possem contra Tillemontium tomo 2 pag. 238 et 590, aliosque recentiores, Henschenio certatim adversantes. Verum aliter longe evenit, nam quo attentius examinavi, eo magis visa sunt a gravitate et sinceritate primigeniorum Actorum recedere, ut ad XXVIII Augusti, quo ex prædictis Actis *Hermes* recolitur, opportunius demonstrari poterit. Hic solum breviter indico, bina Henschenii argumenta, si quid probent, nimium omnino evincere. Etenim Actorum sinceritatem educere velle ex vetustiorum Passionalium

splendore

splendore et elegantia, aut ex Bedæ, Rabani, Adonis et Notkeri elogiis, inde desumptis, tantumdem mihi videtur, ac passiones omnes in iis contentas admittere, atque una elogia omnia præfatorum Martyrologorum tamquam certa et indubita supponere, quod quam ab ipsius Henschenii mente alienum sit, exemplis plurimis palam facere, ex opere nostro promptum et obvium est. Hæc cursim, fusius alibi explicanda. En modo quibus versibus martyres nostros honoret Wandelbertus, quibus de Crucis Inventione tertius additur :

Præsul Alexander quinas et Eventius ornant,
Theodulusque Dei pariter pro nomine cæsi.
His quoque celsa Crucis radiant vexilla repertæ.

Juvenalis

De *Juvenale* silent Martyrologi Adone antiquiores ; ipse nulla positione, nullo elegio addito, ita simpliciter consignavit, ut ab Usuardo ex ipso descriptum est, cujus proinde textus purus et genuinus hic exhibetur. In Notkero subticetur titulus *confessoris*, forte quod dubitaverit an martyr appellandus non sit. Vide de his Papebrochii commentarium.

AUCTARIA.

Textus contracti.

Centulen. *Jerosolymis, inventio sanctæ Crucis, quam solemniter celebrari sancta Romana Ecclesia decreto sancivit. Romæ, beati Alexandri Papæ et martyris et sanctorum Eventii et Theodoli presbyterorum. Ipso die, sancti Juvenalis episcopi et confessoris.*

Bruxellen. *Jerosolymis, inventio sanctæ Crucis ab Helena regina, sub Eusebio Papa et Constantino magno imperatore, cujus et ipsa exstitit mater. Romæ, natale sancti Alexandri Papæ et martyris.* *(De Alexandro.)* *Qui aquam aspersionis cum sale benedicto consecrari, oleumque quotannis ab episcopo benedici, et sicut de latere Christi sanguis et aqua profluxit, ita ad designandam unionem Christi et Ecclesiæ, in consecratione sacramenti altaris, aquam vino misceri constituit, et ob memoriam passionis Christi, in Canone Missæ addidit : Qui pridie quam pateretur, etc. Hic Alexander Papa sub Adriano imperatore, post vincula, carceres, equuleum, ungulas et ignes, punctis creberrimis per tota membra peremptus, et via Numentana sepultus, sed postea in cœmeterio sanctæ Sabinæ translatus est.* *(et sociis ejus)* *Eodem die, sanctorum Eventii et Theodoli presbyterorum. Qui cum præfato Papa Alexandro tenti, post longam carceris sustinentiam ignibus examinati, ad ultimam decollati sunt. Et sancti Iuvenalis episcopi. Juxta Ponthizeram provinciæ Rothomagensis, beati Walteri abbatis.* *(Walteri.)* Hujus Walteri Vita data est VIII Aprilis.

Hagenoyen. Incipit : *Romæ, via Numentana,* etc., textu nonnihil interpolato. Sequitur de Juvenale, pure. De Cruce Constantino ostensa deque ejus inventione varia narrat, quæ exactius in Actis tradita sunt. In fine habet de Sigismundo plura, quam superius retulerimus.

De Alexandro.

Aquicinct. Post *decollati sunt*, interjicit : *Hic Papa Alexander constituit aquam sparsionis cum sale benedici in habitaculis hominum, et passionem Domini miscuit in precatione sacerdotum, quando Missa celebratur.*

Silvano et soc.

Matric-Cartus-Ultraject. *Inventio sanctæ Crucis. Alexandri, Eventii et Theodoli martyrum. Iuvenalis episcopi et confessoris. Silvani episcopi et martyris, cum pluribus clericorum suorum. Andeoli subdiaconi et martyris.* Recte autem in margine eadem transcriptoris manu notatur, de Silvano agi die sequenti, de Andeolo I Maii.

Codex Castri-Karoli. *Sancti Sereni confessoris.* N[illegible] inter Præ[illegible] [illegible]. Suspicor [illegible], de quo in Auctariis agemus ad diem [illegible] Octobris.

Divionen. *Antis[illegible], depositio et translatio corporis sancti Cono[illegible] episcopi et confessoris.* Voluit dicere *Cono[illegible]*, vel *Ca[illegible]*, vel *Cu[illegible]codomi, non episcopi*, ut hic perperam vocatur, sed *diaconi*, de quo agitur die sequenti.

De Inventione S. Crucis.

Editio Lubeco-Col. Post *Constantino principe*, addit, *junioris, cujus ipsa mater exstitit. Et quia inventio hujus sanctæ Crucis facta fuerat tempore Eusebii Papæ et confessoris, ideo instituit festum hujus inventionis ab universis Catholicis Ecclesiis per universum orbem solemniter celebrari. Romæ via Numentana milliario septimo, passio sancti Alexandri, etc.*, pure usque ad, *decollati sunt.* Tum addit : *Hic sanctissimus Papa, Romanæ Ecclesiæ* *(De Alexandro.)* *episcopatum, quintus post beatum Petrum, annis decem tenuit, menses duos, dies decem. Et statuit, ut vino aqua in Missa misceatur, ad designandum unionem Ecclesiæ et Christi. Et ut oblatio fieret ex azymo et in modica quantitate. Hic etiam ob memoriam passionis Christi, addidit in Canone : Qui pridie quam pateretur usque ibi : Hoc est enim. Hic etiam constituit, ut aqua aspersionis cum sale benediceretur, et in habitaculis hominum aspergeretur. Ipso die, sancti Juvenalis*, etc.

Greven. *Eodem die, Juvenalis martyris.* *(Juvenalis Martyris.)* Colitur VII Maii. *Aufridi episcopi Trajecti inferioris et confessoris.* *(Aufridi.)* *Florentii et Vindemialis episcoporum et confessorum.* *(Florentii et Vindemialis.)* Vide in Actis II Maii. *In Galliis, loco qui dicitur Cella, Philippi presbyteri et confessoris.* *(Philippi.)* Vide Acta. *Severinæ matronæ, uxoris Aureliani cæsaris.* *(Severinæ.)* *Brugis, festiva memoria cruoris Christi.* *(S. S. Christi cruoris.)* De his vide Prætermissos. *Nota, beatus Alexander Papa, de quo supra, quintus post sanctum Petrum, sedit annis decem, mensibus duobus, diebus decem. Ipse statuit, ut aqua vino misceatur in calice, ad designandam unionem Christi et Ecclesiæ, et ut oblatio fieret*, etc., ut supra habet Edit. Lubeco-Col.

Molan. *Antisiodori, depositio sanctorum Optati episcopi, Memori et Santiani presbyterorum.* *(Optati et sociorum.)* *Dominica die post inventionem sanctæ Crucis, Romæ, sanctæ Catharinæ virginis.* *(Catharinæ Senensis.)* *Hæc de civitate Senensi oriunda, in adolescentia sua habitum de pœnitentia sancti Dominici assumens, ac crebris miraculis clarens, anno suo XXXIII Romæ quievit, sepulta in ecclesia sanctæ Mariæ super Minervam. Dominus autem Pius Papa II eam catalogo Sanctorum asscripsit.* Vide in Prætermissis. In editionibus aliis, hæc solum habentur : *Apud Pontiseram, sancti Walteri abbatis*, de quo dictum est. *Die tertia, sanctorum martyrum Timothei et Mauræ.* Tum charactere minori : *In Italia civitate Salsona, sancti Ursii confessoris, filii regis Dalmatiæ, qui peregrinus veniens ad hanc civitatem, ibidem [illegible] vitatum quievit in Christo. Item, sub Fisto præside, martyrium Antonini virginis et Alexandri militis.* Vide Papebrochii commentarium.

IV *Non.*

IV *Non.* *Die 4.*

Silvani et soc. In Palæstina civitate Gaza, natalis beati Silvani ejusdem urbis episcopi : qui persecutione Diocletiani, cum plurimis clericorum suorum, martyrio coronatus est. *Quiriaci.* Hierosolymis, passio sancti Quiriaci episcopi, sub Juliano imperatore. *Martyrum XL.* Item in metalla Fanensi, sanctorum martyrum quadraginta, qui simul capite cæsi sunt. *Antoniæ.* Nicomediæ, natalis Antoniæ martyris, quæ nimium torta et variis afflicta cruciatibus ab uno brachio tribus diebus suspensa et in carcerem biennio detrusa, ad ultimum in confessione Domini flammis exusta est. In Norico Ripensi, sancti *Floriani.* Floriani, qui præsidis jussu, ligato ad collum saxo, in flumen Anisii præcipatus est. *Curcodemi.* Autisiodoro, sancti Curcodemi diaconi.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Rosweyd. Antverp-Majore, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Palestina*, *Hierosolymis*, *Jherosolimis*, *Jerosolimis*, *Autisiodoro* et hujusmodi cribendi modis, alibi satis dictum est ; sequimur codices, ex illius ætatis ingenio scribentes. *Sylvani*, legit Rosweyd. contra autographum Ultraject. Herinien. videtur habere *Suvani*, utrumque in textu corrigitur. In *metalla Fanensi* (non *Fatensi* ut habet Antverp-Maj.) legunt constanter codices vetustiores et ceteri passim ; melius fortasse Greven. et Molan. post Adonem, *metallo*. At nobis, codicibus adhærendum est ; verum loci nomen habes in Actis. Solus Grevenus pro *Antoniæ*, scribit *Antoninæ*. Rursus Greven. et Molan. ponunt *sunt cæsi*, pro *cæsi sunt* ; sic Antverp-Maj. *adusta est*, pro *exusta est*. Item *præcipitatur*, pro *præcipitatus est*. Herinien. habet *Curcodimi*, Rosweyd. *Corcodimi*, Antverp-Maj. *Cocordani*, Greven. et Molan. *Curcodomi*, alii aliter. Putamus legendum, ut est in textu.

Silvani. OBSERVATIO. *Silvani episcopi, in civitate Gaza cum plurimis clericorum suorum coronati*, his verbis meminit auctor Romani parvi, secutus de more Rufini Eusebium lib. 8 cap. 14 ; nec quidquam superaddidit Ado, præter notissimam Diocletiani persecutionem. Usuardus et Notkerus Adonem transcripsere. Vide quæ obiter dicta sunt in Observatione, XX Februarii, quo die *Silvanum* cum *Martyrum XL.* *Tyrannione* aliisque, perperam conjungi ostendimus. — Atque hic ex Adone, secundo ponendi erant socii illi XL, seu potius *triginta novem*, qui simul ad metalla damnati, eadem cum Silvano martyrii corona donati sunt, male ab Usuardo, a duce, ut ita dicam, in nostro laterculo segregati, de quibus vide Eusebium, in Actis relatum, et apud Ruinartium pag. 328 et 351. Totam historiam Gallice complectitur Tillemontius tomo 5 a pag. 432. De Solo Silvano loquitur præfatum Romanum parvum, Hieronymiana autem ita deturpata sunt, ut in iis restituendis multum laboret Florentinius. In *Silvano* et XL *martyribus* mendosa pleraque. Pro *Antoniæ* passim habetur *Antonii*. A positione corrupta *Florianus* sejunctus est. *Curcodemum*, qui ibi prima syllaba imminutus, *Codomi* vocatur ab antiquario Gallico adjectum putavit Florentinius, sed vere ad textum pertinere ex Mss. Epternacensi Corbeiensi, etc., melius censuit Henschenius. Crediderim Adonem, ex emendatiori aliquo apographo sua decerpsisse. Eum secutus est Noster, transumpsitque omnia præter annuntiationem ultimam a se *Quiriaci.* adjectam. — *Judæ Quiriaci* festivitas in Hieronymianis agitur I Maii, uti et apud Rabanum, sed apud Florum longiori elogio, cui cedere non debet hodiernum Notkeri. Breviores sunt Ado et Usuardus, nihilominus antiqua redolent, quibus tot Martyrologorum auctoritas non fidei addidit, quam primus eorum compilator mereatur, ut de Actis sancti Alexandri pridie dictum est. Vide Papebrochii commentarium, notas et censuras, ac rursus in Responsionibus, variis locis, præsertim ad art. 10 num. 129. Sed hæc omnia antiquissimo Sancti in Ecclesia cultui nihil prorsus detrimenti afferre memi- *Antoniæ.* neris. — *Antoniæ* elogium Adonianum est, quamvis et illud, quod Florus habet, a Nostro non magnopere discrepet, haud dubie haustum ex eodem latice, de cujus puritate non omnino constat, cum pluribus *Antoniis* vel *Antoninis* feminis, simile elogium a Græcis et Latinis, si non eisdem terminis, saltem eodem sensu aptetur, ut colligere est in Actis I Martii, et hic, et in Prætermissis XII Junii. *Floriani.* — De *Floriano* agit etiam Rabanus, cujus breve elogium æque ac nostrum et diffusius Notkeri, desumptum est ex iisdem Actis, quæ certe, pro ut primo loco ab Henschenio edita et illustrata sunt, nihil præferre videntur, quo tantopere de suppositione ea arguat Tillemontius tomo 5 pag. 67. — *Curcodemi.* *Curcodemus* denique ab Usuardo aliis superadditus est, genuino Adoni præteritus. Videat lector, quæ de eo Henschenius brevi commentario tradidit, decem ferme variis modis nomen ejus exprimens. Hactenus genuina Usuardi lectio ; cui Wandelberti distichon de Silvano, Antonia, et Floriano subjicimus :

Silvanus quartas, Antonia cum Floriano,
Perpetua cingunt mentis virtute decori.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

TORNACEN. Deficit in parte elogii *Antoniæ*, omissis nempe iis, quæ inter *nimium torta*, et *ad ultimum*, in laterculo ponuntur. Abest etiam annuntiatio ultima.

In PULSAN. Desunt Quiriacus, XL Martyres, Florianus et Curcodemus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Deficiunt etiam in annuntiatione ultima.

MUNERAT. Post textum integrum, adjicit : *De Quiriaco.* *Hierosolymis, beati Quiriaci episcopi et martyris, qui et Judas prius dictus est, Dominicæ Crucis inventoris.* Consule Acta.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textum referunt non plane purum, et in fine omittunt annuntiationem *Curcodemi*.

LOVANNIEN. Cum prioribus convenit, sed in *Monicæ.* fine subdit : *Eodem die, Monicæ viduæ, matris beatissimi Patris nostri Augustini.*

CENTULEN. *In Palestina, civitate Gaza, sancti Silvani episcopi et martyris, qui cum multitudine cleri fidelisque populi gloriose passi sunt. In metallo Phanensi, sanctorum* XL, *qui simul truncati sunt. Antisiodoro, sancti Corcodemi diaconi, confessoris. Nichomediæ, sanctæ Antoniæ, crudeliter ac diutissime maceratæ. Loco Lauriaco, sancti Floriani martyris. In suburbio Virdunensi, sanctorum episcoporum Pulcroni, Possessoris et Firmini confessorum.* *Pulcronii et aliorum episcoporum.* In tabula Prætermissorum sancti illi antistites ad proprios dies remittuntur, hodie enim de ipsorum translatione proprie agitur.

BRUXELLEN. In Silvano purus, Quiriacum expunxit. Sequitur de XL, recte. De Antonia, addit : *A Prisciliano præside*, ut habet Ado. Et in Floriano etiam ex Adone, post *præcipitatus est*, adjicit, quæ Usuardus prætererat ; *Et mox, videntibus omnibus, oculi præcipitatoris crepuerunt.* *Justi.* *Ipso die, beatissimi Justi, Viennensis episcopi.* Rejicitur ad VI Maii. In *Curcodemo* purus est.

HAGENOYEN. In Silvano fere purus, secundo loco Florianum memorat, cum elogio sibi proprio. Sequuntur XL martyres, pure. Tum de Quiriaco, cum narratione apocrypha. De Antonia, nihil. In Curcodemo, purus est.

AQUICINCT. Quiriacum non vocat *episcopum*. Pro *Anisii*, habet *Nisi*.

DAVERON. *Antonii.* *Et Turonis, natalis beati Antonii confessoris.* Idem a pluribus infra, scilicet : ab EDIT. LUBECO-COL. GREVEN. et MOLAN. refertur.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Quiriaci episcopi et martyris, qui ante dictus fuit Judas, inventor sanctæ Crucis. Floriani martyris. Sanctorum* XL *martyrum.* *Triphonis.* *Triphonis martyris*, pueri fortasse, qui colitur X Novembris. *Antoniæ martyris.*

CAMBERIEN. S. Mariæ. *Castro Camberiaci, depositio S. Sindonis, seu S. Sudarii Salvatoris Nostri Jesu Christi.* *S. Sindonis D. N. J. C.* Vide in Prætermissis de Lancea, Corona, Clavis, etc.

In VATICAN. num. 5949. Deest. *Quiriaci et Curcodemi.* Solet hic codex sæpius deficere.

FLORENTIN. *In territorio Florentino, passio sanctorum martyrum Cerboni et sociorum ejus apud Vallem Cavæ vel Cavis, juxta sepulcrum sancti Cresci martyris et sociorum ejus, sub Decio tyranno.* *Cerboni et soc.* Primam Cerboni hujus notitiam dedere Acta S. Crescii a Laderchio edita MDCCVII.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Autisiodori, depositio et translatio corporis sancti Corcodemi diaconi et confessoris.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Colonia Agrippina, in ecclesia sanctæ Cæciliæ virginis, natale beati Paulini diaconi et martyris, cujus caput per ferreum malleum, pro Christo contritum dinoscitur, et cerebrum suum, una cum pio sanguine patienter effudisse. Hierosolymis, passio sancti Quiriaci episcopi, una cum matre sua, sub Juliano imperatore. Ipso die, commemoratio Coronæ spineæ Domini Nostri. Apud Hostia tyberina, depositio sanctæ Monicæ*, etc., cum longo elogio. *Paulini.* *Coronæ spineæ D. N. J. C.* *Monicæ.* Sequitur textus fere purus, usque ad *præcipitatus est*. Tum *In civitate Spirensi, natale sancti Wydonis abbatis*, *Wydonis.* Hic inferius *Guido* dicitur, de quo inter Prætermissos Henschenius non meminit. Is est, opinor, de quo cum MOLANO egimus XXXI Martii, quo die in Actis refertur, titulo *abbatis Pomposiani*, etc. *Thuronis, beati Antonii confessoris.* *Antonii.* *Antisiodoro, depositio sancti Corcodonii diaconi et confessoris. In civitate Hildesheymensi, translatio sancti Godhurdi episcopi et confessoris. Viennæ, memoria sancti Justi episcopi et martyris.* *Godardi.* *Justi.*

BELIN. Incipit : *Apud Hostiam Tyberinam, natale sanctæ Monicæ, cujus vita admiranda, ex nono Confessionis libro sancti Augustini episcopi colligitur.* *Monicæ.* Sequitur textus, tantum non purus. In altera autem editione additur : *In territorio Petragoriensi, sancti sacerdotis Lemovicensis episcopi.* *Sacerdotis.* Colitur proprio natali die, V Maii.

GREVEN. *Ipso die, commemoratio sanctæ spineæ Coronæ Domini nostri Jesu Christi. Apud Coloniam*, etc., de sancto Paulino fere ut supra. *Coronæ spineæ D. N. J. C.* *Item sanctorum Celestini, Majoli et Quinciani.* *Celestini et soc.* Melius ponuntur in Actis. *Item, passio sancti Gordiani, cujus festum in die sepulturæ ejus, agitur.* *Gordiani.* Differtur ad X Maii. *Eodem die, commemoratio sancti Justi episcopi Viennensis et martyris. Thuronis, beati Antonii confessoris. In Spira, commemoratio sancti Guidonis abbatis. In civitate Hildesheymensi, translatio sancti Godehardi episcopi et confessoris. Apud Ostia Tyberina, depositio sanctæ Monicæ viduæ, matris sancti Augustini episcopi. Hujus quanta in Deum fides pietasque fuerit, ex libro 9. Confes. aliisque ejusdem sancti Doctoris libris liquido apparet. Ipsa namque precibus uberrimisque lacrimis et maritum Christo lucrata est, et filium de Manichæorum errore, ad fidei unitatem reduxit.* *Justi.* *Antonii.* *Guidonis.* *Translationes Godehardi.* *De Monica.* *Helenæ virginis. In Thoren prope Ruremundam, beatæ Herswindæ abbatissæ.* *Helenæ.* *Herswindæ.* De ea agitur inter Prætermissos.

MOLAN. *Apud Ostiam Tyberinam, natale sanctæ Monicæ*, etc., ut BELIN. *In territorio Petragoricensi, sancti Sacerdotis Lemovicensis episcopi. Et sancti Gothedardi episcopi et confessoris.* *Monicæ.* *Sacerdotis.* *Gothehardi.* Sequitur minoribus typis, de sancto Paulino, ut supra. Tum . *Item beatæ memoriæ Joannis Houthon*, etc., ut habes in Prætermissis. *Joannis Houthon.* Editiones aliæ incipiunt charactere Italico : *Apud Ostiam*, etc. De Sacerdote ut supra. *In Hildesheim, sancti Gothehardi episcopi et confessoris.* De Antonio, ut supra *Coloniæ Agrippinæ, Paulini martyris, cujus caput malleo ferreo pro Christo contritum dinoscitur. Die quarta, sanctæ hosiomartyris Pelagiæ. Virduni, translatio ejus loci episcoporum et confessorum Pulchronii. Possessoris et Firmini.* *Paulini.* *Pelagiæ.* *Translatio SS. Pulchronii, etc.* Sequitur : *Londini, beatæ memoriæ Joannis Houthon*, etc. Jam dixi vitæ compendium haberi in Prætermissis.

III *Non.*

III *Non.* *Die* 5.

Euthymii. *Hirenei et soc.* *Hilarii.* *Niceti.* *Joviniani.*

Apud Alexandriam, sancti Euthimii diaconi in carcere quiescentis. Thessalonicæ, natalis sanctorum Hirenei, Peregrini et Hirenis, ignibus combustorum. In Galliis civitate Arelatensi, beati Hilarii episcopi et confessoris, præclarissimi viri et nobilissimi. Item Viennæ, sancti Niceti episcopi, venerabilis sanctitatis viri. Autisiodoro, passio sancti Joviniani lectoris et martyris.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. Antverp-Maj. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Euthymi,* male scribunt Tornacen. et Antverp-Maj. Sic Rosweyd. pro *quiescentis,* ponit *requiescentis. Thesalonicæ* in Antverp-Maj, librarii sphalma est. Nomina ibi combustorum, sicut in laterculo posita, in codicibus ferme omnibus efferuntur. *Irenei* et *Irenis* habet Rosweyd. Apud Molan. paulo nitidius *Irenæi* et *Hyrenis. Hylarii* scribit Greven. et pauci alii. Herinien. Rosweyd. et Antverp-Maj. legunt *nobilissimi viri. Niceti* habent codices passim, excepto Tornacen. ubi *Nicecii ;* Greven. autem et Molan. Adoni conformiores legunt, *Nicetii.* In Herinien. elapsum est *a,* sic ut pro *Joviniani,* sit *Jovinini.* Pejus in Rosweyd. *Joviani.*

Euthymii — OBSERVATIO. Unica notatio Observationis vices supplere poterit, si textum totum ex Adone ferme ad apicem desumptum dixero. Paucula tamen indicare juverit elucidationis gratia. *Euthymium,* variis modis scriptum signant apographa Hieronymiana. Romanum parvum ea phrasi, nescio unde accepta, utitur, quam ex Adone transtulerunt Usuardus et Notkerus. — Rursus citata apographa *Hirenei et soc.* — *pugiles Thessalonicenses* diserte exprimunt. Ea præ oculis non habuisse Romanum parvum, inde conjici potest, quod tertiam prætermiserit, solum scribens : *Thessalonicæ, Irenæi et Peregrini.* Interim Ado ipsam restituit, explicato forte ex Actis, quæ interierunt, mortis genere ; plane ut Usuardus, nulla dempta syllaba, servandum putavit, ac ferme etiam habet Notkerus. Utrum postremæ annuntiationes ex Hieronymianis profluxerint, dubitat Florentinius codicem suum Epternacensi et Corbeiensi hic denuo præferens. — Ceterum elogium satis insigne *Hilario* tribuit Ado, quod mirum est a Flo- *Hilarii* — rentinio adscribi Notkero, qui non aliam sæpius operam contulisse videtur, quam ut Adonis et Rabani verba simul componeret. Noster primis encomii illius elementis contentus, cetera prætermisit. Videri reliqua possunt in fonte, quem cum Rabani elogio miscuit Notkerus. Iste vero, quæ de Hilario fuerit suo seculo eruditorum opinio præclare ostendit his verbis : *In Arelato, depositio sancti Hilarii episcopi, qui Pelagianam hæresim in collatoribus deprehendit, et corrigere studuit.* Hæc verbo indicasse sat est, cetera invenies, diligenter erudite in Actis deducta ab Henschenio et Papebrochio, hoc die et in appendice tomo 7 Maii a pag. 594. Cum quibus confer Tillemontiana tomo 15 a pag. 36 ad 97, ubi paulo moderatius censet, quam ii, qui Semipelagianismi notam, tam illustri sancto calumniose inurere non formidarunt, quidquid ipse de cetero cum novis Augustini discipulis, singulari necessi- *Niceti* — tudine fuerit conjunctus. In Hieronymianis *Niceto* vel *Nicetio, Nectarius* jungitur, atque item in Notkero. Solum primum appellavit Ado ac proinde Noster, eum presse secutus, nisi quod pro *Nicetii,* *Joviniani* — scripserit *Niceti.* — *Juvenianus* apud Hieronymiana, *Juvianus* apud Rabanum, *Jovianus* apud Notkerum, ab Adone sic annuntiatur, ut in laterculo nostro legit Usuardus, hic, ut alibi, simpliciter et integre redditus.

Ascensionis Dominicæ, et Vestigia posita. — Quæ a Notkero de *Ascensione Domini* satis fuse memorantur, de *ecclesia in monte Oliveti regio cultu instructa,* de *Dei et hominis ultimis vestigiis arenæ impressis*, ea antiquioribus incognita sunt ; forte dici posset, quod hic Wandelbertum secutus sit, qui ita cecinit :

Stelliferum ternis Christus transcendit olympum.
Hilarioque Arelas pollet ; Vienna Niceto.

AUCTARIA.

PULSANEN. Omittit martyres Thessalonicenses. Item Jovinianum, cujus loco hæc substituit : *Ipso die, Ascensio Domini nostri Jesu Christi ad cœlos ex monte Oliveti.* — *Ascensio Domini*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Brevia Hilarii et Nicetii elogia rescindunt, Joviniano perperam tribuentes titulum *episcopi.*

MUNERAT. In fine adjicit : *Apud Cellas, sancti Fortunati episcopi et confessoris.* Colitur XVIII Junii. Vide ibi Munerati elogium et Acta. — *Fortunati*

ANTVERP-MAX. ULTRAIECT. LEYDEN. LOVANIEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. De Hilario ita habent : *In Galliis, civitate Arelatensi, beati Hilarii episcopi et confessoris, præclarissimi viri et nobilis. Qui paupertatis amator et pius inopum miserator, pro reficiendis pauperibus, etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus et longe aliter educatus, exercuit, sed nec se in spiritualibus neglexit.* Hæc ex Adone accepta, paulo fusius, ejusdem prope Adonis verbis, ab ALBERGENSI deducuntur, quæ purius ex ipso fonte hauriri possunt. Cetera codices illi puri sunt, nisi quod aliquis pro, *Niceti,* scribat *Vincenti,* aliique (ut passim recentiores isti codices solent) menda aliqua habeant minoris momenti. — *De Hilario ex Adone*

UGHELLIAN. Pro *Joviniani,* scribit *Viviani.*

CENTULEN.

CENTULEN. *In civitate Arelas, sancti Hilarii episcopi et confessoris, magni, docti et præclarissimi viri. Autisiodori, sancti Joviniani lectoris et martyris. Castro Duaco, sancti Mauronti abbatis, viri genere et sanctitate spectabilis, qui legitur in baptismate, sanctissimi Richarii filius. Viennæ, sancti Nicetii episcopi et confessoris.* Sequuntur Euthymius et Thessalonicenses, in quibus purus est.

BRUXELLEN Incipit: *Apud Ierosolymam, in monte Oliveti, Ascensio Domini.* In Euthymio et Thessalonicensibus, recte. De Hilario, post *confessoris* subnectit: *Nobilis et præclarissimi viri. Qui paupertatis amator, se in spiritualibus non neglexit. Et Vienna, sancti Nycesii episcopi gloriosi.* De Joviniano, pure. Sequitur: *Et natale sancti Juvenalis martyris.* An is est, qui colitur VII Maii? Mirum non notari in tabula Prætermissorum. *Eodem die, translatio corporis sancti Audoeni Rothomagensis archiepiscopi et confessoris.* Colitur XXIV Augusti.

HAGENOYEN. Incipit ab *Antonia* iis verbis, quæ die præcedenti retulimus. Sequuntur Euthymius et Thessalonicenses, pure. In Hilario fere similis est codicibus mediæ notæ. Tum: *Eodem die, sancti Godhardi episcopi et confessoris, Hildeshensis.* De eo etiam actum est die præcedenti. Reliquæ duæ annuntiationes puræ sunt.

AQUICINCT. In fine: *Apud Duacum, natalis sancti Mauronti abbatis et levitæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Audoeni episcopi Rothomagensis. Waldradæ virginis. Niceti episcopi et confessoris. Hilarii episcopi Arelatensis.*

CAMBERIEN. sanctæ Mariæ Convent. *Ipso die, beati Fortunati episcopi et confessoris.* De quo supra. *Antisiodoro, sancti Romani martyris.* Nulla apud alios hac die de eo notitia, ne quidem in Prætermissis nostris. Colitur ibi *Romanus abbas* XXII Maii; *Romanus episcopus*, qui et *martyr* ab aliquo dicitur, VI Octobris. Doceat nos aliquis quemnam duorum hic consignatum velit.

REG. SUEC. signatus num. 428: *Apud Cellas, sancti Fortunati episcopi et confessoris.*

ALTEMPS. *In Britannia minori, sancti Buddoci episcopi et confessoris.* Hactenus mihi ignotus est; nisi hic indicetur is, qui a Castellano vocatur *Budocus Venetensis*, ab ipso notatus IX Decembris.

FLORENTIN. et MEDIC. *Apud Mediolanum, conversio* (MEDIC. male, et *translatio) sancti Augustini episcopi et confessoris, sub Ambrosio sancto et episcopo ejusdem civitatis, et ab eodem baptizati, nigrum monachalemque habitum induti, ut idem Ambrosius ait in sermone de baptismo B. Augustini.* Hæc remittenda sunt ad diem XXVIII Augusti.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit ab Hilario, totum Adonis elogium producens. Sequitur: *Eodem die, sancti Godhardi episcopi et confessoris. Hic prius fuit abbas multorum monachorum, sed postea a sancto Henrico imperatore ad episcopatum Hildesheymensem vocatus. Qui postquam plures annos hoc devote rexisset, in festo Ascensionis Domini, dum in Matutinis cantaretur: Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum, anima ejus angelis associatis cælos ascendit, cujus mors extitit prodigiis et signis miraculosa. Treveris, natale sancti Britonis episcopi et confessoris.* Subditur reliquus textus. Deinde: *Eodem die, sancti Angeli Carmelitæ et martyris. Ipso die, conversio beati Augustini episcopi et confessoris*, cum variis conversionis illius circumstantiis, melius suo loco referendis.

BELIN. *Mediolani* (sic incipit) *conversio sancti Augustini*, etc., ut supra ex FLORENTIN. Altera editio præfigit: *In monte Oliveti, Ascensio Domini Nostri Jesu Christi.* Nonnulla in textu, ut plerumque male impressus est, corrigenda sunt.

GREVEN. *Ascensio Domini. Apud Leocatum oppidum Siciliæ, beati Angeli de Jerusolimis, Carmelitæ. Qui cum prædicando circumquaque discurrens, innumeras Christo lucrifecisset animas, pro fidei veritate et pudicitiæ tuitione martyrizatus est. Ipso die, in plerisque ecclesiis officium servatur de bono latrone, qui cum Christo crucifixus, cum ipso paradisum intravit.* Vide Prætermissos. *Item sanctorum Gregorii, Petrii.* Melius in Actis. *Triphonis pueri et martyris, secundum Vincentium libro* XII *cap.* 47. Vide Prætermissos. *Britonis, episcopi Treverensis et confessoris. Nectarii episcopi Viennensis et confessoris. Mauronti episcopi. Conversio beati Augustini episcopi, quando ad prædicationes beati Ambrosii a Manichæorum errore, post multas fluctuationes tandem correctus, anno Domini* CCCLXXVII (adde ut minimum annos x) *ætatis suæ supra tricesimum, in amorem Christi totus exarsit. Eodem die, depositio sancti Godehardi episcopi et confessoris. Qui cum esset abbas multorum monachorum, a sancto Henrico imperatore ad episcopatum Hildesheymensem vocatus, divinitus admonitus acquievit, impositumque pontificalis dignitatis officium strenue gubernans, cum in nocte Ascensionis cantaretur: Ascendo ad patrem meum, sancta illius anima angelis associata, cœlos ascendit. Hireniæ virginis, filiæ Licinii imperatoris.* Potius diceretur filia reguli alicujus, qui forte *Licinius* vocatus sit. Ut ut est, primo loco in Actis ponitur. *Item sanctæ Waldradæ virginis. Civitate Rothomagensi, translatio sancti Audoeni, ejusdem urbis episcopi et confessoris. Item, sancti Avertini diaconi et confessoris. Beatæ memoriæ, Brunonis pueri, cui sanctus Godehardus, qui eum susceptum educabat, sæpius prædixit, quod secum esset ad patriam iturus. Cumque in obitu Sancti campanæ pulsarentur, puer clamavit: vere Dominus meus cælum scandit, immemor promissionis suæ, simulque orans, ne se diutius in carne relinqueret, exaudiri meruit.* Colitur, vel saltem ejus Acta illustrata sunt cum Actis sancti Godehardi IV Maii.

MOLAN. De Joviniano, sic subdit: *Qui cum beato Peregrino episcopo et martyre, imperio Sixti Papæ, Autisiodorum veniens, cum esset vir per omnia eloquens, et in divinis Scripturis egregie eruditus; dum superstitionibus paganorum fortiter resisteret, tentus est, atque in Christi passione perdurans, ab eis interemptus est. Scriptum est in passione sancti Peregrini. Eodem die sancti Avertini confessoris et diaconi. In monte Oliveti, Ascensio Domini nostri Jesu Christi ad cœlos. Mediolani*, etc., ut FLORENTIN. usque ad *baptizati*. De Fortunato, etiam ut supra. *In Sicilia, natale sancti Angeli presbyteri et martyris, qui de monte Carmeli prædicationis causa, divino jussu veniens, cum multos ad pœnitentiam convertisset, a quibusdam impiis hæreticis trucidatus est. Ipso die, depositio sancti Mauronti abbatis, cujus suffragiis, si ad sepulcrum ejus fuerint delati variis languoribus ægroti, vere recipiunt præmia sospitatis. Cui sacer præsul Amatus, eo tempore quo Theodericus rex tyrannidem exercebat iniquam, post excessum beati Ultani abbatis, gratia sanctæ conversationis traditus fuit in custodiam. Scriptum est in vita ipsius.* Tum litteris minoribus: *Brugis servatur officium de bono latrone cum Christo crucifixo.* Editiones aliæ conveniunt cum primo in Joviniano. Tum: *In Sicilia, apud oppidum Leochatam, sive Achatam, natale sancti Angeli*, etc. Item in Fortunato. In Mauronto paulo contractior est, utrobique sed obscu-

rus,

rus ; rem ex Actis clarius percipies. De Avertino, ut supra. *Treveris, Britonis episcopi et confessoris. In monte Oliveti*, etc. *Mediolani, conversio sancti Augustini*, etc., ut in prima editione. Pronum est observare, præfatam sancti Augustini conversionem, non ante finem seculi XV in Ecclesia celebratam fuisse, aut in Fastos relatam. Nam qui primo citantur codices FLORENTINI, antiquiores non sunt, et quidem pars potissima abest ab editione Usuardi Florentina anni MCCCCLXXXVI, sic ut ferme BELINO ea qualiscumque commemoratio adscribenda sit.

Britonis. — *De Augustini conversione.*

Pridie Non. *Die 6.*

S. Joannis ante portam Latinam. — *Evodii.* — *Lucii Cyrenensis.* — *Heliodori et sociorum.*

Natalis beati Joannis Apostoli, quando ab Epheso, jussu Domitiani Romam perductus, et præsente senatu ante portam Latinam in olei ferventis dolium missus est, sed minime læsus. Ubi festum eadem die concursum fideles populi usque hodie faciunt. Antiochiæ, sancti Evodii, qui ut beatus Ignatius scribit, primus ibidem episcopus ab Apostolis ordinatus est. Hic glorioso martyrio apud eamdem urbem vitam finivit. Item sancti Lucii Cyrenensis, qui apud Cyrenem primus episcopus a sanctis Apostolis institutus est, quem in Actibus Apostolorum beatus Lucas commemorat In Africa, sanctorum martyrum Heliodori, Venusti, cum aliis septuaginta quinqne.

Ex toto puri sunt : *Praten. Herenien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.* Proxime accedunt : *Antverp.* et *Max-Lubec. Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. In purioribus codicibus ad pauca reducitur. Herinien. et Munerat. more suo scribunt *Johannis.* Rursus Herinien. legit *Cirinensis* et *Cirenen.* Munerat. *festive* pro *festum* ; Greven. et Molan. *Venustii.* De *Aphrica* dictum alibi. Reliqui codices, excepto Antverp-Majore, omittunt primam vocem, *Natalis.* Codex qui excipitur, ponit *natale.* Idem pro, *Hic glorioso martyrio,* brevius posuit, *hic gloriose.* Ceteri Adonem potius quam Usuardum sequi videntur, dum legunt melius et clarius, *ubi festivum eadem die concursum*, etc., sed Antverp. et Max-Lubec. nævos alios habent, uti *est missus, cursim,* pro *concursum*, et *in Actibus Helyodori*, etc.

S. Joannis ante portam Latinam.

OBSERVATIO. Laterculum totum, si ultimam annuntiationem excipias, ex Romano parvo proficiscitur, nam in præcipuis apographis Hieronymianis de *Joanne ante portam Latinam, de Evodio* et *Lucio* nec verbum reperias. Ea tamen inter textum nostrum et Romanum parvum diversitus est, quod *Joannes*, hic primo, ibi ultimo loco reponatur. Nusquam vero distinctius locutum esse Romani parvi compilatorem, textum ejus legenti manifestum erit. Ado prolixius elogium etiam primo loco Joanni aptavit, quod solito nitore contraxit Noster, quem mirum est obscurius legisse *festum concursum*, ubi Ado clarius posuerat *festivum.* Notkerus hic supra ductorem sapuit, aucto pluribus et interpolato ejus elogio. Quæ ex Tertulliano et Hieronymo circa celebrem illam sancti Joannis Apostoli passionem, cujus Romæ servatam memoriam vidimus, illustranda essent, bene ab Henschenio remittuntur ad diem ejus natalem XXVII Decembris. Audiatur hic Wandelbertus, Joannis triumphum sic celebrans :

Præcelsum pridie celebrant Romana Joannem
Templa Dei, qui pleno hausit de pectore verbum.

Evodii. De *Evodio* nihilo plus dixit Ado in Martyrologio, quam in Romano parvo repererat, sed in festivitatibus Apostolorum, verba S. Ignatii recitat, quæ Noster non descripsit, ex toto Adonis contextu breve suum elogium conficiens : *Hic glorioso martyrio*, etc. Quæ apud Mosandrum leguntur, ipsissimum sunt Adonis inter festivitates encomium. Notkerus eas non consuluit, qui præter Martyrologii verba, Pauli epistolam ad Philippenses non satis apte huc reduxit : *De quo ipse Paulus Philippensibus scribens, inquit : Evodium rogo et Syntychen*, etc., non enim de *Evodio* illic meminit Apostolus, sed de *Evodia*, ut notissimum est. Paucis colligit Henschenius, quæ de Evodio in tabulis ecclesiasticis reperit, nec plura alii tradiderunt. — *Lucium* refert Romanum parvum his verbis : *Et S. Lucii Cyrenensis, qui Cyrenæ ab Apostolis episcopus ordinatus est.* Cetera ab Adone adjuncta, Noster ad verbum transtulit. Recte observat Henschenius plura hic a Martyrologis Lucio adscribi, quam sacer textus expresserit, rectius facturis, si idem ei elogium tribuissent, quod habet Manahen XXIV Maii, nempe : *Prophetæ ac doctoris, sub novo Testamento.* — Nequeo conjicere ex quo qualive Hieronymi apographo *Heliodorum et Venustum cum* LXXV sociis Usuardus acceperit, quorum loco apud Rabanum et Notkerum *Marianus* et *Jacobus* cum sociis iterum annuntiantur. Si recte Henschenius numerosam apud Hieronym. Martyrum turmam dispescuit, *Heliodorus*, *Marianus* et *Jacobus*, ad eamdem Africanam cohortem pertinent ; at *Venustus* ad legionem, si ita loqui licet, Mediolanensem reducendus est. Quod vero in Prætermissis notat Henschenius, a Rabano indicari *Marianum lectorem* et *Jacobum diaconum*, de quibus XXX Aprilis, additæ a Rabano circumstantiæ plane verosimile faciunt. Et hunc verum martyrii diem esse, ibi indicavimus. Utcumque res habeat, certa videtur et indubitata ex codicibus nostris Usuardi lectio.

Lucii Cyrenensis. — *Heliodori et sociorum.*

AUCTARIA.

AUCTARIA.

TORNACEN. Jam aliquoties elogia non nihil contraxit, quod hic denuo fecit omittendo verba : *Hic glorioso martyrio apud eamdem urbem vitam finivit*. De cetero purissimus est.

PULSANEN. Magis mutilus est, omittit, *ubi festum*, etc. Et de Evodio nec verbum habet.

ROSWEYD. Incipit : *Romæ, Joannis ante portam Latinam*, deinde reliquam textus nostri periodum huic initio adaptans : *Quando idem*, etc.

BELIN. Multis nævis, ut solet, respersus est, quorum hic præcipuus, quod contra textum de *Lucio Cyrenensi*, egerit loco ultimo.

Textus mutilus.

CENTULEN. *Natalis sancti Joannis Apostoli ante portam Latinam. Romæ. Antiochiæ, sancti Evodii martyris, qui primus post beatum Petrum, Antiochenam rexit ecclesiam. Eodem die, sanctorum martyrum Heliodori, Venusti, Postunii, Maximi, Nicetii, cum aliis* LXXII. Jam diximus in Observatione, Heliodorum perperam jungi Venusto aut aliis Mediolanensibus. Vide præterea, quæ notavit Henschenius hic. Sequitur : *Antisiodoro, sancti Valeriani episcopi, post sanctum Peregrinum tertii.*

Heliodori et soc. — *Valeriani.*

De Joanne.

BRUXELLEN. *Sancti Johannis Apostoli et Evangelistæ. Qui jussu Domitiani fratris Titi, secunda persecutione, quam ipse post Neronem exercuit, ab Epheso ad urbem Romam perductus, præsente Senatu, ante portam Latinam, in ferventis olei dolium missus, sed minime læsus est. Unde tam liber a pœna exivit, quam a corruptione carnis fuit immunis.* Quæ textui superadduntur ex Adone accepta sunt. In reliquis satis purus est.

Translationis Matthæi.

HAGENOYEN. In Joanne modice interpolatus, secundo loco habet : *Item in Salerno, translatio sancti Matthæi Apostoli.* Natalem Matthæi hodie referunt aliqua Hieronymiana apographa. De omnibus agetur die, quo colitur, XXI Septembris. *In Lauffen Herbipolensis diocesis, translatio sanctæ Reguisidis virginis et martyris.* In Actis remittitur ad XV Julii. Sequentur quæ ad textum pertinent, nonnihil etiam interpolata.

Reguisidis.

AQUICINCT. In annuntiatione *sancti Lucii* omittit, quæ de sancto Luca in textu recitantur, et aliter periodum terminat.

Textus contractus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Ioannis ante portam Latinam. Lucii Cyrenensis. Heliodori, Venusti, cum aliis* LXXV, *martyris. Evodii episcopi et martyris.*

Secundini confessoris. — *Secundini martyris.*

VATICAN. num. 5949. Deest Heliodori et sociorum. Adjectum primo loco : *Natalis sancti Secundini episcopi et confessoris in sancta Sophia. Eodem die, sancti Secundini martyris.* Quinam sint illi *Secundini*, hactenus mihi non liquet, nec in Prætermissis, de iis quidquam invenio. Non arbitror *Secundianos* indicari, quales hodie inter martyres connumerantur. Ceterum primo loco ea adjecta sunt. Sequitur in fine : *Apud Salernum, translatio sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ.* Consonant sequentes codices.

Translationis Matthæi.

FLORENTIN. *Apud Salernum, translatio corporis sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ. Romæ, translatio corporis sancti Stephani Protomartyris, tempore Pelagii Papæ primi, et Theodosii principis, et sepultus est in ecclesia sancti Laurentii extra muros et in ejus sepulcro.* Referuntur hæc in tabula Prætermissorum; sed translatio illa differtur ad III Augusti, vel XXVI Decembris.

Translationis Stephani.

LUXOVIEN. *Augustoduno, beati Placidi presbyteri et abbatis sancti Symphoriani.* Remittitur in indice Prætermissorum ad VII Maii.

Placidi.

SALINEN. B. Anatolii. *Augustoduno, depositio beati Philiberti episcopi.* Forte idem est, qui proxime superius *Placidus* dicitur. Vide Prætermissos hac die, et Acta VII Maii.

Philiberti.

REMENS. SS. Tim. et Apoll. *Autissiodori, depositio sancti Valeriani episcopi et confessoris.*

Valeriani.

EDITIO LUBECO-COL. In textu satis pura est, in fine adjungit : *Eodem die, sancti Melotis pueri, pro Christo decollati.* Vide Prætermissos, ubi nomen varie scribitur. *Antisiodoro, sancti Valeriani episcopi et confessoris.*

Melotis. — *Valeriani.*

GREVEN. *Item, sanctorum Mathei et Primi. Victoris, Felicis.* Duo primi Tarentini sunt, postremi ex numero Mediolanensium. *Eodem die, sancti Melotis pueri, pro Christo decollati.* De quo jam diximus. *Autisiodoro, sancti Valerii episcopi et confessoris.* Valeriano in Actis jungitur. *Secundiani episcopi.* Hoc titulo non magis notus est quam *Secundini. Benedicti et Placidi episcoporum.* Vide Prætermissos de utroque seorsim. *In Anglia, sancti Eadbrechti (quem Edbertum nominant) episcopi Lindisfarnensis et confessoris, viri, ut Beda testatur libro 4, scientia Scripturarum divinarum simul et præceptorum cœlestium observantia, ac maxime eleemosynarum operatione insignis. Constantinopoli, depositio sanctæ memoriæ Johannis Damasceni, Doctoris egregii, nec minus vita et miraculis clari.*

Mathæi et aliorum. — *Melotis.* — *Valerii.* — *Secundiani.* — *Benedicti et Placidi epp.* — *Eadbrechti.* — *Joannis Damasceni.*

MOLAN. Typis minoribus : *In Anglia, sancti Eadbrechti*, etc., ut GREVENUS. Tum : *Constantinopoli, depositio*, etc., addens in fine : *Cujus vitam conscripsit Joannes Patriarcha Hierosolymitanus.* Editiones aliæ etiam minori charactere hoc solum habent : *In Anglia, sancti Eadbrechti, sive Edberti episcopi Lindisfarnensis et confessoris, viri in divinarum Scripturarum scientia simul et præceptorum cœlestium observantia, ac maxime eleemosynarum operatione insignis.* Vide GREVEN. supra.

Joannis Damasceni. — *Eadbrechti.*

Nonis. *Die 7.*

Domitillæ et sociarum.

Apud Terracinam Campaniæ urbem, natalis beatæ Domitillæ virginis et martyris, que cum esset Flavii Clementis Consulis ex sorore neptis, et a sancto Clemente velamine sacro consecrata, persecutione Domitiani, cum aliis plurimis, in insulam Pontiam exilio deportata, longum inibi martyrium duxit. Novissime doctrina ac miraculis cum convertisset plurimos ad fidem Domini, incenso cubiculo a quodam judice, in quo simul cum suis convirginibus Eufrosina videlicet

videlicet et Theodora clausa morabatur, cursum gloriosi martyrii sui consummavit. *Juvenalis. Flavii et sociorum.* Eodem die, sancti Juvenalis martyris. Nicomediæ, passio sanctorum Flavii, Augusti et Augustini fratrum.

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Tarracinam*, et *Teracenam* librarii imperitiæ adscribo. *Beatæ Domitillæ* legunt codices omnes, exceptis Greveno et Molano. An *beatæ* pro *Flaviæ* irrepserit, nescio ; certe *Flaviæ* nomen nullus apposuit præter duos jam citatos. Munerat. Belin. et præfati duo, male scribunt, *Domicillæ*. *Domiciani* in Praten. et Munerat. notandum non est. Rosweyd. tantillum transposuit in, *neptis ex sorore* et *deportata exilio*. Belin. post *Domitiani*, inserit, *ob testimonium Christi*. Item pro *Pontiani* scribit *Pontianum* ; pro *inibi, ibi* ; pro *fidem Domini*, *fidem Christi*. Sic Tornacen. pro *martyrium duxit*, maluit scribere, *produxit*. Herinien. vix inter puros codices hodie meretur annumerari dum ita sensum torquet : *Quodam judice, in quo et Theodora clausa morabatur, cursum gloriosi martyrii sui consummavit, simul cum Eufrosina convirgine sua.* Probatiores codices habent, *convirginibus*, soli Rosweyd. Munerat. et Belin. simpliciter *virginibus*. *Eufrosina* scribunt codices omnes. Nonnulli, sed male, *Nichomedia*. Sic Munerat. pro *sanctorum Flavii*, etc., ponit *Clavii*.

Flaviæ Domitillæ et sociarum. OBSERVATIO. Etsi binæ hoc die *Flaviæ* inter multos alios martyres in Hieronymianis recenseantur, nimis quam certum est, *Flaviam Domitillam* nec hoc, nec aliis diebus, in iis codicibus consignari. Primus omnium illustrissimæ Sanctæ, in sacris Fastis locum dedit auctor Romani parvi, ita hoc die, secundo loco breviter annuntians :*Et Flaviæ Domitillæ*, nec vereor asserere, eam verosimillime ex Rufini Eusebio lib. 3 cap. 17 acceptam, ubi si non de martyrio, saltem de exilio expresse agitur. Uberior historia ex notissimis Actis sanctorum Nerei et Achillei ab Adone contexta est, quam paulo ampliorem fecit Notkerus ; Noster eleganti synopsi complexus est. An et cur *Flaviæ* nomen expunxerit Usuardus, frustra divinaveris ; evidens est, unam ab omnibus eamdemque ipsam memorari ; nec magis dubia est antiquissima et receptissima celeberrimæ Virginis et sociorum sociarumque ejus in Ecclesia veneratio, licet diversis diebus recolantur, fere pro libitu Martyrologorum eos referentium. Sufficere possent in *Flaviæ Domitillæ* honorem, unum et alterum sancti Hieronymi testimonium ab Henchenio in Actis, XII Maii productum, quo die in Romano hodierno, cum Nereo et Achilleo conjungitur. Hactenus satis recte fluunt omnia. Nodus recurrit circa Acta ipsa, ab Henschenio laudata tamquam *optimæ fidei*, tametsi pridem agnovisset Baronius tomo I ad annum LXVIII num. 23, *ea Acta in aliquibus fide haud integra haberi*. Rigidius ipsa tractant eruditi recentiores, nec Tillemontius, alias tam moderatus, temperare hic potuit, quin acrem in ea censuram stringeret tomo 2, pag. 127, vocans *opus pessimum, dignumque quod inter Manichæorum, sacra matrimonii vincula incessentium, figmenta connumeretur*. Nec nihil, nec omnia recte pronuntiat ; præplacet eminentissimi Annalistæ judicium, a quo et hic et alibi, non nisi inviti divellimur. — *Juvenalis.* *Juvenalis martyris* primo loco meminit Romanum parvum, nec quidquam ab Adone, aut a Nostro, aut a Notkero suggeritur, quo *de loco et tempore quibus floruerit, possit aliquid certi proferri*, inquit Henschenius, cetera prosequens, quæ de eo sancto, probabili aliqua conjectura, dici queant. Pro antiquo cultu stat enim Wandelbertus :

Morte pia Nonas Juvenalis sanctus honorat.

Flavii et sociorum Ultimam quoque annuntiationem ex Adone hausit Usuardus, ille ex Romano parvo ; cujus textui : *Nicomediæ, Augusti et Augustini*, nomen *Flavii* interseruit, primusque tres illos, *fratres* appellavit, sic legens : *Eodem die apud Nicomediam, passio sanctorum martyrum Flavii, Augusti et Augustini fratrum*. Patet hic, quid ex Hieronymianis Ado ductori suo superaddiderit ; patet et textus nostri traductio. At scire velim, quo demum auctore, tam rotunde *Flavium, Augustum et Augustinum*, Viennensis nominet *fratres* ? Ex Hieronymianis, inquies. Minime vero ; nam licet fatear, *Augustini* nomen non semel ibi appellari, atque item aliquos *fratres* dici ; necdum tamen Henschenii aut Florentinii perspicacia, satis ausa est determinare, utrum hi tres recte fratres compellari possint. An vero felicius rem attigerit Notkerus, dum fratrum titulum hisce eripiens, tribus aliis, nempe *Marcellino, Macrobio* et *Eutychio*, alias *Eutheo*, eumdem tribuit, curiosi lectoris judicio relinquo. Diversa ab his omnibus est Rabani oratio. Usuardus in hujusmodi rebus minus scrupulosus, Adonem, ut diximus, simpliciter descripsit. Atque hæc, pro textus veritate, satis dicta sunt.

AUCTARIA.

PULSANEN. Omittit annuntiationem Juvenalis, cetera purissimus est.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Omnes deficiunt in ultima annuntiatione.

ANTVERP-MAJ. Sic incipit : *In Cantia monasterio Petri et Pauli, depositio sancti Leothardi episcopi et confessoris, qui cum filia regis Francorum Bertha, in has partes directus est, ut sanctitatis exemplo, Christianæ religionis cultum, pagano adhuc regi conjuncta, non mutaret.* Observanda sunt, quæ de Leothardo vel Letardo in Prætermissis notantur. Sequitur : *Et natale sancti Joannis Eboracensis archiepiscopi.* In textu purus est. *Leothardi.* *Joannis Eboracensis.*

CENTULEN. *Apud Tracinam urbem Campaniæ,*

natalis

natalis beatæ Domitillæ virginis et martyris. Eodem die, Nichomediæ, sanctorum martyrum Flavii, Augusti et Augustini fratrum.

BRUXELLEN. In Flavia Domitilla modice interpolatus, in Juvenale purus est. Tum : *Ad radicem montis septimi, passio sancti Gaudentii martyris.* Quis hic Gaudentius sit, fateor me ignorare. *In Nycomedia, sanctorum martyrum Flavii. Augusti et Augustini fratrum et martyrum. Et Benedicti episcopi.* Indicat, opinor, Benedictum Papam II, de quo Acta hodie. *Item Donatiani episcopi.* Dies natatalis est XIV Octobris. *Item, translatio sancti Petri de Mediolano* (quid ni *de Verona ?*) *martyris de Ordine Prædicatorum.* Vide quæ ad natalem dicta sunt XXIX Aprilis.

Gaudentii — *Benedicti. P.P.* — *Donatiani* — *Translationis Petri Martyris*

HAGENOYEN. In Flavia Domitilla, non nihil etiam interpolatus, in reliquo textu purus est. Tum subdit : *Ipso die Romæ, depositio sancti Benedicti Papæ* II, *qui in abeunte* (ab ineunte) *ætate sua militavit in Ecclesia, et semper paupertatis amator extitit. Constitutiones edidit et in pace obiit sub Constantino quarto.* Hujus Pontificis ætatem in Actis discussam invenies hoc die.

Benedicti

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Domitillæ virginis et martyris, cum Eufrosia et Theodora. Domitiani episcopi et confessoris. Juvenalis martyris. Item sanctorum Flavii, Augusti et Augustini fratrum martyrum.* Textum semper mutilat.

Domitiani

In VATICAN. signato num. 5949. Deest Juvenalis, adjicitur : *Transitus sancti Stephani Protomartyris in Romam.* De quo etiam heri. Vide die natali, vel III Augusti. Fallit Castellani notula.

Transitus S. Stephani.

ALTEMPSIAN. *In Cantia monasterio Petri et Pauli, depositio sancti Leothardi episcopi*, etc., ut supra in ANTVERP-MAJ.

Leothardi

FLORENTIN. *Romæ, sancti Benedicti Papæ et confessoris. Apud Beverlacum, sancti Joannis episcopi et confessoris.* Abdicato episcopatu, eo loco mori voluit, a quo *Beverlacensis* dictus est.

Benedicti. — *Joannis Eboracensis.*

REMENS. SS. Timothei et Apoll. *Lauduno Clavato, depositio sancti Basonis confessoris.* Prætermissus est, a Castellano tamen inter Sanctos ponitur.

Basonis

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Romæ, sancti Benedicti Papæ, qui sedit ibidem menses decem, imperante Constantino Augusto.* Vide dicta superius, ad HAGENOYEN. *Apud Terracinam Campaniæ urbem, natale beatæ Domicillæ virginis et martyris. Quæ cum esset neptis Domitiani imperatoris et Aureliano filio Flavii Clementis Consulis nupta, ipsa propter Christum connubium spernens, a sancto Clemente episcopo, sacro velamine consecrata*, etc., fere pure. Nicomedienses Juvenali præponit. Dein : *In territorio Mediolanensi, translatio beati Petri presbyteri et martyris, Ordinis Prædicatorum. Ipso die, beati Domiciani episcopi et confessoris. Beverlaci, natale sancti Johannis episcopi et confessoris Eboracensis.*

Benedicti. — *De Flavia Domitilla.* — *Translationis Petri Martyris* — *Domitiani.* — *Joannis Eboracensis.*

GREVEN. *Festum quinque gaudiorum beatæ Mariæ Dei genitricis.* De eo in Prætermissis. *Item, sanctorum Frodisii, Macrobii, Achaici, Marcellini.* Ex Hieronym. *Celerini episcopi et cqnfessoris.* Duo Celerini sunt inter martyres, sed quis hic *episcopus* et *confessor*, nescio. *In Anglia, sancti Johannis Eboracensis episcopi et confessoris, vita et miraculis (Beda lib. 4 teste) clari. Augustoduni, depositio sancti Placiti* (Placidi) *episcopi. Domiciani episcopi Tungrensis et confessoris. Hilarii confessoris.* Vide Prætermissos. *Ceveri confessoris.* An *Cerenicus* vel *Serenicus* diaconus Sagiensis ? *In Anglia, Ezeleidis virginis.* Vide Prætermissos et Appendicem Tomo VII Maii. *Translatio beati Stephani Protomartyris, quando corpus ejus a Constantinopoli Romam ductum, corpori sancti Laurentii conjunctum fuit, tempore Theodosii Junioris. Mediolani, translatio beati Petri martyris, Ordinis Prædicatorum. Mastidiæ virginis* : Trecensis.

Festum 5 gaudiorum B. M. V. — *Frodisii, etc.* — *Celerini.* — *Joannis Eboracensis.* — *Placidi.* — *Domitiani.* — *Hilarii.* — *Ceveri.* — *Ezeleidis* — *Translationis Stephani et Petri martyrum* — *Mastidiæ.*

MOLAN. *Domitiani episcopi et confessoris Tungrensis, Trajectensis, Leodiensis ; apud Hoyum in ecclesia beatæ Mariæ quiescentis. Augustoduni, depositio sancti Placiti episcopi. Romæ, Benedicti Pontificis, qui sedit in episcopatu unum mensem, imperante Constantino.* Dein minoribus litteris : *In Anglia, sancti Joannis*, etc., ut GREVEN. *Festum quinque gaudiorum Mariæ.* Editiones aliæ, sic habent : *Beverlaci, depositio sancti Joannis episcopi Eboracensis et confessoris, vita et miraculis clari. In ecclesia beatæ Mariæ in Hoyo, natalis sancti Domitiani episcopi et confessoris. Qui sub Hildeberti gloriosissimi regis tempore, Aurelianensi legitur synodo interfuisse.* De Placito, ut supra. *Trecas, translatio corporis sanctæ Mastidiæ virginis. Die septima, commemoratio signi Crucis apparentis in cælo Hierosolymis, circa horam diei tertiam, sub Constantino rege. Quod quidem figurabatur per astra, a sancto Calvariæ loco usque ad montem Olivarum. Et memoria sancti martyris Acacii.* De utraque jam signata annuntiatione vide Prætermissos.

Domitiani. — *Placidi.* — *Benedicti.* — *Joannis Eboracensis.* — *Translationis Mastidiæ.* — *Apparitionis Crucis.* — *Acacii.*

VIII *Idus.* *Die* 8.

Mediolani, natalis sancti Victoris martyris, qui a primæva ætate Christianus, cum esset in castris imperialibus miles, compellente Maximiano, ut sacrificaret, in confessione Domini fortissime perseverans, primo graviter fustibus cæsus, sed Deo protegente, doloris expers, dein liquenti plumbo perfusus, sed nihil penitus læsus, novissime gloriosi martyrii cursum capitis abscisione complevit. Apud Ægyptum, sanctorum Stephani et Victoris.

Victoris. — *Stephani et Victoris.*

Ita *Praten. Tornacen. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Fere in minutiis vertitur. Scribit Antverp-Maj. *Mediolane*. Tornacen. legit, *in confessione Domini perseverans*, omisso adverbio *fortissime*, pro quo Munerat. posuit *constantissime*. Reliqui in textu *abscisione*, ita volentibus codicibus omnibus, tametsi id fortasse alibi correxerim. De cetero, *primeva, etate, cesus; nichil, lesus, pænitus, aput*, etc., nævi sunt ætatem suam redolentes ; penultimus Molani est.

OBSERVATIO.

Victoris.

OBSERVATIO. Celeberrimam *Victoris* a patria et genere, cognomento *Mauri*, martyris Mediolanensis memoriam apud Latinos fuisse olim oportuit, utpote quem prædicent Martyrologi antiqui omnes, solis Beda et Floro exceptis. Apographa Hieronymiana præcipua, ab eo Sancto diem auspicantur : *Mediolano, Victoris*. Romanum parvum, Ado et Rabanus unicum illum hodie annuntiant. In priori solum legitur : *Mediolani, sancti Victoris martyris*. Diversa sunt, licet ex iisdem Actis sumantur, Adonis et Rabani elogia. Notkerus primum secutus est, uti et Noster, qui Adonis verbis quidem utitur, sed more suo aliqua relinquit intacta, a Notkero integre transumpta. Utrum de elogii veritate dubitandum sit, haud equidem plane perspicio ; fontem, ex quo acceptum est, omnino purum non esse fatetur Henschenius, alii ferme ex toto repudiandum existimant. Vide quæ in commentario prævio expenduntur a num. 8, et apud Tillemontium tomo 5 a pag. 267. Exstat etiam in Actis, Gregorii Turonensis in Victoris gloriam narratio. Nec reticenda est nitida Wandelberti poetica exornatio :

Idibus octavis Mediolani urbe coruscat
Martyr præcipuo venerandus Victor amore. *

Stephani et Victoris.

Hactenus concors veterum sententia. Qui sequuntur, *Stephanus et Victor* ab Usuardo ex præfatis Hieronymianis consignati sunt; ubi dubites an pro, *Stephani et Victoris*, non sit scribendum, *Victoris et Stephanæ*, ut fecit Notkerus post Hieronymiana, aliis *Januarium* adjungentibus. Nescio an a vero multum aberraverit, qui legendum putet, *Victoris et Coronæ*. At cum *Victor et Stephanus* I Aprilis, *Victor* et *Corona* XIV Maii recurrant, malim hac die Usuardi textui insistere, quem ad ejus mentem hic plane expressum esse, equidem nullus dubito. De his brevissime in Actis nostris hoc die disputat Henschenius.

* Quidni *honore*.

AUCTARIA.

Gibriani.

HERINIEN. In reliquo textu purissimus, patrium Sanctum hic denuo inserit, ita scribens secundo loco: *Eodem die, depositio sancti Gibriani confessoris, in ecclesia sancti Remigii quiescentis.*

Apparitionis Michaelis.

PULSANEN. Ita orditur : *In monte Gargano, apparitio beatissimi Michaelis archangeli. Ubi ipsius sacrata nomini habetur ecclesia, vili facta scemate, sed cælesti prædita virtute.* Vide tabulam Prætermissorum. In Victore Mediolanensi purus est. Deest ultima annuntiatio.

Elladii. *Translationis Petri Bellævallis.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Textui puro subjiciunt : *Item, Elladii episcopi.* Adnectunt præterea : *In territorio Bisuntino, monasterio Bellævallis, translatio*, (alii, *natale*) *sancti Petri episcopi et confessoris.*

Wironis.

ROSWEYD. In fine : *Trajecti, Wironis confessoris*. Vide de eo egregium Bollandi commentarium, hoc die.

Elladii. *Petri.* *Wironis.*

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In Victore puri sunt. De Stephano, etc., nihil, sed immediate subjungunt : *Autissiodoro, natale, sancti Elladii episcopi et confessoris. In territorio Visuntino, monasterio Bellævallis, natale sancti Petri episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Wironis episcopi et confessoris.* In LEYDEN-BELG. Deest annuntiatio *Petri*.

Inventionis Michaelis.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt : *In Apuliæ finibus monte Gargano, inventio B. Archangeli Michaelis.* Sequitur *Mediolani*, etc., pure. Abest *Stephani*, etc. De Elladio et Petro, ut proxime diximus.

Helladii. *Martini.* *Translationis Gentiani.*

CENTULEN. *Mediolani, sancti Victoris martyris. In Ægypto sanctorum Stephani et Victoris. Autissiodoro, sancti Helladii episcopi et confessoris. In Sanctonico Vetavense cœnobio, sancti Martini abbatis.* Remittitur ad XXIV Octobris. *Eodem die translatio sancti Gentiani martyris.* Colitur is die XI Decembris.

Martini. *Petri.* *Dionysii.* *Elladii.* *Apparitionis Michaelis Abrincatensis.*

BRUXELLEN. In textu solito purior, hæc adjicit : *Ipso die, sancti Martini confessoris. In territorio Bisontino monasterio Bellævallis, sancti Petri episcopi et confessoris. Et sancti Dionysii, sexti Viennensis episcopi.* Differtur in diem sequentem. *Autissiodoro, sancti Elladii episcopi et confessoris. Item, apparitio S. Michaelis archangeli. Qui sanctum Autbertum Abrincatensis ecclesiæ episcopum semel, iterum et tertio admonuit, ut in mari, loco qui propter eminentiam, Tumba dicitur, ecclesiam suo nomini dicatam fundaret; pro signo locum ostendens, ubi taurum religatum inveniret, et sicut eum pedibus terram proruisse cerneret, sic ecclesiæ ambitum duceret. Et ex eo tempore inibi, sicut in monte Gargano, memoria S. Michaelis archangeli cœpit frequentari.* Hæc cum aliis discutienda erunt ad XXIX Septembris.

Apparitionis S. Michaelis Garganicæ. *Dionysii.* *Gybriani.* *Stanislai.* *Stephani et Victoris.* *Petri.* *Elladii.*

HAGENOYEN. In prima annuntiatione purus, secundo loco, ita habet : *In Apuliæ finibus, in monte Gargano, inventio oratorii beati Michaelis archangeli, quæ* (quod) *per taurum Gargani amissum inventa est* (lege *inventum est*.) *Item Viennæ, Dionysii viri præclarissimi in doctrina.* De quo supra. *Item, Gybriani præclarissimi confessoris. In Gargonia, Scanysolay episcopi et martyris. Stanislaum* hic intelligit Henschenius. *Apud Ægyptum, sanctorum martyrum Stephani et Victoris. In territorio Bysontino, sancti Petri episcopi et confessoris. Authysiodoro, sancti Elladii episcopi et confessoris, prædecessoris sancti Amatoris.*

Benedicti PP.

AQUICINCT. Sic incipit : *Romæ, sancti Benedicti Papæ. Hic ab ineunte ætate in Ecclesia militavit, paupertatis semper amator.* Colitur VII Maii. Vide quæ ibi in Auctariis diximus.

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. Ita in fine habent : *Inventio Michaelis archangeli. Romæ, sancti Benedicti Papæ.*

De Martino. *Translationis Gentiani.*

AMBIANEN. *In Sanctonico, Vetaviense monasterio, depositio Martini presbyteri et confessoris, magnarum virtutum viri, cujus vita sanctitate et miraculis refulget gloriosa. Eodem die, translatio corporis sancti Gentiani martyris.* Vide supra.

Wironis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Wironis episcopi et confessoris, cujus corpus est in ecclesia sancti Martini Trajectensis. Victoris martyris et militis.*

Desiderati.

REG. SUEC. num 428. *In pago Biturico, depositio sancti Desiderati episcopi et confessoris.*

Benedicti PP.

VATICAN. num 5949. Primo loco : *Apparitio sancti Michaelis. Romæ, Benedicti Papæ, qui præ-*

fuit

fuit Ecclesia mensibus decem, imperante Constantino. Deest Stephani et Victoris.

Elladii. *Petri.*

UGHELLIAN. Adjicit: *Item, Elladii episcopi. Item, sancti Petri episcopi et confessoris.*

Indracti et socior.

ALTEMPS. *Monasterio Glascouiensi, sancti Indracti martyris sociorumque ejus.* Vide in Actis v Februarii, ubi sociis *Dominica* soror adjungitur.

Naboris, etc. *Elladii.* *Petri.* *Benedicti PP.*

FLORENTIN. *In Africa, sanctorum martyrum Naboris et Felicis, qui decollati sunt cum Joanne et Marino.* Vide x Julii. *Item, sancti Eladii episcopi. In territorio Tarentasiensi, monasterio Bonævallis, sancti Petri episcopi et confessoris. Romæ, sancti Benedicti* II *Papæ et confessoris.*

Gibriani.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Catalaunico, depositio sancti Gibriani presbyteri et confessoris.*

De Michaele. *De Petro.* *Stanislai.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit: *In Apulia finibus monte Gargano, inventio sancti Michaelis archangeli. Quod festum sic sumpsit exordium. Tempore namque quo sanctus Papa Gregorius, propter pestem inguinariam Letanias,* etc. Quæ quomodo inter se connectantur, eruditus lector judicet. In Victore satis pura est. Sequitur: *In territorio Bisuntino, monasterio Belcevallis, natale sancti Petri, episcopi Tharentasiensis ecclesiæ et confessoris, Ordinis Cisterciensis, qui multis miraculis et virtutibus clarus, quievit in pace. In Polonia, civitate Cracovia, passio beati Stanislai episcopi et martyris.* De Elladio, Stephano et Victore, Martino, Dionysio, Wirone, ut supra.

B. Michaelis apparitionis.

BELIN. Initio præfigit: *In finibus Apuliæ, monte Gargano, apud Sipontum civitatem, apparitio B. Michaelis archangeli.* Tum post textum in fine: *Item Eladii episcopi.* Alii passim scribunt *Elladii,* Acta nostra malunt *Helladii,* in quibus vide pauca, quæ de eo supersunt, ex tom. I Bibl. Labbeanæ accepta et ab Henschenio illustrata.

Benedicti. *Wironis.* *Cathaldi.* *Martini.* *Metronis.* *Maximi.* *Macarii.*

GREVEN. De Michaele, ut BELIN. *Secundum quosdam hic, passio beati Stanislai episcopi et martyris.* Fuit heri. *Eodem die, vel secundum alios præcedenti, sancti Benedicti Papæ II, tempore Constantini quarti Augusti.* De Dionysio et Petro Tarentasiensi, ut supra. *In Trajecto inferiori, beati Wironis episcopi Deirorum et confessoris. In Hibernia, beati Cathaldi episcopi et confessoris, vita et signis celeberrimi.* Colitur x Maii. *In Cenonico monasterio Vercanensi,* (quam varie hæc exprimantur, ex dictis patet) *beati Martini presbyteri et confessoris. Metronis confessoris Veronæ quiescentis. Maximi presbyteri.* Notus non est, nisi sit ex martyribus. *Sibriani confessoris.* Voluit dicere *Gibriani. Macharii eremitæ et confessoris, in fine orbis juxta paradisum.* Vide inter Prætermissos.

Michaelis. *Elladii.* *Wironis.* *Gibriani.* *Petri.* *Stanislai.* *Dionysii.* *Ydubergæ.*

MOLAN. *In finibus Apuliæ, monte Gargano, apud Sipontum civitatem, apparitio beati Michaelis archangeli. Item, Eladii episcopi et confessoris, Autisiodori. Eodem die, Vuironis episcopi et confessoris, in ecclesia Trajectensi. Eodem die, depositio sancti Gibriani confessoris, in ecclesia sancti Remigii quiescentis. In territorio Bisuntino, monasterio Bellævallis, sancti Petri episcopi et confessoris.* In editionibus aliis, de Michaele et Eladio, ut supra. *Cracoviæ, sancti Stanislai episcopi et martyris. Remis, depositio sancti Gibriani,* etc. De Petro, ut in editione prima. Item de Wirone. *Viennæ, sancti Dionysii, sexti urbis episcopi.* Demum minutioribus litteris: *Nivellæ, eodem die, commemoratio Ydubergæ.* Vocatur etiam *Itta,* aliis *Ittaberga,* quæ sanctimonialis facta, sanctæ Gertrudi, filiæ subesse voluit.

VII *Idus.* *Die* 9.

De translatione S. Andreæ, etc. *Hermæ.* *Gregorii Nazianzeni.* *Martyrum 310.* *Beati.*

Festivitas beati Andreæ Apostoli, quando sacratissimum ejus corpus una cum ossibus sanctorum Lucæ Euangelistæ, et Timothei discipuli sancti Pauli, sub Constantio imperatore, Constantinopolim translatum est. Romæ, natalis sancti Hermen, cujus Apostolus Paulus, ad Romanos scribens, meminit. Hic digne semetipsum Deo sacrificans, acceptabilisque Deo hostia factus, virtutibus clarissime fundatus, cœli regna petivit. Apud Nazanzi oppidum, beati Gregorii episcopi, cognomento Theologi, qui post multa documenta, in loco suo, ut Hieronimus, ab eodem in divinis libris instructus, perhibet, episcopum ordinans, ruri vitam monachi exercuit. In Perside, sanctorum martyrum trecentorum decem. Castro Vindicino, depositio Beati confessoris.

Puros censeo *Praten. Antverp-Maj. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Antverp-Maj. ante *Timothei,* non apposuit conjunctionem *et.* Idem cum Greveno et Molano legit *Constantino;* ego cum Praten. Herinen. Tornacen. etc. servandum puto *Constantio,* saltem ad mentem Usuardi, quamvis utrumque longe prudentius omiserit Baronius in Romano hodierno. *Hermen* scribunt codices ferme omnes, et ita habet etiam, ni fallor, codex Pratensis, in nostro antigrapho a Sirmondo correctus. Fateor, in Adone diserte legi, sicut oportet, *Hermæ,* sed nos hic Usuardum versamus; a quo, etiam errante, non discedimus. Adde, quod Adonis editores satis libere manum correctricem adhibuerint. Nescio quam elegantiam sectentur Greven. et Molan. dum ita textum variant: *Cujus Apostolus meminit Paulus ad Romanos scribens.* Antverp-Maj. iterum negligit particulam post *acceptabilis.* Rursus præfati Greven. et Molan. pro, *virtutibus clarissime fundatus,* male ponunt *virtutibus clarificans.* In Antverp-Majore legitur *Nazanci* pro *Nazanzi,* melius Ado *Nazanzi.* Item *Theodoli* pro *Theologi, peribet* pro *perhibet.* Scripsi *Vindicino,* cum plerisque codicibus.

OBSERVATIO.

De translatione S. Andreæ, etc.

OBSERVATIO. Prima textus nostri annuntiatio ita videtur Usuardi propria, ut unde eam acceperit, hactenus nequiverim deprehendere. *Constantinopoli, natalis sancti Timothei*, inquiunt Hieronymiana apographa ; lucem affert Viennensis, dum addit : *Quando ab Epheso ejus sacra ossa delata sunt* Hinc brevius *translationem Timothei* substituit, qui Adonem pressius semper sequitur, Notkerus. De pari *Andreæ* et *Lucæ* festivitate, nullus ante Usuardum, quod sciam, hoc die meminit. Utinam felicius id præstitisset ! Constat enim trium illorum Apostolorum translationem non bene connecti, pejus ad idem tempus, pessime ad eumdem diem, et præsertim hunc IX Maii revocari. Quo autem anno, quove die *Andreæ* et *Lucæ* corpora Constantinopolim, inde alio delata sint, propriis locis discutiendum erit. Videat interim lector, quæ dicta sunt XXIV Januarii in commentario prævio § 3 ; et Castellanum ibi pag. 391 ; item Baronium et Florentinium hic. Quibus accedere possunt, quæ diligenter observat Tillemontius tomo I pag. 320. — *Hermæ* De *Herma* nihil hodie Martyrologi Adonem prægressi, imo nec Ado ipse in suo Martyrologio, unde nec in Notkero quidquam. Mirum hoc in Adone et insolitum ; postquam inter festivitates Apostolorum, elogio Sanctum ornavit, quod Mosander sua, uti opinor, auctoritate, in Martyrologii textum inseruit. Hoc certum, inde accepta esse omnia, quæ hic ab Usuardo referuntur. *Philippensis episcopus* ab aliquibus dicitur *Hermas*, sed hunc ei titulum Ado non tribuit, nec aliunde quidquam satis certo traditur, quo ei talis dignitas asseratur. Citatur ab Adone locus Apostoli ad Rom. 16, ubi et *Hermam* et *Hermen* salutari præcipit. Porro nonnulla commemorat de libro *Pastoris* ab *Herma* composito, quem apud Henschenium laudant Hieronymus et Origenes ; at multo plura de eo et enucleatius exposuit Tillemontius tomo 2 a pag. 111, apud quem Patres alios citatos consulat curiosus lector. Satis de Herma. — *Gregorii Nazianzeni* *Nazianzenum Gregorium* variis diebus a Græcis aliisque relatum, primus hoc die signavit auctor Romani parvi, sumptum, nisi fallor, ex Rufini lib. 2 cap. 9. Ado ex illo nomen accepit, ex hoc egregium suum elogium concinnavit, a Notkero nonnihil contractum, ex quo paucula ab Nostro decerpta sunt, quæ in laterculo ponuntur. De inclytissimi Patris vita et rebus gestis, fuse post Baronium et Hermantium a Papebrochio actum est ; nec minus ampla sunt, quæ Gallice digessit Tillemontius tomo 9 a pag. 305 ; nec insalutatam volo Castellani notulam Martyrologio universali adjectam. — *Martyrum 310* *Martyres* CCCX primo loco ab Adone relati, ex Hieronymianis et Romano parvo derivantur ; Usuardus et Notkerus Adonis verba transcripsere. De his hæc observavit Henschenius : *Quo vero tempore et mortis genere compleverint agonem, nullus prodit ; et cum plurimæ apud Persas in Christianos motæ fuerint persecutiones, difficile est discernere. Florentinius conjicit oculos in Saporem regem Persarum, quod plurimi sub eo ob fidem Christi fuerint martyrio coronati.* — *Beati* *Beatus* aliquis et quidem cum apposito *confessoris*, in vulgatis Hieronymianis exprimitur, sed absque positione. A Beda, Floro, Romano parvo et Adone præteritus est. Rabanus, nescio quo fundamento, eum Romæ adscribit ; Notkerus potius omisit; sed rectius Noster loco suo proprio, *castro Vindocino* restituit, adde *in diœcesi Carnotensi*, ceteraque ad eum spectantia accurata explicata require apud Henschenium. De cetero, quamvis pauci codices conveniant, genuinum Usuardi textum hic me reddidisse, plane existimo. Binis annuntiationibus nostris ultimis quadrant bini Wandelberti versiculi :

Ter centum radiant septenis Idibus una
Martyrio, denique; simul decorante Beato.

AUCTARIA.

Translationis Nicolai. In codice PRATENSI, sed ad marginem ni fallor, adjicitur : *Civitate Barri, translatio sanctissimi Nicolai episcopi et confessoris.* Quæ verba, aut his similia, apud alios codices in textum transierunt.

ANTVERP-MAJ. Etiam ad marginem manu recentiori appositum habet : *Ipso die, translatio sancti Nicolai confessoris.* Addere poterat *episcopi*.

HERINIEN. Toto textu purissimus, secundo loco, ampliori phrasi interjicit : *Eodem die, translatio corporis beatissimi Nicolai Mirrorum Lichiæ archiepiscopi. Qui divina dispensatione a Mirrea metropoli, cis mare translatus et apud Barrensem Apuliæ regionis civitatem in sui honoris basilica gloriose ac decenter est collatus* (collocatus ;) *ubi usque hodie, ac si vivens in corpore, diversis coruscat miraculis magnifice.* Hæc eadem in MOLANI Auctario, sed correctiora leguntur. *Idem.*

TORNACEN. Textum refert, sed truncatum elogiis Hermæ et Gregorii Nazianzeni. Ubi et pro martyribus CCCX, ponit ipse solum CCCV.

PULSANEN. In prima annuntiatione purus, secundo loco refert Gregorium, etiam pure. Sed cetera omnia desunt.

Gengulfi. ROSWEYD. Pro *Beato* substituit, *Gengulfi martyris.* Ita in ecclesia Ultrajectensi. Sed colitur XI hujus.

MUNERAT. In fine post textum : *Eodem die, translatio beati Nicolai episcopi et confessoris.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et ALBERGEN. Incipiunt a CCCX, ubi puri sunt. De Herma, post *scribens meminit*, cetera expungunt. De Gregorio, post *oppidum*, sic ponunt : *Beati Gregorii, qui Theologus dictus est, nobilis, eruditus collega beati Basilii Cæsareensis episcopi.* Reliqua omnia desunt. nempe annuntiatio prima et ultima. *De Gregorio*

DANIC. In eo a prioribus differt, quod Hermæ elogium integrum referat.

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. et LEYDEN. Supra DANICUM in fine adjiciunt : *Eodem die, translatio corporis beatissimi Nicolai Mirreorum Liciæ archiepiscopi.* Convenit EDITIO ULTRAJ-BELG. Sed de Gregorio agit ultimo loco.

ULTRAJ. His adjicit : *Item translatio gloriosi Hieronimi, Doctoris eximii.* Vide Prætermissos. *Translationis Hieronymi.*

CENTULEN. *Romæ, sancti Hermen, cujus Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit. In Perside, sanctorum* CCCX *martyrum. Eodem die, festivitas sancti Andreæ Apostoli, quando sanctissimum* *Textus mutatus.*

corpus

De Nicolao. — *De Macario Antiocheno.*

corpus ejus, una cum ossibus Lucæ Evangelistæ et Tymothei discipuli Apostoli Pauli, Constantinopolim translatum fuit. In Apulia apud Barrim civitatem, adventus et exceptio corporis beati Nicolai Mirrensis episcopi et confessoris. Cœnobio sancti Bavonis, translatio S. Micharii Antiocensis episcopi, confessoris. Castro Vindicino, sancti Beati confessoris.

Quirilli et sociorum. — *Translationis Andreæ, etc.* — *De Macario.*

Bruxellen. Incipit ab Herma, satis pure. Secundo loco de cccx, etiam pure. Tum : *Natale sanctorum Quirilli, Beati, et Primuli confessorum.* Prava ex Hieronym. connexio. Sequitur de Gregorio, ubi textus interpolatus est. *Item translatio corporis beati Andreæ Apostoli, cum ossibus sanctorum Lucæ Evangelistæ et Timothei discipuli beati Pauli, facta in Constantinopolim, sub Constantino magno imperatore. Et translatio sancti Nycolai episcopi. Et in Gandavo, elevatio sancti Macarii archiepiscopi. Ubi dum increduli miraculum exigerent, yris in modum coronæ, totum ecclesiæ atrium circumdat, et in medio crux aurea resplendet, tanta miraculorum evidentia subsequente, quantam vix aliquis narrare sufficeret.* Vide in Actis ad diem ejus natalem, x Aprilis.

Hagenoyen. Incipit etiam ab Herma, pure, uti et in cccx. In Gregorio modice interpolatus, eum perperam vocat *martyrem*. Sequitur : *Festivitas*, etc., sensu non nihil truncato. Tum : *Ipso die, translatio sancti Nycolai episcopi de Mirrea in Barram Apulliæ. Castro Vindocino, depositio Beati confessoris*, pure.

Aquicinct. Post τὸ *decem*, subdit : *Eodem die, translatio B. Nicolai episcopi et confessoris, a Mirrea civitate in Barim. Gandavo, elevatio sancti Macharii archiepiscopi. Castro Windocino*, etc.

Translationis Hippolyti.

Victorin. In fine : *Festivitas beati Hyppoliti martyris, quando sacratissimum ejus corpus translatum est in monasterium sancti Salvatoris.* Colitur xiii Augusti. Nihil in Prætermissis adjungitur.

Translationis Nicolai, etc.

Matric-Cartus-Ultraj. *Gregorii Nazianzeni episcopi. Translatio sancti Andreæ Apostoli. Translatio B. Hieronymi. Translatio beati Nicolai episcopi.*

Reg. Suec. signatus num. 130. In fine : *Festivitas beati Hippoliti*, etc., ut Victorin. supra. Pro *Beati* scribit : *In Castro, beati Heraclii confessoris.* *Heraclii.*

Aliud Reg. Suec. num 428. *Ipso die, translatio B. Nicolai episcopi a Mirea in Barrensem urbem.* *De Nicolao.*

In Vatican. num. 5949. Deest Andreæ, Hermæ et Beati. Adjicitur : *Translatio sancti Nicolai episcopi et confessoris in Barium.* *Idem.*

In Ughell. Absunt etiam Andreas et Beatus. Puto convenire cum Antverp. et Max-Lub.

De Andrea, Hieronymo, et Nicolao.

Editio Lubeco-Col. Incipit ab Herma. Tum de cccx. Sequitur, de Gregorio, ut Antverp. et Max-Lubec. Tum de Andrea, etc., ubi dicitur : *Sub juniori Constantino imperatore, anno ipsius vigesimo, ab Achaia Constantinopolim translatum est. Bethleem Judæ, translatio beati Hieronymi presbyteri et Doctoris ecclesiæ, ad Romanam urbem.* De Nicolao additur, *facta translatio, ab obitu ejus anno septuagesimo* (an non, *septingentesimo?) quadragesimo quinto.* Ex sensu patet nostra correctio. De Macario et Beato, ut supra.

Belin. Textum plane transposuit, incipiens a cccx. Dein de Gregorio, scribit ut Antverp. et Max-Lubec. Post : *Romæ sancti Hermetis, cujus Apostolus Paulus ad Romanos scribens, meminit. Item festivitas*, etc., pure, uti et in Beato.

Quirilli et soc. — *De Hieronymi et Nicolai translatione.* — *Macarii.* — *Corinthiæ.* — *Marinæ.*

Greven. *Item, sanctorum Quirilli, Guidei, Zenonis, Affrodisii, Primoli.* Inepta denuo ex Hieronymianis connexio. *Eodem die, translatio beati Hieronymi presbyteri de Bethlehem ad urbem Rhomanam. Item, translatio sancti Nicolai episcopi et confessoris, de Mirrea, Barrim. Gundavi, elevatio corporis sancti Macharii episcopi et confessoris. Corinthiæ virginis. Rhomæ, Marinæ matronæ.* Utraque hactenus ignota est, nisi *Marina* intelligatur *uxor Gordiani*, de qua Beda et alii die sequenti meminerunt. Sed de ejus cultu nihil adhuc innotuit, ut vide in Prætermissis.

Translationis Nicolai. — *Elevationis Macarii.*

Molan. De Beato subjicit : *Cujus gesta habentur.* De Nicolao, ut supra dixi, verba Heriniensis refert, nonnihil perpolita. Dein : *Gandavi, elevatio sancti Macharii Antiochenæ sedis archiepiscopi.* In posterioribus editionibus de Macario eadem habet, sed in elogio Nicolai, Heriniensis verba non nihil contraxit.

VI *Idus.* *Die* 10.

Job. — *Gordiani et Epimachi.* — *Calepodii, Palmatii et aliorum.* — *Quarti et Quinti.*

Job prophetæ. Romæ via Latina, natalis sanctorum martyrum Gordiani et Epimachi, quorum prior pro confessione nominis Christi, tempore Juliani, diu plumbatis cæditur, et in ultimo, capite truncatur. Item Romæ, beati Calepodii presbiteri, sub Alexandro imperatore, qui fecit eum occidi gladio et corpus trahi per civitatem atque in Tyberim jactari. Decollatus est etiam Palmatius consul, cum uxore et filiis et aliis promiscui sexus quadraginta duobus ; cum quibus et Simplicius senator. Quorum capita jussa sunt suspendi per diversas portas urbis Romæ, ad exemplum Christianorum. Item Romæ via Latina ad centum aulas, natalis sanctorum Quarti et Quinti.

Puri sunt *Praten. Herinien. Rosweyd. Antverp-Maj. Antverpien. Max-Lubec. Greven.* et *Molan.* Accedunt : *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien.* et *Editio Ultraj-Belg.*

Varia lectio. Magni momenti non est, nam *Cordiani, Epymachi, Tybrim, Palmacius* et id genus minutiæ ferme negligi possunt. Deest in Rosweyd. *capite* ante *truncatur*. Ultraject. male scribit *præsul* pro *consul*. Lovanien. autem post *ad exemplum*, subdit, *et terrorem*. Molan. pro *sanctorum Quarti et Quinti* legit, *sancti Quarti et Quinti.*

OBSERVATIO.

Job

Gordiani et Epimachi.

OBSERVATIO. Ab illustri patientiæ miraculo diem hodie auspicantur Romanum parvum, Ado et Noster, ipsissimis illis verbis, *Job prophetæ*. Alia est Hieronymianorum, si tamen vere ad ea pertinet, alia Notkeri expressio ; omnes cum Wandelberto, in hoc conveniunt quod vetustissimum tolerantiæ speculum inter athletas Christianos *Job* reponant, quemadmodum et in Actis nostris locum habet, commentario ornatus. — *Gordiani* et *Epimachi* meminere etiam præfata Hieronymiana apographa, diversis annuntiationibus et distincto sepulturæ loco, de qua re videnda Florentinii notatio ; meminit Beda, meminit Romanum parvum, qui sola ferme nomina prædicant. Ado editus, de more, Actorum compendium profert. Rabanus ex eodem fonte, sed alia phrasi, rem explicat, habetque fere sequacem Notkerum, solitum ductorem hic deserentem , Noster a tritis vestigiis non discedens, Adonis elogium paucis circumscripsit, ea, aut casu aut studio reticens, quæ de *Epimacho* copiosius dixerat Viennensis, quæque, ex unius codicis nostri Mss. auctoritate, tantum non Adoni abjudicat Henschenius, multa de Epimacho disputans, quæ in ejus commentario legi possunt. Patet in Actis ab ipso productis, solius *Gordiani* martyrium describi. An satis sincere, non audet ibi asserere præfatus Henschenius, non unum, cum Baronio, falsitatis characterem agnoscens, qui tamen non continuo reliquorum substantiam corrumpant necesse est, nisi Acta omnia, Julianum tyrannum appellantia, eodem casu simul corruant. Non ignoro esse, qui cum Tillemontio tomo 7 pag. 722, ea penitus abrogent ; sed malim existimare, a recentiori manu, diu post Juliani tempora, fuisse interpolata. Certe præclari martyris. illustris memoria, etiam ex Kalendariis Allatii ac Frontonis et Gregorii Sacramentario, aut seorsim sola, aut cum socia Epimachi celebritate, perpetuo cultu abunde consecrata est. Sic utrumque cum Jobo honorat Wandelbertus, ut Martyrologiis nostris plane subscribat.

Senis Gordianus et Epimachus ob unam
Cæduntur Christi pariter laudemque fidemque.
Has quoque Job patiendi exemplo sanctus honorat.

Calepodii et aliorum.

Calepodii senis presbyteri, ut scribit Romanum parvum, nulla in Hieronymianis codicibus mentio, Beda encomium brevius, sed elegans ei concinnavit, quod prope ad verbum transcripsere Rabanus et ex hoc Notkerus, in sociorum tamen numero discrepantes. Stylum magis exercuit Martyrologus Viennensis, et illi, et hic Acta sancti Callisti Papæ præ oculis habentes. Ceterum potius Bedæ, quam Adonis verbis inhærere videtur Usuardus, nitide contrahens, quæ ad Calepodii aliorumque laudem conducere possunt. Et hæc quidem præstanter, si ex satis limpido fonte essent deprompta. Nescio quid Henschenium pellicere potuerit, ut crederet, præfata Acta *per Notarios Romanos conscripta*, dum tam aperte persecutionem fingunt, quam certum est in Ecclesia numquam fuisse. Ut compendio utar, sufficit mihi Baronii judicium, ita ad annum CCXXVI num. 2 scribentis : *Exstant ejus* (Callisti Papæ) *passionis Acta, haud tamen in omnibus sincera : non enim probantur, quæ in eis habentur promulgata ab Alexandro, adversus Christianos edicta, indictamque ab ipso adversus eos persecutionem fuisse. Repugnant enim his, non solum quæ ex Lampridio superius recitavimus, sed et quæ scripta sunt ab antiquis Christianarum rerum scriptoribus, qui omnes æque affirmant, nullam sub Alexandro excitatam in Ecclesia persecutionem.* Vide et am Tillemontium tomo 3 a pag. 250. — *Quarti et Quinti* memoriam in Hieronymianis exstare certissimum est, quidquid nonnulli codices mutili sint, ut fatetur Florentinius. Distinctissime eos exprimit vetustior Epternacensis his verbis : *Via Latina ad centum aulas, Quarti et Quinti.* Atque hæc ipsa phrasis est, quæ in Adonem, ex hoc in Nostrum transiit ; nam in Romano parvo, Beda, Floro aut Rabano nulla de ipsis fit mentio. De eorum cœmeterio quærit Henschenius; at litem aliam movent Capuani, cui componendæ ibidem insudat. Placet Ughelli sententia, qui post Baronium et Bellarminum, Romano Martyrologio acquiescendum censet, quo id Capuanis tribuitur, ut *Quarti* et *Quinti corpora Capuam translata* censeantur. Plura vide apud laudatum Henschenium.

Quarti et Quinti.

AUCTARIA.

Dedicationis Joannis Baptistæ, etc.

In codice PRATEN. recentiori manu, ut puto, adjicitur : *Apud monasterium sancti Germani dedicatio in honere sancti Joannis Baptistæ, sancti Laurentii archidiaconi, atque sancti Sulpicii episcopi.*

TORNACEN. Gordiani et Epimachi elogium plane rescindit. Item Calepodii, usque ad, *decollatus est*. Cetera omnia ab iis verbis, recte cum textu sequuntur et pura sunt.

Maturini.

MUNERAT. In fine : *Ipso die, sancti Maturini festivitas.* Remittitur ad I Novembris.

In ALBERG. et DANIC. Deest *Job prophetæ*.

Textus mutilus.

CENTULEN. *Obitus Job prophetæ. Romæ via Latina, sanctorum Gordiani et Epimachi martyrum. Romæ ad centum aulas, sanctorum Quarti et Quinti. Item Romæ, sancti Calepodii presbyteri et martyris.* Hic codex textum suo modo disponit.

Januarii

BRUXELLEN. Gordiano et Epimacho jungit *Januarium*, interpolato deinceps elogio. *In terra Hus, depositio beati Job prophetæ.* Sequitur de Calepodio fere pure. Tum : *Ipso die, jussu Alexandri imperatoris decollatus est Palmacius consul cum uxore et filiis et aliis promiscui sexus* XLII. *Et Simplicius senator cum uxore et filiis et familia promiscui sexus* LXVIII. *Et Felix similiter cum uxore Brianda* (lege *Blanda*.) *Quorum capita jussa sunt suspendi per diversas portas urbis Romæ, ad exemplum et terrorem Christianorum.* In Quarto et Quinto purus est. *In Gandavo, sancti Bavonis.* Vide I Octobris.

De Calepodio, etc.

Bavonis.

HAGENOYEN. Textum invertit. Primo loco : *Romæ, passio sancti Calepodii presbyteri et martyris. Hic Romæ fecit cimiterium, ubi plures martyres ille sepelivit*, etc., ferme pure. Tum de Palmatio et Simplicio seorsim, textu interpolato. Deinde de Gordiano et Epimacho, de Quarto, et Quinto,

satis

Sophiæ — *patu Argentinensi, Sophiæ viduæ.* Vide quæ de ipsa dicuntur in Prætermissis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Gordiani et Epimachi martyrum. Job prophetæ. Calepodii presbyteri et aliorum plurimorum utriusque sexus et ætatis, inter quos Palmacius consul, cum uxore et ceteris de familia sua passus est; nec non Simplicius senator cum suis.* Perpetua in hoc contractio.

AUGENS. S. Laurentii : *Eodem die, apud Augium, translatio beati Laurentii episcopi Dublinensis*, alias *martyris.* Vide Prætermissos, ubi remittitur ad XIV Novembris. — *Translationis Laurentii episcopi.*

REG. SUEC. signatus num. 428. *Ipso die sancti Maturini confessoris.* Vide MUNERAT. — *Maturini.*

In VATICAN. num. 5949. Deest Job, Quarti et Quinti. Adjectum : *Sancti Cataldi episcopi et confessoris.* Clarius loquitur STROZZ. infra. — *Cataldi.*

ALTEMPS. *Ipso die, sancti Cataldi confessoris.*

De Cataldo — STROZZ. *Item sancti Cataldi archiepiscopi Tarentinæ civitatis et confessoris, Apuliæ provinciæ. Item translatio corporum sanctorum martyrum Cosmæ et Damiani ad civitatem Venetiarum, atque in monasterio S. Georgii majoris, anno Dom.* MCLIV *Indictione secunda collocatorum.* Ita fere BELIN. — *Translationis Cosmæ et Damiani.*

Translationis Joannis, etc. — LUXOVIEN. *Medio cœnobio, translatio sanctorum confessorum Joannis presbyteri et Benigni diaconi, discipulorum beati Hidulfi archiepiscopi.* Dies natalis est XXXI Julii.

EDITIO LUBECO-COL. *In terra Hus, depositio sancti Job prophetæ.* In Gordiano et Epimacho, item in Calepodio et sociis, ex Adone interpolata est, ubi tamen pro LXVIII, legit XLVIII. In Quarto et Quinto pura est. Subdit : *In territorio Bituricensi, sancti Paladii episcopi et confessoris.* Primus sit, an secundus, vide in Actis. *In pago Verastinensi, beati Martini confessoris.* Fallor si hic non notatur *Maturinus, in pago Vastiniensi,* de quo I et IX Novembris. *Item Romæ, sancti Januarii, pro Christo in exilium missi.* Vide Prætermissos. — *Paladii.* — *Martini, pro Maturini.* — *Januarii.*

BELIN. In fine subdit : *Item sanctæ Christinæ virginis et martyris. Item, translatio sanctorum martyrum Cosmæ et Damiani in Venetias, ad monasterium sancti Georgii majoris, anno Domini* MCLIV *Indictione secunda.* Vide Prætermissos. — *Christinæ.* — *De Cosma et Damiano.*

GREVEN. *Noe prophetæ. Romæ, sancti Januarii,* etc. De utroque in Prætermissis. *In territorio Bituricensi, sancti Palladii episcopi et confessoris.* De quo supra. *In pago Verastinensi, beati Martirini* (pro *Maturini*) *confessoris.* Vide etiam supra. *Apud Pontizaram, sancti Guillelmi presbyteri et confessoris, magnæ charitatis viri. In Hibernia, Congalli abbatis. Probate et Midaris confessorum.* Quænam isthæc sint nomina, nescio. *Translatio sancti Bavonis confessoris.* — *Noe.* — *Palladii.* — *Guillelmi.* — *Congalli.* — *Probatæ, etc.* — *Translationis Bavonis.*

MOLAN. De Christina, et translatione Cosmæ et Damiani, ut supra. Notatur hic annus MCLIII. *Eodem die, depositio venerabilis Bedæ presbyteri.* Vide Prætermissos. Tum typis minoribus : *Item Gemmulæ monasterio, beatæ memoriæ Beatricis Athestinæ, quæ annos nata* XX, *obiit anno Domini* MCCXXIX. *Cujus vitam eo tempore conscripsit Albertus Prior Montis vinearum.* In editionibus aliis textui inseruntur litteris Italicis, de Job : *In terra Hus, depositio.* De Gordiano et Simplicio nonnulla ex Adonis elogiis admixta sunt. In fine : *Item sanctæ Christinæ virginis et martyris, cujus corpus Panormi in Sicilia, magna veneratione atque concursu in majori templo conditum visitatur. In Sicilia, apud Leontinos, sanctorum Alphii, Philadelphii, et Cyrini fratrum martyrum, sub Licinio imperatore ac Tertullo præside.* De Palladio, ut supra. *Mediolani, translatio corporis beati Nazarii ad basilicam Apostolorum.* De Cosma et Damiano hic recte. Tum charactere minori : *Eodem die, depositio venerabilis Bedæ presbyteri. Gemmulæ, obiit Beatrix Athestina.* — *Bedæ.* — *Beatricis.* — *De Christina.* — *Alphii, etc.* — *Translationis Nazarii.*

V *Idus.* *Die* 11.

Romæ via Salaria, natalis beati Anthimi presbiteri, qui post virtutum et prædicationis insignia, in Tyberim præcipitatus et ab angelo exinde ereptus, oratorio restitutus est proprio, dehinc capite punitus, victor migravit ad cœlos. Viennæ, sancti Mamerti episcopi et confessoris, qui ob imminentem cladem, solemnes ante Ascensionem Domini Letanias instituit. — *Anthimi.* — *Mamerti.*

Textus sumitur ex *Herenien. Tornacen. Pulsan. Rosw. ed. Antverp-Maj. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Pulsanen. pro sua auctoritate interponit, via Saleria *veteri.* In Rosweyd. librarii, opinor, oscitantia, post *imminentem*, omisit substantivum *cladem.* Cetera ferme scriptoria sphalmata sunt. *Rhome, Antimi, Tiberim, celos, ac* pro *ad, Vihennæ, assentionem, sollempnes,* etc. Scripsi *Letanias,* quia sic legunt optimi codices, ut supra XXV Aprilis.

OBSERVATIO. *Anthimum* in Hieronymianis, in Romano parvo, in Adone, in Notkero invenies. In prioribus apographis, non eodem ubique modo annuntiatur : nam in Epternacensi agmen ducens, socios conjunctos habet, qui in Actis notati sunt. In aliis sub finem et solus ponitur : *Via Salaria, milliario vigesimo secundo,* quæ verba ab Adone et Notkero servata sunt. Romanum parvum distantiam illam reticuit, nec expressit Usuardus, qui tamen proprio marte Acta scrutatus, elogium texuit, quale in laterculo proposuimus. De præfatis Actis recte in commentario suo censuit Henschenius, nec ab ejus sententia multum recedit Tillemontius, dum de Lucinæ rebus agit tomo 4 a pag. 554. Difficultates, quæ hinc inde occurrunt, tales non videntur, ut facile dissolvi nequeant. — Utrum *Mamertus* ad codices Hieronymianos pertineat, dubitasse Florentinium, ostendit character Italicus, quo cum *Martino* aliquo, de quo in Auctariis sermo recurret, exprimitur. Henschenius plane asserit, ejus memoriam antiquissimis illis Fastis inscriptam, relatoque subinde Flori elogio, — *Anthimi.* — *Mamerti.*

putat

putat Usuardum, Adonem et alios laudatum Florum secutos, ut sæpe alibi supponit. Non assentior : neque enim adverti hactenus, Adonem Flori verba usquam præ oculis habuisse, licet nonnumquam ex Sanctorum Actis non dissimilia in texendis elogiis usurpent. Probabilissimum est, Adonis ipsius genuinam phrasim esse, quam in textu repræsentavimus; quamque ex ipso Noster ad apicem descripsit. Plura alia, quæ ab Adone in Chronico, de Mamerto tradita sunt, expendit Henschenius cetera, quæ ejus ætatem, gesta et scripta spectant, accurate in commentario discutiens. Cursim aliqua de Mamerto attingit Tillemontius tomo 15, vitam integram dare poterunt, qui prædicti Tillemontii operum editionem prosequuntur. Flori sensum versibus suis reddidisse videtur Wandelbertus :

Quinas eximio antistes splendore Mamertus
Insignit, solenne Deo qui ferre litamen
Jejunii instituit, ternis sub luce diei.

De Maiolo codicis Pratensis. In codice Pratensi perperam in fine subnectitur : *Eodem die, depositio domni Maioli abbatis.* Hanc vero annuntiationem Usuardinam non esse, sed a recentiori aliquo subnexam, ut ut ex codicibus omnibus pro textu citatis abunde liqueat, tam est aliunde certum, quam perspicuum est, Maiolum toto seculo Usuardo posteriorem esse ; atque adeo manifestum, simplicem et puram Usuardi sententiam a nobis in laterculo exhibitam.

AUCTARIA.

De Praten. *Maiolum abbatem* inserente, jam satis dictum est.

Maioli. Antverp. Max-Lubec. et Ughellian. Textui puro subjungunt : *Eodem die, S. Maioli abbatis.*

Munerat. In fine : *Item apud Silmancium* (Silviniacum) *depositio beati Maioli abbatis, magnificæ sanctitatis viri, cujus vita religionis studio et miraculis gloriosa mundo refulsit. Qui a cunabilis, cultibus litteralis peritiæ traditus, etiam fastibus archidiaconi ecclesiæ sublimatus, tractu divino repente mutatus, monachicam expetens vitam, monachorum pater, et multorum fundator cœnobiorum existens, tandem ætatis senio fessus, divinis operibus flagitatum Deo reddens spiritum, in pace quievit.* Alii de ipso brevius agunt. *(cujus elogium.)*

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic. et Editio Ultraj-Belg. *Gengulph.* *Apud Lingones, sancti Gengulphi martyris, longe lateque gloriosi miraculis. Eodem die, sancti* *Maioli.* *Maioli abbatis.* Cetera satis puri sunt.

Centulen. *Romæ via Salaria, sancti Antimi presbyteri et martyris. Viennæ, sancti Mamerti episcopi et confessoris. Cœnobio Silviniaco sancti* *Maioli* *Maioli Cluniacensis abbatis.*

Bruxellen. Sic incipit : *Per anticipationem,* *Pancratii.* *Romæ via Aurelia, milliario secundo, Pancratii martyris, qui cum esset annorum quatuordecim, sub Diocletiano martyrium capitis detruncatione complevit. Item Romæ via Salaria, milliario vigesimo secundo, natale beati Anthimi,* etc., satis pure. Sequitur : *Et Nartencias, seu apud Lingones, sancti* *Gengulfi.* *Gengulphi, egregii martyris, longe lateque gloriosi.* In Mamerto fere purus est. Tum : *Et sancti* *Mamertini.* *Mamertini.* Opinor *Martinum* indicari, qui ab aliquibus Mamerto conjungitur. Vide in Prætermissis. Tandem : *Maioli.* *Silviniaco, depositio sancti Maioli, Cluniacensis abbatis, quem beatus Adomarus loco sui abbatem constituerat.*

Hagenoyen. Textui satis puro, hæc superaddit : *Ravennæ, sancti Gangolfi martyris.* Ex uno, ni fallor, geminos facit, mutatis duabus litteris, errans in voce *Varennas*, quam alicubi invenerit. Sic prosequitur : *Item apud Lingones,* *De Gengulfo.* *passio sancti Gengulphi martyris, longe lateque miraculis gloriosi. Hic propter adulterium, uxorem dimisit, quam judicio Dei adulteram invenit, et Deo arctius servivit. Unde adulter clericus timens, nequando a Gengulpho occideretur, ut illius uxoris liberius uteretur, Gengulphum occidit, et martyrem fecit. Uxor vero miraculis ejus detraxit, et sibi maledictionem imprecata est, tali modo, quod Gengulphus miracula faceret, sicut anus ejus loqueretur. Unde cum sexta feria, cum ore aliquid loquebatur, anus ejus turpes sonos cunctis audientibus emittebat.* *Maioli.* *Eodem die, Silviaco monasterio, sancti Mayoli abbatis.* *Montani.* *Item Remis, sancti Montani monachi prius cæci, per lac Eyliniæ, matris sancti Benigni restituti.* Vide Prætermissos.

Montani. Aquicinct. In fine . *Item sancti Montani. Eodem die, transitus beati Maioli abbatis.*

Victorin. et codices Reg. Suecic. signati num. 130 et 428. *Maioli.* *In territorio Arvernis, cœnobio Silviniaco, depositio sancti Maioli Cluniacensis abbatis.*

Matric-Cartus-Ultraject. *Anthymi presbyteri et Sisinnii diaconi, cum sociis martyribus.* *Gengulfi.* *Gengulfi martyris in Burgundia. Maioli abbatis Cluniacensis. Mamertini* (Mamerti) *episcopi et confessoris, qui instituit Litanias ante Ascensionem Domini.* Alia vide in elogio Munerati.

Cistercien. qui fuit S. Benigni Divion. *Varennas, sancti Gengulfi martyris.*

Pamphili. Vatican. num. 5949. Adjicit : *Eodem die, sancti Pamphili episcopi.* Vide Prætermissos.

Palladii. Altemps. *Eodem die, sancti Palladii confessoris.* De quo pridie. *Langulphi.* *Item, sancti Langulphi confessoris.* An non *Gengulphi martyris? Item sancti* *Montani* *Montani. In Britannia majore, sancti Fres-* *Fresmundi.* *mundi regis et martyris.* In Actis vocatur *Fremundus.*

Florentin. *Item, transitus sancti Maioli abbatis, cujus vita præclara sanctis extitit meritis. Item Varennas, sancti Janigulphi martyris.*

Villebadis. Lugdunen. *Natale sancti Villebadis* aut *Willebadis martyris.* De quo cetera latent.

Burdigalen. *Eodem die, sancti Genulfi martyris.* Melius *Gengulfi*, vel ut alii, *Gengulphi.*

Bizunticen. *Lingonis, sancti Gengulphi egregii martyris.* Sic recte, ut supra.

Editio Lubeco-Col. Male legit : *Beati Ancimi episcopi presbyteri.* Post *cladem*, addit *luporum.* In fine : *Eodem die, sancti Maioli abbatis. Ipso die, beati Montani confessoris.*

Belin. Eadem prorsus habet, quæ ex Florentinis retulimus, et eodem modo scribit.

Demetrii, etc. Greven. *In Asia, sanctorum Demetriatici. Septimi.* Vide in Actis, *Demetrii, Attici*, etc. *Fremedi* *Fremedi regis Angliæ et martyris. Civitate Tergestina,* *Primi, etc.* *sanctorum Primi presbyteri, Marci diaconi, Jasonis et Celiani martyrum, tempore Adriani imperatoris. E quibus Primum et Marcum jussit Artasius præfectus fustibus cædi et subtus ventres eorum ignem*

accendi,

accendi, sulphurque solutum in eorum ora fundi. Cumque illæsi penitus mansissent, et ob hoc plurimi credidissent, foras civitatem ductos decollari mandavit. Jasonem vero et Celianum fustibus cædi donec deficerent. Acta hos referunt x Maii. *Metis, natale sanctorum Rufi et Agatymbri, episcoporum et confessorum.* De hoc hodie, de illo agitur VII Novembris. *Eodem die, sancti Maioli abbatis Cluniacensis, vita et miraculis præclari. Montani confessoris.* *Rufi, etc.* *Montani.*

MOLAN. De Maiolo MUNERATUM fere transcripsit, de Gengulfo, CISTERCIEN. Sequitur ex Rabano : *Et passio sancti Evellii, qui videns passionem sancti Torpetis martyris et mirabilia quæ fecit, credidit Christo ; qui antea consiliarius Neronis imperatoris fuit, qualiter Christiani martyrizarentur.* Hæc a Rabano contorta sunt, melius a Notkero reddita. *In Blandinio, dedicatio paradisi in honorem beati Andreæ Apostoli.* Vide XXX Novembris. In posterioribus editionibus, MUNERATI elogium contractum est. De Gengulfo et Evellio, ut supra. Item in Blandinio, etc. *Martianis, vigilia sanctæ Rictrudis.* Tum typis minoribus : *Eodem die, sancti Fremundi, qui quinto Kal. Aprilis elevatus est per Birinum, redeuntem a Pontifice cum litteris Apostolicis. Die undecima, Genethlia Constantinopolis.* Vide in Prætermissis. *Evellii.* *Vigiliæ S. Rictrudis.* *Fremundi.*

IV *Idus.* *Die* 12.

Romæ via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum Nerei et Achillei fratrum, qui primo apud insulam Pontiam longum duxerunt exilium, et postmodum a quodam judice verberibus gravissimis sunt attrectati, deinde cum equuleo et flammis compellerentur ad immolandum, et dicerent se a beato Petro Apostolo baptizatos, nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt. Item via Aurelia, sancti Pancratii martyris, qui cum esset annorum quatuordecim sub Diocletiano martyrium capitis detruncatione complevit. Eodem die, sancti Dyonisii, patrui ejusdem beati Pancratii, qui cum præmiis cœlestibus, carus et dignus Deo, in pace diem vitæ hujus clausit. Apud Cyprum, sancti patris nostri Epiphanii Salaminæ episcopi. *Nerei et Achillei.* *Pancratii.* *Dionysii.* *Epiphanii.*

Soli puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Munerat, Greven,* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Heriniensis seculum suum redolet, dum scribit *Ardiatina, Ponciam, Ydolis, Martiris, Dioclitiani, Karus.* Munerat. scribit, *insulam Pontum.* Item *verberibus sunt gravissimis.* Tum etiam *Ydolis, Pancratii, quattuordecim, Epyphanii.* In Greveni posteriore editione, quam sequimur, deest *idolis.* Idem Greven. et Molanus omittunt vocem *beati* post *ejusdem,* quæ in aliis codicibus diserte ponitur, et pro, *capitis detruncatione,* legunt, *obtruncatione.* Antverp-Maj. pejus legit, *qui cum esset annorum tresdecim, sub Diocletiano capitis detruncationem complevit.* Praten. habet *Dionisii;* Grevenus, *Dyonisii,* illum cum aliis sequimur in textu. Ejus encomium obscuriusculum est, nisi bene interpungatur. Obscurius reddidit, dum forte corrigere voluit Muneratus, sic legens : *Qui cum premiis celestibus, carus et dignus esset Deo,* etc. Servanda omnino est phrasis Adoniana, quemadmodum in textu ex probatioribus codicibus retulimus.

OBSERVATIO. Celebratissima hodie apud Latinos, tum in vetustis Kalendariis et Sacramentariis, tum apud omnes antiquos Martyrologos sanctorum Nerei et Achillei, seorsim fere a Domitilla, festivitas, de qua et Hieronymiana apographa, Beda et Rabanus diserte meminere, tacito utrobique sepulturæ loco. Romanum parvum expressius eum locum determinat : *In cæmeterio Prætextati,* ubi Noster et alii *viam Ardeatinam* appellant. Porro eam locorum discrepantiam, Notkero mediatore, compositam ait Florentinius, qui et hic et alibi melius ipsum Adonem nominaret, ex quo sua Notkerus et hoc die transcripsit et passim transcribere solitus est. Ceterum de ea sepulcri qualicumque controversia, consuli etiam potest commentarius ad Acta prævius : verbo dicam, utroque loco, varia de causa, sanctorum illorum festivitas celebrata est. Nihil interim manifestius, quam elogium in textu positum ex Adone esse decerptum. De Actis ipsis, unde et Adoniana et Usuardina accepta sunt, nihil est quod superaddam iis, quæ superius ad VII Maii dicta sunt. Wandelbertus sic Pancratium aliis immiscet ac si ad eadem tempora pertineret, cum tamen duobus omnino seculis posterior sit. Sic canit : *Nerei et Achillei.*

Virgo tuos colimus comites, Domicilla, quaternis
Nerea, Pancratium, cum quis et Achillea sanctum,
Primus Apostolico docuit tinxitque lavacro
Quos Petrus, egregia Romæ cum virgine junctos.

Pancratii nomen Hieronymianis et Romano parvo inscriptum, eo encomio a Beda et Rabano ornatur, quo hic in nostro laterculo ; atque ipsissima verba itidem in Adone et Notkero leguntur, sed aliis immixta. *Dionysius* Hieronymo et Bedæ ignotus, a Romano parvo, inde ab Adone ponitur, quem de more sequitur Noster, servata phrasi, in qua nonnullam claritatem desideres. *Pancratii* et *Dionysii* Acta sincera censuit Baronius, censuit et Henschenius, non dissimulans difficultates sub- *Pancratii et Dionysii.*

esse,

esse, quibus extricandis diligenter insudat. Easdem rursus ingerit Tillemontius tomo 5 a pag. 259 et 689, sed non video, paucos nævos tanti esse, ut Acta de cetero simplicia et gravia, repudiari merito possint. — Beda, et qui eum passim descripsit, Rabanus, legunt: *Sancti patris nostri Epiphanii episcopi Cypri;* Ado distinctius, iis nimirum plane verbis, quæ ad apicem Noster in suum laterculum transtulit, sic, ut nec in hac, nec in aliis annuntiationibus de textus Usuardini omnimoda simplicitate dubitari possit. Vitam Epiphanii, sub discipulorum nomine obtrusam, respuit Papebrochius, aliamque ex Historicis ecclesiasticis contextam substituit, quam conferre licet cum Gallica Tillemontii tomo 10 a pag. 484.

Epiphanii.

De Soteride Adonis.

Sequitur in Adone ex prædictis Pancratii et Dionysii Actis: *Sed et tunc temporis passa et virgo sacratissima Soteris, nomine et genere nobilis,* quam Notkerus posuit, Usuardus prætcriit, utrum, quod eam cum alia cognomine confuderit, an aliam ob causam, incertum est. Nec enim satis compertum, sitne ea *Sotheris*, quæ in Hieronymianis ponitur sociis comitata, quorum nomina in Actis enumerantur; an illa de qua diximus x Februarii, ut censent Ruinartius pag. 406, et Tillemontius tomo 5 a pag. 359.

AUCTARIA.

TORNACEN. Longius sanctorum Nerei et Achillei elogium contrahit, ea omittens, quæ sequuntur post *attrectari ;* cetera purissimus est.

PULSANEN. Principio purus et integer, post, *sancti Pancratii martyris*, omittit reliqua omnia.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et BELIN. Expungunt elogium Dionysii. Quod etiam faciunt ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In quibus desunt præterea de Epiphanio, hæ voces, *sancti patris nostri*. Ex quibus colligas, hos codices variarum Religionum fuisse, ubi appellatio illa, tamquam aliena, admissa non est. Convenit etiam cum posterioribus LOVANIENSIS alio tamen insuper vitio laborans, quod mutilum reddat sanctorum Nerei et Achillei elogium.

ROSWEYD. Nimium sapere voluisse videtur, dum phrasim Adonianam et Usuardinam de Dionysio ita corrigit: *Qui cum præmiis cælestibus dignus, et carus Domino fuisset*. In fine nihil habet de sancto Epiphanio.

Textus contractus.

Rictrudis.

CENTULEN. *Romæ in cymiterio Prætextati, sanctorum Nerei et Acheillei fratrum martyrum, qui fuerunt Eunuchi beatæ Flaviæ Domitillæ. Martianis, depositio beatissimæ Rictrudis comitissæ. Item Romæ via Aurelia, beati Pancratii martyris. Item, beati Dionysii patrui ipsius beati Pancratii. Apud Cyprum, sancti patris nostri Epiphanii, Salaminæ episcopi, fide et doctrina clarissimi.*

BRUXELLEN. Longam texit historiam de sanctis Nereo, Achilleo, Domitilla et sociis Eutiche, Victorino et Macrone. Purius ea in fonte lector inveniet. De Pancratio, per anticipationem, egit pridie. In Dionysio et Epiphanio ferme purus est. Additur in margine manu recentiori: *Depositio sancti Modoaldi archiepiscopi Treverensis, qui fuit avunculus beatæ Gertrudis*. Vide progeniem ejus in Actis a pag. 52.

Modoaldi.

HAGENOYEN. In prima annuntiatione modice interpolatus, plura de Pancratio comminiscitur, melius in Actis ipsis legenda. In Dionysio et Epiphanio fere purus est. *Apud Salaminam civitatem Cypri, depositio sancti patris nostri Epiphanii Alexandrini episcopi*, etc. Ubi et alia æque exacta; inter cetera, de mutuo Epiphanii et Chrysostomi vaticinio.

AQUICINCT. Post *clausit*, addit: *Marcianis, depositio sanctæ Rictrudis.*

Rictrudis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Nerei, Achillei et Pancratii martyrum. Item, Dionysii, patrui ejus. Epiphanii episcopi Salaminæ, cujus meminit beatus Hieronymus.* In margine, eadem manu appositum: *Pancratii martyris ossa requiescunt in ecclesia sancti Salvatoris Trajectensis.*

De Pancratii ossibus.

DAVERONEN. *Turonis, exceptio reliquiarum sancti Mauricii martyris. Item, depositio sancti Martini in proprio sepulcro, cum aliis episcopis, Brictio, Eustachio atque Gregorio, Martinopolim.* De singulis ad proprios dies erit agendum. De Mauricio vide Prætermissos, item de Martino.

Exceptionis Mauricii.

De Martino, etc.

REG. SUEC. signatus num. 428. *Ipso die, commemoratio beati Hippolyti martyris, quando ejus piissimo corpore translato, cessavit vastæ mortalitatis tempestas.* Vide Prætermissos et diem XIII Augusti.

Hippolyti.

In VATICAN. signato num. 5949. Deest Dionysius. Sæpius defectu, quam excessu laborat.

STROZZ. *Item sanctæ Sotheris virginis, quæ sub Diocletiano imperatore passa est.* Ex Adone.

Sotheridis.

ABDINGHOFFEN. *Item Romæ via Aurelia, sancti Pancratii martyris, anno ætatis suæ quarto decimo, sub Diocletiano detruncatione capitis consummati. Eodem die, sancti Dionysii, patrui ejusdem sancti Pancratii, digne Deo in pace quiescentis.* Patet, Usuardi vel Adonis phrasim hic ab aliquo lævigatam; sed hic codex rarius recurrit.

EDITIO LUBECO-COL. Multa narrat de ordinatione sancti Severini Coloniensis archiepiscopi, de qua in Actis agendum erit ad XXIII Octobris. Vide GREVENUM infra. Sequitur longa alia historia de sanctis Nereo, Achilleo, etc. Pancratii elogium etiam interpolatum est; Dionysii, prætermissum. In fine: *Treveris, sancti Modowaldi episcopi et confessoris. Apud Cyprum, sancti Epiphanii, Salaminæ episcopi et confessoris.*

Ordinatio Severini.

Modoaldi.

GREVEN. *Eodem die, sanctorum martyrum Joannis, Achillis, Affroditi cum aliis* DV. *Item, sanctorum Quiriaci et Maximi.* Solita confusio vel distinctio. Vide totam classem in Actis. *Treveris, depositio sancti Modowaldi episcopi et confessoris. Apud Coloniam Agrippinam, ordinatio beati Severini, ejusdem urbis episcopi et confessoris. Hic cum esset Senonum episcopus et Synodo sanctorum Patrum, propter blasphemum Eufratam episcopum, apud Coloniam congregatorum interesset; illo deposito omnium unanimi consensu ad regimen præfatæ ecclesiæ assumitur, præsentibus sanctis Patribus Maximino Treverorum et Servatio Tungrorum episcopis. In Anderlech Brabantiæ sancti Guidonis confessoris.* Colitur is XII Septembris. *Marcionis monasterio, sanctæ Rictrudis virginis.* Potius *viduæ*. Sermo est de monasterio Marchianensi.

Joannis et soc.

Quiriaci et Maximi.

Modoaldi.

De ordinatione Severini.

Guidonis.

Rictrudis.

MOLAN. De Pancratio, sed litteris Italicis, textui ex Adone adjicit: *Cujus reverendum corpus*

Octavilla,

Modoaldi. Rictrudis. De Philippo Agyrensi.

Octavilla, etc. In fine : *Ipso die Treberis, sancti Modouualdi episcopi et confessoris. Ipso die, sanctæ Rictrudis, in Martianis.* Dein typis minoribus : *Eodem die Agyræ, divi Philippi, qui a divo Petro Apostolorum principe, ad Christi Evangelium Siculis concionandum missus, magna Siciliæ parte Christi sacris initiata, apud Agyrenæos tandem obiit; ubi templum habet miraculorum frequentia celeberrimum, et confluxu hominum adeo notum, ut vel ipsi urbi ex eo divi Philippi nomen vulgo inoleverit.* In posterioribus editionibus sic habet : *In Hispaniis, S. Dominici Calciatensis, confessoris, miræ sanctitatis. Eodem die, Argyræ in Sicilia, sancti Philippi presbyteri, cujus in dæmoniis effugandis virtus, crebris apparet signis. Ipso die, Treveris, sancti Modoaldi episcopi et confessoris. Marcianis, depositio sanctæ Rictrudis.* Demum minori charactere : *Suessionis, translatio beati Hippolyti martyris, quando ejus piissimo corpore deportato, cessavit vastæ tempestas mortalitatis.* Jam supra in codice Reg. Suec. signato num. 428, diximus de eo Hippolyto agi, qui colitur xiii Augusti.

Dominici. Translationis Hippolyti.

III *Idus.* *Die* 13.

S. Mariæ et martyres. Mutii. Servatii.

Natalis sanctæ Mariæ ad martyres, quando beatus Bonifacius Papa ecclesiam in honore semper virginis Mariæ et omnium martyrum dedicavit. Item, beati Mucii presbiteri et martyris, qui primo in Amfibuli urbe, multis pœnis atque cruciatibus in confessione Christi affectus, postea Byzantium usque perductus, capitali sententia occubuit. Ipso die, sancti Servatii Tungrensis ecclesiæ episcopi et confessoris, ob cujus meritum hominibus demonstrandum, cum tempore hiemis omnia in circuitu nix repleret, numquam sepulchrum ejus operuit, donec industria civium, basilica super ipsum ædificata est.

Puri codices sunt *Praten. Tornacen. Antverp-Maj. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Antverpien. et codices mediæ notæ omnes legunt, *in honore sanctæ semper Virginis.* Molan. correxit *in honorem.* Reliqui in textu *Amfibuli*, ut scribit Praten. pro quo Herinien. et Grevenus ponunt *Amphibuli*, quod eodem recidit et medium ævum sapit. Melius alii *Amphipoli*; sed pessime Muneratus *Manifibuli*, omittens, *in*, et pro *Mucii* scribens *Munitii.* Sic pro *Tungrensis*, habet *Trugiensis*, quæ si vitio typographi tribuas, per me licet. Sunt qui scribant *Thungrensis*, *Servacii*, *Servasii*, *hyemis*, etc. Quæritur an Usuardus legerit, *omnibus demonstrandum*, an *hominibus* ? Posteriori modo scribit solus Heriniensis, cum Tornacensi, qui purus non est ; et sic ego tenendum puto ex Adone, Notkero et ipsa, ni fallor, rei natura. *Ad* demonstrandum in Max-Lubec. redundat, uti *magnifice* ædificata, in Munerato.

OBSERVATIO. *Panthei Agrippæ* in basilicam Christianam conversi vestigia in Hieronymianis se reperisse ferme putaverat Florentinius, sed conjecturam ipse suam plane repudiat. Primus itaque, *Dedicationem sanctæ Mariæ ad martyres*, iis verbis consignasse reperitur Beda ; Rom. parvum paulo clarius : *Sanctæ Mariæ ad martyres dedicationis dies agitur, a Bonifacio Papa statutus.* Alias circumstantias enumerat Ado eumque secutus Notkerus, paululum de suo superadjiciens. Noster solens suo more fecit, dum rei substantiam satis eleganter contraxit. — *Servatii episcopi* memoriam recolunt citati Beda et auctor Romani parvi, atque item Rabanus. Inter Hieronymiana apographa, Corbeiense eum Sanctum clare notat, *Trajecto, porto in Gallia.* Wandelbertus de eo solum hunc habet versiculum :

S. Mariæ ad martyres. Servatii.

Servatium ternis venerantur in Idibus almum.

Historiam fusius prosecutus est Ado et qui eum rursus transcripsit, Notkerus. Textus noster ex Adone ad verbum acceptus est, præterita dumtaxat causa, quæ Servatium impulit Tungris Trajectum commigrare. Non facile probaverim, quæ in elogio Flori asseruntur, nec item, quæ Rabanus commemorat, a Notkero præterita. Sancti hujus progeniem et res gestas pluribus fabulis involutas esse, nemo, qui vitam legerit, ignorat ; sed ad eas hic non attendimus. Egregie de Servatio meritus est Henschenius, cujus commentarium et Tractatum de episcopis Tungrensibus, et Trajectensibus consulat curiosus lector. Pauciora habet Tillemontius tomo 8 a pag. 382. Atque in prioribus hisce duobus annuntiationibus conveniunt antiqui omnes. — *Mutii* vero ante Usuardum nullus in serie nostra meminit, nec satis obvium est conjicere, unde eum pro hac die sumpserit, utpote qui a Græcis v Idus, seu xi Maii referatur, non vi Idus, ut male posuit Baronius. In ea incertudine, nihil occurrit verosimilius, quam quod in commentario suo xi Maii, num. 5 litt. F censuit Henschenius, nempe, in codice vetusto reginæ Sueciæ, signato num. 569, qui fuit cœnobii sancti Dionysii, probabiliter olim reperisse Usuardum Acta, ex quibus *Mutium*, alias *Mocium*, hac die consignavit. Atque hoc magis placet, quam si dicatur Usuardus sua ex Floro accepisse, cujus ecgraphum unicum, nescio an satis probum, *Mutium* memorat, sed phrasi a nostra diversissima, ut vel ex sola utriusque textus collatione probetur, quod alias dixi, inter Florum et Usuardum nullam prorsus affinitatem intercedere. Undecumque autem habuerit, certum est, *Mutium* Usuardinum esse, ut sunt reliqua omnia in laterculo expressa.

Mutii.

pressa. Hic, præter morem, Grecis se accommodavit Henschenius, *Mutii* Acta, ut jam dicebam, illustrans XI Maii, tametsi hunc XIII diem servet Martyrologium Romanum. Nonnulla reperit Tillemontius, quæ in Mutii Actis, tametsi gravi et simplici stylo scriptis, carperet tomo 5, pagina 640; verum leviores istiusmodi maculæ, veritatis solem, qui in ipsis relucet, utcumque, obfuscent, certe obscurare omnino non possunt.

AUCTARIA.

TORNACEN. In eodem luto hæsitat; hodie totum Mutii elogium expunxit.

PULSANEN. In prima annuntiatione mutilus, in Mutio satis purus est; Servatium plane omisit.

ROSWEYD. Sic incipit : *Natale sanctæ Mariæ ad martyres, quando beatus Bonifacius Papa, de fano,* *De Pantheo.* *quod Pantheon ante vocabatur, ecclesiam in honore sanctæ virginis Mariæ et omnium martyrum Christi dedicavit.*

BELIN. Paulo aliter : *Dedicatio ecclesiæ beatæ Mariæ ac omnium Sanctorum martyrum Christi, quam beatus Bonifacius Papa dedicavit in honore ejusdem virginis gloriosæ matris sive supradictorum martyrum.* Plura dicentur ad I Novembris.

CENTULEN. *Natale sanctæ Mariæ ad martyres. Civitate Trajecto, sancti Servatii Tungrensis episcopi et confessoris. Autisiodoro, sancti Marcelliani* *Marcelliani* *episcopi fide clarissimi.* Vide Henschenii de illo commentarium.

BRUXELLEN. A Servatio incipiens, sic narrat : *De Servatio.* *Sancti Servatii Ecclesiæ Tungrensis gloriosi episcopi et confessoris. Hic Armeniæ alumpnus, Christo secundum carnem jure sanguinis attinens, miraculose fit episcopus, porrecto sibi ab altari per angelum baculo pastorali, quem ante annos septem Valentinius ejusdem loci episcopus, moriens cuiquam dari prohibuit, donec angelus de cœlis dator accederet. Dumque Servatius episcopus una et eadem lingua naturali uniformiter Christum prædicaret, cunctis audientibus, genitivæ linguæ intellectus profluxit, cum tamen inverecunde uteretur interprete in negotio seculari. Hic excidium Gallis per Hunnos imminere longe ante in spiritu prævidit. Unde Romam profectus accepta a beato Petro argentea clave, cum Galliæ et specialiter Tungris subversionem inevitabilem fore prophetice didicisset, in redeundo ab hostibus, miraculo aquilæ se obumbrantis liberatus, relicta Tungri, ad Trajectum sedem transtulit episcopalem, ibique defunctus, et serico per angelum allato coopertus, in medio publici aggeris est sepultus. Ob cujus meritum,* etc. In dedicatione sanctæ Mariæ, fere ex Adone interpolatus est. In Mutio satis purus.

HAGENOYEN. Incipit : *Romæ* (*novæ* opinor,) *beati Mucii*, etc. Sequitur Servatius, de quo jam satis diximus. In dedicatione, fere purus est. *Metronis* Tum subdit : *Item Veronæ, sancti Metronis inclusi.* Est *Meiro*, de quo in Actis VIII Maii.

VICTORIN. Ponit *Mucii episcopi*, loco *presbyteri*.

De Servatii corpore. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Servatii episcopi et confessoris. Hujus corpus fertur esse apud fratres nostros in Confluentia : contrarium tamen dicunt Leodienses et Trajectenses, circa eumdem locum.*

CLUNIACEN. et CODEX D. DU CHEVAL. Signatus *Grati* C. *Eodem die, translatio sancti Grati episcopi et confessoris, a civitate Cabilonis.* Vita dabitur, die quo colitur, VIII Octobris.

Onesimi. REG. SUEC. num. 428. *Eodem die, sancti Onesimi confessoris.* Forte ex Rabano acceptus est.

In VATICAN. sign. num. 5949. Deest *Mutii.*

STROZZIAN. *Dedicatio sanctæ Mariæ ad martyres... quæ nunc dicitur sancta Maria rotunda. Consecrata fuit anno* DXCV, (melius annum tacuisset.) *Victoris* *Volaterris, sancti Victoris militis et martyris.* Vide quæ dicuntur in Prætermissis. Sequitur, etiam in aliis FLORENTINIS : *Apud Tusciam, civitate* *Hilarii* *Romaniæ sancti Hilarii monachi et confessoris, patris, eremitæ.* Est haud dubie *Hilarus Galeatensis*, de quo in Prætermissis.

CAUDIACEN. *Translatio beati Grati confessoris* *Translationis S. Grati.* *Acquæ, a civitate Cabillonis.*

EDITIO LUBECO-COL. In prima annuntiatione satis pura est. Sequitur : *In Trajecto superiori,* *De Servatio* *Leodiensis diocesis, sancti Servatii Tongrensis episcopi et confessoris. Hic propinquus Salvatoris esse fertur secundum carnem, ex patre suo Emino. Hic tantæ abstinentiæ erat adhuc infans, ut in die, vix altera vice mamillas matris sugeret. Adultus vero Hierosolymis sacerdos est ordinatus, et per ammonitionem angeli ad Tongrensem ecclesiam regendam missus, ubi honorifice ab universo clero et populo susceptus. Hic solitus erat quotidie Missam celebrare, et sacra refectione contentus, nullum fere alterius cibi requirebat gustum,* etc. In Mutio pura est. *Treveris, translatio beati Paulini ejusdem urbis episcopi* *Translationis Paulini* *et martyris.* Colitur XXXI Augusti. *Autisiodoro,* *Marcelliani* *sancti Marcelliani episcopi et confessoris. Apud Lin-* *Gengulfi.* *gonas, sancti Gengulphi martyris, longe lateque miraculis gloriosi.* De eo satis sæpe dictum est supra, die XI hujus.

GREVEN. *In Burgundia, sancti Gangulphi mar-* *De Gengulfo* *tyris. Qui claris ortus natalibus, pietatis actibus totus intentus, magna fide fontem, quem in aliena terra emerat, in suo prædio scaturire fecit. Tandem a clerico, qui cum uxore ejus fornicari consueverat, letaliter percussus occubuit, miraculis coruscans, anno Domini* DCLXVII. *Item, sanctorum Gagi, Luce,* *Gagi, etc.* *Agrippe et Sabine.* Ex Hieronymianis. *In Hibernia, Karthagii episcopi.* Remittitur ad XIV hujus. *Karthagii* De Marcelliano et Paulino, ut supra. *Monasterio Sybergensi, translatio sancti Innocentii et capitis* *Translationis Innocentii, etc.* *sancti Vitalis martyrum, ex legione Thebæorum.* Vide Prætermissos. *Hilari abbatis et confessoris.* *De Hilario* *Hic cum esset annorum* XIII, *legeretque epistolas B. Pauli, divino fidei calore succensus, angelo ductore, ab urbe Roma exiens, in locum solitarium pervenit. Ubi in magna sanctitate vivens, discipulosque multos coadunans, miraculis inclytus, quievit in pace tempore Theodorici regis Longobardorum. Item, Rolendæ* *Rolendæ* *virginis, quæ invocari solet contra iliacam passionem et calculum.* De Hilaro vel Hilario diximus in FLORENTINIS.

MOLAN. In textu litteris italicis restituit ex Adone, quæ Usuardus prætermiserat. Post *ædificata est*, subdit : *A successore suo sancto Manulpho episcopo. Depositio sancti Onesimi episcopi et* *De Onesimo.* *confessoris, qui in suis membris longum pertulit martyrium sine ferro, ut quod non contulerat sanguinis effusio, conferret, etiam in attritione flagelli, prolixa membrorum vexatio. Satis namque martyrii tormentum sustinuit, qui pallidam faciem trahens præ nimiis jejuniis, fluxum luxuriæ in corpore suo*

præ

edomare potuit, nec mens suo devota auctori vacavit ab assiduitate orationis. Sic itaque evoluto tempore cursus sui, correptus dolore mortis, Christo spiritum reddidit, efflagitatum operibus divinitatis. Ad ejus vero tumulum venientes ægri, optata conferunt remedia suæ sanitatis. Ipse igitur illa divinæ majestatis fruitur præsentia in cælesti curia, in qua, utraque Cherubin scilicet et Seraphin incessanter Sanctus, Sanctus, Sanctus et quod sequitur proclamant. Scriptum in gestis ejus. Tum typis minoribus : *Rolendæ virginis, quæ invocari solet contra iliacam passionem et calculum. Cujus corpus requiescit Gerpiniæ, diæcesi Namurcensi.* Vide hic Henschenium scite exponentem, quæ Gerpinienses nimia admirabilitate amplificant. Hactenus prima editio. In posterioribus eadem habet de Servatio. Sequitur : *Gerpiniæ, sanctæ Rolendæ virginis, quæ invocari solet contra*, etc. *Duaci, ex Suessione, depositio sancti Onesimi episcopi et confessoris, qui in suis membris longum pertulit martyrium sine ferro. Ad ejus vero tumulum venientes ægri, optata conferunt remedia suæ sanitatis. Ipse igitur illa*, etc. *Die decima tertia sanctæ martyris Glyceriæ.* Tum minori charactere : *Laodicii, apud Trajanopolim. Item sancti Alexandri martyris, sub Maximiano imperatore. Et Joannis episcopi, postea silentiarii in Laura. Quibusdam hodie Gengulphi martyris, qui positus est die undecima hujus.*

Rolendæ. *De Onesimo.* *Glyceriæ.* *Laodicii,* *Alexandri.* *Joannis episcopi.* *Gengulfi.*

Pridie Idus. *Die* 14.

In Gallia civitate Cimela, natalis Pontii martyris, cujus prædicatione et industria, postquam conversi sunt duo Philippi imperatores ad fidem Christi, ipse quoque sub Valeriano et Galieno principibus, martyrii palmam adeptus est. In Syria, sanctorum martyrum Victoris et Coronæ, sub Antonino imperatore, quæ Corona cum esset uxor cujusdam, et cœpisset beatificare sanctum Victorem, ob martyrii constantiam, vidit duas coronas de cœlo lapsas, unam Victori, et alteram sibi missam. Cumque et hoc cunctis audientibus protestaretur, ipsa quidem inter arbores scissa, Victor vero decollatus est. Eodem die, sancti patris nostri Pachomii, qui cum esset factis Apostolicæ gratiæ insignis, fundatorque Ægypti cœnobiorum, scripsit monachorum regulas, quos angelo dictante didicerat.

Pontii. *Victoris et Coronæ.* *Pachomii.*

Ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverpien.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan.* Quibus adde : *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien.* et *Editionem Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Lego *Cimela* vel, si mavis, *Cymela*, ut habent Praten. Herinien. Antverp-Maj. et Greven. forte melius alii *Cimella.* Rursus cum iisdem codicibus, post *cujusdam*, omisi vocem *militis*, tametsi ea ex Beda et Adone videatur restituenda. Jam dixi, nos malle cum antiquioribus codicibus errare, quam quidquam corrigere. Antverp-Maj. male posuit *protestatur* pro *protestaretur;* sic etiam errant Antverp. et Max-Lubec. dum ponunt *quoque*, pro *vero*. Rursus Max-Lubec. sensum variat, scribens : *Qui cum esset gratia Apostolica insignis*, quod quidem clarius est, quam ponant Antverp-Max. Ultraject. etc. : *Qui cum esset factus Apostolicæ gratiæ insignis*, etc. Iidem legunt, *sancti Pachomii abbatis.* At Antverp-Maj. in fine posuit : *Scripsit monachorum regulam, quam angelo dictante didicerat.* Greven. et Molan. habent *ab angelo.* Reliqua, minutiæ sunt.

OBSERVATIO. Qui primo loco in textu ponitur *Pontius*, Romanus genere, martyr *Cimeliensis* vel *Cimelliensis* (Castellanus legeret *Cemenelensis*, a Gallico *Cimiez.)* Is, inquam, *Pontius* ignotus est Martyrologis omnibus Nostro vestustioribus vel coætaneis, ut verosimillime hic iterum statuendum sit, illum ex Actis quibusdam ab Usuardo inventis, qualia subinde edita sunt, desumptum fuisse. Videat curiosus lector Henschenii de hoc Sancto commentarium et vitam ipsam ibi suo loco illustratam, quæ profecto magnis difficultatibus implexa est, ut agnovere Baronius ad annum CCXLVI num. 9, et Petavius de Doctr. temp. lib. II cap. 25, et plures agglomerat Tillemontius tomo 5 a pag. 588, adeo ut fere fatendum sit, tam enormiter farta et interpolata fuisse Acta illa, ut vix substare possint nisi pro magna sui parte castigentur, quidquid scriptor Valerius testetur, *se oculis vidisse et auribus hausisse* quæcumque narrat ; quod ipsum a nonnullis impostoribus subinde factum novimus. Mitius est Henschenii judicium, qui nonnulla hic per auxesim dicta concedens, cetera non incongrue salvari posse existimat. — *Victor et Corona* in Hieronymianis et Romano parvo breviter celebrantur, sed insigni encomio a Beda exornati sunt. Hic vero cum Adone, toto textu ita convenit, nempe et in his duobus martyribus et in Pachomio, ut non videatur dubium esse, quin iste ab illo sua omnia acceperit. Neque dixeris Adonis textum, Bedæ fortasse suppositum : etenim Rabanus perpetuus Bedæ descriptor, cui cum Adone nihil commune est, ipsissima verba retulit ; Notkerus haud dubie ex Viennensi transcripsit, in quo mirum, toties hallucinari Florentinium. Porro illustrissimorum pugilum elogium, a nobis in laterculo recensitum, si non iisdem ipsis Bedæ aut Adonis verbis expressum, saltem ex eorum sententia eleganter contractum est. In Actis *Victoris* et *Coronæ* non desunt, quæ criticos exerceant ; nec illud satis certum, quot paria fuerint synonymorum Sanctorum, de quibus jam supra non semel actum est. Nonnulla explanat Henschenius, etiam quoad locum martyrii.

Pontii. *Victoris et Coronæ.*

Nobis

Nobis plura aut clariora non suppetunt. Vide quæ observat Tillemontius tomo 2 pag. 624. Wandelbertus Bedam haud dubie sequitur :

Pachomius pridie, Victorque simulque Corona
Splendent : hic eremita potens, illique coronis
Martyriique Deum socia virtute secuti.

Pachomii. Quæ autem de *Pachomio* in textu dicuntur, omnia ex laudatis Beda aut Adone mutuata sunt, omissis dumtaxat, post, *angelo dictante didicerat*, postremis hisce verbis, *simul et de tempore Paschali*. Utrum postrema hæc non intellexerit Usuardus, an suspecta habuerit, incertum est. De cetero tot codicum consonantia, indubitatam reddit genuinam Usuardi lectionem. Pachomii vitam Græce et Latine edidit ac diligentissime recensuit Papebrochius, ab eruditis recentioribus merito laudatus. Quantum ejus studio et labore usus sit Tillemontius, patet ex tomo 7 a pag. 167.

AUCTARIA.

TORNACEN. In solo Pachomio purus est. Pontius caret elogio. In Victore et Corona, etiam valde mutilus, nam desunt omnia post *imperatore*.

PULSAN. Incipita Bonifacio, ut plerique codices infra. Tum de Pachomio, pure. Desunt reliqua.

ROSWEYD. Post sanctum Victorem interpolatus est hoc modo : *Visa ejus, cum vivus excoriaretur, ac deinde capite truncaretur, constantia.* Dein post, *protestaretur : Ipsa quoque apprehensa, et flexis arboribus pedes alligata*, etc. *De Victore et Corona*

MUNERAT. In fine : *Ipso die, ordinatio sancti Eligii episcopi.* Vide Prætermissos. Colitur I Decembris ad quem diem omnia referentur. *Ordinationis Eligii.*

ALBERGEN et DANIC. Textui puro præfigunt : *Romæ, passio sancti Bonifacii martyris, sub Diocletiano et Maximiano, apud Tarsum civitatem passi, sed Romæ in via quæ est Latina sepulti. Hic cum diu in stupro misceretur, tandem divino nutu compunctus, non solum, cui subjacebat, vitium deseruit, verum quoque per diversa tormenta ad palmam martyrii ardenter cucurrit.* Agunt de Bonifacio Ado et Usuardus Nonis Junii. *Bonifacii.*

CENTULEN. *In civitate Cymela, sancti Pontii martyris, cujus prædicatione et industria duo Romani imperatores, fidem Domini Salvatoris acceperunt; id est Philippus pater et Philippus filius. In Siria, passio sanctorum Victoris et Coronæ, sub Antonino imperatore. Eodem die, natale sancti patris nostri Pachomii abbatis, qui cum*, etc., pure, nisi quod addat : *simulque de tempore Paschali. Apud Tharsum, passio sancti Bonifacii martyris, cujus celebrior dies agitur Nonis Junii, quando corpus ejus... sepultum est.* Manu et atramento recentiore suppleta vacuitas, *Romæ*. *Textus contractus. Bonifacii.*

BRUXELLEN. Incipit a Victore et Corona. Sequitur de Pontio, in quibus ad puritatem proxime accedit. Tum : *Romæ, sancti Bonifacii martyris, sub Diocletiano et Maximiano, apud Tarsum civitatem passi, sed Romæ in via Latina sepulti. Et sanctorum* CCCCIV *martyrum.* Vide de his Prætermissos. *Eodem die, sancti patris Pachomii abbatis*, etc. Ubi sub finem verba Bedæ vel Adonis supra citata restituit, additque præterea : *Et post hæc cum ipse vitæ suæ centum et decem annos complesset, in pace quievit.* *Mart 404. De Pachomio*

HAGENOYEN. In Pontio satis purus, in Victore et Corona, non nihil interpolatus est. In Pachomio, recte.

AQUICINCT. Sic in fine adjicit : *Terminos etiam Paschales, ut traditur, angelo docente conscripsit.* Dein calamo recentiori : *Apud Tarsum Ciliciæ urbem, passio sancti Bonifacii martyris.* *Bonifacii.*

VICTORIN. In fine : *In Benevento, sancti Constantii episcopi.* *Constantii.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Pontii martyris inclyti. Victoris et Coronæ martyrum. Pachomii abbatis.* Textus, de more, plane contractus.

REG. SUEC. signatus num. 428. *Ipso die, ordinatio sancti Eligii episcopi et confessoris.* Et CODICE signato 130. *Apud Tarsum civitatem, passio sancti Bonifacii martyris*, etc. *In Benevento, sancti Constantii episcopi.* *Ordinationis Eligii. Constantii*

VATICAN. signatus num. 5949. De Pontio, nihil. Adjicitur primo loco : *Benev. natale sancti Bonifacii martyris in S. Sophia, qui apud Tharsum quidem passus est, sed Romæ via Latina sepultus.* In fine : *Mediolani, sanctorum* CCCIV *martyrum.* De quibus supra, alio numero. *Beneventi, sancti Constantii episcopi.* *De Bonifacio. Mart. 304*

ALTEMPS. *Fontanellæ monasterio, sancti Fremberti* (Eremberti) *Tolosanæ civitatis episcopi et confessoris.* Brevis ejus vita illustrata est. *Eremberti*

FLORENTIN. *Ordinatio episcoporum Augdeoni* (Audoeni) *et Eligii. Depositio sancti Theodori Papæ.* Vide in indice Prætermissorum. STROZZIAN. solus : *Apud Aquilegiam, sanctorum martyrum, Felicis et Fortunati fratrum.* In Prætermissis remittuntur ad XI Junii. *Theodori P.P. Felicis et Fortunati*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Bonifacio, de quo multa producit, in Adone Nonis Junii, et hodie in Actis certius legenda. De Pontio et Pachomio satis pure. In Victore et Corona, modice interpolata est. In fine : *Eodem die, beati Halnardi martyris.* Vide *Harwaldi*. *Harwaldi.*

BELIN. De Pachomio solum habet : *Eodem die, sancti Pachomii abbatis.* De Bonifacio, eadem quæ ALBERGEN. et DANIC. *Apud Aquilegiam*, etc. De Felice et Fortunato, ut STROZZ. supra.

GREVEN. *Tarso Ciliciæ, passio sancti Bonifacii martyris. Qui cum esset procurator nobilissimæ matronæ Romanæ nomine Aglahes (quæ præfecturam urbis agens, sub se habebat* LXXIII *procuratores, quorum omnium Bonifacius principalior erat) diuque cum ea in fœtore luxuriæ volutaretur, tandem divino nutu eis compunctis, dum communi consilio Bonifacius ad requirenda martyrum corpora mittitur, ipse quoque ad martyrii gloriam pervenit. Quod Aglahes, angelo indicante cognoscens, abrenunciavit seculo, atque tantam a Deo gratiam percepit, ut in ejus nomine virtutum signis claresceret. Horum tamen festivitas Nonis Junii celebrior habetur, quando Romæ sanctus Bonifacius est sepultus.* Similia ferme sunt illis, quæ habet EDITIO LUBECO-COL. Sed hæc in fonte melius legentur. *Item sanctorum Victoris, Secundini, Quarti, Ciriaci, Isidori.* Nomina ex Hieronym. confusa; vide Prætermissos. *Halphardi martyris. Civitate Muthonis, sancti Barbari martyris. Quem Julianus imperator suspendi fecit, ventremque ejus gladio radi, donec interiora diffluerent.* *De Bonifacio et Aglae. Victoris et soc. Halphardi. Barbari.*

diffluerent. Curatum deinde ab angelo, jussit rotæ alligatum circumduci, igne supposito oleoque superfuso. Sed cum nec sic læderetur, extensis nervis taurinis cæditur : deinde camino ignis et bove æneo superatis, capitis obtruncatione martyrium complevit. Item secundum catalogum Sanctorum, hic passio est Felicis et Fortunati, qui infra III *Idus Junii ponuntur. Bonifacii episcopi Ferentinæ civitatis. Qui, ut refert Gregorius,* I *Dial., a puero vita et miraculis insigniter fulsit. Egressus namque hospitium, nonnumquam nudus revertebatur, quia mox ut nudum aliquem invenisset, se expolians, illum vestiebat. Cum triticum omne, quod habebat mater paupercula, egenis erogasset, et ob hoc matrem vidisset afflictam, oratione fusa impetravit, ut amplius esset quam ante fuerat. Factus tandem episcopus, plenus operibus bonis quievit in pace. Orientis episcopi et confessoris. Pachomii alterius, monachi et confessoris. Item Theodori abbatis, qui sancto Pachomio in regimine successit, vita et miraculis clarus. In Hibernia, Maldod confessoris. Orosiensis monachi, collegæ beatorum Pachomii et Theodori abbatum : viri morum perfectione conspicui. Stephanæ virginis et martyris.* De his postremis, Theodoro excepto, vide elenchum Prætermissorum.

Felicis et Fortunati. *Bonifacii episcopi cum elogio.* *Orientis.* *Pachomii alterius.* *Theodori* *Maldod.* *Orosiensis.* *Stephanæ.*

Molan. De Bonifacio eadem habet, quæ Alberg. et Danic. De Felice et Fortunato, ut Strozzian. et Belinus. In Bonifacio Ferentino, Grevenum descripsit, typis tamen minoribus. Sic prima editio. Posteriores vero editiones textum mutarunt præfigendo : *passio sancti Bonifacii*, etc., ex Usuardo Nonis Junii. In fine solum est : *Mediolani, translatio sancti Victoris.* Dubitari potest an sit ex classe Greveniana, *Victoris, Secundini, Quarti,* et aliorum, de quibus paulo superius egimus. *Translatio Victoris*

Idibus. *Die* 15.

Natalis sanctorum confessorum Torquati, Tesifontis, Secundi, Indalecii, Cecilii, Esicii, Eufrasii, qui Romæ a sanctis Apostolis episcopi ordinati, et ad prædicandum verbum Dei, ad Hispanias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi sunt. Cumque diversis urbibus evangelizassent et innumeras multitudines Christi fidei subjugassent, Torquatus Acci, Tesifon Vergii, Secundus Abulæ, Indalecius Urci, Cecilius Heliberri, Esicius Carcesi, Eufrasius Eliturgi quieverunt. Apud insulam Chium, beati Isidori martyris, in cujus basilica extat puteus, in quo et fertur injectus, de cujus aqua infirmi sæpius potati salvantur. Lamosacum, passio sanctorum Petri et Andreæ, Pauli et Dionisiæ.

Episcoporum VII *Hispaniæ* *Isidori* *Petri et soc.*

Puri sunt *Praten. Herimen. Antverpien. Max-Lubec.* et *Munerat.* Accedunt : *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

Varia lectio. Nomina Apostolorum Hispaniæ pleraque corrupta esse, satis patet; nihil tamen in iis reformandum putavimus, ne a codicum orthographia nimium deflectamus, in quorum nonnullis etiam turpius depicta sunt. Idem intellige de urbibus, quarum nomina exactius tradita apud Adonem et in Actis invenies. *Ad Hispanos tunc adhuc gentili errore implicatos* diserte legit Ado, quem secutus Parisiensis Usuardi editor Muneratus. Notkerus posuit, ad *Hispanias... implicitas.* Nostri codices Usuardini optimæ notæ omnes legunt, ut est in textu, *ad Hispanias, tunc adhuc gentili errore implicatas.* Pratens. habet *Chyum,* melius alii *Chium.* Scripserat Ado, *de cujus aqua energumeni frebricitantesque vel reliqui infirmi sæpius potati sanantur.* Ast hæc Usuardus, de consensu codicum ferme omnium, contraxisse dicendus est ; atque adeo Grevenum et Molanum e purorum numero exclusimus, quod Adonem potius, quam Usuardum secuti fuerint. Qui etiam legit *salvantur,* non *sanantur,* ut Antverp. Max-Lubec. et Munerat. posuerunt. *Lamosacum,* vel *Lamosaco,* vel *Lamosaci* legunt codices omnes, nullus *Lampsaci.* Textus Adoni et Usuardo conformis est. Reliqui *Dionisiæ,* quod sic passim codices habeant.

Observatio. De septem celebribus Hispaniarum Apostolis nec Hieronymiana, nec Beda, nec Florus, nec Rabanus meminere. Primus eos in sacros Fastos retulisse censendus est auctor Romani parvi, unica, quam hodie habet, annuntiatione : *Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indalecii, Cæcilii, Esicii, Eufrasii, qui Romæ ab Apostolis baptizati sunt.* Inde eos accepit Ado, elogium adjiciens, cujus partem non exiguam, suam fecit Usuardus, Notkerus verbum ferme de verbo extulit. Singulorum nomina et sepulturæ loca, non parum in textu nostro deformata, Rosweydus in Romani parvi et Adonis editione polivisse videtur ; Henschenius in Actis, satis accurate expressit et explicuit. Sed quis edisseret, unde horum Sanctorum nomina Romani parvi auctori primum innotuerint, unde porro totam suam narrationem acceperit Ado ? Nisi forte Acta aliqua viderint similia iis, quæ ab Henschenio edita sunt. Videsis apud eumdem, hymnum Breviarii Mozarabici, singulorum proprios festos dies, aliaque ad eos Sanctos, seu *confessores,* ut hic appellantur, seu ut alii volunt, *martyres,* spectantia, de quibus etiam Tillemontius tomo 1 pag. 191. Wandelbertus unico versu rem expediit :

Hispaniæ episcopi septem

Pontifices septem Hesperiam simul Idibus ornant.

Isidorus Chiensis a nemine, quod sciam, ante Adonem consignatus est, ex quo, servata phrasi et verbis iisdem, ad Notkerum transiit ; Noster elogium modice contraxit ; Grevenus autem et Mola- *Isid.*

nus, dum Adonis potius, quam Usuardi verbis insistunt, a simplicitate Usuardini textus deflexerunt. Celeberrimam semper fuisse, præsertim apud Græcos, Isidori hujus nostri memoriam, omnes ultro concedunt, verum Acta a variis non satis uniformiter edita, dubia nonnulla Tillemontio suggesserunt tomo 3 pag. 714, quæ non est hujus loci discutere. — *Petri et soc.* Postremi quatuor martyres ex Hieronymianis procul dubio sumpti sunt, non ex Floro, quem si legisset Ado, distinctiora tradidisset. Ceterum Adonem nude secuti sunt Usuardus et Notkerus, solis nominibus, et loco palæstræ corrupto contenti. Interim, tametsi codices in aliis nonnihil varient, in hac ultima annuntiatione omnes plane concordes habemus. Hoc vero mirandum, apud solum Florum martyrii genus explicatum esse, quod, procul dubio, ex Actis ipsis, Adoni, Usuardo et Notkero ignotis, accipere debuit. Sunt ea, primigenia phrasi ab Henschenio edita, præclara, sincera et a criticis omnibus approbata, ut vide apud Ruinartium a pag. 146 et apud Tillemontium tomo 3 a pag. 392. Cultus apud Græcos diversitas et reliqua ab Henschenio illustrata sunt.

AUCTARIA.

Adventus S. Spiritus. PRATEN. Testatur Castellanus in ora præfati codicis adscriptum esse: *Adventus Spiritus sancti super discipulos.*

TORNACEN. Pergit in truncandis elogiis, instituto suo forte longioribus. In prima annuntiatione desunt omnia, post *directi sunt.* In Isidoro purus est. Pro *Lamosacum*, scribit *Mosacum.* In eo nomine plures alii variant.

PULSANEN. In prima classe cum TORNACEN. convenit. De Isidoro habet usque ad *martyris*, cetera desunt.

ROSWEYD. In textu purus, sic ultimam annuntiationem efformat; *In Gallia apud Lamosacum, Petri*, etc., et in fine: *quorum gesta habentur.*

ANTVERP-MAJ. De reliquo etiam purus, omisit in fine duo ultima nomina, *Pauli et Dionysiæ.*

De GREVENO et MOLANO diximus in lectionibus variantibus. De Auctariis infra seorsim.

LOVANIEN. In prima annuntiatione consonat cum TORNACEN. et PULSANEN. In reliquo textu purus est. In fine adjicitur: *Eodem die, sanctæ* *Dympnæ.* *Dympnæ virginis, quæ incestum patris recusans, ab eodem gladio percussa, martyrium consummavit.*

CENTULEN. De Hispaniæ Apostolis mutilus, ut supra. *Ramosaco, passio sanctorum Petri*, etc. *Quorum miræ passiones leguntur.*

Adventus S. Spiritus. BRUXELLEN. *Adventus Spiritussancti visibiliter super Apostolos et discipulos Christi. In Hispaniis, natale sanctorum confessorum*, etc., pure usque ad, *De Hispaniæ Apostolis.* *subjugassent.* Tum subdit: *Post omnia, in pace quieverunt. Et dum singuli in suis, sanctus Torquatus apud Accitanam urbem mirificatur. Nam in sua solempnitate quotannis ad sepulcrum ejus arbor olivæ, divinitus florens, maturis fructibus onustatur.* Quæ postrema ex Adone desumpta sunt. *Apud insulam Chirum*, etc., etiam ex Adone, ut GREVEN. et MOLAN. *Et Lamosacum, passio*, etc. *Præstabilis et Felicis.* *Alibi sanctorum Prestabilis et Felicis.* Avulsi sunt a sociis, quorum turmam vide in Actis. *Eodem* *Sophiæ.* *die, sanctæ Sophiæ. Cui Justinianus imperator apud Constantinopolim ecclesiam opere miro et incomparabili ædificavit.* Hæc Sancta Sanctorum est, ab æterno et in æternum colenda. *Apud Gheele villam Brabantiæ, natale beatorum martyrum Gere-* *Gereberni et Dympnæ.* *berni presbyteri et Dympnæ virginis, filiæ regis Hiberniæ. Qui a rege, patre virginis, persecuti, simul pro Christo cæsis capitibus occubuerunt. Quorum Gerebernus ad Noyam Renensem, quæ Xanctis dicitur, translatus est, corpus vero sanctæ Dympnæ virginis apud præfatam villam Gheele, multis miraculis coruscando quiescit.*

HAGENOYEN. Deficit in Isidoro Chiensi, de reliquo ad puritatem proxime accedit.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Hilarii.* *Eodem die, sancti Hilarii monachi et eremitæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Passio sanctorum Petri, Andreæ, Dionysii et aliorum. Roberti con-* *Roberti* *fessoris.* Is est, opinor, qui infra Comes vel Dux Palatinus dicitur apud Bingam, etc. Sequitur: *Torquati et soc.* *Torquati, Ticefontis ac aliorum confessorum, de eorum societate episcoporum.*

VATICAN. num. 5949. Post, *Dionysiæ*, immediate subjungit, *et Liberatoris martyris.* Vide *Liberatoris.* Acta. *Et sanctorum martyrum Primiani et Fir-* *Primiani et Firmiani.* *miani.* Hi duo, alia sed Longobardica etiam manu, scripti sunt. Vide Prætermissos.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Autissiodori vico Baugiaco, natalis sancti Peregrini marty-* *Peregrini.* *ris.* In Prætermissis positus non est; remittendus ad diem sequentem XVI Maii.

EDITIO LUBECO-COL. In prima annuntiatione satis pura; secundo loco Adoniana est. *Apud Lamosacum*, etc. In fine subdit: *In territorio Senonico, sancti Sidromi* (Sidronii) *martyris.* Colitur *Sidronii.* XI Julii. *In Brabantia, sanctæ Dympnæ virginis et* *Dympnæ.* *martyris. Eodem die, beati Gereberni presbyteri et* *Gereberni.* *martyris, de quo legitur in gestis sanctæ Dympnæ virginis et martyris prædictæ.*

BELIN. Prima editio incipit ab Isidoro. Tum de Petro et sociis. Sequitur de Apostolis Hispaniæ, mutilo fine. Editio altera primæ præfigit: *Adventus S. Spiritus.* *Hierosolymis, adventus Spiritus sancti paracleti.*

GREVEN. *Adventus Spiritus sancti super discipulos. In territorio Senonico, Sidronii martyris.* *Sidronii.* *Item sanctorum Timothei, Felicis.* Solita ex Hie- *Timothei et Felicis.* ronym. confusio. *Item, sancti Auctoris.* Forsan *Victoris;* vide Prætermissos. *Halphardi martyris,* *Auctoris,* *secundum alios die precedenti. Simplicii presbyteri.* *Halphardi,* *Roperti ducis Palatini Rheni et confessoris. Dym-* *Simplicii,* *pnæ virginis et martyris, filiæ regis Hiberniæ.* *Roberti.* *Quam cum pater idolatra conjugis loco habere vel-* *De Dympna.* *let, illa fidem Christi edocta, scelus exhorruit, clamque a patria discedens Brabantiam devenit, ubi a patre, cum insequente, decollata est, una cum sancto Gereberno presbytero, qui ipsam baptizaverat.* Prior editio ordine ab hac differt. *Rosulæ, cum* *Rosulæ et soc.* *aliis quatuor, virginum. Item sanctæ Sophiæ.* Vide *Sophiæ* Acta et Prætermissos.

MOLAN. *Hierosolymis, adventus Spiritus sancti paracleti. Eodem die, sancti Bernardi Canonici re-* *Bernardi.* *gularis.* In Prætermissis remittitur ad XV Junii. *In Brabantia, villa quæ Ghele nuncupatur, sanctæ Dympnæ virginis et martyris. Hæc propter fidem et* *De Dympna.* *amorem castitatis decollata est a proprio genitore, rege Hiberniæ pagano.* Sequitur minoribus typis: *Circa annum Domini septingentesimum, qui eam insequebatur per castrum quod Antverpia dicitur, Cameracensis diocesis, in prædictam villam rurensem: ubi obsessi a dæmonibus, de die in diem per eam liberantur. Avernis, sanctorum martyrum*

Cassii

Cassii et soc. *Cassii presbyteri et Victoriani cum sociis : quorum Cassius discipulus fuit B. Austremonii, primi Arvernensis episcopi, et perseveravit usque ad tempora Valeriani et Galieni. Horum actus scripsit sanctus*
Epiphanii. *Præjectus episcopus. Eodem die, sancti Epiphanii episcopi Constantiæ, cujus vitam excerpsit Simeon Metaphrastes, ex voce Joannis, unius ex ejus discipulis.* Vita illustrata est XII Maii. In editionibus aliis eadem de sancta Dympna, quæ superius non semel recitavimus, usque ad, *rege Hiberniæ pagano.* Sequitur : *Apud Bingam, sancti Roperti ducis Palatini Rheni et confessoris.* *Roperti.* Et hic est, de quo supra diximus ad MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Apud Arvernum, sanctorum martyrum, Cassii, Victorini, Maximi et sociorum. Quorum Acta scripsit sanctus Præjectus episcopus. Hierosolymis, adventus Spiritus sancti Paracleti.* *Adventus S. Spiritus.*

XVII *Kal.* *Die* 16.

In Isauria provincia, natalis Sanctorum Aquilinii et Victoriani, quorum gesta habentur. *Aquilini et Victoriani.* Apud Autisiodorum, beati Peregrini episcopi, primi civitatis ipsius, *Peregrini.* qui capitali sententia multatus, coronam meruit sempiternam. In pago Forojuliensi, sanctæ Maximæ virginis, quæ multis clara virtutibus, in pace quievit. *Maximæ.*

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverp-Maj. Rosweyd.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Male scribunt Herinien. et Antverp. *Hisauria*, alii recte, ut in textu. Pulsanen. sic habet : *Apud Autisiodorum, beati Peregrini martyris et episcopi primi*, etc. Reclamant codices alii puriores, quos sequimur. Nescio cur Heriniensis titulum *episcopi* omiserit. Molan. etiam legit : *martyris et episcopi primi.* In Rosweyd. deest *beati.* Antverp-Maj. pro, *in pace quievit*, maluit scribere, *quievit in pace.*

OBSERVATIO. Textus Adonianus est, a Nostro permodice mutatus et tantillum in Peregrino auctus. Annuntiatio prima ex apographis Hieronymianis profluxit, in quibus corrupta nonnihil *Aquilini et Victoriani.* positio facile restituitur. Romanum parvum legit : *In Isauria*, sic ut non minus, quam codices Hieronymiani, dubium relinquat, an *urbs* ipsa *Isauria*, vel *Isaura*, an *provincia Isauria* intelligenda sit. Eodem vitio dicam, an nævo, laborat Ado, dum indeterminate ponit : *Apud Isauriam ;* Notkerus, *In Isauria ;* Noster expressius loquitur : *In Isauria provincia.* Verba reliqua ex Adone plane descripta sunt. Sed qui tam diserte hic apposuit verbis Romani parvi, *quorum gesta habentur*, clare ostendit, numquam se ea vidisse, alias breve saltem aliquod elogium ex iis daturus. Hinc a Notkero ultimæ illæ particulæ prudenter expunctæ sunt.— Inter codices Hieronymianos, Epternacensis et Corbeiensis *Peregrinum* diserte consignant. *Peregrini.* Item Rabanus. Wandelbertus eum, et quidem solum, hoc versiculo celebrat :

Sextaque cum dena Peregrino martyre vernat,

male nimirum in sequentem diem eum transferens, et hac die *Timotheum* memorans :

Veridica Paulus docuit quem voce beatus ;

de quo nulli alii Martyrologi antiqui hac die meminere. Ado legit : *Apud Autisiodorum, passio sancti Peregrini episcopi primi civitatis ipsius* .Et sic ferme Notkerus. Reliqua ab Usuardo adjecta sunt, ex quibus id solum habemus, quod capite plexus sit, omissis tormentis aliis, quibus Acta prius afflictum testantur. Hæc ex variis codicibus ab Henschenio edita et illustrata sunt, prius ab aliis vulgata, inter quos ea in Bibliothecam Mss. librorum inseruit Labbeus tomo 1 a pag. 526, gravi et simplici stylo scripta, non sic tamen, ut scrupulis omnibus eximi potuerint, quos apud recentiores lector inveniet. Videatur Tillemontius tomo 4 a pag. 480. Quæ de missionis ejus tempore, de translationibus, aliisque disceptantur, ab Henschenio abunde explanata existimo. Vitandarum discordiarum causa, plures synonymos Peregrinos exhibet et distinguit Autissiodorense Mss. a Clar. Castellano, anno MDCCIX nobiscum communicatum, de quibus alibi agendi fortasse locus dabitur. — *Maxima* *Maximæ* virgo Forojuliensis antiquioribus incognita, ab Adone primum memoratur, cujus verba ad apicem transtulit Notkerus; Usuardus etiam sua omnia ex Adone desumpsit, sed omisit, quod haud dubie ab Adone studiose expressum fuerat, *vico, qui vocatur Calidianus*, ut manifeste evincunt codices nostri, ex quibus genuinam et veram Usuardi sententiam nos retulisse perspicuum est. De *Maximæ* cultu et patria videndæ sunt Papebrochii et Cl. Anselmii dissertationes, in Actis nostris hoc die præpositæ. Hic solum noto, aberrasse aliquos, qui *Maximam* apud Forojulium Italiæ quæsierint, quam certum est ad Forojulium Provinciæ pertinere.

AUCTARIA.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Post textum purum, *Fideli.* adjiciunt : *Trecas, sancti Fideli abbatis.* Vocem tamen ultimam mutavit MAX-LUBEC. scripsitque *episcopi.* Quod et alii male imitati sunt.

MUNERAT. In fine : *Ambianis, Honorati episcopi et confessoris.* *Honorati.*

GREVEN. *In pago Carnotino, passio sancti Emani, Maurilii, atque Almari.* *Emani et soc.*

ANTVERP.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In prima annuntiatione puri, ita prosequuntur : *Apud Autisiodorum,* (*De Peregrino*) *beati Peregrini martyris, primi civitatis ipsius episcopi. Qui a beato Sixto Romæ episcopus ordinatus, ad prædicandum gentibus in Galliam missus est. Veniens autem Autisiodorum, cum multos ad fidem Christi convertisset, Deumque voce publica prædicare cœpisset, a ministris templorum tentus et diversis suppliciis afflictus, obscurissimo carceri mancipatur. Ad ultimum capitali sententia multatus, coronam meruit sempiternam.* In Maxima, puri sunt. In fine additur : (*Fidoli.*) *Trecas sancti Fidoli episcopi et confessoris.*

ALBERGEN. et DANIC. Prioribus similes, adhuc subjungunt : (*Honorati.*) *Ambianis, sancti Honorati episcopi et confessoris.*

CENTULEN. *Autisiodoro, vico Biaugiaco, passio sancti Peregrini episcopi et martyris primi a Roma directi, imperio Sixti Papæ. Ambianis, natalis* (*Honorati.*) *sancti Honorati episcopi et confessoris. In pago Trecassino,* (*Fidoli.*) *sancti Fidoli presbyteri confessoris. Apud Hisauriam, sanctorum Aquilini et Victoriani, quorum gesta habentur. In pago Forojuliensi, sanctæ Maximæ virginis.*

BRUXELLEN. Incipit : (*Timothei.*) *Timothei Apostoli, cujus natale nono Kalendas Februarii celebratur.* Hoc facile ex Wandelberti versiculo in Observatione citato acceptum fuerit. *Apud Isauriam provinciam,* etc., pure. *Apud Authisiodorum, natale sancti Peregrini, primi,* etc., ut supra in ANTVERP-MAX. *Et in pago Forojuliensi, vico qui vocatur Calidianus, sanctæ Maximæ,* etc., recte. *Trecas, sancti* (*Fidoli.*) *Fidoli episcopi et confessoris. Et Ambianis, sancti* (*Honorati.*) *Honorati episcopi et confessoris. In Ybernia insula,* (*Brandani.*) *sancti Brandani abbatis et confessoris. Qui Fortunatas insulas septennali navigatione perquirens, multa miraculis digna et talium inexpertis vix credibilia vidit, et scriptis commendata reliquit.* Potuisset codicis hujus compilator certius aliquid et memoria dignius ex veris ejus Actis referre.

HAGENOYEN. Orditur a Peregrino, paulo latius quam alii codices supra. Tum : *In pago Foro-juliacensi, sanctæ Maximæ,* etc. (*Fidolis.*) *Trechas, sancti Fydolis episcopi et confessoris. In Galliis civitate Ambianis,* (*Honorati.*) *sancti Honorati episcopi et confessoris. In Ysauria civitate, Aquilini,* etc.

AQUICINCT. *Trecas, sancti Fidoli abbatis.*

AMBIANEN. (*De Honorato.*) *Ambianis, sancti Honorati episcopi et confessoris. Qui inter cetera bonitatis suæ insignia, dum corpus Domini sacraret in terris manum illius meruit videre in cœlis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Peregrini episcopi* (*Honorati.*) *Autisiodorensis martyris. Honorati episcopi et confessoris. Aquilini et Victoriani martyrum. Maximæ virginis.*

CODEX BIGOTIAN. signatus E 40. *In territorio* (*Emani.*) *Carnotensi, natale sancti Emani martyris.*

CAMBERIEN. (*Cassii et Victorini.*) *Arvernis, sanctorum Cassii et Victorini.* De iis actum die præcedenti.

REG. SUEC. signatus num. 428. (*Honorati.*) *Sancti Honorati episcopi et confessoris.*

VATICAN. num. 5949. Primo loco adjicit : *Beneventi,* (*Rosii.*) *natale sancti Rosii episcopi, in S. Sophia.* Vide Acta.

UGHELLIAN. In fine : (*Fidoli.*) *Trecas, sancti Fidoli episcopi.* Vide supra Auctarium primum.

ALTEMPS. (*Karnoci.*) *In Cornubia sancti Karnoci episcopi et confessoris.* An non *Carentocus* vel *Cernathus,* de quo in Actis? *Eodem die, repræsentatio corporis* (*De Edmundo.*) *B. Edmundi regis martyris.* Colitur XX Novembris, ubi de illa repræsentatione agetur.

FLORENTIN. *Apud civitatem Vulturanam, natale sanctorum Justi episcopi et confessoris, et sancti Clementis confessoris, qui ambo fratres vitam sanctam perfecto termino concluserunt.* (*Justi et Clementis.*) Remittuntur ad V Junii. *Apud civitatem Eugubiensem, sancti Ubaldi* (*Ubaldi.*) *ejusdem urbis episcopi et confessoris, cujus vita virtutibus et miraculis claruit. Trecas, sancti Sydoli episcopi et confessoris.* Patet error in scriptione *Sydoli,* pro vero nomine *Fidoli,* etc.

CODEX S. RICALDI. *In pago Carnotico, passio* (*Emani et soc.*) *sancti Emani, Maurilii, atque Almarii.*

BURDEGALEN. *Burdegalæ, Fortis episcopi et martyris.* (*Fortis.*) Vide Papebrochii commentarium.

CODEX MONTIS SANCTI. *Metis civitate, translatio corporis beatissimi viri Terentii episcopi, per* (*Translationis Terentii.*) *quem Dominus multa miracula ostendit.* In Prætermissis remittitur ad diem suum natalem, qui est XXVIII Septembris.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Peregrino cujus elogium nonnihil amplificat. In Aquilino, Victoriano et Maxima, fere pura est. Sequitur de Fidolo et Honorato, ut supra. Dein : *Autissiodoro, beati Tricii episcopi et confessoris.* (*Tricii.*) Vide in Prætermissis. *In territorio Bituricensi, monasterio Madiaco, beati Victorini martyris.* (*Victorini.*) *In Anglia, beati Brandani abbatis et confessoris.* (*Brandani.*) *Eodem die, sancti Simonis* (Stock) *confessoris Ordinis* (*Simonis.*) *Carmelitarum.*

BELIN. Satis in textu purus, in fine habet : (*Fidoli.*) *Trecis, sancti Sydoli episcopi et confessoris.*

GREVEN. In Auctario : *Item sanctorum Diocletiani, Florenti, Eraclii, Paulini, Vincentii.* (*Diocletiani et soc.*) Commixtio disparatorum. *In territorio Bituricensi, monasterio Madiaco, sancti Victorini martyris.* (*Victorini.*) *Ambianis, sancti Honorati episcopi et confessoris.* (*Honorati.*) *Trecas, Fidoli episcopi.* (*Fidoli.*) *Civitate Sagiensi, sancti Alnoberti episcopi et confessoris.* (*Alnoberti.*) *Ipso die, beati Renoberti episcopi et confessoris, magnæ sanctitatis* (*Renoberti.*) *viri. Tricii episcopi Autisiodorensis et confessoris.* (*Tricii.*) *Theobaldi episcopi et confessoris.* (*Theobaldi.*) Vide de utroque Prætermissos. *Ubaldi Eugubiensis episcopi et con-* (*De Ubaldo.*) *fessoris, multæ patientiæ viri, vita et miraculis conspicui. Beatæ memoriæ Aquilini episcopi, Agrippinæ Coloniæ,* (*Aquilini episcopi.*) *qui beatam Ursulam sepelivit.* Remittitur ad Ursulanas XXI Octobris. *Metis, translatio sancti Therentii episcopi et confessoris.* (*Terentii.*) De quo supra. *In Hibernia, sancti Brandani abbatis, qui* (*De Brandano.*) *abstinentiæ virtute magnus, trium fere millium monachorum extitit pater. Civitate Burdegala, beati Simeonis confessoris, Ordinis Carmelitarum, sanc-* (*De Simone.*) *tæ Dei genitrici singulariter devoti miraculisque clari. In monte Jovis, depositio sancti Bernardi* (*Bernardi.*) *eremitæ, eximiæ sanctitatis viri. Qui inter alia infirmitatum genera, paralysim curandi accepit.* In Prætermissis dicitur obiisse XV Junii.

MOLAN. *Et sanctorum Diocletiani et Florentii.* (*Diocletiani et Florentii.*) Vide Prætermissos. *Trecis, sancti Fidoli episcopi et confessoris.* (*Fidoli.*) *Civitate Burdegala, beati Simeonis Stock Carmelitæ,* (*Simeonis.*) *Deiferæ virgini Mariæ singulariter devoti, ac miraculorum coruscatione prægloriosi. Civitate Sagiensi, beati Alnoberti ejusdem urbis epi-* (*Alnoberti.*) *scopi et confessoris. Ipso die, beati Renoberti epi-* (*Renoberti.*) *scopi et confessoris, magnæ sanctitatis viri. Item, sancti Ubaldi episcopi et confessoris.* (*De Ubaldo.*) Tum minoribus characteribus : *Eugubinensis, multæ patientiæ viri, vita et miraculis conspicui. In Hibernia, sancti Brandani,* etc., ut GREVEN. (*Brandani.*) *Eodem die, S. Dommoli* (Domnoli) (*Domnoli.*) *episcopi Cenomanensis, de quo Greg. Tur. lib. 6. Hist. Francorum.* Editiones aliæ habent : *In Scotia, sancti Brandani abbatis, cujus miri actus leguntur. Cenomanis, sancti Domnoli episcopi.* De Simeone Stock et Alnoberto, ut supra.

De Renoberto. supra. *Ipso die, beati Renoberti episcopi Baiocensis et confessoris, magnæ sanctitatis viri.* De Bernardo et Ubaldo et Honorato, ut supra. *In pago Carnoteno, passio sancti Emani martyris.* *Emani.* *Et sanctorum Diocletiani et Florentii.* De Fidolo, ut supra. *Die decima sexta, sancti patris Theodori sanctificati, discipuli sancti Pachomii.* *Theodori.* De eo cum magistro actum est XIV Maii.

XVI *Kal.* *Die* 17.

In Tuscia, sancti Torpetis martyris. *Torpetis.* Hic magnus in officio Neronis cæsaris primo fuit, sed postea pro fide Christi, jubente eodem, alapis cæditur, verberibus diutissime afficitur, ac bestiis devorandus traditur, sed minime læditur, tandem vero decollatione martyrium suum III Kal. Maias complevit. Sed tamen ejus festivitas celebrius hic recolitur. Civitate Niveduno, sanctorum Eraclii, Pauli, Aquilini, cum aliis duobus. *Eraclii et soc.*

Codices puri sunt: *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.* Addi possunt: *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg*, hoc solo a puritate deficientes, quod post *martyrium suum*, interserant, *jubente Silvio.*

VARIA LECTIO. *Rosweyd.* sic modice phrasim immutat: *Hic magnus in officio Neronis fuit cæsaris primum.* Herinien. habet, *primus fuit;* Antverp-Maj. *fuit primo*; Greven et Molan. *primum fuit.* Rursus iidem Greven. et Molan. pro, *verberibus diutissime afficitur*, legunt *durissime.* Munerat. omisit particulam *ac*, ante *bestiis.* Antverp. et Max-Lubec. nimiam claritatem sectantur, dum scribunt *decollatione capitis.* III *Kal. Maias* legunt passim omnes, nescio cur Greven. et Molan. posuerint *Maii.* Rosweyd. transposuit, *complevit* III *Kal.* In Max-Lubec. *crebrius*, pro *celebrius*, vitium est qualibus passim ea editio redundat. Rosweyd. pro *recolitur*, habet verbum simplex, *colitur*, ubi Pulsanen. pro *hic*, scripsit *hinc.* In Herinien. et Pulsanen. est *Nividuno*, pejus in Max-Lubec. *Innedinio.* Ceteri omnes, ut in textu *Niveduno.* Sic *Eraclii* in omnibus; *Paulini* pro *Pauli* in solo Molano.

OBSERVATIO. *Torpetis.* Quam illustris est martyris *Torpetis* memoria, quam ejus cultus in Italia aliisque partibus celebris; tam incerta sunt Acta, quæ de ipso circumferuntur, a Papebrochio hac die discussa. In Auctariis de eo ex pluribus codicibus egimus XXIX Aprilis. Rabanus magnum ei elogium concinnavit XXIX Martii, in quo, proprio, ni fallor, spiritu ductus, nescio quæ Acta præ oculis habuerit. In apographis Hieronymianis, nec XXIX Martii, nec XXIX Aprilis, nec hac, nec alia, quod sciam, die notus est. Neque Beda genuinus de *Torpete* usquam meminit, nec Florus, nec Wandelbertus; sic ut primus videatur ipsum in Fastis sacris collocasse auctor Romani parvi, quem studiose semper sequitur Ado. Hic porro elogium proprio marte composuit a Rabaniano plane diversum, atque adeo ex aliis Actis, non minus fortasse suspectis, excerptum. Adonis phrasim transumpsit Notkerus, pauculis de suo additis. Noster antiquum obtinens, solitæ suæ brevitati fusiorem Adonis narrationem eleganter aptavit; tam multa dicens, ut necesse non fuerit ea subinde inserere, quæ hodie in Romano moderno recitantur. De reliquo liceat lectorem ad Acta remittere. Qui breviori in tabula totius rei compendium quærit, adeat Tillemontium tomo 2 pag. 495. — Ad Acta itidem recurrendum est, ut de loco statuatur, si quidem satis tuto id fieri possit, cui attribuendi sint *Eraclius, Paulus* et *Aquilinus*, cum sociis duobus vel pluribus nominatis vel anonymis. *Eraclii et soc.* Incertissima esse quæ de tota hac re, tum ab antiquis, tum a recentioribus traduntur, clare ostendit Florentinii et Henschenii, in illiusmodi rebus sane perspicacissimorum, anceps plane conjectatio, quam ego dissolvere nullatenus præsumam. Classis illa ex Hieronymianis ab Usuardo verosimillime accepta est, aliter a Notkero expressa, a neutro integre distincta. Crediderim ambos simpliciter exscripsisse, quæ in apographis suis qualibuscumque repererant, nihil sollicitos, quid de loco sive *Niveduno* sive *Siveduno*, quidve præterea de martyrum illorum numero posteri determinarent. Satis nobis esse debet, ex nostrorum codicum unanimi consensu, mentem Usuardi seu claram seu confusam, seu veram seu falsam, fideliter recensuisse.

AUCTARIA.

Papiæ. CENTULEN. *Apud Ierapolim, beati Papiæ episcopi, qui Joannis Apostoli Auditor, Policarpi autem condiscipulus et consodalis fuit.* De eo egimus cum Usuardo XXII Februarii *In Thuscia, depositio corporis sancti Torpetis martyris.* *Torpetis.* *Civitate Niveduno, sanctorum Emilii, Pauli, Aquilini, cum aliis duobus.* *Eraclii et soc.*

BRUXELLEN. De Torpete sic habet. *De Torpete.* *In Tuscia, sancti Torpetis martyris. Hic fuit magnus in officio cæsaris Neronis, et a beato Anthonio presbytero baptizatus. Quem Nero imperator, cum sciret eum esse Christianum, verberibus affectum, bestiis devorandum tradi mandavit: et cum ab illis non læderetur, jussit eum decollari. Cum quo etiam quidam consiliarius Neronis, Evellius nomine, eo quod per ipsum Christo crediderit, decollatus est.* *Evellii.* Interpolationes ex Adone acceptæ sunt.

HAGENOYEN. In Torpete ferme purus, addit

secundo

Isidori secundo loco : *Apud insulam Chyum, sancti Ysidori martyris, in cujus basilica extat puteus, in quo ut fertur, est conjectus, a quo infirmi sæpius potati sanantur.* Hæc ex præcedenti die perperam huc translata sunt. Sequitur : *Civitate Nyveduno, passio sanctorum*, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Torpetis martyris in Tuscia. Heradii, Pauli et Aquilini.*

Frainichildis. ALTEMPS. *Eodem die, sanctæ Frainichildis, matris sanctæ Austrebertæ virginis.* Videatur vita Austrebertæ filiæ, x Februarii cap. 1.

Translationis Siri. FLORENTIN. *Eodem die, translatio sancti Siri Ticinensis episcopi.* De ea agetur ad diem ejus natalem IX Decembris.

Translationis Bernardini. Tum Codex STROZZIAN. solus. *Translatio sancti Bernardi* (voluit dicere *Bernardini) Ordinis Minorum.* In Prætermissis remittitur ad diem natalem XX Maii.

LUXOVIEN. *Civitate Niveduno, sanctorum Eradii, Pauli, Aquilini, cum aliis duobus. Ipso die,* *Liberii.* *depositio sancti Liberii episcopi.* Vide infra.

Translationis Amati, etc. MONTIS SANCTI. *Eodem die, corpora sanctorum Amati, Romarici, Adelfii, de monte hoc feruntur ad aulam.* Vide elenchum Prætermissorum.

EDITIO LUBECO-COL. Post *primo fuit*, cum BRU- *De Torpete* XELLENSI interserit : *Et a beato Antonio presbytero baptizatus, sed postea pro fide Christi*, etc. *Tandem vero decollatione capitis martyrium suum, jubente Silvio, tertio Kal. Maii, extra civitatem Pisanum complevit. Sed tamen ejus festivitas celebrius hic recolitur. Civitate Nividuno, sanctorum Eraclii, Pauli, Aquilini, cum aliis duobus, martyrum.* Mutatio est, sed non magna.

BELIN. In fine : *Eodem die, sancti Syri episcopi* *Syri episcopi.* *et confessoris.* Melius, opinor, superius relata est ejus corporis translatio. Diem natalem diximus IX Decembris recoli. Sequitur : *Eodem die, translatio sancti Bernardini Ordinis Minorum.* Vide supra, in STROZZIAN.

GREVEN. *In Alexandria, Victoris et Basilii,* *Victoris et soc.* *Primi, Pliberi.* Romanorum cum Alexandrinis conjunctio. Tum : *Romæ, natalis sanctorum Par-* *Partini etc.* *tini, Galliceri, Eponomi.* Vide in Actis vera nomina. *Item sanctorum Pauli, Peregrini, Martini,* *Pauli, etc.* *Andrionis, Basillæ.* Altera confusio. *Romæ, Libe-* *Liberii.* *rii episcopi et confessoris.* Idem est qui primo loco hic vocatur *Pliberi*, et cum *Primo* conjungendus est, *martyr* non confessor. Sequitur : *Benedicti* *Benedicti* *confessoris, pastoris in Avinione.* Is est, opinor, qui celeberrimum pontem erexit, cujus Acta illustrata sunt XIV Aprilis. *Translatio sancti Ciri episcopi* *Translationis Siri, et Bernardini* *Papiensis et confessoris. Civitate Aquila, translatio sancti Bernardini confessoris, Ordinis Minorum.*

MOLAN. *Eodem die, sancti Syri episcopi et confessoris. Eodem die, translatio sancti Bernardini, Ordinis Minorum. Lauduno Clavato, translatio* *Translationis Montani* *corporis sancti Montani monachi.* Hæc annuntiatio tota etiam ponitur in posterioribus editionibus, ubi præterea additur : *Ipso die, Elnone, illa-* *Virginum 3 Coloniensium.* *tio trium virginum Coloniensium.* Remittitur in indice Prætermissorum ad festum Ursulanis omnibus virginibus commune XXI Octobris.

XV *Kal.* *Die* 18.

Dioscori. In Ægypto, sancti Dioscori lectoris, in quem præses multa et varia tormenta exercuit, ita ut ungues ejus effoderet et lampadibus ejus latera inflammaret, sed cœlestis luminis fulgore territi ceciderunt ministri, novissime laminis ar- *Felicis.* dentibus adustus martyrium consummavit. Ipso die, sancti Felicis episcopi, qui apud Spellatensem urbem, sub Maximiano imperatore, palmam martyrii adeptus est.

Ex *Praten. Hermien. Tornacen. Pulsanen. Antverpien* et *Max-Lubec Munerat Belin. Greven.* et *Molan* Item ex *Antverp-Max. Ultraject Leyden, Lovanien. Danic.* et *Editione Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Vix ulla re, præterquam erratis scriptoriis notabilis est : *Egipto, set, Dioschori, Diostori, Fælicis, martiru*, et hujusmodi aliis. Munerat. de Dioscoro scripsit *lectoris et martyris. Spelatensem* legit Pulsanen. Belin *Spoletanam* ; pejus Max-Lubec. *Spelladensem.* Aliæ variationes patebunt in Auctariis.

Dioscori. OBSERVATIO. *Dioscorum* martyrem Ægyptium diserte annuntiant apographa Hieronymiana, in quibus, si Epternacense excipias, præter solitum additur, quod *multa passus sit.* Romanum parvum, pro sua brevitate, solum nomen et martyrii locum indicat. Porro multa illa et atrocissima tormenta, quibus dire cruciatus est, paucis sed eleganter enumeravit Martyrologus Viennensis, ex aliquo antiquiori sua accipiens ; sed quis ille antiquior sit, an forte olim Acta exstiterint, neque Henschenius, neque alius quispiam hactenus invenit. Petrus Equilinus elogia Adoniana passim describit, cujus hic textum intregrum et immutatum, in laterculum suum etiam transtulere Usuardus æque ac Notkerus. Wandelbertus solum ipsum hac die celebrat his verbis :

Quintam cum decima martyr Dioscorus implet.

Felicis. Sed quid de *Felice episcopo Spellatensi?* Hoc certum observo, Martyrographis omnibus, Usuardo antiquioribus et ipsi coævis, esse prorsus incognitum. Nam quod in codice Adoniana Leodiensi Mss. sancti Laurentii, *Felicis* memoria inserta sit, patet manifestum esse additamentum ex Usuardo a recentiori aliquo descriptore adjectum. Sola igitur Usuardi auctoritate niti videtur quidquid de hoc sancto episcopo et martyre, a Petro de Natalibus aliisque traditum est. Ast unde ea Noster acceperit, fateor me nullatenus posse conjicere ; neque enim de Actorum sinceritate aut antiquitate, nec de episcopali sede, una est scriptorum sententia. Et quidem Baronius, forte Belino nimium confisus, *Spellatæ* putavit substituendum esse *Spoletum.* Alii in Dalmatiam, alii in Hispaniam retrahere

conantur

conantur. Mirum adeo litigari de uno Felice, cum Acta nostra primis quinque mensibus fere centum synonymos referant. Ne multis morer, curiosum lectorem remitto ad Henschenii commentarium, quam proxime ad veritatem, vel saltem verisimilitudinem accedentem, nisi quid probet Tillemontii objectio tomo 5 pag. 133. Ad nos quod proprie attinet, Usuardi textum indubitatum faciunt, non solum codices quatuordecim ab Henschenio appellati, sed quotquot in hujus operis decursu integros citavimus, cum typis editos, tum manu exaratos.

AUCTARIA.

Elgivæ.

ROSWEYD. Textui puro superaddit : *Eodem die, translatio Elgivæ reginæ.* Hac die in Actis recolitur ejus memoria.

Translatio S. Mildredæ

ANTVERP-MAJ. Etiam in fine : *Eodem die, translatio sanctæ Mildredæ, dilectæ Deo virginis.* In Prætermissis remittitur ad diem natalem XIII Julii. Facta translatio indicatur anno MXXX.

CENTULEN. Dioscori elogium prætermisit. In Felice, plane Usuardinus est.

Potamonis et soc. — Medardi. — Eugeniæ.

BRUXELLEN. In Dioscoro satis purus, sic pergit : *In Alexandria, sanctorum presbyterorum Parthonii et Serapionis.* Melius scripsisset *Potamonis,* cum variis sociis, de quibus Acta ex Hieronymianis. Sequitur : *Apud Spoletensem urbem, sancti Felicis episcopi, qui sub Maximiano imperatore martyrii palmam adeptus est. Item Medardi episcopi. Item Eugeniæ virginis.* Citat hunc codicem Henschenius, et Eugeniam istam prætermittit. De Medardo non loquitur hodie, sed die sequenti, ut vide in Prætermissis. Nota est Medardi festivitas VIII Junii.

De Jobo. — Ivonis. — Carencii — Adulfi

HAGENOYEN. Incipit : *Job prophetæ, qui regnavit in civitate Bosra, et in primo valde erat locuplex, et ornatus filiis filiabusque, fratribus et amicis. Qui in prosperitate valde timuit Dominum et pro deliciis filiorum et filiarum suarum semper Dominum deprecabatur, ut illos a peccato custodiret. Quem Satan a Domino petiit ad temptandum, putans se servum Dei Job beatum, paupertate et tribulatione carnis posse dejicere. Sed Dominus cum eo aliud facere intendebat, et ideo illum temptationi Satanæ subjiciebat. Dominus enim eum aliis voluit ponere in exemplum. Et in divitiis semper ille Deum timuit, et nunc in paupertate illum probare voluit, si fidelis permaneret. Et quia fidelis perstitit in tribulatione et paupertate, ideo pœnituit Dominum mali, quod sibi fecerat, et reddidit omnia ei duplicia. Et postea Dynam, filiam Jacob Patriarchæ, accepit et genuit ex ea filios et filias, et vidit filios suos et filios filiorum suorum usque in tertiam et quartam generationem. Hujus festum sexto Idus Maii recolitur.* Quam fidem prædicta mereantur, lectoris judicium esto. Sequitur : *Eodem die, sancti Felicis episcopi et martyris, qui apud Spellatensem urbem sub Maximiano imperatore est adeptus palmam martyrii. In Britannia, sancti Yvonis confessoris et etiam magni Juristæ. Item, Carencii episcopi et confessoris.* Hunc in Prætermissis nominat Henschenius, de priori iterum tacet. *Eodem die, depositio sancti Adulfi Cameracensis episcopi et confessoris.* Nec de hoc in Prætermissis fit mentio. Colitur die sequenti.

Hadulfi.

AQUICINCT. Pro *Spellatensem*, habet, *Spolitanensem.* Et in fine addit : *Atrebate, depositio Hadulphi episcopi.*

Bernardini alias Bernardi.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Dioscori martyris et lectoris. Felicis episcopi et martyris. Bernardini confessoris.* In margine autem cum asterisco, *alias Bernardi eremitæ.*

Potamionis.

In VATICAN signato num. 5949. Deest *Felicis,* quod mirum est. Adjicitur autem : *In Alexandria, sancti Pontamionis presbyteri.*

Venantii et MDLXV soc.

STROZZIAN. Primo loco : *Apud Camerinum, sancti Venantii martyris, cum mille quingentis sexaginta quinque sociis martyribus.*

Cassii et Victorini.

CAUDIACENSIS PRIORATUS : *Arvernis monasterio Magni-loci, sanctorum Cassii et Victorini martyrum.* Referuntur inter Prætermissos die sequenti. Vide etiam XV Maii.

Joannis. — Erici.

EDITIO LUBECO-COL. *Romæ , sancti Joannis episcopi et martyris.* Remittitur ad XXVII Maii. *Eodem die, sancti Erici regis Suenorum* (quidni *Suecorum*) *et martyris.*

Sophoniæ. — Joannis. — Dativi et aliorum. — Erici. — De Venantio — Marci. — Honestasii, et soc. — Saran.

GREVEN. *Sophoniæ prophetæ.* Remittitur ad III Decembris. *Romæ , sancti Johannis episcopi et martyris.* De quo jam diximus. *Constantinopoli, Dativi, Luciosi, Martiani. In Alexandria, Partomii , et Serapionis presbyterorum.* Videantur Acta. *Erici regis Sueciæ et martyris. Venantii martyris, qui pro fide Christi sub Decio fustibus cæsus in carcere reclusus, ab angelo confortatus ; deinde leonibus expositus, sed nihil læsus, suspenditur, deorsum habens caput, vertici igne supposito. Novissime vero capitis obtruncatione triumphat. Marci episcopi et martyris.* An Evangelistæ, an alterius ? Vide in Prætermissis. *Item, sanctorum Honestasii, Maximii, Hermon.* Corrupta fere et mutata nomina, de quibus in Actis. *In Hibernia, Saran confessoris.* Vide elenchum Prætermissorum.

Erici. — Quiniberti. — Venantii. — Theodoti et 7 virginum.

MOLAN. Litteris parvis : *Erici regis Suetiæ et martyris. Juxta monasterium , quod Maricolus dicitur, sancti Quinberti confessoris, qui innumeris miraculis, diebus nostris claruit.* Sic prima editio, sed posteriores paulo distinctius : *In Suetia, civitate Upsalensi, sancti Erici regis et martyris. In civitate Camerina, sancti Venantii martyris sub Decio. Qui flagris, carcere, facibusque superatis, ac leonibus mansuefactis, obtruncatus Deo spiritum reddidit. Apud Quercetum, eodem die, sancti Quiniberti confessoris. Die decima octava, sancti hieromartyris Theodoti Ancyrani, et cum eo virginum septem.* Vide in Actis singularum virginum nomina, atque omnium vitam Græce et Latine ibi editam.

XIV *Kal.* *Die* 19.

Caloceri et Parthenii. Romæ via Appia, natalis sanctorum Caloceri et Parthenii eunuchorum, quorum prior cum esset præpositus cubiculi imperatoris Decii, alter primicerius, nolentes sacrificare idolis, ab eodem occisi sunt. Item Romæ, *Potentianæ.* sanctæ Potentianæ virginis, quæ post innumeros agones, post multorum martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates suas pauperibus pro Christo erogatas, tandem de terris ad cœlos migravit. *Pudentis.* Eodem ipso die, beati Pudentis patris supradictæ virginis, qui ab Apostolis Christo in baptismo vestitus, innocentem tunicam usque ad coronam vitæ immaculatæ, custodivit et servavit.

Sic habent *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scripsi *Caloceri* cum Praten. Tornacen. et Greven. In Herinien. est *Calocerii*; et in Antverp. Max-Lubec. et Molan. *Calocerii et Partemii.* Greven. et Molan. in nonnullis a puritate deficiunt. Primum, pro *occisi sunt*, legunt *interfecti sunt.* Deinde ut omnia conjungam, ubi alii habent *Christo in baptismo vestitus*, ipsi ponunt, *Christo investitus baptismo.* Demum ab utroque in fine omittitur, *et servavit*, quod etiam deest in Antverp. Max-Lubec. et aliis codicibus. Codex Praten. solus legit, *de terra ad cœlos*, ceteri *de terris*, ut Ado præiverat, et nos mutandum censuimus. Errata scriptoria negligo.

Caloceri et Parthenii. OBSERVATIO. Qui Adonem præ oculis habuerit, hic iterum facillime intelliget unde totum hujus diei textum hauserit Usuardus, nam alterum cum altero conferenti perspicuum fiet, solam Adonianam phrasim paulo contractiorem a Nostro repræsentari. Prima annuntiatio ex Hieronymianis primitus profluit, et quidem, quod rarissimum est, ac proinde valde suspectum, totum Adonis elogium in Lucensi codice legitur, ultimis dumtaxat verbis, *et requiescunt in cimiterio juxta viam Appiam*, brevius ab Adone ad principium transpositis. Brevior est et melior Epternacensis lectio. Meminit eorumdem martyrum, solita sua methodo, Romanum parvum : *Et Caloceri et Parthenii eunuchorum.* Rabani phrasis ab Adoniana non multum differt, utrum secutus fuerit Notkerus, non satis liquet. Florus paulo compendiosior est. Ad XI Februarii observavimus *Calocerum* et *Parthenium* eo die a Beda, Rabano et Wandelberto consignari, quibus addi potest Notkerus, illos denuo repetens XVIII Aprilis, ex Hieronymianis procul dubio ibi acceptos. Eosdem ipsos esse, qui variis illis diebus recoluntur, ut sæpe alibi in eo Martyrologio factum ostendimus, censet Papebrochius, Actorum veritatem salvare conatus, dempto principio et fine; aliis nec ipsum reliquum corpus admittentibus, ut vide apud Tillemontium tomo 5 pag. 617. Unum est in quo Magistri mei diligentiam desidero, nempe quod vetustissimi Kalendarii Bucheriani locum neglexerit, in quo disertissime legitur : XIV *Kal. Jun. Parthimi et Caloceri, in Callisti, Diocletiano* IX *et Maximiano* VIII *Coss.*, hoc est anno CCCIV, annis plusquam quinquaginta post Decii mortem. Vidit subinde decretoriam illam auctoritatem Papebrochius, unde in agglutinata chartula manu sua adscripsit, verba illa intelligenda esse de translatione, eo anno CCCIV in locum tutiorem facta. Aliam viam ingreditur Florentinius, existimans, binos synonymos alios statuendos, qui sub Diocletiano et Maximiano martyrium fecerint, ab illis, quos Acta hodierna, et Martyrologia nostra, *uxoris Decii eunuchos* et sub Decio passos, clarissime testantur. Hic ego judicium tantisper suspendo ; eligat lector, quod magis probabile videbitur. *Potentianam* virginem memorat Beda, memorat item Romanum parvum, et sic ambo enuntiant. *Potentianæ* Rabanus et Notkerus præferunt, *Pudentianæ* ; Ado sub disjunctione utrumque nomen expressit, quemadmodum et in Actis Majores nostri ; ast Usuardini codices *Potentianam* constanter appellant. Rabani elogium ab Adoniano diversum est, tametsi utrumque ex iisdem acceptum esse, manifestum sit; Noster selecta Adonis verba mutuatus est; Notkerus omnia transcripsit, — in cujus textu nescio cur desit annuntiatio altera *de Pudente*, Virginis patre. Ea in Romano parvo ac proinde in *Pudentis.* Adone, secundo loco refertur, sed Usuardo libuit *Calocerum* et *Parthenium* in laterculi fronte collocare. De cetero etiam *Pudentis* encomium, ut supra insinuavi, ex Adonis verbis contextum est. Habes Usuardum. Quærere poterit lector an et veritatem habeat ? De *Potentiana* vel *Pudentianæ* celeberrimo cultu, dubitandum omnino non est, cum ex antiquissimis monumentis ecclesiasticis, etiam Frontonis Kalendario, planissime constet. Sunt qui *Pudentem* non tam facile recipiant, quos inter Castellanus in Martyrologio universali. In Actis eruderandis explicandisque egregie laboravit Papebrochius, sibi persuadens, demptis nonnullis, aliis mutatis, sejunctisque a farina furfuribus, historiam Pastori, tamquam testi oculato, tribui posse. At tam multa in iis reprehendit Tillemontius tomo 2 a pag. 615, ut prudens dubium ingerat, verene auctoris illius sint, cui passim adscribuntur. Solam Pudentianam cecinit Wandelbertus :

Bis septena, Pudentiana virgine claret.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

PULSANEN. In sola secunda annuntiatione purus, in prima omittit omnia post *eunuchorum*, in tertia, post *virginis*.

Dunstani.
ROSWEYD. In fine adjicit : *Item in Britannia civitate Canthia, Dunstani archiepiscopi sancti.*

Dunstani.
ANTVERP-MAJ. Etiam in fine : *Eodem die, transitus beati Dunstani archiepiscopi et confessoris.*

Cælestini PP. *Ivonis.*
MUNERAT. *Eodem die, festum sancti Petri Cælestini Papæ et confessoris. In Britannia minori, Trecorensi Diocesi, sancti Yvonis presbyteris et confessoris.*

Adulphi.
ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJECT-BELG. Incipiunt a Potentiana, ubi puri sunt. Sequitur de Pudente, ubi ex Adone inseritur, *discipuli Pauli*. In alia annuntiatione ex eodem additur, *eunuchorum uxoris Decii*. In fine autem subdunt : *Eodem die, natale sancti Adulphi confessoris, episcopi Cameracensis.*

Bertulfi.
CENTULEN. *Romæ, natalis sanctæ Potentianæ virginis. Ipso die, beatissimi Pudentis, patris prænominatæ virginis. Item Romæ, sanctorum Calocerii et Partenii, eunuchorum uxoris Decii imperatoris. Cœnobio Blandinio, festivitas sancti Bertulfi confessoris et monachi.* Vide v Februarii.

Dunstani. *Hildeberti.* *Ivonis.* *De Petro Cælestino.*
BRUXELLEN. In Potentiana et Pudente interpolatus, in Calocero et Parthenio purior. subdit : *Et depositio sancti Dunstani Anglorum archiepiscopi. Eodem die, depositio beati Hildeberti seu Emeberti Cameracensis episcopi, beatæ Gudilæ patronæ nostræ fratris germani. Qui Vindiciano, mediante sancto Autberto, in Cameracensi episcopatu successit.* Refertur inter Prætermissos die sequenti, jamque de eo actum xv Januarii. *Item sancti Yvonis confessoris. Qui primum in parlamento regni Franciæ advocatus pauperum, et postea episcopus Carnotensis fuit.* Hic colitur die sequenti. *Romæ, sancti Petri confessoris. Qui cum esset Papa Cælestinus V, summi pontificatus honori et oneri libere cessit. Et de alta Petri sede descendens Cælestinus, ut cælestem sedem conscenderet, ad pedes Cardinalium, quibus præfuerat, humiliter Petrus prosternitur. O gloriosum virum ! qui nullius per exemplum, Papatum, quo nichil mirabilius in terris, ut Christo serviret quietius, sponte reliquit.*

Cyrilli Trevirensis
HAGENOYEN. In textu interpolatus, in fine subdit : *Treveris, Cyrilli episcopi et confessoris.*

AQUICINCT. De Dunstano fere eadem habet, quæ posteriores MOLANI editiones; vide infra.

Ivonis. *Dunstani.*
MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Caloceri et Parthenii fratrum martyrum. Potentianæ virginis. Ivonis confessoris. Dunstani archiepiscopi.*

Cælestini.
BIGOTIAN. signatus P. 5, qui fuit Patrum Cœlestinorum. *Item natalis beati Petri P. N. de Murrone, confessoris, quondam Papæ Cælestini.*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Pudentis.*

Crescentiani.
ALTEMPS. *Turribus Sardiniæ, sancti Crescentiani martyris.* Remittitur ad XXXI hujus.

De Petro Cælestino. *Theodori.* **imo 1294.* **imo 1315.* *Æmilianæ.*
STROZZIAN. Primo loco, alii ultimo : *In provincia Tusciæ* (diceret *Latii*, vel saltem *Campaniæ* late sumptæ) *apud civitatem Ferrentinam, depositio sancti Petri Papæ et confessoris, olim Cælestini, qui dicitur de Murona* (potius legendum *Cælestini Papæ... olim Petri) fundatoris Ordinis Cælestinorum, qui multorum cœnobiorum fundator, innumerabilium pater extitit monachorum, multisque miraculis et virtutibus claruit. Natus vero fuit anno Domini* MCCXVI, *vixit seculariter annis* XVII ; *fuit in pœnitentia annis* XXXIV, *assumptus fuit ad papatum anno Domini* MCCXCVI, * *requievit anno Domini* MCCXCVI, *vixit annos* LXXXI, *canonizatus fuit per Papam Clementem anno Domini* MCCCVI. * *Ipso die Florentiæ, transitus B. Æmilianæ de Circulis, quæ sepulta est in loco fratrum Minorum de Florentia anno Domini* MCCXLVI, *virtutibus et miraculis claruit coruscando. Lucæ, depositio S. Theodori episcopi, qui sepultus est in basilica sancti Donati, in qua dudum ille præsul extiterat mirifice regendo.*

Cyrilli. *Dunstani.* *Ivonis.* *Cælestini.*
EDITIO LUBECO-COL. In Potentiana et Pudente interpolata, subdit : *Treveris, sancti Cyrilli episcopi et confessoris.* Tum de Calocero, etc., ut codices supra. Sequitur : *Ipso die, depositio sancti Dunstani Anglorum episcopi et confessoris. Item memoria depositionis sancti Ivonis presbyteri et confessoris; et canonizatio ejusdem, quæ anno Domini* MCCCXLVII *a D. Papa Clemente VI facta est. Et sancti Petri Cælestini confessoris, a quo Ordo Cœlestinorum dicitur.*

Cælestini. *Crescentiani.*
BELIN. In Pudente mutilus, in fine adjicit : *Eodem die, sancti Petri Cælestini de Marono, qui quoniam renunciavit summo pontificatui, canonizatus extitit ab ecclesia, tantum pro simplici confessore.* In Parisiensi editione adjicitur : *Turribus Sardiniæ, natale sancti Crestiani martyris.*

Joannis. *Urbani PP.* *Cælestini.* *De Dunstano.* *Adulphi* *Ivonis* *Alcuini.*
GREVEN. *Apud Alexandriam, sancti Joannis martyris, qui tempore Maximiani, ducis functus officio, cum Christianos persequeretur, cælitus instar Pauli admonitus, conversus est. Postea pro fide Christi equuleo laceratur, fuste conciditur, plumbatis cæditur, camino ignis includitur, ad ultimum vero capite plexus, victor migravit.* Vide Acta. *Urbani Papæ et confessoris.* Vide Prætermissos. De Cyrillo, ut supra. *Petri confessoris, qui Cælestinus Papa quintus. Hunc ob vitæ sanctitatem Cardinales, cum jam sedes Apostolica biennio vacasset, elegerunt. Sed ipse soli Deo vacare cupiens, post quinque menses sarcinam deposuit, et seipso semper melior factus, quievit in pace. Dunstani archiepiscopi Cantuariensis et confessoris, qui in adolescentia habitum monachi suscipiens, vita et signis admirabilis habitus est, totiusque Angliæ Primas effectus, anno Domini* DCCCCLXXXVIII, *beato fine quievit. Adulphi episcopi Cameracensis et confessoris. In Britannia minori, diocesi Trecorensi, depositio sancti Yvonis presbyteri et confessoris, utriusque juris Doctoris et advocati pauperum, ejusdemque canonizatio facta anno Domini* MCCCXLVIII. *Item beati Alchuini,* puto *Alcuini.* Forte ex Rabano.

De Petro Cælestino. *Cyrilli.* *Ivonis.* *Dunstani.* *Hadulphi.* *Alcuini.*
MOLAN. *Eodem die, sancti Petri Cælestini de Morono, qui quoniam renunciavit summo pontificatui canonizatus extitit ab ecclesia tantum pro simplici confessore. Eodem die, sancti Cyrilli episcopi Treberensis. In Britannia minori Trecorensi diocesi, sancti Ivonis presbyteri et confessoris, qui pro Christi amore causas pupillorum, viduarum ac pauperum defendere non desistebat. Eodem die, depositio sancti Dunstani Anglorum archiepiscopi. Nobiliaco monasterio, depositio sancti Hadulphi episcopi et confessoris, apud Atrebatum in ecclesia sancti Vedasti quiescentis.* Typis minoribus : *Depositio Domini Alchuini.* Editiones aliæ de Petro Cœlestino, Hadulpho et Ivone, eadem quæ in priori.

priori. Sequitur : *Civitate Doroberna, sancti Dunstani archiepiscopi, qui famosum monasterium Glasconiense fabricavit, multorum aliorum existens fundator cœnobiorum. Ad cujus Sarcophagum crebro manifestatur, qualis nunc meriti maneat in cœlis.* De Cyrillo, ut supra. *Die decima nona, sancti hieromartyris Patritii Prusæ et sociorum ejus.* Vide in Prætermissis, ubi dicitur de iis actum XXVIII Aprilis. De Alcuino, ut supra. *Patritii et soc.*

XIII *Kal.* *Die* 20.

Basillæ. Romæ via Salaria, natalis sanctæ Basillæ virginis et martyris, quæ cum esset ex regio genere et haberet sponsum illustrissimum, accusata ab eodem quod esset Christiana, decretum est a Galieno Augusto, ut aut sponsum reciperet, aut gladio interiret. Conventa de hoc, et renuens assensum præbere, gladio transverberata est. *Baudelii.* In Galliis civitate Nemauso, sancti Baudelii martyris, qui comprehensus, cum sacrificare nollet, et in fide Christi immobilis inter verbera et tormenta persisteret, martyrii palmam pretiosa morte percepit. Bituricas, beati *Austregisili.* Austregisili episcopi et confessoris.

Sumitur ex *Pratcn. Herinicn. Tornacen. Rosweyd. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Præter sphalmata librariorum nihil magnopere notandum præbet, ut *Femanso, Bandelii, Austregisilli, martirii*, etc. *Galieni* hic scribunt codices omnes, excepto Pratensi, cum quo legere malim *Gallieni*, sed torrentem sequor. Grevenus syntaxim vitiat, cum scribit *accusata est*. Antverp-Maj. pro, *sponsum reciperet*, ponit, *perciperet*. Greven. et Molan. pro, *morte percepit*, substituunt, *suscepit*. Rosweyd. pro *Bituricas*, *Bituricis*.

Basillæ. OBSERVATIO. *Basillam* virginem et martyrem clare hodie consignat Romanum parvum ; nec dubium est, quin eadem ipsa in apographis Hieronymianis exstet, quidquid corrupto nomine deformata videatur et sociabus immixta. Ado soli ipsi præclarum aptavit elogium, a Notkero transumptum, a nostro eleganter contractum. Utinam satis cum veritate conveniens ! Sumpta sunt, quæ hic narrantur, ex famosis Actis, vel potius ex pio dramate, nescio a quo pridem exornato, in honorem sanctæ Eugeniæ, unde et Sanctis aliis elogia aptata sunt. Videat lector Papebrochii dissertationem hoc die, et quæ ei rursus disputanda fuere in Responsionibus ad art. 16. a num. 91. At quidquid sit de speciosis illis fictionibus, maneat indubitatus sanctæ *Basillæ*, vel *Basilissæ* cultus ex Hieronymianis apographis et Martyrologis nostris abunde comprobatus. His adde vetutissimam ejus memoriam in Indiculo Bucheriano, ubi non semel *cœmeterii Basillæ* fit mentio et verosimiliter *Basillæ* hujus, ut condistinctæ ab alia, quæ in præfato Indiculo ponitur : x *Kal. Octob. Basillæ, Salaria vetere, Diocletiano* IX *et Maximiano* VIII *Coss.* quamque Florentinius et Papebrochius eam esse putant, quæ in Hieronymianis refertur XI Junii, ut apud utrumque eo die videre est. *Baudelii.* — *Baudelius* Romano parvo ignotus, ab Adone ex Hieronymianis acceptus est, in quibus *Saudeli, Haudeli*, aliisque depravationibus mancus refertur. Totum rursus elogium Adonianum est, in Notkeri Martyrologium translatum et pauculis auctum, ab Usuardo compendiosius redditum. Acceptum est ex vetustioribus Actis ab Henschenio editis et illustratis, quæ ipsa non maximi meriti esse agnoscit, licet Aurelianensibus apocryphis ea longe præferat. Certiorem sancti martyris notitiam præbent, quæ ex Gregorio Turonensi in appendice Actorum referuntur, et cum Martyrologiis nostri antiquissimum Baudelii cultum plane evincunt. Quanti prædicta Acta faciat Tillemontius, invenies tomo 4 a pag. 724, ubi post Henschenium non nulla curiose explicat, de uno an gemino Baudelio, de martyrii tempore, translationibus, aliisque ad institutum hoc nostrum non spectantibus. Interim binas jam dictas annuntiationes sic Wandelbertus nitide expressit :

Cum dena ternam retinet fulcitque Basilla ;
Baudeliusque simul, trabeatus sanguine vernat.

Austregisili. De *Austregisilo* non meminit Ado, nec eo antiquiores. Notkerus suis Fastis eum inseruit. De Usuardo dubitari nequit, in codicum fere omnium unanimi consensione. Recte censuit Florentinius, Austregisilum ad Hieronymiana non pertinere, tametsi in Lucensi suo apographo exprimeretur. Cum enim codex ille ex Gallia, et ut observat Clar. Castellanus, ex cœnobio sancti Wandregisili, Lucam olim deportatum fuerit, nihil mirum, si ab aliquo fortasse monacho, Austregisili nomen adjectum subinde fuerit, quod in apographis aliis desideratur. Vide quæ de eo diligenter collegit, et digessit Henschenius. Item Acta Benedict. Seculo 2 a pag. 95.

AUCTARIA.

Eustachii et soc. PULSANEN. Sic incipit : *Romæ temporibus Adriani imperatoris, passio beatorum martyrum Heustasii* (Eustachii) *cognomento Placide* (Placidi) *et uxoris ejus Theophystis, cum filiis Agapito et Theopysto, quorum miri actus leguntur.* Remittitur ad solenne festum XX Septembris. Sequitur

quitur de Basilla et Baudelio, sed truncatis plane elogiis. De Austregisilo nihil in eo codice legitur.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Ferme puri sunt, in eo solum auctiores, quod ex Adone textui inserant : *Conventa de hoc, respondit regem regum se sponsum habere, et gladio*, etc. MAX-LUBEC. aliis defectuosior, in fine Austregisilum omisit.

De Basilla. CENTULEN. *Romæ, sanctæ Basillæ virginis, quæ ex regio genere per beatum Eugenium conversa, sponsum ditissimum atque potentissimum respuit, et cervicem gladio pro Christi amore subjecit. Civitate Nemauso, sancti Baudelii martyris. Bituricas*, etc. recte.

Victoriæ et Marcellosæ. BRUXELLEN. Sic orditur : *In Africa, natale sanctarum virginum Victoriæ et Marcellosæ.* Sequitur de Basilla et Baudelio satis pure. Tum : *Mucii.* *Et sancti Mucii, qui passus est a Judæis, quem ob filii Dei confessionem, funium vinculis extensum, tantis corpus vulneribus affecerant, ut membra vermibus pascerentur, sed in iis omnibus ipse invictus Deo spiritum reddidit.* In Actis ponitur die sequenti.- *Item Edelberti martyris.* (Voluit dicere *Ethelberti.* *Ethelberti*) *regis Anglorum Orientalium. Eodem die, apud Bituricas, sancti Austregisili episcopi et* *Bernardini.* *confessoris. Et sancti Bernardini confessoris, de Ordine fratrum Minorum. Quem Nicolaus* V *Papa canonizavit.*

Cœlestini PP. HAGENOYEN. In textu medice interpolatus, penultimo loco interjicit : *Item Celestini confessoris.* Non alius hic esse potest a Petro Cœlestino V Papa, de quo heri.

Eustachii etc. VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Eodem die, sancti Eustasii*, (Eustachii) *cum uxore et filiis.* Jam diximus, coli XX Septembris.

Bernardini. REGINÆ SUECIÆ, qui fuit Principis Ursini Rosemberg. *In civitate Aquilæ, sancti Bernardini, de Ordine Minorum.*

Saturninæ. *Cononis.* MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Basillæ virginis et martyris. Saturninæ virginis.* In Actis habet socias. *Cononis martyris cum filio.* De quo multa Rabanus hac die, sed remittitur ad XXIX hujus. *Baudelii martyris. Austregisili episcopi.*

Translationis Geremari. REG. SUEC. signatus num. 428. *Flaviacensi monasterio, translatio sancti Geremari confessoris.* Remittitur ad diem natalem XXIV Septembris.

Eustachii, etc. In VATICAN. num. 5949. Deest Austregisili. Adjicitur autem primo loco : *Romæ, natalis sancti Eustasii, qui tempore Trajani imperatoris, cum uxore et filiis martyrio coronatus est.*

De Bernardino. FLORENTIN. et MEDIC. Primo vel ultimo loco : *Natale sancti Bernardini Senensis confessoris, Ordinis Minorum, vita, doctrina et verbi Dei prædicatione præclari. Obiit Aquilæ, ubi et requiescit in ecclesia suo sibi nomine dedicata. Qui totam Italiam suo illustravit verbo et exemplo.* Dein : *Item, apud Sconiam* (Iconium) *provinciam Hysariæ, sancti Nonis* (Cononis) *cum filio suo, qui sub Maximiano* (MEDIC. *Domitiano*) *Comite, pro Christo passi sunt. Sancti Eustachii martyris cum sociis ejus.* Vide supra. *Cononis. Eustachii, etc.*

Translationis Lucinii. BURDEGALEN. *Andegavis, translatio corporis sancti Lucinii episcopi et confessoris.* Colitur XIII Februarii.

Saturninæ. ABDINGHOFFEN. *Et sanctæ Saturninæ virginis et martyris.*

EDITIO LUBECO-COL. In Basilla et Baudelio interpolata, in Austregisilo pura, sic addit : *Civitate Aquila, natale beati Bernardini confessoris,* *Bernardini.* *Ordinis Minorum. In Anglia, sancti Athelberti regis et martyris.* *Athelberti.* *Ipso die, sanctæ Saturninæ virginis et martyris.* *Saturninæ.*

BELIN. In Basilla convenit cum ANTVERP. etc., supra citatis. Tum : *Papiæ, sancti Theodori episcopi et confessoris.* *Theodori.* *Eodem die, sancti Eustachii martyris cum sociis ejus.* *Eustachii, etc.* *In Galliis civitate Nemauso, sancti Baudeli martyris. Bituricas, beati Aistrigilli episcopi et martyris. Eodem die, sancti Bernardini de Senis confessoris, Ordinis Minorum,* *Bernardini.* *in civitate Aquilana quiescentis, qui totam Italiam suo illustravit verbo et exemplo.*

GREVEN. *Athelberti regis Angliæ et martyris.* *Athelberti.* *Item sanctorum Marcelli, Victoriæ.* Lege *Marcellosæ.* *Marcelli et Victoriæ.* *Secundum quosdam hic Cononis martyris et filii ejus, qui infra* III *Kal. Junii ponuntur.* *Cononis.* *Item juxta Catalogum Sanctorum, hic passio sancti Eustachii et sociorum ejus, qui infra* IV *Nonas Novembris ponuntur.* *Eustachii, etc.* *Depositio sanctorum Vellesi et Faustini episcoporum.* *Vellesi, etc.* *Papiæ, sancti Theodori episcopi et confessoris.* *Theodori.* *In Aquila civitate Aprucii, depositio sancti Bernardini de Senis presbyteri et confessoris Ordinis Minorum.* *De Bernardino.* *Cujus a puero sincerissima conversatio, non parvam intuentibus attulit admirationem. Ingressus enim præfatum Ordinem, prædicationibus et scriptis ferventissimis, innumeras Christo lucratus animas, quievit in pace circa annum Domini* MCCCXLIII, imo MCCCXLIV. *Saturninæ virginis et martyris.* *Saturninæ.*

MOLAN. *In Blandinio, translatio corporum sanctorum Gudualdi, Berthulphi, cum reliquiis sanctæ virginis Amelbergæ.* *Translationis Gudualdi, etc.* Vide in Prætermissis dies singulis proprios, ad quos remittuntur. *Papiæ, sancti Theodori episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Eustachii martyris cum sociis suis.* *Theodori, Eustachii, etc.* De Bernardino refert verba BELINI. *Treveris in monasterio, quod vulgariter Horreum nuncupatur, Basilissæ virginis.* *Basilissæ Treverensis.* Vide elenchum Prætermissorum. In editionibus aliis de Theodoro et Bernardino, ut in prima. Sequitur : *Treveris, sancti Maximini martyris, primi hujus nominis Trevirensis episcopi.* *Maximini.* Consule Prætermissos. Tum : *Et in monasterio, quod vulgariter Horreum nuncupatur, Basilissæ virginis. Herefordiæ, sancti Athelberti regis Angliæ Orientalis et martyris.* *Athelberti.* *Die vigesima, sancti martyris Thalalæi.* *Thalalæi.* Vide socios in Actis. *In Blandinio, translatio*, etc., ut supra.

XII *Kal.* *Die* 21.

In Mauritania Cæsariensi, natalis sanctorum Timothei, Polii et Eutichii diaconi, qui apud præfatam regionem verbum Domini disseminantes, pariter coronari meruerunt. Item apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctorum Polyeucti, Victorii et Donati. Cordubæ, Secundini martyris. *Timothei et soc. Polyeucti et soc. Secundini.*

Textus est in *Praten. Tornacen. Pulsanen. Antverpien.* et *Max-Lubec. Antverp-Maj. Munerat. Greven* et *Molan.* Item in *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editione Ultraj-Belg.*

VARIA.

VARIA LECTIO. Hic rursus amanuensium oscitantiæ tribuenda sunt plurima. Hæc pauca delibo. *Mauricania*, *Thimothei*, *Thymothei*, *Eutici*, *Euticii*, *Capadociæ*, *Capadotia*, *Poliveti*, *Polieveti*, *Polionati*, *Polmeti*, *Polioti*, *Poliocti*, etc. Notabilius est, quod codex Pulsanen. profert, secutus Adonem, qui pro *diaconi*, legit *diaconorum*. Habet præterea contra textum, *coronati sunt*. Demum aberrat maxime in hac inepta constructione seu combinatione : *Item apud præfatam regionem Cæsaream Cappadociæ*, etc. Antverp-Maj. pro *verbum Domini*, maluit ponere, *Domini verbum*.

OBSERVATIO. De toto hodierno textu, hoc unum dici potest, nulla de Sanctis in eo enumeratis monumenta reperiri, præter ea quæ in Martyrologiis exstant, adeo ut solo ferme nomine innotescant. Sic primam annuntiationem efformant plerique codices Hieronymiani : *In Mauritania*, *Timothei*, *Poli*, *Eutici diaconi*, incertum reliquentes, utri Mauritaniæ, utrum *Tingitanæ* an *Cæsariensi* præfati martyres tribuendi sint. Dubitationem tollit Romanum parvum expresse indigitans : *In Mauritania Cæsariensi*, *Timothei*, *Polii*, ubi vides tertium socium desiderari. Reposuit illum Ado, texuitque satis vulgare elogium, quale in laterculo exhibetur, cum hoc solo ab Adone discrimine, quod ipse legat in numero multitudinis, *diaconorum* ; Noster vero cum apographis Hieronymianis, qualemcumque dignitatem ad solum Eutychium restringere videatur. Utrum id studio, an casu fecerit Usuardus non examino, certe apud Notkerum Adoniana periodus intacta remansit, solum interjecta, sed perperam, voce, *civitate*, ut recte olim observavit Henschenius. Tres nostros martyres uno versiculo celebrat Wandelbertus ; alii duo ad hunc textum non pertinent :

Timothei et soc.

Bis sena Polius, Eutychius atque Thimotheus.

Martyrum Cappadocum

Martyrum Cappadocum antesignani nomen varie efferunt codices fere omnes, tum vulgati, tum manuscripti, tum antiqui tum recentiores, ut supra innuimus et in Actis etiam abunde exponitur. Hieronymiana apographa *Policuti* ferme nominant. Usuardina sibi non constant. Ado, quique eum sequitur Notkerus, melius *Polyeucti;* quam enuntiandi rationem in ea codicum dissonantia putavi præferendam. De cetero textus noster Adonianus est. — Martyr ultimus *Secundinus* ex eorum, opinor, est numero, quos ex Hispania in Galliam attulit Usuardus, confusa notitia illic accepta. Nec sane quidquam Hispani suggerunt, unde de tempore martyrii distinctius statuatur. Nec ad Maurorum famosam illam persecutionem, sed ad longe antiquiorem Diocletianæam pertinere, verosimillime conjicit Henschenius, Actis, aliisve monumentis certioribus destitutus. Sola proinde Usuardi auctoritate niti videtur *Secundini* commemoratio. Hic vero undecumque eum eruerit, primus est qui in sacris Fastis consignavit, tamque certo in hac parte de ejus lectione constat, quam certum est, reliqua omnia ex Adone desumpta.

Secundini.

AUCTARIA.

Romani

HERINIEN. Purissimo textui subjicit : *Item sancti Romani monachi*. Ejus, opinor, qui die sequenti in Actis ponitur, et in codice PRATENSI eodem die *Senonibus* tribuitur. Hinc conjectura est, peculiariter cultum *Romanum* in ea ecclesia vel cœnobio, cujus olim fuit Heriniensis codex.

Valentis. *Januarii.*

ROSWEYD. In fine : *In Augia, Valentis episcopi et martyris. Januarii martyris*. Vide elenchum Prætermissorum et diem sequentem. Vide etiam quæ de Valente hoc die notavit Castellanus in Martyrologio universali.

Valis.

CENTULEN. *In Mauritania Cæsariensi, Sanctorum Timotei, Polii et Euticii diaconi. Cæsarea Cappadociæ, sanctorum Poliocti, Victoris et Donati. Antisiodori, sancti Valis presbyteri et confessoris. Cordubæ, sancti Secundini martyris*. De Vale seu Valente, proxime diximus.

Valentis *Constantini.* *Vitalis*, alias *Valis*, aut *Valentis.*

BRUXELLEN. In prima annuntiatione satis purus, sic pergit : *Et sancti Valentis episcopi et martyris. Apud Cæsaream Cappadociæ, natale sanctorum Polieucti, Victoris et Donati. Eodem die, depositio Constantini magni imperatoris, qui viam fidei et devotionis principibus reliquit. Et quem Gregorius in Registro et Ambrosius super psalmum decimum quartum, ac Isidorus in Chronicis, magni meriti apud Deum fuisse, ac vitam feliciter terminasse commemorat. Civitate Corduba, sancti Secundini martyris. Anthisiodori, depositio sancti Vitalis presbyteri*. Qui supra *Valis* dicitur.

Dioscori.

HAGENOYEN. Initio purus, secundo loco habet de Dioscoro martyre Ægyptio, quem cum Usuardo retulimus XVIII Maii. Sequitur de Cappadocibus et Secundino, satis recte.

Juliæ. *Helenæ.*

VICTORIN. In fine : *Qui, ut scribit beatus Cyprianus in libro de lapsis, per ignem passionis martyrum consummaverunt. Apud Corsicam, sanctæ Juliæ, quæ crucis supplicio coronata est. Antissiodori, Helenæ virginis*. Sed hæc omnia pertinent ad textum diei sequentis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Timothei, Polii, et Eutychii martyrum. Poliucti, Victorii et Donati*. Corrupta de more omnia.

Romani

REGINÆ SUEC. signatus num. 428. *Ipso die, sancti Romani monachi, qui beato Benedicto monachilem habitum tradidit*. Patet indicari *Romanum Sublacensem*, qui ad XXVIII Februarii in Auctariis cum *Romano Jurensi* confusus est, quod perperam factum abunde in Actis ea die demonstratur. Censet porro Ferrarius, præfatum *Sublacensem*, eumdem esse cum hodierno Romano *Autissiodorensi* vel *Senonensi*, aut potius Fontisrogi. At qua id verosimilitudine circumferatur, vide sis in Annotatis Henschenianis ad insulsam rationem capite I Actorum hujus Romani, XXII Maii ; ut verbo diximus ad XXVIII Februarii.

In VATICAN. num. 5919. Deest *Secundini*.

Vitalis.

ALTEMPS. *Eodem die, Antissiodori, depositio sancti Vitalis. Vialis*, vel *Valentis*, ut supra.

Translatio Pauli martyris.

STROZZ. *Translatio beati Pauli Martyris de Constantinopoli in civitate Venetiarum ad monasterium sancti Georgii majoris anno Domini* MCCXXII *Indictione* 2. Remittitur ad VIII Julii. *Eodem die*,

sanctorum

Genesii, etc. *sanctorum Genesii, Theoponti et sanctæ Helenæ.* Priores duo veris suis nominibus referuntur III Januarii; Helena proprio die colitur XVIII Augusti, de qua vide ibi Observationem.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Antissiodori,* *Valis* *depositio sancti Valis presbyteri et confessoris.*

EDITIO LUBECO-COL. In textu satis pura, subdit : *De Valente et 3 pueris cum eo martyribus.* *Ipso die, beati Valentis episcopi et trium puerorum cum eo martyrum : qui primo pro Christo pedibus sunt vincti, deinde in equuleo levati, ac sæpius* (torti,) *finaliter gladio percussi, coronam* *Maurilii.* *martyrii adepti sunt. Trecas, sancti Maurilii con-* *Vallis* *fessoris, Autisiodori, beati Vallis presbyteri et confessoris.* Frequens nominis variatio.

BELIN. In textu, pro *Polii*, legit *Hippolyti.* *De Paulo.* Tum subdit : *Item translatio beati Pauli martyris de Constantinopoli in Venetias ad monasterium sancti Georgii majoris, anno Domini* MCCXXII *Indi-* *Genesii, etc.* *ctione decima. Eodem die, sanctorum Genesi, Thoponti et sanctæ Helenæ.* Vide supra.

De Valente GREVEN. *Valentis episcopi et cum eo trium puerorum ; qui primo pro Christo vincti, et in equuleo levati ac sæpius torti, tandem gladio percussi ad martyrii palmam pervenerunt. In Africa, natalis* *Victi, etc.* *sanctorum Victi, Maurellæ, Quinti, Primuli, Salustii, Fortunati.* Vide socios alios duos in Actis. *Constantini* *Secundum quosdam hic, depositio Constantini im-* *Vallis.* *peratoris. Autisiodoro, beati Vallis presbyteri et* *Maurilii.* *confessoris. Trecas, sancti Maurilii confessoris.* *Valeriani.* *Valeriani presbyteri.* Vide quæ de eo dicuntur in *Hospicii.* Prætermissis. *Hospicii confessoris et viri Dei; qui apud Nuceriam* (Nicæam) *inclusus, ferro ad carnem accinctus, virtute abstinentiæ insignis, simul etiam prophetiæ spiritu claruit.*

MOLAN. *Natalis sanctæ Idabergæ virginis.* In *Idabergæ.* Actis vocatur *Itisberga. Item translatio beati Pauli* *De Paulo.* *martyris e Constantinopoli in civitatem Venetias,* etc., ut BELINUS. *Eodem die, sanctorum Synesii,* *Synesii, etc.* *Theopontii,* etiam ut ibi. *Et S. Valentis martyris* *Valentis.* *et pontificis.* Sequitur minoribus typis : *Hospitii* *Hospitii* *confessoris,* etc., ex GREVENO. Editiones aliæ sic habent : *Apud Ariam, natalis sanctæ Idabergæ virginis. In civitate Autisiodorensi, beati Vualis presbyteri et confessoris. In Lusitania, Villa Miliana, passio sancti Maucii, a Judæis perempti.* *Maucii.* Sequitur translatio Pauli, ut supra. *Eodem die, sanctorum Synesii et Theopontii. Et sancti Valen-* *Valentis.* *tis martyris et Pontificis :*

Augia, quem lætis ducit per gaudia votis.

Die vigesima prima, sanctorum magnorum regum et Apostolis æqualium, Constantini et Hele- *De Constantino.* *nes.* Tum litteris minoribus : *Qui Constantinus ecclesiam Dei maximis privilegiis honoravit, fidem dilatavit, templa construxit, et plenus operibus bonis in pace quievit. Libellos accusationum contra episcopos sibi oblatos, convocatis episcopis incendit, dicens : Vos Dii estis, a vero Deo constituti, ite et inter vos causas vestras discutite. Apud Nicæam Galliæ, sancti Hospitii confessoris* *Hospitii.* *et viri Dei, qui virtute abstinentiæ insignis, etiam prophetiæ spiritu claruit. In Anglia, depositio beati* *Godrici.* *Godrici eremitæ et confessoris, cujus actus clari extant.* Vide de eo Henschenii commentarium et vitam a Galfrido coævo scriptam.

XI *Kal.* *Die* 22.

In Africa, natalis sanctorum Casti et Emilii, qui, ut scribit beatus Cyprianus in *Casti et Emilii.* libro de lapsis, per ignem passionis martyrium consummaverunt. Apud Cor- *Juliæ* sicam, sanctæ Juliæ, quæ crucis supplicio coronata est. Autisiodoro, Helenæ *Helenæ* virginis.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Rosweyd. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Molanus ceteris codicibus correctior, scribit *Æmilii*, sed nos Usuardinum scribendi modum ex Mss. et impressis aliis petivimus. Dubium est legeritne Usuardus, *scribit*, an *scripsit* : in præterito habent Praten. Tornacen. Rosweyd. et Munerat ; in præsenti, Herinien. Pulsan. Antverp-Maj. Greven. et Molan. Utrum præferas sus deque est ; mihi præplacet Adonis lectio. Errat Munerat. dum pro *consummaverunt*, ponit *consummavit ;* nec magis placet Greveni et Molani mutatio, qui substituunt *compleverunt.* Rursus male in Munerato est *Corticam*, in Greveno pro *Juliæ*, *Julianæ*. Demum, Rosweyd. Greven. et Molan. *Helenæ* præfigunt titulum *sanctæ.*

OBSERVATIO. Florentinius totus est in numerandis, distinguendis, distribuendisque hujus diei martyribus, ex codicum Hieronymianorum ancipiti sententia. Non lubet mihi supra virum diligentissimum sapere. At quod nostri est instituti, noto, *Faustinum*, *Timotheum* et *Venustum* male ab ipso Bedæ tribui, quem purum ante non viderat, pejus Usuardo, qui a Molani Auctariis distat longissime. Hoc verum est, Bedam *Casti* et *Emili* meminisse, phrasi non multum ab Adoniana discre- *Casti et Emilii.* pante, quam Rabanus mutuatus est. Brevius eos indicat Romanum parvum, Ado Bedam, ut dixi, ferme sequitur, Adonem Notkerus. Usuardus vero parenthesi inseruit, quæ alii in finem conjecerant, de B. Cypriani testimonio. Lapsum amborum martyrum, sed et gloriosam subinde resipiscentiam paucis sed eleganter a laudato Patre descriptam, Acta repræsentant. Liceat hic nobis referre hæc paucula : *Sic Casto et Æmilio aliquando Dominus ignovit, sic in prima congressione devictos, victores in secundo prælio reddidit, ut fortiores ignibus fierent, qui ignibus ante cessissent, ut unde superati essent, inde superarent.* Vide de iisdem insignem Augustini locum apud Tillemontium tomo 3 pag. 126. Antiquissima item horum martyrum memoria exstat in Kalendario Carthaginensi a Mabilione edito. Wandelbertus sic eos paucis exornat :

Undecimam Castus sacer, Æmiliusque dicarunt

Jejuam

[*Juliæ*] *Juliam* Corsicanam longa narratione historica prosecutus est Mosander, eam Adoni supponens. At enim Adonis istud non esse elogium, verosimile facit accuratior Rosweydi editio, et ultro fatetur Florentinius, addens *consimilem narrationem exhiberi a Petro de Natalibus lib.* 5. *cap.* 29. Ex collatione patet esse etiam dissimiles, sic tamen ut ex iisdem Actis profluxisse certo appareat. Vera Adonis verba martyrii seriem brevissime complectuntur, eaque Notkerus et Noster nude transcripsere. Porro quid de Mosandri et Petri historiis, variis Actis et translatione censendum sit, colligat lector ex Papebrochii commentario. Satis ibi innuit Magister noster in eam se partem inclinare, ut passam Virginem statuat seculo sexto vel septimo, contra quam senserit Baronius in hodierna notatione et Theodoricus Ruinartius in commentario de persecutione Wandalica pag. 451, ubi ejus Acta reproducit, cum alio Mss. codice Remensi collata. Utra opinio præferenda sit, aliorum judicio relinquimus. [*Helenæ*] — De *Helena* mirari liceat ita scribere Florentinium : *Meminerunt* (Helenæ) *Beda, Usuardus, Ado, Notkerus*; cum id de solis antepenultimo et ultimo asseri vere possit. De Beda, quem non nisi suppositium habuit, non loquor; sed manifeste perspicere eruditus auctor potuit in Adoniana Rosweydi editione *Helenam* nullam esse, utpote in appendicem rejectam, et ab ipso quidem Mosandro asterisco notatam, quod ipse de Faustino et Timotheo recte antea observaverat. Quod autem et *depositio* ejus et *translatio* in Hieronymianis memoretur, bene censuit Henschenius ea a posteris aucta, ut etiam sentire debuit Florentinius, quando Helenæ commemorationem litteris Italicis a genuino textu discriminavit. Utcumque tamen res habeat, sive ex apographis Hieronymianis, sive ex Actis sancti Amatoris, Helena Usuardo innotuerit, certissimum est, illam ab ipso sacris tabulis inscriptam. Unde priores accepti et inserti sint, jam in aperto positum est. Vide sancti Amatoris Acta I Maii illustrata num. 31, et quæ paucis etiam de ea habet Tillemontius in vita sancti Germani tomo 15 pag. 11.

AUCTARIA.

PRATEN. In ecgrapho nostro sub finem adjicitur: [*Romani.*] *Senonis, sancti Romani confessoris.* Sed additamentum esse haud obscure colligo, putoque ad marginem additum. Quid de Romano illo censendum sit, videat lector in Actis hac die et XXVIII Februarii. Item in Auctariis diei præcedentis, ex HERINIEN. et REGIÆ SUECINÆ signato num. 428.

ANTVERP. MAX-LUBEC. AQUICINCT. VICTORIN. et UGHELLIAN. In fine solummodo addunt : [*Faustini et Timothei*] *Romæ, sanctorum Faustini et Timothei.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. [*De Helena*] De Helena, hæc textui subjiciunt : *Quæ sicut in gestis sancti Amatoris legitur, et multimoda meritorum virtute claruit et miraculis effulsit.* Tum: [*Faustini et Timothei*] *Romæ, sanctorum Faustini et Timothei.* In GREVENO, alius socius adjungitur.

CENTULEN. *In Africa, sanctorum Casti et Emilii, qui per ignem martyrium consummaverunt. Antisiodoro, sanctæ Helenæ virginis, quæ multimoda virtute claruit. Apud Corsicam, sanctæ Juliæ, quæ crucis supplicio coronata est.* Vide infra.

BRUXELLEN. Nihil sensu differt ab ANTVERP-MAX. etc.; sed Faustini et Timothei annuntiationem penultimo loco collocavit.

HAGENOYEN. Helenam præterivit. In prima annuntiatione purus, sic pergit: *Eodem die,* [*De Julia*] *sanctæ Juliæ virginis et martyris, quæ capta erat in Carthagine, et Eusebio est præsentata, ut ancilla, cui fidelissime illa servivit, non tamen cultum divinum prætermittens. Unde Eusebius summe eam diligebat, et pro ea quatuor alias a Felice præside Corsicæ provinciæ accipere noluit. Insuper illam nimis collaudabat. Eusebius inebriatur, et Julia vi de navi tollitur, et cum consentire nollet idolis sacrificare, alapis cæditur, crinibus torquetur et suspenditur, et in suspensione flagellatur; demum crucis affixione martyrium complevit. In cruce vero illa orat et obiit, ac in specie columbæ ejus anima cœlos cunctis videntibus ascendit.* Hæc ferme ex citata superius historica narratione desumpta sunt. Sequitur: [*De Constantino.*] *Apud Constantinopolim, depositio sancti Constantini imperatoris, qui dictus est magnus. Hic quoque egregie pro imperio pugnavit, ut pacem omnibus gentibus conservaret. In Chronicis invenitur. Hic etiam privilegia, primus imperator, Romanis Pontificibus et ecclesiis dedit. Decimas regales ecclesiis, et ministris Christi delegavit. Hic Constantinus primum, non per se sed per suos, ecclesiæ erat persecutor, et ideo leprosus est effectus et a lepra per beatum Silvestrum erat mundatus in baptismo, ubi Christus ei apparuit, et ideo postea factus est ecclesiæ propagator. Item in Roma ædificavit ecclesiam Salvatoris, id est sancta sanctorum. Et ecclesiam B. Petri Apostoli, quam fecit caput et matrem omnium ecclesiarum. Et S. Pauli. Et S. Joannis Baptistæ in Laterano. Igitur republica bene ordinata et ecclesia Dei miro modo exaltata, cum magna religione obiit, in Constantinopoli, et sepultus in ecclesia Apostolorum, quam ipse ædificavit. Hujus festum Græci celebrant.* Quæ hic vera falsis immiscentur, per se facile distinguet eruditus lector. Colitur Constantinus die præcedenti, ut ibi in Actis refertur.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Juliæ virginis et martyris. Helenæ virginis. Casti et Æmilii, de quibus scribit beatus Cyprianus.*

ALTEMPS. *Romæ, sanctorum Faustini et Timothei martyrum.* [*Faustini et Timothei.*] *In Galliis monasterio quod vocatur Bonævallis* (Vallilias) *sancti Romani confessoris,* [*Romani*] *alumni sancti Benedicti.* De eo satis dictum est.

FLORENTIN. *Apud Ravennam civitatem, sancti Martiani archiepiscopi et confessoris.* [*Martiani.*] Tum STROZZIAN. *Sancti Sotheris Papæ festivitas agitur* X *Kal. Maii.* [*Sotheris PP.*] *Item Romæ, depositio sancti Urbani Papæ et martyris, cujus festum agitur* VIII *Kal. Junii.* [*Urbani PP.*] Cur hæc ibi hoc die notentur, ignoro.

BURDEGALEN. *Cuitheriæ virginis et martyris.* [*Quiteriæ*] *Quiteriæ* scribunt Acta nostra.

LUXOVIEN. *In pago Senonico, Vallidiacensi monasterio, translatio corporis beatissimi Romani confessoris.* [*Translationis Romani*] Vide quæ diximus ad PRATEN. supra.

EDITIO LUBECO-COL. In prima annuntiatione pura, in secunda nonnihil interpolata, de reliquo similis est codicibus supra citatis ANTVERP-MAX. etc. Sed subnectit: *Eodem die, sanctorum confessorum Sanctini et Antonii, discipulorum sancti* [*Sanctini et Antonii*]

Dionysii

Dionysii, qui successive ecclesiam Meldensem in pontificalibus rexerunt et in Domino quieverunt. Vide in Prætermissis. *Lupi Lemovicensis.* *Lemovicas, sancti Lupini* (Lupi) *episcopi et confessoris. Antisiodoro, beati* *Romani.* *Romani abbatis.* Idem est, ni fallor, qui supra aliis locis assignatur.

BELIN. Prima editione, in fine: *Faustini, etc.* *Romæ, sanctorum Faustini et Timothei.* In altera additur: *Romani.* *In Galliis, monasterio quod vocatur Vallilias, sancti Romani abbatis, alumpni patris Benedicti.*

GREVEN. *Faustini, etc.* *Romæ, natalis sanctorum Faustini, Timothei et Venusti.* *Maxentii, etc.* *Item Maxentii et Felicis, sociorum.* *Goswini.* *Goswini martyris.* *Eodem die, sanctorum* *Sanctini, etc.* *confessorum Sanctini et Antonii discipulorum,* etc., ut supra. *Lupi.* *Lemovicas, sancti Lupi episcopi et confessoris. Ipso die, ut dicitur lib.* 3. *historiæ Tripartitæ,* *Constantini.* *depositio beati Constantini magni imperatoris confessoris. Qui ecclesiam Dei maximis privilegiis honoravit, fidem dilatavit, templa construxit, et plenus operibus bonis in pace quievit. Antisiodoro, beati* *Romani.* *Romani abbatis. Eodem die, sancti Boni.* *Boni.* An non *Boni* vel *Bobonis? In Vascania, Quiteriæ virginis* *Quiteriæ, etc.* *et martyris et aliorum.*

MOLAN. Sensum prosequitur: *Quæ sicut in gestis sancti Amatoris,* etc. *In civitate Antisiodoro, beati* *Vitalis.* *Vitalis presbyteri et confessoris.* De quo die præcedenti. *Faustini, etc.* *Romæ, sanctorum Faustini et Timothei.* *Romani.* *In Galliis monasterio, quod vocatur Vallilas,* etc. *Boni.* *Eodem die, sancti Boni.* Tum charactere minori: *Goswini.* *Gosuini martyris.* De Constantino abunde dictum est. In editionibus aliis, de Helena, Romano et Bono, ut in præcedenti. Sequitur: *Quiteriæ.* *In Gasconia, sanctæ Quiteriæ virginis, quæ cum aliis multis egregium martyrium sustulit.* *Faustini et Timothei.* *Romæ, sanctorum Faustini et Timothei. Die vigesima secunda, sancti* *Basilisci.* *martyris Basilisci.* Colitur III Martii. Demum litteris parvis: *Romæ, sancti Gosuini pueri et martyris.* De hoc videantur Acta.

X *Kal.* *Die* 23.

Apud Lingones, passio sancti Desiderii episcopi. *Desiderii Lingonensis,* Hic cum plebem suam ab exercitu Vuandalorum vexari cerneret, pro ea supplicaturus exiens, statim jugulari est jussus, quique pro ovibus sibi creditis cervicem libenter tetendit, et percussus gladio migravit ad Christum. *et soc.* Passi sunt autem cum eo et alii plures de numero gregis sui, et apud eamdem urbem conditi.

Puri sunt codices *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Rosweyd. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Prima occurrit variatio in nomine *Wandalorum,* ut nos et scribimus et pronuntiamus. Secutus sum tamen codices Praten. Herinien. Rosweyd. et alios, quibus ea littera in usu non est. Recte scripsit Greven. male Munerat. *Uuandalorum.* Tornacen. et Pulsanen. *Guandalorum* formant, solita satis transmutatione V in G, et forte ex hac radice *Ganda* a *Wanda,* quemadmodum variis in nominibus usuvenit, ut *Guillelmus* et *Willelmus, Guido* et *Wido, Gualterus* et *Walterus, Gasconia* et *Vasconia,* aliisque notatis ab Honorato Bouche in Corographia Provinciæ tom. I, lib. 4 cap. 2 §. 5 occasione urbis *Vapingensis,* vulgo *Gap.* Hæc semel indicasse juverit, aliis etiam servitura. Et notantur hac ipsa die in Auctariis de *Guiberto* et *Wiberto* Gemblacensi. Sic I Aprilis *Gualerici* et *Walerici.* Alibi *Guandelbertus* pro *Wandelbertus,* etc. etc. Si quis pluribus hujusmodi delectetur, habeo quæ dissertationi non incuriosæ materiam præbeant. Altera variatio est in, *quique pro ovibus,* ut habent Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. Munerat. Greven. et alii, sensu non recto, quem correxere Pulsanen. et Molan. conjunctione inducta, legentes, *qui pro ovibus,* vel ut Munerat. *qui mox pro.* Alterutra lectio purior est, sed nos antiquiores codices prætulimus. In Pulsanensi deest, *libenter.* In Munerato, per typothetæ errorem habetur, *alios plures,* pro *alii plures,* uti in principio *Lingonem* pro *Lingones.*

OBSERVATIO. Vacat hac die Beda, vacat Romanum parvum, vacant etiam, si ita loqui licet, *Desiderii.* Hieronymiana apographa, saltem quoad spectat limites laterculi nostri; intellige in iis codicibus, *Desiderium* non reperiri, nisi tantummodo ut a recentioribus adjectus est, fatente Florentinio; et sic quidem adjectus, ut perpensa annuntiandi ratione, dubium relinquatur, utrum *passio Desiderii episcopi et martyris* Lingonensi an Viennensi (qui ambo hac ipsa die recoluntur) tribuenda sit. Verba Hieronymianorum a Rabano ex iisdem codicibus, ni fallor, descripta, dubium nequaquam tollunt. Ast Florus, de Viennensi se agere diserte profitetur. Quid igitur Ado? Narrat hic illius martyrium in Chronico ad annum Christi DLXXXIII. Rursus plura de eo scripsit a Notkero fuse commemorata, alia in Actis nostris relata; de quibus non oscitanter egimus ad XI Februarii. At in Martyrologio suo de Desiderio Viennensi Ado non meminit, quidquid sub ejus nomine Mosander elogium adstruat, ex Chronici verbis conflatum. Atque hæc ita esse, contra Baronii Notationes evincit Florentinius, ut ante ipsum Rosweydus censuerat, qui, quæ de Viennensi Desiderio in Mosandri Adone leguntur, scripta invenerat, non in Adoniano textu, sed in ora codicis Coloniensis, atque adeo inter addita spuriaque rejecerat. Quæ itaque pro veris Adonianis haberi debent, sola exhibet laudata Rosweydi editio, eademque a Notkero descripta sunt, interjecta periodo, qua eos redarguit, qui dicebant *civitatem civium esse viventium, non cadaverum defunctorum.* Quæ autem ab Usuardo præterita, ea potissimum ad sancti martyris sepulturam spectant, de qua uti et de translationibus, de martyrii tempore, Wandalisque seu Alemannis seculi tertii, qui hic appellantur, consulet lector eruditam Hen-

schenii

schenii commentationem. Sed habet hæc adversarios suos, atque imprimis Tillemontium tomo II a pag. 648, ubi de Desiderii hujus nostri Actis disserens, Henschenii sententiam ex professo impugnat, contenditque non ad seculum tertium, sed ad initium quinti, Desiderii martyrium revocandum esse. Ego utriusque opinionis momenta aliorum examini subjicio. Ipsorum Actorum seriem Gallicam tradit laudatus Tillemontius tomo eodem a pag. 539, quorum Adonis textus, breve compendium est, noster vero ex Adone fere ad verbum contractus. Atque hæc simplex et vera Usuardi lectio. Wandelbertus hoc disticho Desiderium laudavit:

Lingonicam decima Desiderius sacrat urbem,
Antistes martyrque Dei galeatus honore.

AUCTARIA.

Dedicationis ecclesiæ S. Mariæ, etc. In PRATENSI nostro apographo sub finem legitur: *Loco Siqestro, dedicatio ecclesiæ sanctæ Mariæ et sancti Sequani.* Vix dubito, quin ea recentius ad marginem apposita sint, atque adeo puritati codicis nihil officiant, ut alibi notavimus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVEP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textui puro subdunt: *Epitici et Basilei.* *In Hispaniis, natale sanctorum Epitici et Basilei episcopi.* Alii scribunt *Epicteti* vel *Epictiti*; *Epitacii* vel *Epitasii.* Vide Acta.

De Desiderio Lingonensi. CENTULEN. *Apud Lingones, passio sancti Desiderii martyris. Cum plebem suam ab exercitu Wandalorum vastari cerneret, ad regem eorum supplicatum exiit, a quo statim sententiam decollationis accepit. Passi sunt cum eo* (Sequentia, ab alia manu) *quamplures de numero gregis.*

BRUXELLEN. Sic incipit: *Apud Hispaniam, natale sanctorum Epitecti et Basilei.* *Epitici, etc.* *Apud Lingones, passio sancti Desiderii episcopi.* *De Desiderio Lingonensi.* *Qui cum plebem suam ab exercitu Wandalorum vastari videret, ad regem ipsorum pro suis supplicaturus exivit. A quo jussus est statim jugulari; et ipse pro ovibus sibi creditis cervicem libenter extendens, gladio percussus migravit ad Christum. Sed percussor ejus mox amentia correptus interiit. Passi sunt etiam cum eo et alii plures de numero sui gregis, qui secum apud eamdem urbem conditi sunt. Et Apud Viennam,* *Desiderii Viennensi.* *natale sancti Desiderii episcopi. Qui in territorio Lugdunensi in villa Priscilliaco, concilio Brunechildis, a Theodorico rege lapidibus obrutus, martyrii gloriam invenit. Et modo martyr sepultus in Viennensi ecclesia, honorifice servatur. Apud Gemblacum, sancti Witberti.* *Witberti.* *Qui inter nobiles Lotharingiæ milites primus, militiæ deposito et religionis accingens se cingulo, Gemblacense cœnobium fundavit.*

HAGENOYEN. Incipit a Desiderio Viennensi fere ut in Adone Mosandri. In Desiderio Lingonensi satis purus est. Tum perperam adjicit *Helenam, Faustinum* et *Timotheum*, de quibus die præcedenti. Tum: *Epictet et Basilei.* *In Hispania, sancti Epicteti martyris et Basilei episcopi et confessoris.*

AQUICINCT. et UGHELLIAN. Eadem habent in fine, quæ octo codices supra. Nempe: *In Hispaniis, sanctorum Epictiti* vel *Epitici et Basilei episcopi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Desiderii episcopi et martyris, cum pluribus de grege suo. Lucii, Montani, Flaviani cum sociis eorum.* *Lucii et soc.* Vide et hos et socios melius in Actis expressos. *Groyberti confessoris.* *Groyberti.* Guibertum Gemblacensem, ni fallor, indicat, vel Wibertum Frislariensem.

REGINÆ SUEC. signatus num. 130. *Romæ, sanctorum Faustini et Timothei. In Africa, sanctorum Casti et Æmilii.* *Faustini, etc.* *Casti, etc.* Vide quæ de utraque annuntiatione dicta sunt ad diem præcedentem.

VATICAN. num. 5949. *Romæ, sanctorum Faustini et Timothei.*

CAUDIACEN. PRIORATUS. *Magno-loco, adventus reliquiarum S. Austremonii episcopi et martyris.* *Adventus reliquiarum Austremonii.* Colitur 1 Novembris.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Autissiodori, depositio et translatio corporis S. Helenæ.* *Helenæ.* Die præcedenti, in textu Usuardino posita est.

EDITIO LUBECO-COL. In textu satis pura addit: *In Hispaniis, natale sanctorum Epictici et Basilei episcopi, martyrum.* *Epictici, etc.* *Apud Viennam, sancti Desiderii episcopi et martyris, qui passus est in territorio Lugdunensi in villa Priscilliaco. Qui martyr modo sepultus in Viennensi ecclesia, ubi honorifice servatur.* *Desiderii Viennensis.* Vide supra Observationem.

BELIN. *In Hispaniis, Epitacii episcopi et Basilei. Ipso die, sancti Mercurialis episcopi et confessoris.* *Mercurialis.* Vide Prætermissos, et XXX Aprilis.

GREVEN. *In Africa, sanctorum Lucii et Quinti, Montani et aliorum.* *Lucii, etc.* *In Hispaniis, natalis sanctorum Epictici et Basilei episcopi, martyrum.* *Epictici, etc.* *Apud Viennam, sancti Desiderii episcopi et martyris.* *Desiderii Viennensis.* *Qui passus quidem in territorio Lugdunensi, villa Prisciliaco* (Prisciniaco) *sed modo Viennæ quiescit. Nicomediæ, Theopompi episcopi et martyris.* *Theopompi.* *Qui pro fide Christi missus in clibanum accensum, die integro et nocte illæsus perduravit. Deinde carceri, negato cibo inclusus, a Domino confortatus, tandem vero cum Senesio a se converso martyrii gloriam adeptus est.* De iis jam sæpius. Vide in indice Prætermissorum. *Guillelmi martyris Roffensis.* *Guillelmi.* *Cujus corpus cum jaceret occultum, divinitus per miracula revelatum fuit. Mercurialis episcopi et confessoris.* *Mercurialis.* De quo in BELINO. *In Frislaria Hassiæ, sancti Wiberti monachi et confessoris.* *Wiberti.* Differtur ad XIII Augusti. *Calixtæ nobilis Romanæ.* *Calixtæ.* Vide Prætermissos.

MOLAN. De Epitacio et Basileo, atque item de Mercuriale, BELINI textum descripsit. Tum: *In Gemblaco monasterio, natale sancti Guiberti patris nostri ac fundatoris, confessoris præclari in miraculis.* *De Guiberto.* *Item Viennæ, natale sancti Desiderii episcopi, qui passus est in territorio Lugdunensi.* *Desiderii Viennensis.* De Guillelmo Roffensi, ut supra, sed charactere minori. Editiones aliæ, primo agunt de Guiberto, post de Desiderio, ut supra. Tum: *Die vigesima tertia, sancti patris et confessoris Michaelis episcopi Synadæ.* *Michaelis.* De Epitacio, etc., et Mercuriale, ut jam dictum est. In fine, charactere minori: *In Anglia, civitate Roffensi, passio sancti Guilelmi.* *Guilelmi.*

IX *Kal.*

IX *Kal.* *Die* 24.

NAtalis Manahen, Herodis Tetrarchæ collactanei, Doctoris et Prophetæ sub gratia novi Testamenti, apud Antiochiam in Christo quiescentis. *Manahen.* Item beatissimæ Joannæ, uxoris Chuzæ, procuratoris Herodis, quam commemorant Evangelistæ. *Joannæ.* In portu Romano, natalis sancti Vincentii martyris. *Vincentii.* In Galliis civitate Namnetis, beatorum martyrum Donatiani et Rogatiani fratrum, qui pro constantia fidei in carcerem missi, et in equulei catasta suspensi ac laniati, deinde lancea militari perfossi, novissime capita eorum præcisa sunt. *Donatiani et Rogatiani.* Apud Histriam, sanctorum martyrum Zoelli, Servilii, Felicis, Silvani et Dioclis. *Zoelli et soc.*

Ex *Praten. Herinien. Antverpien. et Max-Lubec. Rosweyd. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.* Adde *Antverp-Maj. Ultraject. Leyden. Albergen. Danic.* et *Editionem Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. In solo Pratensi habetur *conlactanei*, melius reliqui cum textu. Greven. legit, *apud Antiochiam quiescentis*, omittens, *in Christo*. Herinien. Antverp. Max-Lubecana et Greven. ponunt *Cuzæ*, Rosweyd. *Chusæ*, nos cum plerisque *Chuzæ*. Antverp-Major, opinor amanuensis vitio, pro *Chuzæ*, scribit *cujusdam* indeterminate. Bene in Pratensi legitur *Nannetis*, male in Antverp. et Max-Lubec. *Nampnetis civitate*, pessime in Munerato *Nanunetis*. Sequimur codicum torrentem, qui uniformiter habent *Namnetis*. In Antverp-Majore pro *Histriam*, in quo codices conveniunt, est, *Historiam*. Cetera, ut *Mananen*, *Zoeli*, *Servili*, *Fælicis*, *Dyoclis*, etc., inter scriptoria sphalmata reputanda sunt. *Johannæ*, an *Joannæ* præferas, nihil interest ; valeat parœmia : Loqui cum multis, sapere cum paucis.

OBSERVATIO. *Manahen* et *Joanna*, Chuzæ uxor, nec Hieronymianis, nec Bedæ aut sequacibus, *Manahen.* nec Romano parvo noti, ab Adone primum consignati sunt, cujus verba simpliciter descripsere Usuardus et Notkerus. De utriusque Sancti elogio dubitandum omnino non est ; quæ de Manahen dicuntur, accepta sunt ex Actibus Apostolorum cap. 13. — De Joanna meminit Lucas cap. 8 v. 3 et *Joannæ.* cap. 24 v. 10. Quomodo apud Græcos cum aliis unguentiferis mulieribus colatur, explicat Papebrochii sylloge historica. — *Vincentii* commemoratio ex codicibus Hieronymianis profluit, iisdem ferme ter- *Vincentii.* minis quibus in textu nostro exprimitur. Romanum parvum positionem neglexerat, sed ea ab Adone restituta, inde ad nos transiit. Atque hæc solum de eo tradita supersunt. — Exstant etiam apud Hieronymiana *Donatianus* et *Rogatianus* fratres germani martyres, quales itidem a Rabano vocantur, ex *Donatiani et Rogatiani.* eodem fonte ab Adone hausti, sed satis simpliciter, utpote nullo præterea ornati elogio. Usuardina sunt, quæ in laterculo recitamus, ex Actis accepta. Hæc vero tanta gravitate et simplicitate scripta sunt, licet diu post martyrium, ut ab omnibus inter sincera numerentur ; qualia censuit Ruinartius a pag. 294. Eadem Gallice refert Tillemontius tomo 4 a pag. 491, nec ejus notatio pag. 732 quidquam affert, quod ipsorum Actorum auctoritati magnopere deroget. Ex illis ipsis martyrii seriem pluribus prosecutus est Notkerus, sed hæc præter nostrum propositum. Hos duos solos celebrat hodie Wandelbertus :

Donatianus Namnetis cum Rogatiano
Fratre, pie exornat fidei certamine Nonam.

Atque hactenus recte procedunt omnia. Annuntiatio ultima non nihil facessit negotii, in eo nimi- *Zoelli et soc.* rum, quod perperam *Istriæ* adscribantur, qui *Syri* potius dicendi sunt. Confusionis auctor videtur esse auctor Romani parvi, ex quo Ado, quem de more, nullo prævio examine, secuti sunt Usuardus et Notkerus. Scripserat Romanum parvum : *In Istria, Zoelli et Silvani*, male *Istriam Syriæ* substituens. Servata positione, socios ex eadem classe adjunxit Martyrologus Viennensis, atque ita in Nostrum, aliosque, et quidem in Romanum hodiernum promanavit error, correctus a Florentinio et Henschenio, apud quos rem accuratius discussam invenies. Excusandusne sit Usuardus, non examino. Etiam fallentibus ductoris sui vestigiis, ut jam toties ostensum est, insistere assuevit, et nos qualemcumque ejus sententiam, ut fert instituti nostri ratio, reddere profitemur.

AUCTARIA.

TORNACEN. Rescisso Donatiani et Rogatiani elogio, purum exhibet Adonis textum. In *Posinnæ.* fine autem adjicit : *Ipso die, beatæ Posinnæ virginis.* Quæ infra denuo recurret. Sed in Actis sub *Pusinnæ* nomine relata est XXIII Aprilis, et nos eo die in Auctariis de ea meminimus.

PULSANEN. Purus usque ad *Vincentii martyris*, cetera omnia prætermisit.

LOVANIEN. Refert etiam Adonem purum, expuncto martyrum Namnetensium elogio.

CENTULEN. *Apud Antiochiam, natale sancti Manahem, Herodis Tetrarchæ collactanei, Doctoris, Prophetæ sub gratia novi Testamenti.* *Textus contractus.* In Joanna purus est. *In Galliis civitate Namnetis, beatorum Rogatiani et Donatiani martyrum. Apud Histriam, SS. Zoelli, Servilii, Felicis, Silvani et Dioclis.*

De translatione Dominici. BRUXELLEN. In textu solito purior, in fine adjicit : *Item translatio sancti Dominici patris et fundatoris Ordinis Prædicatorum.* Hæc remittenda est ad diem quo colitur IV Augusti.

HAGENOYEN. Ita incipit : *Apud Antiochiam, natale beati Manahen*, etc. In quo a germano textu deficit; de cetero in reliquis satis purus.

De Rogatiano Donatiano. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Primo loco : *Donatiani et Rogatiani fratrum.* De quibus ad marginem : *In honorem istorum martyrum est constitua quædam domus Ordinis nostri prope Nanetas, ubi requiescunt aut passi sunt.* Sequitur in textu : *Zoelli martyris cum sociis. Manahen Herodis collactanei, Doctoris et Prophetæ sub gratia novi Testamenti. Joannæ uxoris Chusæ, quam commemorant Euangelistæ.*

Posinnæ. AUGENS. Canonicorum Regularium. *Ipso die, beatæ Posinnæ virginis.*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Manahen.* Habet : *Et in Istria, Silvani et Felicis.*

De Translatione Dominici. STROZZIAN. *Bononiæ, translatio B. Dominici confessoris, in qua ex corpore ejus virgineo tanta manavit odoris flagrantia, ut omnium aromatum odorem superaret; quæ, anno decimo tertio ab ejus obitu, de mandato Domini Papæ Gregorii* IX *celebrata fuit ab archiepiscopo Ravennate et multis aliis episcopis.* Nota est dies quo colitur IV Augusti.

Posinnæ. REMENS. sanctorum Timothei et Apollinaris. *In vico Bausiono, super fluvium Matronam, depositio sanctæ Posinæ virginis.*

EDITIO LUBECO-COL. Orditur a Rogatiano et Donatiano, ut in textu. Tum : *Apud Histriam*, etc. Dein : *In portu Romano*, etc. Sequitur : *Ipso die, natalis sancti Manahen*, etc. Demum : *Item beatissimæ Johannæ uxoris Chuzæ, procuratoris Herodis prædicti, quam commemorant Euangelistæ. Quæ mortuo marito, Dominum Jesum Christum sequebatur ubique prædicantem, et largiter ei et suis discipulis de suis facultatibus ministravit ; habens sociam sibi similem et affectu pariter et in effectu, scilicet sanctam Susannam, de quibus Lucas ponit : et aliæ multæ mulieres sequebantur Dominum Jesum Christum. In Lombardia, civitate Bononia, translatio sancti Dominici confessoris primi Ordinis Prædicatorum. Colonia Agrippina, in ecclesia ad sanctæ Mariæ gradus, adventus quarumdam reliquiarum sancti Annonis ejusdem civitatis archiepiscopi et confessoris.* Vide die natali IV Decembris. *(De Johanna. — Translationis Dominici. — De reliquiis S. Annonis.)*

BELINI prima editio ordinem invertit et nomina pleraque turpiter corrumpit. In altera sub finem adjungitur : *Item Bononiæ, translatio beati Dominici confessoris, in qua ex corpore ejus virgineo tanta emanavit odoris fragrantia, ut omnium aromatum suavitatem superaret. Quæ anno* XIII *ab ejus felici obitu, de mandato Domini Papæ Gregorii* IX *celebrata fuit ab archiepiscopo Ravennate et multis aliis episcopis.* *(De Translatione Dominici, ut supra.)*

GREVEN. *Civitate Tergestina, sancti Servuli martyris, tempore Numeriani imperatoris, qui cum sacrificare contemneret, nervis cæsus, in equuleo suspensus torquetur, lateraque illius ungulis lacerantur. Deinde depositus, oleo fervente perfusus, cum redderetur constantior, gladio animadverti jubetur.* Est *Zebelli* et *Secundini* socius, qui vere Istriæ tribuendi sunt. *Anolini martyris, qui cum esset custos carceris, a sancto Urbano cum tribunis conversus, pro Christo cum eisdem occisus, triumphavit.* Rejicitur in diem sequentem. *Civitate Bononia, translatio sancti Dominici confessoris, de cujus corpore, cum levaretur, mira odoris suavitas emanavit. Colonia Agrippina, in ecclesia ad gradus Mariæ, translatio quarumdam reliquiarum sancti Annonis episcopi et confessoris.* *(De Servulo. — Anolini. — Translationis Dominici. — De reliquiis Annonis.)*

MOLAN. *Item Bononiæ, translatio beati Dominici*, etc., ex BELINO. Tum : *Translatio sancti Lamberti.* Dies natalis est XVII Septembris. Sequitur typis minoribus : *Eodem die, monasterio Lirinensi, Vincentii presbyteri, qui librum vere aureum conscripsit, pro Catholicæ fidei antiquitate et veritate, adversus profanas omnium hæreseon novitates.* In posterioribus editionibus nescio cur omittatur hæc annuntiatio, solumque agatur de translationibus sancti Lamberti et S. Dominici. *(Translationis Lamberti. — Vincentii Lirinensis.)*

VIII *Kal.* *Die* 25.

Urbani. Romæ via Numentana, natalis beati Urbani Papæ et martyris, cujus doctrina, sub persecutione Alexandri, multi martyrio coronati sunt. *Dionysii.* Mediolani, sancti Dionisii episcopi et confessoris, qui apud Cappadociam pro fide Catholica damnatus exilio, ibidem primo quievit, postea vero reliquias corporis ejus, per sanctum Basilium præfatæ urbis episcopum receptas, beatus Ambrosius condigno honore condidit. *Passeratis et soc.* Apud Mesiam civitate Dorostoro, sanctorum martyrum Passecratis, Valentionis, et aliorum duorum simul coronatorum. *Leonis.* In territorio Trecassino, sancti Leonis confessoris.

Codices quatuor puri sunt : *Praten. Herinien. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Numentana* scribunt omnes, et nos scripsimus, licet non ignoremus legendum, *Nomentana.* Rursus conveniunt omnes in, *cujus doctrina*, solus Greven. vocem de suo inseruit, cujus *prædicatione* et doctrina. Reliqui item *Dionisii*, cum codicibus, tametsi alibi, ni fallor, correxerim. *Condigno honore* bene et recte scripserunt fere omnes, Herinien. tamen et Greven. habent *cum digno* honore. *Moesiam* optime posuit codex Pratensis; ignoscat lector, si codices omnes alios sequor, in quibus male, sed tamen expressissime habetur *Mesiam.* Sic *Passicratis*, ut fert Græca significatio, præferendum putamus, sed eadem ducti auctoritate legimus *Passecratis. Duum*, pro *duorum*, posuit Pratensis; præstat hic certe aliorum orthographia. *Capadociam, Valentionis*, et si quæ sunt hujusmodi, vix indicare operæ pretium est.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. *Urbani* memoriam sic ferme recolunt Hieronymiani omnes : *Via Nomentana miliario* VIII, *natalis Urbani episcopi*; et in iisdem immediate sequitur : *In cimiterio Prætextati, Dorostori* ; quæ cum ita ordinata nihil significent, videtur cœmeterium istud, cum Urbani annuntiatione conjungi debere, quæ esset disparatissimorum combinatio: nempe, *viæ Appiæ*, ad quam certum est spectare *Prætextati cœmeterium*, cum *via Nomentana*, longe inde dissita. In his explicandis criticen suam exercet Florentinius. Beda et ex eo Rabanus, simplicius legunt : *Romæ, natale Urbani Papæ et confessoris, cujus doctrina multi martyrio coronati sunt*. Ubi certo alluditur ad Cæciliam sociosque martyres ab Urbano Papa institutos. Aliter loquitur Romanum parvum : *In cœmeterio Prætextati, sancti Urbani episcopi et martyris*. Hæc a Beda non solum stylo, sed ipsa re summopere differunt. Audi modo liberaliorem Adonis phrasim : *Romæ via Numentana, in cœmeterio Prætextati, natalis sancti Urbani episcopi et martyris. Cujus doctrina*, SUB PERSECUTIONE ALEXANDRI, *multi martyrio coronati sunt*. Vides hic, opinor, male collecta esse, et *persecutione Alexandri* aucta, quæ ferme in Hieronymianis, Beda et Romano parvo repererat, servato *martyris* titulo, quem Noster, expuncto tamen recte cœmeterio, ex præfato Adone, cum reliquo suo textu mutuatus est. Hæc sunt Martyrologorum nostrorum placita, cum quibus conferenda et componenda Allatiani et Frontoniani Kalendarii verba : *Die* XXV (Maii) (Allat. VIII *Kal. Junii*) *natal. S. Urbani confessoris atque Pontificis, via Appia*. Scio equidem *confessoris* et *martyris* appellationes ad sanum sensum cum Henschenio optime reduci posse, et quidem in Sacramentario Gregorii Urbanum Papam in oratione *martyrem* compellari. Scio et Wandelbertum ita canere : Urbani.

Octava Urbanus meritorum stemmate fulget,
Infula quem doctrina simul sanguisque beavit.

Scio denique Acta ipsa, quæ a Romanis Notariis conscripta esse censuit Henschenius, Urbani Papæ martyrium fuse describere. At non æque clare perspicio, qua ratione vetusta illa Allatii et Frontonis Kalendaria, Beda et Rabanus, martyres a confessoribus diserte ubique et expresse distinguere soliti, cum ceteris Martyrologis et citatis Actis conciliari vere et solide possint. Viam aperuit Tillemontius tomo 3 pag. 686, ubi *Urbanum episcopum et martyrem*, ab *Urbano Pontifice et confessore* diversum dici posse existimat ; atque una lites componi, circa corpus Romæ et alibi asservatum; quo apposite reducenda erunt, quæ recte disseruit Henschenius pag. 10 num. 18. Quodque in hoc systemate ad explicanda Martyrologia conduceret maxime: posset *Urbanus episcopus et martyr* sepultus fuisse *via Nomentana, milliario* VIII ab Urbe, isque subinde in Galliam translatus esse ; alter vero *Papa, in cœmeterio Prætextati via Appia*, cujus corpus ibi remanserit, primum a Paschale I in Urbem translatum, inventumque subinde anno MDXCIX. Conjectura est, quæ de cetero nihil officiet titulo *martyris* Urbano Papæ passim assserto, utpote qui illum variis confessionibus promeritus sit, æque ac plurimi alii, ut notissimum est. Majoris momenti quæstio agitatur circa Actorum ipsorum sinceritatem ab Henschenio defensam, a præfato Tillemontio acriter oppugnatam, iis inter cetera argumentis, quibus sub imperatore Alexandro, apertam persecutionem et publica martyria nequaquam admittenda contendit. Et hæc ferme eadem adversus Cæciliæ et sociorum passionem recurrunt, ut verbo indicavimus XIV Aprilis. Ne quid hic temere definiamus, aut extra propositum evagemur, omnia tutius ad XXII Novembris de integro examinanda explicandaque remittimus. — *Mediolano, depositio Dionysii episcopi*, diserte notatur in Hieronymianis apographis. Silent Beda cum suis et Romanum parvum. Elogium a Nostro hic in textu recitatum Adonis est, idque Notkerus describere non prætermisit, adjectis aliis, quæ nec referre nec examinare nostri fori existimo. Dionysii labores pro Catholica fide egregie exantlatos, ex variis Patribus collegit et accurate digessit Papebrochius. Dionysii.
— *Dorostorenses martyres* in Hieronymianis transpositos, ex ipsis tamen erutos, a Nostro et Notkero, vere ex Adone transumptos esse oportet, utpote qui in nullis Martyrologis antiquis aliis reperiantur. Bini an terni socii, an forte quaterni fuerint, non habeo unde definiam. Nec definivit Henschenius, qui consarcinatoris pseudo-Chronici Dextrini commentis procul amandatis, Sanctorum nostrorum encomia ex Græcorum monumentis verisimiliora substituit. Certissima eorum laus est in Actis sancti *Julii*, de quibus agemus XXVII Maii, ubi utriusque nomen *Pasicratis* et *Valentionis* exprimitur cum *Esichyo* etiam procul dubio martyre, ut refertur XV Junii, sed nulla aliorum facta mentione, nisi forte Julius ipse et Esichius *duo* illi aliorum *socii* censeantur. — De *Leone Trecassino* præter Usuardum, ex veteribus nullus loquitur, et is quidem in pluribus codicibus Usuardinis, non optimæ notæ, præteritus est. Nobis sufficere debet, præstantiorum auctoritas. Pauca de eo supersunt, quæ sylloge sua historica Henschenius complexus est. Pasicratis et soc. Leo.

Superest *Eleutherius Papa* ab Adone cum elogio, a Notkero aucto, hac die collocatus, cujus certum est Usuardum nec hic, nec alibi meminisse. Conjectando aut divinando rem non conficiam cujusmodi esset, si Adonis textum eatenus revocarem in dubium, aliove modo suspectam redderem annuntiationem, in Adone tam clare expressam. Qui plura cupit, adeat Acta, XXVI Maii. Nobis dubium nullum est, quin geminum Usuardum hac etiam die repræsentaverimus. Pr. Eleutherius Idem.

AUCTARIA.

TORNACEN. Mutilat elogium Dionysii a, *primo quæcrit*, usque ad annuntiationis finem. Cetera purissimus est.

PULSANEN. In Urbano purus, totum Dionysii elogium truncat. Deest annuntiatio tertia. In fine purus est.

ANTVERP.

Antverp. et Max Lubec. Antverp-Max. Leyden-Belg. Lovanien. Editio Ultraj-Belg. Omittunt annuntiationem ultimam de Leone. *Francisci stigmatum.* Leyden-Belg. male notat *S. Francisci stigmata*, voluit indicare *translationem*.

Rosweyd. In Urbano purus, secundo loco inserit: *Eleutherii PP.* *Item Eleutherii Papæ, qui sedit annis* xv *et sepultus est juxta Petrum Apostolum.* Sequitur reliquus textus. Tum in fine: *Item in Britannia* *Aldelmi.* *insulæ, civitate Magidulfi, depositio sancti Aldelmi* *Sulpitii, etc.* *episcopi et confessoris. Item Sulpitii et Serviliani.* Data sunt postremorum Acta xx Aprilis.

Antverp-Maj. Leonem, *episcopum* facit, additque in fine: *Item in Britannia insula, civitate* *Aldelmi.* *Enagidulfi* (vel *Magidulfi) depositio sancti Aldelmi episcopi et confessoris.*

Mariæ Jacobi, et Salome. Munerat. In fine: *Ipso die, sanctarum Mariæ Jacobi et Salome, sociarum matris Domini.* Alii celebrant earumdem *translationem*. Vide quæ de ipsis dicuntur in Prætermissis.

Ultraject. Leyden. Albergen. et Danic. *Translationis Francisci* Incipiunt; *Apud Assisium, translatio sancti Francisci* (*beatissimi patris nostri*, inquiunt, Albergen. et Danic.) *quæ anno incarnationis Domini* mccxxx, *sub Domino Papa Gregorio IX facta est.* Addunt iidem codices, (Leydensem excipe) de Urbano *De Urbano.* post, *coronati sunt*: *Hic post beatum Petrum sextus decimus, constituit ut omnia vasa altaris essent aurea vel argentea, vel saltem stannea.* Porro omnes omittunt, *sancti Leonis.*

Textus fere purus. Centulen. *Romæ, sancti Urbani Papæ et martyris, cujus doctrina sub persecutione Alexandri* (multi) *martyrio coronati sunt. Mediolani, beati Dionysii episcopi et confessoris. Apud Mesiam*, etc., ut in textu. *In territorio Trecassino, sancti Leonis confessoris et monachi.*

Bruxellen. Longius Urbano elogium texit; sed præstat ea ex Actis cognosci. In reliquo textu satis purus est. In fine addit: *Apud Assi-* *Translationis Francisci.* *sium, translatio sancti Francisci, fundatoris Ordinis fratrum Minorum.* Notissimus est dies natalis iv Octobris, quo omnia remittenda sunt.

Hagenoyen. Alia de Urbano comminiscitur, hic prætereunda. In reliquis purus est.

Aquicinct. *Post Papæ et martyris*, interserit: *De Urbano.* *Hic fecit ministeria omnia sacrata argentea, et patenas argenteas quindecim posuit.* In fine est: *In* *Aldelmi.* *Britannia, Maldubiensi monasterio, sancti Adelmi* *Eleutherii.* *episcopi et confessoris. Romæ, sancti Eleutherii Papæ et martyris.*

De Eleutherio. Victorin. *Item Eleutherii Papæ. Hic constituit ut nulla esca repudiaretur a Christianis, quæ rationalis et humana esset. Et in territorio Rea-* *Maronis.* *tino, sancti Maronis martyris.* Videatur elenchus Prætermissorum.

Matric-Cartus-Ultraject. *Urbani Papæ et* *Mariæ Jacobi et Salome.* *martyris. Mariæ Jacobi et Salome. Canionis martyris cum filio,* (*Cononis*, ni fallor, qui colitur xxix *Canionis.* Maii.) *Passecratis martyris cum sociis. Dionysii episcopi Mediolanensis, cujus reliquias beatus Ambrosius exaltavit.*

Reg. Sulc. signatus num. 130. *Et in territo-* *Maronis.* *rio Reatino, sancti Maronis martyris.*

In Vatican. num. 5949. Deest *Leonis*. Adje- *Secundi.* ctum: *Beneventi, sancti Secundi episcopi et confessoris, in sancta Sophia.* Hunc *Secundum* fateor me *Eleutherii.* ignorare. *Romæ, sancti Eleutherii Papæ, qui præ-* *Canionis.* *fuit ecclesiæ annis* xv. *Et sancti Canionis martyris.* Eumdem forte intelligit, qui Actis ponitur, episcopus Afer, etc. Vide ibi.

Florentin. *Florentiæ in partibus Tusciæ, na-* *De Zenobio.* *tale sanctissimi Zenobii, ejusdem civitatis episcopi, qui dum viveret, adeo vita et miraculis claruit, ut in virtute sanctæ Trinitatis mereretur fieri trium mortuorum suscitator. Vixit annos* xc, *et requievit in Domino anno ab incarnatione* ccccxxiv. *Ad cujus sanctitatis commendationem, dum corpus ejus transfertur ab ecclesia sancti Laurentii, die* xxvi *Januarii, ad ecclesiam majorem prædictæ urbis, feretrum ulmum siccam casu tetigit, quæ mox coram omnibus floruit. Apud Assisium, translatio* *Translationis Francisci.* *sancti Francisci confessoris, anno Domini* mccxxx. *Bonifacii, PP.* *Eodem die, sancti Bonifacii Papæ. Item translatio sanctissimi Stephæni martyris de Constantinopoli in* *Translationis Stephani.* *Venetias, ad monasterium sancti Georgii majoris, anno* mcx. Vide quæ de hac translatione Protomartyris, an fortasse alterius Stephani Junioris, etc., in Prætermissis dicuntur.

De Urbano. Editio Lubeco-Col. De Urbano, præter *vasa altaris*, etc., addit: *Hujus tempore cœpit ecclesia primum prædia possidere.* In Dionysio et Dorostorensibus satis purus, Leonem omittit. Tum: *Apud* *Translationis Francisci.* *Assisium*, etc., ut Ultraject, etc., supra. *Eodem* *Aldelmi.* *die, sancti Adelini* (Aldelmi) *episcopi et confessoris.* *Translationis Mariæ Jacobi, etc.* *Ipso die, translatio sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, sororum sanctæ Dei genitricis Ma-* *Item, Goaris.* *riæ. Item translatio sancti Goaris presbyteri et confessoris.* Dies natalis est vi Julii.

Belin. Ante *Leonis*, interjicit: *Apud Florentiam civitatem Tusciæ, natale sanctissimi Cenobii* *Zenobii.* (Zenobii) *ejusdem civitatis episcopi.* Post *Leonis*, *Bonifacii.* addit: *Eodem die, sancti Bonifacii Papæ. Apud* *Translationis Francisci, et Stephani.* *Assisium, translatio sancti patris Francisci. Et alibi*: *Item translatio sanctissimi Stephani*, etc., ut Florentin. In posteriori editione paria omnia, *De translatione Francisci.* sed de Francisco, hoc modo: *Apud Assisium, translatio sancti patris Francisci, institutoris fratrum Minorum, cujus venerabile corpus, crucifixi stigmatibus velut pretiosissimis margaritis ornatum, anno Domini* mccxxx, *fratribus ad generale Capitulum Assisii congregatis ab ecclesia sancti Georgii, in qua primum locum quietis acceperat, ad basilicam in ipsius honorem constructam, octavo Kalendas Junii translatum, condigno ibidem honore situatur.* Jam diximus remitti ad iv Octobris.

Greven. *Eodem die, vel secundum alios, sequenti, Romæ, sancti Eleutherii Papæ. Hic litte-* *Eleutherii PP.* *ras accepit a Lucio Britanico rege, petente, ut per ejus mandatum Christianus fieret. Cumque rexisset Ecclesiam annis* xxi, *mensibus* vi, *martyrii palmam adeptus est; sepultus in Vaticano. Item san-* *Maximi, etc.* *ctorum Maximi et Venerandi martyrum. Barct-* *Barctwardi et Dictwardi.* *wardi et Dictwardi martyrum.* Vide Prætermissos, in *Morado. Canionis episcopi et martyris. Ni-* *Canionis.* *Niceti.* *ceti martyris, qui Gothus gente, cum fidem Christi abnegare nollet, a Gothis in ignem missus, coronam martyrii adeptus est.* Vide Prætermissos. *Florentiæ, beati Zenobii episcopi et confessoris. Qui, ut* *Zenobii.* *testatur Antonius parte 2 Chronicæ suæ, sanctitate vitæ et miraculorum gloria saluberrimaque doctrina, multum Ecclesiæ Dei profuit, præcipue in Tusciæ partibus, tempore Damasi Papæ. Adelini* (Aldelmi) *Aldelmi.* *episcopi Schirburnensis in Anglia, confessoris. Mu-* *Mutii abbatis.* *tii abbatis, qui primo princeps latronum fuit: deinde conversus, in sanctitate maxima, solitariam vitam duxit. Panem cœlitus missum, Dominico die gustans, cibum alium non requirebat. Item Mutii alte-* *Mutii alterius.* *rius, qui cum filio annorum octo, monasterium ingressus, ad abbatis imperium eumdem filium in flumen projecit, revelatumque fuit abbati, meritum Abrahæ Patriarchæ, Mutium in hoc facto sibi acquisisse.* Vide de utroque Mutio Prætermissos. *Translationis Francisci et Goaris.* *Apud Assisium, translatio sancti Francisci confessoris. Translatio sancti Goaris presbyteri et confes-*

soris.

Item, Mariæ Jacobi, etc. *soris. Translatio sanctarum Mariæ Jacobi et Salome, sororum sanctæ Dei genitricis.*

Zenobii. Bonifacii. Translationis Francisci et Stephani. Aldelmi.

MOLAN. *Apud Florentiam Tusciæ, natalis sanctissimi Zenobii, ejusdem civitatis episcopi. Eodem die, sancti Bonifacii Papæ. Apud Assisium, translatio sancti patris Francisci, institutoris*, etc., ex altera BELINI editione. *Item translatio sanctissimi Stephani*, etc., ut FLORENTIN. Minoribus autem litteris : *Adelmi episcopi Schirburnensis in Anglia, confessoris.* Editiones aliæ sic habent: *In Britannia, monasterio Maldubiensi, sancti Adelmi episcopi et confessoris.* Sequitur de Zenobio, Bonifacio, Stephano et Francisco, ut supra. Dein : *Die vigesima quinta. inventio tertia pretiosi capitis præcursoris.* Vide elenchum Prætermissorum. Demum alio charactere : *Eodem die, sancti Aurelii, Redicianæ civitatis episcopi, qui cum Dionysio Mediolanensi episcopo sepultus est, ac tandem in Hirsaugiense cœnobium translatus, a Nottingo episcopo ejus fundatore.* In nullo alio codice memoratum reperimus. Remittitur in Prætermissis ad diem IX Novembris.

Inventionis capitis Præcursoris. *Aurelii.*

VII *Kal.* *Die* 26.

Apud Athenas, natalis beati Quadrati episcopi, Apostolorum discipuli, qui persecutione Adriani, Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide et industria sua congregans, etiam librum pro Christianæ religionis defensione edidit plenum fidei, et Apostolica doctrina dignum. Romæ, sanctorum martyrum Simmitrii presbiteri et aliorum viginti duorum. Ipso item die, sancti Quadrati martyris, in cujus solemnitate sancti Augustini sermones habiti inveniuntur. Tuder Tusciæ, natalis sanctorum Felicissimi, Eraclii, Paulini. In territorio Autisiodorensi, passio sancti Prisci martyris, cum ingenti multitudine. In Britanniis, sancti Augustini episcopi et confessoris, qui missus a beato Papa Gregorio, primus genti Anglorum Christi Evangelium prædicavit.

Quadrati episcopi Atheniensis. *Symmetrii et aliorum 22. Quadrati Martyris.* *Felicissimi et soc.* *Prisci et soc.* *Augustini.*

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Munerat. Greven.* et *Molan.* qui soli hoc die purorum codicum numero accenseri merentur.

VARIA LECTIO. Pauca suggerit, quæ ferme in ratione scribendi consistunt. Lego *Simmitrii* cum Pratensi et Munerato, non *Sinmitrii*, ut Herinien. nec *Simitrii*, ut Greven. et Molan. vel ut varii codices Usuardini auctiores, aut alii hujusmodi, varie efferunt. Acta melius habent *Symmetrii*. Sic rursus Praten. Herinien. et Munerat. scribunt, *plenum fidei*, non *plenum fide*, ut Greven. et Molan. Reliqua tacitus prætereo.

OBSERVATIO. Quod sæpius jam supra a nobis observatum est, nempe Usuardum et Notkerum pleraque sua ex Adone accepisse, hoc hodie per totum textum adeo perspicuum est, ut satis mirari nequeam, id accuratissimam et oculatissimam Henschenii aciem fugere potuisse, cum de omnibus et singulis hujus laterculi Sanctis res ipsa ultro in oculos incurrat. Et primo quidem in *Quadrato Atheniensi*, notat Henschenius elogium a Notkero ex Hieronymo desumptum, ubi manifestum est, præfatum Notkerum verba Adonis de festivitatibus Apostolorum ad apicem transcripsisse. Quod de aliis æque erit evidens, singula inter se conferenti. Itaque jam dictus *Quadratus* Hieronymianis et Bedæ præteritus, a Romano parvo primum consignatus est, his verbis : *Apud Athenas, Quadrati discipuli Apostolorum ;* quæ ferme in Adonis Martyrologio leguntur. Elogium ab eodem, citato loco texitur, cujus contractam elegantiam nitide Noster exhibuit. Nulla hic inter Martyrologos nostros discrepantia : idem censetur *Atheniensis episcopus*, idem *Apostolorum discipulus*, idem *apologista*, idem *propheta*. Atque hæc antiqua et receptissima sententia est, a qua tamen recedunt eruditi aliqui recentiores : an satis fundate, judicabit lector dum Henschenii syllogen historicam contulerit cum Tillemontii nota tomo 2 pag. 589. In hujusmodi controversiis nihil hic mihi lubet decernere. — *Symmetrius* et socii, Adonis itidem sunt, paulo brevius ab Usuardo expressi, omissa temporis nota, sepulturæ loco, ejusque curatrice Praxede, ex quibus colligi debet, omnem Sancti hujus et sociorum notitiam acceptam esse ex vita sanctarum Pudentianæ et Praxedis, de qua egimus XIX Maii. Acta ejus singularia rejiciuntur. Vide quæ de translatione aliisque ab Henschenio et Papebrochio eruderata sunt. — *Quadratus alter*, secundo loco in Adone et Notkero positus, in apographis Hieronymianis, sociis immixtus refertur, quibus prætermissis, solus ab Adone celebratur, ipsissimis illis verbis, quæ Noster et Notkerus transcripsere. Optat Henschenius ut aliquando edantur habiti in ejus solemnitate sancti Augustini sermones, uti prodit ille, quem de sanctis Perpetua et Felicitate exhibent Acta VII Martii. Notatur mense Augusto, post *Massam candidam*, *Quadratus* aliquis in Kalendario Carthaginensi, qui procul dubio hic ipse erit, ab aliis forte pro arbitrio hoc die relatus. — Illustris item est in vetustis Hieronymianis *Tudertina turma*, varie in codicibus deformata, a qua denuo avulsi sunt, qui hic memorantur, haud dubie primi et præcipui tres *Felicissimus*, *Heraclius*, *Paulinus*, a Martyrologo Viennensi signati, et ab utroque alio, iisdem ferme terminis transumpti. — Eadem de *Prisco Cociacensi et ingenti multitudine* est ratio. Censet Henschenius Hieronymianis, quæ martyrii locum determinant, adscribendos, quidquid aliter sentire videatur Florentinius. Hoc

Quadrati episcopi Atheniensis. *Symmetrii et aliorum 22.* *Quadrati martyris.* *Felicissimi et soc.* *Prisci et soc.*

certum

certum est, eadem phrasi ab Adone, Usuardo et Notkero recenseri. In Actis *Cottus* socius adjungitur. Vide ibi utriusque historiam, quam recentiorem existimat Tillemontius tomo 4 pag. 349. — *Augustini.* Ultimum locum occupat *Augustinus* Anglorum Apostolus, de quo primus meminit Beda. Porro elogium concinnavit, non Usuardus, ut credidit Papebrochius, ex antiqua et communissima decessorum nostrorum et aliorum opinione; sed Ado, ex quo Noster et Notkerus sua transtulerunt : hic integre et ad verbum; ille iis rescissis, quæ ab Adone et Notkero, Usuardo addita putavit Papebrochius, apud quem vide cetera. Atque hæc plana et certa Usuardi nostri lectio, quam cum Adoniana et Notkeriana omnino congruere, et præterea ex ipso Adone evidenter desumptam, principio diximus. Solum Augustinum sic honoravit Wandelbertus :

Augustine, tuum commendat septima nomen
Lactea quo renitent Anglorum millia; verbi
Principe, quo Christum domiti, sensere Britanni.

AUCTARIA.

TORNACEN. Cetera toto textu purissimus, in secundo Quadrato elogium præterit, *in cujus solemnitate*, etc.

PULSANEN. Priori magis mutilus, non habet nisi de Quadrato Atheniensi et Augustino, desunt reliqua omnia.

Bedæ ROSWEYD. In fine adjicit : *Item in eadem Britannia insula, beati Bedæ presbyteri.* Diem anticipat, nam colitur die sequenti.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Deficiunt in elogio Quadrati Atheniensis, in quo similes sunt Adonis Martyrologio. Vide supra Observationem.

De Augustino ANTVERP-MAJ. Sic incipit : *In Britannia civitate Dorobernia, natale sancti Augustini Anglorum Apostoli, qui olim ab Apostolica sede directus cum aliis plurimis verbi vitæ ministris, jussu beati Gregorii, primus genti Anglorum Christi Evangelium prædicavit. Item in eadem Britanniæ insula, depositio beati Bedæ presbyteri, Doctoris Anglorum sagacissimi, cujus quanta existunt merita et doctrinæ fluenta, mellita bonorum operum testantur exempla.* *De Beda* Sequitur reliquus textus pure.

Eleutherii PP. ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt : *Romæ sancti Eleutherii Papæ et Martyris. Hic post beatum Petrum duodecimus, accepit epistolas a Lucio Britanniæ rege, ut per ejus mandatum Christianus fieret.* De reliquo similes sunt ANTVERPIENSI, MAX-LUBEC. et aliis codicibus supra citatis.

Textus auctatus. CENTULEN. *Apud Athenas, natalis beati Quadrati episcopi et martyris, disciputi Apostolorum. Item alterius Quadrati martyris, in cujus solemnitate sancti Augustini sermones habiti inveniuntur. Antisiodoro loco Cociaco, passio sancti Prisci cum sociis suis, innumera martyrum multitudine, tempore Aureliani imperatoris. Romæ, beatorum martyrum Simmitrii presbyteri et aliorum viginti duorum tempore Antonini. Tuderte Tusciæ, sanctorum Felicissimi, Eraclii, Paulini. In Britannia, sancti Augustini episcopi et confessoris qui missus a beato Gregorio Papa, primus genti Anglorum Christi Evangelium prædicavit. Civitate Eboraca, sancti* *Bedæ.* *Bedæ presbyteri et confessoris.*

De Quadrato. BRUXELLEN. De Quadrato episcopo, addit : *Quod una cum septem Philippi filiabus in prophetica gratia celeberrimus fuerit.* Sequitur : *Romæ,* *Eleutherii.* *natale sancti Eleutherii Papæ et martyris. Qui sedit annis quindecim. A quo Lucius rex Britanniæ per epistolam, Christianum se fieri postulavit et baptizatus est.* De Symmetrio et sociis adjicit : *Quos Antoninus imperator pro fide Christi gladio cædi mandavit.* Reliqua satis pura sunt, sed in fine sic *De Beda.* habet : *Et depositio Venerabilis Bedæ presbyteri et Doctoris gentis Anglorum, qui cum esset septennis, a Benedicto abbate in monasterio susceptus; postea anno ætatis suæ tricesimo presbyter est ordinatus et nonagenarius in extremis laborans, cum hanc orationem, O! rex gloriæ Domine virtutum, etc., fudisset ad Dominum, die qua ipse petiit, hoc est in Ascensione Dominica spiritum efflavit, et in monasterio, in quo ipse ab infantia scientiæ et virtutibus studuit, est sepultus.* Jam dixi Venerabilem Bedam coli die sequenti.

HAGENOYEN. In Quadrato Atheniensi satis purus, subjungit de Eleutherio, fere ut supra. Sequitur Prisci, tum Symmetrii, satis pure. Dein inseritur : *Item sancti Hildertrici episcopi et confessoris.* *Hildertrici.* *Hildevertum* intelligit, de quo hodie in Prætermissis et die sequenti in Actis. Sequitur de Quadrato, textus nostri altero, Tudertinis et Augustino, satis pure.

AQUICINCT. In fine de Augustino adjicit : *Crebrisque adhuc refulget miraculis. Depositio venerabilis Bedæ presbyteri, apud Romam.* Quid hic *apud Romam*, quid alia in manuscripto recentius addita significent, examinare non vacat.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Eleutherii Papæ* *Eleutherii.* *et martyris. Prisci et Felicis et sociorum ejus. Augustini primi Anglorum episcopi. Quadrati episcopi, discipuli Apostolorum. Item Quadrati martyris, in cujus solemnitate Augustinus fecit sermonem. Bedæ* *Bedæ.* *venerabilis presbyteri confessoris. Julii militis et* *Julii.* *martyris.* Qui ad diem sequentem spectat.

In VATICAN. num. 5949. Deficit secundus Quadratus. Adjectum autem : *Sancti Theodori* *Theodori.* *martyris.* Vide in Prætermissis Theodoros binos. De quo hic agitur, non liquet.

ALTEMPS. *Petragoricas, sancti Memorii confes-* *Memorii.* *soris. Ipso die, sancti Odonis Dorobernensis archi-* *Odonis.* *episcopi et confessoris.* Remittitur Odo in indice Prætermissorum ad diem IV Julii.

REMENS. SS. Thimothei et Apollinaris. *Autisiodori in loco Quotiaco, passio sancti Prisci martyris sociorumque ejus, cum innumera martyrum multitudine.* Fere ut Hieronymiana.

EDITIO LUBECO-COL. Sic orditur : *Romæ, sancti Eleutherii Papæ et martyris. Hic post beatum* *De Eleutherio.* *Petrum XII, sedit annos XXI, menses VI, dies V. Hic accepit epistolas a Lucio Britanniæ rege, ut per ejus mandatum Christianus fieret. Hic iterum affirmavit, ut nulla esca usualis a Christianis repudiaretur maxime fidelibus; quam Deus creaverat, quæ tamen rationalis et humana est.* Tum de Quadrato Atheniensi, de Tudertinis, de Augustino. Ubi interseritur : *Item in Britanniis, sancti Zachariæ ejusdem gentis episcopi et confessoris,* de quo *Zachariæ.* videndi Prætermissi. *In territorio Autisiodorensi, passio sanctorum Prisci martyris et Felicis presbyteri, cum ingenti multitudine fidelium sub Aureliano im-*

no im-

no imperatore. Sequitur de Quadrato secundo, Symmetrio, etc., ut supra satis diximus.

Ministri pro Symmetrii. BELIN. Initio caret Quadrati elogio. Tum : *Romæ, sanctorum martyrum Ministri presbyteri et aliorum viginti duorum.* Sequitur textus reliquus. *Eleutherii.* In fine autem : *Eodem die, sancti Eleutherii Papæ et martyris.* Deinde : *Item sanctorum martyrum Simetri presbyteri et aliorum viginti duorum.* Non advertit, *Ministri*, fictum esse nomen, ubi restituendum *Symmetrii*, etc. In altera editione adhuc *Bedæ.* additur : *Item depositio Bedæ presbiteri.*

Victoris et Rufini GREVEN. *Item sanctorum Victoris, Rufini.* Hi male ex Hieronymianis conjuncti sunt. *Hildemici* *Hildemici.* *episcopi Meldensis et confessoris.* Vide supra in *Zachariæ.* HAGENOYENSI. *Zachariæ episcopi Cantuariensis et confessoris.* Vide Prætermissos. *Eodem die (vel* *Venerabilis Bedæ.* *secundum alios, sequenti) in Anglia, depositio venerabilis Bedæ presbyteri et confessoris, Doctoris præcipui. Qui ut ipse de seipso refert, cum esset annorum septem, in monasterio traditus, inter observantiam disciplinæ regularis et quotidianam cantandi in ecclesia curam, semper aut discere, aut docere, aut scribere, dulce habuit. Tandem plenus dierum et sanctitatis, nonagenarius obiit, die qua petierat, hoc est die Ascensionis Domini. Illo enim die illibato sensu et hilari vultu, cum cantasset antiphonam, O! rex gloriæ, Domine virtutum, etc., emisit spiritum.*

MOLAN. *Eodem die, sancti Eleutherii Papæ et martyris. Item depositio Bedæ presbyteri. Viennæ, passio sancti Zachariæ secundi ejusdem urbis episcopi.* De quo in Prætermissis. In posterioribus editionibus, de Eleutherio et Zacharia, ut supra. Sed charactere minori, vulgare Venerabilis Bedæ elogium hoc modo subjungunt : *Item depositio Bedæ presbyteri, Doctoris gentis Anglorum.* *Eleutherii. Bedæ. Zachariæ.*

VI *Kal.* — *Die* 27.

Apud Mesiam civitate Dorostorensi, natalis Julii, qui tempore persecutionis, *Julii.* cum esset veteranus et emeritæ militiæ, comprehensus ab officialibus, judici est oblatus, quo præsente, cum idola execraretur, et nomen Christi constantissime confiteretur, capitali sententia punitus est. In Galliis civitate Arausica, sancti Eutropi episcopi, cujus vitam illustrem virtutibus ac miraculis, Verus episcopus luculento sermone describit Adartensi. *Eutropii.* In territorio sancti Ragnulfi martyris. *Ragnulfi.*

Consonant nostri plerumque præcipui, pro textu citari soliti, *Pratcn. Herinien, Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Moesiam* denuo recte legit Pratensis, recte item Muneratus, sed nos ex aliorum omnium codicum consensu scribimus *Mesiam*, ut XXV hujus et alibi. *Execraret*, pro *execraretur*, ponit Greven. atque item cum Molano, *confiteretur constantissime*, contra quam codices ceteri, ut in textu. *Eutropi*, pro *Eutropii*, est in Pratensi, Herinien. et Tornacen. quos ut vetustiores et probatissimos secuti sumus, quamvis posterior scribendi modus omnino præferendus sit. Typothetarum inadvertentiæ tribuendum est, quod in Munerato legatur *Ausarica* et in Greveno *Aurasica*, pro *Arausica*, ut bene in textu. Sic rursus perperam in citato Munerato *Clarus*, pro *Verus* ; et *Agathensi*, pro *Adartensi*; præterea *Rudulfi*, pro *Ragnulfi*, ubi *Rasuulfi* habet Tornacen., Greven. *Ramulfi*, Molan. *Ranulfi*.

OBSERVATIO. *Julium* martyrem celebrat Romanum parvum, ex quo acceptus ab Adone, atque *Julii.* insigni elogio exornatus est, cujus potissimam partem, eam videlicet, quæ præcipue et seorsim *Julium* spectat, Usuardus in laterculum nostrum traduxit ; iis præteritis, quæ de Esychio (colitur is XV Junii) ejusque cum martyre colloquio, de Pasicrate item et Valentione Dorostorensibus, XXV Maii relatis, ibi ab Adone memorata sunt. Notkerus antiquum obtinet, describens omnia. Florus etiam, verum perpaucis de Julio meminit. Sed et quæ ipse et alii habent, accepta sunt ex præclaris, iisque sinceris Actis, quorum solum compendium habuit Henschenius, integra edidit Ruinartius a pag. 614, recte observans, iis notis carere, ex quibus de passionis tempore certi aliquid statuatur. Atque hinc colligas, perperam a Galesinio inserta esse tempora *Alexandri imperatoris*. *Julium* aliquem *Fæsulanum*, seu Fæsulis cultum, a Dorostorensi nostro diversum esse, laudati Henschenius et Ruinartius, ex variis characteribus recte existimant. Sic solum Julium hodie recolit Wandelbertus :

Julius hinc sextum miles martyrque venustat.

Eutropius Arausicanus primam suam in sacris Fastis memoriam Adoni debet. Ex eo sumpsere *Eutropii* Usuardus et Notkerus, ambo ductorem pressissime secuti. Luculentum illum, de Eutropii vita, Veri episcopi sermonem, Adoni visum non esse, ex solita conjectura arbitramur, quod nempe nullo Sanctum elogio exornaverit. Prior sermonis pars, ex codice Mss. Fucquetiano, a Papebrochio primum edita est, cujus de cetero commentarium consulat curiosus lector. — *Ragnulfus* Telodiensis prope *Ragnulfi* Atrebates martyr, a nullo Martyrographo, Nostro antiquiore aut coævo, consignatus est. Pauca quæ de eo supersunt monumenta quærenda sunt in sylloge historica Henscheniana. *Territorium Adartense* pro Atrebatensi, vel, si ita vis, Artesiensi nominare, Usuardo familiare diximus ad VI Februarii, ubi Vedastum, non *Atrebatensium*, sed *Adartensium* episcopum nuncupavit. Videant curiosiores etymologi, quæ in eam rem præfata die ab Henschenio notata sunt. Dubius certe nequa-

quam

quam esse potest Usuardi textus, ad quem nullo modo spectat additio recentiori manu facta in codice Pratensi, nempe : *Ipso die, translatio corporis sancti Martini* (Maximini) *abbatis et confessoris*, non *Trevirensis episcopi*, sed *abbatis Miciacensis*, qui colitur xv Decembris. Hæc per transennam dicta sunt.

AUCTARIA.

Translationis Maximini.

PULSANEN. Resecat elogium Julii. In Eutropio purus, omittit *Ragnulfi*, et in fine adjicit : *In territorio Aurelianensi, translatio corporis sancti Maximini abbatis et confessoris*. Is est de quo jam ex PRATEN. in fine observationis diximus ; referendus ad xv Decembris.

Bedæ

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In fine attexunt : *Item, depositio Domini Bedæ presbyteri et Doctoris gentis Anglorum*. Notabis, posteriores omnes mediæ notæ codices pro territorio *Adartensi*, scribere *Atrebatensi*, quod faciunt etiam alii ; item, Ragnulfo tribuere titulum *episcopi*, quam *dignitatem a sancto Hadulfo perperam ad illum fuisse translatam opinatur* Henschenius.

Joannis PP.

ALBERGEN. et DANIC. Idem ipsis quod prioribus augmentum et vitium ; sed præterea excedunt in principio, ubi ita habent : *Romæ, natale beati Joannis Papæ, quem refert sanctus Gregorius, ob orthodoxam fidem, primo in custodia tentum, ac deinde ad mortem usque perductum cum aliis æque Catholicis viris*. Quæ etiam in BELINO ex quo Romanum ; et in posterioribus MOLANI editionibus hac die ponuntur, ubi ex Beda, Romano parvo, Adone, Usuardo, Rabano, et Notkero, ad sequentem spectare videntur.

CENTULEN. *Apud Mesiam civitate Dorostensi, natalis sancti Julii martyris. In Galliis civitate Aurasica, sancti Eutropii episcopi.*

Ysichii.

Martialis et soc.

BRUXELLEN. In Julio non plane purus, secundo loco subdit : *Et sancti Ysichii martyris*, accepti, opinor, ex Adone, sed qui, ut in Observatione diximus, colitur ad xv Junii. De Eutropio, recte. Tum : *Et sanctorum Martialis, Luciani et Castuli*. An non *Servuli*, ut Tomitani omnes sint. *In territorio Atrebatensi, sancti Ragnulfi episcopi et martyris*. Sufficit titulus posterior, ut diximus in Auctario secundo, judicium Henschenii hic referentes.

De Beda

HAGENOYEN. In textu satis purus, sic prosequitur : *Ipso die, depositio Domini Bedæ, Doctoris Anglorum, et venerabilis cardinalis presbyteri. Hic natione erat Anglicus, et cum septem esset annorum datur Benedicto abbati nutriendus, a quo monachorum habitum suscepit et semper postea didicit aut docuit, librosque innumerabiles composuit, cum omeliis et sermonibus, quibus utitur Ecclesia in divino Officio. Romæ promeruit quod Venerabilis est vocatus, nam scripturam exposuit, quam nemo ante eum exponere potuit. Ipse scriptoribus cathedrarum legitur maledixisse ; qui tandem obiit in senectute bona, oculis excæcatis priusquam moreretur.*

AQUICINCT. Omittit in fine memoriam sancti Ragnulfi, quæ tamen ad ipsum propius spectat.

Translationis Maximini, etc.

REG. SUEC. signatus num. 428. *In territorio Aurelianensi, translatio corporis beati Maximini abbatis, et dedicatio ecclesiæ in honore ipsius atque beati Protomartyris Stephani.*

Bedæ.

BIGOTIAN. signatus P 5, qui fuit PP. Cœlestinorum, et UGHELLIAN. *Item depositio domini Bedæ presbyteri et Doctoris gentis Anglorum*. Ut supra habent ANTVERPIEN. et MAX-LUBEC.

Restitutæ

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine : *Civitate Sarona* (Sorana), *passio sanctæ Restitutæ virginis et martyris.*

Felicis.

Restitutæ.

VATICAN. num. 5949. De Ragnulfo nihil. Incipit : *Beneventi, sancti Felicis martyris, in sancta Sophia*. Vide Prætermissos. In fine subdit : *Apud Soram Campaniæ civitatem, sanctæ Restitutæ virginis et martyris.*

Bedæ.

Translationis Maximini.

FLORENTIN. et MEDIC. *Depositio venerabilis* (MEDIC. *Domni*) *Bedæ presbyteri et Doctoris gentis Anglicanæ. In territorio Aurelianensium, translatio sancti Maximiani* (Maximini) *abbatis et confessoris*. De eo jam dictum superius.

De Joanne.

Bedæ.

Aquilini et soc. 14.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Joanne Papa, cujus elogio adnectit : *Hujus tempore Francia convertitur ad Christum. Obiit autem Ravennæ in carcere sub Theodorico rege, fautore hæreticorum, cujus corpus Romæ translatum est, et sepultum in ecclesia sancti Petri in Vaticano*. Sequitur textus purus, nisi quod Ragnulfum *episcopum* faciat. Tum : *Item depositio sancti et venerabilis Bedæ presbyteri et Doctoris gentis Anglorum. Apud Alexandriam, passio sanctorum Aquilini presbyteri et aliorum quatuordecim*. Adde, *Evangelii*, ut est infra in Auctariis GREVENI.

De Joanne.

De octava Bernardini. Translationis Maximini.

BELIN. Textui non satis castigato, superaddit : *Eodem die, sancti Joannis Papæ et martyris, quem Theodoricus rex Arrianorum in exilio Ravennam direxit, ibique maceratus diu in carcere vitam finivit. Item octava sancti Bernardini de Senis, Ordinis Minorum*. Adjicit editio posterior : *Miciaco monasterio, translatio sancti Maximini abbatis*. Vide supra, in REG. SUEC. 428.

Aquilini Evangelii, etc.

Salustiani et soc.

Symmachi et Boetii.

Maximini episcopi Aquensis.

Maxentii

GREVEN. *Apud Alexandriam, sanctorum Aquilini presbyteri, Evangelii et aliorum quatuordecim. Item sanctorum Salustiani, Heliæ, Saccii, Restituti*. Vide Acta. *Ravennæ, beati Symmachi Patricii et martyris, a Theodorico rege Arriano cum genero suo Boetio interempti*. Boetius hac die colitur, sed Symmachus xxiii Octobris. *Ipso die* (secundum alios vi *Idus Junii*) *Maximini episcopi Aquensis, de quo in gestis beatæ Mariæ Magdalenæ legitur*. Vide Octava Junii. *Maxentii abbatis Pictavensis, magnæ sanctitatis viri. Qui pane contentus et aqua, frequenter tamen divinis per angelos dapibus pascebatur, atque inter alia mira opera mortuum suscitavit, fratribusque sitientibus fontem eduxit*. Remittitur ad xxvi Junii.

Adventus S. Adriani.

Therapontis

MOLAN. In Joanne Papa BELINUM transcripsit. Tum charactere minori : *Adventus corporis sancti Adriani martyris ad Gerardi montem*. Editiones aliæ habent de Joanne, primo loco ; et penultimo litteris Italicis inseritur : *Die vigesima septima, sancti hieromartyris Therapontis*. Vide quæ de ejus miraculis et translatione supersunt Græce et Latine in Actis nostris. *Eodem die, adventus sancti Adriani martyris apud Geraldi montem, anno* MCX. Colitur hic martyr, die viii Septembris, ubi de eo tractandum.

V *Kal.*

V *Kal.* *Die* 28.

Romæ, natalis beatis Joannis Papæ, quem refert sanctus Gregorius, ob ortodoxam fidem, primo in custodia tentum ac deinde ad mortem usque perductum cum aliis æque Catholicis viris. *Joannis PP* Parisius civitate, transitus sancti Germani confessoris. *Germani.* Qui beatus ejusdem urbis episcopus, quantæ sanctitatis, quantique meriti fuerit, quibus etiam claruerit miraculis, Fortunatus episcopus veraci stilo digessit. In Sardinia, sanctorum Emilii, Felicis, Priami, Luciani. *Emilii et soc.* Eodem die, sancti Charauni, qui apud Carnotum civitatem, capite amputato, martyrium sumpsit. *Charauni.*

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Antverpien.* et *Max-Lubec. Antverp-Maj, Greven* et *Molan.* Quibus adde *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien.* et *Edit. Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. *Ortodoxam* scribunt codices omnes, exceptis Antverp-Maj. Greveno et Molano, nihil proinde corrigendum putavimus. *Parisius* antiquo scribendi modo servandum est, Molan. emendavit *Parisiis*, Antverp. Max-Lubec. et mediæ notæ omnes, *Parisiorum*. Praten. legit *Germani episcopi et confessoris*, cum Antverp. et citatis codicibus mediæ notæ. Nobis præplacet lectio Herinien. Tornacen. Antverp-Majoris, Greven. et Molan. qui evitata repetitione *episcopi*, Usuardi elogium Bedæ annuntiationi subjunxere, constructione nitidiori, qualem Usuardus sectari solet. Solus Herinien. habet, *sanctus Fortunatus*; ut solus Antverp-Maj. *Fortunatus presbyter*. Molan. posuit *quantique fuerit meriti, et claruit*. *Stilo* est in omnibus, præterquam in Molano, *Emilii*, in omnibus; *Felicii* in solo Pratensi. *Charauni* antiquitus dictum, probant vetustiores codices Pratensis, Heriniensis et Antverp-Major, quos secuti sumus, licet hodie magis probetur *Carauni*, Gallice *Cheron*.

OBSERVATIO. Notavimus die præcedenti in Auctario tertio, *Joannem Papam* et *martyrem*, non *Joannis PP* xxvii Maii, ut facit Romanum modernum, post Belinum, sed hac die ab omnibus antiquis Martyrologis, qui de eo meminerunt, solo Rabano excepto, collocari, quidquid in Actis translatio dicatur facta et Romæ recoli xxvii Maii. Elogium, seu captivitatis et necis historiam breviter, sed nitide compilavit Beda, ex quo a Rabano et Adone transcripta; ex hoc a Notkero, qui de Symmacho et Boetio nonnulla attexuit; Noster, more suo, eleganti compendio rei medullam complexus est. Plures de glorioso hoc Papa scripsere; selectiora ejus vitæ capita collegerunt et digesserunt Henschenius et Papebrochius, quorum prior commentarium incepit, quo sensu ei alicubi tribuitur alter recensuit et perfecit. De *Germano* meminit item Beda, qui solo *confessoris* titulo eum decoravit. Nescio *Germani* cur Rabanus die præcedenti cum longiori elogio retulerit. Ado, quod mirere, nullo Germanum dignatur encomio, forte quod satis illustrem tota Gallia celeberrimi Sancti memoriam et notissima gesta existimaverit. Exstat in Bedæ Auctariis duplex elogium a Majoribus nostris Floro adscriptum, quorum alterum sic conceptum est, ut quis mihi continuo objicere possit, male a me in præfatione et in hujus operis decursu universaliter negatum, Florum ab Usuardo umquam visum fuisse. At nihil hisce assertum meum concuti, nullo negotio ostenditur. Equidem ultro fateor, in nostra Bedæ editione, bina Flori Auctaria adjecta esse; at qui vel modice versandis Martyrologiis assuetus sit, facile agnoscet, primum Germani elogium Flori satis proprium esse, non item alterum, quod sub disjunctione, imo sub dubio apponitur. Nec certe aliter apponi potuit, cum ex ipso citato ibi Atrebatensi codice, quem præ oculis habeo, satis pateat, et hanc et multas alias annuntiationes, non Bedæ aut Flori genuinas esse, sed ex Usuardo in prædictum Atrebatensem codicem translatas ut pluribus exemplis, si opus fuerit, demonstrabo. Adde quod præfatum elogium Usuardina phrasi omnino expressum sit; in quo frustra aliorum, quam peritorum judicium appellavero. Fusiores narrationes habent Rabanus die præcedenti, et Notkerus hoc die, quorum ut similis est sententia, ita varia est locutio; fallor tamen nisi hic illum prælucentem habuerit. Porro Germanum Hieronymianis abjudicat Florentinius, tametsi vetustissima apographa eum repræsentent, quæ fatemur a monachis, quorum erant propria, et aucta et interpolata fuisse. Metrica Wandelberti oratio Germanum Joanni præponit:

Quinto Parisii Germanum turba frequentat,
Tunc quoque Pontificem celebrat sua Roma Joannem.

Ex *Sardis martyribus* solos duos priores consignavit Romanum parvum, sed Ado binos socios ex *Emilii et soc.* Hieronymianis restituit, quem secuti sunt Usuardus et Notkerus. Alii in Actis adduntur, de quibus vide Papebrochii commentarium criticum. — *Charaunus*, ut scribunt antiquiores codices, seu *Carau-* *Carauni* *nus*, ut hodie magis placet, Carnotensis martyr, aliis Martyrologis antiquis ignotus, plane Usuardinus est. Talem item esse textum reliquum, undecumque acceptum, puto a nemine in dubium revocari posse. *Carauni* Acta publicavit Henschenius, judicium de iis proferens, quo ad Usuardi vel potius Hilduini seculum ea pertinere existimat; Sancti ætatem et cetera ad eum spectantia, in commentario prævio verisillime definiens, ex quibus colliges, an recte ad Domitiani tempora a Baronio retractus sit.

AUCTARIA.

PULSAN. Elogium Germani mutilat, et omittit annuntiationem ultimam.

De Joanne. ROSWEYD. In prima annuntiatione sensum amplificat, post *tentum* inserens, *ac deinde, jubente Theodorico rege Arriano, cum Symmacho patritio, aliisque catholicis viris ad mortem usque perductum.*

De Germano. MUNERAT. De Sancto Germano, post *miraculis*, solus ipse textui in reliquis puro interjicit, *cujus corpus requiescit in cœnobio beati Vincentii, in suburbiis divi Germani de Pratis.*

ALBERGEN et DANIC. Deficiunt in prima annuntiatione de Joanne Papa, qui ab ipsis pridie perperam consignatus est; in quo cum eis convenit BELINUS, ut ibi abunde dictum memini.

CENTULEN. *Natale sancti Johannis Papæ, qui a Theodorico impio rege peremptus, in ecclesia beati Petri Apostoli honorifice est sepultus. Parisius, sancti Germani episcopi et confessoris.* In Sardis et Carauno purus est.

De Joanne. BRUXELLEN. Sic incipit : *Natale sancti Johannis Papæ. Qui a Theodorico rege Arriano Constantinopolim missus, ante portam civitatis cæcum illuminavit. Et a Justino imperatore catholico gloriose susceptus, et compos petitionis, ad Theodoricum reversus et ab eo apud Ravennam cum aliis æque catholicis viris incarceratus, fame defecit. Cujus meminit beatus Gregorius in libro Dialogorum.* De Sardis et Carauno ferme purus est. Tum in fine:

De Germano. *Apud Parisium, depositio sancti Germani episcopi et confessoris. Qui cum ægrotaret, jussit ex opposito sui, sculpi in muro,* V KAL. JUNII. *Et quia die postera obiit, constat id sibi divinitus fuisse revelatum. Hic quantæ sanctitatis*, etc.

HAGENOYEN. In textu modice interpolatus, subdit quæ hic curioso lectori proponere volui :

Wilhelmi cum elogio. *Ipso die, depositio sancti Wilhelmi ducis Aquitaniæ provinciæ, qui vulgariter vocatur Wilhelmus de aranca. Hic sub Karolo magno strenuissime militavit, Aurositanam civitatem magnam, quam Theobaldus rex Saracenorum occupaverat, recuperavit, cujus et uxorem duxit in uxorem sibi, nomine Kyburgam. Hic multa pericula in bello contra paganos sustinuit : Agarenos multipliciter contrivit : pax ecclesiæ sub illo reddita, et in omnibus bonis ipse exercetur. Communem utilitatem libenti animo pertractat, sanctos leges ratificat, lites in ecclesia dirimit, dominos temperat, ecclesiis et Dei famulis protectorem se facit, et munificum largitorem. Semper sacerdotibus assurgebat, et eorum orationibus se devote commendabat. Hæc faciebat laicus: monachus autem factus, cocus efficitur, et officium pistrini et molendini sibi concedi postulat. Mores omnium semper æquanimiter tolerabat. In monasterio et miraculis, et prophetiæ spiritu claruit, qui Karolo mortem prædixit, et aliis pluribus et etiam suam. Denique in vita activa multum laborans, fratrum coactione in contemplativam se transtulit. Centies per diem et centies per noctem genua flectere* (consueverat) *in memoriam Dominicæ passionis. Corporis prælia, spiritualibus præliis permutavit, dum tempore hiemis in frigidam aquam misit se. Corpore et sanguine Christi communitus in Domino feliciter requievit ; et per adjacentes provincias, divina virtute, fit campanarum sonitus.* Hæc sunt, si pauca, dempseris, Actorum ab Henschenio relatorum compendium.

AQUICINCT. De Joanne addit, *perductum a Theodorico rege Ariano.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Germani episcopi Parisiensis. Joannis Papæ et martyris, cujus meminit beatus Gregorius in libro Dialogorum. Wilhelmi confessoris, primo comitis et ducis tempore Caroli, postea monachi Ordinis sancti Benedicti.* Habes supra satis longam historiam. *Wilhelmi.*

VATICAN. num. 5949. Non habet *Carauni*. Addit autem : *Romæ via Nomentana, sanctorum Epagati, Eustasii, Castuli.* Vide totam horum martyrum classem distinctius enumeratam in Actis. *Epagati et soc.*

FLORENTIN. *Florentiæ, depositio sancti Podii ejusdem civitatis episcopi, qui vita et miraculis gloriosus quievit. Sepultus est in cathedrali ecclesia præfatæ urbis, juxta corpus B. Zenobii in arca marmorea.* Vide Henschenii commentarium. *Podii.*

EDITIO LUBECO-COL. De Joanne, die præcedenti. Sequitur textus reliquus. Tum : *Civitate Meldis, beati Rogomori episcopi et confessoris. In Paderborna, adventus sancti Liborii episcopi Cenomanicæ urbis et confessoris.* Colitur XXIII Julii. *Ipso die, translatio sanctæ Brigittæ viduæ, de Roma in Sweciam.* Natalis est VIII Octobris. *Rogomeri. Translationis Liborii, et Brigittæ.*

GREVEN. *Fortini episcopi et martyris.* In Prætermissis creditur is esse, qui colitur II Junii. *Civitate Meldensi, beati Rogomori episcopi et confessoris. Item Wilhelmi ducis Aquitaniæ et confessoris. Qui tempore Karoli magni, post multas de infidelibus victorias, monachus factus, cum tempore quodam panes cocturo scopa ad furnum purgandum deesset, timeretque moram fratribus facere, ingressus furnum succensum, scapulari purgavit ac sine læsione exivit. Crispolæ virginis,* mihi hactenus ignotæ, nisi forte martyr aliquis *Crispolus* indicetur, qualis sequenti die colitur. *Apud Paderbornam, translatio sancti Liborii episcopi Cenomanensis et confessoris. Translatio sanctæ Birgittæ viduæ, de Roma in Sueciam.* De utraque diximus immediate superius. *Fortini. Rogomeri. Wilhelmi. Crispolæ. Translationes de quibus supra.*

MOLAN. *Translatio sanctarum reliquiarum beatæ Birgittæ de Roma ad monasterium Vuastzenense regni Sueciæ.* In editionibus aliis : *Die vigesima octava, sancti patris Nicetæ, et sancti hieromartyris Helladii.* Primus hac die colitur, alter præcedenti. *Paderbornæ, translatio sancti Liborii episcopi Cenomanensis et confessoris. Item translatio sanctarum reliquiarum beatæ Birgittæ*, etc. Eædem sunt translationes, de quibus jam pluries supra meminimus. *Nicetæ. Helladii. Translationes, ut supra.*

IV *Kal.* *Die* 29.

Apud Iconium civitatem Isauriæ, sub Aureliano imperatore, passio sancti Cononis martyris et filii ejus, qui primum ignito ferro superpositi, deinde craticulam prunis suppositis, et oleo super infuso constanter superaverunt. Postea vero tam frixorii quam suspensionis in equuleo ac ignis penuriam passi, malleo ad extremum ligneo manibus eorum contritis, in laudem omnipotentis Dei spiritum emiserunt. Eodem die, sanctorum Sisinnii, Martyrii, atque Alexandri, qui in Ananiæ partibus, ut scribit sanctus Paulinus, persequentibus gentilibus viris, martyrii coronam adepti sunt. Treveris, beati Maximini episcopi et confessoris, a quo Athanasius antistes, persecutionem Constantii fugiens, honorifice susceptus est. Romæ via Aurelia, natalis sancti Restituti. Via Tiburtina, septem germanorum.

Cononis et filii. *Sisinnii et soc.* *Maximini.* *Restituti. 7 Fratrum.*

Sumitur ex *Praten. Rosweyd. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.* Item ex *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Danic. Editione Ultraject-Belg.* et ferme *Bruxellen.*

VARIA LECTIO. *Ichoniam* in Antverp-Maj. *Yconium* in Munerat. *Ichonium* in Greven. facile corriguntur. Rursus *Aurelio* in Rosweyd. *Conoris* in Antverp-Maj. et *Canonis* in Munerat. qui et pro *filii*, legit *filiorum*. Alter error in Antverp-Majore *craticula*, pro *craticulam*, et *injuriam* pro *penuriam*. Neutrum valet, inquies, saltem prius posteriori melius. Imo optime Molan., qui *pœnam scripsit*, et Greven. *penurias, alias pœnam*. *Pœnam* etiam habent codices mediæ notæ. Ceterum Pratens. Heriniens. Rosweyd. et Munerat. constanter legunt *penuriam*, ut nos in textu servandum putavimus. Molanus *post* passi, inseruit *sunt*, unde vitiatur constructio. In Greveno deest nomen *Martyrii*, pro quo posuit Munerat. *Martirini*. Rosweyd. habet *Avaniæ*; Antverp-Maj. *Inaniæ*, postremi codices *Ananiæ*, recte in textu. In Rosweyd. post *gentilibus*, omittitur *viris*. Antverp-Max. perperam scribit *Treveris*, *translatio*. Antverp-Maj. pro *Maximini*, *Maximiani*. Codices postremi quatuor post *Antistes*, addunt *Alexandrinus*. In Munerato deest *Constantii*, idemque et Antverp-Maj. pluribus scriptoriis vitiis scatent, quæ tamquam minoris momenti minutias, et hic et alibi consulto negligimus.

OBSERVATIO. Romanum parvum de *Restituto*, *septem Germanis*, et *Maximino Treverensi*, ex ordine agit, eumque servavit Ado, iis adjunctis, quæ mox commemorabimus. Textus noster, si non eadem præcise serie, aut iisdem plane verbis, certe totus ex Adone huc translatus est. Qui hic primo loco ponitur *Conon* cum filio, de quo post Rabanum, qui longius elogium concinnavit, codices aliqui, xx hujus meminerunt, ut ibi in Auctariis diximus; hic, inquam, *Conon*, nec Hieronymianis, nec Bedæ, nec Romano parvo notus, ab Adone primum consignatus et elogio, a Notkero ferme descripto, ornatus est, cujus potissimam partem suam fecisse Usuardum, nescio quomodo in Papebrochii oculos non incurrerit. Sed alia in commentario suo advertit, quæ Actis antiquis Græco-Latinis, ab ipso editis, lucem adferunt. Acta illa simplicitate et gravitate sua veneranda esse fatentur doctissimi recentiores, inter quos Tillemontius tomo 4 a pag. 455, passionis narrationem ex Actis proconsularibus acceptam, cum Papebrochio lubens admittit. Nec obsunt ea, quæ in nota observat a pag. 683, licet talia sint, ut non omnino primigenia et authentica esse ostendant, unde nec a Ruinartio inter sincera et selecta connumerata sunt. *Martyres Anaunienses* seu *Anagnienses* agri Tridentini, in apographis Hieronymianis, corruptis non nihil nominibus, memorantur; unde in Adonem transiisse credimus, qui in eorum laudem excurrit fusius, Nostro rei totius summam in pauciora ex ipso contrahente. Quæ in Rabano et Notkero conveniunt, ex utriusque collatione lector percipiet. Talem hi sancti Martyres nacti sunt encomiasten, nempe Vigilium Tridentinum, ut eorum Actis nihil opponi possit. Locum Vigilii litteris in sua collectione dedit Ruinartius a pag. 682; Tillemontius vitam Gallice contrahit tomo 10 a pag. 543; omnia uberius exquirit, et quæ obscura sunt, aliis explicat in Actis nostris Papebrochius. — De *Maximino* Treverensi jam diximus Romanum parvum meminisse; meminere apographa Hieronymiana, meminit Beda et ex eo Rabanus. Florus breve elogium composuit. Ado Romanum parvum secutus, ea solummodo addidit, quæ Noster ad verbum transumpsit. Utrum Notkerus satis apte, alia attexuerit, cum longa Augustinianæ epistolæ lacinia, nihil ad me attinet judicare. Quanti momenti sint Maximini Vitæ seculis VIII et IX compositæ, docet Henschenius in dissertatione prævia. Veriora ex historia ecclesiastica repetenda sunt apud Baronium aliosque, de quibus vide Tillemontium tomo 8 variis locis. Audi Wandelbertum, qui de solo Maximino hunc unicum hodie versiculum panxit:

Maximine, tibi quarto Trevir alta coruscat.

Restituti, ac dein *septem germanorum* memoria iisdem ferme verbis in Hieronymianis, in Romano parvo, in Adone et Nostro atque etiam in Notkero exprimitur. Sed postremi cum matre Symphorosa coluntur XVIII Julii, ut ibi ex ipso Usuardo ostenditur: nisi filii sint sanctæ Felicitatis, x Julii, vel fratres germani alii. Videsis Tomo VII Maii pag. 237 Acta Restituti *graviter plane scripta et*

Cononis et filii. *Sisinnii et soc.* *Maximini.* *Restituti et 7 Fratrum.*

fide

fide dignissima credidit Henschenius, favorabili sane judicio ; sed cui ægre acquiescent, qui notationem Tillemontii expenderint tomo 5 pag. 634. Utriusque partis argumenta curioso lectori examinanda relinquimus. Interim verum manet, quod principio dicebam, textum nostrum Adonianum esse ; sed et vere esse Usuardi, minime dubitandum.

AUCTARIA.

Translatio Remigii.

HERINIEN. Textui purissimo hanc annuntiationem sibi propriam præfigit : *Translatio corporis beati Remigii Francorum Apostoli, ab eo loco in quo antea jacuerat in eadem ecclesia.* De ea nihil apud alios.

TORNACEN. Resecat elogium Cononis, atque item martyrum Anauniensium. Cetera purus.

PULSANEN. Elogium Cononis etiam rescindit. In Sisinnio et sociis satis purus est. Tum : *Treveris beati Maximini episcopi et confessoris.* Atque ibi sistit, omissis reliquis.

ANTVERP. MAX-LUBEC. LOVANIEN. et ALBERGEN. Deficiunt dumtaxat in elogio Cononis. Quo etiam vitio laborat BELIN.

Textus contractus

CENTULEN. *Romæ via Aurelia, natale sancti Restituti. Via Tiburtina, septem fratrum. Treveris, beati Maximini episcopi et confessoris, a quo Athanasius Alexandrinus antistes, Arrianos fugiens, honorifice est susceptus. Item passio Cononis martyris et filii ejus. Eodem die, sanctorum Sisinnii, Martyrii et Alexandri martyrum.*

BRUXELLEN. Non aliter ferme a textus puritate differt, quod in eo codice rarum fatemur, quam annuntiationum transpositione.

De Cononi

HAGENOYEN. Cononis elogium ex Rabano, ni fallor, amplificat hoc modo : *Apud Iconium civitatem Isauriæ, passio sancti Cononis et filii ejus. Hic, dimissa uxore, factus est heremita cum filio suo. Hic Cuno fluvium, ubi homines transire non poterant, alibi fluere præcepit, et sic factum est. Isti postea tenti, primo sustinuerunt oleum bulliens, carbones ignitos, craticulam, sartaginem, suspensionem cum suppositione ignis, manuum per malleum ligneum contritionem ; sed in iis omnibus martyres Dei sunt illæsi, et aspicientes in cælum, orantesque migraverunt ad Dominum.* Omittit Anaunienses martyres, de cetero ferme purus.

AQUICINCT. Pro *Ananniæ*, habet *Auniæ*.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Maximini episcopi Treverensis. Sisinnii, Martyrii et Alexandri martyrum. Romæ septem germanorum martyrum.*

EDITIO LUBECO-COL. In Conone modice interpolata, sic prosequitur : *Apud Tridentum urbem, sanctorum Sisinnii diaconi, Martyrii, qui, ut scribit beatus Paulinus, de Cappadocia venerunt Mediolanum, ubi cum sancto Ambrosio per aliqua tempora morati sunt. Abinde venerunt Tridentem, ubi a sancto Vigilio episcopo gratanter recepti sunt, qui eos post aliquot dies dirigit in vicum, qui dicitur Medo, ut et ibi annuntient gentibus fidem Trinitatis, et cum jam multos ibidem convertissent, ab infidelibus viris comprehenduntur cæduntur, suspenduntur, vulnerantur, et diversis pœnis cruciantur ; ad ultimum igni traditi, sunt martyrii coronam adepti. Erat autem Dominicæ passionis dies, et ideo Domini miracula non defuerunt. Reliquiæ vero sanctorum, per sanctum antistitem Vigilium, ad Tridentum urbem deportatæ sunt. Treveris, translatio corporis beati Maximini episcopi et confessoris, de Aquitania in Treverim.* Sequitur *Restituti*, sed deest annuntiatio ultima.

De Sisinnio et soc.

Translationis Maximini.

GREVEN. *Nota, hoc die translatus est beatus Maximinus de Aquitania Treverim, pridie vero Idus Septembris dies est depositionis ejus.* Vide in Actis commentarium prævium num. 5. *Item sanctorum Pollionis, Crispoli, Cirilli.* Sic Numidia, Cæsarea Cappadociæ et Antiochia conjunguntur. *In Africa, natalis sanctorum Primi, Accidiæ, Passimonii et aliorum* CXLIII. In Actis hæc distinctius. *In Bechlem, Suicberti episcopi et martyris.* Vide Prætermissos.

De Maximino.

Pollionis, etc.

Primi, etc.

Suiberti.

MOLAN. In editionibus ultimis, de Anauniensibus martyribus, in ipso textu interjicit cursivo, post *Eodem die*, hanc vocem ; *Mediolani*, etc. In fine typis minusculis : *Quorum martyrium exprimitur* XXVII *Junii*. Cur non XVIII Julii ?

III *Kal.* *Die* 30.

Felicis

Gabini et Crispoli.

Huberti.

Romæ via Aurelia, natalis beati Felicis Papæ, qui cum annis quinque rexisset Ecclesiam, sub Claudio principe martyrio coronatus est. Turribus Sardiniæ, sanctorum martyrum Gabini et Crispoli. Ipso die, sancti Hucberti episcopi et confessoris.

Sic habent *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Rosweyd. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Pro *Claudio principe*, substituit Rosweyd. *Diocletiano.* Antverp-Maj. in alio errat, quod omittat *principe.* Lego *Gabini*, cum Heriniensi, Tornacen. Antverp-Majore, Greven. et Molan. Si magis placet *Gabinii*, nihil obloquor. Lego item *Crispoli* ex codicum omnium auctoritate, licet Romanum parvum et Ado aliter scripserint. Solus Pulsanen. male posuit *Scripuli.* Non est operæ pretium aliorum codicum variationes hic attexere. In Pratensi et Herinien. est *Hucberti*, et ita verosimilius legendum est. Alii habent *Huberti* , male Tornacen. *Bucberti*, nec magis recte Pulsanen. *Bucherti.*

OBSERVATIO.

Felicis.

OBSERVATIO. De *Felice* Papa et martyre primus agit auctor Romani parvi, cujus nomen fortasse repererit in Rufini lib. 7 c. 27. Exinde Ado ipsissimis illis verbis signavit, quæ in textum suum Usuardus transtulit. Notkero visum est attexere paucula de *Missis, super memorias Martyrum celebrandis*, quæ Auctariis nonnullis materiam præbuere. Tempora sancti hujus Pontificis expendunt et definire conantur Henschenius et Papebrochius, vix quidquam reperientes, quod de Felicis laudibus certo prædicent, præter epistolæ fragmentum a Cyrillo Alexandrino et Concilio Ephesino recitatum. Vide quæ hisce superaddidit Tillemontius tomo 4 a pag. 362. De martyrii aut obitus die, post Papebrochium, ex professo disputat tomo eodem pag. 687, ubi ex variis Hieronymianorum locis, ex Frontonis Kalendario XXIX Julii, ex Sacramentariis aliisque monumentis, probabilius censet, hunc XXX Maii, translationis alicujus causa, celebriorem redditum. Quibus cum certiora modo non suppetant, nolumus conjecturas cumulare. De Felicium confusione et distinctione superest quæstio, ad XXIX Julii in Actis examinanda. Patebit infra, hunc diem etiam a Wandelberto selectum esse. — Ex eodem fonte et rivulo procedunt martyres Sardi *Gabinus* et *Crispolus*; quorum tamen memoria in apographis Hieronymianis etiam celebratur, quæ fortasse scaturigo prima dici debent. Primum nos *Gabini* enuntiavimus, quamquam Romanum parvum et Ado aliter efferant. Sic item pro *Crispuli*, legimus *Crispoli*, ex codicum nostrorum antiquissimorum consensu. Sed hæc non maximi momenti difficultas est, majorem tangit Henschenius, quærens utrum hic *Gabinus* diversus sit ab alio *Gabino* vel *Gavino*, qui cum aliis sociis, in ipsis Hieronymianis recolitur XXV Octobris. Obscura hic denuo multa adverto, quibus forte lucis aliquid accedet, dum citato die XXV Octobris, hæc in Actis erunt discutienda. Vide interim quæ habet Tillemontius tomo 2 pag. 230 et 587, deinde tomo 5 a pag. 143. — *Hubertus*, seu potius *Huebertus*, soli Usuardo proprius, *Episcopi* titulo insignitus, implexum facessit negotium. Etenim recentiores codices Usuardini, ut in Auctariis patebit, episcopum illum *Leodiensem* faciunt, alii *Tungrensem*, cum verius forte *Trajectensis* dicendus sit, si tamen de episcopo illo hodie agatur et non longe verosimilius de *Huberto monacho Britinniacensi*, ut in Actis censet Papebrochius, cujus commentarium prævium num. 1 et 2, curiosus lector consulat. Notatu digna est hodierna Castellani annuntiatio textui Romani moderni in Martyrologio universali subjuncta, quam ex Gallica Latinam facio: *Furis (vulgo Ter vueren) Bruxellas inter et Lovanium, transitus sancti Huberti episcopi, qui Cathedram episcopalem Trajecto Leodium transtulit. Corpus ejus continuo Leodium translatum, atque ibi in oratorio sancti Petri sepultum est. Sedecim post annis e tumulo levatum est, tertio die Novembris; et regnante Ludovico pio translatum ab abbatiam Andainensem in Ardennis, quæ inde postea nomen mutavit in sancti Huberti. Sanctus aliquis monachus synonymus hoc die honoratur Britinniaci in diocesi Suessionensi, quia verus ejus dies obitus ignorabatur.* Hæc pro majori parte ex citato Papebrochii commentario accepta sunt. Vide infra XXX Septembris Auctarium Molani, ex posterioribus ejus editionibus. Reliqua quæ Hubertum episcopum attinent, III Novembris, quo etiam Antverpiæ solenni officio recentissime coli cœptus est, accuratius in Actis discutientur et illustrabuntur. Nos hic genuinum Usuardi textum repræsentavimus. Sic Wandelbertus de Huccberto et Felice :

Gabini et Crispuli.

Huberti.

Tertia Hugberto, Papa et Felice dicatur.

AUCTARIA.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Omittunt annuntiationem tertiam de sancto Huberto, ejusque loco substituunt: *In Antiochia, natale sanctorum Sici et Palatini, qui multa tormenta passi sunt.* Ex Hieronymianis vel Rabano tota illa annuntiatio huc translata est.

Sici et Palatini.

ANTVERP-MAX. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Citatæ annuntiationi inserunt, *pro Christo* passi sunt. In fine autem servant Huberti memoriam, hoc modo: *Ipso die, natale sancti Huberti Leodiensis episcopi et confessoris.* Jam dixi in Observatione, codices hosce Belgicos, Huberti nomen apertius ad Leodiensem episcopum contrahere, quam fecerit Usuardus ipse in genuino textu.

ULTRAJECT. et DANIC. Cum tribus postremis conveniunt, sed in eo excedunt, quod de Felice Papa textui adnectant: *Hic post beatum Petrum vicesimus septimus, instituit super memorias Martyrum Missas celebrari.* In Observatione notavimus, hæc a Notkero superaddita fuisse.

De Felice,

CENTULEN. *Romæ via Aurelia, sancti Felicis Papæ et martyris sub Claudio cæsare.* In Sardis purus est. Sequitur: *Antiochiæ, sanctorum Isici et Palatini, qui multa tormenta passi sunt. Ipso die, sancti Huberti episcopi et confessoris. Cœnobio Centula, sanctorum Chaudoci, Fricorii et Madelgisili confessorum, quorum duo primi beato Richario ad initium sanctæ conversationis fuerunt.* De duobus his primis, quorum alter etiam *Adrianus* vocatur, conjunctim agit Henschenius in commentario suo historico; de *Madelgisilo* (sic enim ab omnibus passim vocatur) plura reperit, et accurato commentario illustravit.

Sici et Palatini

Chaudoci et aliorum.

BRUXELLEN. Cum superioribus convenit, excepta ultima annuntiatione, quam sic exprimit: *Ipso die, depositio sancti Huberti Leodiensis episcopi et confessoris. Qui beato Lamberto miraculose in episcopatu subrogatus, sedem episcopalem de Trajecto Leodium transtulit, et tandem ipse hac die, apud Furam Brabantiæ, ab hoc seculo nequam ereptus, scandit ad cælos, et corpus ejus transfertur Leodium, ubi in ecclesia S. Petri digne sepelitur.* Vide supra Observationem.

De Huberto Leodiensi.

HAGENOYEN. Præter dicta de Felice, adjicit: *Et sub eo hæresis oritur Manichæorum.* Secundo loco de *Huberto Leodiensi*, etc. Tum *Item Thudeberti confessoris.* In Prætermissis plane ignotus est, nec confundi potest cum Trudperto in Brisgoya martyre, de quo actum XXVI Aprilis. Nam cur idem compilator eumdem Sanctum bis repeteret, semel *martyrem*, semel *confessorem*? Quid si suspicemur, *Huebertum* monachum Britinniacensem, hic, scriptoris vitio, in *Thudebertum*

transformatum

transformatum esse? Sequuntur in codice *martyres Anaunienses*, hoc die perperam inserti. In Sardis purus est. Denique de Antiochenis Sico vel Isicio et Palatino, ut supra.

De Felice. AQUICINCT. De Felice: *Hic constituit supra memorias Martyrum Missas celebrare.*

De reliquiis S. Juliani. DAVERONEN. *Turonis, exceptio prima reliquiarum beatissimi Juliani martyris.* Vide Prætermissos, ubi sic notat Henschenius: *Videtur is esse sanctus Julianus martyr Arvernensis, in cujus festo Acta martyrii, in novem lectiones distributa, leguntur in ecclesia et diœcesi Turonensi* XXVII *Aug.*

Dympnæ MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Dympnæ virginis et martyris, quæ pro fide et castitate a patre decollatur.* Nusquam illa apud alios hac die legitur, vide XV Maii. *Felicis Papæ et martyris. Gabini et Crispuli martyrum.*

In VATICANO signato num. 5949. Deest annuntiatio ultima de sancto Huberto.

Exuperantii FLORENTIN. *Apud Ravennam, sancti Exuperantii archiepiscopi et confessoris.* Vide Papebrochii commentarium historicum, ubi de aliis Exuperantiis nonnulla curiose observat.

Dedicationis Medardi. DIVIONEN. Ecclesiæ sancti Stephani. *Dedicatio sancti Medardi in urbe Divionensi.* De hac nihil in Prætermissis. Vide quæ in Actis dicuntur VIII Junii, commentario prævio § IV pag. 77.

De Felice EDITIO LUBECO-COL. De Felice sic habet: *Qui cum annis quinque, mensibus decem rexisset Ecclesiam, sub Claudio et Aureliano principibus martyrio coronatus est. Hic post beatum Petrum* XXVII, etc. Sequitur de Sardis et Antiochenis. Deinde: *In Apulia, sancti Nicolai Peregrini et confessoris, miraculis clari.* *Nicolai Peregrini* Remittitur ad diem, quo Trani colitur, II Junii. *Ipso die, natale sancti Huberti Leodiensis episcopi et confessoris.* *Huberti Leodiensis.*

BELIN. Penultimo loco etiam interserit martyres Antiochenos. Pro Huberti scribit *Hugberti*: et in altera editione adjicitur: *Centula, depositio sancti Madelgisili confessoris.* *Madelgisili.*

GREVEN. *Nota, hic est depositio sancti Huberti, tertio Nonas Novembris translatio.* Vide quæ in eam rem superius non uno loco observata sunt. *De Huberto.* *In Antiochia, natalis sanctorum Sici et Palatini, qui multa pro Christo tormenta passi sunt.* *Sici et Palatini.* *In Apulia, beati Nicolai cognomento Peregrini, confessoris. Hic columbina simplicitate ductus, præceptum Domini de cruce tollenda implere cupiens, ligneam crucem manu gestans, Kyrie eleison insonans, innocentes pueros, qui hæc secum clamitarent, post se ducens, oppidi loca circuibat. Tandem in pace quievit miraculis clarus.* *De Nicolao* Jam diximus remitti ad diem, quo Trani colitur, II Junii. Vide ibi sancti ipsius effigiem, Vitam, miracula, translationem et reliqua ad eum pertinentia, accurate a Papebrochio digesta. Sequitur: *Ipso die, secundum Catalogum Sanctorum, Venetiis, translatio sancti Nicolai episcopi et confessoris, una cum ossibus prædecessorum ejus Theodori episcopi Mirreorum et martyris, nec non alterius Nicolai, ejusdem loci episcopi et confessoris, avunculi sancti Nicolai, de Mirrea Venetias, tempore Urbani Papæ secundi.* *De aliis Nicolais.* Vide quæ de his dicuntur inter Prætermissos.

De Huberto Tungrensi. MOLAN. Post *sancti Huberti episcopi*, addit. *Tungrensis ecclesiæ. Qui primo quidem apud sanctum Lambertum martyrem sepultus, emergentibus annis in quodam monasterio est translatus et venerabiliter sepultus. In Ravenna, sancti Ursini martyris, qui sub judice Paulino passus est et sepultus in eadem urbe a beato Vitale, patre sanctorum Gervasii et Prothasii.* *Ursini.* Remittitur ad XIX Junii. *In Antiochia, sanctorum Syri* (Ita hic, sed infra rectius scribit *Syci*) *et Palatini, qui multa tormenta passi sunt.* *Syri et Palatini.* *Centula, depositio sancti Madelgisili confessoris.* *Madelgisili* Hactenus prima editio. In aliis interjicitur litteris Italicis, post *Claudio principe: et Aureliano.* Item iisdem litteris post *Crispoli: Centula, depositio sancti Madelgisili confessoris. In Antiochia, sanctorum Syci*, etc. *Die trigesima, sancti patris Isaacii, mansionis Dalmatiæ.* *Isaacii.* Sequitur demum *sancti Huberti*, ubi, quemadmodum in priori editione, inseritur *Tungrensis ecclesiæ.*

Pridie Kal. *Die* 31.

Petronillæ. Romæ, sanctæ Petronillæ virginis, quæ post multa miracula sanitatum, cum eam quidam Comes suo vellet conjugio sociare, tridui inducias postulans, jejuniis atque orationibus vacans, tertio die, mox ut Christi Sacramentum accepit, emisit spiritum. *Cantii, Cantiani, Cantianillæ, etc.* Apud Urbem Aquileiam, natalis sanctorum martyrum Cantii, Cantiani et Cantianillæ fratrum, qui cum ducerent prosapiam de genere Aniciorum, ob Christianæ fidei constantiam, una cum pedagogo suo Proto capite plexi sunt. *Crescentiani* Turribus Sardiniæ, Crescentiani martyris.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Ant. exp Maj. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Solitis fœdatæ editionis vitiis laborat Muneratus, in quo *sociari* pro *sociare*; et *tridui induas*, pro *tridui inducias*. Porro *tridui* legendum, non *triduum*, ut Pratens., nec *triduo*, ut Antverp-Major, docent codices reliqui. Heriniensis male expunxit particulam *mox*. Pro *Cantii* Antverp-Maj. scripsit *Cautini*. Greven *Cancii*, *Canciani*, etc. Munerat. habet, *cum ducerent prosapiam Aniciorum*. Pejus Herinien. phrasim mutavit hoc modo: *Qui cum essent de genere Aniciorum progeniti.* Reliqui in textu *pedagogo*, quod nullus diphthongo utatur, excepto solo Molano. In Antverp-Maj. est *petagogo*. Greven. et Molan. scribunt *Protho*, ceteri omnes, ut in textu. *Creciani* pro *Crescentiani*, vitium est codicis Antverpiensis-Majoris.

OBSERVATIO. Recte observavit Florentinius *Petronillam* virginem Romanam, librariorum oscitantia, in nonnullis apographis Hieronymianis Aquileiæ adscriptam, cum ea palæstra ad tres fratres spectet, qui in textu sequuntur. Ejusdem *Petronillæ virginis*, et sub iis dumtaxat terminis, meminere

meminere Beda et Romanum parvum. Primum secutus est Rabanus, adjecta tota ea parte Marcellianæ epistolæ, quam in Actis recitatam invenies. An sincera sint, quæ ibi Marcellus denarrat, vel ex eo colligas, quod Petronilla *Domini Petri Apostoli filia* dicatur, aliaque admisceantur, quæ non tam facile fidem inveniant, eruditis recentioribus plane suspecta, ut vide apud Tillemontium tomo I pag. 189. Ado compendiosius rem complexus est. Hunc et Rabanum legisse videtur Notkerus. Noster vero ex Adonis elogio certiora decerpsit, iis studio præteritis, quæ dubitationi obnoxia animadvertit. Porro ex genuinis Usuardi codicibus manifeste constat, eum non recte citari, tamquam si Petronillam *S. Petri filiam* cum aliis nominasset, utpote qui ab ea appellatione omnino abstinuit, reliqua etiam tam prudenter attemperans, ut data opera, sic elogium suum concinnasse videatur. Non ita Wandelbertus, cujus de Petronilla hi exstant versiculi :

Tum pridie Petronella Petri de germine sancto,
Fulgida virgo micat Christi trabeata decore.

Aquileienses tergemini, apud Hieronym. et Romanum parvum notati, nullo ab Adone elogio ornantur, nec quidquam magnopere adjiciunt Rabanus et Notkerus. Usuardi est quidquid encomii in laterculo exhibuimus de *Anicia prosapia*, etc. Crediderim Usuardo factam copiam eorum Actorum, quæ ex Mombritio et codicibus Mss. hac die referuntur, quæque verosimiliter in Adonis notitiam non venerant. Illustrium horum martyrum Acta ex vetustissimis Mss. inter se et cum Mombritii editione collatis, diligenter illustravit Henschenius, Analecta subjiciens, quæ multa de eorum reliquiis, miraculis et translationibus hinc inde collecta accurate elucidant. Eadem Acta prius edita fuerant a Mabilione tomo de Liturgia Gallicana pag. 467 anno MDCLXXXV, sed quæ Henschenio videre non licuit, quadriennio ante vita functo. Omnia hæc expendit Tillemontius tomo 5 pag. 638, ubi pretiosum a vili discriminans, ea probat, quæ sunt Maximi Taurinensis, sub Ambrosii nomine circumferri solita, in aliis non nulla carpens, ut minimum tamquam non satis exacta. Nos hæc prudentium lectorum judicio relinquimus. Et hic locum habere debent Wandelberti de Cantianis versiculi *Cantii, etc.*

Cantius et Cantianus cum Cantianella
Collucent. Maium hæc claudunt solennia mensem.

Protum pædadogum Hieronymiana aliqua signant, et quidem cum *Chrysogono*, de quo nos alibi. — Qui ultimo loco ponitur *Crescentianus*, ex laudatis Hieronymianis per Adonem huc et in Notkerum transiit, iisdem ubique verbis præter titulum *Martyris*, a Nostro adjectum. Atque his germanam Usuardi phrasim reddidimus. Solet Crescentianus Gabino et Crispolo, de quibus in textu diei præcedentis, tamquam popularis, forte etiam ut martyrii socius, conjungi, ut videsis in brevi Henschenii commentario. *Crescentiani*

AUCTARIA.

TORNACEN. Hic iterum aliquid a textu resecat, nempe elogium tergeminorum Cantianorum, cetera purissimus.

PULSANEN. Præterea mutilus est annuntiatione ultima.

De Petronilla. ROSWEYD. Initio sic habet : *Romæ, sanctæ Petronillæ filiæ sancti Petri, quæ post multa*, etc; sed rursus in fine admiscet : *tertio die, mox ut a Nicomede presbytero, Christi*, etc. Reliqua omnia pura sunt.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et BELINUS, Post *Petronillæ virginis*, inserunt : *Filiæ beati Petri Apostoli, quæ Flacci Comitis conjugium spernens, acceptis triduanæ deliberationis induciis, jejuniis*, etc. In reliquis puri sunt.

ANTVERP-MAX. LEYDEN-BELG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Idem habent additamentum, sed post *Sacramentum accepit*, adhuc admiscent, *reclinans se in lecto* emisit spiritum. Atque in eo convenit codex LOVANIEN, sed deficit in elogio fratrum Aquileiensium.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN et DANIC. Similes ANTVERP-MAXIMO, post *emisit spiritum*, *De Petronilla.* adhuc adjiciunt : *Hujus sepulchrum Paulus Papa aperiens, ad corpus Virginis transferendum, inventum est in sarcophago ejus marmoreo, sculptum manu Petri Apostoli : Aureæ Petronillæ dulcissimæ filiæ.* Quam conveniat hæc inscriptio Petri Apostoli stylo, vide in Actis.

De Petronilla. CENTULEN. *Romæ, sanctæ Petronillæ virginis, quæ beati Petri Apostoli filia fuisse traditur. Apud Aquileiam, sanctorum Cantii, Cantiani, et Cantianillæ fratrum, qui cum essent de genere Aniciorum, et nollent idola adorare, cum pedagogo suo pro Christo capite plexi sunt. Turribus Sardiniæ, sancti Crescentiani.*

BRUXELLEN. *Romæ, sanctæ Petronillæ virginis, filiæ beati Petri Apostoli. Quæ post multa miracula sanitatum, cum eam Flaccus Comes suo vellet conjugio, quod ipsa sprevit, sociare, triduanæ deliberationis inducias petens et cum sancta virgine Felicula collactanea sua jejuniis vacans* (atque) *orationibus, tertia die, mox ut Christi Sacramentum accepit, reclinans se in lectulo emisit spiritum.* Hic ferme totus Adonis textus est, ex ejus Martyrologio acceptus. Sequitur notissima additio : *Hujus Virginis sepulchrum Paulus Papa, ut corpus ejus transferret, aperiens, in sarcophago ejus marmoreo, manu beati Petri Apostoli sculptum invenit : Aureæ Petronillæ dulcissimæ filiæ, hoc Petrus pietatis obsequio.* Vide quid de hac inscriptione sentiat Henschenius, in commentario suo historico num. 4. Cetera codex purus est. *De Petronilla ex Adone.*

HAGENOYEN. Quæ de Petronilla habet, præter jam dicta, purius leguntur in Actis. Addo tamen quæ sequuntur de Cantianis : *Apud Radelfasium urbem Aquilegiam, natale sanctorum martyrum Cancii, Canciani, et Cantionillæ fratrum, qui de genere erant Aniciorum et Carini imperatoris, a pedagogo suo Protho fidem Christi edocti sunt. Persecutionem Diocletiani metuentes, hereditates suas Romæ vendunt et Aquilegiam petunt, putantes se ibi Chrysogonum et Anastasiam in carcere invenire, sed per palmam martyrii subtracti erant. Accusati igitur sunt Augusto per Dladium* (Dulcidium) *et Sysinnium, quod Christiani essent* (et) *apud Aquas Gradatas, juxta flumen Ysoncium* (Hysontium,) *decollantur, et a sancto Seelio* (Zelio vel Zeno) *sepeliuntur.* *De Cantianis.*

sepeliuntur. Vide Acta ipsa ex quibus hæc accepta sunt. In Crescentiano, purus est.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Petronillæ filiæ sancti Petri Apostoli. Cantii, Cantiani et Cantianillæ fratrum martyrum, cum pædagogo eorum Proto. Crescentiani martyris.*

Primiani et Firmiani. VATICAN. num. 5949. Adjicit : *S. Primiani et Firmiani*. Sed huc omnino non pertinent, nec satis perspicio quos velit indicare.

EDITIO LUBECO-COL. Sic orditur : *Apud Coloniam Agrippinam, translatio sanctorum Machabæorum martyrum, quæ anno Incarnationis Domini millesimo centesimo sexagesimo quarto a Domino Reynoldo Coloniensium archiepiscopo facta est.* *Translationis Machabæorum.* Coluntur I Augusti, quo die tota illa de sanctorum Machabæorum Coloniam translatione historia diligentissime illustrabitur. De Petronilla eadem habet, quæ ULTRAJECT. et alii codices supra citati. In reliquis pura.

GREVEN. *Civitate Gerunda, natalis sanctorum Germani, Victuri et Silvani.* *Germani et soc.* More suo facit hic scriptor, dum ex Hieronymianis apographis nomina aliqua delibat, in hoc hodie felix, quod tria signata recte efformaverit; sed nescio cur ceterorum antesignanum *Gaulienum* omiserit. Vide socios in Actis enumeratos. *Item Crisogoni.* *Chrysogoni.* Colitur XXIV Novembris. *Commemoratio sanctorum Marcelli et Exuperantii martyrum, qui infra* III *Kal. Januarii ponuntur*, et recte cum *Sabino*. *Marcelli, et* *Apud Coloniam Agrippinam, translatio sanctorum Machabæorum martyrum facta anno*, etc. *Machabæorum Pa*[illegible]

MOLAN. Typis minutis. *Romæ, sancti Paschasii archidiaconi et confessoris, de quo Gregorius in Dialogis.* De eo Paschasio nihil apud antiquiores Martyrologos legitur, ut proinde censendum sit, ex hisce additionibus in Romanum modernum transiisse. Henschenius in commentario historico totam Paschasii, in Purgatorio existentis et tamen miraculis clari, historiam ex Gregorii dialogis adducit, similique exemplo confirmat. Hunc porro Paschasium Romanum diaconum recte, ni fallor, distinguit ab alio Paschasio diacono sancti Martini episcopi Dumiensis, cujus Acta illustrata sunt XX Martii. Sequitur : *Arvernis, sanctorum confessorum Alexandri et Gallæ, de quibus Gregorius Turonensis in libro de Confessoribus.* Et hi *Alexandri et Gallæ* Sancti a MOLANO primum in sacris Tabulis consignati sunt, sed a Baronio prætermissi. Apud Turonensem cap. 36, de utriusque sepulchro et meritis agitur; qui vero ipsi aut cujates sint, hactenus repertum non est. Putat Henschenius diversam esse *Gallam*, de qua hic loquimur, a *Galla sancti Eucherii uxore*, ut in Actis contra Baronium conatur evincere. Editiones alteræ hoc solum habent : *Die trigesima prima, sancti Apostoli Hermii et sacrosancti martyris Hermæi.* *Hermii et Hermæi.* Atque idem ad verbum legit editio tertia anni MDLXXXIII, unde miror in Actis aliter referri. Interim tu vide illic, unus ne hic Hermias, vel Hermæus, an geminus dicendus sit. Putat Papebrochius, hujus diei martyrem *Hermiam* appellandum esse et *Comanis* sepultum, diversum vero ab *Hermia* esse *Hermæum* Sirmiensem; sed laborat, ut distingui ab hoc Hermæo credat S. Hermem Dalmatiæ Apostolum, qui in Actis refertur VIII Aprilis. Vide plura in laudati Papebrochii commentario.



MENSIS JUNIUS

Habet Dies xxx.

Kalendis. *Die* 1.

Romæ, dedicatio sancti Nicomedis presbiteri et martyris. Apud Cæsaream Palestinæ sub persecutione Maximini, beati Pamphili presbiteri et martyris, cujus vitam Eusebius Cæsariensis episcopus tribus libris comprehendit. Sed et sanctus Hieronymus scribit, quædam volumina manu ejus exarata se reperisse quæ tanto, inquit, amplector et servo gaudio, ut Cresi opes habere me credam. Augustoduni, sanctorum Reveriani episcopi et Pauli presbiteri, cum aliis decem, qui sub Aureliano principe martyrio coronati sunt. Ipso die, sancti Caprasii abbatis monasterii Lirinensis.

Nicomedis *Pamphili.* *Reveriani et soc.* *Caprasii*

Ita codices *Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molanus*; qui soli puri sunt.

VARIA LECTIO. In ipso principio offendiculum est. Scribit Pratensis : *Romæ, dedicatio natalis sancti Nicomedis*, Antverp-Maj. et Tornac. *natale* vel *natalis Nicomedis*, Greven. et Molan. *dedicatio basilicæ S. Nicomedis.* Alii, *dedicatio et natalis.* Nos credimus Usuardum servasse lectionem Adonis, qualis est in Munerato, Heriniensi, aliisque, ac proinde in textu nostro. Et hoc Molanus agnovisse videtur, dum in posterioribus suis editionibus *basilicæ* scripsit cursivis sive Italicis litteris a textu distinctis. Sic etiam et recte *Maximini* legimus cum Praten. Antverp-Maj. et Munerato, non *Maximiani*, ut Greven. et Molan. In codicibus est, et esse debet *Pamphili presbyteri.* Erravit Praten. scribendo *Episcopi.* Rursus habent omnes *se reperisse*, vel ut Greven. *repperisse*, nescio quid Munerat. solito tamen castigatior, velit per *recepisse.* Plura occurrunt scriptoria sphalmata, ut *Niconedis*, *presbiteri*, *Palestinæ*, *Cæsariensis*, *Jeronimus*, *Hieronimus*, *inquid*, *Cresi* et *Lirinensis* , quorum ea servanda putavimus, in quibus præcipui codices et alii hodie conveniunt. Erravit denuo Pratensis subtrahendo titulum episcopi Reveriano, quem male supra Pamphilo tribuerat. Non minus turpiter labitur Antverp-Major, qui pro *Reveriani episcopi... cum aliis... martyrio coronati*, posuit *Severiani episcopi et confessoris.*

OBSERVATIO. Jam abunde notavimus ambiguum esse, quid de *Nicomede* presbytero et martyre, primigenia phrasi scripserit hac die Usuardus, cujus natalem seu certaminis diem, ipse post alios, XVII Kal. Octobris seu XV Septembris innexuit. Agi de aliqua ecclesiæ, in Martyris honorem, dedicatione, manifestum est, idque primus signasse videtur auctor Romani parvi, his verbis : *Dedi-*

catio S. Nicomedis martyris ; addidit Ado, *presbyteri apud urbem Romam*, simul indicans diem natalem, qui supra. Beda, forte utroque antiquior, diserte posuit : *Natalis Nicomedis martyris*, et post eum subjunxit Rabanus, *ecclesiæ Dedicatio.* Utrum ex his, non satis claris expressionibus, obscuriorem aliam conflaverit Usuardus per, *dedicatio natalis*, harum rerum periti lectoris judicio relinquimus ; maluimus nos Romani parvi et Adonis syntaxim, solitam Usuardi regulam præferre. Pluribus hic non immoror, cum res tota operiosiori disquisitione opus habeat, danda in Actis die ipso Nicomedis natali (ut Martyrologia statuunt) xv Septembris. — *Pamphili.* Celeberrimi martyris *Pamphili* agonem hac die perperam referri, et non magis recte binos socios *Valentem* et *Paulum* in hodierno Romano adjungi, bene in commentario suo censuit Papebrochius, utpote qui sociis omnibus ad xvi Februarii melius conjungeretur ; atque ibidem satis feliciter conjectat, Martyrologum aliquem Adone et Usuardo antiquiorem, pro mero forte arbitrio, Pamphilum hac die consignasse. Sic omnino res habet ; sed et Martyrologum illum non difficulter reperire potuit, nempe auctorem Romani parvi, ex solito suo duce Rufino ita hodie secundo loco legentem . *Et sancti Pamphili martyris*, nulla temporis aut loci adscripta characteristica. Non dubitavit Ado, quin de illustri illo, ab Eusebio celebrato, sermo esset, ipsique adeo ex hoc et Hieronymo de scriptoribus ecclesiasticis cap. 75 elogium concinnavit, cujus partem potissimam Noster ad verbum transtulit, Notkero omnia describente. Atque hanc solam credimus veram causam esse, cur *Pamphilus*, seorsim ab aliis, hoc die Martyrologiis nostris inseriptus sit. De sociis diximus in Observatione nostra § ultimo citata die xvi Februarii, ubi continuatam duodecim martyriorum seriem ex Eusebio aliisque, Gallice expositam diximus a Tillemontio tomo 5 a pag. 418 : quæ ferme eadem Græce et Latine hoc die in Actis nostris edita est a Papebrochio, duabus partibus ea complectentibus, quæ supersunt ex tribus libris de vita Pamphili ab Eusebio scriptis, quæque sub Metaphrastis nomine prius vulgata, auctoritatis aliquid amisisse videbatur. Wandelberbertus Pamphilum et Nicomedem honorat.

Junii origo tuum sustollit ad astra nitorem
Pamphile, martyrio doctor venerande beato ;
Martyris huncque diem festum Nicomedis adornat.

Reveriani et soc. *Reverianus* Augustodunensis et *Paulus* cum sociis ab Usuardo in sacros Fastos relati primum sunt ; a nullo antiquiore aut coævo memorati. Nec enim audiendus Petrus de Natalibus, eum perperam Adoni adscribens, quem alii secuti sunt. Vide Henschenii commentarium et Acta a P. F. Chifletio communicata ; quibus accedere potest notula Motherii, hoc die Martyrologio Gallico adjecta. — *Caprasi.* Ast ex laudato Adone et ejusdemmet verbis plane acceptus est *Caprasius*. Cur præteritus sit *Claudius* Viennensis undecimus episcopus ibidem notatus, haud satis perspicio. Ceterum quæ dedimus, Usuardina esse minime dubitamus. Quæ de Caprasio supersunt, ab Henschenio collecta et recensita invenies.

AUCTARIA.

Dedicatio cryptarum. PRATEN. Imprimis multa hodie habet de *Dedicatione cryptarum*, etc. in indice Prætermissorum integre recitata, ubi eam lector reperire poterit. Nobis fuit dubium, an longior ista oratio, ipsi Usuardo esset tribuenda ; qua super re consultus Castellanus, respondit, in codice Pratensi, prima et eadem manu omnia esse scripta. An Usuardina ? Non existimo, in codicum aliorum ferme omnium apertissima repugnantia et quidem alterius Pratensis codicis B. in quo hæc erasa testatur, qui apographum nostrum cum prætenso autographo contulit celeberrimus Sirmondus.

HERINIEN. Toto textu omnium purissimus, in fine hæc sibi propria adjicit : *Treveris civitate,* *Simeonis* *depositio beati Simeonis monachi. Qui profectus ex monasterio in monte Sinai constituto, rectoris sui obsecundans imperiis, inque memoratam metropolim deveniens, non paucis annis remotiorem vitam strenue exercuit, ibidemque, vocante Domino, ad cœlestia migravit, quo se feliciter vivere miraculorum creberrima testatur exhibitione.*

TORNACEN. Rescindit partem alteram elogii beati Pamphili, cetera purus est.

PULSANEN. *Romæ, dedicatio et natalis*, etc. Sequitur : *Erasmi.* *In Campania, natalis sancti Herasmi episcopi et confessoris. Hic sub Diocletiano et Maximiano Augustis, diversis suppliciis cruciatus, tandem vocante eum Domino, sancto fine quievit.* Vide die tertia hujus. Porro in codice truncatur totum elogium Pamphili. De ceteris nihil.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In textu satis puri, addunt in fine, alter *Juvencii*, altera *Vincencii.* Apud alios invenies *Viventii, Viriani*, etc. Videantur Prætermissi et Acta pag. 43.

ROSWEYD. Et hic in textu satis purus est, sed in fine adjicit : *Item Faustini episcopi et martyris, et sociorum ejus.* Est inter Perusinos martyres *Faustinus* aliquis, an hunc indicet, nescio. *Faustini. et soc.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textum referunt, sed addunt : *Romæ, sancti Vincentii.* De quo jam diximus. *Vincentii.* Tum : *Treveris civitate, beati Simeonis monachi.* *Simeonis.* Quæ eadem habet LOVANIEN, deficiens in altera parte elogii sancti Pamphili. ALBERG. autem et DANIC. primis similes, initio acephali sunt, carentes *dedicatione*, etc.

CENTULEN. *Romæ, sancti Nichomedis martyris.* *Textus contractus.* *Cæsarea Cappadociæ* (Palæstinæ) *sancti Panfili presbyteri et martyris, a quo Eusebius Cæsariensis Pamfili cognomen accepit. Augustoduni, sanctorum Reveriani episcopi et Pauli presbyteri cum aliis decem, qui sub Aureliano passi sunt.* In Caprasio purus est.

BRUXELLEN. In textu, solito purior, subdit : *Apud Viennam, sancti Elaudissimi* (voluit dicere *Claudii*) *episcopi.* *Claudii.* *Et Treveris, depositio sancti Symeonis monachi et heremitæ.* *De Simeone Trevirensi.* *Qui Syracusis civitate Siciliæ oriundus, Treveris pro Christo in turri diu conclusus, migravit ad Christum.*

HAGENOYEN. In tribus primis annuntiationibus modice interpolatus, ante *Caprasii*, interserit : *Depositio sancti Simeonis monachi et confessoris. Qui natus erat de Sicilia a nobilissimis parentibus ;*

tibus; qui et vitam heremiticam primum in monte Synai duxit. Sed Puppo Treverensis archiepiscopus transfretavit et Symeonem Treverim duxit, ipsumque supra nigram portam recludi fecit, et necessaria ei ministravit; et animam Deo dedit, ibique sepultus est et multis claret miraculis. Sequitur, *Caprasii*; et in fine: *Romæ, sancti Vincentii.* De quo supra. *Vincentii.*

AQUICINCT. Incipit: *Romæ, dedicatio et natalis*, etc. In fine: *Item Jovini abbatis.* In Pictaviensi Galliæ diœcesi, ut in Actis notatur. *Jovini*

VICTORIN. Pro *Augustoduni*, aliam positionem substituit: *In territorio Nivernensi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Nicomedis martyris. Pamphili presbyteri et martyris. Reveriani martyris cum sociis.*

In VATICAN. num. 5949, deest *Nicomedis* et *Reveriani* et *Caprasii*: adjicitur: *Thessalonicæ sanctæ Luciæ virginis.* Vide indicem Sanctorum hujus diei et Acta, in quibus varios habet socios. *Luciæ*

UGHELLIAN. In fine: *Romæ, sancti Viventii.* Vide supra ANTVERP. et MAX-LUBEC. *Vincentii.*

ALTEMPS. *Pictavis, sancti Jovini abbatis.* *Jovini*

FLORENTIN. *Romæ, sancti Vincentii. Apud Bononiam, passio sancti Proculi martyris et episcopi Interamnensis, in ducatu Spoletano; qui vita et miraculis multos convertit ad Dominum.* Vide Prætermissos et Acta. *Ipso die, sancti Viviani confessoris.* An non Viventius est, Virianus, Juventius vel Vincentius? *Item sancti Simeonis, qui dudum commoratus est in Bethleem in terra sancta, et postmodum venit Treverim et ibi vitam finivit, ubi ejus Basilica in grossissima structura cernitur usque hodie. Item sancti Viriani militis et Secundarii cum sociis suis, qui passi sunt pro Christo sub Decio imperatore.* An de Tifernatibus agitur? Videantur Acta nostra. *Vincentii. Proculi. Viviani Simeonis Viriani et Secundarii.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Pamphilo, satis pure, et sic de Reveriano et Caprasio. Tum: *Romæ, sancti Viventii martyris. Treveris civitate, in porta, quæ vocatur Marcia seu Nigra, depositio beati Simeonis monachi et confessoris. Romæ, commemoratio beati Nicomedis presbyteri et martyris. Viennæ, sancti Claudissimi, episcopi et confessoris.* Legendum, ut dixi supra, *Claudii.* *Viventii. Simeonis Claudii.*

BELIN. De Nicomede ex Adone adjicit, *cujus martyrium celebratur* XVII *Kal. Octobris.* Pamphili elogium ex media parte decurtat. In *Reverentiani*, pro *Reveriani*, et *Caprasii*, purus est. In fine: *Item sancti Viriani martyris.* In altera editione suppletum Pamphili elogium. Et post *Viriani* adjectum: *Romæ, sancti Juventii martyris.* Vide supra nominum confusionem. *Pictavis, sancti Jovini abbatis.* *Viriani. Juventii. Jovini.*

GREVEN. *Item, sanctorum Octavi, Zozimi, Luciæ, Casti, Pullii, Lupi, Crispi.* Elucidatio ex Actis petenda. *Justi et Viriani martyrum. Romæ, Viventii martyris.* De his vide dicta et Prætermissos. *Cunonis, qui et Conradus dicitur, Præpositi majoris ecclesiæ Agrippinæ Coloniæ et martyris. Qui anno Domini* MLXVI *ab impiis de altissimo monte, tertio præcipitatus, cum mansisset illæsus, gladiis eorum interfectus, miraculis claruit. Viennæ, sancti Claudii episcopi et confessoris. Treveris, in porta, quam Martiam seu Nigram vocant, depositio sancti Symeonis monachi et confessoris. Teclæ virginis et martyris*: Antiochenæ opinor, cum Zosimo, ut alibi abunde dictum est. *Octavi et soc. Justi, etc. Viventii Cunonis Claudii. Symeonis. Teclæ.*

MOLAN. De Nicomede, post *martyris*, cursivo inserit Adonis verba, *cujus martyrium celebratur*, etc. In fine: *Item sancti Viriani martyris. Pictavis, sancti Lovini abbatis. Treveris civitate, in porta, quæ vocatur Martia seu Nigra, depositio beati Simeonis*, etc., ferme, ut HERINIENSIS. *Ipso die, translatio corporis sancti patris nostri Gisleni et sancti Sulpitii episcopi et confessoris et beatæ Leochadiæ virginis.* Vide Prætermissos. Tum minoribus typis de Cunone seu Conrado, ex GREVENO. Sequitur: *Rothornaci, translatio corporis divi Cypriani.* Colitur XIV Septembris. Posteriores editiones cursivo etiam scribunt, *basilicæ*. In fine autem: *Pictavis, sancti Jovini abbatis. Treveris civitate*, etc., plane ut ex HERINIENSI supra retulimus. *Ipso die, Filini et Gratiniani martyrum sub Decio cæsare.* Vide in Actis, *Felini* et *Gratiani. Arvernis, sancti Medulphi confessoris, magnæ sanctitatis viri. Viennæ, S. Claudii* XI *episcopi. Item sancti Viriani Martyris. Romæ, sancti Viventii martyris.* De his duobus plus satis dictum est. *Die prima, sancti martyris Justini Philosophi, et alterius Justini et sociorum.* Videantur Acta. De Gisleno, etc., ut in prima editione. *Rothornaci, translatio reliquiarum divi Cypriani. Suessionis, elevatio sanctorum episcoporum Principii et Lupi confessorum, Gandini martyris et Agricolæ presbyteri confessoris. Monasterio Fontanella translatio sanctorum Maximi et Venerandi martyrum, Uulfranni et Eremberti episcoporum et Condedi presbyteri et confessoris.* In Prætermissis ad proprios singuli dies remittuntur. *Item Doletæ, Cunonis sive Conradi Præpositi ecclesiæ Agrippinæ Coloniæ, qui anno* MLXVI, *ter de altissimo monte præcipitatus, mansit illæsus, ac paulo post gladiis interfectus, miraculis claruit.* *Viriani. Lovini pro Jovini. Simeonis. Translationis Gisleni, etc. Translationis Cypriani. Filini et Gratiani. Medulphi. Claudii. Viriani Justini, etc. Translationis Cypriani. Elevationis SS. Suessionis. Translationis Maximi, etc. Cunonis.*

IV *Non.* *Die* 2.

Romæ, natalis beatorum martyrum Marcellini presbiteri et Petri exorcistæ, qui multos in carcere ad fidem erudientes, post dura vincula et plurima tormenta decollati sunt sub judice Sereno. Lugduni, sanctorum Fotini, ejusdem urbis episcopi, Zachariæ presbiteri, Sancti diaconi, Epagati, Maturi, Attali, Albinæ, Gratæ, cum aliis quadraginta. Hi omnes famuli Christi, sicut in historia Ecclesiastica scribitur, pariter coronati sunt. Passa est quoque et sancta Blandina ex eorum collegio, quæ primo, secundo et tertio die pulsata cruciatibus, cum non superaretur, quarto verberibus acta, cratulis exusta, et multa alia perpessa, ad ultimum gladio jugulatur. *Marcellini et Petri. Pothini et sociorum Lugdunensium. cum Blandina.*

Ita *Praten. Herinien. Antverp. Max-Lubec, Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.* et quod mirum, *Hagenoyen.* Accedunt: *Antverp-Max. Ultraject. Lovanien* et *Editio Ultraj-Belg* in quibus excedunt voculæ duæ mox notandæ

VARIA LECTIO. Greven. Molan. et mediæ notæ codices pro *beatorum* martyrum, habent *sanctorum*. Pro *Sereno*, male in Max-Lubec. *Semio*. Rosweyd. *Lugduno*. In Greveno, pro *sanctorum Fotini*, est *sancti* Fotini. Lego *Fotini* cum codicibus omnibus, Munerato solum et Molano exceptis, qui melius scribunt *Photini*, quamvis plurimi, post Hieronymum, malint scribere *Pothini*, potius ἀπὸ τοῦ πόθου quam ἀπὸ τοῦ φωτός, ut sit potius *desiderabilis*, quam *lucidus*. *Fontini* in Max-Lubec sphalma est, uti et *Matudi* pro *Maturi*; et in Molano *Pagati*, pro *Epagati*, quod in Herinieusi male dividitur *Et-pagati*. Antverp-Max. Ultraject. Leyden. et Lovanien. post *historia Ecclesiastica*, ex Adone fortasse inserunt, *libro quinto*. Codex Rosweydi omisit *pariter*. Legendum *passa est quoque et*. In Rosweyd. deest *est*, in Greveno et Molano *et*. Antverp. et Max-Lubec. pro *ex* eorum collegio, posuerunt *in*. Solus Pratensis legit *jugulata est*; reliqui ut in textu.

OBSERVATIO. Nimiam Adonis amplitudinem, proindeque contractioris Martyrologii, ad ecclesiasticum usum, necessitatem, vel solus hic dies abunde probat, ubi Legendario quam Martylogo longe est similior: *Marcellini* et *Petri*, atque iterum *Martyrum Lugdunensium* historiam ex ipso-
Marcellini et Petri. rum Actis fuse describens. Ceterum de *Marcellino* et *Petro* agunt antiquissimi Martyrographi omnes, Hieronymus, Beda et Romanum parvum. Bedam descripsit Rabanus, et hunc vel illum secutus est Notkerus, aliqua breviter ex Adone adjiciens. Noster item sua omnia ex Beda ad verbum transfert, prætermissa dumtaxat visione angelica, eamque subsecuta conversione *Dorothei*, quem mirum est a Martyrologis aliis ita præteriri, ut cultus ejus sacri nulla appareant vestigia. Porro *Marcellini* et *Petri* socii, qui hic desiderantur, bene in Actis expressi sunt. Certissima est et celebratissima horum nostrorum Martyrum, etiam in Allatii et Frontonis Kalendariis, in Sacramentario Gregorii, in Missali Thomasii aliisque indubitatis monumentis consecrata memoria. Utinam idem liceret asserere de Actis ipsis, quæ quidem *antiquitus scripta* recte censuit Baronius ad annum CCCII num. 106, Henschenius tutari conatus est; ast aliam plane censuram inurunt recentiores, et quidem Tillemontius digna non credidit, ex quibus vitam suam Gallicam contexeret tomo 5 a pag. 199, in Notam rejiciens eorum examen pag 663. Curiosa plurima de Marcellini et Petri cultu ac potissimum de reliquiis, in varias orbis Catholici partes translatis, collegerunt Henschenius et Papebrochius, quibus adde quæ recentius eruderavit Janningus in Supplemento Junii, ubi de eorum non una, ut putavit Tillemontius, sed gemina Romæ ecclesia, longe operosius, diligentius et accuratius post Lader-
Martyrum Lugdunensium. chium disputat. — *Lugdunensium martyrum* non eadem quæ Romanorum est ratio. Illi in Hieronymianis modo confusiore notati, in Beda dicuntur esse numero XLVII vel XLVIII (Rabanus male posuit LXVIII) quorum sola, ut antesignana, nominatur illustris virgo *Blandina*, expresso præterea unico *Pontici* nomine. Apud Adonem fusissima texitur persecutionis Lugdunensis et Viennensis narratio, ex qua singulorum, si *Sanctum* diaconum excipias, nomina facile eruuntur, ut distincte fecit Henschenius. Narrationis præfatæ magnam partem transumpsit Notkerus; ast Usuardus solitis limitibus coarctatus, ex Adone selegit nomina a se ordinata, ut in latereulo exprimuntur, ex Beda vero, phrasi contractiori, Blandinæ certamen panxit. Atque hisce constat, quidquid hac die ab Usuardo annuntiatur. Superest verbo indicare, quanto apud eruditos in pretio sint incomparabilia horum Lugdunensium vel Athenacensium martyrum Acta, quibus forte nullum certius, nullum luculentius, nullum augustius primævi Christiani roboris et Evangelici decoris monumentum ad posteros integrum promanavit; imo tale, quod vel hypercritici ipsi summa cum veneratione recipiant et suspiciant. Pretiosissimum hunc thesaurum ad nos transmisit Eusebius lib. 5 histor. Eccl. ex epistola Lugdunensium, verosimiliter Irenæi manu, ad ecclesias Asiæ et Phrygiæ scripta. Quæ in iis ex varia, seu versione, seu lectione controversa sunt, explicat Henschenius, singula Martyrum XLVIII nomina solerter exquirens, ut facit etiam Florentinius. Gallice omnia deducta sunt a Tillemontio tomo 3 a pag. 1. Vide etiam Ruinartii admonitionem, ejusque in prædicta Acta notationes a pag. 45. Non erit injucundum lectori audire Josephi Scaligeri de ipsis illis Actis judicium, quod certe nemini suspectum esse poterit. Ad hæc Eusebiani Chronici verba: *Plurimi in Gallia gloriose ob nomen* (Christi) *interfecti, quorum usque in præsentem diem condita libris certamina perseverant*; sic ille in animadversis pag. 202 num. 2183 religiose observat: *Ea et Polycarpi martyrium hodie exstant apud Eusebium in Historia Ecclesiastica quæ sunt vetustissima Ecclesiæ martyria, quorum lectione piorum animus ita afficitur, ut numquam satur inde recedat: quod quidem ita esse unusquisque pro captu suo et conscientiæ modo sentire potest. Certe ego nihil umquam in Historia Ecclesiastica vidi, a cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus esse videar. Idem sentimus de Actis martyrum Lugdunensium et Viennensium, apud eumdem Eusebium, quibus quid augustius, quid venerabilius in antiquitatis Christianæ monumentis legi potest?* Ita ille. Promptum cuique et integrum est eosdem animi motus experiri. Wandelbertus omnes textus nostri Martyres, non inconcinne versibus suis decoravit:

Marcelline sacer, Petre exorcista quaternis
Nonis communem dignamque litatis ad aram:
Lugdunique pio Blandina vocatur honore,
Quadragena quæ simul octavaque coruscum
Cum plebe nexit flammis undisque monile.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

TORNACEN. In mutilando textu nimis frequens, hic Marcellini et Petri elogium resecat; de reliquo puritati Usuardinæ satis prope accedit.

De Lugdunensibus martyribus.

PULSANEN. In 1 annuntiatione purus, in 2 contractior est, scribens : *Lugduni*, *sanctorum martyrum Zachariæ presbyteri et Donati cum aliis quadraginta sex. Hi omnes famuli Christi, sicut in historia*, etc. Sed de Blandina nihil habet.

ANTVERP-MAJ. In prima annuntiatione truncatus est, omissis nempe his verbis : *Qui multos in carcere ad fidem erudientes.*

Erasmi.

ALBERG. et DANIC. Hodie secundo loco inserunt, quæ ad diem sequentem spectant, nempe : *In Campania, sancti Herasmi episcopi et martyris. Hic sub Diocletiano Augusto primum plambatis, deinde fustibus graviter mactatus; post resina, sulphure, pice, plumbo, cera oleoque perfusus, illæsus apparuit. Deinde sub Maximiano diversis atque immanissimis suppliciis excruciatus, tandem, vocante Domino, sancto fine quievit.* Reliqua, quæ ad textum pertinent, pura sunt.

Walerici relationis.

CENTULEN. *Romæ, passio beatorum martyrum Marcellini presbyteri et Petri exorcistæ, sub Sereno judice. Ipso die Lugduni, sanctæ Blandinæ martyris, cum aliis* XLVIII *martyribus, temporibus Marci Aurelii Veri et Antonini atque Lucii filiorum ejus. Eodem die, relatio Walerici abbatis, de Flandria ad proprium locum.* Vide Acta I Aprilis, pag. 23, ubi de hac relatione agitur.

Algisi.

BRUXELLEN. De Marcellino et Petro in fine attexit : *Quorum in Canone Missæ memoramur.* In Lugdunensibus ferme purus est. Tum additur : *Et sancti Algisi confessoris.* Est Adalgisus presbyter in Theorascia Picardiæ regiuncula.

Marcellini et Saturnini.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. Addunt in fine : *Ipso die Romæ, sanctorum Marcellini, Saturnini.* Acceptos opinor ex ingenti Romanorum martyrum agmine, in quo *Saturninæ sex, Saturnini duo, Marcellina una*, sed *Marcellinus* nullus, præter eum solum, qui supra in textu Usuardino positus est.

Textus contractus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Marcellini et Petri martyrum. Fotini episcopi et martyris cum sociis quadraginta de clero et populo, cum quibus passa est sancta Blandina.*

IN VATICAN. signato num. 5949. Deest tota annuntiatio de martyribus Lugdunensibus.

Eugenii PP.

FLORENTIN. *Romæ, depositio seu transitus sancti Eugenii Papæ et confessoris....*

De Marcellino et Petro. *De Lugdunensibus.*

EDITIO LUBEC-COL. De Marcellino et Petro post, *tormenta*, adjicit, *ducti in Silvam nigram et ibi pariter decollati sunt, sub Diocletiano Imperatore, judice Sereno.* Item de Lugdunensibus inseritur : *sicut in Ecclesiasticæ historiæ libro quinto scribitur, pariter tempore Marci Aurelii Veri et Antonini atque Lucii filiorum ejus coronati sunt. Passa est quoque S. Blandina*, etc. Sequitur : *Item sancti Dorothei, qui vidit animas sanctorum Marcellini et Petri splendide ornatas ab angelis ferri ad cælos, postquam eos decollaverat, unde pœnitentiam agens, sub Julio Papa baptizatus, quievit in pace.* Vide quæ superius diximus in Observatione. *Dorothei.*

BELIN. De Lugdunensibus, sic habet : *Eodem die Lugduni sanctæ Blandinæ cum* XLVII *martyribus, temporibus Marci Aurelii et Antonini Veri atque Lucii filiorum ejus.* In prima annuntiatione purus est. Sequitur : *In Campania, natale sancti Erasmi*, etc., ut supra in ALBERG. et DANIC. Nos cum Usuardo et aliis Martyrologis de eo agemus die sequenti. *Erasmi.*

Nomina MM. Lugdunensium

GREVEN. *Nomina Sanctorum qui cum supra memoratis apud Lugdunum passi leguntur, hæc sunt : Macharius, Alcibiades, Silvius, Primus, Ulpius, Vitalis, Cominus, Octuber, Filominus, Geminus, Julia, Rogata, Emilia, Potamia, Pompeia, Rodona, Biblis, Quartia, Materna, Helpes quæ et Amnes, Alexander, Ponticus. Hi omnes in carcere quieverunt. Aristeus, Cornelius, Zozimus, Titus, Julius, Toticus, Appollonius, Geminianus, Julia, Ausonia, Emilia, Jamnica, Pompeia, Domna, Justa, Trosima, Antonia. Algisi confessoris.* *Algisi.* *Dorothei confessoris, qui cum beatos martyres Marcellinum et Petrum decollasset, videns animas eorum splendide ornatas ad cælum ferri, pœnitentiam egit, baptisma suscepit et in pace quievit.* *Dorothei.* *Archemii* (Arthemii) *cum suis.* Vide VI Junii. *Arthemii cum suis.* *Zachariæ monachi, disciputi abbatis Silvani, qui ut Heraclides refert, arctissimam in eremo duxit vitam, palliumque suum pedibus conculcans dicebat, neminem posse fieri monachum, nisi qui sic animo omnia conculcasset.* Vide quæ de hoc Zacharia dicuntur inter Prætermissos. *Zachariæ monachi.*

MOLAN. In prima et puriori editione habet augmentum de Erasmo, ut supra; et typis minoribus : *Martyrii monachi, de quo in Dialog. B. Gregorius.* Notus mihi non est. *Martyrii.* Editiones aliæ post *jugulatur*, in textu litteris Italicis immiscent verba Bedæ et ex eo Rabani : *Tunc et Ponticus puer annorum* XV *per omnia tormentorum genera cum ipsa circumactus et materna ejus cohortatione roboratus, ante illam martyrium consummavit.* *Pontici.* Accedit deinde tamquam textus pars : *In Campania, natalis sancti Erasmi*, etc. *Erasmi* In fine : *Die secunda, sancti patris Nicephori Patriarchæ Constantinopolis confessoris.* *Nicephori* Vide XIII Martii. Tum typis minoribus : *In territorio Lugdunensi, depositio beati Algisi presbyteri et confessoris.* *Algisi* *Sendomiriæ, anniversaria celebritas stragis martyrum Christi per excursionem Tartarorum, quæ magno populi concursu recolitur, multum Alexandri IV Pontificis indulgentia cumulata et dedicata.* *De Martyribus Sendomiriensibus.* *Monasterio Latiniaco, translatio sanctorum Deodati episcopi, Maldegarii, Fulberti Amsilionis, Lamberti ac unis Innocentium.* Vide de singulis, in Prætermissis. *Translationes Deodati, etc.*

III *Non.* *Die* 3.

In Campania, natalis sancti Herasmi episcopi et martyris; hic sub Diocletiano Augusto, primo plumbatis, deinde fustibus graviter maceratus, post resina, sulphure sub plumbo, pice, cera, oleoque perfusus, illæsus apparuit. Deinde, Maximiano, diversis atque immanissimis suppliciis cruciatus, tandem, vocante Domino, sancto *Erasmi.*

Pergentini et Laurentini. sancto fine quievit. Apud Aretium civitatem Tusciæ, sanctorum martyrum Pergentini et Laurentini fratrum, qui persecutione Decii cum essent pueri, post dura supplicia tolerata et magna miracula ostensa gladio cæsi sunt. Civitate Corduba, beati *Isaac.* Isaac monachi, qui cum esset annorum viginti septem pro fide Christi gladio necatus *Lifardi.* est. In territorio Aurelianensium, sancti Lifardi presbyteri.

Puri sunt *Praten. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Erasmi* recte scribunt Pratens. et Molan. Max-Lubec. *Erasimi.* Ceteri cum Herinien. Tornacen. Rosweyd. et aliis passim *Herasmi;* quod in textu servavimus. Pro *primo plumbatis,* etc., Max-Lubec. et Munerat. ponunt *primum.* Sic Antverp. et Molan. pro *cruciatus,* habent *excruciatus.* Greven. quod in prima editione recte scripserat *Aretium,* male in ea quam sequimur mutavit in *Aretum.* Antverp. et Max-Lubec. legunt *Arecium;* et *Valentini* pro *Laurentini. Ysaac* commune plurimorum vitium est. Ultimum nomen varie exprimitur : Munerat. Greven. et Molan. putarunt se bene correxisse *Liphardi,* ubi in antiquioribus *Lifardi* legerant, qui multorum solet esse pruritus. Ego *Lifardi* præferendum censeo, utpote, inquit ante me Henschenius, *aptius ad proprietatem Francici nominis ex Teutonica lingua accepti, atque* amabili indole *præditum significantis.* Quidni et eadem ratio valeat pro Italicis, Hispanicis, Anglicis et id genus aliis nulla Græcis affinitate conjunctis, ut alibi ostendimus. *Episcopi* titulus perperam a Max-Lubec. Lifardo tribuitur.

Erasmi OBSERVATIO. Illustre in paucis Erasmi certamen in hodierno Ramano et Actis, die præcedenti referri notissimum est, nec minus certum in Hieronymianis et Rabano ea ipsa die celebrari, et ab hoc quidem cum elogio. At enim hac die memoratur a Romano parvo, Adone, Usuardo et Notkero. Uter dies præhabendus sit, non disputo. Adonis elogium ferme transumpsit Notkerus, addito Martyri titulo non solum *episcopi,* sed determinate *Antiocheni;* non nullisque, nisi vehementer fallor, ex Rabani encomio admixtis. Noster, more solito, ex Adonianis flosculis corollam suam eleganter contexuit. Rabano et Adoni præluxerunt haud dubie Acta illa, quæ vulgo in Legendis circumferri solent, non sine *justa suspicione gratuitæ fictionis,* inquit Henschenius, in commentario prævio pag. 211, quod in appendice Actis subjuncta, paulo clarius explicat Papebrochius. Alii rotundius, ut plane supposita rejiciunt, imo Tillemontius tomo 5 pag. 636 phrasi sua Gallica, *excellenter mala* pronuntiat. Sed quisquis ea finxerit, cultui Erasmi antiquissimo, tot monumentis, quæ ab Henschenio memorantur firmato, nihil detrimenti afferre potest, sive unus tantum *Erasmus Formiensis,* sive et alter, *Martyrum Aretinorum* et forte plures synonymi admittantur. — *Martyres Aretini* subobscure in Hieronymianis notati sunt, indicato nomine *Laurentii* pro *Laurentini,* adjectis sociis quadringentis anonymis. Clarius germanos pugiles distinxit Romanum parvum : *apud Aretium,* etc., quem secutus Ado, maluit *Aretiam* scribere, brevi concinnato elogio, a Nostro contracto, Notkero paulo liberalius hauriente. Omnia desumpta sunt ex vetustis Actis, qualia edidit Henschenius, iis ut minimum nævis respersa, quæ originalia non esse facile ostendant. Prodigia nimis frequentia, suspecta habet Tillemontius tomo 3 pag. 332. *Isaaci.* — *Isaacus monachus,* Cordubensis martyr, a sancto Eulogio celebratus, ex eorum censendus est numero, quos ex Hispania attulit Usuardus, qui primus Martyrologio eum inseruit, ceteris omnibus *Lifardi* antiquis ignotum. *Isaaci* hujus martyrium ex Eulogio in Actis nostris illustratum est. — *Lifardi, Liefardi, Leifardi* vel *Liphardi* memoriam inter Hieronymiana (in quorum uno perperam *episcopus* dicitur) augmenta rejecit Florentinius, ea causa, quam alibi attigimus. Beda, Romanum parvum et Ado de eo plane silent. *Leofardum* appellat Rabanus, Notkerus *Liefardum,* non *Lacfardum.* Quid præferendum sit, satis diximus. Puto, primam ejus in Fastis sacris memoriam, a Rabano et Usuardo ex Hieronymianis acceptam. Flori particulare elogium habes in Beda genuino et Actis : particulam dabunt Auctaria. Vide quæ de hoc Sancto ex variis scriptoribus diligenter colligit Henschenius. Nos quæ Usuardi sunt recitavimus. Wandelberti metricum elogium de solis Aretinis et Lifardo meminit his tribus versiculis :

Pergentinus item, Laurentinusque cruoris,
Et generis ternas gemino fulgore venustant :
Aureliana suum plebes recolitque Liphardum.

AUCTARIA.

Translationis Sindulfi. HERINIEN. Iterum purissimus, proprium in fine adjicit : *Eodem die, translatio beati Sindulfi confessoris.* Is est qui in agro Remensi colitur xx Octobris, et in Prætermissis male notatur *episcopus.*

TORNACEN. Deficit in elogio martyrum Aretinorum ; cetera plane purus.

PULSAN. De Erasmo egit prima hujus, ut ibi notavimus. In Aretinis et Isaaco satis purus est, sed Lifardum prætermittit.

ROSWEYD. Subdit in fine : *Romæ Marcelli martyris cum aliis* cccc. Multi ex eo sociorum nu- *Marcelli et soc.* 400
mero in Actis enumerantur.

ANTVERP-MAJ. Sensus confundit, omisso alterius fine et alterius initio, hoc modo Aretina et Cordubensia connectens ; *et magna miracula ostensa : qui cum essent viginti et septem,* etc.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Toto textu puri, sic in fine memorant : *In territorio Aurelianen-*

sium,

D· Lifardo. *sium, depositio sancti Lifardi presbyteri et confessoris. Qui multis virtutibus clarus, monastico habitu venerandus, sancto fine quievit.*

ALBERG. et DANIC. Idem habent augmentum, seu elogium de sancto Lifardo; sed carent hic prima annuntiatione, pridie relata.

CENTULEN. *Apud Auretium civitatem, sanctorum Pergentini et Laurentini fratrum. In Cam-* *Erasmi.* *pania, beati Herasmi episcopi et martyris. Cordubæ, beati Isaac monachi et martyris. Aurelianis, vico* *De Lifardo.* *Mauduno, sancti Lifardi abbatis, qui fuit frater beati Leonardi confessoris. Cœnobio Centula, glo-* *Relationis Richarii.* *riosa relatio sancti patris nostri Richarii, sacerdotis egregii atque pretiosi confessoris.* Alibi recurrit *translatio*; vide omnia die quo colitur, scilicet XXVI Aprilis.

BRUXELLEN. In textu satis purus, de Lifardo sic habet: *Aurelianis, depositio sancti Lifardi presbyteri et confessoris, qui multis virtutibus clarus* *Osithæ.* *sancto fine quievit. Item sanctæ Osichæ virginis.* Est *Ositha*, quæ colitur VII Octobris.

HAGENOYEN. In Erasmo non nihil interpolatus, omittit Aretinos. In Isaaco ferme purus est. Tum de Lifardo *In territorio Aurelianensi, depo-* *De Lifardo* *sitio sancti Lifardi presbyteri et confessoris, qui multis clarus virtutibus, et monastico habitu erat venerandus: sancto fine quievit in pace. Hic a quibusdam dicitur de regibus Franciæ et Flandrensibus multa prophetasse. In territorio Basileensi, sancti* *Morandi.* *Morandi, viri religiosi et multis miraculis venerandi.*

DAVERONEN. *In territorio Aurelianensi, sancti Liphardi presbyteri et confessoris.*

AMBIANEN. *In territorio Aurelianensi, vico* *De Lifardo.* *Waiduno, depositio sancti Liphardi presbyteri et confessoris, qui multis virtutibus clarus, monastico habitu et religione venerandus, sancto fine quievit.*

Textus contractus. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Pergentini et Laurentini fratrum martyrum puerorum. Herasmi episcopi et martyris. Isaac monachi et martyris. Lifardi presbyteri et confessoris.*

In VATICAN. signato num. 5949. Deest *Erasmi, Isaac, Lifardi.* Adjicitur autem: *In Africa,* *Quirini.* *sancti Quirini.* Vide in Actis ejus socios, nisi is sit, de quo Usuardus die sequenti.

Esithæ. ALTEMPS. *Eodem die, sanctæ Esithæ virginis.* Eadem est, opinor, quæ *Ositha* superius. *Item* *Thomæ ordinationis.* *ordinatio sancti Thomæ martyris et archipres...* an non *archiepiscopi?* Si intelligatur Cantuariensis, colitur is XXIX Decembris.

EDITIO LUBECO-COL. In Erasmo satis pura, in Aretinis modice interpolata est. De Isaaco pure. De Lifardo ut ANTVERP-MAX. etc. Tum in fine: *Eodem die, sanctorum Servilii et Erasmi marty-* *Servilii et Erasmi.* *rum.* Ad quam classem hi duo hic reducendi sint, fateor me ignorare.

BELIN. Die præcedenti Erasmum signavit. In reliquo textu non omnino purus, sic in fine enuntiat: *In territorio Aurelianensi, sancti Liufardi episcopi et confessoris.*

GREVEN. *Eodem die, sancti Silvani cum aliis* *Silvani et aliorum 82.* LXXXII. *Abdiani, Neporii. Item quadringentorum martyrum.* Vide Acta. *Ipso die, sanctorum Servilii* *Servilii etc.* *et Erasmi. Morandi confessoris.* *Morandi.* *In Hibernia, Kel-* *Kelvini.* *vini abbatis.* Vide Prætermissos. *Ceemgini confesso-* *Ceemgeni.* *ris. Julianæ virginis*, illius, ni fallor, quæ inter *Julianæ.* Africanos martyres numeratur.

MOLAN. *Treberis, depositio sancti Numeriani* *Numeriani.* *archiepiscopi.* Colitur V Julii. Sequitur minori charactere: *Eodem die, sanctæ Crotildis reginæ.* *Crotildis.* *Quæ apud urbem Turonicam migravit ad Dominum, plena dierum, sepulta Parisiis in sacrario basilicæ sancti Petri, ad latus Clodovei regis, viri sui. Postea vero Sanctarum asscripta numero, propter varia quæ illic edebat miracula, proxime capsam sanctæ Genovefæ, pretioso in feretro condita elevata est. Meminit ejus honorifice Gregorius Turonicus libro* 2, 3, *et* 4 *historiæ Francorum. Eodem die, anno* MLXX *Hasnonii in Ostravandia, veteris templi, quod Balduinus Comes convertit in Benedictinum monasterium, dedicatio, ab episcopis Lietberto Camera-* *Dedicationis celebris Hasnonii.* *censi, Ratbodone Noviomensi, Raynerio Aurelianensi. Qua in dedicatione interfuisse reperio corpora sanctorum Marcelli, Piatonis, Salvii, Amati, Donatiani, Vedasti, Amandi, Audomari, Gisleni, Vincentii, Bertini, Vuinnoci, Vuandregisili, Bavonis, Everardi, Euberti, Landelini, Hugonis, Aicadri, Eusebiæ, Rictrudis, Aldegundis, Ragenfredis, Reginæ et Waldetrudis.* Hæc ad Acta nihil; et ab ipso MOLANO in posterioribus editionibus prætermissa sunt, ubi solum legitur: *Ipso die, sancti Morandi confessoris, discipuli beati Hugonis.* *Morandi.* *Et sanctæ Crotildis reginæ.* *Crotildis.* *Die tertia, sancti martyris Lucilliani.* *Lucilliani.* Vide pueros socios quatuor, et virginem *Paulam* seu *Paulinam* pag. 274 in Actis, ibique Janningi commentarium prævium cum encomio Græco-Latino. Vide etiam quæ de Morando habentur in Supplemento Junii.

Pridie Non. *Die 4.*

Apud Illiricum civitate Siscia, natalis Beati Quirini episcopi, qui pro fide *Quirini.* Christi (ut Prudentius scribit) ligato ad manum molari saxo, in flumen præcipitatus, et cum circumstantibus diu collocutus, ne ejus terrerentur exemplo, vix precibus ut mergeretur obtinuit.

Sumitur textus ex *Herinien. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Illyricum* bene legit Molanus, sed nos cum reliquis codicibus omnibus, ut in textu *Illiricum. Siscia* omnino legendum est, cum Herinien. Molano, Pratensi, etc., non *Sitia*, ut Tornacen; *Sisia*, ut Pulsanen; *Stiscia*, ut Muneratus; vel *Sicia*, ut Greven. Titulus *martyris*, a Munerato appositus, in nullis codicibus Usuardinis, nec in ipso Adone legitur. *Fluvium* pro *flumen* habet solus Pulsanensis. *Optinuit* in Heriniensi et Tornacensi ætatem suam redolet.

OBSERVATIO

Quirini

OBSERVATIO. *In Sabaria* (Epternacense corrupte *Saba) civitate*, *Quirini* memorant apographa Hieronymiana, ad quæ videri merentur Florentinii Notationes, ex quibus, sed maxime ex Actis, intelligetur quo pacto ab Sabariam et ad alias civitates *Quirinus* idem pertineat. Romanum parvum ita loquitur: *Apud Illyricum civitate Siscia, sancti Quirini episcopi et martyris.* Rectius scripsisset, *in Pannonia*, vel *apud Pannoniam*. Adoniana sunt quæ in textu adjiciuntur, accepta primitus ex Hieronymiano Eusebii Chronico ad annum cccx. Noster, inquam, ex Adone sua omnia sumpsit, prætterito solum tyranni, sub quo Quirinus passus est, nomine, et reliquiarum ad Catacumbas translatione. Sed hæc Notkerus cum reliquis transcripsit, male pro *Siscia* legens *Fiscia*. Qui hic citatur Prudentii hymnus, in Actis exstat, ubi notabis in commentario prævio, Usuardo tamquam fonti tribui, quæ ipse ex Adone planissime hausit, ut conferenti perspicuum est. Itaque et *molare saxum ad manum ligatum*, primum ab ipso Adone ex citato Chronico, vel ex Actis male acceptum est. Ibi habetur, *manuali mola ad collum ligata*; in hisce clare ponitur, *molam ad collum ligatam*. Porro Acta illa et vetustissima et omnibus probatissima sunt, etiam a Ruinartio recensita a pag. 551, atque Gallice reddita a Tillemontio tomo 5 a pag. 428; a quibus et a Papebrochio in Actis nostris, nonnullæ difficultates circa locum ac tempus martyrii, circa præsidem ac tyrannum, demum circa corporis aut ejus partium translationes explanantur. Sic a Wandelberto metrice laudatus est:

Martyr et antistes Pridie sacra vota Quirinus
Accumulans, proprio Christum de sanguine placat.

De Martyribus Nivedunensibus Pratensis codicis.

Usuardinum hactenus laterculum esse, omnino constat. Codex Pratensis augmentum affert hujusmodi: *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.* Repugnant codices reliqui, si pauculos excipias, exerranti Pratensi alibi non semel conformes, nempe Rosweyd. Antverp-Maj. et Aquicinct. ut in Auctariis clarius patebit. Ex Hieronymianis apographis selecti et a sociis avulsi sunt martyres illi *Nivedunenses*, non *Nimivetani*, ut codex aliquis posuit, quemque Rabanus præ ceteris imitatus est. Cujus regionis sint præfati martyres, vel potius cui regioni adscribendum sit *Nivedunum*, Galliæ an Pannoniæ, erudite examinat Henschenius et post eum Janningus in Supplemento Junii pag. 17. Ceterum nihil dubitare videtur Henschenius, quin Sancti ipsi Usuardo sint adscribendi. Nos id jam quærimus, an vere eos Usuardus in Fastis consignaverit. Consultus itaque Castellanus, utrum ea annuntiatio textui Pratensis codicis inserta, an ad marginem esset posita; inspecto diligenter codice, fassus est laterculi partem facere, utpote priori immediate adjunctam, atquantum conjiceret, recentiori adjectam manu, ac proinde judicio suo minime esse Usuardinam. Utut est, prædictum codicem Pratensem prætense autographum, ex purorum numero hodie exclusimus, resecto eo articulo, quem codices reliqui, saltem puriores omnes, ad Usuardum nihil spectare manifeste demonstrant.

AUCTARIA.

Zotici et soc.

PRATEN. Addit: *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.*

Arecii et Daciani

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELIAN. In fine: *Item Romæ, Arecii et Daciani.* Præfige *Picti*, ut est in Actis.

Cyrini et aliorum 200.

ROSWEYD. incipit: *In Aquileia, Cyrini episcopi et martyris et aliorum* CC *martyrum*. Nescitur unde martyres illos eruerit; vide quæ dicuntur in Prætermissis. Sequitur textus, ubi pro *Siscia* est *Scythia*. In fine adjicit cum PRATENSI: *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Euticii.* Vide Observationem. *(Zotici, etc.)*

ANTVERP-MAJ. Etiam habet: *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textui puro subdunt: *Hujus reliquiæ translatæ sunt Romam in Catacumbas. Eodem die, sanctorum Arecii et Damiani.* Ita scribunt plerique; at ALBERG. et DANIC. melius *Daciani*. *(Arecii, etc.)*

De Quirino.

CENTULEN. *Apud Illiricum civitate Scissia, sancti Quirini episcopi et martyris, qui sub Maximiano passus, translatus est Romam et juxta Catacumbas sepultus.*

BRUXELLEN. Etiam habet: *Hujus reliquiæ Romam*, etc. Tum: *Eodem die Romæ, sanctorum Arecii et Daciani. Civitate Numedia* (Niveduno) *sanctorum Zotici, Attali et Euthici. Item translatio sancti Poctoci confessoris.* Forte *Petroci* abbatis in Cornubia, de quo in Actis hac die. *(Arecii, etc. — Zotici, etc. — Poctoci translationis.)*

HAGENOYEN. De Quirino addit: *Hujus reliquiæ*, etc., ut supra. Sequitur de martyribus Aretinis Pergentino et Laurentino, quos pridie omiserat. Demum: *Ipso die Romæ, sanctorum Arecii et Daciani martyrum.* *(Arecii, etc.)*

AQUICINCT. *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.* *(Zotici, etc.)*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Quirini episcopi et martyris apud Illyricum, de quo scribit Prudentius, quod ligato ad manum saxo submersus sit.*

CAMBERIEN. sanctæ Mariæ. *Romæ, sanctorum Picti, Axetii et Daciani.* *(Picti et soc.)*

VATICAN. signatus num. 5949. *Romæ, sanctorum Picti, Aregii et Daciani.*

FLORENTIN. *Romæ, sanctorum martyrum Aretii et Datiani. Item sancti Udalrici episcopi et confessoris.* Est is celeberrimus episcopus Augustanus, qui colitur IV Julii. *(Aretii, etc. — Udalrici.)*

LUXOVIEN. *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.* De quibus jam toties. *(Zotici, etc.)*

EDITIO LUBECO-COL. *Memoria quinque vulnerum Domini nostri Jesu Christi.* Hæc est prima annuntiatio, quam et habet GREVENUS, sed de ea nihil alibi. Sequitur de Quirino, cum augmento de translatione reliquiarum ex Adone, ut supra. In fine: *Romæ, sanctorum Arecii et Deciani martyrum. In Sicilia, sanctorum Expergenti, Philippi, Eutucii, Saturninæ, et Juliæ martyrum. In civitate Sabaria, beati Rufuli*, (Rutili, vel Rustuli) *martyris, cum multis aliis. Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Euticii.* Hi martyres omnes et eorum socii in Actis distinctius enumerantur. *(De 5 Vulneribus D. N. J. C. — Arecii, etc. — Expergenti et sociorum. — Rufuli et aliorum. — Zotici, etc.)*

BELIN. Post textum.: *Item Romæ, Aretii et Datiani.* *(Aretii, etc.)*

Datiani. Item sancti Udalrici episcopi et confessoris. Vide supra in FLORENTINIS. Notabis hic a nonnullis *Udalricum* perperam geminari, eo quod Mediolani colatur. Sed viri eruditi non alium ibi Udalricum agnoscunt, præter Augustanum.

Vulnerum Christi. GREVEN. *Quinque Vulnerum Christi solemnitas.* Opinor ex devotione Coloniensium. *In Cilicia* (Sicilia,) *sanctorum Expergenti, Philippi, Eustici, Juliæ, et Saturnini. Sabaria civitate, sancti Rustuli, cum aliis duobus. Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici. Item Camasii, Italii, Crinæ.* Vide nomina in Actis melius expressa et ad propriam classem reducta. *Romæ, Arecii et Daciani. Olderici* (Udalrici) *episcopi et confessoris. Petrocii abbatis et confessoris. Heleni monachi et confessoris. Triphoniæ et Antoniæ virginum et martyrum.* De his tribus vide Prætermissos. *Aufomiæ, Esmiliæ, Jamnicæ, Rufinæ.* Corrupta puto pleraque hæc nomina. *Osithæ virginis et martyris, filiæ regis Orientalium Saxonum.* De hac etiam alibi egimus, diximusque, in Prætermissis remitti ad VII Octobris, quamvis et aliis diebus passim notetur.

Expergenti et soc. — *Rustuli, etc.* — *Zotici, etc.* — *Camasii, etc.* — *Arecii, etc.* — *Udalrici.* — *Petrocii.* — *Heleni.* — *Triphoniæ, etc.* — *Aufomiæ, etc.* — *Osithæ.*

MOLAN. *Item Romæ, Aretii et Daciani. Item sancti Udalrici episcopi et confessoris, apud provinciam Rhetiæ civitate Augustana. Sabaria civitate, sancti Rutili cum aliis duobus.* In editionibus aliis de Aretio et Daciano, ut superius. Tum : *Die quarta, sancti patris Metrophanis Patriarchæ Constantinopolis.* Vide de hoc eruditum Janningi commentarium, quo quæ ad ipsum et decessores, si quos habuit, atque ad successorem Alexandrum spectant, diligentissime excutiuntur. Nec minus elaborata sunt, quæ de eodem argumento chronologice ordinata et stabilita invenies in Supplemento Junii.

Aretii, etc. — *Udalrici.* — *Rutili et 2 soc.* — *Metrophanis.*

Nonis. *Die 5.*

Apud Ægyptum, natalis sanctorum martyrum Marciani, Nicandri et Apollonii, quorum gesta habentur. Eodem die, passio sancti Bonifacii martyris, sub Diocletiano et Maximiano apud Tarsum civitatem passi, sed Romæ in via, quæ Latina nuncupatur, sepulti. Hic cum diu in stupro misceretur, tandem divino nutu compunctus, non solum, cui subjacebat, vitium deseruit, verum quoque per diversa tormenta ad palmam martyrii ardenter cucurrit. Item sancti Bonifacii episcopi, qui de Britanniis veniens, et fidem Christi gentibus evangelizans, cum maximam multitudinem in Frisia Christianæ religioni subjugasset, novissime gladio peremptus, martyrium consummavit cum Eobano episcopo et aliis servis Dei.

Marciani et soc. — *Bonifacii Tarsensis.* — *Bonifacii episcopi et soc. martyrum.*

Ita *Herinien. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In Munerato est *Marciani* et *Appolloni* ; in Molano *Martiani* ; sequimur ortographiam reliquorum ; in *Ægypto* autem modum superius cœptum. Sic varii scribunt *Bonefacii*, plures cum textu *Bonifacii*. De *Tarso* dixi etiam alibi. *Sub Diocletiano* (Herinien. *Dioclitiano*) *et Maximiano* scribunt omnes ; Muneratus posteriorem omittit, ut etiam *civitatem*. Ejusdem Munerati vitium est *Frixia*, pro *Frisia*. Constat Adonem legere *Eoban*, quod servat Grevenus et Antverp-Major. Unde Pratensis, Rosweyd. et Molanus rectissime formant *Eobano*, cum pluribus aliis, quo modo et Usuardum ipsum posuisse existimo ; non *Eubanco*, ut Herinien. et Tornacen. nec *Eubaneo*, ut Munerat. nec *Eobanco*, ut Antverp. multo minus *Eobantho*, ut Max-Lubec. In duobus codicibus proxime citatis deest, *episcopo*. Sed an non legendum *coepiscopo* cum Adone ? Variant codices. Secutus sum Praten. Herinien. Tornacen. et Muneratum. Si aliud magis placet, per me licet præferatur.

OBSERVATIO. Non leviter controverti posset, sintne tres martyres Ægyptii hac die notati, plane iidem cum tribus ferme synonymis *Martiana, Nicanore et Apollonio*, quos v Aprilis retulimus, ibi in Observationibus indicantes, eos in Actis eo die præteritos, remitti ad v Junii. Est igitur Henschenii sententia, ipsos illos utroque die commemorari, quantumvis in Hieronymianis, Adone, Usuardo et Notkero expressissime distinguantur et sexu et nominibus, excepto *Apollonio*, quem hic *Apollinem* vel *Apollinum* vocari, facile patitur Florentinius, qui diversos putare utrobique tergeminos, tametsi populares, non censet incongruum ; alius ex mente Martyrologorum, crederet esse necessarium. Certe necdum plene persuasit Henschenius, tres suos hodiernos, septem sociis comitatos cum tribus illis aliis Nonarum Aprilium eosdem esse. Quid quod dubitari quoque possit, an terni illi hoc die ab Hieronymianis aliisque Martyrologis tam expresse sine aliis signati vere cum Henschenianis confundendi sint. Si id miraris, adverte quot Synonymi in iis codicibus celebrentur. Crescit difficultas ex *Nicandro* et *Marciano*, qui in Romano moderno *Venafri* recoluntur XVII Junii, quo die scimus martyrium subiisse, ex authenticis Actis a Mabilone primum, deinde a Ruinartio inter selecta vulgatis a pag. 617, *Nicandrum* et *Marcianum milites*, verosimiliter in partibus Mœsiæ, sub eodem judice *Maximo*, sub quo *Julius*, et ipse miles, agonem complevit XXVII Maii. De his agit Tillemontius tomo 5 a pagina 14, et accurate Acta expendit in notatione a pag. 590. Sed hæc longioris discussionis sunt, quam ut propriam relinquimus Janningo in supplemento Junii ad citatum diem XVII Junii ex integro retexendam. Ad textum quod attinet, nobis certius et

Marciani et soc.

evidentius est, Usuardum more sibi receptissimo, Adonem ductorem secutum, cujus verba ad apicem transcripsit. Idque clarissime conficitur ex consensu codicum omnium, exceptis denuo Pratensi, Antverpiensi-Majore et Rosweydino, qui plerumque, ut nuper notavimus, in aberrationibus vestigia premunt consimilia. Castellanus in citata sæpe epistola monuit, hujus diei laterculum forte alias avulsum, secundis scriptum curis (Gallice *redécrit*) codicique adjunctum vel assutum *(ajouté)*; suspicor ab aliquo sciolo, qui adverterit eosdem vel similes Nonis Aprilis consignatos. Certe tam manifesta a reliquis deviatio, codicem illum, hac die æque ac præcedenti, purum non esse, satis evincit.

Bonifacii, Tarsensis martyris.

— De *Bonifacio Tarsensi martyre* sic legit Romanum parvum : *Bonifacii martyris apud Tharsum* XIV *die mensis Maii passi, Romæ Nonis Junii sepulti.* Quod recte notatum indicat Ado, et ex eo Notkerus, ejus longiorem narrationem describens, quam brevius contraxit Noster solita elegantia. Ab aliis et hodierno Romano colitur ipso passionis die, XIV Maii, quo Acta ejus ab Henschenio post alios edita et illustrata sunt; si non primigenia, talia saltem, ut severiores etiam censores, ea omnino repudiare non audeant. Inter rigidiores est Tillemontius tomo 5 pag. 650 et 651. —

Bonifacii Moguntini Germanorum apostoli.

Bonifacius Moguntinus in aliquibus Hieronymianis apographis, quasi in *Austria* (intellige, veteri *Austrasia*) passus adjicitur. Quid de Bedæ Martyrologio censendum, et hic in Actis et ante II tomum Martii, explicat Henschenius. Hoc certissimum est, elogium in nostro laterculo positum plane ex Adone acceptum esse, quod fecit etiam Notkerus, sociorum Bonifacii nomina ex Rabano adjiciens. Hæc Usuardini textus sinceram germanitatem abunde demonstrant. In exornando Germaniæ Apostolo, nihil ab Henschenio et Papebrochio prætermissum est. Huc spectat elegans Wandelberti metrica laudatio :

Nonis antistes fulget Bonifacius, Anglis
Editus, ad Christum Oceani qui traxit alumnos,
Fresonum puro submittens colla lavacro.

AUCTARIA.

PRATEN. Jam dixi, omissam ab eo annuntiationem primam. Secundam sic incipit : *Natalis beati Bonifacii*, etc.

TOLNACEN. de Bonifacio Tarsensi hæc solum habet : *Eodem die, sancti Bonifacii martyris.* Cetera purissimus est.

PULSANEN. De Bonifacio Tarsensi egit supra. In reliquo textu satis purus est.

ANTVERP-MAJ. In defectu primæ annuntiationis convenit cum PRATENSI. In reliquis satis purus est.

ROSWEYD. Convenit item in præfato defectu, sed textum hac ratione disponit : *Trajecti, B. Bonifacii archiepiscopi et martyris, qui de Britannia veniens Trajectum tempore sancti Willebrordi archiepiscopi, primi Trajectensium Doctoris, cum eo moratus est. Post transitum vero sanctissimi Præsulis Willebrordi, jam dictus Bonifacius Dei gratia ejusdem archiepiscopatus honore sublimatus est. Qui cum fidem Christi constanter in Fresia evangelizaret et maximam multitudinem Christianæ religioni subjugasset, novissime a Fresis gladio peremptus martyrium consummavit, cum cooperatoribus Eobano et Adalario presbyteris et aliis quinquaginta tribus.* Hæc ULTRAJECTENSIS CODEX ex suorum sensu, de quibus vide Acta. Tum : *Item in Tharso, B. Bonifacii martyris*, etc., satis pure.

De Bonifacio episcopo et martyre.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. EDITIO ULTRAJ-BELG. Proxime ad puritatem accedunt, in eo diversi, quod primo loco memorent : *Natale S. Bonifacii Maguntiacensis episcopi*, etc. Sequuntur Ægyptii. Tunc de Bonifacio Tarsensi pure, ut jam diximus.

LOVANIEN. Prioribus similis, resecat in fine elogium Bonifacii Tarsensis, post *Latina sepulti.*

ALBERG. autem et DANIC. ceteris etiam conformes, hic Bonifacium Tarsensem omittunt, quem XIV Maii supra posuere.

Textus mutatus.

CENTULEN. *Apud Ægyptum, sanctorum martyrum Marciani, Nichandri et Apollonii, quorum gesta habentur. Romæ, festivitas beati Bonifacii martyris, qui apud Tarsum passus, sed Romæ fuit hac die sepultus. Fulda monasterio, natale sancti Bonifacii, qui Romæ ordinatus episcopus a Pontifice Zacharia et ad prædicandum in Fresiam missus, gentes multas ad fidem convertit et a reliquiis gentilium cum Eobano episcopo et aliis servis Dei gladio peremptus est.*

BRUXELLEN. Sic incipit : *Commemoratio beatæ Mariæ semper Virginis, instituta ob gloriosam victoriam, quam hac die apud Woerung habuit Joannes, hujus nominis primus, Lotharingiæ, Brabantiæ, et Limburgiæ Dux.* Hæc nihil ad Acta nostra. Sequitur : *Apud Fuldas, sancti Bonifacii archiepiscopi et martyris. Quem ab Anglia venientem Gregorius Papa archiepiscopum Maguntinum consecravit, ut verbum Dei prædicaret in Germaniam direxit. Qui cœnobium Fuldense in pago Maguntinensi fundavit, et postea cum sociis ad prædicandum in Fresiam veniens, cum maximam multitudinem ibi Christianæ religioni subjugasset, ambustis mulierum furcis quassatus, gladio perimitur. Cum eo Eobanus coepiscopus et alii servi Dei occubuerunt, et ipse Bonifacius ad Fuldam relatus tumulatur.* In Bonifacio Tarsensi et Ægyptiis satis purus est. In fine autem addit : *Et sanctæ Aglahæ gloriosæ feminæ, multisque virtutibus claræ.* Vide XIV Maii, ubi de Bonifacio.

Commemorationis B. M. V. ob victoriam Woring.

De Bonifacio episcopo et martyre.

Aglaes.

HAGENOVEN. In prima annuntiatione ultimis verbis mutilatus, de Bonifacio Tarsensi plurima commiscet, purius in Actis legenda. *In Frisia, depositio sancti Bonifacii Maguntinensis episcopi et martyris, qui de Britania veniens et fidem Christi gentibus evangelizans. Hic Bonifacius tunc temporis erat legatus Gregorii Papæ, et propter eum spoliavit Wormatiensem ecclesiam usu pallii et tradidit ecclesiæ Maguntinæ, nam antea Maguntia erat sub Wormatia. Et cum maximam multitudinem populi in Frisia, fidei subjugasset, novissime gladio peremptus est ipse cum Eobano coepiscopo et Adalario suo archidiacono, et aliis LII servis Dei. Corpus Bonifacii Fuldæ translatum est, sed alii omnes sepulti sunt in Trajecto, in ecclesia Salvatoris.*

De Bonifacio et ejus sociis.

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. *Eodem die, sanctæ Severæ cum germanis Kalendino et Marco.* Vide XXIX Januarii.

Severæ, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Bonifacii episcopi et sociorum ejus martyrum.* In margine : *Unde multas*

multas habemus reliquias, a collegio sancti Salvatoris Trajectensis nobis donatas, ubi plures eorum requiescunt.

Præcordii. AMBIANEN. *Corbeiæ monasterio, exceptio corporis sancti Præcordii confessoris.* Vide in Actis I Februarii, quo die Præcordius colitur.

Eleutherii et Anthiæ. VATICAN. num. 5949. Incipit : *Natalis sancti Eleutherii episcopi et sanctæ Anthiæ matris ejus, in S. Sophia.* Nihil de iis hac die ; vide XVIII Aprilis. Desunt martyres Ægyptii et tota annuntiatio Bonifacii Tarsensis.

Jovini. Proculi. ALTEMPS. *Pictavis, S. Jovini abbatis. In pago Bononiensi, sancti Proculi martyris.* De utroque agitur I Junii. Vide Auctaria et Acta.

Severæ, etc. FLORENTIN. *Apud civitatem Ceblensem* vel *Celliensem, in loco qui dicitur Pigrus, passio sanctorum martyrum Severæ cum fratribus suis Kalendino et Marco et matre eorum, quæ fuit uxor sancti Maximi martyris,* (quæ) *cum orasset, emisit spiritum. Passi sunt tempore Claudii imperatoris.* Dixi supra videnda Acta XXIX Januarii, ubi mille circiter milites socii adjunguntur.

Canonizatio Nicolai Tolentini. EDITIO LUBECO-COL. In Bonifacio Moguntino interpolata, secundo loco habet martyres Ægyptios. Tum : *Eadem die, canonizatio sancti Nicolai de Tollentino presbyteri et confessoris, Ordinis Eremitarum. Item sanctæ Aglahæ gloriosissimæ, multis virtutibus claræ. Romæ, sepultura sancti Bonifacii martyris.* *Aglaes.*

BELIN. In prima annuntiatione purus, omittit Bonifacium, de quo egit XIV Maii, cetera purus. In editione altera additur : *Eodem die, beati Claudii episcopi et confessoris.* Remittitur ad diem sequentem. *Claudii.*

GREVEN. *Adelarii episcopi Erffordensis et aliorum* LIII *martyrum, de societate sancti Bonifacii.* *Adelarii, et soc.* *Item sanctorum Marciani, Felicitatis, Gregorii, Ficulæ.* Vide Romanos martyres in Actis. *In Africa, Evasi et Probati.* Lege, *Privati. Pergentinæ, sororis sanctorum Laurentini et Pergentini.* *Marciani, etc. Evasi et Probati. Pergentinæ.* Vide Prætermissos. *Canonizatio beati Nicolai de Tollentino presbyteri et confessoris, Ordinis eremitarum sancti Augustini.* Colitur X Septembris. *Aglahes sanctæ matronæ Romanæ, de qua supra pridie Idus Maii.* *Aglaes.*

MOLAN. Solum addit typis minoribus : *Bruxellæ, commemoratio beatæ Mariæ semper virginis instituta ob,* etc., ut ex ipsomet fonte BRUXELLEN. supra diximus. *Commemorationis B. M. V.* In editionibus aliis : *Die quinta, sancti hieromartyris Dorothei episcopi Tyri.* *Dorothei.* Tum commemoratio quæ supra. Vide de Dorotheo Henschenii commentarium historicum.

VIII *Idus.* *Die* 6.

Natalis beati Philippi, qui fuit unus e septem Diaconibus. Hic signis et prodigiis inclitus, apud Cæsaream requievit, juxta quem tres Virgines filiæ ipsius prophetissæ tumulatæ jacent. *Philippi.* Apud Tarsum Ciliciæ, Martyrum viginti, temporibus Diocletiani et Maximiani, qui per diversa supplicia glorificaverunt Dominum in corporibus suis. *Martyrum 20 Tarsensium.* Romæ, sanctorum Artemii cum uxore sua Candida et filia Paulina. Qui Artemius gladio percussus; uxor vero ejus et filia lapidibus sunt obrutæ. *Artemii et soc.* Civitate Niveduno, sanctorum Amantii et Alexandri. *Amantii et Alexandri.*

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Unus fuit* pro *fuit unus* in Antverp-Majore nihil offendit. *Inclitus* habent vetustiores codices; Greven. et Molan. *inclytus.* De *Tarso* diximus non semel, variare non lubet. *Glorificaverunt Dominum,* legunt Pratensis et Heriniensis, ut habet Ado, et sic puto scripsisse Usuardum, quidquid Notkerus legat *Deum*, ut faciunt etiam codices Antverp-Major, Greven. et Molan. *Arthemii* posuit Pratensis primo loco, *Artemius,* altero. *Arthemii* habet etiam Antverp-Maj. Melius ex Usuardi mente *Artemii* cum ceteris, ut in textu. Solus Pratensis legit *Amanti*, reliqui *Amantii.*

OBSERVATIO. Textus hodierni fontem, quatenus ea spectat quæ plana sunt, non aliunde quam ex Romano parvo quærere oportet, ubi iidem omnes Sancti, diversa licet serie nominentur, qui et hic nominatim expressi sunt; præter solos Nivedunenses, de quibus infra erit dicendum. *Philippi.* Ex ea scaturigine hausit Martyrologus Viennensis, ex hoc Usuardus et Notkerus, uterque pro more, ille contractus, iste fusius. *Philippi diaconi* et filiarum prophetissarum elogium ex festivitatibus Apostorum repetitum, Noster compendio delibavit, ad eum plane modum, quo in laterculo exhibitum est. Sæpe miratus sum et hic miror, codices mediæ notæ in Auctariis citandos, ea plerumque rescindere ex Usuardino textu, quæ in ipso Adonis Martyrologio non reperiuntur. Suspicor id factum scioli cujusdam vitio, qui priorem illam Adoniani Martyrologii partem ignoraverit, unde tamen Usuardus elogia plura mutuatus est. Idem hoc die factum patet, cum ex mente Adonis tres dumtaxat filias cum patre sepultas memoret; nempe quod ille, ex aliquorum traditione, quatuor filiarum unam, Spiritu sancto plenam, Ephesi tumulatam existimaverit. De Philippi rebus gestis, eunucho per eum baptizato, de episcopatu et cultu, commentarium historicum texuit Papebrochius; cui jungenda quæ habet Tillemontius tomo 2 a pag. 65 et in notis a pag. 190. Videat lector Actus Apostolorum magna parte capitis 8, et cap. 21, v. 9. — In *martyribus Tarsensibus* verba Adonis omnia transumpta sunt, excepto solum *Simplicii judicis* nomine. *Martyrum Tars.* Addidit Notkerus et recte, de iis martyribus dictum esse *in passione sancti Bonifacii*; quæ brevius hac die, quantum ad hos martyres attinet, in Actis

nostris

Arthemii et soc. nostris repræsentantur. — De *Arthemio*, uxore et filia pluribus agit Ado II Junii, ubi de *Marcellino* et *Petro*. Hic ea repetit, quæ ad laudem horum trium seorsim faciunt, quæque Noster ad solitos suos numeros nitide revocavit. Hactenus ex prædicto fonte, Hieronymianis et Beda nihil subministrantibus. — *Amantii et Alexandri* Supersunt *martyres Nivedunenses* vel *Nividunenses*, de quibus multa suggerit Florentinius, multa examinat Henschenius, tum ut germana nomina, tum ut sociorum numerus, tum ut agonis palæstra discerni possint, vetustis Martyrologiis mire hic variantibus. Telas retexere nostrum non est, citatos Scriptores consulat, cui singula expendere otium fuerit; sed præ ceteris videat nuperam Janningi dissertationem in Supplemento Junii pag. 17. Nobis verosimile est Usuardum, ut sæpe alias usuvenit, ex Hieronymianis binos hosce decerpsisse, quos in Adone non repererat : utrum felicius quam Rabanus et Notkerus, in medio relinquimus. Codicum nostrorum unanimis consensus sufficit ad stabiliendam propositi textus illibatam Usuardinam integritatem, cui investigandæ potissimum incumbimus.

AUCTARIA.

TORNACEN. Excessu rarissime, sæpius defectu laborare diximus, quasi textum cancellis, non cancellos textui aptaverit. Sic denuo hodie Tarsensium martyrum elogium decurtat; cetera purissimus.

PULSANEN. Non solum elogium, sed martyres ipsos Tarsenses omittit, rescendit præterea elogium Philippi; de reliquo satis purus est.

ROSWEYD. Penultimo loco ante martyres Ni- *Gudwali* vedunenses interserit : *In Blandinio, Guthuuali* (Gudwali) *episcopi et confessoris.*

Claudii. MUNERAT. Adjicit in fine. *Ipso die, Claudii confessoris archiepiscopi Bisuntinensis.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Hi nempe, quos dixi mediæ notæ codices, plerique Belgici, carent elogio sancti Philippi.

CENTULEN. *Natale sancti Philippi, qui fuit de septem dyaconibus primis. Tharso Ciliciæ, martyrum viginti. Romæ, sanctorum Arthemii, cum uxore sua Candida et filia Paulina, sub judice Sereno* *Asclepiadis.* *passorum. Antiochiæ, sancti Asclepiadis episcopi qui unus fuit ex præclaro confessorum numero.* Remittitur ad XVIII Octobris. *Civitate Niveduno, sanctorum Amantii et Alexandri. Cœnobio Blandu-* *Gudwali* *nio, sancti Guthuuali episcopi, virtutibus et miraculis adornati.*

BRUXELLEN. Incipit ab Arthemio. Tum de Philippo et Tarsensibus satis pure. Sequitur : *Benigni.* *Et Benigni martyris;* verosimiliter socii sancti Vincentii episcopi, Mevaniæ in Umbria. *Item* *Melonis.* *Meloni episcopi.* Opinor, *Mellonis Rothomagensis*, cujus natalis est XXII Octobris. *In Blandinio mo-* *De Gudwalo.* *nasterio, depositio sancti Gudunali* (Gudwali) *episcopi et confessoris. Cujus scrinium, cum post processionem in Gandavum referretur, ymago crucis inclinato vultu cum venerata, immobilis mansit, ne-* *Claudii.* *que se reflexit. Et Claudii confessoris.* Patet omissos esse martyres Nivedunenses.

HAGENOYEN. A puritate parum recedens, solo ferme principio differt, ubi sic scribit : *Apud Cæsaream, natale beati Philippi, qui fuit unus de septem diaconibus primis, cum sancto Stephano electi. Hic signis*, etc., omnia bene.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Boniti.* In fine subdunt : *Eodem die, sancti Boniti episcopi* *Gratiani.* *et confessoris. Et sancti Gratiani episcopi et martyris.* Vide quæ de utroque dicuntur in indice Prætermissorum.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Philippi diaconi, fuit unus de primis. Apud Tarsum, viginti marty-* *Gudwali.* *rum. Gunduali episcopi et confessoris.*

VATICAN. signatus num. 5919 Omisit *Amantii et Alexandri.* Addidit : *Apud Tusciam, sanctorum martyrum Vincentii episcopi et Benigni diaconi.* *Vincentii et Benigni.* Locus exprimitur supra ad BRUXELLEN.

FLORENTIN. *Apud civitatem Fesulanam, natale sancti Alexandri episcopi et martyris ejusdem civita-* *Alexandri.* *tis. Apud Mantuam civitatem, inventio sancti Cœle-* *Cœlestini M.* *stini martyris.* De hoc in Prætermissis

CODEX JURENSIS S. Ragnoberti. Pro *Niveduno*, scribit : *Lugduno, Amantii, Lucii.* Vide quæ supra diximus in Observatione.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Civitate Niveduno, passio sanctorum Amantii et Alexandri.* In præcedenti substituitur *Lucius.*

EDITIO LUBECO-COL. Toto textu modice interpolata est notanter in Arthemio, de quo post *De Arthemio, etc.* *Candida*, sic pergit : *et filia parvula Virgine, re et nomine Paulina, martyrum ; quos sanctus Petrus Exorcista, cum apud eos servaretur in carcere, convertit ad Dominum. Qui Arthemius*, etc. In fine additur : *Bituricas, sanctæ Scariolæ virginis.* *Scariolæ* *In Polonia, natale beati Vincentii episcopi et martyris.* *Vincentii.* Hic est *Levita Aginnensis;* illa *Studiola* seu *Eustadiola* vidua, sanctimonialis. De hac VIII Junii agitur, de illo IX.

BELIN. In prima editione pro *Niveduno* legit, *Lugduno*, quod in Parisiensi corrigitur. In utra- *Inventionis* que addit *Apud Mantuam, inventio beati Cœle-* *Cœlestini M.* *stini martyris.* De quo jam dictum est.

GREVEN. *Item Lucii, Andreæ, Donati et Pere-* *Lucii et soc.* *grini. Itali, Claudii.* *Itali et Claudii.* Vide in Actis de Nivedunensibus. *In Polonia, natalis beati Vincentii episcopi* *Vincentii, et Benigni.* *et martyris, fratrisque ejus Benigni diaconi. Quorum prior cum equuleum et flammarum adustionem bestiasque superasset, coram plebe Missam celebrans spiritum tradidit ; sequens vero cum aliis multis gladio occisus est.* Quo hæc spectent, non video, fallor nisi Vincentii et Benigni confun- *Gudwali.* dantur. *Guduuali archiepiscopi Blandunensis et* *Claudii.* *confessoris.* Neque hoc magis clarum est. *Claudii* *Kiliani.* *episcopi Bisuntini confessoris. Kiliani confessoris.* *Norberti.* Vide Prætermissos. *Commemoratio Norberti sanctæ memoriæ archiepiscopi Magdeburgensis et confessoris, fundatoris Ordinis Præmonstratensis. Bituri-* *Scaroliæ.* *cas, Scaroliæ virginis.* Vide supra, quæ dicta sunt ad EDITIONEM LUBECO-COL.

MOLAN. De Gudwalo, Cœlestino et Claudio, ut *Cerati.* supra. Tum : *Passio sancti Cerati episcopi sub* *Auspicii.* *Gratiano principe. Treveris, sancti Auspicii episcopi.* Remittitur ad VIII Julii. *Præmonstrati, com-* *Norberti.* *memoratio Norberti, sanctæ memoriæ*, etc., charactere minori. In editionibus aliis, de tribus primis, ut editio prima. Tum : *Die sexta, sancti pa-* *Bessarionis.* *tris Bessarionis, miraculis clari. Malbodii, ostensio* *Aldegundis.* *corporis beatæ Aldegundis virginis.* Vide XXX Ja-

nuarii

nuarii. Sequuntur isti versus ex Wandelberto :

Octavas Idus Ceratus episcopus ornat,
Urbem qui fulsit Gratiano a principe dictam.

De Notberto repetit, quæ ex GREVENO supra dedimus. Vide de Cerato vel Ceratio episcopo Henschenii commentarium historicum pag. 708. Idem ipse *Ceratus* Hieronymianis insertus videtur ad diem VII Junii.

VII *Idus.* *Die 7.*

Constantinopoli, natalis beati Pauli ejusdem civitatis episcopi, qui a Constantio imperatore apud civitatulam quamdam Cappadociæ, Cucusam nomine, ob Catholicam fidem pulsus exilio, Arrianorum insidiis crudeliter strangulatus, ad cœlestia regna migravit. Item Corduba, sanctorum Petri presbiteri, Aventii, Hieremiæ et aliorum trium. *Pauli.* *Petri et soc.*

Conveniunt codices multi : *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec. Rosweyd. Antverp-Maj. Munerat. Belini prima editio, Munerat. Greven.* et *Molan.* Quibus accedit codex *Albergen.*

VARIA LECTIO. *Constantinopolim* scribunt Pulsanen. Max-Lubec. Rosweyd. Antverp-Major et Belin. Præstat nostra ex aliis lectio. *Paulini*, pro *Pauli*, in Rosweydo error est. *Constantini* ponunt Antverp-Major, Belin. et Molan. Infra probatur legendum *Constantii.* Ridiculum in Munerato est, *a Constantinopoli imperatore.* Bene in textu *Cappadociæ*, non, *in Capadocia*, ut Antverp. Max-Lubec et Belinus. Omnes *Cucusam* habent pro *Cucusum*, exceptis Herinien. et Molano, qui *Cucussam*, et Greveno, qui pejus posuit *Concussam.* Errat denuo Muneratus in *civitaculam*, turpius Belinus in *civitatiunculam*. *Expulsus* legitur in Pulsanensi pro *pulsus*, in Belino, *compulsus*. In *Arrianorum* omnes passim conveniunt. *Exilio*, loco *insidiis*, scriptorium sphalma est in Antverpiensi. *Corduba* legunt optimi codices ; Max-Lubec. *Cordubam*, Munerat. Greven. et Molan. *Cordubæ*. In Belino *Everici*, error est, uti *Evencii* in Max-Lubec. et *Eventii* in Antverp. et alio Antverp-Majore. Scribimus cum ceteris *Aventii*, quod correctius diceretur *Habentii*. De *Jeremiæ* vel *Jheremie* et id genus inflexionibus supra dictum est.

OBSERVATIO. De illustri Ariani furoris victima Martyrologorum primus loquitur auctor Romani parvi, hisce verbis : *Apud Constantinopolim, Pauli episcopi.* Hunc secutus Ado, breve confecit elogium, quale totum etiam in Notkero legere est ; Noster nonnihil contractum exhibet servata auctoris phrasi. Ambo autem a ductore in eo recesserunt, quod maluerint *Constantio* scribere, quam *Constantino*, merito utique et ex rei veritate : nam licet idem Paulus ab ipso Constantino, ut diserte testatur Athanasius, primum in Pontum exulare jussus sit, id ante episcopatum accidisse necesse est, ex Chronologia a Baertio nostro verosimillime ordinata, circa annum CCCXXXVI, unde postliminio revocatus, non ante annum CCCXL episcopus ordinatus sit, ut pluribus ostendit Janningi ea de re dissertatio in Supplemento Junii hoc die. Ex quo tempore plura eum exilia pertulisse, ex Baertii commentario cap. 2 abunde constat. Cum igitur hic ultimum designari et determinari videatur, certum est non ad Constantinum, sed ad Constantium referri oportere, utpote quod ad annum circiter CCCL spectet, integris XIII annis post Constantini ex hac vita decessum. Quod facilius intelliges, si VI Novembris, diem martyrii, hunc translationis memineris, celebriorem subinde redditum, ut de Chrysostomo aliisque factum, suis locis diximus. Hæc cursim pro instituto attingimus, a Baertio et Janningo operosius discussa. Vitam Pauli Gallice adornavit Tillemontius tomo 7 a pag. 251, nonnulla ad eam spectantia in notis a pag. 697 examinans, ubi ipsum in pluribus a collegis nostris dissentire curiosus lector perspicere et, si vacat, utriusque partis momenta expendere poterit. Videatur etiam brevis notula Motherii. Sic solum Paulum hac die celebrat Wandelbertus : *Pauli.*

Paulus septenas Præsul tuus alta Bizanti.

Qui ultimum locum in Usuardo occupant, *martyres* sunt *Cordubenses*, ex Hispania cum pluribus aliis accersiti, sed a sociis Usuardino more avulsi ; quorum nomina in Actis expressa invenies, et quæ ad eorum certamina spectant, ex S. Eulogii Memoriali libro 2 cap. 4 a Papebrochio diligenter collecta. *Martyrum Cordubensium.*

Auctor autem Romani parvi hac die sic commemorat : *In Cappadocia Luciani martyris.* Addit Viennensis distinctiorem loci notitiam, nempe in *Cæsarea*, uti Rabanus et Notkerus. De eo nihil in codicibus nostris probatioribus. Adscriptus est Antverp-Maximo aliisque inter Auctaria recitandis ; idque, ni fallor, ex Adone, ut sæpe alibi factum, non semel observavimus. Laterculi nostri interim simplicitas in tam unanimi codicum de eo silentium consensu apertissima est. *De Luciano Romani parvi.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Textui puro, ex Adone ut diximus, subjiciunt. *In Cæsarea Cappadociæ, natale sancti Luciani martyris.* *Luciani.*

CENTULEN. *Constantinopoli, beati Pauli episcopi ejusdem civitatis, qui persequentibus Arrianis ad* (ob) *catholicam fidem exilio pulsus, deinde crudeliter strangulatus, ad cœlestia regna migravit. Corduba, sanctorum martyrum Petri presbyteri, Aventii, Jeremiæ et aliorum trium, quorum gesta habentur.*

habentur. In pago Pontivo, sancti Vulfagii presbyteri et confessoris. Non uno modo nomen hoc scribitur. Vide quo modo efferatur in Actis.

BRUXELLEN. In Paulo fere purus, subdit: *In Cæsarea Capadociæ, natale sancti Juliani* pro *Luciani) martyris. In Corduba*, etc., pure. *Niveduno, sanctorum Amantii et Alexandri*; ex die præcedenti. *Ipso die, translatio sancti Servatii episcopi et confessoris.* Repetenda est ex ipso Sancti die natali, ad XIII Maii.

HAGENOYEN. In Paulo perturbatior sensus est. In fine adjecit: *In Cæsarea Capadociæ, sancti Luciani martyris*, ut alii supra citati.

CODEX Principis Ursini a Rosemberg. *In civitate Mantua, inventio corporis sancti Cœlestini Papæ et confessoris.* Adscribitur *Duplex majus.* Acta data sunt VI Aprilis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Maximini episcopi et confessoris ecclesiæ Aquensis, qui fuit Doctor Mariæ Magdalenæ.* Differtur in diem sequentem. *Pauli episcopi Constantinopolitani et martyris. Petri, Aventi, Jeremiæ et aliorum trium.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus B, qui fuit PP. Augustinianorum. *In Cæsarea Cappadociæ, natalis sancti Juliani martyris.* Vide supra.

In VATICAN. signato num. 5949. Deest Petri et sociorum. Adjicitur : *In Cæsarea Cappadociæ*, etc., ut proxime et jam sæpius.

ALTEMPS. *Translatio sancti Vulstani Wigorn. episcopi.* De ea actum in Vita data XIX Januarii. *Item sancti Venantii episcopi et confessoris.* Vide in catalogo Prætermissorum.

FLORENTIN. *Romæ, passio sanctæ Feliculæ, sociæ sanctæ Petronillæ, et sancti Nicomedis martyris, ut legitur in historia Petronillæ.* Felicula seorsim colitur XIII Junii.

EDITIO-LUBECO-COL. Textui puro subjicit : *Apud Cæsaream Capadociæ, beati Juliani martyris. Trajecto superiori, translatio beati Servatii episcopi et confessoris.* Vide supra ad BRUXELLEN.

BELINI 2 editio. *Eodem die, sancti Godoaldi episcopi et confessoris.* Est in Actis.

GREVEN. *Translatio secunda sanctæ Barbaræ virginis et martyris : scilicet a Nicomedia Romam.* De ea agetur IV Decembris. *In Cæsarea Capadociæ, sancti Luciani martyris. Item sanctorum Fortunati, Masi, Macharii, Magri, Primosi, Victoris, Luniciæ, Privatæ. Prisci martyris.* Unde hæc Africanorum martyrum nomina formaverit, nescio. Vide propria in Actis. *In Hibernia, Colmanni episcopi et confessoris.* Acta illustrata sunt XVIII Februarii. *Dietgri abbatis.* De eo nihil inventum hactenus. *Godoaldi confessoris. Trajecto superiori, translatio sancti Servacii episcopi et confessoris.*

MOLAN. Post, *aliorum trium*, immediate subdit : *Quorum gesta habentur. Eodem die, sancti Godoaldi et episcopi et confessoris. Item in Trajecto, translatio sancti Servatii.* Sequitur minoribus typis : *In Hibernia, Colmanni episcopi et confessoris, de quo Beda in historia gentis suæ.* In editionibus autem aliis, hoc modo : *Eodem die, sancti Godoaldi episcopi et confessoris. Arvernis, sancti Illidii ejusdem civitatis episcopi.* Dantur Acta V Junii. *Die septima, sancti hieromartyris Theodosii episcopi Ancyræ. Theodorus* vocatur in Prætermissis, alibi *Theodotus*, ubique idem, de quo egimus XVIII Maii. *Item in Trajecto, translatio sancti Servatii. Monasterio Sithiu, translatio beati Folquini Morinorum episcopi.* Dies ejus natalis in Prætermissis signatûr XIV Decembris. Demum charactere minori : *Item depositio Roberti abbatis, Ordinis Cisterciensis in Anglia.* Vide de ipso Henschenii commentarium, et brevem vitam ab eodem ex Capgravio in Actis editam et illustratam.

VI *Idus.* *Die* 8.

In Galliis Suessionis civitate, natalis Medardi episcopi Noviomensis, qui quanti fuerit meriti ostensum est, cum in ejus obitu cœli aperti sunt, atque ante eum divina micuerunt luminaria. Eodem die, sancti Gildardi Rothomagensis episcopi. Item Senonis, sancti Eraclii episcopi et confessoris. In Sardinia, sancti Salustiani. Cordubæ, sancti Abundii presbiteri et martyris.

Ita *Praten. Antverp-Maj. Rosweyd Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In Rosweyd. est *Gallia*, pro *Galliis*. In Antverp-Maj. *meriti fuerit*, et *episcopi Rothomagensis.* Porro *Rothomagensis* legunt omnes, excepto Pratensi. *Senones* scribunt aliqui, ut Antverp-Maj. et Greven. ceteri ut in textu. Rursus Antverp-Maj. et Molan. recte *Heraclii*, sequimur reliquos omnes. Praten. et Munerat. ponunt *Abundi*, Greven. et Molan. *Habundii*, Rosweyd. *Habundini*. Præhabendus Antverp-Maj. ubi *Abundii*, cui consonant Herinien. Tornacen. et plerique alii. Alibi passim legitur *Corduba*, hic omnes scripsere *Cordubæ*.

OBSERVATIO. Nusquam de suo ditior Usuardus, nusquam Ado pauperior ; Romanum parvum plane vacat. In Hieronymianis adjectitium est quidquid de Medardi depositione memoratur. Itaque ex Beda procedit Medardus, nudo *confessoris* titulo ibi exornatus. Viennensis addit, *episcopi*. Sed ibi calamum stitit. *Licinius* quem secundo loco habet Ado, ad XIII Februarii spectat ; *Carilefus*, vel ut Notkerus, *Carlenus* ad I Julii. Pure igitur, Usuardina sunt quæ in textu sequuntur omnia. Medardinum Flori elogium, de *columba ex ore morientis prevolante* adoptavit nemo. Rabanus aliud cecinit, a Notkero paulo auctius redditum. Noster suum proprio marte elaboravit, quale referunt citati pro textu codices et multi alii ; repugnantibus tamen Heriniensi, Tornacensi et Belino, contentis hoc, quo communiori, eo certiori : *Cujus vita et mors gloriosis miraculis commendatur.* Wandelbertus

delbertus ad famosum Synchronismum, in Auctariis proxime dandum, alludere videtur, his duobus versiculis:

Progenies meritumque pium, quos jungit et ora
Gildardus senas pariterque Medardus honorant.

Unde colligas, mirabilem illam Gildardi cum Medardo fraternitatem, forte ab hoc primum Martyrologo, aut originem traxisse, aut saltem nono, quo vixit, seculo in Fastos sacros transiisse, de qua nec antiquiores, nec coævi vel per umbram meminerunt. Ambos Noster hac die conjunxit, id fateor, sed a ceteris prudenter abstinuit. Plura vide in Actis de sancto Gildardo; ubi insigni commentario, ea quæ fide digna sunt, ab ingeniose cogitatis secernit Henschenius tomo 2 Junii, a pag. 67. De Medardo majorem partem elaboravit Papebrochius, productis, post Acherium, vitis a Fortunato, tum stricta, tum soluta oratione compositis. Commentarius prævius et subnexa vitis documenta de sancti Medardi corporis in Burgundiam translatione, a Petro Francisco Chiffletio collecta, lectu dignissima sunt: fallor si quid ad completam omnium elucidationem desiderari possit.— *Heraclius* Senonensis recte hac die collocatur, tametsi vetustis aliis Martyrologis non innotuerit. Puto ab Henschenio collecta esse omnia, quæ de Heraclio ex probatiorum scriptorum fide adduci possunt. *Salustianus* ex Hieronymianis acceptus est, non *Confessor*, sed *Martyr*, ut bene notavit Florentinius. Quid præter nomen de hoc Sancto constet, docebit Henschenii sylloge adversus recentiorum commenta. — *Abundius Cordubensis* ab Hispanis scriptoribus et Romano hodierno differtur ad XI Julii. Sic tamen posuisse Usuardum, et in reliquis omnibus textum ejus genuinum referri, omnino censemus; nisi quis Medardinum elogium suspectum habeat. Abundii martyrium compendiose describit Eulogius lib. 3 Memorialis cap. 12, notaturque martyrii dies v Idus Julii.

Heraclii. *Salustiani.* *Abundii.*

AUCTARIA.

HERINIEN et TORNACEN. Nescio quo ducti scrupulo, elogium nuperrime citatum alteri substituerint; certe in ceteris omnibus annuntiationibus purissimi sunt. Imo fere dubium ingerunt circa veram ipsam et genuinam Usuardi lectionem.

PULSANEN. In Medardo satis purus, sic prosequitur: *Eodem die, sancti Gildardi Rotomagensis episcopi, fratris sancti Medardi, qui fuerunt una die nati, una eademque die episcopi ordinati, similiter quoque una die ab hac luce subtracti.* Hic est Synchronismus, de quo dixi. Reliqua omnia desunt.

De Gildardo et Medardo;

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In Medardo puri, post Gildardi, omisso Heraclio, jungunt Salustiani, et omittunt etiam Abundium Cordubensem.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In Medardo puri, de Gildardo post *episcopi*, addunt; *fratris sancti Medardi, quos ferunt una die natos, una eademque die ordinatos episcopos, similiter ad hac luce una die subtractos.* Cetera, ut ANTVERP. et MAX-LUBEC.

Item.

CENTULEN. *In Francia, Suessionis civitate, natalis et depositio sancti Medardi Vermandensis atque Tornacensis episcopi, cujus vita et mors gloriosa miraculis fulsit. Civitate Rothomago, depositio sancti Gildardi archiepiscopi, fratris sancti Medardi, quos fuerunt* (ferunt) *una die natos, una die episcopos ordinatos, similiter quoque una die ab hac luce subtractos. In Sardinia, sancti Salustiani. Cordubæ, sancti Abundii presbyteri et martyris. Senones, S. Heraclii episcopi et confessoris.*

Item.

BRUXELLENSIS, narratiunculam amplificans, ita pronuntiat: *In Galliis, civitate Suessionis, sanctorum Pontificum et confessorum Medardi et Gildardi fratrum geminorum. Qui fuerunt una die nati, una die Pontifices consecrati: Medardus ad titulum Noviomensem, et Gildardus ad Rothomagensem, et similiter pariter una die ab hac luce subtracti sunt. Qui quanti meriti fuerint apud Deum, ostensum est, cum in eorum obitu cœli aperti sunt, atque ante ipsos divina luminaria micuerunt. In Sardinia, sancti Salustiani. In Corduba, sancti Habundi presbyteri et martyris. Apud Sennonas, sancti Eracliti episcopi et confessoris. Item Sancti Caritefi.* Diximus alibi, Caritefum coli 1 Julii.

Item.

Caritefi.

HAGENOYEN. Alia profert: *In Galliis Swessionis civitate, depositio sancti Medardi episcopi et confessoris. Qui cum esset parvulus, totus fuit misericordiæ operibus deditus, unde et vestem sibi superfluam a matre sua* (acceptam) *dedit cæco pauperi, et quandoque cibum suum necessarium pauperibus erogavit. Hic factus Noviomensis episcopus, omnia quæ habuit et habere potuit pauperi erogavit. Qui quanti fuerit meriti*, etc. In Gildardo habet Synchronismum, de quo jam satis dictum. Sequitur reliqua textus pars, et in fine: *Medis* (Metis) *civitate, sancti Clodulfi episcopi.*

De Medardo. *Clodulfi.*

AQUICINCT. Post *Rothomagensis episcopi*, interserit: *Qui, ut fertur, uno die*, etc. Ibidem post *Salustiani*, inseritur: *In Ægypto sancti Marciani. Translatio sancti Audomari episcopi.* Colitur IX Septembris, quo etiam de translatione agetur.

Marciani. *Translatio S. Audomari.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Medardi episcopi et confessoris Noviomensis. Gildardi episcopi Rothomagensis confessoris. Eraclii episcopi et confessoris.* Desunt soli duo ultimi.

CLUNIACEN. *Eodem die in Ægypto, Marciani,* In Actis socium habet *Jocundum.*

Marciani.

CODEX D. DE CHEVAL, qui fuit PP. Franciscanorum: *In Ægypto, Marciani. Eodem die, Syri tyrannis.* Recentiori manu adjecta est, alii legunt *Syri.* Vide in Actis.

Syri.

In VATICAN. num. 5949. Deest memoria Gildardi, Heraclii, Salustiani, Abundii. Adjicitur: *Andegavis, sancti Licinii episcopi et confessoris. Et sancti Caritefi confessoris.* Ex Adone accepti sunt, ut diximus in Observatione, ubi dies natales singulis assignantur.

Licinii. *Caritefi.*

In UGHELLIANO deest Heraclii, et Abundii, ut in ANTVERP. et MAX-LUBEC.

ALTEMPS. In fine: *In Ægypto, Marciani.*

Marciani.

BIZUNTICEN. *Senonis, sancti Eradii episcopi et confessoris.* Voluit dicere *Heraclii.*

EDITIO LUBEC-COL. Post *Noviomensis*, interponit: *Hic in juventute timebat Deum, et parentes scholares pauperes suos in scholis dedit. Sanctus suo prædixit, quod in tertio anno futurus esset episcopus. Et quanti fuerit meriti*, etc. De Gildardo habet jam sæpius repetita. *In Sardinia, sancti Salustiani confessoris. Andegavis, sancti*

De Medardo.

Licinii

Luciani, pro Lucinii. Carileffi. Syriæ.

Luciani episcopi et confessoris. Melius alii scribunt *Lucinii*, vel ut Ado, *Licinii. Ipso die sancti Carileffi confessoris.* De utroque, vide supra. *Territorio Tricassinensi, Syriæ optimæ matronæ. Cordubæ S. Habundii presbiteri et martyris.* Deest Heraclius.

Clodulfi.

BELIN. De Medardo legit sicut HERINIEN. et TORNACEN. Sequitur Eradii, pro *Heraclii.* Tum Salustiani, dein Abundii, post Gildardi. In fine : *Metis civitate, sancti Codulfi episcopi et confessoris.* Vide supra rectius *Clodulfi.*

Nestoris. Marciani. Naboris et Nazarii. Licinii. Theodulfi. Wilhelmi. Maximini. Maximiani. Glodulfi. Carilefi. Marcellæ.

GREVEN. *Nicomediæ, sancti Nestoris,* Vide in Actis socios. *Item Marciani. Romæ, Naboris, Nazarii.* Remittuntur ad XII Julii. *Andegavis, Licini episcopi et confessoris. Theodulphi episcopi et confessoris.* Videtur is esse, qui colitur XXIV Junii. *In Anglia, Wilhelmi archiepiscopi Eboracensis ei confessoris. Maximini episcopi Massiliensis et confessoris,* secundum alios, VI *Kal. Junii. Maximiani episcopi Syracusani et confessoris, cujus meminit Gregorius in 3 Dialog.* Miror non haberi in Prætermissis. Colitur die sequenti. *Metis sancti Glodulphi episcopi et confessoris. Carileffi confessoris. Marcellæ virginis.* Ancillam indicat S. Marthæ. Vide XXIX Julii. *Publiæ viduæ et abbatissæ.* Vide Prætermissos. *Syriæ matronæ.* De qua superius alii codices.

Publiæ. Syriæ. Glodulphi. Syriæ. Wilhelmi. Maximiani. Publiæ. De relatione Audomari. Maximini.

MOLAN. In Ipso textu, sed aliis litteris, post *luminaria*, inserit : *Ejus vita virtutibus plena conscripta est.* In fine : *Metis civitate, sancti Glodulphi episcopi et confessoris. In territorio Trecassinensi, beatæ Syriæ matronæ.* Tum minoribus typis : *In Anglia,. Wilhelmi archiepiscopi Eboracensis et confessoris. Maximiani episcopi Syracusani et confesfessoris, cujus meminit Gregorius in 3. Dialog. Publiæ viduæ et abbatissæ, de quo sexto libro Ecclesiasticæ historiæ Tripartitæ cap.* 36. De his jam dictum satis. In aliis editionibus de Syria et Glodulpho, ut supra. Tum : *Monasterio Sithiu, relatio sive translatio S. Audomari episcopi, quando Folquinus corpus ejus, fugato Hugone abbate, a Lisbourch retulit anno* DCCCXLIII, *et Sithiu juxta corpus beati Bertini sub terra recondidit. Ubi per multos annos homines quidem latuit, at revelatus est, ubi Dominus voluit.* Sequitur aliis litteris de Wilhelmo Eboracensi. Denique : *In Galliis civitate Aquensi, depositio beati Maximini, primi civitatis episcopi et confessoris.* De quo etiam superius.

V *Idus.* — *Die* 9.

Primi et Feliciani. Vincentii. Columbæ. Diomedis.

Romæ in monte Cœlio, natalis sanctorum Primi et Feliciani sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus. Hi gloriosissimi martyres longævam in Domino vitam ducentes, et nunc simul paria, nunc sigillatim diversa et exquisita ferentes tormenta, tandem felicis pugnæ cursum gladio animadversi consummaverunt. In Galliis civitate Agenno, passio beati Vincentii levitæ et martyris. Item in Scotia, sancti Columbæ presbyteri et confessoris, magnæ et mirandæ virtutis viri. Nicea, sancti Diomedis.

Non alii puri sunt codices, quam *Herinien. Rosweyd.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Servo diphthongum in *Cœlio* et *longævam* cum Molano. Herinien. in *Cœlio* diphthongum habet, non in *longævam*, quam et Rosweyd. in *Romæ* bene posuit, in aliis tamen omisit. Atque hi soli sunt codices cum Pratensi, in quibus habeatur diphthongorum ratio. *Fæliciani* posuit solus Molanus. Rosweyd. Molan. et alii passim scribunt *sigillatim* ; Herinien. *singulatim.* Pro *ferentes*, habet solus Rosweyd. *perferentes.* Lego *Agenno*, quoniam ita legunt et tres citati codices et alii ferme omnes. *Scotia* recte Rosweyd. Molanus, etc.; male Herinien. *Schotia* et *Scothcia*, alibi *Scothia.* Est in Molano et Rosweyd. *admirandæ virtutis viri*, idque imitatus est Grevenus ; Herinien. cum Pratensi, Tornacen. et ceteris simpliciter *mirandæ.* Molanus non male scribit *Niceæ*, nec Rosweyd. : *In Nicea;* sequor tamen Heriniensem et alios, ubi *Nicea.* Idem Rosweyd. *adjecit martyris.*

De codicibus non puris.

Superest notabilior variatio, a qua oritur paucitas codicum, pro textu allegatorum, quæ ex tribus potissimum capitibus procedit. Primum est, quia nonnulli, Pratensi similes, in fine habent : *Apud monasterium sancti Germani, dedicatio in honore beati Petri Apostoli.* Quod augmentum refert Sirmondus, in altero Pratensi codice erasum ; Castellanus vero fatetur videri sibi in ipso prætenso autographo, manu recentiori adjunctum. Codices Pratensi conformes sunt Antverp-Major, Muneratus et Grevenus. Alterum caput, quod Tornacensis, Pulsanensis et Belinus, non eo excessu, sed aliis laborent defectibus. Tertium porro in mediæ notæ Usuardis, idem illud est, quod alias indicavimus, nempe codices illos et alios, quorum extracta dumtaxat apud nos exstant ; nempe, inquam, codices istos scrupulosius quandoque Adonis sensum secutos, non alios Sanctos proferre, quam qui in præfato Adone exprimuntur ; qua causa, ut equidem arbitror, hac die *Columba* et *Diomedes* ab ipsis prætermittuntur. Veram nihilominus putamus laterculi nostri germanitatem, cum præter solos quatuor, reliqui omnes concordent in excludenda annuntiatione ultima, Pratensi monasterio propria. Undenam vero Antverp-Maj. Muneratus et Grevenus illam acceperint, quis satis certo statuat ? An ex prætenso autographo, ubi tam multæ aliæ dedicationes appositæ sunt ? Non est verosimile, unicam hanc præ aliis selectam. Certe non credit Castellanus, ullos alios codices propria Pratensia umquam transcripsisse, quod rotunde asserit in litteris, non semel alias recitatis, idque patuit nuper I Junii et alibi sæpius. Sed de his plusquam satis.

OBSERVATIO.

Primi et Feliciani.

OBSERVATIO. Nunc ad textus fontes quod attinet, de *Primo* et *Feliciano* meminerunt Allatii et Frontonis Kalendaria, Sacramentarium Gregorii, Beda et Romanum parvum; Ado laudationem ex Actis deduxit plane insignem, quam ferme totam reproducit Notkerus. Rabanus brevius encomium profert, de palæstra altum silens, sed quam alii in *Cælio monte*, quo translata sunt corpora, collocant. Noster Adonianum elogium pauculis lineis elegantissime circumscripsit. Accepta sunt elogia ista omnia ex vulgatis Actis, quæ a Surio limata, primitivæ phrasi ex variorum codicum collatione ab Henschenio restituta sunt ; de quibus quid sentiat, ita exponit : *Neque nos credimus ea esse primæ notæ atque ex Proconsularibus Actis desumpta ; sed diu post exornata rhetorico stylo, et circumstantiis sermonum ultro citroque habitorum, fortassis etiam variarum pœnarum ; scripta tamen putamus diu ante corporum translationem* ; quod esset ante annum DCXLVIII. Huic Henschenii judicio facile acquiescunt recentiores, ut vide apud Tillemontium tomo 4 pag. 571, qui putat martyrii tempus revocari posse ad annum CCLXXXVII. Cetera de sacris pignoribus in commentario prosequitur laudatus Henschenius. Et sic Wandelbertus :

Quinas Primus habet, juncto sibi Feliciano.

Vincentii

Aginnensi martyri Vincentio elogium ex Gregorio Turonensi texuit Florus de *stolæ candore*, etc., quod ad alios non transiit. Ado et ex eo Notkerus pro loco martyrii, eum denuo indicant, quo subinde corpus translatum est, videlicet, *loco Pompeiaco*. At Noster fortasse cautior, ea verba tacitus prætériens, cetera ex Adone verbotenus transtulit. Hieronymianorum lacunam, ubi ipsum martyris nomen omittitur, recte supplendam censuit Florentinius. Vide quæ de antiquis Actis et cultu, variisque circa personam et reliquias controversiis accurate disquirit Henschenius. Vincentius a Tillemontio cum Fide et Caprasio conjungitur tomo 3 a pag. 543. Sed de his agendum erit VI et XX Octobris. Vide quæ de Vincentio paucis notavit Motherius. — *Columbæ* Celeberrimus *Columba* primum signatur ab Usuardo et Notkero : ab illo quidem sicut in textu retulimus ; ab hoc vero longum profertur vitæ compendium, in quo nonnulla corrigenda, ut de *Primatia omnium Hibernensium episcoporum*, aliisque post Colganum docet Baertius, apud quem plurima curiosissime collecta, digesta et explicata invenies. — *Diomedis.* *Diomedes* ex Hieronymianis decerptus et a sociis avulsus est, a nullo antiquiorum relatus. Nihil de eo aut sociis memoria proditum est, præter sola nomina, varie in Martyrologiis connexa, ut, etiam ex Auctariis nostris patebit. Atque his laterculi simplicitas satis in tuto collocata est.

AUCTARIA.

PRATEÑ. ANTVERP-MAJOR, MUNERAT. et GREVEN. Habent augmentum quod in Observatione notavimus.

TORNACEN. In elogio Primi et Feliciani, ut sæpe alibi solet, mutilus est ; sistit ad *imperatoribus*. Cetera omnino purus.

Maximi

PULSANEN. Eumdem habet de primo et Feliciano defectum. Secundo loco : *In Alexandria, sancti Maximi presbyteri*. De quo in Actis. Pergit : *In Galliis, Ponpeiæ, passio sancti Vincentii. In Scotia, sancti Columbani* (Voluit scribere, *Columbæ*) *confessoris*. De Diomede, nihil.

BELINUS. Solito purior, omittit solum elogium Columbæ.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Carent annuntiationibus duabus ultimis, quibus et caret Ado, ut in Observatione etiam diximus. Eodem defectu laborant VATICAN. signatus num. 5949. et UGHELLIANUS.

CENTULEN. *Romæ, in monte Celio, sanctorum martyrum Primi et Feliciani, sub Dyocleciano et Maximiano imperatoribus. In Galliis civitate Ageno, passio sancti Vincentii Levitæ et martyris. In Scotia sancti Columbæ presbyteri, admirandæ sanctitatis viri.*

De Diomede et sociis

BRUXELLEN. In prima et secunda commemoratione purus, sic quartam tertiæ anteponit : *Nycea civitate, sanctorum Dyomedis, Amamanti,* (Amantii) *Mociani et Januarii.* Sequitur de sancto Columba, satis pure.

De Primo et Feliciano.

HAGENOYEN. *Romæ in monte Celion, natale sanctorum martyrum Primi et Feliciani fratrum, sub Dyocletiano et Maximiano imperatoribus. Qui primo ferro sunt vincti et in carcerem sunt reclusi, ubi angelus affuit eis, consolans eos et a vinculis absolvens. Post virgis fortiter sunt mactati. Deinde separantur ab invicem et Felicianus plumbatis cæditur, post ad stipitem ligatur, aculeique manibus et pedibus illius infiguntur, et sic ligatus tribus diebus et noctibus mansit in ligno sine cibo et potu. Socius autem ejus Primus, fustibus validissimis cæditur, post in eculeo suspenditur et latera ejus lampadibus aduruntur, et postea plumbum bulliens ori ejus infunditur, quod ipse bibit quasi aquam frigidam. Deinde leones missi sunt, qui ambos devorarent, qui volvebantur ad pedes eorum. Quod videntes infideles, mille et quingenti conversi sunt, qui diversis mortibus jugulantur, et Sancti statim decollantur.* In reliquis satis purus est.

Getulii

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine : *Apud Savinam, sancti Getulii martyris.* In Prætermissis jungitur aliis. Is haud dubie est, qui die sequenti ab Usuardo memoratur.

Dedicationis S. Mariæ Josaphat

DAVERON. *Eodem die, dedicatio ecclesiæ sanctæ Mariæ Josaphat.* Propria forte est ipsi loco.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Primi et Feliciani martyrum. Vincentii martyris in Agenño civitate. Columbæ presbyteri et confessoris in Scotia.*

Inventionis corporis Dionysii Areopagitæ

REG. SUEC. sign. num. 428. *Eodem die in Galliis territorio Parisiensi, detectum est corpus B. Dionysii Areopagitæ ac multorum oblatibus publica manifestatione ostensum. Quod nimirum idcirco factum fuisse constat, ne quorumdam calliditas invidorum, ejusdem gloriosissimi martyris membra sese habere mentientium, falsæ opinionis errorem mentibus hominum infunderet, suæque fallaciæ figmenta simplicibus quibusque persuaderet.* Nihil hujusmodi apud alios. De veritate hic non disputo.

Diomedis et soc.

FLORENTIN. *In Nicæa civitate, sanctorum Diomedis, Amantii et Motiani et Januarii. In Alexan-*

Maximi. Fausti. *dria, sancti Maximi presbyteri. Romæ, passio sancti Fausti martyris, qui sub Juliano imperatore passus est.*

Lugdunen. *Civitate Aginno, Pompeyaco, passio sancti Vincentii*, etc.

De Primo et Feliciano. Editio Lubeco-Col. De Primo et Feliciano, post *ducentes*, inserit : *A pontificibus templorum apud imperatores, quod essent Christiani, incusati sunt. Sed quia in fide Christi stabiles inventi fuerant, ideo nunc singulatim....* usque ad finem. Tum : *sepulti sunt ad arcus Numentanos intra arenarium ab urbe Roma miliario quarto decimo.* De Vincentio habet ut Ado. In Columba pura est. *Nicea, sancti Diomedis confessoris. Eodem die, sanctorum Gentilis et Basilidis martyrum.* *Gentilis et Basilidis.* Remittuntur ad diem sequentem. *Ipso die, translatio sancti Edmundi episcopi et confessoris.* *Translationis Edmundi.* De ea translatione aliisque eo spectantibus agetur ad diem natalem xvi Novembris.

Greven. *Romæ, beatorum martyrum numero* xv. *Martyrum 15.* *Gentilis et Basilidis martyrum.* *Gentilis, etc.* Vide dicta. *Maximi presbyteri Alexandri.* *Maximi.* *Translatio sancti Eskilli episcopi et martyris.* Natalis est xii Junii. *Translatio sancti Edmundi episcopi et confessoris.* *Translationis Eskilli; et Edmundi.*

Molan. Parvis typis. *Eodem die, sanctæ Pelagiæ virginis et martyris Antiochenæ, quæ se ex tecto præcipitavit, ne in illusorum manus incideret.* *Pelagiæ.* In editionibus posterioribus : *Item, Maximiani Syracusani episcopi, qui tempore Gregorii Papæ claruit.* *Maximiani.* De Pelagia idem et eodem modo ut supra.

IV *Idus.* *Die* 10.

Basilidis et soc. Romæ via Aurelia, natalis sanctorum Basilidis, Tripodis, et Madalis sub Aureliano imperatore, præside Platone, et aliorum viginti martyrum. *Getulii et soc.* Eodem die via Salaria, passio beati Getuli clarissimi et doctissimi viri sociorumque ejus, Cerealis, Amantii et Primitivi, qui jussu Adriani imperatoris primo cæsi, deinde in carcerem reclusi, postremo incendio sunt traditi. *Zachariæ.* Apud Nicomediam, sancti Zachariæ. *Censurii.* Autisiodoro, sancti Censurii episcopi et confessoris.

Puri sunt *Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubecana, Rosweyd. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scripsi *Madalis*, juxta Herinien. Tornacen. Rosweyd. Belin. et Greven. imo et Praten. quo modo Usuardum legisse existimo, licet Romanum parvum et Ado habeant *Mandalis*, quos sequuntur Antverp-Major, Molan. et alii. *Magdalis* est in Belino, quod proxime accedit ad *Magdalotis* vel *Macidalitis*, unde aliqui effictum putant. Antverp. et Max-Lubec. in ipso principio omittunt, *via Aurelia*. Belin. pro *præside*, posuit *præsidente*. Tornacen. legit *Gentulii*, Molan. *Gethulii*, pejus Antverp-Major, *Gelucit*. Solus Rosweyd. pro *Cerealis*, substituit *Cerearis*. Antverp-Major et Rosweyd. legunt *in carcere*, reliqui ut in textu. Sic Belinus pro *reclusi* posuit *retrusi*. Librarii error in Herinien. est, *Zacariæ*, sed longe turpior in Rosweyd. dum addidit *Zachariæ Prophetæ*. *Autisiodoro* communis est et sæpe recurrens lectio, alii *Antisiodoro*, *Antisiodori* et *Anthisiodori*. *Nichomediam*, *Amancii*, *Censuri* et alia prætereo.

Basilidis et soc. OBSERVATIO. Romanum parvum ita expressissime hac die pronuntiat : *Romæ, via Aurelia, Basilidis, Tripolis et Mandalis et aliorum* xx. Sequitur Ado, qui vice elogii solum superaddidit distantiam ab urbe, imperatorem et præsidem, quorum primum Noster omisit, cetera descripsit. Adonis verba omnia transumpsit Notkerus, de suo adjiciens : *in quibusdam codicibus pro Tripode et Mandale, in Tripoli, Magdaletes scriptum reperiri.* Quo argumento usus est Henschenius, ut postremos duos ex Fastis resecaret. Quos vero codices pro hoc die Notkerus innuat, nescio ; certe non ad hunc, sed ad xii Junii, ex codicibus Hieronymianis spectare potius deberet hujusmodi nominum transformatio ; nec sane Romani parvi et Adonis, ac codicum omnium Usuardinorum auctoritas, tam facile contemnenda videtur. Nihilominus perplexitatem magnam ex variis aliis Martyrologiis offendit laudatus Henschenius, ob *Basilidem* hic, et *duplicem Basilidem* die xii Junii, nunc his, nunc aliis sociis junctum. At nec *Tripodem* nec *Mandalem* patitur ; nam alios hodie Basilidi comites addit nominatos septem, anonymos xx, duobus nostris penitus exclusis, quibus nec die xii locum concedit, sic ut ex ejus sententia, ficta vel corrupta nomina esse oporteat, ut ex Notkero proxime notabamus. Melius fortasse rem componit Papebrochius xii Junii, in subjuncta annotatione pag. 510. Ultro fateor non usque adeo obvium esse, intricatissimum negotium enodare, sed nec viam occlusam video, qua citatorum Martyrologiorum auctoritas sarta tecta salvetur, nihil supra Magistros meos præsumendo. Plura lector apud ipsos et Florentinium in hanc rem disputata inveniet, ego (qui præsentis disquisitionis scopus est) nimis quam securus sum, annuntiationem seu ea demum vera sit, seu librariorum quorumdam vitio fictitia, annuntiationem, inquam, nostram, ut in laterculo expressa est, secundum omnes terminos, vere esse Usuardinam, ex Romano parvo per Adonem huc traductam. Aliam, quasi sibi propriam stravisse videtur Wandelbertus, dum ita cecinit :

Quartæ Basilide, et bis deno Martyre vernant.

Getulii, etc. Ex iisdem Romani parvi et Adonis fontibus procedit insignis martyr *Getulius* cum sociis, nec in Hieronymianis nec in Beda consignatus. Sociorum unicum, nempe *Cerealem* assignat Romanum parvum, bini alii *Amantius* ac *Primitivus* ab Adone ex Actis adjuncti sunt. Longiorem Adonis ex

Actis

Actis historiam, non plane transumpsit Notkerus ; Noster perpaucis ea decerpsit, quæ mortis genus abunde indicant et illustrant. De Actorum antiquitate sic statuit Papebrochius, ut non audeat asserere, ipsa ex Actis Proconsularibus esse accepta, quamvis de cetero satis probata existimet. Admittuntur etiam a recentioribus, saltem qua parte Actis celeberrimæ ejus conjugis *Symphorosæ* et filiorum non repugnant. Hæc autem ut sincera, in selectorum numerum cooptavit Ruinartius a pag. 17. Tillemontius viri, uxoris, filiorum et sociorum historiam Gallice texuit tomo 2 a pag. 241. De Symphorosa et filiis seorsim ex Usuardi mente nonnulla disputabimus XXVII Junii ; sed Actorum ipsorum recensio ad XVIII Julii a Majoribus nostris remissa est, ex præfixo nobis ordine sequendi Martyrologium Romanum. — *Zachariam Nicomediensem et Censurium Autissiodorensem* diserte notant Hieronymiana apographa, ex quibus Rabanus, Usuardus et Notkerus eos immediate, ni fallor, acceperunt, Bedæ, Romano parvo et Adoni præteritos. De *Zacharia* superest sola certi cultus memoria. De *Censurio*, brevi sylloge historica, omnia complexus est Henschenius, quæ in ejus notitiam alicunde pervenerunt.

Zachariæ et Censurii.

Sequitur in codice Pratensi ex Castellani epistola : *Parisius, sancti Landerici confessoris*, vel, ut in ecgrapho nostro, *episcopi et confessoris*, de quo ex Usuardinis sola in textu meminit Munerati editio, cum præfato codice a puris idcirco exclusa. Quæ vero in eodem codice ad marginem et manu recentiori adjecta sunt, de *dedicatione cryptarum*, etc., et hic et in Auctariis prætermittimus. Cetera in textu posita, non possunt non esse Usuardina.

De Landerico Pratensis codicis.

AUCTARIA.

PRATEN. De ejus Auctario jam satis dictum est. De dedicatione cryptarum, non loquimur.

De Landerico.

MUNERAT. Sic habet : *Parisius, depositio sancti Landerici episcopi et confessoris. Qui ejusdem urbis antistes, licet minus plene miraculorum signis fulgeat in terris, tamen cum Domino creditur regnare in cœlis.*

Basilidis et soc. — *Dedicationis basilicæ S. Luciani.* — *Restituti et soc.*

PULSANEN. Alium nobis textum suggerit : *Romæ via Aurelia, miliario quinto decimo, sanctorum Basilidis, Aurisi, Rogati, Januarii, cum sociis eorum* XII. Vide Acta hac die et XII Junii. *Eodem die, dedicatio basilicæ sancti Luciani martyris in Suescionis civitate.* De ea alibi nihil reperio. *In Nycomedia civitate, sanctorum Restituti, Rogati et Zachariæ.* De his et Basilide, etc., agunt eodem modo FLORENTINI infra, de quibus nihil in Prætermissis dictum. Puto postremorum nomina male conjuncta,

Maurini.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Post textum purum in fine adjiciunt. *Apud Coloniam Agrippinam, sancti Maurini martyris.*

Textus contractus. — *Landerici.* — *Translationis Ursini et Bertunii.*

CENTULEN. *Romæ via Aurelia, sancti Basilidis martyris, Tripodis et Mandalis et aliorum* XX *sub Præside Platone. Eodem die, beati Getulii martyris, temporibus Adriani imperatoris, cum sociis quibusdam passi.* In Zacharia et Censurio purus est. Sequitur : *Parisius, sancti Landerici episcopi et confessoris. Lysois civitate, translatio beatorum Ursini episcopi et confessoris, atque Bertunii martyris.* Vide quæ de his dicuntur in catalogo Prætermissorum.

Judoci. — *Basilidis, cum aliis sociis.* — *Maurini.* — *Bardonis.*

BRUXELLEN. Incipit : *Sancti Judoci abbatis et confessoris, filii regis Britonum, qui peregrinus et eremita in pago Pontino* (Pontivo) *quievit.* Colitur XIII Decembris. Tum sic : *Romæ via Aurelia, natale sanctorum Basilidis, Tripodis, Modalis, Aurisi, Rogati, Januarii, Cassiani, Victoris, Martini et aliorum* XXX, *sub Aureliano imperatore martyrio coronatorum.* In Getulio satis purus, Zachariæ addit, *viri Dei.* Dein : *Apud Coloniam Agrippinam, sancti Maurini abbatis, in atrio ecclesiæ pro Christo martyrizati. Mogunciæ, sancti Bardi* (Bardonis) *archiepiscopi et confessoris.* In fine de Censurio pure, ut in textu.

HAGENOYEN. De Getulio, primo loco, satis pure. De Basilide et sociis, post *martyrum*, addit : *Qui diversis mortibus interempti sunt.* In Zacharia et Censurio purus, subdit in fine de Maurino : *Apud Coloniam*, etc., ut supra.

Platonis.

VICTORIN. et REGINÆ SUEC. sub num. 130. In fine : *In Perside, sancti Platonis. Est Plato Hegumenus* IV Aprilis ; est Martyr XXII Julii. Quis hic sit, nescio nec in Prætermissis notus. An forte dici non potest *Ivonis*? Vide ALTEMPS. Infra.

Textus brevis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Getulii et sociorum ejus martyrum. Basilidis, Tripodis et Mandalis cum sociis* XX. *Item sancti Zachariæ. Censurii episcopi et confessoris.*

Landerici. — *Evremundi.*

REGINÆ SUEC. sub nota num. 428. *In civitate Parisius, beati Landri episcopi et confessoris. Eodem die, depositio sancti Evremundi abbatis.* In Actis est *Landerici* et *Ebremundi*.

In VATICAN. num. 5949. Deest Zachariæ et Censurii. Ita notat extractum.

Translationis Ivonis. — *Ythamari.*

ALTEMPS. *In Anglia, apud Ramascyam, translatio sancti Ivonis archipr.* (vult dicere *episcopi Persæ*) *cum tribus sociis, super cujus sacras reliquias candidissima pervolabat columba per septem milliaria, quoadusque in terra sancta veherentur. Britannia civitate Roffensi, depositio sancti Ythamari episcopi et confessoris.*

Cassiani et aliorum. — *Restituti et soc.*

FLORENTIN. *Item sanctorum martyrum Cassiani, Victoris, Martini, Aurisii, Rogati et Januarii cum aliis* XII. *Apud Nicomediam, sanctorum Restituti, Rogati et Zachariæ.* Vide dicta superius ad codicem PULSANEN.

Maurini. — *Fortunati.* — *Basilissæ.*

EDITIO LUBECO-COL. Sic orditur : *Apud Coloniam Agrippinam, passio sancti Maurini abbatis, qui in atrio ecclesiæ sancti Panthaleonis pertulit martyrium, et ibidem corpus ejus habetur decenter et ornate reconditum.* Sequitur textus modice interpolatus. Tum : *Treveris, sancti Fortunati episcopi et confessoris.* Vide Prætermissos. *Item Treveris sanctæ Basilissæ virginis in monasterio, quod vulgariter Horrentum dicitur.* Nihil de ea in Prætermissis ; neque enim Martyr Romana *Basilla* vel *Basilissa* diei sequentis hic indicari potest ; sed agitur de abbatissa Horreensis monasterii, quam apud Castellanum signatam reperio V Septembris.

Rogati et aliorum n. 21 — *Mammarii, sociorum et aliorum, etc.*

GREVEN. *Rogati, Marciani et aliorum* XX *martyrum. Mammarii presbyteri, sancti senis nonaginta duorum annorum, et sociorum ejus Felicis et Victoriani diaconorum, Libosi prætoris civitatis, Donati, Albini, Laurenti, Faustiniani, Ziddini,*

Crispini,

Crispini, Leucii, Faustinæ, et Faustini sponsi ejus. Horum omnium capitibus tempore Valeriani et Galieni (post equuleum, lampades lateribus applicitas, ungulas) cute capitis excoriata, cassides ignitæ impositæ sunt. Deinde in carcere ab angelo consolati, rursumque educti et in ignem missi, sed minime læsi, in craticula assantur, nervis crudis usque ad effusionem viscerum cæduntur, tandemque ictu gladii martyrii palmam adipiscuntur. Apud Coloniam *Maurini.* *Agrippinam, sancti Maurini abbatis et martyris, qui passus in atrio ecclesiæ sancti Panthaleonis,* *Landerici.* *ibidem decenter reconditus jacet. Landerici episcopi* *Bardonis.* *Parisiensis et confessoris. Bardonis episcopi et con-* *Fortunati.* *fessoris. Fortunati episcopi Treverensis et confessoris.* De quo supra. *Treveris in monasterio, quod* *Basilissæ.* *Horrentum dicunt, sanctæ Basilissæ virginis.* De ea etiam diximus. *In Scotia, translatio sancti Patricii episcopi et confessoris.* *Translatio Patricii, et Catharinæ.* Colitur XVII Martii. *In monte Sinai, translatio sanctæ Katherinæ virginis et martyris.* Natalis est XXV Novembris.

MOLAN. *Parisiis, depositio sancti Landerici,* etc., *Landerici.* ut MUNERAT. supra. *In Colonia Agrippina, passio sanctissimi Maurini abbatis et martyris.* *Maurini.* *Hujus fortissimi crucis suæ signiferi, Christus chara sibi merita per crebra virtutum opera mundo declaravit, quando ejus sacrum corpus revelare dignatus est.* Posteriores editiones, de Landerico et Maurino eadem referunt. Tum : *Die decima, sacrosancti* *Timothei.* *martyris Timothei, episcopi Prusæ. Eodem die,* *Translationis Ivonis Persæ.* *translatio sancti Ivonis episcopi de Perside.* Demum typis minoribus : *In Scotia, sanctæ Margaretæ* *Margaretæ.* *reginæ.* Videatur vita in Actis.

III *Idus.* *Die* 11.

Barnabæ. Natalis sancti Barnabæ Apostoli, qui cum esset Cyprius, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus est. Hujus corpus tempore Zenonis imperatoris, ipso revelante, repertum est. *Felicis et Fortunati.* In Aquileia, passio sanctorum Felicis et Fortunati sub persecutione Diocletiani et Maximiani, qui cum essent duo germani fratres equuleo sunt suspensi, atque ardentes lampades circa latera eorum appositæ, quibus mox Dei virtute extinctis, per ventrem ferventi oleo sunt perfusi, atque ad ultimum in confessione Christi capite truncati.

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.* Adjungi possunt : *Belin. Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. Secunda citatorum codicum classis in eo ab aliis differt, quod pro, *qui cum esset Cyprius,* legant, *qui a discipulis;* et quidem Belinus post, *gentium,* addat, *doctore.* Porro licet multi cum Herinien. Tornacen. et Greven. habeant *Ciprius,* secutus sum Praten. Rosweyd. Munerat. et Molanum. Error est in Antverp-Majore, dum pro *Apostolus,* legitur, *episcopus.* Rosweyd. scripsit *Aquilegiam,* in quo conveniunt codices omnes secundo loco relati. De *eculeo* alibi sæpe diximus, probatiores codices semper scribunt *equulei,* ut in textu. In Antverp-Majore ante, *ardentes,* deest particula conjunctiva, *atque.* Pratense apographum nostrum, contra quam faciant codices reliqui omnes, pro *lampades,* ponit *lampadæ,* quod amanuensis vitio accidisse existimo. Unanimis itidem omnium lectio est, *per ventrem ferventi oleo sunt perfusi.* Grevenus tamen et Molanus ibi omittunt verbum substantivum *sunt,* quod in finem rejiciunt, legentes, *fervente oleo perfusi..... capite truncati sunt;* in quo sensus non mutatur, sed a simplicitate Usuardina receditur. Inter codices secundi ordinis Antverp. et Max-Lubec. hoc peculiare habent, quod pro, *in confessione Christi,* soli substituant, *in confessione Domini.*

Barnabæ. OBSERVATIO. *Barnabas* Apostolus in Hieronymianis apographis notus non est, utpote cujus memoriam, sero admodum tam in Oriente quam in Occidente sacris Fastis adscriptam, observat Papebrochius; ipso commentarii sui principio fere subdubitans, an quæ ante tomum II Martii in genuina Martyrologii Bedæ editione, tamquam ipsius Bedæ, verba nempe, *Barnabæ Apostoli,* tradita sunt, vere Martyrologi istius, et non potius Flori censenda sint. Ego vere Bedæ esse existimo, hac inter alias ratione potissimum ductus, quod Rabanus, perpetuus Bedæ descriptor, ipsissima illa verba hac die ponat, ne syllaba quidem aut ex Floro aut ex aliis adjuncta, ut perspicue intelligas, nullam ipsum Flori notitiam habuisse. Itaque Barnabas primum a Beda in Fastis Christianis locum obtinuit, nisi antiquius sit Romanum parvum a quo etiam diserte memoratur. Ado inter Festivitates Apostolorum elogium recitat fere contextum ex verbis Hieronymi de Script. Eccl. cap. 6. unde et sua hausit Florus. Notkerus pluseulum de suo admiscere voluit. Noster ex Adone selegit apices singulos, quos in laterculo exhibuimus. Nihil est, quod hisce superaddam, nisi repetere velim quæ summo labore et diligentia collegit et accurate discrevit Papebrochius, ubi sub Analectorum finem, dum de Barnabæ Epistola disputat, Tillemontii Commentarios editionis Bruxellensis se legisse ostendit. Tu Papebrochii lucubrationes consule, et totius vitæ seriem ordinatam apud Tillemontium tomo 1 a pag. 408, notasque ejus a pag. 635. De solo Barnaba meminit Wandelbertus :

Barnabas ternas exornat Apostolus Idus

Est in præfato Romano parvo et Adone, secundo loco *Sosthenes* Pauli Apostoli discipulus a Notkero etiam signatus; sed hic ab Usuardo ad XXVIII Novembris translatus est, sequentibus passim

recentioribus

recentioribus omnibus cum hodierno Romano. — Par fratrum Aquileiensium non satis clare in Hieronymianis, imo forte non notatur, licet ibi Aquileiensium classis alia consignetur. Distinctissima est in Romano parvo eorum commemoratio, quos inde extractos Ado egregia prosequitur oratione, quam totam Notkerus desumpsit, Usuardus vero ita contraxit, ut nihil quod ad illustre pugilum certamen pertinet, desiderari sit passus; neque nos quidquam deesse hic credimus ad omnimodam textus Usuardini simplicitatem. Adonianum elogium totam Actorum medulam complectitur, quibus piam Vicetinorum et Aquileiensium contentionem : *ita nutu divino finitam*, memorat, *ut Felicem Vicetini, Fortunatum haberent Aquileienses ; ita tamen, ut caput beati Felicis Aquileia, caput vero Fortunati Vicetia sortiretur.* De qua re aliisque sacrorum pignorum aut translationibus aut elevationibus videndus Henschenii commentarius. Si vera est diei nota, in præfatis Actis signata, ad XIV Maii Sancti referendi sunt, ut a nonnullis codicibus nostris factum, eo die inter Auctaria ostendimus ; unde rursus patebit, quod totius hujus operis decursu frequentissime occurrit, videlicet hunc diem pro mero fortasse libitu ab auctore Romani parvi selectum esse. *Felicis et Fortunati.*

AUCTARIA.

PULSANEN. Textum denuo fere novum habet : *Natalis beati Barnabæ Apostoli. Eodem die, sanctorum Crispuli, Restituti. Et translatio corporis sancti Fortunati episcopi et martyris. Apud Aquileiam regionem, sanctorum Emeriti, Victoriani, Victoris, Felicis et Creti.* Hæc ferme ex Hieronymianis accepta sunt, de quibus vide in Actis, suis locis. *Crispuli et Restituti. Emeriti et sociorum.*

CENTULEN. *Natale sancti Barnabæ Apostoli, qui cum esset genere Cyprius, cum beato Paulo gentium est ordinatus Apostolus et a suis contribulibus ignis passione est martyrium passus. Apud Chorintum, sancti Sostenes discipuli Apostolorum. Apud Aquileiam, sanctorum Felicis et Fortunati martyrum, sub præside Euphemio.* *Sosthenis.*

BRUXELLEN. Sic incipit : *Natale sancti Barnabæ Apostoli. Qui a discipulis Christi cum Paulo gentium Apostolus ordinatus est. Hic apud Salaminam Cypri a Barıesu mago et Judæis igne crematus est. Cujus corpus, quod a Johanne Marco consobrino et discipulo suo in cripta occultatum adhuc latebat, tempore Zenonis imperatoris, ipso revelante repertum est una cum Euangelio beati Mathæi, ejus manibus hebraice conscripto ; quod ipse Barnabas vivens semper secum circumferebat, et ponens illud semper infirmos, quoscumque sanabat. Et sancti Sostenes, discipuli beati Pauli Apostoli. Apud Aquilegiam*, etc., satis pure. *De Barnaba. Sosthenis.*

HAGENOYEN. Mitto quæ narrat de Barnaba. In Aquileensibus satis purus est, tum subdit : *Ipso die, rediit beatus Judocus de Roma portans secum reliquias Sanctorum, ubi acceptus est gaudens a multo populo, tam propter se, quam propter reliquias, quas collocavit in ecclesia sancti Marci episcopi, ubi inter ipsa Missarum solemnia ab ipso celebrata, quia sacerdos erat, super ipsum apparuit manus divina ipsum consecrans et consignans, audiente universo populo, promissionem sibi faciens, quod quicumque illam ecclesiam propter Judocum visitaret, quidquid devote peteret, tam de spiritualibus, quam de temporalibus et sanitate corporis, illud obtineret secundum congruentiam suam.* Quo hæc vergant, quidve singula significent, explicabitur XIII Decembris. *De reliquiis a S. Judoco allatis.*

VICTORIN et REGINÆ SUEC. sub nota num. 130. In fine : *Eodem die, sancti Onufrii*, alter *Onuphrii eremitæ*. Vide Prætermissos. *Onuphrii.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Barnabæ Apostoli. Felicis et Fortunati fratrum martyrum, qui variis tormentis afflicti capite truncantur. Translatio sancti Antonii.* Vide die natali XVII Januarii. *Translatio S. Antonii.*

VATICAN. sub nota num. 5949. *Apud Corinthum, sancti Sosthenes, discipuli sancti Pauli Apostoli. Apud Ægyptum, sancti Onuphrii eremitæ.* De utroque dictum est supra. *Sosthenis. Onuphrii.*

FLORENTIN. *Romæ, via Salaria in cœmeterio ejusdem, sanctæ Basillæ virginis. Item Romæ, sanctorum Crispoli et Restituti. Item translatio corporis sancti Fortunati episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Emeriti, Victoriani, Felicis, Creti et Naboris cum sociis eorum.* Hæc fere etiam Hieronymiana sunt, ut de PULSANENSI supra diximus. Vide in Actis, suis locis. *Basillæ. Crispoli, etc. Fortunati. Emeriti, etc.*

LUXOVIEN. *Translatio sancti Spinuli confessoris eximii meritis viri, beati Hidulphi archiepiscopi discipuli.* Vocatur in Prætermissis *Spinalus*, et remittitur ad XI Julii. *Translationis Spinati vel Spinuli.*

EDITIO LUBECO-COL. In Barnaba multum interpolata, in Aquileiensibus fere pura est. In fine addit : *Eodem die, inventio corporis beati Antonii abbatis et confessoris.* Vide XVII Januarii. *Inventionis Antonii.*

GREVEN. *Apud Corinthum, sancti Sosthenes, discipuli sancti Pauli. Item Ementi, Victoriani, Victoris.* Vide nomina vera et omnia in Actis. *Rumberti episcopi et confessoris.* Vita ejus data est IV Februarii. *Onuphrii anachoretæ et confessoris, viri Dei. Qui in vastissima Egypti heremo per annos LX hominibus incognitus, Deo et sibi vixit. Spinuli confessoris, viri summæ humilitatis et obedientiæ, discipuli beati Hidulphi archiepiscopi Treverensis. Ante cujus sacrum corpus, cum jussu angeli ad monasterium reveheretur, ardentes cerei deferebantur, cum tamen tanta esset ventorum vis ut annosas etiam quercus et abietes eradicaret.* De his duobus dictum est supra. *Item, sanctorum anachoritarum Timothei, Johannis, Andreæ, Thadei, Philippi, qui in Gestis beati Onuphrii leguntur.* An, et quo die colantur, in Prætermissis non invenio. *Eodem die, inventio corporis beati Anthonii abbatis. Commemoratio, sancti Judoci presbyteri et confessoris, super quem hoc die inter Missarum solemnia apparuit manus Domini.* Plura superius in HAGENOYEN., quæ remissa sunt ad diem Judoci natalem XIII Decembris. *Sosthenis. Emeriti, etc. Rumberti. Onuphrii. De Spinulo. Timothei et aliorum. Inventionis Antonii. De Judoco.*

MOLAN. Typis minoribus : *Spinuli confessoris, viri summæ humilitatis et obedientiæ, discipuli beati Hildulphi archiepiscopi Treverensis. Onuphrii anachoritæ et confessoris, viri Dei.* Vide jam dicta. In editionibus aliis : *Bremæ, sancti Remberti archiepiscopi et confessoris.* De quo supra. *Eodem die, relatio corporis sanctæ Ragenfredis virginis.* Vide Prætermissos. Colitur VIII Octobris. *Spinuli. Onuphrii. Remberti. Relationis S. Ragenfredis.*

Pridie

Pridie Idus. *Die 12.*

Nazarii et Celsi

Mediolani, natalis beati Nazarii martyris, quem Anolinus sub rabie persecutionis, quæ per Neronem excitata est, diu maceratum et afflictum in carcere, cum quo sanctissimum puerum Celsum, quem idem ipse nutrierat, gladio feriri jussit. Horum corpora, ut scribit sanctus Paulinus, cum usque ad tempora Honorii et Archadii imperatorum latuissent, beatus Ambrosius, Domino revelante, reperit. Item apud præfatam urbem, sanctorum martyrum Basilidis, Cirini, et Naboris.

Basilidis et Soc.

Puri sunt *Pralen. Herinien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Mediolano*, in Antverp-Maj. scriptoris vitium est. *Cum quo sanctissimum* legunt omnes, exceptis Greveno et Molano, qui ponunt, *et cum eo sanctissimum*. Sequitur in textu, *quem idem ipse nutrierat*. In Heriniensi erasum est, *ipse*. In Munerato deest, *idem*; Antverp-Maj. habet *nutriverat*; Greven. et Molan. *nutriebat*. Herinien. et Munerat. scribunt *ferire*, pro *feriri*. Et hic quidem redundat, legens, *ferire Anolinus jussit*. Rursus Greven. et Molan. pro, *sanctus Paulinus*, præferunt *beatus*; Munerat. utrumque omisit. In *Archadii* et *Cirini* omnes passim conveniunt: *repperit*, est in solis Herinien. Antverp-Maj. et Greveno.

OBSERVATIO. Ad x Junii mota est controversia de *Basilide* uno an pluribus, deque ejus sociis diversimode combinatis. Alia hic non minor succedit ex vitiosa lectione Usuardi, martyres Romanos Mediolanum transferentis. Ex Hieronymianis nihil magnopere lucis affunditur, ut fatetur ibi Florentinius, ea ferme allegans, quæ Fronto in notis suis a pag. 92 accumulavit, occasione solius *Basilidis*, qui in ejus Kalendario hoc die signatus est. Neque antiqua Sacramentaria, ab Henschenio citata, rem omnino expediunt; quam ut paucis exequar, præmitto textum integrum Romani parvi, ubi sic hodie legitur: *Mediolani, Nazarii et Celsi, quorum inventio* II *Idus Junii, martyrium* V *Kal. Augusti*. Hinc incipit difficultas, ab Henschenio felicius explanata, quam ea, qua de egimus dicta die x hujus. Itaque Ado ductorem secutus, hic duorum martyrum Mediolanensium elogium seu historiam ex Actis contractam et a Notkero descriptam retulit, quæ ab aliis proprio certaminis die XXVIII Julii collocatur, et quidem a Notkero ibi et *nativitas* et *commemoratio* repetitur. Quod igitur Usuardus *Nazarii* et *Celsi* encomium hac die notet, in eo ab Adone, cujus elegans compendium profert, haud quaquam recessit. Nec in eo præcipuus controversiæ cardo vertitur. — Post binos hosce Mediolanenses sequitur in Adone simpliciter: *Item beati Basilidis, Cyrini, Naboris. Sed et Nazarii et Celsi, quos duos passos fuisse apud Ebredunensem urbem, antiquitas memorando celebrat*. Quid de Ebredunensibus censendum sit, suo loco videbitur et in Prætermissis tantisper indicatur. Aqua hæret in tribus aliis, quos Ado absque positione seu palæstræ loco recensuit; quod si Usuardus fecisset, planiora erant omnia. Ast is, inadvertenter, an consulto, quis dicat, de suo rotunde addidit: *Apud præfatam urbem*. Atque hoc est quod coacervatis Martyrologiis aliis operose refellit laudatus Henschenius, et merito: nam nec veri speciem habet, nec in antiquioribus ab Usuardo repertum est. Porro de iisdem martyribus sic habet Beda: *Natale sanctorum Basilidis, Cirini, Naboris et Nazarii*; unde suos Adonem accepisse mihi firmissime persuadeo, omisso caute *Nazario*, quem forte cum Mediolanensi confundendum putavit. Bedam certo sequitur Rabanus, clarius rem determinans: *Romæ via Aurelia, milliario* V, *passio martyris Basilidis*, etc., multa adjiciens de translatione corporum in Auctariis exhibenda, quæ a Rabano Notkerus magna ex parte accepit, licet ipse, pro suo, opinor, arbitrio, martyres dissociet. Recte igitur arguit Henschenius pro veritate annuntiationis Romani moderni, neque nos minus recte genuinum Usuardi textum, licet erroneum, hac die retulimus. Quid de *Basilidis* solius, quid porro de *Basilidis* et trium hic nominatorum sociorum Actis sentiendum sit, a Papebrochio abunde explicatum est; at pro certissimo et antiquissimo cultu stant indubitata monumenta. Nazarii et Celsi passio, inventio et cetera ad eos Sanctos spectantia in Actis XXVIII Julii examinabuntur. En modo Wandelberti distichon ad hunc diem proprie pertinens:

Nazarii et Celsi. Basilidis et Soc.

Cyrinus pridie effulget Nazarque Naborque,
His et Basilidem festo sociamus eodem.

AUCTARIA.

TORNACEN. Ex Mediolanensium elogio postremam partem resecat incipiendo ad his verbis: *Horum corpora*, etc.

De Basilide et aliis sociis.

PULSANEN. Ab Usuardo iterum deviat. En ejus verba: *Natalis sanctorum Basilidis, Cirini, Naboris et Nazarii martyrum. Romæ natalis sanctorum martyrum Felicis et Magdalei*. Felix huc aliunde est intrusus: alter, forte *Macdaletes*, Tripoli adscribendus videtur. *Item sancti Heludii episcopi*. Nec scimus unde hic locum hac die invenerit.

Felicis et Magdalei. Heludii.

ROSWEYD.

Odulfi.

ROSWEYD. Textui puro in fine adnectit : *Natale sancti Odulfi presbyteri et confessoris.*

De Nazario et Celso

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Sic hodie memorant : *Mediolano, festivitas sanctorum Nazarii et Celsi martyrum, quando iidem beati màrtyres a beato Ambrosio inventi sunt et translati, tanta gratia decorati, ut sanguis eorum, quasi recentissime videretur effusus, et capita quasi eo die abscissa fuissent , tantumque omnes senserunt odorem, ut omnium aromatum vinceret suavitatem. Festivitas vero eorum agitur* v *Kal. Augusti. Eodem die, sanctorum martyrum Basilidis, Cirini, Naboris et Nazarii.*

Basilidis et sec.

Basilidis Aurelianensis, etc.

ALBERG. et DANIC. Sic ordiuntur : *Apud Aureliam civitatem, natale Basilidis, qui Domino apparente et jubente, ut omnia sua venderet et pauperibus erogaret, parentes suos visitatūrus Aureliam venit, ibique sub Aureliano, cum sanctis Cyrino, Nabore et Nazario, palmam martyrii promeruit.* Hæc fabulose adornata esse, nimis quam compertum est. Sequitur : *Mediolani, natale sanctorum martyrum Nazarii et Celsi pueri, quando iidem beati Martyres a beato Ambrosio*, etc. Eadem omnia referuntur, quæ ex ANTVERP. et MAX-LUBEC. supra dedimus.

Odulphi.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Eisdem plane vitiis laborant, et in fine præterera addunt : *Ipso die, sancti Odulphi presbyteri et confessoris.* LOVANIEN. reliquis etiam similis, deficit in elogio Nazarii et Celsi, ubi post *suavitatem*, omittit, *festivitas vero*, etc.

CENTULEN. *Mediolani, inventio et translatio sanctorum Nazarii et Celsi martyrum. Item, beati Basilidis, Cyrini, Naboris ; sed et Nazarii et Celsi, quos duos passos antiquitas commemorat.* Nempe *Ebredum*, ut ex Adone in Observatione diximus.

Nazarii et Celsi.

BRUXELLEN. *Apud Aureliam civitatem*, etc., ut supra ALBERGEN. DANIC. et alii. Tum : *Et natale sanctorum martyrum Nazarii et Celsi pueri. Quos duos passos fuisse apud Evredunensem urbem, antiquitas memorando celebrat. Nam Anolinus preses sub rabie persecutionis*, etc. Vera falsis admiscet, connectens et interpolans bina diversa elogia superius data. In fine : *Et ipso die, sancti Odulphi confessoris.*

Odulfi.

Translatio Nazarii et Celsi.

HAGENOYEN. *In Mediolano, translatio sanctorum Nazarii et Celsi martyrum. Horum corpora, ut scribit*, etc. Vide dicta. Sequitur : *Apud Aureliam civitatem*, etc., ut supra. Demum : *Eodem die , apud Trajectum inferius , depositio sancti Odolfi, Canonici monasterii saucti Salvatoris. Qui Frysiam cum sancto Friderico episcopo suo iterato convertit. Et quia ipsum benigne non audierunt, prædixit, Danos super eos esse venturos, et multos martyres in Frisia esse futuros ; et sic factum est. Denique circa finem vitæ suæ, monasterium in Fresia ædificavit, et mare illic venturum prædixit. Deinde Trajectum rediit et in pace obiit.* Hæc ex vita accepta sunt, quam vide in Actis.

D. Odulp.

Basilidis, etc.

Odulphi.

Cuneræ.

MARTRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Basilidis, Cyrini et Naboris martyrum. Odulphi confessoris, Canonici sancti Salvatoris Trajectensis. Quneræ virginis et martyris, quæ fuit una sodalium beatæ Ursulæ.* Vide Papebrochii commentarium.

Translationis Ewici.

ALTEMPS. *Aurelianis, translatio Ewici, episcopi et confessoris.* Forte *Evurtii* vel *Evortii*, de quo agendum erit infra ad VII Septembris.

FLORENTIN. Hic rursus multorum confusio, in aliquibus PULSANEÑSI non dissimilis ; sic refert STROZZIAN. ni fallor : *Ipso die, Romæ via Aurelia, miliaro* VIII, *monasterio Nirino, passio sanctorum martyrum Basilidis, Tribuli, Malchi, Daletis, Cibini, Tropuli, Aurili, Donatelli et Secundæ.* Vide in Actis nomina veriora. *Item, natale sanctorum martyrum Basilidis et Cirini. Item Romæ, natale sanctorum Felicis et Magdalenæ. Item sancti Elidii episcopi.*

Basilidis et sociorum.

Basilidis, etc.

Felicis, etc.

Elidii.

Cuneræ.

EDITIO LUBECO-COL. Littera singulari notatur : *In oppido Renis, passio sanctæ Cuneræ virginis et martyris, de societate sanctarum undecim milium virginum. Apud Aureliam civitatem, natale beati Basilidis*, etc. Rursus : *Mediolani, inventio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi pueri : qui iidem*, etc., ut abunde supra. *In Trajecto inferiori, natale beati Odulphi presbyteri et confessoris.* Vide supra elogium HAGENOYEN. et totam vitæ historiam in Actis nostris.

Inventionis Nazarii et Celsi.

Odulphi

Evurtii.

BELIN. Post *reperit*, adjungit : *Sed festivitas eorum*, etc. Et altera editio in fine præterea subdit : *Aurelianis, beati Evurtii episcopi et confessoris.* Cujus natalem diximus supra, ad ALTEMPS. recoli VII Septembris.

Termani

De Odulpho

Cuneræ

GREVEN. *In Scotia, Termani archiepiscopi et confessoris.* In Actis vocatur *Ternanus. In Trajecto inferiori, sancti Odulphi presbyteri et confessoris, ejusdem Trajectensis ecclesiæ canonici. Ad cujus meritum omnibus ostendendum, cum omne ejus edificium flamma vorax absumpsisset, baculus tamen, quo seniles artus sustentare consueverat, in quo et tabellam ceratam ad nomina fidelium annotanda habebat, ita repertus est illæsus, ut ne unus quidem apex in cera deperierit. In oppido Renen, sanctæ Cuneræ virginis et martyris. Quæ cum esset de societate sanctarum* XI *milium virginum, ipsis tamen aliquamdiu superstes, pietatis studiis valde intenta, ad martyrii palmam meruit pervenire.* Jam dixi, vitam in Actis illustratam.

De Nazario, etc., translatione.

MOLAN. Ultimum textus sensum prosequens, addit, *et Nazarii, quorum Naborem et Nazarium, simul cum Gorgonia martyre transtulit a Roma in Galliam Grodegandus Metensis episcopus, permittente Paulo Papa Romano, anno Dominicæ incarnationis* DCCLXV : *et collocavit prædictus episcopus sanctum Gorgonium in monasterio, quod dicitur Gorzia ; sanctum vero Naborem in monasterio quod dicitur Novacella ; sanctum quoque Nazarium in monasterio, quod dicitur Loreshaim, ubi signa et miracula in sanitate infirmorum et debilium sæpius fiunt.* Hæc ex Rabano vel ex Notkero desumpta sunt. *Ipso die, sancti Odulphi presbyteri et confessoris, cujus reliquiæ habentur apud sanctum Salvatorem Trajecti.* Dein typis minoribus : *In oppido Renensi, elevatio per sanctum Willibrordum sanctæ Cuneræ virginis et martyris. Quæ cum*, etc., ut GREVEN. *In Mesopotamia, sancti Maruthæ episcopi et confessoris, de quo Tripartita lib.* II, *cap.* 8. Remittitur ad IV Decembris. Editiones aliæ, corrupto textu, idem habent de translatione Nazarii, etc. Item de Odulpho. Tum pergunt : *In oppido Rhenensi, elevatio sanctæ Cuneræ virginis et martyris*, ibi sistendo. *Die Duodecima, sancti patris Onuphrii. Et sancti patris Petri Anthoniti.* In monte. *Atho.* Vide Janningum in Actis.

Odulphi

Maruthæ

Elevationis S. Cuneræ.

Onuphrii.

Petri Anthoniti.

Idibus.

Idibus. *Die* 13.

Feliculæ. Romæ via Ardeatina, natalis sanctæ Feliculæ virginis et martyris, quæ nolens nubere, nec idolis immolare, tradita est cuidam vicario, qui fecit eam perseverantem in confessione Christi, post tenebrosam custodiam et famis inopiam, levari in equuleo et sic demum deponi et præcipitari in cloacam. Eodem *Fandilæ* die, sancti Fandilæ presbiteri, qui apud Cordubam civitatem, capite amputato, martyrium sumpsit.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. Antverp-Majore, Munerato, Greveno* et *Molano.*

VARIA LECTIO. Tornacen. ante *Feliculæ*, omisit titulum *sanctæ*. Molan. autem scripsit *Fæliculæ*. Idem Tornacen. pro *immolare* substituit, *sacrificare*. De *ydolis* diximus alibi, uti et de *eculeo*. In Molano pro *nec idolis*, est *neque*. In Heriniensi vero ex prava litterarum transpositione, pro *cloacam*, legitur, *coaclam*. Nescio quid Greveno in mentem venerit, dum loco *Cordubam*, legit *apud Columbam civitatem*.

Feliculæ OBSERVATIO. Citatum pridie et sæpe alibi vetustum Frontonis Kalendarium ad diem XIV Junii legit : *Natale sanctæ Feliculæ*, ubi recte laudatus Fronto observat scribendum forte *die* XIII, ut nempe habent Martyrologi nostri. Atque imprimis Hieronymiana apographa apud Florentinium ultimo loco hoc die signant, *Feliculi;* sed de *Felicula* sermonem esse editor non dubitat, ex antiquissimo Epternacensi sufficienter edoctus. *Romæ, sanctæ Feliculæ*, diserte memorat Beda, et post eum Rabanus, cum elogio. Clarius Romanum parvum : *Romæ, sanctæ Feliculæ virginis martyris*. Clarissime et expressissime Martyrologus Viennensis, ex citata non semel mense Maio Marcelli ad Nereum et Achilleum relatione, totam suam panegyrim contexens, cujus epitomen nitidissime ab Usuardo contractam, laterculum nostrum repræsentat. Wandelbertus paucis multa non inconcinne complectitur :

> *Idus illustrat Felicula virgo cruore*
> *Lac, Petronilla, tibi verbum quam junxit et ætas.*

Ubi alluditur ad vocem *Collactaneam*, de qua etiam alibi meminimus. An non perperam Acta aliqua Mss. *Collectaneam* appellent, vide in Henschenii commentario. De *Feliculæ* gestis eadem est ratio, quæ de tota *Nerei* et *Achillei* Actorum serie. Antiquum ejus cultum probatissimum novimus. De pluribus plurium corporibus, sub ejusdem nominis veneratione, vide Henschenii et Papebrochii commentarium historicum. Notantur præterea hac die in Beda Africani martyres, *Lucianus, Fortunatus* et *Crescentianus*. Quorum postremum omisit Rabanus, contra quam faciant codices Usuardini mediæ notæ, qui in secundo passim deficiunt. In Hieronymianis additur *Tecla*, quam in Auctariis notatam invenies. De Notkero nihil dici potest, cum in eo lacuna sit usque ad XIII Kalendas. Noster Africanos illos omnino præteriit, Cordubensibus suis magis intentus, quorum plures hoc mense commemorat, ut III *Isaacum*, VII *Petrum, Habentium et Jeremiam*, etc., VIII *Abundium;* quibus-*Fandilæ.* que alios aliis diebus ex Eulogio Acta nostra adjungunt. — Hac igitur *Fandilam presbyterum* ab Usuardo celebrari, et superiora omnia genuina ejus esse, putamus quam certissimum. Vide sis Fandilæ Acta ex sancti Eulogii Memoriali lib. 3 cap. I, in majori opere producta, cum synopsi prævia de cultu et tempore.

AUCTARIA.

Luciani et soc. PULSANEN. Sic legit : *In Africa, natalis sanctorum Luciani, Fortunati, Crescentiani et Teclæ. Romæ, miliario septimo, natalis sancti Feliculi cum sociis suis.* *Feliculi, etc.* Puto voluisse scribere *Felicissimi* cum sociis suis, de quo etiam hac die BRUXELLEN. Colitur vero VI Augusti.

ROSWEYD. De Felicula textui cetera puro interserit, *quæ erat Collactanea Petronillæ virginis.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In prima annuntiatione omittunt locum, nempe, *via Ardeatina*. In fine autem adjungunt : *In Africa, sanctorum Luciani et Crescentiani.* *Luciani et Crescentiani.* Ubi vides deesse intermedium Fortunatum, ut supra monui, et magis patebit in sequentibus.

Antonii Patavini ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Sic incipiunt : *Civitate Padua, natale beati Anthonii confessoris, de Ordine fratrum Minorum, qui celeberrimus extitit vita, miraculis et doctrina.* Sequitur textus purus. In fine additur : *In Africa, sanctorum Luciani et Crescentiani.* *Luciani et Crescentiani.*

ALLEFRG. et DANIC. Pares hactenus, addunt præterea de sancto Antonio Patavino, post *doctrina* : *Hic memoria pro codicillis utebatur, ut a summo Pontifice Gregorio nono Archa Testamenti, peculiari nomine vocaretur. Inter cetera autem virtutum suarum miracula, quibus in vita claruit, et in morte, duos legitur mortuos suscitasse.* *De Antonio Patavino.*

CENTULEN. *Romæ, sanctæ Feliculæ virginis, quæ fuit convirginalis beatæ Petronillæ, quæ sub Flacco comite passa extitit. Eodem die, sancti Fandilæ presbyteri, qui apud Cordubam civitatem, capite amputato, martyrium sumpsit.* *Textus mutatus.*

BRUXELLEN. De Felicula, post *martyris*, in-

serit

De Felicula. serit : *Quam cum Flaccus comes, post excessum beatæ Petronillæ, vellet ducere uxorem, et ipsa nubere nollet*, etc., usque ad finem, ubi additur : *Et sic ipsa cum corona martyrii perrexit ad Christum. Romæ, natale sancti Felicissimi, cum sociis suis.* *Felicissimi et soc.* Videtur indicari is, qui colitur VI Augusti. In Fandila purus, pergit : *In Africa, sanctorum Luciani, Fortunati, et Crescentiani martyrum.* *Luciani, etc.* *Item, translatio sancti Bartholomæi Apostoli.* *Translationis Bartholomæi.* De qua agetur XXIV Augusti. *In civitate Padua, beati Antonii confessoris, Ordinis fratrum Minorum. Qui vita, miraculis et doctrina celeberrimus fuit.* *Antonii.* *Item, sancti Prisci episcopi et confessoris.* *Prisci.* *Et in Gandavo, translatio sancti Landoaldi confessoris.* *Translationis Landoaldi.* De hac et Prisco vide Prætermissos.

HAGENOYEN. *Romæ via Ardeatina, natale beatæ Feliculæ virginis et martyris, quæ erat collateralis et collactanea beatæ Petronillæ virginis, filiæ beati Petri Apostoli. Quam Flaccus comes post mortem Petronillæ virginis in uxorem habere voluit, sed illa consentire noluit. Sed quia ydolis tunc immolare noluit, tradita est cuidam vicario, qui fecit eam septem jejunare diebus, et tunc ducta est ad puellas, deæ Vestæ consecratas, ut ibi cum eis de sacrificio comederet, quod et renuit, et aliis septem diebus jejunavit. Tunc est incarcerata et demum in eculeo levata, et tunc de eculeo deposita, et in cloacam præcipitata. Eodem die, translatio sancti Bartholomæi Apostoli, ad Beneventum.* *De Felicula.* *Translationis Bartholomæi.* De Fandila satis pure. Sequitur : *In Africa, sanctorum martyrum Crescentiani et Luciani.* *Luciani, etc.* *Apud Paduam natale beati Antonii confessoris, qui duos mortuos legitur suscitasse.* *Antonii.*

AQUICINCT. In fine : *In Africa sanctorum Luciani et Crescentiani.* *Luciani, etc.*

In VICTORIN. Pro *Fandilæ* est *Ficandi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Antonii confessoris, Ordinis Minorum.* *Antonii.* *Feliculæ virginis et martyris. Pharildis virginis.* *Pharaildis.* Data est Pharaildis Vita IV Januarii. Nescio cur hoc die repetatur.

UGHELLIAN. *In Africa, sanctorum Luciani et Crescentiani.* *Luciani, etc.* Vide ANTVERP. et MAX-LUBEC.

FLORENTIN. *In Italia, civitate Paduana, sancti Antonini Ulissiponensis, illustris confessoris de Ordine fratrum Minorum, qui celeberrimus extitit vita, miraculis et doctrina.* *De Antonio.* *In Africa, sanctorum martyrum Luciani, Fortunati, Crescentiani et Teclæ virginis.* *Luciani, etc.*

CODEX. S. RICALDI. *Apud territorium Forense, beati Regnaberti martyris.* *Regnaberti.* Vide Prætermissos, ubi remittitur ad XV Julii.

EDITIO LUBECO-COL. In Felicula modice interpolata, in Fandila ferme pura est. *In Africa sanctorum Luciani et Crescentiani martyrum.* *Luciani, etc.* *Padua civitate, natale beati Antonii confessoris*, etc., *De Antonio.* sicut ANTVERP-MAX. ALBERG. etc., supra.

BELIN. Primo loco : *In civitate Padua, natale beati Antonii, illustris confessoris de Ordine fratrum Minorum, qui celeberrimus extitit vita, miraculis et doctrina.* *Antonii.* In Felicula purus est. Sed penultimo loco : *In Africa, natale sanctorum martyrum, Fortunati, Luciani et Crescentiani.* *Luciani, etc.* *Eodem die, sancti Fandilæ presbyteri, apud Cordubam martyrizati.*

GREVEN. *In Africa, sanctorum Luciani, Fortunati et Crescentiani. Item, sancti Landwoldi.* *Landwoldi.* Puto *Landoaldum*, de quo supra. *Civitate Aternensi, beati Cethei episcopi cognomento peregrini.* *Cethei.* *Qui tempore beati Gregorii Papæ illi ecclesiæ* (Amiternensi), *præfuit atque ab Umblone tyranno Longobardo morti adjudicatus, cum decollari non posset, ligato ad collum saxo ingenti, in flumen præcipitatus, feliciter occubuit, statimque corpus sacrum cum lapide superenatavit. Paduæ, depositio beati Antonii confessoris, Ordinis Minorum, vita et miraculis celeberrimi.* *De Antonio.* *Hic memoria pro codicibus utebatur, unde eum Gregorius IX Archam Testamenti appellabat. Translatio sancti Andreæ* (an non *Bartholomei?) Apostoli, ad Beneventum.* Vide Prætermissos.

MOLAN. *In civitate Padua, beati Antonii, Lusitani Ulysbonensis, illustris confessoris, Minoritæ, qui celeberrimus extitit vita, miraculis et doctrina.* *Antonii.* *In Africa, sanctorum martyrum Fortunati, Luciani et Crescentiani.* *Luciani, etc.* *Gandavi, elevatio sancti Landoaldi sociorumque ejus*, quos minori charactere subjungit : *Amantii, Adriani, Vincianæ et Landradæ.* *Elevationis Landoaldi, et soc., Amantii, etc.* De quibus vide Prætermissos. *In Claravalle obiit Gerardus monachus, de quo Bernardus in sermone super Cantica* 26. *Gerardi.* Est S. Bernardi frater, de quo in Actis. In aliis editionibus, de Antonio et Africanis, ut supra. Tum : *Die decima tertia, sanctæ martyris Acylines* (Aquilinæ) *et sancti Triphillii episcopi Leucosiæ in Cypro. Gandavi, elevatio*, etc. *Acylines et Triphillii.* Minoribus typis : *In Claravalle, obitus Gerardi monachi*, etc. *Item sancti Peregrini sive Cetæi Aternensis episcopi et martyris, in Hadriensi civitate in fluvium Piscariæ mersi, tempore Gregorii Papæ* *Peregrini alias Cethei.* Vide Acta.

XVIII *Kal.* *Die* 27.

Helizei prophetæ, qui apud Samariam Palestinæ (ut beatus scribit Hieronimus) situs est, ubi et Abdias propheta quiescit. *Elisæi.* Apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sancti Basilii episcopi, qui tempore Valentis doctrina et sapientia insignis, omnibusque virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit. *Basilii.* In territorio Suessionis civitatis, sanctorum martyrum Rufini et Valerii qui a præside Rictiovaro post illata sibi tormenta jussi sunt decollari. *Rufini, Valerii.* Ipso die, sancti Quintiani presbiteri et confessoris. *Quintiani.*

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Belini prima editio et Molan.*

VARIA LECTIO. Reliqui in textu, *Helizei*, ut habet Pratensis et alii, licet Herinien. Tornacen. et Antverp-Maj. aspiratione careant ; nullus codex legit *Elizæi*. *Palestinæ*, ut in omnibus, sed de ea, et *Hieronimo* sæpe alibi et satis dictum est. Probatissimi codices conformiter scribunt *situs est*,

Molanus, *positus est;* qui mediæ notæ sunt, *conditus est.* In Antverp-Maj. post *Abdias*, deest *Propheta;* et pro *quiescit*, in Molano, *requiescit.* De *Cæsarea* et *Cappadociæ*, nihil repeto. Belini prima editio ultimam annuntiationem penultimæ anteponit, altera auctior est, ut patebit in Auctariis. Antverp-Maj. pro *Rufini*, posuit *Rufi*, Tornacen. post *Valerii*, omisit *qui*, unde sensus manet imperfectus. *Quintiani* legunt codices omnes, solus Rosweyd. *Quintiniani*, hic autem et Antverp-Maj. addunt titulum *martyris*, ceteri omnes solius *confessoris.*

Elisæi. OBSERVATIO. Qui primus Latinis Fastis *Elisæum* inseruit Beda, solo nomine contentus fuit, idque Rabanus secutus est; et ita etiam legit auctor Romani parvi, forte citatis antiquior, ex quo certissime sumpsit Ado, pluribus prosecutus ex sancto Hieronymo, quæ Noster brevissime complexus est, solas ferme referens Elisæi et Abdiæ sepulturas. — In textu nostro secundus, est magnus *Basilii.* *Basilius*, cujus *natalem* diserte exprimit is, qui primus elogio ipsum ornavit Viennensis Ado, acceptum videlicet ex Romano parvo, a quo primitus memoriam in Martyrologio consignatam non advertit, qui Basilii Acta operosissime et accuratissime illustravit collega noster Baertius. Hæc Romani parvi verba sunt : *In Cappadocia, sancti Basilii fratris Gregorii et Petri.* Adonianum elogium eleganter de more contraxit Noster, servata *natalis* formula, quam in plerisque probatioribus codicibus concorditer relatam invenio; de *Ordinatione*, nusquam vel verbum. Fateor equidem ab eruditis obitus diem figi Kal. Januarii, quo ejus memoriam cum Usuardo etiam recoluimus, verum cur ad *elevationem* vel *translationem* corporis, ut aliqui codices innuunt, vel ad aliam quamvis causam præsens festivitas æque ac ad *ordinationem* referri commode nequeat, lubens docebor, quando ordinationis commemoratio in Martyrologiis antiquioribus incognita, etiam in recentioribus tam rara est; et aliunde constat vocem illam *Ordinationis*, in Romanum hodiernum, vergente ad finem seculo XVI primum irrepsisse. Sed alibi forte locus dabitur rem illam accuratius discutiendi, satis sit modo primam *Rufini et Valerii.* festivitatis hodiernæ originem et sequelas ostendisse. — In Adone secundo loco ponuntur *Rufinus* et *Valerius*, nullo ornati elogio, quemadmodum et Rabanus eos annuntiat. At Florus martyrii seriem uberius explicat : Noster Acta se vidisse ostendens, ex iis paucissima delibavit. Crediderim autem Adonem et Rabanum ex Hieronymianis apographis, ubi in nonnullis adjecti sunt, eos martyres primum eruisse. Censuit olim Sirmondus, ipsorum historiam *probam esse ac minime dubiam.* Magno etiam in pretio apud Henschenium fuisse, patet ex hodierno ejus commentario. Certe antiquitate sua venerandam esse, fateri omnes coguntur. Ex ea gestorum compendium tradidit Tillemontius tomo 4 pag. 459 ; at pag. 718 aperte edisserit, Actis illis fidendum non esse. Utri melius judicaverint, statuat eruditus lector. Elisæum cum Rufino et Valerio sic canit Wandelbertus :

Octavo Juli et deno ante exordia mensis
Vates Helizæus, simul Abdias (que) *refulgent,*
Hic quoque Valerio et Rufino martyre gaudet.

Quintiani. Qui locum postremum occupat *Quintianus*, non ex Hieronymianis profluit, ubi martyr signatur cum sociis, sed ab Usuardo, nescio unde, primum productus est, et substitutus *Etherio Viennensi episcopo*, quem notarat Ado, illo, ut sæpe solitus est, Viennensem prætereunte. Porro Quintianus ille, ut *presbyter confessor* commemoratur non ut *episcopus*, qualem existimasse videtur is, qui editionem Romani hodierni, anni MDCVIII auctiorem reddidit, a Baronio in Notationibus propugnatus. At Henschenius episcopum *Rhutenensem* huic synonymum rejicit ad XIII Novembris, quo die in Romano recolitur, ut episcopus *Arvernensis*, idem ipse qui antea *Ruthenensis* fuerat, de quo meminit Gregorius Turonensis in vitis Patrum cap. 4, ut suo loco dicemus.

Translationis S. Aniani in Beda Beda noster genuinus agit de *translatione S. Aniani*, etc., in multis Auctariis, imo in apographis Hieronymianis posita, quæ utrum vere Bedæ sit, dubitare cogit Rabani silentium. Ast Usuardina integra lectio ex codicibus tam diversis constantissima est.

AUCTARIA.

Feliculæ. PULSANEN. *Helisei prophetæ. Et sanctæ Feliculæ.* Vide die præcedenti. *Aurelianis civitate,* *Translationis Aniani.* *translatio corporis beati Aniani episcopi et confessoris et liberatio civitatis ipsius ac* (ab) *Hunnis.* Natalis est XVII Novembris. *Item in Suescionis civitate, passio sanctorum martyrum Rufini et Valerii.*

Translationis Aniani. ANTVERP. et MAX-LUBEC. Omisso Quintiano, hæc substituunt : *Aurelianis, translatio sancti Aniani episcopi et confessoris.* Quibus consonat codex UGHELLIAN. ut passim alibi solet.

Aniani MUNERAT. 2. loco : *Aurelianis, sancti Aniani confessoris atque Pontificis.* Cetera purus est.

GREVEN. 3. loco : *Aurelianis, sancti Aniani episcopi et confessoris.* De reliquo purissimus.

ANTVERP-MAX. De Basilio, ad finem elogii subjungit : *Ipse item sanctus etiam ipsa Circumcisionis die festivatur*, ut in Observatione satis dictum est. Deficit in annuntiatione ultima.

ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textum satis purum habent usque ad *Quintiani*, quo carent, ut præcedens.

ALBERGEN. et DANIC. Agunt de Elisæo et Suessionensibus; cetera desunt. De Basilio egerunt 1 Januarii.

CENTULEN. *Helysæi prophetæ, qui apud Samariam Palestinæ conditus est, ubi et Abdias propheta quiescit. Cæsarea Capadociæ, sancti Basilii archiepiscopi et confessoris. In territorio Suessionico, passio sanctorum Rufini et Valerii martyrum sub Rictiovaro. Aurelianis, translatio S. Aniani episcopi et confessoris.* *Translationis Aniani.*

BRUXELLEN. *Apud Cæsaream Capadociæ, elevatio beati et magni Basilii episcopi et confessoris,* *De Basilio.* *fratris S. Gregorii Nazianzeni* (Nysseni) *et Petri. Cui Christus cum suis Apostolis apparens, ministerium Missæ docuit, et cujus precibus Effrem Syrus Græce locutus est. Quique mortem Juliani apostatæ per revelationem cognovit; qui vadens ad bellum*

Persicum

Persicum sibi in reditu destructionem Cæsareæ fuerat comminatus. Hic magnus Basilius, sapientia et doctrina insignis omnibusque virtutibus fundatus, cum in Ecclesia Dei mirabiliter effulserit, quievit in Christo Kalendis Januarii. Cujus festum in hac die suæ elevationis celebratur. Eodem die, Helizei prophetæ. Qui apud Samariam Palestinæ, quæ postea Sebasta cœpit vocari, sepultus est, ubi et Abdias propheta quiescit, et sanctus Johannes Baptista. In Rufino et Valerio purus est. Sequitur : *Apud Mesanam civitatem Dorostoro, sancti Julii martyris. Qui sub Maximo præside martyrii palmam accepit.* Colitur XXVII Maii, ubi hæc nitidius exprimuntur. *In Africa, sanctorum Galliani et Bituni presbytorum et martyrum.* Primus Ephesinus est; de alio vide Prætermissos. *In Aquilegia, natale sancti Prothi martyris.* Indicatur *Prothus* Cantianorum Pædagogus, de quo XXXI Maii. *Ipso die, natale sanctorum martyrum Affri et Quintiani presbyterorum. Afram* forte dicere voluit. *Vienna, sancti Eucherii episcopi et confessoris.* Nomina mutat, voluit dicere *Etherii. Item sancti Ignati episcopi.* An Constantinopolitani, qui colitur XXIII Octobris? De Aniano, ut supra. In fine : *Item Teclæ virginis.* Forte *martyrem* indicat, nempe *Quintiani* sociam.

HAGENOYEN. *Depositio Helizei prophetæ, in cujus nativitate vitula una aurea mugitum dedit, qui audiebatur in Hierusalem. Qui per Heliam prophetam unctus est propheta, cui semper postea adhæsit. Qui et Heliam in cœlum ferri vidit, et pallio Heliæ Jordanem divisit; miracula plura fecit et duos mortuos suscitavit. Reges Israel et Syriæ inunxit, et facta illorum bona et mala prophetizavit. Deinde apud Samariam*, etc. Basilii elogium resecat ; in Rufino et Valerio purus. *Eodem die, natale beati Brandani abbatis mirabilissimi, peregrini super mare. Hic natione Scotus erat.* Colitur XVI Maii. *Ipso die, translatio sancti Quinciani presbyteri et confessoris. Eodem die, depositio sancti Aniani Aurelianensis episcopi et confessoris.* Hic deberet esse *translatio*, in Quintiano, *depositio*. Sequitur : *Ipso die, ordinatio sancti Nycolai episcopi Mirrensis.* In EDITIONE LUBECO-COL. et GREVEN. signatur hæc ordinatio XVI Junii. Utri codices rectius statuant, non hic examinandum est, sed ad diem VI Decembris.

AQUICINCT. De Quintiano habet, *presbyteri et martyris*. Sed Quintiani plures hoc die in Actis recensentur. Dein subdit : *Aurelianis, translatio sancti Aniani episcopi et confessoris.* Quomodo etiam habet codex BIGOTIAN. sub nota P. 5.

VICTORIN. et REG. SUEC. sub num. 130. In fine : *Aurelianis civitate, translatio sancti Aniani episcopi et confessoris, et liberatio ipsius civitatis.* Vide PULSANEN. supra. *Apud Aquileiam, sanctorum martyrum Cancii, Canciani, et Cancianillæ.* De quibus XXXI Maii.

DAVERON. *Aurelianis, translatio sancti Aniani episcopi et confessoris, et dedicatio sancti Salvatoris Carroffensis.* Si dedicatio ad Anianum spectet, dicetur de ea ad diem ejus natalem XVII Decembris, quo similia semper remittimus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Rufini et Valerii martyrum. Basilii episcopi Cæsariensis. Helisæi prophetæ apud Samariam. Quintiani presbyteri.*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Elisæi, Basilii, Quintiani.* Adjectum : *In Benevento S. Marciani episcopi et confessoris.*

ALTEMPS. *Ipso die, Quintiani presbyteri et martyris.* Melius in textu *confessoris.*

FLORENTIN. *Ipso die, sanctorum martyrum Affrii, Prothi et Quintiani.* Vide martyres Africanos. De Aniano, ut PULSANEN. *Item, sancti Ignatii episcopi et martyris C. P.* de quo supra. *In Pagia civitate, sanctæ Autheonis et sanctæ Ludidiæ.* Vide in Actis Autheonem. *In Epheso sanctorum Magaini, Gastini et Viviani. In Africa sanctorum Afræ, Quintiani, Theodoli, Thedæ, Festinæ et Quintianillæ.* Vide horum martyrum nomina correctiora in Actis.

MONTIS SION. *Aurelianis civitate, translatio corporis beati Aniani confessoris atque pontificis.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Remis, translatio corporis sancti Rigoberti episcopi et confessoris.* Colitur IV Januarii.

EDITIO LUBECO-COL. In Elisæo interpolatur. Sequitur de Valerio, etc., pure. Tum : *Apud Cæsaream Capadociæ, translatio sancti Basilii episcopi et confessoris. Suessionensi civitate, sancti Aristionis confessoris.* Vide Prætermissos. *Viennæ, sancti Eucherii* (Etherii) *episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Quinciani presbyteri et Sicii confessorum. Aurelianis, translatio sancti Aniani*, etc. De qua etiam altera BELINI editio.

GREVEN. *Nota, hoc die translatus est sanctus Basilius, Kalendis vero Januarii obiit. Item, sanctorum Antheonis, Galani, et Jovini, Theodoli, Afri et Prothi.* Vide Acta. *Viennæ, Etherii episcopi et confessoris. Gregorii episcopi et confessoris.* Quis sit, nescitur. *Bertholdi confessoris.* Forte is est, qui colitur XVI Junii. *Suessionis, sancti Aristionis confessoris.* De quo in indice Prætermissorum. *Tulli, translatio sancti Mansueti episcopi et confessoris.* Colitur III Septembris. *Beatæ memoriæ Basilii, Prioris majoris Cartusiæ, qui octavo post sanctum Brunonem loco, annis* XXIII *prædictam rexit domum, et miraculis coruscans obdormivit in Domino.* Vide Prætermissos.

MOLAN. In posterioribus editionibus : *Viennæ, sancti Etherii episcopi. Syracusis, sancti Martiani episcopi; qui ab Apostolo missus, Seleucum ibi et Gordium et magnam multitudinem convertit. Die decima quarta, sancti patris Methodii Patriarchæ Constantinopolis.* Dein charactere minutiori : *Aurelianis, translatio sanctorum Aniani, Monitoris et Flosculi, civitatis ejus episcoporum; Euspicii abbatis Miciacensis primi, Baudelii et Scubilii martyrum et Agiæ matris sancti Lupi episcopi; et liberatio civitatis ab Hunnis per sanctum Anianum episcopum.* In Prætermissis singuli ad proprium suum diem natalem reducuntur.

XVII *Kal.* *Die* 15.

Viti et soc. In Sicilia, natalis sanctorum Viti, Modesti, et Crescentiæ, qui sub Diocletiano imperatore, post ollam plumbi ferventis, post bestias et catastas divina virtute superatas, cursum gloriosi certaminis peregerunt. Apud Mesiam civitate *Esichii.* Dorostoro, sancti Esichii militaris, qui cum beato Julio comprehensus, sub præside Maximo postea martyrio coronatus est.

Puri sunt *Herimen. Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Sensus exigit *sanctorum Viti*, etc., singulares sunt Greven. et Molan. in *sancti Viti*, etc. Sic superflua est particula *et* inter *Viti* et *Modesti*, quam tamen adjiciunt Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. et Belin. qui postremus legit *Viti et Modesti atque Crescentiæ*. De Mesia sæpe et satis dictum. Cur Heriniensis scripserit: *Apud Mesiam civitatem Dorostoro*, non divino. *Messiam, Messinam* et *Dorostro*, Belini vitia sunt. Item *Exitii*, pro *Esichii*. Videtur nimium sapere voluisse Muneratus, dum *militaris*, quo modo Romanum parvum, Ado et Usuardus constanter legunt, mutavit in *militis et martyris*. Idem Muneratus cum Belino posuit *Maximiano*, pro *Maximo*. An Usuardum ex Adone corrigere voluerint, nescio, certe ita legit utraque Adonis editio; codices nostri reliqui omnes, ut in textu.

OBSERVATIO. Nobilissimum martyrum Siculorum ternarium passim celebrant Latini omnes Martyrologi. Hieronymus imprimis, in cujus apographis ea sola occurrit diversitas, quod ultimum nomen in uno aut altero, genere masculino male efferatur, *Crescentius* vel *Crescentianus*. Beda, quod mirere, solius *Viti* meminit; at Florus socios restituens, non contemnendo elogio omnes exornat. Rabanus de solo Vito agere etiam videtur, quamvis in longioris orationis suæ contextu socios non prætermittat. Jam ad fontes nostros accedamus propius. Romanum parvum sic enuntiat: *In* *Viti, et soc.* *Sicilia, Modesti, Viti et Crescentiæ martyrum*. Ado priori Hieronymianorum ordine vindicato, egregiam tradit Actorum qualiumcumque epitomen, a Florentinio laudatam, recitatam a Papebrochio, ex qua Noster compendiosius suum encomium nitidissime texuit. De palæstra, in qua martyres certaverint, non unam recentiorum Scriptorum opinionem recenset Florentinius, Lucanos ex Actis, cum Siculis conciliare conatus, de quibus etiam nonnulla elucidantur Papebrochii commentario, quo curiosiores hujusmodi rerum indagatores libenter remittimus. Ad præsens quod attinet, compertum habemus, antiquiores et probatiores Martyrologos, nulla de Lucania facta mentione, pugiles hosce unanimi consensu Siciliæ adscribere. Porro ad Viti et sociorum Acta quod attinet, ea a recentioribus vix tolerantur, ut videre est apud Tillemontium tomo 5 pag. 129. Nobis placet Papebrochii de ipsis sententia, qua nimirum probat, *late diffusum horum martyrum neutiquam dubitabilem cultum, utcumque dubiæ martyrii circumstantiæ sint*. Et sane cultus ille etiam ex Sacramentariis a Tillemontio citatis constantissimus est. De eorumdem sepultura, variisque translationibus, fuse et diligenter monumenta a Papebrochio collecta et expensa sunt. Restat metricus Wandelberti cantus, in quo quid *Margarita* faciat, fateor me ignorare nisi ex xx Julii huc importune retracta sit. Audi poetam:

Septeno deno Vitus cum virgine clara,
Margarita, martyrii splendore nitescit:
Hocque Modestus et alma nitet Crescentia virgo.

Esichii Jam vero quem nos cum Usuardo *Esichium* appellamus, is in apographis Hieronymianis *Isicus, Isicius, Ysicius*, etc., a Romano parvo *Esychius* dicitur, ut in Rosweydi Adone, qui pro *Maximo*, ut diximus, *Maximianum* posuit, qua voce excepta, Noster verba ejus singula in laterculum suum apertissime transtulit. Est hic *Esichius* vel *Esychius*, de quo jam supra locuti sumus xxv et xxvii Maii, ex Actis sancti Julii, ubi in Adoniano elogio omnia habes quæ de eo referri possunt.

In Pratensi codice, post Siculos, intrusus est martyr Beneventanus, his verbis: *Civitate Bene-* *De Mercurii codicis Pratensis.* *vento, sancti Mercurii martyris*, habetque demum consentientes sæpius codices binos alios, Antverp-Maj. et Rosweyd. cum collatione Aquicinctina. Sed manifestam additionem, erasis aliis vocibus superscriptam deprehendit Castellanus, satisque evincunt ceteri nostri codices universi. Notat Castellanus erasionem in membrana factam incipere ab *imperatore*, unde suspicari licet interpolatorem pressiori usum charactere, quo ad inserendum Mercurium, spatium ei sufficeret. Insuper apographum nostrum in fine, puto ego in margine pratensi autographi, adjicit: *Romæ, sancti Alexii hominis Dei*. Hanc autem annuntiationem ceteris melioris notæ codicibus incognitam, ad Usuardum minime pertinere tam putamus indubitatum, quam certum est textum a nobis relatum vere et integre Usuardinum esse.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Mercurii.

PRATEN. De binis hujus codicis Auctariis proxime in Observatione egimus. *Mercurius* colitur XXV Octobris.

Edburgæ.

ANTVERP-MAJ. Idem habet de Mercurio et eodem loco. Sed in fine addit præterea : *Ipso die, sanctæ Edburgæ virginis.* De qua vide in Actis. Aliis vocatur *Eadburga.* Huic plane consonat ROSWEYD. ut jam diximus, hoc solo discrimine, quod scribat : *Ipsa die, sanctæ Eadburgæ virginis.*

Cantiani et socc.

PULSANEN. *In Lucania provincia passio sanctorum martyrum Viti, Modesti et Crescentiæ. Item in Dorostoro, natalis sancti Ysichii martyris. Apud Aquileiam, sanctorum martyrum Cantiani Protici, Clementis et Cantiani.* Vide totam classem melius in Actis distinctum.

Landelini.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textui puro subdunt : *Eodem die, in territorio Valencenensi, cœnobio Crispini, depositio sancti Landelini abbatis et confessoris, qui a beato Autberto Cameracensi episcopo de sacro fonte levatus est.*

Textus contractus.

CENTULEN. *Apud Siciliam, sanctorum Viti, Modesti et Crescentiæ, sub Diocletiano. Eodem die apud Mesiam civitate Dorostoro, sancti Esichii militaris, qui cum beato Julio comprehensus, martyrio coronatus est.* Parum hic abest a puritate.

Mercurii. Edburgæ. Landelini.

BRUXELLEN. Textui satis puro, subnectit : *Civitate Benevento, sancti Mercurii martyris. Item sanctæ Edburgæ virginis. In territorio Valencenensi, Cœnobio Crispini, depositio sancti Landelini abbatis et confessoris, qui a beato Autberto Cameracensis episcopo, ex prædone ad Christum conversus, tria cœnobia fundavit.*

De Vito, etc.

HAGENOYEN. Sic habet : *In Sicilia, natale sanctorum martyrum Viti pueri, et Modesti pædagogi sui, et Crescentiæ. Qui sub Diocletiano imperatore, cujus filiam sanaverat, post ollam plumbi ferventis, post bestias et catastas divina virtute superatas, postquam ab angelo sunt erepti, rogaverunt Dominum, ut animæ illorum tollerentur in pace, et mox illorum animæ quasi candidæ* (forte columbæ) *cælum visæ sunt conscendere.* In Esichio ferme purus est. De Landelino repetit ea quæ ex ANTVERP-MAX., etc. superius descripsimus. Sed de his videndæ sunt vitæ geminæ ipsius sancti ab Henschenio in Actis illustratæ ; ubi in commentario prævio multa accurate explicat circa corporis aut partium ejus in varia loca translationes, de quibus supersunt controversiæ etiam alibi tangendæ.

Mercurii.

AQUICINCT. Secundo loco, ut diximus, inserit : *Civitale Benevento, sancti Mercurii martyris.*

Viti.

VICTORIN. Post textum purum, ubi de Vito, Modesto, etc.; in fine subjungit : *Eodem die, natale sancti Viti martyris.* Hunc verosimiliter credidit ab alio diversum esse.

Landelini.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Viti et Modesti et Crescentiæ martyrum. Landelini abbatis. Hesychii militis et Julii martyrum.* De Julio actum est die XXVII Maii.

Codex BIGOTIAN. signatus D. 9. *In Fiscanno, dedicatio ecclesiæ sanctæ Trinitatis.*

Aniani.

CAMBERIEN. *Aurelianis, sancti Aniani confessoris.* Vide die præcedenti.

REG. SUEC. sub nota num. 130. *Eodem die, natale sancti Viti martyris.* Quasi esset a primo diversus. Ut VICTORIN. supra.

Mercurii. Cantiani, etc. Milii, etc. Gaiani, etc. Nivitii, etc. Marchi, etc.

FLORENTIN. Multa hic iterum congeruntur : *Civitate Benevento, sancti Mercurii martyris. Apud Aquilegiam, sanctorum martyrum Cantiani Proti, Clementis et alterius Cantiani. Constantinopoli civitate, sanctorum martyrum Milii, Migetti, et Mingini. Civitate Barbaria, sanctorum martyrum Gaiani, Joviani, et Philippi. In Lucania, sanctorum martyrum Nivitii, Candidi, Cantiani et Cantianillæ, Prothieri, Singoni, Artheon, Quintiani et Theodoli. In Schythia, sanctorum martyrum Marchi et Viti et Modesti et Crescentiæ.* Hæc Hieronymiana sapiunt, sed corrupta et mirum in modum quasi studio confusa, quæ in Actis distinctius expressa invenies.

Eadburgæ.

EDITIO LUBECO-COL. Sic mutat initium : *In Sicilia, natale sanctorum Viti pueri, Modesti et Crescentiæ nutritorum ejus. Qui sub Diocletiano,* etc. Reliquus textus satis purus est. In fine : *Eodem die, beatæ Eadburgæ virginis.* Non *Edburgæ* ut ANTVERP-MAJ. et BRUXELLEN.

Candidi, etc. Mercurii. Landelini.

GREVEN. *In Lucania, sanctorum Candidi, Prothi, Crisogoni.* Vide Acta. *Apud Beneventum, Mercurii martyris.* Dixi supra, eum coli XXV Octobris. *Landelini abbatis et confessoris. In Anglia, Eadburgæ virginis.*

Landelini. Eadburgæ. Abrahæ. De Landelino, ejusque translatione. Translationum Domitiani et Mengoldi. Dalæ.

MOLAN. *Eodem die, in territorio Valencenensi, cœnobio Crispini, depositio sancti Landelini confessoris Christi et abbatis, qui a sancto Autberto Cameracensi episcopo de sacro fonte levatus est. Eodem die, sanctæ Eadburgæ apud Wentanam civitatem.* Wintoniam opinor. Dein minoribus litteris : *Arvernis, Abrahæ confessoris, cujus vitam scribit Gregorius Turonensis.* Editiones aliæ sic habent : *Arvernis, sancti Abrahæ confessoris.* De Eadburga, ut supra. *In territorio Valencenensi, in villa quæ dicitur Crispinium super fluvium Hon, transitus sanctissimi ac beatissimi patris Landelini. Hic a beato Autberto eruditus, sed post malorum suasione deceptus, viam veritatis deseruit, sed precibus ejusdem et angelica visitatione territus, postea revocatus, et a beato Martino Papa officium prædicationis suscipiens et efficaciter complens, plurimorumque fundator cœnobiorum existens, quievit in pace. Item ipso die, translatio corporis ejusdem sancti Landelini a Godefrido Cameracensi episcopo. In Hoyo, translatio sancti Domitiani episcopi et confessoris. Eodem die, translatio beati Mengoldi ducis et martyris.* Vide de utroque in indice Prætermissorum. In fine minutioribus litteris : *In Cilicia, sancti Dalæ martyris.* Est *Tatianus Dulas*, cujus Acta Græco-Latina a nobis edita sunt. Sincerissima ea censuit Henschenius, nec curandæ difficultates Tillemontii tom. 5 pag. 622.

XVI *Kal.* *Die* 16.

Ferreoli et Ferrutionis. In Galliis apud urbem Vesuntionem, sanctorum martyrum Ferreoli presbiteri et Ferrutionis diaconi, qui a beato Hireneo episcopo ad prædicandum verbum Dei missi, postea sub Claudio judice excruciati pœnis, gladio feriuntur. *Cyrici et Julittæ.* Antiochiæ, natalis sanctorum martyrum Cyrici et Julittæ matris ejus, qui post dira verbera et gravia tormenta, martyrii sui cursum obtruncatione capitis impleverunt. *Aureliani.* Lugduni, depositio beati Aureliani episcopi Arelatensis. *Similiani.* Civitate Namnetis, sancti Similiani episcopi et confessoris.

Pro textu stant *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Vesuntionem* recte scribunt Herinien. Tornacen. Antverp-Major, et Molan. pro quo in Pratensi est *Vezuntionem* ; in Greven. *Vesuncionem*, pejus in Belino *Vescentionensem*. Solus Tornacen. habet *Fereoli*, plures errant in secundo nomine, ut Antverp-Maj. *Ferruntionis* ; Belin. *Ferutionis* ; Greven. *Ferrucionis*. Molanus orthographiam plerumque corrigens, recte posuit *Irenæo* ; ceteri ut in textu, ii etiam qui diphthongis utuntur, ut Praten. maxime et Herinien. cum quibus scripsi *pœnis*. Belin. legit *postea vero*, et *cruciati*, pro *excruciati*. *Cyrici* est in omnibus præterquam in Antverp-Majore, qui cum aliis etiam scribit *Julitæ* : melius in textu cum Martyrologis antiquis. Cetera Antverp-Majoris errata colligo, ut *graviora* pro *gravia*, *Lugdunis*, *Nammetis*, *Smiriani*. Ado legit *Nannetis*, sed codices nostri optimi *Namnetis*, Tornacen. *Nampnetis*, non *Nanetis*, ut Belinus.

Ferreoli et Ferrutionis. OBSERVATIO. Ex Adone acceptum credimus quidquid hac die in textu nostro ponitur, ordine tamen non undequaque servato, nam in illo Antiocheni Bisuntinis anteponuntur, Similianus Aureliano, cujus mutationis causam puto esse omnino arbitrariam. Bisuntinorum martyrum primus hoc die memoriam fecit Beda, ex quo potissimam encomii sui partem Ado accepit, iis dumtaxat præfixis, quæ de Irenæi missione, et loco certaminis, in Beda desiderabantur. Rabanus palæstram adjicere velle visus est. Noster Adonem præ oculis habens, ea descripsit quæ solitam brevitatem non excederent. Atque hæc ex ipsorum martyrum Actis, Gregorio Turonensi antiquioribus, accepta sunt. Porro de eorum fide et veracitate eadem controvertuntur, quæ de Actis aliorum trium Irenæi discipulorum paucis diximus ad XXIII Aprilis. Gravia esse et simplicia, non omnino diffitentur recentiores; verumtamen non tam sincera, ut inter selectiora a Ruinartio adlegerentur. De Ferreolo et Ferrutione, exstat veneranda memoria in Missali Gothico, seu veteri Gallico a Thomasio edito pag. 359. In Hieronymianis nomina addita censet Florentinius V Septembris, quo die celebris est eorum inventio potius quam translatio. Qui socios eis tribuunt, non alios ferme censent a tribus Valentinis, *Felice*, *Fortunato* et *Achilleo*. Wandelbertus hodiernos etiam refert citato die V Septembris :

Nonis Ferreolus cum Ferrutione refulget.

Cyrici et Julittæ. Ceterum hactenus antiquiorum Martyrologorum et Nostri salva manet auctoritas. Non ita in *Cyrico*, vel *Quirico* et *Julitta*, quos cum sociis quatuor et quadringentis *Antiochiæ* disertissime tribuunt Hieronymiana apographa et Romanum parvum. Quibus quoad positionem plane consentit Ado et ex hoc Usuardus. In eadem sententiam loquitur Florus, cujus elogium Adoniano hinc inde consonat, quamvis illum nullatenus credam Adoni fuisse cognitum. Utrique certo præluxerint Acta, quæ tamquam apocrypha pridem reprobata fuerunt. Ut ut est, Noster Adonis elogium contractius reddidit, omissis sociis a Floro ad CCCCXLIV multiplicatis. Et hæc quidem ex præfatorum Martyrologorum venerando sensu plana et certa videri possent, nisi momenta gravissima palæstram mutandam suaderent, scribendumque, *Tarsi*, pro *Antiochiæ*, ut Romani moderni Reformatores recte fecisse censet Papebrochius, difficultatem fusius explicans et explanans hac die, dum martyres probabiliter synonymos geminat, et Antiochiæ Cyricum cum Julitta, et alterum Cyricum Julittamque alteram Tarso adscribi posse non incongrue opinatur, nisi magis alia placeant, quæ ibidem satis verosimiliter suggeruntur. Si cui hæc non sufficiant, Florentinium adeat, similia rationum momenta satis accurate expendentem. Missis tricis, videat Lector in Actis nostris insignem relationem Græco-Latinam Theodori Iconiensis de illustrissimorum horum martyrum certamine, qua e fidelium manibus excidere debuisset famosa illa damnata narratio apocrypha, quæ tamen per tot secula in Legendariis nonnullis perseveravit, legique etiam potest in citatis Actis. Est apud Ruinartium ipsa illa Theodori epistola, a pag. 527. Gallice breviter omnia deduxit Tillemontius tomo 5 a pag. 349. Adde his Wandelberti distichon :

Sedecimo Ciricus Julitta cum genitrice
Clarescit vera Christi pietate fideque.

Interea quod nostri fori et muneris est, jam exactum dedimus, et damus porro in duabus postremis annuntiationibus, quas ferme ad apicem ex Adone Noster descripsit, antiquioribus Martyrologis prorsus intactas, nisi quod *Similianus*, sub *Similini* nomine, aliquibus Hieronymianis, forte ex Gregorio Turonensi, appositus sit. Verissimum interim est, quod principio dicebamus, Usuardum sua omnia ex Adone mutuatum. De duobus hisce nostris ultimis Sanctis videnda sunt, quæ in Syllogis suis historicis tradunt Henschenius et Papebrochius. Plura alibi non facile reperies.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

De Ferreolo et Ferrutione.

PULSANEN. *Apud civitatem Guisiocensem, beatorum martyrum Ferreoli presbyteri et Ferrucionis diaconi. Qui sub Claudio judice ad trocleas extenti et flagellati, deinde in carcerem reclusi, amputatis linguis prædicabant verbum Domini. Post hoc utrisque sunt infixæ subulæ in manibus et in pedibus atque in pectore: ad ultimum gladio percussi sunt.* Hæc ex Beda vel Adone. Cetera omnia desunt.

Aurei et Justinæ.

ROSWEYD. Post textum purum adjicit: *Mogontiæ, sanctorum martyrum Aurei et Justinæ.* Acta ipsorum satis copiose illustrata sunt.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et MUNERAT. Carent ultima annuntiatione de sancto Similiano.

De Ferreolo, etc.

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVAN. et EDIT. ULTRAJ-BELG. De Bisuntinis fere ut PULSANEN.; nempe post *Claudio judice*, interserunt: *Ad trocleas extenti et flagellati, deinde in carcerem trusi, amputatis linguis, prædicabant verbum Dei. Post hæc subulis triginta manibus et pedibus et pectori eorum infixis, ad ultimum gladio feriuntur.* In Antiochenis et Aureliano puri sunt. Sed omisso Similiano, substituunt: *Apud Moguntiam, sanctorum martyrum Aurei ejusdem loci episcopi et Justinæ sororis ejus.*

Aurei et Justinæ.

ALBERG. et DANIC. Idem habent de Bisuntinis, sed Antiochenos ad XV Julii rejiciunt. In ceteris conveniunt cum proxime prægressis. At DANIC. proprium habet et peculiare augmentum popularis Sancti: *Ipso die in Dacia, in provincia Selandiæ, sancti Wilhelmi abbatis, vita et miraculis clari.* Colitur VI Aprilis.

Wilhelmi.

CENTULEN. *Apud Antiochiam, sanctorum martyrum Cyrici et Julittæ matris ejus et aliorum simul passorum quadringentorum quatuor. Apud urbem Vesontionem, sanctorum Ferreoli presbyteri et Ferrucionis diaconi martyrum. Civitate Nannetis, sancti Similiani episcopi et confessoris.*

De Cyrico et Julitta.

BRUXELLEN. Incipit a Cyrico et Julitta, his verbis ferme ex Adone desumptis: *Apud Antiochiam, sanctorum martyrum Cyrici et Julitæ matris ejus. Quorum prior calcem cum aceto et synapi in os accepit; deinde pariter clavis affixi, evulsisque oculis decalvati et excoriati, et super carbones in lecto æreo assati; deinde serris attriti, et amputatis linguis gravia tormenta passi, martyrii sui cursum obtruncatione capitis impleverunt, cum aliis quadringentis quatuor.* De Bisuntinis ferme ut supra. Sequitur: *Eodem die, natale sanctorum Dyogenis et Saturnini.* Puto conjungi Africanum cum Siculo. *Apud Maguntiam, sanctorum martyrum Aurei, ejusdem loci episcopi, et Justinæ sororis ejus.* Ut habent supra codices mediæ notæ. Tum de Similiano. Post, de Aureliano pure. In fine: *Apud Viennam, sancti Domnoli episcopi et confessoris.* Est in Actis.

Diogenis et Saturnini.

HAGENOYEN. De Bisuntinis eadem habet quæ ANTVERP-MAX. etc., supra. Secundo loco: *Apud Moguntiam*, etc., ut supra. In martyribus Antiochenis permodice interpolatus, in Aureliano et Similiano satis purus est. Tum: *Item in Anglia*, (lege *in Dania*) *sancti Wilhelmi abbatis.* De quo supra in DANICO. *In Francia, Rotulandi ducis et martyris.* Indicat *Rolandum*, de quo vide sis in Prætermissis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Cyrici et Julitæ martyrum. Ferreoli presbyteri et Ferrotionis diaconi martyrum. Aureliani episcopi et confessoris. Et sancti Similiani.*

Veroli. Justinæ.

CAMBERIEN. *Eodem die, sancti Verolis confessoris.* De eo die sequenti. *Et sanctæ Justinæ virginis.* An Moguntinæ, an alterius?

Quintiani. Flaviani.

CODEX D. LE MARE, sub nota A. *Ipso die, sancti Quintiani presbyteri et martyris.* Forte is est, de quo XIV hujus. Deinde: *Depositio sancti Flaviani.* Si de Augustodunensi, colitur XXIII Augusti.

In VATICAN. num 5949. Deest *Aureliani*.

In UGHELLIAN. Deest *Similiani*.

Domesti, etc. Diogenis, etc.

FLORENTIN. *Apud Antiochiam, sanctorum martyrum Domesti, Crescentii et Julii cum CCCC militibus.* Vide Prætermissos. *Eodem die, sanctorum Diogenis et Saturnini.* De quibus supra.

Veroli.

BIZUNTICEN. S. Pauli, et SALINENSIS Franciscanorum: *In territorio Lugdunensi, sancti Veroli presbyteri et confessoris.* Recte hic scribitur *Veroli*, sed jam diximus coli die sequenti.

Aureliani.

In codice ABBATIÆ GOLLIANÆ: *Lugduni, depositio beati Aurelii episcopi Arelatensis.* Lege *Aureliani*, ut habetur supra in textu.

Translatio Richardi. Ordinationis Nicolai.

EDITIO LUBECO-COL. De Bisuntinis nil novi addit. Secundo loco de Aureliano pure. In Antiochenis multum interpolata est. Sequitur de Aureo et Justina, de Similiano, de Wilhelmo, de Domnolo Viennensi, ut supra. *Eodem die, translatio sancti Richardi episcopi et confessoris.* De eo actum III Aprilis. *Ipso die, Ordinatio Nicolai episcopi et confessoris.* Vide VI Decembris, quo tota vita illustrabitur.

Rolandi, etc. Cyrici etc. cum 404. Aurei, etc. Popponis. Leguntii, etc. Translationum Richardi et Wilhelmi. Meandri. Lutgardis.

GREVEN. *Rolandi comitis Cenomanensis, sociorumque ejus Oliverii cum aliis, tempore Karoli magni ab infidelibus occisorum.* Vide supra. *Martyrum CCCCIV, Adone teste, cum sanctis Cyrico et Julita passorum. Apud Maguntiam, sanctorum martyrum Aurei*, etc. De Domnolo, ut supra. *Popponis archiepiscopi Treverensis et confessoris.* Prætermittitur. *Metis, Leguntii et Streminii episcoporum et confessorum.* Vide Prætermissos. *Translatio sancti Richarii episcopi. In Dacia, translatio sancti Wilhelmi abbatis.* De quo supra. *Meandri confessoris.* An *Nicandri*? Sed hic martyr est die sequenti. *Lutgardis virginis. Ordinatio sancti Nicolai episcopi et confessoris.*

Aurei et Justinæ. Lutgardis.

MOLAN. *Et in civitate Maguntiaco, passio sanctorum Aurei et Justinæ sororis ejus, qui ab Hunnis vastantibus Germaniam, in ecclesia occisi sunt.* Hæc ex Rabano sumpta. Tum typis minoribus, de Rolando et Oliverio, ut GREVENUS. Item de Wilhelmo. Demum: *In Aquiria, monasterio Brabantiæ, obiit sancta Lutgardis, magnæ devotionis virgo, cujus vitam scripsit Thomas Cantipratensis.* Editiones posteriores litteris Italicis in textu de Antiochenis inserunt: *Passi sunt cum eis et alii* CCCCIV. In fine de Aureo et Justina ut supra.

Tychonis. De Cunegundis, etc., elevatione. Translationis Lewinnæ. Bertini [illegible]

Die decima sexta, sancti clarique miraculis Tychonis Amathontii. In Eschel Constantiensis diœcesis, elevatio sanctarum virginum Cunegundis, Mechtundis et Vuibrandis. Bergis, translatio sanctæ Lewinnæ virginis et martyris. Natalis est XXII Julii. *Monasterio Sithiu, [illegible] corporis sancti Bertini, quod [illegible] altaris sancti Martini, ubi olim a beato Folquino translatum et reconditum [illegible] anno DCCCXLVI. [illegible] XXIX annis.* [illegible]

Rolandi et soc. nori charactere : *In Galliis, Rolandi comitis Cenomanensis, Oliverii et sociorum, qui juxta Pampelonem sub Pyreneis montibus pro Christo pugnantes, Carolo magno imperante, occubuerunt. In Aquiria monasterio Brabantiæ, obiit Lutgardis abbatissa magnæ devotionis virgo.* Quæ ad ejus cultum, vitam, ætatem, etc., pertinent, diligenter in Actis eruderata sunt. *Lutgardis.*

XV *Kal.* — *Die* 17.

Martyrum 262. *Vulmari* *Aviti.*

Romæ, sanctorum martyrum ducentorum sexaginta duorum, qui positi sunt via Salaria veteri ad clivum Cucumeris. Eodem die, sancti Vulmari confessoris, admirandæ sanctitatis et religionis viri. Aurelianis, sancti Aviti presbiteri et confessoris.

Hunc esse verum et genuinum textum probant codices *Hermin. Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin prima editio, Greven.* et *Molani editiones posteriores.*

VARIA LECTIO. Ferme reducitur ad librariorum vel typographorum sphalmata. Sic *vetere*, pro *veteri*, habent Antverp. et Max-Lubec. In Munerat. *politi*, pro *positi*; *divum*, pro *clivum*, ubi Belin. habet *clivium*. Rursus Belin. *Vulmarii*. Munerat. autem *ammirandæ* et pro *presbyteri et confessoris*, legit *abbatis et confessoris*.

Martyrum 262. OBSERVATIO. Hæc hodie Romani parvi sola et unica annuntiatio : *Romæ, martyrum* CCLXII. Reliqua textus nostri verba Adoniana sunt. Quid de iis præterea dici possit, nusquam reperio, nisi censeantur iidem esse, qui CCLX numero *arenam fodientes damnati fuerunt et in amphitheatro civitatis sagittis interfecti*, a SS. Mario et Martha (de quibus XX Januarii) *sepulti in crypta via Salaria, juxta clivum Cucumeris*. Ita credidere Henschenius et Papebrochius, in Sylloge sua historica alios eis martyres, in Hieronymianis hoc die expressos conjungentes, de quibus merito dubites, an cum hisce CCLXII ullam aut loci aut temporis habeant affinitatem. Verum in tanta rerum obscuritate, non video a Majorum placitis recedendum, donec aliunde plus luminis accesserit. An id a Wandelberto affundatur, ex ejus versiculis statuere poteris :

Quindecimus septem quinquagenisque ducentis
Martyribus jucundam mittit ad astra coronam.

Jam ad firmandam de cetero textus nostri genuinam Usuardinam et primigeniam simplicitatem, concurrunt non solum citati jam codices undequaque puri, sed reliqui ferme omnes utcumque aucti, *De Gundulfo Pratensis codicis* iis duntaxat exceptis, qui cum Pratensi extra ceterorum ordinem convenire solent ; soliti nempe socii Antverp-Maj. Rosweyd. et Aquicinctinus, de quibus jam toties sermo recurrit. Legunt illi secundo : *In territorio Bituricensi, sancti Gundulphi episcopi et confessoris*; eamque lectionem Henschenius nostræ præferendam putat, ex favente diei concursu et adstipulatione duorum Pratensium codicum. Verum ut ei ultro concedamus, natalem *Vulmari* diem cadere in XX Julii, *Gundulfi* vero hac die recedendum, qua de re nulla nobis hic disceptatio ; numquam faciet, ut lectio nostra verissime non sit Usuardina, quicumque titulo posita fuerit, stante pro ea codicum integerrimorum consensu, qui plane evincit *Gundulfum* in codicem Pratensem, ut alias factum, toties ostendimus, subinde fuisse intrusum, erasa forte priori annuntiatione. Magisque id adeo liquet recurrendo ad ipsam Usuardi perpetuam scaturiginem ; Adonem, inquam, cui *Gundulfus* ille *Bituricensis* plane fuit incognitus.

Vulmari Itaque, ut ad *Vulmarum* regrediamur, de eo primus meminit prædictus Ado, iisdemque prorsus verbis laudavit, quæ in laterculum suum Usuardus manifestissime transtulit, ut proinde dubitare nequeam, quin ita primitus in vero autographo scriptum reliquerit, unde probatiores nostri codices acceperunt. Atque hæc pro re nostra hic satis ; si quid desiderari patimur, ad XX Julii abunde in *Aviti.* Actis compensabimus. — De *Avito Aurelianensi* nulla occurrit difficultas, utpote qui ex Beda acceptus, in omnibus codicibus Usuardinis consignatus est, cum eo exiguo discrimine, quod Pratensis et ei similes sistant in *presbyteri*, resecto fine, *et confessoris*. An ad apographa Hieronymiana proprie spectet, docebit Florentinius. Eum ex Beda, de more, transumpsit Rabanus, diffusiorique ornavit elogio ; Florus multo breviori. Sec hæc nihil ad Usuardum, pro cujus simplicitate vindicanda nihil hic ultra disputandum arbitramur. Porro quæ de *Avito* vel *Avitis* dubia et controversa sunt, in commentario pag. 350 explicat Henschenius, ubi etiam recte observat, Avitum probabilissime hunc eumdem, ab Adone consignatum esse XIX Decembris. Ceterum ex vitæ serie in Actis nostris tradita, satis refelli videtur eruditi cujusdam recentioris opinatio, qui *Dunensem Avitum* ab *Aurelianensi* seu *Miciacensi* distinguendum existimat.

AUCTARIA.

PRATEN. Auctarium ejus et defectum abunde jam indicavimus.

ANTVERP-MAJ. PRATENSI conformis in *Gundulphi* annuntiatione, in fine adjicit : *Ipso die, depositio sancti Botulphi confessoris et abbatis.* Ubi rursus advertis Auctarium Anglicum. *Botulphi.*

ROSWEYD.

ROSWEYD. Utrique priori consonans in textu, sic Auctarium efformat : *Ipso die, sancti Buthelmi confessoris.* *Buthelmi.* Sequitur deinde compendium satis prolixum totius historiæ Alexianæ, de qua plures codices in Auctariis XVII Julii.

Quiriaci. PULSANEN. *Romæ, natalis sancti Quiriaci.* Addere poterat socios non paucos. *In Aurelianis civitate, depositio sancti Aviti presbyteri et confessoris. Nammetis civitate, beatissimi Lini confessoris.* *Lini.* Fallor, ni *Similinum* truncatum innuat, nobis *Similianum*, qui etiam ab aliis hoc die refertur, sed a nobis cum Usuardo die præcedenti. *Eodem die apud civitatem Rothomagum, translatio corporis beati Romani archiepiscopi et confessoris.* *Translationis Romani.* Remittitur ad XXIII Octobris.

BELINI editio altera textui superaddit : *In pago Biturico, sancti Gundulfi.* *Gundulfi.* *Eodem die, S. Possenui* (Possenni) *sacerdotis, miræ simplicitatis viri.* *Possenni.* Pluries infra recurret.

MOLAN. In prima editione omisit hæc sola verba : *Qui positi sunt via Salaria veteri ad clivum Cucumeris.* Aliæ editiones, ut diximus, puræ et integræ sunt.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Videntur litem velle componere, dum textui puro subjungunt : *In territorio Bituricensi, sancti Gundulphi episcopi et confessoris.* *Gundulphi.*

CENTULEN. *Romæ, sanctorum martyrum ducentorum sexaginta duorum, qui positi sunt via Salaria veteri ad clivum Cucumeris. Aurelianis, sancti Aviti presbiteri et confessoris.* Deest Vulmarus, de quo vide supra Observationem.

BRUXELLEN. In prima purus ; secundo loco inserit : *Et Romæ, passio sanctorum Diogenis et Quiriaci.* *Diogenis et Quiriaci.* Eorum socii in Actis enumerantur. In Vulmaro et Avito purus, subjungit : *In territorio Bituricensi, sancti Botulphi episcopi et confessoris.* *Botulphi.* Voluit dicere *Gundulphi. Ipso die apud Rothomagum, translatio corporis sancti Romani episcopi et confessoris.* *Translationis Romani.* Dies natalis est XXIII Octobris. *Et sancti Aycadri* (aliis Aichradi) *abbatis Gunegiensis* (Gemeticensis). *Aycadri.* *Qui cum nongentos haberet monachos, media eorum pars, per angelum sibi noctu præsignata, una die migravit ad Dominum. Quos ipse non multo post secutus, quievit in Christo.* Remittitur ad XV Septembris.

HAGENOYEN. De CCLXII addit, quod *decollati sint sub Claudio imperatore.* Sequitur : *In Egypto, depositio sancti Onufrii heremitæ.* *De Onuphrio.* *Qui prius erat monachus inter perfectissimos monachos et ipse perfectus. Qui tandem ab illis vitam heremiticam Helyæ in veteri Testamento et Iohannis Baptistæ in novo Testamento* (ducere volens et) *arguens fratres, quod illi non fierent, quod laudarent, etc.* Quæ purius ex Actis sumentur, datis XII Junii. Sequitur : *In Anglia, sancti Rotulfi abbatis.* *Botulphi.* Alii scribunt *Loculfi*, sed de eodem agitur, qui supra *Botulphus*. In Vulmaro et Avito purus est. In fine : *Item Bisiniciæ* (Vesontione) *sancti Anthidii episcopi et martyris.* *Anthidii.* De quo vide Auctaria nostra et Acta XXV Junii.

AQUICINCT. Jam diximus superius in Observatione, codicem hunc concordare cum PRATEN.

VICTORIN. *Assumptio Heliæ prophetæ.* Vide Prætermissos. *Et sancti Nicandri et Marciani.* *Nicandri et Martiani.*

Codex PRINCIPIS URSINI à Rosemberg. *Volinaris, aliis Vulmari.* Ita legit extractum.

AMBIANEN. *Aurelianis, depositio sancti Aviti presbyteri et confessoris.* *De Avito.* *Qui cum sanctæ religionis fervore, sub patre Maximino* (m) *monasterio floreret, tandem* (a) *Deo tactus eremum petiit, ubi aliquando commoratus, etiam miraculis claruit, et postea glorioso fine in pace quievit.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Aviti presbyteri et confessoris. Romæ, sanctorum martyrum ducentorum sexaginta duorum. Wlmari confessoris.*

CAMBERIEN. *Ipsa die, Domini Luculfi abbatis.* *Luculfi.* Erit, ni fallor, *Botulfus.*

REG. SUEC. sub nota num. 428. *In territorio Bidderici castri, adventus clarissimi confessoris Christi Botulfi, super cujus feretrum, videntibus cunctis, columna lucis cœlitus emissa refulsit.* *Adventus Botulfi.*

VATICAN. num. 5949. Omittit *Vulmari et Aviti.* Adjicit autem : *Beneventi, sanctorum Nicandri et Marciani.* *Nicandri et Marciani.* *Eodem die, translatio sancti Bartholomæi Apostoli de India in Liparim.* *Translationis Bartholomæi.* Agendum de hoc Apostolo XXIV Augusti.

ALTEMPS. *Eodem die, sancti Posenni sacerdotis, miræ simplicitatis viri.* *Posenni.* *Ipso die apud sanctum Edmundum, sancti Bolulphi episcopi et confessoris.* *Botulphi.* An non *Adulphi*, fratris vel socii *Botulphi? In territorio Oxoniensi, Hertilando monasterio, sancti Nechtavu martyris.* *Nechtavu.* Nihil de eo hac die in Actis nostris, nihil in Prætermissis.

FLORENTIN. *Apud Beneventum, translatio S. Bartholomæi Apostoli.* *Translationis Bartholomæi.* *Civitate Ravenna, sanctorum Froni, Candri, Blastri, Nicandri, Ahenæ, Dorostori, Iphici, Cantini, Cantianæ, Cantianillæ.* *Froni, etc.* *Romæ, natalis sancti Quiriaci.* *Quiriaci.* *Item Romæ via Salaria ad* VII *columnas; natale sancti Diogenis, viri virtute et sanctitate clarissimi.* *Diogenis.* *Alexandriæ, SS. martyrum Diogenis et Marini.* *Diogenis et Marini.* *In Aquilegia, sanctorum Muscæ, Cirinæ, Valerianæ et Marinæ.* *Muscæ, etc.* De his omnibus vide Acta. *Civitate Rothomago, translatio sancti Romani archiepiscopi et confessoris.* *Translationis Romani.* *Item sancti Badulphi abbatis.* Jam diximus, hoc nomen varie efferri.

Codex S. RICALDI. *Lugduni, depositio beati Aureliani episcopi Arelatensis.* *Aureliani.* Ex die præcedenti.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In monasterio, quod Haræa vel Harœa nuncupatur, sancti Wulmari confessoris.* Vide hic infra, *Juliani.*

EDITIO LUBECO-COL. In prima, pura est. Sequitur : *In monte Jovis, depositio beati Bernardi heremitæ, eximiæ sanctitatis viri.* *Bernardi.* *Hic inter cetera infirmitatum genera, morbum, quem physici paralysim nominant, solitus est curare.* Colitur XV Junii. De Vulmaro addit, *discipuli sancti Iudoci confessoris.* In Gundulfo pura est. *In monasterio quod Arena nuncupatur, sancti Juliani confessoris.* *Juliani.* In Avito etiam pura est. *Alexandriæ, sanctorum Diostori et Marini martyrum.* *Diostori, etc.* Vide Acta. De Botulfo, ut supra. Deinde . *In monte Sybergensi, translatio sancti Innocentii martyris de societate sanctorum Thebeorum.* *Translationis Innocentii.*

GREVEN. *Item sanctorum Dugene, Blasti, Canciani.* *Dugene, etc.* *Romæ, Diogenis et aliorum* CCLXIV. *Diogenis et aliorum 264.* *Dioschori et Marini martyrum.* *Dioschori et Marini.* Vide Acta. *Helprardi martyris.* *Helprardi.* Prætermittitur. *Nichrandi et Marciani martyrum.* *Nicandri.* De Gundulfo recte. *In Tuscia civitate Emilia, Himerii episcopi et confessoris.* *Himerii.* *Veredemii episcopi Avinionensis et confessoris.* *Veredemii.* *In pago Rothomagensi, sancti Romani ejusdem civitatis episcopi. et confessoris.* *Romani.* De quo supra. *Vultrammi episcopi* *Vultrammi.* Vide Prætermissos. *In Anglia, Botulphi abbatis et confessoris.* *De Botulfo.* *Hic de profectu animarum semper habebat colloquium ; semper de gaudio felicitatis æternæ in ipsius ore personabat eulogium. Eadrii abbatis.* *Eadrii.* *In Hibernia, Enolich confessoris.* *Enolich.* Vide de utroque Prætermissos. *Juliani confessoris.* *Juliani.* *Alteramni confessoris.* *Alteramni.* Quis est hic? *Secundum aliquos hic Bernardi eremitæ et confessoris, de quo supra* XVII *Kal. Junii. Hic raptus est*

De Elia *Helias curru igneo, ante Christum ortum anno nongentesimo tertio.* Vocatur supra Eliæ assumptio. Vide xx Julii.

De Avito. Molan. De Avito habet : *cujus vita miraculis coruscabat. Hic inter alia facta quemdam monachum defunctum in ecclesia, ceteris fratribus somno gravatis, oratione fusa ad Dominum, a morte suscitavit.* *Domnoli* *Apud Viennam, sancti Domnoli episcopi.* Ex die *Possenni* priori. De Gundulfo et Possemio (pro *Possenno*), *De Alexi.* ut supra. *Item Romæ, Alexis confessoris, qui paupertatem voluntariam elegit, et post multas anxietates et injurias, a famulis domus patris sui factas, nesciente patre et matre, in jejunio et orationibus in Domino quievit.* Colitur xvii Julii. *In Arabia* *Raptus Eliæ.* *raptus in cœlum sancti Heliæ prophetæ Domini, et Carmelitanæ regionis Patriarchæ qui tantam invenit coram Domino gratiam, ut clauderet et aperiret cœlum.* *Juliani.* De Botulpho et Juliano, ut supra. Mino- *Translationis Innocentii.* ribus typis : *Translatio Innocentii martyris ex legione Thebæa in monte Sibergensi.* Colitur tota *Fulconis.* legio xxii Septembris. *Fulconis archiepiscopi Rhemensis et martyris.* Prætermittitur. Editiones aliæ, de Avito, Domnolo, Gundulpho, Possemio, Juliano et Botulpho, repetunt ea quæ jam satis *Botulfi.* dicta sunt. Sequitur : *Cremonæ, sancti Himerii* *Himerii.* *episcopi Æmiliæ et confessoris. Die decima septima, sanctorum martyrum Manuelis, Sabelis èt Ismaelis.* *Manuelis, etc.* *In Constantiensi diœcesi, elevatio Christianæ virginis.* *Elevationis Christianæ.* Vide Prætermissos. Tum minori charactere : *Item Pisis, sancti Ranerii nobilis, ac postmodum* *Ranerii.* *peregrini, qui cum Hierosolyma visitasset, abstinentia et pietate clarus, obiit anno salutis* MCLXI. De Elia, ut supra in editione prima. *Item Fulconis* *De Fulcone.* *martyris, Remensis episcopi, qui pro libertatis ecclesiasticæ defensione est interemptus.* Diximus prætermitti. Post annotationes, litteris Italicis præter morem assuitur : *Die Dominica ante natalem Baptistæ, in Foresto, sanctæ Helenæ* (vel *Ha-* *Alenæ.* *lenæ) virginis et martyris. Quæ Levoldi regis gentilis filia unica, jussu patris martyrium tulit, post mortem tot clarens miraculis, ut illis excitatus Levoldus pater ejus, fidem Christi, baptismi gratiam, simul et peccatorum veniam acceperit. Hujus sacræ virginis corpus, in monasterio Forestensi, Ordinis sancti Benedicti prope Bruxellam quiescit.* Vide hæc in Actis deducta ; et Auctaria xix hujus.

XIV *Kal.* *Die* 18.

Marci et Marcelliani. Romæ via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum Marci et Marcelliani fratrum, qui a duce Fabiano tenti et ad stipitem ligati, in pedibus acutos (clavos) acceperunt. Cumque demum non cessarent laudare Christum, lancea per latera transfixi, cum gloria martyrii ad siderea regna migraverunt. In Hispa- *Siriaci et Paulæ.* niis civitate Malaca, sanctorum martyrum Siriaci et Paulæ virginis, qui post multa tormenta sibi illata, lapidibus obruti, inter saxa animas cœlo reddiderunt. Alex- *Marinæ.* andriæ, passio sanctæ Marinæ virginis.

Sic plane referunt : *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj.* et *Rosweyd.*

VARIA LECTIO. *Ardentina*, scriptoris vitium est in Rosweyd. Deest in Antverp-Majore, *martyrum*. Præterea ambo codices scribunt *tenti ad stipitem*, omissa particula *et*. Sequitur vitiosa constructio, *in pedibus acutos acceperunt*, quæ et in citatis pro textu codicibus et in omnibus ferme aliis reperitur, exceptis Greveno et Molano. Rosweyd. item phrasim mutans sic posuit : *in pedibus aculeos susceperunt*, forte ex Floro, ubi, *aculeos acceperunt*. Noster Adonem secutus est, suppresso substantivo *clavos*, quod parenthesi inclusimus. In Antverp-Maj. est, *cessassent laudare Dominum ;* in Rosweyd. *cessassent laudare Deum* ; melius in textu. *Syderea* legit Pratensis. Antverp-Maj. *Malacha*. Post *Paulæ virginis*, posuit Tornacensis *quæ*. Omnes concordant in nomine *Marinæ*, quo pra solus Pratensis habet *Mariæ*.

Marci et Marcelliani. OBSERVATIO. Duorum martyrum fratrum *Marci* et *Marcelliani* celebrem reddidere festivitatem Martyrologi Latini antiqui omnes : imprimis Hieronymiana apographa non omnimode conformia ; tum Beda, post quem Rabanus elogium texuit, ab eo plane diversum, quod Flori esse censuit Henschenius. Adde Romanum parvum, ex quo Viennensis, qui auctius encomium et elegantius concinnavit, non minus eleganter a Nostro contractum, ut in laterculo repræsentatum est. Omnia ex Actìs S. Sebastiani desumpta sunt, ut vide in nostra editione, capite præsertim 22 pag. 277, quæ magis hoc die elucidantur. Celeberrima est Sanctorum nostrorum memoria in Sacramentariis a Menardo et Thomasio editis, atque item in vetustis Allatii et Frontonis Kalendariis quidquid in priori legatur *Marcellini*. Nec Wandelbertus metrica oratione eos laudare prætermisit, adjuncta *Balbina*, cui *Marinam*, de qua infra, substituendam arbitramur. Sic habet :

Quartum cum deno pretioso sanguine fratres
Marcellianus pariter Marcusque sacrarunt :
*Hanc quoque Balbina, * lustrat meritumque decusque.*

* *Marinæ.*

Siriaci et Paulæ. *Cyriaci*, nos legimus potius *Siriaci* (quo modo antiqui codices omnes scribunt) et *Paulæ*, nullus Usuardo prior aut æqualis, meminit. Martyrium ipse, ut in textu patet, nitida oratiuncula complectitur. Ast unde acceperit, nos plane latet. Si conjecturis indulgere fas est, opinari licebit, Usuardum, dum in Hispania esset, aut Acta vidisse aliqua, aut ex hominum traditione, et Sanctos ipsos,

et quod

et quod de illis narrari audiverat, in Franciam transtulisse, unde in ejus Martyrologio memoria eorum primum innotuit. Certe Acta nulla, saltem quæ fidem mereantur, hactenus prodita sunt; nec multum suggerit Sylloge Henschenii, præter venerationem, quæ ipsis, tamquam urbis patronis, Malacæ solenniter exhibetur. — De *Marina*, sed solo nomine, ut apud Alexandriam passa, agunt inter Hieronymiana Epternacense et Corbeiense, pro qua Lucense, quem codicem sequitur Florentinius, substituit *Marii*, Blumianum *Mariæ*, alii ferme dicerent *Margaritæ*. At enim ex prioribus *Marinam* accepisse credimus Rabanum, qui eam elogio, verosimiliter alieno, exornat, quod a Notkero ferme transumptum est; licet is hac die adhuc imperfectus sit. Cur vero hi duo eam Antiochiæ tribuant, invenies in indice Prætermissorum, in quo non una *Marina* distinguitur, contra Molani in prima editione confusionem. Noster Hieronymianis simpliciter inhæsit, nisi quod *virginis* laureolam de suo adjecerit. Hæc pro instituto nostro sufficiant, res tota ab ovo ad xx Julii in Actis discutietur; quando consuli poterit Tillemontius tomo 16, pag. 167. Atque hunc putamus germanum Usuardi textum, non qualem referunt Grevenus et Molanus, apud quos in prima annuntiatione, post *transfixi*, interseruntur hæc verba : *Cum Christum etiam in pœnis confiterentur, tamdiu cruciati sunt quoadusque per coronam*, etc. Unde inepte geminatur phrasis ex præcedentibus, *cumque demum non cessarent laudare Christum*, satis clara et plena; quod profecto ab Usuardina methodo brevi et succincta abhorrere videtur; cujus proinde genuina simplicitas longe melius a nobis ex codicibus aliis omnibus hic relata et expressa est. *Marinæ.*

AUCTARIA.

BELIN. Puritati proximus, ordinem invertit, agens de Marina secundo loco. Et in Malacensibus omittens hæc verba *lapidibus obruti*.

GREVEN. et MOLAN. Jam diximus eos annuntiationem primam amplificare.

Miliæ et Felicis. Pauli et Ciriaci. Martari, etc. Autberti.

PULSANEN. *Romæ, natalis sanctorum martyrum Marci et Marcelliani. In Africa Marchie, natalis sanctæ Miliæ et Felicis* Vide Acta. *Thomis, sanctorum Pauli et Ciriaci. Ravenna, natalis sanctorum martyrum Martari, Felicis, Enuli et Crispini.* Vide etiam Acta. *Sancti Autberti Atricatensis* (Abrincatensis vel Abrincensis) *episcopi.*

Fortunati et aliorum.

MUNERAT. In fine : *In territorio Senonensi, apud Cellas, depositio beati Fortunati episcopi et confessoris. Qui Vercellis civitate oriundus et a primævæ ætatis flore peritiæ litterarum traditus, micanti studio Longobardorum Philosophus : deinde vero a beato Germano Parisiorum episcopo cognitus, vitam sancti Marcelli, prædictæ urbis antistitis, totius mundi giramini indubitanter patefecit. Post paulum vero temporis, sancto Germano, ægrotante, inedia fervente, angelica visitatione submonitus, cupiens quoque fervore speculationis aggredi Parisius, ac sic circa vicesimum ab urbe miliarium, Dei numine tactus, in pace quievit.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYD. LOVAN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. In prima annuntiatione post *acceperunt*, hæc Adonis verba adjiciunt : *et in hymnis et laudibus perseverantes*. Sed priores duo omittunt *Marinæ*.

ALBERG. et DANIC. Similes sunt superioribus codicibus, sed in principio, aliud ex Adone augmentum habent, nempe, *præclarissimi Tranquillini et Marciæ filiorum.*

Translationis Bartholomæi.

CENTULEN. *Natale sancti Bartholomæi Apostoli, quando de insula Lippari Beneventum translatus est.* Natalis est XXIV Augusti. *Romæ via Ardeatina, sanctorum geminorum Marci et Marcelliani, qui lanceis per latera transfixi ad siderea regna migraverunt. In Hispaniis civitate Malacha, sanctorum Ciriaci et Paulæ virginis. Alexandriæ, sanctæ Marinæ virginis. In territorio Senonice, sancti Fortunati episcopi et confessoris.* *Fortunati.*

Hermelii etc. Mercurii et soc.

BRUXELLEN. In prima annuntiatione omnia habet quæ ALBERGEN et DANIC. In Siriaco et Paula purus est. Tum : *In Africa, natale sanctorum Hermelii et Felicis. Ravennæ sanctorum martyrum Mercurii, Felicis, Emilii, et Crispini.* Vide nomina rectius in Actis expressa. Sequitur de Marina, pure. In fine : *Eodem die, depositio sancti Autberti, Abricacensis episcopi.* Voluit dicere, *Abrincatensis*. *Autberti.*

De Marco, etc.

HAGENOYEN. Post *fratrum*, interserit : *Qui antequam paterentur, corde mollescere cœperunt ad verba parentum et uxorum ; sed sanctus Sebastianus suis sermonibus eos fecit esse fortes ad patiendum. Qui a judice Fabiano*, etc. Secundo loco : *In territorio Bituricensi, depositio sancti Gundolfi episcopi et confessoris.* De quo die præcedenti. In reliquo textu satis purus est. *Gundolfi.*

AQUICINCT. Alia manu : *Alexandriæ, depositio sanctæ Marinæ virginis.* Adhuc patent vestigia scriptionis purioris.

AMBIANEN. *Eodem die, dedicatio ecclesiæ sancti Firmini martyris, intra mœnia sitæ.* Colitur die XXV Septembris, ubi de utroque Firmino plura notabo. *Firmini.*

Textus contractus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. Ita habet : *Marci et Marcelliani martyrum. Marinæ virginis et martyris. Cyriaci et Paulæ virginis lapidibus obrutorum.*

Pauli et Cyriaci. Martarii, etc. Autberti.

AUGENSIS Canonicorum Regul. *Item Romæ, in cemiterio Damasi, sanctorum Marcelli et Marci fratrum. Tomis, sanctorum Pauli et Ciriaci.* Non magna a Malacensibus nostris distantia ; sed de his vide Usuardum XX Junii. *Alexandriæ, sanctæ Marinæ virginis. Ravenna, natalis sanctorum martyrum Martarii, Felicis, Emilii et Crispini.* Vide Acta. *Ipso die, sancti Auberti Cameracensis episcopi.* Lege *Abrincensis*.

REG SUEC. num. 428. *In territorio Senonum, apud Cellas, depositio beati Fortunati episcopi et confessoris.* Vide superius MUNERATUM. *Fortunati.*

In VATICAN. num. 5949. et in UGHELLIAN. deest *Marinæ*, ut in ANTVERP. et MAX-LUBEC.

ALTEMPS. *Ipso die, sancti Adulphi, fratris Bodulphi abbatis.* Vide die præcedenti in Actis nostris. *Adulphi.*

Felicis, etc. Martali, etc. Marinæ alterius. Autberti.

FLORENTIN. *Romæ, sanctorum Felicis et Æmilii. Ravennæ, sanctorum martyrum Martali, Felicis, Emilii, et Crispini. Item in Alexandria, sanctæ Marinæ virginis, quæ in puerili ætate, clam se tondere fecit et monasticam vitam expetiit, Marinus sibi nomen imponens, post retrusionem multis annis in omni sanctitate quievit in Domino.* Vide Prætermissos. *Eodem die, sancti Auterti Brucatensis episcopi.* Est *Autberti Abrincensis*.

EDITIO

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Civitate Burdegalæ, natale beati* *Amandi* *Amandi ejusdem urbis episcopi et confessoris. Hic beatum Severinum Coloniensis civitatis archiepiscopum, cum summi honoris reverentia, angelica ammonitione suscepit, et quem numquam prius viderat, proprio nomine salutavit, ac eidem cathedræ cessit solio.* De Marco et Marcelliano, ut ALBERG. et DANIC. addit : *Præclarissimi Tranquillini et Marciæ filiorum.* De Malacensibus, pure. Sequitur longior historia monachatus Marinæ, de quo vide sis Prætermissos.

Felicis, etc. *Potentini, etc.* GREVEN. *Ravennæ, sanctorum Felicis, Emilii et Crispini. Natalis sanctorum martyrum Potentini diaconi, Felicii presbyteri, et Simplicii militis, in Steynvelt quiescentium.* De Amando paulo brevius quam supra. *Fortunati* *In territorio Senonico, sancti Fortunati episcopi, vita, et eruditione præclari.* *Hymeri.* *Cremonæ, sancti Hymeri episcopi et confessoris.* Vide die præcedenti. *Colmanni.* *In Hibernia, Colmanni, abbatis.* Vide Prætermissos. *Elisabeth.* *Beatæ memoriæ Elisabeth virginis sanctimonialis in Sconaugia, cui multa secreta a Domino revelata sunt, circa annum* MCLVI. In priori editione anni MDXV addebatur *Cunera*, de qua meminimus XII Junii.

De Marina Antiochena. MOLAN. Marinæ adscribit elogium, quod Antiochenæ tribuit Rabanus, his verbis : *Quæ per Olibrium præfectum multa tormenta passa est pro nomine Christi : vincula, carceres, equuleum. Quam et diabolus in draconis specie, similiter et in Æthiopis tentavit, sed per signum sanctæ crucis superatus est. Novissime vero per prædictum præfectum decollata, sacro martyrio vitam finivit.* Vide Prætermissos. Sequitur de Fortunato, ut MUNERATUS supra. Tum : *Cremonæ, sancti Himeri, etc.*, ut *Himeri.* GREVENUS. Dein ex eodem, sed minoribus litteris, de Amando Burdigalensi et Elisabeth Schonaugiensi. Sequitur : *In portu Tripolis, sancti Leontii martyris, cujus martyrii commentaria Cyrus quidam scriba in tabulis plumbeis conscripsit, et apud sancti martyris monumentum ea deposuit, ut iis qui postea futuri sunt, optimum exemplum relinqueret, in Christo Jesu Domino nostro.* *Leontii.* Hactenus editio prima uberior. In aliis vero est elogium Fortunati, ex MUNERATO, usque ad *patefecit;* desunt reliqua. Tum : *In Lipara, Calogeri monachi sanctissimi, de quo videtur Gregorius in 4 lib. Dialogorum mentionem facere.* *Calogeri.* *Die decima octava, sancti martyris Leontii.* Sequitur typis minoribus : *Civitate Burdegala, sancti Amandi episcopi et confessoris.* *Amandi,* *Sconaugia, obiit Elisabeth, virgo sanctimonialis, cui multa secreta a Domino sunt revelata.* *Elisabeth.* Marina in his editionibus prætermissa, rejecta est ad Auctaria XX Julii, sub nomine *Margaritæ*.

XIII *Kal.* *Die* 19.

Gervasii et Protasii. Mediolani, natalis sanctorum martyrum Gervasii et Protasii fratrum, ex quibus priorem tamdiu jussit Astasius comes plumbatis cædi, quousque exalaret spiritum ; sequentem vero fustibus cæsum, capite truncari. Horum sepulchra sanctus Ambrosius Domino revelante reperit, et ita incorrupta eorum corpora, ac si eodem die fuissent interempti. *Ursicini.* Apud Ravennam, sancti Ursicini martyris, qui sub judice Paulino, post nimia tormenta, in confessione Domini immobilis permanens, capitis abscisione martyrium complevit.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven* et *Molan.* Item ex *Antverp. Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editione Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. *Mediolano* est in Antverp-Maj. et Antverp. et Max-Lubec.; pejus in Rosweyd. *Mediolanis.* Lego *Protasii*, cum Pratensi, Herinien. et Rosweyd. licet plerique alii habeant *Prothasii*. Priores duo scribunt *Astaius*, posterior, *Astacius*, Munerat. *Artatius*, Antverp-Maj. *Anastasius.* Sequor Greven. Molan. et codices alios cum Adone, ubi vere *Astasius*, non *Astachius*, ut Rabanus. Recte posuit Molan. *exalharet* ; sed ceteri codices cogunt me scribere *exalaret.* Multi habent *repperit*, de quo alibi. Textus loquitur cum purioribus. *Interempta*, error est Antverp. et Max-Lubec. Sic male in Molano *incorrupta*. De *abscisione* diximus sæpius; in ea scribendi ratione codicum torrente abripimur. Ceterum, *capitis abscisione martyrium complevit*, ipsa est Usuardi phrasis, tametsi Ado legat *consummavit*, quod eodem recidit. At Rosweydi codex substituit, *capite truncatus est*, qua ferme de causa ex purorum numero excludendus fuerat.

OBSERVATIO. Celeberrimorum toto orbe Christiano martyrum, a sancto Ambrosio inchoata et instituta solennitas, in omnia Martyrologia nostra transiit, hac ipsa die, quæ *inventionis* seu *translationis* aut *elevationis* potius dicenda esset, quam *natalis*. Utut est, apographa Hieronymiana medios eos inter Nazarium et Celsum, ex alia die huc repetitos collocant. An quia simul elevati aut translati sint? Ita ex Puricelli dissertatione Nazariana, statuit Florentinius. Est et apud Romanum parvum *Commemoratio Nazarii et Celsi*, ab Adone omnino præterita, quæ proinde instituto nostro extranea est. *Gervasii et Protasii.* Beda de *Gervasio et Protasio* non sine laudatione loquitur, cujus verba postremam elogii nostri partem constituunt, inde ab Adone translata, et ex hoc a Nostro cum aliis, non tam certis, accepta. Rabanus Bedam transcribens, non nulla ex Hieronymianis admiscuit de *Vitali* et *Valeria*, Martyrum nostrorum progenitoribus, quæ non nisi sanguinis titulo ad hunc diem pertinent, nam XXVIII Aprilis Vitalem retulimus, cui uxor in Actis conjuncta est. Notkerus de more satis liberaliter Adonem, suum fecit, licet et aliqua immutaverit. De horum martyrum gestis aut passione

frustra

frustra indubitatum aliquid quæsieris; sed non idcirco minorem consecuti sunt gloriam, utpote quorum illustria merita luculenter demonstrant miracula prope innumera, irrefragabilibus testibus Ambrosio, Augustino, Paulino, memoriæ prodita. Ab Augustino haud dubie translata in Africam eorum veneratio, in Kalendario Carthaginensi locum obtinuit. Laudata sæpe Sacramentaria et Kalendarium Frontonis non minori cultu eosdem prosequuntur. Longum de ipsis commentarium diligentissime elaboravit Papebrochius, a Janningo in Supplemento Junii ad hunc diem recensendum. Brevius pleraque digessit Tillemontius tomo 2 a pag. 78, quibus junge notas ejus a pag. 498. Solum hunc versiculum hodie canit Wandelbertus:

Gervasius ter denum Prothasiusque coronant.

Ursicini.

Par est aliorum Martyrographorum consensio in altera annuntiatione de *Ursicino*, si solum Bedam excipias. In Hieronymianis ab Hippolyto, Vitale et Valeria non satis disjungi videtur, unde forte ansa Rabano data eum *Romæ* adscribendi; qua de re videri potest Florentinius. Romanum parvum melius *Ravennæ* tribuit, ex quo Ado palæstram accipiens, breve Ursicino aptavit elogium, a Notkero integre descriptum, a Nostro ultima dumtaxat sui parte mutilatum, omissis hisce verbis: *sepultusque est in eadem urbe a beato Vitale, patre sanctorum Gervasii et Protasii*; quæ addi poterant ad ostendendam nonnullam utriusque annuntiationis affinitatem, quidquid ad eumdem diem non pertineant. Neque enim novum est Sanctos referre alio quam natali die consignatos, ut de prioribus supra innuimus. Causam non inverisimilem pro Ursicino assignat Papebrochius in sylloge historica, a curioso lectore consulenda. Quidquid tamen ejus sit, ex Adone procedit textus noster vere et pure Usuardinus; de cujus veritate disputat laudatus Papebrochius, et nos paucis diximus XXVIII Aprilis. In sensu suo abundavit Wandelbertus, dum contra reliquos Martyrologos XX Junii Vitalem retulit hoc versiculo;

Vitalisque pater natos sequitur duodeno.

AUCTARIA.

In Tornacen. Desunt hæc verba: *Horum sepulchra sanctus Ambrosius Domino revelante*, etc. Cetera purissima sunt.

De Gervasio et Protasio.

Pulsanen. *Mediolani, natalis sanctorum martyrum Gervasii et Protasii. Quorum corpora Ambrosius, Deo revelante, repperit, et ita incorrupta, acsi eodem die fuissent interempta. Qui cum in urbe ducerentur, quidam cæcus feretri tactu lumen recepit. Item Romæ, sanctorum martyrum Ypolyti, Honorii, cum aliis sex.* De his vide Acta et Prætermissos.

Hippolyti et soc.

Textus contractus et mutatus.

Centulen. *Mediolani, sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, quorum pater martyr Vitalis et mater Valeria, bona radix, pia germina protulerunt. Ravennæ, sancti Ursicini martyris.*

Bruxellen. Post *fratrum*, inserit: *Quos Valeria sancto Vitali suo marito, unico partu edidit. Horum primum, scilicet Gervasium, Astasius comes*, etc., satis pure. Sequitur: *Et Celsi pueri pro Christo martyrizati.* Hujus et Nazarii natalis est XXVIII Julii. In Ursicino purus est. Tum: *Romæ, sanctorum martyrum Ypoliti, Honorii, Evoti, Petri, Valeriæ, Marcelli et Vitalis.* De quibus vide Acta. *Item, sanctæ Alenæ virginis et martyris, quæ Levoldi regis gentilis filia unica, jussu patris martyrium tulit, post mortem tot clarens miraculis, ut illis excitatus Levoldus pater ejus fidem Christi, baptismi gratiam, simul et peccatorum veniam accepit* (acceperit.) *Hujus sanctæ virginis corpus, in comitatu Bruxellensi, apud Forestum monasterium in capella parochialis ecclesiæ sibi dicata quiescit.* Sup rius recurrit XVII Junii.

Celsi.

Hippolyti et soc.

Alenæ cum elogio.

Hagenoyen. Post *fratrum*, sic habet: *Qui fuerunt filii sancti Vitalis martyris et sanctæ Valeriæ conjugis illius. Ex quibus priorem, id est Gervasium, tamdiu jussit Astasius*, etc., pure. Sequitur: *Apud Lygurium, natale sancti Ursicini, qui sub judice Paulino*, etc., usque ad *complevit.* Ubi subjungitur: *Et quamvis hic iste ponatur, tamen passus legitur ante Vitalem, cujus festum est IV Kalendas Maii.* Vide de his in Actis fusius.

De Ursicino.

Victorin. et Reg. Suec. sub nota num. 130. *Ipso die, monasterio Castrensi, sancti Romualdi abbatis.* Ejus Acta illustrata sunt VII Februarii.

Romualdi.

Daveronen. *Cenomanis, sancti Innocentii episcopi et confessoris.* Vide in Actis.

Innocentii.

Matric-Cartus-Ultraject. *Gervasii et Pratasii martyrum. Rolandi comitis et martyris, cum multis aliis, ex historia Caroli imperatoris.* Vide quæ in Auctariis diximus XVI Junii. *Ursicini medici et martyris.*

Rolandi et soc.

Camberien. S. Mariæ. *Romæ, Sylverii Papæ et martyris.* Apud Notkerum *Silvestri.* Vide XX hujus.

Silverii PP.

In Vatican. num. 5949. Deest *Ursicini.* Adjicitur: *Sancti Romualdi abbatis et anachoretæ.*

Romualdi.

Florentin. *Romæ, sanctorum martyrum Hypoliti, Honorii, Evoti, Petri, Valeriæ, Marcelli, Vitalis et Ursicini.* De quibus, hic valde confusis, alibi clarius. Dein: *Ipso die, depositio sancti Romualdi.*

Hippolyti. etc.

Romualdi.

Editio Lubeco-Col. Sic orditur: *In Hervordia, festum visionis gloriosæ Virginis Mariæ matris Dei.* Tum de Gervasio et Protasio satis pure, nisi quod in fine ad *interempti*, addatur, *et sepulti, licet jacuerant fere trecentis annis.* De Ursicino additur sepultura per Vitalem, ut supra. Sequitur: *Cenomanis, sancti Innocentii episcopi et confessoris. In Scotia, sanctæ Margaretæ reginæ.* Vita data est X Junii.

Visionis B. M. V.

Innocentii.

Margaretæ.

Belin. Textui puro in fine subjicit. *Item sancti Romoaldi confessoris.* De quo supra.

Greven. *In Hervordia, festum visionis gloriosæ semper virginis Dei genitricis Mariæ. Bonifacii martyris, discipuli sancti Romualdi. Qui obtenta licentia, Russiam sive Sclavoniam, miro fervore et martyrii desiderio, Christi Euangelium annuntiaturus adiit. Cumque plurimos convertisset, capite truncatus, martyrii gloriam adeptus est. Item sanctorum Joannis et Benedicti, qui et ipsi a Sclavis, euangelizantes, martyrio coronari meruerunt.* Remittuntur ad XII Novembris. *Ipso die, sancti Innocentii episcopi Cenomanensis et confessoris. Deodati episcopi Niverniensis et confessoris. Hildegermi episcopi primi Halverstadensis et confessoris, fratris sancti Lutgeri Monasteriensis episcopi. Romualdi abbatis et confessoris, Ordinis Camaldulensis inchoatoris primi. Hujus vitam virtutibus et miraculis inclytam Petrus Damiani episcopus et* Cardinalis

Visionis B. M. V.

Bonifacii.

Joannis et Benedicti.

Innocentii

Deodati

Hildegermi.

Romualdi.

Cardinalis eleganti stylo describit. Obiit autem anno vitæ suæ CXX, *tempore Henrici imperatoris primi.* Jam diximus coli VII Februarii. *Translatio sanctæ Margaretæ, reginæ Scotiæ, sororis sancti Edwardi regis Angliæ.* Diximus etiam coli x Junii, ubi veram Sanctæ genealogiam invenies.

Translationis Margaretæ reginæ Scotiæ.

Romualdi

De Alena.

MOLAN. *Item sancti Romualdi confessoris. Item sanctæ Alenæ*, etc., ut supra in BRUXELLENSI. Sed hic additur, minoribus typis : *Cujus elevatio facta est anno* MCXCIII, *Dominica ante nativitatem Joannis Baptistæ per Godscalcum abbatem Affligeniensem.* De Bonifacio et Hildegermo, ut GREVEN. Tum : *Eodem die, apud urbem Vesuntiensem, commemoratio sancti Stephani Protomartyris. Cum enim sancti Stephani brachium, auro et gemmis præparatum, a furibus esset sublatum, maximus oriebatur tumultus populi lamentantis et dicentis ; nihil sibi restare præter mortem, cum vitam suam in brachio patroni sui Stephani perdidissent. Quem tumultum piscatores audientes, monstrabant populo locum in fluvio, ubi nudum brachium sanctum, cum lumine inter aquas in sicco positum, omnes simul videntes, indubitatam fidem ejus miraculi posteris reliquerunt.* De his et aliis ad S. Stephanum spectantibus, agetur XXVI Decembris. Hæc in prima editione. Aliæ de Romualdo, ut in prima. Tum : *Bisontii, commemoratio sancti Stephani.* Cetera, minoribus typis, ut jam descripsimus. In fine : *In urbe Cononensium, sancti Sozimi martyris.* Ex solito fonte Græco acceptus est. Vide Acta ejus, ab Henschenio accurate illustrata.

De brachio S. Stephani, Vesontione

Sozimi

XII *Kal.* **Die 20.**

Novati.

Pauli et Cyriaci

ROmæ, depositio sancti Novati fratris Timothei presbiteri, qui ab Apostolis in fide eruditi sunt. Horum sorores fuerunt beata Potentiana et Praxedes sacræ Virgines Christi. Civitate Thomis, sanctorum Pauli et Ciriaci.

Textus est in *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Majore, Munerat. Greveno* et *Molano.*

VARIA LECTIO. In paucissimis differunt codices nostri. *Potentia* in Antverp-Maj. mendum est, uti et *Prudenciana* in Munerato. Ceterum *Potentianæ* nomen servavimus, ut est etiam XIX Maii, quo die natalem ejus cum Usuardo recoluimus. In Heriniensi male legitur *Dionis*, pro *Thomis*, ut scribunt reliqui, qui etiam omnes consentiunt in *Ciriaci*, exceptis Pratensi et Munerato, in quibus melius *Cyriaci* ; sed nos codicum torrentem sequimur.

Novat.

OBSERVATIO. De *Novato* silent Martyrologia Hieronymi et Bedæ cum suis. Auctor Romani parvi ejus memoriam primus vindicat, hoc modo scribens : *Romæ, Novati fratris Timothei presbyteri, qui ab Apostolis eruditi sunt.* Ipsissimis illis verbis suum Ado exorditur elogium, quod ea ferme omnia complectitur, quæ ex Pastoris ad Timotheum epistola in Actis recitantur. At in his Martyrologiis nusquam innuitur, Potentianam, vel ut alii scribunt, Pudentianam et Praxedem duorum illorum fratrum Novati et Timothei sorores fuisse ; quod Noster primum asseruit, non alia ratione salvandum, quam qua Pastor de Novato ait, *qui est frater noster in Domino ;* quemadmodum alibi diximus, Petronillam Apostoli Petri filiam nuncupari, nempe prima illa Christianorum, non carnis aut sanguinis, sed nobiliori fidei affinitate. Sic igitur intelligenda sunt, quæ Usuardus supra ductores suos in laterculo hoc die expressit. Qui vero, et utrum sano sensu, dici possit, Novatum et Timotheum discipulos Apostolorum fuisse, docebit in Actis Papebrochius, in benigniorem partem facile inflectendus, si Apostoli et discipuli appellatio non nimis rigide accipiatur. Et hæc quidem sic facile componi poterunt, supposita omnimoda citatæ jam sæpius alibi epistolæ veritate, quam a Tillemontio impugnari, diximus XIX Maii. Ne quid autem hic temere asseratur, rem totam novis curis examinandam remittimus ad XXI Julii, quo die in Actis de Praxede disputandum erit. — Tomitani duo *Paulus et Cyriacus*, in nonnullis Usuardi codicibus, prægressis diebus indicati, ex ejus mente hac die collocandi sunt, ab ipso ex Hieronymianis accepti, præteritis sociis, quales Notkerus enumerat, fonte suo paulum uberior. Porro quæ ad hodiernam classem spectant, vide in Actis exposita, eaque confer cum alia non multum absimili turma, XVIII Junii recensita, atque in Auctariis nostris ferme relata, præsertim in codicibus Pulsanensi et Florentinis, qui hoc mense ad Hieronymum propius, quam ad Usuardum accedunt. Hæc obiter dicta sint in gratiam eorum, qui ista penitius introspicere voluerint, salva interim omni ex parte Usuardini textus, si non veritate, saltem simplicitate integerrima, quam unice nobis quærendam proposuimus.

Pauli et Cyriaci

AUCTARIA.

ROSWEYD. Hoc solo a puritate diviat, quod post *sanctorum Pauli et Cyriaci*, in fine addit : *martyrum, et aliorum* VIII.

Joannis abbatis Pulsanensis.

PULSANEN. Festum proprium peculiari nota distinctum, ita hac die celebrat : *Natalis beatissimi eremitæ Johannis, sanctæ Pulsanensis ecclesiæ abbatis. Qui vivus in seculo, se totis viribus mortificavit pro Christo. Hujus venerabilis obitus extitit* XII *Kal. Julii, anno incarnati Verbi* MCXXXIX, *Indictione secunda. In Thomis civitate, natalis sanctorum, Pauli, Ciriaci, Apriliæ, Felicianæ, Thomæ, Felicis, Emili, Martyriæ, Vitalis et Crispini martyris.* De his videnda sunt Acta.

Pauli et soc.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT.

JECT. LEYDEN. LOVANIEN. EDITIO ULTRAJ-BELG. BIGOTIAN signatus P. 5. et Codex D. LE MARE, sub nota B. Hi omnes post. *Pauli* et *Cyriaci* adjiciunt : *Felicis et Felicianæ*. UGHELLIAN. autem, genus mutans pro *Felicianæ*, legit *Felicianı*. *Felicis et Felicianæ.*

Octavæ Antonii. ALBERGEN. et DANIC. Primo loco : *Octava sancti Antonii.* Tum : *Apud Poncianas, natale sancti* *Silverii PP.* *Silverii Papæ et martyris, qui cum Arthemium patriarcham ob hæresim depositum, nollet ad instantiam Antoninæ Augustæ restituere, ipsa agente, in exilium mittitur, et pane tribulationis et aqua angustiæ sustentatus, moritur confessor ibidem*. Post hæc sequitur textus satis purus, cui etiam in fine *Felicis, etc.* subjungitur : *Felicis et Felicianæ.*

CENTULEN. *Romæ, sancti Novati, fratris Timothei presbyteri, qui a sanctis Apostolis eruditus fuit, et in sanctimonia perseverans migravit ad Christum.* Deest, *Pauli et Cyraci.*

BRUXELLEN. In prima annuntiatione purus, sic *Vitalis* prosequitur : *Apud Ravennam, sancti Vitalis martyris, patris sanctorum Gervasii et Prothasii. Qui pro eo, quod corpus sancti Ursicini martyris sublatum sepelivit, lapidatus est a Paulino Consulari ; sub quo et conjux ejus Valeria, nimia cæde mactata migravit ad Dominum.* Vide XXVIII Aprilis. *Et* *De Silverio.* *natale sancti Silverii Papæ et martyris. Qui sedit Romæ anno uno ; et cum Anthemium Patriarcham ac Constantinopolitanæ urbis episcopum, Eutychiana hæresi infectum, depositum et excomunicatum, ad instantiam Theodoræ imperatricis restituere noluit, ipsa agente, a Belisario Justiniani imperatoris patricio depositus et monachus factus, in Ponciam insulam exiliatur, et ibi pane tribulationis et aqua angustiæ pauco tempore vivens, exul, martyr et confessor mortuus est. Civitate Thomis, natale sancto-* *Pauli et soc.* *rum martyrum Pauli, Cyriaci, Felicis, Felicianæ,* *Crispini.* *Emilii et Vitalis. Eodem die, sancti Crispini martyris.* Num is est qui cum Crispiniano colitur XXV Octobris ? *Fontanellæ monasterio, depositio sancti* *Baini.* *Bavii* (Baini) *Cauernensis* (Teruanensis) *episcopi* *Reginæ.* *et confessoris. Item Reginæ virginis.* Vide Prætermissos.

HAGENOYEN. Principio item purus, secundo sic habet : *Apud insulas Poncianas, natale sancti* *Silverii.* *Silverii Papæ et martyris, qui fuit sexagesimus, post beatum Petrum Apostolum, et* (qui cum) *rexisset annum unum et menses decem Romanam Ecclesiam* ; *et Anthemium Patriarcham Constantinopolitanum, ob hæresim depositum, nollet ad instantiam Anthoniæ Augustæ restituere, ipsa urgente, in exilium mittitur et pane tribulationis et aqua angustiæ sustentatus, moritur confessor ibidem, quia hæreticis noluit consentire. Eodem die, sanctæ Flo-* *Florentiæ.* *rentiæ virginis.* Vide Prætermissos. De Tomitanis etiam adjungit : *Felicis et Felicianæ.*

AQUICINCT. Pro *Novati*, scribit *Navati*. Et in *De reliquiis S. Georgii.* fine addit : *Eodem die, allatio reliquiarum sancti Georgii, Aquicincti.* Notatur autem ex Chronico Aquicinctino, quod Martyrologio subjungitur, reliquias illas allatas anno MC. Sequitur in Marty- *Silverii.* rologio, calamo longe recentiore : *Item sancti Silverii Papæ et martyris.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Florentiæ.* *Eodem die, sanctæ Florentiæ virginis.* De qua supra.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Silverii Papæ et martyris. Novati confessoris, et fratris Timothei et Potentianæ ac Praxedis virginum.*

CODEX. S. BENIGNI CISTERC. *Eodem die, sanctæ Florentiæ virginis.*

CODEX D. DU CHEVAL. Divion. signatus C. *Natalis sancti Vitalis martyris.* Patris nempe SS. Gervasii et Protasii. Hic et codices alii ut BRUXELLEN. supra et ALTEMPS. infra sequuntur Wandelbertum. Sic enim canit, ut jam heri in Observatione retulimus :

> *Vitalisque pater natos sequitur duodeno.*

VATICAN. num. 5949. Omisit *Pauli et Cyriaci.* Adjicit vero : *Romæ, natalis sancti Silverii Papæ,* *Silverii.* *qui sedit in pontificatu anno uno. Qui a Belisario patricio in exilium missus, ibidem defunctus est.* Vide elogium supra in HAGENOYENSI.

ALTEMPS. *Ipso die, sanctæ Florentiæ virginis.* *Florentiæ.* *Et sancti Genulphi episcopi et confessoris.* Vide in- *Genulfi.* dicem Prætermissorum. *Et natalis sancti Vitalis* *Vitalis.* *martyris.* De quo supra. *Eodem die, sancti Jovini* *Jovini.* *presbyteri et confessoris.* Vide I Junii. *Apud Septo-* *Translationis Eduardi.* *niam, translatio sancti Eduwardi, regis confessoris.* Vide XVIII Martii.

FLORENTIN. *Civitate Tomis, sanctorum Paulini* (Pauli) *et Cypriani* (Cyriaci). *Felicis et Felicinæ,* *Pauli et soc.* *cum aliis pluribus. Depositio sancti Joannis abbatis* *Joannis abbatis.* *et eremitæ Pulsanensis ecclesiæ, Sipontinæ diœcesis in Apuliæ partibus ; primi abbatis Ordinis Pulsanensis et fundatoris* (*qui vivus in seculo, se totis viribus mortificavit pro Christo. Hujus venerabilis obitus exstitit anno incarnati Verbi* MCCXXIX) *magnæ sanctitatis viri*. Quæ uncinis inclusa sunt, desunt in impresso. *Eodem die, sanctæ Florentiæ virgi-* *Florentiæ.* *nis.* Alii scribunt *Florentianæ*. Vide GREVENUM.

EDITIO LUBECO-COL. *Apud insulas Poncianas, natale sancti Silverii Papæ, qui sedit Romæ annis* *Silverii.* *novem, dies undecim. Qui cum Anthemium*, etc. In Novato, pura est. In fine : *Felicis et Feliciana* *Felicis et Felicianæ.* *martyrum*. Tum : *Eodem die, beati Abagari prin-* *cipis civitatis Edissæ, qui scripsit epistolam Do-* *Abagari.* *mino nostro Jesu Christo, rogans, ut dignaretur, ad eum venire, et sanare eum ab infirmitate sua. Cui Dominus scripsit, dicens : Post mortem meam mittam tibi unum de discipulis meis, qui curet te et vitam præstabit. Post Ascensionem Domini, missus est ad eum Thadæus Apostolus, sicut Dominus promiserat, et baptizavit eum cum omni plebe sua, et factum est gaudium magnum in illa civitate.* Vide Prætermissos. *Item sanctæ Florentianæ vir-* *Florentianæ.* *ginis, Treveris, S. Maximini episcopi et martyris.* *Maximini.* Vide de Tungrensi in Actis. Sequitur : *Ipso die,* *translatio S. Eduardi regis et martyris.* Vide supra. *Translationis Eduardi.*

BELIN. Secundo loco de Florentia. Tum : *Ipso* *die, sancti Silverii Papæ et martyris. Eodem die,* *Silverii.* *octava sancti Antonii de Padua, Ordinis Minorum.* *Octavæ Antonii.* *Et alibi civitate Thomis*, etc., pure. Accedit in alia editione : *Ipso die, sancti Genuli episcopi et confes-* *Genulfi.* *soris. Genulfi*, opinor, de quo in ALTEMPSIANO.

GREVEN. *Item civitate Thomis, Felicis et Feli-* *Felicis, etc.* *cianæ.* De Maximino, ut supra. *Silverii Papæ et* *Silverii.* *confessoris, qui sedit anno uno, mensibus* V. *Cum autem nollet restituere Anthemium, a prædecessore suo Agapito depositum, agente Augusta, in exilium missus, vitam in confessione Domini finivit. Baiani* *Baiani.* *episcopi Ravennensis et confessoris.* Vide Prætermissos. *Civitate Sagiensi, sancti Latuini episcopi* *Latuini.* *et confessoris. Abagari regis Edessenæ civitatis et* *Abagari.* *confessoris. Hic (ut libro* I *Eccles. historiæ dicitur) epistolam Salvatori nostro misit, ab eodemque epistolam recepit. Post Ascensionem vero Domini a Tatheo, uno ex* LXXII *Christi discipulis, cum populo suo baptizatus quievit in pace.* De eo jam diximus supra ; uti et de translatione Eduardi, de Florentiana (quæ forte melius vocaretur *Florentina*) et Regina.

MOLAN. Post *Virginis Christi*, litteris Italicis inserit : *In quarum gestis, de eo scribit Pastor ad prædictum Timotheum germanum ejus*. In Silverio, Florentiana et Antonio, ut BELINUS. De Latuino, ut GREVENUS. Tum : *Depositio sanctæ Aldegundis* *Aldegundis.* *virginis,*

virginis, filiæ beati Basini regis et martyris.. Dein, minoribus litteris : *Quæ in Truncinio extra Gandavum cum patre requiescit. Eodem die, Idæ, cujus corpus servatur in ecclesia sancti Joannis Gandavi.* In aliis editionibus, de Latuino, ut supra. *Fontanellensi cœnobio, natale sancti Basini episcopi et confessoris. Truncinii, depositio sanctæ Aldegundis virginis, filiæ beati Basini regis et martyris.* In Silverio et Florentia, ut supra. *Die vigesima, sacrosancti martyris Methodii episcopi Pateræ,* potius *Pataræ.* Dein : *Bergis, gloriosa translatio sancti Osuualdi regis et sanctæ Idabergæ virginis.* Vide de Iduberga hac die in Actis ; de Oswaldo meminit Usuardus die v Augusti.

Idæ — *Basini* — *Methodii.* — *Translationis Oswaldi et Idubergæ.*

XI *Kal.* *Die* 21.

Rufini et Martiæ. Eusebii Cæsariensis. Apud Siciliam civitate Siracusa, natalis sanctorum martyrum Rufini et Martiæ. Civitate Cæsarea Palestinæ, sancti Eusebii episcopi et confessoris, viri excellentissimi ingenii et historiographi. Romæ, sanctæ Demetriæ virginis. *Demetriæ* Hæc cum ante impium Julianum pro fide Christi introduceretur, in confessione spiritum emisit. *Leutfredi.* In pago Madriacensi, sancti Leutfredi confessoris, qui in monumentum eximiæ sanctitatis, orationibus suis fontem produxisse fertur de terra. In *Quiriaci et Apollinaris.* Africa, sanctorum Quiriaci et Apollinaris.

Sola et unica *Molani editio* undequaque pura est.

Rufini et Martiæ. OBSERVATIO. Magna hodie codicum nostrorum discrepantia, potissimum oritur ex Eusebii Cæsariensis in Palæstina episcopi et Historiæ Ecclesiasticæ conditoris, apud aliquos omissione, apud alios diversa, diceres scrupulosa, expressione ; de qua priusquam agamus, certiora expediemus.

Martyres Siculi *Rufinus* et *Martia* in Hieronymianis et Romano parvo notati, hinc ab Adone sumpti sunt, et hujus verbis ab Usuardo et Notkero relati. Nihil de ipsis alibi reperitur ; sed eos solos refert Wandelbertus tali versu :

Martyr Rufinusque undeno et Martia pollent.

Demetriæ *Demetriæ virginis*, altera est in Romano parvo annuntiatio, ex hoc ab Adone translata ornataque encomio, quod integrum a Notkero descriptum est, a Nostro non nihil contractum. Quæ ad hanc illustrem plane Sanctam spectant, ad memoriam Bibianæ II Decembris illustrandam, remisit Hen- *Leutfredi.* schenius. — Qui quarto loco a nobis refertur abbas *Leutfredus*, is primum ab Usuardo in sacris Fastis consignatus est, aliis antiquis plane incognitus. De Leutfredo videndus Henschenii commenta- *Quiriaci et Apollinaris.* rius, et vita post alios ab eo edita et illustrata. — Denique *Quiriacus* et *Apollinaris*, sociis pluribus ab Hieronymo conjuncti, a Nostro ex ea classe decerpti sunt, ut alias sæpe factum, suis locis ostendimus. Socii in Actis suo ordine disponuntur. Atque in hisce Sanctis hac die referendis, passim concordant codices Usuardini melioris notæ. Excipe Heriniensem, qui Leutfredum hic præterit, et Antverp-Majorem, in quo omittitur annuntiatio ultima. Tornacensis Leutfredum in ultimum locum rejicit, rescisso elogio. Nunc ad rei et difficultatis cardinem progredimur.

De Eusebio Cæsariensi. Dixi, inter codices præcipuos, solum Molanum undequaque purum esse, tum in quatuor prædictis commemorationibus, tum etiam, ut ego quidem censeo, in secunda a nobis in terminis expressa : *Civitate Cæsarea Palæstinæ*, etc., quam, eadem prorsus phrasi, signant Heriniensis, Tornacensis et Belinus, quorum auctoritate nitimur, confirmata ex Antverp-Maximo, Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danico et aliis, ipsissima illa verba, sed tertio vel alio loco referentibus. Pratensis cum gregalibus geminis Antverp-Majore et Rosweyd. re, non verbis convenit, nam codices illi ita legunt : *In Cæsarea Palestinæ sancti Eusebii historiographi.* Antverp. et Max-Lubec. ultimo loco ponunt : *Item, sancti Eusebii episcopi et confessoris.* In solis Munerato et Greveno, Eusebius omnino expunctus est, editorum, opinor, scrupulo, qui dubiam aliunde Eusebii historiographi fidem merito suspectam habentes, id sibi nimirum arrogarunt, ut Usuardi textum corrumperent ; idque ita probavit Baronius, ut nullam penitus viri memoriam in hodierno Romano reliquam fecerit. Ceterum antiquissimo Hieronymi Epternacensi ecgrapho inscriptum fuisse Eusebium *historiographum*, ultro omnes admittunt ; quod vero in aliis solum haberetur : *In Cæsarea, depositio sancti Eusebii episcopi,* et in nescio qua varianti lectione codicis Corbeiensis ab Acherio editi, forte recentiori manu adjectum esset, *Cæsarea Cappadociæ*, id studiose arripiens Florentinius, sufficere putavit, ad substituendum Eusebium alium, Cæsareæ in Cappadocia episcopum, adornata in eam rem Exercitatione, quam in Actis recudendam curavit Papebrochius, apposito solum *Venerabilis* titulo, utpote quem probe noverat, in nullis umquam Sanctorum tabulis locum habuisse. Laudanda sane rectissima viri utriusque intentio. At enim non solum in vetustissimo Epternacensi, sed et in aliis Hieronymi apographis, per Eusebium intelligi ipsummet historiographum, existimo esse plusquam verisimile ; magisque adeo inducor ut credam, quod Florus ita aperte pronuntiet : *In Cæsarea Palæstinæ, depositio sancti Eusebii confessoris, qui Scripturis divinis studiosissimus, et bibliothecæ divinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus investigator fuit.* Quæ ferme Hieronymi verba sunt de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 81. Nec dubito, quin Hieronymum etiam præ oculis habuerit Usuardus, ex quo brevius suum elogium restrinxerit. Atque ex his Martyrologis, Hieronymiana proxime secutis, de horum intelligentia certius, quam ex Florentinii conjecturis statuendum, nemo cordatus diffitebitur. Neque vero animus

est,

est, *Sancti* titulum inde Eusebio historiographo vindicare, de quo consulendæ sunt Valesii et Florentinii dissertationes, nec non quæ ad Eusebium Cappadocem obiter in eam rem prosecutus est Papebrochius tomo IV Junii pag. 75 ; allegans recentiores pro Eusebii orthodoxia depugnantes, quibus et alii adjungi possent. Sed hos omnes frustra laborare, utcumque Eusebium magni faciam, semper existimavi, idque adeo post alios suasit Tillemontius tomo 7, a pag. 39 ; articulis præsertim tribus ultimis, quibus hanc controversiam accurate pertractat. Id certe extra controversiam est, totis septem et amplius seculis, saltem ex quo Usuardi Martyrologium in Ecclesia Occidentali ubique receptum est, Eusebii illius, cum Sanctis reliquis memoriam in sacris Fastis celebratam, quod probat, cœlestium honoribus cultum fuisse, sic ut proinde manifestissime constet, nos Usuardi textum plane germanum reddidisse ; a cujus veritate, vel si vis orthodoxia præscindimus.

AUCTARIA.

De PRATEN. HERINIEN. TORNACEN. ANTVERP-MAJORE. ANTVERP. et MAX-LUBEC. MUNERATO et GREVENO, nihil dicendum superest.

ROSWEYD. Præter textum, in fine adjicit : *Civitate Moguntia, sancti Albani martyris.* *Albani*

BELIN. De Quiriaco et Apollinare addit : *Virorum miræ sanctitatis.* De Leutfredo : *In pago Evroicensi*, expuncto elogio.

PULSAN. *In Africa, natalis sanctorum martyrum Saturnini, Albini, Quiriaci, Apollinaris cum aliis quinque. Et in Oriente, natalis sanctæ Januariæ et Primi.* De his vide Acta. *In Cæsarea, depositio sancti Heusebii episcopi.* *Januariæ et Primi.*

LOVANIEN. Loco penultimo inserit : *Apud Maguntiam, sancti Albani presbyteri et martyris, qui cum veritatem fidei Gothis et Arrianis apud dictum locum prædicaret, illi arripientes eum et foras civitatem educentes, caput ejus ictu gladii absciderunt.* Sequitur : *Quiriaci*, etc., pure. *Albani*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Totum textum consequenter decurrunt, nisi quod de Demetria addant, *sororis S. Vivianæ et filiæ Fausti martyris* ; et Eusebium, ut jam diximus, ex secundo in tertium locum rejecerint ; demum de Albano præter ea, quæ LOVAN. habet, in fine subdant : *Quod Christi Martyr arripiens, manibus propriis deportavit ad locum ubi nunc corpus ejus cum capite requiescit.* Notabis etiam nomen *Rufini*, mutatum in *Rufinæ*. *De Albano*

CENTULEN. In prima annuntiatione purus, pergit : *Romæ, sanctæ Demetriæ virginis, quæ fuit beati Fausti filia. In pago Madriadiensi, sancti Leutfredi abbatis. In Africa, sanctorum Quiriaci et Appollinaris. Cæsarea Palestinæ, sancti Eusebii episcopi, historiographi eruditissimi, atque eloquentissimi viri.* Vide Observationem. *Textus contractus*

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Magunciam, Albani...* ut ANTVERP-MAX. etc. Sequitur de Syracusanis pure. Tum : *In Africa, sanctorum martyrum Quiriaci, Apollinaris, Saturnini, Albini, Bellici, Spei, Crisimii et Primi.* Vide Acta. *Romæ, sanctæ Demetriæ virginis, sororis sanctæ Julianæ.* (Bibianæ.) *Quæ fuerunt filiæ beati Fausti martyris. Hæc cum apud impium Julianum apostatam pro fide Christi occidenda introduceretur, in confessione Domini emisit spiritum.* In Eusebio et Leutfredo satis purus, in fine addit : *Item Martini episcopi.* Tungrensis nimirum, ut in aliis indicatur. *De Demetria* *Martini*

HAGENOYEN. In prima annuntiatione purus, de Eusebio subjicit : *Qui tantum dilexit studium, ut nil a Constantino magno petere vellet, nisi tantum, ut gesta Sanctorum sibi mitteret, in quibus suum ingenium ad multorum utilitatem exercere valeret.* Sequitur de Demetria, Quiriaco, Apollinare, ac Leutfredo satis pure. In fine, de Albano Moguntino, paulo prolixius habet quam supra retulerimus. *De Eusebio.*

AQUICINCT. De Eusebio, tertio loco, ut PRATENSIS, nisi quod addat, *viri doctissimi*. Atque in fine : *Et Eusebii.* Sed velim scire cujus. *Eusebii alterius*

AMBIANEN. De Eusebio, sic habet : *Eodem die, natalis sancti Eusebii Cæsariensis episcopi, fide et doctrina clarissimi viri.* Vide superius Observationem.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Theognesti episcopi et martyris cum sociis.* Idem verosimiliter est, qui cum Albano et Urso colitur, ut latius infra. *Martini Tungrensis. Eusebii episcopi Cæsariensis. Laufredi abbatis, eximiæ sanctitatis. Albani martyris. Demetriæ virginis et martyris.* *Theognesti.* *Martini.* *Albani.*

BIGOTIAN. sub nota D. 9. *In pago Ebroicensi, sancti Leutfredi abbatis.*

REG. SUEC. signatus num. 428. *In Cæsarea Palestinæ, depositio sancti Eusebii episcopi et confessoris.* Varia phrasis, eadem res.

In VATICAN. num. 5949. Deest, *Leutfredi, Quiriaci et Apollinaris.* Sæpe hic codex deficit.

ALTEMPS. *Bituricas, sancti Radulphi* (Rodulfi) *episcopi et confessoris. In Britannia minori, sancti Mevendi* (Mavenni) *confessoris. In civitate Cestrensi, sanctæ Walburgæ virginis.* Colitur XXV Februarii et I Maii. Vide Prætermissos. *Rodulfi* *Mavenni.* *Walburgæ*

FLORENTIN. *In Africa, sanctorum martyrum Quiriaci, Apollinaris, Saturnini, Albini, Bellicii, Crismi, Persei et Primi. In Oriente, sanctorum Primi et Januariæ.* Adde Africanis. *Item, sanctorum Hierperidi, Saturninæ, Sergiæ, Hieriæ, Saturnini et Quiriaci.* Vide hæc in Actis melius discreta. In Eusebio et Leutfredo puri sunt. *Martyrum Africanorum et Hieronymianis* *Hierperidi & soc.*

LUXOVIEN. *In pago Madriacensi, sancti Leufredi confessoris.* Melius supra *Leutfredi*.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Apud Coloniam Agrippinam, in ecclesia sancti Johannis Baptistæ et Cordulæ ; inventio sanctæ Constantiæ reginæ, virginis et martyris, de societate sanctarum undecim millium, quæ anno Domini* MCCCXXVII *facta est.* Sequitur textus ferme purus. Deinde de Albano Moguntino, parum differt ab ANTVERP-MAX. etc. Tum : *Item Colonia Agrippina, in monasterio sancti Martini, commemoratio beati Eliphii martyris.* Colitur XVI Octobris. *Treveris, sancti Martini secundi, episcopi et confessoris, qui etiam Tungerensi præfuit ecclesiæ.* Vide Acta. *Inventionis Constantiæ* *Eliphii* *Martini.*

GREVEN. *Apud Moguntiam, sancti Albani presbyteri et martyris. Hic cum Gothis et Arrianis fidei veritatem constanter prædicaret, illi post varia tormenta, extra civitatem ejectum decollaverunt. Statimque corpus truncum, caput in manus suscipiens, angelico ductu, in locum ubi nunc placide quiescit, deportavit.* De Eusebio inserit : *ecclesiasticique historiographi.* De Martino Tungrensi, ut proxime dictum. *Albani*

Monichæ. dictum. *Monichæ virginis.* An ex Ursulanis? De Eliphio, ut supra. Item de Constantia ex undecim *Consecrationis Jacobi minoris.* millibus de quibus XXI Octobris. *Consecratio sancti Iacobi minoris Apostoli.* Quid hoc sit, non divino.

MOLAN. *Eodem die, sancti Martini Tungrensis* *Martini.* *ecclesiæ episcopi et confessoris, qui convertit Hasbanos, et multis claruit miraculis.* Sequuntur verba *De Albano et soc. ex Rabano.* Rabani : *In Moguntia, natale sancti Albani martyris, qui sub Diocletiano imperatore, de insula Nansia pergens, cum sancto Theonesto et Urso Mediolanum venit, indeque exiens, auxiliante Domino pervenit ad Gallias, ibique in servitio Dei manens ad martyrium pro nomine Salvatoris promptus fuit. Postquam autem in Augusta civitate beatus Ursus martyrium accepit, Theonestus cum Albano Moguntiam pervenit : dumque ibi prædicaret verbum Dei, Albanus discipulus ejus martyrium explevit : et sepultus est ibi juxta prædictam civitatem.* In editionibus posterioribus, ita habet : *Eodem die, sancti Martini Tungrensis ecclesiæ*, etc. *In Moguntia, natale sancti Albani martyris. Die vigesima secunda, sacrosancti martyris Juliani, Tarsi.* Mirum *Juliani.* non haberi *vigesima prima.* Verum neutro ex his diebus colitur, sed XVI Martii, ut est in Prætermissis. Notabis etiam in hisce editionibus Eusebium loco suo exclusum, quasi in appendicem rejectum post ipsa Auctaria. Imo in exemplo nostro anni MDLXXXIII, quod fuit collegii Duaceni, a P. Joanne Gravio, qui notas marginales manuscriptas hinc inde addidit, et annuntiatio ipsa et annotatio, qua parte Eusebium historiographum spectant, plane inductæ sunt.

X *Kal.* *Die* 22.

Albani. In Britannia, sancti Albani martyris, qui tempore Diocletiani in Verolamio civitate, post verbera et tormenta acerba, capite plexus est. Passus est cum illo, etiam unus de militibus, eo quod eum ferire jussus, noluerit. Apud Nolam Cam- *Paulini.* paniæ, natalis beati Paulini episcopi et confessoris, cujus meminit sanctus Gregorius in libro Dialogorum. Claruit autem non solum eruditione et copiosa vitæ san- *Niceæ.* ctitate, sed etiam potentia adversus dæmones. Ipso die, depositio sancti Niceæ, Romatianæ civitatis episcopi.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Majore, Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Britania*, scriptoris mendum est in Pratensi. Sed longe majus in Tornacensi omissio horum verborum, *in Verolamio civitate.* Eam urbem varie efferunt codices : Heriniensis *Verola;* Antverp-Major *Verolamino*; Munerat. *Verolanno;* Greven. *Verolanio.* Excisa subinde est, ibique exstructum celebre S. Albani monasterium; de quo vide in Actis. Greven. et Molan. voces aliquas transponunt : *verbera acerba et tormenta*, pro, *verbera et tormenta acerba*; et postremus pro *noluerit*, ponit, *noluit.* Sic Tornacen. pro eo quod in textu est, legit *cujus sanctus meminit Gregorius.* Deinde omittit *autem*, post *claruit.* Scripsi *adversus dæmones* cum Herinien. et Molan. in quibus est diphthongus, item cum Antverp-Maj. et Greven. qui diphthongis carent. Pratens. habet *adversum demonem*, Munerat *adversum demones. Romacianæ et Romatione*, scriptoria sphalmata censeri debent.

Albani. OBSERVATIO. Anglorum *Stephanum*, ut ipsi vocant, seu Protomartyrem *Albanum* certatim memorant Martyrologi antiqui ad unum omnes. Cur autem in Hieronymiano Lucensi et Adone *Albinus* nuncupetur, suspicari licet, mutationem illam in ipsismet saltem Adonis codicibus, per Colonienses subinde procuratam, ne, ut Surius narrat, *Albanus Coloniensis* cum *Moguntino* confunderetur. Sed hæc paulo accuratius apud Henschenium de sancto Albino Coloniensi disserentem, expensa invenies a pag. 172. Vere an falso hæc dicantur, nihil magnopere nostra interest, dum apud reliquos omnes martyr Britannicus constanter appellatur *Albanus.* Sociorum numerum non plane uniformiter exprimunt Hieronymiana, nec qui Bedam interpolarunt, citati ab Henschenio codices. *Albani martyris* simpliciter meminit Romanum parvum; Beda gentis suæ gloriæ, insigne aptavit encomium a Rabano et Adone transcriptum, atque ab hoc duabus auctum lineis, quas cum reliquis transumpsit Notkerus. Usuardus, semper parcior, ea solum, sed verbotenus decerpsit, quæ textus noster exhibet. Atque hæc fori nostri sunt. Bedæ aliorumque de Albano narrationes cum Analectis ad eum spectantibus, curiose illustravit et digessit Henschenius, quæ bvevius Gallice contexta sunt a Tille- *Paulini.* montio tomo 4 a pag. 508. — De *Paulino*, clare pronuntiant Hieronymiana : *In civitate Nola, Paulini episcopi et confessoris.* Paulo brevior est auctor Romani parvi. Silet Beda; at Florus elogium composuit, solam ferme in pauperes charitatem extollens. Ado historiam tangit de Paulini in Africa servitute, pro viduæ filio gloriose tolerata. Rabanus solum addidit, *de quo Gregorius in libro Dialogorum narrat*, et ita ferme Noster prima elogii sui parte, cujus partem alteram, *claruit autem*, etc., ex Adone ad verbum desumpsit, reliqua historia silentio præterita, forte quod ejus veritatem suspectam habuerit. Certe, eam Floro notam non fuisse, ex toto ejus contextu abunde colligitur. Tu videsis quæ de ea re totaque Paulini vita accurate disputavit Papebrochius, ad alium Paulinum Nolanum, ordine tertium, referens, quæ primo et celeberrimo tribuisse videtur Gregorius. Eruditos omnes Paulinianæ vitæ illustratores miro torsit Wandalica ea Paulini captivitas, adeo ut nonnulli cum Pagio ad annum CCCCXXXI a num. 54, tantum non fabulosam existiment. Pluris nobis est ma-

gni

gni Gregorii auctoritas, assignata a Papebrochio ratione non incongrue salvanda: a qua non longe abfuit, nec tantopere abhorrere visus est editor Paulini operum D. Le Brun dissertatione 7, pag. 141, num. 4. Tillemontius, multis ultro citroque expensis, rem indecisam relinquit tomo 14 a pag. 733, postquam Paulini vitam fuse adornavit eodem tomo a pag. 1, ad 146. Nobis interim salvi sunt Usuardi apices omnes, satis circumspecte expressi. Ambos textus nostri Sanctos, quibus prima et secunda annuntiatio constat, sic eleganter cecinit Wandelbertus:

Albanus decimo defendit laude Britannos,
Paulinusque Nolam meritis et nomine lustrat;

Ultima annuntiatio nonnullis difficultatibus, quæ in Actis explanantur, obnoxia est, præsertim circa identitatem *Niceæ* unius, quem Baronius in duos distraxisse videtur. De cetero ex Hieronymianis etiam proficiscitur, mutato nomine *Nicei* in *Niceæ*, non *Nicetii*, ut posuit Notkerus. Noster plane immutatum reliquit quod in Adone repererat: unde patet totum ferme textum nostrum ex eo hic etiam profluxisse, qui de cetero pure et simpliciter Usuardinus est. *Niceæ.*

AUCTARIA.

Juliani, etc. ROSWEYD. Penultimo loco inserit: *Item Antiochiæ, Juliani et aliorum* DCCCXV. Vide Acta.

PULSANEN. Incipit: *Natalis beati Paulini Nolani episcopi et confessoris. In Britannia, sancti Albini martyris. Qui tempore Diocletiani*, etc., usque ad, *capite plexus est.* Tum: *sed illo in terra cadente, oculi ejus, qui eum percussit, pariter ceciderunt. Item, sancti Jacobi Alphei Apostoli.* Vide I Maii. *Ipso die, sancti Nyceæ episcopi.* *Jacobi Alphæi, Apostoli.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Omittunt alteram partem elogii Pauliniani. In fine autem: *Apud Alexandriam, in monte qui vocatur Ararath, passio Martyrum decem millium.* Quid in MAX-LUBEC. significent hæc quæ subduntur: *Reqre numero* DCLX, fateor me nescire. *Martyrum 10000,*

ANTVERP-MAX. LEYDEN. LOVAN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Primo loco de sancto Paulino, demptis etiam verbis, incipiendo *claruit*, etc. Tum de Albano, quem *Albinum* vocant, pure. Tertio loco: *Apud Alexandriam, in monte qui vocatur Ararath, sanctorum Martyrum decem millium.* In fine de Nicea pure.

ULTRAJECT. Jam dictis similis, addit de decem millibus: *Qui omnes cum duce suo Achacio sub Antonino principe crucifixi, oratione ad Dominum fusa, pro eorum passionem devote celebrantibus, ipsaque divino responso desuper misso exaudita* (quæ suppositionis nota est) *ad cœlestia*, (alii, *cœlica*) *regna migraverunt.* *cum elogio.*

ALBERG. et DANIC. Vix ab ULTRAJ. differunt, sed in fine omittunt. *Niceæ*, Romatiani, etc.

CENTULEN. *In Britannia, sancti Albani martyris. Apud Nolam Campaniæ, sancti Paulini episcopi et confessoris, qui Christi Domini vestigia exequutus, semetipsum pro filio viduæ in servitutem tradidit, et Domino sibi cooperante, ad libertatem multos reduxit. Ipso die, beati Niceæ Romatianæ civitatis episcopi.* *De Paulino.*

BRUXELLEN. Incipit de decem millibus, omissa dumtaxat oratione fusa, etc., quam dixi esse fabulositatis notam. Sequitur: *Jerosolymis, natale sanctorum martyrum* CCCCLXXX. Lege MCCCCLXXX, et vide quæ de iis dicuntur in Actis. *Ipso die, natale Martyrum* DCCCCLXXXIX. Vide etiam Acta. *In Britanniis, natale sancti Albini*, etc., cum elogio ferme ex Beda descripto, quod habes in Actis. De Paulino, verbis textus adjicit: *Sed præcipue ex eo, quod dum pro captivo filio viduæ, se in servitutem barbari subjecit, omnes captivos suæ urbis libere recepit. Et depositio beati Niceæ*, etc. *Item Jacobi Alphei Apostoli et Jerosolymorum episcopi.* Quomodo ista componi possint, vide I Maii. *Martyrum 1480* *Mart. 989* *Jacobi Alphei.*

HAGENOYEN. In Albano, ipsi etiam *Albino*, purus, historiam captivitatis Paulinianæ amplificat, ac deinde longam aliam historiam texit de decem millibus in monte Ararath, ex Actis fabulosis, quæ hic referri non meretur. Deest autem annuntiatio ultima.

VICTORIN. et REG. SUEC. sub nota num. 130. In fine: *Item, sanctæ Consortiæ virginis. Item sancti Jacobi Apostoli, fratris Joannis, qui sub Herodis jussu decollatus est.* Colitur XXV Julii. *Item sanctorum martyrum* MDCCCVII, *qui depositi sunt in baptisterio, quorum nomina Deus habet in libro viventium.* An ii socii S. Albani? *Consortiæ.* *Jacobi Apostoli.* *Martyrum 1807.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Walfridi, martyris in Frisia.* Colitur III Decembris. *Paulini Nolensis episcopi et confessoris. Decem millium Martyrum, qui passi sunt sub Adriano et Anthonio imperatoribus.* *Walfridi* *MM. 10000*

REG. SUEC. num. 428. *Ipso die, natalis decem millium Martyrum uno die coronatorum.*

UGHELLIAN. In fine: *Apud Alexandriam in monte qui vocatur Ararath, passio martyrum decem millium.* Vide quæ diximus ad HAGENOYEN.

ALTEMPS. *Eodem die, sancti Acacii cum sociis suis. Nempe novem millibus nongentis nonaginta novem.* Agitur de iisdem in monte Ararath. *Acacii et 9999 MM*

FLORENTIN. *Apud Antiochiam, sanctorum martyrum Ganthalicæ, Juliani et Grapti martyris. Item sanctorum martyrum Ruphi et Albini cum aliis numero nongentis nonaginta novem.* Vide in Actis hæc omnia distinctius. *Ganthalicæ et aliorum.* *Ruphi, etc.*

LUGDUNEN. S. Stephani. *In territorio Aquensi, S. Consortiæ virginis.* Vide codicem sequentem. *Consortiæ.*

CAUDIACENSIS Prioratus. *In territorio Aquensi, natale sanctæ Consortiæ virginis, filiæ Eucherii Lugdunensis civitatis episcopi.* Pluries recurrit.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Odomince, super fluvium Matronam, vico qui vocatur Duromannis, depositio sanctæ Novicæ virginis.* Nihil de ea in Prætermissis aut alibi reperi; an male aliqua expressa sint, nescio. *Novicæ*

EDITIO LUBECO-COL. In textu modice immutata est. In fine: *Monasterio Cluniaco, sanctæ Consortiæ virginis. Apud Alexandriam, in monte qui vocatur Ararath*, etc., cum aliquo Actorum compendio. Vide potius Acta ipsa, vel GREVENUM. *Consortiæ*

BELIN. Tertio loco: *Apud Alexandriam*, etc., X *mill. crucifixorum. Eodem die, sanctæ Consortiæ virginis.* Tum de *Nicea*, quem in altera editione *Focam* vocat, pure. Et ibi: *Item, sancti Jacobi Alphei Apostoli.* *MM 10000* *Consortiæ* *Jacobi Alphæi.*

GREVEN. Longiorem historiam texit de Crucifixis. *Apud Alexandriam in monte Ararath, sanctorum decem millium Martyrum. Qui omnes cum duce suo Agatio, sub Adriano et Antonino imperatoribus, exemplo Christi torti, atque in singulis crat...* *De 10000 Martyribus.*

bus

bus suspensi sunt. Cumque orationem fudissent pro devote passionem suam celebrantibus, animas cœlo reddiderunt. Apparuerunt vero ibi signa illa, quæ tempore passionis Christi visa fuerant. Nam terræ motus factus est magnus, petræ scissæ sunt, sol obscuratus est. Erant autem nobiliores inter eos Hermolaus episcopus, Alexander, Marcus, Eliadis, Diaconarius et Theodolus. Item Alexandriæ, sancti Rufini martyris. Juliani et aliorum multorum. In Frisia juxta Groninghen, translatio Waltfridi martyris. Therasiæ uxoris ejus, et filii ejus. Diximus coli III Decembris. *Galgani confessoris.* Remittitur etiam ad dictam diem. *Monasterio Cluniaco, sanctæ Consortiæ virginis,* de qua superius.

Rufini. Juliani, etc. — *Translationis Waltfridi, etc.* — *Galgani.* — *Consortiæ.*

MOLAN. *Apud Alexandriam*, etc., ut BELINUS. Item de Consortia. Tum : *Sanctæ Ortrudis virginis.* Dein charactere minori : *Cujus corpus quiescit in monasterio Sithiu, in oppido sancti Audomari.* De Walfrido, etc., habet verba GREVENI. *Item beatæ memoriæ Joannis Phisceri, episcopi Roffensis et martyris, qui postquam multis annis vitæ sanctimonia ac assiduitate docendi, voce simul et scriptis, mira quoque liberalitate in egenos, et benignitate in studiosos, verum egisset episcopum, propter adulterii detestationem, diutissimo carceri mancipatur ; et tandem propter unitatem fidei et Ecclesiæ, quam tuebatur, cervice securim excipiens ad cœlestia regna emigrat x Kal. Julii* MDXXXV. *Quo eum ante aliquot dies Thomas Morus præcesserat, eadem martyrii corona refulgens.* Editiones aliæ litteris Italicis textui inserunt, quod Ado Bedæ adjecit; *Quo tempore*, etc. In fine : *In pago Hainnocensi, super fluvium Hagnam, depositio sancti Domitiani confessoris. Qui beato Landelino in peregrinatione sua comes individuus existens, et ab eodem in loco eodem eremita constitutus, multis clarus virtutibus, migravit ad Christum, et modo cum suo magistro, felix requiescit Crispinio.* De eo actum xv Junii. De Crucifixis, ut supra. *Eodem die, sanctæ Consortiæ virginis, in Cluniaco cœnobio. In monasterio Sithiu, sanctæ Ortrudis virginis. Die vigesima secunda, sancti hieromartyris Eusebii, episcopi Mosatensium,* lege *Samosatensium.* Sequitur typis minoribus de Vualtfrido, ut supra. De Joanne Phiscero, ut ipse scribit, paulo brevius, sed sensu eodem.

Ortrudis. — *De Joanne Fischero, et Thoma Moro.* — *Domitiani.* — *Consortiæ.* — *Eusebii Samosatensis.*

IX *Kal.* *Die* 23.

Vigiliæ S. Joannis Baptistæ. — *Joannis.* — *Felicis.* — *Ediltrudis.*

Vigilia sancti Joannis Baptistæ. Eodem die, sancti Joannis presbiteri, quem impius Julianus, inauditum, via Salaria veteri, ante simulachrum Solis decollari præcepit. In Tuscia civitate Utrina, sancti Felicis presbiteri, cujus os tamdiu jussit Turcius præfectus lapide contundi, donec emitteret spiritum. In Britannia, natalis sanctæ Ediltrudis virginis, cujus corpus, cum undecim annis esset sepultum, incorruptum inventum est.

Sic habent *Praten. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Rosweyd. Munerat. Belin. Greven* et *Molan.* Accedunt codices mediæ notæ, *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen. Danic.* et *Editio Ultraj-Belg.*

VARIA LECTIO. In Greven. et Molan. ante *Julianus*, deest epitheton *impius*. Rosweyd. pro *inauditum*, male posuit oppositum, *auditum*. *Simulachrum* scribunt plerique et probatiores codices, adeoque et in textu relictum. *Decolari*, in Antverp-Majore, patens descriptoris sphalma est. *Utrina* legunt codices prope omnes, aliqui *Utina*, utrumque male. Proxime ad verum nomen accessit Rosweyd. qui habet *Sutria*. Melius scriptum esset *Sutrina*, sed codicibus inhærendum. Belini prima editio, posuit *sancti Felicis primi*, sed hoc in editione altera recte correctum est. Præfecti nomen varie effertur : *Turtius* in Pratensi ; in Antverp-Maj. *Trucius*, in Greven. et Molan. *Turgius*; scripsimus cum reliquis, et recte *Turcius*. Pro *emitteret*, legitur in Ultraject. *emisit*. De *Britania* et *Britannus*, diximus alibi. Major est difficultas in efformando sanctæ ipsius reginæ et Virginis nomine. Antverp-Maj. vocat *Edeldride*. Antverp. Max-Lubec. et inferiores *Edeltrudis*. Rosweyd. *Ediltrudæ*. Belinus *Getrudis*, In Actis *Ethelreda*, *Etheldreda* et *Ætheldritha*. Nos cum Pratensi, Munerato, Greveno et Molano *Ediltrudis;* et cum iisdem codicibus solum *Virginis* titulum adjicimus, quamvis plerique alii ex Beda et Adone addant *et Reginæ*. Antverp-Maj Belin. Antverp. Max-Lubec., etc., pro *undecim*, ponunt *decem*. Et Belin. omisit *cum..... esset*. Rosweyd. legit, *est inventum*.

Vigiliæ S. Joannis Baptistæ. — *Joannis.* — *Felicis.*

OBSERVATIO. Præcursoris Domini *Vigiliam* in antiquis Martyrologiis satis raro expressam, primus annuntiat Beda, sed postquam *Ediltrudis* elogium retulit. Eum verbis et modo sequitur Rabanus ; ast Ado inde textus initium facit. — Romanum parvum unicam hodie commemorationem ponit : *Sancti Joannis presbyteri, via Salaria vetere sepulti.* Paucula addidit Martyrologus Viennensis, breve elogium texens, a Notkero de more translatum, sed a Nostro ea parte mutilum, qua *ejus corpus a beato Concordio presbytero collectum et sepultum juxta Concilia Martyrum* dicitur, ut iterum ex Molano in Auctariis indicabitur. Hic verbo notabimus, interiisse Acta, quæ Ado videre debuit, ut inde elogium suum extraheret. Corrigendum autem, quod commentarii sui principio male supponit Papebrochius, quasi Usuardus Adonis Martyrologium non descripsisset, contra quam in præfatione nostra et toto hoc opere fuse ostenderimus. Accuratiora sunt, quæ de Joannis reliquiis, ac præsertim de ejus capite ibidem disputantur. — Ceterum, quæ textus noster continet, ex præfato Adone accepta sunt omnia : uti de sancta *Ediltrude*, quæ hic post *Felicem* refertur, de quo Marty-

rologorum

rologorum antiquorum nullus præter Usuardum meminit, et quidem male notata palæstra, cum pro civitate *Sutrina*, scripserit *Utrina*, ut supra abunde indicatum est. Putat Papebrochius, Acta *Felicis* illius martyris sincera, et quæ judicialia ferme censeri possint, quæque cum Actis sanctæ *Mustiolæ* conjuncta et connexa sunt, Usuardo præluxisse. Ego prima fronte prope dubitaveram, utrum ea annuntiatio vere Usuardo esset tribuenda, utpote quem scio Sanctos extraneos, hoc est extra Hispaniam vel Galliam quæsitos, rarissime commemorare, quos in Hieronymianis aut in Adone signatos non invenerit. Accedebat silentium insignium duorum codicum Heriniensis et Tornacensis, in quibus de Sutrino isto martyre nulla omnino fit mentio. Verum tam uniformi codicum aliorum consonantiæ cedendum fuit; idque eo pronius, quod Papebrochii conjecturam veram, ni fallor, deprehenderim. Nimirum necesse est Acta Felicis et Mustiolæ alicunde nactus sit Usuardus, ex quibus et illum hac die et illam III Julii refert, aliis Martyrologis ignotos, atque a citatis codicibus Heriniensi et Tornacensi præteritos. Tu vide Acta ipsa, gravia sane et fide digna, tametsi modica forte correctione egeant. Laudat ipsa Tillemontius tomo 4 a pag. 351 ; nec critici alii multum habent quod carpant. Plura in Actis dabimus III Julii, dum de Mustiola agendum erit. Sit interim Usuardina *Felicis* annuntiatio, — sicut et sequens de *Ediltrude*, quæ ex Beda in Adonem, inde in textum nostrum transiit, hoc solo ferme discrimine, quod *Reginæ* titulum Noster omiserit, quem servat Notkerus, male legens *annis decem*, pro *undecim*, in quo sequaces habet codices omnes sequioris notæ, quibus id vitii inesse, supra observavimus. Atque ita Usuardum damus genuinum et integrum. *Ediltrudis* vel *Etheldredæ* vita satis prolixa a Papebrochio illustrata est, et cetera ad eam spectantia in commentario explicata. Superest Wandelberti de ea versus : *Ediltrudis*

Anglorum nono Ediltrud de germine fulget.

AUCTARIA.

HERINIENSIS et TORNACENSIS. In quo deficiant, jam supra diximus.

PULSANEN. Sic loquitur : *Vigilia beatissimi Johannis Baptistæ. In Britannia, sanctæ Gediltrude virginis et reginæ. Cujus corpus cum undecim*, etc., pure. *In civitate Nycomedia. sanctorum Avitici, Agapitonis, Aristionis, Emeriti, Aleti, cum aliis numero septuaginta novem.* Hæc rursus ex Hieronymianis ; sed ab aliis aliter exprimuntur ea nomina, de quibus vide Acta. *Avitici et soc.*

CENTULEN. *Vigilia sancti Joannis Baptistæ. Romæ, sancti Joannis presbyteri et martyris, tempore Apostatæ Juliani. In Britannia, sanctæ Eadtrudis virginis et reginæ, cujus corpus cum undecim annis esset sepultum, incorruptum inventum est.*

BRUXELLEN. Pro *Utrina*, pejus scribit *Utina.* Vide quæ supra diximus. Tum : *Nicomediæ, sanctorum martyrum Avitici, Capitatonis, Abricionis, cum aliis octoginta duobus.* De his vide Acta. *In Britannia, depositio sanctæ Ediltrudis virginis et Anglorum reginæ. Quæ tribus viris nupta, illis ad Deum præmissis, virgo permansit ; cujusque corpus, post undecim sepulturæ annos, incorruptum inventum est. Item depositio beatæ Mariæ de Oegnies in Brabancia, cujus legendam magister Jacobus de Vitriaco, postea Cardinalis, descripsit.* *De Ediltrude.* *Mariæ Ogniacensis*

HAGENOYEN. Hic die tertio loco ingerit, quem præcedenti prætermiserat : *Ipso die, depositio sancti Nyceæ, Romatianæ civitatis episcopi.* Sequitur de *Felice*, pure. Tum : *Eodem die Lugduni, sanctæ Consortiæ virginis.* Quæ etiam spectat ad diem præcedentem. De Ediltrude, habet, ut codices ANTVERP-MAX, etc. *Nyceæ.* *Consortiæ*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Vigilia Joannis presbyteri et martyris.* In ipso codice vigilia cum sequenti annuntiatione conjungitur, ut fere dubites, an ad Joannem presbyterum non sit referenda. Verum aliunde patet, agi de Baptista. *Ediltrudis virginis et reginæ, in Britannia. Hæc post undecim annos sepulturæ incorrupta invenitur. Aviti abbatis, admirandæ sanctitatis.* Est hodie *Avitus* martyr Nicomediæ. An hic sit qui colitur XVII Junii, nescio. *Aviti abbatis*

FLORENTIN. *Nicomediæ, sanctorum martyrum Avitici cum aliis* LXXIII. Vide supra, et in Actis. *Avitici, etc.*

CAMBERIEN. S. Mariæ Conventualium. *Eodem die, sancti Boniti episcopi et confessoris.* Nec de hoc quidquam in Prætermissis reperio. *Boniti.*

EDITIO LUBECO-COL. In textu satis pura, in fine superaddit : *Apud Alexandriam, passio plurimorum martyrum, quorum multi obtruncatis auribus atque naribus, atque manibus, ceterorumque membrorum summitatibus amputatis, feliciter obierunt.* Nulla de hisce in Prætermissis memoria. An forte supersunt ex majori numero ? *Martyrum Alexandrinorum.*

GREVEN. *Apud Alexandriam, passio martyrum plurimorum*, etc., ut supra, excepta ultima voce, quæ hic est *occubuerunt. Nicomediæ, passio sanctarum virginum Pistis et Helpes matrisque earum Agape, Aviti, Capitonis et aliorum* LXXVIII. Hic disparata conjungit GREVENUS, ut non semel alibi. De Virginibus ex Notkero acceptis, vide Prætermissos, de Nicomediensibus abunde dictum est. *Hidulphi episcopi et confessoris.* Si de Trevirensi agitur, colitur is XI Julii. *In diœcesi Leodiensi, sanctæ memoriæ Mariæ de Oegnies, cujus vitam sanctissimam vir Deo dignus Jacobus de Vitriaco episcopus Tusculanus Cardinalis scripsit. Ezechiæ et Josiæ regum Juda, secundum catalogum Sanctorum. Translatio sancti Anthimi episcopi et martyris.* Vide de his Prætermissos. *Pistis, etc.* *Hidulphi.* *Mariæ Ogniacensis* *Ezechiæ, etc. Translatio Anthimi*

MOLAN. De Joanne litteris Italicis in textu ex Adone addit : *Ejusque corpus a beato Concordio presbytero collectum et sepultum est juxta Concilia martyrum.* Ni fallor, ubi multi martyres sepulti sunt. Vide Papebrochii commentarium, ubi inter *Concilia martyrum* et *Cœmeteria* discrimen assignatur pag. 482. In fine : *Binchii, Hydulphi ducis Lotaringiæ.* Tum, minoribus typis : *Febroniæ virginis et martyris, persecutione Diocletiani imperatoris.* Vide XXV Junii. *In diœcesi Leodiensi, sanctæ memoriæ Mariæ de Oegnies, cujus vitam sanctissimam vir Deo dignus*, etc., ut GREVEN. Editiones posteriores idem habent in textu. In fine autem : *Laubus, Hidulphi ducis et confessoris. Die vigesima tertia, sanctæ martyris Agrippinæ.* Dein typis aliis : *Ogniaci, transitus beatæ Mariæ, ibidem reclusæ. Cameraci obiit anno millesimo septuagesimo sexto, in monasterio sancti sepulcri, Dominus Lietbertus episcopus Cameracensis.* *De Joanne ex Adone.* *Hidulphi.* *Febroniæ.* *Mariæ Ogniacensis* *Agrippinæ* *Lietberti.*

VIII *Kal.*

VIII *Kal.* *Die* 24.

Joannis Baptistæ. Agoardi, etc. Simplicii.

Nativitas beati Joannis Baptistæ et præcursoris Domini. In territorio Parisiacensi, vico Cristoilo, passio sanctorum Agoadi et Gliberti, cum aliis innumeris promiscui sexus. Augustoduno, depositio Simplicii episcopi.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Major, Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In Antverp-Maj. et Belino, deest particula *et* inter *Baptistæ* et *præcursoris*, quæ quidem omitti posset, sed ex aliorum codicum constanti lectione servanda est. *In territorio Parisiensi*, scribunt Pratens. Munerat. et Belin. Sed melius alii, ut in textu. Munerat. omisit *vico*. Jam summa est varietas in nomine loci et duorum Martyrum. Locus imprimis in Antverp-Majore effertur *Cristolico*, in Greven. *Ristoilo*; ab aliis *Christoilo*; a Munerat. et Belin. *Cristolio*: recte et ita omnino scribendum puto; at probatissimi codices Pratens. Herinien. Tornacen. et Molan., mutatis elementis, legunt *Cristoilo*, et sic in textu reliquimus. Rursus, nomina Martyrum probabilissime sunt, *Agoardus* et *Aglibertus* vel *Agilbertus*, ut habent Molan. et Munerat. Ast in Antverp-Majore et Greven. legitur *Agoadi et Gilberti*. In Belino *Agovardi*; in aliis *Agoadi*; in Tornacensi *Agoaldi*. Præfero modum Pratens. et Herinien., ubi *Agoadi et Gliberti*; Tu, quod præplacet, seligas licet. Par ferme lusus in *Augustoduno*, ut cum Antverp-Maj. Munerat. et Belin. posuimus; pro quo in Praten. *Augustiduno*; in Tornacen. *Augustiduni*, in Herinien. Greven. et Molan. *Augustuduni*. Optime, ni fallor, in textu.

Joannis Baptistæ nativitatis. OBSERVATIO. Hodiernus Adonis textus in Martyrologio paucis hisce circumscribitur: *Nativitas Præcursoris Domini*; quemadmodum etiam legunt Beda, Romanum parvum et Rabanus. Longior est Adonis oratio inter festivitates Apostolorum. Sed hoc certissimum videtur, ubique indicari *Nativitatem secundum carnem*, nempe peculiari Prodromi prærogativa, ab omni ævo in Ecclesia celebratam; quod nulli hominum præterquam Servatori et Præcursori ejus contigisse, apud Florentinium ex Ambrosio a Petro de Natalibus eductum, asseritur. Nimirum cum Deiparæ Nativitas necdum peculiari cultu esset consecrata; de cujus festi institutione hic disputandi non est locus. Porro Nativitatem Joannis etiam aperte denotat Wandelberti versiculus:

Octavo natus colitur Baptista Joannes.

Apographa Hieronymiana Nativitatem aliam, seu natalem diem, aut, si ita vis, corporis cum capite depositionem, indicare videntur, dum sic legunt: *In provincia Palestina, civitate Sebastia, natalis sancti Johannis Baptistæ.* Quæ eadem ipsa repetuntur XXIX Augusti, quando ab aliis, et universa modo Ecclesia *Decollatio* ejus recolitur, ut ibi ex Beda, Romano parvo, Adone et Nostro opportunius erit dicendum. Si cui de celebratissima nascentis Christi Prodromi festivitate, imo collectis quodammodo festivitatibus plura inquirere lubeat, habebit hodie in Actis, quo plane satietur. Iterim quod ad textum nostrum proxime attinet, patet, Usuardum supra ductores suos solum *Joannis Baptistæ* nomen inseruisse. Prolixius est Notkeri encomium, multa alia complectens circa locum nativitatis, mortis, etc. Sed ista et hujusmodi alia ad citatam diem XXIX Augusti commodius expendi poterunt, nisi satis discussa jam sint a Papebrochio hac die toto capite 2 a pagina 698 ad 711. Hæc cursim indicanda fuerunt. Neque enim aut loci hujus aut fori nostri est plura movere, quæ inter eruditos controvertuntur. Aliquid dicere cœpimus XXIV Februarii. Florentinii exercitatio 13, a pag. 786, item altera a pag. 857, et Tillemontius tomo I a pag. 82 atque in notis a pag. 482, cum lucubrationibus Papebrochii a curiosis lectoribus conferri poterunt, nobisque interim fortasse nova suggeri, quæ ad dictum diem XXIX Augusti, vel etiam ad XXIV Septembris accuratius recenseamus. — *Cristoliensium martyrum.* Quæ sequitur *Cristoliensium martyrum* commemoratio, ea soli Usuardo propria est, a nullis aliis Martyrologis aut vetustioribus aut synchronis consignata. Nomina superius varie extulimus, et plura adhuc in Actis proferuntur. De eorum antiquo cultu nemo dubitat; de ætate dubia omnia, neque enim vulgata Acta talia sunt, ut ex iis certi quidpiam erui possit. Vide Papebrochii annotationem, cui ultro eruditi Galli subscribunt. — *Simplicii.* De *Simplicio* agunt apographa Hieronymiana: *In civitate Augustiduno, sancti Simplici*, quo etiam ferme modo scripsit Rabanus. Titulum *episcopi* addidere Usuardus et Notkerus, eisdem prope verbis ambo usi. Vide Henschenii commentarium et vitam ibi editam ex Gregorio Turonensi de Gloria Confessorum.

De Nat. Joann. [illegible] Supererat in laudatis Hieronymianis, *Joannis Apostoli et Evangelistæ natalis*; quem vocat Rabanus *dormitationem*, Notkerus *dormitionem*, plura ibi enarrans, quæ Noster prudentius in eam diem distulit, qua festivius memoria ejus recolitur XXVII Decembris. De cetero plana sunt, quæ in laterculo [illegible] præsentavimus, eaque simplicissima et verissime Usuardina.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Festi et soc. ROSWEYD. Textui satis puro, in fine adjicit. *Romæ, Festi et Luceiæ cum aliis* XXII. Vide diem sequentem et Acta.

PULSANEN. *Nativitas Præcursoris Domini Johannis in Jordane. In Palestina Ephesiorum, dormitio sancti Johannis Apostoli et Euangelistæ.* *Joannis Apostoli.* *Romæ, sanctorum Festi, Luciæ cum aliis* XXII. *Festi, etc.* *In civitate Augustoduno, depositio sancti Simplicii episcopi et confessoris.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Omittunt Cristolienses, et in fine adjiciunt : *Romæ, Fisti, Luceiæ cum aliis viginti duobus.*

ANTVERP-MAX. et LOVANIEN. Post *Domini*, addunt : *Cujus nativitatem, vitæ austeritatem, prædicationem, passionem sacra Euangelica pandit historia.* Tum : *Augustoduno*, etc., pure. Dein : *Romæ, sancti Systi* (lege *Festi*) *et Luceiæ cum aliis* XXII. *In territorio Parisiacensi*, etc., satis pure.

ULTRAJECT. LEYDEN. et EDITIO ULTRAJECT-BELG. Cum duobus proxime citatis consonant, sed penultimo loco interserunt : *In Magliniis, passio sancti Rumoldi episcopi et martyris.* *Rumoldi.* Quidquid sit de die martyrii, colitur I Julii.

ALBERG. et DANIC. Postremis similes sunt, nisi quod Cristolienses prætermiserint.

De Joanne Baptista. CENTULEN. *Nativitas beati Johannis Baptistæ, cujus inæstimabilem sanctitatis dignitatem Salvator noster Christus Dominus proprio sermone, commendat, dicens : Non surrexit inter natos mulierum major Johanne Baptista. Augustoduno, sancti Simplicii episcopi et confessoris.* Desunt Cristolienses.

BRUXELLEN. De Joanne Baptista, ut ANTVERP-MAX. etc. Secundo loco : *In Palestina Ephesiorum, dormitio beati Johannis Apostoli et Euangelistæ. In territorio Parisiacensi, passio sanctorum Agaodi et Gliberti cum*, etc. De Simplicio, pure. *Elevationis Guidonis.* In fine : *Apud Anderlacum, elevatio sancti Guidonis confessoris.* Dies natalis est XII Septembris.

De Joanne Baptista. HAGENOYEN. Post *Domini*, ita pergit : *Cujus nativitati presens erat beata Virgo Maria mater Domini, habens in utero suo filium Dei. Cujus nativitatem, vitæ austeritatem, prædicationem, officium circa Domini personam et passionem, sacra Euangelica pandit historia. Hic in matris utero*, etc., ut melius in Actis deducta invenies. In secunda et tertia annuntiatione purus est. Sequitur : *Romæ, sancti Sisti et Luceyæ cum aliis viginti duobus.* *Rumoldi.* *In Mechlinia Brabanciæ, Rumoldi episcopi et martyris.* Colitur hic I Julii, ut supra diximus.

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. In fine : *Febroniæ.* *Eodem die, sanctæ Febroniæ.* Vide heri et cras.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Nativitas Ioannis Baptistæ.* *Rumoldi.* *Rumoldi martyris in Mechlinia. Simplicii episcopi et confessoris inclyti.*

Festi, etc. BIGOTIAN. signatus P. 5. *Romæ, Festi, Luciæ, cum aliis viginti duobus.*

In VATICAN. num. 5949. Desunt Agoardus, Aglibertus et Simplicius. Adjicitur : *De Febronia* *Apud Syrium, sanctæ Febroniæ virginis et martyris, quæ temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, post plura genera tormentorum, capitis ad ultimum jugulatione, solemni judicis præcepto, finita est.*

ALTEMPS. *Antisiodori, sancti Heirici monachi.* *Heirici.* In Actis vocatur *Ericus*, ibique vita illustrata est.

FLORENTIN. *Romæ, sanctorum martyrum Festi et Luciæ, cum aliis* XXII. *Festi, etc.* Sæpius recurrunt.

BURDEGALEN. *In territorio Parisiacensi, vico Cristolio, passio sanctorum Agoadi et Gumberti, cum aliis innumeris promiscui sexus.* Ut in textu.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Ambianis, inventio corporis sancti Quintini martyris.* *Inventionis Quintini.* Colitur XXXI Octobris, ubi etiam de hac translatione agetur.

EDITIO LUBECO-COL. Ad *Domini* sequitur : *Aderat autem huic nativitati beata Virgo Maria, et ipsum Johannem suis virgineis manibus de terra levavit. Cujus nativitatem*, etc. Tum de Simplicio, pure. *Romæ, sanctorum martyrum Systi et Luceiæ virginis cum aliis viginti duobus.* In Cristoliensibus pura est. Deinde : *Pictaviæ, sanctarum Pectinæ, Matrinæ, et Columbæ virginum et martyrum.* *Pectinæ et soc.* Vide nomina melius formata in Prætermissis. *Inventio sancti Quintini martyris.* De qua supra.

GREVEN. *Depositio sancti Johannis Evangelistæ.* *Joannis Evangelistæ.* *Romæ, sanctorum Systi et Luceiæ cum aliis multis. Pictavis, sanctarum Pectinæ, Matrinæ et Columbæ virginum et martyrum.* *Pectinæ, etc.* *Antisiodori, Heyri* (Erici) *Erici.* *confessoris. Inventio sancti Quintini martyris.* Remittitur ad diem natalem, XXXI Octobris.

MOLAN. De Joanne Baptista aliis litteris multa inserit, quæ melius in Actis digesta sunt. In fine : *In Mechlinia, passio sancti Rumoldi episcopi et martyris.* *Rumoldi.* *Laubiis, sancti Theodulphi episcopi et confessoris.* *Theodulphi cum elogio.* Tum typis minoribus : *Hujus corpus cum Lobias redeundo, fines Franciæ evasisset, per pagum quoque Cameracensem Valencenas pervenisset, cœpit miraculorum luce clarescere. Unde illius fisci oppidani, in honore medici sui divinitus destinati, ecclesiam dedicare vovent, et sanctum Theodulphum sibi in perpetuum retinere deliberant. Tandem cum clanculo a nostris sine ullo apparatu sanctum corpus Lobias deducitur, per vim fere ab iis qui curati fuerant, ad Scaldam retentum fuit. Natale sanctorum Urbasi, Theodori et Menedemi martyrum, cum aliis septuaginta septem, de quibus* *Urbasi et soc.* *Tripartitæ lib. 7 cap.* 30. Hi in posterioribus editionibus merito omissi sunt, nam coluntur V Septembris. *Eodem die, sanctæ Romulæ virginis, de qua beatus Gregorius in homilia et Dialogorum lib.* 4, *cap.* 15. *Romulæ.* Remittitur ad XXIII Julii. *Item, sancti Lupicini eremitæ et confessoris, de quo beatus Gregorius Turonensis.* *Lupicini* Hactenus prima editio. In aliis, textui solum additur, quod retulimus supra ex ANTVERP-MAX. et aliis : *Cujus nativitatem, vitæ austeritatem*, etc. In fine : *Antisiodori, sancti Heiri, viri sanctissimi.* *Erici.* *In pago Pictavensi, sanctæ Pecinnæ virginis.* *Pecinnæ* Quæ colitur seorsim a Macrina et Columba, die sequenti. *Hugardiæ, natalis sancti Odonis presbyteri et martyris.* *Odonis* Remittitur ad XXV hujus, quo die officio ecclesiastico ibi colitur.

VII *Kal.*

VII *Kal.* *Die* 25.

Sosipatris. *Gallicani.* Apud Pirriberœam, sancti Sosipatris, discipuli beati Pauli Apostoli. In Alexandria, sancti Gallicani martyris ; qui cum triumphalibus infulis sublimatus, acceptus esset Augusto Constantino et carus, per ipsius filiam, nomine Constantiam, ac Christi martyres Joannem et Paulum, ad fidem conversus est. Hujus sacræ opinionis fama postmodum in toto orbe in tantum excrevit, ut ab Oriente et Occidente venientes, viderent virum ex patricio et consule lavantem pedes pauperum, ponentem mensam, aquam manibus effundentem, languentibus sollicite ministrantem, et cetera sanctæ servitutis officia exhibentem. Ipse vero postea cum sacrificare cogeretur sub Juliano, et contemneret, percussus gladio in corpore, Christi martyrem fecit.

Luceiæ et soc. 22. Romæ, sanctæ Luciæ virginis cum aliis viginti duobus.

Puri sunt codices quatuor *Herinien. Antverp-Major, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Pyrrhi Berœam* distinctis vocibus recte scribit Molanus, ut ab Henschenio explicatum est. In Greveno est *Periberoeam.* Nos cum duobus aliis et reliquis ferme omnibus, ut est in textu. Inter plura Antverp-Majoris sphalmata, primum est, beati *Petri* Apostoli, pro *Pauli.* Alterum, *Gallicani presbyteri*, pro *martyris.* Non multum absimile reperitur in Herinien. qui pro *Constantino*, legit *Constantio*, et pro *carus, clarus.* Rursus in Antverp-Majore habetur, *ac Christi virginem*, ubi legendum, *ac Christi martyres.* Sic, *convertitur*, pro *conversus est. Viderunt*, pro, *viderent.* Item, *venientem*, loco, *et Consule. Fundentem* pro *effundentem*, etc. De *contempneret*, diximus supra. *Christi martyrem fecit*, scribunt codices omnes, in quorum nonnullis, ut in Heriniensi, superius recentiori manu adjectum, *se.* Sed Molanus supra ceteros sapere voluit, sic textum immutans, *Christi martyr efficitur.* Quo quidem syntaxis fit emendatior, sed cum jactura simplicitatis Usuardinæ. Codices habent *Luciæ*, melius scribendum esset, *Luceiæ.*

OBSERVATIO. Hodierni textus tota genesis ex Romano parvo per Adonem procedit, servato penitus annuntiationum ordine. Sic incipit Martyrologii illius compilator : *Apud Pyrriberœam,* *Sosipatris.* *Sosipatris discipuli Pauli.* Hisce verbis nihil magnopere superaddidit Ado, nec Noster Adoni quidquam, satis habens ejus verba transcripsisse. Est hic denuo ex Christi aut Apostolorum discipulis aliquis, primum ab Auctore Romani parvi pro libitu, ni fallor, hoc die consignatus, et quidem confuso nomine, cum *Sopater*, non *Sosipater*, dicendus sit *Berœensis* ille, de quo hic agitur, ut censet Henschenius in sylloge sua historico-critica ; nisi forte sub utroque nomine idem veniat, quod sentire videtur Tillemontius tomo 1, pag. 565. Si quid Henschenium fefellerit, poterit ad XII Julii in Actis restitui, dum de *Nasone*, pro *Jasone* vel *Mnasone*, eo die a Martyrologis nostris signato, erit *Gallicani.* disserendum. — De *Gallicano* ex priori SS. *Joannis* et *Pauli* Actorum parte, longa texitur ab Adone historia, quæ in compendium, sed solito longius, contrahitur a Nostro, servatis ubique antecessoris terminis. Nitide sane, eleganter, et præter morem, prolixe, sic ut mirum in modum et Adoni et Usuardo placere debuerit tota illa de *Joanne et Paulo* historia, sub specioso *Terentiani* cujusdam nomine venditata, ac Bedæ etiam cognita, ut patebit die sequenti. Itaque vetustam esse et seculo octavo antiquiorem plane constat ; veram omnino esse, nemo qui eam expenderit, pronuntiare audebit. Videatur Papebrochii commentarius, et Tillemontii nota tomo 7 a pag. 719. Sed de his satis ; ad libellulum nostrum revertamur. Idem in eo est fons, idem tradux, eadem omnium verba, quibus exprimitur annuntiatio ultima, atque adeo perspicua est Usuardina simplicitas, exclusa *sancti Eligii translatione*, quæ in codice Pratensi et Munerato perperam textui adscribitur. — Porro *Luceiæ et soc. 22.* quid de *Lucia* vel *Luceia* et sociis vere censendum sit, dubitari utique potest, ex plurimum variantibus codicum Hieronymianorum et aliorum lectionibus. Et illi quidem non omnino conformes, die præcedenti, *Festi et Luciæ cum sociis viginti duobus*, hac die *Luceiæ virginis et Aceiæ virginis*, absque sociis ; die sequenti *Luceiæ virginis et Diogenis* ; demum I Julii, *Luceiæ virginis et Auceiæ regis* cum sociis VIII vel IX, meminere : sic ut minimum quadruplicem *Luceiam*, vel *Luciam* invenias, plus justo, ni fallor, multiplicatam et magis adhuc multiplicandam, si singulorum Hieronymianorum codicum textus inter se scrupulosius conferantur. Alii in diversa abeuntes, hisce tenebris lucem non affundunt. Nec vero hujus loci est fusior ea de re disquisitio. Vide sis quæ in Actis, qua potuit verisimilitudine, statuit Papebrochius, vel Florentinium, si lubet, consule ; dum nobis textus Usuardi in tuto positus est, a cujus sententia, qua parte *Luceiam* attinet, non longe recedit Wandelbertus, hisce suis versibus :

Septeno Romam Luceia exornat amore,
Scampio, * *bis deno et bino martyre læta ;*
De quibus Aceias socio collucet honore.

* An forte *Campio*, ut sit *pugna* vel *victrix* ?

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Translationis Eligii. PRATENS. In fine subdit : *Item translatio sancti Eligii episcopi et confessoris.* Colitur 1 Decembris.

TORNACEN. De elogio Gallicani, plusquam mediam partem omisit, nam solum habet usque ad *conversus est.* In reliquo textu purus.

Translationis Radbodi. *Lebuini.* ROSWEYD. Caret annuntiatione ultima ; cujus loco hæc substituuntur : *Daventriæ, translatio Radbodi episcopi et confessoris.* Natalis est XXIX Novembris. *Ibidem Lebuini presbyteri.* Differtur ad XII Novembris.

Translationis Eligii. MUNERAT. Deest etiam Luceia. Adjectum : *Eodem die, translatio corporis beati Eligii presbyteri* (episcopi) *et confessoris.*

Gaudentii, etc. *Amandi.* PULSANEN. *Natalis sanctorum Gaudentii, Felicis et Agapiti.* Differuntur ad XXVI Junii. *Ipso die, sancti Amandi confessoris.* Qui cum *Domnoleno* colitur in Petracoriis. *Romæ, sanctæ Luciæ virginis cum aliis* XXII.

In ANTVERP. MAX-LUBEC et UGHELLIANO. Omissa Luceia, de qua pridie se egisse putarunt.

Prosperi. *Translationis Lebuini.* ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et EDIT. ULTRAJ-BELG. Totum textum referunt, sed post Gallicanum, inserta sunt sequentia : *Item, sancti Prosperi episcopi, doctoris præcipui.* Quis sit hic Prosper, vide in Actis. *Eodem die, translatio sancti Lebuini presbyteri et confessoris.* Colitur quidem Antverpiæ et alibi hac die, sed natalis est XII Novembris.

ALBERG. et DANIC. Conveniunt usque ad *Prosperi*, inclusive, omisso Lebuino et Luceia.

LOVANIEN. Truncat elogium Gallicani, post, *conversus est*, immediate connectens, *Ipse vero*, etc. In reliquis similis est ANTVERP-MAX, etc.

Eligii. *De Gallicano.* CENTULEN. In prima annuntiatione purus, sic pergit : *Ipso die, sancti Eligii Noviomensis episcopi et confessoris. Alexandriæ, sancti Gallicani, incliti atque nobilissimi ducis Romanorum, qui cum esset tantæ dignitatis, ut filiam magni Constantini sibi in conjugem peteret, divina gratia præeunte, in bello Scitharum dimicans, de pagano factus est Christianus, et omnia mundi oblectamenta abjiciens monachicam vitam elegit. Ad ultimum, Arantiano comite, gladio percussus, martyrio vitam finivit.*

Translationis Eligii. *Gaudentii, etc.* *Radbodi et Adalberti.* *Prosperi.* BRUXELLEN. Incipit : *Noviomi, translatio sancti Eligii episcopi et confessoris.* Sequitur totus textus. Deinde : *Et natale sanctorum martyrum Gaudentii, Felicis et Agapiti.* De quibus supra. *Eodem die, sanctorum Radbodi et Adalberti.* Hic hodie recte, de alio dixi supra. *Item sancti Prosperi episcopi et doctoris præcipui.*

Maximi. *Prosperi.* HAGENOYEN. Post textum satis purum subjungit . *Eodem die apud Taurinensem urbem, Maximi episcopi et confessoris.* Et in margine recentiori manu :*Item, sancti Prosperi episcopi, doctoris præcipui.* Vide dicta superius.

Niceti. AQUICINCT. Pro *viginti duobus*, habet, *viginti duabus.* Ac dein subdit : *Item, depositio sancti Niceti presbyteri et confessoris.* Ignotus est. Quid si pro Lebuino forte irrepserit ?

Translationes Radbodi, *Lebuini,* *Adalberti.* MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Translatio sancti Radbodi episcopi Trajectensis. Et sancti Lebuini in Daventria. Item Adalberti confessoris. Luceriæ virginis et Anceæ Auceæ martyris cum sociis suis. Gallicani martyris, qui fuit Romæ consul et patricius, conversus per Joannem et Paulum.* Vide hæc distinctius in ipso textu.

Amphibali et soc. ALTEMPS. *Monasterio sancti Albani, beatorum martyrum Amphibali sociorumque ejus.* De iis in Actis cum ipso sancto Albano XXII Junii. Cur hoc die hic referantur, ignoro.

Gaudentii, etc. *Bigarii, etc.* *De Eligio.* *Amandi.* FLORENTIN. *Natale sanctorum martyrum Gaudentii, Felicis et Agapiti.* Vide supra. *In Thessalonica, sanctorum martyrum Bigarii, Luterani et Agregæ regis.* Vide Acta. *In Galliis, sancti Loii episcopi et confessoris. Et translatio sancti Eligii episcopi.* Numquid non bis idem recurrit, vulgari et Latino nomine ? *Item sancti Amandi episcopi et confessoris.* Vide Acta. *Romæ, natale sanctæ Luciæ virginis cum aliis* XXII.

CODEX MONTIS SANCTI. *In Geneliaco* (Gemeliaco) *natalis sancti Amandi confessoris.*

Joannis Evangelistæ. *Translationis Maurorum.* *Adelberti.* *Translationum Eligii,* *Kanuti,* *Lebuini,* *Et Radbodi.* *Moloci.* EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Apud Ephesum, dormitio beati Joannis Apostoli et Evangelistæ.* De qua heri. *Colonia Agrippina, translatio beati Gregorii ducis et sociorum ejus Maurorum, quæ per beatum Annonem Coloniensem archiepiscopum facta est post quingentos annos a passione ipsorum.* Coluntur XXIV Novembris. Sequitur de Sosipatro vel Sosipatre et Gallicano, pure. De Prospero, ut supra. Tum : *Romæ, via Salaria, passio sanctorum Luciæ virginis et aliorum* XII. *Item sancti Adelberti, levitæ ac primi diaconi Trajectensis inferioris ecclesiæ, qui fuit filius Edilbaldæ regis Deirorum, filii sancti Osualdi regis et martyris. Hic venit de Anglia cum sancto Willibrordo et sociis ejus, et Egmundæ in Hollandia oratorium construens, post multorum paganorum conversionem, laudabilem vitæ suæ consummationem, multis miraculis clarus, feliciter quievit in Christo, sepultusque in Egmunda, usque in diem hodiernum infinitis claret miraculis. Ipso die, translatio sancti Eligii Noviomensis episcopi et confessoris. In Dacia, translatio sancti Kanuti ducis et martyris.* Acta illustrata sunt VII Januarii. *In Daventria, translatio beati Lebuini presbyteri et confessoris, quæ per beatum Lutgerum, primum Monasteriensem episcopum facta est. Item Daventriæ, translatio sancti Radbodi episcopi Trajectensis inferioris. Eodem die, sancti Moloci episcopi et confessoris.* Vocatur etiam *Molonachus.*

De Marco Evangelista. *Prosperi.* BELIN. In Sosipatro et Gallicano ferme purus, subjicit, de Maximo Taurinensi, quem postea denuo repetit. Tum : *Eodem die, in ecclesia sancti Marci Evangelistæ Venetiarum, apparitio ejusdem.* Colitur XXV Aprilis. Sequitur de Lucia, de translatione Eligii, iterum de Maximo Taurinensi. Demum : *Item, sancti Prosperi episcopi.*

Gaudentii, et Felicis. *Antidii.* *Mercurii.* *Moloci.* *Prosperi.* *Hotwidi.* *Bodardi.* *Severæ.* *Constantiæ.* *Arthicæ et Arthemiæ.* *Inventionis S. Marci.* *Maurorum translationis.* GREVEN. *In Africa, Gaudentii, Felicis.* Vide supra. *Antidii episcopi Crisopolitani seu Bisuntini et martyris, a Wandalorum rege ob Christi fidem occisi. Mercurii martyris.* Vide Prætermissos. *Moloci episcopi et confessoris. Prosperi episcopi Regniensis et confessoris, doctoris præcipui, anno* CCCCLXV. De Maximo, ut supra. De Adelberto, feme ut EDITIO LUBECO-COL. *In Suecia Hotwidi confessoris.* Mihi notus non est. *Bodardi confessoris. Severæ virginis et martyris. Constantiæ virginis, filiæ Constantini magni imperatoris. Arthicæ et Arthemiæ virginum, filiarium sancti Gallicani martyris.* De his, Severa et Bodardo, vide in Prætermissis. *Venetiis, inventio corporis sancti Marci Evangelistæ. Apud Coloniam Agrippinam, translatio sanctorum Maurorum martyrum.* De quibus, supra. Item de Kanuto, Eligio, Radbodo et

Translationis Serenæ. Lebuino, ut Editio Lubeco-Col. In fine : *Translatio sanctæ Serenæ virginis.* Forte est illa, quæ Metis colitur *Serena martyr*, xxx Januarii.

Theodulphi. Molan. *Binchii, Theodulphi archiepiscopi Remensis, qui secundus post Ursmarum rexit ecclesiam Lobiensium.* Vide Prætermissos. *In Taurino, Maximi,* etc., ut supra. *Eodem die, in Basilica sancti Marci Evangelistæ Venetiis apparitio, ejusdem.* De Eligio et Prospero, ut Belinus. *Item in Daventria sanctorum confessorum Lebuini et Radbodi. In Egmonda partium Hollandiæ sancti Adelberti confessoris et levitæ ; regalis stirpis Anglicanæ, discipuli sancti præsulis Willibrordi. Eodem die, natale sancti Vindiciani Cameracensis episcopi.* Colitur xi Martii. *Translatio corporis sancti Gerulphi martyris.* Natalis est xxi Septembris. De Antidio, ut Greven. sed aliis litteris. Hactenus editio prima. Posteriores textui addunt : *Et Acciæ regis. Laubiis, beati Theodulphi episcopi et confessoris.* De Maximo, Prospero et Adelberto, ut in priori, sed omissa regali stirpe, etc. *Bisontii, sancti Antidii episcopi et martyris, qui a Wandalorum rege ob fidem Christi est occisus. In Gemeliaco, natalis sanctorum Amandi et Domnoleni confessorum. Die vigesima quinta, sanctæ hosiomartyris Febroniæ.* De Marci apparitione, de Eligii translatione, de Lebuino et Radbodo, ut supra. Tum : *Truncini, translatio corporis sancti Gerulphi martyris. In Stabuleto monasterio, translatio sancti Remacli.* Dies natalis est, iii Septembris. *Eodem die, sancti Vindiciani Cameracensis episcopi.* De quo dictum est coli xi Martii. Hic proprie de ejus translatione agitur, alibi cum sancti Eligii translatione conjuncta.

Maximi. De Marci. Lebuini et Radbodi. Adelberti. Vindiciani. Translationis Gerulfi. Acciæ. Theodulphi. Antidii. Amandi et Domnoleni. Febroniæ. Translationis Gerulfi, et Remacli. Vindiciani.

VI *Kal.* *Die* 26.

Joannis et Pauli. Maxentii. Perseverandæ.

Romæ, natalis sanctorum Joannis et Pauli fratrum, quorum primus præpositus, secundus primicerius Constantiæ virginis filiæ Constantini fuit, qui postea sub Juliano martyrii palmam gladio cædente perceperunt. In pago Pictavensi, sancti Maxentii presbiteri et confessoris, gloriosi in miraculis. Eodem die, sanctæ Perseverandæ virginis.

Codices sinceri sunt *Herimensis* et *Tornacensis*.

VARIA LECTIO. Vix ulla est, quæ notari mereatur. *Pictavensi* scribitur passim in codicibus et sic servandum putavimus. Primaria variatio superius indicata est xxxi Januarii, quo die a nobis positus est *Vigilius Tridentinus*, qui in Pratensi et plerisque aliis codicibus hoc die refertur ; male, opinor, et contra Romani parvi, Adonis, imo et ipsius Usuardi primam et autographam lectionem, quæ ex ipso codice Pratensi xxxi Januarii erasa, hoc die multo auctior intrusa est, et ex hoc vel similibus codicibus, in alios subinde traducta. Valeat hic receptissima nostra regula, videlicet, primigeniam puritatem eo magis elucescere, quo textus brevior fuerit et simplicior. Alio præterea vitio laborat codex Pratensis, cum nonnullis aliis, de quo dicemus in Observatione.

Joannis et Pauli. OBSERVATIO. Post *Gallicanum*, ex Actis sanctorum *Joannis* et *Pauli* xxv hujus prægressum, sequuntur Sancti ipsi ab omnibus antiquis Martyrologis celebrati. Eos diserte nominant Hieronymiana apographa et Romanum parvum. Beda encomio eos prædicat, quod totum, de more, in Rabano legitur. Fusior est, ex præfatis Actis, Viennensis, sed ejus et Bedæ principium belle consonat, ex alterutro a Nostro acceptum, cui mortis genus aliis expressum verbis solummodo attexuit ; Notkero liberaliorem messem ex Adone congregante. Et hæc quidem antiquiorum Usuardo ejusque æqualium auctoritate nituntur ; ea nempe, quam die præcedenti expendere cœpimus, dubia in multis et vacillante, quamvis in iis quæ textum nostrum hodiernum attinent, nihil reprehensione dignum occurrat. Etenim constantissima est insignium horum Martyrum et celeberrima in monumentis ecclesiasticis memoria, non solum in citatis Martyrologiis omnibus, sed etiam in Allatii et Frontonis Kalendariis, Sacramentariisque a Menardo et Thomasio vulgatis, imo et in ipso sacrosancto Missæ Canone ; de quibus plura vide in Papebrochii commentario. Quidquid igitur in Actis ipsis, procul dubio exornatis et interpolatis, merito carpi possit, manet tamen certa atque indubitata gloriosissimorum Martyrum tota Ecclesia Catholica, consecrata veneratio ; quam solito elegantius versibus suis decoravit Wandelbertus :

Sertum martyr habet Paulus simul atque Joannes,
Germine, amore, fide, virtute et sanguine fratres,
Cum quibus augusto radiat Constantia serto.

Maxentii. *Maxentius*, cujus vita ab Henschenio in Actis nostris accurate illustrata est, ab Usuardo primum notatus, in quo vindicando codices omnes unanimiter conspirant. — Non ita conveniunt in *Salvio Enculismensi*, qui in solis Pratensi, Antverpiensi-Majore et Aquicinctino reperitur ; dissentiente

Perseverandæ. hic Rosweydi codice, cujus auctor vel scriptor forte dubitans, *Salvium* ne scriberet, an *Perseverandam*, ambos expunxit. Jam vero Pratensem illum codicem, hic denuo erasorum et superscriptorum, quidni et suppositorum nominum vitio laborare, comperit in hisce rebus oculatissimus Clarus Castellanus, qui fontem consulait, et in sæpe allegata epistola, xxxi Maii mdccix data, diserte testatus est *Perseverandam* patentissime esse erasam (*visiblement effacée*) sancti Salvii (*mis par dessus l'effaçure*) hoc est, Salvium super inductione inscriptum. Suspicor ego, fuisse e Sangermanis mona-

chis

chis aliquem, qui inventum in Floro Salvium codici Pratensi adjiciendum putaverit cum elogio inde contracto, quo deinde ex codice, procul dubio, transumpti sunt, qui ei plerumque consentiunt. Sed præponderare omnino debet constans et decisiva codicum ceterorum uniformitas, pro sincera et primigenia Usuardi simplicitate ; quidquid interim Acta statuant, *Perseverandam*, quæ ab aliis satis communiter *Pecinna* appellatur, colendam esse die xxv Junii, quo Papebrochius studiose omnia et operose discussit, quæ ad cultum ejus, ad debitum titulum, ceteraque gesta pertinere existimavit. Verosimillimum est, Wandelbertum etiam Florum fuisse imitatum, dum ita post Joannem et Paulum quarto versiculo cecinit :

Salvius et sanctus, Scaldi tum littora visit.

AUCTARIA.

Vigilii. — Salvii.

PRATENS. ANTVERP-MAJOR et AQUICINCT. Sic habent de Vigilio : *Apud Trientinam urbem sancti Vigilii episcopi, qui sub Stilicone consule, pro Christi nomine, magno lapidum imbre percussus, martyrium complevit.* Loco Perseverandæ, sic legunt : *In portu Valentianas, sancti Salvii, Engolismæ civitatis episcopi.*

ROSWEYD. Et Salvio caret et Perseveranda, ut diximus ; sed de Vigilio, ut supra.

GREVEN. MOLAN. et MUNERAT. Omnino puri essent, nisi cum PRATEN. et aliis codicibus confuse supra citatis, de Vigilio meminissent. Eorum socii in hoc sunt codices mediæ notæ.

PULSANEN. Nec de Vigilio quidquam toto textu habet, nec de Perseveranda. In ceteris hodie Usuardinus est.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Etiam de Vigilio. Et præterea a puritate deficiunt, quod omittant Maxentii quantumvis breve elogium : *gloriosi in miraculis.*

Vigilii. — Salvii.

BELINI prima editio. Aliud de prædicto Maxentio elogium substituit : *qui in miraculis claruit.* Convenit cum aliis in Vigilio. De more mendis typographicis scatet. In editione altera superadditur : *Item passio sancti Salvii episcopi.*

Textus mutatus. — Salvii.

CENTULEN. *Romæ, beatorum martyrum Joannis et Pauli, quorum hortatu ille nobilissimus vir Gallicanus seculi pompam contempsit. Qui et ipsi a Juliano apostata crudeli morte necati sunt. In pago Pictavensi, sancti Maxentii abbatis, admirandæ virtutis et sanctitatis viri. Eodem die, sanctæ Perseverandæ virginis. In territorio Cameracensi, oppido Valentianis, passio sancti Salvii Engulismensis episcopi et martyris.* Agit de eo etiam BRUXELLENSIS, sed hi et similes codices non faciunt auctoritatem.

De Joanne et Paulo. — Baudelici et Nonnosæ. — Vigilii. — De Salvio.

BRUXELLEN. De Joanne et Paulo, addit : *Quique Gallicanum patricium et Consulem, in expeditione, ad fidem converterunt. Hos postea Julianus apostata, quia ydolis sacrificare noluerunt, nocte in domo perimi fecit. Et sanctorum martyrum Baudelici et Nonnosæ fratrum.* Sunt prætermissi. Sequitur de Vigilio. In duabus aliis annuntiationibus purus est. In fine additur : *In portu Valenciano, sancti Salvii Engolismæ civitatis episcopi. Qui ab Aquitania pro fisco Valencianas veniens, a Winegardo filio Genardi, procuratoris fisci clam perimitur. Sed Karolus magnus, rex, ut ipsum quæreret, ter per angelum commonitus, sorte occisorem ejus quæsitum invenit. In quem ac patrem ejusdem ipse tantum scelus graviter vindicavit.*

HAGENOYEN. Joannis et Pauli elogium ex Actis paulo auctius reddidit. In Maxentio et Perseveranda purus est. Quarto loco : *Apud urbem Tridentinam, sancti Julii,* voluit dicere *Vigilii*, etc., pure. Sequitur vitiata et intorta historia de sancto Prospero, quem die præcedenti retulimus. Ex brevi specimine, de reliquis feres judicium.

De Prospero.

Ita incipit : *Ipso die, sancti Prosperi, doctoris eximii, qui fuit ex Hispaniæ et Aquitaniæ partibus* (an *parentibus*) *nobilibus. Primo miles erat, et sapientia et facundia repletus. Omnibus igitur suis venditis, Romam venit, et a sancto Leone Papa benigne susceptus est. Tempore autem Marciani imperatoris, in Calcedonensi Synodo, hæresim Neptici et Nestorii confutavit, et multos libros scripsit ad Christianæ fidei firmamentum. De eo autem sancto locum* (*Leoni*) *revelatum est ut Prosper episcopus ordinetur et ad Emiliam destinetur,* etc. Hæc sufficiant.

VICTORIN. In fine pro *Perseverandæ* habet : *Eodem die, sanctæ Perseverantiæ virginis.*

Vigilii.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Ioannis et Pauli fratrum et martyrum. Vigilii episcopi et martyris. Maxentii abbatis Pictaviensis.*

Gaudentii et Felicis.

In VATICAN. Deest, *Maxentii et Perseverandæ.* Adjicitur autem : *In Africa sanctorum Gaudentii et Felicis.*

Vigilii. — Deodati PP cum elogio.

FLORENTIN. *Apud Tudertum* (Tridentinum) *sancti Iulii* (Vigilii) *episcopi, qui sub Stillicone proconsule, pro Christi nomine magno lapide percussus, martyrium complevit. Romæ, sancti Deodati Papæ et confessoris. Qui natione Romanus, sedit anos* IV, *menses* II, *et dies* V, *post sanctum Petrum* LXXVIII, *sepultus in ecclesia sancti Petri in Vaticano. Qui tantæ magnitudinis fuit ac benignitatis, ut omnem hominem a majore usque ad minorem, libenter susciperet, peregrinis compassionem exhiberet. Unusquisque, quod justum postulavit, sine dubio impetravit. Post cujus transitum tantæ pluviæ et tonitrua fuerunt, ut etiam homines et peculia de fulmine interirent.* Vide Prætermissos, ubi vocatur *Adeodatus*, cultu carens.

Decentii.

CAUDIACENS. *Sanctonas, natalis sancti Decentii episcopi et confessoris, cujus venerabile corpus ob persequutionem paganorum Arvernes deportatum, requiescit in cellula, quæ Argedis nuncupatur, ubi Deo annuente, multis signorum miraculis claret.* Spectat ad XXVIII Octobris.

Vigilii. — Pelagii.

EDITIO LUBECO-COL. In Joanne et Paulo pura, in Vigilio interpolata est. De Maxentio inserit, *fratris beati Maximini Treverensis episcopi.* De Salvio, fere ut CENTULENSIS. Sequitur : *Civitate Longuna, sancti Pelagii martyris.* Si de Cordubensi agit, melius scripsisset, *civitate Corduba.* De Perseveranda, recte.

Agathonis et Diogenis. — De Salvio. — Vigilii Autissiodorensis.

GREVEN. *In Alexandria, sanctorum Agathonis et Diogenis. Salvii Engolismæ* (alias *Ambianensis*) *civitatis episcopi et martyris. Qui divinæ charitatis ardore, per Gallias verbum Dei disseminans, in portu Valencianas, cum discipulo suo, ab impio quodam interfectus est, et occultatus, a Carolo magno divinitus admonito repertus est. Vigili, episcopi Autissiodorensis et martyris, qui ob sanctitatem suam inimicis justitiæ odiosus factus, a Warrachone senes-*

callo

callo regis Franciæ occisus est. De eo actum est XI Martii. *Pelagii.* De Pelagio, ut supra. *Eodem die, vel secundum alios, præcedenti,* *Radulphi.* *sancti Radulphi episcopi Bituricensis et confessoris.* Colitur XXI Junii. *Item,* *Antelmi.* *sanctæ memoriæ Antelmi episcopi et confessoris, Ordinis Carthusiensis. Qui ex Priore majoris Carthusiæ, Bellicensis factus episcopus, innumeris claruit miraculis, inter quæ et puerum in aquis præfocatum, vitæ reddidit. Ad ipsius etiam sanctitatis indicium, ut Vincentius quoque lib.* 30 *testatur, cum ejus exequiæ celebrarentur, luminaria astantia celitus visa sunt inflammari.* *Translationis Marcelli.* *Translatio sancti Marcelli episcopi Parisiensis et confessoris.* Dies natalis est I Novembris.

MOLAN. Aliis litteris textui inserit de Joanne et Paulo : *misso Terentiano campiductore, intra domum propriam decollati, qui tamen postea Christianus factus est. Et ab ipso Terentiano descripta est passio horum martyrum.* In fine : *Salvii.* *Item passio, sancti Salvii episcopi Engolismæ civitatis, in portu Valentiani.* Tum typis minoribus, de Antelmo, ut GREVEN. usque ad, *reddidit.* Deinde : *De Pelagio.* *Eodem die apud Cordubam civitatem, natalis sancti Pelagii martyris, qui ætatis decem fere annorum in carcerem detrusus, ab Abdarameno rege, cum abnegare Christum nollet, martyrium suum gloriose complevit circa annum Christi* DCCCXLVI. Hæc in editione prima. Aliæ præter dicta, textui inserunt litteris Italicis : *Legionensi civitate, sancti Pelagii martyris.* Imo litteris Romanis tamquam textu partem : *In portu Valencianas, sancti Salvii martyris.* Tum rursus cursivis ; *et episcopi, qui ab Abbia civitate sua, in Gallias cum uno comite ad prædicandum veniens, et in villa illa, quæ dicitur Beviticum, a Vuinegardo, filio Genardi, clam comprehensus et in capite securi percussus, una cum supradicto comite martyrium suscepit. Qui ambo in stabulo reconditi, ibique ab angelis honorifice custoditi, sicut in libro de passione eorum invenitur, post tres annos, revelatione divina ab imperatore Carolo magno inventi, et in loco ubi nunc jacent, sepulti, usque hodie, signis et miraculis coruscant. Sexto Kal. Julii, sancti Baboleni abbatis et confessoris. Die vigesima sexta, sancti patris David Thessalonicæ.* Demum minoribus litteris : *Item obitus sanctæ memoriæ Anthelmi episcopi Bellicensis, et confessoris ordinis Carthusiensis.* De eo GREVENUS, supra. Videri possunt Henschenii commentarius et ejusdem annotationes ad Anthelmi vitam a coævo et familiari scriptam. *De Salvio.* *Babolcni.* *David.* *Anthelmi.*

V *Kal.* *Die* 27.

Crescentis. Apud Galatiam, beati Crescentis, discipuli sancti Pauli Apostoli, qui in Gallias transitum faciens, verbo prædicationis, multos ad fidem Christi convertit. Rediens vero ad gentem, cui specialiter episcopus fuerat datus, Galatas, usque ad beatum finem vitæ suæ, in opere Domini confortavit. Apud Tiburtinam urbem Italiæ, *Symphorosæ et 7 filiorum.* natalis sanctæ Symphorosæ cum septem filiis, Crescente, Juliano, Nemesio, Primitivo, Justino, Stacteo, Eugenio, quorum mater sub Adriano principe, ob insuperabilem constantiam, primo palmis cæsa, deinde crinibus suspensa, novissime saxo alligato in flumen est præcipitata. Filii autem stipitibus ad trocleas extensi, diverso mortis exitu martyrium compleverunt. *Zoili.* Cordubæ, sancti Zoili martyris, cujus corpus, cum longo, tempore, ubinam sepultum fuerit, latuisset, venerabili episcopo ejusdem loci, nomine Agapio, ex divina revelatione manifestatum est.

Puros censeo *Praten. Herinien. Antverp-Majorem,* et *Muneratum.*

VARIA LECTIO. Potius menda complectitur. *Galaciam,* est in Herinien. et Munerato. *Crescentii,* in Antverp-Maj. *Galathas* in Pratensi et Munerat. *Ordinatus* ; pro *datus,* legit Antverp-Maj. ubi post *opere,* omittitur *Domini.* Praten. habet *Tiburtinem.* Herinien. *Simphorosæ,* Munerat. *Simphoriense* ; qui et *Nemesia,* pro *Nemesio.* Antverp-Maj. potius *matrem* scribit, quam *mater.* Hæc omnia recte in textu ; uti et aliud, quod Munerat. male legit, *mater fide constantissima sub Ariano.* Posui, *alligato,* cum Adone, non *alligata,* sicut habent Antverp-Maj. et Munerat. Prior legit, *cujus cum longo,* omittens *corpus.*

Crescentis. OBSERVATIO. *Crescentem* Apostoli Pauli discipulum, primus, ut in hisce solet, memorat auctor Romani parvi, verosimiliter ex Rufini historia lib. 3 cap. 3. Ex Romano parvo acceptum Viennensis proprio ornavit elogio, quod Notkerus æque ac Noster modice contraxit, iis præteritis, quæ spectant ad prædicationem Viennensem, ceteris verbatim descriptis, ut hic primum de Usuardo se observasse fatetur Papebrochius. Adi ipsum, de Crescentis apud Græcos et Latinos cultu, assertoque ad Viennenses et Moguntinos Apostolatu disputantem. Item Tillemontium tomo I pag. 312 et 584. Hactenus pro textu plana omnia. — *Sed difficillimæ solutionis nodus occurrit,* inquit Florentinius, *an in septem germanorum memoria, quæ hic recolitur* (nempe in apographis Hieronymianis, ubi *Symphorosæ et 7 filiorum.* innominati sunt) *septem sanctæ Symphorosæ filii, aut sanctæ Felicitatis indicentur.* Sequitur disquisitio non indiligens, cujus ea demum conclusio : *Quamobrem in eam facile sententiam veni, ut septem hic Symphorosæ filii cum Beda* (supposititio) *Usuardo, Adone et Nothero recolantur, quoniam eorum revera natalis dies esset, ut affirmat Viennensis Ado, sed iterum eorumdem peragi memoriam* XV *Kal. Augusti,* etc. Ita Florentinius, forte non satis hic advertens, alia ab Adone germanorum istorum nomina hac die, alia prorsus ab Hieronymianis referri XVIII Julii, ubi idem denuo saxum a

Florentinio

Florentinio volvitur, non soluta penitus difficultate. Crescit illa et ex eo fit intricatior, quod Adonis nomina, si unum forte excipias, ipsissima illa sint, quæ hodie Cordubæ ab Hieronymianis tribuuntur. Non vacat notare cetera, quibus perpensis. satius putavit Henschenius, Symphorosæ filios hic exclusos, ad proprium diem XVIII Julii, transferre ; cujus sententiæ, sub inserta protestatione subscribimus, rem totam in Actis, favente Deo, de integro discussuri. Prælucebunt Acta, a Ruinartio inter selecta edita, cum prævia admonitione a pag. 17 ; et novissime a Tillemontio Gallice deducta tomo 2 a pag. 241. Interim si Wandelberti auctoritas quid possit aut valeat, hanc diem *Zoelus* cum sociis occupabit :

Hesperiam quinto antistes martyrque Zoelus
Martyribus cumulat junctus denisque novemque.

Quindecimam (autem Kal. Augusti) *genetrix septena prole dicabit* : non ut fecit Notkerus, sic rem componens, ut hac die septem Adonianos fratres et XVIII Julii septem Hieronymianos commemoret, quod est magis nodum scindere quam solvere, si quidem satis solubilis sit. At enim ad historicam veritatem explorandam proprie pertinet tota ea disceptatio, hic de Usuardi nostri textu ex professo quæritur ; quem licet tantisper falsum supponamus, ut jam sæpe supra fateri debuimus, manebit tamen indubitatum, ita ipsum ex Adone scripsisse, ut laterculum sincere et simpliciter repræsentat. — Idem puto dicendum de annuntiatione *Zoili*, quem solum expunctus decem et novem Adonis sociis anonymis, prædicat, proindeque Grevenum et Molanum interpolatos censuimus, quod Adonis potius, quam Usuardi sensum secuti fuerint. Ceterum *Zoilus* ille a Vandelberto superius perperam *antistes* dictus sociis aliis XX, inter quos septem nostri Symphorosæ filii nominantur, in Actis immixtus est, ubi in commentario historico controversiam de matre et septem filiis auspicatur Henschenius, apud quem duobus aliis paragraphis *Zoili* martyrium, inventionem et translationem corporis, aliaque ad eum spectantia invenies. Addit hic Usuardus de suo, miraculum circa sacri corporis revelationem, quod utrum satis exacte describatur, malo ex ipsis Actis quam ex arbitrio nostro definias. *Zoili.*

De *septem Dormientibus* cursim aliquid hac die apposuit Ado ; Rabanus historiam bene longam contexuit, ab ipso Notkero totidem fere verbis relatam, quæ in Auctariis videri potest. Noster, nescio quo prælucente, eos ad XXVII Julii rejecit. Hic igitur sepositis, manet simplex et genuina hac die Usuardi lectio. *De 7 Dormientibus in Adone, Rabano et Notkero.*

AUCTARIA.

GREVEN. et MOLAN. Ex purorum numero exclusos diximus, quia de Zoilo inserunt, *cum aliis decem et novem.*

TORNACEN. In Crescente, purus, corripit elogium septem fratrum Tiburtinorum, et Zoili encomium rescindit.

PULSANEN. In Crescente purus, omittit Tiburtinos, et in fine solum habet : *Cordubæ, sancti Zoeli martyris.*

Crispiniani, etc. ROSWEYD. Textui puro subdit : *Romæ, Crispiniani et* VII *germanorum. In Epheso, septem dormientium, Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionisii, Joannis, Serapionis, Constantini.* *7 Dormientium.*

ANTVERP. MAX-LUBECANA, ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et EDIT. ULTRAJ-BELG. In fine, post textum purum : *Hoya insula, translatio sancti Florentii confessoris.* An is est qui colitur XXII Septembris ? Vide Prætermissos. Inserunt etiam Zoili socios. *Translationis Florentii.*

LOVANIEN. In prima et secunda purus, Adonem in fine sequitur : *Cordubæ, sancti Zoili martyris, cum aliis decem et novem* ; expunctis reliquis.

ALBERGEN. et DANIC. In prima puri, secundam plane omittunt. De Zoilo cum GREVENO et MOLANO etiam inserunt, *cum aliis decem et novem.* In fine : *Hoya insula*, etc., ut supra.

CENTULEN. *Apud Galatiam, sancti Crescentis episcopi, quem beatus Paulus ordinavit, et terræ ac genti Galatiæ pastorem constituit.* Usuardi textus non solum hic contrahitur, sed etiam recte corrigi videtur. *Apud Tiburtinam Italiæ civitatem, sanctæ Symphorosæ uxoris Getulii martyris, quæ sub Adriano cæsare passa est cum* (septem) *filiis suis, quorum nomina, Crescens, Julianus, Nemesius, Primitivus, Justinus, Stateus, Eugenius.* (Hoya) *monasterio, sancti Florentii confessoris.* *Florentii.* *Ambianis civitate, inventio beatorum martyrum Fusciani, Victorici et Gentiani.* De quibus etiam *Inventionis Fusciani, etc.* agit Rabanus et ex eo Notkerus. Coluntur XI Decembris. *Ipso die, nativitas sancti Nicholai archiepiscopi.* Vide VI Decembris. *Cordubæ, sancti Zoili et aliorum* XVIII. *Carthagine, sanctæ Guddenes martyris.* Aliis *Guddenes* vel *Gundenes.* Colitur XVIII Julii. *Nicolai.* *Guddenes.*

BRUXELLEN. In textu fere similis est LOVANIENSI. Tum sequitur curiosa historia, quam hic juvat attexere : *Apud Ephesum sanctorum septem fratrum dormientium. Qui sub Decio imperatore pro Christo tormentati, declinantes tortorum sævitiam, in quadam spelunca se occultarunt, et ibidem post orationem obdormierunt ; et Decius speluncam obstruxit. Tempore autem Theodosii, orta simultate de fide resurrectionis, ipsi a sompno, quo ferme ducentis annis dormierunt, divinitus excitati, surgunt, et coram Theodosio imperatore, asserta resurrectionis veritate, iterum dormierunt in Christo. Qui postea tempore Eduardi regis Angliæ, se de latere in latus vertentes, ab eodem rege prophetico spiritu prædicantur per annos septuaginta quatuor in latus illud pausaturi. Et sic tantum a tempore Lotharii imperatoris, nepotis ex filio Caroli magni, immoti quievisse referuntur.* Quam hac sint verosimilia, dicetur in Actis XXVII Julii. *Apud Cartaginem, sanctæ Guddenes, pro Christo, gladio cæsæ. Et nativitas sancti Nycolai episcopi. Hoya insula, translatio sancti Florentii confessoris.* De hisce tribus jam egimus supra in CENTULENSI. *De septem Dormientibus.* *Guddenes* *Nicolai.* *Florentii,*

HAGENOYEN. In Crescente satis purus est. De Tiburtinis, post textum modice interpolatum, singulorum mortis genus tacitis nominibus refert, quod ex Adone clarius intelliges, ubi nomina ordine repetuntur. In Zoilo iterum purus subdit in fine : *Nola* (Hoya) *insula, translatio Florentii confessoris.*

DAVERONEN. *Oya insula, translatio Florentii confessoris.* *Translationis Florentii.*

AMBIAN.

purus est. In Alexandrinis martyribus modice interpolatus. Sequitur in fine, quod habet textus noster in principio : *Vigilia beatorum Apostolorum Petri et Pauli.*

HAGENOYEN. Sic scribit de sancto Leone : *Item Romæ, sancti Leonis* II *Pontificis et Doctoris. Hic composuit sermones, quibus sermonibus utitur Ecclesia in officio divino. Hic suscepit sextam Synodum, et instituit, ut qui ordinatus fuerit archiepiscopus etc.* ut supra retulimus ex ULTRAJECTINO, etc. In reliquis proxime ad puritatem accedit, sed longe recedit a recta orthographiæ ratione, ut passim solet.

AQUICINCT. De sancto Leone addit, quod damnaverit hæresim Nestorianam et Eutychianam ; item quod coegerit concilium Chalcedonense. Tum subdit : *Hic constituit intra actionem dicere :* Sancta sacrificia; *et velamen capitis non accipere monialem ab episcopo, nisi probata prius illius virginitas fuerit.*

MATRIC-CARTUS-UTRAJECT. *Leonis Papæ. Hirenei episcopi, cum sociis martyribus. Vigilia. Benigni episcopi et martyris, cujus ossa sunt in ecclesia Trajectensi. Plutarchi martyris, cum sociis. Potamienæ virginis et martyris.* Quam in margine, vocat *Potamiænam.* Ubi etiam notat, quod *Irenæus Lugdunensis cum omni fere populo suo, martyrium sustinuit.*

De Benigno.

In VATICANO. Post *Herois*, adjectum : *Item Sereni, Potamiæ, Marcelli, Catechumenæ, et Heronimæ baptismum martyrii consecutæ. Inter quos*, etc. Quæ Alexandrinorum martyrum nomina attinent, ad usque minutias excussit in Actis Henschenius.

De Alexandrinis.

FLORENTIN. *Item, passio sancti Cassiani episcopi Tudertini et martyris, cujus corpus ibi requiescit in ecclesia sancti Fortunati.* Dies natalis est XIII Augusti, quo die etiam in Martyrologio Romano refertur. An hic de translatione agitur, incertum est.

Cassiani.

EDITIO LUBECO-COL. Post Vigiliam Apostolorum, immediate subjicit de Irenæo, tum de Alexandrinis utrobique satis pure. Tum : *Eodem die, beati Benigni episcopi Carnotensis et martyris.* In fine : *Romæ, beati Leonis, primi, Papæ et confessoris. Qui sedit annos viginti unum, mensem unum, dies viginti octo. Cujus temporibus extitit quarta Synodus, scilicet Calcedonensis; in qua congregati sunt quingenti et triginta episcopi, ponentes fidem Catholicam et confitentes extra hæresim Nestorianam et Euticianam, duplicem in Christo naturam, divinam videlicet et humanam. Hic addidit Canoni : Sacrificium sanctum immaculatam hostiam. Manum sibi amputavit propter tentationem quamdam, sed beata Virgo, quia ei singulariter semper devotus extitit, ipsam restituit.*

Benigni. *De Leone I.*

BELIN. De Leone : *Romæ, beati Leonis Papæ et confessoris.* In fine mutilus, hæret ad, *emicuit Potancia virgo ;* vult dicere *Potamiena.*

GREVEN. *Nota. Leo Papa hic positus, hujus nominis primus fuit. Qui sua industria concilium Calcedonense congregari fecit; constituitque intra actionem dici : Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Item Basilidis, percussoris sanctæ Potamienæ, Sereni, Etheræ, Catechuminæ, baptismum ignis consecutæ, aliorumque multorum martyrum ex scola Origenis. Quibus sancta Potamiena per visum assistens, coronas martyris a Domino impetratas detulit.* Vide ipsa Acta. *Benigni episcopi Carnotensis et martyris, in Trajecto inferiori quiescentis. Item beatæ memoriæ Heymbradi presbyteri et confessoris, in Hassia, monasterio Hasungen, a se fundato, quiescentis.*

Basilidis et aliorum. *Benigni.* *Heimerad.*

MOLANI prima editio solum adjicit : *Item Trajecti, Benigni martyris atque pontificis.* In posterioribus sic emendatur annuntiatio Leonis : *Et natalis beati Leonis Papæ et*, tum Italicis litteris : *confessoris, qui sedit Romæ menses decem. Hic eloquentissimus et Græca Latinaque lingua eruditus, sanctam sextam Synodum fecit, quæ in regia urbe celebrata est : ubi damnati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Macarius, Stephanus et Polychronius, novus Simon, qui unam voluntatem et operationem in Domino Jesu Christo prædicabant*, Sequitur textus, cui post *Herois*, intruditur Italicis rursum litteris : *Item Sereni.* In fine : *Die vigesima octava, reportatio reliquiarum sanctorum Cyri et Joannis qui miraculis claruerunt.* Coluntur ambo die XXXI Januarii. *Item Trajecti, Benigni martyris atque Pontificis.*

Benigni. *De Leone II.* *De reliquiis Cyri et Joannis.*

III *Kal.* *Die* 29.

Petri et Pauli. *Marcelli et Anastasii.* *Beatæ.*

Romæ, natalis beatorum Apostolorum Petri et Pauli, qui passi sunt sub Nerone cæsare, Basso et Tusco consulibus. Quorum prior in eadem urbe juxta viam triumphalem totius orbis veneratione celebratur, sequens quoque in via Ostiensi sepultus, pari habetur honore. Eodem die, sancti Marcelli martyris, qui apud castrum Argentomacum pro fide Christi una cum Anastasio militari, capite plexus est. In territorio Senonico, Beatæ, virginis.

Puris annumero *Praten. Herinien. Tornacen.* et *Muneratum*, quamvis in aliquo discrepent.

VARIA LECTIO. In prima annuntiatione omnes concordant. *Ostinsi*, apud Muneratum, typographi mendum est. *Argentomacum* legunt passim codices omnes, excepto Munerato, qui *Argento magnum ;* et Molano, qui *Argentomachum* substituunt. Sic citati codices et ceteri fere omnes legunt cum textu, *capite plexus est* ; Pratensis vero magis generice, *martyrio coronatus est*, in quo ei consentiunt Antverp-Maj. et Rosweyd. plerumque conformes. Pluris nobis est aliorum auctoritas; licet non ignorem Anastasium ex Actis, alio mortis genere, quam decollatione consummatum. Puto Usuardum simpliciter scripsisse *Beatæ, virginis*, ut habent Praten. Tornacen. et Munerat. atque etiam Herinien. nisi quod adjectum sit, *cruci appensæ*. Alii aliter exprimunt, ut patebit in Auctariis.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. *Hunc* XXIX *Junii tota antiquitas, media ætas, atque Ecclesiæ hodiedum omnes, veneratæ sunt et venerantur, pro die legitimo Depositionis sive martyrii sanctorum Petri et Pauli. Quis ausit vel hiscere contra auctoritatem tantam, et usum Ecclesiæ universalis sine intermissione continuatum?* *Petri et Pauli.* Verba sunt Janningi § 5 num. 46, Commentarii prævii ad Apostolorum Acta, ubi varias alias intricatas quæstiones circa locum, modum et tempus martyrii enucleate juxta ac erudite explanat, videndus omnino a curioso lectore. Ad institutum nostrum quod propius attinet, præter Kalendaria et Sacramentaria, Martyrologi antiqui universim omnes pro hac eadem die certatim et constantissime pugnant : Hieronymiana imprimis apographa omnia a Florentinio edita, tum Beda, Florus, Rabanus ; item Romanum parvum, Ado, Notkerus et Noster ; Wandelbertus etiam, qui sic eleganter cecinit :

Tertius auratam sustollit ad ethera Romam
Martyrio pariter Petri Paulique beato.

Ex quibus non parum roboratur relatum nuperrime Janningi assertum. Porro Viennensis Martyrologus inter Festivitates Apostolorum primo et præcipuo loco, multa in Petri et Pauli laudem commemorat, quæ exactiori crisi subigi possent, æque ac alia a Notkero superaddita. Quæ textus noster tamquam vere Usuardina repræsentat, ea ex Adone omnino decerpta sunt, servatis *Bassi* et *Tusci* Consulum nominibus, perperam cum *Nerone cæsare* connexis, utpote a quo totis ferme duobus seculis sejunguntur, ut clare intelligas *Translationem* seu *Depositionem alteram*, si ita vocari possit, cum ipso martyrii die, Adonis errore fuisse confusam. Qua de controversia videsis laudatum Janningum citato loco, et iterum § 20 Analectorum, atque item in præcedentibus paragraphis Henschenium et Papebrochium. Persuasum habeo, ea istic curioso lectori suppeditatum iri, quæ animum prorsus expleant. Si cui forte magis placeat rerum series per ordinem digesta, adire is poterit Tillemontium tomo 1 a pag. 108 ad 317, utriusque Apostoli gesta prosequentem. Interea manifeste patet quam simpliciter et bona fide Usuardus Adonem ductorem suum, de more secutus fuerit. — Nullum habuit in *Marcello Argentoniensi* et socio milite ; adeoque Acta ei præluxisse credimus, in quibus *Marcelli et Anastasii.* clare dicitur Marcellus *capite plexus*, *Anastasius* vero alio mortis genere agonem consummasse. Unde si in laterculo utriusque martyrium conjungitur, dubium manet, rectiusne Pratensis cum solitis sociis, an potius alii scripserint ; qua causa codices puros multiplicavimus, notabiliter licet discrepantes. — Movit etiam annuntiatio ultima, judicio nostro plane Usuardina, sed in codicibus diversi- *Beatæ.* mode expressa. Nobis quidem longe probabilior est laterculi nostri lectio, multis argumentis in Actorum sylloge confirmata; sed nec codicum aliorum contemnenda auctoritas, qui *Beatæ*, vel *Sanctæ* faciunt adjectivum seu epitheton *Benedictæ*, ut proinde nomen proprium in dubio relinquatur. Haud absone nomen aliud excogitavit Clar. Castellanus, de quo cum in præfata Sylloge dictum sit, non est necesse actum agere. Ex dictis colligitur, quid primigenia phrasi Usuardum scripsisse censeamus.

AUCTARIA.

ANTVERP.-MAJ. Pro more de cetero PRATENSI similis, caret ultima annuntiatione *de Beata*, vel *Benedicta*.

PULSANEN. Purus est usque ad *Marcelli martyris*, inclusive; cetera omnia desunt.

ROSWEYD. Caret etiam in fine annuntiatione *Beatæ*, cujus loco hæc habet : *Item Romæ Novatiani et aliorum* DCCCCLXXIX. *Novatiani et soc. 979.* Notantur hi Martyres in Hieronymianis, sed mirum est nec in Actis, nec in Prætermissis, ullam eorum fieri mentionem. *Fortunati.* Sequitur : *Fortunati episcopi et confessoris.* Vide Prætermissos.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Incipiunt : *Romæ, sanctissimorum Apostolorum*, etc. In fine autem, *Benedictæ.* pro *Beatæ virginis*, legunt, *sanctæ Benedictæ, virginis.* Vide Observationem.

BELINI prima editio, præter menda plurima, etiam scribit, *sanctæ Benedictæ.* Secunda vero, de Petro et Paulo inserit; *anno trigesimo octavo post passionem Domini.*

ANTVERP.-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Ordiuntur hoc modo : *Romæ, beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli.* *De Petro et Paulo.* *Quorum prior cruci affixus est, capite ad terram verso, et in sublime pedibus elevatis : asserebat enim se indignum eo modo, quo suus Dominus, crucifigi. Sequens vero, pretiosi capitis obtruncatione, mortem pretiosam invenit. Passi sunt autem illustrissimi athletæ anno Dominicæ incarnationis* LXXII, *passionis vero* XXXIX. (LEYDEN. solus legit LXII, passionis autem XXX). In fine : *In territorio Senonico, sanctæ Benedictæ virginis cruci appensæ.*

CENTULEN. *Romæ, natale beatorum Apostolorum Petri et Pauli, qui passi sunt sub Nerone* (manu recentiori, super erasis verbis, *Basso et Tarso Consulibus) Tradunt vero antiqui et sanctissimi Patres, quod hi duo magni Ecclesiarum Principes, non post anni revolutionem, sed eodem anno, una eademque die, in una urbe, alter cruce, alter gladio triumpharit. In urbe Argentoraco, sancti Marcelli, qui cum Anastasio capite plexus est.*

BRUXELLEN. De Petro et Paulo, omissis annis, ferme repetit quæ jam dicta sunt, hoc notabile adjungens : *De quo* (martyrio) *beatus Ambrosius loquens, sic ait : Non sine causa factum putamus, quod uno die, uno loco et sub eodem persecutore Petrus et Paulus passi sunt. Uno quidem die, ut ad Christum pariter pervenirent ; in uno loco, ne alteri Roma deesset ; et sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrumque constringeret.* *De Petro et Paulo.* De Marcello, pure ; de Benedicta, ut mediæ notæ codices supra. In fine subdit : *Et sancti Cassii Nerinensis* (Narniensis) *episcopi, cujus transitum beatus Gregorius in Omeliis commemorat.* *Cassii.* Vide Papebrochii commentarium.

HAGENOYEN. De Petro et Paulo, aliis verbis sententiam exprimit sex codicum supra, notans annum incarnationis LXXI, passionis XXXVII. De Marcello et Benedicta, ut iidem.

AQUICINCT. Legit *Argentorachum*, pro, *Argentomachum*. In fine: *Sanctæ Beatæ*.

Mustiolæ et Beatæ. Agricoli.

VICTORIN. et REG. SUEC. sub num. 130. *In territorio Senonico, beatæ Mustiolæ et Beatæ virginum*. De Mustiola, vide Prætermissos. *Ipso die, Nivernis, sancti Agricoli episcopi et confessoris.* Vide Acta XXVI Februarii.

Cassii

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Petri et Pauli Apostolorum. Cassii Narniensis episcopi, de quo beatus Gregorius in homilia*. Vide BRUXELLEN.

In VATICANO num. 5949. Deest commemoratio *Marcelli*, et item *Beatæ*.

Albani

FLORENTIN. *Apud civitatem Verolaniam, passio sancti Albani martyris, sub Diocletiano imperatore. Qui passus est anno Domini* CCLXXXVII, *tamen festum agitur* x *Kal. Julii*. Vide ibi.

BURDEGALEN. et BIZUNTICEN. *In territorio Senonico, Beatæ virginis*.

CAUDIACEN. *In territorio Senonico, sanctæ Beatæ virginis*. Vario modo dicitur idem.

Novatiani et soc. Cassii.

EDITIO LUBECO-COL. De Petro et Paulo, convenit cum codicibus supra. In Marcello, pura est. Benedicta etiam ut supra. Tum: *Ipso die, sancti Novatiani martyris cum aliis* DCCCCXCVII *martiribus*. Vide supra in ROSWEYD. *Item, sancti Cassi episcopi Narniensis et confessoris, de quo beatus Papa Gregorius in Omeliis scribit. Dominica prima, in Werda oppido imperiali, translatio sancti Swicberti episcopi Verdensis et confessoris*. Data sunt Acta XXX Aprilis.

Translationis Suiberti

Novatiani et soc. De Cassio

GREVEN. *Eodem die, Novaciani martyris, cum aliis* DCCCCLXXVIII. De quibus supra, variante tamen sociorum numero. *Cassii Narniensis episcopi et confessoris. Huic, ut refert Gregorius homilia* XXXVII, *mos erat cotidianas Deo hostias offerre; ita ut pene nullus dies vitæ ejus abscederet, quo non omnipotenti Domino hostias placationis immolaret. Cui cum sacrificio, valde etiam concordabat vita; nam cunctas quæ habebat, in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificii venisset, velut totus in lachrymis defluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Item sanctæ memoriæ Geronis archiepiscopi Agrippinensis Coloniæ et confessoris*. Nec in Prætermissis memoratur. Denique: *Dominica huic festo proxima, apud Werdam, translatio sancti Suicberti episcopi Verdensis et confessoris*. Vide in EDITIONE LUBECO-COLONIENSI.

Geronis.

MOLAN. De Cassio Narniensi, typis minoribus describit, quæ ex GREVENO proxime dedimus; nec in prima sua aut posterioribus editionibus, aliud quidquam addit. Vide alia ex sancto Gregorio in Actis nostris descripta.

Pridie Kal. *Die* 30.

Commemorationis Pauli Apostoli. Lucinæ. Martialis et soc. Corsici et Leonis. Ostiani.

Commmoratio sancti Pauli Apostoli, quem cum beato Petro cruce appenso, cœlum gladio necatum excepit una. Romæ, natalis beatissimæ Lucinæ discipulæ Apostolorum. Lemovicas civitate, sancti Marcialis episcopi, cum duobus presbiteris Alpiniano et Stratocliniano, quorum vita miraculorum signis admodum effulsit. Ipsa die, sancti Corsici presbiteri et Leonis subdiaconi. In territorio Vivariensi, sancti Ostiani presbiteri et confessoris.

Sumitur ex *Herinien Munerat Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Commeratio* in Herinien. scriptoris haud dubie error est. Muneratus sensum Usuardi, non pura verba reddidit: *Qui cum beato Petro cœlum gladio necatus accepit una eadem die*. Lego *Marcialis*, cum codicibus ferme omnibus, excepto Molano. Munerat. scribit *Alpiano*, ceteri cum textu, ubi forte melius poneretur *Albiniano*, atque item *Austricliniano*, ut bene Greven. et Molan. Ego cum Herinien. et vetustioribus aliis reliqui *Stratocliniano*; utrumvis, præferre licet, potius quam *Stratocliano* cum Praten. et Munerat. Rursus tres codices nostri similes Praten. Antverp-Maj. et Rosweyd. legunt, *in Italia*, male; codices alii ut in textu. In Munerato mendum est *Variensi*, pro *Vivariensi*. In eo demum errat, quod omiserit vocem ultimam, *Confessoris*.

Commemorationis Pauli Apostoli.

OBSERVATIO. Joannes Molanus in posterioribus suis Usuardi editionibus ad XXIX Junii annotavit, se ex textu sustulisse, *Basso et Tusco consulibus*; quod *manifesto errore* ea recentius Usuardo adjecta, sibi male persuaserit. *Neque enim*, inquit, *Usuardi esse hoc somnium, inde colligo, quod is putarit Petrum et Paulum diversis annis passos esse*. Hoc probatum oportuit. Audi jam illum ad hunc diem XXX: *Quod ad lectionem attinet, vetus Usuardi codex* (non is certe, quem in prima puriori editione secutus fuerat) *habet*, UNA, NON TAMEN EADEM DIE, SED EVOLUTO ANNI TEMPORE, UT VIR DISERTUS ARATOR SCRIBIT. *Sed majores nostri, præter vocem* UNA, *totam hanc sententiam, veluti improbabilem delevisse videntur*. Sic Molano visum, ignoranti, procul dubio, id quod *somnium* vocat, non Usuardi, sed Adonis erratum esse, vere tamen ab Usuardo transumptum, quodque proinde perperam e textu expunctum est; uti et male erasa Aratoris periocha, si quidem ea ab Usuardo vere umquam inserta fuit, quod mihi hactenus non fit verosimile. Potius crediderim Usuardum in Pauli commemoratione, non minus quam die præcedenti, Adonis opinioni adhæsisse, atque adeo aliud Adonis somnium adoptasse, quo senserit utrumque Apostolum, non *evoluto anni tempore*, sed uno eodemque *Neronis* XIV martyrium subiisse, ut ab Adone Nostri ductori, diserte asseritur. Atque hinc consequens existimamus, *veteri illi codici*, Aratoris sententiam a recentiori aliquo sciolo esse intrusam; cui codici (forte Pratensi) solitos socios similes exhibemus, nempe Antverp-Majorem et Rosweyd. in quibus idem traditur, quosque nos ea de causa e purorum numero exclusimus, servata

codicum

codicum aliorum lectione, quam ipsiusmet Usuardi simplicem et germanam esse censebimus, nisi quis certiora docuerit. — Ducem eumdem sibi prælucentem habuit Usuardus in *Lucina* Apostolorum discipula, Adonis verba ad apicem describens. Porro Lucinam ex Romano parvo tamquam ex fonte accepit Ado, et inter Festivitates Apostolorum elogio, a Notkero transumpto, exornavit, veluti quæ pro confessione Christi et ipsa sanguinem fuderit, de qua re vide Papebrochium in Actis, de *altera Lucina* ibi etiam disserentem. — *Martialis Lemovicensis* depositionem, tamquam *Confessoris*, notant codices Hieronymiani, notat item et eodem modo Viennensis, nihil in commendationem adjiciens, et sic a Rabano et Notkero positus est. Binos socios conjunxit Noster, sed ad hunc diem non spectantes, utpote qui singuli propriis festivitatibus recolantur. Nihil in citatis Martyrologis de Martialis Apostolatu, seu Apostolorum discipulatu, cujus tamen meminisse videtur Florus, in hypothesi quod ejus verba sint, quæ in Beda nostro referuntur. Videat curiosus lector, quæ de tota illa celeberrima controversia fuse in Actis et accurate explicata sunt. Hic solum Wandelberti et unicum de Martiale versiculum adjicio : *Lucina* *Martialis.*

Lemovicum pridie colitur Martialis honore.
Junius his celsum festis determinat orbem.

Sequuntur in codicibus nostris *Corsicus et Leo*, à Pratensi, Antverp-Majore et Rosweyd. *Italiæ* adscripti, ubi ceteri rectius a palæstra abstrahunt, uti nos in textu legimus. Nam si agonis locus ab Usuardo appositus est, non potuit non Africam notare, quam clare expressam legere debuit in ipsomet fonte, ex quo duos illos a reliquis sociis avulsit. — *Ostianus, presbyter*, non *episcopus*, ut aliqui habent, nescio unde Usuardo innotuerit, Actis ejus plane deficientibus; certe ab ipso primum fuisse consignatum probat antiquiorum et æqualium silentium ; ab ipso autem vere consignatum fuisse, quemadmodum et superiores ceteri, eo modo quo retulimus, ex allegato probatiorum codicum consensu abunde demonstratum putamus. Inter codices in Auctariis citandos, *Ostianus* varie annuntiatur, in multis et ipse et duo superiores omnino prætermissi sunt, ut mox patebit. *Corsici et Leonis.* *Ostiani*

AUCTARIA.

De Pratensi, Antverp-Majore et Rosweydino, jam satis in Observatione diximus.

Tornacen. Deficit in fine textus, nempe *Corsici, Leonis* et *Ostiani* non meminit.

Pulsanen. In commemoratione Pauli, meminit etiam de *revoluto anni tempore*. Martialem et socios plane omisit, uti et Corsicum ac Leonem.

Antverp. et Max-Lubec. Item Antverp-Max. et Lovanien. Simpliciter scribunt : *Commemoratio sancti Pauli Apost.* Idem habet Belinus. Sed illi de Ostiano legunt *episcopi*, hic solum *presbyteri*. Editio Ultraj-Belg. in commemoratione Pauli cum prioribus convenit, sed caret utraque ultima annuntiatione.

De S. Paulo. Ultraject. Leyden. Alberg. et Danic. Sic incipiunt : *Commemoratio sancti Pauli Apostoli, qui juxta traditionem beatorum Pontificum Anacleti et Gelasii, uno eodemque die gladio consummatus est, quo Petrus cruci appensus est. De quo beatus Ambrosius loquens, sic ait : Non sine causa factum putamus, quod uno die, uno loco, et sub eodem persecutore Petrus et Paulus passi sunt. Una quidem die, ut ad Christum pariter pervenirent; in uno loco, ne alteri Roma deesset ; et sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrumque constringeret.* Quæ Ambrosii verba heri etiam in Bruxellensi retulimus. Cetera puri sunt, nisi quod Ostianum *episcopum* faciant.

Textus contractus Centulen. *Natalis, et celebratio iterum, sancti Pauli Apostoli. Eodem die, beatissimæ Lucinæ, quæ ab Apostolis baptizata et instructa est. Lemovicas, sancti Martialis episcopi, qui Romæ a beato Petro ordinatus et ad præfatam urbem primus episcopus transmissus est. Ipso die, sanctorum Corsici presbyteri et Leonis subdiaconi. In territorio Vivariensi, sancti Hostiani presbyteri et confessoris.*

Bruxellen. *Commemoratio beati Pauli Apostoli, gentium Doctoris. Romæ, natale beatæ Lucinæ*, etc. *In Africa, sanctorum Thimothei, Zotici et Pauli.* Vide in Actis aliorum sociorum nomina. *In Italia, sanctorum Corsici*, etc. Sequitur de Martiale et Ostiano pure. In fine : *Et in Brabantia, transitus fratris Arnulphi de Bruxella, conversi monasterii Villariensis; ubi miranda sanctitatis ejus gesta habentur.* Ex hoc Molanus. *Timothei et soc.* *Arnulp.*

Hagenoyen. *Romæ, commemoratio sancti Pauli Apostoli, quam statuit celebrari in Ecclesia beatus Gregorius Papa magnus, quia injustum et inconveniens sibi videbatur, quod tanti Ecclesiæ præcones uno die celebrentur. Et ideo in die amborum Apostolorum, totum facit officium de beato Petro, et isto, servari instituit de beato Petro* (imo *Paulo.*) *Romæ, natale beatæ Lucinæ, discipulæ Apostolorum. Hæc Lucina Paulo Apostolo velum capitis sui dedit, quo oculos suos tegeret, eunti illi* (ad) *passionem. Quod et illa miraculose recepit sanguine suo* (ejus) *cruentatum. Apud Gallias civitate Lemovica, sancti Martialis, qui fuit unus de* LXXII *discipulis Christi, cum duobus presbyteris, Alpiniano et Austridiano. Iste Martialis, sancti Petri Apostoli erat consanguineus et sancti Stephani Protomartyris. Qui quindecim annorum baptizatus est cum parentibus suis, et Domino semper adhæsit, et factus est ejus discipulus. Hic missus est in Galliam a beato Petro. In Gallo* (Gallia) *unus sanctorum suorum moritur, et tactu baculi sui illum suscitavit. Hic Martialis a Domino multipliciter est honoratus, cum illum ad quædam secreta sua admisit, scilicet lotioni pedum in cœna Domini, ubi ipse aquam et linteamina ministravit.* Et plura alia eodem spiritu excogitata, quæ silentio præterimus, cum hæc ad specimen sufficiant. Plures videri possunt in obviis Legendariis, de quibus consule Papebrochii commentarium. De Corsico, Leone, et Ostiano non meminit. *De Paulo.* *De Lucina.* *De Martiale.*

Matric-Cartus-Ultrajectin. *Commemoratio sancti Pauli Apostoli. Theobaldi eremitæ et confessoris. Martialis episcopi cum duobus presbyteris. Sanctæ Lucinæ, discipulæ Apostolorum.* *Theobaldi.*

Bigotian. sub nota P. 5. *Ostiani episcopi et confessoris.* Sic notat brevis collatio.

Salinen. S. Anatolii. *Andegavis civitate, trans-*

latio

Translationis Albini *latio corporis sancti Albini episcopi et confessoris.* De eo cum Usuardo actum est supra I Martii, quo dies natalis recolitur.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Corsici*, *Leonis* et *Ostiani*. An in reliquis purus sit, non liquet.

LUGDUNEN. S. Stephani. *In territorio Vivarensi*; *De Ostiano.* *natalis sancti Ostiani, glorisissimi confessoris.*

Translationis Albini BURDEGALEN. *Andegavis civitate, translatio corporis beatissimi Albini et dedicatio basilicæ.*

EDITIO LUBECO-COL. De Paulo eadem refert, quæ supra dedimus ex ULTRAJECTINO, etc. In Lucina, pura est. *Lemovicas civitate, sancti Martialis episcopi cum duobus presbyteris, Alpiniano et Austricliniano. Quorum vita miraculorum signis admodum effulsit. Hic Martialis cum adhuc puer esset quindecim annorum, consanguineus sancti Petri Apostoli, vocavit eum Dominus Jesus cum per Judæam prædicaret. Et dixit ei : Permane mecum, fili mi, et servi mihi, et non accipias uxorem, sed in paupertate sequere me et ego te*, etc., æque apocrypha. *In Italia, sanctorum Corsici*, etc. In Ostiano pura est. Sequitur : *Eodem die, sancti Ottonis episcopi Babenbergensis et confessoris.* Differtur ad II Julii. *In monasterio Meyfelt, translatio sancti Severi presbyteri et confessoris.* Remittitur ad XV Octobris.

De Martiale. *Ottonis* *Translationis Severi.*


GREVEN. *Ottonis episcopi Babenbergensis et confessoris.* De quo proxime supra. *In territorio Constantiensi, sancti Theobaldi presbyteri, eremitæ et confessoris. Susannæ matronæ et filiæ ejus Valeriæ, pro Christo occisæ, de quibus in gestis sancti Marcialis*, illis haud dubie, quæ rejecta sunt, unde nec in indice Prætermissorum de hisce agitur. *Erendrudis virginis, abbatissæ, cognatæ sancti Ruperti Vangionum episcopi. Monasterio Meyfelt, translatio beati Severi presbyteri et confessoris.* Vide supra. *Translatio sancti Albini episcopi et confessoris.* De qua etiam supra. *Metis, translatio sancti Sigeberti confessoris.* De ipso actum est I Februarii. *In monasterio Vilariensi, Ordinis Cisterciensis, beatæ memoriæ Arnoldi conversi et confessoris.* Communius vocatur *Arnulfus*, vel apud alios *Arnulphus.*

Ottonis. *Theobaldi.* *Susannæ et Valeriæ* *Erendrudis* *Translationis Severi.* *Albini* *et Sigeberti* *Arnoldi.*

MOLAN. Addit de Ostiano : *Cujus gesta habentur.* Quæ tamen nusquam reperta sunt, quapropter verba illa in aliis editionibus expunxit. Sequitur minoribus litteris : *Et in Brabantia, transitus fratris Arnulphi de Bruxella, conversi monasterii Vilariensis, ubi miranda sanctitatis ejus gesta habentur.* Aliæ editiones aliis litteris textui ingerunt : *Eademque die, juxta traditionem beatorum Pontificum Anacleti et Gelasii.* In fine : *Eodem die, sancti Odonis episcopi Urgellensis.* Remittitur ad VII Julii. *Orpii, sanctæ Adiliæ virginis. Die trigesima, congregatio sanctorum et benedictorum duodecim Apostolorum.* Vide Prætermissos. *Eodem die, sanctæ Clothsendis virginis.* Et minoribus litteris : *Quæ non est canonizata.* De Arnulfo Vilariensi, eadem quæ in editione priori. Vide *miranda ejus gesta* in Actis.

De Arnulfo. *Odonis.* *Adiliæ.* *De 12 Apostolis.* *Clothsendis.*

MENSIS



MENSIS JULIUS

Habet Dies XXXI.

Kalendis. *Die 1.*

In monte Or, depositio Aaron sacerdotis primi. In territorio Lugdunensi, depositio beati Domitiani abbatis, qui primus illic heremiticam vitam exercuit, et plurimos sibi in Dei servitio aggregans, magnisque virtutibus et gloriosis miraculis valde clarus, collectus est ad patres in senectute bona. Civitate Engolisma, sancti Eparchi monachi et confessoris. *Eparchi* Aninsulæ monasterio, sancti Carilefi *Carilefi.* presbiteri. In territorio Remensi, sancti Theoderici presbiteri. In portu Valencianas, sancti Salvii confessoris.

Sola fere pura est *Greveni* editio.

VARIA LECTIO. Legit Greven. *Hor* et sic ex Romano parvo et Adone describere debuit Usuardus. Nihilominus codices reliqui, excepto Molano, habent ut est in textu. Rursus in Greveno est *Eparchii*, scripsi cum aliis *Eparchi*. Item *Aninsulæ* et *Carilefi*, contra quam in edito sit *Anynsulæ*, *Karileffi*. *Theoderici* et *Theodorici* promiscue scribitur; aliqui habent *Teoderici*, nos primo modo usi sumus. Denique citatus codex et Molanus ponunt, *Salvii martyris*, nos cum ceteris, *confessoris*, licet aliam lectionem præferendam sciamus.

OBSERVATIO. Celebrem olim fuisse oportet in Ecclesia Latina *Aaronis* memoriam, quam vel *Aaron.* ipse Wandelbertus, paucissimos Sanctos complecti solitus, tribus hodie versibus, quos paulo inferius dabimus, prædicat. Exstat apud Hieronymiana pleraque; item in Romano parvo, unde in Adonem transiit, et ex hoc totidem verbis in textum nostrum. — *Domitianum* sacris Fastis primus inseruit Ado, eumdem elogio prosecutus, quod Notkerus liberalius, Noster parcius, sed eleganter delibavit. Nec eatenus dubitatio ulla potest occurrere. — Quæ secundo loco ab Adone refertur *Monegundis*, ea a Nostro in sequentem diem translata est; *Martinus* autem Viennensis episcopus tertius, plane omissus, ut sæpe Usuardum fecisse, non semel alibi observavimus. — Qui in Usuardo sequitur *Eparchus* Enculismensis, in Lucensi vocatur *Separcus*, in Corbeiensi *Eparcus*, utrobique *episcopus*, quem rectius codices nostri *monachum* dicunt et *presbyterum*, ex alterutro Hieronymiano ab Usuardo acceptum. Vide Surium et Acta Benedict. tomo 1 pag. 267. — Ex citato Corbeiensi profluxisse credimus *Carilefum* seu *Karilefum*, itidem presbyterum, hoc modo ibi notatum : *Cinomannico, Anisola monasterio, depositio S. P. Karilefi, presbyteri et confessoris.* At quæri potest, qua phrasi Usuardus

si Usuardus annuntiationem suam expresserit : an, *In pago Cenomanico*, ut legit Pratensis et ei consimiles Antverp-Major et Rosweyd. ; an potius, *Aninsulæ monasterio*, ut reliqui ? Nos horum auctoritati innixi, scripsimus, ut est in textu. Molanus, qui in prima editione *Carilefum* Auctariis annumeraverat, re melius expensa, in posterioribus loco eum suo restituit. Plura de hoc Sancto memorant Rabanus et Notkerus, quorum ille *Arilefum*, hic *Arileffum* nominant, quæ indicasse sufficiat, alibi ex professo discutienda, dum vitam dabimus, a B. Siviardo scriptam, inter Acta Benedictina editam, tomo 1 pag. 612, et cum Suriana aliisque Mss. conferemus. Hic locum habeant versus Wandelberti de Aarone et Carilefo :

> *Primus qui veteris populi legisque sacerdos*
> *Extitit, incensi primusque litavit ad aram,*
> *Aaron orditur Juli sacratque Calendas.*
> *Has quoque contemptor mundi Carilephus honorat.*

Theoderici. *Theodericum* Remensem signant codices universim omnes, cum ea tamen differentia, quod Pratensis cum suis, tribuat solum *Confessoris*, alii omnes solum *presbyteri* titulum. Dubium itaque non est, quin hic ab Usuardo primum consignatus fuerit. Exstat vita Theoderici in Appendice Benedict. tomo 1 pag. 614. — In fine, nodus intricatior. *Salvii.* Monuimus supra ad XXVI Junii erasam in codice Pratensi *Perseverandam*, inscriptamque commemorationem *Salvii Enculismensis episcopi*. Hic adverto, ab eodem codice et Munerato notari : *In Britannia, sancti Leonorii confessoris et episcopi*. Et in hoc quidem omissa non est Salvii annuntiatio, quæ in Pratensi codice omnino deest, alio nempe translata, cujus locum subinde impleverit *Leonorius*, ceteris omnibus, etiam Antverp-Majori et Rosweyd. incognitus. Unde patet cur binos illos codices e purorum numero excluserimus. Ubi et hoc observandum, Grevenum et Molanum legere *Salvii martyris*; et recte prorsus, sic tamen ut satis indicent, se antiquiores codices correxisse, in quibus passim solo *Confessoris* titulo honoratur. Itaque, si non plane certum, saltem verosimillimum est, simplicem et genuinum Usuardi textum a nobis in laterculo productum esse. Equidem Salvium hic ab Usuardo ipso consignatum, vix dubito. Cetera vide ad XXVI Junii, quo die Henschenius plures Salvios perperam in unum conflatos, distinxit. Si quid forte distinctioris notitiæ aliunde accedat, in Actis proprio loco poterit recenseri.

AUCTARIA.

Leonorii. PRATEN. et MUNERAT. In fine : *In Britannia, sancti Leonorii confessoris et episcopi*. Sed cum differentia, de qua in Observatione jam supra diximus.

De Theoderico. HERINIEN. Proprium habet, quod Theodericum memoret 3 loco, cum hoc elogio : *Abbatis, disciputi sancti Remigii, qui ejusdem magistri sui suffragantibus meritis, regis Francorum filiam asseritur resuscitasse a mortuis*. Cetera purissimus est.

TORNACEN. Omisit elogium Domitiani. De reliquo etiam plane cum textu convenit.

Fidei, etc. ROSWEYD. De Theoderico, addit, *Pontificis*. In fine autem : *Item, sanctarum virginum Fidei, Spei, et Charitatis, et Sophiæ, matris earum*.

Martyrum 800. PULSANEN. Incipit : *Passio sanctorum* DCCC *martyrum, qui tempore Diocletiani in Verolanio civitate passi sunt*. Vide XXII Junii. In Aaron, purus est. Deest elogium Domitiani. De Eparcho, Carilefo et Theoderico, nihil. Salvium, vocat *Silvanum*.

ANTVERP-MAJ. Forte dubitans quem ex duobus ultimo loco signaret, Salvium an Leonorium, utrumque prætermisit.

Octavæ Joannis Baptistæ. ANTVERP. et MAX-LUBEC. Deficiunt in Carilefo. Abundant in fine : *Eodem die, octavæ sancti Joannis Baptistæ*.

MOLAN. In prima editione, ut jam diximus, e textu Carilefum expunxit, quem in posterioribus reposuit.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Omnes, sed non eodem loco annuntiant : *Octavæ sancti Joannis Baptistæ*. In omnibus deest *Carilefi*. Tres primi legunt : *Salvii episcopi et confessoris*.

Rumoldi. LOVANIEN. Initio : *Apud Mechliniam, passio sancti Rumoldi martyris, episcopi Dunellensis, filii regis Scotiæ*. Vide Auctarium MOLANI. Elogium sancti Domitiani expunctum est. In ceteris convenit cum ANTVERP-MAX. etc.

CENTULEN. Incipit : *Octava sancti Joannis Baptistæ*. In Aaron, purus est. Sequitur : *Remis, sancti Theodorici abbatis, discipuli sancti Remigii. Cenomanis, sancti Carileffi episcopi et confessoris. Civitate Engolisma, sancti Ebarchii confessoris et monachi. In territorio Lugdunensi, depositio viri Dei, beati Domitiani abbatis*. In margine, recenti manu adjectum est : *Depositio S. Theobaldi confessoris*. *Octavæ Joannis Baptistæ. Textus mutilus. Theobaldi.*

BRUXELLEN. Sic orditur : *Octava sancti Joannis Baptistæ. Turonis, depositio sanctæ Monegundis, religiosæ virginis*. De Aaron addit : *Fratris Moysi*. Tum : *Vienna, sancti Martini, tertii ejusdem urbis episcopi, et ab Apostolis ad præfatam urbem missi*. Quæ ex Adone, sumpta sunt. *In territorio Lugdunensi, loco qui Vallis Nebronia dicitur, depositio viri Dei beati Domitiani*, etc. *Theodorici*, subdit, *abbatis*. In Eparcho purus est. In fine : *Item Carilefi presbyteri et confessoris*. De Salvio fuse egit XXVI Junii. *Octavæ Joannis Baptistæ. Monegundis. Martini.*

HAGENOYEN. De Aaron multa subjungit, quæ ex sacris paginis certius noscuntur. Textus reliqua satis pura sunt. Demum huc differt annuntiationes duas diei præcedentis, de martyribus *Corsico et Leone*. Item de *Hostiano*, ut ipse scribit, *episcopo et confessore*. *Corsici, Leonis et Ostiani.*

AQUICINCT. Habet : *In pago Cenomanico*. Ad *Carilesi*, addit : *confessoris*, sine *presbyteri*. Item, *Theodorici abbatis*, tantum. In fine : *Octavæ sancti Joannis Baptistæ. Et sancti Tetbaldi confessoris*. *Octavæ Joannis Baptistæ. Tetbaldi.*

VICTORIN. Legit cum textu : *Salvii confessoris*. Tum : *Eodem die, sancti Quintiani martyris. Octavæ sancti Joannis Baptistæ*. *Quintiani.*

DAVERONEN. *Avinsdæ monasterio, sancti Carileffi presbyteri*. De Salvio recte. *Augustoduno, depositio Leonis episcopi*. *Leonis ep.*

AMBIANEN. *Eodem die, natalis sancti Carilephi episcopi et confessoris. Qui in loco, Ansula nuncu-*

patus

patus (nuncupato,) *heremiticam vitam gerens, plurimorum postea ibidem exstitit pater monachorum, ubi etiam clarus miraculis in pace quievit. In Galliis civitate Ambiensi* (an non *Ambianensi?*) *dedicatio basilicæ sanctæ Mariæ Virginis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Aaron sacerdotis. Salvii episcopi et martyris cum discipulis. Theodorici abbatis. Karilephi episcopi et confessoris.* *Conrardi.* *Conrardi episcopi et martyris.* Puto Cunonem Trevirensem indicari, de quo I Junii. *Domitiani abbatis.*

AUGENS. et BURDEGALEN. Pure habent cum textu : *In portu Valentianas, sancti Salvii confessoris.* An de aliis agant, nescio,

REG. SUEC. num. 130. *Eodem die, sancti* *Quintiani.* *Quintiani martiris. In Alemannia, apud Augustanam* *Udalrici.* *civitatem, depositio B. Udalrici episcopi et confessoris, magni et gloriosi ab infantia usque ad obitum suum.* Colitur IV Julii.

Alius REG. SUEC. CODEX sub num. 428. *Eodem die,* *Leonorii.* *sancti Leonorii episcopi et confessoris.*

VATICAN. Meminit solius Domitiani, rejecto *Luceiæ, etc.* elogio. Adjicitur : *Natale sanctæ Luceiæ virginis et Auceiæ regis, cum aliis octo.*

Martialis. FLORENTIN. *Apud Ravennas, sancti Martialis confessoris, ejusdem urbis archiepiscopi.*

JURENSIS S. Ragnoberti. *In pago Cenomannico, Anisola monasterio, beati Carileffi confessoris et abbatis.* Vide superius.

Octavæ J. Baptistæ. EDITIO LUBECO-COL. *Octava sancti Joannis Baptistæ.* De Aaron, addit : *ut liber Leviticorum* *Theobaldi.* *testatur. In territorio Priviniaco, beati Theobaldi episcopi et confessoris. Hic seipsum seculo subripuit, et heremeticam vitam per novem annos expetens, pro Christo pauperrime vixit; quem propter vitæ sanctitatem, angeli de cœlo, infula pontificali decoraverunt.* De Domitiano, satis pure. Tum : *In* *Rumoldi.* *Brabantiæ civitate Mechlinia, sancti Rumoldi episcopi Hiberniæ et martyris, filii regis Scotiæ, qui licet ipso die natalis Præcursoris Domini passus sit, ejus tamen solemnitas hic festive peragitur. In territorio* *De Theodorico.* *Remensi sancti Theodorici abbatis et confessoris, qui educatus a beato Remigio episcopo, et ab eodem constructo monasterio, pater existens multorum servorum Dei; multis clarus miraculis, inter quæ filiam regis a morte suscitaverat, tandem et ipse quievit in pace. Turonis, depositio sanctæ Mone-* *Monegundis.* *gundis virginis Deo sacratæ.* De Eparcho, pure. *In territorio Cameracensis urbis, portu Valencianas, sancti Silvii martyris, qui capitalem sustinuit* *Leonis ep.* *sententiam. Augustoduno, depositio sancti Leonis episcopi et confessoris.* De Martino, ut BRUXELLEN. supra. In fine : *In portu Valencianas, sancti Salvii confessoris.* Geminatur hic idem. *Silvius martyr* supra vocatus, qui XXVI Junii etiam relatus est. Omittitur autem Carilefus.

BELIN. *Octava sancti Joannis Baptistæ.* Turbatus est ordo, et in prima editione male prætermissus est Carilefus, qui in altera apponitur.

GREVEN. *Nota. Alibi legitur, Salvii confessoris.* *Rumoldi.* *In Brabantia, sancti Rumoldi episcopi Hiberniæ et martyris, qui passus est quidem VIII Kal. Julii, sed* *Viriani, etc.* *ejus celebritas hic festivius recolitur. Viriani mar-* *Aaron, etc.* *tyris et sociorum ejus. Aaron et Julii martyrum,* *Gaii PP.* *cum aliis pluribus. Gaii Papæ. Viennæ, sancti* *Martini.* *Martini, tertii ejusdem urbis episcopi, ab Apostolis* *Leontii.* *illuc missi. Augustoduni, sancti Leontii episcopi et* *Servani.* *confessoris. Servani episcopi et confessoris. Pambo* *De Pambone.* *abbatis et confessoris. Qui cum esset illiteratus, et psalmum aliquem discere cuperet, lecto sibi versu illo : Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea, secundum versum audire noluit, sufficere sibi dicens, si primum implere posset. Romæ,* *Fidei, etc.* *sanctarum Fidei, Spei et Charitatis, sororum vir-* *Liberiæ, etc.* *ginum et martyrum. Liberiæ imperatricis et Agrip-* *Mariæ, etc.* *pinæ. Mariæ, sororis Moysi et Aaron. Eleazari,* *Esther.* *filii Aaron, et Phinees nepotis ejus. Hester reginæ.*

MOLAN. Ad Theodorici, aliis litteris inserit verba HERINIEN. supra. Et typis minoribus : *Theodorici, fidei Clodovei. Cum autem multas vir-* *De Theodorico.* *tutes operatus esset gregis Dei ductor Theodoricus (natus patre latrone, tamquam rosa de spinis) et angelis eum suscipientibus, cum gloria migrasset, Rex Theodoricus, ad monasterium veniens, sanctum corpus propriis humeris, ad sepulchrum evexit.* In fine textus : *Qui capitali sententia multatus, coronam meruit sempiternam. Octava sancti Joannis* *Octavæ J. Baptistæ.* *Baptistæ. Machliniæ, passio sancti Rumoldi gloriosissimi martyris atque Pontificis, Scotorum regis* *De Rumoldo.* *filii, signis et doctrina mirabilis. Qui regalis celsitudinis solium, et pontificalis dignitatis respuens honorem, Machliniam petiit sibi divinitus revelatam, quam VIII Kal. Julii consecravit martyrio, sed quia eadem die sanctissimi Baptistæ et Præcursoris Domini celebratur nativitas, Romanus Pontifex Alexander IV, passionem nostri martyris in nativitatis prædictæ octavis instituit solemnizari.* Sequitur de Carilepho. Dein : *Eodem die, depositio sancti Theobaldi confessoris.* De Leonorio, ut supra. *Theobaldi.* Rursus typis minoribus : *Hester reginæ.* *Esther.* *Aaron et* *Aaron, etc.* *Julii martyrum cum aliis pluribus, quorum Beda meminit, lib. 1 Historiæ suæ. Eodem die, Symeo-* *Symeonis Sali.* *nis abbatis, qui fuit propter Christum cognominatus Salus, id est stultus.* Notatur et hac die Simeon in Romano moderno ; ubi Baronius : *Agunt de eodem hac die Græci in Menologio.* Ad quæ Rosweydus in citato non semel Mss. *Imo vero,* inquit, *Menologium, uti et Menæa, XXI Julii Simeonem Salum statuunt. Existimo Baronium I Julii Simeonem hunc posuisse in Martyrologio, quia Aloysius et Surius inter Vitas Sanctorum eo die exhibent. Qui videntur eam opinionem sumpsisse ex fine vitæ, ubi dicitur 1 Julii obiisse. Sed consulendus textus Græcus, videndumque, an ibi habeatur ἀ unde interpres 1 Julii expressit, an vero κά, quod est XXI Julii, uti Menæa et Menologium repræsentant.* Unde Molanus hac die acceperit, nescio, certe XXI Julii, in posterioribus editionibus, in quibus Græcos adjicit, iterum repetitur idem Simeon. Pergit Molanus : *Arvernis, depositio beati Galli,* *Galli.* *ejusdem civitatis episcopi et confessoris. Cujus vitam beatus Gregorius Turonensis scribit. Item Dononio* *Reginæ.* *monasterio, sanctæ Reginæ, matris sanctæ Rainfridis.* In editionibus aliis, incipit litteris Itali- *Octavæ Joannis Baptistæ.* cis : *Octava sancti Joannis Baptistæ.* Tum : *Mechliniæ,* etc., ut supra. In textu ponitur Carilefus, omittitur Salvius. De Theoderico ad verba HERINIEN. solum hic addit : *Theodorici ; idemque Rex sanctum defuncti corpus propriis humeris ad sepulcrum evexit. Eodem die, solemnitas sanctæ Reginæ, quæ quiescit apud Valencenas in Dononio monasterio. In territorio Pruvino, sancti Theobaldi confessoris.* De Leonorio, ut supra. Denique : *Arvernis, depositio beati Galli episcopi et confessoris.* Vide de Gallo plura superius.

VI *Non.* *Die 2.*

Processi et Martiniani. Romæ via Aurelia, natalis sanctorum Processi et Martiniani, qui a beato Petro Apostolo baptizati, sub Nerone autem oris contusionem, equuleum, nervos, fustes, flammas, scorpiones perpessi, novissime gladio cæsi martyrio coronantur. *3 Militum.* Ipso die, sanctorum trium militum, qui cum beato Paulo Apostolo passi sunt. *Aristonis et soc.* Item sanctorum martyrum Aristonis, Crescentiani, Euticiani, Urbani, Vitalis, Justi, Felicissimi, Felicis, Martiæ et Symphorosæ, qui omnes apud Campaniam glorioso martyrio coronati sunt. *Monegundis.* Turonis, depositio sanctæ Monegundis religiosæ.

Ita scribunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec.* et *Molan.* Adjungitur etiam *Danic.*

VARIA LECTIO. *Eculeum, Marciæ, Simphorosæ, Fœlicissimi,* et hujusmodi alia indicare sufficiat. Antverp. et Max-Lubec. cum aliis secundæ notæ codicibus, legunt *scorpionesque.* Solus Molanus pro *oris contusionem,* posuit *concussionem.* Idem recte correxit *Eutychiani,* sed nos codices reliquos sequimur, in quibus constanter *Euticiani.* Dubium est circa titulum, Monegundi adscribendum. Praten. cum suis, nempe Antverp-Majore et Rosweyd. legit, *Deo sacratæ;* optime quidem, sed nos cum Herinien. Tornacen. et Greven, *religiosæ,* ubi addendum esset cum Baronio, *feminæ.* Tu præfer quod magis placuerit, modo ne cum Molano et codicibus reliquis apponas lauream *Virginis,* quæ viduæ, duarum filiarum matri, minime convenit.

Processi et Martiniani. OBSERVATIO. Illustris est in Sacramentario Gregorii, nec non in Kalendariis ab Allatio et Frontone editis, atque item apud antiquos Martyrologos omnes, *Processi* et *Martiniani* hoc die memoria, simpliciter et recte a Beda prædicata ; auctius a Rabano, sed tacito etiam martyrii et sepulturæ loco. Difficultatem ingerunt Hieronymiana apographa, ad xxxi Maii *Via Aurelia* eos collocantia, hodie vero scribentia : *Romæ, Damasi,* etc. Quæ Florentinium ancipitem reddunt, an de *Damasi cœmeterio,* an de sancto aliquo Damaso agatur. Crescit apud illum ex Adone perplexitas, qui in Martyrologio Sanctos illos in *cœmeterio Damasi* statuit, cum tamen in Festivitatibus Apostolorum clarissime exprimat *viam Aureliam,* a præfato cœmeterio longe dissitam. Crediderim ego, errorem ex Romano parvo emanasse, quod Viennensis in Martyrologio secutus fuerit. Prudentior Usuardus ex libello de Festivitatibus totam suam annuntiationem belle concinnavit. Porro an positiones illæ variæ, translationes vel quid simile indicent, opportunius in Actis discutiemus ; jam dicta pro præsenti instituto sufficiunt. Verbulum adjicio de prædictorum martyrum Actis, quæ eo *fideliora esse putavit* Baronius, ad annum LXVIII num. 24, *quo breviora noscuntur.* Henschenius ad XIV Martii *perantiqua* censuit. Aliter plane opinantur recentiores, ut vide apud Tillemontium tomo 1 pag. 179 et 532. Quid nobis videatur, dicemus propediem. Sic Wandelbertus carmine lusit :

Processus sextas retinet cum Martiniano
Nonas, martyrii læto irradiante decore.

Militum 3 Pauli sociorum. *Milites tres,* Apostoli Pauli socii, a Romano parvo primum consignati sunt, unde eos accepit Ado ; et ex hoc Noster sua omnia ad verbum descripsit. — *Aristonis et soc.* Ex eodem fonte procedunt *Martyres* sequentes *decem,* in Campania coronati, sed non omnes nominatim a Romano parvo expressi. Haud dubium est, quin Adoni præluxerint gesta sancti Sebastiani in quibus (vide Acta nostra cap. XI) singulorum horum et aliorum item nomina enumerantur. Noster bona fide Adonem sequens, textum *Monegundis.* ejus immutatum huc transtulit. — *Monegundam,* seu potius *Monegundem* in Corbeiensi et Lucensi referri, notat Florentinius, non autem in vetustissimo Epternacensi, unde *Antiquarii Gallici* additamentum esse censet. Recte, opinor, sed additamenta hujusmodi nec in Epternacensi alias desunt, æque Gallico, ac sunt apographa reliqua. Undecumque Monegundem Usuardus habuerit, certum est, eam hac die ab eo memorari, quam præcedenti ab Adone signatam ibi observavimus. Et quidem in hoc expresse signatur titulus *Virginis,* uti et a Rabano hac ipsa die, sed ab eo Usuardus prudenter abstinuit, Molani idcirco excusatione nequaquam indigens, qui in prioris editionis suæ textu errorem non adverterat. Putat etiam Florentinius *Virginem* fuisse. At enim ex Gregorio Turonensi, ab ipso citato, sed non consulto, melius doceri potuit. En Flori verba ex laudato Gregorio probabiliter accepta : *Turonis, sanctæ Monegundis, quæ duabus filiabus orbata, spreto viri consortio, ad Christum convolavit ; cujus amore in parva cellula se recludens, ibidem magna enituit abstinentia, et ante et post transitum multitudine miraculorum.* Censeo itaque Usuardum scripsisse *religiosæ,* vel si ita vis, *Deo sacratæ,* ut supra notavimus. Neque audiendus Molanus, qui in posterioribus editionibus, observato errore primæ, putat *virginem* dici posse, eo quod sanctimonialis fuerit. Monegundis vitam ex Gregorio Turonensi de Vitis Patrum cap. 19, edidit hoc die Surius ; addi potest cap. 24 de gloria Confessorum ; quæ omnia accuratius in Actis illustrabuntur.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. In fine, textui superaddit : *Apud occidentales Saxones, civitate Wenta, depositio sancti Suuithuni mirificæ sanctitatis viri.* *Swithuni.*

ROSWEYD. Omisit annuntiationem trium militum. Et in fine etiam habet : *Apud occidentales Saxones, civitate Wenta, depositio Suithuni episcopi et confessoris.*

PULSANEN. Purus est usque ad, *qui cum beato Paulo Apostolo coronati sunt*, inclusive. Desunt reliqua omnia, ut alibi sæpe deficit.

Visitationis B. M. V. MUNERAT. In fine subdit : *Item, Visitatio beatæ Mariæ Virginis.*

GREVEN. Quod mirum est, textum incipit : *Visitatio beatæ Mariæ Virginis.* Vide infra.

BELIN. Sic annuntiat : *Visitatio gloriosæ Virginis Mariæ ad Helisabeth.*

ALBERGEN. Incipit simpliciter ut GREVEN. *Visitatio sanctæ Mariæ Virginis.* Alii autem, nempe ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN et LOVAN. sic loquuntur : *Visitatio beatæ gloriosæ semper Virginis Mariæ.*

Textus mutilus. CENTULEN. *Romæ in cimiterio Damasi, natale sanctorum Processi et Martiniani, qui a sanctis Apostolis baptizati et sub Nerone passi sunt.* Huc refer notationem Rosweydi pag. 222. *Item sanctorum martyrum Ariston, Crescentiani*, etc., (ut in textu) *qui omnes per beatum Sebastianum ad fidem conversi et ad martyrium corroborati sunt.*

Visitationis B. M. V. BRUXELLEN, Incipit : *Visitatio beatæ Mariæ semper Virginis. Romæ via Aurelia in cimiterio Damasi, natale sanctorum martyrum Processi*, etc., pure, uti in sequentibus usque ad finem, nisi quod desit Monegundis, quam per anticipationem ut sæpe solet, retulit die præcedenti.

HAGENOYEN. De Processo et Martiniano inserit, *baptizati erant, dum adhuc teneretur in vinculis.* Cetera satis pura sunt. De Monegunde ait : *virginis religiosæ.*

AQUICINCT. Post *Monegundis*, habet, *Deo sacratæ.* Deinde subdit : *Romæ, Leonis Papæ, viri eloquentissimi et divinis litteris sufficienter instructi, Græca latinaque lingua eruditi. Hic constituit, ut qui archiepiscopus ordinatus fuerit, nullam consuetudinem pro usu pallii, in diversis officiis persolvere debeat.* Hiulcum sensum, clarius redditum vide in Auctariis ad diem XXVIII Junii. Tum : *In Britannia, sancti Suithuni episcopi et confessoris.* *De Leone II PP.* *Suithuni.*

In VATICAN. num. 5949. Deest, Trium militum et Monegundis.

Vitumii. STROZZ. *Sancti Vitumii episcopi et confessoris*, Imo *Swithuni*, ni fallor.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Visitatio beatæ Mariæ. Processi et Martiniani martyrum. Sanctorum trium militum, qui cum beato Paulo passi sunt. Aristonis, Crescentiani, Urbani, Eutychiani cum sociis. Monegundis religiosæ.* *Visitationis. Textus contractus.*

CODEX CASTRI KAROLI. *Ipso die, sancti Adegrini confessoris.* Habemus vitam ejus Mss. *Adegrini.*

DIVION. ecclesiæ sancti Stephani. *Apud castrum Divionense, translatio corporis sancti Medardi episcopi et confessoris.* Vide VIII Junii. *Translationis Medardi.*

EDITIO LUBECO-COL. *Visitatio gloriosæ Virginis Mariæ. Quæ statim in montana post conceptionem filii Dei, abiit in civitatem Juda, ad salutandam Elisabeth cognatam suam ; in qua salutatione Joannes, adhuc inclusus in utero matris suæ, sanctificatus est. Romæ via Aurelia, in cimiterio Damasi, natale*, etc., quæ non nihil interpolata sunt usque ad finem. De Monegunde egit pridie. In fine adjicitur. *Ipso die, beati Swituni episcopi et confessoris.* *De Visitatione B. M. V.* *Swituni.*

GREVEN. *Nota. Festum Visitationis beatæ Mariæ institutum fuit ab Urbano VI, anno Domini* MCCCLXXXIX, *superadditumque est hic Usuardo.* Melius intactum reliquisset Usuardi textum, ut alibi facere solitus est. Sequitur : *Mamertini martiris.* Fallor vehementer, nisi hic ex carcere *Mamertini* imperitus aliquis Sancti et quidem martyris nomen efformaverit. *Ottonis episcopi et confessoris ; secundum alios pridie Kal. Julii. In Anglia, Swituni episcopi Wintoniensis et confessoris. Item ibidem, Sibertini confessoris. Mariæ Jacobi, scilicet Minoris, filiæ Cleophæ.* *De Visitatione.* *Mamertini.* *Ottonis.* *Swituni.* *Sibertini.* *Mariæ Jacobi.*

MOLAN. Litteris Italicis textui præfigit : *Visitatio gloriosæ Virginis Mariæ ad Elisabeth, a Domino Urbano cum multis indulgentiis instituta.* Post textum adjicit : *Dominica secunda post festum Joannis, Binchii, translatio sanctorum Ursmari, Ermini, Theodulphi, Ulgisi, Amoluini, Abel, Hydulphi et Amelbergæ, de ecclesia Lobiensi, in oppidum Binchiense facta anno* MCCCCIX, *die* XX *mensis Junii.* Dein minoribus typis : *In Anglia, sancti Swituni episcopi Wintoniensis et confessoris. Othonis episcopi et confessoris depositio in Bamberga.* In editionibus aliis, sic habet : *In Britannia civitate Vintonia, depositio sancti Suuithuni episcopi et confessoris, cujus merita usque hodie miraculis coruscant. Babenbergæ, sancti Ottonis episcopi et confessoris. Die secunda, depositio stolæ sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ in Blachernis. Dominica secunda post festum Joannis, Binchii, translatio sanctorum, etc.* *Translationis Ursmari, etc.* *Swituni* *Ottonis.* *Depositionis Stolæ B. M. V. in Blachernis.*

V *Non.* *Die* 3.

Translationis Thomæ Apostoli. *Gregorii* *Irenæi et Mustiolæ.* *Anatholii.*

APud Edessam Mesopotamiæ, translatio corporis sancti Thomæ. Ipso die apud Cneocæsaream Ponti, natalis beati Gregorii episcopi et martyris, qui magna signorum ac miraculorum gloria præditus, inter cetera quodam tempore, ut ecclesiæ faciendæ locus sufficeret, montem precibus movit. Civitate Clusina, sanctorum martyrum Hirenei diaconi et Mustiolæ nobilis matronæ, qui passi sunt sub Aureliano principe. In Laodicia Siriæ, sancti Anatholii episcopi, qui non solum religiosis

Triphonis, etc. Eulogii. religiosis viris, sed et philosophis admiranda scripta dereliquit. Alexandriæ, sancti Triphonis et aliorum decem. Item Constantinopoli, sancti Eulogii.

Ita *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Cneocæsarea* alias dictum est, sequor orthographiam plerorumque codicum : qui ferme omnes post Rom. parvum et Adonem legunt *episcopi et martyris*, sed Antverp-Maj. et Rosweyd. corrigunt *episcopi et confessoris*. Rosweyd. habet solus *faciundæ*. Scribendum *Clusina* ut plerique ponunt : excipe Munerat. qui *Elusina*; Greven. *Selusina*; Molan. *Seleusina*. *Hirenei* ut sæpius supra, non *Hireni* ut Antverp-Major, qui etiam male legit *Musteolæ*. Rursus idem et Rosweyd. *Laodiciæ Siria*, nos cum plerisque *Laodicia Siriæ*. Melius Praten. *Laodicea*, et Molan. *Syriæ*. Errat Munerat. in *Antonii* pro *Anatholii*. Solus Rosweyd. habet *phylosophis*. In Greven. et Molan. deest *scripta*. Praten. scribit, *reliquit*, alii omnes *dereliquit*. Greven et Molan. cum pluribus mediæ notæ codicibus, Triphoni jungunt socios *duodecim*. Denique Antverp-Maj. pro *Constantinopoli*, substituit *Constantinopolim* ; qui satis frequens medii ævi annuntiandi modus.

Translationis Thomæ Apostoli. OBSERVATIO. *Apostoli Thomæ* Edessam translatio celebratur in pluribus Hieronymianis, in Beda et Rabano, in Romano parvo ac proinde in Adone, atque ex hoc in Nostro, iisdem ferme ubique terminis, nisi quod Hieronymiana et Beda addant, *ex India*, ubi tamen adhuc asservari corpus, ii testantur, qui seculo XVI, res Indicas prosecuti sunt. Salvat utramque opinionem Baronius in Notis hac die ; cui rei examinandæ proprius erit locus dum Acta Apostoli illustrabuntur ad XXI Decembris. *Gregorii.* — *Gregorii martyris* meminit Romanum parvum, unde eum accipiens Ado, eos characterismos ex Eusebio Rufini lib. 7. cap. 26 et Hieronymo de Scriptoribus cap. 65 fuse deduxit, ex quibus de *Thaumaturgo* agi minime dubium relinquatur, tametsi Acta ipsa clare demonstrent, sanctum illum *Thaumaturgum*, proprie dictum martyrium non subiisse, ut pluribus dicetur XVII Novembris. Ceterum Usuardus, ductoris sententiam sequens et contrahens, nihil in laurea mutandum censuit, quod a *Irenæi et Mustiolæ.* posteris nonnullis factum, in Variantibus lectionibus ostendimus. — Sequuntur *Irenæus et Mustiola*, Clusii in Etruria Martyres, a solo Usuardo notati, si quidem vere Usuardina sint, quæ hic ponuntur, ut tantisper bona fide supposuimus ad XXIII Junii, ubi de *Felice Sutrino*; quamvis judicio nostro præferendi essent codices Heriniensis et Tornacensis, a quibus et hi, et ille omnino absunt. Codicum numero et auctoritate vincimur, ex quorum unanimi consensu textus noster eruendus est. Vide quæ de eorum passionis historia diximus ad citatum diem XXIII Junii. — Ex Romano parvo sumi- *Anatholii.* tur *Anatholius*, cujus verbis Ado vix quidquam superaddidit, ita ut breve ejus elogium, totum Usuardo tribuendum sit, ex Rufini Eusebio lib. 7 cap. 28, unde nomen erutum erat, verosimillime *Triphonis, etc.* acceptum. — *Triphonem* Alexandrinum cum pluribus sociis memorant apographa Hieronymiana. In eorum numero, vel ipsi codices nostri discrepant. At recte *decem* statuit in Præfatione sua generali Bollandus, Epternacensis codicis sensum explicans; et nos Usuardum sic vere legisse existimamus. — Rursus Constantinopolitanos plures esse, ex iisdem Hieronymianis constat; ast ab auctore *Eulogii.* Romani parvi solus nominatur *Eulogius*, solus item ab Adone, solus a Nostro, cujus genuinam sententiam, sub adhibita in Clusinis cautione, toto textu productam censemus. Quo sensu intelligi debeat Wandelberti de Anatholio atque Eulogio versiculus, dicetur in Actis. Ita ille hodie binos suos, quos vocat pontifices, cecinit :

Pontifices quintas Anatholius Eulogiusque.

AUCTARIA.

HERINIEN. et TORNACEN. Carent, ut diximus in Observatione, Irenæo et Mustiola, de cetero purissimi sunt.

PULSANEN. Caret præterea Gregorio et Triphone; hic passim imperfectus.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. De Gregorio ita ex Adone textum augent : *Qui jurgantibus de quo-* *De Gregorio.* *dam stagno duobus fratribus, facta oratione, aquam lacui subduxit, et abissis divino nutu restituit, et virentem campum germanis concordibus dereliquit. Sed et quodam tempore ut ecclesiæ*, etc. Deest Irenæi, Mustiolæ et Anatholii. Triphoni tribuunt socios *duodecim*. Et in fine habent : *Item Con-* *Eulogii, etc.* *stantinopoli, sancti Eulogii, Eufemiæ, Acaci, Demetri.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVAN. Superioribus de Gregorio verbis præfigunt : *Qui sicut Ecclesiastica lib. 7 narrat historia, jurgantibus*, etc. Sequitur : *Alexandriæ, Triphonis et aliorum* XII. *Item Constantinopoli, sancti Eulogii, Eufemiæ, Acacii et Demetrii.* Demum de Anatholio, ut textus, omissis annuntiationibus de Irenæo et Mustiola.

ALBERG. et DANIC. Proxime citatis similes, carent annuntiatione Anatholii.

CENTULEN. *In India, passio sancti Thomæ Apostoli, cujus sacrum corpus ad Edissam Mesopotamiæ relatum est* XII *Kal. Januarii, quando celebrior dies ei agitur. Apud Gneocæsaream Ponti, sancti Gregorii episcopi et martyris, beati Athenodori fratris. Qui Gregorius maxima miraculorum gratia præditus fuit.*

BRUXELLEN. Secundo loco de Irenæo et Mustiola. Tertio de Triphone et XII. Tum de Eulogio, Euphemia, Acacio et Demetrio. De Gregorio, fere ut ANTVERP. supra. Dein : *Et Romæ, sancti Leonis Papæ II, qui sedit mensibus decem. Hic* *Leonis II, PP.* *vir eloquentissimus, in divinis Scripturis, tam Græca quam Latina lingua eruditus* (fuit) *et Christi fidelibus in Missa post Agnus Dei, pacem dari constituit.*

Athenodori; *tuit*. Tum de Anatholio, pure. Demum: *Beati Antenodori episcopi, fratris* (beati Gregorii Thaumaturgi.)

HAGENOYEN. Post *Thomæ Apostoli : Quæ translatio facta est sub Alexandro imperatore*. Doceri cupio, quis hic Alexander fuerit. De Gregorio, ut supra. De Anatholio, pure. De Triphone et XII, item de Constantinopolitanis quatuor, ut supra. Caret Irenæo et Mustiola.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Translatio sancti Thomæ. Mustiolæ virginis et martyris cum sociis. Gregorii episcopi et martyris. Anatholii episcopi, Doctoris. Triphonis martyris et aliorum* XII. *Triphonis et soc. 12.*

In VATICAN. num. 5949. Deest, Thomæ, Gregorii, et Triphonis. Adjicitur: *Romæ, natalis sancti Leonis papæ, qui præfuit ecclesiæ mensibus decem*. Indicatur hic sæpius Leo II; longiori phrasi a MOLANO infra ; sed vide de eo Observationes nostras et Acta XXVIII Junii. *Leonis.*

UGHELLIAN. Omittit Anatolium, et Eulogio conjungit socios tres, ut superius.

FLORENTIN. *Apud civitatem Constantinopolim, sanctorum martyrum Eulogii, Achazii, Euphemiæ, et Demetrii. Apud Ravennam, sancti Dati*, vel *Dathi, archiepiscopi et confessoris*. Notat Baronius ex scriptoribus Ravennatibus, eum claruisse temporibus Commodi imperatoris. *Eulogii, etc.* *Dati.*

LUXOVIEN. *In pago Senonico, sancti Sidronii martyris, fratris sanctæ Beatæ virginis, Menrora quiescentis vico*. Hic colitur XI Julii. *Sidronii.*

EDITIO-LUBECO-COL. Incipit : *Apud Gneocæsaream Ponti, natalis beati Gregorii episcopi et martyris, doctrina et miraculis clarissimi. Qui sicut Ecclesiastica*, etc. Sequitur translatio Thomæ, et Triphon cum XII. *Constantinopoli, sanctorum Evolii, Eufemiæ, Accacii et Demetrii martyrum. Apud Leodiciam Syriæ, beati Anatholii episcopi et confessoris. Civitate Clusina*, etc. Demum : *Romæ, beati Leonis Papæ, et confessoris, qui sedit annos tres, menses decem, dies decem et septem. Hic eloquentissimus et divinis Scripturis eruditus, Græca et latina lingua sufficienter instructus fuit. Et constituit osculum pacis dari post Agnus Dei Hic suscepit sanctam sextam Synodum, et ut pro usu Pallii archiepiscopus nihil persolvere debeat*, (statuit). Vide ad diem XXVIII Junii. *Evolii, etc.* *De Leone II.*

BELIN. pro *Gregorii*, scribit *Georgii*, additque quæ supra retulimus, pro *abyssis* substituens *ab ipsis*, ubi et alia deformata sunt, inverso etiam textus ordine. In prima editione, deest, *Civitate Clusina*, etc. Sed in altera ad finem annuntiatio hæc adjicitur.

GREVEN. *Accatii, Demetrii et Eufemiæ, cum Eulogio coronatorum. Leonis Papæ II, qui sedit annis tribus mensibus decem. Hic constituit osculum pacis dari post Agnus Dei. Lantfranci archiepiscopi Cantuariensis et confessoris, viri eruditissimi. Hujus fama illectus Anshelmus, ad eum venit, eique postmodum in episcopatu, ut illi prophetico spiritu prædixerat, successit. Heliodori episcopi Altinensis et confessoris, ad quem extant beati Hieronymi quædam epistolæ. Berthæ viduæ, matris Caroli magni.* *Eulogii, etc.* *Leonis.* *Lantfranci.* *Heliodori.* *Berthæ.*

MOLAN. Aliis litteris textui inserit, quæ supra de jurgantibus fratribus retulimus. In fine : *Leonis Papæ. Qui sedit Romæ menses decem. Hic eloquentissimus, et divinis Scripturis sufficienter instructus fuit, Græca Latinaque lingua eruditus. Hic sanctam sextam Synodum fecit, quæ in regia urbe celebrata est : ubi damnati sunt Cyrus, Sergius, Honorius, Pyrrhus, Petrus, Paulus, Macharius, Stephanus, Polychronius et novus Simon, qui unam voluntatem et operationem in Domino Jesu Christo prædicabant.* Dein typis minoribus : *Eodem die, natalis sancti Sidronii martyris, sub Aureliano principe, cujus corpus e Roma Messenus transtulit Adela, uxor Balduini pii, Comitis Flandriæ. Prope Brugas in Oostkerck, Gutagoni confessoris.* In editionibus aliis Gregorius ad calcem rejicitur, elogio suo privatus. Auctaria sunt : *In Oostkercka burgo Flandriæ, sancti Guthagoni confessoris, regis Scotiæ, qui ibi peregrinus pro Christo in pace quiescit. Die tertia, sancti martyris Hiacynthi, et sancti patris Anatholii episcopi Constantinopolis. Eodem die, Vuibrandis et Mechtundis virginum, quæ in Eschel quiescunt.* Hic jam locatur Gregorius, ubi post *episcopi*, typis minoribus, additur : *Quem Romana Ecclesia et Græcanica ponunt mense Novembri. Item, beati Heliodori episcopi Altinensis.* Notatio Baronii conformis est sensui GREVENI ; verum dubitat Castellanus, an hic *Heliodorus* diversus non sit ab eo, de quo sæpius meminit, et ad quem scripsit Hieronymus, etc. *De Leone II.* *Sidronii.* *Gutagoni.* *Hyacinthi et Anatolii.* *Wibrandis et Mechtundis.* *Heliodori.*

IV *Non.* *Die 4.*

Oseæ prophetæ. Turonis, translatio beati Martini episcopi et confessoris, et Ordinatio episcopatus ejus. In Africa, natalis sancti Jocundiani martyris, in mare mersi. Apud Sirmium, sanctorum martyrum Innocentii et Sebastiæ, cum aliis triginta. In territorio Bituricæ civitatis, sancti Lauriani martyris, cujus caput Hispalim ad Hispanias deportatum est. *Oseæ.* *Translationis Martini.* *Jocundiani.* *Innocentii et soc.* *Lauriani.*

Sumitur ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj Munerato, Greveno* et *Molano*. Puritati proximi sunt *Antverp-Max* et *Lovanien.*

VARIA LECTIO. Nescio cur Molanus simpliciter scribat *Osee*. id quidem mediæ ætatis codicibus concedendum, in quibus diphthongi ferme notæ non sunt ; at vero cum ipse eas passim soleat restituere, non video cur hic omittat, nisi nomen indeclinabile statuat Ceterum recte legunt Praten. et Herinien. quos hic sequimur. *Jocundiani* est in codicibus Hieronymianis et Romano parvo, in Adone *Jucundiani*. Noster antiquam lectionem restituit. *Smyrmium* in Antverp-Maj, et *Syrmum* in Munerat. scriptoria sphalmata sunt. *Sebastiæ* habent codices nostri omnes. Mirum cur ab antiquioribus recesserit Usuardus, in quibus clarissime *Sabbatiæ* scribitur ; Molanus longius deflectens, ponit *Sebastæ*,

et Ant-

et Antverp-Maj. *Sebaste*, in quo diphthongorum nulla habetur ratio. Idem Antverp-Maj. male posuit *ab Hispalim* ; Munerat. *Hyspalim et Hyspaniam*.

Oseæ. *De Martino.* *Jocundiani.* *Innocentii et soc.* *Lauriani.*

OBSERVATIO. Nihil hac die de suo posuit Usuardus, sed textum integrum, ut jacet, ex Adone transcripsit, nonnullis hinc inde truncatis. Sic in ipso principio *Aggæum* prophetam *Oseæ* socium sustulit, quem ex Romano parvo, prophetarum annuntiatore, alteri sociatum, Viennensis acceperat. — Rursus in iis, quæ de *Martino* referuntur, mutilavit aliquid ; nam ubi Ado præter translationem et ordinationem addidit : *Et dedicatio basilicæ ipsius*, hanc partem Noster rescidit, tametsi et ita legisset in Martyrologio Bedæ. Mediæ notæ codices e nostris aliqui, ut in Auctariis dicetur, propria sua auctoritate avulsam laciniam restituendam putaverunt. Utrum ad Hieronymiana, in Galliis aucta, spectare possit prædicta annuntiatio, docebit Florentinius. Nos omnia quæ ad Martinum pertinent, ad proprium ejus natalem XI Novembris differemus. — *Jocundiniani* (typographi, opinor, errore, pro *Jocundiani) martyris* meminit Romanum parvum, tacito loco et genere martyrii, in quibus etiam deficit apographum Hieronymianum Lucense, ubi solum ponitur, *sancti Jocundiani*. Epternacense præfixit : *In Africa, Jocundiani*. Corbeiense autem distinctius omnia exprimens, legit : *In Africa, Jocundiani, in altum missi et martyris*. Noster, ut jam dixi, Adonem plane secutus est, nisi quod *Jucundiani*, ut ductor scripsit, in *Jocundiani*, eum mutasse, ex codicum nostrorum unanimi consensu, existimemus. — Sic in *Sirmiensibus* diserte scripsit Ado *Sabbatiæ*, ex Romano parvo, in quo et sociorum triginta numerus apponitur, variantibus denuo Hieronymianis apographis apud Florentinium. Nescio quid Usuardum moverit, ut pro *Sabbatiæ*, substitueret *Sebastiæ*, sic enim constanter habent codices nostri omnes, ii nempe, in quibus ea annuntiatio non omittitur. An de hisce Sirmiensibus et Jucundiano quidquam supersit, præter solam in Martyrologiis memoriam, hactenus me latet. — Ejus, qui sequitur, *Lauriani* Acta Mss. cum Bollando pridem communicavit V. C. Andreas du Chesnes, quibus similia edidit Labbeus tomo 2 Biblioth. Mss. a pag. 411. Libuit ipsa evolvere, sed quo consideravi attentius, eo minus mihi placere fateor, nec scio utrum difficultatibus omnibus satis se expediat Cointius, ad annum DXVIII a num. 14, ut suo loco copiosius exponemus. Interim, quod ad præsens magis attinet, *Laurianum*, Hieronymianis apographis abjudicat Florentinius, immerito, ut mihi quidem videtur, quando in exemplis editis memoratur, quidquid interim in laurea discrepent. Epternacense recte scripsit *Lauriani martyris*, male Corbeiense, *episcopi et confessoris*. Ab *episcopi* titulo præscindit Ado, quem ei tribuit Hagiologium Labbeanum, debitum sane, si, ut Acta volunt, constet *Hispalensem episcopum* fuisse ; quæ causa fuerit, cur in citato Hagiologio, caput Hispalim ad Hispanias deportatum dicatur. Noster nihil dubitans, nec a ductoris vestigiis deflectens, etiam hic verba sua omnia ex ipso desumpsit. De solo hoc martyre et magni Martini translatione loquitur hac die Wandelbertus, geminis hisce versibus :

Lauriane, tenes meritorum nomine quartas ;
Ossaque Martini tumulo mutata venustant.

AUCTARIA.

Adventus reliquiarum Polycarpi, etc.

TORNACEN. Raro auctior, hodie superaddit : *In Altovillarensi monasterio, octavo milliario ab urbe Remensi, adventus et exceptio corporis sancti Polycarpi presbyteri et martyris, atque reliquiarum sanctorum martyrum Sebastiani, Urbani, Quirini*. Hinc conjectura est, ex eo cœnobio hunc codicem acceptum aut descriptum fuisse.

Odalrici.

ROSWEYD. Omisso *Osea*, incipit : *Turonis, translatio sive ordinatio sancti Martini archiepiscopi. Item Constantiæ* (quidni *Augustæ ?*) *sancti Odalrici episcopi*. Cetera purus est.

PULSANEN. Caret annuntiatione ultima de sancto Lauriano.

Oseæ et Aggei.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. *Oseæ et Aggei Prophetarum*. De Martino ex Adone supplet, quod in Usuardo desideratur : *Et dedicatio Basilicæ ipsius*. Deest, *apud Sirmium*, etc.

Odalrici.

GREVEN. Post Jocundiani, quarto loco annuntiationem textui inserit, quam scire potuit, ad Usuardum pertinere nequaquam posse, cum Sanctus, de quo agit, toto seculo sit Usuardo posterior, nempe : *Eodem die, natalis beati Odolrici episcopi et confessoris, qui multis in mundo et inauditis miraculis claruit*. Scribit *Odolrici* ; alii, *Olderici*, *Odalrici* et *Uldarici* : communior tamen appellatio *Udalrici*.

ANTVERP-MAX. et LOVANIEN. Puritati proximi sunt, nam solum addunt *Aggei*.

ULTRAJECT. et LEYDEN. Etiam scribunt : *Oseæ et Aggei prophetarum*. Et in fine : *Apud provinciam Reciæ, civitate Augustana, natale Odalrici, ejusdem civitatis episcopi et confessoris*.

ALBERGEN. et DANIC. De Aggæo, ut proxime. In Martino, deest *ordinatio*, et tota annuntiatio de Sirmiensibus. In fine additur : *Apud provinciam Reciæ, natale sancti Udalrici*, etc.

De Martino

CENTULEN. *Aggei*, ut supra. *Turonis, ordinatio episcopatus beati et magni confessoris Martini, et translatio corporis ejus, et dedicatio basilicæ ipsius. In territorio Bituricæ civitatis, sancti Lauriani martyris. Apud Sirmium, sanctorum Innocentii, Sabaciæ, cum aliis* XXX.

Translationis Rumoldi

BRUXELLEN. Incipit : *Machliniæ, translatio sancti Rumoldi episcopi et martyris. Eodem die, Oseæ et Aggei prophetarum*. In Martino, Sirmiensibus et Jocundiano satis purus est. De Lauriano, ex Adone inserit, *vico Justino. Apud provinciam Rethiæ, sancti Uldarici, civitatis Augustanæ vel Ausburgensis episcopi et confessoris*.

De Osea. *De Udalrico*

HAGENOYEN. *Oseæ Propheta, qui fuit filius Beeri, de tribu Ysachar.... Hic temporibus Oziæ, Joathan, Achaz, et Ezechiæ regum Juda, et Jheroboam rege Israel, filio Joas, prophetavit. Qui Ozeæ reprobationem filiorum Israel....* et multa alia, melius ex sacris paginis intelligenda. De Martino, addit, *et dedicatio*, etc. Tum : *Civitate Augusta, depositio sancti Odalrici episcopi et confessoris. Qui in primo, propter magnam suam humilitatem, a Martino summo Pontifice episcopatum accipere noluit, qui postea illud coactus accepit, et in magno labore*

bore ibi præfuit, se et suos optime regens. Cujus meritis et precibus gens Noricorum et Alemanorum ex immanissima est Hungarorum vastatione liberata. Sequitur de Jocundiano, pure ; cetera desunt.

AQUICINCT. In fine addit : *Apud provinciam* Udalrici. *Reciæ, civitate Augustana, natalis beati Udalrici, ejusdem civitatis episcopi. In pago Teruanensi,* Bertæ. *depositio sanctæ Bertæ nobilis matronæ.*

VICTORIN. *In Alemannia, apud Augustanam ci-* De Udalrico. *vitatem, beati Udalrici episcopi et confessoris, magni et gloriosi ab infantia, usque ad obitum suum.* Similia verba citavimus I Julii, ex codice REG. SUEC. sub num. 130, quæ diximus hoc die referenda.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Translatio sancti* Donati. *Martini. Donati episcopi et martyris.* Notatur in margine, eum *hoc die alibi non inveniri.* Vera est Observatio, nam licet plusquam viginti Donati sancti reperiantur, hoc die nullum usquam signatum hactenus invenimus. Pergit codex : *Udalrici episcopi et confessoris. Innocentii et Sebastiæ, cum aliis triginta martyribus.*

In VATICAN. num. 5949. Deest Oseæ et Martini. In UGHELLIAN. desunt Sirmienses.

ALTEMPS. *Item, depositio sancti Malrici episcopi et martyris.* An non *Udalrici Augustani ?*

BIZUNTICEN. *In Bavaria, depositio sancti Olderici episcopi, virtute miraculorum clarissimi.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In territorio Bituricæ civitatis, vico Vescenno, natale sancti Lauriani episcopi et martyris.*

EDITIO LUBECO-COL. *In monasterio Tuiciensi,* De reliquiis *super littus Reni, translatio quarumdam reliquia-* Ursulæ. *rum sanctæ Ursulæ virginis et reginæ, de civitate.* Florentinæ. *Colonia. Item, sanctæ Florentinæ virginis et martyris de societate sanctarum undecim millium virginum.* Sequitur : *Oseæ et Aggei. Apud provinciam Reciæ* De Udalrico. *civitate Augustana, natale sancti Udalrici, ejusdem civitatis episcopi et confessoris. Qui quodam die Pascæ, dum Missam celebraret, dextera Domini apparuit super eum, quæ cum ipsius dextera hoc ipsum sacramentum sanctificavit, quod etiam antea in cœna Domini similiter factum est.* Sequitur textus modice interpolatus, ubi Sirmiensibus tribuuntur socii XXXIII. *In Bohemia, sancti Procopii abbatis et* Procopii. *confessoris.* A Castellano male ponitur II Aprilis. Notat Crugerius in Sacris Bohemiæ Pulveribus obiisse XXV Martii, sed hoc die ob canonizationem festivius recoli.

BELIN. Addit, *Aggei.* Et de Martino, *dedicatio basilicæ ipsius.* Sirmienses, inverso ordine, ponuntur ultimo loco.

GREVEN. *Aggei prophetæ. In Bohemia, sancti* Aggei. *Procopii abbatis et confessoris. Nonnæ virginis Tun-* Procopii. *grensis. Translatio sancti Wilhelmi comitis Picta-* Nonnæ. *viensis et confessoris. In monasterio Tuiciensi, e re-* Translationum Wilhelmi, Ursulæ, etc. *gione Agrippinensis Coloniæ, translatio quarumdam,* etc., ut supra. *Item translatio sanctæ Florentiæ,* etc. Supra scribitur *Florentinæ.*

MOLAN. Aliis litteris textui inserit : *Et dedicatio basilicæ ipsius.* In fine : *Et Aggei prophetæ.* Aggei. *Eodem die, natalis beati Udalrici episcopi et confes-* Udalrici. *soris, qui multis in mundo et inauditis miraculis, claruit. Item sancti Domitiani, discipuli sancti* Domitiani. *Landelini.* In editionibus aliis, *Aggæi prophetæ* in textu additur litteris Italicis, uti et *dedicatio.* In fine : *Apud provinciam Rhetiam, civitate Augustana, natalis beati Udalrici, episcopi et confessoris, qui multis et inauditis miraculis claruit. Apud Blanciacum, depositio sanctæ Bertæ, piissimæ abba-* Bertæ. *tissæ, quæ ibidem vitam finivit in pace, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens. Die quarta, sancti patris Andreæ Cretensis, Hiero-* Andreæ Cretensis. *solymitani.* Hunc distinguit Castellanus ab eo qui colitur XVII Octobris.

III *Non.* *Die* 5.

Apud Syriam, natalis sancti Domitii martyris, qui virtutibus suis multa inco- Domitii. lis beneficia præstat. Romæ, sanctæ Zoæ martyris, quæ dum ad Confessio- Zoæ. nem Petri Apostoli oraret, a persecutoribus arctata et in custodiam obscurissimam trusa, dein a collo et a capillis in arbore suspensa, adhibito subter horribili fumo, in confessione Domini emisit spiritum.

Sic habent *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.* Nec multum absunt codices multi alii, ut infra patebit.

VARIA LECTIO. Turpiter in ipso principio errat Munerat. forte errore librarii, dum legit : *Apud Siciliam. Syriam* vel *Siriam* promiscue scribunt codices, sic ut non sibi constent ; in textu est secundum Praten. Rosweyd. Pulsanen. et Molan. ; alios præferas per me licet. *Domitii* legendum est, male Antverp-Maj. *Domiciani,* et Rosweyd. *Domitiani.* Tornacen. omisit titulum *Sancti,* ei præfigendum. *Zoæ* habent Praten. Herinien. et Molan. in quibus diphthongi servantur, ceteri omnes legunt *Zoe*, excepto Munerato, qui posuit *Zoæ*. Pauci habent, *ad Confessionem sancti Petri*, plerique ut in textu. Bene legunt citati Praten. Herinien. et Molan. *arctata*, ubi ceteri fere omnes habent *artata.* In Antverp-Majore est *a collo et capillis* ; in Rosweyd. et Munerat. *collo et capillis* ; alii forte melius cum textu. Sic etiam recte *adhibito subter horribili*, etc., pro quo Pulsanen. perperam scripsit *ibi subter.*

OBSERVATIO. De martyribus *Domitio* et *Zoa* vel *Zoe,* qui soli in textu referuntur, nihil hac die in apographis Hieronymianis, nihil in genuino Beda, nihil in Floro, Rabano aut Notkero. Romanum parvum, solitum fontem Adoni aperuit, dum ita pronuntiavit : *In Syria, sancti Domitii* Domitii. *martyris.* Porro Viennensis brevissimo elogio multa complexus est : *Qui virtutibus suis multa incolis beneficia præstat* , quæ totidem verbis, ut patet, in laterculum suum a Nostro translata sunt. Hoc

quidecumque

qualecumque elogium ex Gregorio Turonensi acceptum est, libro de Gloria Martyrum cap. 100. Ipsum autem Domitii nostri martyrium paucis memoratur in Chronico Alexandrino seu Paschali ad annum CCCLXIII, editionis Cangianæ pag. 297, ubi pro *Domitio*, scribitur *Dometius*. Historiam quantumvis brevem non descripsit Ruinartius ; de Domitio tamen meminit, ubi de Martyribus sub Juliano passis pag. 645. Probat Domitii historiam Tillemontius tom 7 pag. 433, quæritque pag. 744, an idem sit, qui in Romano est VII Augusti. — Ex præcitato Romani parvi fonte etiam profluit annuntiatio altera : *Romæ, natale Zoæ uxoris Nicostrati.* Eam pridie collocavit Florus cum longiori elogio, ex gestis sancti Sebastiani contexto, quorum etiam partem, sed solito brevius Ado commemorat. Totius rei seriem habes in Actis prædicti Sancti ad XX Januarii, in opere nostro cap. 20. Encomii sui delectum ex Adone fecit Usuardus, sic ut hic etiam textus totus ex eo procedat ; cujus compendium satis nitide metris innexuit Wandelbertus : *Zoæ*

Domitius ternas dicat ; et clarissima Zoe
Auxit martyrio cœtum quæ jure beatum.

AUCTARIA.

Codices mediæ notæ ferme omnes parum a puritate deficiunt ; ut ANTVERP. et MAX-LUBECANA, ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. in quibus de Zoe vel Zoa, solum inseritur : *Uxoris beati* (alii, *sancti*) *Nicostrati.*

BELIN. Idem augmentum paulo aliter enuntiat : *Zoe martyris, uxoris beati Nicostrati martyris.* Qui præterea solus sic scribit : *Ad confessionem beati Petri et Pauli.* *De Zoe.*

CENTULEN. In prima annuntiatione de Domitio a puritate non recedit. Tum : *Romæ, sanctæ Zoe, uxoris Nicostrati martyris. Quæ per capillos in arbore suspensa ; adhibito subter horribili fumo, in confessione Christi emisit spiritum.*

BRUXELLEN. Primo loco : *Per anticipationem, octava beatorum Petri et Pauli Apostolorum.* Sequitur de Domitio, in quo purus est. De Zoe, post *oraret*, legit, a *paganis persecutoribus tenta.* Reliqua cum textu conveniunt. *Octavæ Apostolorum per anticipationem.*

HAGENOYEN. De Osea, die præcedenti ex sacra Historia elogium concinnavit, pro quo lectorem ad fontem remisimus. Huc Aggæum distulit, cujus encomium hic in specimen exhibeo. Ita habet : *Aggei prophetæ, qui fuit de Tribu Juda, et locutus est ad Zorobabel filium Salatiel, principem populi et ad Jesum summum sacerdotem, filium Josedech, ut redirent de Caldea in Jerusalem in anno primo Cyri regis Assiriorum, qui illos ire licentiavit. Et hic propheta magis incepit populo prædicare quam prophetare, et ideo tarde egerunt. Prophetavit tamen populi reversionem sub Cyro, templi ædificationem, civitatis Jerusalem revocationem*, (renovationem) *observantiam sacerdotalem, et interitum regnorum exterorum. Hic propheta non timuit regis Cambisis edictum, quin confortaret manus ædificantium templum in Domino. Ipse etiam filiis Juda sterilitatem terræ prædixit, quia desides erant in ædificatione templi, et mortuus est Aggeus propheta Domini in Jerusalem, et planxit illum omnis populus, et sepultus est ibidem.* Dein : *Apud Syriam, natale sancti Dyomicii martyris, qui virtutibus*, etc., pure. *Romæ, sanctæ, Zoe uxoris Nicostrati martyris. Quæ dum*, etc., fere ut textus. Denique reponit, quod die præcedenti omiserat : *Apud Sirmium, sanctorum martyrum Innocentii et Sebastiæ, cum aliis* XXX. *In territorio Bituricæ civitatis, sancti Lauriani martyris, cujus caput ad Hispaniam deportatum est.* *De Aggæo. Innocentii, et soc. Lauriani.*

AQUICINCT. Pro *Domitii*, habet *Domiciani.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Apud Syriam, Domitii martyris. Zoe martyris, de qua legitur in gestis sancti Sebastiani.* Locum ipsum ex Actis nostris citavimus supra in Observatione. *Textus contractus.*

CAMBERIEN. Conventualium S. Mariæ : *Item sanctorum Demetrii et Numeriani.* *Demetrii et Numeriani.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Romæ, sanctæ Zoe uxoris beati Nicostrati martyris, cui beatus Sebastianus adhuc muta* (mutæ) *loquelam a Domino impetravit. Quæ dum ad sepulcrum beati Petri Apostoli oraret, a persecutoribus artata, et a patrono regionis naumachiæ per dies sex in custodiam obscurissimam*, etc., ut textus. In Domitio pura est. Additur in fine : *Treveris, beati Numeriani episcopi et confessoris.* *De Zoe. Numeriani.*

GREVEN. *In Sicilia, sanctorum Agathonis et Trifinæ. Martini, Theodori et Godephæ. Triphonis.* Vide Hieronymiana. *Treveris, sancti Numeriani episcopi et confessoris. Translatio sancti Wendelini confessoris.* *Agathonis et aliorum. Translationis Wendelini.*

MOLAN. Aliis litteris post *arctata*, textui immiscet : *ducta est ad patronum naumachiæ.* In fine : *Treberis, depositio sancti Numeriani archiepiscopi.* Tum minoribus typis : *Depositio sancti Valerii confessoris, primi Conserani episcopi, de quo beatus Gregorius Turonensis, de gloria Confessorum cap.* 84. Editiones aliæ in textu conveniunt cum priori. In fine autem : *Treviris, depositio sancti Numeriani archiepiscopi. Die quinta, sanctæ Marthæ, matris sancti Simeonis, in mirabili monte. Et sancti deiferi patris Athanasii, qui fuit in Atho. Et sancti Lampadi.* *Numeriani. Valerii. Marthæ. Athanasii. Lampadi.*

Pridie Non. *Die* 6.

Isaiæ *Octavæ Apostolorum.* *Tranquillini.*

Apud Judeam, Isaiæ prophetæ, qui sectus in duas partes occubuit, sepultusque est sub quercu Rogel, juxta transitum aquarum. Item, Octavæ Apostolorum, et primus beati Apostoli Pauli ingressus in urbem Romam, anno secundo Neronis imperii. Romæ, natalis sancti Tranquillini martyris, qui dum ad

beati

beati Pauli Confessionem oraret, tentus a paganis ac lapidatus, martyrium consummavit. In pago Treverensi, sancti Goaris presbiteri et confessoris.

Goaris.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Munerat. Belini editio altera* et *Greven.*

VARIA LECTIO. *Judeam* simpliciter scribunt codices omnes, excepto Pratensi nostro apographo, in quo et *Esaiæ*, uti Belin. et Molan. habent. Tornacen. Munerat. et alii *Ysaiæ*, nos cum Herinien. et Greven. ut in textu. In Tornacensi deest *juxta*, ante *transitum*. *Octabæ*, more antiquo, est in Herinien., in Belino, *Octava*, ceteri communius *Octavæ*. *Neronis imperii* transponit Munerat. in, *imperii Neronis*, uti et Tornacen. sed Greven. sensum invertit, per *Neronis impii*. Et rursus, *ad... Confessionem memoraret*, pro *oraret*. Sic Munerat. *lapidibus* pro *lapidatus*. Inter puros, solus Praten, legit *Maginensi*, ut mox pluribus dicam. Melius reliqui, *in pago Treverensi*, pro quo male scribitur in Herinien. *Trecarensi*. Alii aliter legunt, sed, ni fallor, æque aberrant.

OBSERVATIO. Hodiernum etiam textum ex Adone Usuardus, ille ex Romano parvo totum desumpsit; neque enim in Hieronymianis, e relatis Sanctis quisquam notatur, sed de sola *Octava Apostolorum* agitur, de qua et Beda, *Prophetam Isaiam* præfigens, ut fecit perpetuus ejus sectator Rabanus. De *Tranquillino* meminit quidem Florus, sed ita ut nec Adoni nec Usuardo præluxisse ullo modo videatur. — Itaque Romanum parvum cum Isaia *Joelem* annuntiat, uti et Ado. At Noster omisso posteriore, genus mortis, et sepulturæ locum alteri superaddidit; opinor ex Epiphanio, cujus extractum exhibet Surius hoc die, cum altero etiam ad Isaiam spectante, ex Isidoro Hispalensi desumpto. — *Et Octavæ Apostolorum* iisdem omnes verbis consignant. De primo item *beati Pauli Apostoli ingressu in urbem Romam*, phrasi parum admodum differunt. *Anno secundo Neronis imperii* adjunxit Ado, quæ Noster descripsit, neglecta Paulinarum peregrinationum longa serie, quæ apud Adonem videri potest. — Sequitur in Romano parvo : *Et Tranquillini martyris*, cujus breve elogium ab Adone ex Actis sancti Sebastiani jam non semel citatis, concinnatum, Usuardus in pauciora contraxit, a mediæ notæ codicibus ferme integre redditum, ut in Auctariis monstrabitur. — Ultima demum commemoratio sic in Romano parvo effertur : *Et natalis sancti Goaris confessoris;* in Adone autem : *Eodem die, depositio beatissimi Goaris confessoris.* Ita simpliciter absque ulla positione, quam ei perperam, *in pago Trecharensi* adscribit Mabilio, loco infra citando, ut in præfatione ostendimus. Rabanus longiorem vitæ historiam texuit, cujus priorem partem ex Molano in Additionibus recitabimus. Ipsa Sancti vita ab anonymo subæquali, rudiori stylo composita, et altera a Wandelberto expolita editæ sunt et observationibus illustratæ a Mabilione seculo 2 Benedict. a pag. 275. Posterior etiam exstat apud Surium, sed antiquiorem præfert Cointius, sparsim de Goare in Annalibus suis agens ad annos DXCVII, DCXVIII, DCXL et DCXLVII, quæ omnia ulteriori discussioni reservamus. Quæritur hic quo modo depositionis locum expresserit Usuardus? Pratensis cum tribus sibi plerumque consimilibus, Antverp-Maj. Rosweyd. et Aquicinctino, legit: *In pago Maginensi, Magniensi*, vel *Machinensi*, quem nobis prorsus ignotum fatemur. Pagum *Treverensem*, ab aliis signatum probe novimus, nec dubitamus, quin ita Usuardus primigenia phrasi scripserit, ut proinde ab imperito quodam, Pratensi codici ignotam vocem insertam oporteat, quæ inde in alios, ex eo codice descriptos, transierit. Quid Molanum absterruerit ab ultima hac annuntiatione Usuardo vindicanda, conjicere prorsus nequeo, in tam aperta rivulorum cum ipso fonte, hoc est Romani parvi, Adonis et Usuardi consensione, quam et illi ostendit Wandelbertus, hodiernos Sanctos, quinque versiculis sic eleganter complexus :

Eximius Vates pridie desectus in orbe
Martyrio Esaias virtute atque ore coruscat.
Tranquilline, simul duplici splendore refulges,
Sanctorum genitor, Sanctos comitate peremptos ;
Tumque Goar Christi colitur famulusque sacerque.

Isaiæ. — *Octavæ Apostolorum.* — *Tranquillini.* — *Goaris.*

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Post Isaiam, secundo loco inserit : *Item depositio sancti Teufredi diaconi.* Et in fine subnectit : *Ipso die, in Britannia, depositio sanctæ Sexburgæ.* Quod pro *Treverensi*, scribat *Magniensi*, jam diximus.

Teufredi. — *Sexburgæ.*

ROSWEYD. Incipit : *Octava Apostolorum Petri et Pauli.* Convenit in augmentis cum ANTVERP-MAJORE, sed pro *Teufredi* legit, *Theofredi* ; et *Sexburgæ* perperam tribuit titulum *Virginis*. Pro *Treverensi* habet *Machinensi*.

De eisdem.

PULSANEN. Purus et usque ad *Tranquillini martyris* inclusive. Cetera desunt.

BELINI prima editio et MOLANUS deficiunt in ultima annuntiatione, de qua superius in Observatione plura diximus.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. *Ysaiæ Prophetæ*, ibi sistendo. Deest annus ingressus Pauli. De Tranquillino adjungunt, quæ Usuardus supresserat, nempe : *Patris Marci et Marcelliani martyrum, qui ad prædicationem beati Sebastiani, credens in Christum, dum ad*, etc. In fine : *Ipso die Goaris confessoris.* Nihil præterea.

De Tranquillino.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Puri sunt exceptis iis, quæ de Tranquillino inserunt, ut jam proxime.

ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt, ille : *Octava Apostolorum*,

Apostolorum, hic : *Octava sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.* Deest in utroque ingressus Pauli ; et de Tranquillino eadem etiam habent, quæ ANTVERP. et MAX-LUBEC.

Translationis Gudilæ. BRUXELLEN. *Translatio sanctæ Gudilæ virginis, nostræ patronæ. Apud Iudeam, Ysaiæ et* *Johelis.* *Johelis prophetarum, qui siquidem Ysaias sectus*, etc. *De Paulo.* *Ipso die, primus sancti Pauli Apostoli ingressus in urbem Romam. Dum ipse ad imperatorem appellans, a Festo præside Judeæ illuc vinctus mitteretur, anno secundo imperii Neronis.* De Tranquillino, habet ut supra. Tum : (addere hic iterum poterat per anticipationem) *Apud Alexandriam,* *De Pantæno per anticipationem.* *sancti Panthemii* (Pantæni) *confessoris, viri apostolici et omni sapientia adornati. Cujus tantum studii et amoris erga verbum Dei fuit, ut etiam ad prædicandum Christi Euangelium omnibus gentibus, qui in Orientis ultimis secessibus reconduntur, fidei et devotionis succensus calore, profectus sit.* Vide die sequenti. In Goare purus est. Denique : *Eoaldi.* *Apud Viennam, sancti Foldi* (Eoaldi) *episcopi, cujus industria reliquiæ sanctorum martyrum Thebæorum ad urbem Viennam delatæ sunt.* Verba Adonis sunt relata ad diem sequentem.

HAGENOYEN. Totus est in Prophetarum elogiis, quorum specimen dedimus die præcedenti. Hic de Isaia longam historiam narrat, quam non vacat describere. De Tranquillino, ut supra. In aliis satis purus est. Tum : *Ipso die, in pago Tre-* *De Goare.* *verensi, sancti Goaris presbyteri et heremitæ, cujus sanctitatem oudit* (puto velle dicere *prodidit) mirabiliter infans ab illo interrogatus. Nam Rusticus archiepiscopus Goari stuprum, quod ipse perpetraverat, injecit, et infans septem dierum illum excusavit, et episcopum patrem ejus proclamavit. Pro quo facto episcopus debuit a rege Franciæ destitui et Goaris institui. Et vix impetratis aliquibus diebus, infirmitatem perpetuam a Domino petiit, et accepit febres, quæ febris illum septem annis vexavit, et in qua mortuus est.*

Textus contractior. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Octava Apostolorum Petri et Pauli. Isaiæ prophetæ, qui fuit sectus apud Judæam. Goaris presbyteri super Rhenum. Tranquillini martyris, de quo legitur in Actis sancti Sebastiani.* Vide Acta cap. 12 et 20.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Isaiæ* et *Goa-* *Leonti.* *ris*. Adjicitur : *Augustiduno, natalis sancti Leonti episcopi et confessoris.*

De Sexburga. ALTEMPS. *In Britannia, sanctæ Sexburgæ, sororis sanctæ et perpetuæ virginis reginæ Etheldredæ, quæ copulata in conjugium erat regi Ovotibrichto, qui frater minor fuit Ermenredi, patris videlicet sanctorum Aelthredi et Ethelberti; ex qua Sexburga rex præfatus genuit duàs filias, suique heredem in regno Ethbrichtum, sub quo Ethbrichto prædicti martyres* (indicat, opinor, sanctos illos Aelthredum et Ethelbertum) *occisi sunt.*

FLORENTIN. *In Tuscia Fesulis, passio sancti* *Romuli et soc.* *Romuli, ejusdem urbis episcopi et martyris et sociorum ejus, scilicet : Carissimi, Marchitiani, Crescentii et Dulcissimi, qui fuerunt discipuli beati Petri Apostoli et ab eo ad prædicandum verbum Dei ad eamdem civitatem missi sunt.* Pergit STROZZ. *Prædictus autem S. Romulus a S. Petro consecratus episcopus prædictæ urbis, una cum sociis sub Repertiano tyranno gravia et horrenda tormenta sustinentes, et demum mortem pro Christi nomine libenter passi, martyrii coronam adepti sunt et ad radices montis, in quo prædicta civitas Fesulana sita est, ibidem sepulti sunt.* Rursus omnes : *Sancti Goaris..... sepulti in valle Trioricha.* Demum STROZZ. et MEDIC. : *Eodem die, sancti Siri episcopi Ja-* *Siri.* *nuensis et confessoris.*

LUXOVIEN. *Lugduno, B. Leontii episcopi. Ipso* *Leontii.* *die SS. Bertharii et Athaleni martyrum, qui ab* *Bertharii, etc.* *Allobrogis interfecti sunt.*

SALINEN. *Augustiduno, depositio sancti Legontii* *Legontii.* *episcopi.* Idem qui supra *Leontus*, etc.

CODEX MONTIS SANCTI : *Natale sanctorum mar-* *Bertharii, etc.* *tyrum Bertharii sacerdotis et Athaleni levitæ.*

EDITIO LUBECO-COL. In textu, nonnihil transposito, similis est ANTVERP-MAX. etc. De Goare solum addit : *Miræ hospitalitatis et charitatis viri, cujus gesta habentur.* Deinde : *Apud Viennam, sancti Eooldi episcopi et confessoris, cujus indu-* *Eoaldi.* *stria*, etc., ut BRUXELLEN. *Ipso die, beatæ Sexburgæ* *Sexburgæ.* *virginis, sororis sanctæ Etheldredæ reginæ. Item sanctæ Gadalenæ* (Godelevæ) *virginis et martyris.* *Godelevæ.* *Eodem die, translatio sanctæ Gudulæ virginis.*

GREVEN. *In Syria, Zotici, Amandi, Artetis.* *Zotici, etc.* *In Tuscia, Romuli episcopi et martyris, discipuli* *Romuli, etc.* *beati Petri, Marciani et aliorum. Palladii episcopi* *Palladii.* *et confessoris. Leutfredi diaconi et confessoris.* *Leutfredi.* *Gadalevæ virginis et martyris.* *Godelevæ.* *Sexburgæ reginæ. In Hibernia, Noninnæ virginis.* *Noninnæ.* *Eodem die, translatio sanctæ Gudulæ virginis.*

MOLAN. *In pago Treverensi, sancti Goaris pre-* *De Goare.* *sbyteri et confessoris. Qui in provincia Aquitaniæ ortus, temporibus Hildeberti regis Francorum, statim ab infantia verus Dei cultor fuit. Hic postmodum ibi presbyter consecratus, patriam parentesque deseruit, et in provincia, quæ ripis Rheni fluminis contigua, Trigoria nuncupatur, atque ad diœcesim pertinet Trevirorum, ibi Deo libere servire elegit, usque ad finem vitæ suæ.* Vide reliqua in Rabano atque etiam in Notkero, qui aliquot diebus vacavit. *In territorio Gistellensi, passio beatæ Godelivæ* *Godelevæ.* *martyris.* Dein minoribus typis : *Rotornaci, trans-* *Translationis Hermetis.* *latio sancti Hermetis martyris, sub Adriano principe, ex Indensi monasterio.* Editiones aliæ, plura, sed aliis litteris textui inserunt de Tranquillino. De Goare, ut editio citata. Item de Godeliva. Tum : *In Britannia, depositio sanctæ Sexburgæ vi-* *Sexburgæ.* *duæ. In Campania sub Diocletiano, sanctæ Domi-* *Dominicæ.* *nicæ virginis et martyris; quæ idolis fractis, igne bestiisque superatis, decollata migravit ad Dominum. Cujus corpus Tropeæ quiescit in Calabria. Die sexta, sancti patris Sisoæ magni.* Rursus mi- *Sisoæ.* noribus characteribus : *Rotornaci, translatio sancti Hermatis martyris*, etc.

Nonis. *Die 7.*

Pantæni. Apud Alexandriam, natalis sancti Panteni, viri apostolici et omni sapientia adornati, cujus tantum studii et amoris erga verbum Dei fuit, ut etiam ad prædicandum Christi Evangelium omnibus gentibus, quæ in ultimis Orientis secessibus reconduntur, fidei et devotionis calore profectus sit. Romæ, san- *Nicostrati et soc.* ctorum martyrum Nicostrati, Claudii, Castorii, Victorini, Simphroniani, Fabianus

judex

judex per decem dies minis et blanditiis agens, cum in nullo penitus posset commovere, jussit eos tertio torqueri ac postea in mare præcipites dari.

Conveniunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraj. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Varie effertur *Pantæni* nomen, aliis scribentibus *Pantheni*, aliis *Patemii*, aliis *Panthemii*, etc.; nos proxime ad puritatem accedimus ex Herinien. Antverp. et Max-Lubec. *Cui tantum studii*, etc., legunt Praten. Greven. et Molan.; ceteri ex Adone, prout est in textu. Antverp. Max-Lubec. et codices omnes mediæ notæ satis nitide scribunt *fidei et devotionis calore succensus*, sed nec in Adone, nec in purioribus codicibus reperitur ea vox *succensus*. Variant codices in ultimo nomine quinque martyrum, quem alii *Simphorianum*, alii rectius cum Romano parvo et Adone vocant *Simphronianum*. In Antverp-Max. Ultraject. et Leyden. deest *Victorinus*; in Lovanien. quintus vocatur *Simplicius*, quod est nomen Martyris quinti, in classe signata VI Idus Novembris, primo loco. Tornacen. habet *movere*, pro *commovere*; Praten. *torquere* pro *torqueri*; et Greven. *penitus*, pro *postea*. Molan. suo modo, *pœnitus*, sicut *Fælix*, etc.

OBSERVATIO. Quærit hodie Florentinius, utrum is, qui in Hieronymianis *Parthenus*, *Parthemus*, vel *Parmenus*, vel alia quacumque inflexione nuncupatur, utrum, inquam, is cum celeberrimo *Pantæno* nostro, de quo in Chronologia Patriarcharum Alexandrinorum breviter meminimus pag. 21, *Pantæni.* commune aliquid habeat? At verosimillimum est, ibi de Martyre agi ab Indorum Apostolo plane diverso. Bedæ, Floro et Rabano etiam ignotus est Pantænus, a Romano parvo, cum aliis Sanctis Rufinianis, locum in Fastis primum nactus, ab Adone ex Eusebio, ni fallor, et Hieronymo, eo exornatus encomio, cujus elegantiorem partem Noster suo more decerpsit, Notkero totum transcribente. Ad lectoris notitiam faciet, si verbo indicaverim vitam Pantæni, ex omnibus antiquis documentis ab Halloixio nostro collectam et digestam, inter vitas Patrum Orientis tomo 2 a pag. 839. Gallice suam ordinavit Tillemontius tomo 3 a pag. 170. In Wandelberto unicus de Sancto nostro exstat versiculus :

Pantæni Nonis splendet meritumque fidesque.

Proxima martyrum Romanorum classis, ab antiquioribus hac rursus die præterita, diserte notatur a laudato Romano parvo his verbis : *Romæ, martyris Nicostrati primiscrinii, Claudii, Castorii,* *Nicostrati et soc.* *Victorini, Symphroniani*. Atque hæc in textum suum translata pluribus amplificat Viennensis, ex Actis sancti Sebastiani, in quibus apud nos cap. XI tres saltem primi nominatim exprimuntur. Notkerus autem, recitatis hisce Sanctorum nominibus, de ultimo, quem *Symphorianum* vocat, observavit : *Vel sicut in libro Sacramentorum continetur, Simproniani.* Tum pergens : *Quorum natalem sexta die Iduum Novembris eatenus nos celebrasse credidimus, donec venerabilis pater Ado, alios et alios pro eis nobis honorandos insinuaret; de quibus suo loco, vita comite commodius disseretur.* Porro quid disseruerit, nescimus, cum post XXVI Octobris reliqua ejus Martyrologii desiderentur. Ceterum notari meretur apposita Notkeri observatio : nam in Hieronymianis nomina eadem præter *Simplicii*, pro *Victorini*; et *Simphroni*, vel *Simphoriani*, pro *Simphroniani*, citata sexta die Iduum Novembris referuntur, uti et in Beda, ad quem Flori augmentum expresse indicat, eos a sancto Sebastiano ad Christi fidem conversos, a Polycarpo baptizatos, eadem illa plane sententia, quam huic nostræ classi Ado applicavit. Contra vero Romani parvi auctor sexta illa Iduum, seu VIII Novembris, alios, licet ferme synonymos, producit, sic loquens : *Romæ, martyrum Claudii, Nicostrati, Symphroniani, Castorii, Simplicii, artificum insignissimorum;* quibus ipsissima die tale elogium præfatus Ado aptavit, ut ab hodiernis S. Sebastiani catechumenis, et a quatuor vel quinque *Coronatis* distinctissimos esse oporteat. Hæc ad præsens institutum indicasse sit satis, in proxime edendis mensis Julii Actis, ex professo trituranda. Interim manifestum est, Usuardum, licet paulo contractiorem, ab Adonis phrasi non magis hic quam in priori annuntiatione recessisse.

Evoldus, ultimo loco in Adone notatus est, cum eo elogio, de quo die præcedenti in Auctariis *De Evold. vel Eoaldo Adonis* diximus, delatarum nempe Thebæorum reliquiarum Viennam. Sed hunc cum plerisque Viennensibus episcopis Noster omisit. Nomen varie scribitur, ut satis ostendunt varia Auctaria. Forte optima Castellani lectio *Eoaldi*.

AUCTARIA.

Translatio Thomæ. ANTVERP-MAJ. Anglicis Sanctis sæpe auctus, in fine addit : *Ipsa die, translatio sancti Thomæ martyris.*

PULSANEN. In prima annuntiatione purus, in altera mutatis non nihil nominibus, elogium rescindit.

Willibaldi et Publii et soc. ROSWEYD. Textui satis puro subjecit : *In Eistede, Willibaldi episcopi et confessoris. In Alexandria, Publii martyris cum aliis XXIV.*

MUNERAT. Post textum in fine : *Apud Cantuariam, translatio sancti Thomæ episcopi et martyris.* *Translationis Thomæ*

Est et in PRATENSI codice additamentum : *Eadem die, octavæ sancti Marcialis* : sed cum ea nota, *Octavæ Martialis* ut ad marginem adjectum existimem, vel saltem ad alterum codicem, quem B vocamus, potius quam ad vetustiorem spectet.

CENTULEN. *Apud Alexandriam, sancti Panthæni, viri apostolici et omni scientia adornati. Romæ,* *Textus mutatus.*

natalis sanctorum Nicostrati primiscrinii, Claudii commentariensis, Castorii, Victorini et Simphoriani. Quos sanctus Sebastianus credere Christum docuit, et ad gloriam martyrii incitavit. In margine recentiori manu adjicitur : *Eodem die, sancti Marculfi abbatis.*

Marculfi.

Bruxellen. Omisso Pantæno, de quo pridie, hic denuo anticipat : *Apud Asiam minorem, sanctorum Aquilæ et Priscillæ, uxoris ejus. De quibus in Actis Apostolorum legitur. Apud quos, postquam ipsi ab urbe Roma in Achaiam venerunt, beatus Paulus Apostolus morabatur propter artificium : erant enim ejusdem artis, id est scenofactoriæ, cujus et Apostolus operarius erat.* In sequenti, ex voce *Primiscrinii*, duos sanctos facere videtur, *Primi* et *Serinci*. In reliquo textu purus est. Subdit : *In Palestina, natale beati Procopii martyris. Qui a Scitopoli ductus Cæsaream, a judice Fabiano capite cæsus est.* Hæc etiam ex sequenti die anticipantur. Demum : *In Anglia, translatio S. Thomæ archiepiscopi Cantuariensis et martyris.*

De Aquila et Priscilla, per anticipationem. Procopii etiam per anticipationem. Translationis Thomæ.

Hagenoyen. In prima satis purus, sic habet secundo loco : *In civitate Eystetensi, natalis sancti Wilibaldi pueri* (quid ni *viri?*) *ejusdem civitatis episcopi et confessoris. Item Viennæ, Coldi* (vult dicere Eoaldi vel Evoldi) *episcopi et confessoris.* Sequitur de Nicostrato et sociis, pure. Tum ex die hesterna huc transfert : *Romæ, natalis sancti Tranquillini martyris. Qui dum ad beati Pauli confessionem oraret, tentus est a paganis, ac lapidatus martyrium consummavit.*

Wilibaldi. Evaldi. Tranquillini.

Matric-Cartus-Ultraj. *Nicostrati martyris cum sociis. Pantheni viri apostolici et scientia adornati.*

Codex Divionen. S. Benigni in tribus diversis extractis : *Cœnobio Divionensi, translatio corporum sanctorum Urbani, Eustadii et Hilarii confessoris, et sanctarum Radegundis reginæ et Paschasiæ virginis; nec non et beatæ Quietæ conjugis præfati B. Hilarii.*

Translationis Urbani et aliorum.

Reg. Suec. sub num. 428. *Apud Cantuariam, translatio sancti Thomæ archiepiscopi et martyris.*

Translationis Thomæ.

Vatican. signatus num. 5949. *Natalis sanctorum Januarii, Laurentii et Petri in sancta Sophia. In Camerino, sancti Ansuini presbyteri.*

Januarii, etc. Ansuini.

Strozzian. *Eodem die, sancti Wilebaldi episcopi et confessoris.*

Wilibaldi.

Altemps. *Item depositio sancti Boisili presbyteri et confessoris, et sanctæ Mariæ virginis; qui se pro libertate Ecclesiæ Dei, hostiam Deo placentem obtulit.* Ita legitur, non satis clare.

Boisili et Mariæ.

Editio Lubeco-Col. Post textum subdit : *Eodem die, sancti Willibadi episcopi Eystedensis civitatis et confessoris. Treviris, beati Naviti episcopi et confessoris. Ipso die, beati Processi confessoris. In Anglia civitate Cantuaria, translatio sancti Thomæ episcopi et martyris. In Scotia, translatio sancti Kentigerni episcopi et confessoris.*

Naviti. Processi. Translationis Thomæ et Kentigerni.

Belinus in utraque editione : *Eodem die, sancti Viludaldi episcopi et confessoris.*

Wilibaldi.

Greven. *Apud Viennam, sancti Eoldi episcopi et confessoris, cujus industria reliquiæ sanctorum Thebæorum ad præfatam urbem translatæ sunt.* Vide quæ supra diximus in fine Observationis nostræ. *Item Wilibaldi episcopi Eystadensis et confessoris. Naviti episcopi Treverensis et confessoris. Item Waltfridi episcopi. In Anglia, Heddæ episcopi. Translatio sancti Thomæ Cantuariensis episcopi et martyris. Materniani confessoris. Apollonii confessoris. Processi confessoris. Edilbergæ virginis abbatissæ, filiæ regis Orientalium Anglorum, cujus Beda meminit libro 3. Treveris, sanctæ Juliæ virginis. Mustiolæ viduæ.*

De Eoaldo. Wilibaldi. Naviti. Waltfridi. Heddæ. Materniani. Apollonii. Processi. Edilburgæ. Juliæ. Mustiolæ.

Molan. Textui aliis litteris adjungit ad Nicostrati, *Primiscrinii*; ad Claudii, *commentariensis*; et post *Simphoriani*, pro Simphroniani, interserit : *Hos beatus Sebastianus credere Christum docuit et sanctus Polycarpus presbyter baptizavit. Qui cum corpora sanctorum per ora Tyberina requirerent, tenti sunt.* In fine : *Apud Cantuariam, translatio sancti Thomæ episcopi et martyris. Eodem die, sancti Bilibaldi episcopi et confessoris. Eodem die, translatio sanctæ Beggæ viduæ.* Et minori charactere : *In Anglia, Heddæ episcopi. Edilburgæ virginis*, etc., ut Greven. *Arvernis, sancti Illidii, ejusdem civitatis episcopi et confessoris.* Editiones posteriores, idem habent in contextu. In fine autem : *Eodem die, sancti Vuilibaldi episcopi et confessoris. Treveris, natalis sancti Naviti episcopi et martyris. Die septima, sancti patris Thomæ in Malæo et sanctæ megalomartyris Cyriacæ. Apud Cantuariam, translatio sancti Thomæ episcopi et martyris. Andennæ, translatio sanctæ Beggæ viduæ.*

De Nicostrato et sociis. Translationis Thomæ. Bilibaldi. Translationis Beggæ. Heddæ. Edilburgæ. Illidii. Naviti. Thomæ et Cyriacæ.

VIII *Idus.* *Die 8.*

Aquilæ et Priscillæ. Procopii. Kiliani.

Apud Asiam minorem, sancti Aquilæ et Priscillæ ejus uxoris, de quibus in Actibus Apostolorum scribitur. In Palestina, natalis beati Procopii martyris, qui ab Scitopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionum ejus confidentiam, a judice Fabiano capite cæsus est. Eodem die, sancti Ciliani martyris.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen.* et *Grevenus.*

Varia lectio. *Scythopoli* recte scripsit Praten. vel saltem qui apographum nostrum transumpsit. Ceterum cum alii passim habeant *Scitopoli*, coactus fui sequi vel errantes. Solus Pulsanen. posuit *Scithopoli*, sed pessime Greven. *Sticopoli*; Molan. *Nicopoli*. *Cæsareæ* pro *Cæsaream*, vitium est in Pulsanen. Alius error in eodem, *ad primam confidentem responsionem*, ubi cum textu legendum, *ad primam responsionum ejus confidentiam*. Rursus, pro *Kiliani*, habet *Juliani*. Cum autem in omnibus codicibus præterquam in Greveno, inveniam *Ciliani*, ita in textu relinquendum fuit. In Rabano et Notkero legitur *Chiliani*, at pro prima inflexione stat usus communis.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. Pergit eodem tenore Usuardus haurire ex Adone, hic ex Romano parvo. Prima siquidem annuntiatio apud eos tantummodo reperitur. En Romani parvi terminos : *In Asia minori, Aquilæ et Priscillæ uxoris ejus*; Ado legit : *Apud Asiam minorem*, etc., prout in textum suum Noster verbatim transtulit. Sed iis in Adone alia adduntur, quæ ex ipso à Notkero desumpta sunt, eo ferme sensu quo die præcedenti in Auctariis ex Bruxellensi codice retulimus. Ex Actibus Apostolorum et Pauli epistolis vulgo nota sunt, quæ si in ordinem chronologicum redacta cupis, adi Tillemontium tomo I pag. 246 et aliis locis, quæ alibi discutiemus. Non placet notula Castellani, hoc die in Martyrologio universali apposita; meliora sunt, quæ observavit Motherius. Et hæc quidem de Aquila et Priscilla, citatis quatuor Martyrologis propria sunt. — Notior est *Procopius*, ab Hieronymianis, Beda, Rabano et Wandelberto etiam memoratus. Dubitat et Florentinius unusne sit an geminus *Procopius*, hicque ab eo diversus, quem inter martyres Palæstinæ celebrat Eusebius, tamquam ad tribunal raptum et capite truncatum VIII mensis Desii, qui est apud Romanos, ante diem septimum Idus Junias. Nos de ea controversia, loco suo. Certum interim est, Procopium ab Hieronymianis hac die notari; an cum *Quarto* martyrii socio, alibi videbitur. Certum etiam, Romanum parvum legere : *In Palæstina, Procopii martyris*. Certum denique, elogium idem inveniri in Beda, Rabano, Adone, Usuardo et Notkero, cum hac sola voculæ mutatione, quod Usuardus pro *irato judice*, scribat, *a judice*, sensu clariori. Quis præiverit, pronum est colligere. Etenim Rabanus et Ado sua ex Beda mutuati sunt, Noster ex Adone, Notkerus ex alterutro. Omnia celeberrimum Procopium indicant, a quo librum de martyribus Palæstinæ orditur Eusebius, ex editione Valesii relatus à Ruinartio a pag. 330, cuique subjungitur pag. 373 tantillo uberior historia ex laudati Valesii notis pag. 172. Et hæc quidem ut vera et sincera eidemque personæ apprime quadrantia admittuntur. Quid de alterius Procopii ducis exercitus Actis, ut sub nomine Metaphrastis a Surio edita sunt, censendum sit, habes in Actis ad XIX Maii pag. 304 et in Responsionibus Papebrochii ad art. 5 a num. 29, quibus plura adjicit Tillemontius tomo 5 a pag. 605. Hæc cursim hic dicta sufficiant — De *Kiliano* nihil in Romano parvo, nihil in Adone, a Baronio perperam citato, legitur; nihil item in Beda aut Floro. Quod autem in solo Lucensi Hieronymiano apographo habetur : *In Austria, passio sancti Kyliani*, censet Florentinius *laciniam* esse, *ex nota marginali interpositam a Gallico antiquario*. Quod ei facile concesserim, in eorum confirmationem, quæ alibi monui, nempe non magis Epternacensem, quam ceteros Hieronymianos codices, in Gallia fuisse et auctos et interpolatos. Porro *Kilianum* Rabano notum fuisse, in ea locorum vicinia, mirum prorsus videri non debet, hinc Notkero communicatus duplo auctiori elogio exornatus est, ubi et *Austriam* illam ab hodierna distinctam invenies, ut alibi non semel dictum memini. Videatur duplex passio a Canisio edita Antiq. Lect. tomo 4 a pag. 628; et quæ ad eas observavit Mabilio seculo 2 Benedict. pag. 991 et seqq. Dubium non est, quin et a Nostro *Kilianus* consignatus sit, quamvis unde illum acceperit, minime liqueat. Molanus hic iterum justo scrupulosior e textu eum expunxit. Noto, in Romano parvo memorari etiam hac die *Brictium*, quem Ado et Noster in sequentem diem distulerunt. De Kiliano et Procopio ita cecinit Wandelbertus :

Octavo ante Idus Cilianus Procopiusque
Excellent, Christum virtute et morte secuti.

Aquilæ et Priscillæ. *Procopii.* *Kiliani.*

AUCTARIA.

Grimbaldi. ANTVERP-MAJ. Rursus ex Anglia, addit : *In Ventano* (vide infra) *monasterio, depositio sancti Grimbaldi monachi.*

Kiliani et soc. ROSWEYD. Sic orditur : *In Uuirziburc, Kyliani episcopi et martyris, et sociorum ejus Colmanni et Totmanni*. De quibus vide codicem BRUXELLEN. et alios. Sequitur textus purus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. MOLAN. et VATICAN. num. 5949. Carent ultima annuntiatione de Kiliano martyre.

Nomii. Theobaldi. MUNERAT. Textum pluribus auget, hoc modo : *Eodem die, sancti Ciliarii* (Kiliani) *martyris. In pago Pinciacensi, sancti Nomii confessoris. Ipso die, sancti Theobaldi confessoris.*

De Kiliano et soc. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. et DANIC. Textui puro subdunt : *Eodem die, sancti Kiliani episcopi et martyris, sociorumque ejus. Qui de partibus insularum Oceani maris adveniens in regnum Germaniæ, ad civitatem Herbipolim devenit, ibique sub judice Gozberto martyrium, capitis obtruncatione complevit.* In hoc conveniunt omnes, sed ANTVERP-MAX. insuper adjicit : *Apud Almuridensium civitatem, sanctorum martyrum Epictici* (Epicteti) *presbyteri et Astionis monachi, quorum gesta habentur.* Illa, opinor, quæ in vitis Patrum a Rosweydo edita sunt, et ex iisdem apud Surium vulgata, suo loco illustrabuntur. *Epicteti et Astionis.*

Joannis et Apri. CENTULEN. In textu, excepto Kiliano, præter morem satis purus, adjicit : *Apud Heracleam, sanctorum Joannis et Apri. Eodem die, sancti Quilliani et sociorum ejus.* Satis patet *Kilianum* intelligi.

De Kiliano, etc. BRUXELLEN. Incipit : *In Ostrofrancia, passio sancti Kiliani episcopi et martyris, sociorumque ejus. Qui de partibus insularum Oceani maris veniens in regnum Germaniæ ad civitatem Herbipolim, Gorbertum ejusdem loci ducem redarguit, quod Geylam* (Geilanam) *quondam fratris sui uxorem, sibi conjugem sociavit. Unde Geyla jubente, Kilianus episcopus et socii ejus pro veritate justitiæ clam perimuntur.* Sequitur nova anticipatio : *Romæ, ad Guttam jugiter manantem natale sancti Zenonis martyris, et aliorum decem milium ducentorum et trium. Item Juliani martyris. Et Grimbaldi confessoris. Apud Belisiacense monasterium, sanctæ Landradæ virginis et abbatissæ. Quæ fuit eorum, quos Franci Majores domus appellant, inclita proles; et beatæ Gudilæ nostræ patronæ consanguinea. Et cum obiisset, statim*

Zenonis, et 10203 per anticipationem Juliani. Grimbaldi Landradæ cum elogio

tim beato Lamberto episcopo apparens, locum ei suæ sepulturæ designat. Et cum populus ad id explendum non consentiret, apud Belisiam tumulatur, sed post triduum inventa est cum sarcophago divinitus transportata, ubi prædixerat. Vita ejus exstat apud Surium, ubi hæc videri possunt.

HAGENOYEN. Post priores annuntiationes satis pure relatas, de Kiliano plurima subjungit. At tu vide sis Rabanum vel Notkerum, quibus magis, quam huic compilatori, fidendum esse, ex supra hinc inde datis abunde constat.

AQUICINCT. In fine post textum integrum : *Grimboldi.* *Wintonia civitate, depositio beati Grimboldi sacerdotis et monachi Sithiensis.*

Epictici, etc. MATRIC - CARTUS - ULTRAJECT. *Epictici et Astionis martyrum.* *Translationis Barbaræ.* *Translatio sanctæ Barbaræ. Procopii martyris. Kiliani episcopi et martyris cum sociis.* *Landradæ.* *Landradæ virginis.* *Norberti.* *Norberti archiepiscopi, fundatoris Ordinis Præmonstratensis.* Agitur haud dubie de aliqua translatione. Alia Antverpiæ solenniter recolitur XI Julii.

REG. SUEC. num. 428. *In pago Pintiavensi, sancti* *Nunni.* *Nunni confessoris.* Castellanus scribit, *Nummii.*

Grimbaldi. ALTEMPS. *Transitus sancti Grimbaldi presbyteri et confessoris, magnæ sanctitatis viri.*

Pauli. STROZZIAN. *Item, sancti Pauli martyris Constantinopolitani.* An episcopi, de quo VII Junii?

Kiliani, etc. ABDINGHOFFEN. *Eodem die, sancti Kiliani cum sociis suis Calamo et Totmanno.* Alii rectius.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Herbipoli, passio* *De Kiliano.* *sancti Kiliani episcopi et martyris sociorumque ejus duorum Colonati et Tholnani. Qui Kylianus de partibus insularum Oceani maris, pro lucro animarum Romam devenit, et consecratus ibidem in episcopum, obtenta licentia prædicandi, applicuit partibus Germaniæ et venit ad civitatem Herbipolim; ibidem ducem Franconiæ Gosbertum ad Christum convertit. Qui cum uxorem fratris sui nomine Erilanam, illicite tenuisset, et sanctus episcopus eam relinquere suaderet, ipse sanctum virum et socios ejus fecit propter hoc plecti.* In annuntiationibus duabus primis, satis pura est. In fine : *Treveris,* *Auspicii. Joannis et Primi.* *sancti Auspucii episcopi et confessoris. Apud Eracleam, sanctorum Johannis et Primi confessorum.* *Grumbaldi.* *Eodem die, sancti Grumbaldi presbyteri et confessoris.* *Disibodi.* *Ipso die, beati Disibodi episcopi et confessoris.* Vide ejus vitam apud Surium hoc die.

BELIN. In textu non omnino purus, in fine habet ut STROZZIAN : *Item sancti Pauli martyris* *Pauli.* *Constantinopolitani.*

GREVEN. *Translatio prima sanctæ Barbaræ virginis et martyris, Nichomediæ in loco sepulturæ.* *Translationis Barbaræ.* *Colonati presbyteri et Tornani diaconi. Qui cum beato Kiliano episcopo et martyre de Scotia egressi, apud Herbipolim civitatem Franconiæ Christum evangelizantes, ad martyrii palmam cum ipso pervenire meruerunt.* *De sociis Kiliani.* *Epictici presbyteri et Astionis monachi, martyrum. Qui tempore Docletiani ab Oriente in fines Scythiæ venientes, pro fide Christi tenti, in omnibus, quibus afficiebantur, tormentis, hæc creberrime verba dicebant : Christiani sumus, o tyranne, fiat voluntas Dei nostri in nobis. Post varios tandem cruciatus, capite truncati, martyrium consummaverunt.* *Epicteti et Astionis cum elogio.* *Treveris, Auspicii episcopi et confessoris.* *Auspicii.* *Ipso die, Disebodi episcopi et confessoris.* *Disebodi.* *Item Wasonis episcopi Leodiensis et confessorio.* *Wasonis.* *Civitate Rothomagensi, translatio sancti Evodi episcopi et confessoris.* *Translationis Evodi.* *Apud Eracleam, Johannis et Primi.* *Joannis, etc.* *Sumnivæ virginis et sociorum ejus martyrum. Qui de Hibernia egressi, in Norbegia coronas martyrii assecuti sunt.* *Sumnivæ et soc.*

MOLAN. *In pago Austriæ et castro nomine Vuirciburg, juxta Menum fluvium sito, natale sancti Kiliani martyris, et duorum sociorum ejus, qui ab Hybernia Scotorum insula venientes, nomen Christi in prædictis locis prædicaverunt, ibique ob veritatis confessionem, sub quodam judice Gozberto trucidati sunt, et multis postea signis, veri Christi martyres esse claruerunt.* *De Kiliano, etc.* Quæ Rabani verba sunt. *Item sancti Pauli martyris Constantinopolitani.* *Pauli.* *In pago Pinciacensi, sancti Nomii martyris.* *Nomii.* *In Gemblaco, adventus corporis sancti Exuperii, signiferi Thæbææ Legionis et martyris gloriosi.* *Adventus Exuperii.* *Treveris, sancti Auspicii episcopi.* *Auspicii.* *Augustæ Veromandorum, inventio corporis sancti Quintini martyris.* *Inventionis Quintini.* *In monasterio Belisia, sanctæ Landradæ virginis.* *Landradæ.* De Disebodo et Sumniva vel Summiva, ut GREVEN. In aliis editionibus ea est diversitas, quod addatur : *Wintonia civitate, depositio beati Grimbaldi abbatis et monachi Sithiensis.* *Grimbaldi.* Et de Disebodo : *In pago Treverico, sancti Disebodi*, etc. Denique, typis minoribus : *In Anglia, sanctæ Vuiteburgæ virginis.* *Wuteburgæ.* Colitur hæc XVII Martii. Vide ibi dicta ab Henschenio.

VII *Idus.* *Die* 9.

Zenonis et 10203. Romæ ad Guttam jugiter manantem, natalis sancti Zenonis martyris et aliorum decem milium ducentorum trium. *Cyrilli.* Eodem die, beati Cirilli episcopi qui flammis injectus, cum illesus evasisset, ac stupore tanti miraculi a judice esset dimissus, rursus pro instanti et alacri prædicatione facte de Christo, ab eodem capite plexus est. *Anatholiæ et Audacis.* In civitate Tyro, passio sanctorum Anatholiæ et Audacis sub Decio imperatore, quorum Anatholia Christi virgo diversis plagarum generibus vexata, novissime gladio transverberata est in oratione. Audax quoque in custodiam datus; nec mora, capitali sententia coronatur. Civitate Martula, sancti *Bricii.* Bricii episcopi et confessoris, qui pro confessione Domini postquam est multa perpessus, et ab angelo sancto et beato Petro Apostolo confortatus, item magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrifaciens, quievit in pace.

Sumitur ex *Praten. Herimen. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* item ex *Albergen.* et *Danico.*

VARIA LECTIO. *Milium, Cirilli, illesus* scripsi ex codicum ferme omnium consensu. Pro *alacri prædicatione*, male Antverp. et Max-Lubec. *alacripersecutione;* pejus Munerat. pro *alacri* habet, *altari*. In *Tyro* servanda fuit codicum lectio, pro qua in Antverp-Maj. et Greven. est, *Tiro;* sed neutrum valet, ut infra ostendam. Puto Pratensem recte scribere, *in oratione transverberata est*, at ex aliorum auctoritate transponenda fuit constructio, pro qua in Antverp. et Max-Lubec. positum, *transverberata in confessione est*, et in Munerat. *transverberata, martyrium complevit*. Lego *Brictii* cum Tornacen., Munerat., Greven. et Molan. Videtur in Praten. scriptum *Brixii*, alii *Bricii* vel *Briccii*. Munerat. vitiose posuit *es*, pro *est*. Molan. omisit *item*, ante *magnas populorum*, etc. Denique Antverp-Maj. *secundo*, pro *sancto*, et in fine, *lucrificans, quievit in Christo*.

OBSERVATIO. Eadem rursum Usuardi ratio in describendo Adone, eadem Adonis in sequendo Romano parvo, in quo tamen, ut die præcedenti diximus, *Brictius* VIII Julii collocatus est. —*Zeno* itaque cum ingenti illa sociorum multitudine, aliis vetustioribus ignotus, a solis nostris quatuor, eumdem funem trahentibus, consignatur. Si major subinde notitia accesserit, ea in Actis nostris dabitur. — Est in Romano parvo *: Cyrilli episcopi et martyris*, qui non eumdem ubique locum occupat, sed iisdem ferme verbis in Adone, Usuardo et Notkero laudatur ; in prioribus absque positione seu loco certaminis, quo modo et in Hieronymianis positus est. De eo silet Beda ; at Florus et *Ægyptum* expressit, et *Decium imperatorem* et *Lucium præsidem*, et ignem, quo consumptus dicitur. In eamdem sententiam loquitur Rabanus, contexto satis longo elogio. Notkerus item, licet in phrasi Adonem secutus, characteres hujusmodi aliquot ductori superaddidit. Alii interim *Gortynam Cretæ*, pro qua stat Baronius, alii *Romam* nominant, quæ omnia disserendi materiam in Actis illustrandis subministrabunt. Sunt ipsa in Surii collectione hac die, brevi, simplici et gravi stylo composita, sic tamen, ut jam tactæ a nobis difficultates, suspicionem Tillemontio ingerant, geminum fortasse Cyrillum in unum fuisse conflatum. Vide ipsum tomo 3 pag. 715. Nec contemnendas puto Castellani notatiunculas ad hanc et sequentem annuntiationem. Quod dixi iisdem ferme verbis etiam ab Usuardo Cyrillum laudari, intellige contractum ab eo de more Adonis elogium. — Sequens annuntiatio in citato Romano parvo refertur his verbis : *In civitate Tyriæ, Anatoliæ et Audacis.* Beda pro *Tyriæ*, scribit *Tiræ*, ex quo totum suum elogium describunt Ado et Rabanus ac proinde Notkerus, qui forte æquivocationem veritus in voce *Tyro*, qua Rabanus utitur, studiose apposuit: *non longe ab urbe Roma*. Quod certe opus non erat, circumstantiis elogii satis indicantibus, non hic *Tyrum Phœnicis urbem*, sed oppidum aliquod Italiæ intelligendum. Melius id quadrasset Usuardo, qui flosculos, ut ita dicam, elogii solum colligens, et contra Adonis mentem etiam legens *Tyro*, ita annuntiationem suam efformat, ut qui eam legit, vix dubitare possit, quin omnino agatur de prædicta civitate Tyro, alias notissima. Utrum vero Anatholia nostra etiam in Hieronymianis memorari censenda sit, vide in Notatione Florentinii et hoc die et sequenti, quo, *in Savinis* conjungitur *Victoriæ*. De cetero, nec *Tyriæ*, nec *Tiræ*, multo minus *Tyri* vel *Tyro*, sed *Thoræ* legendum, quæ ad lacum Velinum in diœcesi Reatina sita est, docebit Baronius ; nisi cum nostro P. Joanne Gravio, qui notas Mss. marginales adjecit editioni Molani anni MDLXXIII, quam *Molanum-Duacenum* vocarunt Majores nostri, eas Notas Schotto tribuentes ; nisi, inquam, cum Gravio pro *Thoræ*, substituas *Turii in Calabria*. Sed hæc propria erit Commentarii ad horum Sanctorum Acta disquisitio. Edidit ipsa Surius, more suo, nonnihil expolita, sed non ita expurgata, ut de interpolatione suspecta non sint. Placet historia, ut a Tillemontio disposita est tomo 3 pag. 329. Ast ibi *Audax* excludi videtur, quem tamen Wandelbertus cum Anatholia conjunxit :

Zenonis et 10203.

Cyrilli.

Anatholiæ et Audacis.

Audax septeno pariterque Anatholia claret.

Brictius, in civitate Martulana a Romano parvo pridie signatus, hac die cum elogio ab Adone refertur, quod in Notkero descriptum invenies. Noster ea carptim selegit, quæ brevitati suæ conveniebant, atque ita, ut principio dicebam, totus textus ex Adone acceptus est, et a nobis fideliter traditus. Quid de hac Brictii historia censendum sit, colliges ex Actis S. Chrysopoliti et sociorum XII Maii ab Henschenio discussis et brevius apud Tillemontium tomo 5, pag. 132.

Brictii.

In Beda et Wandelberto celebratur hac etiam die, *depositio S. P. N. Ephrem*; in Adone : *Item apud Ægyptum, sancti Serapionis episcopi et confessoris*. De primo agit Noster I Februarii ; de Serapione fortasse dubitaverit ; certe de eo hac die non meminit, tres alios aliis diebus memorans: Anachoretam martyrem, XXI Martii ; Antiochenum, XXX Octobris ; Alexandrinum, XIV Novembris. Plura in Actis discutienda erunt de Serapionum distinctione, præter ea, quæ XXI Martii disputata sunt. Sed de his satis, ne justo longius evagemur.

De S. Ephrem ex Beda et Wandelberto ; et de S. Serapione ex Adone.

AUCTARIA.

TORNACEN. Longiores textus decurtare solitus, hic omittit elogia Cyrilli et Brictii ; cetera cum textu plane convenit.

PULSANEN. Satis recte procedit usque ad, *sub Decio imperatore*; desunt reliqua omnia.

ROSWEYD. Post textum purum superaddit in fine : *In Ægypto, sancti Ephrem monachi.* Qui sane ab Edesseno diacono diversus esse debet.

Ephrem.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Textui puro, præfigunt : *Octava visitationis beatæ Mariæ Virginis.*

Octava Visitationis.

LOVANIEN. In citato augmento, prioribus similis, deficit præterea in elogio Brictii, quod totum omisit.

CENTULEN. In Zenone purus est. *Eodem die, beati Cyrili episcopi, qui capite cæsus martyrium consummavit. In civitate Syriæ* (pro *Tyriæ*, ni fallor), *sanctorum Anatholiæ et Audacis, sub Decio imperatore.*

Textus contractus.

imperatore. In civitate Martulana, sancti Brictii episcopi et confessoris. Eodem die, sancti patris nostri Effrem dyaconi magnarum virtutum et excellentis ingenii viri.

Bruxellen. De Zenone egit die præcedenti. In Anatholia, Audace et Cyrillo satis purus est. Sequitur ex Hieronymianis: *Romæ, natale sanctarum virginum Florianæ, Faustinæ et Felicitatis, cum presbyteris septem.* De Brictio etiam recte, sed ejus elogium auget his verbis: *Cujus animam in specie columbæ niveæ, cælo recipi viderunt astantes.* In fine autem additur: *Eodem die, sancti patris Effrem.*

Hagenoyen. In Zenone purus, secundo loco habet: *Item in Colonia Agrippina, sancti Agylolfi episcopi et martyris.* Vide xxxi Martii. *Eodem die, beati Cyrilli episcopi et martyris, qui in Ægypto verbum Dei prædicavit, et ideo tentus est a rege Lucio, et flammis injectus est. Sed dum non læditur, stupet judex et illum abire permittit. Qui postea plures ad fidem convertit; unde judex de sua dimissione dolens, jubet eum decollari. Astantes autem animam ejus in specie niveæ columbæ ad cælestia conscendere viderunt.* Cetera purus est.

Matric-Cartus-Ultraject. *Octava visitationis. Cyrilli episcopi et martyris. Anatholiæ virginis et martyris et Audacis. Romæ, Zenonis martyris et decem millium ducentorum cum ipso.*

Vatican. num. 5949. *Apud Ægyptum, sancti Serapionis episcopi et confessoris. Et depositio sancti Ephrem.* Vide Observationem.

Altemps. *Eodem die, sanctæ Everildis virginis.*

Strozzian. *Apud Ægyptum, sancti Serapionis episcopi et confessoris.*

Editio Lubeco-Col. *Octava Visitationis beatæ Mariæ virginis. Apud Coloniam Agrippinam, depositio sancti Agillolphi archiepiscopi ejusdem civitatis et martyris. Qui cum a Karolo Martello, cujus tutor et consiliarius fuit, vocatus esset, in via a quibusdam æmulis suis juxta oppidum Malmandariense interfectus est, sed post Coloniam translatus et in ecclesiam sanctæ Mariæ ad gradus honorifice locatus. Item Colonia Agrippina, commemoratio et ordinatio beati Heriberti archiepiscopi et confessoris, quæ facta est sub Ottone III Romanorum imperatore, anno ab incarnatione Domini* dccccxcix. Sequitur: *Romæ ad Guttam jugiter manantem*, etc., ubi fuse enumerat varia tormentorum genera, quibus et Zeno et socii affecti sunt. De Cyrillo addit, ut supra, *animam in specie columbæ* etc. In Anatholia, Audace et Brictio, satis pura est. In fine: *Apud Ægyptum, sancti Serapionis episcopi et confessoris. Senonis, sancti Theraclii episcopi et confessoris.*

Belin. Incipit: *Octava Visitationis gloriosæ Virginis Mariæ.* In fine, deest elogium *Brictii*, qui in secunda editione vocatur *Luricius*.

Greven. *Octava Visitationis beatæ virginis Mariæ. Apud Coloniam Agrippinam, beati Agilolphi episcopi et martyris. Qui ob amorem justitiæ, impiis odiosus factus et ab ipsis occisus, Coloniam relatus, in ecclesia beatæ Mariæ ad gradus honorifice locatus est. Apud Heliopolim, quæ est circa Libanum, sancti Cirilli diaconi et martyris. Qui, ut lib.* 6 *Historiæ tripartitæ dicitur, cum sub Constantio multa idola contrivisset, sub Juliano a paganis peremptus est. Apud Ægyptum, B. Serapionis episcopi et confessoris. Materni, Galendi,* (prima editio habet *Galendini*) *Gaii, Basilii, episcoporum Mediolanensium et confessorum. Senonis, Theraclii episcopi et confessoris. Apud Coloniam Agrippinam, ordinatio episcopatus sancti Heriberti episcopi et confessoris, facta anno Domini* dccccxcix. *In Ægypto, Effrem sancti patris eremitæ et confessoris. In Hibernia, Germani confessoris. Salviæ virginis. Item Wichburgæ virginis. Translatio sanctæ Odæ viduæ.*

Molan. *Octava Visitationis gloriosæ Mariæ. Ipso die, sancti patris nostri Ephrem. Coloniæ, sancti Agilolfi, ejusdem urbis archiepiscopi et martyris.* Dein typis minutioribus: *Qui ob amorem*, etc., ut Greven. Item: *Apud Heliopolim, quæ est juxta Lybanum*, etc., etiam ut Greven. In editionibus aliis post, *jugiter manantem*, inepte aliis litteris inseritur: *quæ alias dicitur, ecclesia sanctæ Mariæ fontis olei trans Tyberim*, cum hæc loca disjunctissima sint, ut recte in Notationibus suis ostendit Baronius. In fine solum additur: *Coloniæ, sancti Agilolphi, ejusdem urbis archiepiscopi et martyris.* Ejus elogium non semel supra productum est.

VI *Idus.* *Die* 10.

Romæ, septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, id est: Januarii, Felicis, Philippi, Silvani, Alexandri, Vitalis, Martialis. E quibus Januarius tempore Antonini, post verbera virgarum et carcerem, ad plumbatas occisus est; Felix et Philippus fustibus mactati; Silvanus præcipitio interemptus; Alexander, Vitalis et Martialis capitali sententia puniti. In Africa, natalis sanctorum Januarii, Marini, Naboris et Felicis decollatorum. Item Romæ, sanctarum virginum Rufinæ et Secundæ, quæ sub persecutione Valeriani et Galieni tormentis subactæ, ad ultimum una, capiti illiso gladio, altera, cæsa cervice, migraverunt.

Ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. Scripsi *Martialis* cum Herinien. Antverp-Maj. et aliis, licet Praten. et nonnulli alii discrepent. Solus Molan. habet *Sylvani*; qui cum Greven. pro *carcerem*, ponit *carceres*; Belin. *carceris macerationem*, et iterum *plumbatis*, pro *ad plumbatas*; ubi Antverp-Maj. *et plumbatas.* Sunt qui cum Greven. et Molan. legunt, *interemptus est*, sed Praten. Herinien. Antverp-Maj. et alii, omittunt *est*. Ultimus vero male posuit *puniti sunt*, quod etiam Belin. habet, qui quatuor martyres Africanos ultimo loco recitat. *Decolatorum*, male scribitur in Antverp-Majore, uti et *Cristinæ*

pro

pro *Rufinæ*. In omnibus codicibus est *Galieni*, et ita proinde in textu. Pro, *altera, cæsa cervice*, Greven. et Molan. legunt, *altera cervici*, nempe *illiso gladio*; sed alia est Usuardi constructio. Belinus claritatis, opinor, gratia, interposuit *ad cœlos*, ante *migraverunt*.

OBSERVATIO. Solita tenent vestigia cognati Martyrologi, Romanum parvum, Ado, Usuardus, quibus accedere, ex potiori parti potest Notkerus. De illustri matris et filiorum classe in primo solum scribitur: *Romæ, septem fratrum*. Hieronymiana exempla ita confusa sunt, ut alienis auxiliis opus habuerit Florentinius, ad vera filiorum sanctæ Felicitatis nomina a cœmeteriis aliisque immixtis distinguenda. Nec satis distincte loquitur Frontonis Kalendarium: *Septem fratrum Apii et Salariæ*; de quibus vide editoris observationem pag. 103, ubi de tribus Missis, etc. Clariora sunt quæ tradit Beda et post illum Ado, pari uterque sententia, licet non eisdem omnino verbis, cum alter altero paulo sit brevior, et nisi Noster perpetuo Adonianus esset, dubitari posset, an non potius illum, quam hunc, præ oculis habuerit. Rabanus certo Bedam descripsit, Notkerus Adonem, addita brevi clausula. Utrum autem fratres illi omnes hac die, an simul cum matre an eodem loco confecti et sepulti, suo loco discutietur; præeunte Bucherii vetustissimo Kalendario, cujus verba recitat Ruinartius pag. 20, Acta ipsa passionis ut sincera subjungens, cum Surii, et Ughelli editione aliisque Mss. collata. Mirum quam jejune de his agat Tillemontius tomo 2 pag. 312. De aliis germanis, itidem septem, Tiburtinis egimus XXVII Junii, et porro agendum erit XVIII hujus. — Africanos nostros quatuor ita annuntiat Romanum parvum: *In Africa, Januarii, Marini, Naboris et Felicis*. Et eadem est Hieronymianorum phrasis, nisi quod socii adjungi videantur, a nostris plane expuncti. Citatis jam verbis superaddidit Viennensis et ex eo Notkerus, *decollatorum*; ac præterea: *Quorum corpora Mediolanum translata sunt*. Suspectam translationem habuisse videtur Usuardus, certe eam silentio plane involvit, de cetero annuntiationem totam ex Adone accipiens. Magna, saltem posteriorum duorum, cum *Victore Mauro*, de quo egimus VIII Maii, affinitas, adeo ut Acta in multis convenire dicantur. Vide Tillemontium tomo 5 a pag. 267. — Celeberrimas virgines *Rufinam* et *Secundam* solis nominibus appellavit Romanum parvum: *Romæ, Rufinæ et Secundæ*. Has apud codices Hieronymianos, supra laudatis fratribus immixtas, observat Florentinius, nonnulla in earum laudem congerens. Ast Ado uberius rem prosecutus, prolixo eas ornavit elogio, Actorum videlicet eleganti compendio, quod mirum est a Notkero non integre fuisse descriptum. Noster paucula delibavit, satis parce, ut verum fatear, pro materiæ, ab Adone tam large digestæ, abundantia. Hunc sua sumpsisse constat ex Actis ipsis, quæ a Mombritio et Surio postea edita sunt, quæque antiquitatis suæ testem habent Aldelmum, Virginum encomiasten, aliosque veteres. Pro integritate stat Baronius; contra sentiunt recentiores, quibus ferme accedit Tillemontius tomo 4 pag. 5, sed maxime pag. 584. Illustrem Romæ earum memoriam probat vetustissimus episcopatus *Silvæ candidæ*, post loci eversionem Portuensi unitus. Sed quidquid de his postea statuendum sit, patet interim, ut supra dicebam, Martyrologorum nostrorum convenientia, et ex codicibus Usuardinis, nativa Usuardi ipsius simplicitas. De sola prima classe meminit Wandelbertus:

Septem fratrum.

Januarii et soc.

Rufinæ et Secundæ.

Sexto germana Christo pro sorte coronam
Progenie septena dicat Felicitas alma,
Quam genuit, gratamque Deo præmissit ad aram.

AUCTARIA.

TORNACEN. Septem fratrum nomina enumerat, sed omisso elogio. Cetera omnia pura sunt.

PULSANEN. In prima purus, adjungit: *Item Romæ, sanctarum virginum Rufinæ et Secundæ*. Desunt reliqua.

Amelbergæ.

ROSWEYD. Textui puro subjungit: *Item sanctæ Amelbergæ virginis*.

ANTVERP-MAX. ULTRAJ. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Omnes cum BELINO Africanos ultimo loco referunt, quibus addunt: *In portu Gandavo, monasterio Blandinio, sanctæ Amelbergæ virginis*. At LOVANIEN. caret elogio septem fratrum, et DANIC. proprium superaddit: *In Dacia civitate Otthoniensi, natale sancti Canuti regis et martyris*.

Canuti.

Textus mutatus.

CENTULEN. *Romæ, natale septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, id est Januarii, Felicis, Philippi, Alexandri, Vitalis, Silvani, Martialis, tempore Antonini, primati* (an non *privatim?*) *auditi. Deinde per varios judices, ut variis suppliciis laniarentur, missi. In Africa, sanctorum Januarii, Marini, Naboris et Felicis, decollatorum. Quorum corpora Mediolanum translata sunt. Item Romæ, natale sanctarum Rufinæ et Secundæ sororum, genere et opibus nobilium, quas præfectus Archesilaus, pro nomine Christi præcepit capite plecti. Cœnobio Blandinio, natale sanctæ Amelbergæ virginis.*

Amelbergæ.

BRUXELLEN. De septem fratribus post puniti, subdit: *Et post martyrium filiorum, Felicitas mater, pro Christo capite cæsa est. Hanc beatam feminam plus quam martyrem vocat Gregorius, quæ septies in filiis, et octavo in corpore proprio martyrium fortiter est perpessa*. Sequitur de Rufina et Secunda, pure; item de Africanis. In fine adjicitur: *Apud Temsecam, secus Scaldam, depositio sanctæ Christi virginis Amelbergæ, neptis beatæ Gudilæ, nostræ patronæ. Cujus brachii os fregit Karolus Martellus princeps, cum ipse junior esset, ut eam sibi raperet sponsam. Quam et ipse plane cepisset uxorem, si non virginalis pudicitia penitus obstitisset. Hujus sacræ virginis reliquiæ postea Gandavi in monte Blandinio sunt translatæ*. Vide notulam Castellani.

De Felicitate

De Amelberga.

HAGENOYEN. In septem fratribus nonnihil interpolatus, secundo loco habet: *Item sanctæ Theodoræ electæ, de cujus pœnitentia legitur. Item Patiniani confessoris*. In reliquo textu purus est. In fine autem nomen transmutat: *In portu Gandavo, monasterio Blandinio, sanctæ Quielbergæ virginis*. Patet agi de *Amelberga*.

Theodora.

Patiens.

Quielberga pro Amelberga.

AQUICINCT.

Amelbergæ AQUICINCT. Textui subdit : *Et sanctæ Amelbergæ virginis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Septem fratrum martyrum, filiorum sanctæ Felicitatis, scilicet: Januarii, Felicis, Philippi, Silvani, Alexandri, Vitalis et Martialis, Romæ passorum feliciter. Rufinæ et Secundæ virginum et martyrum. Amelbergæ virginis in Gandavo.*

EDITIO LUBECO-COL. In prima annuntiatione modice interpolata, sic habet secundo loco : *Item* *De Rufina et Secunda.* *Romæ, miliario decimo, sanctarum virginum Rufinæ et Secundæ sororum. Quæ ex patre clarissimo, nomine Asterio, et matre illustrissima Aurelia natæ sunt, et sub persecutione Valeriani et Galieni imperatorem, judicibus vero Junio Donato præfecto, et Archesilao comite, diversis tormentorum generibus martyrizatæ, ad ultimum una earum illiso capite gladio, altera cæsa cervice migraverunt ad Dominum.* In Africanis pura est. Tum : *In Flandria,* *Amelbergæ.* *portu Gandavo monasterio Blandinio, sanctæ Amelbergæ virginis.* Denique : *Canuti.* *In Dacia, beati Kanuti regis ac martyris.*

De Canuto. GREVEN. *In Dacia, Kanuti regis et martyris. Qui propter amorem justitiæ et religionis sanctæ, post multas persecutiones in ecclesia sancti Albani protomartyris Anglorum, expansis manibus orans,* *Paterniani.* *ab impiis interfectus est. Paterniani episcopi et confessoris. In Flandria, portu Gandavo, monasterio* *Amelbergæ.* *Blandinio sanctæ Amelbergæ virginis.* Vide supra BRUXELLENSEM codicem.

MOLAN. Aliis litteris textui inseruit : *Quorum corpora Mediolanum translata sunt,* ut alii supra. In fine : *In portu Gandavo, in monte Blandinium* *Amelbergæ virginis.* *dicto, sanctissimæ virginis Amelbergæ. Binchii, Amelbergæ electæ viduæ, quæ cum in pace quievisset, condita est in Laubias in basilica beati Ursmari, et signis clara, mira veneratione fidelium colitur.* *Amelbergæ viduæ.* *In Fisciaco, natale sancti Ettonis episcopi et* *Ettonis.* *confessoris.* Dein typis minoribus : *In Dacia, Canuti regis et martyris. Qui propter amorem,* etc., *Canuti.* ut GREVEN. Demum : *Galliis oppido Lens, obiit Pacificus, primus Minister Fratrum Minorum in* *Pacifici.* *Francia.* Aliæ editiones in textu idem servant. In fine autem de Amelberga, ut in prima. Tum : *Eodem die, Laubaco cœnobio, depositio Amelbergæ electæ. Quæ signis clara, mira veneratione fidelium colitur. Civitate Ottoniensi, sancti Canuti regis et* *Canuti et soc.* *protomartyris Danorum, qui anno millesimo octuagesimo sexto, in basilica sancti Albani martyris, manibus in modum crucis solo tenus expansis orans, mortem pro Christo passus est a suo familiari. Passi sunt cum eo Benedictus frater et alii septemdecim. Lætiis ex Fisciaco, natale sancti Ettonis episcopi et* *Ettonis.* *confessoris. Die decima, sanctorum quadraginta* *Martyrum 45.* *quinque martyrum, in Nicopoli Armeniæ.* Demum minoribus typis : *In Artesia oppido Lens, obiit Pacificus, primus Minister frater* (Fratrum) *Minorum in Francia, cujus meminit Bonaventura.* A priori parum differunt.

V *Idus.* *Die* 11.

Translatio Benedicti. Januarii et Pelagiæ Translatio sancti Benedicti abbatis. Apud Armeniam minorem, civitate Nicopoli, natalis sanctorum martyrum Januarii et Pelagiæ, qui equuleo, ungulis et testarum fragmentis diebus quatuor cruciati, martyrium impleverunt. In *Sidronii.* territorio Senonico, beati Sidronii martyris. Item in territorio Pictavensi, sancti Sa- *Sabini* bini confessoris.

Soli omnino puri sunt *Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan*

VARIA LECTIO. In erroribus orthographicis maxime consistit. In Pulsanen. est *Nycopoli, eculeo.* In Munerat. *Pellagii, Sidroni.* Sunt qui scribant *in pago Pictavensi,* ut Praten. etc. ; sed nostri cum Herinien. Tornacen. et plerisque aliis, ut est in textu. Munerat. pro *Sabini,* legit *Albini.* Quæ confusio in Auctariis sæpe recurret.

Translationis Benedicti OBSERVATIO. *Translationis corporis sancti Benedicti* ex Italia in Galliam, plerisque antiquis Martyrologiis, imo vel ipsis Hieronymianis apographis, Lucensi præsertim et Corbeiensi, inserta est, aut adjecta memoria, quidquid in hunc usque diem obluctentur Cassinenses, ut ex ipsorum querelis aliquando coram audire licuit. Beda, pro translatione, scripsit *depositio,* a Floro translationem describente, in hac parte emendatus, quod tamen Rabanus servandum censuit. De neutra meminit Romanum parvum. Ado autem brevem translationis historiam texuit, a Notkero nonnihil auctam, cujus compendium in Auctariis dabimus. Noster, omissis reliquis, satis habuit translationem ipsam consignare, ut probant primæ notæ codices, e quorum uno, nempe Heriniensi, scalpello verosimillime erasa est, loco vacuo relicto. In Tornacensi notata non est, et eapropter ambo codices illi, cetera purissimi, e genuinorum classe exclusi sunt. Videat curiosus lector totam translationis hujus, ad Floriacense monasterium, historiam, in Actis nostris ad XXI Martii fuse deductam, cum miraculorum ibi patratorum narratione, a pag. 299 ad 357. Wandelberti versus infra dabimus. — Martyres *Januarii et Pelagiæ* Armeni, *Januarius* et *Pelagia,* in Hieronymianis nonnihil deformati sunt. In Romano parvo fit commemoratio solius Januarii. Ado utrumque ex Hieronymianis, opinor, aut ex Actis conjunxit, adjecto brevi elogio, quod Noster ad verbum transumpsit. Notkerus sola ultima voce differt ; at Florus et Rabanus, quamvis in rei substantia conveniant, phrasi prorsus discrepant ab Adone, ut mihi semper fiat verosimilius, duos illos, licet Adone antiquiores, ab eo tamen numquam visos fuisse. Non

habeo

habeo quod hic superaddam, præter metricum Wandelberti encomium, quo Benedicti translationem etiam complectitur :

Martyrio quintum sancit Januarius, atque
Consimili decorat Pelagia sancta nitore.
Tum Beneventanis translata montibus almi
Justa patris Benedicti, nunc Liger altus honorat.

Sidronii Sabini

Binæ annuntiationes ultimæ pure Usuardinæ sunt, nisi fortasse in depravatis Hieronymianorum nominibus, cum hisce Sanctis affinitatem invenias, et *Basinum* v. g. codici Lucensi assutum, pro *Sabino* nostro accipiendum existimes. An hic Sabinus, Brixia accersendus sit, docebit Castellani notula ad hunc diem ; ubi aliam adjicit de *Sabino* et Cypriano, in Romano moderno signatis. Utrumque in Actis nostris examinabimus. Ex hactenus dictis, patet germana et pura Usuardi lectio : quem mirum est *Pium Papam* præteriisse, ab Adone hac die tam distincte propositum, a Notkero in sequentem dilatum.

De Martiana codicis Pratensis.

Sequitur in Pratensi et in ei consimilibus, Antverp-Maj. Rosweyd. et Aquicinctino : *In Mauritania Cæsariensi, sanctæ Marcianæ et virginis et martyris*, super erasis aliquot verbis, citato Pratensi codici intrusa, ut me monuit oculatissimus testis Clar. Castellanus, quod superius IX Januarii iterum indicavimus. De vero passionis die non disputo, nam et hac die in Hieronymianis *Martianus* aliquis in Mauritania, forte pro *Martiana*, recolitur. Unicus est disquisitionis nostræ scopus, utrum ex tam unanimi Codicum aliorum consensu, vera Usuardi sententia non apertissime liqueat? Et ita quidem nobis videtur, urgentioribus argumentis libenter et ultro cessuri.

AUCTARIA.

De Praten. et cum eo cohærentibus, uti et de Herinien et Tornacen, jam satis in Observatione diximus.

Stephani et Leontii.

Antverp. Max-Lubec. et Ughellian. Omittunt in principio Translationem sancti Benedicti. Desunt etiam Sidronius et Sabinus, quorum loco habetur : *Romæ, passio sanctorum Stephani et Leontii.*

De Scholastica. Pii PP. Stephani, etc.

Antverp-Max. Ultraject. et Leyden. *Translatio beati Benedicti abbatis, et sanctæ Scolasticæ sororis ejus. Romæ in Vaticano, natale sancti Pii Papæ et martyris. Huic ab angelo nunciatum est, Pascha die Dominico celebrandum.* In Armenis satis puri sunt. Tum : *Item Romæ, sanctorum Stephani et Leontii.* Demum : *In pago Pictavensi, sancti Sabini confessoris.* Deest Sidronii.

Ketelli.

In Lovanien. Deest *Sidronii* et *Sabini*; cetera ut priores. In Albergen. omissa translatio Benedicti. Item in Danico, qui proprium popularem sanctum in fine adjungit his verbis : *In Dacia civitate Wiburgensi, natalis sancti Ketelli confessoris.* Videtur Martyr fuisse.

D. Benedicti, etc. De Sabino.

Centulen. *In Galliis cœnobio Floriaco, adventus et translatio corporis sanctissimi patris Benedicti abbatis, simulque beatæ Scolasticæ virginis, sororis ejus. In Armenia, civitate Nichopoli, sanctorum martyrum Januarii et Pelagiæ. In territorio Pictavensi, sancti Sabini confessoris. Hic fuit ex discipulis magni patris sancti Germani.*

De Pio PP. Stephani et Leontii. Martianæ. etc.

Bruxellen. *Floriaco, adventus seu translatio sancti Benedicti abbatis. Cujus corpus ex Italia de monte Cassino in Gallias ad monasterium Floriacense translatum est.* In Armenis satis purus, pergit : *Romæ in Vaticano, natale sancti Pii Papæ et martyris. Qui ex annuntiatione angelica, Pascha Domini semper in Dominica celebrandum constituit. Item Romæ, passio sanctorum Stephani et Leontii. In Mauritania Cæsariensi, sanctæ Marcianæ virginis et martyris.* Oblitus est, se eamdem signasse IX Januarii. In Sidronio, purus est. Tum : *In pago Pictavensi, sancti Albini confessoris.* Voluit dicere *Sabini*, nisi agat de *Albino* vel *Albano* socio *Lisiani*, ut infra.

De Pio PP.

Hagenoyen. *Romæ in Vaticano ad S. Petrum, depositio sancti Pii Papæ et martyris. Hic nonus post beatum Petrum, undecim annis et mensibus quatuor et diebus viginti unum, rexit Ecclesiam. Hic passus Antonio* (Antonino) *imperatore. Iste constituit Pasca die Dominico celebrari, ne cum Judæis videamur judaizare. Hic constituit, hæreticum venientem de hæresi Judæorum, debere recipi et baptizari. Item constituit sententiam excommunicationis ferri in violatores et vastatores ecclesiasticarum rerum et ecclesiarum. Item quod clericus, qui paravit suo episcopo insidias, quod deponatur et curiæ seculari tradatur.* In Armenis purus est. Dein : *Romæ, passio sanctorum martyrum Stephani et Leontii.* De Sidronio recte. Tum : *Eodem die, translatio sancti Benedicti abbatis et Scolasticæ sororis ejus. Qui post devastationem monasterii sui factam a paganis, corpus ejus* (non est syntaxis) *in Gallias deportatum est, cum corpore sanctæ Scolasticæ.* In Sabino purus est.

Stephani et Leontii. Translationis Benedicti

Albani et Lisiani Savini, etc. De Pio PP.

Aquicinct. De Martiana, dictum est. Post Sabini, adjungit : *Et sancti Albani confessoris et Lisiani. Item, sanctorum Savini et Cypriani. Romæ, sancti Pii Papæ. Hujus tempore Hermes librum scripsit qui appellatur Pastor, quia in habitu pastoris ei angelus apparuit.* Hæc postrema de Pastore, ex Adone accepta sunt.

Speciosæ

Reg. Suec. qui fuit Ursini a Rosemberg. *In civitate Mantuæ, sanctæ Speciosæ virginis. Dupl.* II. *cl.*

Albini, etc.

Daveronen. *In territorio Senonico, beati Sedronii martyris. Item in territorio Pictavensi, sancti Albini confessoris et Lisiani.*

Joel et Esdræ

Matric-Cartus-Ultraject. *Translatio sancti Benedicti abbatis. Sidronii martyris in Senonico. Sabini confessoris. Januarii et Pelagiæ martyrum. Joel et Esdræ prophetarum.* De quibus XIII hujus in textu Usuardino agitur.

Stephani, etc.

Bigotian. sign. P. 5. *Romæ, passio sanctorum Stephani et Leuticii.* Supra *Leontii.*

Albini.

Reg. Suec. sub nota num. 428. *Parisius, Albini confessoris.*

Albini, etc. Savini, etc.

Codex D. Du Cheval. signatus C. *In territorio Pictavensi, sancti Albini confessoris et Lisiani. Et sancti Savini et Cypriani martyrum.*

Pii Papæ Leontii, etc.

In Vatican, Deest Translatio Benedicti. De Sidronio et Sabino nihil. Adjicitur : *Romæ, sancti Pii Papæ, qui sedit in episcopatu annis* XI. *Item Romæ, sanctorum Leontii, Stephani, Mauricii.*

Marcianæ Lisani, etc.

Altemps. *In Mauritania Cæsariensi, sanctæ Marcianæ virginis et martyris. Item Lisani, Savini et Cyprini martyrum.*

Florentin. *Romæ, passio sanctorum martyrum*

magora, nonnihil interpolata est. De ultimo, notanter addit: *Requiescit Osnaburgi.* Dein: *Lugduni, sancti Juventioli episcopi et confessoris. In Cæsarea, sancti Disi confessoris.* Ubi hunc titulum *confessoris* repererit, equidem nescio.

BELIN. Scribit *Hermacoræ* et *Hermagorii.* Deest *Dii.* In fine additur: *Mediolani, sanctorum martyrum Naboris et Felicis. In Tuscia, civitate Lucana, beati Paulini, ejusdem civitatis primi episcopi, qui sub Nerone in radice montis Pisani, post multos agones, martyrium suum consummavit. Item, sancti Joannis Gualberti.*

GREVEN. *Eodem die, apud Mediolanum, natale (vel ut Adoni placet, translatio) Felicis et Naboris martyrum. Qui cum essent cives Mediolanenses, accusati quod Christum colerent, in carcerem, negato cibo, missi sunt. Deinde fustibus cæsi, ignem superantes, decollatione martyrium consummaverunt sub Maximiano. Horum corpora cum sanctis Magis Coloniam translata, ibidem requiescunt. Anacleti Papæ hic passio, die vero sequenti, sepultura. Vincentii martyris. In Tuscia, civitate Luca, beati Pauli, primi ejusdem urbis episcopi. Qui sub Nerone, in radice montis Pisani post,* etc., ut BELIN. *Apud Mediolanum, sancti Magduni, discipuli Christi. Lugduni, Juventioli episcopi et confessoris. In territorio Bituricensi, sancti Menulphi episcopi et confessoris. Item sancti Cleti Papæ, qui, ut dicit Ado, Romæ sedit annis* XII. *Hic ex præcepto sancti Petri, viginti quinque,* etc., ut AQUICINCT. ex Adone. *Nota quod Ado hic habet Cletum, sexto vero Kal. Maii Anacletum,* (hoc vere dicit GREVENUS ;) *Usuardus vero contra hic Anacletum die sequenti,* (hoc falso). *Apud Cæsaream, beati Dii confessoris. Theodoræ religiosæ feminæ, quæ tempore Zenonis imperatoris per maleficium decepta, cum adulterium commisisset, mox compuncta, monasterium virorum ingressa, de crimine falso accusata, patientissime tulit, ac miraculis coruscans, tandem quievit in pace. Item sanctæ memoriæ Johannis Gerson, Doctoris christianissimi, qui vita et eruditione eximius, quievit anno Domini* MCCCCXXIX. Hic sanctitas, cultus, etc., desiderantur.

MOLAN. *In territorio Bituricensi, beati Meinulphi præsulis. Mediolani, sanctorum martyrum Naboris et Felicis. In Thuscia civitate Luca, beati Paulini, ejusdem civitatis,* etc., ut BELIN. *In Pompeia, passio sancti Vincentii martyris, cujus passio habetur. Lugduno Galliæ, depositio sancti Juvencioli episcopi. Item, sancti Johannis Gualberti.* Et minoribus typis: *Cujus vitam edidit Blasius Milanesius, Generalis Ordinis Vallis-umbrosæ.* In editionibus aliis, de Nabore et Felice, de Paulino Lucensi, de Gualberto, de Juventiolo, Vincentio et Meinulpho, ut in priori. Noto has editiones legere *Vivencioli*; rectius posuissent *Viventioli.* Additur hic in fine : *Die duodecima, sanctorum martyrum, Procli et Hilarii, et sancti patris Michaelis Malæni.*

III *Idus.* *Die* 13.

Joel et Esdræ prophetarum. Apud Macedoniam, natalis beati Sileæ Apostoli; qui cum esset unus de primis fratribus, et ab Apostolis ad ecclesias gentium destinatus, prædicationis officium, gratia Domini plenus, instanter consummavit, atque in passionibus suis Christum clarificans, postmodum requievit. In Africa, sanctorum confessorum Eugenii Cartaginensis episcopi, fide ac virtutibus gloriosi, et universi cleri ecclesiæ ejusdem, qui cæde inediaque macerati, fere quingenti vel eo amplius, inter quos quamplurimi erant lectores infantuli, gaudentes in Domino, procul exilio crudeli extrusi sunt. Erant autem in eis nobilissimi, archidiaconus nomine Salutaris, et Muritta secundus in officio ministrorum, qui tertio confessores effecti, gloriosæ in Christo perseverantiæ titulo illustrati sunt. In Britannia minori, sancti Turiani episcopi et confessoris, miræ simplicitatis et innocentiæ viri.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj.* et *Munerat.*, ut die præcedenti.

VARIA LECTIO. Praten. legit. *Joel et Esræ*; Herinien. *Johel et Ezræ*; Antverp-Maj. *Johel* et *Hesdræ*; Munerat. *Joelis* et *Ozeæ*. Liceat mihil ex aliis cum Adone scribere *Esdræ*. Posui consequenter ex eodem, cum Pratensi et Herinien. *Sileæ*, tametsi in aliis melius habeatur *Silæ*. Errat Antverp-Maj. scribens *et Apostolis*, expuncta particula *ab*. Solus Praten. habet *Carthaginensis*, satis recte, sed secutus sum reliquorum torrentem. Pro *universi cleri*, pessime legit Antverp-Maj. *universalis*. Sic in Pratensi et Munerato *nobilissimus*, pro *nobilissimi*. Item in Antverp-Majore, *exilio trusi*. Sphalmata alia sunt in Munerato *Murita*, *glorioso* et *miræ sunt simplicitatis*. In Antverp-Majore bene legitur *Tauriavi*, in aliis omnibus *Turiani*, etiam in apographo nostro Pratensi et jam passim ex vita apud Surium ex Barrali edita, quidquid scribat Castellanus, se in Pratensi legisse *Turiavi*. Ita etiam legendum monet ad marginem Martyrologii sui universalis Gallice *Turiaf*, *cujus corpus*, inquit, *Parisiis quiescit*.

OBSERVATIO. Superius ad VI Julii monuimus, prætermissum a Nostro *prophetam Joelem*, quem in Romano parvo et Adone *Isaiæ* conjunctum invenerat. Recte id ab eo factum, satis modo patet, cum hic idem propheta denuo recurrat alteri copulatus, studio an errore, non examino. Sumpta est tota nostra annuntiatio ex jam citatis Martyrologis, qui utrobique nomen idem repetunt, Notkero *Joelem* omittente, quem supra nominaverat. — *Sileam*, seu melius *Silam*, aut si vis *Silvanum*,

primus

primus inter antiquos, quod sciam, refert Ado, hic breviter, ast inter Festivitates Apostolorum cum eo elogio, quod ferme totum a Nostro in laterculum suum translatum exhibuimus. Cetera ejus gesta ex Actibus Apostolorum atque epistolis Petri et Pauli, historice in Actis deduci poterunt, cui rei viam stravisse videtur Tillemontius tomo I variis locis, ibi accuratius expendendis. Notkerus, quod mirum est, nec verbo de eo meminit, ejus loco substituens *Margaretam Antiochenam* cum vitæ compendio ex verbis Rabani ferme contexto. — Romanum parvum de Carthaginensibus sic loquitur: *Et sanctorum confessorum Eugenii episcopi et universi cleri ecclesiæ.* His accedit brevis Adonis panegyris, fere ad verbum a Nostro transumpta; liberalius a Notkero, in quo advertas, non inepte haberi, *lectores infantulique*, contra quam Ado et Usuardus, obscurius, ni fallor, expresserint. Non defuit celeberrimorum confessorum elogiis materia, ex Victore Vitensi, barbaram illam Hunerici persecutionem fuse prosequente, a principio libri 2, ut vide in editionibus Chiffletii et Ruinartii, vel in ipso Surio. In quibus autem a Victore differat Gregorius Turonensis sub initium lib. 2 historiæ Francorum, in Actis discutietur. Videri interim potest Tillemontius tomo 16, persecutionem Wandalicam Gallice describens a pag. 492; ubi de Eugenio et aliis ab articulo 21 pag. 541, de facta autem difficultate agit pag. 800. Interim manifestissimum est, totum hactenus textum ex præfato Adone plane mutuatum, Hieronymianis, Beda et Floro tacentibus. — *Turianus* a solo Usuardo consignatus est, qui forte sacrorum pignorum, de quibus in vita S. Leufredi, XXI Junii, pag. 112 agitur, translationi interfuit: ut proinde dubitari minime possit, quin genuinum et simplicem textum dederimus, excluso *Anacleto*, quem nescio unde Greven. et Molan. hac die secundo loco intruserint, codicibus aliis purioribus plane ignotum.

Eugenii et soc.

Turiavi.

A textu Usuardino longissime recedit Wandelbertus, cujus hi sunt versiculi:

Tertius Ægyptum præsentat Serapioni,
Attalus et martyr cœlesti flore nitescit.

AUCTARIA.

TORNACEN. De Sila habet usque ad *consummavit*, de Africanis usque ad *extrusi sunt*; desunt elogiorum reliqua.

PULSANEN. In prima et secunda satis purus, omittit reliqua, quibus substituit: *Ipso die, sanctæ Margaritæ virginis et martyris.*

Margaritæ.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Puri usque ad *exilio crudeli trusi sunt*; reliqua omnia, quæ in textu sequuntur, prætermittunt.

ROSWEYD. Nihil habet de Turiavo; sed in fine addit sequentia: *Item Margaritæ. Et Mildradæ virginis, sororis sancti Lebuini, Deo dilectæ et in Cantia depositæ. Attali martyris. In Ægypto, Serapionis monachi.*

Margaritæ. Mildradæ. Attali Serapionis.

GREVEN et MOLAN. Secundo loco interserunt: *Romæ, depositio Anacleti Papæ.* Vide reliqua in aliis codicibus inferius.

Anacleti PP.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. In prima puri, subdunt: *Apud Antiochiam, natale sanctæ Margaretæ virginis, quæ cum esset annorum* XV, *sub præfecto regionis Olibrio, post diversa pœnarum genera et stupenda miracula, demum agonem martyrii abscisione capitis consummavit. Romæ, natale sancti Anacleti Papæ et martyris, qui tertius post beatum Petrum, cum rexisset Ecclesiam annis* IX, *persecutione Domitiani martyrio coronatus est.* In Sila, puri sunt. In Africanis desunt ea quæ sequuntur post *crudeli exilio trusi sunt.* De Turiavo, nihil habent.

De Margareta.

Anacleti.

ALBERG. et DANIC. Cum tribus citatis conveniunt, sed *Joelis* et *Esdræ* habent tertio loco, post Anacleti. Conformior est LOVANIEN. in annuntiationum ordine, sed totum Africanorum elogium rescindit.

CENTULEN. *Natale sancti Sileæ Apostoli, qui apud Machedoniam Christum in passionibus suis glorificans, postmodum requievit. Alexandriæ, sancti Joannis Patriarchæ, qui Ele....* (Eleemosynarius) *nuncupatur. In Africa, sanctorum confessorum Eugenii Carthaginensis episcopi, Salutaris archidiaconi et Murittæ, secundi in officio ministrorum et universi cleri ecclesiæ ejusdem. In Britannia minori, sancti Ceriani episcopi et confessoris.* Haud dubie *Turiavi*, vel ut in textu, *Turiani.*

Joannis Eleemosynarii.

BRUXELLEN. Primo loco, de Margareta, ferme ut supra. In Prophetis et Sila, satis purus, de Africanis, sistit in *pulsi sunt exilio.* Sequitur: *Apud Alexandriam, beati Johannis Patriarchæ, viri Dei, et in compassione et eleemosynarum largitate piissimi. Item in Alexandria, sanctorum Mennæ, Serapionis, Zenonis et Nasei presbyterorum.* Denique in Turiavo purissimus est; scribit tamen etiam cum aliis *Turiani.*

De Joanne Eleemosynario.

Mennæ et soc.

HAGENOYEN. Esdram omittit et Joeli elogium aptat, quale de Osea dedimus v hujus. In Sila satis purus est. Sequitur longior historia de sancta Margareta, in qua nec draco rufus desideratur, etc. Desunt Africani et Turiavus, quorum loco substituitur: *In Bavaria, translatio sancti Castuli martyris. In Babenberg, sancti Henrici imperatoris, confessoris.*

Margaretæ

Translationis Castuli Henrici

AQUICINCT. Post textum subnectit: *Alexandriæ, beati Joannis episcopi, Eleemosynarii.*

Joannis Eleemosynarii

VICTORIN. et REG. SUEC. sign. num. 130. In fine sic habent: *Eodem die, sancti Minulfi confessoris. Eodem die, sancti Cleti Papæ. Hic ex præcepto beati Petri, viginti quinque presbyteros in urbe Roma ordinavit: qui sepultus est juxta corpus beati Petri.*

Minulfi.

De Cleto PP.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Henrici imperatoris. Cleti Papæ et martyris. Marcellini Papæ et martyris.* Vide XXVI Aprilis. *Eugenii episcopi Carthaginensis, cum toto Clero exilio relegati.*

Henrici Cleti Marcellini PP.

In VATICAN. Deest Joelis et Esdræ.

FLORENTIN. *Item, sancti Artisii, de antiquis Christi discipulis.* Dein STROZZ. solus: *Lugduni, depositio sancti Bonaventuræ, Cardinalis episcopi Albanensis, Ordinis Minorum.*

Artisii

Bonaventuræ.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Margareta, ut supra. In Prophetis recte. Tum: *Civitate Babenbergensi, depositio sancti Henrici imperatoris Christianissimi. Qui regnavit* XXII *annis sub anno Domini millesimo. Cui desponsata fuit sancta Cunegundis, filia Palatini comitis Rheni, virgo devotissima. Qui pariter virginitates suas Deo voventes, occulte virgines usque ad finem vitæ permanserunt.* De Anacleto addit, quod *sepultus sit juxta corpus beati Petri in Vaticano*, et quod *constituerit, ut*

De Henrico

De Anacleto

Clerus

Cypriani. Mildridæ. Anacleti. Cipriani. Joannis Eleemosynarii. Bonaventuræ. Henrici. Serapionis. Petri de Lutzenburgo. Margaretæ.

Clerus nec barbam nec comam nutriat. De Joanne Eleemosynario, ut Bruxellen. supra. In Sila satis pura est. In Africanis circa finem turbatur. Tum : *Pictavis, sancti Cypriani martyris.* In Turiavo, pura. Dein : *Carthagine, in Africa, beatorum Salutaris*, etc., supplet quod supra defuit. *Eodem die, sanctæ Milaridæ virginis. Mildridam*, vel *Mildritham* indicat.

Belin. Ante Turiavi, inserit : *Romæ, sancti Anacleti Papæ et martyris.* Et de Bonaventura, ut codices Florentin. supra.

Greven. *Pictavis, sancti Cipriani martyris. Item, depositio sancti Johannis patriarchæ Alexandrini cognomento Eleemosynarii, secundum alios* x *Kal. Februarii. Lugduni Galliæ, depositio sancti Bonaventuræ episcopi Albanensis, S. R. E. presbyteri Cardinalis, Ordinis Minorum. Qui vita, ingenio et scriptis (dum in his ita studet illuminationi intellectus, ut totum referat ad religiositatem et pietatem affectus) plurimum Christianam religionem illustravit,* Seraphicique *non immerito sortitus est nomen. Hujus festum servatur Dominica secunda mensis Julii. Civitate Babenbergensi, depositio sancti Henrici imperatoris Christianissimi, hujus nominis primi, quoad imperatores, benedictionem imperialem seu coronam assecutos. Cujus uxor Cunegundis virgo sanctissima, juvenculaque pulcherrima, ad hoc virum suum induxit ut communi voto inter se perpetuam virginitatem servarent. In quo statu S. Henricus Christo serviens, anno Domini* mxxi *beato fine quievit miraculis clarens.* Pertinet ad diem sequentem ; in Romano differtur ad xv. *Serapionis confessoris. Item sanctæ memoriæ Petri de Lutzenburgo Cardinalis, Avinione quiescentis. Apud Antiochiam, sanctæ Margaretæ virginis et martyris. Quæ cum esset annorum* xv, *post squalorem carceris, flagra, ungularum lacerationem, lampadarum adustionem, capitis obtruncatione martyrium complevit. Secundum alios passa est* xiii *Kal. Augusti Mildridæ virginis. Neemiæ, Zorobabel filii Salathiel, et Jesu filii Josedech, qui Ecclesiastici* 49, *sanctis Patribus veteris Testamenti connumerantur.*

Mildridæ. Nehemiæ et aliorum. De Muritta Africano. Bonaventuræ. De Margareta. Henrici. Mildradæ. De festo Corporis Christi, Bruxellis. Joseph.

Molan. Post *illustrati sunt*, minutis typis interserit : *sub Elpidoforo, quem venerabilis Muritta diaconus de alveo fontis susceperat generatum. Hic, sedente ac fremente Elpidoforo, priusquam exueretur, suscipiens illa, quibus eum de fonte dudum texerat, sabana, in his verbis totam ad fletum et lacrymas commovisse dicitur civitatem : Hæc sunt linteamina Elpidofore, minister erroris, quæ te accusabunt, dum majestas venerit judicantis, custodiente diligentia mea, ad testimonium tuæ perditionis, ad demergendum te in abysso putei sulphurantis. Hæc te immaculatum cinxerant de fonte surgentem. Hæc te acrius persequentur, flammam gehennæ cum cœperis possidere.* In fine : De Bonaventura, ut Florentin. *In Antiochia, sanctæ Margaretæ virginis, quæ per multa genera tormentorum, cœlestis patriæ triumphum a Domino percipere meruit. Apud Bamberge, sancti Henrici imperatoris et confessoris. Item, sanctæ Mildradæ, virginis in Cantia, jam in Daventriam translatæ.* Rursus minoribus typis : *Dominica die post hoc festum beatæ Margaretæ, Bruxellæ, festivitas* Corporis Christi *miraculis clarissimi, quod anno* mccclxix *Judæi transfoderunt, prout adhuc hodie cernere licet.* Aliæ editiones in primo augmento paulo breviores sunt. In fine de Mildrada (quam alii sæpe *Mildridam ;* Castellanus *Mildritham* appellandam censet,) ut supra. *Die decima tertia, memoria sancti patris Joseph confessoris, Thessalonicæ.* Minoribus typis : *Eodem die apud multos, festum beatæ Margaritæ. Dominica die proxime sequenti, Bruxellæ, festivitas* Corporis Christi, *miraculis clarissimi.* Vide in prima.

Pridie Idus. *Die 14.*

Phocæ. Heraclæ.

Apud Pontum, natalis beati Focæ episcopi civitatis Sinopis, qui sub Trajano imperatore, carcerem, vincula, ferrum, ignem etiam pro Christo superavit. Alexandriæ, sancti Heracleæ antistitis, ob cujus opinionem celeberrimam memorat se Africanus Historiographus, ad eum properasse.

Ita *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Pulsanen. Munerat. Belini 1 editio, Greven.* et *Molan.* Et quod rarissimum est, etiam *Centulensis*

Varia lectio. *Phocæ* habent et recte Praten. et Molan. sed ex reliquorum omnium unanimi consensu scribendum fuit in textu. *Focæ*, ut supra etiam fecimus v Martii, ubi Molanus æque ac Pratensis cum reliquis concordabant. Solus Centulen. posuit *Fœcæ*. Hic cum Greven. et Molan. legit *Synopis*, at reliqui omnes, ut in textu. Nescio quid velit Pulsanen. per *civitatis ipsius*. In Munerat., ante *ferrum*, redundat *et* ; in Belino autem post *ignem*, deest *etiam*. Molanus et Centulensis legunt, uti oportet, *Heraclæ*, sed rursus codices reliqui cogunt scribere ut est in textu ; vel pejus, *Eracleæ*, vel pessime cum solo Belino, *Eradii*. Antverp-Maj. pro *properasse*, posuit *properavisse*, quod idem valet ; pejus Belinus *properasse historiam*. Centulen. si non pure, saltem nitide phrasim reddidit, hoc modo : *Ob cujus opinionem celeberrimam, Africanus nobilis Historiographus se commemorat ad eum properasse*. Sphalmata scriptoria colligo, ut sunt : *Apud, Ponthum, civitate Sinapis, ignes, Ystoriographus, Aphricanus, Affricanus*, etc.

Phocæ

Observatio. *Phocam Antiochenum* memoravimus ad diem v Martii, ex Usuardo nostro et aliis antiquioribus. Hic alter recurrit et ipse apud Martyrologos notissimus. Hieronymiana imprimis de eo hac die meminere, sub nomine *Foci* vel *Focæ*, uti nos in textu scripsimus, cum titulo *episcopi*. Notat Florentinius traduci a Combefisio Baronium, quasi non satis recte Phocas distinxerit ; quod certe nec ipsi Combefisio facere plane integrum fuit. Interim Romanum parvum sic *episcopum* et *martyrem* nostrum annuntiat : *Apud Pontum, Phocæ episcopi civitatis Synopis.* Quo modo

etiam

etiam ex ipso loquitur Ado, imperatorem, præfectum, genera tormentorum et reliquiarum translationem seu depositionem *Viennæ in Gallia* prosecutus, iisdem prope verbis, quibus utitur Beda et post hunc Rabanus. Cum autem Notkerus Rabanum vel Adonem describat, patet horum quatuor elogia plane esse consimilia. Noster nihil de præfecto aut reliquiis, quæ in Auctariis supplebuntur; at cetera omnia verbatim ex Viennensi accepit. Hactenus Martyrologorum prope omnium constans sententia, quorum auctoritate, ut v Martii cum Henschenio et Florentinio insinuavimus duo saltem *Phocæ* martyres, iique ut minimum conditione diversi, adstruendi sunt, quidquid fortasse origine populares dici possint. An Asterii Amaseæ episcopi de *Phoca* encomium, utrumque confuderit, ut Baronio visum est, non omnino liquet. Conjecturas suas, cum Asterii oratione, prius a Surio xxii Septembris edita, vulgavit citatus Combefisius ; suas in admonitione prævia proposuit Ruinartius inter selecta pag. 627. Pleraque eruditissimorum virorum istorum argumenta rursus expendit Tillemontius tomo 5 a pag. 581. Silvam video spinosam et implexam, cui expurgandæ, an exscindendæ, cum Baronio, Florentinio, aliisque, proprius in Actis nostris locus erit. Subscribit Martyrologis aliis Wandelbertus, Phocam etiam alterum, nempe *episcopum*, hic ita exornans :

Antistes pridie et martyr petit æthera Phocas.

De *Heracla* Alexandrino patriarcha, tacent Martyrologi omnes, Usuardo aut antiquiores aut æquales, fitque adeo evidens, primum ab eo locum inter Sanctos *Heraclam* obtinuisse ; quod profecto mirandum in eo, qui rarissime Sanctos extraneos, præsertim tam procul accersitos, ductoribus suis superinducit. Nec satis video cur hoc præ ceteris die Heraclam collocaverit, quem nos in serie chronologica probabilius iv Decembris vita functum, in Tractatu nostro ostendimus pag. 24. Sed hæc loco suo examinanda reservantur. Sufficiat verum hic Usuardi textum retulisse, in quo quæ in illius Patriarchæ laudem adducuntur, apud Rufini Eusebium invenies lib. 6 cap. 23. *Heraclæ.*

AUCTARIA.

Focati

TORNACEN. Textum incipit : *Focati episcopi et martyris.* Post quæ sequitur textus purus et integer, ubi *Focatus* ille diversus a *Foca* censetur, quod in codicibus pluribus factum mox videbis. In margine, simili sed recentiori manu adscribitur : *Vincentii confessoris, Haoniæ.*

Vincentii.

ROSWEYD. Textui puro subjungit : *Item Marchelini confessoris, socii sancti Lebuini. Item Focati episcopi.* Vide codicem LUXOVIENSEM.

Marchelini.
Focati.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In prima interjiciunt, *et præfecto Africano*, ex Adone. Heraclas plane omissus est. Sequitur autem : *Lugduno Galliæ, depositio sanctorum Justi et Amici episcoporum. Item Focati episcopi.*

Justi et Amici.
Focati

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. In prima etiam habent, *et præfecto Africano.* Sequitur : *Lugduno Galliæ, depositio sanctorum Justi et Amici.* In Heracla puri. Denique : *Eodem die, Focati episcopi.*

Justi et Amici
Focati.

In ALBERGEN. Deest Heraclas, cetera aliis similis est. DANICUS omnino convenit, sed in margine habet de Bonaventura, manu multo recentiori : *Lugduno Galliæ, depositio Seraphici Doctoris sancti Bonaventuræ, episcopi Cardinalis et confessoris, Ordinis Fratrum Minorum.*

Bonaventuræ

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Senogias* (potius *Sonegias) sancti Vincentii confessoris et conjugis beatæ Waldetrudis Castrilocensis, neptis beatæ Gudilæ. Qui sanctorum Autberti et Gisleni abbatis exhortatione, factus ex comite monachus, Christo in omnibus suis actibus servire studebat.* De Phoca habet, ut ANTVERP-MAX. intermiscendo, *et præfecto Africano* ; quibus in fine etiam ex Adone adjicit : *Cujus reliquiæ Viennæ in basilica Apostolorum hebentur.* In Heracla purus est, nisi quod scribat *Eraclei.* In fine : *Et in Lugduno Galliæ, depositio sanctorum Justi et Amancii episcoporum. Eodem die, sancti Focati episcopi. Item Germani episcopi.* In margine autem, manu valde recenti, adscriptum est : *sancti Henrici, Romani imperatoris et confessoris.*

Vincentii.
De Phoca.
Justi et Amancii
Focati
Germani.
Henrici.

HAGENOYEN. In Phoca convenit cum ANTVERP-MAX. etc. Tum : *In Africa, sanctorum martyrum Eugenii episcopi, fide et virtutibus gloriosi et universi Cleri,* etc. Item : *In Britannia minori sancti Turyani,* etc., quæ ex hesterno textu huc translata sunt. *Alexandriæ, sancti Heraclitæ,* etc., pro *Heraclæ.*

Eugenii et soc.

DAVERONIEN. *Pictaviæ, sancti Cypriani martyris.* Vide codices alios die præcedenti. *Cypriani.*

AMBIANIEN. *Eodem die, dedicatio oratorii beati Pauli Apostoli. In ista ecclesia hac die veneratur principalis sanctæ Dei genitricis Mariæ et sancti Firmini senioris nostri commemoratio, pro bello, in hujus civitatis suburbio nobiliter peracto, anno ab incarnatione Domini* DCCCCLVII. *Dedicationis Oratorii S. Pauli.*

BIGOTIANUS codex signatus P. 5. *Lugduno Galliæ, depositio sanctorum Justi et Amici episcoporum. Et alibi, sancti Focati episcopi.* *Justi et Amici Focati.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus B. *Eodem die, sancti Phocati episcopi.* Et in alio codice ejusdem signato C : *In Africa, Donati.* *Phocati. Donati.*

FLORENTIN. *Lugduni Galliæ, depositio sanctorum martyrum Justi, Amati et Focati.* Sed qui *Focatus* hic toties repetitus, cum Lugdunensibus connectatur, non intelligo. Vide codices sequentes. *Justi, etc.*

LUXOVIEN. *Apud Pontum, sancti Phocæ... Cujus reliquiæ in basilica Apostolorum ad Galliam civitatem Viennam habentur.* Adoniana sunt.

SALINEN. *Lugduno Galliæ, depositio sanctorum Justi et Amati episcoporum.* *Justi et Amati.*

EDITIO LUBECO-COL. *In Dacia, translatio duorum capitum sanctarum virginum, de societate undecim milium. Apud Pontum, natale sancti Focæ,* etc., cum additamentis ex Adone, ut supra. *Ipso die, sancti Constantini magni imperatoris, qui Romæ ædificavit ecclesiam Lateranensem in honore sancti Iohannis Baptistæ. In quo loco meruit per beatum Silvestrum Papam a lepra mundari. Hic Ecclesiam sanctam maximis muneribus dotavit, atque Clerum honoravit. Lugduno Galliæ, depositio sanctorum Iusti et Amici episcoporum et sanctorum. Ipso die, Focati episcopi et confessoris. In Britannia minori, beati Turrini episcopi et confessoris.* Haud dubie pro *Turiavi. Alexandriæ, sancti Eraclii antistitis et confessoris, ob cujus,* etc. *In Daventria, natale beati Marcellini confessoris, discipuli sancti Lebuini presbyteri. In Africa, sanctorum*

Translationis capitum 2 Ursulanarum
Constantini
Justi et Amici
Focati
Turrini.
Marcellini

Petri

Petri et Donati. In territorio Clivensi civitate Reesa, depositio sancti Dentlini pueri. Item feria tertia proxima post festum sanctæ Margaritæ virginis, est commemoratio sanctæ Brigidæ virginis.

Belini editio altera in fine adjungit : *In Africa, sancti Donati. Eodem die, sancti Vedasti confessoris et episcopi Atrebatensis.* Forte agit de relatione corporis, de qua die sequenti in Auctariis fit commemoratio.

Greven. *In Africa, sanctorum Petri et Donati. Lubberti abbatis et martyris. Lugduni, sanctorum Justi et Amici episcoporum et confessorum. Focati episcopi et confessoris. In Daventria, Marcellini presbyteri et confessoris, socii sancti Lebuini, discipuli autem sancti Willebrordi episcopi. Ipso die secundum quosdam, Constantini magni imperatoris; sed verius secundum alios* XI *Kal. Junii. Vincentii comitis Hanoniæ et confessoris. In territorio Clevensi civitate Reesa, sancti Dentlini pueri septem annorum et confessoris. Focæ virginis. In Dacia translatio duorum capitum sanctarum Virginum,* etc., ut supra in editione Lubeco-Col.

Molan. Etiam textui, sed aliis litteris inserit : *Cujus reliquiæ in basilica Apostolorum, in Vienna civitate Galliæ habentur.* In fine : *Eodem die, inventio sancti Liberti martyris, vita et meritis gloriosi. Quem inclytus martyr beatissimus Rumoldus triduo extinctum submergio, divina suscitavit virtute, fideque imbuit et doctrina. Illo autem tempore quo Nortmanni, Dani et Huni Brabantiam et adjacentes provincias igne vastabant et gladio, ante sancti Trudonis aram, vitam glorioso consummavit martyrio. Apud Sonegias, depositio beati Vincentii confessoris Christi et abbatis, qui struxit Altum montem. In Aicuria, sanctæ Ragenuflæ virginis. Eodem die, sancti Henrici secundi, Romanorum imperatoris et confessoris; qui obiit anno Domini* MXXI. *Passio sancti Basini regis et martyris.* Dein aliis typis : *Qui quiescit in Truncinio monasterio, extra Gandavum. In Daventria, sancti Marcellini,* etc., ut Greven. *In territorio Clivensi, civitate Reesa, sancti Dentlini pueri septem annorum et confessoris; non tamen canonizati.* Editiones aliæ cursivis incipiunt : *Lugduni, depositio sancti Bonaventuræ, Cardinalis et episcopi Albanensis, Ordinis Minorum.* In textu, idem quod supra. In fine : *Apud Babenberge, sancti Henrici secundi, Romanorum imperatoris et confessoris; qui obiit anno Domini* MXXIV. *Apud Sonegias, depositio beati Vincentii confessoris Christi. Qui in monasterio, quod Altus mons dicitur, tonso capite vixit plurimis annis sub sancta regula, servata charitate, separatus a sancta Waldetrude conjuge sua. In Hasbania eodem die, inventio sancti Liberti,* etc., ut supra. *Daventriæ, sancti Marcellini presbyteri et confessoris, discipuli sancti Vuillibrordi episcopi. Qui partes Transiselanas, locum Oudenzeel, Trentam ac Tuentam, Covordiam ac Daventriam rexit, et Dei providentia totum ferme populum Christo prædicando est lucratus. Truncinio monasterio, passio sancti Basini regis et martyris. In Aicuria, sanctæ Ragenuflæ virginis. Apud Treverim, sancti Justi confessoris.*

Idibus. *Die 15.*

Nisibi, natalis sancti Jacobi episcopi, magnæ virtutis viri. Hic unus fuit e numero Confessorum sub persecutione Maximini, et eorum, qui in Nicena Synodo perversitatem Arrii, omousii oppositione damnarunt. Romæ in portu, natalis sanctorum Eutropii, Zozimæ et Bonosæ sororum. Apud Cartaginem sanctorum martyrum Catulini diaconi, Januarii, Florentii, Juliæ et Justæ, qui sunt positi in basilica Fausti. Alexandriæ, sanctorum Philippi, Zenonis, Narsei et decem infantum.

Ita *Praten. Herinien. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Nisibi* simpliciter habent codices omnes, tum puri tum alii, exceptis Antverp. et Max-Lubec. in quibus, *Nisibi civitate*. Sic etiam legunt omnes : *Hic fuit unus e numero*, etc. ; sed in Greven. et Molan. deest, *e numero*. Rursus, *sub persecutione Maximini*, licet in Adone diserte legatur, *Maximiani*. *Nicena Synodo* scribunt citati codices et reliqui fere, sed in Herinien. male est *Sinodo*. Idem est de *Arrii* et *Omousii*, quamquam Ado habeat *Arii* et *Homousii*. De *Carthagine* dixi alibi, uti et de *dampnarunt*, ejusque generis orthographia, seu potius pseudographia. In Molano legitur *damnaverunt*. Antverp. et Max-Lubec pro *Catulini*, habent *Catilini*.

OBSERVATIO. Romanum parvum annuntiationem primam paucissimis circumscribit : *Nisibi, Jacobi episcopi*. Hieronymiana, *Nisivis*, *Nizibæ*, vel *Nisibini*, in quibus, præter morem, historia dicam, an fabula, attexitur in hunc modum : *Qui in corpore multa signa fecit et Arcam Noe solus vidit in monte, nullus alius de his qui cum eo perrexerunt, videre est permissum.* Hæc ibi, et quidem non satis correcte intrusa esse, probat vetustissimi Epternacensis codicis silentium. Quid porro, in Ararat vel Tauro monte, Noemicæ Arcæ, primis Ecclesiæ seculis superfuerit, satis operose, nescio quo operæ pretio, inquirit Florentinius. Qui et alios cultus dies, sed forte diversorum Jacoborum indicat. Ceterum de præfata visione, seu naturali seu miraculosa, nihil memoravit Ado, aliud ex Gennadio idque historicæ veritati, ni fallor, conformius elogium deproperans, cujus nitidissimam epitomen confecit Usuardus, qualem in textu repræsentavimus. Notkerus vero Adonianis non contentus, visionem ex Hieronymianis acceptam, prioris verbis attexere voluit. Jacobi vitam, ex Theodoreti Philotheo interpretationis Hervetianæ, eduxit Surius, cui ex ejusdem Scriptoris historia, alia superaddi poterant. Tillemontius seriem historicam ex ipso, ex Gennadio aliisque, Gallice contexuit to-

mo 7

mo 7 a pag. 260, quæ Actis præclarissimi Sancti illustrandis non parum subserviet. Distichi Wandelbertini primus versiculus huc non pertinet, secundus Jacobo tribuitur :

Idibus effulgent Cassianus Cyricusque ;
Et Jacobus meritis celebratur episcopus amplis.

Eutropii et soc. — Annuntiatio altera tota in Romano parvo, tota in Adone est, imo et ferme in apographis Hieronymianis, ubi corruptiora sunt et hinc inde turbata nomina. Certe Noster antesignanos suos fideliter secutus est. Vide notationem Baronii. — De *Carthaginensibus* et *Alexandrinis* tacet Romanum parvum. Ado ex Hieronymianis procul dubio utramque commemorationem desumpsit, sic tamen ut nomina aliqua paulo clarius expresserit, omissa in prima classe *Pollutana* ; et ubi inter Alexandrinos, præfata apographa legunt *Nasei*, hic posuerit *Marsei*. *Catulini et soc.* Illustre est hoc die *Catulini martyris* nomen in laudato sæpe Carthaginensi Kalendario. Citatur etiam Augustini in ejus laudem tractatus, sed quem hactenus editum non vidimus. *Philippi et soc.* De Alexandrinis sola nomina superesse videntur. Ut ut est, ambas classes ex Adone descripsit ad verbum Usuardus, alteram alteri anteponens, et mediam, ut ita dicam, viam ingressus, pro *Nasei* et *Marsei* substituit *Narsei*, sicut codices nostri unanimiter enuntiant ; pro quo recentiores, *Narsæi*. Tota igitur textus congeries et Adoniana et Usuardina est.

AUCTARIA.

De divisione Apostolorum. — In HERINIENSI recentiori manu ad marginem adjicitur : *Ipso die, divisio Apostolorum.* De qua etiam alii.

TORNACEN. Resecat elogium Jacobi Nisebeni ; cetera purus est.

Translationis Swithuni. — ANTVERP-MAJ. Textui puro in fine subnectit : *Et translatio sancti Suuithuni.*

Quirici et Julittæ. — PULSANEN. Et deficit et auctus est. Sic incipit : *In Antiochia, passio sanctorum martyrum Quirici et Julittæ matris ejus.* Sed in textu omittit Jacobum et martyres Portuenses.

Divisionis Apostolorum. — MUNERAT. Post textum in fine addit : *Ipso die, divisio Apostolorum ad prædicandum.*

Plechelmi. Philippi, etc. Cassiani. Deusdedit. Translationis Suithuni. — ROSWEYD. Incipit : *Divisio Apostolorum.* Tum : *Plechelmi confessoris atque pontificis.* Sequitur prima textus annuntiatio de Jacobo, etc. Dein : *Item Philippi, Agrippini et Reginsindæ virginis. Cassiani martyris.* Post hæc sequuntur textus reliqua, quibus in fine additur : *Eodem die in Britannia, depositio beati Deusdedit archiepiscopi et confessoris. Et translatio sancti Suithuni.* In Anglicis sæpe convenit cum ANTVERP-MAJ.

De divisione Apostolorum. — ANTVERP-MAX. et LOVANIEN. A puritate parum absunt, textui hæc solum præfigentes : *Divisio Apostolorum, quæ, ut Beda scribit, anno a passione Domini duodecimo facta est.*

De Curico, Julitta et soc. — ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Cum duobus præcedentibus conveniunt, sed illis omnibus anteponunt : *Apud Antiochiam, natale sanctorum* TYRITI (TYRICI, QUIRITI) *et Julitæ matris ejus. Qui evulsis oculis, primo in carcerem missi sunt ; post hæc excoriati et in lecto ferreo assati, deinde serris attriti, et amputatis linguis, martyrii sui cursum obtruncatione capitis compleverunt. Passi sunt etiam cum eis et alii quadringenti quatuor.* De his cum Usuardo egimus XVI Junii. Vide quæ ibi, et fusius in Actis dicta sunt.

De relatione Vedasti. — CENTULEN. *Natale sancti Jacobi Nisibenæ civitatis episcopi, magnarum virtutum viri. Apud Carthaginem, sanctorum Catulini diaconi, Januarii, Florentii, Juliæ et Justæ, qui sunt positi in basilica Fausti. Alexandriæ, sanctorum Philippi, Zenonis, Narseni et decem infantum. Atrebas, relatio beati Vedasti ad proprium locum.*

De divisione Apostolorum. De Jacobo. — BRUXELLEN. Incipit : *Divisio Apostolorum, quæ, ut Beda scribit, anno a passione Domini duodecimo, sub Claudio imperatore facta est. Nisibi civitate, sancti Jacobi episcopi et confessoris. Qui fuit unus ex numero sanctorum sub persecutione Maximiani, et eorum, qui in Nycena Synodo perversitatem Arii dampnarunt. Et alias vir magnæ virtutis, ita ut ad ejus preces sæpe urbs a periculo liberata sit. Quo intra urbis muros sepulto, sed et postea zelo Juliani apostatæ extra condito, mox civitas Persarum ditioni succubuit.* Sequitur de Alexandrinis, tum de Carthaginensibus, ac denique de Romanis, pure.

De divisione Apostolorum. Justi et Amici. Focati. — HAGENOYEN. Tertio loco, post Portuensem classem, inserit : *Eodem die, divisio Apostolorum, quæ secundum Bedam, tredecimo anno post passionem Domini facta est ; quando illi per istum orbem divisi sunt et verbum Domini prædicabant. Nam sub Cornelio Papa facta est divisio ossium Apostolorum Petri et Pauli, quando medietas ossium Petri posita ad sanctum Paulum, et converso, media ossa Pauli posita sunt ad sanctum Petrum.* Quid istud *nam*, quid divisio ossium faciat ad dispersionem Apostolorum, prorsus non intelligo. Sequitur de Cyrico et Julitta, fere ut supra. Tum : *Lugduno Galliæ, depositio sanctorum episcoporum Justi et Amici. Eodem die sancti Focati episcopi.* Vide die præcedenti, ubi sæpius recurrunt.

Relationis Vedasti. — AQUICINCT. Omittit nomen *Florentii.* Et in fine adjicit : *Eodem die, relatio corporis sancti Vedasti a Beluaco civitate ad proprium locum.*

Curici et Julittæ. — VICTORIN. et CODEX REG. SUEC. sign. 130. In fine : *Antiochiæ, natalis sanctorum Cyrici et Julittæ matris ejus. Eodem die, liberata est civitas sancta Jerusalem,* Vide annum in MOLANO.

Divisionis Apostolorum. Plechelmi. — MATRIC-CARTUS ULTRAJECT. *Divisio Apostolorum. Plechelmi episcopi et confessoris. Eutropii, Zozimæ et Bonosæ, sororum martyrum. Philippi, Narsæi. Zenonis et decem infantum martyrum. Jacobi Nysibi episcopi.*

REG. SUEC. sign. num. 428. *Ipso die, divisio Apostolorum ad prædicandum.*

Curici et Julittæ. — VATICAN. num. 5949. *Apud Tharsum metropolim, natale sanctorum martyrum Cyrici et Julittæ matris ejus.*

Translationis Senatoris, etc. — FLORENTIN. *Apud Antiochiam, Quirici et Julittæ..... Translatio sanctorum martyrum Senatoris, Viatoris, Cassiodori et Dominatæ matris eorum.* Luce aliqua hæc indigent.

Felicis. — STROZZIAN. *Papiæ, sancti Felicis episcopi et martyris.*

Benedicti. — BURDEGALEN. *Sancti Benedicti Andegavensis episcopi.* Ponitur etiam hoc die a Castellano.

De Divisione et passione Apostolorum. — EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Divisio Apostolorum ad prædicandum verbum Dei per universum orbem. Quæ, ut Beda scribit, anno a passione Do-*

mini duodecimo facta est. Petrus Antiochiam venit, deinde Romam resedit et ibidem crucifigitur. Paulus mundum sua prædicatione illustravit et Romæ decollatur. Andreas Achatæ crucifigitur. Jacobus Zebedei Hierosolymis decollatur. Joannes Epheso in pace moritur. Philippus in Phrygia lapidatur et crucifigitur. Jacobus Alphei fuste fullonis perimitur. Bartholomeus in India excoriatus decollatur. Thomas in alia India, quæ est in fine mundi transfigitur. Simon et Thadeus in Persida perimuntur. Mattheus in Ethiopia, coram altari lancea perforatur. Matthias in Judæa martyrium complevit. Hæc divisio præcepto Christi facta est, ut impleretur illud Psalmistæ : In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. Sequitur textus integer, cui subjungitur : *Item Alexandriæ, sanctorum Catholini episcopi et Zosimi confessoris. Eodem die, translatio sancti Swithuni episcopi et sociorum ejus episcoporum et confessorum. Item relatio sancti Vedasti Atrebatensium episcopi et confessoris.* Vide infra eadem et eodem ordine apud GREVEN. In fine autem habet : *Ipso die, sancti Plechelmi episcopi et confessoris.*

Catholini et Zosimi. Translatio nis Swithuni, etc. Relationis Vedasti. Plechelmi.

BELIN. Ultimo loco ponit, *Nisibi civitate*, etc. Et tum addit : *Eodem die, sanctorum martyrum Quirici et Julitæ. Papiæ, sancti Felicis episcopi et martyris.*

Cyri et Julitæ. Felicis.

GREVEN. *Divisio Apostolorum ad prædicandum, facta secundum Bedam anno a passione Domini duodecimo. Item secundum aliquos hic Cirici et Julitæ, quos Usuardus habet* XVI *Kalend. Julii. Plechelmi Tweintiensis episcopi et confessoris, in Aldensel quiescentis. Deusdedit archiepiscopi Cantuariensis et confessoris. Alexandriæ, sanctorum Catholini episcopi et Zozimæ confessorum. Eodem die, in Anglia, translatio sancti Swituni episcopi Wintoniensis et sociorum ejus episcoporum et confessorum. Item relatio sancti Vedasti Atrebatensis episcopi et confessoris. Regiswindis virginis et martyris. Faustæ et Juliæ, sororum virginum et martyrum. Dedicatio templi Dominici sepulchri in Jerusalem.*

Divisionis Apostolorum. Cyrici et Julitæ. Plechelmi. Deusdedit. Catholini, etc. Translationis Swithuni. Relationis Vedasti. Regiswindis. Faustæ, etc.

MOLAN. *Eodem die, festivitas omnium Apostolorum ; hoc est quando divisi sunt ab invicem. Eodem die, sanctorum martyrum Cyrici et Julitæ. Papiæ, sancti Felicis episcopi et martyris. Anno Dominicæ Incarnationis* DCCCXCIII *relatio corporis sancti Vedasti a Bellonago ad proprium locum, post annos* XII, *menses novem, dies* XXIV. Tum minoribus typis : *Ipso die, Hierosolyma ab exercitu Christianorum capta est, anno milleno ducentesimo minus uno;* vult dicere MXCIX. De Plechelmo, Deusdedit et translatione Swithuni, ut GREVEN. supra. Denique, *Ansueri monachi, cum suis in Ratilburg lapidati.* Editiones aliæ post *virtutis viri*, inserunt aliis litteris : *Ita ut ad ejus preces sæpe urbis discrimine sit liberata.* In fine : de divisione Apostolorum, ut supra. *Cantuariæ, depositio sancti Deusdedit, sexti archiepiscopi et confessoris. Civitate Oudensele, natale sancti Plechelmi episcopi.* De Felice, ut supra. *Eodem die, sanctæ Reginswindæ virginis. Atrebati anno Dominicæ*, etc., ut in priori. De Swithuno, ut supra. Tum minoribus typis : *Ipso die, Hierosolyma ab exercitu Christianorum capta est anno milleno cum centesimo minus uno ;* ubi corrigit quod supra erraverat, scribens *milleno ducentesimo*, etc. *In Racezburg, Ansueri monachi, cum suis lapidati ; de quibus Helmoldus in historia Slavorum.*

Divisionis Apostolorum. Cyrici et Julitæ, Felicis. Relationis Vedasti. Capt. Jerusalem. Ansueri. Deusdedit. Plechelmi. Reginswindæ.

XVII *Kal.* — *Die* 16.

Eustathii. Hilarini.

Apud Antiochiam Syriæ, natalis beati Eustachii episcopi, et confessoris, sub Constantino principe, qui ob Catholicam fidem in Trajanopolim civitatem Thraciæ pulsus exilio, ibidem requievit. In Ostia, passio sancti Hilarini monachi, qui cum nollet sub persecutione Juliani sacrificare, fustibus cæsus, martyrium sumpsit.

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Antverp-Majore, Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Syria* etiam alibi dicendum fuit; scribo cum Pratensi, Antverp. et Max-Lubec. Munerat. Belin. et Molan. Si codices sibi non constent, nec uniformis erit orthographia nostra. *Eustachii* legunt codices nostri omnes post Romanum parvum et Adonem, *Eustathii* tamen legendum, dubium non est, ut in Observatione dicemus. Optimæ notæ codices, ut sunt Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Major, Pulsanen. Rosweyd. Muneratus et Belinus recte in textu scribunt *Constantino principe*, quidquid alii, quos sequitur Romanum modernum, antistitem nostrum *Constantii* jussu relegatum velint, ut habent Antverp. Max-Lubec. et mediæ notæ reliqui, cum Greveno et Molano, qui duo legunt, *Constancio imperatore*, alii *Constancio principe*. Et ita factum, ex Athanasii non satis valido testimonio, Baronius in Notationibus se evicisse, asserit; aliis ex historiæ serie, contrarium evincentibus. Sunt qui cum Notkero male scribant *intra Janopolim ;* sed alii melius cum textu. *Traciæ* in nonnullis, et *Traciem* in Antverp-Majore, facile corriguntur. Belin. sensum mutat, dum ponit, *ibidem exilio requievit. Hostia* legitur in multis ; sed Praten. et Heriniensis recte cum textu. In Belino est *Hylariani;* in Munerato *Hylarii*, in quo additur, *et martyris*, debite quidem, sed non ex auctoris mente.

Eustathii.

OBSERVAVIO. Fontem textui præbuit Romanum parvum, Ado inde hausit, atque ex hoc scilicet in Nostrum derivatus est, hoc solo discrepans, si quidem discrepantia appellari ea possit, quod qui in prioribus, primo loco ponitur *Hilarinus*, in Usuardo secundum teneat. Ceterum *Eustachium* constanter legunt, ut supra innuebam, et Romanum parvum, et Ado et codices nostri Usuardini passim omnes; pro quo *Eustathium* scribit Baronius, et recte, cum agitur de celeberrimo illo adversus

Arium

Arium fidei defensore, in illius temporis historia notissimo; sed nos lectionem Usuardinam in textu tradidimus, in quo etiam ostendimus *Constantino principe*, pro *Constantio principe*, melius referri, etiam contra apertissimam Adonis sententiam. Videsis Notationem Baronii, et quæ suo tempore in Actis disputabuntur. Major est difficultas, utrum *Eustathius* vel *Eustachius* noster in Hieronymianis recenseatur, sociis aliis martyribus conjunctus; quod equidem pede in uno non ausim resolvere, quidquid conjectet Florentinius. Tutissimum est, eam etiam quæstionem ad proprium locum elucidandam remittere. Interim damus verba Romani parvi : *Apud Antiochiam Syriæ, Eustachii episcopi.* Cetera Adoniana sunt, a Nostro et Notkero descripta. Norunt eruditi totam magni Eustathii gestorum seriem, ex variis antiquis monumentis ecclesiasticis colligendam, cui a variis pridem allaboratum est, inter quos Tillemontius tomo 7 a pag. 21 pleraque documenta suggerit, nobis suo tempore usui futura. — De *Hilarino*, paucis etiam laudatum Romanum parvum : *In Ostia, Hilarini martyris.* *Hilarini* Elogium in textu positum a Beda primitus concinnatum oportet, si ejus genuina sunt, quæ in nostra ante Tomum II Martii editione ei tribuuntur. Inde in Rabanum et Adonem transierit, ex hoc in Nostrum. Notkero, fortasse ad Sancti nomen alludenti, paucula hæc inserere placuit : *Qui Sanctorum hilarissimus susceptor et sustentator*; quæ utrum ex Actis sanctorum Joannis et Pauli accepta sint, non vacat, nec operæ pretium est hic inquirere. Quid si exemplum *Gallicani* aliunde influat? Hoc certum videtur, Hilarinum eumdem et in eadem positione collocatum, ab Hieronymianis apographis memorari, nempe : *In civitate Hostia*, nobis *Ostia*, ut signant etiam Martyrologi nuperrime citati, contra quam Florentinius legerit, nisi et ipse cum Romano moderno censeat, *Hilarinum* Aretii agonem complevisse, subinde Ostiam translatum, quæ est Baronii satis fundata opinio, suo itidem loco examinanda. Vide Adonem ad VII Augusti de *Donato*, et eodem hic Florentinium de eodem Sancto. De socio *Cyrico* vel *Cyriaco* sola Hieronymiana meminere. Utcumque interim exigat historica veritas, simplex et genuinus Usuardi nostri textus extra controversiam omnino positus est. Sic Hilarium celebrat Wandelbertus :

Cum decima Augustam (Augustum) *præ * signat septima mensem,*
Hilarine tuo, martyr, nitet optime festo.

* *Quæ*

AUCTARIA.

Bertini

TORNACEN. Incipit : *Bertini abbatis.* Textus qui sequitur, purissimus est.

PULSANEN. In prima annuntiatione purus, sesecundam plane omittit.

Monulfi et Gondulfi.

ROSWEYD. Textui puro in fine subjungit : *Munulfi et Gundulfi episcoporum et confessorum. Translatio sancti Bertini abbatis.* *Translationis Bertini.*

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Textui puro etiam adnectunt : *Ipso die, in Trajecto super Mosam, sanctorum Mondolphi et Gondolphi episcoporum.* *Monulphi, etc.* Duo ultimi sic efformant nomina : *Monolfi* vel *Monolphi*, et *Gundolfi* vel *Gundolphi*.

Textus contractus.

CENTULEN. *Antiochiæ, sancti Eustachii episcopi, qui ob Catholicam fidem pulsus exilio, ibidem quievit. In Hostia, sancti Hilarini monachi et martyris sub Juliano apostata.*

BRUXELLEN. In textu satis purus, adjicit : *Apud Trajectum supra Mosam, depositio sanctorum confessorum Monulphi et Gundulphi episcoporum.* *Monulfi, etc.* *Apud Xanctas Brabantiæ, natale sanctæ Regnildis virginis, beatæ Gudilæ nostræ patronæ sororis.* *Regnildis cum elogio.* *Quæ comitatu unius servi et ancillæ contenta, sanctam civitatem Jherusalem et singula loca, quæ Dominus Jhesus corporaliter perambulabat, peregre visitavit. Et post septennium cum multis sanctorum reliquiis ad patriam rediens, apud Xantas mansit, donec ipsa, una cum Grimoaldo subdiacono et Gondulpho familiari ab Hunnis pro fide Christi, martyrii palmam suscepit. Ipso die, elevatio sancti Bertini abbatis.* *Elevationis Bertini.*

HAGENOYEN. In prima purus, secundo loco refert : *Apud Carthaginem, natale sanctorum martyrum Catylini diaconi, Januarii*, etc. *Catulini, etc.* De quibus nos die præcedenti. Rursus : *Alexandriæ, natale sanctorum martyrum Philippi*, etc., etiam ut heri. *Philippi, etc.* Sequitur : *In civitate Hostia, passio sancti Hylariani monachi*, etc., pure. *In Trajecto super Mosam, depositio sanctorum confessorum Namolfi et* *Monulfi et Gondulfi.* *Gundolphi, qui dicuntur illi duo defuncti episcopi fuisse, et per beatum Leonem Papam et ejus socios resuscitati* (qui) *Aquensem ecclesiam cum aliis episcopis dedicaverunt.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Eustachii episcopi Antiochenæ civitatis. Hilarini monachi.*

VATICAN. signatus num. 5949. In fine : *Beneventi, natalis sancti Vitaliani episcopi et confessoris.* *Vitaliani* In Romano hodierno signatur Capuæ.

FLORENTIN. *Romæ, sancti Leonis Papæ V.....* *Leonis PP.* Ita hic lego, licet aliunde nulla sacri cultus argumenta reperiam. Puto Leonem IV indicari, de quo infra. Sequitur in iisdem codicibus : *Canonizatio beati Francisci, a Gregorio Papa celebrata, anno Domini* MCCXXVIII *pontificatus sui anno secundo.* *Canonizationis Francisci.*

In CODICE monasterii MONTIS SANCTI : *Dedicatio basilicæ beati protomartyris Stephani, in hoc sancto Monte sancti Romarici.* *Dedicationis ecclesiæ S. Stephani.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Romæ, natale beati Leonis IV Papæ et confessoris. Qui sedit annos octo, menses tres, dies sex. Hic orationibus et vigiliis jugiter intentus, sepultus est in ecclesia sancti Petri.* *Leonis IV PP.* Sequitur de Eustachio, pure. Tum : *In Ostia, passio sancti Hylarini monachi. Qui cum jussu Juliani sacrilegi imperatoris, apud Tusciam civitatem Arecio comprehensus, a Quadracio judice cum beato Donato episcopo compellitur sacrificare, et cum respuerent, Donatus incarceratur, Hilarinus vero fustibus cæditur donec spiritum redderet, cujus ossa in Ostia tumulata reservantur.* *De Hilarino.* *In Trajecto inferiori super Mosam situatam* (situato,) *sanctorum Monulphi et Gundulphi episcoporum et confessorum. Hi nutu Dei, ut fertur, vivi de eorum sepulcris surrexerunt et cum beato Leone III Papa templum in Aquisgrano in honorem Dei genetricis virginis Mariæ consecraverunt. Quo facto Trajectum ad eorum sepulcra redierunt et ad pristinam dormitionem se mutuo collocaverunt.* *Monulfi et Gondulfi* *In Cæsarea, sanctorum Pau-*

lini

Paulini et Mammetis. Marini. Valentini. Translationis Osmundi. Bonaventuræ.

lini et Mammetis martyrum. De Mammete multa hac die refert Notkerus, sed ab Usuardo ponitur XVII Augusti. *Eodem die, sancti Marini episcopi et martyris. Treveris, beati Valentini episcopi et martyris. Ipso die, translatio sancti Osmundi episcopi et confessoris. Item Dominica secunda Julii, natale sancti Bonaventuræ, seu sancti Eustachii episcopi Albanensis et confessoris, Ordinis Fratrum Minorum.*

Valentini. Marini. Paulini, etc. Theodoti. Leonis IV. Anatholii. Monulfi, etc. Heliæ. Regnildis. Translationis Osmundi.

GREVEN. *Valentini episcopi Treverensis et martyris. Marini episcopi et martyris. In Cæsarea, sanctorum Paulini et Mammetis martyrum. Antiochiæ, sancti Theodoti. Leonis Papæ IV et confessoris, qui sedit annis octo : vir valde sanctus, vigiliis et orationibus multum intentus, utpote qui ab infantia inter monachos sanctos fuit enutritus. Anotholii episcopi et confessoris. Trajecto superiori super Mosam fluvium, sanctorum Monulphi et Gundulphi episcoporum et confessorum : quos ferunt de sepulcris surrexisse et cum Leone Papa III templum Aquisgrani in honore sanctæ Dei genitricis consecrasse, eoque officio expleto, in pristinam se quietem recepisse. Treveris, Heliæ virginis. Item Regnildis virginis et martyris. Translatio sancti Osmundi episcopi et confessoris. Canonizatio beati Francisci confessoris.*

Monulfi, etc. Raineldis cum elogio.

MOLAN. *Trajecti, sanctorum confessorum Monulphi et Gondulphi episcoporum Tungrensis ecclesiæ. In Sanctis, sanctæ Raineldis virginis et martyris.* Tum minoribus typis : *Beatæ Gudilæ sororis. Quæ comitatu unius servi et ancillæ contenta, sanctam civitatem Hierusalem et singula loca, quæ Dominus Jesus corporaliter perambulavit, peregre visitavit ; et post septennium cum multis sanctorum reliquiis ad patriam rediens, apud Zancthas Brabantiæ mansit, donec ipsa una cum Grimoaldo subdiacono et Gondulpho familiari, ab Hunis pro fide Christi martyrii palmam accepit.* Quæ ex BRUXELLENSI, ut alibi etiam factum ostendimus, descripta videntur. In editionibus aliis, sic habet : *Trajecti, sanctorum confessorum Monulphi*, etc., ut in priori. *Treveris, sancti Valentini episcopi et martyris. Sanctis, sanctæ Raineldis virginis et martyris, sororis beatæ Gudilæ, quæ cum Grimoaldo subdiacono, et Gondulpho familiari, ab Hunis pro fide Christi palmam martyrii accepit. Die decima sexta, sancti hieromartyris Athenogenis, et decem ejus discipulorum. Item canonizatio beati patris Francisci. Monasterio Sithiu, sancti patris Bertini corpus a beato Folquino transfertur et reconditur anno* MCCCXLVI. Colitur Bertinus V Septembris. *In Hispaniis, triumphus sanctæ Crucis, ob præclaram victoriam, quæ per symbolum Crucis contra Mauros habita est.*

Valentini. Athenogenis et soc. 10. Canonizationis S. Francisci. Translationis Bertini. De trium pro S. Crucis.

XVI *Kal.* *Die* 17.

Martyrum Scillitanorum.

In Cartagine, natalis sanctorum martyrum Scillitanorum, id est Sperati, Nartali, Cithini, Beturii, Felicis, Aquilini, Letatii, Januariæ, Generosæ, Bessiæ, Donatæ et Secundæ, sub Saturnino præfecto, qui post primam confessionem in carcerem missi et in ligno confixi, deinde gladio decollati sunt.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Carthagine*, jam ferme ad nauseam dictum est. Qui *Scilitanorum* scribunt, ut Munerat. et Greven. satis manifeste errant. Nodus est in expressione nominum, quæ quoad aliquos, ferme ubique diversa est. Hieronymiana hic prætereo. Sic habet Beda : *In Carthagine, Scillidanorum, id est, Marcialis, Cithii, Vesturii, Felicis, Aquilinii, Lactantii, Januarii, Generosi, Vestæ, Donatæ et Secundæ.* Ubi vides deesse *Speratum*, in reliquis antesignanum, haud dubie amanuensis oscitantia, cum in Rabano diserte præponatur. In Actis a Baronio relatis, hoc modo et ordine recensentur : *Speratus, Narzalis, Cittimus, Veturius, Felix, Acyllinus, Lætantius, Januaria, Generosa, Vestina, Donata et Secunda.* In aliis Actis discrimen est perexiguum. Satis patet, qua ratione ad unam normam hæc omnia reducenda sint. Ex codicibus nostris, Munerat. legit, *Narchali*; Praten. et Molan. *Cythini*; Herinien. *Beaturii*, qui et *Letati*; Praten. et alii plerique, *Letacii*, quorum primitivum *Lætantii* esse vix dubito. In *Januarii* vel *Januariæ* variant fere omnes, nos cum Adone scripsimus, quod est verosimillimum. Antverp. et Max-Lubec. non male legunt, *post primam Christi confessionem*; at ita legi vetant codices reliqui, nullo excepto. In Greveno et Molano corrupta est constructio, dum sic scribunt : *post primam confessionem in carcere, et in ligno*, etc. In textu clara est et expedita syntaxis. Herinien. simpliciter : *Deinde decollati sunt*, omissa voce *gladio*. Sic supra neglexi dicere, deesse in Munerato nomen *Bessiæ*. Cetera observatu digna non sunt.

Martyrum Scillitanorum.

OBSERVATIO. Illustris ab omni ævo fuit *Scillitanorum* horum duodecim martyrum triumphus, a Kalendario Carthaginensi et ab antiquis Martyrologis nostris certatim celebratus. Jam diximus, amanuensis vitio in Beda deesse *Speratum* ; de cetero ipsum inter et Adonem, quorum priorem sequitur Rabanus, posteriorem Notkerus æque ac Noster, nulla nisi solorum aliquorum nominum inflexionis occurrit discrepantia, quam facillime restitui posse ex alterius ad alterum collatione nullo negotio intelligis. Romanum parvum non exprimit singula nomina, sic solum scribens : *Carthagine, martyrum Scillitanorum, Sperati, Narthali, Cythini, Beturii, Felicis et aliorum* VII. Porro septem illos nominatim adjunxit Ado ex Actis, opinor, vel forte ex Beda ; quod eo facilius crediderim, cum totum ejus elogium adoptet, adjecta in fine translatione, suis hisce verbis : *Horum reliquiæ, cum ossibus beati Cypriani et capite sancti Pantaleonis martyris, ex Africa in Gallias translatæ, venerantur Lugduni in basilica beatissimi Joannis Baptistæ.* Sed hanc periocham Noster, forte dedita

opera,

opera, omisit, reliqua omnia Adoniana ad verbum describens ; ut proinde de textu Usuardino vero et genuino dubitandum non sit. Multum sudat Florentinius, ut *Scillitanorum* horum duodecim nomina conciliet cum Actis Proconsularibus, quæ tamquam venerandæ antiquitatis vere pretiosum thesaurum protulit Eminentissimus Baronius Tomo 2 Annalium, ad annum CCII num. 2. Nec diffiteor, Hieronymianorum codicum inter Africanos et Asiaticos martyres confusionem, tenebras Actis Baronianis offundere, non facile dissipandas; imo nec Acta alias, a Theodorico Ruinartio inter sincera et selecta edita a pag 75, satis explanare, quæ Florentinio scrupulum ingerunt. At enim constantissima Martyrologorum aliorum auctoritas, Actis illis conformior, satis evincit, Scillitanos nostros duodecim numero fuisse, et simul Carthagine passos, quidquid molestiæ creare possit modica nominum et adscriptorum dierum, ab amanuensibus corruptorum, diversitas. At nos hic nihil quidquam determinamus; satis sit difficultates indicasse, suo loco exigendas. Acta nostra intelligo, in quibus discutienda recurret alia controversia, quam etiam tangit Ruinartius, de reliquiarum translatione, Martyrum omnium, an aliquorum, Romam an Lugdunum, et inde Compendium, ad regium sacellum facta; de qua etiam agit Tillemontius, horum martyrum passionem Gallice describens tomo 3 a pag. 131. Interim ad duodenarii numeri probationem etiam faciunt Wandelberti versiculi, Scillitanorum martyrum festivitatem nitide exprimentes :

Sedecimam votis Carthago spectat opimis,
Martyrii plebem duodenam læta frequentans,
Scillitana simul capiti quos patria misit.

AUCTARIA.

Alexis.

TORNACEN. Quamvis raro auctior, jam unum atque item alterum in principio additamentum habuit. Sic hodiernum textum incipit : *Alexis confessoris.* In reliquo textu purissimus est.

Kenelmi.

ANTVERP-MAJ. Textui puro superaddit : *Ipso die, sancti Kenelmi regis et martyris.*

Hilarini.

PULSANEN. Huc retulit eam textus partem qua die præcedenti caruit, nempe : *In Hostia, passio sancti Hylarini monachi. Qui cum nollet*, etc. Sequitur totus textus hodiernus, purus.

Kenelmi. Marcellinæ. Theodosii.

ROSWEYD. Post textum purum subjicit : *Eodem die in Britannia, sancti Kenelmi martyris. Item natale sanctæ Marcellinæ virginis, sororis sancti Ambrosii episcopi. Item depositio sancti Theodosii episcopi et confessoris.*

De Alexio.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Primo loco sic habent : *Romæ via Latina, natale sancti Alexii confessoris. Qui patre, domo, facultatibusque relictis, pauperem atque peregrinam aliquamdiu agens vitam, tandem ad domum rediens paternam, in eadem toto tempore vitæ suæ, sub specie latuit peregrini. Cujus acta et gesta, carta in ipsius manu post obitum reperta, omnibus patefecit.* Sequitur textus purus.

Textus contractior.

CENTULEN. *In Carthagine, sanctorum martyrum Scillitanorum, id est, Sperati, Marchali, Cithini, Beturii, Felicis, Aquilini, Lactatii, Januariæ, Generosæ, Bassiæ, Donatæ et Secundæ, sub Saturnino præfecto decollatorum. Antisiodoro, sancti Theodosii confessoris.* (*Theodosii.*)

Fredegundi. Kenelmi.

BRUXELLEN. De Alexio, primo loco, ut supra. Tum textus. In fine autem : *Ipso die, sancti Fredegundi confessoris. Item Kenelini* (Kenelmi) *regis.* Vide infra distinctius.

Multa de Alexio.

HAGENOYEN. In textu satis purus, hæc de Alexio subnectit : *Romæ via Latina, depositio sancti Allexii confessoris. Qui Allexius filius fuit Eufemiani, primi ex principibus pallacii imperatorum Arcadii et Honorii. Qui Eufemianus dedit Allexio Marinam sponsam de imperiali sanguine ortam. Sed ille sponsam suam caste vivere monuit, et sic illam et omnia quæ habuit propter Deum reliquit, pauca secum ferendo, quæ mox pauperibus tradidit. Pergens ergo Allexius Laodiciam*, XVII *annos apud ecclesiam beatæ virginis, humillime pauper cum pauperibus ille vixit. Post hæc a Domino admonetur ut Romam redeat : quod et fecit. Quem pater ejus quasi pauperem alium, pro salute filii sui in domum suam recepit et victum sibi ministravit, ignorans quod filius suus fuerit : ubi* XVII *annis manens multas injurias a servis patris suis sustinuit patienter et libenter. Tandem sentiens sibi mortem imminere, vitam suam in carta scripsit manu sua, et illam in manu sua tenens obiit, multis clarens postea miraculis. In Angliâ, sancti Konelini* (Kenelmi) *pueri regii, innocenter occisi. Item Marcellinæ virginis, sororis beati Ambrosii, episcopi Audolini.* Non est dubium, quin legendum sit *Mediolani.* (*Kenelmi. Marcellinæ.*)

Alexis.

AQUICINCT. In fine : *Eodem die, transitus sancti Alexis confessoris.*

Alexii et Marinæ.

VICTORIN. et REG. SUEC. sign. num. 130. *Eodem die, transitus sancti Alexii confessoris et Marinæ virginis.* Diceres, hanc conjunctionem indicare, Marinam illam pro Alexii conjuge accipi. Sed vide GREVENUM, infra.

Alexii. Marcellinæ.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Alexii confessoris eximii, Romæ. Sperati et sociorum ejus martyrum undecim, qui dicuntur Scillitanorum. Marcellinæ virginis sororis sancti Ambrosii.*

Alexii.

VATICAN. num. 5949. *Romæ, natalis sancti Alexii.* Vel, ut BELIN. *Eodem die, sancti Alexii confessoris.* Vide supra codices mediæ notæ, etc.

Marinæ.

FLORENTIN. *Romæ, sancti Alexii.... anno Domini* CCCXCVIII, *vitæ quinquagesimo primo. Item, sanctæ Marinæ virginis.* Longiorem de ea historiam texit GREVEN. quæ etiam aliis tribuitur.

De Severino. Alexii. Kenelmi. Marcellinæ. Florentiæ.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Commemoratio reliquiarum sancti patris Severini archiepiscopi Coloniensis Agrippinæ, confessoris, multarum virtutum viri et miraculorum egregii. Romæ via Latina, natale beati Alexii*, etc., ut sex codices, supra. Sequitur textus satis purus. In fine : *In Anglia, depositio sancti Kenelmi regis Merciorum et martyris. Mediolano, sanctæ Marcellinæ virginis. In Dacia, sanctæ Florentiæ virginis.*

De Kenelmo.

GREVEN. *In Anglia, Kenelmi regis Merciorum et martyris, pueri septem annorum. Quem cum pater Kenulphus moriens, sororis fidei commisisset alendum, illa regnandi cupiditate, puerum obtruncari fecit;ferturque puerum in ipsa hora hymnum angelicum : Te Deum laudamus inchoasse, tuncque percussum, cum diceret : Te martyrum candidatus,* etc. *Statim vero Romæ super altare beati Petri membrana (columba candida deferente) superne de-*

lapsa

lapsa et necem sancti martyris et locum sepulturæ prodidit. In Hungaria, in ecclesia Nitriensi, sanctorum Andreæ et Benedicti martyrum. Theodosii episcopi et confessoris. Evodii episcopi et confessoris. Fredegandi episcopi et confessoris. Romæ via Latina, sancti Alexii et confessoris. Qui patre locupletissimo genitus, sponsam sortitus est nobilissimam. Fidei tamen flamma succensus, omnibus relictis, vitam pauperrimam peregre aliquamdiu agens, tandem reversus, in domo paterna usque ad finem vitæ, incognitus permansit. Mediolani, sanctæ Marcellæ virginis, sororis beati Ambrosii episcopi. In Dacia, translatio sanctæ Florentiæ virginis, discipulæ sancti Hilarii episcopi. Item secundum catalogum Sanctorum, hic, sanctæ Marinæ virginis. Quæ mutato habitu monasterium virorum ingressa, de crimine fornicationis falso accusata, patientissime tulit, pœnitentiamque egit, ac si rea criminis fuisset; cujus sacrum corpus anno Domini MCXIII *Venetias translatum, debito cum honore servatur. Item commemoratio reliquiarum sancti Severini Agrippinensis Coloniæ archiepiscopi, magnæ sanctitatis viri. Apud Aquisgranum, dedicatio basilicæ in honorem gloriosissimæ Dei genitricis Mariæ, per Leonem Papam III, præsentibus episcopis* CCCLXV *aliisque patribus quamplurimis. Quæ licet in festo Epiphaniæ facta fuerit, hic tamen festivius recolitur.*

Andreæ et Benedicti. Theodosii. Evodii. Fredegandi. Alexii. Marcellæ. Translationis Florentiæ. De Marina. De Severino. Dedicationis Basilicæ Aquisgranensis.

MOLAN. Addit ex Adone translationem reliquiarum, de qua supra. *Eodem die, sancti Alexii confessoris, qui post vitam gloriosam atque laudabilem, sepultus est Romæ in monasterio sancti Bonifacii Papæ. Canonizatio beatissimi patris nostri Francisci. In Mediolano, sanctæ Marcellinæ virginis. Ipso die, sancti Enodii episcopi et confessoris. Eodem die, dedicatio sanctæ Mariæ Aquisgrani. Ipso die, Fredegundi confessoris.* Dein minori charactere : *Qui cum sancto Furseo venit ex Hibernia et quiescit in monasterio Dominarum super Sambrium fluvium, non longe a Namurco. In Anglia, Kenelmi*, etc., ut GREVEN. usque ad *obtruncari fecit*. Editiones aliæ, de translatione Scillitanorum et Alexio, ut supra. Tum : *Ticini, sancti Enodii episcopi et confessoris. Mediolani, depositio sanctæ virginis Marcellinæ. In Anglia, sancti Kenelmi pueri, regis Merciorum et martyris. In monasterio Argenton, ipso die, sancti Fredegandi confessoris* ; quem in priori editione *Fredegundum* vocavit. Castellanus in Martyrologio universali eum collocat in *Dorne*, potius *Deurne*, prope Antverpiam.

Alexii. Canonizationis S. Francisci. Marcellinæ. De basilica Aquisgranensi. De Fredegundo. Kenelmi. Enodii. Fredegandi.

XV *Kal.* *Die* 18.

Guddenes. Æmiliani.

Apud Cartaginem, sanctæ Guddenes martyris, quæ jussu Rufini proconsulis, ob Christi confessionem, quater diversis temporibus equulei extensione vexata, et ungularum horrenda laceratione cruciata, carceris etiam squalore diutissime afflicta, novissime gladio cæsa est. Civitate Dorostoro, sancti Emiliani.

Soli ex omni parte puri sunt *Pulsanensis* et *Molanus*.

VARIA LECTIO. Lego *Guddenes* cum Romano parvo, Adone et codicibus nostris melioris notæ. In Antverp-Majore male habetur *Guildene*. Rosweyd. posuit *Gundenes;* Munerat. *Gaudenes*. Romanum parvum binis eam sertis ornavit, *Virginis* et *Martyris*. Ado scripsit *Virginis*, quod et posuit Molanus. At Pulsanen. cum ceteris codicibus, solum tribuit titulum *Martyris*, forte quod Usuardus de virginitatis laureola dubitaverit. Solus Molanus recte scripsit *Æmiliani*, ex sua, opinor, correctione, nam reliqui codices omnes simpliciter legunt, ut est in textu.

Guddenes.

OBSERVATIO. Romanum parvum hac die Adoni ejusque sequacibus ita materiam subministravit: *Carthagine, sanctæ Guddenes virginis, martyris*; quæ nec apud Hieronymum hodie, nec apud Bedam nota est. Ado et martyrii tempus et mortis genus exequitur, ex quo solam postremam partem Noster adscivit. De hac annuntiatione satis plana sunt omnia ; nisi quis cum Tillemontio tomo 3 pag. 125, *Gaudentum* vel *Gaudentium* Hieronymianorum, signatum *in Africa* XXVI Junii, pro hac *Guddune* seu *Gudenne* seu *Gudente*, accipi posse existimet ; eoque adducat Augustini sermonem 294 novæ editionis habitum in natali *martyris Guddentis* XXVII Junii, de quo etiam meminit Ruinartius inter selecta pag. 197. Est autem plane verosimile, quod loco citato conjicit idem Tillemontius, nempe Acta aliqua sincera olim exstitisse, ex quibus Ado encomium suum desumpserit, notis consularibus tam expresse distinctum ; quæ utinam aliquando in lucem producantur! — *Emilianus*, vel potius *Æmilianus*, non aliunde quam ex Hieronymianis acceptus videri potest, avulsus a pluribus sociis ; quod Usuardum sæpius facere solitum, alibi satis superque ostendimus. Videantur annotata Baronii, et quæ de insigni isto Martyre ex antiquis collegit Tillemontius tomo 7 pag. 354 et 355. Et eatenus quidem concinunt codices nostri prope omnes ; unde indubitata redditur Usuardi lectio, prout a nobis tradita est.

Æmiliani. De variis Arnulfis.

Nunc advertendum, signari hac die in Adone, Rabano et Notkero *Arnulfum Metensem episcopum*, a Rabano cum longo, ab Adone cum brevi elogio, quod Usuardus distulit ad XVI Augusti, ipsissima illic Adonis verba referens, ut proinde certum sit, codices omnes, qui de Metensi Arnulfo hodie agunt, in hac parte nullo modo esse Usuardinos. Singulorum verba in Auctariis dabimus. Non ita pervium est discernere utrum Usuardus Martyrologio suo non adscripserit *Arnulfum episcopum et martyrem*, cujus diserte meminere Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Munerat. et Greven. codices alias notæ optimæ. Et vincerent quidem hi codices, nisi ea obstarent, quibus eos deserere cogimur ; existimantes *Arnulfum* illum, nec satis proprie *martyrem*, nec ullo modo *episcopum*, ab

ipso

ipso Usuardo positum non fuisse, sed ab aliis superadditum. Atque ut a Pratensi incipiam, monuit me in sæpe adducta epistola Clar. Castellanus annuntiationem illam: *In pago Castrinse, sancti Arnulfi martyris et episcopi*, ad primigenium textum minime pertinere, utpote recentiori charactere codici illi plane assutam. Quæ Heriniensis habet de *episcopatu Turonensi* (ut inter Auctaria referam) commentitia passim censentur; isque præterea solus ex sensu suo loquitur, Remensis provinciæ proprium, ni fallor, textui Usuardino attexens. Reliqui aut diversa phrasi utuntur, ex quo manifestissime patet negotium adjectitium, aut ex Pratensi vel id genus manuscripto aliquo sua ipsi accepere, atque adeo fonte suo puriora non proferunt. Porro codices nostri alii, cum Pulsanensi et Molano optime conveniunt, essentque puri, nisi in *Arnulfo Metensi*, aut alio excederent. Notavit pridem Baronius ad hanc diem, qua *Metensem* Romano inseruit, ab Usuardo, ut diximus, XVI Augusti collocatum; notavit, inquam, nonnullam inter Arnulfos confusionem occurrere; quod mirum, fieri potuisse inter *Metensem* et *Suessionensem*, tot seculis disjunctos. Verosimilius est confusos fuisse et confundi a modernis Arnulfum *Aquilinensem* seu *Avellinensem*, de quo hic disputamus, cum altero Arnulfo *Mussipontano*, seu *Mussipontum* translato, quorum fortasse etiam Acta, quæ et varia et satis miranda circumferuntur, facile commixta fuerint, et alterius alteri adscripta; de quo hic nihil vacat discernere; nodos tangimus, in opere magno solvendos. Ad præsens vero quod attinet, problema esse possit, quem *Arnulfum* Beda indicare voluerit, dum ita hac die scripsit: *Natale sancti Arnulfi confessoris.* Ad quæ Florus ibi: *Cujus vita maximæ exstitit sanctitatis.* Metensem hic appellari non videtur probabile, cum Arnulfi illius dignitatem Beda haud dubie non ignoraverit. Non diffiteor tamen etiam episcopos a Beda, solo quandoque *confessoris* titulo decorari, ut videre est XXVIII Maii de S. Germano, VIII Junii de S. Medardo, etc. Jam vero *Confessorem* simpliciter dici, *Aquilinensi* nostro non magis quadrare contendes. At certe quidquid hic a Beda et Floro asseritur, de eo prædicari nihil magnopere vetat, rescissis et *martyris* et *episcopi* titulis, qui, an merito ipsi tribuantur, ut minimum saltem incertum est. Nisi magis placeat Arnulforum distinctio, sic ut *Castrensis* vel *Aquilinensis* noster a latronibus cæsus, pro *martyre* habeatur, alius vel alii, solo *confessoris* titulo gaudeant, unde orta sit tanta sacrarum reliquiarum sub eodem nomine multiplicatio, quæ etiam ex diversis positionibus, seu locorum nominibus accrescere potuit. Sed hæc iterum Actis reservanda sunt. — Huc etiam spectare possent celeberrimi *fratres* VII *Tiburtini*, aliis plane nominibus ab Hieronymianis et Notkero hac die signati, quam nos XXVII Junii retulerimus. Verum cum hæc ad Usuardum hoc loco nihil faciant, frustra iis componendis hic immoraremur; præterquam quod satis et abunde ad prædictam diem de ea controversia actum censeamus, plura in Actis dicturi. Reliqua ad hosce Martyres pertinentia, in Auctariis reperientur. Wandelberti autem versiculus jam supra XXVII Junii relatus sic habet: *De Septem Tiburtinis*

Quindecimam (Kal. Augusti) *genetrix septena prole dicabit.*

AUCTARIA.

Arnulfi. PRATEN. Jam ejus verba dedimus; ubi pro *Castrensi*, notabis *Castrinse*, et præter morem, *martyris et episcopi.*

Arnulfi Aquilinensis. HERINIEN. Alia plane phrasi utitur: *Ipsa die, in silva, quæ Equilina dicitur, festivitas beati Arnulfi pontificis Turonensis et martyris, qui contemporalis et discipulus fuisse noscitur beati Remigii.* Silva illa, quæ dicitur *Aquilina*, vocatur Gallice *Yveline*. Vide Castellanum.

Brunonis. *Arnulfi.* TORNACEN. Incipit: *Brunonis* (alias *Bruni*) *episcopi et confessoris. In Pago Castrinse, sancti Arnulfi episcopi et martyris.* Sequitur annuntiatio prima, deest altera de Æmiliano.

Arnulfi martyris. ANTVERP-MAJ. Textui puro adjungit: *Eodem die, sancti Ernulfi martyris.* Ubi adverte diversum ad aliis loquendi modum.

De Arnulfo Metensi. ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In fine post textum purum: *Apud civitatem Metensium, sancti Arnulfi episcopi, qui sanctitate et miraculorum gratia illustris, heremiticam vitam diligens, beato fine quievit.* Quæ verba, ex Adone accepta invenies, XVI Augusti.

Arnulfi episcopi et martyris; MUNERAT. Etiam in fine, sed diversa rursus phrasi: *Eodem die, natalis sancti Arnulfi episcopi et martyris.* Vide superius Observationem.

de eodem. GREVEN. Proxime PRATENSI accedit: *In pago Castrensi, sancti Arnulfi episcopi et martyris.*

Symphorosæ et 7 filiorum. ALBERGEN. et DANIC. Primo loco ponunt: *Apud Tiburtinam urbem Ytaliæ, natale sanctæ Simphorosæ cum* VII *filiis*, etc., ut vide sis XXVII Junii. Sequitur textus, et in fine, de Arnulfo Metensium episcopo, ut supra.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Referunt omnes textum purum, cui subnectunt: *Civitate Metensium, sancti Arnulphi episcopi, qui sanctitate*, etc., ut supra ex Adone. In fine: *Eodem die, sancti Frederici Trajectensis episcopi et martyris.* *Arnulfi Metensis.* *Frederici*

CENTULEN. *In Francia, castro Crispeio, natale beati Arnulfi, Turonicæ sedis episcopi, quem tradunt discipulum fuisse beati Remigii Remensium pontificis, a quo scilicet remeans, ab impiis peremptus est.* Vide citatum Castellanum. *Ipso die, octava sancti patris Benedicti abbatis.* *Arnulfi Aquilinensi.* *Octavæ Benedicti*

BRUXELLEN. Principio anticipat festum Justæ et Rufinæ, de quibus vide die sequenti. Sequitur de Guddene et Æmiliano satis pure. Tum: *Apud silvam Aquilinam, sancti Arnulfi episcopi et martyris. Apud Trajectam inferius, natale sancti Frederici episcopi et martyris. Qui mandato imperatricis* (potius ab incestuosis insulanis Walacrensibus) *pro justitia legis divinæ occisus est, multis clarus miraculis. Remis, translatio sancti Nycasii episcopi et martyris.* *Arnulfi Aquilinensi* *Frederici.* *Translatio Nycasii*

HAGENOYEN. Huc refert Esdram prophetam, de quo nos supra XIII Julii, cui elogium more suo ex sacris paginis conceptum adscribit. Sequitur totus textus. Deinde: *In civitate Metensi, depositio sancti Arnulfi ejusdem civitatis episcopi*, cum longiori elogio, quod in ipsis Actis legi mavelim. Tum: *In pago Castrensi sancti Arnulfi episcopi et martyris. Apud Trajectum, sancti Frederici episcopi et confessoris.* Nescio cur et hic non æque martyr appelletur. *Arnulfi Metensis* *Arnulfi episcopi et martyris.* *Frederici*

[illegible]

Arnulfi. Octavæ Benedicti.

AQUICINCT. In fine : *Castello Crispiaco, sancti Arnulfi archiepiscopi et martyris.* Idem est, opinor, de quo CENTUL. *Octavæ sancti Benedicti abbatis.*

Arnulfi Metensis. Severini.

VICTORIN. *Civitate Metensi, sancti Arnulfi episcopi et confessoris. Ipso die, sancti Severini confessoris. Octavæ sancti Benedicti abbatis.*

Arnulfi et uxoris.

DAVERONEN. *In pago Castrensi, qui dicitur Sylva Aquilina, natalis beati Arnulphi episcopi et martyris, cum uxore sua Scariberga.*

Frederici. Arnulphi episcopi et martyris.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Frederici episcopi Trajectensis, martyris. Requiescit ad sanctum Salvatorem. Arnulphi episcopi Turonensis, martyris. Gudenes, quæ multa sustinuit.*

Clari.

CODEX BIGOTIANUS tertius, sub nota D. 9. *Item, sancti Clari martyris.* Quæ alia manu adjecta sunt. Colitur hic hodie Parisiis, sed alibi die natali proprio, IV Novembris.

Veterini.

REG. SUEC. signatus num. 130. *Ipso die, sancti Veterini confessoris.*

Arnulfi Metensis.

In VATICAN. num. 5949. Deest Æmiliani. Adjicitur Symphorosa cum VII filiis. *Item sancti Arnulfi Metensis,* ut supra.

Raphilli. Roberti.

FLORENTIN. *In Tuscia, sancti Raphilli archiepiscopi Ravennensis. Beati Roberti confessoris de Salle, ordinis Cœlestinorum.*

Translatio Arnulfi.

CODEX MONTIS SANCTI. *Translatio sancti Arnulfi Metensis episcopi, qui sanctitate vitæ et miraculorum gratia, etc.*

Translationis Odiliæ. Symphorosæ cum 7 filiis. Arnulfi episcopi et martyris. Arnulfi Metensis. Frederici. Arnoldi. Eadburgæ.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *In Hoya, territorio Leodiensi, translatio sanctæ Odiliæ virginis et martyris de civitate Colonia, ex nobili illa societate undecim milium virginum. Apud Tyburtinam urbem Italiæ, sanctæ Symphorosæ,* etc. Sequitur de Guddene, pure. Tum : *Apud Silvam Aquilinam, sancti Arnulphi episcopi Thuronensis et martyris. Civitate Metis, sancti Arnulphi episcopi et confessoris. Qui sanctitate,* etc. *Civitate Dorostoro, sancti Emiliani confessoris. Trajecto inferiori, passio beati Frederici episcopi et martyris. In territorio Juliacensi, villa Arnswilre, natale beati Arnoldi citharedi Karoli magni et confessoris. Eodem die, sanctæ Eadburgæ virginis.*

Aquilini. Materni.

BELIN. Incipit a Symphorosa, etc. Tum de Arnulfo Metensi. Post de Æmiliano. Dein : *Eodem die, sancti Aquilini episcopi. Ipso die, sancti Materni episcopi et confessoris, Apud Cartaginem, sanctæ Gudenis martyris.*

Eugenii II. Frederici. Answeri. Clari. Aquilini. Materni. Arnulfi Metensis. Arnoldi.

GREVEN. *Eugenii Papæ II et martyris. Qui a laicis Romanis excæcatus et occisus, sepultus est apud sanctum Petrum. In Trajecto inferiori, sancti Frederici episcopi et martyris. Qui cum zelo justitiæ illicitas nuptias Ludovici imperatoris arguerет, alteram expertus Herodiadem, martyrio coronatur.* Vide quæ diximus in BRUXELLEN. *Answeri martyris et sociorum ejus. Clari martyris. Aquilini episcopi. Materni episcopi et confessoris. Metis, translatio sancti Arnulfi episcopi et confessoris. In territorio Juliacensi, pago Arnswilre, natale beati Arnoldi, citharedi Karoli magni et confessoris, multa erga pauperes pietatis viri. Secundum aliquos hic Symphorosæ cum filiis suis, de quibus supra V Kal. Julii. In Hoia, territorio Leodiensi, translatio sanctæ Odiliæ virginis et martyris, ex societate XI milium virginum. Eodem die, sanctæ Eadburgæ virginis.*

Symphorosæ et filiorum. Translationis Odiliæ. Eadburgæ.

Arnulfi Metensis. Aquilini. Materni. De Philastrio.

MOLAN. *Apud Tyburtum civitatem Italiæ,* etc. *Apud civitatem Metensium,* etc. *Eodem die, sancti Aquilini episcopi. Mediolano, sancti Materni episcopi et confessoris.* Deinde ex Adone vel ejus apud Rosweydum appendice : *Brixiæ, depositio S. Philastrii ipsius civitatis episcopi. Qui cum fuisset presbyter ordinatus, ductus amore Dei, relictis omnibus, universum pene ambitum circuivit orbis, quatenus secutus vestigia Pauli Apostoli, per singula loca animas fraude diaboli deceptas, de sempiterno suis prædicationibus liberavit interitu. Unde non solum contra gentiles atque Judæos, verum etiam contra omnes pene hæreses et maxime contra Arrianam perfidiam, quæ tunc nimium prævalebat, fidei vigore pugnavit, et ob hoc verberibus castigatus, stigmata Domini nostri Jesu Christi suo portabat in corpore. Nam et in Mediolanensi urbe idoneus custos Dominici gregis fuit, et Auxentio Arrianæ perfidiæ episcopo, priusquam beatus Ambrosius eligeretur, divina gratia fultus, nimium repugnavit. Romæ etiam non exiguo tempore demoratus, multos et publica et privata disputatione est in fide lucratus. Et quia valde hæreticos impugnabat, voluit de eorum singulis sectis atque doctrinis nefandissimis librum componere, quatenus singularum hæresum errore patefacto, nullus ab eis saltem simplex in ecclesia constitutus comprehendi possit. De quo beatus Augustinus ita dixit : Philaster Brixiensis episcopus, in prolixissimo libro, quem de hæresibus condidit, centum viginti octo hæreses arbitratus est computandas. Item Trajecti, Frederici, ejusdem loci episcopi et martyris. Qui innocens a nocentibus pro veritate occisus est, ante sanctum altare Dei, post Missæ celebrationem ; sepultus eodem loco. In pago Castrensi, sancti Arnulphi episcopi et martyris Turonensis.* Tum minoribus typis, de Arnoldo cytharædo, ut GREVEN. *Eodem die, natalis beati Theodorici Metensis episcopi, consobrini Othonis primi. In Nortmannia, sancti Clari monachi et martyris, de cujus passione exstat sermo Nicolai de Nise.* Hæc in prima editione. Aliæ textui præfigunt : *Apud Tiburtinam,* etc. In fine, de Æmiliano, additur *martyris. Et sancti martyris Hyacynthi in Anastride.* De Arnulfo Metensi, ut supra. *Ipso die, sancti Materni episcopi et confessoris, in Mediolano.* De Arnulfo Castrensi, habet ferme ut HERINIEN. De Frederico Trajectensi, ut in priori editione. *Brixiæ, depositio sancti Philastrii, ipsius civitatis episcopi, qui contra omnes pene hæreses, et maxime contra Arrianam perfidiam, quæ tum nimium prævalebat, fidei vigore pugnavit, et ob hoc verberibus castigatus, stigmata Domini nostri Jesu Christi suo portabat in corpore.* De Odilia Huiensi, de Arnoldo cytharædo, de Theodorico Metensi episcopo, et Claro, ut supra.

De Frederico. Arnulfi episcopi et martyris. Theodorici. Clari. Hyacinthi.

Kal. XIV. *Die* 19.

Epaphræ. Arsenii.

Natalis sancti Epafræ, qui a beato Paulo Colossis ordinatus episcopus, clarus virtutibus, ibidem martyrii palmam pro ovibus sibi commendatis virili agone percepit. Apud Thebaidem, sancti patris nostri Arsenii, de quo in verbis seniorum refertur, quia propter redundationem lachrymarum tergendam, sudarium semper in sinu vel in manu habuerit. In Hispania civitate Hispali, passio

sanctarum

sanctarum Justæ et Rufinæ, quæ a præside Diogeniano comprehensæ, primo equulei extensione et ungularum laniatione vexatæ sunt, post carcere, inedia et doloribus afflictæ, tandem Justa in carcere spiritum exhalavit, Rufinæ cervix confracta in confessione est. *Justæ et Rufinæ*

Consonant *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Quibus accedunt : *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. *Epaphræ*, recte formant Pulsanen. Greven. et Molan: sequor in textu reliquos omnes. *Colossis* habent aliqui, Herinien. *Colossensis*, melius ceteri, ut nos scripsimus. Munerat. adjecit titulum *martyris*. *Beati Paulo*, *Thebaidam*, *servorum* pro *seniorum* et *lachrimarum*, *exalavit*, etc, facile corrigi possunt. Belin. et Molan. cum mediæ notæ codicibus, *post* sancti, omittunt *patris nostri*. Item pro *redundationem*, habent cum Greveno *redundantiam*, vel ut Antverp. et Max-Lubec, *redundanciam* ; probatiores codices Adonem secuti sunt, et nos etiam in textu. Belin. et codices recentiores quinque a phrasi Bedæ et Adonis recedunt, dum pro *habuerit*, legunt *habuit*. Greven. et Molan. singulares nonnumquam sunt, ut supra sæpius patuit ; hic soli pro *Hispania*, substituunt *Hispanis*. Item, *post in carcere inedia et tortionibus afflictæ*. Denium, *Rufinæ cervix confracta est in confessione Domini*, Hæc, inquam, propria sunt Greveno et Molano, in quibus hic alterum descripsit. Ceterum, *in Hispania*, codices omnes unanimiter legunt, in altero nonnihil variant. Herinien. legit : *post carcerem, inedia, et doloribus afflictæ*. Antverp-Maj. *post carceris*, etc. Major numerus cum Antverp. et Max-Lubec. *post carceris, inedia et variis doloribus*. At vero phrasis Adoni conformior est, quæ ex Pratensi et Munerato in textu sumitur. Demum Herinien. ponit, *cervix confracta in confessione Domini est*. Antverp-Major, *cervix in confessione confracta est* ; omnes quidem syntaxi bona, sed ubi de Usuardi modo loquendi quæritur, is præferendus videtur, qui Adoni proximus est, qualem habet Praten. Munerat. Belin. Antverp. et Max-Lubec. cum ceteris, quos textui prælucere maluimus.

OBSERVATIO. Quam magna hac die codicum nostrorum consonantia, tam clara totius textus ex Adone transfusio. Hieronymiana ex mente Florentinii nihil habent quod huc spectet, quamvis tamen Hispaniensem *Justum* illic positum, pro *Justa* accipi nihil magnopere impediat, præsertim cum *Justæ* diserte scripserit Corbeiense. Nam quod ab Notkero rem decidi putat Florentinius, haud satis probare queo, nisi cum ipso eodem auctore duos Justos hac ipsissima die in Hispaniis recensendos existimet, quod quam sit verosimile, suo loco intelliges. Interim Romanum parvum sic hodie brevissime : *Hispali, sanctorum Justæ et Rufinæ*. Beda *Arsenium* nominat, et post eum Rabanus, iisdem omnino terminis, quibus Ado utitur. En modo laterculi genesim. — *Epaphræ* elogium ex Festivitatibus Apostolorum a Nostro ad verbum transumptum est. *Epaphræ*
Patet potiorem partem ex Pauli epistolis acceptam esse ; verum unde Adoni constiterit, Epaphram Colossis *martyrii palmam virili agone percepisse*, fateor, me necdum reperisse, nec id invenit Tillemontius tomo I in vita Pauli articulo 44, a pag. 292. Sed hæc alterius loci sunt. — *Arseniana* jam dixi Bedæ et Adonis esse communia, ab Usuardo etiam transcripta. Uberiori elo- *Arsenii*
gio exornari poterat *Arsenius*, ex ipso illo fonte quem Viennensis attingit. At hæc nobis relicta sunt, in Actis fusius deducenda ex Vitis PP. aliisque scriptoribus Metaphraste sincerioribus, quorum varias narrationes, ordine disposuit Tillemontius tomo 14 a pag. 676. Wandelbertus soli Arsenio metricum elogium aptavit :

Arsenius quartam denamque eremita venustat.

Denique *Justæ* et *Rufinæ* laudatio, licet hinc inde nonnihil contracta, tota ex Adonis verbis con- *Justæ et Rufinæ*
flata est; educta, procul dubio, ex antiquioribus Actis, quorum selectam medullam extraxisse videtur Maldonatus, ut habes apud Surium hoc die. Mirum autem cur a Notkero, tam fideli Adonis imitatore, *Epaphras* prætermissus sit, ejusque loco substituti alii, non satis undequaque cogniti, ne quidem apud codices Hieronymianos, quantumvis auctos. At de hoc tantopere nobis laborandum non est, ubi ex supradictis certissima textus origo simpliciter et manifeste patescit.

AUCTARIA.

TORNACEN. Incipit: *Apud Thebaidem*, etc. Tum de Epaphra, rescisso utrobique elogio. Cetera purus.

Rustici. ROSWEYD. Augetur in fine, his verbis : *Lugduno Rustici presbyteri.*

PULSANEN. In Epaphra et Arsenio purus, silet de duabus ultimis Justa et Rufina.

LOVANIEN. In duabus primis purus, rescindit elogium Justæ et Rufinæ.

CENTULEN. In prima satis purus, sic pergit : *Eodem die, sancti patris nostri Arsenii, vita et moribus Christo Domino per omnia digni. In Hispaniis civitate Hispali, sanctarum Justæ et Rufinæ, quæ a Diogeno præside comprehensæ, gravi cruciatu dilaniatæ sunt.*

BRUXELLEN. Denuo anticipat : *In Judea, natale beati Joseph, qui cognominatus est justus, et cum beato Mathia sub Apostolica sorte statutus; quique prædicationis officio inserviens, multamque pro fide Christi persecutionem sustinens, venenum fertur bibisse, ex quo nichil triste pertulerit, sed victorioso fine in pace quievit. Colosis, natale sancti Ephire. Qui a beato Paulo Colocensibus ordinatus episcopus, clarus virtutibus, ibidem martyrium pro ovibus sibi creditis, virili agone percepit. Apud Tyburtinam Ytaliæ, natale sanctæ Symphrosæ cum* *De Joseph, per anticipationem*

De Symphorosa et 7 filiis.

septem filiis. Quæ suspensa crinibus, et post alligata saxo, in fluvium præcipitata est. Deinde filii per varia tormenta martyrizati sunt omnes. Hæc etiam hac die non satis apte referuntur. Sequitur : *Apud Thebaidem, sancti Patris Archenii. Qui ex insigni senatore, in heremo factus est monachus. De quo in verbis seniorum refertur, quia propter*, etc. In fine : *Apud Trajectum inferius, depositio sancti Barnulphi episcopi et confessoris.* In GREVENO vocatur *Bernoldus.*

Barnulfi.

HAGENOYEN. In prima satis purus est. Deinde : *Apud Thebaidem, depositio sancti patris nostri Arsenii, fratris sancti Eufemiani, patris sancti Allexii. Qui quando in seculo erat, imperialibus saltem vestibus erat indutus, et nimis erat delicatus, et Theodosio imperatori erat carissimus, ita ut duos ejus filios de sacro fonte levaret. Et hic post conversionem erat abstinentissimus, et vestibus omnium vilissimus. Et ideo sicut Daniel propheta, spiritu prophetiæ claruit. De quo refertur in verbis seniorum, quia propter*, etc. In Justa et Rufina satis purus est.

Mira de Arsenio

AQUICINCT. Subjungit in fine proprium loci, hoc modo : *Aquicincti, translatio sanctæ Sambariæ virginis et martyris.* Sed hæc sunt a recentiori manu, ut in apographo notatur.

Translationis Sambariæ.

VICTORIN. et REG. SUEC. sub nota num. 130. *Mediolani, inventio sanctorum Gervasi et Protasii.* Vide de his Usuardum XIX Junii, et Acta eo die, in quibus de his fusius agitur.

Inventionis Gervasii et Protasii.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Justæ et Rufinæ. Arsenii confessoris et solitarii, dudum Senatoris Romæ. Epaphræ episcopi Colossensis, disciputi beati Pauli Apostoli.*

Textus contractus.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Arsenii.* Adjicitur : *Assumptio sancti Eliæ prophetæ.*

Assumptionis Eliæ.

FLORENTIN. *Apud Spoletum, passio sanctorum martyrum Euticii, Britii, Joannis, Teudilii, Isaach, Laurentii, Herculani et Parietalis. Quorum capita Martianus tyrannus jussit truncari et inhumata corpora eorum derelinqui. Sed quædam inclita matrona vidua, illa condidit in prædio suo in cœmiterio Pontiano, non longe ab urbe prædicta, ut habetur in gestis sancti Proculi* (in excuso est *Pauli*) *episcopi et martyris. Nomina vero eorum sunt hæc : Euticius... Theudila.... Treveris, sanctæ Severæ virginis.*

Euticii et soc. — *Severæ.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Colosis, sancti Epafræ episcopi et martyris ; qui a beato Paulo*, etc. Reliqua totius textus satis pura sunt. In fine additur : *Treveris, beati Martini episcopi et martyris. Constantinopolim, sanctæ Dariæ virginis. Lugduno Galliæ, depositio beati Rustici episcopi et confessoris.*

Martini. — *Dariæ.* — *Rustici.*

GREVEN. *Treveris, beati Martini, primi ejusdem urbis episcopi et martyris. Simmachi Papæ. Lugduni Galliæ, sancti Rustici episcopi et confessoris. Item sancti Justi. Constantinopoli, sanctæ Dariæ virginis. Item beatæ memoriæ, Bernoldi episcopi Trajecti inferioris et confessoris.*

Martini. — *Symmachi PP.* — *Rustici.* — *Justi.* — *Dariæ.* — *Bernoldi.*

MOLAN. In prima editione nulla habet Auctaria. In posterioribus hæc pauca subjungit : *Treviris, beati Martini, decimi ejusdem urbis episcopi et martyris. Eodem die, Symmachi Papæ. Die decima nona, sancti Patris Dii. Et sanctæ Macrinæ, sororis magni Basilii.* Notandum, quod in harum editionum textu litteris Italicis post *Justæ et Rufinæ quæ*, inserantur hæc verba : *vendentes vasa fictilia*, citato ad marginem Officio Sanctorum Hispaniæ, Maldonato et Surio, ex quibus videlicet illa accepta sunt. In priori signatur lectio secunda Burgensis ecclesiæ.

Martini. — *Symmachi.* — *Dii.* — *Macrinæ.*

XIII *Kal.* *Die* 20.

Joseph Justi. — *Sabini et soc.* — *Pauli diaconi.*

Natalis beati Joseph, qui cognominatus est justus. Hic prædicationis et sanctitatis officio inserviens, multamque pro fide Christi persecutionem a Judæis sustinens, victoriosissimo fine in Judæa quievit. De quo refertur, quod venenum biberit, et nihil ex hoc triste pertulerit, propter Domini fidem. Apud Damascum, sanctorum Sabini, Maximi, Juliani, Macrobii, Cassii, Paulæ, cum aliis decem. Civitate Corduba, sancti Pauli diaconi et martyris.

Puros censemus *Herinien. Max-Lubec. Antverp-Max.* et *Lovaniensem.*

VARIA LECTIO. Sunt qui legant, *prædicationis officio et sanctitatis inserviens*, melior est textus nostri constructio, ubi *inserviens* cum Adone, non *serviens*, ut alii. In omnibus Damascenorum hic est ordo : *Sabini, Maximi, Juliani*, etc. Soli Greven. et Molan. ita vertunt : *Juliani, Sabini, Maximi*, procul dubio ex diversitate codicum Hieronymianorum, de qua vide Florentinium. Herinien. pro *Macrobii*, male scripsit *Macrabii*, ut alii *Pauli*, pro *Paulæ*, etc. Alia in proxime sequenti Observatione expediuntur.

Joseph.

OBSERVATIO. Circa primam et secundam textus nostri annuntiationem nulla prorsus difficultas suscitari potest. *Joseph*, ab auctore Romani parvi sacris Fastis primum insertus, ita ibi prædicatur : *Joseph, qui cognominatus est justus, qui a Judæis pro Christo multa perpessus, victor in Judæa quievit.* Ado elogium auctius reddidit, a Notkero descriptum. Noster, ut semper assolet, dum textus Adoniani paulo diffusiores sunt, summa rerum capita eleganter compegit. Quod autem de hausto innoxie veneno dicitur, ex Rufini Eusebio lib. 3 cap. 28 desumptum existimo. Cetera ex Actis, aut Patrum traditione colligenda sunt, ut fecit Tillemontius tomo I variis locis, sed maxime pag. 119, quæ in Actis nostris accuratius discutientur. — *Martyres Damasceni*, ut hic signantur, ita ex Hieronymianis accepti sunt ab Adone, ex quo in nostrum et Notkerum transfluxere. De nonnulla, inter vetustissimum Epternacensem et reliquos Hieronymianos codices discrepantia, agit Florentinius, quem curiosus lector consulat.

Sabini et soc.

Hactenus

De Pratensi aliisque codicibus.

Hactenus certe sibi constat Usuardina veritas, ex consensu codicum omnium ; venenum aut discrimen in cauda latet. Ut autem clare et ordine procedam, verba Pratensis codicis primum recito. Addit ille post præfatas binas commemorationes : *In pago Bononiensi, sancti Ulmari confessoris.* Quibus subjungit ecgraphum nostrum : *Eodem die, sanctæ Margaritæ virginis et martyris*, sic tamen ut ex subvirgulatione facile intelligam, ea verba ex margine in textum traducta, quod subinde confirmavit oculatus inspector Clar. Castellanus, asserens recentiori manu eo loci scriptum esse, non *Margaritæ*, sed hoc pacto : *Eod. die, scæ Marinæ virg. et mr.* Unde et qua ratione *Marina* illa cum *Margarita* confundi possit, dicere cœpimus ad XVIII Junii, sed ut candide fatear, operosioris disquisitionis est, quam ut hic indagetur. Impræsentiarum sit satis, ostendisse annuntiationem illam antiquis Martyrologis incognitam, in codicibus Usuardinis plane esse adjectitiam, atque adeo a puritate deficere codices omnes quotquot illam adoptant, ut sunt, Antverp-Maj. Antverp. Munerat., Greven. et alii. Restat solvendus nodus in *Vulmaro*, quem jam ferme XVII Junii, ex toto præcidimus. Hic solum accedet Castellani observatio, ita Gallice ad me scribentis : *Le* 20 (Julii) *finit par une rature, sur laquelle est recrit d'une main très ancienne* : *In pago Bononiensi*, etc. Quod significat, annuntiationem prius illic positam, erasam esse, et quæ modo apparet, vetustissima manu ei inscriptam. Meminisse oportet ad XVII Junii in eodem codice expunctum *Vulmarum*, eique substitutum *Gundulfum Bituricensem* (ut in similibus non semel factitatum alibi ostendimus ;) et sic manifeste comperiemus, correctorem illum, quisquis fuerit, hac die *Paulum Cordubensem* exsculpsisse, ut eo *Vulmarum* transferret, quem ob spatii angustias Adoniana phrasi non potuit exprimere ; uti nec codices alii in ea annuntiatione conformes sunt. Hinc modo conjice, restituendam loco suo annuntiationem *Pauli*, a nobis idcirco in textu positam prout eam diserte signant citati supra codices quatuor, *Pauli* et præterea, Tornacen. Antverp. Munerat. Greven. Ultraject. cum aliis codicibus et extractis. Molanus, qui in prima sua editione de Vulmaro recte egerat XVII Junii, merito hac die eum prætermisit ; sed cur *Paulum* neglexerit, non satis perspicio ; multo minus cur in editionibus aliis utrumque posuerit : ubi immemorem sui diceres, nisi in annotatione, nescio quam hujus duplicitatis causam indicaret. Nobis itaque, perpensis omnibus, dubium non est, quin *Paulus*, a sancto Eulogio lib. 2 Memorialis cap. 6, egregie celebratus, cum pluribus aliis martyribus Cordubensibus, quos in Hispania Usuardus collegerat, inde in Franciam allatus, et hoc die, martyrii ejus proprio, non vero *Vulmarus*, consignatus sit, ut proinde vindicatam putemus primigeniam et germanam Usuardi simplicitatem.

AUCTARIA.

De PRATENSI codice jam diximus. Ei in augmentis de more similis est ANTVERP-MAJOR.

Margaretæ TORNACEN. Incipit : *Margaretæ virginis.* In elogio Josephi mutilus est, a *de quo refertur*, etc. Cetera purus.

Vulmari ROSWEYD. In fine solum habet : *In pago Bononiensi, sancti Wlmari abbatis et confessoris.* Malo ego cum aliis scribere *Vulmari.*

Margaritæ ANTVERP. et UGHELLIAN. De Margarita sic habent : *Apud Antiochiam, passio beatæ Margaritæ virginis et martyris.*

MUNERAT. Textui puro subdit : *Eodem die, sanctæ Margaretæ virginis et martyris.*

De eadem. Octavæ Bonaventuræ BELIN. Habet etiam textum purum, sed addit : *Apud Antiochiam, passio beatæ Margaritæ virginis et martyris. Item eodem die, Octava sancti Bonaventuræ episcopi et confessoris, Ordinis Minorum.* Similia festa hic sæpius notantur.

Arnulphi. Margaretæ GREVEN. Post textum purum solus in ipso textu adjungit : *Ipso die, sancti Arnulphi confessoris*, sine characteristica, unde dignoscatur. Deinde : *Eodem die, sanctæ Margaretæ virginis et martyris.* Vide superius Observationem.

MOLAN. Deficit, ut supra dictum est, in annuntiatione Pauli martyris Cordubensis.

Severæ. ULTRAJECTIN. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Textui puro superaddunt : *Treveris, sanctæ Severæ virginis, sororis sancti Monowaldi, ejusdem loci episcopi.* Vide infra codicem BRUXELLENSEM, etc.

Victoris. Vulmari. CENTULEN. *Natale beati Joseph, qui Justus cognominatus est, quibus* (quique) *corpus Dominicum in sepulchro proprio meruit sepelire.* Satis patet confusio, In Damascenis, purus est, nisi quod pro *Maximi*, scribat, *Maximini. In Thebaide, sancti Victoris. Cordubæ, sancti Pauli diaconi et martyris. In pago Boloniensi, sancti Vulmari abbatis. In* margine autem nova plane manu adjectum legitur: *Apud Antiochiam passio sanctæ Margaritæ virginis et martyris.* *Margaritæ.*

BRUXELLEN. De beato Joseph, locutus est die præcedenti. Porro in Damascenis et Paulo purus, subdit : *In pago Bononiensi, depositio sancti Vulmari presbyteri et confessoris. Treveris, sanctæ Severæ virginis, sororis sancti Modoaldi, ejusdem loci episcopi. Apud Antiochiam, beatæ Margaretæ virginis et martyris.* *Vulmari. Severæ. Margaretæ.*

De Joseph HAGENOYEN. Sic incipit : *In Judæa, depositio beati Joseph, qui cognominatus est Justus. Hic erat filius Alphæi et Mariæ Cleophæ, quæ fuit soror beatæ Mariæ, matris Domini nostri Jesu Christi et frater Jacobi Minoris et Symonis et Judæ Apostolorum. Hic fuit unus ex septuaginta duobus discipulis Domini, et post ascensionem Domini, sortem misit cum Mathia pro apostolatu per electionem Apostolorum. Hic ingentibus mysteriis Domini interfuerat et Spiritum sanctum cum Apostolis recepit. Hic postea prædicationis et sanctitatis officio inserviens*, etc., pure. In Damascenis et Paulo, cum textu consonat, et in fine adjicit : *Treveris, depositio Severæ virginis, sororis Modowaldi episcopi ejusdem civitatis.* *Severæ.*

AQUICINCT. Pro *Cassi, Paulæ*, habet *Bassi, Pauli.* Deest, *civitate Corduba*, etc. Sed in fine : *Eodem die, sanctæ Margaretæ virginis et martyris. In pago Bononiensi, depositio sancti Vulmari abbatis.* Idem hic sæpius recurrit. *Margaretæ. Vulmari.*

VICTORIN. *Antiochiæ, sanctæ Margaretæ virginis.* Vide infra elogium apud MOLANUM. *Margaretæ.*

In VATICAN. Deest *Pauli.* Adjectum : *In Cassino, natalis sancti Severi episcopi.* *Severi.*

ALTEMPS. *Apud Cluniacum, exceptio reliquiarum beati Gregorii Papæ.* *De reliquiis Gregorii.*

MATRIC-

Bernoldi. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Margaretæ virginis et martyris. Joseph qui dictus est Justus. Sanctorum martyrum Sabini, Maximi, Juliani cum ceteris. Bernoldi episcopi Trajectensis, qui apud sanctum Petrum quiescit.*

Exceptionis reliquiarum Gregorii PP. CLUNIAC. CODEX D. DU CHEVAL sign. C. et CAUDIAC. Adjungunt : *Ipso die Cluniaci monasterio, gloriosa exceptio reliquiarum beati Gregorii Papæ.*

Raptus Eliæ. EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Elias raptus est in cælum curru ignis, astante et vidente Heliseo.* Sequitur de Joseph et Damascenis, satis pure.
Victoris. Tum : *In Thebaida, sancti Victoris confessoris. Civitate Corduba,* etc. *In pago Boloniensi, depositio*
Vulmari. *sancti Wulmari abbatis, presbyteri et confessoris.*
Severæ. *Treveris, sanctæ Severæ virginis, sororis sancti Monowaldi, ejusdem loci episcopi et confessoris. Quæ in ecclesia sancti Eucharii quiescit.* Alibi melius legitur, *Modoaldi.*

Victoris. GREVEN. *In Thebaide, sancti Victoris confesso-*
Magni, etc. *ris. Magni presbyteri et Amorini. In pago Bono-*
Vulmari. *niensi, sancti Vulmari abbatis, presbyteri et con-*
Placeriæ. *fessoris. Item Placeriæ. In Tuscia, sanctæ memo-*
Ambrosii. *riæ Ambrosii presbyteri et confessoris, Ordinis*
Wilgefortis. *Prædicatorum. Item, sanctæ Wilgefortis virginis,*
Severæ. *et martyris, filiæ regis Portugaliæ. Severæ virginis, sororis sancti Modoaldi episcopi Treverensis.* Vide notationem Baronii.

MOLAN. *Apud Antiochiam, passio beatæ Margaritæ virginis et martyris.* *Margaritæ.* *Treberis, sanctæ Severæ virginis, sororis sancti Modoaldi, ejusdem loci episcopi.* *Severæ.* *Eodem die, in pago Galliæ Bononiensi, monasterio Silmaco, depositio sancti Vulmari abbatis.* *Vulmari.* Postea typis minoribus : *Item sanctæ Wilgefortis virginis et martyris, filiæ regis Portugaliæ : quam nonnulli Latine, Liberatam, Teutonice autem, Ontcommeram agnominant.* *Wilgefortis.* Editiones aliæ post textum integrum purum, subdunt : *Apud Antiochiam, passio beatæ Margaritæ virginis et martyris. Quæ per Olybrium præfectum multa tormenta passa est pro Christi nomine, vincula, carceres, flagella, equuleum. Quam et diabolus in draconis specie, similiter et in Æthiopis, tentavit, sed per signum sanctæ Crucis superatus est. Novissime vero per prædictum præfectum decollata, sacro martyrio vitam finivit.* *De Margarita.* De hac alibi, ut XIII Julii, etc. Sequitur in his editionibus, tamquam pars Usuardi textus : *Eodem die, in Gallia pago Bononiensi, sancti Vulmari confessoris, admirandæ sanctitatis viri. Treviris, sanctæ Severæ virginis, sororis sancti Modoaldi, ejusdem loci episcopi. In Portugallia, natalis sanctæ Wilgefortis virginis et martyris, quæ amore castitatis et Christianæ fidei, in cruce moriens, feliciter transivit ad Dominum.* Non est nomen Lusitanicum.

XII *Kal.* *Die* 21.

Danielis. *Praxedis.* *Victoris et 3 aliorum MM.* *Juliæ.*

Danielis prophetæ. Romæ, sanctæ Praxedis virginis. Hæc in omni castitate et lege divina erudita, vigiliis et orationibus atque jejuniis assidue vacans, quievit in Christo, sepultaque est juxta suam sororem Potentianam via Salaria. In Galliis civitate Massiliæ, natalis sancti Victoris ; qui cum esset miles, et nec militare, nec idolis sacrificare vellet, primo in carcerem trusus, ibique ab angelis visitatus, deinde variis excruciatus pœnis, novissime contritus in mola pistoria, martyrium consummavit. Passi sunt cum eo tres milites, Alexander, Felicianus et Longinus. Trecas, sanctæ Juliæ virginis et martyris.

Sumitur textus ex *Praten. Herimen. Tornacen. Antverp-Majore, Antverp.* et *Max-Lubec. Munerato, Belini prima editione, Greveno* et *Molano.*

VARIA LECTIO. Recte legunt omnes, *orationibus atque jejuniis assidue vacans,* nescio cur in Antverpiensi inseratur vox *erudita,* unde exsurgit inepta constructio, *orationibus atque jejuniis erudita assidue,* etc., cum eadem prius bene posita sit, *lege divina erudita,* etc. *In Christo quievit,* est transpositio Antverp-Majoris, ut in alio faciunt Belin. Greven. et Molan. qui pro *juxta suam sororem,* mutant in *juxta sororem suam.* Alibi diximus *Pudentianam* scribi, pro *Potentiana,* sed hic codices omnes cum textu consentiunt. *Marsilia* habent Munerat. et Belin. Rursus Belin. ubi in textu est, *et nec militare, nec idolis,* etc., ponit, *et non militare, nec,* etc. Antverp-Major vero omittit *et,* male etiam efformans sequentia, hoc modo : *Primo cum in carcerem trusus, ibi ab,* etc. Et Belin. iterum *angelo,* pro *angelis.* Reliqui in textu *pœnis,* licet plerique omnes codices diphthongis careant, in quo et similibus vix servari potest orthographica uniformitas. Belin. aliis verbis usus, scripsit, *variis cruciatibus punitus.* Sensus exigit, *novissime contritus in mola pistoria,* sed Antverp. et Max-Lubec. ponunt *constrictus,* atque eadem editio et Belin. omittunt *in.* Greven. et Molan. hic denuo a communi lectione deficiunt, nam ubi omnes alii legunt, *passi sunt cum eo tres milites* ipsi omittunt *tres. Longius,* pro *Longinus,* error est in Antverpiensi-Majore ; minores alios, tum ex hoc, tum ex aliis codicibus prætereo.

Danielis. OBSERVATIO. De *Daniele* propheta agit hodie Beda secundo loco, post *Praxedem.* Romanum parvum sequitur Ado, hunc Noster et alii, iisdem ferme omnes terminis. Videbitur suo tempore, quanti faciendus sit, qui apud Surium hoc die exstat, totus ille Metaphrastis de Daniele et
Praxedis. tribus pueris Babilonicis commentarius. — *Praxedem* etiam memorat Romanum parvum, et Beda, ut jam dixi. Rabanus eam ex Beda accipiens, elogium format ab Adoniano plane diversum. Noster Adonis textum, paulo longiorem, nitide suo more contraxit. Unde vero narrationis suæ materiam

Viennensis

Viennensis acceperit, non est opus hic repetere; vide quæ dicta sunt xix Maii et xx Junii. — *Victor* Massiliensis illustris martyr, a Romano parvo his solum verbis notatur: *Massiliæ, Victoris martyris.* Ast in Hieronymianis, iisdem sociis militibus stipatus est, quos Ado nominatim etiam recensuit, addito itidem *Deutherio puero, qui ad Martyrum sepulcrum orans emiserit spiritum.* Et hæc eadem vestigia pressit Notkerus, Adonem totum et in hisce Martyribus et in Praxede suum faciens. Usuardus autem, solita methodo, panegyrim in pauciora redigens, solos milites, omisso puero, commemoravit. Nec vero, quæ de puero illo tradit Viennensis, adeo explorata sunt, quemadmodum gloriosissimi *Victoris* et aliorum trium Acta, ab omnibus eruditis summopere laudata, et a C. V. Francisco Bosqueto primum vulgata, de quo vide in admonitione prævia Ruinartii inter selecta pag. 299. Gallice eadem recensuit Tillemontius tomo 4 a pag. 549. Videndi etiam Annales Massiliensis P. Guesnay pag. 131. Quæ omnia in Actis ex professo elucidabimus. — Porro *Trecensem Juliam* solus Usuardus superaddidit, antiquis aliis aut prætеritam, aut ignotam, quæ tamen plane non minus ac reliqui, ex unanimi nostrorum codicum consensu Usuardina censenda est. Historia passionis ex Camuzato pag. 381 in Surium translata est, sed quam Tricassini Promptuarii auctor fatetur *inconcinne conscriptam.* Alii magis vituperant, ut vide apud laudatum Tillemontium tomo citato pag. 348. Notabis, Bedam hac die *Symphorosam* referre cum eodem ferme elogio, quod Ado posuit xxvii Junii, cujusque epitomen illic ex Usuardi stylo exhibuimus. Rabanus supra ductorem sapiens, multa alia adjunxit. Verum cum ea ad Usuardum minime pertineant, hic Bedæ a reliquis dissonantiam, quam nonnulli codices nostri Usuardini imitantur, indicasse suffecerit. Ædipo opus est, ut intelligatur, quid Wandelbertus tertio suo versiculo insinuare voluerit. Nisi alludat ad dedicationem ecclesiæ S. Petri, in qua depositum est S. Wandregisili corpus, de qua meminerunt Hieronymiana. Sed tunc versus ille ad diem sequentem pertineret. Ita hac die cecinit:

Victoris et soc. — *Juliæ.*

Praxedis duodena effulget virginis atque
Prophetæ Danielis nomine, fine, fideque.
Ipsa luce pii solennis dedicatio Petri.

AUCTARIA.

Arbogasti. ROSWEYD. Inter Massilienses et Juliam Trecensem, ponit: *Eodem die, S. Arbogasti Strasburgensis episcopi et confessoris.* Voluit dicere *Strasburgensis*, pro *Argentinensis*, vel *Argentoratensis.*

PULSANEN. Purus est usque ad *sancti Victoris* inclusive; sed desunt reliqua omnia.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Annuntiationum loca commutant, Juliam Trecensem præponentes martyribus Massiliensibus. In fine autem adjiciunt: *Eodem die, sancti* *Arbogasti.* *Arbogasti Argentinensis episcopi et confessoris.* Vide quæ de ipso notavit Baronius.

ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt a Praxede, quam sequitur Daniel. Cetera proxime præcedentibus similes sunt. In DANICO ad marginem apponitur: *Octava sancti Bonaventuræ.* *Octavæ Bonaventuræ. Textus mutatus.*

CENTULEN. *Obitus Danielis prophetæ. Romæ, sanctæ Praxedis virginis. Quæ fuit soror beatæ Potentianæ virginis. Civitate Massilia, passio beatissimi Victoris martyris, et cum eo Alexandri, Feliciani et Longini militum. Trecas, sanctæ Juliæ virginis martyris, cujus corpus in ecclesia beatæ Mariæ, apud Jordarense cœnobium quiescit.*

De Praxede. BRUXELLEN. Incipit: *Romæ, sanctæ Praxedis virginis. Hæc in omni castitate et lege divina erudita, cum sorore sua beata Potentiana, post transitum Pudentis sui patris, in virginitate permansit, et jejuniis, vigiliis atque orationibus assidue vacans plena operibus bonis et eleemosynis, migravit ad Christum. Cujus corpus via Salaria juxta prædictam suam sororem sepultum est. Item, Danielis prophetæ.* *De Victore.* In Victore purus est, usque ad *excruciatus pœnis*, ubi sic pergit: *Novissime in molam pistoriam missus, in qua sparsum vertigine animalis macerari solet, atque ita contritus, sub Asterio præside martyrium consummavit. Et cum eo passi sunt*, etc. In Julia purus est. Addit in fine: *Apud* *Arbogasti.* *Argentinam civitatem, sancti Arbogasti, ejusdem loci episcopi et confessoris.*

HAGENOYEN. Propheticum elogium more suo conglobavit, quod hic non vacat describere. In Praxede non nihil interpolatus, martyres Massilienses et Juliam Tricassinam omittit, sic in fine de Arbogasto subjiciens: *In civitate Argentina, depositio sancti Arbogasti, ejusdem civitatis episcopi et* *De Arbogasto.* *confessoris. Hic inter cetera miracula virtutum ejus, Dagoberti regis Franciæ unicum filium, de feris dilaceratum et mortuum, suis precibus resuscitavit; et ob hoc Rex Rubiacum castrum et oppidum ecclesiæ sanctæ Mariæ in Argentina tradidit. Ipse autem Arbogastus multos annos vixit, et pluribus miraculis claruit, et in pace finivit vitam, et in ecclesia sancti Michaelis sepulturam sibi fieri fecit.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Praxedis virginis,* *Textus mutilus.* *sororis sanctæ Potentianæ, quæ Romæ simul quiescunt. Danielis prophetæ. In Galliis civitate Massilia, Victoris militis et martyris, contriti in mola pistoria. Item trium militum, qui cum eodem passi sunt.* Vide nomina superius.

CODEX D. DU CHEVAL, signatus C. *Item, sanctæ* *Symphorosæ.* *Symphorosæ.* Hic passim recurrit.

In VATICAN. num. 5949. Deest Danielis et Juliæ. An cetera pura sint, dubito.

ALTEMPS. In fine: *Item, sanctæ Symphorosæ* *Symphorosæ.* *virginis.* Voluit dicere *viduæ.*

BURDEGALEN. *Trecas, sanctæ Julianæ virginis* *Julianæ* *et martyris. Item, sanctæ Symphorosæ. Salvia,* *Symphorosæ.* *sancti Sereneti* (an Serenedi?) *confessoris.* *Sereneti.*

CAUDIACEN. *In Galliis, adventus et susceptio* *Adventus corporis S. Domnini.* *corporis sancti Domnini, vel Doumini martyris, ex sacra Aquitaniæ provincia, translatum in Selula, in pago Toloricensi, in loco antiquitus Magno-loco dein nomine dicto, anno Incarn. Dominicæ* DCCCLXXXIX. Quid hæc omnia significent, fateor me non satis clare intelligere.

REMENS. SS. Timoth. et Apollin. *Civitate Carentis, depositio S. Leubini episcopi et confessoris.* *Leubini.* An non *Carnotis, Leobini?* De quo xv Septembris.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Praxede, ubi non nihil interpolata est. Sequitur Daniel et Julia, pure. Tum de Victore, ubi solum inseruntur nomina *Diocletiani et Maximiani* tyrannorum. In

fine

fine autem : *Item Trecas, passio sanctorum martyrum* (hic inseri poterat nomen *Claudii*) *imperatoris barbarorum, Justi et Secundini, ac aliorum quinque, sub Aureliano imperatore. Eodem die, sancti Arbogasti episcopi Argentinensis et confessoris. Ipso die, beatorum martyrum Dionysii, Ponti, Cussionis, Papirii, Saturii, cum aliis septem.* In GREVENO est *Custionis.*

Sociorum Juliæ. — *Arbogasti.* — *Dionysii et soc.*

BELINI EDITIO ALTERA. In fine subjicit : *Item sanctæ Symphorosæ.*

Symphorosæ.

GREVEN. *In Africa, Heliæ et Stertionis. Vastradis martyris. Dionysii et Ponti, Custionis, Papirii, Saturii et aliorum septem. Eleutherii* (Deutherii) *pueri et confessoris. Qui cum oraret ad sepulcrum sancti Victoris, emisit spiritum. Arbogasti episcopi Argentinensis et confessoris. Qui de Scotia egressus, plenam virtutibus vitam agens, præfatæ ecclesiæ gloriose præfuit, tempore Dagoberti regis, cujus etiam unicum filium, in venatione equo dejectum et protritum, oratione fusa, ad vitam revocavit. Albini confessoris. In Ægypto, Danielis abbatis, presbyteri et confessoris. Trecas, passio sanctorum martyrum* (Claudii) *imperatoris barbarorum, Justi et Secundini, cum aliis quinque, sub Aureliano imperatore.*

Heliæ, etc. — *Vastradis* — *Dionysii et soc.* — *Deutherii.* — *De Arbogasto* — *Albini.* — *Danielis abbatis.* — *Soc. Juliæ*

MOLAN. De Julia subnectit : *Cujus sacrum corpus in territorio Meldorum, in ecclesia beatæ virginis Mariæ, Jordarensis monasterii est translatum, ubi honorifice veneratur humatum. Eodem die, in Cellensi monasterio, sancti Sulpitii episcopi et sanctæ Leochadiæ virginis. Trecas, passio sancti Claudii imperatoris barbarorum, Justi, Jocundini, cum aliis quinque, sub Aureliano imperatore. Eodem die, sancti Arbogasti Argentinensis episcopi et confessoris.* Tum minoribus typis : *Qui de Scotia*, etc., ut GREVEN. supra. In posterioribus editionibus, de Julia Trecensi eadem adduntur. Tum : *Ibidem, passio sancti Claudii imperatoris, Justi, Jucundini*, etc. De Arbogasto, simpliciter absque elogio. Tum : *Die vigesima prima, sanctorum patrum Simeonis, qui propter Christum dictus est Salus, et Joannis synascetæ ipsius.* Vide quæ de Simeone Salo in Auctariis nostris dicta sunt I Julii ex relata ibi longiori observatione Rosweydi. *Eodem die, in Cellensi monasterio, translatio sancti Sulpitii*, etc., ut in priori.

De Julia — *Sulpitii et Leocadiæ* — *Claudii, etc.* — *Arbogasti.* — *Simeonis Sali et Joannis* — *Translationis Sulpitii.*

XI *Kal.* *Die* 22.

Platonis — *Mariæ Magdalenæ et Sinticæ(?)* — *Wandregisili.* — *Menelei*

Ancira Galaciæ, natalis sancti Platonis martyris, cujus gesta habentur. Eodem die, sanctæ Mariæ Magdalenæ et Sinticen beatæ, quæ Philippis dormit sepulta : de qua Apostolus Paulus scribit. In monasterio Fontinella, depositio sancti Wandregisili confessoris. In territorio Arvernensi, sancti Menelei abbatis.

Ita habent *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Major. Rosweyd. Munerat.* et *Greven.*

VARIA LECTIO. Sequor communem codicum lectionem *Ancira Galaciæ*, aliqui paulo melius *Ancira Galatiæ*; optime solus Molanus cum Adone, *Ancyra Galatiæ.* Videntur Pratensis et Herinien. scribere *Magdalenis*, sed reliqui omnes, ut in textu, præterquam quod multi diphthongum negligant, quam ad vitandam confusionem, puto et hic et alibi efformare necesse esse. Non eadem est ratio in *Sinticen*, quam proinde reliqui, ut est in codicibus. Tornacen. et Munerat. ponunt *Sinticem*, quod æque aberrat. Nec satis accedit Praten. per *Synticen*, nec Greven per *Sintiches*, nec demum Molanus per *Syntiches*; recte in Romano parvo, a Rosweydo haud dubie correcto, *Syntyches.* Praten. cum solitis gregalibus legit . *In pago Rotomagensi*, sed nos cum reliquis magis Usuardine : *In monasterio Fontinella.* De quo infra in Observatione dicendum. Sunt qui ponant *Vuandregisili*, sed ferme omnes cum textu, nisi quod Munerat. male formet *Wandregisilli*, adjungatque titulum *abbatis*, quem etiam adscribit Antverp-Maj. cum nonnullis sequioris notæ codicibus. *Arvenensi* in Munerato, et *Arnivernensi* in Rosweyd. forte librarii sphalmata sunt ; uti et in postremo *Menelai* pro *Menelei.*

OBSERVATIO. De tribus primis hujus diei Sanctis sic hodie loquitur Romanum parvum. Primo loco : *Sanctæ Mariæ Magdalenes.* Secundo : *Et Syntyches, quæ Philippis dormit.* Tertio : *Ancyræ, Platonis martyris.* Eumdem ordinem servat Ado, nihil magnopere in laudem adjiciens. Noster, inversa paululum serie, *Platonem* principio memorat, ipsissimis Adonis verbis, quæ hic ex Hieronymianis apographis accepisse videtur, correcta ex Romano parvo positione, quæ in illis corrupte legebatur : In *Anquira* vel *Auritia*, *Gallacia* vel *Gallitiæ*, quo etiam ferme modo in Rabano legitur. Platonis *gesta* in Hieronymianis *haberi* dicuntur, sed ea diversa fuisse existimo, ab iis, quæ apud Surium a Metaphraste exornata inveniuntur, quæque Tillemontio tomo 5 pag. 563 aliisque hodiernis criticis nequaquam probantur. Nos de his loco suo. — Secundam annuntiationem sic profert Beda. *Natale Mariæ Magdalenæ*; ut vix quidquam in re discrepent et hic et Romanum parvum et Rabanus et Ado, etc. Ceterum inter Festivitates Apostolorum, elogii vice, notat Viennensis expulsionem ab ea septem dæmoniorum, et primam Christi Domini apparitionem, ipsi factam post resurrectionem, quæ omnia ex Molano in Auctariis recitabuntur. Ex re nata fluit observatio, nimirum Martyrologia nostra ubique *Mariam Magdalenam* distinctissime exprimere, nusquam vero *Mariam Bethaniæ* multo minus *peccatricem feminam* apud Evangelistas *anonymam.* Neque enim *septem ejecta dæmonia* pro peccatis accipi oportere, satis probatum hactenus reperi. Vulgo notum est *Mariam* et *Martham sorores Lazari* in antiquis Martyrologiis referri XIX Januarii, ut in Auctariis nostris ibi notavimus. Juverit hic apponere P. Grothusii nostri sententiam ad vetustum Kalendarium Paderbornense Mss. ipsa illa die XIX Januarii. *Vere*, inquit, *Maria, soror Marthæ, prorsus alia est a Maria*

Platon. — *Mariæ Magdalenæ*

illa Magdalene, quæ celebratur XI *Kal. Augusti, quoniam ex historia Evangelica omnino oportet cum multis SS. PP. asserere, tres fuisse personas diversas, omnes tamen Sanctas et Christo ministrantes, quæ nomine Mariæ Magdalenæ vulgo indicantur : prima fuit ex castro Magdalo, prope Capharnaum, de qua septem dæmonia Dominus ejecit; secunda fuit Nimitis peccatrix, misericordiam consecuta; tertia de Bethania soror Lazari.* Hanc doctissimi viri opinionem, multorum eruditorum, qui agitatissimam quæstionem ventilarunt, calculo hodie confirmatam invenio. Ne quid tamen præmature hic definiam, totius controversiæ decisionem ad Acta remitto. Vide interim de ea breviter disserentem Tillemontium tomo 2 a pag. 28. Audi modo Wandelbertum :

Undecimam Christo felix miserante Maria
Ornat, septeno caruit quæ dæmone, quamque
Magdala progenitam signat cognomine origo.

Syntychem etiam satis breviter perstrinxit Ado, sit ut omnia prope ejus verba Noster in tabulam suam transtulerit. Est apud Paulum ejus commendatio ad Philippenses cap. 4, vers. 2. De ejus obitu et sepultura alibi videbitur. Quid autem sibi hic velit disparatarum personarum conjunctio, divinare non lubet, sed ita scripsisse Usuardum et certum et palam est. — *Meneleus* in præcitatis Martyrologis non invenitur; de *Wandregisilo* dubium faciunt Hieronymiana apographa : certe haudquaquam ambigimus, quin vere ambo Usuardini sint, tametsi Castellanus, erasionem aliquam in codice Pratensi se observasse moneat, cui hæ duæ ultimæ annuntiationes inscriptæ videantur. Sed *quod mirandum*, inquit, *sola hæc verba:* IN PAGO ROTOMAGENSI, *ab aliena manu sunt, ceteris omnibus eodem charactere evidentissime figuratis, quo totum Pratense autographum scriptum est.* Fueritne in præfato codice facta tam longa expunctio, nec ne, certo statuere integrum non est; mihi consensus codicum ferme omnium abunde probat, utrumque Sanctum vere ab Usuardo fuisse consignatum. At expunctio et corruptela manifeste apparet, in verbis illis : *In pago Rotomagensi*, utpote, quæ in nullis codicibus, reperiuntur, præterquam in Pratensi et ei consimilibus, Antverp-Maj. Rosweyd. et Aquicinct. ; ceteris omnibus constanter cum textu legentibus : *Fontinella monasterio*, quo modo etiam procul dubio in prædicto Pratensi codice prius habebatur ; quem tamen idcirco a puris hodie non exclusimus. Non ausim asserere, Wandregisilum ex auctioribus Hieronymianis mutuatum ; at nota satis fuit et ipsius et Menelei itidem abbatis sanctitas, ut iis sacros Fastos locupletaret Usuardus, quod eum fecisse indubitatum putamus, quidquid Molanus hic rursum justo scrupulosior, alterum prætermiserit. Utriusque abbatis vitæ inter Benedictinas a Mabilione editæ sunt : Wandregisili sec. 2 a pag. 524; Menelei, seculi 3 parte I a pag. 404. De Wandregisilo versiculum composuit Wandelbertus, cui forte, ut jam monuimus, is jungendus est, qui die præcedenti, tertio loco habetur. En hodiernum :

Syntyches.

Wandregisili.

Menelei.

Vandregisle, tibi hac monachorum vota recurrunt.

AUCTARIA.

Translationis Theodosiæ

HERINIEN. Cetera purissimus, in fine adjicit : *Ipsa die, translatio sanctæ Theodosiæ virginis.* Propriam aliquam loci festivitatem existimo.

PULSANEN. Incipit : *Natalis beatissimæ Mariæ Magdalenæ.* In Platone purus est, in Syntyche, modice interpolatus. Omisit Wandregisilum; in Meneleo iterum purus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Deficiunt in ultima annuntiatione, cetera puri.

MOLAN. Deest Wandregisili.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN et LOVANIEN. Incipiunt : *Natale beatæ Mariæ Magdalenæ. De qua, ut Evangelium refert, septem dæmonia Dominus ejecit.* Sequitur de Platone, Syntyche et Wandregisilo, satis pure. Deest in fine annuntiatio Menelei.

De Maria Magdalena.

ALBERGEN. et DANIC. Sic ordiuntur : *Natale beatæ Mariæ Magdalenæ. Hæc est illa peccatrix beatissima, quæ profluentibus mundata lacrymis, lavit pedes Domini discumbentis. Hæc est illa mulier Evangelica, quæ profusa dulcedine pietatis, unguento pretiosissimo caput unxit Dominicum tempore passionis. Hæc est illa Apostolorum Apostola, quæ prior ceteris videre, et nuntiare meruit gloriam resurgentis.* In reliquis, de Platone, etc., cum prioribus conveniunt.

Textus mutatus

CENTULEN. *Natale beatissimæ Mariæ Magdalenæ. De qua, ut Evangelium refert, septem dæmonia ejecit Dominus. Et Santhile* (Syntyches) *beatæ, quæ Philippis dormit sepulta, qua* (quam) *beatus Apostolus suo sermone commendat. Ancira Galaciæ sancti Platonis martyris. Monasterio Fontanella, depositio sancti Wandregisili abbatis, incliti confessoris. In territorio Arvernico, sancti Menelei abbatis.*

BRUXELLEN. Incipit iisdem verbis, quibus supra ALBERGEN. et DANIC. Mariam Magdalenam celebrant. Tum de Syntyche et Platone satis pure. Demum : *Monasterio Fontanella, depositio sancti Wandregisili abbatis et confessoris. Qui fuit filius Walchisi, fratris Ansegisi ducis, et beati Arnulphi ex filio nepos. Hic fuit primus fundator monasterii Fontanellensis, ubi et ipse carnis onere deposito, migravit ad Christum. Sed postea corpus ejus in Blandinio translatum est.* Et ibi in Romano Martyrologio annuntiatur.

De Wandregisilo.

Longa historia de Maria Magdalena.

HAGENOYEN. Incipit : *Apud Aquensem Provinciæ civitatem, depositio sanctæ Mariæ Magdalenæ, quæ nobilis erat genere, sed tota lasciviæ data. Hæc Christum dilexit et pedes ejus lacrymis compunctionis lavit et unguento perunxit : Christo et suis omnes divitias suas dedit : verba ejus ad pedes illius sedens audire solebat. Cujus amore Christus Lazarum fratrem ejus suscitavit. In convivio caput Domini perunxit, pro quo Judas murmuravit et Christus lætabatur : juxta crucem stetit : Dominum etiam sepelire juvit, cujus corpus mortuum ungere voluit. Prima illum post resurrectionem vidit, et Apostolorum Apostola a Domino tunc est facta, quando Discipulis gloriam Domini nunciavit. Hanc angeli consolabantur ad sepulcrum, sed illa consolari non potuit : Christo in specie hortulani loquitur et illum non agnoscit. Hæc post ascensionem Domini in exi-*

lium

lium a Judæis missa cum aliis Christianis est, qui navi sine remis impositi sunt, et Marsiliam. Deo dante, appropinquaverunt, ubi per mira Mariæ Magdalenæ et aliorum suorum sodalium, tota illa gens conversa est ad Dominum, per miraculum factum in mari, de puero principis conservato, et uxore ejus defuncta. Deinde pro desiderio Christi et tædio hominum, ut dicit Josephus, triginta annis in heremo vixit, hominibus incognita, nec cibum nec potum humanum sumens. Semper horis canonicis angeli eam in aera vehebant, ubi cœlestes cantus auribus cordis audiebat, et sic eam ad speluncam suam satiatam iterum reducebant. In fine vitæ suæ per beatum Maximinum episcopum est communicata et tunc coram altari se prostravit, et omnibus orantibus obiit, et odor corporis ejus multis postea diebus ibi sentiebatur, et corpus ejus sine anima stetit usque dum a beato Maximino episcopo ei sepulcrum præparabatur, et ibi fiunt miracula multa per merita illius. Sepulta est Magdalena in Aquensi civitate, sed postea translata est ad Vecellianum. Hæc et hujusmodi alia magis pie quam probabiliter excogitata, materiam suggerent, quam in Actis eruderemus. Sequitur de Syntyche, Platone, Meneleo et Wandregisilo satis pure.

AQUICINCT. Pro, *eodem die*, habet, *Vizeliaco*. Post *scribit*, additur, *ad Philippenses. In pago Rothomagensi, depositio sancti Wandregisili abbatis et confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Mariæ Magdalenæ. Wandregisili, primo militis, postea monachi et abbatis. Platonis martyris, cujus gesta habentur.* In

Dedicationis ecclesiæ Trajectensis. margine autem adscribitur : *Dedicatio ecclesiæ Trajecti, quæ facta fuit præsente imperatore Romanorum et* XII *episcopis.*

CAMBERIEN. *Philippis civitate, beatæ Sinticen discipulæ Pauli.*

In VATICAN. 5949. Deest Wandregisili et Menelei. Adjicitur : *Natale sancti Jeronimi episcopi Ticinensis, in S. Sophia.* *Hieronymi*

EDITIO LUBECO-COL. De Maria Magdalena fere convenit cum ALBERG. et DANIC. In Platone satis pura. Tum : *Philippis, dormitio beatæ Sinticen,* *De Syntyche* *quæ Philippis dormit sepulta, de qua Paulus Apostolus scribit Philippensibus : Euchodiam* (Evodiam) *roge et Sinticen deprecor, idipsum sapere in Domino.* Reliqua satis pure.

BELIN. Incipit : *Natale sanctæ Mariæ Magdalenæ,* *De Magdalena* *de qua Dominus septem dæmonia ejecit, et quæ ipsum Salvatorem primum videre meruit a mortuis resurgentem.* Deest *Wandregisili*, cetera satis bene.

GREVEN. *Item sanctorum Cirilli, Andreæ, Thebelli, Aurili, Apollonis. Papiæ, sancti Hieronymi episcopi. Lewinæ virginis et martyris.* *Cyrilli, etc. Hieronymi. Lewinæ.*

MOLAN. Litteris Italicis verba Adonis de Magdalena textui interserit : *De qua, ut Evangelium* *De Magdalena.* *refert, septem dæmonia ejecit Dominus; quæ etiam inter alia dona insignia, Christum a mortuis resurgentem prima videre meruit.* Tum in fine : *In Blandinio, sanctissimi patris nostri Wandregisili, primi* *De Wandregisilo.* *fundatoris cœnobii Fontanellensis, cujus gesta habentur. Papiæ, sancti Hieronymi episcopi. Passio* *Hieronymi, ep.* *sanctæ Leuuinæ.* Inde minoribus typis : *Cujus veneranda ossa cum ossibus S. Osualdi regis Anglorum* *Leuuinæ cum elogio* *et S. Idubergæ, exaltata fuerunt in civitate Bergensi, sed per ultimam Francorum in Flandriam irruptionem, in devastatione Bergensium sunt deperditæ. Sanctorum episcoporum Eulogii, Protogenis* *Eulogii, etc.* *cum aliis de quibus in Trip. lib. 7. Apollo, de quo Act. 18 habetur et 1. Cor. 1. et 16.* Hactenus editio prima. In posterioribus eadem habet de Maria Magdalena. Item in fine de Wandregisilo. Tum de Hieronymo Papiensi. Denique hoc, tamquam hisce editionibus proprium, apponitur : *Reportationis Phocæ* *Die vigesima secunda, reportatio lipsani sancti hieromartyris Phocæ.*

X *Kal.* *Die* 23.

Apollinaris. **N**atalis beati Apollinaris episcopi, qui ab Apostolo Petro Romæ ordinatus et Ravennam missus, postea pro fide Christi diversas et multiplices cædes perpessus est. Tandem autem sub Vespasiano cæsare, inter ipsa vicissim succedentia sibi tormenta, gloriosum martyrium consummavit.

Sumitur textus ex *Praten. Tornacen. Antverp-Majore, Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan*

VARIA LECTIO. Iterum peculiare aliquid habent Greven. et Molan. nam ubi ceteri omnes codices simpliciter incipiunt : *Natalis beati*, etc., præfigunt ipsi : *Apud Ravennam.* Antverp-Major et Munerat. codices plerumque non satis tersi, pro *Apollinaris*, scribunt, *Appolinaris*. Lego *cædes*, licet pauci codices diphthongis utantur, sic *Romæ*, *cæsare*, etc., quod confusionis vitandæ gratia faciendum fuisse, non semel superius monui.

Apollinaris. OBSERVATIO. Inclytissimum martyrem, Ravennatium episcopum primum, *Apollinarem* hac die celebrant Allatii et Frontonis Kalendaria, celebrant Martyrologi præter Nostrum ceteri omnes, Hieronymus, Beda, Romanum parvum, Rabanus, Ado, Notkerus, Wandelbertus. In Hieronymiano Lucensi *Apollenaris* vocatur, in vetustissimo Epternacensi *Appollinaris*, sed in hoc, die præcedenti relatus est. Beda insigne ei adornavit elogium a Rabano transcriptum, a Notkero nonnihil mutilatum. In Romano parvo annuntiatur his verbis : *Ravennæ, Apollinaris episcopi et martyris.* Viennensis, more hactenus inusitato, duplici ipsum encomio prosecutus est. Inter Festivitates Apostolorum illud collocavit, quod ex Beda accepisse dicendus est, nisi aut Adoniana in Bedam translata dixeris, aut miraculum fingas, in tanta utriusque consonantia. At in Martyrologio suo prolixam Actorum seriem præfatus Ado expandit, quæ totam ferme Apostolici viri vitam complectitur. Ex his

Usuardus

Usuardus paucula delibavit, quibus in laterculo solita phrasi martyris laudes abunde prædicat. Et ea quidem omnia idem fere sonant, omnia promanant ex eodem fonte, videlicet ex ipsis illis Actis, quæ apud Surium edita, vetustatem suam, vel ex his Martyrologis manifeste ostendunt. Neque est qui antiquitatem in dubium revocet ; sincera esse, aut ex fidis monumentis desumpta, fateri nolunt recentiores, et ea propter maluit Tillemontius tomo 2 a pag. 102 ex Chrysologo, Gregorio, aliisque ea colligere, quæ fideliora censuit. Nostrum erit et de Actis et de reliquiis et de miraculis omnia suo loco expendere, digerere et illustrare. Porro unicus Wandelberti versiculus ita Apollinarem prædicat :

Hinc decimam præclarus Apollinaris honorat.

AUCTARIA.

Translationis Nicasii. HERINIEN. Proprium rursus aliquid ex Remensi provincia textui purissimo subnectit, in hunc modum : *Eodem die, translatio sancti Nichasi cum sociis suis.* In REMENS. SS. Timothei et Apollinaris, de *Eutropia* fit mentio.

Liborii. ROSWEYD. Cetera etiam valde purus, in fine subdit : *Eodem die, sancti Liborii Carnotensis episcopi et confessoris.* Voluit scribere, *Cenomanensis.* Exstat apud Surium historia vitæ et translationis, de quibus vide Bollandi opusculum.

Primitivæ. Multi codices hodie adjiciunt etiam post textum purum : *Romæ, natale sanctæ Primitivæ*, vel simpliciter : *Romæ sanctæ Primitivæ.* Tales sunt, ANTVERP. MAX-LUBEC. ULTRAJECTIN. LEYDEN. LOVANIEN. UGHELLIAN. BIGOTIAN. signatus P. 5. et CODEX D. DU CHEVAL. sub nota B. et plures infra citandi.

Primitivæ. Liborii. ALBERGEN. et DANIC. Sic addunt : *Romæ, natale sanctæ Primitivæ virginis. Apud Cenomanicam civitatem, sancti Liborii episcopi et confessoris. Hic quinquagesimo Ordinationis suæ anno ad patrem et ad patriam transivit ex hoc mundo.*

De Apollinare. CENTULEN. *Apud Ravennam, sancti Appollinaris martyris et episcopi, qui in discipulatu beati Petri Apostoli diu multumque edoctus, et ab eo ordinatus episcopus, eidem civitati vel provinciæ pastor fuit delegatus ; passus vero est sub Vespasiano cæsare, Demostene Patricio.*

Primitivæ. Liborii. BRUXELLEN. In textu satis purus, adjicit etiam: *Romæ, natale sanctæ Primitivæ. Apud Cenomanicam civitatem, sancti Liberii* (Liborii) *episcopi et confessoris. Qui quinquagesimo ordinationis suæ anno, ex hoc mundo feliciter ad patriam transivit æternam.* Vide dicta in ROSWEYDINO.

De Apollinare. HAGENOYEN. *Apud Ravennam, passio sancti Apollinaris episcopi et martyris. Qui fuit discipulus beati Petri Apostoli, a quo ipse episcopus est ordinatus, et Ravennam missus est ad prædicandum, quem pagani super prunas pedibus nudis stare fecerunt ; post eruitur et plagatur, et super plagas ejus aqua bulliens funditur. Tandem sub Vespasiano imperatore, inter ipsa sibi succedentia supplicia, percussus fustibus donec mortuus videretur, diebus septem supervixit et cursum martyrii sui complevit.* *De Victore.* *In Galliis, civitate Massilia, natale sancti Victoris, qui cum esset miles et nec militare, nec ydolis sacrificare vellet, primo in carcerem est trusus, ibique ab angelis est visitatus; deinde variis excruciatus est pœnis : novissime constrictus est in mola pistoria* (et) *sub Asterio præside martyrium consummavit. Passi sunt etiam cum eo tres milites, scilicet : Alexander, Felicianus et Longinus. Trecas, sanctæ* *Julianæ.* *Julianæ virginis.* Hæc ex XXI hujus in hunc locum translata sunt. Sequitur : *De Liborio.* *Apud Cenomanicam civitatem, depositio sancti Lyborii episcopi et confessoris. Hic quinquagesimo anno sacerdotii sui in episcopatu, ad patrem et ad patriam transiit feliciter de hoc mundo. Hic a Ludovico imperatore translatus est in Padeburne, et ibi per totam diœcesim est patronus. Hic medetur calculo et passionibus arenosis. Romæ, sanctæ Primitivæ.* *Primitivæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Appollinaris episcopi et martyris. Hic a beato Petro Ravennam missus, gloriosum martyrium consummavit. Translatio trium Regum a Mediolano Coloniam. Brigittæ viduæ sanctimonialis, a qua habent ortum illius Ordinis observatores, quæ* (qui) *modernis temporibus in diœcesi Trajectensi oriri cœperunt.* Vide ejus vitam apud Surium. Notatur in margine: *Hac die singulis annis fit processio solennis cum V. Sacramento et sanctorum reliquiis per circuitum civitatis Trajectensis.* *Translationis trium Magorum. Birgittæ*

VATICAN. signatus num. 5949. *Romæ, sanctorum Vincentii et Primitivæ.* *Vincentii et Primitivæ*

STROZZIAN. *Eodem die, sancti Rasipi martyris.* *Rasipi*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris Proprium habent : *Remis, translatio corporum, sanctorum Nicasi episcopi et martyris et sanctæ Eutropiæ sororis ejus.* *Translationis Nicasii et Eutropiæ.*

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Coloniam Agrippinam, translatio corporum trium Magorum, qui in Evangelio leguntur, nato in Bethleem Salvatori obtulisse munera, aurum thus et myrrham. Quorum pignora veneranda Præsul Coloniensium Reynoldus ab imperatore Frederico postulata, de Mediolano ad Coloniam anno Domini* MCLXIV *cum gaudio et exultatione omnium transtulit et in ecclesiam suam Cathedralem honorifice collocavit ; in qua, operante gratia divina, crebra miracula eorum meritis coruscant.* *Translationis 3 Magorum.* *Item Colonia Agrippina, translatio sancti Felicis et Naboris militum et martyrum, qui etiam per prædictum Coloniensium archiepiscopum Reynoldum eodem tempore, de civitate Mediolanensi facta est.* *Translationis Felicis et Naboris* *Item natale beati Appollinaris episcopi et martyris. Hic ab Antiochia secutus Apostolum Petrum ad urbem Romanam et ab eodem in urbe episcopus ordinatus et Ravennam missus est* (et) *ibi rexit ecclesiam annis* XXVIII *mense* I *diebus* IV. *Qui etiam in partibus Corinthiorum et in Nicea, et in ripa Danubii et in partibus Thraciæ prædicavit. In quibus locis exilio relegatus est, et ubicumque pervenit, innumeras virtutes fecit. Postea pro fide Christi diversas et innumeras cædes perpessus est. Tandem sub Vespasiano cæsare, Demostene Patricio inter ipsa vicissim*, etc. *Romæ, natale sanctæ Primitivæ virginis. Apud Cenomanicam urbem, sancti Liborii*, etc., ut ALBERG. et DANIC. *Eodem die, sanctæ Brigittæ viduæ, quæ in vita sua, Domino in ipsa operante, quatuordecim mortuos suscitavit.* *De Apollinare* *Primitivæ* *Liborii* *Birgittæ*

BELIN. Textum purum habet, sed adjicit : *Eodem die, sancti Rasipi martyris.* *Rasipi*

GREVEN. *Apud Coloniam Agrippinam, translatio trium regum Magorum, cum duobus aliis. Nota, corpora sanctorum Magorum ut dicit Vincentius lib.* 30, *olim ab imperatore Constantinopolim translata et inde Mediolanum miraculose transvecta, cum imperatore* *Translationis trium Magorum.*

perator Fredericus I Mediolanum destrueret, a Reinaldo Coloniensi archiepiscopo, qui tum auxilio imperatori venerat, Coloniam translata sunt anno Domini MCLXIV, *una cum sanctis Felice et Nabore atque in ecclesia Cathedrali, magna omnium exultatione reposita; ubi etiam multis coruscant miraculis. Eodem die, sanctorum martyrum Ravenni presbyteri et Rasiphi, fratrum. Cenomannis, sancti Liborii episcopi et confessoris, multæ sanctitatis viri. Quem episcopatus sui anno quinquagesimo defunctum, beatus Martinus Turonensis sepelivit. Romæ, Primitivæ virginis. Apud Ravennam, Teclæ virginis. Romæ, depositio sanctæ Birgittæ viduæ, nobilis de regno Sweciæ. Quæ transcursis in multa syncéritate statu virginali et conjugali, divinitus admonita Jerusalem peregre adiit, indeque Romam rediens, vitæ suæ reliquum ibidem in magna sanctitate, revelationibus assiduis a Domino visita, exegit. Ipsa etiam novum Ordinem monasticum instituit, miraculisque multis claruit.*

Et Felicis ac Naboris. — Ravenni et Rasiphi. — Liborii. — Primitivæ. — Teclæ. — De Birgitta.

MOLAN. *Eadem die, Rasipi martyris. Romæ, natalis sanctæ Birgittæ viduæ, quæ in vita terram Sanctam et alia diversa loca Sanctorum visitabat, et sub Papa Gregorio XI anno Domini* MCCCLXXIII *anno ætatis suæ* LXX, *sumptis Sacramentis, beato fine quievit. Apud Coloniam Argippinam, translatio trium regum Magorum, qui in Evangelio leguntur, nato in Bethlehem Salvatori, aurum, thus et myrrham obtulisse. Quorum pignora, una cum corporibus sanctorum martyrum Felicis et Naboris, Reinoldus archiepiscopus Coloniensis a Frederico imperatore postulata, de Mediolano Coloniam honorifice transtulit.* Hactenus prima editio. In editionibus aliis, sic scribit : *Eodem die, sancti Rasiphi martyris.* De Birgitta, ut in priori. Tum : *Cenomanis, depositio sanctorum Pavacii et Liborii episcoporum et confessorum.* Translatio trium Regum, item Felicis et Naboris per Reinoldum, eisdem etiam verbis exprimitur, quibus in prima editione.

Rasipi. — De Birgitta. — De Translatione Magorum, etc. — Rasiphi. — Pavacii et Liborii.

IX *Kal.* *Die 24.*

Vincentii. — Victoris et soc. — Christinæ.

Romæ via Tiburtina, natalis sancti Vincentii. Apud Emeritam Hispaniæ civitatem, sancti Victoris militaris, qui cum duobus fratribus Stercatio et Antinogeno diversis examinatus suppliciis, martyrium consummavit. In Italia civitate Tyro, sanctæ Christinæ virginis, quæ in Christum credens, primo sub duobus judicibus tormenta constanter perferens, novissime per successorem eorum, abscisione linguæ et sagittarum confixione, cursum martyrii sui complevit. Eodem die, natalis sanctarum Nicetæ et Aquilinæ, quæ beati Christofori martyris prædicatione ad Christum conversæ, martyrii palmam capitis abscisione sumpserunt. Civitate Amiternina, militum octoginta trium.

Nicetæ et Aquilinæ. — Militum 83.

Ita *Praten. Herinien. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *via Tiburtina*, alibi dictum est. *Vincencii* scribit Greven. Et Munerat. *militis*, pro *militaris*. Rursus in Greven. *Antiogeno*, pro *Antinogeno*. Praten. habet *diversis examinatus suppliciis*, ad rem satis apposite, ut alibi præferendum putavimus. Fortius loquuntur Greven. et Molan. per, *diversis exterminatus suppliciis*. At ceteri hic cum Adone legunt : *diversis examinatus*, etc. Male Herinien. *Tiro*; item *Cristinæ* cum Munerat. et Greven., rectius alii cum textu *Christinæ*. Omnes habent, *tormenta constanter perferens*; nescio unde in Herinien. irrepserit, *tormenta multipliciter exacta*. Item *confossione*, pro *confixione*, ubi in Greveno est, *infixione*. *Nicex* pro *Nicetæ* scribunt Herinien. et Munerat. ut habet Florus die sequenti. Forte Pratensis post Adonem, bene posuit *Aquilæ*, in quo codex unus aut alter ei concinit, sed cedendum fuit reliquorum torrenti. Lego *Christofori*, cum maximo codicum numero, quamvis melius habeant *Christophori* Herinien. et Molanus. *Amiterina*, pro *Amiternina*, vitium est in Munerato.

OBSERVATIO. Totius hujus textus, valde dubii et implexi, veram et unicam scaturiginem attigeris, si Adonem cum Nostro conferas, licet non idem in utroque ordo servetur. Qui in Romano parvo primus, *Roma via Tiburtina, Vincentii*, idem et in Usuardo est; sed in Adone, secundo loco ponitur, ubi hic interjicit, *miliario* XIX, quod a Nostro neglectum vides. Forte quod milliaria illa, ultra Urbem Tiburtinam extendi intelligeret. Sic tamen die præcedenti in Hieronymianis ferme legitur; nisi quis Epternacensem codicem præferat, in quo simpliciter : *Romæ, Vincentii.* Unicum martyris hujus nostri monumentum superesse vides, quod nempe, teste Baronio, Tibure exstet *ecclesia S. Vincentii*, verosimiliter de hujus nomine sic appellata. — Rursus in Romano parvo sequitur : *Apud Emeritam Hispaniæ, Victoris militaris*, qui in Adone locum tertium obtinet. Ceterum quæcumque Usuardus Romano parvo superaddidit, ea verbatim ex Viennensi descripta sunt. Utrum ea Viennensis ex documentis satis certis acceperit, merito dubitare cogit Castellani notula, qua, fortasse ex Hieronymianis, hic indicari putat decem Athenogenis discipulos, qui cum ipso interempti sint XVIII Julii, quo die magistri Acta a Surio referuntur; de quibus nos aut illo, aut hoc die fusius alibi disseremus. — De *Christina* prudentissime scripsit Beda : *Natale sanctæ Christinæ virginis.* Quibus Rabanus præfixit, *Tyro civitate*, cum elogio a se concinnato. Verum Bedæ circumspectione usus est auctor jam bis laudati Romani parvi, ita legens : *Circa lacum Vulsinum in Italia, Christinæ virginis.*

Vincentii. — Victoris, etc. — Christinæ.

virginis. Atque ab hac illustri virgine, hodie orditur Ado : *Eodem die, apud Italiam in Tyro, circa lacum*, etc.; pluribus deinde prosequens supplicia varia, ab ea incredibili robore tolerata; et quibus satis habuit Usuardus paucula ea decerpere, in textu nostro satis eleganter repræsentata. Quæ porro *Tyrus* illa Tusciæ (cui fere similem habuimus superius IX Julii) et ubi sita umquam fuerit, quærunt Baronius et Florentinius contra Cluverium, ubi et multa alia commiscentur, quæ hoc loci decidenda non sunt, opportunius alibi cum ipsis Christinæ Actis discutienda. Eam Wandelbertus, cum sequentibus duabus virginibus uno versiculo complectitur :

Mox nonam Christina, Aquila et Niceta sacrarunt.

Quarto itaque loco ponuntur et in Adone et in Nostro, totidem utrobique verbis, geminæ jam dictæ virgines *Niceta* et *Aquilina*; ita nos hic utramque vocamus, ex præcipuorum Usuardinorum codicum auctoritate, licet fortasse posterior ex Adonis sensu melius *Aquila* nominaretur. Clar. Castellanus in Martyrologio suo universali, ambas ante Wandelbertum incognitas fuisse asserit; recte, nisi antiquior censeatur Florus a nostris editus, qui XXV Julii earum et Christophori elogium connectit, an satis vere, alterius loci erit disquirere. — Postrema demum annuntiatio vere etiam et integre Adoniana est, ut proinde de totius nostri laterculi origine et simplicitate vel per umbram ambigi a quoquam nequeat. Hæc igitur pro præsenti instituto ad normam suam plene et plane exacta sunt, quamvis ultro fatear ex codicibus Hieronymianis scabritiem non modicam superesse, tum circa *Amiterninos*, tum circa *Emeritenses*, cui lævigandæ dolabra adhuc alia opus erit præter eam, quam in illis conciliandis adhibuit Florentinius, uti et de *Christina* nuperrime diximus. Addi poterunt *Victorinus*, Notkeri, et *Victorinus* atque *Severinus*, fratres qui a Rabano recoluntur. Vide interim citatas Castellani Notulas ad Martyrologium universale, ubi *octoginta tres milites* in *octoginta tria milliaria* commutantur, servato solo *Victorini* nomine, qui ad eam distantiam *via Salaria* coronam martyrii consecutus sit, pro qua lectione stare videntur Hieronymiana apographa recte inter se composita. Sed de rebus ambiguis, hic plusquam satis. *Nicetæ et Aquilinæ.* *Militum 83.*

AUCTARIA.

Christinæ aliud. TORNACEN. Incipit : *Natale sanctæ Christinæ virginis.* An Christinam Hasbaniensem, vulgo, *mirabilem* intelligat, eo, quo hoc Martyrologium scriptum est seculo defunctam, nescio; certe in textus prosecutione iterum scribit : *In Italia civitate Tiro, sanctæ Christinæ virginis*, resecto elogio. Cetera purus est.

ANTVERP-MAJ. Expuncto Vincentio, textum confundit hoc modo : *Romæ, via Tiburtina, natale sancti Victorini militaris, qui cum duobus fratribus*, etc., Reliqua quæ sequuntur, satis pura sunt, nisi quod in fine sic habeat : *Amiterna, militum octoginta.*

Vigiliæ S. Jacobi. ROSWEYD. Toto textu purus, in fine apponit : *Vigilia sancti Jacobi Apostoli.*

PULSANEN. Caret duabus annuntiationibus, nempe secunda et ultima.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Deficiunt solum in annuntiatione prima.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Integrum textum referunt, mutato dumtaxat Christinæ loco, quam cum Adone primam collocant. Sed initio præfigunt : *Vigilia sancti Jacobi Apostoli.* *De eadem.*

ALBERG. et DANIC. Quatuor prioribus conformes, omittunt etiam *Vincentii.*

BRUXELLEN. Et hic rarissime deficiens, deficit tamen hac die in eodem Vincentio.

HAGENOYEN. Incipit : *Vigilia sancti Jacobi.* In Vincentio dein et Emeritensibus purus est. Sequitur. *In Ytalia civitate Tyro, passio sanctæ Christinæ virginis et martyris. Quæ cum esset nobilis et annorum quindecim, pater ejus interea clausit eam cum duodecim puellis, et conjunxit ei Deos aureos, ut adoraret ea* (eos) *quos ipsa divinitus inspirata contempsit. Ob hoc pater ejus iratus percussit eam nudam virgis, et nudati sunt duodecim viri super eam. Post fecit illam in rota ligari, et sic præsentavit eam judici, qui clausit illam in cune æneo, et ignem apposuit cum pice, resina et oleo, et nil ei nocuit. Post hæc præciduntur ei mamillæ, et lac pro sanguine egressum est. Tunc ipsa cum mammilla sua faciem judicis maculavit et ejecit oculum ejus. Et tunc sub tertio judice lingua sibi præciditur et ad ultimum tribus sagittarum ictis occiditur.* In reliquis satis purus est. *De Christina.*

Textus mutilus. CENTULEN. *Apud Emeritam Hispaniæ, civitatem sancti Victoris martyris. In Italia civitate Tiro, passio sanctæ Christinæ virginis. Eodem die, sanctarum Nicetæ et Aquilinæ, quæ in passione sancti Christofori commemorantur.* Vide Observationem.

AQUICINCT. Pro *Stereatio* et *Antiogeno*, legit, *Sunteatio* et *Antiogeno.*

Victorini. VICTORIN. In fine : *Et sancti Victorini martyris.* Alii codices eodem modo annuntiant.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Christinæ virginis et martyris. Vigilia. Romæ, Vincentii martyris, Nicetæ et Aquilinæ martyrum. Judoci confessoris. Item militum* LXXXIII *martyrum.* *Judoci.*

Militum 93. REG. SUEC. signatus num. 130. *Militum* XCIII. *Et sancti Victorini martyris.*

Victorini. VATICAN. sub nota num. 5949. Etiam in fine : *Et sancti Victorini martyris.*

Wlfadi. ALTEMPS. *In territorio Conventiensi Stanes monasterio, sancti Wlfadi martyris, qui pro fide Christi a rege Wlfero patre suo, gladio interemptus coronam meruit accipere sempiternam, signis se signans vivere manifestis.*

Segolenæ. CODEX MONTIS SANCTI. *Natalis sanctæ Segolenæ Deo sacratæ.* Castellanus scribit *Siggolenæ.*

Vigiliæ S. Jacobi. EDITIO LUBECO-COL. *Vigilia sancti Jacobi Apostoli. In Italia civitate Cyro, quæ est circa lacum Vulfinum, sanctæ Christinæ virginis. Quæ in Christum*, etc., ubi post *complevit*, adjicitur : *anno ætatis suæ undecimo.* In Victore, pura est. De Vincentio addit, *miliario* XIX. In Amiternensibus pura, de duabus virginibus Niceta et Aquilina, inserit : *Quæ in Licia, civitate Samon beati Christofori*, etc. In fine : *Cenomanis, depositio sanctorum Paracii, Turribii et Gundanisoli episcoporum et confessorum.* *De Christina.* *Paracii et aliorum epp.*

BELIN. Incipit : *Vigilia sancti Jacobi Apostoli.*

Reliquus

gladio feriendam libenter submisit. Vide de celeberrimis hisce Martyribus Martyrologium Romanum hoc die, et geminas Castellani ad ipsum accuratissimas Notulas. Sumuntur ex Eusebio de Martyribus Palæstinæ, editionis Valesianæ libro 8 cap. 8, quem refert Ruinartius inter Selecta pag. 341 ; ubi observat, fortissimas Virgines, de quibus supra, a Græcis recoli die XVIII Julii, alteramque apud Eusebium anonymam, ab eis *Theam* appellari.

VII *Kal.* *Die* 26.

Erasti *Hyacinthi* Natalis sancti Herasti, qui Philippis a beato Paulo episcopus relictus, ibidem martyrio coronatus quievit. Romæ in portu, sancti Jacincti martyris, qui primo in ignem missus, inde in validissimum torrentem præcipitatus, illæsus evasit; post hæc a consulari Leontio, gladio percussus, vitam finivit. Via *Simproni et soc* Latina, sanctorum Simpronii, Olimpii, Theodoli, et Exuperiæ, qui ignibus conflagrati, ut in gestis sancti Stephani Papæ legitur, martyrii palmam adepti sunt.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In *Herasti*, nulla inter codices discrepantia, omnibus plane ita efformantibus. Fateor, sequentem melius vocandum *Hyacinthi*, ut est in Romano parvo et Adone. Proxime accedit Praten. per *Hiacinti*; sed reliqui constanter et uniformiter legunt *Jacincti*, ut est in textu. Solus Antverp-Maj. pro, *inde in validissimum torrentem*, scribit, *inde validissimo torrente*. Sic bene in textu, *post hæc a consulari*, etc., sed Antverp-Maj. et Herinien., omittunt particulam *a*, etc. *Leuncio* in Antverp., et *Lenucio* in Max-Lubec. utrumque mendose scribitur, uti et *Leoncio* a Greven. Post, *via Latina*, in Antverp. et Max-Lubec. deest, *Sanctorum*. Nomina autem martyrum varie corrupta sunt, etiam in textu nostro, ubi *Simpronii* reliquimus, ex Praten. Herinien., etc., tamquam conformius vero nomini *Sempronii*, quod in Actis exprimitur, licet alii legant communius *Simphronii*; Antverp-Maj *Simphrosii*, tum *Olimphii*, *Teodoli*, *Exuperii*; quæ ex aliorum consensu aliter a nobis scripta sunt. In Antverp. et Max-Lubec. omittitur *Olimpii*. Greven. pro, *ut in gestis*, etc., legit, *et sicut*.

Erasti. OBSERVATIO. De *Erasto*, qui hic primo loco ponitur, nihil hac die in Hieronymianis, nihil in Beda, Floro aut Rabano, nihil in Romano parvo, nihil in ipso Adonis Martyrologio, ut a Rosweydo editum est; in quo et hoc vitii advertes, quod signato in indice nomine *Herastus*, ad appendicem remittamur, a qua tamen Sanctus abest, in libello de Festivitatibus recte sine aspiratione positus. Quid scrupuli, ad eum ex prædicto Adonis Martyrologio expungendum, habuerit Rosweydus, haud satis perspicio; mihi certe tam videtur Adonianus, quam sit *Hyacinthus* ibidem commemoratus; idque evinci omnino arbitror ex eo, quod ipsissimis Adonis apud Mosandrum verbis et a Notkero et ab Usuardo referatur, præterquam quod disertissime etiam in ipsomet Adone Rosweydi, inter citatas Festivitates Apostolorum, et quidem iisdem ubique terminis celebretur. Erasti laus ex Actibus Apostolorum et epistolis Pauli Apostoli vere desumenda est; videri possunt quæ de eo paucis *Hyacinthi* collegit Tillemontius tomo I pag. præsertim 113. — De *Hyacintho*, Hieronymianis iterum et Bedæ ignoto, sic loquitur Romanum parvum . *Romæ in Portu, sancti Hyacinthi martyris.* Hinc in Adonem transiit, ubi pluribus et martyrium ejus et sepultura describitur, quemadmodum et apud Notkerum invenies; sed Usuardus, sola prima parte contentus, rem totam paucioribus, solito nitore, explicuit; utinam tam vere! Nam ut candide dicam, Acta martyrii, ut apud Surium edita sunt, non pauca continent, quæ talium peritus lector non fàcile admittet; merito aliqua carpit Tillemontius tomo 2 *Simpronii et soc.* pag. 573. — Abest etiam ab Hieronymianis et Beda sequens martyrum classis, a Romano parvo primum consignata, non hac die, sed IV Decembris, quæ ratione translationis, a beato Sixto factæ, celebrior evasisse ibi dicitur, licet VII Kal. Augusti seu XXVI Julii passi dicantur. Quæ omnia ab Adone prædicta die IV Decembris fusius explicantur, præmisso nempe longo elogio, ex Actis S. Stephani Papæ concinnato : in quibus mirum est non observasse Adonem, quod præfati martyres sepulti referantur a S. Stephano Papa, pridie Kal. Novembris, adeoque verosimillime non mense Julio, sed Octobris exeunte martyrium consummaverint. Aliam diem elegit Florus, nempe XXVII Julii, ita loquens : *Eodem die, Romæ, passio sancti Simphronii; cum quo Olympius cum uxore sua Exuperia et filio Theodolo, jussu Valeriani et Galieni ignibus sunt exusti* Ad Usuardum nostrum quod proxime attinet, vix equidem dubito, quin ex Adone sua omnia acceperit, cujus sententiam de passionis die secutus, ipsos martyres ex IV Decembris ad XXVI Julii retraxerit. Quod et Baronius fecit, haud satis memor in Actis sancti Stephani Papæ, sub annis CCLIX et CCLX a se in Annalibus editis, alium omnino diem insinuari. Sed hæc in ipsis Actis postea a nobis illustrandis ad incudem erunt revocanda; hic solum ostendere placuit, ex uno eodemque Adoniano fonte derivata esse quæcumque superius in Usuardino latereculo, pure et simpliciter ex auctoris mente recensuimus. Videnda quæ de sancti Stephani Actis dicemus ad diem II Augusti.

Wandelbertus *Adrianum* hoc die cum *Æmilio* et *Marciano* connectit, quorum postremi in Hieronymianis reperiuntur, sed unde conjunctio illa orta sit, prorsus ignoro.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Translationis Marcelli.

TORNACEN. Caret elogio Hyacinthi, et in fine habet : *Civitate Parisius, translatio sancti Marcelli episcopi et confessoris.* Plura habet MUNERATUS, infra.

Rustici et Florentii.

ROSWEYD. Textui puro subdit : *Item Rustici et Florentii martyrum.*

PULSANEN. Truncata est secunda annuntiatio, expuncto elogio.

De Translatione Marcelli. *Annæ.*

MUNERAT. Post textum adjicit : *Parisius, translatio magnæ laudis et eximii viri Marcelli, ejusdem loci Pastoris, de cujus* (sic et alibi habet) *corpus requiescit in alma ecclesiæ* (ecclesia) *beatæ Mariæ virginis de Parisiis. Item festivitas beatæ Annæ, matris genitricis Dei Mariæ.*

Translationis Marcelli.

PRATEN. Etiam additamentum refert, sed quod ex subvirgulatione colligo, in margine esse appositum his verbis : *Translatio sancti Marcelli episcopi et confessoris.*

Annæ. *Pastoris.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Incipiunt : *Natale beatæ Annæ, matris Mariæ virginis. Item, natale sancti Pastoris confessoris.* Notabis, deesse Olympii, in his duobus et tribus sequentibus codicibus.

LOVANIEN. Idem habet de Anna matre beatissimæ Virginis, sed de Pastore nihil.

Pastoris. *Annæ.*

ALBERGEN. et DANIC. Sic in principio : *Natale sancti Pastoris confessoris*, Sed prior in fine textus addit : *Item sanctæ Annæ, matris gloriosissimæ Dei genitricis virginis Mariæ.* Quæ annuntiatio aliis verbis et alia manu in posteriori codice DANICO adjicitur.

Textus contractus.

CENTULEN. *Natale beati Herasti, qui Philippis a beato Paulo ordinatus episcopus, ibi martyrio coronatus quievit. Romæ in portis, sancti Iacincti martyris. Item Romæ, sanctorum Simpronii, Olimpii, Theodoli et Maximæ* (Exuperiæ,) *qui ignibus conflagrati, martyrii palmam adepti sunt.*

De Anna. *De transfiguratione Domini.*

BRUXELLEN. Incipit : *Sanctæ Annæ, matris beatæ Mariæ Virginis, gloriosæ genitricis Domini nostri Jesu Christi. Transfiguratio Domini, facta in monte Thabor, a tribus discipulis, qui intererant, post ascensionem Domini, suis coapostolis publicatur.* Sequitur textus ferme purus. Deinde : *Et commemoratio sanctorum martyrum Victoriani, Frumentii, et alterius Frumentii, et duorum germanorum. Qui omnes sub persecutione Wandalica apud Africam coronati sunt. In Laodicia, natale sanctorum Viviani et Felicis. Eodem die, depositio Warmudi, qui fuit Jerosolymorum Patriarcha.* Nobis hactenus, saltem sub tali nominis inflexione, notus non est. *Item, sancti Pastoris confessoris.*

Victoriani et soc. *Viviani, etc.* *Warmudi.* *Pastoris.*

Pastoris. *De Anna.*

HAGENOYEN. In Erasto satis purus, secundo loco habet : *Item natale beati Pastoris confessoris.* Sequuntur duæ aliæ annuntiationes etiam satis puræ Tum : *Eodem die, sanctæ Annæ, matris Dei genitricis, quæ tres viros habuisse dicitur in sacra Scriptura...* Et alia hujusmodi quæ prætereo. Huc refert translationem sancti Germani. Atque etiam : *Metis, natale sanctæ Glodeswindis virginis. Item, Desiderati episcopi et confessoris.* Sequitur constructio imperfecta, de translatione sanctæ Helenæ. Demum : *Treveris sancti Magnerici episcopi et confessoris.* Vide die præcedenti.

Glodeswindis. *Desiderati.* *Magnerici.*

AQUICINCT. In annuntiatione ultima, Pro *Exuperiæ*, habet *Exuperantiæ.*

Annæ.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Annæ Matris beatæ Mariæ. Romæ, Hyacinthi martyris. Simphronii, Olympii, Theodoli et Exuperiæ martyrum. Erasti, discipuli beati Pauli.*

Translationis Marcelli.

REG. SUEC. sig. num. 428. *Civitate Parisiensi, translatio sancti Marcelli Parisiensis episcopi.*

Reticii.

CODEX D. LE MARE, sign. A. *Augustoduno, beati Reticii episcopi et doctissimi viri.*

Simeonis.

VATICAN. *In Syria, Simeonis monachi, qui in columna stetit.* Extracta hac die confusa sunt.

UGHELLIAN. Convenit plerumque, ut sæpe diximus, cum ANTVERP. et MAX-LUBEC. qui cum ipso hic omittunt annuntiationem Olympii.

Pastoris. *Simeonis.*

FLORENTIN. *Item sancti Pastoris presbyteri cardinalis.* In STROZZIAN. præterea : *Monasterio sancti Benedicti, in agro Mantuano, sancti Simeonis, monachi et eremitæ, qui multis miraculis clarus, in senectute bona quievit.*

De Anna. *Pastoris.* *Valerii.* *Beati.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Natale sanctæ Annæ viduæ, matris gloriosissimæ et clarissimæ virginis genitricis Dei Mariæ, matris Domini nostri Jesu Christi. Quæ fuit de civitate Bethleem de tribu Juda orta et beato Joachim desponsata. Romæ in Titulo, sancti Pastoris presbyteri et confessoris, fratris sancti Pii Papæ. Hic post innumeros agones, post multorum Sanctorum sepulturas, post innumera pietatis opera, requievit in Domino, tempore Antonini imperatoris. Ipso die, sancti Valerii filii Albanæ, quem beatus Eucharius, primus Treverorum episcopus, a morte suscitavit.* In Erasto satis pura est. De Hyacintho, sepultura adjicitur. In alia classe modice interpolata est. In fine : *In territorio Treverensi, circa Confluentiam, in monte, natale sancti Beati presbyteri et confessoris.*

Annæ. *Pastoris.*

BELIN Incipit : *Natale sanctæ Annæ, matris virginis Mariæ.* Sequitur textus, et in fine : *Eodem die, sancti Pastoris presbyteri et confessoris. Manasterio sancti Benedicti, in agro Mantuano*, etc. ut supra in STROZZIANO.

De Anna. *Eobani.* *Viviani, etc.* *Pastoris.* *Valerii.* *Beati.* *Joannis Oviculæ.*

GREVEN. *Dormitio sanctæ Annæ, dignæ matris Dei genitricis semper virginis Mariæ. Eobani episcopi et martyris. Item sanctorum Viviani, Felicis, Juliani. Romæ, sancti Pastoris presbyteri et confessoris, fratris sancti Pii Papæ. Hunc sanctus Pudens, discipulus sancti Pauli, filias suas Potentianam et Praxedem commendavit, titulumque nomini ejus constituit. Ipse vero post innumeros agones, post multorum Sanctorum venerabiliter exhibitas sepulturas, quievit in pace. Valerii confessoris, filii Albanæ*, etc., ut supra. *Treveris sancti Beati presbyteri et confessoris. In Bohemia, bonæ et sanctæ memoriæ, Johannis Oviculæ, confessoris, Ordinis Prædicatorum.*

Annæ *Pastoris* *Christianæ cum elogio* *Beati.* *Eobani.*

MOLAN. Litteris Italicis textui præfigit : *Natalis sanctæ Annæ matris virginis Mariæ.* In fine : *Eodem die, sancti Pastoris presbyteri et confessoris.* De Simeone Mantuano, ut supra. Item de translatione S. Marcelli, ut MUNERATUS. Deinde : *In civitate Teuremundæ, beatæ Christianæ virginis. Quæ regis Anglorum Migranimi filia unica, erga deos suos et idola, secundum patrum suorum traditionem, extitit devotissima. Hanc omnipotens Deus aspiciens, de cœlo illi angelum sub specie pauperis transmisit, qui eam catechizaret, atque in Christi nomine baptizari præcepit : cujus etiam ductu Dicliuenne pervenit.* Tum typis minoribus: *Treveris, sancti Beati presbyteri et confessoris. Eobani, episcopi et martyris.* Editiones aliæ sic ipsum Usuardinum textum litteris Italicis incipiunt : *In civitate Aco-*

mensi,

nensi, natale sanctæ Annæ, etc. In fine, de Pastore, de Simeone Mantuano, de Christiana Teneramundensi, ut in prima editione. Tum : *In Carthusia prope Confluentiam; sancti Beati, presbyteri Trevirensis et confessoris.* Demum, de translatione Marcelli Parisiensis, etiam ut supra.

VI *Kal.* *Die* 27.

Maximiani et soc. Apud Ephesum, natalis sanctorum Maximiani, Malchi, Martiniani, et aliorum quatuor, quorum gesta habentur. Nicomediæ, beatorum martyrum Hermolai presbiteri, Hernempi, et Hermogratis fratrum, qui post multas pœnas sibi illatas à Maximiano imperatore, capitali sententia, ob confessionem
Simeonis Christi, puniti sunt. Eodem die in Sicilia, beati Simeonis monachi. Autisiodoro,
Etherii depositio Etherii episcopi.

Soli codices quatuor puri sunt, nempe : *Praten. Herinien. Tornacen.* et *Antverp-Major.*

VARIA LECTIO. Prima difficultas est, utrum enumeravit Usuardus singula fratrum, vulgo *Dormientium*, nomina, quæ in multis codicibus distincte exprimuntur. Nos cum citatis quatuor probatissimis et Munerato, censemus scribendum, ut est in textu. Difficultas altera occurrit in efformandis nominibus duorum fratrum sociorum Hermolai, quæ forte a solo Molano recte scribuntur, *Hermippi* et *Hermocratis*. Nihilominus ex unanimi codicum aliorum orthographia, sequenda est pars deterior ; omnes enim habent, *Hernempi* vel *Ernempi* ; omnes item enuntiant *Hermogratis*, excepto Pratensi. De iis non loquor, qui omissa hac annuntiatione, aliam ex Adone substituunt, aliaque commiscent textui nostro contraria. Antverp-Major vitiis duobus laborat ; scilicet : in principio inseruit, *natalis sanctorum septem Dormientium;* et in fine, ante *Etherii*, apposuit *sancti*. Molanum exclusimus, quia nomina septem fratrum commemorat, et in secunda annuntiatione, post *capitali sententia*, expunxit, *ob confessionem Christi*, quod etiam fecit Grevenus, præter alia quibus excedit. De mendis scriptoriis in *Nichomediæ, presbiteri, penas, Autisiodoro*, etc., satis alibi dictum est.

De septem Dormientibus. OBSERVATIO. Ad diem XXVII Junii cursim indicavimus, Adonem eo die memoriam agere septem *Dormientium*; hic addimus, nulla ab eo exprimi nomina, quæ, nisi fallor, a Rabano primum producta sunt. Sic igitur ibi simpliciter Ado pronuntiat : *Ipso die, gesta septem Dormientium*, quo ferme modo referuntur in codice Hieronymiano Corbeiensi, die X Augusti. Consuli possunt Rabani et Notkeri elogia ad prædictam diem XXVII Junii, ex pervulgatis Actis conglobata, de quibus videndus omnino Baronius in Notationibus ad hanc diem. Usuardus prudenter reticuit, quæ forte verosimilia non judicavit. At quatenus, quo duce, quo præeunte septem illos fratres hac die collocaverit in Martyrologorum omnium, tum antiquiorum, tum synchronorum silentio ; nec vestigium usquam occurrit, quo probabili ratione id factum dicamus, nisi fortasse in præcitatis eorum Actis qualibuscumque aliquid repererit, quo huc potius quam alio pertinere censeret ; aut demum pro arbitrio rem composuerit. Ceterum non omnia Dormientium illorum nomina ab Usuardo singulatim enumerata, ex melioris notæ codicibus supra deduximus. Neque nomina, a Latinis posita, cum Græcorum nomenclatione conveniunt, licet in mirabili historia non multum discrepent. Possitne Gregorii Turonensis aut aliorum relatio Actis illis auctoritatem addere, satis explicat Baronius, cui adde Tillemontium tomo 3 a
Hermolai. pag. 348, et in notis pag. 712. — De solo *Hermolao* meminere Romanum parvum et Ado, cujus elogium mediæ notæ codices in Auctariis immutatum exhibebunt. Noster socios binos adjunxit, ex passione sancti Pantaleonis acceptos, iis resectis, quæ de præfato Pantaleone in Viennensi commemorantur. Quæ de eorum passione supersunt, ex Actis Pantaleonis accipienda sunt. Solus Hermolaus a Wandelberto sic canitur :

Presbyter Hermolaus sexta martyrque refulget.

Simeonis *In Sicilia, Simeonis monachi*, scribit Romanum parvum ; quod sequitur Ado, hunc Usuardus et Notkerus, nisi ex Hieronymianis hausisse velis, in quibus, iisdem prope verbis signatur. Necdum satis
Etherii. assequor, cur a reformatoribus hodierni Romani e textu exclusus sit. — De *Etherio* Autissiodorensi, Bedæ, Romano parvo, et Adoni præterito, indubitatum videtur eum ex Hieronymianis ab Usuardo acceptum esse, quem pariter memorant Rabanus et Notkerus. Sed quoquo modo in textum nostrum derivata sint singula, certum puto, verissime Usuardina esse quæ in laterculo proposita sunt. Solo ferme nomine notus est *Etherius* in Ms. nostro de episcopis Autissiodorensibus.

AUCTARIA.

Boni, etc ROSWEYD. Incipit : *Via Latina, sanctorum martyrum Boni presbyteri, Fausti, Mauri, cum aliis septem, qui in sancti Stephani Papæ Actibus describuntur*. Deficit in septem Dormientibus ; reliquo textu purus. At in fine subdit : *Sanctæ Artemiæ, matris sancti Nicetii episcopi.* *Artemiæ*

PULSANEN.

PULSANEN. Deficit etiam in Dormientibus, de reliquo satis purus.

De 7 Dormientibus. *De Hermolao.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Sic habent : *Apud Ephesum, natale sanctorum septem dormientium, Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionisii, Johannis, Serapionis, Constantini : quorum gesta habentur.* Sequitur textus Adonianus : *Nicomediæ, sancti Hermolai presbyteri, cujus doctrina beatus Pantaleon ad fidem Christi conversus est et illustri martyrio consummatus. Qui tentus a Maximiano, capitali sententia ob confessionem Christi punitus est.* In fine Etherius Simeoni præponitur.

Transfigurationis Christi.

MUNERAT. Errat in principio his verbis : *Transfiguratio Christi, in monte Thabor.*

De transfiguratione.

GREVEN. Pluribus idem prosequitur : *In monte Thabor, transfiguratio Domini nostri Jesu Christi, quando Petrum et Jacobum et Joannem secum duxit.* Habet omnia Dormientium nomina, et præterea deficit in secunda annuntiatione, in qua desunt verba, *ob confessionem Christi.*

MOLAN. Et hic nomina habet Dormientium, uti in Variantibus dictum est, et præterea eodem, cum GREVENO, defectu laborat.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et ALBERGEN. Conveniunt cum ANTVERP. et MAX-LUBEC. Vide ibi.

Pantaleonis.

DANIC. Præfatis similis, initio præfigit : *Apud Nicomediam, passio beati Pantaleonis, qui tentus pro fide Christi a Maximiano, equulei pœna et lampadarum exustione cruciatus, sed inter hæc, Domino sibi apparente, refrigeratus, tandem ictu gladii martyrium consummavit.* Vide die sequenti.

Textus mutatus.

CENTULEN. *Apud Nichomediam, sanctorum Hermolai presbyteri, Hermippi, et Hermogratis fratrum, qui sub Maximiano passi sunt. Apud Ephesum, sanctorum septem Dormientium, id est, Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionisii, Ioannis, Serapionis et Constantini martyrum. In Sicilia, beati Simeonis monachi. Antisiodoro, sancti Ætherii episcopi.*

De 7 Dormientibus. *De Hermolao.*

BRUXELLEN. Post enumerata Dormientium nomina, subdit : *Quorum gesta tanguntur supra V Kal. Julii, quo die omnipotens Deus ipsos in testimonium resurrectionis, de morte ad vitam suscitavit. In Nicomedia, natale sancti Hermolai presbyteri et martyris, cujus doctrina beatus Panthaleon ad fidem Christi conversus est. Et beatorum Hermippæ et Hermogratis fratrum. Qui omnes tenti, post multas pœnas sibi illatas, a Maximiano imperatore illustri martyrio coronati sunt, et ob confessionem Christi, sententia puniti sunt capitali.* Ubi vides Adonis textum cum nostro commixtum.

Simeonis.

Sequitur Simeon, de quo addit : *Qui fuit Syracusis Siciliæ oriundus, Treveris pro Christo, diu in turri conclusus, migravit ad Dominum.* Connexio disparatorum ; de Simeone Treverensi vide I Junii. Nec enim verosimile est, hosce Simeones confundendos, licet uterque sit Siculus : hodiernus senior et minus forte notus, alter junior, Treveris notissimus. Ceterum nullus hoc die Simeon apud Baronium. Sequitur : *Mettis, sancti*

Fromini.

Fromini episcopi et confessoris. In fine, de Etherio Antisiodorensi, pure.

Multa de Dormientibus.

HAGENOYEN. *Apud Ephesum, natale septem Dormientium, Malci, Maximiani, Martiniani, Dyonisii, Iohannis, Constantini et Seraphionis. Isti septem viri sancti, erant Decii imperatoris curiæ Officiales, et cum ille omnes cogeret ydolis ymmolare, ipsi fugerunt in montem, aliquam pecuniam secum portantes, et in tribulatione obdormiverunt usque ad tempora magni Theodosii imperatoris Christianissimi, coram quo illi ad ostensionem futuræ resurrectionis, asseruerunt se resuscitatos, quia mortuorum resurrectio tunc ab hæreticis impugnabatur, et postquam illi generalem resurrectionem, splendore vultus eorum et verbis probaverunt coram imperatore et cuncto populo, iterum obdormiverunt in Christo.* De Hermolao, eadem ferme habet, quæ supra ex Adone. Tum addit : *Eodem die, sanctorum martyrum, Hernempi et Hermograti fratrum sancti Hermolai presbyteri, qui passi sunt multas pœnas a Maximiano sibi illatas, tandem capitali sententia ob confessionem Christi nominis puniti sunt.* In Simeone et Etherio satis purus est. *De Hernempio, etc.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Lutgardis virginis* (de qua XVI Junii). *Beatricis virginis* (vide XXIX hujus). *Maximiani, Malchi, Martiniani, et aliorum quatuor martyrum. Hermolai cum sociis mart. in passione Pantaleonis, incliti et gloriosi juvenis, quem Deus mirabiliter in passione confortavit : de cujus corpore lac pro sanguine manavit.* Hæc ad marginem cum asterisco remissa, dubium relinquunt, an huic an potius diei proxime sequenti (ad quem proprie spectant) sint tribuenda. *Lutgardis.* *Beatricis.*

EDITIO LUBECO-COL. In Hermolao, parum differt ab Adonis textu, cui subjungit : *Item, Nicomediæ, sanctorum martyrum, Hermenpi et Hermograti fratrum, sub Maximiano imperatore decollatorum.* In Simeone et Etherio satis pura est. Sequitur : *Apud Ephesum, natale sanctorum septem Dormientium in monte Celyon, in spelunca, qui jussu Cæsaris Decii obturati sunt lapidibus quadratis. Eodem die, translatio beati Karoli magni imperatoris et confessoris, apud Aquisgranum.* *De 7 Dorm.* *Translationis Caroli M.*

BELIN. In prima et secunda et tertia, purus, quarto loco habet : *Apud Nicomediam, passio sancti Pantaleonis martyris, qui tentus*, etc., ut die sequenti Usuardus in textu annuntiat. Pro Etherii, scribit *Etherci*, cetera purus. *Pantaleonis.*

GREVEN. *In Campania, sanctorum Felicis, Juliæ et Jocundæ. Item juxta quosdam, hic passio Boni presbyteri, Fausti et aliorum decem, ex Clero B. Stephani Papæ, quos Usuardus habet infra, Kalendis Augusti. Metis, sancti Fromini episcopi et confessoris. Apud Aquisgranum, translatio sancti Caroli magni imperatoris confessoris. Eodem die, sanctæ memoriæ Guigonis confessoris, vita et eruditione præclari. Hic post sanctum Brunonem quinto loco, majoris Cartusiæ prioratum tenuit ; Cartusiensis Præpositi Constitutiones scripto digessit et exemplo monstravit.* *Felicis, etc.* *Boni, etc.* *Frominii.* *Translationis Caroli.* *Guigonis.*

MOLAN. *Apud Nicomediam, passio sancti Pantaleonis martyris, qui tentus*, etc., ut die sequenti. *In civitate Novaria, Felicis, Juliæ et Jucundæ. Metis, depositio sancti Frominii episcopi et confessoris. Translatio sancti Karoli.* Sic editio prior. In aliis hic præfigitur : *Apud Nicomediam, passio beati Pantaleonis*, et litteris Italicis, *martyris gloriosi. Hic sacratus adolescens et athleta Christi, cum artem Medicinæ disceret ab Hermolao presbytero, ad fidem Christi conversus, multa miracula fecit.* Denuo litteris textualibus : *Qui tentus pro fide*, etc. Et tum sequitur : *Apud Ephesum, natalis sanctorum* (litteris Italicis, *septem Dormientium*) *Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionysii, Joannis*, etc. In reliquo textu satis pura sunt omnia, et in fine de Frominio et de translatione Karoli, ut supra. *Pantaleonis.* *Felicis, etc.* *Frominii.* *Translationis Karoli.* *De Pantaleone.*

V *Kal.* *Die* 28.

Pantaleonis. Apud Nicomediam, passio beati Pantaleonis, qui tentus pro fide Christi a Maximiano, equulei pœna et lampadum exustione cruciatus, sed inter hæc Domino sibi apparente refrigeratus, tandem ictu gladii martyrium consummavit. *Samsonis.* In Britannia minori, Dolo monasterio, sancti Samsonis episcopi et confessoris. *Peregrini.* Eodem die Lugduni, sancti Peregrini presbiteri, cujus beatudinem miraculorum gloria testatur.

Ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Majore*, et *Munerat.*

VARIA LECTIO. Ferme in mendis scriptoriis consistit, quos notasse, correxisse est, *Nichomediam, Panthaleonis, eculei, pena, aparente, Sansonis, beatitudine.* Dubium est, scripseritne Usuardus *Lampadum*, an potius cum Adone *Lampadarum.* Postremo modo habet Heriniensis, reliqui primo, qui proinde numero vincunt, tu, quod volueris, selige; sed noli cum Munerato legere, *lapidum exustione.* In Tornacensi mendose Peregrino tribuitur titulus *episcopi.*

Pantaleonis. OBSERVATIO. Illustrissimum martyrem *Pantaleonem*, alias *Pantaleemonem*, in hodierno Romano, die præcedenti celebrari notissimum est, quod a Baronio in ultima reformatione, ex Græcorum auctoritate factum videtur. Certe apud præcipuos quosque Latinos nostros Martyrologos, ut sunt Hieronymiana, Romanum parvum, Florus (in quo Lugduno adscribitur) Wandelbertus, Ado, et qui eum sequuntur, hac XXVIII dissertissime signatur. Vide notationem Rosweydi ad vetus suum Romanum pag. 219, ubi pro XVIII Januarii, substitue XVIII Februarii translationis memoriam agi, ut est eo die in Auctariis Greveni. Nescio quid Rabanum moverit, ut non Pantaleonem tantum, sed et Hermolaum et Hermippum et Hermocratem XVIII Februarii simul collocaret, quo sola, ni fallor, Pantaleonis translatio apud Colonienses celebratur. Molanus in prima editione Usuardum secutus, in posterioribus Romano sese accomodat, unde sæpius in istis Usuardina puritas desideratur, ut non semel alias monuimus. De Pantaleonis nomine et reliquiis satis multa collegit Florentinius, et nobis in Actis plura illustranda supererunt. Interim quæ in brevi suo elogio Usuardus memorat, ea ex Viennensi plane descripta sunt, Adoniano principio et fine connexis, sed relictis intermediis, quæ a Notkero mutata et interpolata referuntur. De Actorum veritate vel ipsi Martyrologi nostri, alias satis creduli, dubitasse ferme videntur. Baronius satis habuit ea Metaphrasti adscribere, a cujus phrasi certe non abhorrent. Sed non una sunt, fateor; utinam vel una sinceram rerum seriem exhiberent! Tu vide Tillemontii judicium tomo 5 pag. 642. Wandelbertus Nazario et Celso Pantaleonem subjungit, alios quatuor versus superaddens, qui huc nullo modo pertinent. Sic canit:

Quintam Nazarius cum Celso possidet, hancque
Pantaleon martyr proprior sibi sancit honore.

Samsonis. De *Samsone* (ita nos cum omnibus codicibus scribimus) monacho, abbate, et episcopo agunt Hieronymiana apud Florentinium, ex quibus eum Noster procul dubio accepit; nisi motu proprio eum consignarit. Utcumque placuerit, ex omnibus exemplaribus aperte constat, eum hac die recenseri. Exstat longa vitæ ejus historia, quam aliis prætulit et annotationibus illustravit Mabilio sec. I Benedict. a pag. 165. — *Peregrini* Demum *Peregrinus* ex Adone et ipsissimis iterum Adonis verbis huc translatus est. Exspectamus a Lugdunensibus, si qua habeant, de hoc Sancto monumenta, in Actis nostris illustranda.

De Nazario et Celso in pluribus codicibus. Notandum restat, codices nonnullos hac die repetere *Nazarium* et *Celsum* puerum, de quibus cum Adone et Usuardo egimus supra XII Junii. Hos inter Pratensis (ut scribit Castellanus) vetustissima manu eos in margine exhibet, per asteriscum * ad secundum textus locum remissos; Rosweyd. Antverp. Max-Lubec. Greven. Molan. et alii ipsos in fine adjungunt. Verum hæc eorumdem Sanctorum repetitio, longe abest ab Usuardina simplicitate, quam præcipue investigandam, detegendam et probandam toto hoc opere suscepimus, ut proinde ad institutum nostrum nihil hic desideretur.

AUCTARIA.

Nazarii et Celsi. PRATEN. Jam dixi, proxime supra, in ora codicis apponi: *Eodem die, passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi.*

Idem. ROSWEYD. Post textum: *Mediolanis, Nazarii martyris cum Celso puero.*

Idem. PULSANEN. Incipit: *Natalis sanctorum martyrum Nazarii et Celsi pueri.* In Pantaleone satis purus, in Peregrino integer est; sed de Samsone, qui penultimo loco refertur, nihil.

Idem. ANTVERP. et MAX-LUBEC. In fine: *Ipso die, passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi pueri.* Ita ferme etiam sequentes.

Idem. GREVEN. et MOLAN. Textui subdunt: *Mediolani, sanctorum martyrum Nazarii et Celsi*

De iisdem Nazario et Celso. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Incipiunt a Pantaleone, cum textu. Secundo loco inserunt ex XII Junii: *Mediolani, natale beati Nazarii martyris, quem Anolinus, sub rabie persecutionis, quæ per Maximianum excitata est, diu maceratum et afflictum gladio percussit. Cum quo*

sanctissimum

sanctissimum puerum Celsum, quem idem ipse nutrierat, gladio feriri jussit. Horum corpora, ut scribit beatus Paulinus, cum usque ad tempora Honorii et Arcadii imperatorum latuissent, B. Ambrosius
Victoris PP *reperit, Domino revelante. Romæ, sancti Victoris Papæ et martyris. Qui tertius decimus post beatum Petrum, cum decem annis Romanam rexisset Ecclesiam, sub Severo imperatore martyrio coronatur.*
Innocentii PP *Item Romæ ad Ursum pileatum, sancti Innocentii Papæ et martyris.* Hæ duæ annuntiationes ex Rabano vel Notkero translatæ videntur. Victor colitur XX Aprilis; Innocentius, non martyr sed confessor, XII Martii. Reliqua textus pura sunt.

De Victore. ALBERGEN. Præcedentibus similis, de Victore superaddit : *Hic constituit, ut a quarta decima Luna primi mensis usque ad vicesimam primam, die Dominico sanctum Pascha celebrare* (celebre-
De Innocentio. tur.) De Innocentio item : *Qui multos Cathafrigas ad ipso inventos in exilio, monasterio relegavit. Et constituit, ut quilibet, quamvis de Christiana muliere natus, denuo nasci debeat per baptismum, quod negavit Pelagius hæreticus et damnavit.* Hæc non satis clara sunt ; vide Rabanum et Notkerum.

DANIC. In eo differt, quod die præcedenti de Pantaleone egerit, et hic incipiat a Nazario.

CENTULEN. *Nicomediæ, passio sancti Pantaleonis martyris. Qui cum, jubente Maximiano imperatore, disceret artem medicinæ, a presbytero Hermolao ad fidem Christi conversus, multa miracula fecit, patremque suum Eustorgium senatorem, Christi fidei subjugavit.* Hæc textui præfige, et habebis Adonis elogium. *In Britannia minore, Dolo monasterio, sancti Samsonis episcopi et confessoris,*
Nazarii et Celsi. *admirandæ virtutis et sanctitatis viri. Mediolani, sanctorum Nazarii et Celsi martyrum.*

De Pantaleone. BRUXELLEN. De Pantaleone textui adjicit : *Cujus caput cum ossibus beati Cypriani Carthaginensis, Aaron Amiras in Franciam misit Karolo magno.* De Nazario et Celso ponit elogium Usuardi ex XII Junii ut supra ANTVERP-MAX. etc.
De Victore. Tum : *Romæ, sancti Victoris Papæ et martyris. Qui cum decem annis Romanam rexisset Ecclesiam, sub Severo imperatore martirio coronatur. Hic constituit ut quartadecima*, etc., ut ALBERGEN. etc. Quibus additur : *Multi enim tunc episcopi Asiæ et Orientis, Pascha cum Judæis celebrabant. Romæ*
De Innocentio *ad Ursum pilleatum, natale sancti Innocentii Papæ et martyris. Qui sedit annis quindecim. Hic constituit, ad Missam pacis osculum dari, et ut oleo, ad usum infirmorum ab episcopo consecrato, non tantum presbyteri, sed et alii etiam uterentur Christiani.* Tum : *In Britannia minore, Dolo monasterio, sancti*
Samsonis et Soc. cum elogio. *Sampsonis episcopi et confessoris, cum sex fratribus æque sanctis sacerdotibus, quos mater sua in Anglia uno partu enixa est. Hæc, alias magnæ caritatis et justitiæ matrona, si quæ fortuitu mulier geminos habuisset in utero, fornicariam eam suspicata est, discredens, unam mulierem infantes ab uno simul plures posse concipere, donec ipsa Dei potentiam in se experta, quos simul concepit, septem peperit. Quos præ verecundia carecto destinans ad submergendum, ab obvio quodam episcopo periculo prærepti et enutriti sunt.* In Peregrino purus est.

HAGENOYEN. Longum de Pantaleone elogium corradit, quod malim legi apud Metaphrasten.
De Victore. Victorem ait post S. Petrum fuisse XII. De Paschate, fere ut supra. Et præterea : *Hic etiam constituit, ut faciente necessitate sive in flumine, sive in mari, sive in martyrio* (unusquisque) *Christianæ professionis credulitate baptizaretur.* In Sam-
Nazarii et Celsi. sone, purus est. In fine : *Mediolano, sanctorum martyrum Nazarii et Celsi, sub Nerone cæsare et Anolino præside.* Deest Peregrinus, quem ad diem sequentem transtulit.

AQUICINCT. In fine : *Lucas castro, sancti Ursi* *Ursi.*
confessoris. Eodem die, Mediolani, sanctorum Nazarii et Celsi pueri, ut est in præcedenti. *Nazarii, etc.*

DAVERONEN. Post *Peregrinum*, habet : *Luchas* *Ursi.*
castro, sancti Ursi confessoris.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Nazarii, Celsi, atque* *Nazarii, etc.*
Pantaleonis martyrum. In margine de primis additur : *Horum corpora beatus Ambrosius reperit et levavit de terra.*

REG. SUEC. sign num 128. *Ipso die, sanctæ* *De Anna*
Annæ matronæ, matris gloriosissimæ Dei genitri- *Consecrationis altaris*
cis Mariæ. In basilica S. Dionysii, consecratio al- *App.*
taris in honore Apostolorum Petri et Pauli a B. Stephano Papa. Vide Wandelbertum.

CODEX MONTIS SANCTI. *Natalis sanctæ Augu-* *Augustinæ.*
stinæ virginis. Hæc indeterminate posita, non magnam hujus sanctæ notitiam suppeditant.

EDITIO LUBECO-COL. In Pantaleone multum interpolata, etiam de Nazario et Celso aliqua inserit, quæ vide apud Adonem XII Junii. De sancto Victore, similis est ALBERGEN. atque item in Innocentio. Tum : *In Britannia minori, Dolo mo-*
nasterio, sancti Samsonis episcopi et confessoris, *De Samsone.*
cujus corpus Aurelianis translatum est. In Pere-
grino pura, pergit : *Trecas, depositio sancti Ca-* *Cameliani.*
meliani episcopi et confessoris. Castro Lucas, beati *Ursi*
Ursi confessoris. Eodem die, sancti Botuidi martyris. *Botuidi.*

BELIN. De Pantaleone egit die præcedenti. Hic primo loco de Nazario et Celso, ut supra in ANTVERP-MAX. etc. Sequitur de Peregrino, pure.
Ipso die, passio sancti Victoris Papæ et martyris. *Victoris.*
Et sancti Innocentii papæ et martyris. In Britania *Innocentii.*
majori, sancti Saxonis, etc. In secunda editio- *Saxonis.*
ne, ponit : *In Britania minori, sancti Sasonis.* Vide textum. Et in fine addit : *Lochas castro,* *Ursini*
sancti Ursini confessoris. Alii melius, *Ursi.*

GREVEN. Postquam in textu adjecit, ut supra
diximus, *Mediolani, sanctorum martyrum Nazarii* *De Nazario, etc.*
et Celsi, sic Auctarium incipit : *Nota, Nazarius et Celsus hic passi, pridie vero Idus Junii inventi*
sunt. Secundum aliquos hic Victoris Papæ primi et *Victoris*
martyris, quem Usuardus habet XII *Kal. Maii.*
Romæ, ad Ursum pileatum, sancti Innocentii Papæ *Innocentii*
primi et martyris. Hunc Usuardus et Ado habent
IV *Idus Martii. Botwidi martyris. Castro Lucas,* *Botwidi.*
sancti Ursi confessoris. Ipso die, sanctæ Augustæ *Ursi* *Augustæ*
virginis. Trecas depositio sancti Camaliani episcopi *Camaliani*
et confessoris

MOLAN. De Pantaleone aliis litteris inserit : *De Pantaleone*
martyris gloriosi. Hic sacratus adolescens et athleta Christi, cum artem medicinæ disceret ab Hermolao presbytero, ad fidem Christi conversus, multa miracula fecit. Qui tentus pro fide Christi, etc. In fine
post *Celsi*, subdit : *Pueri, quem Anolinus*, etc., *De Celso, etc.*
usque ad, *feriri jussit.* Tum : *Ipso die, passio sancti*
Victoris Papæ. Et sancti Innocentii Papæ. Luchas *Victoris* *Innocentii*
castro, sancti Ursi confessoris. Hactenus editio *Ursi*
prima. Posteriores vix quidquam habent Usuardini. Incipiunt a Samsone. Tum de Peregrino. Sequitur tota annuntiatio Nazarii et Celsi, ut su-
pra. Deinde : *Romæ, natalis sancti Victoris Papæ.* *De Victore.*
Qui post beatum Petrum quintus decimus, rexit ecclesiam annis decem, et sub Severo Principe martyrio coronatur. Item Romæ, beati Innocentii Pontificis. Huc usque textus, cui intra parenthesim litteris Italicis attexitur, *et martyris.* Demum pro Auctario habetur : *Luchas castro, sancti Ursi confessoris.* Locum Gallice interpretatur Castellanus in Martyrologio universali, *a Loches en Touraine*, Latine, *Lucis.*

IV *Kal.*

IV *Kal.* *Die* 29.

Felicis PP. Romæ via Aurelia, natalis beati Felicis Papæ, qui a Constantio Augusto, ob Catholicæ fidei defensionem a sede sua dejectus et gladio necatus, gloriosissime occubuit. *Simplicii et soc.* Item via Portuensi, sanctorum martyrum Simplicii, Faustini et Beatricis, temporibus Diocletiani : quorum duo post multa, ac diversa supplicia, jussi sunt capitalem subire sententiam; Beatrix vero soror eorum, in Christi confessione præfocata est in carcere. *Lupi.* Civitate Trecas, sancti Lupi confessoris, qui cum beato Germano in Britanniam directus venit. Hic quinquaginta duobus annis sacerdotio venerabiliter functus est.

Concordant *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max.* et *Ultraject.*

VARIA LECTIO. Munerat. et Max-Lubec. pro *Constantio*, mendose ponunt *Constantino*. Greven. Molan. Antverp-Max. Ultrajectin. et omnes ferme secundæ notæ codices pro *gloriosissime*, legunt simpliciter, *gloriose occubuit*. Solus Muneratus habet : *Item in via Portuensi*. Greven et Molan. periodo nonnihil transposita, ubi alii hæc, *temporibus Diocletiani*, nominibus martyrum immediate subjungunt, ipsi in alium locum ea transferunt, sic legentes : *Jussi sunt capitalem subire sententiam, tempore Diocletiani*. In Antverp-Majore, est *præfocata in carcerem*. Rursus Greven. et Molan. scribunt, *civitate Trecis*. A probatissimis omnibus codicibus abest titulus *episcopi*, in Antverp. et Max-Lubec. aliisque mediæ notæ, appositus. Item in hisce codicibus facta mutatio, nam post *confessoris*, subdunt : *Hic cum beato Germano.... et quinquaginta*, etc. Et quidem Antverp. et Max-Lubec. scribunt, *venit Britanniam*; et omittunt *venerabiliter*. Hæc ita explicat Antverp-Maj. : *L* (pro *quinquaginta*) *annis duobus sacerdotii venerabiliter functus est officio*. Excidit notare, quod in Antverp-Max. pro *Faustini*, habetur *Fausti*.

Felicis. OBSERVATIO. Romanum parvum distinctam hodie primi nostri martyris memoriam agit his verbis : *Romæ, Felicis Papæ et martyris sub Constantio*. Hieronymiana ipsum, meo quidem judicio, non nominant. Beda vero ita *Felicem* aliquem tribus sequentibus conjungit, ac si eorum socius et antesignanus fuisset, quo modo etiam a Wandelberto et in Frontonis Kalendario coadunati sunt; ut plusquam dubium reddant, an vere hic *Felix* pro Pontifice accipi possit. Accuratior notitia ab Adone traditur, ex quo breve suum elogium Noster contraxit. Notat ibi Viennensis, *Felicem* martyrio coronatum IV Idus Novembris, sepultum in basilica, a se prius constructa, XV Kal. Decembris. Et tamen, *natalis*, inquit, *celebratur* IV *Kal. Augusti*, nullam dictæ celebritatis rationem assignans. Vide quæ in hanc rem congessit Florentinius, tametsi non satis probet, Felicem hunc Papam ad Hieronymianos pertinere. Porro quæ circa ejus Acta controvertuntur, nec pauca nec levia, pluribus discussit Baronius, et nobis suo loco operosius erant examinanda. Ancipitem quæstionem verbo indicavimus ad diem XXX Maii, quo de Felice Papa et martyre actum est. Hic ab Adone *Felicem* II, Liberio substitutum, designari manifestissime patet, at nondum inter eruditos convenit, an vere *Felix* iste inter Sanctos, nedum inter martyres, quin imo an inter Romanos Pontifices numerari possit. Controversiam pridem attigere Henschenius et Papebrochius, ille in Tabulis antiquiorum Pontificum, ante tomum I Aprilis pag. XXXI, et ejusdem mensis tomo 3 a pag. 999; hic novissime in Responsionibus, ad art. XI, a num. 116. Verum infestissimos habet adversarios Felix ille atque hos inter Tillemontius acriori, præter morem, stylo eum insectatur tomo 6 variis locis, sed maxime a pag. 778. Plures ejus populares non recito, cum ii certatim in partem Felici oppositam deflectant. Mitius agit Fronto in notationibus ad Kalendarium a pag. 108. Nos hisce nimium immoramur, in Actis locus erit totius controversiæ accuratius expendendæ. *Simplicii et soc.* De tribus *Portuensibus* certo agunt Hieronymiana apographa, quorum aliqua sociis eos implicare videntur, ut inter alia latius exponit laudatus Florentinius. Beda, ut dixi, eosdem etiam memorat, quem sequitur Rabanus, plura ex Actis admiscens. Ado, aut ex prioribus aut ex Romano parvo textum accipiens, longiori elogio fratres decoravit, cujus elegantem epitomen compilavit Noster, omnes etiam consocians, licet ex Actorum compendio, fratres et sororem diversis diebus passos esse, omnino constet. De his tribus Sanctis videnda omnino Baronii notatio, ubi ipsorum agones descriptos refert in Actis sancti Anthimi, apud Surium die XI Maii. Videat lector in Actis nostris appendicem, et positam illic annotationem, quæ omnia ad proprium locum remittimus, ubi de Sanctorum nostrorum martyrio et sepultura plures erunt examinandæ circumstantiæ, uti et de translatione a Leone II facta, atque de sepulcro marmoreo, seu tabula lapidea cum epitaphio, in sacrario basilicæ S. Mariæ majoris; quæ ex ipso Baronio et Aringho breviter tangit Tillemontius tomo 4 pag. 559. Nec omiserim hic notare, prædictos Sanctos in Allatii et Frontonis Kalendariis Felici Papæ conjunctos signari, cum hac diversitate, quod in posteriori addantur hæc verba, *via Portuense*, quæ in priori absunt. Citat Tillemontius Missale Romanum, seu librum Sacramentorum Thomasii, et recte, nam ibi solorum trium memoria agitur, hoc modo : *Simplicii, Faustini et Viatricis*. Codices Sacramentarii Gregoriani uniformes non sunt, ut

probant

probant notæ et observationes Menardi pag. 171. Certe in edito, nulla Missa est præterquam de sancto Felice martyre atque Pontifice. At de his hoc loco satis. — De celeberrimo *Lupo* Trecensi nonnulla apud Hieronymianos mentio, quam adjectitiam esse censuit Florentinius, nonnumquam scrupulosior. Beda sic eum paucis laudavit, ut verba ejus omnia Viennensis descripserit, quæ apud Nostrum ita sunt abbreviata, ut debitus *Episcopi* titulus desideretur. Ex citatis a laudato Baronio auctoribus ea desumenda sunt, quæ inclytissimi præsulis gestis illustrandis usui esse possint; quæque jam nunc non indiligenter collecta sunt a Tillemontio tomo 16 a pag. 126. De reliquo autem Adonianus est textus totus et integerrime Usuardinus. Notkerus in omnibus ferme ad verbum Adonem transumpsit. Et Wandelbertus nitide duobus versiculis rem complexus est : *Lupi.*

Felix, Simplicius, Faustinus et alma Beatrix;
*Trecassique Lupus, quartam communiter * aurant.*

* Quidni *ornant.*

AUCTARIA.

ROSWEYD. De Lupo inserit titulum ab aliis omissum, *episcopi*. In fine subdit : *Item natale Olaph regis Danorum.* *Olaph.*

PULSANEN. Refert quidem omnes textus nostri Sanctos, sed omnium elogia, more sibi satis familiari, truncat.

LEYDEN. Scriptoris vitio lacunam habet, alioquin puris esset accensendus.

LOVANIEN. Secundo loco inserit : *Transitus venerabilis Marthæ, hospitæ Christi, de qua plura in Evangelio habentur.* In fine deest elogium Lupi Tricassini, *qui cum beato Germano in Britanniam, directus venit.* *Marthæ.*

ALBERGEN. In textu satis purus, longam de Martha historiam præter morem adjungit. De ea vide GREVEN. et codices alios.

DANIC. Textui etiam satis puro solum adjicit : *In Norwagia, sancti Olavi regis et martyris.* *Olavi.*

CENTULEN. *Romæ via Aurelia, sancti Felicis Papæ et martyris. Eodem die Romæ, sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis virginis sororis eorum. Trecas, sancti Lupi episcopi et confessoris, qui cum sancto Germano Britanniam venit et multis virtutibus floruit.* Addi poterant ultima elogii verba : *Hic quinquaginta duobus annis sacerdotio venerabiliter functus est.* *Textus contractus.*

BRUXELLEN. Incipit : *Sanctæ Marthæ virginis, hospitæ Christi, et beatorum Lazari et Mariæ Magdalenæ sororis. Et octava beatæ Mariæ Magdalenæ. Romæ, passio beatæ Serapiæ virginis, sub Adriano imperatore. Romæ via Aurelia, natale sancti Felicis secundi Papæ et martyris. Qui sedit anno uno. Hic Constantium imperatorem, filium Constantini magni, rebaptizatum et hæreticum declaravit. Unde ipse ob Catholicæ fidei defensionem ab eodem Constantio Augusto a papatu et sede sua dejectus, et tandem gladio necatus, gloriose occubuit.* Sequitur de Portuensibus, pure. Dein : *Trecis civitate, depositio sancti Lupi episcopi et confessoris. Qui cum beato Germano in Britanniam contra hæreticos prædicationis causa venit, et quinquaginta duobus annis sacerdotio venerabiliter functus est. Hic Attilam Hunnorum ducem Trecas venientem interrogavit, quis esset? Et dum ille respondisset, se esse flagellum Dei, dixit : Et ego sum Lupus dissipator ovium, Dei indigens flagello. Quo dicto aperuit portas, et Attila cum suis intravit, et a portis ad portas urbis pertransiens, neminem videns ac neminem lædens, et sic recessit. Aurelianis depositio beati Prosperi episcopi et confessoris.* Vide Notkerum. *Eodem die, sancti Guilhelmi confessoris.* *Marthæ. Octave Magdalenæ. Seraphiæ. De Felice. De Lupo. Prosperi. Guilielmi.*

HAGENOYEN. Incipit a Portuensibus, in quibus nonnihil interpolatus est. De Felice aliqua comminiscitur, non satis digesta. Sequitur : *Eodem die apud Lugdunum, sancti Peregrini presbyteri, cujus beatitudinem miraculorum gloria testatur.* In Lupo ferme purus est. De Peregrino, vide die præcedenti. *Peregrini.*

AQUICINCT. In fine : *Ipso die, sancti Olavi, gloriosi regis et martyris.* Et manu multo recentiore : *Item, beatæ Marthæ, sororis sanctæ Mariæ Magdalenæ et Lazari.* *Olavi. Marthæ.*

VICTORIN. et REG. SUEC. sign. num. 130. *Ipsa die, sanctæ Serapiæ virginis.* *Seraphiæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Felicis (Papæ) Simplicii, Faustini et Beatricis sororis eorum, martyrum. S. Lupi episcopi et confessoris, viri sancti qui cum sancto Germano in Britanniam perrexit. Floræ et Lucillæ, virginum et martyrum, cum Eugenio rege, qui eas prius captivaverat, postea cum eis martyrizatus est.* *Felicis, etc. De Lupo. Floræ, Lucillæ et Eugenii.*

In VATICAN. Deest Lupi. Adjicitur : *Romæ, sanctæ Seraphiæ, quæ beatam Sabinam ad fidem convertit et postmodum passa est sub Adriano imperatore, judice Berillo.* *Seraphiæ.*

ALTEMPS. *Item in Norwegia, sancti Olavi regis et martyris.* Sic etiam ab aliis memoratur. *Olavi.*

FLORENTIN. *Marthæ..... Item beatæ Marcellæ famulæ beatæ Marthæ, quæ post ejus mortem in Slavoniam pergens, et ibi Evangelium Christi prædicans, post decennium a dormitione Marthæ in pace quievit.* STROZZIAN. solus præterea habet : *In civitate Mamiensi, sanctæ Seraphinæ.* *Marthæ. Marcellæ. Seraphinæ.*

BIZUNTIN. Sancto Lupo Tricassino solum tribuit annos sacerdotii XLII. Lege cum aliis LII.

EDITIO LUBEC-COL. De Martha longius texit elogium, quam ut hic describi possit. Textus qui sequitur, totus ferme purus est. Deinde : *Eodem die, sancti Olavi* (Olavi) *regis Norwegiæ et martyris.* Etiam habet : *Romæ, passio sanctæ Serapiæ virginis et martyris.* *Olavi. Seraphiæ.*

BELIN. Post textum non omnino purum, subnectit : *Item eodem die, festum sanctæ Marthæ virginis, sororis sanctæ Mariæ Magdalenæ et sancti Lazari, hospitæ Salvatoris nostri Jesu Christi. In Maminensi civitate, sanctæ Seraphinæ.* In secunda editione additur : *In Norwegia, passio sancti Olavi regis et martyris.* *Marthæ. Seraphinæ. Olavi.*

GREVEN. *Olavi regis Norwegiæ et Daciæ martyris. Qui mox ubi Christi fidem suscepit, ejusdem fidei calore succensus, Evangelium in diversis regni sui partibus annuntians, innumerabilem Domino populum acquisivit. Tandem a germano suo, ob fidem Christi facie velatus, corona spinea coronatus, in cruce ligatus, in sexta feria, anno* MXXVI (prima editio notat MXXVIII) *tradidit spiritum. Aurelianis, depositio Prosperi episcopi. Romæ, Serapiæ, virginis et martyris, quæ hic passa est, sed III Nonas Septembris, sepulcro novo imposita. Civitate Mameti, sanctæ Seraphinæ. Eugenii regis barbarorum,* *De Olavo. Prosperri. Seraphiæ. Seraphinæ. Eugenii, etc.*

Floræ,

Floræ, Lucillæ virginum, aliorumque multorum martyrio coronatorum. In castro nobili Tarachonensi, dormitio sanctæ Marthæ, Christi et Apostolorum ejus hospitæ. Hujus funeri, ut legitur, Dominus noster Jesus Christus, cum sancto Frontone Petragoricensi episcopo, exequias solennes exhibuit. Hæc alibi examinanda sunt.

De Martha

MOLAN. De Lupo, subdit ex Adone : *Qui tempore regis Attilæ, qui Galliam vastabat, sicut in hymno ejus canitur; dum bello cuncta perderent, orando Trecas munivit. Et depositio beati Prosperi episcopi. Item eodem die, festum sanctæ Marthæ*, etc. ut BELINUS. Item de Seraphina. *In Norwegia, passio sancti Olavi regis et martyris. Qui mox ubi fidem*, etc. minori charactere, ex GREVENO. Tum pergit : *Civitate Ebroicensi*, (Lege *Briocensi*) *sancti Guilelmi, ejusdem civitatis episcopi et confessoris. Hunc Innocentius* IV, *anno suo quarto, canonizavit Lugduni. Romæ, sanctarum virginum Floræ et Lucillæ martyrum, cum aliis multis, quarum passio habetur ; et exstat de eis sermo Petri Damiani. Revelatio capitis B. Joannis Baptistæ, Pipino regi facta in Aquitania.* Posteriores editiones idem habent de Lupo, sed legunt, *orando Trecas muniit. Aurelianis, depositio beati Prosperi episcopi. In Norwegia, sancti Olavi regis et martyris, anno* MXXVIII, (in priori legerat MXXVI.) *Civitate Briocensi, sancti Guilelmi episcopi et confessoris.* De Seraphina, ut supra. *Die vigesima nona, sancti martyris Callinici.* Dein typis minoribus : *Romæ, sanctarum virginum, Floræ et Lucillæ martyrum, cum aliis*, etc. *Item revelatio*, etc. addendo in fine de revelatione capitis sancti Joannis Baptistæ : *De qua est Tractatus apud martyrem Cyprianum.*

De Lupo. Prosperi. Marthæ. Olavi. Guilelmi. Floræ, etc. Revelationis capitis S. Joannis Baptistæ. Gallinici.

III *Kal.* *Die* 30.

Abdon et Sennen.

Romæ, natalis sanctorum Abdon et Sennes subregulorum, qui cum in Cordula civitate Persarum, vincula paterentur a Decio , ad ultimum duxit eos Romam, catenis obligatos et diversis pœnis maceratos , ubi primo plumbatis cæsi et deinde gladio interfecti sunt. Apud Africam civitate Lucernaria, sanctarum virginum Maximæ, Donatillæ et Secundæ, quæ persecutione Galieni, aceto et felle primo potatæ,deinde plagis acerrimis cæsæ et equulei extensione cruciatæ, postmodum etiam craticulis exustæ, nec non ad bestias projectæ, sed ab his intactæ, novissime gladio jugulatæ sunt.

Maximæ et soc.

Puri sunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Herinien, et Antverp-Maj. legunt *Sennis*, quomodo in Pratensi habeatur, ex apographo nostro non discernitur. Mallem *Sennen*, sed codices ceteri legunt cum textu. Scribimus *Cordula*, ut supra fecimus ; vide infra Observationem. In Rosweyd. deest, *a Decio*. Praten. Tornacen. et Munerat. legunt *Romæ*, reliqui melius *Romam*, ubi Antverp-Maj. sensum aliquatenus immutat, his verbis : *Adduxit eos ad ultimum Romam colligatos. Aput*, proprium est Antverp-Majori. De *Galieni* diximus alibi. Omnes cum textu habent, *nec non ad bestias projectæ*, excepto Rosweyd. qui particulam *etiam* interjicit, *nec non etiam ad bestias.*

Abdon et Sennen.

OBSERVATIO. *Celeberrimi sancti martyres Abdon et Sennen*, inquit hac die Florentinius, *ab antiquissimo tempore Romæ venerationem acceperunt, in omnibus Occidentalis Ecclesiæ Martyrologiis indicati* : ubi alia præclara ex Kalendariis et Sacramentis monumenta in eorum laudem adducit. Itaque ab Hieronymianis apographis, Beda, Floro, Rabano, Romano parvo, Adone, Notkero, et Wandelberto certatim celebrantur. Bedæ elogium a Rabano transumptum est, a Floro mutatum ; Noster compendio etiam usus, cum Adoniani encomii summam, utpote ex alibi sæpius citatis sancti Laurentii Actis conceptam, in Beda reperisset, eam totam ad verbum suam fecit. Notkerus Adonem sequi maluit. De civitate *Cordula, Corduba, Cerduba, Credula, Corduena, Cerduna*, et quocumque modo alio inflectere volueris, vide dicta ad XV et XXII Aprilis. Ad Acta quod attinet, cum ex Laurentianis desumpta sint, quid de iis censendum, ex horum sinceritate statuendum erit. Vide X Augusti. Fatetur Baronius hic, manuscripta vetera, quæ Sanctorum nostrorum res gestas continent, castigatione indigere. Paucissima de ipsis adducit Tillemontius tomo 3 pag. 328 et 329. Verum, ut jam dicebam, ex antiquissimis monumentis, abunde stabilita est eorum veneratio. Nullum Bucheriano Kalendario vetustius ; in eo autem diserte hoc ipso die annuntiantur, his verbis : III *Kal. Aug. Abdon et Sennen, in Pontiani, quod est ad Ursum pileatum.* Simpliciora sunt Allatii et Frontonis Kalendaria, in quibus hæc solum verba leguntur : *Natale SS. Abdon et Sennes.* Nec differunt Menardi et Thomasii Sacramentaria, præterquam solo modo efferendi nomina, ultimo scribente : *Abdo et Senis.* Quæ de translatione corporum, a Gregorio IV, aut de aliis Florentiam, vel Suessionem factis, memorat Tillemontius, alibi accuratius discutientur. Non debet præteriri satis elegans Wandelberti elogium.

Abdon et Zennen, designat tertia sanctos,
Regni quos Romæ tribuit de germine Persis.

Maximæ et soc.

Virgines Africanas sic hodie annuntiant codices Hieronymiani : *In Africa civitate Tuburtulo Cæsariæ, natalis sanctorum Maximæ, Secundæ, Donatellæ, Rufi*, etc. ; sic ut in aliquibus socii quatuordecim nominatim explicentur ; in vetustissimo Epternacensi, novem dumtaxat, qui ferme a Notkero

in di-

in diversum manipulum collecti sunt ; de quibus consule eruditas Florentinii Notationes. Romanum parvum de sociis nihil memorans, alia positione solas Virgines annuntiat : *Tuburbo Lucernariæ, Maximæ, Donatillæ et Secundæ virginum.* Quam palæstram, seu certaminis locum, non magis quam priorem a se inventum, fatetur Florentinius. Nec quidquam obscuritatis abstulit Usuardus, dum prætermisso *Tuburbo*, simpliciter legit : *Civitate Lucernaria.* Sed de his vide Commentarium prævium ad Acta sanctorum Perpetuæ et Felicitatis VII Martii, et quæ ex Ortelio aliisque Geographis, de una, vel duabus, vel tribus *Tuburbis* aut *Tuburbibus*, suo loco denuo ventilari et disputari poterunt, etiam ex citatis a nobis scriptoribus supra ad præfatam diem VII Martii, ubi has Virgines et Martyres proprie TUBURBITANAS appellari diximus, quo modo hoc die in Kalendario Carthaginensi signatæ sunt : *Sanctarum Tuburbitanarum et Septimæ.* Hæc de palæstra pro re nostra satis. Plura vide in citata alibi prævia Ruinartii admonitione ad Acta sanctarum Perpetuæ et Felicitatis inter Selecta a pag. 81. Ad textum quod proprie attinet, Ado, Romanum parvum secutus, ex nobilissimarum Virginum Actis, fortissimi agonis historiam compilavit, quam mutilam refert Notkerus; Noster vero, omissis circumstantiis de *Secunda*, prioribus captivis se ultro aggregante, aliisque multis, ea solum delibavit, quæ eleganter in laterculo expressa dedimus. An satis sincera fuerint Acta, quæ Adoni præluxerint, compertum mihi non est. Optandum, ut quemadmodum Crispinæ Acta (quæ de tribus nostris meminerunt) detexit Mabilio, ita aliquis Tuburbitanarum passionem reperiat. Videantur laudati Mabilionis notæ in Kalendarium Carthaginense tomo 3 Analectorum pag. 409, et Ruinartius inter Selecta a pag. 493.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima annuntiatione purus est, de secunda nihil habet.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN et BELIN. *Ursi.* In fine : *Antissiodoro, sancti Ursi episcopi.* Vide martyrologium Romanum.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. Voce unica ab aliis differunt, legunt enim : *Antisiodoro, depositio* *Ursi* *sancti Ursi episcopi.*

CENTULEN. *Romæ, sanctorum martyrum Abdon et Sennes, subregulorum, quos Decius Cæsar in Cordula civitate Persarum, sibi præsentari jussit. Apud Africam, civitate Lucernaria, sanctarum Maximæ, Donatillæ et Secundæ virginum. Quæ sub Gallieno et judice Anolino passi sunt*, pro *passæ*. *Ursi.* *Antisiodoro, sancti Ursi episcopi et confessoris. Eodem* *Vigiliæ Germani* *die, vigilia sancti Germani, genere, fide, doctrina atque miraculorum gloria clarissimi.*

BRUXELLEN. In textu permodice interpolatus, *Ursi* in fine habet : *Antisiodoro, depositio sancti Ursi, episcopi. Et Treveris, beati Pantho presbyteri.* *Bantonis.* Voluit dicere *Bantonis*, nisi fallor, de quo apud alios die sequenti.

HAGENOYEN. Etiam in textu paululum auctior, *Ursi* in fine subdit : *Antisiodoro, depositio sancti Ursi episcopi et confessoris.*

AQUICINCT. Ad nomen *Galieni*, superne notatum habet charactere minori : *vel Decii*. In fine *Ursi.* autem : *Et sancti Ursi episcopi Anthisiodorensis.* Notatur ferme ab omnibus.

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. *Ipso die,* *Ursi.* *sancti Ursi episcopi Antissiodorensis.*

De Germani vigilia. AMBIANEN. *Eodem die, vigilia sancti Germani episcopi, genere, fide et doctrina atque miraculorum gloria clarissimi. Hic festivitatem sepulturæ habet Kalendis Octobris, quando et celebrior dies agitur.* Vide igitur quæ die sequenti cum Usuardo dicemus. Et rursus quæ I Octobris de translatione ejus passim referuntur.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Abdon et Sennen martyrum. Marthæ hospitæ Christi.* De qua die *Marthæ.* præcedenti. *Maximæ, Donatillæ et Secundæ virginum et martyrum.*

VATICAN. num. 5949. *Antisiodoro, sancti Ursi* *Ursi.* *episcopi.* Jam dixi passim recurrere.

ALTEMPS. *In Cantia, depositio sancti Tadwini* *Tadwini.* *episcopi et confessoris.* Vide Castellanum.

FLORENTIN. Dubium est, an ad hunc, an ad sequentem diem referant, quod ponunt hoc modo : *Romæ, via Latina, sancti Tertullini martyris* *Tertullini.* *in crypta arenaria, sicut legitur in gestis sancti Stephani Papæ et martyris.* Florus eum notat hac ipsa die cum elogio, alii IV Augusti, et nos ibi cum Usuardo.

EDITIO LUBECO-COL. Post, *gladio interfecti* *De Abdon et Sennen.* *sunt*, adjicit : *Et ante simulacrum Solis projecti, ubi tribus diebus jacuerunt insepulti, quos Quirinus subdiaconus latenter sepelivit.* In secunda annuntiatione, satis pura est. In fine cum aliis codicibus adjungitur. *Antisiodori, depositio sancti Ursi* *Ursi* *episcopi et confessoris.*

GREVEN. *Item sancti Tiburtii. Antisiodoro, san-* *Tiburtii.* *cti Ursi episcopi et confessoris. In Suecia, Brunol-* *Ursi* *phi episcopi Scharensis et confessoris. Lupini epi-* *Brunolphi. Lupini* *scopi. In Suecia, Helenæ militissæ.* *Helenæ.*

MOLAN. *Antisiodori, sancti Ursi episcopi.* Tum *Ursi* minoribus litteris de Brunolpho et Helena descri- *Brunolphi.* psit, quæ habet GREVEN. Demum adjungit : *Ipso die Assisii, natalis sancti Rufini martyris.* Editio- *Rufini.* nes posteriores de Urso et Brunolpho, ut supra. *Item in Suecia, beatæ Helenæ.* Et typis minoribus *Helenæ* hoc solum : *Assisii, natalis sancti Rufini martyris.* Ad Romanum notat Baronius, exstare de eo sermonem Petri Damiani. Vide Surium.

Pridie Kal.

Pridie Kal. *Die* 31.

Fabii. Apud Cæsaream, passio Fabii martyris, qui cum ferre vexilla præsidialia recusaret, primum diebus aliquot in carcerem trusus, deinde interrogatus semel et iterum, in Christi confessione perdurat; et mox a judice capitali sententia condemnatur. Germani. Ravennæ, transitus sancti Germani Autisiodorensis episcopi, genere, fide et doctrina, atque miraculorum gloria clarissimi. Democriti et soc. Civitate Sinnada, sanctorum Democriti, Secundi et Dionisii.

Consonant codices *Praten. Herinien. Tornacen. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Melan.* Quibus accedunt : *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Notabis codicem Tornacen. omnino quidem purum esse, sed primo loco agere de sancto Germano, procul dubio ex usu illius ecclesiæ. Antverp. legit, *Fabiani.* In Belino deest *ferre.* Herinien. ponit, *in carcere trusus.* Antverp. Max-Lubec. et reliqui codices mediæ notæ, sensum aliquatenus immutant hoc modo : *Deinde interrogatus semel et iterum, cum in Christi confessione perduraret,* Antverp-Max. *duraret;* aliqui deinde *condemnatus est,* melius in textu, ex phrasi Adonis. In Pratensi est *Sinada;* in Munerat. *Sinnenda*; in Belino, *Synoda* et *Cinoda;* alii *Sumada, Synnada,* etc; in textu sequimur codices probatiores. Non minor variatio est in nomine *Democriti,* pro quo Tornacen. *Dimocriti,* Max-Lubec. *Democerti,* Antverp-Max. cum aliquibus *Demotrici,* Danic. *Democrici*; certa videtur textus lectio. De *Cesereum, condempnatur, Antisiodorensis, Dionisii,* etc. loqui supersedeo.

Fabii. OBSERVATIO. De *Fabio* nihil hic habent Hieronymiana, nihil Beda, aut Bedæ sequaces Florus et Rabanus. Itaque prima annuntiatio, tamquam fonti debetur Romano parvo, ita scribenti : *Cæsareæ, Fabii martyris.* Inde ab Adone mutuatus, et historica laudatione exornatus est, cujus priorem et potissimam partem in textum suum transtulit Usuardus, Notkero de more in alienam messem liberalius falcem immittente. Nihil Petrus in Catalogo, nihil Surius de Fabio prodidere, præter solum Adonis elogium, quod brevi commentario illustravit Henschenius, Cæsareæ Mauritaniæ martyrem adscribens. Acta quæ habemus ex codice Mossiacensi apud D. Joly, a Papebrochio transumpta, non gravis narrationis speciem, sed potius luxuriantis calami stylum exercentis, adornationem sapere videntur, qua nimirum Adonis elogium oratorie amplificatur. Wandelbertus de solo Fabio sic metrice pronuntiat :

Martyrii pridie Fabium pia gloria texit
Julius hæc orbi excedens solennia linquit.

Germani. Gloriosissimum præsulem Germanum sic hac die brevissime commemorat Ado : *Autisiodori, sancti Germani episcopi et confessoris.* Cetera quæ ad celeberrimum fidei defensorem pertinent, fuse idem prosequitur Kal. Octobris, unde breve suum elogium decerpsisse videtur Usuardus. Hieronymiana Germanum hac etiam die recte consignant. Beda ipsum cum Vercellensi Eusebio conjungit die sequenti, cujus verba inde huc retraxit Rabanus, ex quo nisi vehementer fallor, desumpsit Notkerus quæ hac etiam die de Germano retulit, monens, *festivitatem ejus Kal. Octobris, apud Gallicanas ecclesias celebriorem haberi,* ferme ut die præcedenti inter Auctaria ex codice Ambianensi notavimus. Germani vitam a Constantio scriptam edidit Surius; exstat apud nos manuscripta, etiam ut ab Erico versibus innexa est, cum pluribus aliis documentis, ad Sancti gesta spectantibus, quæ delibavit Tillemontius tomo 15 a pag. 1. Vide notationem Baronii. — Democriti, et soc. Classis Martyrum ultima ex Hieronymianis in Usuardum immediate profluxisse videtur, de qua nec in Romano parvo, nec in Adone quidquam legitur. Ipsorum etiam meminit Rabanus, meminit et Notkerus, ambo legentes: *in Africa civitate Sinnada,* adjuncto socio *Thyrso,* ut non dubites, Notkerum hæc ex Rabano accepisse. *Mirum,* inquit Florentinius, *quantum in loco agonis sanctorum Martyrum assignando distent inter se codices,* etc. Crediderim, Usuardum id etiam olim advertisse, cumque fortasse dubitaret, utrum *Phrygiæ,* an *Africæ* tribuendi essent, difficultatis nodum scidisse, ab utraque regione abstrahendo, scribendoque simpliciter, *Sinnada.* Recte an secus Baronius adjunxerit *Phrygiæ* vel *in Phrygia,* an potius ex mente Florentinii, *Africæ,* hi martyres asserendi sint, suo loco examinabitur. Patet codicum nostrorum statque interim salva totius textus Usuardini lectio.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Ut in Anglia auctus est, ita hic, ut sæpe alibi superius de aliis observatum est, Anglicum Sanctum textui superaddit, his verbis : Neoti. *Eodem die, S. Neoti presbyteri et confessoris.*

ROSWEYD. Germani elogium mutat, nam post *episcopi,* subdit : De Germano. *Qui fidem Catholicam sæpius a Pelagiana hæresi defendit.* Deest tota annuntiatio ultima.

PULSANEN. Caret annuntiatione prima de Fabio; cetera omnia pura sunt.

CENTULEN.

Textus contractus. CENTULEN. *Apud Ravennam Italiæ civitatem, transitus sancti Germani, viri Apostolici, Doctoris ecclesiæ mirabilis et omni sapientia adornati. Apud Cæsaream, sancti Fabii martyris. Civitate Sinnanda sanctorum Democriti, Secundi et Dyonisii.*

De Germano. BRUXELLEN. Incipit a Germano, additque post *clarissimi : Qui Ravennæ moritur, sed corpus ejus cum miraculorum splendore Anthisiodorum refertur.* Reliqua textus ferme pura sunt.

Germani cum elogio. HAGENOYEN. In prima et ultima satis purus, sic habet de Germano : *Ravennæ, transitus sancti Germani, Altisiodorensis episcopi et confessoris. Qui fuit nobilis genere, Antisiodoro natus, liberalibus studiis in Gallia edoctus, et in scientia juris Romæ, et ibi Burgundiæ ducatum obtinuit ; et magis in juventute vanitati, quam Christianæ religioni intendebat. Postea ab Amatore episcopo, invito eo, clericus ordinatus est. Et postquam clericus fuit, numquam panem frumenti, non vinum, non acetum, non oleum, non legumina, vel sal pro sapore comedebat ; semper jejunavit usque ad vesperam, interdum autem a quinta feria usque ad Dominicum diem jejunavit ; panem suum cinere miscuit. In æstate et in hieme nullam habuit vestem, nisi cilicium, tunicam, et cucullam ; nullo lecto, nullo pulvinari usus est, numquam vestem, raro calceamenta et cingulum deponebat, et in conventu fratrum vitam duxit eremiticam. Bis in Angliam contra hæreticos profectus est, et in diversis locis tres mortuos suscitavit. Tandem in domo Placidæ* (Placidiæ) *reginæ asinum suum mortuum suscitavit et ab ea recedens, in Ravenna obiit, tricesimo anno episcopatus ejus.*

Serapiæ cum filiabus. VICTORIN. et REG. SUEC. sign. num. 130. In fine : *Item sanctæ Serapiæ cum tribus filiabus suis, Pistis, Elpis et Agapes.* Die sequenti mater vocatur *Sapientia*, alias *Sophia*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Germani episcopi et confessoris. Fabii martyris. Item Democriti, Secundi et Dionysii.*

Dodonis. VATICAN. num. 5949. Caret ultima annuntiatione, cujus loco substituit : *In castro sancti Agnelli, natalis sancti Dodonis abbatis.*

Cathwini. *Critullini.* ALTEMPS. *Civitate Cantuaria, sancti Cathwini archiepiscopi et confessoris. Item Critullini martyris.* An non *Tertullini*, de quo die praecedenti ?

Joannis et Benigni. LUXOVIEN. *Apud Medianum cœnobium, depositio beatorum confessorum, Joannis presbyteri et Benigni diaconi, qui carne et spiritu germani a beato Hidulfo Treverorum archiepiscopo educati, simul migrantes, uno conditi sunt mausoleo.*

Bantonis. ABDINGHOFFEN. *Treveris, sancti Bantonis confessoris Christi.* Alii scribunt *Banti* et *Panthonis*

De Germano. EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Ravennæ, transitus sancti Germani, Antisiodorensis episcopi et confessoris, tempore Valeriani* (Valentiniani) *imperatoris, genere, fide et doctrina atque miraculorum gloria clarissimi. Hic ab episcopatu usque ad triginta annos corpus suum tam crudeliter tormentavit ut numquam panem frumenti, nec vinum, nec acetum, nec oleum, nec legumen, nec sal pro sapore comedit. Non vinum bibebat, nisi in festivitatibus Paschæ, et Nativitatis Christi, semel tantum et illud multum lymphatum. Semper jejunabat, et non nisi vespere comedebat, et in refectione semper cineres præbebat. Vestem non habebat præter cilicium et tunicam et cucullam, quæ tamdiu corpori inhærebant, donec attritione nimia solverentur, et sicut genere fuit nobilis, sic fide ac doctrina ac miraculorum gloria fuit præclarus, cujus mater Placida nomine, sanctissimum corpus propriis manibus sepelivit.* In reliquo textu satis pura adjungit in fine : *Treveris, sancti Banti confessoris. Eodem die sancti Neoti abbatis et confessoris.* Castellanus legit *Neothi*. *Banti* *Neoti.*

Tertullini. GREVEN. *Tertullini presbyteri et martyris (de quo in gestis beati Stephani Papæ) hic sepultura. Verum, Adone teste, pridie Nonas Augusti ad locum sepulchri ejus solemnior concursus fit. Item sancti Tirsi. Eodem die, sancti Fantini confessoris. Qui a puero sanctæ conversationis, cum anno ætatis suæ* XII, *patrem Fantium et matrem Deodatam ad fidem convertisset, cum eisdem pro fide Christi tenetur, plumbatis cæditur, et in carcerem mittitur. Tandem parentibus, capitis abscisione martyrium complentibus, Fantinus ab Angelo solutus, miraculis clarens, quievit in pace. Treveris, Panthonis (alias Banti) presbyteri et confessoris. In Anglia, Neoti abbatis et confessoris. Morandi confessoris. Floræ virginis et martyris.* *Tirsi.* *Fantini.* *Panthonis* *Neoti.* *Morandi.* *Floræ.*

MOLAN. prima editio, in fine solummodo adjungit : *Treveris, sancti Bantonis confessoris Christi.* In aliis autem *Mediolani, nativitas sancti Calimeri pontificis et martyris. In Anglia, beati Neoti sacerdotis, meritis ac miraculis insignis.* De Bantone, ut supra. *In Calabria, oppido Tabritano, sancti Fantini confessoris Syracusani, cujus parentes Fantius ac Deodata, Syracusis plumbatis cæsi cum diis litare nollent, decollati sunt. Die trigesima prima, sancti et justi Eudocimi.* Tum, typis minoribus. *Romæ, obiit beatissimus Ignatius Loiola, fundator societatis Jesu. Quam toto propemodum terrarum orbe multiplicatam vidit. Multa quoque barbarorum millia per eamdem e summa barbarie, ad suave Christi jugum subeundum, revocata esse cognovit. Omnia enim ejus consilia et studia spectabant ad conservandam, revocandam et multiplicandam per se et suos fidei Catholicæ synceritatem.* Ad majorem Dei gloriam *Bantonis.* *Calimeri* *Neoti.* *Fantini.* *Eudocimi* *De Ignatio de Loiola*



MENSIS AUGUSTUS

Habet Dies XXXI.

Kalendis. *Die* 1.

Antiochiæ, natalis sanctorum Machabeorum. Romæ, ad sanctum Petrum ad vincula. Apud Italiam civitate Vercelli, beati Eusebii episcopi, qui ob confessionem fidei a Constantio Scitopolim, et inde Cappadociam relegatus, post ad ecclesiam suam reversus, novissime persequentibus Arrianis, martyrium passus est. Item Romæ, passio sanctarum virginum Spei, Fidei et Charitatis et matris earum Sapientiæ : quæ sub Adriano principe martyrii coronam adeptæ sunt. Via Latina, sanctorum martyrum Boni presbiteri, Fausti, Mauri, cum aliis septem, qui in Stephani Papæ Actibus describuntur. In Hispaniis civitate Gerunda, natalis sancti Felicis, quem jussit judex Dacianus, post illata tormentorum genera, ungulis detrahi, ac deinde usque ad ossa laniari, et tamdiu vulnera vulneribus instaurari, dum invictum Christo spiritum reddidit. Apud Arabiam civitate Philadelphia, sanctorum martyrum Cirilli, Aquilæ, Petri, Domiciani, Rufi, Menandri, una die coronatorum. In territorio Parisiacensi, Justini martyris. In pago Lisuino, sancti Nemesii confessoris.

Machabæorum. Petri ad vincula. Eusebii. Spei, etc. Boni, etc. Felicis. Cyrilli, etc. Justini. Nemesii.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Reliqui *Vercelli*, ex Praten. et Herinien. Alii passim melius legunt *Vercellis*. Greven. habet, *Constantio principe*, Molan. *Constantino principe*, Antverp-Maj. omittit *principe*, sed servat *Constantino*. Ceteri simpliciter, ut est in textu. Scribo *Scitopolim* cum Herinien. Antverp-Maj. et aliis plerisque. In Pratensi est *Scithopolim*, in Greven. *Scytopolim*, in Molan. *Schytopolim*. *Spei*, *Fidei*, etc. ponunt omnes, excepto Antverp-Majore, qui cum nonnullis aliis præponit *Fidei*. In Antverp-Maj. hiulca est constructio, *quem judex Dacianus*, omisso verbo *jussit*. Molan. typothetæ, ni fallor, errore habet *Dacianus*. Deinde cum Greveno legit *virgulis detrahi*, pro *ungulis detrahi*. Item uterque, *tamdiu vulneribus instaurari*; Herinien. *vulnera verberibus restaurari*. Recte Praten. et Antverp-Maj. cum Adone, ut est in textu. Sed non bene Antverp-Maj. *reddit*, pro *reddidit*. Antverp-Maj. uniformiter scribit *Filadelfia*, Herinien. *Filadelphia*, præfero aliis tres. Solus Praten. legit *territorio Parisiensi*, ferme contra omnes. Non distinguitur in Antverp-Majore nomen *Justini*. Idem habet *Bisuino* et *Menesii*. Greven. *Lisuyno*. Pro textu stat codicum auctoritas, in quibus minutias alias negligendas putavi.

OBSERVATIO

Machabæorum. OBSERVATIO. Textus vix toto anno diffusior, ex solitis tamen fontibus, præsertim Adoniano, pro majori parte derivatus. *Machabæos* fratres ab ipsis primis Ecclesiæ seculis magna semper in veneratione fuisse, demonstrant Patrum encomia apud Florentinium, et Martyrologorum nostrorum consensus. Hieronymiana imprimis ampliori eos phrasi commemorant, quæ in mediæ notæ codices irrepsit. Noster perpaucis Bedam, Romanum parvum et Adonem sequitur, in hoc dispar, quod eos primo loco annuntiet. Plura in ipsorum laudem lege sis apud Florentinium, matris et filiorum nomina singillatim enumerantem. Et Notkerus aliquid supra Adonem conatus est. — Rursus in Hieronymianis plura narrantur de *dedicatione* primæ a B. Petro ecclesiæ, atque Vinculorum solutione, *Petri ad vincula.* quæ a Notkero nonnihil etiam amplificata sunt, Beda interim, Romano parvo et Adone brevissime rem expedientibus, plane ut in textu legitur. De prima a Petro dedicata Romæ ecclesia erudite *Eusebio.* disputat laudatus Florentinius. — *Eusebius Vercellensis* ab Hieronymianis notatur tamquam *Confessor*. Beda, a quo eum Germano Autissiodorensi conjungi nuper diximus, diserte ait, *morientibus persecutionem Arianis, martyrium passum.* Tu vide Tillemontium tomo 7 a pag. 529. Romanum parvum solum dicit : *Vercellis, Eusebii episcopi.* Viennensis titulum utrumque connectit, ex quo nostra omnia, ablatis dubiis, desumpta sunt. Notkerus explicat, quomodo et martyrium passus sit, *et in pace Ecclesiæ, circum confessionis suæ consummaverit.* Pro huc usque dictis, monumenta tradit Surius, et cum nostris convenit Wandelbertus, sic Augustum exordiens :

Augustus demum pleno jam farre refertus,
Quis nova sacra ferat, monstremus carmine Sanctos,
Quos ferus in mortem Antiochus cum matre subegit,
Venturo sanguen qui Christo sponte dicarunt,
Augustas retinent Machabæi jure Calendas.
Carcere Roma Petrum celebrat vinclisque reductum ;
Eusebiumque suum Vercelli rite frequentant.

Spei, etc. Sequuntur *sorores Virgines* cum matre vidua, quas fateor me nescire, unde Usuardus accersiverit cum antiquioribus Martyrologis omnibus sint incognitæ. Non ignoro, ad XXIII Junii inter Auctaria referri tres sorores, iisdem nominibus Græce insignitas, *Pistis, Elpis, Agapis,* quas nimirum ibi Notkerus, isque solus, Nicomediæ passas asserit. Baronius in Notationibus satis innuit, se in Usuardo eas reperisse, quod ex codicibus nostris manifestum est. Cur autem matrem a filiabus segregatam, ad XXX Septembris rejecerit, necdum habeo satis exploratum. Geddesii ineptias, occasione harum Sanctarum excogitatas, vix est operæ pretium nominare, nedum refutare. Facile crediderim Acta aliqua nactum Usuardum, qualia apud Surium exstant, unde earum memoriam hac die simul collocarit. Pluribus hic abstineo, alibi ex professo discutiendis. Videat interim curiosus lector, quæ de Sophia ejusque filiabus diximus in Chronologia Patriarcharum Alexandrinorum, pag. 18, num. 92. *Boni, etc.* — Classis subsequens *Boni* et sociorum martyrum ex solitis etiam fontibus non procedit, nam inter antiquiores a solo Floro, cum Beda edito, consignata est, phrasi a nostra tam diversa, ut ex eo scriptore Usuardum accepisse omnino existimari non possit. Restat ut ex ipsis sancti Stephani Actis *Felicis.* translatos supponamus. — De *Felice*, dubium non est, quin ex Adone proficiscatur, ex cujus longiori elogio, a Notkero descripto, epitomen suam Noster condidit. Notus etiam est in Hieronymianis et citato Floro. Ceterum an satis emendate diem notaverit Ado, vide Florentinium et Acta suo loco illustranda, de quorum auctoritate ibi disputabitur. Certe quæ Prudentius et Gregorius Turonensis tradunt, in dubium revocanda non sunt. — In *Philadelphiensibus* nonnulla item difficultas *C… etc.* occurrit circa martyrum *Synodum*, ab Hieronymianis notatam, a Notkero, ab ipsis nostris Martyribus distinctam, de qua uti et de *Martyrum Conciliis* multa accurate disquirit Florentinius. Ad rem nostram quod facit, Romanum parvum de illis meminit, non expressis singulorum nominibus, quæ Ado alibi inventa restituit, ex quo annuntiationis suæ verba omnia Usuardus deprompsit. — *Justinus* et *Nemesius*, qui agmen claudunt, ab Usuardo in sacros Fastos primum relati videntur, quid-*Justini et Nemesii.* quid aliunde præter morem excresceret textus, quem nihilominus totum et vere et simpliciter Usuardinum censemus.

AUCTARIA.

TORNACEN. Incipit : *Romæ, ad sanctum Petrum ad vincula.* Tum de Machabæis, pure. Eusebii elogium resecat. In Virginibus purus est. Item in *Justino*. Desunt reliqua omnia, quibus *Exuperii.* substituit : *Castro Corboilo, sancti Exuperii episcopi et confessoris, cujus corpus persecutione Danorum a Redonis civitate fugatum, atque a Galliarum incolis honorifice receptum, in prædicto loco affectu magnæ devotionis colitur.*

ROSWEYD. Sic orditur : *Romæ, ad vincula sancti Petri.* In Machabæis, bene. Desunt, Spei, etc., Boni et sociorum ; item Nemesii.

PULSANEN. *Romæ, absolutio beati Petri Apostoli a vinculis.* In Machabæis et Eusebio satis purus est. Deest elogium Boni et sociorum ; et desunt etiam quæ sequuntur omnia.

MUNERAT. Secundo loco : *Romæ, sancti Petri ad vincula.* In reliquis satis purus, in fine habet ferme ut TORNACEN. supra de Exuperio, quem etiam eodem modo annuntiat codex REG. SUEC. sub nota num. 428.

LOVANIEN. Superioribus similis, hunc præterea defectum habet, quod careat elogio Felicis.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt : *Romæ, sancti Petri ad vincula.* Dein cum Hieronymianis : *Apud Antiochiam, passio sanctorum*

Machabæorum

Machabæorum septem fratrum, cum matre sua, qui passi sunt sub Antiocho rege. Sequuntur reliqua satis pure, exceptis duabus postremis annuntiationibus, quæ desiderantur.

Textus contractus et transpositus. CENTULEN. *Romæ, ad vincula sancti Petri festivus et solennia* (solennis) *concursus. Antiochiæ, sanctorum Machabæorum. In Ytalia civitate Vercellis, sancti Eusebii episcopi et martyris. Apud Arabiam civitate Philadelfiæ, sanctorum martyrum Cyrilli, Aquillæ, Petri, Domitilæ, Ruffi, Menandri, una die coronatorum. In territorio Parisiorum, sancti Justini martyris. In pago Siluino, sancti Nemesii confessoris. Romæ via Latina, sanctorum martyrum Boni presbyteri, Fausti, Mauri cum aliis septem. Item Romæ, sanctarum virginum Fidei, Spei et Caritatis, et matris earum Sapientiæ, quæ sub Adriano imperatore passæ sunt. In Hispania civitate Gerunda, sancti Felicis martyris.* In margine, recentiori longe manu appositum est : *Castro Corbeilo, sancti Exuperii confessoris.* *Exuperii.* Fuit Episcopus Bajocensis, vide supra.

De Vinculis S. Petri. BRUXELLEN. *Romæ, sancti Petri ad vincula : de duabus enim catenis, quibus Herodes beatum Petrum vinxerat, et de ea qua ipse sub Nerone vinctus fuerat, triadem factam, Papa posuit in ecclesia quam ipse Kal. Augusti sub honore et vocabulo beati Petri ad vincula dedicavit.* De Machabæis eadem habet quæ ANTVERP., etc., supra. Sequuntur Philadelphienses, satis pure. In Eusebio modice interpolatus, de Felice, de tribus Virginibus et matre, de Bono et sociis, satis recte. Adjicit deinde : *Severi.* *In Aquitania, civitate Vienna, sancti Severi episcopi, qui fuit unus de discipulis Apostolorum. Et sancti Nectarii episcopi.* *Nectarii.* *In Gandavo, translatio corporis sancti Bavonis confessoris.* *Translatio S. Bavonis.* Colitur I Octobris.

HAGENOYEN. *Antiochiæ, natalis sanctorum martyrum Machabæorum septem fratrum, cum matre sua, qui passi sunt sub veteri Testamento.* *De Machabæis* *Sed eorum martyrium Ecclesia veneratur ob memoriam omnium veteris Testamenti Patrum. Horum passio sanctorum Machabæorum continetur in secundo libro Machabæorum. Romæ, sancti Petri ad vincula.* *De Vinculis S. Petri.* *Quæ festivitas quondam erat celebris ad honorem Octaviani Augusti principis Romanorum ; quam delevit Eudoxia cum Papa Pelagio, et statuit celebrari in memoriam principis Apostolorum. Unde regina veniens de Hierusalem pertulit catenas, quibus ligatus erat Petrus ab Herode, et Papa protulit statim in medium catenam, cum qua ligabatur Petrus a Nerone Cæsare in Roma. Et hæ duæ catenæ mirabiliter in unum conjuncta est* (conjunctæ sunt.) Sequitur de Virginibus, ubi interpolatus est. Tum de Bono et sociis, item de Philadelphiensibus satis pure, uti et de Justino et Nemesio. Desunt reliqua omnia.

AQUICINCT. Ante memoriam B. Eusebii Vercellensis, interserit hæc : *Marcianas, depositio sancti Jonati abbatis.* *Jonati.* Pro *Nemesii*, habet *Menesii*. In fine autem : *Item sanctorum Freardi et Secundelli.* *Freardi et Secundelli.* Ex Gregorio Turon. de Vitis PP. cap. 10.

VICTORIN. et REG. SUEC. sign. num. 130. In fine : *Apud Italiam, natalis sanctæ Justæ.* *Justæ.*

DAVERONEN. *In territorio Parisiaco, Justini martyris.* Quid de reliquis habeat, non constat.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Petri ad vincula. Sanctorum Machabæorum fratrum. Fidei, Spei et Charitatis virginum, et Sapientiæ matris earum, martyrum. Eusebii Vercellensis episcopi et martyris.* Patet textum esse valde mutilum.

UGHELLIAN. Caret etiam commemorationibus Justini et Nemesii. Vide ANTVERP. etc.

In VATICAN. num. 5949. Desunt Virgines, Justinus et Nemesius. Adjicitur : *Apud Italiam, sanctæ Justæ virginis.* *Justæ.*

FLORENTIN. *Romæ, Boni presbyteri, Fausti, Mauri, Primitivi, Calumniosi, Joannis, Exuperantii, Quirilli et Honorati... In Italia, sancta Justæ virginis. Item santi Ruphiniani* (MEDICÆUS legit *Ruffiniani*) *episcopi et confessoris, discipuli sancti Petri Apostoli.* *Boni, etc.* *Justæ.* *Ruphiniani.*

EDITIO LUBECO-COL. De Vinculis et Machabæis satis dictum est. Sequitur textus usque ad Philadelphienses inclusive. Tum : *In Anglia, sancti Edeluoldi episcopi et confessoris.* *Edelwoldi.* Dein de Justino, pure. Post : *Viennæ, sancti Severi episcopi et confessoris, qui unus fuit de discipulis Apostolorum. Bituricas, beati Archadii episcopi et confessoris. Suessionis, beati Bandaridi episcopi et confessoris. In pago Lysuino, beati Nemesii confessoris. Eodem die, sancti Nectarii episcopi et confessoris. Ipso die, sanctorum Friardi et Secundelli confessorum. Item, beatæ Facinolæ virginis. Et sanctæ Justæ matronæ.* *Severi.* *Archadii.* *Bandaridi.* *Nectarii.* *Friardi, etc.* *Facinolæ.*

BELIN. Incipit et legit de Vinculis et Machabæis, sicut ANTVERP. etc. In Eusebio, Virginibus, Bono et sociis, et Philadelphiensibus purus est, subjungit : *Apud Italiam, sanctæ Justæ virginis.* *Justæ.* In Justino purus est. *In pago Tisuino, sancti Menesii confessoris.* De Felice, ultimo loco, absque elogio. Altera editio Machabæos collocat, *Apud Hierosolymam*, etc. In reliquis priori similis est, at in fine adjicitur : *In territorio Blesensis* (haud dubie *civitatis,*) *sancti Bethasii confessoris.* *Bethasii.* Castellanus legit *Betarii.*

GREVEN. *Item, sanctorum Primitivi, Calumniosi, Johannis, Exuperantii, Quirilli, Theodosii, Casti, Basilii et Honorati, de quibus in Actibus beati Stephani. Viennæ, sancti Severi episcopi et confessoris, discipuli Apostolorum. Bituricas, sancti Archadii episcopi et confessoris. Suessionis, sancti Bandaridi episcopi et confessoris. Exuperii episcopi Baiocensis et confessoris. In Britannia, Ethelwaldi episcopi et confessoris. Nectaris episcopi. Friardi et Secundelli confessorum. Justæ martyris, matris sancti Silvestri, in puteum præcipitatæ. Facinolæ virginis. Apud Veronam Italiæ, sanctæ Mariæ virginis, cognomento Consolatricis.* *Primitivi, etc.* *Severi.* *Archadii.* *Bandaridi.* *Exuperii.* *Ethelwaldi.* *Nectaris* *Friardi, etc.* *Justæ* *Facinolæ.*

MOLAN. *Castro Corboilo*, etc., ut TORNACEN. supra. *Exuperii* *Gandavi, elevatio sancti Bavonis pii confessoris.* *Elevationis Bavonis.* *Romæ, dedicatio primæ ecclesiæ, a beato Petro constructæ et consecratæ. In Blandinio, translatio sancti Vuinwaloci abbatis.* *Translationis Winwaloci.* Tum minoribus typis : *In Britannia, Ethelwaldi episcopi et confessoris, in civitate Wintonia ; cujus actus scripsit Vultanus cantor Vuintoniensis. Sancti Secundelli abbatis et Friardi, de quo Gregorius Turon. Eodem die, natalis sancti Jonathi confessoris, discipuli sancti Amandi.* *Ethelwaldi.* *Secundelli et Friardi.* *Jonathi* In editionibus aliis, de Machabæis cursivo, textui inserit, quæ habet ANTVERP., etc., additque, *et præceptoris ipsorum Eliazarii.* *Eliazarii.* De Eusebio, *et confessoris;* et de Virginibus nomina Græca, item quod *fuerint natione Mediolanenses.* Denique de Justino : *Cujus corpus requiescit in magna ecclesia beatæ Mariæ Virginis, Parisiis.* Deinde in fine : *Castro Corbolio*, etc. Item *Friardi et Secundelli. In Britannia, natalis sancti Ethelwoldi episcopi Vuintoniensis et confessoris. Marcianis, depositio sancti Jonati abbatis.* De Bavone, Winwaloco, et dedicatione primæ ecclesiæ a beato Petro, ut supra. Demum : *Die prima, processio venerabilium lignorum venerandæ et vivificatricis Crucis.* Sumitur ex Horologio Græcorum, de quo non semel alibi egimus.

IV *Non.*

IV *Non.* **Die 2.**

Stephani PP

Romæ in cimiterio Calixti, natalis beati Stephani Papæ, qui persecutione Valeriani, cum insequeretur ob Christi martyrium, et staret intrepidus ante altaris solemnia, ac jugiter cœpta perficeret, in eodem loco, sicut in sua decollatur sede. In Provincia Bithinia, urbe Niceæ, sanctæ Theodotæ cum tribus filiis suis, e quibus primogenitum nomine Evodium, Christum fiducialiter confitentem, fecit primum consularis Bithiniæ fustibus cædi, deinde ipsam cum omnibus filiis igne consumi.

Theodotæ cum 3 filiis

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *cœmeterio Calisti*, alibi etiam meminimus; sequor in textu quod habet plerumque major codicum numerus: Praten. legit *cemeterio*, Herinien. *cymiterio*, sed non semper sibi constans. *Calixti* est in omnibus, excepto Pratensi. *Cum insequeretur*, passive scribunt omnes. At quid de hac phrasi? *In eodem loco, sicut in sua decollatur sede.* Non ita Ado, qui nitidius: *In eodem loco, in sua decollaverunt sede.* At constructio nostra in omnibus ferme codicibus reperitur, hoc solo discrimine, quod Munerat. Greven. et Molan. legant *decollatus est sede;* et Tornacen. *sic in sua*; nam quod Herinien. etiam habeat *sic*, scioli vitio factum patet, cum erasæ sint duæ litteræ *ut*. Putamus itaque Usuardum, licet male, sic tamen scripsisse, ut in textu, posuimus. Solus Molan. recte habet *Bithynia;* male Munerat. *Bitinia*, reliqui ut in textu, nisi quod videatur Praten. ponere in obliquo *Bithiniæ*. Idem legit *Euodum*, vel *Evodum*, cum Munerato: Greven. sensum torquet legendo, *primum Consularis fecit Bithiniæ*, qui et cum Molano in fine habet, *consumi præcepit;* ubi Antverp Maj. *cum omnibus filiis suis*, quod etiam est in Pratensi signato B. De *solempnia, solemnia, sollempnia, sollennia, Nicea, cedi* et id genus aliis, non arbitror operæ pretium plura notare.

Stephani PP

OBSERVATIO. Citata sunt superius non semel, et porro citanda, beati *Stephani Papæ* Acta; ex quibus non pauci martyres, aut conjunctim aut divisim, suis quique diebus educuntur, quorum plerosque a Molano hac die in annotatione collectos reperies, qui a nobis pro varia Usuardi dispositione, in proprias festivitates distributi sunt. Stephanum ipsum hic etiam recolunt Hieronymiana apographa, non satis distincte dignitatem exprimentia. Clarius Beda *Papam* et *martyrem* diserte pronuntiavit, adjecto parvo elogio, a Rabano transumpto, quod subinde, nescio quomodo, in omnes ferme Usuardinos mediæ notæ codices transiit, in hoc duntaxat a puritate aberrantes. At vero Usuardum non ex Beda, sed ex Adone sua accepisse, ex eo evidenter patet, quod et phrasim ejus et verba accuratissime imitetur. Ex Romano parvo in Adonem fluxisse vix dubium est, ubi sic legitur: *Romæ, Stephani Papæ et martyris.* Longior Adonis oratio Actorum compendium censeri potest, qua potissimum parte Stephanum proprie spectant. Quæritur an Acta ipsa summatim accepta, cum Baronio in Annalibus ad annum CCLIX num. 20, *fidelissima, germana æquata atque legitima, et quo candidiora eo veriora* censenda sunt, an forte cum recentioribus, pro vitiatis et interpolatis habenda? Sed patietur lector, difficillimam controversiam, ad proprium locum remitti. Videat interim ipse, quid Actis istis opponat Tillemontius tomo 1, pag. 592. Notari etiam potest brevis Motheri observatiuncula. Nitide Stephanum exornat Wandelbertus:

Nonarum Stephanus martyrque et Papa beatus
Quarto festivæ tribuit pia gaudia Romæ.

Theodotæ et filiorum

Laudatum Romanum parvum sic etiam breviter secundam annuntiationem complectitur: *In Bithynia, Theodota, cum tribus filiis.* In eamdem plane sententiam loquitur Ado, insigni encomio et matrem et filios exornans, quod in Beda, et Rabano ex eodem Actorum fonte haustum, sed contractius est, nisi malis, Bedam aliquatenus Adoni præluxisse. Hoc certe non obscure colligitur, Usuardum Bedæ potius, quam Adonis verbis inhærere, resectis iis quæ de tyranno Diocletiano et Leucadio comite ab utroque narrantur. Sed qua ratione hæc omnia cum Hieronymianis codicibus conciliari possint, prorsus non video. Ibi enim ex Lucensi et Corbeiensi, textus in hunc modum exprimitur: *Et in Cæsarea Mauritaniæ, Theodota et septem filiorum ejus, quorum gesta habentur.* Neque id satis perspexit Florentinius, qui *Cæsariensis* illius et filiorum gesta se frustra quæsivisse fatetur. Unde recte putavit, supplendum in vetustissimo Epternacensi et emendandum provinciæ nomen, scribendo *Bithyniæ*, pro *Bitia*, ut eo pacto cum Martyrologiis aliis melius cohæreat. Hæc cursim notasse pro instituto nostro plusquam satis est, nam quidquid sit de una an gemina *Theodota* vel *Theodora*, *Cæsariensi* altera, altera *Nicæna*, quod ad Acta ex professo discutiendum remittimus, abunde hic demonstrata est textus nostri et origo et sincera puritas, tametsi non omnino defæcata. Acta quæ Surius edidit ad XXX Decembris, ex eorum, opinor, numero sunt, quæ rejecit Ruinartius pag. 120. Quid de Combefisianis inter Lectos triumphos pag. 247 Græco-Latine vulgatis statuendum sit, alio pertinet. Hic satis est fontes designasse.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

De Stephano. ROSWEYD. De Stephano Papa, textui inserit : *Cum jam multos ad martyrii coronam præmisisset.* Cetera purus est, imo plusquam purus, cum simpliciter legat, *in eodem loco, in sua decollatur*, etc.

PULSANEN. In prima satis purus, deficit in secunda, ubi elogium resecat.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. Codices illi sunt, in quos dixi transiisse elogium Bedæ, expuncto Usuardino. Sic enim de Stephano Papa legunt : *Qui persecutione Valeriani principis martyrio coronatus est.* Vide supra in Observatione.

Textus mutatus. CENTULEN. *Romæ in cymiterio Calisti, natalis sancti Stephani Papæ et martyris. Eodem die, sanctæ Theodotæ cum filiis suis, quæ tempore Diocletiani passa est agonem sub consulari Niceceio et comite Leucadio.* Hic plerumque textus mutatio et contractio.

De Stephano. BRUXELLEN. In Stephano, post *Papæ et martyris*, sic pergit : *Qui dum multos gentilium convertisset et multorum martyrum corpora sepelisset, sub persecutione Valeriani persecutus, ante altare intrepidus, Missam celebrans, decollatus est. Et sanctorum martyrum Nemesii, Lucillæ, Olimpii, Exuperii et Theodoli.* De his in Actis sancti Stephani agitur, sed ad alios dies pertinent. Primi duo referentur XXXI Octobris. Vide quæ de aliis diximus XXVI Julii. De Theodota et filiis, post *consumi*, adjungit : *Pro ut in passione sanctæ Anastasiæ virginis scriptum habetur.* Colitur Anastasia XXV Decembris.

Nemesii et soc.

De Theodota.

HAGENOYEN. De Stephano Papa sparsim ex Adone sua accepisse videtur, in hunc modum : *Romæ cimiterio Kalixti, natale beati Stephani Papæ et martyris. Qui persecutione Valeriani imperatoris, cum insequeretur Christianos, tentus est cum multis clericis suis, et tunc ille solus ad Valerianum intrepidus vadit, arguens illum de nece piorum, et statim ductus est ad templum Martis, ut ymmolet aut decolletur. Tunc Stephanus Papa oravit, et pars templi cecidit, et præ timore omnes fugierunt. Et ipse cum suis ad cimiterium Lucinæ perrexit, et Christianos ad se venientes confortavit, et sollempnia Missarum incepit, et jugiter incepta perfecit, quem ut milites Valeriani viderunt, ipsum in altari statim decollaverunt, et aliquos alios cum eo.* Cetera purus est.

De Stephano.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Stephani Papæ et martyris, cujus præclara gesta habentur et sæpius allegantur. Boni, Fausti, Mauri cum aliis septem, de quibus in gestis B. Stephani legitur, sed primo die in aliis Martyrologiis habentur. Theodota cum tribus filiis.*

Boni, etc.

Inventionis Albini. ALTEMPS. *Eodem die, inventio corporis sancti Albini protomartyris Anglorum.* Cur non *Albani?*

STROZZIAN. et forte FLORENTINI alii. *Romæ, depositio beati Severini Papæ, qui sepultus est in basilica beati Petri Apostoli. Fuit enim benignus super omnes homines, amator pauperum, largus, mitissimus. Fuit autem post Petrum Apostolum* LXXI. *Hujus temporibus Christianissimus imperator Heraclius, destructo Chosroe, Crucem Domini reportavit Hierosolymam.* Vixisse eo tempore Severinum fateor, sed Papam fuisse non intelligo. *Civitate Padua, sancti Maximi, ejusdem civitatis episcopi, qui miraculis clarus beato fine quievit. Dedicatio ecclesiæ sanctæ Mariæ de Portiuncula, in qua B. P. Franciscus procuravit a Deodato Papa maximam Indulgentiam.* Deodatus vixit seculo VII, S. Franciscus XIII. Lege ergo, ut BELINUS infra, *a Deo et a Papa.*

Severini.

Maximi.

De Portiuncula.

De Stephano. EDITIO LUBECO-COL. De Stephano ait : *Qui rexit Ecclesiam annis quatuor, menses duos, dies quindecim, et passus est sub Valeriano et Galieno imperatoribus, quem ob Christi confessionem intrepide in cimiterio sanctæ Lucinæ, ante altare sacrificia libantem, in eodem loco, in sua episcopali sede sedentem decollaverunt. Ipsum autem fideles Christi, qui aderant, cum sede sua, jam ipso sacro cruore perfusa, in eadem crypta sepelierunt. Monstratur cruor ejus in lapide marmoreo ante summum altare ad Catacumbas. Hic constituit ut sacerdotes et levitæ vestes sacerdotales in quotidiano usu non haberent, nisi tantum in ecclesia.* In Theodota, modice interpolata est. Sequitur : *In Italia civitate Verona, beatorum Felicis et Nyceti martyrum. Eodem die, sanctorum martyrum Nemesii, Lucillæ, Olimpii, Exuperiæ et Theodulæ. Ipso die, beati Adrenuldi episcopi et confessoris.*

Felicis et Niceti.

Nemesii, etc.

Adrenuldi.

BELIN. In Stephano etiam utitur elogio Bedæ, ut supra. In fine addit : *Civitate Padua, sancti Maximi, ejusdem civitatis episcopi, qui miraculis clarus beato fine quievit. Eodem die, consecratio ecclesiæ sanctæ Mariæ de Portiuncula, apud Assisium, in qua B. P. Franciscus procuravit a Deo et a Papa maximam Indulgentiam.*

De Maximo.

De Portiuncula.

GREVEN. *In Italia civitate Verona, Felicis et Niceti martyrum. Item sanctorum Nemesii, Lucillæ, Olimpii, Exuperiæ et Theodulæ. Stephani Papæ II et confessoris, qui amator fuit ecclesiarum, pauperum Christi maxime fautor et nutritor. Hic ultimo pontificatus sui anno imperium a Græcis transtulit ad Germanos in personam Karoli magni. Item Stephani Papæ III, viri sanctissimi. Adrenuldi episcopi et confessoris. Medani episcopi.*

Felicis, etc.

Nemesii, etc.

Stephani PP II.

Stephani PP III.

Adrenuldi.

Medani.

MOLAN. In fine adjicit verba Bedæ : *Scriptum est in passione sanctæ Anastasiæ. Civitate Padua, sancti Maximi*, etc. *Eodem die, consecratio basilicæ sanctæ Mariæ de Portiuncula*, etc. Quæ ex BELIN. descripta sunt. Editiones posteriores mutant nomen *Theodotæ*, in *Theodoræ*. In fine habentur eadem Auctaria, quibus immixtum est novum, nempe : *Carnoti, sancti Betharii, ejusdem civitatis episcopi, sanctitate et miraculis clari.*

Maximi.

De Portiuncula.

Betharii.

III *Non.* *Die* 3.

Inventionis Stephani, etc. Hierosolymis, inventio corporis beatissimi Stephani protomartyris et sanctorum Gamalielis, Nicodemi et Abibon. Hæc septimo Honorii principis anno revelata, atque a beato presbitero Luciano scripta, ad totius Ecclesiæ personam, omnibus fere gentibus declaratur. *Hermelli* Constantinopoli, sancti Hermelli martyris.

Puri sunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Omnes codices legunt *beatissimi*, excepto solo Pratensi, in quo, simpliciter *beati*. Rosweyd. pro *Abibon*, scribit *Abibe*, nec adeo male, cum etiam *Abibas* appelletur, Gamalielis filius. *Hæc septimo*, etc., legendum est, referendo ad omnia corpora. Munerat. posuit, *Hoc*. Idem habet *principius*, pro *Principis*, errore haud dubie typothetæ. *Principis Honorii*, est in Tornacen. reliqui cum textu. Sic item nonnulli, ut Herinien. et Molan., *atque a beato Luciano presbytero*, secuti sumus majorem codicum numerum. Sed Greven. ut non semel alias, hic denuo constructionem torquet, sic enuntians; *atque a beato Luciano presbytero*. Pulsanen. habet, *descripta*. Non placuit Antverp-Majori illa *totius Ecclesiæ persona*, ut ex Adone Noster descripsit, sed legere maluit, *ad totius Ecclesiæ personas*. Idem cum Pulsanen. *Constantinopolim* scripsit, pro *Constantinopoli*. Item rursus Antverp-Maj. *Emelli*, Greven. et Molan. *Ermelli*, ceteri melius cum aspiratione. Supersunt modi scribendi in *Jherosolimis*, *Jerusolimis*, *Jerosolimis*, *Protomartiris*, *Gamalihelis*, *Nichodemi* et *Nychodemi*, quos satis est indicasse.

De inventione Stephani, etc. OBSERVATIO. *Beatissimi protomartyris Stephani* revelationem seu inventionem longe celebratissimam insigni narratione, ex Luciano potissimum accepta, exornavit Ado, textus sui substantiam, ni fallor, ex Romano parvo deducens, ubi sic habetur : *Jerosolymis, inventio corporis B. Stephani, Gamalielis, Nicodemi, Abibon*. Porro ex prolixa Adonis historica panegyri Noster sua omnia decerpsit, nec ad latum unguem a soliti ductoris vestigiis deflectens ; quin et vel ipso etiam mutuato errore, quem observat Baronius in annis Honorii, ubi pro anno *septimo*, legendus esset *vigesimus primus*. Aliam prorsus viam ingreditur Rabanus, translationem Antiochenam Hieronymianorum hesternam, cum hodierna inventione conjungens, ex quo sumpsit Notkerus omnia, quæ præcedenti die de uno ex lapididus, Antiochiæ asservato et miraculis claro, commemoravit. Hæc Hieronymianorum verba sunt IV Non. Augusti. *In Antiochia, natalis reliquiarum protomartyris Stephani et diaconi ; qui Jerosolymis est lapidatus, ex revelatione Luciani presbyteri, corpusculus ejus Jerosolymis est translatus*. His igitur insistens Notkerus, ex Rabano adjicit : *Ubi haberi dicitur unus de lapidibus, quibus in passione sua*, etc. Ad quæ reflectens Florentinius, ut passim Notkero nimium tribuit, ejus fontes ignorans, ita hic ex illo ansam arripit plura commentandi, atque inter alia cum Baronio dubitat, utrum pro *Antiochia*, scribendum non sit *Ancona*, quod illic e lapidibus istis unus, magna in veneratione habeatur, citatis in eum finem sancti Augustini sermonibus ; quæ omnia ad XXVI Decembris examinabuntur, cum iis, quæ ab eruditis recentioribus ex Augustino et aliis collecta sunt. Atque hæc Notkerus pridie. At magis cum Romano parvo, Adone, ac proinde et cum Nostro conveniunt laudata Hieronymiana hac die, quando legunt : *In Jerosolymis, inventio corporis beatissimi Stephani, primi martyris, et sanctorum Gamalielis, Nichodemi et Abibon*. Verum hic Notkerus iterum alia suggerit, volens hac die aut lapidatum, aut saltem a Gamaliele sepultum Stephanum, sic ut hodie ex ejus mente passio recolatur, *et septimo Kalendarum Januarii, sacrum corpus patefactum et Jerosolymam translatum sit*, ut *vita comite*, inquit, *curabimus aperire*, etc. Sed ea probatio desideratur hactenus, Martyrologio ejus post XXVI Octobris deficiente. Neque tamen in omnibus aberrare hic Notkerum censemus, quandoquidem ex Luciani relatione constet, mense Decembri inventa esse corpora. Cur autem hac III Augusti ejusdem inventionis celebretur festivitas, non ausim temere asserere ; vide tantisper conjecturam Baronii, reliquasque ejus et Florentinii notationes ; item Surium hoc die ac Tillemontium tomo 2 a pag. 1 et in notis a pag. 462. Ceterum jam dicta nullo plane pacto obesse possunt simplicitati primigeniæ ipsius textus Usuardi, qui ut jam diximus, ab Adone suo non recessit. *Hermelli* Annuntiationem ultimam de sancto *Hermello* ex ipso etiam verbatim desumpsit, ut ferme in Romano parvo posita est : nam Hieronymianorum lectio subobscura, nomen mutat aut aliter inflectit, ut pluribus te docebit laudatus jam sæpe Florentinius. De *Hermello* nihil usquam reperio Primam annuntiationem sic metrice exornat Wandelbertus :

Terno mox Stephani colitur solenne reperti,
Primus qui mortem Christi est moriendo sequutus.
Gamaliel, Nicodemus, Abibon pariterque
Inventi, voto fulgent et laude perenni

AUCTARIA.

AUCTARIA.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. et DANIC. Ita hodie textum suum etiam ex Adone construunt : *Hierosolymis, inventio corporis beatissimi prothomartyris Stephani et sanctorum Nicodemi* (ANTVERP. *Nicomedi*) *Gamalielis et Abibon ; sicut revelatum est a Domino, beato presbytero Luciano, septimo Honorii principis anno. Constantinopoli, natale sancti Hermelli martyris. Augustoduno* (MAX-LUBEC. *Augustodimo,*) *depositio sancti Euphronii episcopi.*

De Inventione Stephani, etc. — *Euphronii*

CENTULEN. *Jerosolimis, inventio corporis beati Stephani prothomartyris, et cum eo Nichodemi, Gamaliel et Abibon, sicut revelatum est a Domino, beato presbytero Luciano, septimo Honorii principis anno. Romæ, via Appia, sancti Tarsitii acoliti et martyris.* Hunc iisdem verbis die XV repetit.

Tarsitii.

BRUXELLEN. *Jerosolimis, inventio corporis beati prothomartyris Stephani, et sanctorum Nycodemi, Gamalielis et Abibon. Quæ septimo Honorii principis anno, et septimo Kalendas Januarii a Domino revelata, atque a beato Luciano presbytero descripta habetur. Sed festum agitur hac die, qua idem beatus Stephanus pro Christo lapidatus est.* Hæc Notkeri opinioni conformia sunt. Sequitur de Hermello pure. Tum : *Augustoduno, depositio sancti Eufronii episcopi.*

De Inventione Stephani, etc. — *Eufronii.*

HAGENOYEN. Incipit : *Apud Novariam civitatem, natale beati Gaudencii episcopi et confessoris. Hic sancti Martini notarius erat. Hunc sanctus Symplicianus primum episcopum Novariæ civitati ordinavit. Hic cum Eusebio episcopo Vercellhense exilium sustinuit, et ante per aliquot dies in Mediolano in vinculis detentus fuit. Tunc sanctus Ambrosius invisum eum et alios præterire voluit et non potuit. Tandem de equo descendit et sanctos in carcere positos in Domino confortavit. Qui in exilio obiit et corpus ejus Novariam reductum est, et Agapius qui ei substitutus fuerat, preciosum ei sepulchrum præparari fecit, et ideo a Januario usque ad Augustum insepultus remansit, et ungues et cesaries ei, ac si viveret, crescebat. Hierosolimis, invencio sanctorum Stephani, Gamalielis, Nycodemi et Abibonis. Hæc invencio septimo Honorii principis anno facta est, beato Luciano sacerdote illam procurante, cui et revelatio de illis a Deo de eis facta est.* In Hermello, purus est. In fine : *Augustoduno, depositio sancti Eufrosini episcopi et confessoris.*

Gaudentii cum elogio — *De Inventione Stephani, etc.* — *Eufr[illegible]*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Revelatio beati Stephani protomartyris. Inventio seu revelatio sanctorum Gamalielis, Nicodemi et Abibonis, quam beatus Lucianus presbyter descripsit. Hermelli martyris.* Poterat adjungi palæstra.

Textus contractus

AQUICINCT. In fine addit : *Augustoduno, sancti Euphronii.* Sic melius quam in HAGENOYENSI.

Euphronii

VATICAN. sub nota num. 5949. Adjicit : *Romæ, sancti Diogenis.* Alius ignotus est.

Diogenis.

UGHELLIAN. *Augustoduno, depositio sancti Eufronii episcopi.* Scribe, ut supra *Euphronii*.

Eufronii.

FLORENTIN. *Apud Novariam, sancti Gaudentii episcopi et confessoris. Romæ in cœmeterio Calisti, sancti Tarsitii acolyti, sicut in gestis sancti Stephani Papæ et martyris legitur.*

Gaudentii — *Tarsitii.*

BIZUNTICEN. *Inventio corporis beatissimi Stephani ... Item Chrysopoli, quæ nunc Bizuntia dicitur, adventus reliquiarum supradicti protomartyris.* Proprium loci, de quo nihil apud alios.

Adventus reliquiarum S. Stephani, Vesontione

EDITIO LUBECO-COL. In textu fere pura, adjungit : *Augustoduno, depositio sancti Eufronii episcopi et confessoris. In Italia, civitate Novaria, sancti Gaudentii episcopi et confessoris. Eodem die, beati Fiacrii heremitæ et confessoris. Viennæ, sancti Justi episcopi et martyris, eximiæ sanctitatis viri, sub temporibus Antonini imperatoris cognomento Pii.* Alius *Justus* in Adone die sequenti.

Eufronii. — *Gaudentii* — *Fiacrii.* — *Justi*

BELIN. In inventione sancti Stephani, sequitur phrasim ANTVERPIENS. et aliorum supra. Tum *Constantinopoli, natale sancti Hermolii martyris. Augustoduno, depositio sancti Eufronii episcopi. Apud Novariam, sancti Gaudemii episcopi* ; pro *Gaudentii*, quemadmodum superius scripsit *Hermolii* pro *Hermelli*.

Eufronii. — *Gaudentii.*

GREVEN. *Viennæ tempore Antonini cognomento Pii, sancti Justi episcopi et martyris, eximiæ sanctitatis viri. Augustoduno, depositio sancti Eufronii episcopi et confessoris. In Italia, civitate Novaria, sancti Gaudentii episcopi et confessoris. Constantinopoli, sancti Metropoli episcopi.* An non *Metrophanis?* Vide Florentinium. *Fiacrii eremitæ et confessoris. Item Walteni abbatis et confessoris. Martini confessoris. In Hassia, beatæ memoriæ Conradi de Herlesheym, monachi presbyteri, Ordinis Cisterciensis et confessoris.*

Justi — *Eufronii* — *Gaudentii* — *Metropoli.* — *Fiacrii.* — *Walteni* — *Martini.* — *Conradi*

MOLAN. *Augustoduni, depositio sancti Euphronii episcopi. Apud Novariam, sancti Gaudentii episcopi.* In posterioribus editionibus eadem plane repetit, hoc solum adjungens : *Die tertia, sanctorum patrum Isaacii, Dalmati et Fausti.*

Euphronii — *Gaudentii* — *Isaacii et S[illegible]*

Pridie Non. *Die 4*

Natalis beati Aristarchi, discipuli sancti Pauli Apostoli. Romæ via Latina, passio sancti Tertullini martyris, qui sub Aureliano imperatore, post impiam fustium mactationem et ignium circa latera exustionem, ac oris conquassationem, atque equulei extensionem, nervorumque cæsionem, data sententia, capitis amputatione martyrium consummavit.

Aristarchi — *Tertullini.*

Tantum puri sunt codices *Praten. Hermnen. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec.* et *Munerat.*

VARIA LECTIO. *Natalis sancti Aristarchi*, legit solus Pulsanen. reliqui omnes, ut est in textu. In eodem, ante *Tertullini*, deest titulus *sancti*. Nullus codex est seu Mss. seu typis editus, qui non legat *sub Aureliano imperatore*; Ado tamen, a quo hæc omnia accepta sunt ex sancti Stephani Actis, tyrannum vocavit *Valerianum imperatorem*. Rursus consentiunt omnes in *impiam fustium mactationem*; Antverp. tamen et Max-Lubec. cum Molan. scribunt *macerationem*. Pulsanen. pro, *ac oris conquassationem*, habet *orisque*; item pro *nervorumque*, legit *ac nervorum*, ubi Antverp. et Max-Lubec. loco *conquassationem*, simpliciter ponunt, *quassationem*. Sed hæc leviora sunt: tres codices optimæ alias notæ, nempe Antverp-Major. Greven. et Molan. in aliqua elogii parte deficiunt, dum ita legunt, *et ignium circa latera crustionem, nervorumque extensionem*; vel ut Antverp-Maj. *nervorumque scissionem*, omissis intermediis, quæ causa est, cur e purorum numero eos excludamus, præterquam quod Grevenus augmentum aliud habeat, postea recitandum. Pulsanen. scribit *consumarit*; ut Munerat. *Tertulini*, etc., quæ vix notanda sunt.

Aristarchi. OBSERVATIO. Nec *Aristarchi*, nec *Tertullini* ulla hodie apud Hieronymianos, Bedam, Florum, Rabanum aut Wandelbertum memoria; utrumque refert Romanum parvum his verbis: *Aristarchi discipuli Apostolorum. In cripta arenaria, Tertullini martyris.* Hinc ambos Viennensis in Martyrologium suum transtulit, ex quo verbatim procedunt, quæ de Aristarcho in textu nostro dicuntur. Mirari licet, Usuardum ad Festivitates Apostolorum recurrere solitum, eas hoc die non consuluisse, ut inde elogii alicujus materiam extraheret, quam Molanus integre laterculo suo litteris Italicis inseruit, ut in Auctariis patebit. Quæ vero præterea a Notkero adjiciuntur, ea hujus loci non sunt. Nec vero præter Adonianum elogium, multa aliunde de Aristarcho suggeri possunt. Pleraque omnia ex Actibus Apostolorum et Pauli epistolis hinc inde de eo commemorat Tillemontius tomo I; idemque in nota pag. 571 varia Græcorum elogia examinat et refellit, de quibus nos plura alibi.

Tertullini. *Tertullinum* alibi diximus a Floro notari XXX Julii, qui forte verus passionis dies censeri potest, cum Ado diserte asserat, corpus ejus a sancto Stephano Papa sepultum, *secundo Kal. Augusti.* Cur autem hac demum die beati martyris festivitas celebretur, rationem ibi subjungit Ado, quod nempe ad ejus sepulcrum *concursus solemnis fiat* II *Nonas Augusti.* Porro Adonis elogium ex Actis sancti Stephani Papæ, nudiustertius novissime citatis, desumptum est, atque a Nostro eleganter contractum, sic tamen ut imperatoris nomen perperam mutaverit, *Aurelianum* scribens pro *Valeriano*, quemadmodum in Variantibus lectionibus monstravimus, quod in Romano moderno recte correctum invenies. An id studio, an ex inadvertentia factum fuerit, non est promptum conjicere; nam cum Usuardus in reliquis Adonem pressissime sequatur, quid causæ esse dices, cur in hac parte ab eo recederet?

De Justo Adonis, et Justino Wandelberti. Sequitur in Viennensi, *adventus Justi episcopi de eremo, etc.*, cujus etiam meminere apographa Hieronymiana, sed eam qualemcumque commemorationem Noster omisit, reliqua ex Adone descripsisse contentus. Alium hodie martyrem exornat Wandelbertus, de quo statim in Auctariis plura dicenda recurrent. Sic canit:

Justinus pridie proprio celebratur honore,
Presbytero in numero sanctorum, cæde peremptus
Crudeli, exquirens tumulos qui condecoravit.

AUCTARIA.

Oswaldi. TORNACEN. Hoc habet principium: *Natalis sancti Oswaldi regis et martyris*, de quo vide textum Usuardinum die sequenti. Cetera purissimus est.

ANTVERP-MAJ. Laborat defectu, quem supra notavimus. In reliquis etiam purus est.

Justini. ROSWEYD. Orditur a Justino in hunc modum: *Romæ, Justini presbyteri in sepeliendis martyrum corporibus studiosissimi.* An hoc, et id genus secutura elogia, ex Rabano, Wandelberto aut Notkero accepta non sint, aliis judicandum relinquo. De cetero purus est et integer.

Justini. GREVEN. In prima annuntiatione purus, sic secundo loco inserit: *Romæ ad sanctum Laurentium, natalis beati Justini presbyteri et martyris, quem beatus Sixtus ordinavit, qui multa corpora sanctorum sepelivit.* Deficit in elogio Tertullini, ut superius dictum est.

MOLAN. In præfato defectu convenit cum ANTVERP-MAJORI et GREVENO.

De Aristarcho. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. De Aristarcho adjiciunt: *Qui constitutus Thessalonicensium episcopus, post longos et beatissimos agones, a Christo coronatus, quievit.* Dein: *Justini.* *Romæ via Tiburtina, natale sancti Justini presbyteri et martyris, qui persecutione Decii, Galli et Volusiani, confessionis gloria insignissimus fuit.* In Tertullino satis puri sunt. Tres posteriores excedit ANTVERP-MAX. in eo quod charactere aliquanto recentiori adjectum habeat. *Apud Eydanhen, natale sanctæ Walburgis virginis, quæ flagrans amore divino, patriam hereditatemque relinquens, soli Deo placere studuit.* *Walburgis*

ALBERG. et DANIC. similes ferme sunt ULTRAJECT. et duobus aliis præcedentibus, sed Justinum Aristarcho præponunt.

CENTULEN. *Romæ ad sanctum Laurentium, sancti Iustini presbyteri et martyris, qui confessionis gloria insignissimus fuit. Romæ in crypta arenaria, beati Tertullini martyris. Eodem die, sancti Aristarci discipuli Apostolorum, a quibus Thessalonicensibus ordinatus episcopus, post longos et beatissimos agones, a Christo coronatus est.* *Justini.*

BRUXELLEN. Incipit: *Apud Lugdunum, adventus corporis sancti Iusti martyris de heremo. Apud Thessaloniam, natale beati Aristarchi, discipuli beati Pauli Apostoli. Qui constitutus Thessalonicensium episcopus, post longos agones, a Christo coronatus, quievit. Romæ, via Latina in cripta arenaria, passio sancti Tarculini martyris. Qui sub* *Justi.* *De Aristarcho.* *De Tertullino.*

Aureliano,

Aureliano imperatore, post fustes, laterum adustiones, oris quassationem, eculeum ac nervorum incisionem, capitis amputatione martyrium consummavit. Item Romæ via Tyburtina, natale sancti Justini presbyteri et martyris. *Justini.* *Qui sub persecutione* ***Decii, Galli et Volusiani, confessionis gloria insignis fuit.*** *Et in Germania, elevatio sanctæ Walburgis virginis,* *Elevationis Walburgis.* ***quæ Kalendis Maii migravit ad** Dominum* Vide Acta nostra XXV Februarii.

HAGENOYEN. De Aristarcho, idem fere addit, quod supra. Pro *Tertullini*, scribit *Tertulli*. Post textum subjicit : *Item Romæ, sancti Gregorii Papæ,* *Gregorii PP.* *qui pœnitentiarius dicitur. Item Romæ via Tiburtina, natale sancti Justini presbyteri et martyris,* *Justini.* *qui sub persecutione Decii et Galli atque Volusiani imperatorum, confessionis gloria insignissimus fuit, et multos sepelivit martyres, et plures Christianos in domo sua abscondens et alimenta præbens, tandem per pontem in Tyberim præcipitatus martyrium complevit.*

Justini AQUICINCT. In fine, *Eodem die, sancti Justini presbyteri et martyris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Juliani* (potius *Justini) presbyteri et martyris. Aristarchi, discipuli beati Pauli. Tertullini martyris Romæ, qui post varia tormenta capite truncatur*

REGINÆ SUEC. signatus num. 428. *Eodem die,* *Justini.* *sancti Iustini presbyteri et martyris.*

Crescentiani et cæ. VATICAN. num. 5949. *Romæ, sanctorum Crescentiani et Justi, et sancti Apollonii et sociorum ejus.*

Octavæ Panthaleonis EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Octava sancti Panthaleonis martyris. Romæ, via Tiburtina ad* *Justini presbyteri* *sanctum Laurentium, natale sancti Justini presbyteri et martyris. Hic corpora SS. Laurentii, Hyppolyti, Concordiæ, Herenei, Abundi, Cyrillæ, aliorumque plurimorum sanctorum sepulturis tradidit. Hic persecutione Decii, Gallii et Voluciani confessionis gloria insignissimus fuit.* De Aristarcho addit, ut supra. *Romæ via Latina, in crypta arenaria, passio sancti Tertullini martyris. Qui sub* *Justini episcopi.* *Aureliano imperatore*, etc. Tum : *Eodem die, beati Justini episcopi et confessoris. Ipso die, beati Valentini episcopi et confessoris.* *Valentini.* Agitur de *Pataviensi* in Norico, vide Surium hoc die *Item adventus sanctæ* *Adventus Walburgæ,* *Walburgæ virginis. Apud Lugdunum, adventus corporis sancti Justi episcopi et confessoris de heremo.* *et Justi*

BELIN. In textu satis purus, addit : *Eodem* *Justini.* *die Romæ, sancti Justini presbyteri et martyris.*

Justini, episcopi GREVEN. *Justini episcopi et confessoris.* Tum ex Adone decerpit : *Apud Lugdunum Galliæ, adventus corporis sancti Justi episcopi, de eremo. Qui* *De Justo Lugdunensi.* *cum aliquot annis in eremo, angelis proximam egisset vitam, ibique feliciter obdormisset, corpusculum ejus, venerabilium civium Lugdunensium cura requisitum, a remotis partibus, cum alacritate et religione reportavit atque sepelivit.* Sequitur : *Item adventus sanctæ Walburgæ virginis.* *De Walburga* ***Translatio sancti** Valentini episcopi Pataviensis et confessoris.* *Translationis Valentini.* *In Hispaniis, sanctæ Johannæ viduæ.* *Joannæ.* *Item in Anglia, bonæ memoriæ, Symonis comitis Lecestriæ, martyris.* *Simonis.*

MOLAN. De Aristarcho inserit, quæ in Observatione dixi, nempe : *De quo beatus Apostolus scribit Colossensibus : Salutat vos Aristarchus concaptivus meus. Qui comes individuus Apostolo permansit, usque ad ejus confessionem : qui constitutus* *De Aristarcho.* *Thessalonicensium episcopus, post longos ac beatissimos agones, a Christo coronatus quievit.* In fine, post *consummavit* adnectitur : *Quem beatus Stephanus* *De Tertullino.* *baptizatum in Albis presbyterum consecravit, et ab eodem beato Pontifice, non longe post sepul**tus est, postquam abscisione capitis martyrium promeruit. Lugduni, adventus corporis sancti Justi* *Adventus Justi.* ***episcopi de eremo. Eodem die Romæ, sancti Justini,*** *Justini.* etc. ut BELIN supra. *Item sanctæ Walburgis virginis.* *Walburgis.* Dein minoribus typis *Quæ Furnis quiescit.* ***Eodem die, depositio sancti Euphronii, decimi oc**tavi episcopi Turonensis et confessoris, de quo proximus ejus successor Gregorius Turonensis nonnulla scribit in Francorum historia et de gloria Confessorum* *Euphronii* Editiones aliæ incipiunt litteris cursivis : ***Civitate Bononia, sancti Dominici confessoris, fundatoris Ordinis fratrum Prædicatorum, viri sancti**tate et doctrina clarissimi. Quem ob singularem meritorum gratiam, tres mortuos suscitasse dum viveret, et virginitatem perpetuo illibatam conservasse, perspicuum est.* *Dominici.* De Aristarcho, ut in prima. De Tertullino adjungitur, *in crypta arenaria*, et in fine, quæ supra. Auctior autem hic textus, habet: *Romæ, via Tyburtina, natalis sancti Justini presbyteri et martyris, qui persecutione Decii, Galli et Volusiani, confessionis gloria insignissimus fuit.* *De Justino.* Tum rursus litteris cursivis *Quem beatus Sixtus ordinavit. Hic beatos Hippolytum et Concordiam, Irenæum, Abundium, et Cyrillam filiam Decii Cæsaris, martyres, et alios plurimos sepulturis condidit. Romæ, beatæ et sanctæ Perpetuæ, matris sancti* *Perpetuæ* *Nazarii. Item sanctæ Walburgis virginis, cujus* ***reliquiæ sacræ Furnis habentur. Turonis, sancti** Euphronii episcopi et confessoris.* Vide quæ de ipso notavit hoc die Baronius.

Nonis. ***Die 5.***

Afræ Apud provinciam Retiæ civitate Augustana, natalis sanctæ Afræ, quæ cum esset pagana et meretrix, per doctrinam sancti Narcissi episcopi ad Christum conversa, et cum omni domo sua baptizata, pro confessione Domini igni tradita est. *Oswaldi.* Eodem die, sancti Oswaldi regis Anglorum, cujus actus commemorat venerabilis Beda presbiter in gestis ejusdem gentis. *Cassiani* Augustuduni, beati Cassiani episcopi et confessoris. *Memmii* Catalaunis, sancti Memmii episcopi.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Antverp-Majore, Antverpien.* et *Molan*

VARIA LECTIO. Scribo *Retiæ*, ut habent codices omnes, excepto Antverpien. in quo *Reciæ*. Molan. Adonem potius quam Usuardum secutus, post *Afræ*, addidit, *martyris*, nos eam vocem ex aliorum codicum auctoritate exclusimus. Antverp-Maj. sensum profert non satis perfectum, dum legit, *propter confessionem Domini tradita est*, omisso, *igni*. *Oswaldi* recte heri scripsit Tornacensis, recte

recte hac die Heriniensis. Molan. et alii *Osuualdi*, ubi adverte morem Gallorum, qui duplicato W aut nolunt aut non possunt assuescere, inde Praten. et Antverp. ponunt *Osualdi*. Rursus in Antverp-Majore constructio defectuosa est, *cujus actus meminit venerabiliter Beda*. Lego *Augustuduni*, quoniam ita codices hodie; *Augustuduno* habet Antverpien. *Cautalaunis* error est in Antverp-Majore, uti et *Memini*, Praten. *Cathalaunis*, Antverp. *Catualanis*; reliqui bene, ut in textu. *Memmii episcopi* legunt simpliciter codices plerique omnes manuscripti; Molan. addit *et confessoris*. Alia, ut *aput*, *Affræ*, etc., prætereo.

Afræ OBSERVATIO. Romani parvi textus hoc die ita sonat: *In civitate Augusta, in Rhætia, sanctæ Afræ martyris.* De ea vero nec Hieronymiana hac die loquuntur, nec Beda, nec Florus. Priora diserte notant: *In civitate Augusta, passio sancti Afri.* Hunc aliqui dicunt sanctæ Afræ patruum, eoque titulo Nonis, Augustæ Vindelicorum recoli, ut legere est in Marci Velseri Notis pag. 54 versa, ubi etiam doceberis, sanctam Afram non hac hic, sed VII Idus ab Augustanis celebrari, Radero in Bavaria sancta idem testante. Ponitur et prædicta die VII Idus, seu VII Augusti a Floro et Wandelberto, et si Florentinio credimus, ab Hieronymianis, quamvis et die sequenti seu VI hujus diserte legant: *Passio sanctæ Afræ.* Quod mirum videri non debet, cum in Actis distincta diei notitia non exprimatur. Hæc omnia dirimere voluit Notkerus, sic rem totam hodie definiens: *In Augusta Eufratensi, nativitas sancti Afri martyris. Quorum nominum similitudine, id est et Augustæ et Afri, nostrates inducti, hac die apud Augustam Rhetianam, sive Vindelicam, passionem sanctæ Afræ consummatam putaverunt. De qua in sequentibus, Deo volente, dicemus.* Nec ea procul accersenda sunt, nam ad VII Augusti, Adonis verba ferme recitat, socias adjungens, quas iterum repetit XII. At vero laudatus Ado Notkeri haud quaquam popularis, Romani parvi auctorem, procul dubio Italum secutus, Afram hac die V Augusti, cum parvo elogio retulit, quod totum, excepta unica voce *Martyris*, Noster descripsit. Plures hic difficultates attigimus, suo loco in Actis discutiendas, quando et Angli critici ineptiæ, Martyrologio Romano inspersæ, satisque in præfatione explosæ, quantum ad Afram attinent, uberius convellentur. Interim vide Acta S. Narcissi illustrata ad XVIII Martii; Tillemontium tomo 5

Oswaldi a pag. 270, et Ruinartium inter Sincera et Selecta Martyrum Acta a pag. 500. — *Oswaldus* rex et martyr a nullo antiquo Martyrologo hac die memoratur, præterquam a Wandelberto. Mihi dubium non videtur, quin ab Usuardo ex Bedæ historia in sacros Fastos relatus sit: videatur Surius hoc

Cassiani die. — *Cassianum* sic Ado annuntiat: *Augustoduni, natalis sancti Cassiani episcopi.* Quid Usuardus addiderit et detraxerit, ex indiculo nostro liquet. A Floro procedunt elogia, quæ in Auctariis recensebimus, tu vide Bedam a nobis editum ante Tomum II Martii. Cur a Florentinio, alio charactere nempe Italico, inscriptus, tamquam adjectitius reputetur, haud satis perspicio. — Idem esto judi-

Memmii cium de *Memmio* Catalaunensi, qui non minus in Lucensi codice, quam in Corbeiensi et Epternacensi, aperte memoratur, ad quæ laudatus editor hæc solum apposuit: *A Gallico scriptore, vetustiori Martyrologio Sanctos hos episcopos Cassianum et Memmium additos fuisse, non difficile suadeor.* Poterat citius suaderi, si omnes ab Antiquariis Gallis adjectos eliminare voluisset. Interim phrasi paulo diffusiori celebratur a Rabano, ex quo suam, licet nonnihil variatam, Notkerus desumpsit; quod mirum est numquam a Florentinio observari, per Notkeri verba identidem jurare solito. Ceterum *Memmius*, a Mosandro Adoni plane adscriptus, a Rosweydo in appendicem rejicitur, indicta causa. Mihi satis verosimile est, illum æque ac Cassianum ex Hieronymianis acceptos, ab Adone pariter notatos fuisse et inde in Nostrum traductos. Nec tamen lubet contendere, si aliud præplaceat, dicam, postremum, nempe Memmium, ab Usuardo ipso ex Hieronymianis extractum; certe et ipsum et reliquos omnes pure et genuine Usuardinos esse, ex codicum omnium consonantia clarius evinci non potest. Non dissimulabo, Malbhonem Rosweydiana omnia rejectanea Adoni vendicare; ast hæc in præfatione discussa sunt. De duobus ultimis Sanctis Acta non desunt, sed quæ accurato egeant examine. Utrumque memorat Gregorius Turonensis de gloria Confessorum; Memmium capite 66, Cassianum capite 74. Ambos cum Oswaldo cecinit Wandelbertus, utpote qui Afram, ut diximus, ad VII Augusti distulit. Sic habet Martyrologus metricus:

Nonas Cassianus, Memmius atque Osualdus
Rex pius Anglorum merito et virtute retentant.

AUCTARIA.

TORNACEN. Cum de Oswaldo die præcedenti egerit, hic ejus loco inserit: *Eodem die, civi-*

Dominici. *tate Bononia, beati Dominici confessoris, de Ordine Fratrum Prædicatorum.* Reliqua textus purissima sunt.

ROSWEYD. Omisit hic annuntiationem primam, quam ad VII Idus, seu VII Augusti nonnihil auctiorem ultimo loco reposuit.

PULSANEN. Satis purus in duabus primis annuntiationibus, deficit in duabus ultimis.

MAX-LUBEC. Præter sphalmata plura, in fine

Dominici. habet: *Civitate Bononia, depositio sancti Dominici confessoris.* Et ita etiam habet UGHELLIANUS.

MUNERAT. Nec ipse in textu satis tersus, in fine adjicit: *Castro Corboilo, sancti Yonii martyris.* *Yonii*

Eodem die, Dominici confessoris, Ordinis Prædicatorum patris atque institutoris. *Dominici*

GREVEN. Textum quidem purum habet et integrum, sed signo apposito LL, Dominicum inseprit, qui ad Auctaria pertinebat. Sic igitur habet secundo loco: *In Italia, civitate Bononia, natale beati Dominici, viri apostolici, potentis in opere et sermone, fundatoris Ordinis Prædicatorum. Hic quanti fuerit meriti apud Dominum, coruscantia miracula protestantur.* Non ignoro, per signum LL, Grevenum indicare velle, Sanctum cui præ- *De Dominico.*

figitur,

figitur. Usuardo esse superadditum; sed cum id gratis ab ipso factum fuerit, nihilo ea causa minus a puris excluditur, ut est I Aprilis, et recurret XX Augusti, XIII Septembris ac alibi.

Dominici. ANTVERP-MAX. Incipit: *In Ytalia civitate Bononia, natale sancti Dominici confessoris. Qui tanti zeli circa salutem extitit animarum, ut non solum seipsum verbo et exemplo dedicaverit Euangelicæ prædicationi, sed et Ordinem Prædicatorum ad hoc ipsum instituerit.* In Afra et Oswaldo purus, pergit: *De Cassiano.* *Augustuduno, beati Cassiani episcopi et confessoris. Ad cujus sepulcrum cum quodam tempore sanctus Germanus episcopus venisset, mirabile dictu, post orationem vocans eum de sepulcro, ait: Quid agis, frater Cassiane? At ille e tumulo: Dulci in pace quiete potior, et adventum Redemptoris exspecto. Catalaunis, sancti Memmii episcopi et confessoris.*

LOVANIEN. Cum præcedenti convenit, sed in elogio Afræ defectuosus est, et pro *Memmii*, scribit *Memnii*.

S. Mariæ ad nives. ULTRAJECT. et LEYDEN. Fere similes ANTVERP-MAX. toti textui præfigunt: *Romæ, festum nivis gloriosæ Virginis Mariæ.*

Idem. ALBERG. Principio: *Festum nivis beatæ Mariæ virginis.* DANIC. autem secundo loco: *Eodem die, festum nivis.* Idem vario modo dicitur.

Textus mutatus. CENTULEN. *In Francia, civitate Cathalaunis, sancti Memmii confessoris, primi civitatis illius episcopi. Augustiduni, sancti Cassiani episcopi et confessoris.* In Afra purus est. Tum: *In Britannia, sancti Osuualdi Anglorum regis et martyris, cujus actus venerabilis presbyter Beda in gestis suæ gentis commemorat.*

Sixti PP. per anticipationem. BRUXELLEN. Per anticipationem: *Romæ via Appia in cimiterio Calixti, beati Sixti*, etc. De quo die sequenti. Sequitur de Afra, satis pure. Tum de Memmio, ut supra. Item de Cassiano, ut ANTVERP-MAX. *Gregorii Nysseni.* Deinde: *Eodem die, sancti Gregorii Nysseni.* Vide IX Martii. *De Osualdo.* *Et sancti Osualdi regis Anglorum. Qui regno suscepto, in fide Christi super omnes Britanniæ reges emicuit. Cujus actus venerabilis Beda in gestis Anglorum commemorat.* *S. Mariæ ad nives.* Tum: *Romæ, festum beatæ Mariæ Virginis, quod dicitur ad nives.* *Dominici.* Demum: *In Ytalia civitate Bononia, depositio sancti Dominici confessoris, fundatoris Ordinis Prædicatorum.*

HAGENOYEN. Incipit ab Oswaldo, de quo multa narrat præclare gesta, alibi examinanda. Sequitur de Cassiano, phrasi ab ANTVERP-MAX. non multum absimili. Item de Memmio. Tum de Dominico elogium nimis longum, quam ut huc inseri possit. Afram distulit ad VII Augusti.

Et codex URSINI ROSEMBERG. de Dominico habet ut ANTVERP-MAX. Et præterea addit: *Eodem die, sanctæ Mariæ ad nives, Romæ.* Utrumque festum *dup. 2. cl.*

De Dominico. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Dominici confessoris, qui habitum (ut fertur) suscepit in domo majoris Cartusiæ, nam prius fuerat canonicus regularis, et fuit fundator Ordinis Prædicatorum. Ejus festum jam præcedenti die celebratur.* *S. Mariæ ad nives.* *Festum beatæ Mariæ ad nives. Oswaldi regis Anglorum. Cassiani episcopi et confessoris. Afræ meretricis, quæ conversa est cum omni domo sua ac igni tradita.*

Pauli, pro Yonii. REG. SUEC. signatus n. 438. *Castro Corboilo, sancti Pauli* (MUNERAT. habet *Yonii*) *martyris.*

Dominici. FLORENTIN. *Bononia, sancti Dominici confessoris FF. Prædicatorum, vita, doctrina et miraculis clari, qui migravit ad Dominum anno Domini MCCXXI.* *Migdii.* *Apud Esculum, sancti Migdii episcopi et martyris.* Emygdius infra in GREVEN. et MOLAN. nominatur. *Hormisdæ PP.* *Romæ apud sanctum Petrum, sancti Hormisdæ Papæ et confessoris....* Vide Auctaria, die sequenti.

De Memmio. BIZUNTICEN. *Catalaunis, sancti Memmii episcopi, qui inter cetera virtutum suarum insignia, mortuum suscitavit.*

Dedicationis S. Mariæ majoris. EDITIO LUBECO-COL. *Romæ, constructio ecclesiæ ad sanctam Mariam Majorem, quod festum nivis beatæ Mariæ Virginis appellatur.* *De Dominico.* *In Italia civitate Bononia, natale sancti Dominici confessoris, viri magni pietatis ac sanctitatis. Qui tanti zeli*, etc. Ubi in fine fere ut GREVEN. supra, adjungitur: *Hic quanti fuerit meriti apud Deum, coruscantia ipsius miracula protestantur.* Sequitur de Oswaldo, pure. De Cassiano, ut supra. *De Memmio.* Pro *Memmii*, scribit *Meminii*, additque, *ab urbe Roma, illi civitati primo directi, qui inter alia miracula mortuum suscitavit.* *Ionii.* *Ipso die, beati Ionii presbyteri et martyris, socii sancti Dionysii.*

S. Mariæ ad nives. BELIN. Incipit: *Romæ, sanctæ Mariæ matris Dei ad nives.* *Dominici.* *Civitate Bononia, sancti Dominici confessoris, fundatoris Ordinis fratrum Prædicatorum.* In textu non omnino purus est. Secunda editio de Dominico habet, ut MOLANUS pluribus retulit die præcedenti.

De festo S. Mariæ ad nives. GREVEN. *Romæ, festum sanctæ Mariæ ad nives, quando de facultatibus Johannis Patricii, tempore Liberii Papæ, templum constructum est in honorem Dei genetricis, ipsa locum designante descensu copiosæ nivis, contra naturam temporis autumnalis* (quid ni *æstivi*?); *diciturque ad sanctam Mariam Majorem.* *De Emigdio.* *Emigdii episcopi Esculani et martyris. Qui de Germania egressus, Romæ a Marcello Papa Esculanus ordinatus episcopus, cum plurimos ad fidem convertisset, innumeris coruscans miraculis, pro eadem fide decollatus, martyrium complevit.* *Yonii.* *Castro Corboilo, sancti Yonii presbyteri et martyris, socii sancti Dionysii.* *Hormisdæ.* *Ormisda Papæ et confessoris, secundum aliquos hic natale, die vero sequenti sepultura. Qui, teste Adone, clerum composuit et psalmis erudivit, seditque annis XVIII, sepultus in ecclesia beati Petri, VIII Idus Augusti.* Vide Adonis appendicem.

De Oswaldo. MOLAN. De Oswaldo, sed aliis litteris post genitis, attexit: *narrans inter cetera de eo, quod cum quadam die sederet ad prandium, discum argenteum, qui erat positus ante eum, confringi præcepit minutatim, alimoniamque pauperibus dari.* *S. Mariæ ad nives.* In fine: *Romæ, sanctæ Mariæ matris Dei ad nives.* *Dominici.* *Civitate Bononia*, etc., ut die præcedenti. *Ionii.* *Castro Corboilo, sancti Ionii confessoris.* *Abel.* *Binchii, Abel archiepiscopi Remensis.* Editiones posteriores incipiunt cursivo: *Romæ sanctæ Mariæ*, etc. De Oswaldo, ut supra. *De Memmio.* De Memmio additur: *primi, illi civitati ab Urbe directi, qui inter alia innumera miracula, mortuum suscitavit.* De Ionio, ut supra. *Laubiis, natalis sancti Abel archiepiscopi et confessoris.* *Eusignii.* *Die quinta, sancti Eusignii martyris. Et præfestum metamorphosis Domini nostri Jesu Christi.* *Adventus Lewinæ.* *Bergis, adventus sanctæ Leuuinæ virginis et martyris.* Demum typis minoribus: *Emygdii.* *Apud Asculum, sancti Emygdii episcopi et martyris tempore Marcelli Papæ.* Ab aliis supra male passim scriptum est *Esculum*, pro *Asculum*.

VIII *Idus.* *Die* 6.

Sixti PP. et aliorum. Romæ via Appia, natalis beati Xysti episcopi et martyris. Et in cœmeterio Prætextati, sanctorum Felicissimi et Agapiti diaconorum ejusdem, qui cum eo sub Decio pariter decollati sunt. Decollati sunt cum eo et alii quatuor, id est Januarius, Magnus, Vincentius, et Stephanus, subdiaconi, ut in gestis pontificalibus legitur. Passus est cum eis beatus Quartus, ut scribit sanctus Cyprianus. *Justi et Pastoris.* In Hispaniis civitate Compluto, Justi et Pastoris fratrum, qui cum adhuc pueri, litteris imbuerentur, projectis in schola tabulis, sponte ad martyrium cucurrerunt. Et mox a Daciano teneri jussi, cum se mutuis exhortationibus constantissime roborarent, extra civitatem producti et a carnificibus jugulati sunt.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Quibus accedunt *Antverp-Max.* et *Lovanien.*

VARIA LECTIO. Maxima in principio difficultas, cujus causa codices aliquot ferme a puris excludi deberent. De *Xysti* vel *Sixti* non laboro, præfer quod volueris; antiquior scribendi ratio in textu servata est. *Episcopi* legunt puriores omnes cum Adone, tametsi in Romano parvo habeatur *Papæ.* Hic jam hæret aqua. Rosweyd. imprimis sic principium format, ut post *martyris* addat, *qui sedit annis duobus, et sanctorum Felicissimi et Agapiti*, etc., omisso *cœmeterio Prætextati.* Antverp. autem et Max-Lubec. sic scribunt: *Romæ via Appia in cœmeterio Calixti, sancti Sixti Papæ et martyris.* Ubi duo alii Antverp-Max. et Lovanien. ponunt, *beati Sixti secundi Papæ*, etc. Textus noster purior est, ipsis Adonis verbis conceptus. In Munerat. deest particula *et*, ante, *in cœmeterio.* Qui post, *decollati sunt*, sic pergit: *Et cum eo etiam quatuor*, etc., ubi non repetit, *decollati sunt.* Herinien. Rosweyd. Munerat. et Greven. legunt: *Passus est cum eis et beatus*, etc. Sed illic particula *et* redundare videtur. In Rosweyd. deest, *civitate Compluto.* Male scripsit Munerat. *Compulto*, addens post *fratrum*, titulum *et martyrum*, qui nec in textu Usuardino, nec in Adoniano positus est. Nomen *Justi* in Antverp-Majore, non recte expressum est. Idem cum Rosweyd. habet, *qui cum adhuc puerilibus litteris imbuerentur.* Plures legunt *scola*, aliqui *exortationibus*, nonnulli *perducti*, sed hæc omnia melius ex mente Adonis in nostro laterculo exprimuntur, qui, ut jam diximus, Adonis verbis potissimum constat.

Sixti, etc. OBSERVATIO. Tam illustris est *Sixti* Papæ et martyris memoria, ut vix alterius Romani Pontificis pluribus antiquis monumentis consecrata sit. Kalendarium Bucherianum ita hoc die diserte notat: *Systi in Callisti et Prætextati, Agapiti et Felicissimi.* In Frontoniano ponitur v Augusti: *Natale S. Sixti, Felicissimi et Agapiti.* Allatianum hoc die *Felicissimi* nomen mutat in *Felicis.* His adde Sacramentaria a Menardo et Thomasio edita, quamvis in sociis non conveniant. Nec vero in Martyrologiis, præsertim in Hieronymianis, circa socios seu anonymos, seu nominatim expressos, uniformis est sententia, de qua controversia pluribus disserit Florentinius. Romanum parvum sic paucis textum suum absolvit: *Romæ via Appia, Xisti Papæ et martyris. Felicissimi et Agapiti diaconorum, in cœmeterio Prætextati.* Ado longiorem ex Actis historiam, a Notkero ex parte descriptam texuit, cujus principium et finem ipsiusmet Viennensis verbis Noster satis apposite conjunxit. Non multum abludunt quæ hic Beda cum suis commemorat, deficiens in *Quarto*, quem a sancto Cypriano laudari fatetur etiam Florentinius, *cum tamen*, inquit, *aliunde quis, quando passus sit, ignoretur.* Dubitari potest, an eodem cum Sixto die gloriosum agonem compleverint nominati quatuor subdiaconi, imo et de diaconis idem videtur, ut pluribus suo tempore examinabimus. Censet interim Castellanus in notula Martyrologio suo Gallico universali adscripta, solum *Quartum* cum Sixto martyrium subiisse, ex sancti Cypriani epistola. Non ad *Decii*, sed *Valeriani* tempora spectare Sixtum et alios, dicemus x Augusti, ubi de Laurentii Actis sermo erit, quæ licet ab eruditis repudientur, indubitatis aliunde monumentis apud Baronium et alios citatis, facile suppleri possunt. Elogium Wandelberti infra dabimus. — *Justi et Pastoris.* De *Justo* et *Pastore* meminit hac die Florus noster, sed apud antiquiores nihil de ipsis reperio. Neque ullo modo verisimile est, Viennensem sua ex isto Floro accepisse, nam licet in rei substantia cum eo satis conveniat, phrasi tamen hic et alibi tam diversa utitur, ut nulla prorsus societate conjungantur. Crediderim ambos ex iisdem quidem Actis, quæ apud Surium exstant, utrumque fratrem hausisse, sed proprio singulos marte elogium concinnasse. Porro Usuardus Adonis verbis hic etiam ita insistit, ut omnia ad apicem ex eo desumpserit, omisso dumtaxat passionis loco, *in campo laudabili*, et brevi periodo ultima: *Ubi etiam in basilica sui nominis quiescunt.* Nonnulla de his Sanctis notavit Baronius, quæ ferme a Tillemontio repetuntur tomo 5 pag. 59. Patet igitur textum totum et Adonianum et Usuardinum esse, ad quem non spectat, *Transfiguratio Domini*, in nonnullis codicibus adjecta, sed ab Usuardo numquam posita; quod sibi perperam suadere voluit Grevenus ad xxvii Julii, ut infra iterum ex ipso in Auctariis erit repetendum. Sufficiat

codicum

codicum nostrorum auctoritas. Solus Wandelbertus inter antiquos de *Transfiguratione* meminit, quam ita Sixto et Sociis præfigit :

Idibus octavis mortem passura crucemque
Christi sancta caro, æthercam dedit ante figuram.
Præsul et his Sixtus Romæ martyrque colendus,
Juxta et Felicissimus Agapitusque triumphant.

AUCTARIA.

Transfigurationis Domini.

TORNACEN. Incipit : *Transfiguratio Domini in monte Thabor.* Deest annuntiatio ultima.

De eadem.

PULSANEN. *In monte Thabor, Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi coram tribus discipulis.* Deficit in quinque ultimis Sixti sociis, et præterea in elogio Complutensium.

Hormisdæ PP.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Textui cetera puro, secundo loco interserunt : *Item Romæ, sancti Ormisdæ Papæ. Sub hujus tempore Anastasius imperator hæreticus, fulmine percussus interiit.*

De Transfiguratione Domini.

CENTULEN. *Transfiguratio Domini nostri Jesu-Christi in monte Thabor, quando resplenduit facies ejus et vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix. Romæ, passio sancti Sixti Papæ et martyris et cum eo Felicissimi et Agapiti diaconorum ; Januarii, Magni, Vincentii, Stephani subdiaconorum. Passus est cum eis et beatus Quartus, ut scribit beatus Cyprianus.* De Complutensibus, nihil.

De eadem.

BRUXELLEN. *Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi in monte Thabor. Facta creditur circa principium veris, quo tempore Evangelium ejus recitatur. Quam tres discipuli, qui illi interfuerant, post ascensionem Domini* VII *Kal. Augusti suis coapostolis publicabant. Postea vero hac die* VIII *Idus Augusti ex decreto totius concilii apostolici, ipsa transfiguratio palam cœpit prædicari. Romæ,*

Hormisdæ.

sancti Hormisdæ Papæ et confessoris. In Complutensibus satis purus est. De Sixto egit prolixe.

De Transfiguratione Domini.

HAGENOYEN. *In monte Thabor, Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi, quando assumpsit Petrum, Jacobum et Johannem, et ostendit illis gloriam, quam habituri sunt sancti post resurrectionem generalem ; ubi illi etiam audierunt Patrem in voce, Filium viderunt in glorificata carne, et Spiritum sanctum in lucida nube. Ubi etiam viderunt Moysen et Heliam loquentes cum eo, et legem et prophetiam concordare in persona Christi. Romæ*

De Sixto, etc.

via Appia, passio sancti Sixti Papæ secundi. Hic natione fuit Græcus, primo quidem Philosophus, et postea Christi Vicarius electus. Iste, cum duobus annis et mensibus undecim rexisset Ecclesiam, passus est sub persecutione Decii minoris et Valeriani imperatorum (et) *capitis obtruncatione martyrium complevit. Hic constituit, ut Missa celebretur super altare, quod antea non fiebat, et quod altare versum sit ad Orientem et non aliter. In cœmeterio Prætextati, beatorum martyrum Felicissimi,* etc., satis

Hormisdæ.

pure. *Item Romæ, depositio sancti Ormisdæ* (Hormisdæ) *Papæ. Sub hujus tempore Anastasius imperator hæreticus fulmine percussus interiit. Ipse constituit, ut quis Missam celebraverit* (et) *non rite ordinatus erit prius, quod ipso facto sit perpetuo de sacris ordinibus depositus.* Aliqua sumuntur ex appendice Adonis, ad quem heri jam remisimus.

Hormisdæ.

Transfigurationis Domini.

Festus contractus.

VICTORIN. Post *Cyprianus*, inserit. *Item ibidem, Hormisdæ Papæ. Hic composuit clerum sub tempore Anastasii imperatoris. Eodem die, Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Sixti Papæ, Felicissimi et Agapiti martyrum, Januarii. Magni, Vincentii, Stephani, Quarti martyrum. Hi cum beato Sixto passi sunt. Justi et Pastoris fratrum puerorum martyrum.* Textus de more contrahitur.

Leonardi.

CAMBERIEN. S. Mariæ. *Ipso die, Domini Leonardi abbatis.* Puto agi de Aquitano, sancti Remigii discipulo, qui colitur VI Novembris.

Hormisdæ.

VATICAN. sign. num. 5949. In fine adjicit : *Romæ, sancti Hormisdæ Papæ, qui præfuit Ecclesiæ annis* VII, *temporibus Theodorici et Anastasii Augustorum.* Jam dixi de Hormisda agi in appendice Adonis.

Transfigurationis Domini.

EDITIO LUBECO-COL. *In monte Thabor, Transfiguratio Domini, quæ facta, fuit in præsentia discipulorum, scilicet Petri, Johannis et Jacobi fratris ejus, quando resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta vero ejus candida facta sunt tamquam nix, veram sui naturalem et mystici corporis novitatem præfigurans. Romæ via Appia, in cimiterio Calisti,*

De Sixto.

natalis beati Sixti secundi Papæ et martyris, quem Decius Cæsar, decollari fecit. Hic rexit Ecclesiam annos duos, menses undecim, dies sex, et constituit, ut Missa celebretur super altare, quod antea non fiebat, et fuit pater spiritualis sancti Laurentii diaconi. Item Romæ in cimiterio Prætextati, passio sanctorum Felicissimi et Agapiti, etc., ferme pure. De Hormisda, ut ULTRAJECTIN. etc. De Justo et Pastore, ut in textu.

De Transfiguratione.

BELIN. In textu puritati proximus est, licet sphalmatibus multis fœdatus. Initio præfigit : *In monte Thabor, Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi.* Vide plura superius in BRUXELLENSI.

De eadem.

GREVEN. *Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi in monte Thabor, quam Usuardus habet supra sexto Kalend. Augusti.* Dixi in Observatione, Usuardum de eo festo non egisse, quidquid ali-

Hormisdæ.

ter Grevenus senserit. *Ormisda Papæ hic sepulturo. Apud Persas, Ormisdæ confessoris. De quo libro* 10 *Historiæ tripartitæ narratur, quod cum esset*

Ormisdæ alterius cum elogio.

valde nobilis, pro Christo divitiis, dignitate, vestibusque spoliatus, nudus sub ardentissimo sole camelorum jubetur exercitus trahere. Cumque rursus restitutum ver emollire (*vestis beneficium commemorando*) *tentaret, ille statim veste dirupta, nudus imperio expulsus abiret.* In fine vero : *Item, beatæ memoriæ Gezelini confessoris, in Slebufrode ducatus*

Gezelini.

Montensis quiescentis.

MOLAN. Post *pariter decollati sunt,* aliis litteris inserit : *Nocte vero venerunt clerici et maxima pars Christianorum, qui sepelierunt sanctorum corpora condigno honore.* In fine : *In monte Thabor,*

Transfigurationis Domini.

Hormisdæ PP.

Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi. Et natale beati Ormisdæ Papæ, qui sedit Romæ annos decem et septem. Hic composuit Clerum et psalmis erudivit. Sub hujus tempore Anastasius imperator hæreticus percussus fulmine interiit. Sepultus est idem Pontifex in ecclesia beati Petri. Sequitur minoribus typis : *Apud Persas, Ormisdæ confessoris.*

Ormisdæ Persæ.

De quo, etc., ut GREVEN. usque ad, *exercitus trahere.* Editiones aliæ textui præfigunt litteris cursivis : *In Monte Thabor, etc.* In textu habent idem quod in editione prima. In fine : *Romæ in*

cœlesti

ecclesia beati Petri, natale beati Hormisdæ Papæ, qui composuit clerum et psalmis erudivit. Sub hujus tempore Anastasius imperator hæreticus, etc. Denique minoribus typis : *Item, beatæ memoriæ Gezelini confessoris, qui quiescit in ducatu Montensi*. In Slebusrode, ut supra retulit GREVENUS. *Gezelini.*

VII *Idus.* *Die 7.*

Donati Apud Tusciam civitate Aretio, natalis beati Donati episcopi et martyris, sub Juliano imperatore. Qui, ut Gregorius Papa in libris Dialogorum meminit, fractum a paganis calicem sanctum, ad Missas orando restauravit. Romæ, *Petri et soc.* sanctorum martyrum Petri, Juliani cum aliis decem et octo. Apud Mediolanum, *Faustini.* sancti Faustini, tempore Aurelii Commodi martyrizati.

Multi hac die codices puri sunt, ut *Praten. Hermien. Tornacen. Antverp-Major. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Legendum cum textu ex Beda, *ut Gregorius Papa in libris Dialogorum meminit;* Munerat. habet, *libro Dialogorum;* Belin. *in libris Dialogorum scribit.* Turpius Antverp. utrumque conjungit, *in libro Dialogorum scribit meminit.* Antverp-Maj. duos martyres in unum puerum contrahit, sic legens : *Sanctorum martyrum pueri Juliani*, nisi *pueri* accipiat pro nomine proprio, vel verosimilius librarii vitium sit. Munerat. interjicit conjunctionem *et*, *Petri et Juliani*. Greven. et Molan. scribunt : *Apud Mediolanum, natalis sancti Faustini*, etc. Munerat. inter alia scriptoria sphalmata hoc etiam habet, quod pro *Aurelii Commodi*, ponat, *Aureliani Comodi.*

Donati OBSERVATIO. Recte notat Florentinius, *Donatum* Aretinum episcopum in omnibus Martyrologiis notissimum, *martyrem* esse, unde miratur in nonnullis Hieronymianis apographis *confessorem* tantummodo nuncupari ; quæ nomina ut hic iterum repetam, semper in stricta et contradistincta acceptione intelligimus. Sed et hoc in ejus indiculo advertere necesse est, nempe in quo sic legatur : *Natalis sanctorum Donati episcopi et confessoris, Auxenti et Garpenfori*, quasi posteriores duo Donati socii fuissent, et eodem die coronati, quos tamen Florentinius urbi Aretinæ tribuere non audet. Sintne *Cumenses*, an *Novocomenses*, an loci alterius, dicetur alibi. Expeditior res est in Romano parvo : *Apud Aretium, Donati episcopi et martyris.* Ad quæ Viennensis longam Actorum seriem producit, in qua de pluribus Sanctis agitur, Donati instructoribus, sociis aut æqualibus, nominatim de *Hilarino* monacho, ut XVI Julii in nostra Observatione indicavimus. Ex prolixiori illa Adonis oratione, a Notkero descripta, nihil Usuardus decerpsisse videtur, præter solum *Juliani imperatoris* nomen, quo martyrii tempus insinuaret. Reliqua autem in textu nostro posita Bedæ verba sunt, solam fracti calicis restaurati circumstantiam ex Gregorii Dialogis exprimentia, quam ex ipsis Actis a sancto Pontifice acceptam, est plusquam verosimile, cum ab Adone etiam ex eodem fonte fusius enarretur. De fonte autem ipso, ut apud Mombritium tomo I pag. 234 vulgatus est, dignam sua eruditione censuram tulit Baronius in hodiernis notationibus, de qua nos plura in Actis dicemus. *Petri, etc.* Notanda interim in Thomasii Sacramentario Donati memoria. — *Romæ, Petri, Julianæ cum aliis* XVIII, meminit Romanum parvum. Nec in re differt Ado, diserte itidem *Julianæ* scribens pro *Juliani*, quod nescio cur ab Usuardo immutatum sit, qui cetera ad verbum ex Adone prorsus desumpsit. Usuardum præ reliquis secutus est Baronius ; ego me fateor hactenus non perspicere, cur nomen alterum alteri præferendum sit, quidquid virum enuntient codices nostri omnes. Superest quæstio alia, utrum bini hic nominati martyres inter anonymos XXV vel XXVI, qui in Hieronymianis hoc die signantur, computari debeant ; item an illi ipsi Augustæ tribuendi non sint, ut paucis commentatur Florentinius. Sed hæc intricatioris indaginis sunt, quam ferat præsentis nostri instituti ratio. — Ultima annuntiatio non minus Adoniana est, quæ in Romano parvo, ita primitus habebatur : *Mediolani,* *Faustini* *Fausti martyris.* Contra vero Hieronymiana *Faustini* constanter scribunt, unde Adonem existimo nomen suum mutuasse, quale etiam habent Rabanus et Notkerus. Romanum hodiernum prætulit *Fausti*, pro quo Mediolanenses tabulas appellat Baronius, quas alibi examinandas suscipiemus. Hic pro re nostra, satis demonstrata est genuina et pura Usuardi simplicitas.

De *Afra Augustana* hoc die a Floro et aliis relata, abunde diximus V Augusti. Quid autem apud præfatum Florum *passio Mammetis Cæsariensis in Cappadocia* hodie faciat, nescio ; spectat ad XVII Augusti. Wandelbertus Afram cum Donato sic hac die connectit.

Septenas pariter Donatus et Afra bearunt.

AUCTARIA.

ROSWEYD. Quem supra notavimus Afram V Augusti præteriisse, ita hanc textui puro *De Afra, etc.* subjecit : *In civitate Augustana, natale sanctæ Afræ. Quæ cum esset pagana et meretrix, per doctrinam sancti Narcissi episcopi ad Christum conversa, et cum omni domo sua baptizata, pro confessione Domini igni tradita est cum tribus puellis.*

PULSANEN. In duabus primis satis purus est, tertiam vero plane omisit.

CENTULEN. *Romæ, sanctorum martyrum Petri,*

Juliani

Juliani cum aliis XVIII. *Apud Tusciam civitate Aretio, natalis sancti Donati episcopi et martyris, sub tempore Juliani.*

BRUXELLEN. In Donato purus. Hilarinum (de quo superius etiam egit XVI Julii) hic denuo repetit, ut eum Donato conjungat, his verbis : *Et* *Hilarini.* *sancti Hilarini monachi gladio necati.* In secunda purus; in tertia, pro *Aurelii*, scribit *Aureliani*.

HAGENOYEN. Incipit : *Apud provinciam Retiæ* *De Afra, etc.* *civitate Augusta, natale sanctæ Afræ martyris. Quæ cum esset pagana et meretrix, per doctrinam et prædicationem sancti Narcisci episcopi Jerosolymitani* (melius *Gerundensis*) *ad Christum conversa est, propter timorem dyaboli quem vidit, et propter miracula, quæ a sancto Narcisco perspexit, unde beata Afra cum omni familia est baptizata, et pro confessione Domini igni est tradita.* Sequuntur duæ ultimæ annuntiationes satis puræ, sed adjungit : ***Propter quod plus octuaginta pagani conversi sunt et ab eo baptizati.*** Hactenus non absurde, sed quæ deinceps habet, Donatos duos confundunt, quos GREVEN. infra diversis characteribus distinguit. *De Donato.* Sic codex noster hic scribit : *Hic etiam orando **draconem interfecit, et fontem per draconem intoxicatum purgavit. Tandem capite truncatus martyrium consummavit.***

AQUICINCT. In fine adjicit, quod reliqui in Auctariis habent die præcedenti, nempe : *Item Ro-* *Hormisdæ PP.* ***mæ, sancti Hormisdæ Papæ. Hic composuit clerum** et psalmis erudivit. Sub hujus tempore Anastasius **imperator hæreticus percussus fulmine interiit. Pontifex defunctus**, sepultus est in ecclesia beati Petri.*

Transfigurationis Domini. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Transfiguratio Domini. Alias ad diem præcedentem pertinet.* (Quæ *Textus contractus.* etiam sunt verba illius codicis.) *Donati episcopi **et martyris. Faustini martyris. Petri et Juliani** martyrum cum aliis* XVIII.

STROZZIAN. *In Italia Cumis*, (alii duo codices FLORENTINI positionem omittunt) *passio sanctorum* *Carpophori et soc.* *martyrum Carpophori, Exanti, Cassii, Severini et Secundini, qui passi sunt sub Maximiano tyranno sacrilego.* Hi ferme in Romano hodierno, Novocomo tribuuntur.

EDITIO LUBECO-COL. Sic incipit : *Commemora-* *De Maria Egyptiaca.* *tio beatæ Mariæ Egyptiacæ. Hæc anno ætatis suæ duodecimo parentes relinquens, Alexandriam civitatem adiit. Et quia formosa erat et lubrica, corpus suum decem et octo annos omnibus libidinosis actibus pro temporali lucro exposuit, non excludens quemcumque **impetentem. Quæ postmodum nutu Dei conversa, heremum intravit et ibidem per sexaginta annos omnibus hominibus incognita, durissimam*** *pœnitentiam egit, cujus vitam Hieronymus beatus **in Vitas Patrum describit. Obiit autem feliciter anno Domini ducentesimo septuagesimo tertio in** cœna Domini; quæ celebratur* IV *Nonas Aprilis.* Vide ibi. Addi poterat, cur hac die talis fiat commemoratio. Sequitur : *Apud Tusciam civitate* *De Donato.* *Aretio, natale beati Donati episcopi et martyris, sub Juliano imperatore et Quadraciano judice decollati. Hic etiam inter cetera miracula, ut Gregorius Papa meminit in libris Dialogorum, dum populo sacra mysteria tribueret, diacono a paganis compresso, calix vitreus de ejus manibus illabitur et confractus paganis fecit cachinnum, quem sanctus Præsul, **collectis fragmentis, precibus reparavit.*** Sequentes duæ puræ sunt. Sequitur de Afra, fere ut V hujus. Deinum : *Eodem die, beati Alberti confessoris* *Alberti.* *Ordinis Carmelitarum.* Vide Romanum et Castellani notulam.

GREVEN. *Donati episcopi et Hilarini monachi* *Hilarini.* *martyrum sub Juliano.* Superflua est repetitio. *In Antiochia, sanctorum Suffronii, Venerii et aliorum* *Suffronii, etc.* *sex. Item Julianæ, Dyonadæ, Memmiæ, Agapes* *Julianæ, etc.* *et aliarum martyrum. In Galliis civitate Rotho-* ***mago, depositio sancti Victrici episcopi et confesso-*** *Victrici.* *ris. Donati episcopi Euriæ Epyri et confessoris.* *Donati alt.* *De hoc refert Historia tripartita libro 9, quod draconem cunctis terribilem signo crucis edito, in os ejus exspuens, sine mora extinxerit, fontemque co-**mitibus ex itinere fatigatis impetraverit. Civitate*** *Messana, beati Alberti de Trapano, Ordinis Car-* *Alberti.* *melitarum per Siciliam Prioris Provincialis, sanctimonia vitæ et miraculorum gloria insignis. Com-* *De Maria Ægyptiaca.* *memoratio beatæ Mariæ Ægyptiacæ.*

MOLAN. De Donato, post *restauravit*, aliis lit- *De Donato,* teris textum inserit : *Hic tentus est a Quadratiano Augustali simul cum Hilarino monacho, jussusque est idolis sacrificare, quo renuente, jussit Hilarinum* *et Hilarino.* *tamdiu fustibus cædi in conspectu ipsius, donec emit-**teret spiritum, deinde beatum Donatum gladio per-**cuti. Quorum corpora Christiani venerabiliter juxta civitatem sepelierunt.* Quæ ex Adone contracta sunt. In fine : *Anno Domini* MCCXCII, *depositio beatissimi Alberti de monte Drepano, presbyteri et* *De Alberto.* ***confessoris, sacri Ordinis Carmeli Prioris Provin-**cialis, multis miraculis in vita et post mortem co-**ruscantis. In Galliis civitate Rothomagensi,** beati* *Victricii.* *Victricii, præfatæ urbis episcopi et confessoris.* Tum minoribus typis : *Donati episcopi Euriæ* *Donati alterius.* *Epyri*, etc., ut GREVEN. supra. Deinde : *Civitate* *Godscalci.* ***Novaria, sancti Godscalci martyris, ejusdem civi-**tatis episcopi, cujus passio habetur.* Editiones aliæ, in fine : ***Civitate Messana in freto Siculo, depositio*** *beatissimi Alberti de monte Drepano, presbyteri et **confessoris, sacrique Ordinis Carmeli per Siciliam Prioris Provincialis. Qui genere, moribus, doctri-**na, sanctimonia et miraculis clarissimus, decessit anno Domini* MCCXCII. De Victricio, ut supra. *Donatiani.* ***Catalaunis civitate, depositio sancti Donatiani epi-**scopi et confessoris. Die septima, sacrosancti mar-* *Donati.* *tyris Donati.* Denique minoribus typis : *Civitate Novaria, sancti Godscalci martyris*, etc., ut est in editione prima.

VI *Idus.* ***Die*** 8.

Ciriaci et soc. Romæ via Ostiensi, natalis beati Ciriaci diaconi et sanctorum martyrum Largi et Smaragdi cum aliis viginti tempore Diocletiani imperatoris. Apud Vien- *Severi.* nam Galliæ urbem, sancti Severi presbiteri et confessoris, qui, ut gesta testantur, causa Evangelii prædicandi, laboriosam peregrinationem suscepit et ad præfatam urbem deveniens, ingentem paganorum multitudinem verbo et miraculis ad fidem Christi convertit.

Ita legunt *Praten. Hermten. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Belini editio prior, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Legendum esset *Cyriaci*, cum Praten. Rosweyd. et Belin. sed prævalent alii, etiam dum errant. *Ostensi* vel *Hostiensi* alibi notatum est. Rosweyd. post, *diaconi* subjungit, *et martyris. Tempore Diocletiani imperatoris*, legunt omnes, tametsi Ado distinctissime scripserit *Maximini Augusti*, qua de re alibi diximus. Molan. omisit *imperatoris*. Tornacen. pro *Severi* supposuit *Severini. Ad præfatam urbem deveniens* cum textu scribunt omnes, exceptis Greven. et Molan. qui habent, *ad præfatum urbem veniens. Martirum, Vienam, Euuangelii*, etc., prætereo.

Cyriaci et soc.

OBSERVATIO. De sanctis Martyribus, primo hic loco positis, *Cyriaco, Largo* et *Smaragdo*, cum Usuardo et aliis Martyrologis egimus ipso, quo martyrium passi censentur, die XVII Kal. Aprilis, seu XVI Martii, ibique in Observatione notavimus, socios tum expressos tum anonymos, ex Beda, cum toto ferme elogio, in Adonem transiisse. Hac die confusa sunt multa, tum in Hieronymianis, tum in aliis, quæ non est promptum paucis explanare. Nonnulla satis accurate distinguit Florentinius, sed ita, ut plura supersint. Beda, qui jam citato die XVI Martii nomina quinque retulerat, hic simpliciter legit : *Natalis sancti Cyriaci*, dubium quodammodo relinquens, sitne hic *Cyriacus* idem, de quo superius egerat. Quæ vero adduntur sub Flori, opinor, nomine, non magnam lucem afferunt uti nec Rabanus, sic post Bedam loquens quasi Cyriacus hac die fuisset passus cum aliis XXI. Clarius paulo Romanum parvum : *Romæ via Ostiensi, Cyriaci martyris cum aliis* XXI, *quando* VIII *die mensis Augusti reconditi sunt*. Sed neque sic difficultas tollitur, nam quærendum restat, quinam hic sint viginti illi et unus, postquam idem Romanum parvum citato XVI Martii destincte meminit *Cyriaci, Largi, Smaragdi* et *Crescentiani* cum aliis XX. Nihilominus obscuritatis habent quæ Ado hic commemorat, principio solum Cyriacum nominans cum *aliis promiscui sexus* XXI, in fine autem ita scribens : *Beatorum autem martyrum passiones, id est Cyriaci, Largi et Smaragdi suis locis in præsenti Kalendario notatæ sunt* XVII *Kal. Aprilis*. Quæro iterum, an hinc tuto conjici possit, quod omnes XVI Martii relati, hac die reconditi sint, an solum aliqui ? An item soli Cyriacus, Largus et Smaragdus a Papa Marcello depositi ? An, ut notat Bucherii Kalendarium, una reconditi sint sequentes : *Ballestaria, Cyriaci, Largi, Crescentiani, Memmiæ, Juliani et Smaragdi ?* An potius quotquot in Hieronymianis hodie enumerantur ? Si omnes omnino transpositos aut translatos dixeris, vix invenies numerum quem certo statuas. Si Notkerum accesseris, hic diem martyrii et translationis ac martyrum numerum magis implicare videbitur. Sic Noster de translatione aut elevatione corporum nec verbum faciens, rotunde scribit : *Romæ via Ostiensi, natalis beati*, etc., ac si de iis numquam ante meminisset. Nominat autem tres præcipuos cum aliis XX, adeoque colligit eosdem XXIII, quos XVII Kalend. Aprilis etiam collocaverat, ibi sub *Maximino*, hic sub *Diocletiano*. Sed de persecutore et de persecutione supra abunde locuti sumus, nodos reliquos ad Acta solvendos remittimus ; ubi de tota passionis ipsius historia, ex integro erit disserendum, quam correctione indigere ad XVI Januarii, post Baronium fassus est Bollandus. Et ille quidem in Annalibus ad annum CCXCVIII num. 13, et ad annum CCCIX num. 6, satis ostendit non pauca displicere, sed iis tam multa addunt recentiores critici, ut totam ferme narrationem contemptui exponant. Interim pro genuina laterculi lectione stant codices citati omnes, a quibus nonnihil distant recentiores, in Auctariis producendi, qui auctorem corrigere volentes, translationem substituunt, a Marcello Papa factam, ut mox patebit. Wandelbertus ita Cyriacum hic memorat, quasi solus hodie coleretur et a priori diversus esset, in quo fortasse antiqua Kalendaria secutus est, qualia a Frontone et Allatio edita sunt, plane conformia Sacramentario Gregorii. Quid quod et XV Julii in Frontoniano notetur *Cyriacus*, etiam solus. Vides hic abundantem alibi disserendi materiam. En modo ipsum Wandelberti versiculum

Æthereum senis penetrat Cyriacus honorem.

Quo hactenus dicta magis involuta sunt, eo clarior est annuntiatio ultima ex Adone, rescissis pauculis, accepta, quam ille primus, utpote sibi magis notam, posuit, et ex eodem Notkerus totam descripsit. Forte ea gesta citavit Viennensis, quæ apud nos Mss. exstant, alia breviori, alia diffusiori stylo composita, quæ quanti facienda sint, proprio loco decernendum reservamus.

AUCTARIA.

Quiriaci.

PULSANEN. In prima purus, secundo loco ponit : *Hierosolymis, passio sancti Quiriaci episcopi, sub Juliano imperatore*. Deinde : *Apud Viennam Galliæ urbem, sancti Severi presbyteri et martyris* : ibi sistens.

Agapæ.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Textui subdunt : *Item sanctæ Agapæ virginis.*

De Justino.

MUNERAT. Post textum : *Ipso die, sancti Justini martyris, de cujus corpus requiescit in magna ecclesia beatæ Virginis de Parisius*. Hic repetitur, qui a nobis positus est I Augusti, inter Auctaria MOLANI cum eodem elogio, sed aliquantulum correcto, quia hac die Parisiis colitur.

De Cyriaco, etc.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVAN. ALBERG. et DANIC. Sic primam annuntiationem exprimunt : *Romæ via Ostiensi, beati Cyriaci diaconi, et sanctorum martyrum Largi et Smaragdi, quando a beato Marcello corpora eorum levata sunt et venerabiliter tumulata. Passi sunt autem* XVII *Kal. Aprilis*. In secunda satis puri sunt. In fine : *Item, sanctæ Agapæ virginis.*

Agapæ.

De Cyriaco, etc.

CENTULEN. *Romæ, natale sancti Cyriaci diaconi* (et) *sociorum ejus, qui passus est* XVII *Kal. Aprilis ; sed nunc, levatis a beato Marcello Papa, et honoratius reconditis illorum corporibus, fit major celebritas et conventus frequentior. Mediolani, sancti Faustini martyris*. Ex die præcedenti. *Viennæ, sancti Severi presbyteri et confessoris, qui in vineam Domini a primo mane usque ad vitæ finem sollicite inserviens, meruit coronari. Apud Coloniam Thusciæ,*

Faustino.

De Severo.

sanctorum

Secundiani et soc.

sanctorum Secundiani, Marcelliani et Veriani. Vide die sequenti.

De Cyriaco, etc. — Arcisii.

BRUXELLEN. *Romæ via Ostiensi, miliario septimo, elevatio beati Cyriaci dyaconi, et sanctorum Largi et Smaragdi. Qui cum aliis* XXI *passi,* XVII *Kal. Aprilis, hac die a beato Marcello Papa ipsorum corpora levata ac venerabiliter tumulata sunt. Et in Nycea Bithiniæ, sancti Arcisii confessoris sub Licinio persecutore. Qui relicta militia, solitariam vitam in quadam turri præfatæ urbis egit tantisque virtutibus claruit, ut demones expelleret et draconem perimisset immanem.* In Severo purus, sic finit: *Item, sanctæ Agapæ virginis.*

Agapæ.

De Cyriaco, etc. — Agapæ. — Felicis cum elogio.

HAGENOYEN. *Romæ via Hostiensi, translatio sanctorum martyrum Cyriaci, Largi, et Smaragdi, quando a beato Marcello Papa corpora eorum levata sunt ac venerabiliter tumulata. Passi autem isti sunt sancti sub Maximiano imperatore* XVII *Kal. Aprilis, sed hæc eorum festivitas celebratur.* In Severo, satis purus est. Sequitur: *Item sanctæ Agapæ virginis.* Tum: *In Hispania civitate Gerunda, natale sancti Felicis martyris, quem jussit judex Decianus, sub persecutione Dyocletiani, post illata tormentorum genera, ungulis detrahi ac deinde usque ad ossa laniari, et tamdiu vulnera vulneribus instaurari, usque dum invictum Deo spiritum redderet.* Vide superius textum nostrum I Augusti.

Agapæ.

AQUICINCT. In fine: *Item Agapæ virginis.*

Textus contractus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Cyriaci, Largi et Smaragdi martyrum, cum aliis* XX. *Severi presbyteri et confessoris, qui Viennæ ingentem multitudinem ad fidem convertit.*

Agapæ.

UGHELLIAN. Addit in fine: *Item sanctæ Agapæ virginis.* Hæc sæpius recurrit.

Translationis Quiriaci. Agapæ.

FLORENTIN. *Anconæ, translatio sancti Quiriaci episcopi et martyris. Item sanctæ Agapæ virginis.*

Translationis Cyriaci.

EDITIO LUBECO-COL. *Romæ via Ostiensi, miliario septimo, translatio beati Cyriaci diaconi et sanctorum martyrum Largi et Smaragdi cum aliis viginti duobus, quando a beato Marcello Papa, corpora eorum levata sunt ac venerabiliter tumulata. Passi sunt autem* XVII *Kal. Aprilis. Hæc tamen dies celebrior habetur.* In Severo pura est. Addit in fine: *Eodem die, sanctæ Agapæ virginis. In territorio Trecassino, sancti Leonidis martyris.* Puto esse errorem in nomine; hunc GREVENUS infra *Leovaldum* nuncupat.

Agapæ. Leonidis.

BELIN. Editio secunda in fine adjicit: *Item Agappæ virginis. Bourdegalis, depositio Mommurali abbatis Floreacensis cœnobii.*

Agapæ. Mommurali.

GREVEN. *In Hungaria, adventus sanguinis Domini nostri Jesu Christi. Item festum quindecim Auxiliatorum, quorum nomina hæc sunt: Gloriosa Dei Genitrix semper Virgo Maria, Blasius, Dionysius, Erasmus, Panthaleon, Vitus, Georgius, Ciriacus, Christoforus, Agatius, Eustachius, Egidius, Barbara, Catharina, Margaretha. Ciriaci episcopi Hostiensis et martyris. Paymonis martyris. Apud Philadelphiam, natalis sancti Leonidis. Item Justini martyris. In territorio Trecassino, Leovaldi martyris. Item Secundi. Apud Anconam, translatio sancti Quiriaci episcopi et martyris, de Jerusolimis ad præfatam urbem. Agapes virginis. Item beatæ memoriæ Hilgeri confessoris. Ordinis Prædicatorum, filii comitis.*

De sanguine D. N. J. C. — 15 Patronorum. — Cyriaci. — Paymonis. — Leonidis. — Justini. — Leovaldi. — Secundi. — De Quiriaco. — Agapes. — Hilgeri.

MOLAN. Primæ annuntiationi ex Adone subjungit litteris Italicis: *Quorum passiones suis locis in præsenti Calendario notatæ sunt.* In fine: *Item Agapæ virginis. Bourdegalis, depositio Mommurali, abbatis Floriacensis cœnobii. Ipso die, sancti Justini martyris, cujus corpus requiescit in magna ecclesia beatæ Mariæ Virginis, Parisiis.* Vide hæc eadem I Augusti in posterioribus MOLANI editionibus. Hæc porro hodie idem habent in textu, quod supra. In fine: *Bourdegalis, depositio Mommoli, abbatis Floriacensis cœnobii. Item sanctæ Agapæ virginis. Die octava, sancti Æmiliani confessoris in Cyzico.* In Horologio additur titulus *episcopi.*

Agapæ. — Mommurali. — Justini. — Mommoli. — Emiliani.

V *Idus.* *Die* 9.

Vigilia sancti Laurentii martyris. Apud Coloniam Tusciæ, natalis sanctorum Secundiani, Marcelliani, et Veriani, qui tempore Decii, sub consulari Promoto primum cæsi sunt, deinde in equuleo suspensi et ungulis abrasi, atque igne lateribus apposito assati, triumphalem martyrii palmam capite cæsi meruerunt. Romæ, sancti Romani militis, qui confessione beati Laurentii compunctus, petiit ab eo baptizari, et mox jubente Decio, cum fustibus exhibitus ac decollatus est.

Vigiliæ S. Laurentii. Secundiani et soc. — Romani.

Ita *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Major. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Notabis Rosweyd. puris annumerari, licet ab aliis maxime differat, non verbis textus, sed annuntiationum transpositione; nam *Vigiliam* ad ultimum locum rejecit et *Romanum* ei primo loco substituit. Sic ultimi sex codices mediæ notæ, Romanum referunt secundo loco. Nunc ad peculiaria. Rosweyd. legit, *Secundiani et Marcelliani et Valeriani.* Et pro *Promoto*, habet *Promorto.* Greven. *Promocio.* Molan. *Promotio.* Munerat. *cæsi sunt primum.* Antverp. librario spalmate repetit *assati*, hoc modo, *atque igne lateribus assati apposito assati.* Quæ omnia accuratius in textu posita sunt. Greven. et Molan. ante *confessione*, interjiciunt *in*, *qui in confessione*, ceteri cum antiquioribus et Nostro simplicius. Sic iidem: *cum fustibus exhibitus decollatus est*, omissa particula *ac.* Antverp-Maj. et sex ultimi expungunt *cum, jubente, Decio fustibus*; quod etiam facit Munerat. in alio excedens, nam post *exhibitus*, subdit, *ac tandem decollatus est.*

OBSERVATIO.

Vigiliæ Laurentii.

OBSERVATIO. *Vigilia sancti Laurentii.* Sic ponitur a Beda, Romano parvo et Adone. Cur a Rabano prætermissa sit, haud queo divinare, potius suspicarer non esse genuinam Bedæ annuntiationem. Neque sic tamen desineret esse vetustissima celebritas seu consuetudo a primis Ecclesiæ temporibus frequentata, ut probant Kalendaria Frontonis et Allatii, nec non Sacramentaria a Menardo et Thomasio vulgata, quidquid Hieronymiani codices de ea non loquantur. Hujusmodi *vigiliarum*, ad unum et plures dies protractarum originem, a Baronio verosimillime explicatam invenies. Citatos Martyrologos sequitur Notkerus, sed Noster adjunxit titulum *martyris*. Wandelbertus solum *Romanum* hodie canens, ostendit in cœnobio suo Prumiensi, dum scriberet, ritum illum necdum fuisse receptum. — De sequenti martyrum classe nihil apud solitos Usuardi præcursores reperio.

Secundiani et soc.

Florus sic breviter : *Coloniæ, natale sanctorum Faustini, Marcellini, Secundiani et Sixti.* At enim hinc sua Noster nequaquam accepit. Probabilius existimo martyres in textu expressos, ex Hieronymianis profluere, in quorum aliquo legerit Usuardus : *In Tuscia, Veriani, Marcelliani, Secundiani......* quos ut præcipuos, quemadmodum passim assolet, omissis reliquis ab Epternacensi notatis decerpserat. Cum vero alius codex legeret : *In Colonia*, has duas positiones ita ipse in unam conjunxerit : *Apud Coloniam Tusciæ*, ac deinde ex repertis alicubi Actis elogium suum conflaverit. Porro de prædictorum Actorum veritate, uti et de controverso incepti et consummati martyrii loco, plura alibi discutienda supererunt ; sufficiat interim Notkeri censura, ita hac die scribentis : *In Colonia, Faustini, Marcellini, Secundiani, Veriani, juxta Martyrologium beati Hieronymi. Cum a nostratibus, apocryphorum deliramenta sectantibus, a beato Sixto propter continuationem temporum baptizati et a Decio dicantur interempti.* Quid proprie, aut quosnam hic impugnet Notkerus, necdum satis perspectum habeo. Arbitror tamen, ea hic Acta ab ipso convelli, quæ Sixti Papæ tempora cum Decio connectunt, unde a Baronio ad annum CCLIII num. 29 *corrupta* vocantur. Vide quæ de iisdem Actis disputavit Papebrochius tomo I Junii a pag. 34, quibus accedere potest Tillemontius tomo 3 pag. 704. Vide sis plura in Notationibus Florentinii. Ceterum ex codicibus Usuardinis omnibus manifestissimum est, sic Nostrum scripsisse, ut tabula exhibet. — De celebri martyre *Romano*, nulla

Romani

plane difficultas. Signatur is ab Hieronymianis et Romano parvo simpliciter. Beda compendioso elogio passionem complexus est, a quo sumpserunt Rabanus et Ado, ex hoc Usuardus et Notkerus, servatis ubique iisdem fere apicibus. Patet, Romani Acta, Laurentianis immixta esse, ut proinde de utrisque eadem habenda sit ratio. Nitidus est Wandelberti de Romano versiculus :

Romanus quinis martyr milesque refulget.

De Firmo et Rustico.

De *Firmo* et *Rustico* martyribus Veronensibus agunt Florus, Rabanus et Notkerus, sed ex quo eos transtulerit Belinus, nescio ; certe ad textum Usuardinum nihil prorsus attinent.

AUCTARIA.

TORNACEN. Vix media parte hodierni textus posita, pergit deficere usque ad XXVI Septembris.

PULSANEN. Sic incipit : *Vigilia sancti Laurentii Levitæ et martyris.* In secunda annuntiatione de martyribus Tuscis expunctum est elogium. In tertia de Romano purus est.

CENTULEN. *Vigilia sancti Laurentii. Romæ, sancti Romani militis, qui confessione beati Laurentii compunctus, petiit baptizari, et mox, jubente Decio, exhibitus cum fustibus et decollatus est.* De aliis egit die præcedenti.

De Vigilia Laurentii

BRUXELLEN. *Vigilia sancti Laurentii martyris, qui ex numero omnium martyrum solus Vigiliam habet. Romæ, sancti Romani militis, qui a beato Laurentio baptizatus mox, jubente Decio Cæsare, fustibus cæsus ac decollatus est.* In aliis martyribus ferme purus est, sed pro *Veriani*, qui in textu est, scribit *Verani*.

HAGENOYEN. In duabus primis satis purus, sic tertiam enuntiat : *Romæ, passio sancti Romani militis et martyris. Qui in passione sancti Laurentii compunctus, quia vidit juvenem pulcherrimum ejus vulnera tergentem, et ideo se ab eo baptizari petiit et obtinuit, et idcirco a Decio Cæsare minore fustibus est cæsus, et quia fortis in fide fuit, jussit eum decollari.*

De Roma[no].

Textus contractus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Vigilia. Romani militis et martyris. Secundiani, Veriani et Marcelliani martyrum.*

R[ustici et] Firmi.

STROZZIAN. *Veronæ, sanctorum martyrum Rustici et Firmi.* Vide superius Observationem.

Martini

BRUXELLEN. *Apud Brivam, sancti Martini martyris.* Castellanus vocat *Brivam-curretiam.*

Amoris et Viatoris.

CODEX CASTRI-KAROLI. *In suburbio Lugdunensi, natale sanctorum martyrum Amoris et Viatoris.* Est haud dubie festum proprium loci.

BIZUNTICEN. De martyribus Tuscis, refert verba textus, quibus subjungit : *Ex quibus Secundianus postea in Gallias, in territorio Lingonensi est translatus, et in cœnobio sancti Leodegarii gloriose humatus, ubi Deo donante, claris non cessat se manifestare virtutibus.* Eadem leguntur in Martyrologio Franciscanorum Salinensium. Et hæc quidem de solo Secundiano. Saussayus in Martyrogio suo Gallicano alia plane suggerit, dum ibi hac die ita scribit : *In Jotrensi cœnobio, veneratio sacratissimorum pignorum illustrium Christi martyrum Secundiani, Veriani et Marcelliani, qui hodie Romæ, imperante Decio, sub Consulari Promotio fustibus, igne, ferro excruciati, demum capitis abscissione æternum gloriæ diadema promeruerunt. Quorum corpora Roma, in Gallias advecta, illic ad venerationem reposita, etiamnum eximio cultu cum plurimis aliorum beatorum martyrum lipsanis conservantur.* Quænam hujus translationis documenta supersint, in Apodictis suis docere debuisset magni Martyrologii compilator, sed cum hæc desint, aliunde postea in Actis nostris erunt conquirenda, quando et Italicarum urbium, de pretioso deposito contendentium, rationes accurate expendentur.

De translatione Secundiani et soc.

EDITIO LUBECO-COL. Similis fere est ANTVERP-MAX. etc., nempe quod Romanum secundo loco

annuntiet

Auctoris. annuntiet. In fine addit : *Methis civitate, natale sancti Auctoris, ejusdem loci episcopi et confessoris.* Vide die sequenti.

Rustici et Firmi. Belin. Etiam Romanum Tuscis præponit. Tum in fine : *Eodem die, Veronæ, sanctorum martyrum Rustici et Firmi.*

De Firmino et Rustico. Greven. *Apud Veronam, sanctorum Firmini et Rustici martyrum. Qui ob Christi confessionem, sub Maximiano super testas accensas diutius volutati, cum in igne quoque sine læsione perdurassent, fustibus macerati, decollatione martyrii gloriam adepti sunt.* *Antonini et soc.* *In Alexandria, sanctorum Antonini, Tiburtini, Valeriani.* *Erici.* *Item, sanctæ memoriæ Erici regis Daciæ et martyris.* An non idem qui colitur XVIII Maii ? Certe non videtur is esse, de quo in Actis XIII Martii, qui Perusii colitur. Illud, *sanctæ memoriæ* videtur aliquid aliud indicare, ut apud Grevenum sonat.

Molan. In fine : *Eodem die, sanctorum martyrum Rustici et Firmi civium Pergamensium, Veronæ.* *Rustici et Firmi.* Tum minoribus : *Natale sanctorum Numidici presbyteri et martyris cum aliis multis.* *Numidici et aliorum.* *De quibus Cyprianus in epistola ad diaconos, presbyteros et plebem Carthaginensem.* Vide Ruinartium pag. 198. In editionibus aliis, sic habet : *Eodem die, Veronæ, sanctorum martyrum, Rustici et Firmi. Catalaunis civitate, sancti Domitiani episcopi et confessoris.* *Domitiani.* Ponitur et in Romano.

IV *Idus.* *Die* 10.

Romæ via Tiburtina, natalis beati Laurentii archidiaconi, qui præsente Decio imperatore, post plurima tormenta carceris, verberum diversorum, laminarum ardentium, ad ultimum in craticula ferrea assatus, martyrium complevit. *Laurentii.* Eodem die Romæ, militum centum sexaginta quinque. *Militum 165.*

Codices puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Major. Rosweyd. Antverpien.* et *Max-Lubec. Munerat. Belini prima editio, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Pro *Tiburtina*, scribunt Belinus et Molanus *Tyburtina*. Antverp. et Max-Lubec. *Laurencii.* Antverp-Maj. solus transponit, *post plurima carceris tormenta*. Herinien. *Lamminarum.* Rosweyd. ex secunda annuntiatione expungit martyres centum, legens : *militum sexaginta quinque.* In Antverp-Majore deest *militum.* Belin. autem sic habet : *Romæ, sanctorum centum sexaginta quinque.*

OBSERVATIO. *De sancto Laurentio notiora sunt omnia*, inquit Florentinius, *quam ut aliquid addere oporteat.* *Laurentii.* Sic est : nam Martyrologia nostra omnia, imo et Kalendaria vetustissima, ut est illud Polemei Silvii, et aliud a Bucherio editum, item Carthaginense, Allatianum, Frontonianum et Sacramentaria, gloriosissimam tota Ecclesia ejus passionem unanimiter recolunt ; idque peculiare in hoc illustrissimo Sancto observabis, quod solus ipse, extra Redemptionis nostræ et Apostolorum festa, solus, inquam, inter mortales solenni et universali cultu celebritatem habeat, non clero solum, sed et populo præceptam, sive quod soli ipsi, origine non Judæo, decreta sit fere prima in ecclesia festivitas. Præter Hieronymiana, sic de Laurentio hodie Romanum parvum : *Romæ, Laurentii, archidiaconi, martyris*, Ado totus est in Actis fuse deducendis, quorum potiorem partem in Martyrologium suum transtulit Notkerus. At Noster, compendiosiora sectatus, maluit Bedæ elogium transcribere, ubi advertes, solam ex Adone præfixam palæstram, seu mavis sepulturæ locum, *Romæ, via Tiburtina* ; atque item ex eodem et Romano parvo imo et aliquibus Hieronymianis, *Archidiaconi* titulum, jam olim a sanctis Patribus raro exemplo tributum. Noster vero supra quam in fontibus legerat, scripsit, *præsente Decio*, Rabano, Bedæ verbis pressius inhærente ; in quo non quidem *Decii præsentia*, sed *Decii persecutio* diserte notatur, ab Adone etiam ex Actis expressa, iisdem utrobique verbis : *Sub Decio.* Sed de hac re legendæ omnino sunt diligentissimæ Baronii Notationes ad hanc diem, ubi ex temporum ratione facile evincit, nec Sixti nec Laurentii martyrium cum annis Decii combinari posse, atque adeo pro *Decii*, scribendum *Valeriani*, ut et nos alibi fusius deducemus. Quanti porro facienda sint vulgata Laurentii Acta, ex quibus et alia desumuntur alibi a nobis citata, docebat Card. Norisius in fine dissertationis tertiæ de epochis Syro-Macedonum a pag. 394 editionis Lipsiensis, subscribentibus eruditis recentioribus, quorum argumenta suo tempore erunt expendenda. Quod si nec ipsa, quæ Laurentium seorsim spectant, Acta tutari possimus, facile aliunde jactura compensabitur, ex tot SS. PP. elogiis, quæ colligi cœpta sunt inter selecta Ruinartii a pag. 180. — Sequitur in Romano parvo : *Et militum* CLXV. De his nihil in Hieronymianis, nihil in Beda aut Bedæ sequacibus. *Militum 165.* Ado primum de more secutus, sic legit : *Eodem die, Romæ, militum* CLXV, additque : *Tunc passi sunt Claudius, Severus, Crescentio et Romanus, ipso die quo beatus Laurentius, post tertium diem passionis sancti Sixti.* De his videndum erit suo loco. Interim Notkerus postrema ista Laurentiano elogio attexuit, alteram annuntiationem sic efformans : *Eodem die, Romæ, militum centum et quadraginta quinque.* Quæ autem hujusmodi mutationis causa sit, nusquam apparet. Ceterum si solum numerum spectes, non video cur Adonem Notkerus deseruerit, unde suspicari licet amanuensis incuria male fuisse transcriptum. Quod autem *Claudium* et socios a *militibus* CLXV discreverit, forte accidit, quod hosce, licet eadem die, non tamen eodem tempore passos crediderit. Certe ad Aurelianam persecutionem eorum certamen revocat Baronius in Romano hodierno : recte, an secus, hic inquirere supersedeo. Satis sit observasse, Usuardum Adonis sectatorem perpetuum,

tuum, in militibus illis Martyribus ab ejus sententia non recessisse. Adnecti meretur metricum, quod Wandelbertus cecinit Laurentii encomium, in quo solus canitur, nulla sociorum aut militum CLXV facta mentione :

Quartis, Laurenti, merito splendescis opimo,
Ignem qui passus, tortorem vincis iniquum.

AUCTARIA.

De septem Dormientibus

PULSANEN. Legit, *beatissimi Laurentii*. Omittit milites CLXV, quorum loco substituit : *Apud Ephesum, natalis sanctorum septem Dormientium, id est : Maximiani, Malchi, Martyriani, Johannis, Dionisii, Constantini, Serapionis, et aliorum quatuor, quorum gesta habentur.* Cur illi quatuor adjiciantur, nescio. Vide Usuardum XXVII Julii.

Auctoris.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. Textui superaddunt : *Methis, depositio sancti Auctoris episcopi.* Recte infra, *in Mauri-monasterio.*

Textus mutatus.

CENTULEN. *Romæ, natalis beati Laurentii archidiaconi, qui post plurima tormenta carceris, verberum diversorum, laminarum ardentium, ad ultimum in craticula assatus ferrea, gloriosum et omni laude dignissimum complevit martyrium. Eodem die, Romæ, militum* CLXV.

Victoris pro Auctoris

BRUXELLEN. Textui satis puro, solum adjicit : *Mettis Mauri-monasterio, depositio sancti Victoris Metensis episcopi et confessoris.* Lege *Auctoris*, ut recte habent codices alii.

Multa de Laurentio.

HAGENOYEN. *Romæ, via Tiburtina, passio sancti Laurentii martyris, qui a beato Sixto Papa secundo, ordinatus est archidiaconus Ecclesiæ Romanæ, qui et officium suum devote implevit, et ideo Sixtus vadens ad passionem illi thesauros suos dimisit, ut ille pauperibus eos erogaret. Quod et fecit, et ipse per signum crucis cæcos illuminavit et plures verbo et exemplo ad fidem convertit. Hic post carceres et diversa verberum genera, laminas ardentes sustinuit, per vocem sibi loquentem divinam confortatus est, et iterum scorpionibus cæsus est, et pro astantibus orans incarceratur, et tunc in nocte Decio adducitur, et omnia tormentorum genera afferuntur. Et tunc super cratem ferream Laurentius extenditur, furcis ferreis comprimitur, et carbones crati substernuntur, et assatur , et sic martyr Christi ille consecratur. Item Romæ ipso die, militum* CLXV. *Metis, depositio sancti Auctoris episcopi et confessoris.* (*Auctoris.*)

7 Dormientium

VICTORIN. et REG. SUECLÆ, sign. sub nota num. 130. In fine : *In Ephesina civitate, septem Dormientium.*

Textus contractus

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Laurentii martyris. Romæ militum centum et sexaginta quinque.* Hic semper aliquid deest.

De Corona Domini.

REG. SUEC. sign. num. 428. *Parisius, susceptio S. Coronæ Domini.* De hac nihil apud alios, spectat ad diem sequentem,

7 Dormientium

VATICAN. sign. num. 5949. *Apud Ephesum, sanctorum septem dormientium.* Vide dicta ad PULSANENSEM.

De Laurentio.

EDITIO LUBECO-COL. *Romæ via Tiburtina, natale beati Laurentii archidiaconi, beati Sixti Papæ. Qui Hispanus genere, puritate, innocentia vitæ, libertate* (an non *liberalitate?) operum misericordiæ præfulgens, præsente Decio imperatore, post plurima tormenta*, etc. In militibus CLXV pura est. Subdit in fine : *In Scotia sancti Blani, episcopi et confessoris.* Vide Castellanum. (*Blani*)

7 Dormientium.

BELINI EDITIO ALTERA. Ultimam annuntiationem format in hunc modum : *Eodem die Romæ, centum sexaginta quinque; et septem Dormientium.* Dividenda est constructio.

Claudii et soc. — Auctoris — Joannis — Blani. — Translationis Monulphi et Gundulphi.

GREVEN. *Item sanctorum Claudii, Severi, Crescentiani* (an non *Crescentionis?) et Romani martyrum. Mettis, sancti Auctoris episcopi et confessoris. Apud Tungrim, sancti Johannis episcopi et confessoris, qui et Agnus dictus est. Hic cum esset agricola, miraculo virgæ florentis, ad regimen præfatæ ecclesiæ assumptus fuit. In Scotia, sancti Blani, episcopi et confessoris. Trajecto superiori, translatio sanctorum Monulphi et Gundulphi episcoporum et confessorum.* Ponuntur die XVI Julii, a Castellano autem, XXVI.

Auctoris.

MOLAN. In omnibus editionibus hoc unicum habet augmentum : *Metis, depositio sancti Auctoris episcopi.* Corpus ejus, ut supra dictum est quiescit in *Mauri-monasterio.*

III *Idus.* *Die* 11.

Tiburtii — Susannæ — Gaugerici. — Taurini.

Romæ inter duas Lauros, natalis sancti Tiburtii, qui sub judice Fabiano, cum nudis plantis super carbones ardentes ingressus , Christum majori confiteretur constantia, duci in tertium ab urbe miliarium, atque ibidem gladio animadverti jubetur. Item Romæ, sanctæ Susannæ virginis, quæ cum esset nobili prosapia orta et beati Gaii Pontificis neptis, martyrii palmam tempore Diocletiani, capitis obtruncatione promeruit. In civitate Camberaco, sancti Gaugerici episcopi et confessoris. Apud Castellum Ebroas, sancti Taurini episcopi.

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Antverp-Majore, Antverp.* et *Max-Lubec. Belin.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Quod alibi de *via Tiburtina*, id hic recurrit de *Tiburtii*. Belin. iterum et Molan. scribunt *Tyburtii*; Antverp-Maj. *Tiburcii*. Idem hic codex constructionem habet hiulcam et mutilam, nam ubi recte in textu, *cum...... Christum majori confiteretur constantia*, sic legit : *Christum confitereur in stantia*. Vitiosa item est hæc Herinien. periodus, seu periodi pars ultima, primæ non quadrans, nempe, *atque ibidem gladio animadverti fecit*, pro *jubetur*. De *Gau*, dictum est non semel, sequimur orthographiam codicum. *In civitate Camberaco*, diserte ponunt Pratensis, Herinien. Antverp-major et Belinus. Præterant *Cameraco*, qui voluerint, per me licet. *Gauritii*, pro *Gaugerici*, error est in Belino; Hieronymianus Lucen. scripsit *Gaurici*. Dormitavit Molan. dum legit *episcopi et martyris*, sed agnitam oscitantiam in posterioribus editionibus correxit. Addidit item in fine, *Taurini, episcopi et confessoris*, quæ ultima vox abest ab reliquis codicibus, præterquam ab Antverp. et Max-Lubec. qui annuntiationem in principio mutilant : *Ipso die, sancti Taurini episcopi et confessoris*. Omnes legunt *Ebroas* pro *Ebroicas*, nec melius in Antverp-Majore, *Eborias*. Alius habet *Ebora*.

OBSERVATIO. *Tiburtii* martyris ita meminere Hieronymiana aliqua, ut *Valeriani*, *Cæciliæ* sponsi, fratrem designare plane videantur ; unde merito suspicatur Florentinius, ex incuriosi antiquarii imperitia, puta qui alium ignorarit Tiburtium, sociorum istorum duorum nomina ibi perperam intrusa. — In iisdem Hieronymianis statim subjicitur : *Natalis sanctæ Susannæ* Beda, quam potest brevissime, una annuntiatione duas complectitur . *Romæ, sancti Tiburtii martyris et Susannæ*. Nonnihil distinctius Romanum parvum de primo : *Romæ inter duas Lauros, Tiburtii martyris*. De altera : *Et Susannæ virginis martyris*. De utroque diffusas historias Martyrologio suo inseruit Viennensis, quarum primam accepit ex Actis sancti Sebastiani, apud nos capite præsertim 21 ; alteram ex ipsis, quæ celeberrima vocat Molanus, inclytæ martyris gestis, videndis apud Surium, laudatis a Baronio et Majoribus nostris, a nonnullis plane rejectis, sed a nobis subinde examinandis et illustrandis. Quidquid vero de Actis illis deinceps statuatur, venerandam *Suzannæ memoriam*, præter citata Martyrologia, etiam abunde comprobant Frontonis Kalendarium et Sacramentaria ab ipso citata, quo die in eodem Kalendario *Tiburtius* commemoratur. Qui et ambo in Allatiano consignati sunt. De cetero ad textum quod attinet, ex duobus Adonianis encomiis selectiora paucula sumpsit Noster, eo modo disposita, quo in laterculo repræsentantur. Plura ex iisdem et de more liberalius hausit Notkerus. Nec apud Florum et Rabanum desunt breviora elogia, quæ ad præsens institutum nihil faciunt. Wandelbertus Tiburtium et Gaugericum, qui sequitur, Susanna, nescio ob quam causam, omnino præterita, sic cecinit :

Tiburtii. — *Susannæ*

Ternis flosque decusque pium petis astra, Tyburti.
Hæc et Goericus, * *confessor possidet almus.*

* Brabantice *Goeric.*

Gaugericum Cameracensem episcopum Adoni tribuit Mosandri editio, Rosweydus in appendicem rejecit, recte opinor, alias a Notkero verosimiliter non prætermittendum Interim signatur in codicibus Hieronymianis Lucensi et Corbeiensi; recentius ab antiquario superadditus, nec ne, non disputo. Libe r crediderim ex simili aliquo codice, forte Corbeiensi, ab Usuardo acceptum, in quo, et *Taurinus* exprimitur, aliis omnibus Martyrologis ignotus præterquam Floro, qui eum ita cum Gaugerico copulat, ut *fratrem* fuisse affirmare non dubitet. Nota est asserti parachronismi origo ex Actis nescio quibus, a quodam Adeodato ita adornatis, ut de suppositione facile convincantur. Securius processit Noster, nihil affirmans, quod ex certioribus monumentis abunde non constet, et ea forte de causa a confessoris aut martyris titulo studiose abstinuit. Ex elogio Romani moderni solam eam partem suspectam habet Castellanus, quæ missionem spectat a S. Clemente Papa factam. Sincerior est Gaugerici vita apud Surium; sed contracta ex diffusiori historia, suo tempore a nobis illustranda. Atque hæc sufficiunt ad comprobandam totius textus originem, et plane germanam ejus simplicitatem.

Gaugerici — *Taurini.*

AUCTARIA.

De Tiburtio

ROSWEYD. De Tiburtio, textui inseruit, *filii Chromatii Urbis præfecti, docti a S. Sebastiano*. Cetera satis pura sunt usque ad finem, ubi sola annuntiatio ultima desideratur.

PULSANEN. Purus est usque ad, *Susannæ virginis*, desunt reliqua omnia.

De sacra Corona spinea

MUNERAT. Textui puro adnectit : *Parisius, susceptio sacræ spineæ Coronæ Domini, ab infidelibus per beatum Ludovicum Francorum regem feliciter ereptæ. Cujus* (quæ, vel, cujus pars) *honoratur et colitur in sacrosancta capella palatii Parisii, ibique requiescit.*

De eadem

GREVEN. In fine etiam attexit : *Civitate Parisius, translatio sanctæ spineæ Coronæ Domini nostri Jesu Christi*. Cautior Molan. a textu exclusit.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. In tribus primis satis puri, sic ultimam formant : *Apud castellum Ebroas, sancti Taurini episcopi, quem beatus Dyonisius ordinavit, et eidem urbi episcopum destinavit, ubi glorioso coronatus martyrio, multis fulget miraculis.* Hæc etiam codicum aliorum sententia est.

De Taurino

In LOVANIEN. Tota hæc annuntiatio excidit, ut ferme solet nonnulla corripere.

CENTULEN. *Romæ inter duos Lauros, sancti Tiburtii martyris, filii Chromatii Urbis præfecti, qui per beatum Sebastianum eruditus in fide, illustre duxit martyrium. Eodem die Romæ, sanctæ Susannæ, quæ Romani imperatoris spreto conjugium, ut Christi Domini sortiretur consortium. Cameraco, sancti Gaugerici episcopi et confessoris.* In margine recentiori manu adjectum : *Civitate Ebroicas, sancti Taurini episcopi et confessoris.*

Textus mutatus.

BRUXELLEN. Incipit : *Civitate Cameraco, depo-*

sitio

De Tiburtio sancti Gaugerici episcopi et confessoris. De Tiburtio, post martyris, interjicit : *Filii Chromatii, Urbis præfecti. Qui parentis sub judice Fabiano, dum nudis, etc.*, ferme pure. In Suzanna, etiam recte. De Taurino, ut Antverp. Max. etc.

De Taurino, Hagenoyen. *In civitate Ebora, sancti Taurini episcopi et martyris, quem beatus Dyonisius apud castellum Eboras misit, et eumdem ordinans urbi episcopum, ubi glorioso*, etc. *Romæ inter duos Lauros,* *et Tiburtio* *natalis sancti Tyburcii martyris. Tyburcius filius fuit Cromacii senatoris, viri nobilissimi. Qui cum ad prædicationem sancti Sebastiani conversus esset, post sanationem patris sui, tantam in Christi fide devotionem accepit, ut cum omnes Christiani de Roma fugerent, ipse omni re martyrii solus in Urbe remansit. Hic traditus a Torquato, falso Christiano, Fabiano præfecto, qui fecit illum nudis*, etc. *Item Romæ, sanctæ* *De Susanna* *Susannæ virginis et martyris. Quæ fuit virgo nobilis et pulchra et petebatur uxor a Diocletiano, Maximino filio suo. Quia virginitatem servare docta est a patre suo sancto Gabino, et patruo Gayo summo Pontifice, et a Serena imperatrice. Et quia consentire noluit, tam pro virginitate, quam pro fide, inaudita tormenta passa est. Novissime gladio vitam finivit.* De Corona spinea Domini idem habet *Aratæ* quod Muneratus. *Item in Scotia, sanctæ Aratæ virginis et sanctimonialis, quæ invocatur ad liberationem captivorum, et suffragatur hominibus in pestilentia.* A Castellano vocatur *Athracta*. In Gaugerico, purus est.

Matric-Cartus-Ultraject. *Tiburtii martyris inclyti, de quo in gestis beati Sebastiani leguntur multa præclara opera ; similiter de Chromatio patre ejus. Gaugerici episcopi et confessoris. Romæ, Su-* *De Corona spinea* *sannæ virginis et martyris. Festivitas Coronæ Domini. Taurini episcopi et confessoris.*

Codex D. Le Mare signatus A. qui fuit collegii Canonicorum Augustoduni : *Eodem die, An-* *Andeoli* *deolus martyr veneratur.* Vide i Maii.

In Vatican. Deest Gaugerici et Taurini.

De Corona spinea. Ughellian. *Civitate Parisiis, translatio S. spineæ Coronæ Domini nostri Jesu Christi.*

Luxovien. *Civitate Metis, depositio sancti Aucte-* *Auctoris* *ris episcopi et confessoris.* Vide quæ diximus in Auctariis diei præcedentis.

Editio Lubeco-Col. *Romæ inter duas Lauros,* *De Tiburtio* *natale sancti Tiburcii martyris, filii Chromatii Urbis præfecti, quem erudierunt in fide Sebastianus, beatus Tranquillinus, et gloriosus presbyter Policarpus. Hic sub judice Fabiano, cum nudis plantis super carbones ardentes ingressus, Christum majori confiteretur constantia*, etc. Et post pauca, inserit : *et a quodam parente Christiano in eodem loco sepelitur.* De Susanna, eadem ferme habet quæ Hagenoyen. In Gaugerico, pura est. De Taurino, ut Antverp. Max. etc. *Parisius, translatio Coronæ* *Translationis Coronæ spineæ et capitis Matthiæ Apostoli* *spineæ Domini nostri. Treveris in majori ecclesia, translatio capitis sancti Matthiæ Apostoli.*

Greven. *Cromatii Urbis præfecti, patris sancti* *Chromatii, etc.* *Tiburcii cum aliis multis. Qui, ut ait Ado, consilio Gaii Pontificis, immanitatem persecutionis declinantes, in Campaniam profecti, per multas tribulationes regnum Dei introierunt. Apud Aquilegiam,* *Chromatii episcopi.* *sancti Cromacii episcopi et confessoris, ad quem extant B. Hieronymi quædam epistolæ. Secundum* *Evigilationis 7 Dormientium* *Cathalogum Sanctorum, hic evigilatio vel inventio septem Dormientium, apud Ephesum. Treveris, in majori ecclesia*, etc., ut supra.

Molan. De Susanna ex Adone aliis litteris tex- *De Susanna.* tui admiscet : *Ejus corpus collegit Serena Augusta noctu, et manibus suis cum linteaminibus et aromatibus ornavit, sanguinem vero martyris, qui effusus fuerat, in loco domus suæ velamine detersit, et posuit in capsa argentea in palatio suo, ubi die noctuque, furtivis orationibus semetipsam Domino effundebat.* Item de Gaugerico addit : *Qui* xxxiii *an-* *De Gaugerico.* *nos Cameracensem rexit ecclesiam et vitæ sanctitate conspicuus extitit, et clarus miraculis in pace quievit.* Tum in fine : *Parisius, susceptio sacræ spi-* *De Corona spinea* *neæ Coronæ*, etc., fere ut Munerat. *In Sarchinio,* *De Trudone et Eucherio* *translatio corporum, sanctorum Trudonis et Eucherii confessorum Christi. Ipso die, elevatio eorumdem sanctorum, quæ facta est solemniter a domino Rodulpho, Leodiensi episcopo.* Hæc eadem omnia referunt quoque posteriores editiones, in quibus præterea aliis etiam typis de Taurino attexitur : *De Taurino* *Quem beatus Dionysius ordinavit, et eidem urbi episcopum destinavit.* Ubi advertis rescissa esse, quæ de glorioso Taurini martyrio alii codices certatim adjunxerant.

Pridie Idus. *Die 12.*

Eupli In Sicilia civitate Cathina, natalis sancti Eupli diaconi, sub Diocletiano et Maximiano Augustis, qui cum diutissime pro confessione Domini torqueretur, tandem martyrii palmam gladio cædente percepit. Apud Augustanam urbem, *Hilariæ et aliarum.* sanctæ Hilariæ matris sanctæ Afræ martyris, quæ cum ad sepulchrum illius excubaret, ibidem pro fide Christi a persecutoribus igni tradita est, cum Digna et Eu- *Quiriaci et soc.* menia et Euprepia. Passi sunt item eodem die in præfata civitate Quiriacus, Largio, Crescentianus, Nimmia, Juliana cum aliis viginti. Item urbe Falari, passio Graci- *Graciliani et Felicissimæ.* liani et Felicissimæ virginis, quorum ora primum pro Christo lapidibus contusa, *Macarii et Juliani.* dehinc gladio percussi, optatam martyrii suscepere coronam. In Siria, sanctorum Macharii et Juliani.

Soli *Herinien. Greven.* et *Molan.* omnino puri sunt

Varia lectio. Male ab Herinien. scribitur *Sycilia*, male a Greven. *Cathyna*, nec bene in textu *Cathina*, vel *Catina*; his tamen modis, et primo præsertim, legunt omnes, alibi paulo melius *civitate Cathanensium*. *Eupoli* habet Greven., et sic est etiam in Hieronymianis. Posui *Hilariæ* cum

Greveno

Greveno et Molano. Herinien. habet *Hilaræ*, alii *Hylaræ* et *Hylariæ*. Sequens constructio : *Passi sunt item eodem die in præfata civitate*, Usuardina est, ut infra ostendam. Molan. neglexit particulam *item*, Herinien autem scripsit *in præfata urbe*. Recte expressa sunt quinque martyrum nomina, quidquid codices aliqui varient, inter quos Molan. legit *Nymmia*. Idem pro *Falari*, substituit *Phalari*; neutrum forte convenit, ut censet Baronius. Nescio an id adverterint codices aliqui, qui palæstram expunxerunt. *Quorum ora primum*, etc., omnibus commune est, Molan. transposuit, *quorum primum ora*. Rursus Molan. cum Greven. et aliis discrepant, legentes *optatam martyrii suscepere palmam*. Heriniensi subscribunt plerique in, *optatam martyrii suscepere coronam*, ut in textu. De *Siria* et *Machario*, alibi dictum est.

OBSERVATIO. De *Euplo*, *Euplio*, vel *Eupolo*, agunt Kalendaria Allatii et Frontonis, ac Martyrologi passim omnes post Hieronymiana, in quibus sociæ adjunguntur *Verecia* et *Veneria*, reliquis omnibus incognitæ, imo Actis ipsis, quæ laudata et expensa invenies tomo I Februarii pag. 598, ubi a Bollando in exemplum adducuntur, ex quo liberiores Metaphrastis interpolationes dignosci queant. Egregium thesaurum primus effodit Baronius, publicique juris fecit in Annalibus ad annum CCCIII a num. 146, ex quo accepere Surius et novissime Ruinartius inter selecta a pag. 437, præmissa admonitione, additisque observationibus, suo tempore usui futuris, cum editione Græca a Coterio procurata. Porro ex laudatissimis illis Actis succinctum elogium texuit Beda, prolixius Ado; utrumque, ni fallor, vidit Noster, suaque inde decerpsit. Nec Wandelbertus illustrissimum martyrem præteriit, hoc eum versiculo honorans : Eupli

Martyrii palmam pridie capis Euple perennem.

Quæ de *Hilaria* subjiciuntur, propria Adoniana sunt, ex Actis S. Afræ, de quibus supra egimus, desumpta, et ab Usuardo ex Adone ad verbum descripta, sic ut proinde nulla subsit difficultas. At non ita promptum est decernere, quid sibi velit commemoratio tertia in codice Pratensi evidenter corrupta, teste Clar. Castellano, qui in prætenso illo autographo deprehendit, erasa fuisse verba omnia inter *Eupreplæ* et *Quiriacus*, ibique substituta hæc, pressius disposita : *Eod. die passi st Romæ sub præfecto Pertinace*. Qua in mutatione, Pratensi de more adstipulantur Antverp-Major et Rosweyd. At ex reliquis omnibus certissima videtur Usuardi lectio. Quæri posset an vera? An non ab ipso (ut forte quis volet) ab ipso, inquam, Usuardo correcta? Quid de his sentiam, in præfatione abunde explicui. In medio sunt sanctæ Afræ Augustanæ Acta a Marco Velsero notis illustrata, quæ si præ oculis habuit Usuardus, non potuit non scribere prout est in textu. Si dicas Hieronymiana ipsum consuluisse VIII Augusti, jam dies transponit, imo duas classes confundit, et forte etiam tertiam, quæ in prædictis Hieronymianis anonyma ponitur VII Augusti. Salebras hic video et præcipitia, quæ explanare non satis obvium erit, nisi martyres quinque et viginti nostri Augustani a totidem Romanis ex parte fere synonymis (de quibus ad VII Augusti) distinguantur. Legat curiosus indagator ea, quæ notavit Florentinius citatis illis diebus VII et VIII Augusti. Nos reliqua ad majus Opus rejicimus, nihil interim dubii de Usuardi mente, sive is vera scripserit, sive erronea. — Atque hactenus fontes quidem eruimus; verum unde *Gracilianus* ille, aliis *Gratilianus* et *Felicissima* in laterculum transierint, prorsus ignorare me fateor, indubitata tamen esse ipsius Usuardi verba codicum omnium consensus apertissime evincit. Quæ sit ea *Falaris* vel *Falare*, videndum in Notationibus Baronii. Actis subinde perpensis, videor posse conjicere, Usuardum ea vidisse, quæ apud nos exstant Mss. non una, quorumque specimen habes ad XV Maii tomo 3 pag. 458, in *Eutitio*. Sola nota *anni quarti Claudii*, ab omnibus constanter signata, visa est Tillemontio tomo 5 pag. 126 intolerabilis. Non desunt alia, prudenti examine suo loco subigenda. — *Macarius* et *Julianus* ab Hieronymianis, Romano parvo et Adone laudantur. Ex postremo totidem verbis acceptos credimus; Notkerus Hieronymianorum verba transcribere maluit. De his duobus ultimis nihil hactenus reperi.

Hilariæ et aliorum — Gracilianus et Felicissimæ — Macarii et Juliani.

AUCTARIA.

PRATEN. ANTVERP-MAJ. et ROSWEYD. Habent eam mutationem, de qua dixi superius in Observatione. ROSWEYD. præterea in fine subdit : *In Aquitania, sanctæ Radegundis virginis.* Vide Usuardum die sequenti. (Radegundi)

PULSANEN. In prima et ultima annuntiatione purus, intermediis omnibus caret.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Toto textu satis puri, in eo deficiunt, quod penultimam annuntiationem contrahant, hoc modo : *Item, passio Graciliani et Felicissimæ virginis.*

MUNERAT. Sive amanuensis sive typographi vitio connectit disparata, nam post, *cum aliis viginti*, immediate subjicit : *Quorum ora primum pro Christo*, etc., omissis iis, quæ erant interponenda, nempe : *Item urbe Falari, passio Graciliani et Felicissimæ virginis.*

ANTVERP-MAX. Post *Eupreplia*, ex Adone attexit : *quæ fuerant pedissequæ sanctæ Afræ*. De Graciliano et Felicissima omittit positionem, seu locum certaminis. In fine autem : *In Assisio civitate, natale beatæ Claræ virginis*. (Claræ.)

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Incipiunt : *In Assisio civitate, natale virginis Claræ. Quæ beati Francisci prædicationem audiens, et pœnitentiam videns, facta est ejus filia spiritualis et sanctæ primiceria paupertatis. Hæc Ordinis pauperum dominarum fundamentum et gloria omnis perfectionis speculum exstitit et lucerna.* De reliquo similes sunt ANTVERP-MAX. supra, sed ALBERGEN. aliis defectuosior, in penultima habet hoc solum : *Item, passio sanctorum Graciliani et Felicissimæ virginis.* (De eadem.)

LOVANIEN. In prima purus, omisit elogium Hilariæ et reliqua eo spectantia. De Graciliano, etc., ut ANTVERP-MAX. Item in fine de Clara.

Textus mutatus. CENTULEN. *In Sicilia civitate Catinas, passio S. Eupli diaconi et martyris tempore Diocletiani sub judice Calvisiano. In Syria, sanctorum Macarii et Juliani. Eodem die, sanctæ Hilariæ matris sanctæ Afræ, quæ passa est per ignem cum Digna, Eumenia et Eutropia. Civitate Falerii, passio sanctorum Graciliani et Felicissimæ virginis.*

BRUXELLEN. In *Eupli*, quem *Empli* vocat, nonnihil interpolatus est. In Hilaria, ut ANTVERP-MAX. Sequitur: *Crisanti et Dariæ* *Romæ, sanctorum Crisanti et Dariæ virginis. Qui cum nullo genere tormentorum vinci possent, jubente Numeriano tandem pro Christo terra et lapidibus obruti sunt.* Agunt de iis hodie Hieronymiani, coluntur in Romano XXV Octobris, [illegible] Decembris. In Graciliano et Felicissima [illegible]. Tum:

De Clara *Apud Assisium civitatem, depositio sanctæ Claræ virginis. Quæ fuit discipula et prima planta beati Francisci, paupertatis et omnis perfectionis speculum et lucerna. Apud Montes Hannoniæ, translatio beatæ Waldetrudis abbatissæ, et neptis beatæ Gudilæ.* *Translatio Waldetrudis.* Vide [illegible] Februarii et XXVIII Martii.

HAGENOYEN. In tribus primis, non nisi modice interpolatus, sic prosequitur: *Item passio sanctarum Graciliani et Felicissimæ virginum.* De Macario et Juliano [illegible]. In fine de sancta Clara, ut ANTVERP-MAX. etc.

VICTORIN. et REG. SUEC. sub num. 130. *Item passio sancti Graciliani et Felicissimæ virginis.*

Claræ. MATRIC. CARTUS. ULTRAJECT. *Claræ virginis de Ordine Minorum. Hilariæ martyris cum aliis tribus. Quiriaci, Largionis, Crescentiani cum XXII. martyribus. Graciliani et Felicissimæ martyrum.* *Hilariæ cum aliis.*

In VATICAN. num. 5949. Deest Graciliani et Felicissimæ. Nescio an reliqua pura sint.

Ethelwoldi ALTEMPS. *Eodem die, sancti Ethelwoldi.* Vide in Augusti. *Lamberti.* *Civitate Cantuaria, sancti Lamberti archiepiscopi et confessoris.*

FLORENTIN. *In civitate Assisii, natale sanctæ Claræ virginis. Quæ fuit prima planta Ordinis* *De Clara.* *pauperum dominarum, quæ et vita et miraculis claruit. Migravit ad Dominum anno Domini MCCLIII.*

EDITIO LUBEC.-COL. In [illegible] *Coloniæ Agrippinæ commemoratio sanctæ Ursulæ reginæ et sodalium ejus undecim millium virginum in ecclesia canonicarum.* *De Ursula.* In [illegible] Sequitur: *In Assisio civitate, natalis sanctæ Claræ* [illegible]. Deinde ut ANTVERP-MAX. Tum: *Apud Augustam urbem, sanctæ Hilariæ, matris sanctæ Afræ martyris. Quæ cum sancto Dionysio fratre ejus et pluribus aliis, beatam Afram sepelissent, et ad sepulchrum ejus occubarent, ibidem comprehensi, et dum idolis immolare nollent, a persecutoribus igni traditi sunt cum beata Digna, Eunomia et Eutropia, quæ fuerant puellæ sanctæ Afræ, et ibidem omnes simul honorifice sepultæ. Passi sunt, etc. Civitate Salari, passio sanctorum Graciliani et Felicissimæ virginis.* *D. Hilaria.* In ultimo post *Juliani*, addit *confessoris*. Denique subdit: *Eodem die, sancti Vuiberti confessoris.* Hunc GREVEN. infra scribit *Wiberti*.

BELIN. In textu non omnino purus, Augustalis immediate subnectit: *In Syria, sanctorum Machari et Juliani.* Deinde: *In civitate Assisii, sanctæ Claræ virginis, prima planta Ordinis pauperum dominarum, quæ vita et miraculis claruit. Item urbe Falerio, passio sancti Graciani et Felicissimæ virginis.* *De Clara.* Lege ut habent alii supra.

GREVEN. *Eodem die, Porcarii abbatis monasterii Lirinensis et martyris, cum sociis monachis quingentis, sub Geiserico Wandalorum rege pro fidei veritate coronatis.* *Porcarii, etc.* *Item Wiberti confessoris.* *Wiberti.* *Apud Assisium, transitus beatæ Claræ virginis.* *De Clara* *Quæ cum esset annorum XVIII, relicto seculo, nuptiarumque copula, immortali sponso Christo per sanctum Franciscum consecreta, Ordinis pauperum dominarum fundamentum, gloria et regula, omnisque perfectionis speculum facta est. Tandem in sancto proposito exactis XLII annis quievit, miraculis multis coruscans. In Praga Bohemiæ, sanctæ Agnetis virginis.* *Agnetis.* *Apud Coloniam Agrippinam, commemoratio secunda beatæ Ursulæ reginæ, et sodalium ejus undecim millium virginum, in ecclesia canonicarum.* *De Ursula* Hæc Coloniæ propria sæpe repetuntur.

MOLAN. *In civitate Assisio, sanctæ Claræ virginis, primæ plantæ Ordinis pauperum dominarum, quæ vita et miraculis claruit.* *De Clara* *Iotro monasterio, sanctæ Agilbertæ abbatissæ.* *Agilbertæ* *Eodem die, Porcarii abbatis,* etc., ut supra GREVEN. *Porcarii* Vide Acta apud Surium. In editionibus aliis, initio aliis litteris præfigit, quæ de Clara prius in fine posuerat. Hic autem, sic scribit: *Eodem die, Porcarii abbatis monasterii Lirinensis et martyris. Iotro monasterio, sanctæ Agilbertæ abbatissæ.* Tum: *Die duodecima, sanctorum martyrum, Photii et Aniceti.* *Photii et Aniceti.* Denique ut BRUXELLEN. *Montibus Hannoniæ, translatio sanctæ Waldetrudis.* *Translatio Waldetrudis.*

Idibus. *Die 13.*

Hippolyti. Romæ, beati Ypoliti martyris, qui pro confessionis gloria, jubente Valeriano præside, ligatus pedes ad colla indomitorum equorum, sic per cardetum et tribulos tractus emisit spiritum. *Concordiæ.* Passa est etiam Concordia nutrix ejus, quæ ante ipsum plumbatis cæsa martyrizavit; et alii decem et novem de domo ejus, qui simul decollati sunt. *Cassiani.* Eodem die Forosillæ, natalis sancti Cassiani, qui cum adorare noluisset, vocatis pueris, quibus docendo exosus fuerat, data est facultas eum perimendi, quorum quanto infirmior erat manus, tanto graviorem martyrii pœnam dilata morte faciebat. *Radegundis.* Pictavis, sanctæ Radegundis reginæ, cujus vita virtutibus et miraculis late claruit.

Consonant codices hic omnes: *Praten. Herinien. Antverp-Maior, Rosweyd. Antverp. et Max-Lubec. Munerat. Greven. et Molan.* Accedunt *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Leodien. Alberinen. et Danicus.*

VARIA

VARIA LECTIO. Solus Molan. recte *Hippolyti*; Praten. *Hippoliti*, Greven. *Hipoliti*, Herinien. *Yppoliti*, reliqui omnes cum Hieronymianis, ut est in textu hic, et XXX Januarii Antverp-Maj. *qui confessoris*, etc., omisit *pro*. Rosweyd. *ligatis pedibus*, *sic per cardos*, pro *carduos*, ut habet Beda; *Cardetum* scribunt omnes. Ado *Cardactum*, neutrum placet. *Equorum indomitorum*, est in Antverp-Majore. De *Concordia* legunt Greven. et Molan. *quæ ante plumbatis cæsa martyrium sumpsit*, Rosweyd. et Munerat. ultima etiam mutant, *martyrio coronata est*; Antverp Max. cum reliquis, *migravit ad Dominum*. Rursus hi omnes cum Antverp. et Max-Lubec. habent, *qui simul cum eo decollati sunt*. Sed aliter invertunt Greven. et Molan. *decollati sunt simul et alii decem et novem de domo ejus*. Antverp-Maj. pro *et alii*, male legit *et alios*. *Forosilla* voce unica scribunt omnes, excepto Molano, qui recte distinguit *Foro Syllæ*. Rosweyd. turpiter mutat *die*, in *sancti ... S. Forosilli*. Antverp-Max. cum suis legit, *Cassiani episcopi et martyris*, Rosweyd. ponit *cæsus fecerat factus*, Greven. et Molan. *cæsus factus fuerat*. Item *perimendi eum*, pro quo Antverp. et Max-Lubec. *eum puniendi*. Antverp-Maj. *facultas data est eis*. Munerat. *data eis facultas*, et post, *dilatum morte fecerant*. Omnia hæc in textu simplicius. Greven. et Molan. legunt: *Pictavis, depositio sanctæ Radegundis reginæ, cujus virtutibus et miraculis late claruit vita*. Vox *depositio* est etiam in Antverp. Max-Lubec. Antverp-Max., etc. In duobus primis, deest *late*, pro quo Munerat. supposuit *hæc*, legens: *depositio sanctæ Eradgundis*.

OBSERVATIO. Inter illustres Ecclesiæ martyres plane annumerandus est *Hippolytus*, in vetustissimis Kalendariis et Martyrologiis omnibus laudatissimus, qui quid de Actorum ejus veritate eorumque cum alterius presbyteri Hippolyti martyris Ostiensis identitate ex Martyrologiorum confusione merito disputetur. Hieronymiana id rursum peculiare habent, quod socios et quidem expressis nominibus ei conjungere videantur, quorum nulla apud reliquos mentio. Placuit Usuardo Bedæ encomium, quod ab ipso ex longiori Adonis historia elegantius contrahi potuisset, servatis plerisque Actorum ibi relatorum verbis. Dubium hinc suboriri natum est, an vere elogium istud Bedæ tribuendum sit. At cum idem et Rabanus referat, facile tollitur quidquid prima fronte difficultatis occurrit. Notkerus Adoni quam Bedæ conformior est, errans tamen in numero eorum, qui de Hippolyti familia passi dicuntur. Atque hic saltem clare innuit Florentinius, Notkerum sua, de more, ex Adone accipere, quod alibi toties et manifestius observare potuimus. Hæc quidem denuo satis plana sunt, quantum instituti hujus ratio postulat, notandum tamen, quod præcipue innuimus, Hippolytos hic duos a Martyrologis nostris confundi, dum *Concordia* nutrix vocatur, etc. Itaque illustris et toties celebratus martyr, is ipse est, de quo ad XXX Januarii diximus, isque idem verosimillime, qui a Prudentio celebratur, Novatiano schismati aliquando implicitus, etc. De quo vide Ruinartium inter sincera a pag. 155, ac Tillemontii notam tomo 3 pag. 675 et addit. Alium tamen etiam Laurentii socium recolimus, quem in Actis operosius ab Hippolytis aliis secernemus. Pro textus simplicitate, ut supra dicebamus, hæc satis plana sunt. Sed quid *Cassiano* fiat, quem Hieronymiana (si quidem de hoc Cassiano loquuntur) inter Hippolyti socios collocant? Beda item et post eum Rabanus, diserte *Romæ* tribuerunt, contra vero, Romanum parvum, Ado, Notkerus, orthographia delicatius, et alii *Foro Syllæ*, hodie *Imolæ*, estque ipse Prudentii poetæ sententia, quam vide apud Ruinartium pag. 593, vel prosa expressam apud Surium hoc die. Adde quæ diligenter observat Tillemontius tomo 5 pag. 531 et pag. 794. Notat aliquid Baronius, quæ rem componere queant, nisi difficultas augeretur ex *Cassiano Tudertino* episcopo et martyre, in Romanum modernum inserto, quem malunt alii a priori non divellere; nos hujusmodi difficiliores disquisitiones ad proprium locum exigendas remittimus. Certum est, Usuardum phrasim Adonis secutum, atque ex ejus elogio, quod apud Bedam, Rabanum et Notkerum idem prorsus est, summa contraxisse. *Radegundem*, ut plures alios tardius passim adjectos memorant Hieronymiana, meminit Florus, quidni et ab Adone positam dicamus, licet a Rosweydo in appendicem rejecta sit? Ita censuit Molander, magisque adeo in eam opinionem inducor, quod a Notkero consignetur. Ut ut est, potuit Noster eam, aliunde sibi satis notam, adjicere, cum brevi laudatiuncula omnibus sanctis feminis sive virginibus, sive conjugatis, sive viduis communi, ut ex textu patet, quem pure et plane, Usuardinum esse, res ipsa loquitur. Radegundis vitam, a *Fortunato* et *Baudonivia* sive *Baudonivia* scriptam, vulgavit Surius, et novis curis sec. I Benedict. edidit Mabillonius, variis notis illustratam. Cetera ex Gregorio Turonensi repetenda sunt. Observationi finem faciet metricum Wandelberti encomium de primo et ultimo textus nostri Sancto:

Idibus Hippolytum comitem Laurentius astris
Pro Christi patiens cepit certamine passum.
Reginam meritis, virtute fideque colendam
Tellus tum venerans Radegundem Aquitana frequentat.

AUCTARIA.

PULSANEN. *Romæ, beati Ypoliti martyris et sociorum ejus. Qui pro confessionis ... et sic per cardetum et tribulos emisit spiritum. In civitate Medomulensi, in loco qui dicitur Forum Corneliense, natalis sancti Cassiani martyris.* Desunt reliqua omnia, ut sæpe hic codex mutilus esse solet. Text. mutil.

CENTULEN. *Romæ, passio Ypoliti martyris et Concordiæ nutricis ejus, cum aliis XIX decollatis. Pictavis, sanctæ Radegundis reginæ, cujus vita virtutibus et miraculis late claruit. Forosillæ sancti Cassiani martyris.* Textus contractus

BRUXELLEN. In Hippolyto modice interpolatus, de Cas-

Hippolytus et soc.

Cassian.

Radegundis

De Cassiano.

de Cassiano, Adonem aut similem alium describit, hoc modo : *Eodem die, Foro Sillæ, sancti Cassiani martyris. Qui cum adorare ydola noluisset, interrogatus a persecutore, quod genus artis haberet, respondit, quia pueros notas doceret. Et mox spoliatus vestibus ac manibus post tergum revinctis, statuitur in medio, vocatisque pueris, quibus docendo exosus factus erat, data est facultas eum periumendi. At illi quantum doluerant discentes, tantum se ulcisci gaudentes, alii cum tabulis buxis feriebant, alii subulis et stilis vulnerabant. Quorum quanto infirmior erat manus, tanto graviorem martyrii pœnam dilata morte faciebant. Pictavis, depositio sanctæ*

De Radegunde.

Radegundis reginæ, quam in Thuringia captam Lotharius Francorum rex sibi conjugem sociavit; quæ post, mutata veste, virtutibus et miraculis late claruit. Item sancti Wicberti abbatis.

Wicberti.

De Hippolyto et sociis.

HAGENOYEN. *Romæ, natale beati Ypoliti martyris et sociorum ejus decem et octo, de familia sua. Quem beatus Laurentius convertit ad fidem postquam vidit miracula, quæ fecit per eum Dominus. Hic postquam corpus Laurentii sepulturæ tradidisset, tentus est a Valeriano, et Decio præsentatus, nudatus est veste sua et fustibus cæsus, et cum non consentiret sacrificare ydolis, jussi sunt omnes de familia ejus capite truncari. Passa est etiam beata Concordia nutrix Ypoliti, ipso die, quando fustibus est cæsa ad mortem. Et ipse Ypolitus gratias Deo egit de fortitudine servorum suorum, et tunc Ypolitus tractus est per cardos et tribulos ab equis indomitis, donec spiritum emitteret.* In Cassiano et Radegunde non nihil etiam interpolatus est.

Viviani alias Juniani.

DAVERONEN. *In pago Pictavensi, sancti Viviani* (an non *Juliani*, vel potius *Juniani?*) *abbatis cœnobii Nobiliacensis.*

Textus brevior.

MATRIC CARTUS-ULTRAJEC. *Hyppoliti martyris* (qui) *per carductum et tribulos tractus, emisit spiritum. Radegundis reginæ. Concordiæ, nutricis Hyppoliti et aliorum* XIX *de ejus familia. Cassiani martyris. Eupli martyris.* Ex die præcedenti huc translatus est.

Eupli.

Simpliciani.

FLORENTIN. *Mediolani, sancti Simpliciani episcopi, discipuli sancti Ambrosii. Hic composuit vitam et historiam sancti Zenobii episcopi Florentini.* Addit STROZZIAN. *Cujus vita extitit gloriosa, et sic in pace quievit.*

EDITIO LUBECO-COL. In Hippolyto non multum differt ab HAGENOYEN. In Cassiano fere pura est. Tum : *In pago Pictano* (Pictavo) *sancti Juliani abbatis. Pictavis, depositio sanctæ Radegundis,* etc. De ea satis dictum est.

Juliani, alias *Juniani.*

BELIN. In textu non satis castigatus, adjicit in fine : *Eodem die, depositio sancti Simplitiani episcopi et confessoris.* Secunda editio rectius scribit, cum FLORENTIN. *Simpliciani.* Vide sequens GREVENI Auctarium.

Simpliciani.

GREVEN. *Ipso die, Wichberti episcopi et confessoris. Potentiani* (an non *Pontiani?*) *episcopi. Mediolani, depositio beati Simpliciani episcopi et confessoris. Qui ob celebrem sanctitatis suæ famam, ex eremita senio confecto, beato Ambrosio succedens, sicut in vita solitaria Domino specialiter extiterat devotus, ita ad regimen ecclesiæ assumptus, sancti Ambrosii imitator extitit strenuus. In pago Pictavensi, sancti Juliani abbatis. Apud Mediolanum, translatio sanctorum martyrum Sisinnii, Martyrii et Alexandri. Item sancti Laudulphi. Ermendrudis virginis.*

Wicberti.
Potentiani.
Simpliciani.
Juliani.
Translationis Sisinnii.
Laudulphi.
Ermendrudis

MOLAN. Aliis litteris de Cassiano textui inserit Bedæ vel Adonis verba : *Scribit hoc Prudentius poeta.* In fine de Radegunde subjicit : *A Fortunato presbytero descripta. Eodem die, depositio sancti Simpliciani episcopi et confessoris. Ipso die, sancti Laudulphi. In Germania provincia, natale sancti Vuigberti presbyteri et confessoris.* Dein typis minoribus : *In Anglia, sancti Higbaldi confessoris, in Lindissi abbatis. De quo* Beda *in gestis Anglorum lib.* 4 *cap.* 3. *Eodem die, sancti Hariolphi, primi abbatis Elwangensis.* Editiones aliæ in textu vix differunt. In fine : *Ipso die, sancti Laudulphi episcopi Ebroicensis.* De Simpliciano et Wigberto, ut supra. Tum : *Die decima tertia, sancti patris et confessoris Maximi.* Demum, minoribus typis : *Eodem die, sancti Hariolphi*, etc., ut est in priori editione. Vide Castellanum, qui pro *Hariolphi*, legit *Herulfi.*

Simpliciani.
Laudulphi.
Wigberti.
Higbaldi.
Hariolphi.
Maximi.

XIX *Kal.* *Die* 14.

Vigiliæ Assumptionis.
Eusebii.

VIgilia Assumptionis sanctæ Mariæ. Romæ via Appia, natalis beati Eusebii presbiteri et confessoris, qui a Constantio Augusto, ob Catholicæ fidei defensionem, in quodam cubiculo domus suæ inclusus, ibique in oratione constanter perseverans, dormitionem accepit.

Codices puri sunt *Praten. Hermien. Antverp-Major, Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Tota consistit in duabus codicum discrepantiis. Prima est, quod Antverp-Major et Munerat. pro *Constantio*, male scribunt *Constantino*, quod sæpe alibi factum observavimus. Magis a reliquis discedit Grevenus, ejusque in hujusmodi variantibus perpetuus sectator Molanus. Uterque igitur principio ita enuntiant : *Vigilia Assumptionis Dei genitricis Mariæ.* Ex reliquis abunde constat Adonis et Usuardi lectio.

Vigiliæ Assumptionis B. M. V.

OBSERVATIO. A quo potissimum tempore celebrari primum cœperit, saltem in Galliis, *Vigilia Assumptionis sanctæ Mariæ*, ex Adonis ætate omnino colligendum est, qui inter Martyrologos eam primus in sacros retulisse videtur, vetustioribus omnibus, ut sunt Hieronymiani, Romanum parvum, Beda, Florus, Rabanus, de ea plane tacentibus. Wandelbertus item de solo Eusebio meminit, ut post dicemus. Interim Usuardus æque ac Notkerus totidem syllabis sua ex Adone descripserunt. Atque hic iterum monitos velim Romani parvi suggilatores, quam suis abducantur præjudiciis, dum Martyrologium illud ex Adone contractum importune contendunt, ubi et hoc et aliis die-

bus

bus tam multa in Adone reperiunt, quæ Romani parvi auctori numquam nota fuisse manifeste patet. — De *Eusebio* hoc nostro Romano nihil item memorant codices Hieronymiani, apud quos Euse- *[Eusebii.]* bius quidem aliquis notatur, sed iis distinctus, aut, si ita vis, confusus characteristicis, etiam *Titulo conditoris*, quæ alium a Romano hoc nostro demonstrent. Beda annuntiationem suam paucis circumscribit, ne positione quidem expressa: *Natale sancti Eusebii presbyteri.* Romanum parvum melius rem explicat: *Romæ, Eusebii presbyteri et confessoris, sub Constantio Arriano, sepulti in cœmeterio Callisti.* Plura ex Actis ejus colligit Ado, quæ non nulla castigatione indigent, quemadmodum et ea quæ Rabanus Bedæ superaddidit. Videatur Baronius ad annum CCCLVII num. 45 ubi de Clericorum, hinc reduci Romam Liberio, illinc Felici adhærentium, schismate plenius agitur, et in quo Eusebius partem non modicam habuisse videtur. Rursus tomo 12 pag. 887 adduntur aliqua probabiliter huic Eusebio adscribenda, sed proprio loco cum ceteris examinanda. Notkerus Adonem sequens Liberio etiam adversatur, Eusebium insuper *Episcopum* nominans. Noster a controversiis quasi studio abstinens, satis habet ea ex Adone decerpere, quæ egregium *Confessorem*, pro fidei integritate contra Arianos tuenda et passum et mortuum abunde exornent, sic tamen ut martyris laurea nusquam tribuatur, a qua etiam abstinent Acta, prius à Mombritio tomo 1 pag 258, deinde a Baluzio vulgata lib. 2 Miscell. pag. 141, haud multum dissimilia iis, quæ Adonis elogio continentur. Fatendum est, ut jam dixi, præfata Acta, nonnulla castigatione indigere, verum Tillemontius tomo 6 a pag. 776, et alii, Felicis Papæ II adversarii, præter modum rem exaggerant, dum suspecta habent, quæcumque Pontificis illius gestis consentanea sunt, ut suis locis magis declarabitur. Interim antiqua Kalendaria Frontonis et Allatii, cum Gregorii Sacramentario, non alium Eusebium, quam hunc nostrum laudare perspicuum existimo, quidquid Fronto duos Eusebios pag 53 et 121 confudisse videatur, velitque *Eusebium Papam* fuisse *martyrem*; quod mirum, hic a Tillemontio allegari, qui tomo 5 pag. 100, eam laureolam Papæ non tribuit. Huc refer notulam Motherii in nupera versione Martyrologii Romani. Idem est Eusebius noster, quem Wandelbertus hoc die canit:

Qua decima et nona est Septembris ante Kalendas
Eusebium Romæ sancit celebratque beatum.

AUCTARIA.

[De Eusebio.] ROSWEYD. Deest Vigilia. Tum: *Natale beati Eusebii presbyteri et confessoris, Romæ via Appia. Qui a Constantio Augusto ob Catholicæ fidei defensionem, in quodam cubiculo domus suæ inclusus, ibique*, etc. *Eodem die, in Batuensi insula vico* *[Werenfridi.]* *Elst, sancti Werenfridi presbyteri, qui a beato Willebrordo Trajectensi episcopo, eidem genti prædicator transmissus, post beatæ prædicationis cursum in pace quievit, in loco supradicto.* Vita ejus exstat apud Surium.

[De Assumptione B. M. V.] PULSANEN. Sic incipit: *Vigilia Assumptionis sanctissimæ Dei genitricis et Virginis Mariæ.* In Eusebio satis purus est.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In *[Demetrii.]* textu puri, addunt: *In Africa, sancti Demetrii.* Cum his conveniunt ALBERGEN. et DANIC. Est præterea in Romano moderno.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. et LOVANIEN. Idem etiam augmentum habent, sed *[Werenfridi.]* præterea adjiciunt: *Ipso die, sancti Werenfridi presbyteri et confessoris.*

CENTULEN. *Vigilia Assumptionis sanctæ Mariæ. Romæ, sancti Eusebii presbyteri, qui factione Arrianorum martissimam* (vult dicere *in arctissimam*) *custodiam mancipatus, diebus non paucis ibi maceratus, dormitionem accepit. Aquileyiæ, sanctorum* *[Felicis et Fortunati.]* *Felicis et Fortunati fratrum martyrum.* Vide Auctaria XIV Maii.

BRUXELLEN. *Vigilia Assumptionis beatæ Mariæ,* *[De Eusebio.]* *perpetuæ Virginis. Romæ via Appia, sancti Eusebii presbyteri. Qui Constantium Augustum et hæreticum audacter arguebat. Unde ipse diutinæ custodiæ mancipatus et in cubiculo domus suæ inclusus, ibique in oratione constanter perseverans, dormivit* *[Gregorii.]* *in Christo. Et sancti Gregorii presbyteri et confes-* *[Demetrii.]* *soris. In Africa, natale sancti Demetrii.* Puto indicari supra Gregorium, qui Eusebium sepelivit.

HAGENOYEN. *Romæ via Appia, natale beati Eu-* *[De Eusebio.]* *sebii presbyteri et confessoris, qui dum Constantium hæreticum imperatorem* (argueret) *et injuste illum agere affirmaret contra episcopos et clericos orthodoxos, ab eodem Constantio pro defensione Catholicæ fidei, septem mensibus in cubiculo domus suæ, quæ erat quatuor cubitorum latitudinis, inclusus, ibique in oratione perseverans, dormitionem accepit. In Hispania civitate Compluto, passio Justi et Pastoris* *[Justi et Pastoris.]* *fratrum*, etc. De quibus actum est VI Augusti. *In Africa, sancti Demeriti.* Voluit dicere *Demetrii*, *[Demetrii.]* ut supra.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Eusebii confessoris. Vigilia. Vuerenfridi confessoris, patroni in Elst,* *[Werenfridi.]* *in Betua, diœcesis Trajectensis.*

CAMBERIEN. *Apud Aquileiam, decollatio sanctorum Felicis et Fortunati fratrum.* Vide supra. *[Felicis et Fortunati.]*

VATICAN. Num 5949. Adjicit: *Natale sancti Peregrini.* De eo nihil apud alios. *[Peregrini.]*

FLORENTIN. *In Vicentia civitate, sanctorum martyrum Felicis et Fortunati. Romæ, sanctorum* *[Felicis et Fortunati.]* *martyrum Irenæi et Abundii, sicut legitur in gestis sancti Hippolyti martyris. Quos sanctus Justinus sepelivit juxta corpus beati Laurentii marty-* *[Irenæi et Abundii.]* *ris, in agro Verano via Tiburtina, die vigesimo post passionem ipsorum martyrum.* Vide die XXVI Augusti.

EDITIO LUBECO-COL. *Vigilia Assumptionis beatæ Mariæ Virginis.* De Eusebio, post *domus suæ,* *[De Eusebio.]* addit, *habente in latitudine pedes quatuor, inclusus, ibique in oratione constanter perseverans, post menses septem felicem dormitionem suscepit. Item Romæ, sancti Gregorii presbyteri et confessoris. Hunc* *[De Gregorio.]* *Constantius imperator, eo quod corpus beati Eusebii presbyteri sepelierat, fecit in eamdem cryptam vivum includi, quem Orosius presbyter noctu colligens semivivum, et emisso spiritu, sepelivit eum juxta corpus beati Eusebii. In Africa, natale sancti De-* *[Demetrii.]* *metrii episcopi et confessoris. In Elst, depositio sancti Werenfridi presbyteri et confessoris, qui ab* *[De Werenfrido.]* *Anglia cum sancto Willibrordo veniens, usque Batuam missus, novellam Christi populum in Elst et Westervoort et in finibus illius fideliter rexit. Et*

infinitis

infinitis miraculis clarificatus, tam in vita quam in morte, feliciter in Domino obdormivit, et miraculose in Elst sepultus fuit. Vide miraculum in Greveno.

Belin. *Vigilia Assumptionis beatæ Mariæ Virginis.* In Eusebio ferme purus, in fine adjicit: *In Africa, sancti Demcen.* Patet esse errorem typographi, legendumque cum ceteris, *Demetrii.* *In Vincentia, sanctorum Felicis et Fortunati.*

Demetrii

Felicis, etc.

Greven. *In Africa, natalis sancti Demetrii episcopi et confessoris. In Hibernia, Fachnæ* (Fachnani) *episcopi. Romæ, beati Gregorii presbyteri et confessoris. Qui cum corpus beati Eusebii una cum Orosio presbytero in cripta sepelissent, titulo apposito* Eusebio homini Dei, *Constantius imperator, hoc audito, Gregorium in eadem cripta includi præcepit. Quem Orosius semivivum noctu eripuit, et post paululum defunctum, juxta beatum Eusebium sepelivit. Item sancti Felicis. Depositio sancti Werenfridi presbyteri et confessoris. Qui cum sancto Willebrordo Frisonum episcopo de Anglia veniens, Batuam insulam vetustis purgavit erroribus, sollicitèque gubernavit, multis in vita pariter et post mortem claruit miraculis.* [illegible] *Elst* [illegible] *Hierosolymis* [illegible] *cum monasteriis illius* [illegible]

Demetrii

Fachnani

De Gregorio

Felicis

De Werenfrido

L[illegible]

sepulturæ traderetur, monachus quidam, qui oculos amiserat, osculato corpore ejus, visum recepit.

Molan. De Eusebio ex Adone adjicit: *Cujus corpus collegerunt Gregorius et Orosius presbyteri et sepelierunt in crypta juxta corpus beati Sixti episcopi et martyris, via Appia, in cœmeterio Callisti, ubi et titulum ipsius scribentes, posuerunt ita:* Eusebio homini Dei. *Audiens autem Constantius, quod Gregorius et Orosius sepelissent corpus beati Eusebii, in eadem crypta, ubi illud condiderant, præcepit vivum includi Gregorium. Hunc semivivum nocte Orosius excepit inde, et post paululum defunctum, juxta corpus sancti Eusebii sepelivit. Factaque est gravissima persecutio in Catholica Ecclesia ab Arianis, sedem Apostolicam tenente Liberio. In Africa, sancti Demetrii. In Vincentia, sanctorum Felicis et Fortunati. Item Werenfridi, presbyteri et confessoris, cujus corpus in Diœcesi Gheldriæ, in vico, qui dicitur Elste, requiescit.* Deinde typis minoribus: *Item, sanctæ matris nostræ Athanasiæ, cujus vita et institutio ac miracula habentur in Simeonis Metaphrastæ, a quodam viro pio narrata, qui partim ea vidit, partim a mulieribus, ipsius matris familiaribus, audivit.* Aliæ editiones de Eusebio et Demetrio eadem repetunt. Ibi rectius scribitur *Vincentiæ* et *Gheldriæ.* Demum minoribus typis subditum: *Hic* [illegible] *Elst et Vnctore* [illegible] *feliciter vivit.* Vide plura in Auctario Greveni. *Item sanctæ matris Athanasiæ.* Videatur ejus vita apud Surium.

De Eusebio

Demetrii

Felicis, etc.

Werenfridi

Athanasiæ

XVIII *Kal.* *Die* 15.

Dormitio B. M. V.

Dormitio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, cujus sacratissimum corpus etsi non invenitur super terram, tamen pia mater Ecclesia venerabilem ejus memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis, eam migrasse non dubitet. Quo autem illud venerabile Spiritus sancti templum nutu et consilio divino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum et apocriphum, inde tenendo docere. Romæ via Appia, sancti Tharsicii acoliti et martyris, qui cum deferret quodam die Christi corporis Sacramenta, et nec vellet ea discutientibus prodere paganis, tamdiu est fustibus et lapidibus maceratus ab eis, quousque exhalaret spiritum.

Tarsicii

Ita *Praten. Hermien. Antverp-Major, Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Solus Molan. pro *sacratissimum*, substituit, *sanctissimum*. Item cum Greven. scribit *invenitur*. Item, *quatenus pro conditione*, ubi ceteri omnes, *ut pro conditione*. Munerat. pro, *Quo autem*, etc., legit, *Quod autem*. Antverp-Major habet, *plus elegit sobrietas cum pietate*, alii melius, *sobrietas Ecclesiæ*. Reliqui in textu *apocriphum*, ex Praten. et Greven., plerique alii *apocrifum*, solus Molan. recte, *apocryphum*, sed cum Greveno omittit sequentem particulam *inde*. Variant in sequentis martyris nomine, aliis *Tharsii*, aliis *Tarsicii*, aliis *Tharsitii* scribentibus, nos cum Hermien. Munerat. et aliis communius *Tharsicii*. In *acoliti*, secuti sumus lectionem Antverp-Majoris et Greven. Alii habent *accoliti*, paulo melius Molan. *acolyti*. Pro *discutientibus*, in Antverp-Majore est *decutientibus*. In Munerat. deest *paganis*. In Greven. et Molan. omittitur particula *et*, sensu quidem nitidiori, sed textui non conformi. De *exalaret* alibi dictum est.

Dormitionis B. M. V.

OBSERVATIO. Kalendariorum jam sæpe citatorum Allatii et Frontonis una est de hodierno festo sententia: *Solemnitas de pausatione S. Mariæ.* Sacramentaria *Assumptionem* enuntiant; at *Sanctæ Mariæ dormitio* iisdem hodie terminis exprimitur a Beda et Romano parvo et Adone, tametsi hic pridie disertissime legerit, *Vigilia Assumptionis.* Rabanus Bedam describere solitus, hic tamen posuit, *Assumptio sanctæ Mariæ*, quo modo etiam ex Lucensi suo refert Florentinius: nam Corbeiensis

Acherii,

Acherii, secundo loco scripsit : *Et Assumptio sanctæ Mariæ matris Domini nostri*, silente ad hæc vetustissimo Epternacensi. Quam multa de *Assumptione* et *Dormitione*, *morte* et *resurrectione* ultro citroque pridem disceptata sint a Baronio, Gretsero, Florentinio, recentius a Jolio, Launoyo, Billialo, Lambecio, atque etiam a recentissimis Tillemontio tomo 1, Castellano ad XVI Januarii, aliisque, non est hujus loci pluribus prosequi. Hoc summopere miror, fuisse qui nuperrime confidenter assereret, hic saltem clare patescere, Usuardum et Adonem sese mutuo non transcripsisse, *sans qu'on puisse dire pour cette fois que l'un l'ait pris de l'autre.* Sic ille ex Tillemontio pag. 477, cum forte nusquam evidentius demonstretur oppositum. Videat curiosus lector Adonis festivitates Apostolorum, annuntiatione omnium ultima, VI Idus Septembris, oculosque testes advocet, an quidquam afferat Usuardus, quod ex Adone ad verbum non transumpserit, iis hinc inde rescissis, quæ passim aut consulto, aut brevitatis causa, intacta reliquit. Quæ Notkerus fusius disputat, nihil ad nos attinent ; nec illam quæstionem ventilare lubet, cur in Hieronymianis beatissimæ virginis *depositio* XVIII Januarii consignata sit. Apud alios diebus aliis fontes Usuardi attingimus, et hoc ad rem nostram satis, qui plura cupiunt, consulant laudatos scriptores, caveant tamen, ne cum Lambecio, in sacro itinere Cellensi pag. 31, ea Usuardo tribuant, quæ postmodum adjecta sunt, ut in Auctariis videre licebit, ex codicibus Ultrajectino, Leyden. et aliis. Unum notare non pigeat, famosam illam de Usuardi verbis controversiam, tanta contentione ab annis quadraginta et amplius Parisiis agitatam, ad Adonis auctoritatem primitus fuisse revocandam. Superest elegans distichum, quo triumphabundam Deiparam prosequitur Wandelbertus :

> *Octava et decima, mundi lux flosque Maria,*
> *Angelico comitata choro petit æthera Virgo.*

Alterius annuntiationis nostræ fundamentum sic sternit Romanum parvum : *S. Tharsicii acolyti et martyris.* Fontem antiquiorem non invenimus. Ad celeberrimum satis in re declarat annuntiat, quod hic ipsius Notkerus. Usuardus vero non omnia quidem sumpsit, sed nihil habet, quod non inde verbatim excerperit. Sunt itaque et Adoniana et plane Usuardina, quæcumque in hodierno hoc nostro laterculo continentur. Tharsicii certamen describitur in Actis S. Stephani Papæ, de quibus nihil hic dicendum superest. Vide Tillemontium tomo 4, pag. 32. *Tharsicius.*

AUCTARIA.

De Assumptione B. M. V. ROSWEYD. Incipit : *Dormitio sive Assumptio sanctæ Dei genitricis et perpetuæ Virginis Mariæ.* Sequuntur reliqua satis pure. Pro Tharsicio nomen aliud substituit, sic legens : *Natale beati Eusebii presbyteri*, etc., ut in textu.

De Assumptione. PULSANEN. *Assumptio sanctæ Mariæ genitricis Domini nostri Jesu Christi et perpetuæ Virginis Mariæ.* Cetera bene ; sed deest Tharsicii.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. *Assumptio sanctissimæ Dei genitricis Mariæ*, etc. ut in reliquis. Tum de Tharsicio fusius ex Adone his verbis : *De Tarsicio.* *Eodem die, sancti Tarsicii acoliti et martyris. Quem cum pagani invenissent Sacramenta corporis Christi portantem, cœperunt discutere quid gereret. At ille indignum judicans porcis margaritas prodere, tamdiu ab eis mactatus fustibus et lapidibus, quousque spiritum exhalaret. Et revolventes eum sacrilegi discussores, nichil Sacramentorum Christi in ejus manibus aut vestibus invenerunt. Christiani autem corpus martyris collegerunt, et in cimiterio Calixti via Appia sepultus est.*

ANTVERP-MAX. *Assumptio sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, vel secundum Cathusienses ex Martyrologio sancti Hieronymi Dormitio sanctæ Dei genitricis*, cujus, etc. *Romæ via Appia, in cimiterio Calixti, natale sancti Tharsicii acoliti et martyris. Quem cum pagani invenissent*, etc.

LOVANIEN. Simpliciter : *Assumptio sanctissimæ Dei genitricis Mariæ. Cujus sacratissimum corpus et si*, etc. Est in reliquis præcedenti similis.

Plura de Assumptione. ULTRAJECTIN. LEYDEN. ALTEMPS. et DANIC. Sic incipiunt : *Assumptio sanctissimæ Dei genitricis Mariæ. Ad cujus venerandas exequias, sicut legitur in libro de divinis nominibus, princeps Apostolorum Petrus et alii Apostoli convenerunt. Affuit etiam Thymotheus, Areopagita Dyonisius, et magister ejusdem Dyonisii Jerotheus, et quamplures alii viri sancti, divinam prosequentes laudibus bonitatem.* Hæc sunt quæ supra a Lambecio perperam Usuardo tribui diximus. Ceterum cum textu pergunt, *cujus sacratissimum corpus et si non invenitur*, etc. usque ad finem, plane ut ANTVERP-MAXIMUM, etc.

Textus mutilus. CENTULEN. *Gloriosæ Dominæ Mariæ nostræ, semper Virginis Dei genitricis felix et beata Dormitio. Cujus sacratissimum corpus, et si super terram non invenitur, tamen pia mater Ecclesia venerabilem ejus memoriam peragit sic festivam, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Romæ via Appia, sancti Tarsicii acoliti et martyris. In Palestina, sancti Eusebii martyris.* *Eusebius.*

Plura de Assumptione. BRUXELLEN. *Assumptio beatæ Mariæ semper Virginis, matris Domini nostri Jesu Christi. Ad cujus sacri corporis sepulturam et venerandas exequias, sicut in libro de divinis nominibus legitur, beati Petrus et alii Apostoli, ac quamplures viri sancti convenerunt, divinam bonitatem laudibus prosequentes. Itaque pia mater Ecclesia ejus memoriam sic festivam agit, ut conditione carnis eam migrasse non dubitet, sed ea festivitate ejus anima sacro corpori reunita, an illo in terra relicto, cœlos transcenderit, plus elegit sobrie nescire, quam inde aliquid apocriphum firmando docere. Romæ via Appia in cimiterio Calixti, natale sancti Tharsicii acoliti et martyris. Quem cum pagani*, etc., ut supra.

HAGENOYEN. Incipit : *Dormitio Dei genitricis Mariæ.* Deinde [illegible] aliis per omnia similis, post *Romæ via Appia*, hæc addit : *Omnes tamen Doctores tradunt eam carne et anima assumptam in cœlum, præter solum Jeronymum, qui nihil certi de ejus carnali Assumptione* *De Assumptione.* Propterea valde [illegible].

MATRIC. CARTUS. ULTRAJECT. *Assumptio gloriosæ virginis. Tarsicii acolyti martyris. Arnulphi Metensis episcopi et confessoris.* Id monere autem monet : *Arnulphum quidam ponunt sequenti die*, et sic erat positus. Vide itaque textum nostrum Usuardinum die sequenti. *Arnulphi*

Florentin. Pro Tharsicii, scribunt Tarsii.

Editio Lubeco-Col. In prima annuntiatione parum differt ab Ultraject., etc. Et in Tharsicio etiam convenit. In fine: *In Palestina, sancti* *Eusebii* **Eusebii martyris, pro Christo decollati. Apud Ni-** *Stratonis et soc.* *comediam, passio sanctorum Stratonis, Philippi et Eutichiani sociorumque eorum martyrum. In monasterio* *De reliquiis Landelini* *Flechtdorp, adventus sancti Landolini confessoris, qui prius per Karolum magnum in villam Bock a Gallus fuit translatus.* Scribendum est *Landelini*. Vide totam translationis, seu veræ, seu prætensæ historiam in commentario prævio xv Junii a pag. 1062.

Belin. *Assumptio sanctissimæ Dei genitricis Virginis Mariæ. Eodem die S. Tarsicii....* ut Antverp. et Max. Lubec.

Eutychiani Greven. *Romæ, Euthiciani presbyteri et martyris.* Puto Tharsicium indicari. *In Palestina,* *Eusebii* *sancti Eusebii presbyteri et martyris, pro Christo* *Stratonis et soc.* *decollati. Nicomediæ, sanctorum Stratonis, Philippi et sociorum eorum martyrum. Suessionis civi-* *Arnulphi* *tate, sancti Arnulphi episcopi et confessoris. Qui in Brabantia nobilibus ortus parentibus, omnia dereliquit; monasterium sancti Medardi juxta muros Suessionicæ civitatis ingressus, magnis virtutum exercitiis se exercuit. Factus deinde ejus loci abbas, atque ex abbate Suessionis episcopus, plenus operibus bonis quievit in pace. In monasterio Flechtorp, adventus sancti Landolini confessoris, de pago dicto* *Adventus reliquiarum Landelini.* *Boeck, ubi per Karolum magnum translatus erat. Item, sanctæ memoriæ Altfridi episcopi Hildens-* *Altfridi.* *heymensis et confessoris, in Essendiano monasterio quiescentis.*

Molan. Aliis litteris, post *prodere paganis*, textui inserit: *Indignum judicans porcis prodere margaritas.* In fine autem: *Et revoluto*, etc., ut supra. *In Nicomedia, sanctorum Stratonis, Philippi et* *Stratonis, etc.* *Eutychiani, cum eorum sociis.* Dein typis minoribus: *Eodem die Aldenburgi, depositio sancti Ar-* *Arnulphi.* *nulphi episcopi et confessoris. Qui in Flandria nobilibus ortus parentibus*, etc., ut Greven. sed in fine additur, *anno Domini* MLXXXVII. Editiones aliæ idem habent in textu, et in fine solum adjiciunt, usque ad *nihil invenerunt Sacramentorum Christi.* De Stratone et sociis, ut supra. De Arnulpho, paulo contractius. Tum minoribus etiam typis: *Eodem die, sancti Jacici sive Jacincti, Ordinis* *Hyacinthi.* *Prædicatorum, qui post multos labores, in Polonia et Russia, pro religione Christiana toleratos, moritur anno* MCCLV *et multis post interjectis annis, propter sanctimoniam vitæ actæ et miracula, nostra memoria in numerum Sanctorum relatus est.* Transfertur in diem xvi.

XVII *Kal.* *Die* 16.

Ursacii In Nicea Bithiniæ, natalis beati Ursacii confessoris, qui sub Licinio persecutore, militia relicta, solitariam vitam agens, tantis claruit virtutibus, ut et dæmones expulisse et ingentem draconem orando interemisse legatur. Apud civitatem *Arnulfi* Metensium, sancti Arnulfi episcopi, qui sanctitate vitæ et miraculorum gratia illu- *Serenæ* stris, heremeticam vitam diligens, beato fine quievit. Romæ, sanctæ Serenæ uxoris quondam Diocletiani Augusti.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Major, Rosweyd. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. Scripsi *Niceæ Bithiniæ* simpliciter, ut alibi, ex codicum fere omnium consensu. Greven. habet *Bitiniæ*, optime Molan. *Bithyniæ*. Belin. addit *Bithiniæ civitate*. Et hic pro *Ursacii*, ponit *Ursicii*. Turpius Antverp-Major *Velatii*, qui deinde barbare effert, *Clitimo imperatore*; Rosweyd. *Liciano*; Munerat. *Linio*, post *confessoris*, adjiciens *et militis*. In Rosweyd. *expulisset*, in Munerat. *drachonem*, in Belin. *legitur* scriptoria sphalmata sunt; uti et *Methensium* in Herinien. pro *Metensium*. Denique in Munerat. *Arnusti* pro *Arnulfi*. Solus Belin. textum vitiat, sic legens: *Metis civitate, translatio sancti Arnulfi*, etc. Greven. et Molan. præter ceteros scribunt, *Arnulphi episcopi et confessoris*. Iidem etiam habent *miraculorum gloria*, cum Antverp-Majore. Rosweyd. et Munerat., non male quidem, sed reliqui melius cum Adone, *miraculorum gratia*. Antverp-Major, non recte interjicit, *illustris fuit*. Praten. legit *heremiticam vitam deligens*, ut sensus, si recte construatur et cum præcedentibus conferatur, exigere videtur; sed alii omnes post Adonem, cum textu nostro conveniunt in verbo *diligens*, quod ea de causa præferendum fuit. Belin iterum solus, *beato fine in pace quievit*. In Rosweyd. est, *natale sanctæ Serenæ*. Reliqui textui conformes sunt. *Dioclesiani* et *Diocleciani*, et si quæ sunt hujusmodi minutiæ, satis patent.

Ursacii Observatio. De *Ursacio*, quem Græci, quos Baronius sequi maluit, *Arsacium* passim vocant, nihil hac die memorant Hieronymiana, tacent etiam Beda ejusque sequaces Florus et Rabanus. Ast in Romano parvo signatur his verbis: *In Nicea Bithyniæ, Ursacii confessoris, sub Licinio.* Ado ex lib. 5. Historiæ Ecclesiasticæ tripartitæ, ut ipsemet indicat, breve elogium texuit, quod totum transumpsit Notkerus, a Nostro modicissime contractum, excluso dumtaxat loco, quo vitam solitariam egisse legitur, nempe *in quadam turre præfatæ urbis*, et verbis illis ultimis jam a nobis recitatis et porro in Auctariis non semel repetendis. Omnia fusius legi possunt citato ab Adone loco, vel apud Sozomenum lib. 4 cap. 16, vel apud Surium hoc die. — Inclytissimum Metensium antisti- *Arnulph.* tem *Arnulfum*, ab Adone XVIII Julii notatum fuisse, supra diximus; ibique multa de Arnulfis variis eorumque confusione solito fusius disputavimus. Hic præcipue observandum est, Arnulfi Metensis

translationem

translationem, undecimo ab obitu mense factam, pro natali a pluribus substitutam, idque ita Molano persuasum fuisse, auctore, opinor, Belino, ut eam vocem *translatio*, hac die in Usuardi textum inserendam putaverit. Baronius item et alii Adonem secuti, XVIII Julii felicem Arnulfi transitum constanter collocant; non recte : nam hac ipsa, et non alia die, eum e vivis ereptum multis argumentis suo loco probabimus. Quæ cum Usuardo ignota non fuerint, inde omnino factum credimus, ut deserta Adonis sententia, verba ejus ex XVIII Julii huc plane transtulerit. Vita a laudato Surio, hoc ipso die exhibetur, accuratius reproducta et observationibus illustrata a Mabilione sec. 2 Benedict. a pag. 149, ubi et Pauli diaconi verba recensentur Juvat hic Wandelberti versiculum attexere ad firmandam, quam diximus, veram sententiam de cœlesti Arnulfi nostri natali :

Septenam denamque tenes, Arnulphe, sacerdos.

Ultima commemoratio non alium rursus fontem habet, quam Romanum parvum : *Romæ, Serenæ, uxoris Diocletiani Augusti.* Verba *sanctæ* et *quondam* ab Adone adjecta sunt, et ita a Nostro et Notkero descripta. Quid autem de Serena illa tandem statuendum sit, suo loco examinabitur. *Serenæ*

AUCTARIA.

PULSANEN. *In Nicea Bithiniæ, natalis beati Ursicini confessoris.* (Pro *Ursacii* vel *Arsacii*) *Apud civitatem Metensium, sancti Arnulfi episcopi et confessoris.* Desunt reliqua omnia.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In prima et ultima puri, de Arnulfo vel Arnolfo, ita habent *Metis civitate, beati Arnulfi, ejusdem civitatis episcopi et confessoris.*

ANVTERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. et LOVAN. De Ursacio, verba Adonis adjiciunt : *Scriptum est in lib.* 5 *ecclesiasticæ historiæ tripartitæ. Metis civitate, translatio sancti Arnulphi, ejusdem civitatis episcopi et confessoris.* In ultima annuntiatione puri sunt. *Translationis Arnulfi.*

ALBERGEN. et DANIC. De Ursacio, idem adnectunt. In Serena etiam puri sunt. Sed de Arnulfo, nihil, nempe cum de eo cum Adone et aliis egerint XVIII Julii.

CENTULEN. *In Nicea Bithiniæ, sancti Ursatii confessoris. Qui tantis virtutibus claruit, ut demones expelleret; et magnum draconem orando interemit. In Galliis civitate Mediomatrico, sancti Arnulfi episcopi et confessoris, excellentis prosapiæ et admirandæ sanctitatis viri. Item in Flandria, depositio sancti Arnulfi Suessionensis episcopi, qui inter cetera miraculorum præconia, ortum regis Francorum Ludovici, et orando impetravit, et præscius prophetavit.* In Serena purus est.

BRUXELLEN. Incipit : *Metis civitate, sancti Arnulfi episcopi et confessoris. Qui fuit, filius Arnoldi, filii Ansberti ex Blichilde filia primi Lotharii regis Francorum; et pater Ansegisi ducis, mariti sanctæ Begghæ sororis beatæ Gertrudis. Hic sanctus Arnulphus ex Majore regiæ domus, Metensium fit episcopus, et ex episcopo factus solitarius, mira vitæ sanctitate ac miraculorum gloria illustrior quam ante præclaruit et tandem beato fine in Christo quievit. Apud Africam, sanctorum septem martyrum : Liberati abbatis, Bonifacii dyaconi, Servii et Rustici subdyaconorum, Rogati et Septimi monachorum, et Maximi pueri. Qui sub persecutione Wandalica, jussu Hunerici regis, pro fide Catholica remorum vectibus enecati, et ita singuli in modum canum, cerebris comminutis extincti sunt.* Hæc iterum hujus codicis anticipatio est, vide textum Usuardinum die sequenti. In Serena satis purus, ultimo loco agit de Ursacio, in quo habet, ut codices supra. In fine manu longe recentiori : *Et beati Rochi confessoris*

HAGENOYEN. In Ursacio superioribus similis, ita subjicit : *Apud Italiæ urbem Vercellis, beati Eusebii episcopi et martyris, qui ob fidei, quam nitebantur Arriani corrumpere, veritatem, ab ipsis et Constantio imperatore in exilio missus est, et ibi arctissimo carcere mancipatus est, qui erat ejus altitudine profundior et longitudine brevior, et latitudine angustior, ita ut de latere in latus vertere se non posset. Et postea tamen ad ecclesiam suam reversus, et persequentibus eum novissime eisdem Arrianis, in ecclesia sua tractus de gradu in gradum, martyrio coronatus est.* Vide I Augusti. *Apud Metensem civitatem, translatio sancti Arnulfi episcopi, quando de Habendo castro corpus ejus exhumulatum est et ad Metensem civitatem cum magna est Sollempnitate delatum. Romæ, depositio sanctæ Serenæ imperatricis uxoris Dyocletiani imperatoris, quæ Christianis suo in tempore multum utilis fuit, et multis Christianis vitam istam prolongavit ne punirentur.* *De translatione Arnulfi.* *De Serena.*

DAVERONEN. *Sanctæ Gemmæ.* Tres Gemmas alicubi invenio, de qua hic agatur, incertum est. *Gemmæ*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Sanctæ Serenæ, uxoris Diocletiani. Ursacii confessoris. Iheronis martyris et confessoris.* Vide die sequenti. *Iheronis.*

In VATICAN. sign. num. 5919. Deest Arnulfi. *In Perside, natalis Simplicii.* Inter Simplicios tredecim, quos reperio, nullus est Persa. *Simplicii*

STROZZIAN. *Apud Tudertinam civitatem, natalis beati Philippi confessoris, de Ordine Fratrum Servorum sanctæ Mariæ, de Florentia oriundus.* (alias, *civis Florentini.*) *Cujus vita miraculis extitit gloriosa.* *Philippi*

BURDEGALEN. *Andegavis, translatio sancti Maurilii.* Colitur XIII Septembris. *Translationis Maurilii.*

CAUDIACEN. *Arvernis, monasterio Magnilocensi, sancti Domnini inclyti martyris et sociorum ejus.* Supra non semel recurrit. *Domnini.*

EDITIO LUBECO-COL. In Ursacio, tota ferme Adoniana est. Tum *Romæ, passio sanctæ Serenæ martyris, uxoris quondam Diocletiani Augusti. Apud Castrum Ramerudeti, natale beati Balsimii, gloriosi martyris sociorumque ejus. Methis civitati, translatio beati Arnulphi, ejusdem civitatis episcopi et confessoris, admirandæ sanctitatis viri. Eodem die, translatio sancti Berwardi, episcopi Hildesheymensis et confessoris. Ostensio sancti Hunfridi, episcopi et confessoris. Ipso die, natale sancti Rochi, confessoris ac peregrini.* *Balsimii et soc.* *Translationis Arnulfi et Berwardi* *Hunfredi.* *Rochi.*

GREVEN. *Ipso die, sanctorum Orionis, Tirsi, Agniti. Apud Castrum Rameruden, natale sancti Balsemii martyris et sociorum ejus. Translatio sancti Berwardi, episcopi Hildensheymensis et confessori. Ostensio sancti Hunfridi episcopi et confessoris. Lugduni Galliæ, beati Rochi, peregrini et confessoris. Hic clarus ex Aquitania natalibus ortus, et a puero optimæ conversationis, singularem a Domino* *Orionis, etc.* *Balsemii, etc.* *Translationis Berwardi* *Hunfredi.* *De Rocho.*

gratiam curandi homines a morbo epydemiæ accepit. Tandem post multa bona opera, tamquam explorator in carcere quinque annis detentus, ibi in Domino quievit. Georgii. *Mediolani, depositio beati Georgii Cremonensis, qui vita et miraculis insigniter fulsit.* Carlomani *Item Karolomani confessoris.* Artemiæ virginis *Artemiæ virginis et martyris, filiæ sanctæ Serenæ et Diocletiani imperatoris. Quæ per beatum Ciriacum a demonio liberata et baptizata, a Galerio Maximino fratre suo, post mortem patris imperante, martyrio coronata est.*

MOLAN. Aliis litteris textui inserit : *Scriptum est in libro, etc.*; et de Arnulpho, *translatio.* In fine : *Mediolani in monasterio Coronatæ, Ordinis Fratrum Eremitarum beati Augustini depositio beati Georgii Cremonensis, qui vitæ sanctitatis et miraculorum gratia insignis fuit* De Georgio Cremonensi. *Lugduni Galliæ, beati Rochi confessoris, contra pestilentiam adjutoris. Apud Castrum Ramerudem*, etc., ut supra. In editionibus aliis : *In Galliis depositio beati Rochi*, etc. Rochi. De Balsemio item, ut supra. *Eodem die, Theodoli* Theoduli. *confessoris episcopi Sedunensis. Die decima sexta,* Mandelii et Diomedis. *sancti Mandelii, et sancti martyris Diomedis. Et deportatio ab urbe Edessa, non manufactæ imaginis* De imagine Christi. *Domini nostri Jesu Christi. Morinis, ostensio sancti Hunfredi, episcopi et confessoris.* Hunfredi. Denique minoribus typis, de beato Georgio Cremonensi, ut supra.

XVI *Kal.* *Die* 17.

Liberati et soc. Apud Africam, sanctorum martyrum Liberati abbatis, Bonifacii diaconi, Servii et Rustici subdiaconorum, Rogati et Septimi monachorum, et Maximi pueri; qui persecutione Wandalica jussu Hunerici regis, pro confessione Catholicæ fidei et unici baptismatis defensione, speciosum cursum certaminis sui, Mammetis. coronante Domino, perfecerunt. In Cæsarea Cappadociæ, natalis sancti Mammetis Octavæ Laurentii martyris, qui passus est imperante Aureliano sub Alexandro præside. Ipso die, Octavæ sancti Laurentii martyris.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Nonnulli codices legunt *Bonefacii*, nos cum aliis et communiori, ut est in textu. Praten. habet *Servi*, cum Munerato, recte ex Adone. At Praten. codex secundus et reliqui nostri omnes, cum Romano parvo, *Servii*. De *W* alibi diximus : *Vuandalica*, et *Uandalica* modi scribendi Gallici sunt, sequimur Antverp-Maj. etc. Scribit hic *Wandalorum*, et præterea sensum infideliter corripit, nam ubi in textu legitur : *pro confessione Catholicæ fidei et unici baptismatis defensione, speciosum*, etc., ibi simpliciter habetur, *pro confessione, speciosum*, etc. Pro *Hunerici*, ponit Munerat. *Himerici*, Greven. *Honerici*. Porro Antverp. et Max-Lubec. in priori constructione etiam variant, *pro defensione Catholicæ fidei et unici baptismatis*. Rosweyd. pro *perfecerunt*, substituit, *perceperunt*. *Octabæ*, more antiquo scribunt Herinien. et Munerat. atque hic in fine cum Antverpien-Majore omittit *martyris*. De *Affricam*, *Aphricam*, *dyaconi*, *Capadociæ*, et id genus aliis, sufficiant alibi dicta.

Liberati et soc. OBSERVATIO. Romanum parvum ita hodie pronunciat : *In Africa, martyrum Liberati abbatis, Bonifacii diaconi, Servii et Rustici et aliorum sub Wandalica persecutione.* Atque hic primus est Martyrologus, qui de his Sanctis meminerit, et quidem hac die, cum satis constet eos II Julii martyrium consummasse. Ado, consulto annuntiationis fonte, nempe Victore Vitensi pag. 81, singulorum expressit nomina et martyrii historiam fusius prosecutus est. Notkerus de more messem integram suam fecit, Noster stylo suo ea aptavit, quæ in laterculo reddita sunt. Sitne autem Victori Vitensi tribuenda celebris hujus passionis historia, diligenter quærit Ruinartius in sua Historiæ persecutionis Wandalicæ novissima editione a pag. 94, ubi de martyrii tempore, modo, die ac loco plura dis- Mammetis. cutiuntur, quibus junge notas ejus pag. 209. — De celebri *Mammete*, *Mamante*, *Mamma*, uno vel diversis, plura disquirit Florentinius ex Hieronymianis, in quibus *monachus* appellatur. Baronius, Basilii, Nazianzeni et aliorum panegyricos uni huic nostro sub nomine *Mamantis* adscribit. Inde varia suggerunt varii, quæ rursus ad locum proprium discutienda remittimus. Tu interim videsis Actorum Mammetis compendium apud Rabanum, quod ex eo totidem fere verbis accepit Notkerus. Porro Actis illis Metaphrasticis a Surio editis, fidere non audent eruditi recentiores, Mammetis historiam texentes ex monumentis verioribus, quæ apud Ruinartium indicata invenies inter selecta a pag. 276, Gallice vero deducta a Tillemontio tomo 4 a pag. 358. Romanum parvum sic de *Mammete* breviter : *Cæsareæ, Mammetis martyris.* Utrum Ado martyris illius Acta aliqua viderit, dubium facit ejus elogium solito compendiosius, utpote qui nihil aliud proferat quam quod ex eo Usuardus descripsit. Wandelbertus eum solum prædicat, his verbis :

Martyre sedecima effulget Mammete beato.

Octavæ Laurentii Restat, *Octava sancti Laurentii martyris*, ab omnibus Usuardinis codicibus notata, tametsi Clar. Castellanus adverterit in codice Pratensi annuntiationem illam, *videri ferme adjectam, manu quidem vix diversa, sed spatium implere in fine lineæ relictum.* Quod si verum est, non in eo solum codice, sed in omnibus antiquissimis factum fuisse oportuit. Mosander commemorationem illam plane Adonianam censuit, Rosweydus in appendicem rejecit; uter præferendus sit, tu videris. At numquid in ipso genuino Beda diserte signatur, *Octavæ sancti Laurentii?* Fateor ; sed cur a Rabano prætermissa

termissa sit, haud equidem intelligo. Ceterum certa et indubitata est Usuardi nostri lectio, quantumvis mirum videri debeat, solius hujus et Apostolorum Petri et Pauli octavæ memoriam, apud ipsum reperiri.

AUCTARIA.

PULSANEN. Incipit : *Octava beatissimi Laurentii, levitæ et martyris.* Sequitur de Africanis, usque ad *Maximi pueri*, inclusive ; desunt reliqua omnia.

BELIN. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Ita puritati accedunt, ut propter solum ordinem exclusi sint, quia nempe ordiuntur ab *Octava sancti Laurentii martyris.* De Africanis scribunt cum ANTVERP. et MAX-LUBEC., *pro defensione Catholicæ fidei et unici baptismatis;* ubi in BELINO inepte in fine repetitur *defensione.*

Textus fere purus. CENTULEN. *Romæ, Octava beati Laurentii. Apud Africam, sanctorum martyrum Liberati abbatis, Bonifacii diaconi, Servii et Rustici subdiaconorum, Rogati et Septimi lectorum monachorum, et Maximi pueri. Qui omnes jussu crudelissimi regis Wandalorum, diversis pœnis consumpti sunt. Cæsarea Cappadociæ, sancti Mammetis, monachi martyris, qui passus est imperante Aureliano.*

BRUXELLEN. Incipit : *Octava sancti Laurentii martyris.* De martyribus Africanis egit die præcedenti. In Mammete satis purus est. Sequitur :
Julii. *Romæ, beati Julii Senatoris et martyris. Qui jubente Commodo imperatore, tam diu fustibus cæsus est, donec emitteret spiritum.* Anticipatio est ex
De Carolomanno. XIX hujus. Tum : *Item Karolomanni principis Austrasiorum, filii Karoli Martelli. Qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi derelinquens, in monte Cassino monachum professus est; ubi ipse omni virtute pollens, cum semel ad coquinæ officium hebdomadarius deputaretur et in modico erraret, a coco crudeliter cæsus, ait : Indulgeat tibi Deus, frater, et Karolomannus. Post, ipse cum sancto Papa Stephano secundo veniens in Franciam, ut Rex Pippinus frater ejus Astulphum regem Longobardorum ab oppressione Ecclesiæ reprimeret, impetravit. Et in reditu apud Viennam languore correptus, sancto fine quievit.* Vera falsis mixta.

HAGENOYEN. *In Cæsaria civitate Capadociæ, na-*
De Mammete. *talis sancti Mammetis martyris, qui metu Aureliani Cæsaris, in desertum fugiens, et cum suis habitarit ibi; et congregabantur ad eum omnes silvestres feræ, quas mulsit et fecit caseos. Hic postquam ad fidem multos convertisset, vocavit leonem silvestrem, ut eum vindicaret, et factum est ita. Hic ab Alexandro præside in equuleo suspenditur, et voce cælesti ibi consolatur. Post hæc incarceratur, ut postea in caminum projiciatur, ubi ei mel et lac ab angelo defertur. Et tertio die hic feris projicitur, sed non læditur ; et tunc lapidibus obrutus et ille cælesti voce vocatus obiit.* Sequitur de Africanis, pure ; item de Octava sancti Laurentii.

AQUICINCT. Pro *Rustici*, habet *Rustitii.*

DAVERONEN. *Turonis, dedicatio sanctæ Mariæ,* *Dedicationis B. V. M. et Juliani.*
et sancti Juliani martyris.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Octava sancti* *Textus contractus*
Laurentii martyris. Mammetis pueri et martyris. Liberati abbatis, cum pluribus aliis de suis, pro fide a Wandalis martyrizati.

CODEX GOLLIAN. *Castro Seduno, sancti Theodori* *The dori*
episcopi. Inter plurimos Theodoros, quis hic sit, postea videbitur.

EDITIO LUBECO-COL. In Octava sancti Laurentii et martyribus Africanis pura, de Mammete *De Mammete.*
post *martyris*, sic habet : *Qui cum esset puer septem annorum, et idolorum culturam omnino respueret, pro fide Christi passus est diversa tormenta, postremo lapidatus, imperante Aureliano sub Alexandro præside. In Nortwich, natale beati Jeronis* *Jeronis.*
presbyteri et martyris. Vide quæ de ipso, hoc die satis diligenter notavit Castellanus.

GREVEN. *In Hollandia, pago Norwich, natalis* *Jeronis*
beati Jeronis presbyteri et martyris. In Bethulia, *Judith.*
beatæ Judith viduæ. Item Eufemiæ. *Eufemiæ.*

MOLAN. Post *perfecerunt*, aliis litteris textui interjicit : *Scribit beatus Victor Africanus episco-* *De Africanis.*
pus in historia ejusdem Wandalicæ persecutionis, quam et ipse cum ceteris sustinuit et fideli atque illustri stylo digessit. In fine *Eodem die, in pago Hollandiæ, sancti Jeronis presbyteri et martyris.* *Jeronis.*
Tum minoribus typis : *Item Carolomanni confes-* *Carlomanni.*
soris, principis Austrasiæ, qui in monte Cassino monachus effectus est. Posteriores editiones cum prima in textu conveniunt. In fine autem habent : *In pago Hollandiæ, Egmonda monasterio, sancti Jeronis, presbyteri et martyris. Die decima septima, sancti martyris Myronis.* Demum minoribus *Myronis.*
litteris subdunt: *Apud urbem Ptolemaidem, sanctorum martyrum Pauli et Julianæ.* Vide Acta *Pauli et Julianæ*
apud Surium. In Romano moderno dicuntur passi sub Valeriano.

XV *Kal.* *Die* 18.

Apud Prenestinam civitatem, miliario ab Urbe tricesimo tertio, natalis sancti Agapiti martyris, qui cum esset annorum quindecim, et amore Christi *Agapiti.*
martyrio ferveret, jussu Aurelii imperatoris tentus est, ac primo nervis crudis diutissime cæsus : deinde a præside Antiocho gravia patitur supplicia. Exinde cum ex præcepto imperatoris leonibus subjiceretur, et minime esset læsus, gladio ministrorum coronandus percutitur. Eodem die Romæ, beatorum presbite- *Joannis et Crispi.*
rorum Joannis et Crispi, qui persecutione Diocletiani multa sanctorum corpora officiosissime sepelierunt, quorum meritis et ipsi postmodum sociati, gaudia vitæ *Helenæ.*
meruerunt. Via Lavicana, sanctæ Helenæ matris Constantini imperatoris.

Sumuntur ex *Praten. Herimen. Antverp-Majore, Rosweyd. Antverpien.* et *Max-Lubec. Munerat. Belini editione prima, Greven.* et *Molan.* Accedunt codices *Antverp-Max. Ultraject. Leyden.* et *Albergen.*

VARIA LECTIO. Solus Molan. *Prænestinam* scribit per diphthongum, ceteri ut in textu. Antverp. Max-Lubec. Belin. et alii legunt, *ab urbe Roma*. In Munerato est *vicesimo tertio* pro *tricesimo tertio*, ut habent omnes cum Adone, uti *et amore Christi martyrio ferveret*, exceptis Greven. et Molan. qui omisso *martyrio* nitidiorem faciunt sensum. Non est exacta Notkeri constructio, *et pro amore Christi martyrio ferveret*. Inter antiquiores codices solus Rosweyd. pro *Aurelii*, posuit *Aureliani* cum Adone et Notkero, quod servant codices mediæ notæ; cur Usuardus præferat *Aurelii*, fateor me ignorare, nisi ut sæpe fit, nomina illa promiscue accipiantur, quod ea ætate contingere facile potuit. *Esiudi* legunt plerique, alius *exhiii*, alius *exia*, alius *exhinc*. Belin. post, *ex præcepto imperatoris* male inserit *tentus et leonibus*, etc., ubi Rosweyd. iterum non inepte correxit *objiceretur*, pro *subjiceretur*. In Munerato, post, *quorum meritis*, omittuntur particulæ *et ipsi*. Greven. et Molan. a reliquis denuo dissentiunt, legentes *gaudia vitæ æternæ*, contra Adonem et codices nostros. Belin. de Helena. *Item Romæ, via*, etc. De nævis codicum mediæ notæ non loquor, ut nec de *teritio*, *aput*, *Anthioco*, *Johannis*, *Dyocletiani*, etc.

Agapiti. OBSERVATIO. Quam illustris est et ab antiquo celebratissima *Agapiti* Prænestini martyris gloria, a vetustis Kalendariis, Sacramentariis et Martyrologiis nostris omnibus prædicata, tam sunt depravata ejusdem Acta, teste ipso Cardinale Baronio, ut tuto dici posse videatur, cusa esse in eadem officina, ex qua prodiere illa, quæ de sancto Venantio expensa sunt ad XVIII Maii; si non potius eadem utriusque sint, aut alterius alteri aptata, certe multa correctione egentia, ut fusius suo loco demonstrabitur, et rursus dicendum erit infra ad XX et XXI Augusti. Scio duplicia Acta exstare; utra præferenda sint, suo loco dicetur. Porro gloriosissimum adolescentis certamen referunt etiam Hieronymiana, Beda, Rabanus, Romanum parvum, Ado, Notkerus et Wandelbertus. In Hieronymianis exprimitur item distantia ab Urbe, perpauco inter codices discrimine, sed ea a Romano parvo negligitur. Rabani elogium de rege Antiocho meminit. Verosimiliora sunt, quæ ab Adone dicuntur, *Aurelianum* imperatorem diserte nominante, ut facit post ipsum Notkerus; unde mirari licet, in omnes fere vetustos Usuardi codices irrepsisse *Jussu Aurelii*, cum tamen reliqua omnia ex Adone accepta esse, manifestissime pateat. Solus Agapitus a Wandelberto celebratur hoc versiculo :

Agapitus quintam decimam certamine sancit.

Sequens annuntiatio ab auctore Romani parvi hac die primum prolata est his verbis : *Romæ,*
Joannis et Crispi. *Joannis et Crispi presbyterorum.* Ado encomium breve composuit, quod ferme integrum describit Noster, expunctis dumtaxat verbis, *in Sexto Philippi*, quæ certe satis clara non sunt, et alterius tyranni, *Maximiani* nomine. Crediderim ignotum sibi cœmeterium Usuardum nominare non voluisse. Videat curiosus Lector Arnighi Rom. subter. lib. 2 c. 20, pag. 365, ubi hæc ipsa hodierna Adonis verba citata inveniet. Notat Castellanus, Sanctos illos ex aliis diebus hic conjunctos esse. Cetera alibi. —
Helenæ. *Helenam*, in codicibus Adonianis repertam, asterisco notavit Mosander, tamquam adjectitiam, idemque censuit Rosweydus. Dubium igitur manet unde eam sumpserit Usuardus, sed ab eo signatam esse, ut in textu retulimus, videtur certissimum. Est apud nos Altmanni Altivillarensis, ad Hincmarum Mss. Helenæ vita, cum historiis translationis et miraculorum, necnon vitæ aliæ et narrationes variæ Notcheri, etc., tum Mss. tum typis excusæ, suo tempore diligenter ex professo examinandæ. Tutius hic processit Surius, nonnulla ex Eusebio et Theodoreto desumens, relata ad VII Februarii Flodoardi, de Altivillarensi translatione historia, quam accuratius a Mabilione discussam habes sec. 4 Benedict. parte 2 a pag. 153. Sed laboriosior Tillemontius, viam stravit, qua ex veterum de Helena testimoniis, certior vitæ series eruatur, ut videre est tomo 7, a pag. 1 et in notis eo pertinentibus.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima et ultima purus, secundam plane omittit.

LOVANIEN. Deficit in elogio Agapiti, cetera purus est.

DANIC. In secunda annuntiatione rescindit ultimam elogii partem, incipiendo a, *quorum meritis et ipsi postmodum sociati*, etc.

Textus contractus. CENTULEN. *In Italia civitate Prænesta, sancti Agapiti martyris, sub præside Antiocho. Eodem die Romæ, sub Sexto Philippi* (Ado, *in Sexto Philippi*,) *beatorum Joannis et Crispi presbyterorum, qui persecutione Diocletiani multa martyrum corpora curatissime sepelierunt. Via Lavicana, sanctæ Helenæ, matris Constantini Augusti.*

BRUXELLEN. Fere purus est; addit etiam, *urbe Roma*, legit *Aureliani*, in ceteris nævi sunt. Tum : *Et Romæ in Sexto Philippi, sanctorum presbyterorum*, etc. *Item Romæ via Lavicana*, etc.

HAGENOYEN. *Apud Prenestinam civitatem, miliario ab urbe Roma* XXXIII, *natale sancti Agapiti martyris. Qui cum esset annorum quindecim et amore martyrii flagraret, persecutoribus se obtulit, et jussu Aureliani imperatoris est tentus, et primo nervis crudis et dure percussus, et Antiocho præsidi est missus, a quo gravia tormenta est passus. Primum incarceratur, deinde prunas ardentes capiti ejus imponuntur, sed non læditur; flagellis cæditur capite verso et fumo subtus horribili facto. Tunc bullienti aqua perfusus est et maxillæ ejus contritæ sunt, et judex hæc videns exspiravit. Tunc imperator jussit eum leonibus objici, qui cum non læderent, et postea capite amputato martyrium complevit.* De Agapito. In Joanne et Crispo purus est. Tum : *Romæ via Lavicana, depositio sanctæ Helenæ reginæ, matris magni Constantini imperatoris. Hæc Helena prius fuit pagana et misericordiæ operibus valde in-* De Helena.

tenta,

tenta, postmodum erat Judæa et in ea lege perfecta. Ultimo fuit Christiana et Christianæ religioni multum proficua, quia Crucem Domini invenit. Multa corpora sanctorum de partibus transmarinis ad Christianos duxit et multa monasteria in Asia, Gallia, et Italia ædificavit. Hæc in bonis operibus perseveravit et in pace obiit. Alium vadem postulant quæ hic narrantur, ut fidem inveniant.

Pontini. AQUICINCT. Textui subnectit : *Item sancti Pontini*. Vide infra verum nomen et titulum.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Agapiti martyris. Romæ, Helenæ reginæ, matris Constantini imperatoris. Joannis et Crispi presbyterorum ; qui cum multa sanctorum martyrum corpora sepelissent, et ipsi martyrio coronati sunt.* In margine de Agapito additur : *Iste puer multa sustinuit et judicem valde confudit, quem et Deus in vindictam sancti martyris percussit.*

Pontini. CODEX D. DU CHEVAL, signatus C. *Item Pontini*. Puto legendum *Pontimi*, ex Hieronymianis.

Pontini ALTEMPS. *Item Pontini martyris*. Recte *martyris*, non *confessoris*, ut habet EDITIO LUBECO-COLONIENSIS.

De Helena. FLORENTIN. *Helenæ.... Cujus corpus jacet modo Venetiis*. Vel : *Cujus corpus modo Venetiis sepultum est*. Adhuc sub judice lis est

CODEX CASTRI-KAROLI. *In Galliis pago Sigisterico, in monte qui dicitur Lura, sancti Donati presbyteri*. Usuardus de eo agit XIX Augusti. *Donati.*

LUGDUNEN. *Pago Sisterico, in monte, qui dicitur Lura, sancti Donati*, etc. Vide die sequenti. *Donati*

EDITIO LUBECO-COL.. Incipit : *Romæ via Lavicana, sanctæ Helenæ, matris sancti Constantini imperatoris, et inventricis Crucis Christi, Trevirorum indigenæ nobilissimæ*. Sequitur de Agapito, satis pure. In Joanne et Crispo ex Adone adjicit quæ Usuardus omisit. Demum . *In civitate Amacia, beati Pontini confessoris*. Jam dixi *Pontimum* esse et *martyrem*. *De Helena.* *Pontini.*

BELINI editio altera in fine adjicit : *Item Pontini*. Vide jam dicta. Socios vel potius socias nominant apographa Hieronymiana. *Pontini.*

GREVEN. *Nota secundum aliquos hic commemoratio est sanctæ Helenæ, depositio vero, XVII Kal. Maii. Martini Papæ. Demetrii martyris. Privati martyris. Potentini confessoris.* *Martini.* *Demetrii.* *Privati.* *Potentini.*

MOLAN. *In Broniam, translatio sancti Eugenii episcopi et martyris. Metis civitate, depositio sancti Firmini episcopi et confessoris.* Editiones aliæ litteris Italicis in textu scribunt : *Aureliani*. In fine : *Metis civitate, depositio sancti Firmini episcopi et confessoris. Die decima octava, sanctorum martyrum Phlori et Lauri. In Bronio, translatio corporis sancti Eugenii archiepiscopi et martyris.* *Translationis Eugenii.* *Firmini.* *Phlori et [illegible]*

XIV *Kal.* *Die* 19.

Natalis sancti Magni, seu sancti Andreæ martyris, cum sociis suis duobus milibus quingentis nonaginta et septem. In pago Sigisterico, beati Donati presbiteri, qui ab ipsis infantiæ rudimentis mira Dei gratia præditus, anachoriticam vitam multis annis exegit et miraculorum gloria clarus migravit ad Christum. Romæ, sancti Julii Senatoris et martyris, qui jubente Commodo imperatore, tamdiu fustibus est cæsus, donec emitteret spiritum. In territorio Bituricensi, sancti Mariani confessoris. *Magni vel Andreæ et soc.* *Donati* *Julii* *Mariani.*

Ita *Praten. Antverp-Major. Rosweid. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan*. Item *Antverp-Max. Lovanien.* et *Danicus*.

VARIA LECTIO. Muneratus cespitat in principio, *natalis sancti Magni et Sancti Andreæ martyrium*. Omnes legunt, *cum sociis suis*, excepto Pratensi, qui ultimam vocem omittit. Scribo *militibus*, quia sic omnes etiam habent. Antverp-Maj. notat socios 2598, Rosweyd. 2167, Greven. 2527. Numerus ab Usuardo ex antiquioribus acceptus, a nobis in textu exprimitur. Antverp. a socia editione Maxima et a reliquis dissentit in Donati titulo, quem solus ipse *episcopum* vocat. Scribit item *anacoreticam*, ceteri ut in textu *anachoriticam*. Greven. in annuntiationis principio legit : *In Galliis pago*, etc., quod etiam habet consuetus imitator Molan., qui et ambo scribunt *exegit multis annis* ; ac deinde pro *miraculorum gloria*, *miraculorum gratia*. In Munerato deest utrumque; atque in Antverp-Maj. ac Rosweyd. ante *miraculorum*, particula *et*. Antverp-Major. ponit, *fustibus cæsus est*. Antverp. pro *Mariani*, substituit *Martini*, at Max-Lubec. cum Antverp-Maximo, Lovaniensi et Danico, *Marini*.

OBSERVATIO. *Andream* apud Græcos inclytissimum *megalomartyrem* Martyrologi nostri Latini verosimillime ex Græca appellatione binominem fecerunt *Magnum* seu *Andream*. Sic etenim Beda et ex eo Rabanus, Romanum parvum, Ado et Noster, eadem prorsus ubique phrasi. Melius fortasse legissent, *magni Andreæ*. Neque enim verisimile puto, Martyrologos nostros *Andream* tribunum militum cum *Magno episcopo Anagnino* confundere voluisse. Wandelbertus aliam viam ingressus, pro numero nominum subjecta geminavit conjunxitque, ut mox ostendam. Utrum Ado Andreæ Acta, prout vulgata sunt viderit, nescio, certe præcursoribus suis nihil superaddidit. Nos ea, ut ex Metaphraste, Lipomano et Surio edita novimus, suo loco examinabimus. Præfata Acta *germana* censuit Baronius ad annum CCCI num. 5, crediditque, opera Petri Tarsensis episcopi, collecta atque *Andreæ et [illegible]*

scripta

scripta esse. Non desunt hodie qui aliter sentiant. Videri potest Tillemontii nota tomo 5 a pag. 588, in Actis nostris suo loco accuratius expendenda. Audi modo Wandelbertum :

Magnus et Andreas quarta denaque coruscant :
Septem nonaginta et quingenti comitantur,
Quos pariter Sancti simul his bis mille sequuntur.

Donati Qui in nostro indiculo sequitur *Donatus*, is ab Adone in sacros Fastos primum relatus est, cum ampliori vitæ historia et designatione montis, in quo solitariam vitam egerit ; quemque Mosander *Tura* vocat, Rosweydus *Jura*, sed cum notatione propria manu subinde adjecta, qua monet *I* mutandum in *L*, proindeque legendum *Lura*, utpote qui a Jura monte tantum distet, quantum Provincia a Burgundia. Utut est, Usuardus elogium suum totum ex Adone transtulit. Unde hic suum acceperit, non liquet. Petrus in Catalogo lib. 7 cap. 78, Adonis verba de more describit. De Donato meminit vita Marii XXVII Januarii num. II. Habemus sancti ipsius vitam Mss. alibi illustrandam. — *Julii* De *Julio* sic brevissime Romanum parvum : *Romæ, Julii Senatoris et martyris.* Plura ex Actis deducit Ado, sed Noster compendio usus est. Vide Observationem XXV Augusti, ubi de Actis *Eusebii, Pontiani*, etc. Inventum est Romæ non ita pridem Julii alicujus martyris corpus : an hujus *senatoris* dici possit, necdum compertum habeo. — In Hieronymianis aliquibus adjectum legitur : *In Biturio,* *Mariani* *vico Villauno, depositio sancti Mariani confessoris.* De eo fusius disputat Florentinius ; notatque ex Labbeo hujus sancti eremitæ festum in diœcesi Bituricensi recoli XIX Septembris. An autem ad salvandam cultus diversitatem, recte ad alium *Marianum* recurratur, alibi explicabimus. Satis mirum videri posset, Usuardum, non solum verum obitus (qui determinari omnino nequit ;) sed et cultus diem suo tempore usitatum ignorasse, dum *Marianum* hac die consignavit. Clarissimus est codicum nostrorum et in Mariano et in superioribus unanimis plane consensus. Brevem Mariani vitam, nescio an satis sinceram, edidit Labbeus tomo 2 Bibl. Mss. pag. 432, ubi et S. Gregorii Turonensis caput 81 refert. Exstant in Museo nostro bina alia vitæ compendia Mss. in majori Opere accuratius examinanda.

AUCTARIA.

HERINIEN. Toto textu purissimus est, sed nescio qua causa secundo loco insertum sit : *Bertulphi.* *In monasterio Bobio, depositio sancti Bertulphi abbatis.*

Magni. PULSANEN. *Natale sancti Magni martyris. Romæ, sancti Julii Senatoris*, etc., recte. Sequitur : *In territorio Biturico, sancti Marciani confessoris.* Desunt alia omnia. Vide de *Magno* quæ supra diximus. Item notulam Castellani in Martyrologium universum et GREVENUM inferius.

ULTRAJECT. et LEYDEN. Incipiunt : *In Cicilia,* *Ludovici* *natale sancti Ludowici episcopi et confessoris.* *Magni.* *Natale sancti Magni martyris cum sociis suis*, etc., pure. Utraque sequens annuntiatio turbata et confusa est. Pro *Mariani*, scribunt *Marini*.

ALBERGEN. Alia phrasi : *Apud Massiliam, na-* *De Ludovico.* *tale sancti Ludowici episcopi et confessoris. Qui cum esset primogenitus regis Cecilia professus est Ordinem Fratrum Minorum.* Reliqua pura sunt, nisi quod hujus diei finis, cum sequentis principio confundatur, quod subinde correctum est. Legit etiam Marini.

Textus non integer CENTULEN. *Natale sancti Magni, seu sancti Andreæ martyris, cum sociis suis duobus millibus quingentis nonaginta septem. In Galliis, pago Sigisterico, sancti Donati presbyteri et confessoris. Eodem die Romæ, sancti Julii senatoris, qui passus est sub Commodo imperatore, judice Vitellio.*

BRUXELLEN. De Andreæ sociis supra bis mille quingentos, scribit *nonaginta novem*. De Donato addit, *in monte qui dicitur Lura*. In reliquo sub- *Ludovici* dit : *Apud Marciliam, sancti Ludovici episcopi et confessoris, et filii regis Sicilæ, episcopi Tolosani, de Ordine Fratrum Minorum.*

HAGENOYEN. Incipit a Julio, in quo purus est. Nec in Donato, a puritate multum distat. Tum de Mariano ; ultimo loco de Andrea, etiam satis recte. Sequuntur annuntiationes duæ anticipatæ ex die sequenti, nempe : *Herio insula, depositio* *Philiberti* *sancti Philiberti abbatis. Qui primo militiam terrenam* (secutus) *Christi tyrocinio mancipatus est, et multorum extitit monachorum fundator devotus. Civitate Cordila* (Corduba,) *sanctorum monachorum* *Leovigildi et Christophori.* *et martyrum Leovigildi et Christofori, quorum corpora post abscisionem capitum igni tradita sunt.* Vide de his die sequenti.

AMBIANEN. Ex Adone describit sancti Donati elogium. Purius ex ipso fonte.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Magni martyris cum sociis. Ludovici confessoris, qui fuit filius regis,* *Ludovici* *postea monachus in Ordine Minorum et episcopus Tolosanus. Julii Senatoris martyris.*

In VATICAN. num 5949. Deest Mariani.

FLORENTIN. *Sancti Ludovici....* Plura non in- *Ludovici.* venio, forte reliqua conformia erunt hodierno Romano, vel BELINO, qui cum hisce codicibus sæpe concordat. Videri etiam possunt codices alii supra, et EDITIO LUBECO-COLONIENSIS, etc.

BURDEGALEN. *In territorio Bituricensi, Marini* *Marini pro Mariani* *confessoris.* Vult dicere *Mariani*.

CODEX SALINEN. *In territorio Bizunticensi, sancti Mariani confessoris.* Lege *Bituricensi*.

EDITIO LUBECO-COL. De Andrea, pura, in Donato nonnihil ex Adone interpolata est, uti et in Julio. Sequitur : *Apud Massiliam, natale sancti Ludovici episcopi Tholosani et confessoris. Qui* *De Ludovico.* *cum esset primogenitus regis Siciliæ, professus est Ordinem Fratrum Minorum ; vita et miraculis gloriosus, Sanctorum catalogo meruit adscribi.* Pro *Mariani*, scribit *Marini*. *Civitate Nurenberga, sancti Sebaldi peregrini et confessoris, filii regis* *Sebaldi* *Daciæ. Civitate Anagnina*, XL *miliario ab urbe Roma, via quæ Latina nuncupatur, depositio sancti Magni, episcopi et confessoris. Hic in partibus Apu-* *De Magno episcopo* *læ, civitate Tranas oriundus, oves vicinorum in pascuis pro mercede custodivit, ut parentes suos pauperes inde sustentaret. Qui postea, angelo duce per beatum Redemptum episcopum baptizatus, ac perfecte in fide instructus, et in brevi tempore sufficienter litteralibus studiis edoctus est, paucis decurrentibus annis episcopus ordinatus, et multis perpessus insidiis, tandem beato fine quievit.*

BELIN.

De Ludovico. Octavæ Claræ. Ruffini. Magni Regis. Ludovici. De Magno Anagnino. Bertulphi. De Sebaldo.

Belin. *Natale sanctorum Magni et Andreæ cum*, etc. Cetera satis pura sunt, nisi quod scribat *Martini* pro *Mariani*. Dein adjungit : *Eodem die in Provincia, apud castrum de Brignola, depositio sancti Ludovici episcopi et confessoris. Qui inde* ***Marsiliam deportatus, in ecclesia Fratrum Mino****rum, ibidem honorifice conditus est. Item octava* ***sanctæ Claræ virginis. Apud Mantuanam civitatem, sancti Ruffini confessoris.***

Greven. *Magni, regis Noreganorum et martyris. Apud Massiliam, natale beati Ludovici episcopi et confessoris, qui cum esset*, etc., ut supra. In Magno Anagnino etiam parum admodum distat ab editione Lubeco-Col. Sequitur : *Bertulphi abbatis et confessoris. Sebaldi confessoris, filii regis Daciæ. Hic sponsam nobilissimam sortitus, exemplo beati Alexii, ipsam, parentes, omniaque sua reliquit In vita solitaria Deo purissimum servitium exhibens, multis miraculis coruscabat, inter quæ comitibus itineris oratione panem subcinericium impetravit; cilicio super aquas posito flumen transiit. Tandem plenus bonis actibus apud Nurenbergense oppidum quievit.* ***Richardis virginis. Ermelinæ virginis.***

Richardis. Ermelinæ.

Molan. De Mariano, *cujus gesta habentur*. In Ludovico, Belinum describit. *Apud Mantuam, sancti Rufini confessoris. In Bobio, sancti Bertulphi abbatis.* Dein typis minoribus : *Sebaldi confessoris, filii regis Daciæ : qui plenus bonis actibus apud Nurembergense oppidum quievit.* Editiones aliæ de Ludovico ponunt, *castro Brincola* ; reliqua ut Belin. De Rufino et Bertulpho, ut supra *Eodem die, sancti Elaphii, Catalaunis episcopi et confessoris. Nurenberga civitate, depositio sancti Sebaldi confessoris, filii regis Daciæ.*

Ludovici. Rufini. Bertulphi. Sebaldi. Elaphii.

XIII *Kal.* — *Die* 20.

Samuelis. Porphyrii. Filiberti. Leovigildi et Christofori.

Samuelis prophetæ, cujus sacra ossa, ut Hieronimus scribit, Augustus Archadius de Judea transtulit Traciam. Eodem die, beati Porphirii hominis Dei, qui sanctum martyrem Agapitum erudivit in fide et doctrina Christi. Herio insula, sancti Philiberti abbatis, qui post militiam temporalem, Christi tyrocinio mancipatus, monasteriorum extitit fundator devotus. Civitate Corduba, sanctorum monachorum Leovigildi et Christofori, quorum corpora post abscisionem capitis, igni tradita sunt.

Ex *Praten. Herinien. Antverp-Majore, Rosweyd.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Præmitto orthographica : ***Samuhelis, Jeronimus, Jheronymus, Hieronimus, Archadius, Judea, Traciam, Porphirii, Filiberti, Phyliberti, Philiberti, tyrocinio, tirocinio, Christophori, Christofori, Cristophori, abscisionem***, etc In quibus omnibus hic et nunc scribendis, uniformitas semper servari omnino non potest, utpote quam in codicibus meis non reperio. Itaque ea hic et alibi secundum majorem codicum consonantium auctoritatem efformo. Novi, præferenda *Hieronymus*, ***Arcadii, Judæa, Thraciam, Porphyrii, Filiberti, tirocinio, Christophori, abscissionem***; nemo tamen vitio vertat aliam me lectionem sequi. Molan. pro ***hominis Dei***, scripsit ***viri Dei***. Praten. pro ***Christi*** tirocinio, habet ***Christo***.

Samuelis

OBSERVATIO. *Samuel propheta* notatur a Beda ; Rabanus casu mutato scripsit : *Samuelis prophetæ*. Et hoc etiam modo habet Romanum parvum. Ado non prophetæ encomium, sed brevem translationis historiam ex Hieronymo adversus Vigilantium adjunxit, quam inter Molani aliorumque Auctaria invenies. Wandelberti versiculos infra dabimus. Usuardus id solum ex Adone accepit quod in laterculo repræsentavimus. — De *Porphyrio* sic legit Romanum parvum : *Et Porphyrii hominis Dei*, de quo antiquiores non meminere. Quæcumque ab Adone ex Agapiti Actis adjecta sunt, Noster ad verbum descripsit. Ut autem clarius pateat Actorum Agapiti Prænestini et Venantii Camerini confusio, consule hujus lectiones in Breviario Romano ad XVIII Maii, in quibus ***Cornicularius a beato Porphyrio presbytero cum familia baptizatus*** dicitur, etc Quæ sane tam sunt conformia, ut non possint non ex unis Actis ad altera translata supponi, nisi miraculum novum fingere velimus. Sed de his, pro instituti nostri ratione satis dictum est. — De *Filiberto* meminit Wandelbertus XX Julii :

Porphyrii. Filiberti.

Et ternam denam Philibertus sanctus adornat.

Eodem ipso die codicibus Adonianis adjectus reperitur, alteri abbati Vulmaro conjunctus. Hoc vero die apographo Hieronymiano uni alterive superadditus est, memoratus etiam a Floro et Rabano. Non arbitror ex eorum ullo in Usuardum transiisse, qui proprio marte totam annuntiationem nostram composuisse omnino videtur. Filiberti vitam, a suppari monacho scriptam, edidit Surius, solita sua mutandi styli libertate usus. At primigeniæ phrasi restituit Mabilio sec. 2 Benedict. a pag. 816 ; translationes aliaque ad sec. 4 remittens. Vide ibi parte I a pag. 537. — *Leovigildus* item et *Christophorus* ipsi soli debentur, ex Hispania cum pluribus aliis allati, ut non semel alibi diximus. Consule Memoriale Eulogii libro 2 cap. 11 De Samuele hæc hodie prædicat Wandelbertus :

Leovigildi et Christophori.

Tertia post denam Samuele extollet, ab ipsis
Quem Domino cunis genitrix devota sacravit.

AUCTARIA.

PULSANEN. In duabus primis purus, postremas duas omittit.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Puri sunt, nisi quod in Porphyrio deficiant, in fine autem excedant in nova annuntiatione de sancto Bernardo: *In territorio Lingonensi, depositio beati Bernardi, primi Clarevallensis abbatis, viri vita, doctrina et miraculis gloriosi.* *Bernardi*

MUNERAT. Textui puro in fine subdit: *In territorio Lingonensi, beati Bernardi.* *Bernardi*

GREVEN. Toto etiam textu purus, in fine utitur signo LL, de quo egimus quinta hujus in sancto Dominico et alibi, quo nempe indicat, Sanctum eo signo affectum Usuardo esse superadditum. Debuit ergo inter Auctaria reponi, quod hodie habet: *Item in Clara-valle, sancti Bernardi abbatis.* *Bernardi*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. et LOVANIEN. Secundo loco post Samuelis, inserunt: *In territorio Lingonensi, depositio beati Bernardi, primi Clarevallensis abbatis, viri doctrina et miraculis gloriosi.* Sequuntur reliqua textus, pure. In fine: *Ipso die, sancti Auctoris Treverorum episcopi.* An non Metensium, x Augusti? *Bernardi. Auctoris*

ALBERG. et DANIC. In eo a superioribus differunt, quod de Bernardo agant primo loco, et Porphyrii commemorationem, ab aliis suo loco positam, hi duo plane omittant. *Idem.*

CENTULEN. *Samuelis prophetæ, cujus sacra ossa Archadius Augustus de Judea transtulit Thraciam, portantibus episcopis, et omnibus ecclesiarum populis tanta leticia concurrentibus, quasi præsentem viventemque cernerent. Eodem die, sancti Porphyrii hominis Dei. Herio insula, sancti Philiberti abbatis; qui de militia temporali, Christi tyrocinio mancipatus, monasteriorum extitit fundator devotus. Civitate Corduba, sanctorum monachorum Leovigildi et Christophori, quorum corpora post decollationem igni tradita sunt.* *De Samuele. Textus mutatus.*

BRUXELLEN. Incipit a Bernardo, ut supra. Tum: *Item sancti Samuelis Prophetæ. Cujus sacra ossa Archadius Augustus de Judea transtulit Trachiam. Portantibus autem episcopis, et omnium ecclesiarum populis occurrentibus, tanta leticia facta est, quasi presentem viventemque cernerent atque susciperent, ita ut de Palestina usque ad Calcedonem jungerentur agmina populorum, et in laude Christi una voce personarent. Scribit beatus Jeronimus.* In Porphyrio scribit, *Agipitum seu Agathonem.* In Cordubensibus purus est. De Filiberto subjicit: *Et specialiter cenobii Gemegiensis, in territorio Rothomagensi. Cujus abbatiam quam ipse gerebat* (regebat) *ob tyrannidem Ebronii* (an non *Ebroini?*) *apostatæ reliquit. Apud Treverim, sancti Auctoris episcopi et confessoris.* Vide Auctaria x Augusti. Nisi duo diversi sint. *De Samuele. De Filiberto. Auctoris.*

HAGENOYEN. De Samuele longum ex sacris litteris commentarium texit, quem non vacat transcribere. In Porphyrio purus est. De Filiberto et Cordubensibus egit die præcedenti. Sic modo pergit: *Eodem die, depositio sancti Bernhardi, abbatis Clarevallensis in territorio Lingonensi. Hic ex nobilibus parentibus de Burgundia natus est, de patre Celmo et matre Aleyde religiosis. Hic quinque habuit fratres et unam sororem. Et ipse Bernhardus tertius in ordine erat filiorum, quem mater prævidit in utero ejus tanquam catulum totum candidum, et in capite ac dorso rasum, et maxime audivit latrantem. Hic cum esset adhuc puerulus, Christum in nocte Dominicæ nativitatis, quasi puerum nascentem de beata Virgine, vidit. Juvenis castitatem multum amavit, et monachus factus in vicesimo secundo anno ætatis suæ, totum se dedit patientiæ, abstinentiæ, humilitatis et caritatis* (operibus) *per omnes dies vitæ suæ. Hic perpetratis multis miraculis et multis descriptis libris, et monasteriis sui Ordinis centum et sexaginta ædificatis, anno sexagesimo tertio ætatis ejus obiit in pace, testamentum karitatis, humilitatis, patientiæ, abstinentiæ suis fratribus relinquens. Item in Anglia, sancti Oswini regis et martyris. Treveris, sancti Auctoris episcopi et confessoris.* *Bernardi cum elogio. Oswini. Auctoris.*

AQUICINCT. In fine addit: *Cainone castro, sancti Maximi confessoris.* Deinde calamo notabiliter recentiore: *Depositio sancti Bernardi abbatis.* Habes supra elogium satis longum. *Maximi. Bernardi.*

AMBIANEN. *Ipso die, sancti Bernardi, abbatis Clarevallensis.* *Bernardi*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Bernardi abbatis. Samuelis prophetæ. Porphyrii, qui sanctum Agapitum puerum erudivit. Philiberti, primo militis, postea abbatis.*

CLUNIACEN et ALTEMPS. *Cainone castro, sancti Maximi confessoris.* Fuit discipulus S. Martini Turonensis, Gallice vocatur *Même.* *Maximi.*

REG. SUEC. num. 128. *In partibus Burgundiæ, loco qui dicitur Claravallis, depositio sancti Bernardi abbatis.* *Bernardi.*

In VATICAN. num. 5949. Deest Samuelis et Filiberti. Adjicitur: *In Lucania, sancti Leoncii.* *Leoncii.*

UGHELLIAN. Deest Porphyrii. In fine: *In territorio Lingonensi, depositio beati Bernardi, primi abbatis Clarevallensis.* *Bernardi.*

FLORENTIN. *Sancti Bernardi..... Sancti Stephani..... Sancti Potiti pueri q. a* (puto velle dicere *qui passus est*) *in Apulia provincia, tempore Antonini imperatoris.* *Stephani. Potiti.*

BURDEGALEN. *Cainone castro, sancti Maximini confessoris.* Lege cum aliis, *Maximi.* *Maximi*

CODEX MONTIS SANCTI. *Ipso die, innovatur sanctorum confessorum Amati, Romarici, et Adelfi celebritas annua. Eodem die, translatio S. Gebetrudis.* Vide Castellanum pag. 785 et in Indice. *Amati, etc. Gebetrudis*

EDITIO LUBECO-COL. De Samuele, fere similis est BRUXELLEN. Sequitur: *In territorio Lingonensi, monasterio Clarevallis, depositio beati Bernardi, primi ejusdem loci abbatis et confessoris, viri vita, doctrina et miraculis gloriosi. Qui monasteriorum et monachorum extitit fundator et pater inclytus.* In Filiberto, Cordubensibus et Porphyrio satis pura est. Tum: *Treveris, beati Auctoris, episcopi et confessoris: qui in Brunswich per translationem requiescit. Ipso die, beati Stephani, regis Ungariæ, et confessoris. Item, commemoratio sancti Malachiæ episcopi et confessoris.* In Romano ponitur depositio III Novembris. *De Bernardo. De Auctore. Stephani Malachiæ*

BELIN. In Samuele purus, in Cordubensibus corruptus est. Rursus in Porphyrio purus, in Filiberto totum elogium expungit. Tum: *In Ungaria, civitate regia Albaregali, sancti Stephani regis, qui primus Ungaros ad fidem convertit.* In Bernardo similis est ANTVERP. et MAX-LUBEC. *Cainone castro, sancti Maximi confessoris.* *Stephani Maximi.*

GREVEN. *Oswini, regis provinciæ Deirorum et* *Oswini.*

martyris

martyris. Cujus instantem obitum (*ut scribit Beda lib.* 3) ***cum sanctus Aidanus episcopus prædiceret, non est, inquit, digna hæc gens talem habere rectorem.*** *In Lucania, sanctorum Valentiani et Leontii.* *Valentiani et Leontii.* ***Stephani, regis Hungariæ et confessoris. Qui ubi instantia uxoris suæ sanctissimæ Geisilæ, sororis sancti Henrici imperatoris, fidem Christi suscepit, industria sua populum suum ad idem induxit, plerisque operibus bonis, beato fine quievit. Treveris,*** *De Stephano.* *sancti Auctoris episcopi et confessoris, in Brunswich quiescentis. Julianæ virginis et martyris, ac aliorum quatuor.* ***Commemoratio sancti Malachiæ episcopi et confessoris.*** Vide supra. *Auctoris. Julianæ, etc. Malachiæ.*

MOLAN. De Samuele, aliis litteris textui inserit: ***Portantibus episcopis, et omnium ecclesiarum populis tanta lætitia occurrentibus, quasi viventem susciperent: ut de Palestina usque Calcedonem jungerentur populorum examina et in Christi laudes una voce resonarent.*** *Scribit sanctus Hieronymus in libro contra Vigilantium.* In fine: *In Hungaria, civitate regia Alba regali, sancti Stephani regis,* ***qui primus Hungaros ad fidem convertit***; ex BELINO, ut etiam facit in Bernardo et Maximo. *De Samuele.* *Stephani.*
Ipso die, sancti Auctoris Trevirorum episcopi Dein typis minoribus: *In Brunswyc quiescentis.* In Oswino GREVENUM describit. Sequitur: *Daventriæ, obiit beatus Gerardus cognomento magnus. Et in* ***Villario monasterio, Ordinis Cisterciensis, beatus Gobertus ex Comite Asperi montis, ibidem egregiæ sanctitatis monachus.*** Editiones aliæ præter dicta, de Samuele, etiam Bernardi annuntiationem textui admiscent. In fine, de Stephano, Maximo et Auctore, ut supra. ***In Anglia, sancti Osuini martyris, regis Deirorum. Cujus instantem,*** etc. Tum typis minoribus: *Daventriæ, obitus beati Gerardi cognomento magni, qui initium dedit Fratribus de communi vita. Villario monasterio, obitus Goberti, ex Comite Asperi montis, ibidem egregiæ sanctitatis monachus,* ut in editione priori. *Vuormatiæ, obitus Burchardi episcopi.* *Auctoris. Gerardi. Goberti. Osuini. Burchardi.*

XII *Kal.* *Die* 21.

In territorio civitatis Gavalitanæ, passio sancti Privati episcopi et martyris, qui passus est persecutione Valeriani et Galieni. Eodem die, natalis sanctorum martyrum Bonosi et Maximiani, quorum gesta habentur. Et in civitate Salona, sancti Anastasii martyris, qui pro confessione nominis Christi jubente Aurelio interemptus est. *Privati. Bonosi et Maximiani. Anastasii.*

Textus sumitur ex *Praten. Hermien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Solus Antverp-Major legit, *passus est sub persecutione*, reliqui omnes omittunt particulam, *sub.* Quod Munerat. habeat *Ganalitanæ*, typographi vitio tribuendum puto. Item *Bodosi*, pro *Bonosi.* Idem dic de *Maximi* pro *Maximiani* apud Greven., qui præterea cum Molano scribit, *quorum actus habentur.* Omnes ponunt. *Et in civitate Salona*, nescio cur Molan. expunxerit particulam, *in.* Hæret hic denuo Usuardus in confusione superius memorata circa nomina *Aurelium* in *Aurelii* contra quam Ado expressissime legat, ut supra diximus in Agapito XVIII Augusti: uter, an neuter præferendus sit, alibi discutiendum.

OBSERVATIO. *In Gavallis, vico Mimmatensi, passio Privati martyris*, inquiunt apographa Hieronymiana ultimo loco. Videri ad hæc possunt Notationes Florentinii, atque item Baronii ad Martyrologium Romanum. Rabanus ex Hieronymianis sua plane descripsit, nulla etiam dignitatis episcopalis facta mentione. Flori elogium et desideratam dignitatem, et tempus certaminis, et barbaros a quibus martyrio affectus creditur, disertius exprimit. Romanum parvum de Privato non meminit. Crediderim itaque ex Gregorio Turonensi sua sumpsisse Adonem, quæ cursim solum attingit, descripta a Nostro, exceptis duntaxat his verbis, *vico Minatensi*, pro quo legendum *Mimatensi*, ut ex laudato Gregorio aliisque a Baronio citatis, fusius suo loco deducemus. Opportunas suppetias feret Tillemontius tomo 4 a pag 221, ac in notis a pag 651. Wandelbertus unico suo versiculo, unum Privatum hodie exornat: *Privati.*

Martyris hinc duodena Privati sanguine fulget.

Bonosus et *Maximianus* ab antiquioribus omnibus præteriti, nescio unde in Adonis notitiam primum devenerint, a quo in sacris Fastis consignati sunt iisdem ipsis verbis, quæ ex ipso ab Usuardo desumpta, in indiculo nostro dedimus. Idque adeo mirandum magis, quod idem Ado diserte asserat, eorum *Acta haberi*, quæ tamen eum numquam vidisse, inde indubitatum redditur, quod nec verbum ex iis proferat, nuda producens nomina, ex quibus nec de loco martyrii, nec de tempore quidquam conjicere valeas. Fatetur Baronius, ea suo tempore, et nos fatemur, a Majoribus nostris nusquam fuisse reperta, unde summæ debentur gratiæ Theodorico Ruinartio, qui ipsa ex codicibus Mss. monasterii B. Mariæ Silvæ-majoris in diœcesi Burdegalensi eruta, primus inter sincera et selecta in lucem extulit a pag. 663, ubi et eadem eruditis observationibus hinc inde illustrat. Porro ex Actis illis colligitur, diem XXI Augusti, quasi pro arbitrio ab Adone selectum esse (an Castellanus recte XX Septembris prætulerit, æque ferme incertum est.) Palæstram autem, Antiochiam fuisse, tyrannum, Julianum Comitem, imperatoris apostatæ avunculum, et ipsum apostatam, Christianis infensissimum; Martyres vero illos, professione milites, *Labari* Christiani causa, quod illud in paganum mutare constanter abnuerent, dire excruciatos, demum alterius ex his nomen, non *Maximianus*, sed *Bonosi et Maximiani.*

Maximilianus exprimendum, hic paucis indicasse sufficiat. Vide interim Tillemontium tomo 7, a pag. 406, et 739. — Romanum parvum de solo *Anastasio* hac die agit : *Salonæ. Anastasii martyris.* Pluscula suggerit Ado ex Actis sancti Agapiti, ubi *Cornicularius miles* dicitur. Usuardus non plura descripsit, quam in laterculo exhibuimus, priori et superius indicatæ mutationi insistens, in nominibus *Aurelii* et *Aureliani.* Plura ex præfato Adone dabunt Auctaria. Quod die præcedenti de Porphyrio observatum est, hic de Anastasio plane recurrit, nam in citatis Venantii Lectionibus, *Cornicularius* idem, qui hic ab Adone refertur, ubi ex demirata Venantii constantia conversus est, ponitur que in Martyrologio Romano moderno XI Maii. Plura in Actis memorabimus, ubi *Anastasius Salonensis* procul dubio ab hoc Corniculario distinguendus erit, et ex Heronymianis ponendus XXVI Augusti, quo die coronatum asserunt Acta citata apud Tillemontium tomo 5. pag. 148. Ceterum clarissime hic denuo apparet, Adoniana et Usuardina, quæ recitavimus, esse omnia.

AUCTARIA.

ROSWEYD. Textui puro subdit : *In Hispaniis, sancti Juliani martyris cum aliis quatuor.* Variant codices.

PULSANEN. In textu etiam purus, adjungit in fine : *Eodem die, consecratio altaris beati Andreæ Apostoli.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Addunt : *Item Quadrati episcopi.* Vide Martyrologium Romanum et notam Baronii huc spectantem.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. In prima et secunda puri, sic tertiam ex Adone adornant : *In civitate Salona, sancti Anastasii martyris. Qui cum esset miles et videret sanctum Agapitum inter tormenta Christum fortiter confitentem, exclamans, ait : Magnus est Deus Christianorum et non est alius præter eum. De quo præses cum nuntiasset Aureliano imperatori, jubente ipso interemptus est.* Dein in fine : *Item, sancti Quadrati episcopi.*

CENTULEN. *In territorio civitatis Gavalitanæ, sancti Privati episcopi et martyris, qui passus est sub Gallieno. Eodem die, sanctorum martyrum Bonosii et Maximiani.*

BRUXELLEN. In tribus primis annuntiationibus, ANTVERP-MAX. et ceteris codicibus haud absimilis, subjungit : *Et in Hispaniis, natale sanctorum martyrum Julii et Juliani. Et sancti Quadrati episcopi. Et beati Flori abbatis, discipuli sancti Mauri abbatis.*

HAGENOYEN. *In civitate Gavalitana, in territorio ejusdem, passio sancti Privati,* etc., ut in textu. *Item, sancti Quadrati episcopi.* In Bonoso et Maximiano purus est. De Anastasio ferme ut supra ex ANTVERP-MAX. etc. Demum : *Romæ, sancti Antonii martyris, qui cum Christianum* (se) *libere fateretur, jubente Vitellio judice, capitali sententia damnatus est, itaque Aurelia sepultus.* Vide die sequenti.

AQUICINCT. In fine : *Item sancti Quadrati episcopi.* Vide die superius dicta.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Privati episcopi et martyris. Bonosii et Maximiani martyrum. Anastasii martyris.*

VATICAN. num. 5949. Adjicit : *Natalis sanctorum Valentii et Leoncii in sancta Sophia. In Hispania, sanctorum Julii, Juliani, Vincentii, Augurii, Fructuosi. In Sardinia, sancti Quadrati episcopi.* In aliis deest positio.

UGHELLIAN. *Item Quadrati episcopi.* Idem sæpius recurrit, ut vide supra.

FLORENTIN. *Apud Sardiniam, civitate Carilitana, passio sanctorum martyrum Russoris* (MEDIC. *Ruxoris*) *Caselli et Camerini, sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, præsidente Dalasio præside.* Adjungit STROZZIAN. *Passi sunt pro Christo. Caput autem sancti Russoris inde translatum Florentiæ, positum est in ecclesia omnium Sanctorum.* Vide et martyrum et locorum nomina melius in Romano expressa. Quanti autem facienda sint, quæ occasione *Luxorii* et *Camerini* a Tamayo hoc die corrasa sunt, dicet Cardinalis Aguirrius apud Papebrochium in Resp. art. 18 num. 42.

EDITIO LUBECO-COL. *In territorio civitatis Gavalitanæ, vico Minacensi, passio,* etc. Sequitur de Anastasio, ut ANTVERP-MAX., etc., supra. In Bonoso et Maximiano pura est. Denique : *In ipso die, sancti Quadrati episcopi et confessoris.*

BELIN. Incipit : *Natale sanctorum martyrum Lusorii, Ceselli et Camerini.* Si hæc ex FLORENTIN. accepta sunt, polita videntur nomina. In Privato satis purus est. Sequitur : *Eodem die, sanctorum martyrum Bonosii, Maximi et Maximiani, quorum,* etc. In Anastasio purus, subdit in fine : *Item Quadrati episcopi.*

GREVEN. *Juliani et aliorum quatuor martyrum. Item, sanctorum martyrum, Lusorii, Ciselli et Camerini. Quadrati episcopi et confessoris. In Alexandria, Contæ nobilis Quiriacæ, matronæ Romanæ et martyris in Wesalia superiori quiescentis.*

MOLAN. In Lusorio et sociis BELIN. aut GREVEN. descripsit. Tum : *Item Quadrati episcopi.* Dein typis minoribus : *Quiriacæ, matronæ Romanæ, et martyris in Uvesalia superiori quiescentis, apud Carmelitas, de qua in passione beati Laurentii.* Editiones posteriores, BELIN. pressius imitatæ, aliis litteris textui præfigunt : *Natale sanctorum martyrum Lusorii, Ciselli et Camerini.* In fine de Quadrato, ut in prima editione. Tum : *Et sancta martyris Bassæ. Romæ in agro Verano, sanctæ Cyriacæ martyris; quæ in Vuesalia, translata quiescit.* De Cyriaca et Bassa vide Romanum, ubi utriusque elogia invenies.

XI *Kal.*

XI *Kal.* **Die 22.**

Romæ via Ostiensi, natalis beati Timothei martyris, qui tentus ab Urbis præfecto, et longa carceris custodia maceratus, cum sacrificare idolis noluisset, tertio cæsus et gravissimis suppliciis attrectatus, ad ultimum decollatus est. Eodem die Augustuduni, sancti Simphoriani, tempore Aurelii imperatoris, qui cum idolis sacrificare nollet, primo verberibus affectus, deinde carceri mancipatus, ad ultimum cæso capite martyrium consummavit. In portu Romano, sanctorum peregrinorum martyrum Martialis, Epicteti, Saturnini, Aprilis et Felicis cum sociis eorum. Item Romæ, sancti Antonii martyris, qui, cum se Christianum libere fateretur, jubente Vitellio judice, capitali sentientia est damnatus, viaque Aurelia sepultus.

Timothei. — *Symphoriani.* — *Martialis et soc.* — *Antonii.*

Ita *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molanus*

VARIA LECTIO. In Greven. est *Hostiensi*, in Antverp-Maj. et Rosweyd. *Ostensi*. In Herinien. et Antverp-Maj. *Thimothei*. Item in eisdem et Rosweyd. *tercio*. Antverp-Maj. post *cæsus*, omisit particulam *et*. Quodque maxime notandum est, Greven. et Molan. *præfecto* addiderunt nomen, *Tarquinio*, quod etiam faciunt codices recentiores ; ast Usuardum illud expunxisse, indubitatum videtur. Herinien. pro *attrectatus*, habet *adtractatus*, pejus Antverp-Maj. *attractus*. Omnes scribunt *Augustudini* vel *Augustuduno*. Munerat. et Molan. *Symphoriani* ; ceteri simpliciter cum textu. Iterum conveniunt vetusti codices in *Aurelii*, licet Ado posuerit *Aureliani*. Nota, Muneratum post *Symphoriani*, adjicere *martyris*. Scribit hic etiam cum Antverp-Maj. et Greven. *Marcialis* ; item *Epictei* cum eodem Antverp-Maj. et Rosweydo ; Greven. legit, *Epiceti*. De *Dampnatus* dixi alibi. Rosweyd. postponit *est*, Antverp-Maj. in finem rejicit. Greven. et Molan. phrasim nonnihil in principio variant ; *qui, cum se libere fateretur Christianum.* Et præterea Molan. pro *Antonii*, scribit *Anthonini*.

OBSERVATIO. Hodiernum laterculum totum ex Adonianis verbis, servato annuntiationum ordine, contextum est ; altius tamen repeti potest prima earum scaturigo. Atque ut a prima exordiar, *Timothei* illustrissimi sane martyris commemoratio miro consensu vetustis Kalendariis, Bucheriano, Carthaginensi, Allatiano, Frontoniano, Gregorii Sacramentario et Martyrologiis omnibus inserta est. Illum itaque celebrant Hieronymiana, sed cum titulo *discipuli Pauli Apostoli*, quam confusionem Florentinius in Notationibus expendit et explicat ; sed dubiæ plenum opus est aleæ. Clarius loquuntur Beda, Rabanus, Romanum parvum, Ado et Wandelbertus. Primus ei elogium concinnavit laudatus Beda, descriptum a Rabano, ab Adone modice decurtatum, ex hoc a Nostro eleganter contractum, sicut textus supra exhibet. Qua fide nitatur Timothei hujus historia, hic non disputo, certe cum ex Actis sancti Silvestri acceptam fateantur et Beda et Ado, de ejus veritate facile statuet eruditus lector, salva semper antiquissimi et celeberrimi cultus integritate ; si modo et Kalendaria et Martyrologia eumdem ipsum Timotheum in Actis sancti Silvestri memoratum consignent, quod equidem hactenus satis aperte perspicere nequeo. Multa occasione Timothei, notavit hoc die Baronius, sed quæ nostram hanc difficultatem non tangunt. Nonnulla delibat Tillemontius tomo 2 pag. 618, verum plura alia in Actis erunt discutienda. Quod nostri hic officii est, Wandelberti versus, qui hanc et sequentem annuntiationem complectuntur, subjicimus :

Timothei.

Undecimam Romæ Timotheus passus honorat,
Æduatumque suum celebrat plebs Symphorianum ;
Mater quem Christo pariter moritura dicavit.

Non minus inclyta est et certioribus Actis suffulta jam laudati *Symphoriani Augustodunensis* memoria, quæ quidem in vetustis Kalendariis signata non est, nihilo tamen minus et notissima et in Galliis celebratissima. Ejus meminerunt codices Hieronymiani ; item Beda et totidem verbis Rabanus. Florus breve elogium addidit, temporis notas definiens sub *Aureliano imperatore* et *Heraclio Consulari* ; et ipsas easdem servat Ado ex Actis a Mombritio et Surio vulgatis, atque a Baronio probatis, procul dubio acceptas. Acta ipsa apud nos exstant Mss. ; eorum inter Selecta editor et primigeniæ puritatis restitutor Ruinartius a pag. 69, prædictas temporis notas rejicit, et pro *Aureliani*, scribendum censet *Aurelii*, ut fecit Noster jam non semel, deserta Adonis lectione, a quo tamen reliqua sua omnia ad apicem transumpsit. Utra porro temporum ratio præferenda sit, non est hujus loci statuere. Legi potest Tillemontius tomo 3 a pag. 43, sed maxime a pag. 609, ubi de prædictis temporum notis ex professo disputat. Vide etiam Missam in Missali Gothico seu Gallicano apud Thomasium pag. 371. — *Peregrini martyres*, an ii vere sint, qui hic nominatim exprimuntur, dubium reddunt Hieronymiana apographa, quæ Florentinius conciliare conatur. Romanum parvum sic loquitur : *Et peregrinorum martyrum, Martialis, Epicteti, Saturnini, cum sociis eorum.* *Aprilem* et *Felicem* adjunxit Ado, præfixa positione ex Hieronymianis, in quibus et alia nomina confusius enumerantur, quorum

Symphoriani. — *Martyrum peregrinorum, Martialis, etc.*

indiculus

indiculus in Actis opportunius erit digerendus. Usuardus annuntiationem suam verbatim ex Adone descripsit. *Antonii.* *Antonii martyris* vel *Antonini*, primus meminit auctor Romani parvi, ex quo in Adonem transiit, elogio ex Actis sancti Eusebii adornato, cujus principium et finem Noster conjunxit, in omnibus, ut supra dicebam, plane Adonianus.

AUCTARIA.

Octavæ Assumptionis — PULSANEN. Incipit : *Octava beatissimæ Dei genitricis et Virginis Mariæ.* In Timotheo purus est, et in Symphoriano, usque ad, *Aureliani imperatoris.* Desunt reliqua omnia.

Idem — ANTVERP. et MAX-LUBEC. In textu satis puri, subdunt : *Et Octavæ sanctæ Dei genitricis Mariæ.* Varia est variorum codicum phrasis.

Idem — ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Textui præponunt : *Octava Assumptionis sanctæ Mariæ.* Legunt, *præfecto Tarquinio* ; et pro *Antonii*, substituunt *Anthonini.*

Hippolyti — ALBERG. et DANIC. Superioribus similes sunt, sed præterea ante *in portu Romano*, textui interserunt : *Item, natale beati Ypoliti martyris.* De quo Usuardus die sequenti.

Octavæ Assumptionis — LOVANIEN. Orditur etiam ab *Octava Assumptionis*, etc. In Timotheo purus est. Symphoriani elogium resecat. Rursus in Portuensibus purus, Antonii elogium expungit.

De Octava Assumptionis — CENTULEN. *Octavæ beatæ et gloriosæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, quæ superno nuntio clarificata et Spiritu sancto fœcundata, ab eo qui de illa carnem suscepit, præ omnibus sublimata in æternum veneratur benedicta. Romæ, sancti Tymothei martyris. Augustuduni, sancti Symphoriani martyris, temporibus Aureliani. Item Romæ, beati Antonii martyris. In portu Romano, martyrum peregrinorum, Marcialis, Epicteti, Aprilis et Felicis cum sociis eorum.* *Textus contractus*

Octavæ Assumptionis — BRUNFELLEN. *Octava Assumptionis beatæ Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi.* In beato Timotheo describit Bedæ elogium. In tribus aliis satis purus est. In fine subjungit : *Remis civitate, natale martyrum quinquaginta. Et translatio corporum, sanctorum Hylarii episcopi et confessoris, Innocentii martyris, et sancti Peregrini episcopi et martyris in basilica sancti Dyonisii.* *Martyrum 50* *Translatio Hilarii, etc.*

HAGENOYEN. Incipit ab Octava Assumptionis, ubi historiam subjungit, quam majori auctoritate firmatam velim. Tum : *Romæ via Ostiensi, natale beati Timothei martyris, qui sub persecutione Neronis, tentus est a Tarquinio urbis præfecto, et longa carceris custodia est maceratus, et cum idolis sacrificare noluisset, tertio est cæsus, et gravissimis est pœnis attrectatus, et viva calce vulnera ejus sunt aspersa, et martyr Dei gratias egit Deo. Tunc duo sibi angeli dixerunt : Respice sursum, et vidit coronam sibi præparatam in manu Domini, et sic decollatus est. Eodem die, sancti Apollinaris martyris, qui vidit gloriam sancti Timothei, et ideo se baptizari fecit, et cum eodem Timotheo decollatus est.* Satis patet confusio, nec explicatione mea indiget. Vide die sequenti. De Symphoriano post *imperatoris*, ita habet : *Qui in juventute sua tam gravis erat in moribus suis, ut serrorum* (seniorum) *vitam anticipare videretur. Hic cum statuam Veneris adorare nollet, primo sub Eraclio præfecto verberibus afficitur, deinde carceri mancipatur, et ad ultimum capite punitur. In portu Romano, sanctorum peregrinorum martyrum, Marcialis, Epycteci*, etc., pure. *De Timotheo.* *Apollinaris.* *De Symphoriano*

Octavæ Assumptionis. — MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Octava Assumptionis beatæ Mariæ. Timothei et Symphoriani martyrum.* In margine notatur : *De isto Timotheo legitur in vita B. Silvestri.* Sequitur : *Martialis confessoris.* Et rursus in margine : *Martialem confessorem alibi non invenies.* Pergit textus : *In portu Romano, sanctorum Peregrinorum martyrum, Martialis, Epicteti et sociorum eorum decem.* Hæc clarius in textu expressa sunt. *Martialis Confessoris.*

Translationis Peregrini, etc. — REG. SUEC. signatus num. 428. *Eodem die, translatio corporum sanctorum in cœnobio sancti Dionisii : hoc est, Peregrini, Patrocli, Innocentii atque Hilarii episcopi et confessoris.*

Andreæ. — FLORENTIN. *Sancti Andreæ diaconi, et ministri sancti Donati de Scotia, episcopi Fesulani, cujus corpus honorifice sepultum est in monasterio sancti Martini de Mensola* (MEDIC. *Lamensola*) *in territorio Florentino.*

Medardi et soc. — SALINENSIS. *In Galliis civitate Augustoduno, natalis sanctorum Medardi et Æmiliani cum fratribus suis octo.*

Mauri et 50. — REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Remis, passio sanctorum Mauri presbyteri et cum eo quinquaginta martyrum.*

Octavæ Assumptionis. *De Timotheo.* — EDITIO LUBECO-COL. *Octava Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ. Romæ, via Ostiensi in cimiterio ejusdem, natale beati Timothei martyris. Qui tempore Melchiadis Papæ de Antiochia venit Romam, et postquam ibidem per annum et tres menses prædicasset et multos ad fidem Christi convertisset, tentus est... et juxta Apostolum Paulum per sanctum Melchiadem Papam et sanctum Silvestrum devote sepultus est.* De Symphoriano, post *consummavit*, subdit : *Qui cum ad locum decollationis duceretur, mater ejus de muro exclamans, ait : Nate, nate, memento æternæ vitæ, respice sursum, et regnantem in cœlo intuere ; tibi vita non tollitur, sed in melius commutatur. Et tali reformatione animatus, ut ovis in sua infantia puer ad victimam ductus est, quo decollato, honorifice est sepultus.* In Portuensibus, pura est. *Item Romæ, sancti Antonini martyris et carnificis. Qui cum*, etc. *Xonis civitate Galliæ, sanctorum quinquaginta martyrum.* Iidem sunt, ni fallor, qui supra Remis adscribuntur. Vide GREVENUM. *De Symphoriano.* *Antonini.* *Martyrum 50.*

Octavæ Assumptionis. Hippolyti. — BELIN. Initio et fine excedit. Incipit enim : *Octava Assumptionis Virginis Mariæ.* Et in fine adjicit : *Item Romæ, sancti Hypoliti martyris.*

Octavæ Assumptionis. *Mauri et 40* *Martyrum 50.* — GREVEN. *Octavæ Assumptionis gloriosæ Dei genitricis et Virginis Mariæ. Mauri presbyteri et martyris aliorumque quadraginta* (prior editio, *sexaginta*, sed scribendun XLIX.) *Xonis civitate Galliæ, sanctorum martyrum quinquaginta.*

MOLAN. De Timotheo aliis litteris in textu ex Adone miscet : *Scriptum invenitur in historia sancti Silvestri.* De Antonio, totum ferme Adonis textum describit. In fine : *Octava Assumptionis Virginis Mariæ. Romæ, sancti Hippolyti martyris. Remis civitate Galliæ, beati Mauri et cum eo quinquaginta martyrum.* Deinde minoribus typis : *Apud Montem Falconis, in civitate Mevania, depositio beati Jacobi de Blanconibus, qui vita, moribus, miraculisque clarus, senio jam confectus, et sanguine ex crucifixi imagine fluente, facie, vestibus, manibusque conspersus, migravit ad cœlum* MCCCI. *Cujus* *Hippolyti.* *Mauri et 50* *De Jacobo de Blanconibus.*

corpus

corpus necdum permisit Dominus videre corruptionem, sed sanguinem Domini nostri adhuc in manu reservat. Editiones aliæ vitiatæ sunt. Præfigitur aliīs litteris, *Octavæ*, etc. Sed pejus textui tribuitur, secundo loco : *In portu urbis Romæ, sanctorum Hippolyti*, Italice *qui dicitur Nonnus, et sociorum. In Ostia, natalis sanctorum*, typis Romanis, *Quyriaci et Archelai*. Reliqua, ut in priori editione. In fine : *Remis civitate Galliæ, natalis sancti Mauri martyris cum sociis suis. Qui a Roma cum beato Timotheo Remos veniens, postquam verbum Dei ibidem disseminans, Apollinarem cum aliis pluribus baptizasset, a Lampadio præfecto cum sociis Sanctis, quos baptizaverat, decollatus est. Die vigesima secunda, sancti martyris Agathonici.* Hæc ex solito fonte Græco.

Hippolyti et soc. — *Quiriaci et Archelai.* — *D. Mauro, etc.* — *Agathonici.*

X *Kal.* *Die* 23.

Natalis sanctorum martyrum Donati, Restituti, Valeriani, Fructuosæ cum aliis duodecim, qui præclarissimo confessionis honore apud Antiochiam coronati sunt. Eodem die, beati Zachei episcopi, qui quartus a Jacobo, Hierosolimorum ecclesiam clarissime rexit. Apud Liciam civitate Egea, sanctorum Claudii, Asterii et Neonis, qui post acerba tormenta cruci affixi sunt. In portu urbis Romæ, sanctorum Ypoliti, Quiriaci et Archillai. Alexandriæ, sancti Theonæ episcopi venerabilis et vere Deo digni. Item natalis sanctorum Timothei et Apollinaris, qui apud Remensium urbem consummato martyrio cœlestia regna meruerunt. Lugduno Galliæ, sanctorum martyrum Minervii et Eleazari cum filiis octo.

Donati et soc. — *Zachæi.* — *Claudii et soc.* — *Hippolyti et soc.* — *Theonæ.* — *Timothei et Apollinaris.* — *Minervii et Eleazari, etc.*

Soli puri sunt *Hermien. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Zachei*, simpliciter scribunt omnes, excepto Molan. Male legit Munerat. *Hierosolimorum ecclesia clarissime claruit. Liciam, Egea, Hippoliti*, etc., ut alibi. Ceteri Munerati errores ferme scriptorii sunt, ut *Neronis*, pro *Neonis, afflixii, Achillei, vero* Deo digni, *Appollinaris, Minervi*, etc., ubi deest conjunctio *et*. Greven. et Molan. contra communem omnium codicum lectionem scribunt, non, *cum filiis*, sed, *cum aliis octo*, non advertentes nomen *Eleazari* esse muliebre, ab *Eleazarum*, ut *Glycerii* a *Glycerium*, *Eustochii*, ab *Eustochium*, etc.

OBSERVATIO. *Antiochenorum* pugilum memoriam, Adonis Martyrologio antiquiorem, hoc die non invenio, nec alium habuit fontem Usuardus, ex quo sua ita hausit, ut nec syllabam mutaverit. Quærimus Adonis fontem, sed nihil hactenus reperire licuit. — *Zachæi episcopi* meminit Romanum parvum, forte ex Rufino lib. 4 cap. 5, sed neglectis characteristicis omnibus, quis Ado apposuit, et ex eo rursus singulis transtulit Usuardus. — De sequenti classe nihil memorant aut Romanum parvum aut Ado. In Hieronymianis purioribus solum exprimuntur *Claudius, Asterius* et *Neon*, quos et nos supra retulimus, et ex illis acceptos non dubitamus. Martyrii genus ex Actis proconsularibus profluxisse necesse est, quæ pridem a Surio hoc die, et a Baronio ad annum CCLXXXV a num. 3; recentius a Ruinartio vulgata sunt. An ea integra et genuina viderit Rabanus, dum elogium suum composuit, non satis liquet; cum de crucis supplicio, quod a Floro ex præfatis Acta diserte asseritur, nec verbum faciat. Mulieres tamen *Domninam*, vel ut alii *Donuinam* et *Theonillam* ex illis a Rabano sumptas existimo, quas nescio quis Pratensi codici, corrupto textu, inserendas putavit. Id mihi indicavit oculatissimus inspector Clar. Castellanus, observata in eo codice erasione inter *coronati sunt*, et *Alexandriæ*, utrimque exclusive, qua scapello inducta sunt omnia, quæ in nostro textu habentur, eaque superscripta, quæ in Auctariis primo loco referemus. Suspicor ego, correctorem illum, laudatum Rabanum sequi voluisse. Utcumque sit, Pratensi codici hic consentiunt consueti ejus comites Antverp-Major et Rosweyd. cum ipso ex purorum numero exclusi, quibus et Aquicinctinus forte similis est, ut infra dicam. De *Lycia*, seu potius *Cilicia*, aliisque circa hosce martyres controversis, vide Florentinii Notationes et Ruinartii sincera et selecta a pag. 278. — Major difficultas est in iis quæ spectant *Martyres Portuenses* et *Ostienses*, in Hieronymianis discretos, in Romano parvo conjunctos et confusos hoc modo : *Romæ, Hippolyti, Quiriaci et Archillai*; Ado legit : *In Portu Romano*; Noster hujus descripsit omnia. De *Hippolytorum* identitate et varietate actum est non semel, præsertim XXX Januarii et XIII Augusti, et plura alibi examinanda supererunt, nimirum : utrum hic noster pridie colendus, an *Nonnus* ad distinctionem appellandus, solusque in Portu Romano passus sit? Utrum duo alii, *Ostiæ*? An eorum socii, *peregrini* martyres hesterni? Demum, an hic *Hippolytus* fuerit *episcopus*, et quidem magnus ille et scriptis inclytus? atque alia id genus ambiguæ disquisitionis, operosius suo loco pertractandæ, cujus prima semina apud Baronium et Florentinium hoc et aliis diebus invenies. Magni Hippolyti res gestas et scripta diligenter collegit Tillemontius tomo 3 a pag. 238. Cetera superius abunde pro instituti hujus nostri ratione dicta sunt. — Romanum parvum scribit *Theonæ episcopi*, breve elogium aptavit Ado, cujus priorem partem Noster desumpsit. Videsis Chronologiam nostram Patriarchalem a num. 173. — De *Timotheo* et *Appolinare* agit etiam Florus, sed Usuardus nihil in Adonianis verbis mutandum censuit. Utrum ad Hieronymiana pertineant, dicet Florentinius. Vide quæ de ipsis habet Surius ex Gregorio Turonensi. Longiora Acta non desunt, sed quæ supposita videntur, in quibus de Mauro quoque et sociis

Donati et soc. — *Zachæi.* — *Claudii et soc.* — *Hippolyti et soc.* — *Theonæ.* — *Timothei et Apollinaris.*

agitur

Minervii, Eleazari, etc.

agitur, pridie inter Auctaria notatis. — Florentinium etiam consule super *Minervio* et *Eleazaro*. Usuardi textus non aliunde quam ex præfato sæpius Adone quærendus est ; atque inde statue, ex eo descripta esse omnia, præter annuntiationem unicam, de qua jam satis diximus. Wandelberti versus huc non spectat.

AUCTARIA.

Discrepat a textu.

PRATEN. Ex prætenso autographo verba, quæ habentur inter *coronati sunt* et *Alexandriæ*, cum abbreviationibus mihi descripsit Castellanus : *Apud Liciam civitate Egea, sanctorum martyrum Claudii, Asterii, Neonis, Dominicæ et Theonillæ, qui sub Lysia præside variis pœnis excruciati atque interempti sunt. In portu urbis Romæ, sanctorum Yppoliti, Quinti* (Quiriaci) *et Archillai. Eodem die, beati Zachæi, qui quartus ab Jacobo Hierosolimorum ecclesiam clarissime rex*, pro *rexit* propter spatii angustias, idque in ANTVERP-MAJORE ita prorsus transumptum est. Jam dixi, ROSWEYD. et ordine et sensu etiam concordare. De AQUICINCTINO paulo inferius.

cum suis sequacibus

PULSANEN. In Antiochenis et Zachæo purus, de Theona aliquid decerpens, sic habet : *Alexandriæ, sancti Theonæ episcopi, vere Deo digni.* Desunt reliqua omnia.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In textu puri, in fine subdunt : *Item Flaviani et Sydonii episcoporum.* Vide notulas Castellani.

Flaviani et Sidonii.

ANTVERP MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Initio præfigunt : *Vigilia sancti Bartholomei Apostoli.* In fine, addunt : *Item Flaviani et Sydonii episcoporum.* Cetera omnes puri sunt.

Vigiliæ Bartholomæi
Flaviani et Sidonii.

CENTULEN. *Natale sanctorum martyrum Donati, Restituti, Valeriani, Fructuosæ cum aliis duodecim, qui apud Antiochiam coronati sunt. Alexandriæ, beati Theonæ episcopi venerabilis et vere Deo digni. Eodem die, sancti Zachæi episcopi, qui quartus ab Jacobo Jerosolimorum rexit ecclesiam. Lugduno Galliæ, sanctorum martyrum Minervii et Eleazari cum filiis suis octo. In Portu urbis Romæ, sanctorum Ypoliti, Quiriaci et Achilei. Remis, sanctorum Tymothei et Apollinaris martyrum. In Licia civitate Egea, sanctorum Claudii, Asterii et Neonis, qui post dura tormenta cruci affixi sunt.*

Textus contractus et transpositus

BRUXELLEN. Ordinem invertit, sic incipiens : *Apud urbem Remensem, sanctorum Thymothei*, etc. In Zachæo et Antiochenis purus est. Pro *Theonæ*, scribit *Theonis*, additque in fine Adonis verba. *Qui beatum Petrum episcopum et martyrem in omni puritate enutrivit. Apud Egeam civitatem Liciæ*, etc. In Portuensibus etiam purus, ultimæ annuntiationi Adonis verba rursus subnectit : *Quorum corpora in cripta, quæ urbi ad Occidente imminet, condita habentur.* In fine : *Item Flaviani et Sydonii episcoporum.*

De Theona.
De Portuensibus.
Flaviani et Sidonii.

HAGENOYEN. Incipit : *Vigilia sancti Bartholomei Apostoli.* Sequitur textus, mutato non nihil annuntiationum ordine, sed de cetero satis pure. In fine : *Eodem die, sancti Flaviani episcopi et confessoris. Item, sancti Sydonii episcopi.*

Vigiliæ Bartholomæi
Flaviani.
Sidonii.

AQUICINCT. Post *Neonis* cum PRATEN. interjicit : *Dominæ et Theonillæ, qui sub Lysia præside, variis pœnis excruciati atque interempti sunt.* An etiam seriem mutaverit, notatum non invenio.

Dominæ et Theonillæ.

In fine autem additur : *Item, sanctorum Flaviani et Sydonii episcoporum.*

Flaviani.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Vigilia, Claudii, Asterii et Neonis fratrum martyrum et puerorum, quos judex per varia tormenta fecit crucifigi ; et cum eis passæ sunt duæ mulieres cum infantulo. Eleazari cum filiis.*

Vigiliæ Bartholomæi

UGHELLIAN. In fine : *Flaviani et Sidonii episcoporum*, ut supra ANTVERP. et MAX-LUBECANA.

Flaviani et Sidonii.

ALTEMPS. *In Scotia, sanctæ Ebbæ abbatissæ.* Colitur XXV Augusti.

Ebbæ.

STROZZIAN. *Eodem die, sancti Flaviani episcopi.* De Sidonio non meminit.

Flaviani.

CAUDIACEN. *Apud Caudiacum, natale sancti Ainandi et sancti Domnini martyris.*

Ainandi, etc.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Vigilia beati Bartholomei Apostoli.* Sequitur textus, in ordine nonnihil mutatus et interpolatus. In fine : *Augustoduno, beatorum Flaviani et Sidonii episcoporum et confessorum. Cenomanis, beati Victoris episcopi et confessoris.* An potius *Victorii*, qui colitur die I Septembris ?

Vigiliæ Bartholomæi.
Flaviani et Sidonii.
Victoris.

BELIN. In tribus primis ut cumque purus, quarto loco habet de Timotheo, etc. Sequitur : *Item Vigilia sancti Bartholomei Apostoli.* Tum de Lugdunensibus pure. *Alexandriæ, Theonæ episcopi.* Prima editio in fine solum addit : *Eodem die, sancti Flaviani episcopi.* Sed altera sic habet : *Eodem die, sancti Flaviani et Sydonis episcoporum.* Et licet die præcedenti egerit de S. Hippolyto, hic adjicit : *In portu urbis Romæ, sancti Hypoliti, Quiriaci et Achelaii.*

Vigiliæ Bartholomæi
Flaviani et Sidonii.

GREVEN. *Vigilia sancti Bartholomei Apostoli. Item secundum aliquos hic : Adæ primi hominis. Justi et Abundii martyrum. Agustuduni, sanctorum Flaviani et Sidonii episcoporum et confessorum. Cenomanis, Victoris episcopi et confessoris. Brumberti confessoris. In eremo Scythi. Theonæ abbatis. Civitate Egea, sanctæ Theonillæ. Osannæ virginis. Ebbæ virginis.*

Vigiliæ Bartholomæi
Adæ
Justi, etc.
Flaviani et Sidonii.
Victoris
Brumberti.
Theonæ abbatis
Theonillæ.
Osannæ.
Ebbæ

MOLAN. *Eodem die, sancti Flaviani episcopi. Et Sidonii episcopi. Eodem die, beati Fraubaldi abbatis et confessoris. Item, vigilia sancti Bartholomæi Apostoli.* Tum minoribus typis : *Quæ plerisque locis jejunii observatione celebratur. Item secundum aliquos hic, Adæ primi hominis, qui, et si in superbiam elatus et de pomo vetito comedens, se totum et suam propaginem, originalis peccati labe eam afficiendo et inficiendo, misere perdiderit ; per secundum tamen Adam eum a delicto suo eductum esse, atque vitæ æternæ gaudiis potiri, Catholica tenet Ecclesia.* Huc usque prima editio. In aliis solum adduntur sequentia : *Eodem die, sancti Flaviani episcopi Augustoduni. Arvernis, natalis sancti Sidonii episcopi. Cenomanis, beati Fraubaldi abbatis et confessoris. Die vigesima tertia, sancti Luppi martyris. Item Vigilia S. Bartholomæi Apostoli.* De ea etiam egerunt plerique alii codices superius citati.

Fraubaldi.
Vigiliæ Bartholomæi.
De Adamo.
Flaviani.
Sidonii
Luppi.

IX *Kal.*

IX *Kal.* *Die* 24.

Natalis beati Bartholomei Apostoli, qui apud Indiam Christi Evangelium prædicans, decollatione martyrium complevit. Hujus Apostoli sacratissimum corpus, primum ad insulam Liparis, deinde Beneventum translatum, pia fidelium veneratione honoratur. Eodem die, apud Cartaginem, trecentorum martyrum, qui passi sunt tempore Valeriani et Galieni : denique post supplicia sibi illata Christum Dei filium, Deum fatentes, in clibanum calcis accensum demersi sunt. Ex quo etiam candidatus ille exercitus beatorum, Massa candida meruit nuncupari. Civitate Rotomago, sancti Audoeni, confessoris seculum salubriter despiciens, sanctitatis merito episcopii adeptus est honorem. Nivernis, Patricii abbatis. *Bartholomæi.* *Massæ Candidæ.* *Audoeni.* *Patricii.*

Ex *Praten. Herinien. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Bartholomei scribunt codices omnes, excepto Molan. et forte Pratensi. S plura alia errata scriptoria recurrunt, quæ hic conjungo, ut : *Liparis, Cartaginem, Galieni, Rotomago*, etc. Munerat. pro, *denique post*, etc. posuit *deinde*, nihilo emendatiorem inde constructionem reddens, de qua vide Observationem et Auctaria. Idem male scribit *Musa candida*, pro *Massa candida*. Herinien. transposuit, *salubriter seculum despiciens*. Dubium est quid præferri debeat *episcopii honorem*, an *episcopi honorem* : primo modo scribunt Praten. Herinien. et Rosweyd., altero Munerat. Greven. Molan. et Antverp-Maj. Hic quidem nitidior est, ille seculum suum magis sapere videtur, quem proinde in textu reliquimus. Greven. et Molan. ante *Patricii* præfigunt, *sancti* ; reliqui titulum omittunt.

OBSERVATIO. *Bartholomæi Apostoli* festivitatem variis olim diebus celebratam fuisse præsertim a Græcis et quidem hoc tempore, non eodem ubique die in Ecclesia recoli satis constat. In Sacramentario Gregorii ponitur XXIV, in Kalendario Allatii XXV. Nec minus implexa et incerta sunt, quæ de ejus gestis circumferuntur, sed quæ ad præsens non attinent, uti nec quæ de translatione non ita pridem disputata sunt. Ceterum Hieronymiana apographa Bartholomæi, *in Persida natalem* diem referunt XIII Junii, et ibi codices nostri aliqui inter Auctaria de eo egerunt. Porro eadem Hieronymiana aliter hodie exprimunt : *In India, sancti Bartholomæi Apostoli*, quæ in vetustissimo Epternacensi, sequenti die leguntur. Utrum earum annuntiatio aliqua pro translationis solennitate accipienda sit, videatur Florentinius citatis diebus et ad Indiculum Apostolorum, item Baronius in Notationibus. In Beda hodie diserte legitur : *In India, natale Bartholomæi Apostoli.* Quem ferme sequitur Rabanus, nomen interpretans et *viventem a barbaris decoriatum* asserens. Romanum parvum sic ponit : *Bartholomæi Apostoli et martyris.* Ado in Martyrologio suo Bedæ similior est, sed breve elogium ab ipso inter festivitates Apostolorum digestum, Noster fere integrum inde descripsit. Quanti valeant encomia de Bartholomæo, composita, quorum unum edidit Surius, ex Tillemontio tomo 1 a pag. 387 et in notis eo reducendis facile intelliges, uti et alia ad translationes spectantia. Quæ in brevi notula de Apostoli vero nomine observat Castellanus, ab aliis operosius olim disquisita sunt. Solito longius Wandelberti metricum elogium, Genesium ex die sequenti, Apostolo subjungit, cum Audoeno, de quo infra : *Bartholomæi.*

Bartholomæus nonam exornat retinetque beatus,
India quo doctore Dei cognovit honorem,
Herculis et Bacchi insanis vix eruta sacris.
Hunc illum fama est varia pro sorte sepulcri,
Æoliam, Liparem, Beneventi et templa tenere.
Tum quoque Genesio resplendet martyre Roma,
Audoenum tumque pium Rothomagus honorat.

Massam candidam Carthaginensem, seu potius Uticensem, paulo forte obscurius memorant Hieronymiani codices XVIII Augusti, ubi legi possunt Florentinii commentaria. Verosimile est, eodem die recoli in Kalendario Carthaginensi. Hac die primum signata est a Romano parvo his verbis : *Massæ candidæ, Carthagini.* Martyrum numerum, verosimiliter ex Prudentio, ad trecentos extendit Ado, pro quo recte certat Baronius ex Pontio diacono ; aliis, ex S. Augustini sermonibus, minorem fuisse opinantibus. Unde porro martyrii genus et alias circumstantias acceperit laudatus Ado, non satis mihi liquet. Usuardus elogium ejus sic contraxit, ut duriorem reddiderit constructionem, utens adverbio *denique*, dum nihil præcessit, ad quod merito referri possit ; quæ procul dubio causa fuit, cur codicum aliquorum scriptores ad fontem recurrerint, ex quo purius loquerentur, ut ostendunt Auctaria. Huc spectant, quæ satis accurate de his martyribus notavit Ruinartius inter selecta pag. 199 et 518. Videatur etiam Tillemontius tomo 4 pag. 175 et 640. — Hieronymiano Lucensi præfixa est *Audeni depositio, Rodomo*, etc. Florus eamdem positionem servat, sed rectius *Audoeni* exprimit cum brevi elogio. Mosander eum Adoni adscripsit, Rosweydus expunxit, uter melius, problema est ; elogium certe qualecumque Usuardi proprium censeo. Plures servamus Audoeni vitas Mss., et inter has metricam unam. At quantum hæ omnes a Suriana distent, non est hujus loci discernere. *De Massa candida.* *Audoeni.*

discernere. Conferentur suo tempore cum iis, quæ tradunt editor historiæ abbatiæ regalis S. Audoeni lib. I, et Cointius variis annis a DCXXXIV ad DCLXXXIII, et DCLXXXVII. — Qui in fine adjicitur *Patricius*, ansam præbuit nonnullis codicibus eum cum Hiberniæ Apostolo confundendi. In additamentis Hieronymianis vocatur *Pectricius*, quod Florentinius corrigit. Galli nomen pronuntiant *Parrize*, unde non inepta formatione sequi videretur *Parrizius*. Hæc cursim notata sint, suo loco discutienda; sufficiat modo, verum, simplicem et genuinum Usuardi textum retulisse. *Patricii*

AUCTARIA.

Eptadii

CODEX PRATENSIS signatus apud nos littera B. Addit in margine : *Cerviduni, sancti Eptadii confessoris.*

Patricii et Gildardi

ANTVERP-MAJ. In textu purus est usque ad annuntiationem ultimam, quam ita amplificat : *In Hibernia, sancti Patricii abbatis et Gildardi confessoris. Qui Patricius, primus Hibernorum fertur Magister. Sed quia nec ipsos corrigere potuit, in peregrinationem perrexit; ad monasterium Glestingense pervenit, ibique vitam virtutibus clarescens finivit, quod et usque hodie mortua ipsius ossa contestari videntur.* Eadem habet, tantillo correctius codex AQUICINCTINUS.

De Bartholomæo.

ROSWEYD. *In India, beati Bartholomæi Apostoli, qui apud eamdem provinciam Christi Euangelium prædicans, primo vivus jussu Astiagis decoriatus, postea decollatus martyrium complevit. Cujus,* etc.

De Audoeno.

In Carthaginensibus purus, de Audoeno post *honorem*, addit : *Post multa miraculorum insignia, post talenta sibi credita fideliter dispensata, Domini sui intravit gaudia. In Britannia, monasterio Glestingensi, depositio sancti Patricii abbatis.*

De Patricio.

PULSANEN. In prima deficit, in secunda satis purus est. Tum : *Civitate Rotamagum, sancti Audoeni archiepiscopi et confessoris.* Desunt reliqua, ut hic codex plerumque contrahitur.

De Massa candida.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. In prima etiam satis puri, secundam sic annuntiant : *Eodem die Carthagine, trecentorum martyrum, qui passi sunt tempore Valeriani et Galieni. Ferunt enim, inter alia supplicia tunc a præside clibanum calcis accensum, et in ora ejus prunas cum thure exhibitas, et præsidem Christianis dixisse : Eligite unum e duobus, aut thura super hos carbones offerte Jovi, aut in calcem demergimini. Tunc trecenti viri fide armati ictu rapidissimo Christum Dei filium fatentes, se injecerunt in ignem et candidatus ille beatorum exercitus* MASSA CANDIDA *meruit appellari :* MASSA *propter numerum,* CANDIDA *propter meritum. Civitate Rotomago, sancti Audoeni episcopi et confessoris.* MAX-LUBEC. scribit *Ando.* In omnibus deest *Patricii.*

Patricii et Gildardi

CENTULEN. In prima satis purus, sic prosequitur : *Apud Carthaginem, sanctorum martyrum trecentorum, qui pro eo quod unanimiter et uno momento passi sunt, Massa candida nuncupantur. Civitate Rothomago, depositio sancti Audoeni archiepiscopi et confessoris. In territorio Nivernensi, sanctorum Patricii abbatis et Gildardi presbyteri confessorum.* Vide supra ANTVERP-MAJOREM.

De Massa candida.

BRUXELLEN. De Bartholomæo inserit : *Qui pro fide Christi excoriatus et post decollatus est. Cujus,* etc. In Carthaginensibus : *Post varia enim supplicia... consumpti sunt : unde ille beatorum exercitus Massa candida, massa quidem propter numerum, candida vero propter meritum solet appellari.*

De Audoeno.

In Audoeno satis purus adjicit : *Et cum ecclesiam Rothomagensem rexisset annos quadraginta, ipse nonagenarius feliciter migravit ad Christum.* De Patricio tacet.

De Bartholomæo.

HAGENOYEN. *Bartholomæi Apostoli, qui præ omnibus aliis Apostolis, solus nobilis fuisse describitur.* Mitto hujus generis reliqua. De trecentis Carthaginensibus similis ferme est ANTVERPIENSI, etc. De Audoeno et Patricio nihil.

Gildardi. Eptadii.

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. Post *nuncupari*, addunt : *In Galliis civitate Nivernis, sancti Gildardi presbyteri et confessoris. Item in eodem territorio, sancti Patricii abbatis. In territorio Aduæ* (Æduæ) *civitatis, Ternidono* (Cervidono) *monasterio, depositio sancti Eptadii presbyteri et confessoris.* Vide Auctaria XVI Aprilis.

Rigomeri.

DAVERON. *Cenomannis civitate, sancti Rigomeri presbyteri et confessoris.* Vide in Actis XVII Januarii, et primum bimestre Castellani.

Theodorici

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Bartholomæi Apostoli. CCC martyrum qui in clibanum post varia tormenta missi, unde Massa candida dici meruerunt. Audoeni Rothomagensis episcopi et confessoris. Theodorici abbatis, admirandæ sanctitatis viri.*

Ursini.

CISTERCIEN. S. Benigni. *Eodem die, beati Ursini martyris.* De quo agat, nescio.

Gildardi et Patricii.

REG. SUEC. num. 428. *Nivernis, sanctorum confessorum Gildardi et Patricii.*

Eptadii

CODEX DOMINI LE MARE. signatus A. *Eodem die, apud Servidunum, natalis sancti Eptadii confessoris.*

Rufini.

In VATICAN. num. 5949. Deest Audoeni et Patricii. Adjicitur : *Capuæ, natale sancti Rufini episcopi et confessoris.* In Romano est die XXVI.

Patricii et Gildardi.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In territorio Nivernensi, sanctorum confessorum Patricii abbatis et Gildardi presbyteri.*

Rigomeri. Patricii et Gildardi. Elisabeth.

EDITIO LUBECO-COL. In prima similis est ROSWEYD. In secunda, ANTVERPIENSI, etc. In Audoeno elogium expunxit. Tum sic pergit : *Cenomannis, beati Rigomeri presbyteri et confessoris. In territorio Nivernensium, beatorum Patricii abbatis et Geldeldi confessorum. Eodem die, beatæ Elisabeth matris præcursoris Domini.* Melius XXVI.

Rigomeri et Tenestinæ

BELIN. In omnibus similis ANTVERPIENSI, etc., in fine subdit : *Livernis,* (pro *Nivernis,*) *sancti Patritii abbatis.* Editio altera, addit : *In pago Cenomanico, sancti Rigomari confessoris, et beatissimæ Tenestinæ virginis.*

Gildardi. Sandradi. Theodorici. Rigomeri. Gregorii, etc. Domninæ. Engræ, etc. Ansoaldis. Elisabeth.

GREVEN. *Gildardi, alias Gildeldi, presbyteri et confessoris. Sandradi abbatis primi monasterii in Gladbach confessoris. Theodorici abbatis. Cenomannis, beati Rigomeri presbyteri et confessoris. Apud Samum insulam, sanctorum Gregorii, Theodori et Leonis confessorum. Qui tempore Constantii cum essent milites, persecutionem Arrianorum declinantes apud præfatam insulam Christo devotissime servierunt, simulque quieverunt. Domninæ martyris.* Quæ heri ponenda fuit. *Engræ virginis et martyris, cum aliis. Moalbodio monasterio, Ansoaldis virginis. Eodem die, sanctæ Elisabeth viduæ, matris præcursoris Domini.*

De Bartholomæo.

MOLAN. De Bartholomæo, post *prædicans*, aliis litteris inserit : *vivens a barbaris decoriatus est, atque jussu regis Astiagis, decollatione,* etc. Item

post

De Massa candida — post *nuncupari*, additur : *In quorum laudibus extant homiliæ sancti Augustini episcopi*. In fine :
Rigomeri — *In pago Cenomanico, sancti Rigomari confessoris.* Alii dicerent *Richmari*. Vide DAVERON. Editiones aliæ in textu eadem habent, et in fine item de Rigomero. Tum : *In Gladbach diœcesi Agrippinæ, sancti Sanderadi, ejusdem cœnobii primo abbatis. Die vigesima quarta, sancti hieromartyris Eutychis, discipuli sancti Joannis Theologi.* Dein typis minoribus : *Andaino monasterio, obiit Theodoricus abbas, anno* MLXXXV, *qui vivus et defunctus multis claruit signis ac virtutibus. Ejus corpus humo levatum Huguonistarum immanitate redactum est in cineres et favillas.* Vide Castellanum. — Sanderadi; Eutychis; Theodorici.

VIII *Kal.* *Die* 25.

Romæ, natalis sanctorum martyrum Eusebii, Pontiani, Vincentii et Peregrini, sub Commodo imperatore, qui primo in equuleum levati, nervis quoque distenti, ac deinde fustibus cæsi sunt, flammis circa eorum latera appositis; sed cum in laude Christi fidelissimi permanerent, plumbatis usque ad emissionem spiritus mactati sunt. Item Romæ, sancti Genesii martyris tempore Diocletiani Augusti, qui fustibus primo crudelissime cæsus, equuleo suspensus et ungularum diutissima laceratione vexatus, lampadibus etiam inflammatus, cum in fide persisteret, dicens: Non est Rex præter Christum, pro quo si millies occidar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non poteritis, martyrii coronam capitis obtruncatione promeruit. Eodem die, beati Genesii Arelatensis, qui exceptoris functus officio, cum impia, quibus Christiani puniri jubebantur, edicta nollet excipere, comprehensus atque decollatus, martyrii gloriam proprio cruore baptizatus accepit. In Hispania civitate Italica, sancti Gerontii episcopi, in carcere quiescentis. ¹

Eusebii et soc. — *Genesii Romani* — *Genesii Arelatensis* — *Gerontii*

Puri undequaque sunt sol. quatuor : *Praten. Antverp-Maj. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Præter sphalmata orthographica, quibus plerumque abundat Antverp-Maj. ut hic *Potentiani, eculeo, distensi*; post *cæsi*, deest *sunt*, post *lampadibus*, deest *etiam*; *michi, Aretensis, impii*, pro *impia*, *Christiana* pro *Christiani*, etc. Et præter *milies* quod omnes habent, excepto Greveno, notanda sunt duo : primum, idem Greven. et Molan. post *occidar*, immediate subjungunt, *ipsum mihi de corde auferre*, etc., omittentes præcedentia, *ipsum mihi de ore*; alterum est, quod Praten. et Rosweyd. legant : *Civitate Italica*, et ipsis suppar Antverp-Major : *In civitate Italica*; Greven. vero et Molanus : *In Hispaniis civitate Italica*, demum, Hermien et Munerat. in textu puri : *In Hispania civitate Italica*, quem scribendi modum prætulimus, sed ita, ut ab aliis phrasibus minime abhorrendum putemus.

OBSERVATIO. Romani parvi hodiernum segmentum tertio loco refert : *Romæ, quatuor martyrum Eusebii, Pontiani, Peregrini et Vincentii*, atque eodem etiam ordine ab Adone collocantur, addito Actorum, a Surio aliisque non semel editorum, compendio, quod Noster ad solitam suam brevitatem non ineleganter reduxit, primum eis in laterculo locum tribuens, transpositis duobus ultimis nominibus. Ab antiquioribus Martyrologis de eis non agi, certum videtur; fatente Florentinio, *Pontianum*, seorsim ab aliis, codici Lucensi a posterioribus superadditum. Quid de hisce Actis censendum sit, necdum audeo definire ; nonnulla invenit Tillemontius tomo 3 pag. 59, quæ displiceant etiam qua parte agunt de Julio Senatore, relato supra XIX hujus. Sed hæc alibi discutienda sunt.
Eusebii et soc.

Genesius ex mimo martyr illustrissimus a Kalendario Allatii et ab Hieronymianis ponitur XXIV Augusti. Item a Floro, qui eum in elogio suo ex Actis desumpto *militem* vocat. Denique et a Wandelberto, ut pridie ostendimus. Romanum parvum hac die expressius : *Romæ, Genesii martyris, mimi, Thymelicæ artis magister fuit*, hoc est theatricæ. Est etiam in Kalendario Frontonis et verosimiliter in Carthaginensi. Acta apud varios exstant sane miranda, novissime a Ruinartio edita a pag. 282, ex quibus patet, sincera Adonem et genuina præ oculis habuisse, dum ea fere integra Martyrologio suo inseruit. Usuardo satis fuit præcipua quæque ex Adone delibasse, quæ tamen solito prolixius deduxit ; Rabano ex præfatis Actis paucula satis jejune decerpente. Videri etiam possunt laudata Acta, Gallice a Tillemontio edita tomo 4 a pag. 418. — Sequitur *Genesius* alter Arelatensis, cum priori male a nonnullis confusus, ut explicat Florentinius ad Hieronymiana, in quibus hoc die consignatur, uti et a Floro, qui solum innuit, proprio sanguine baptizatum. Romanum parvum simpliciter legit : *Et sancti Genesii Arelatensis*. Pluscula ex pulcherrimis Actis, etiam a Ruinartio inter selecta reproductis a pag. 601, desumpsit Ado ; Noster rei totius medullam paucioribus complexus est. Videri potest Prudentii hymnus apud laudatum Ruinartium pag. 517 et Gregorius Turonensis in Miraculis cap. 68. Adi etiam, si lubet, Tillemontium tomo 5 a pag. 569. Nec displicebit unicus de hoc Genesio, Wandelberti versiculus :
Genesii Romani. — *Genesii Arelatensis.*

Octava hinc Arelas celebrat te, sancte Genesi.

Geront : *Gerontius* vel *Geruntius* antiquioribus omnibus Martyrologis incognitus est, nec satis perspicio, unde eum Usuardus accipere potuerit, nisi in Hispanico itinere notitiam ejus aliquam nactus sit, quam subinde dignam censuerit, quæ in Fastis sacris locum obtineret. *Tempore Apostolorum* vixisse aut prædicasse, nusquam innuit ; unde a Martyrologii Romani Reformatoribus, ex aliis documentis id adjectum fuisse oportet, de qua re videri tantisper potest Baronii notatio. Priora omnia ex Adone descripta ostendimus, hanc vero ultimam annuntiationem plane etiam Usuardinam esse, codices nostri omnino evincunt.

AUCTARIA.

HERINIEN. Toto textu purissimus, in fine subdit *In pago Viromandensi, natale sanctæ* *Hunegundis* *Hunegundis virginis.*

ROSWEYD. In textu nonnihil luxatus, de Genesio Arelatensi, post *necat*, inserit *Et ubi sanguis ejus cecidit, nata est ingens arbor Sichomorum.* *Gregorii* In fine adjicitur *Item natale beati Gregorii abbatis, Trajectensium episcopi et confessoris.* Errat hic Castellani notula.

PULSANEN. Hoc die Bartholomæi, satis pure. Deinde de Eusebio, etc., usque ad, *sub Commodo imperatore.* Desunt reliqua omnia.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Loco *Gerontii*, habent *In provincia Syriæ, sancti Juliani martyris.* *Juliani* Superiora pura sunt.

MUNERAT. Toto satis purus, in fine adjungit : *De Ludovico Rege.* *Item depositio beati Ludovici Francorum regis illustrissimi et gloriosissimi, de cujus corpus requiescit in cœnobio D. Dionysii in Francia, et caput ejus honoratur et colitur in sacrosancta capella palatii.* Phrasis hinc propria.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Toto textu puri essent, nisi ultimam annuntiationem omitterent, cujus loco hæc substituunt : *In provincia Syriæ, natale sancti Juliani martyris.* *Juliani.* *Item, natale sancti Ludovici confessoris regis Franciæ.* *Ludovici.* *Eodem die, sancti Gregorii episcopi Trajectensis et confessoris.* *Gregorii.* *In pago Viromandensi, natale sanctæ Hunegundis preciosæ virginis Christi.* *Hunegundis*

LOVANIEN. Eumdem habet defectum et eadem Auctaria, sed nonnulla elogia rescindit.

ALBERGEN. Incipit : *Natale sancti Ludovici regis et confessoris.* *Ludovici* Deest etiam ultima annuntiatio de Gerontio, cujus loco solum ponitur: *In provincia Syriæ, S. Juliani*, etc. *Juliani*

DANIC. A Priori solum differt, quod secundo loco interjiciat: *Parisius ad sancti Dionysii, beati Lodovici regis et confessoris.* *Ludovici*

Textus mutatus. CENTULEN. *Romæ, sanctorum Eusebii, Pontiani, Peregrini, Vincentii, tempore Commodi imperatoris sub judice Vitellio. Item Romæ, sancti Genesii martyris, qui sud Diocletiano passus est. Ipso die, S. Genesii Arelatensis, qui in ripa Rodani fluminis gladio percussus occubuit. In territorio Vermandensi, sanctæ Hunegundis virginis Christi.* *Hunegundis* *In Hispaniis civitate Compluto, sanctorum Justi et Pastoris martyrum* alia manu, *fratrum.* *Justi et Pastoris.* Vide de his supra vi Augusti. *Civitate Italica, sancti Gerontii episcopi, in carcere quiescentis. In Francia, sancti Ludovici regis Francorum, ac gloriosissimi confessoris.* *Ludovici*

BRUXELLEN. Incipit a Genesio Arelatensi, in quo nonnihil interpolatus est. Pergit : *Romæ, natale sancti Genesii militis et martyris. Quem cum vellet Dyoclesianus imperator a fide revocare, ille immotus perstitit, dicens : Non est Rex præter Christum, pro quo si millies occidar, ipsum michi ..... non poteris. Et cum imperator non proficeret, ipse illum post fustes, eculeum, ungulas et lampadas decollari præcepit.* *De Genesio.* In Eusebio et sociis purus est. *In Hispaniis civitate Ytalica, sancti Gereonis episcopi, in carcere quiescentis.* De Juliano, et Hunegunde, ut supra. *Juliani.* *Hunegundis* *Eodem die, depositio sancti Ludovici incliti regis Francorum, quem Papa Bonifacius VIII cathalogo Sanctorum asscripsit.* *Ludovici*

HAGENOYEN. In prima classe purus, sic prosequitur : *Item Romæ, sancti Genesii militis et martyris, tempore Dyocleciani Augusti. Qui in juvenili ætate tantum deridebat Christianos, quod avide omnia Ecclesiæ Sacramenta perscrutabatur, in libro scribens divina mysteria, jocum suis sociis idem proponens. Tandem conversus ad Dominum mirabiliter, primo fustibus*, etc., satis pure. *De Genesio* Sequitur, de Juliano, ut supra. *Juliani* Demum : *In Hyspania civitate Italia, sancti Gerontii*, etc. Deest annuntiatio Genesii Arelatensis.

AQUICINCT. Incipit : *Humularias, natalis sanctæ Hunegundis virginis.* *Hunegundis.* In fine : *In pago Lemovicino, sancti Aredii abbatis.* *Aredii.* Deinde calamo longe recentiori : *Ipso die, Parisius, elevatio beati Ludovici confessoris.* *Ludovici.*

VICTORIN. et REG.-SUEC. sign. num. 130. In fine : *Eodem die, beati Aredii abbatis.* *Aredii.* Vide Observationem die sequenti.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Ludovici regis Francorum.* *Ludovici.* *Gregorii episcopi Trajectensis tertii, nobilis genere, qui fuit successor beati Bonifacii, cujus et doctrina fuit eruditus; ejusque corpus est in ecclesia sancti Salvatoris.* *De Gregorio.*

BIGOTIAN. Sub nota numeri P. 5. *In Provincia Syriæ, sancti Juliani martyris.* *Juliani.*

REG. SUEC. signatus num. 428. *Apud Cartaginem, depositio beati Ludovici regis Franciæ, sanctitate et meritis gloriosi.* *Ludovici* Hic positio rectius signatur.

CODEX D. DU CHEVAL. signatus C. *In pago Lemovicino, sancti Arethi abbatis.* *Arethi*

In VATICANO notato num. 5949. Deest Gerontii. Nescio an cetera pura sint.

ALTEMPS. *Eodem die, sanctæ Hildæ virginis.* *Hildæ* Ab aliis ponitur XVII Novembris.

STROZZIAN. *Sancti Ludovici regis ..... S. Nemesii ..... hujus sacræ reliquiæ translatæ jacent in monasterio S. Mariæ angelorum.* *Ludovici* *Nemesii.* Forte legendum *Genesii*, ut vide BELIN. Quamvis et *Nemesius* aliquis hoc die colatur. Alii etiam FLORENTINI : *Romæ, sancti Lucii Papæ et martyris.* *Lucii PP.*

BIZUNTICEN. Post primam annuntiationem, adjicit : *Ex quibus Vincentius et Peregrinus, tempore Nicolai Papæ per Gerardum comitem Galliam sunt translati et in territorio Lingonensi in cœnobio sancti Petri, quod Pulteras dicitur, decenter reconditi.* *De Vincentio et Peregrino.* *Nota, in Chronico Autissiodorensi anno* DCCCLXV *dicitur, corpus sancti Eusebii repositum Pulteriaci, corpus vero sancti Pontiani, Vercelliaci.* De his plura suo loco.

EDITIO LUBECO-COL. *Colonia Agrippina, translatio brachii beati Annonis, archiepiscopi ejusdem civitatis et confessoris, de monte Sibergensi ad ecclesiam beati Georgii martyris.* *De brachio S. Annonis.* De Ludovico magnum

habet

habet elogium, quod brevius in GREVENO dabimus. In Eusebio et sociis, atque item in Genesio Romano, permodice interpolata est; in Arelatensi, pura. Scribit, *Geroncii episcopi et confessoris.* De Gregorio, addit: *Hic beatum Lebuinum Domini sacerdotem misit in Davantriam. Ipso die, sanctorum Aredii abbatis et Justini presbyteri ac confessoris. In Dacia, in ecclesia Roskildensi, translatio sancti Lucii Papæ et martyris. Romæ, passio beatorum Nemesii diaconi et Lucillæ filiæ ejus martyrum, sub Valeriano et Galieno decollatorum. Item, translatio sancti Adelberti episcopi et martyris.*

De Gregorio. Aredii et Justini. Translationis Lucii. Nemesii et Lucillæ. Translationis Adelberti.

BELIN. Incipit: *Romæ, sancti Lucii Papæ et martyris.* In Eusebio et sociis purus est. Tum: *Item Romæ, sancti Nemesii*, pro *Genesii*, etc. In Arelatensi satis purus est. *In provincia Styriæ*, pro *Syriæ*, etc. In Gerontio, purus est. In fine: *Item Parisius, sancti Lodovici confessoris, regis Franciæ.* Altera editio superaddit: *In pago Lemovicensi, sancti Aredii confessoris.*

Lucii PP. Nemesii. Juliani. Ludovici. Aredii.

GREVEN. *In Syria, Juliani martyris. Romæ, passio sanctorum Nemesii diaconi et Lucillæ filiæ ejus, quos Usuardus habet pridie Kalend. Novembris, die scilicet, quo corpora eorum a sancto Sixto sunt elevata. Quinque fratrum martyrum, videlicet Benedicti, Johannis, Mathei, Isaac et Cristini.* De Gregorio, fere ut EDITIO LUBECO-COL. *Turribii et Gundanisoli episcoporum Cenomanensium et confessorum. Secundum alios vero* IX *Kal. Augusti. Item juxta Cathologum Sanctorum hic, Titi Cretensis episcopi, quem Usuardus habet pridie Non. Januarii. Apud civitatem Agathensem, sancti Severi abbatis, qui regali Sirorum genere ortus, divitiis magnis contemptis, arctissimæ vitæ se dedit, apud præfatam urbem. Factus deinde multorum monachorum pater, plenus sanctitatis, beato, in Domino fine quievit. Aredii abbatis et Justini presbyteri confessorum. Ludovici regis Franciæ et confessoris, magnæ sanctitatis viri. Cui cum Blancha mater sedulo diceret, se malle eum mortem temporalem incurrere, quam per aliquod peccatum mortale Creatorem offendere, verba illius ita pii filii præcordiis adhæserunt, ut numquam mortale peccatum admisisse perhibeatur. Post multa tandem pietatis studia, cum jam secundam pararet profectionem in subsidium terræ sanctæ, in ipso itinere a Domino vocatus, terram cœlestis promissionis intravit. Translatio capitis beati Lucii Papæ et martyris ab urbe Roma in Daciam ad ecclesiam Roschildensem.* De translatione S. Adelberti; item brachii sancti Annonis, ut in EDITIONE-LUBECO-COL. De Hunegunde, ut HERINIENSIS supra.

Juliani. Nemesii et Lucillæ. 5 Fratrum martyrum. Gregorii. Turribii, etc. Titi. Severi. Aredii, etc. De Ludovico. Translationis Lucii PP. Adalberti, etc. Hunegundis.

MOLAN. Adonianum Genesii elogium aliis litteris textui inseruit. In fine. *Romæ Lucii Papæ et martyris.* De Juliano, ut supra. De S. Ludovico, ut MUNERATUS, cui superaddit: *Cujus mortem preciosam Deo per miracula crebra contestante, Dominus Bonifacius VIII cum solemnitate fratrum suorum et Cleri hunc Sanctum, Sanctorum Catalogo asscripsit.* De Hunegunde, ut ANTVERP-MAX. etc. De Aredio, ut supra. De Gregorio, addit. *Qui fuit instructor sancti Ludgeri episcopi Monasteriensis*, et typis minoribus: *primi, qui ejusdem Gregorii vitam conscripsit. Hildæ abbatissæ monasterii Scruuelhaltensis, cujus festum in civitate Lubecensi a factoribus Rosariorum celeberrimum habetur.* Editiones aliæ, idem habent in textu. De Juliano, Ludovico, Hunegunde, Aredio et Gregorio, ut prima, exceptis iis quæ aliis typis adjecta sunt. Tum: *Die vigesima quinta, reversio lipsani, sancti Bartholomæi Apostoli.* Denique typis minoribus: *Eodem die fuit incendium oppidi Tuitiensis, in quo corpus Dominicum a flamma circumfusa intactum remansit.*

Lucii PP. Juliani. Ludovici. Hunegundis. Aredii. De Gregorio. Hildæ. De Bartholomæo. De incendio Tuitiensi.

VII *Kal.* *Die* 26.

Romæ, natalis beati Zephirini Papæ. Et sanctorum martyrum Hirenei et Abundii, qui in passione beati Laurentii leguntur. Apud Victimilium castrum Italiæ, natalis beati Secundi martyris, viri spectabilis et ducis ex legione sanctorum Thebeorum. Item civitate Pergamis, sancti Alexandri, qui et ipse unus extitit ex legione Thebeorum, et cum nomen Domini Jesu constantissime fateretur, martyrium abscisione capitis complevit. Autisiodoro, Eleuterii episcopi.

Zephyrini. Irenæi et Abundii. Secundi. Alexandri. Eleutherii.

Puri sunt *Herinien. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Lego *Zephirini* simpliciter, cum codicibus ferme omnibus. Item *Hirenei*, licet Herinien. habeat *Herenei*, Munerat. *Hyrenei*, melius Molan. *Irenæi*. Male scribunt Antverp. et Max-Lubec. *Abundi*, nec melius Greven. *Habundii*. Nescio cur Munerat. textum mutaverit, legens *in passione beati Ypoliti*, pro *in passione beati Laurentii*. In prima autem Munerati editione post *ducis ex legione*, deest *sanctorum*. Dubitari potest de *Pergamis*, pro quo alii substituunt cum Antverp. et Max-Lubec. *Bergamis*; sed præferenda nobis est communis codicum orthographia, forte popularibus gratior. Antverp. et Max-Lubec. ponunt, *qui et unus extitit*, ubi deest, *ipse*. Contra vero in hac ipsa annuntiatione apud ipsos redundat *sanctorum*, ante *Thebeorum*. Hanc porro vocem etiam cum codicibus simpliciter scripsi. De *abcisione* satis alibi dictum est, Munerat. substituit, *obtruncatione*. *Autisiodoro* habent plerique; Greven. et Molan. *Autisiodori*, et *Antisiodori*. Iidem scribunt etiam *Eleutheri* et *Eleutherii*; reliqui simplicius, quamvis pejus cum textu.

OBSERVATIO. Totus textus, excepta sola annuntiatione ultima, ex Romano parvo in Adonem, inde in Usuardum derivatus est, cum hac solum differentia, quod ex Thebæis alter alteri anteferatur. De nullo eorum agunt hac die Hieronymiana, quæ nempe *Zephyrinum* ad XX Decembris distulerant *Zephyrini.*

tulerant

tulerunt, eumque probabilius verum obitus diem censet Papebrochius. Rabanus et Wandelbertus Hieronymianorum vestigiis insistunt; unde merito opinantur aliqui, hanc XXVI Augusti translatione aut elevatione corporis celebriorem evasisse, eaque sententia etiam præplacet laudato Papebrochio. In Romano moderno celebratur hoc die; vide ibi notationem Baronii, cui junge quæ habet Tillemontius tomo 3 a pag. 236. Quod autem Romano parvo superaddit Viennensis præsul, videlicet, Zephyrinum, *Ecclesiam rexisse annos octo, menses septem, dies decem*, prudenter ab Usuardo, ut sæpe solet, prætermissum est, forte quod calculum suspectum habuerit, cum ex Romanorum Pontificum Chronologicis tabulis duplum ferme temporis explevisse ostendatur. Sed de his et rebus a Zephyrino *Irenæi et Abundii.* gestis, alibi latius. — De *Irenæo* et *Abundio* primus loquitur Beda, cujus verba, ut alias ubique, descripsit Rabanus, recte, ni fallor, legens, *in cloaca necari* pro *in cloacam*, quod tamen in Henschenii et Papebrochii genuina Bedæ editione servatum est, et Ado etiam posuit, elogium suum ex Beda ad verbum accipiens. Noster utriusque phrasim in pauciora contraxit. Videantur Acta sancti Laurentii, de quibus superius non semel sermo recurrit. Solos eos celebrat Wandelbertus, hoc versiculo:

Martyrio septenam Irenæus, Abundius ornant.

Secundi. In Romano parvo ex Thebæis martyribus *Alexander* præponitur *Secundo*, Usuardus Adonis ordinem secutus est. Et quidem de *Secundo* totam priorem elogii Adoniani partem descripsit, alteram *Alexandri.* intactam relinquens. — De Bergomensi *Alexandro* longiorem historiam texuit Viennensis, ex qua paucula ab Usuardo decerpta, in laterculo producuntur; quæ satis sint, ut pateat totum hactenus textum ex Adone profluere. Exstant S. *Secundi* Acta apud Mombritium tomo 2 pag. 261 versa, ubi tamquam e Thebæis unus describitur; potuitque proinde Ado ex ipsis elogium suum olim accepisse; at unde *Alexandrum* Thebæis annumeraverit, adhuc ignoro: nam Acta, quæ refert idem Mombritius tomo I pag. 24, nec verbum faciunt, ex quo Thebæus magis, quam Romanus fuisse Alexander censeatur. Quam sint sincera, hic non examino; Tillemontio, ubi de Thebæis agit tomo 4 pag. 431, satis fuit, utriusque nomen ex Martyrologiis commemorare. — Aliunde ab Usuardo *Eleutherii.* subditus est Autissiodorensis *Eleutherius*, ab omnibus codicibus nostris memoratus, si tres exceperis, non raro discrepantes, nempe Pratensem, Antverp-Majorem et Rosweyd. quibus accedit Aquicinct. eumdem plerumque funem trahens. Scribunt hi ultimo loco: *In territorio Lemovicensi, sancti Aredii presbiteri*, quem nos die præcedenti inter Auctaria sæpius memoravimus. Ast observavit Castellanus, in codice Pratensi erasam Eleutherii annuntiationem, ut alter hac die perperam intruderetur, cum ad XXV Augusti certo spectare videatur. Verosimile est, Usuardum ex aliquo codice Hieronymiano auctiori *Eleutherium* desumpsisse. Quidquid interim sit, nos codices illos discordes, hic denuo a puris exclusimus, germanam et sinceram aliorum lectionem secuti.

AUCTARIA.

De PRATENSI et ANTVERP.-MAJ. jam satis in Observatione diximus.

ROSWEYD. Præter mutationem prædictam, de *De Irenæo, etc.* Irenæo et Abundio textui inserit: *Quos Valerianus jussit in cloacam mitti.* Hæc ex Bedæ, nonnihil correcto elogio.

PULSANIEN. Satis purus est usque ad, *qui et ipse unus extitit ex legione Thebæorum.* Sed ibi sistit.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Sic incipiunt: *Romæ* *De Zephyrino.* *via Appia, natale beati Zephirini Papæ et martyris. Qui quartus decimus post beatum Petrum, rexit Ecclesiam, martyrioque coronatus, sepultus est in cimiterio suo juxta cimiterium Calixti.* In reliquis puri sunt.

De Irenæo, etc. CENTULEN. *Romæ, sanctorum Herenei et Abundii martyrum, quos Valerianus* (vel) *ipsius præfectus fecit in cloaca vivos necari, pro eo quod corpus Concordiæ martyris de cloaca levaverunt. Apud Victimilium castrum Italiæ, sancti Secundi martyris. Civitate, quæ Pergamis dicitur, sancti Alexan-* *Anastasii.* *dri martyris. Civitate Salona, sancti Anastasii martyris.* Vide XXI Augusti. *Antisiodoro, sancti Eleutherii episcopi. Ab Incarnatione Domini* *De incendio ecclesiæ S. Richarii.* MCXXXI *anno combusta est ecclesia sancti Richarii cum tota villa et fere cum trecentis promiscui sexus viris et mulieribus, feria* IV, VII *Kal. Septembris.* Patet esse proprium loci.

BRUXELLEN. Incipit: *Romæ, natale sanctorum* *De Irenæo, etc.* *martyrum Hyrenei et Habundi. Quos Valerianus jussit mitti in cloacam, eo quod ipsi corpus beatæ Concordiæ ex cloaca levassent. Et horum corpora levata Justinus presbyter in cripta juxta beatum Laurentium sepelivit. Item Romæ via Appia, natale beati Zepherini Papæ et martyris. Hic sedit annis* *De Zephyrino.* *novem et constituit sacrificium fieri in vitreis vel stanneis vasis, quod antea in ligneis fiebat. Statuit etiam, ut omnes Christiani annorum duodecim Eucharistiam in die Paschæ accipiant. Item depositio sancti Anastasii presbyteri et martyris.* *Anastasii.* De Secundo, post *Thebæorum*, addit: *Qui ante sanctum* *De Secundo.* *Mauricium et ceteros, post vincula et carcerem, martyrium capitis abscisione complevit. Apud urbem Italiæ, quæ Pergamus dicitur, sancti Alexandri* *De Alexandro.* *martyris. Qui unus extitit ex legione Thebæorum; et cum nomen Domini constantissime fateretur, jubente Maximiano capite cæsus est.* Omnia ex Adone aucta sunt. In fine: *Anthisiodoro, sancti Eleutherii episcopi.*

HAGENOYEN. De Zephyrino, atque item de *De Zephyrino.* Irenæo et Abundio alia narrat, quæ non lubet describere. In ceteris satis purus est.

AQUICINCT. Post *Papæ*, subdit: *Hic constituit, ut præsentibus omnibus clericis et laicis fidelibus, sive diaconus seu sacerdos et astantibus sacerdotibus Missæ celebrarentur.* Deest *Eleutherii* et substituitur *Aredii*, licet die præcedenti de abbate Are- *Aredii.* dio Lemovicino egerit.

VICTORIN. Sic habet in fine: *Autissiodoro, sancti Eleutherii episcopi et confessoris. Nivernis civi-* *Eulalii.* *tate, sancti Eulalii episcopi et confessoris.*

REG. SUEC. signatus num. 130. *Nivernis civi-* *Eulalii.* *vitate, natalis S. Eulalii episcopi et confessoris.*

MATRIC-

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Alexandri martyris ex Legione Thebæorum. Isaac et Maximiani martyrum. Anastasii martyris.*

VATICAN. sub num. 5949. *Apud Beneventum, translatio sancti Mercurii martyris, a quinto decimo, in sanctam Sophiam.* Quid velit non intelligo. Videtur aliquid deesse.

ALTEMPS. *Eodem die, commemoratio sancti Guthlaor anachoretæ.* An non *Guthlaci*, anachoretæ, qui colitur XI Aprilis?

BURDEGALEN. *Sancti Sulpitii episcopi et confessoris.* Puto agi de eo qui colitur XVII Januarii.

De reliquiis Andreæ Apostoli. EDITIO LUBECO-COL. *Apud Coloniam Agrippinam, translatio quarumdam reliquiarum beati Andreæ Apostoli et martyris, in ecclesiam ejusdem.* *De Zephyrino.* *Romæ via Appia, natale beati Zepherini Papæ et martyris. Qui quartus decimus post beatum Petrum rexit Ecclesiam annis novem, mensibus septem, diebus decem; martyrioque coronatus, sepultus est in cimiterio suo juxta cimiterium Calixti. Hic constituit*, etc., eadem quæ in BRUXELLENSI. In Irenæo et Abundio ferme pura est. In Secundo habet, ut BRUXELLEN. In Alexandro autem præterea addit. *De Alexandro.* *Quem matrona quædam nomine Greta* (Grata) *cum* (in) *suo predio sepeliuit. Antisiodori, sancti Eleutherii episcopi et confessoris.*

BELIN. De Zephyrino post *Papæ*, addit, *et martyris*. Palæstram Secundi sic efformat. *Apud Vigintimilium.* Deinde : *Item in Gallia Cisalpina civitate Bergomi*, etc. Sequitur. *Eodem die, Octava sancti Lodovici episcopi et confessoris.* *Octavæ Ludovici.* *Antisiodori, beati Eleuterii episcopi, Deo digni.*

Isaac, etc. GREVEN. *Apud Carthaginem, sanctorum Isaac et Maximiani martyrum. Anastasii martyris et Asclepiæ viduæ. Theodoli episcopi et confessoris. Aurelii presbyteri. Maximiliani confessoris. Gratæ, matronæ sanctæ, quæ beatum Alexandrum sepelivit. Apud Coloniam, translatio quarumdam reliquiarum sancti Andreæ Apostoli.* *Anastasii et Asclepiæ. Theodoli. Aurelii. Maximiliani. Gratæ.*

Translationis Lamberti. MOLAN. *Item translatio sancti Lamberti, de crypta in altare sanctæ Crucis.* Dein typis minoribus : *Maximiliani confessoris. Ceresani oppido Hispaniæ, beati Victoris martyris. Qui a Mauris corona martyrii donatus, a Christo cœlestium numero aggregatus est, cujus natale* VII *Kalend. Septembris apud Bargensem diœcesim celebratur.* *Maximiliani.* Editiones aliæ litteris Italicis, post *Papæ*, textui inserunt, *et martyris*. In fine autem : *Ceresani oppido Hispaniæ, beati Victoris martyris, qui a Mauris est martyrii corona donatus.* *Victoris.* Ponitur in Romano.

VI *Kal.* *Die* 27.

Apud Capuam, natalis sancti Rufi martyris, quem docuit beatus Apollinaris, Petri Apostoli discipulus, cum esset idem Rufus patriciæ dignitatis. *Rufi.* Thomis civitate, sanctorum martyrum Marcellini tribuni et uxoris ejus Manneæ, Joannis, Serapionis, et Petri. *Marcellini et aliorum.* Eodem die, natalis sanctorum Georgii diaconi, Aurelii, Felicis, Nathaliæ et Liliosæ, quorum primus miræ abstinentiæ monachus, ab Hierosolimis Cordubam adveniens, cum reliquis ex eadem urbe claro germine ortis, diu optatum sibique a Domino præmonstratum meruit assequi martyrium. *Georgii et soc.* Civitate Arelatensi, sancti Cæsarii episcopi, miræ sanctitatis et pietatis studii viri. Augustuduni, sancti Siagrii episcopi et confessoris. *Cæsarii. Siagrii.*

Ita *Praten. Herinien. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Male scripsit Herinien. *Cappuam*, sicut Munerat. *Appollinaris*. Idem habet *Tomis*, sed reliquorum torrenti hic cedendum fuit. Rursus Munerat. Greven. et Molan. ponunt *Maneæ*, alii melius cum textu. Hic in aliquorum lectione notabilis est varietas. Greven. et Molan. in fine post *Petri*, subdunt, *filiorum ejus*. Gratis, opinor, nam si quid addi potuit, ex Adone desumendum erat, quem presse secuti sunt Antverp. et Max-Lubec., qui post *Manneæ*, ita legunt : *Et filii ipsius Johannis, et Serapionis clerici, et Petri militis.* Sed et hi et illi a puritate Usuardina in eo plane deflectunt. Munerat. post *Georgii diaconi*, interjicit *et*. Scribit item *Nataliæ*, cum Rosweyd. ; ceteri *Nathaliæ*. Sequitur difficultas altera in *Cæsarii* elogio, quod ex Adone sic formant Greven. et Molan. ; *miræ sanctitatis et pietatis et studii viri.* Rosweyd. *miræ sanctitatis et pietatis viri.* Antverp. et Max-Lubec. *miræ sanctitatis viri.* Nostra constructio minus quidem accurata videtur, sed ipsa est Usuardina. Sic Ado et Notkerus scribunt *Syagrii*, quod habet Molan. Praten. *Siagri*. Reliqui, ut in textu servavimus.

OBSERVATIO. Disputat hodie Florentinius de nomine, dignitate et aureola *Rufi* vel *Rufini* Capuani, occasione *Rufini* alicujus, *in Capua* ab Hieronymianis consignati, qualem inter Auctaria non semel reperimus. *Rufi vel Rufini.* Verum, an episcopalis dignitas, præter martyrii aureolam, Rufo huic nostro aptari possit, non iis argumentis probat Ughellus, ut adversantes convincat. Rufos geminat Baronius, et pro episcopi titulo huic vindicando, citat Bedam, nempe tunc vulgatum, Usuardum et Adonem, cum tamen nullus eorum eam Rufo dignitatem adscribat. Magis laudanda sunt, quæ de patritia dignitate erudite coacervavit. Sed hæc impræsentiarum versanda non sunt ; omnia quæ ad Rufum unum vel plures pertinent, cum Actis ipsis, de quibus XXIII Julii in Apollinare meminimus, in majori Opere, suo loco discutientur uberius. Interim commemorationis nostræ scaturigo ex Romano parvo repetenda videtur, ita loquente : *Capuæ, Rufi martyris, Apollinaris discipuli*, quæ in textu nostro adjuncta sunt, ea ex Adone accepit Usuardus, voculam unam, post *docuit*, expungens,

nempe,

nempe, *et baptizavit*. Notkerus, ex lacuna sua hic primum emergens, Adonianam phrasim paulo contractiorem reddidit. Nitide Wandelbertus:

Rufe, tuos recolens ostendit sexta triumphos.

Marcellini, etc. *Tomitanos martyres* recolunt apographa Hieronymiana, ad quæ Florentinius, inutili prorsus opera, Notkerum suum explicat, quasi observare non potuerit, singulos ejus apices ex Adone descriptos esse. Romanum parvum sic paucis præluxerat: *Tomis, Marcellini et Manneæ*. Ado Hieronymianis similior est, ex quibus singulorum characteres desumpsisse videtur, quos a Notkero inde acceptos diximus. Noster uxorem distinxit, et expunctis *clerico* et *milite*, sola nomina propria enumerasse satis habuit. — *Georgii, etc.* Qui sequuntur *Cordubenses martyres, Georgio* duce, Usuardini proprie sunt, antiquioribus Martyrologis incogniti, sed ab Usuardo cum multis aliis in Hispaniensi messe collecti. Signavit eos Baronius in Romano hodierno XXVII Julii, eumque diem natalem esse ex Eulogio statuit, aliaque observat alibi illustranda. Acta ipsa egregie prosecutus est laudatus Eulogius lib. 2 Memorialis, toto cap. 10, ubi expressissime notatur passionis dies VI Kal. Augusti. Sequuntur tamen Pratenses monachi errantem Usuardum. De Georgii et Aurelii translatione vide XX Octobris. — *Cæsarii. Siagrii.* *Cæsarium Arelatensem*, et *Siagrium Augustodunensem* Hieronymianis adjectos reputat Florentinius. Agit de utroque Rabanus. Quid Florum moverit, ut Cæsarium *martyrem* diceret, nescio. Usuardus et Notkerus perpetuum ductorem secuti, ambo annuntiationes suas ex Adone descripserunt. Celebriores sunt Sancti illi, quam ut hic addi quidquam debeat, lege sis tantisper accuratas Baronii ad utrumque notationes.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJOR. Hodie truncatus est, nam post *Thomis civitate, sanctorum martyrum*, immediate subdit: *Georgii*, etc., omissis intermediis. *Bernardi.* In fine adjicitur: *Ipso die, sancti Bernardi abbatis*. Puto voluisse dicere *Octava*, etc.

PULSANEN. In prima, purus, omittit secundam. In tertia, rescindit elogium. In quarta purus est. Deest quinta.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT LEYDEN. ALBERG. et DANIC. *De Marcellino, etc.* In Tomitanis Adonem sequuntur, ut supra. Et deinde addunt: *Qui sub Culciano præside, post evomitam feritatem ferarum, post flammas superatas, gladio feriuntur, et sic demum corpora earum igne cremantur*. Ex his Maurolyci et Galesinii elogia confecta existimo.

LOVANIEN. Superioribus purior est, sed Cordubensium elogium in eo desideratur.

Textus vitiatus. CENTULEN. *Apud Capuam, sancti Rufi martyris, quem docuit et baptizavit beatus Apollinaris, cum esset idem Rufus patriciæ dignitatis. Eodem die, sanctorum Georgii diaconi, Aurelii, Felicis, Nataliæ et Liliosæ, omnium pro Christo passorum. Augustiduni, sancti Siagrii episcopi et confessoris.* Deest secunda et quarta annuntiatio.

BRUXELLEN. In Rufo, pure Adonianus est. *Felicis.* Tum: *Apud Nolam, sancti Felicis episcopi, sub Marciano præside, cum aliis triginta martyrizati*. De Tomitanis, ut ANTVERP-MAX. etc. *Apud Cordubam, natale sanctorum Georgii*, etc. Item de Cæsario et Siagrio, satis pure.

De Rufo. HAGENOYEN. *Apud Capuam, natale beati Ruphi martyris, qui ideo ad fidem conversus est, quia beatus Apollinaris, Petri Apostoli discipulus suscitavit filiam ejus unicam defunctam; qui in Ravenna erat patricius, et ideo sub persecutione Domiciani* (Capuam) *ductus est, et ibi capite truncatus*. In Tomitanis, similis est ANTVERP-MAX. etc. In Cordubensibus purus est. Tum: *Ipso die, in civitate Arelatensi, sancti Cesarii episcopi et confessoris,* *De Cæsario.* *miræ sanctitatis et pietatis studii viri et doctoris eximii, qui et omelias composuit et sermones. Augustuduno, sancti Syagri episcopi et confessoris depositio.*

AQUICINCT. In fine, addit: *Bituricas, sancti Sulpicii* (episcopi) *et confessoris*. *Sulpicii.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Rufi martyris, patriciæ dudum dignitatis. Sanctorum martyrum sedecim, in Ægypto.* *Martyrum Egyptiorum XVI.* Recte notatur in margine: *Quos aperte hoc die non invenio in Martyrologio Romano aut alibi*; neque nos invenimus. Sequitur: *Cæsarii episcopi Arelatensis*.

CODEX D. DU CHEVAL. sub nota C. *In territorio Bigorensi, civitate Horea, natalis sancti Licerii episcopi et confessoris, miraculorum* (patratoris) *illustrissimi*. *Licerii.*

VATICAN. num. 5949. Omisit Georgii et sociorum. Adjecit primo loco: *Natalis sanctorum, Arontii, Honorati, Fortunatiani et Sabiniani. Capuæ, natalis sanctorum martyrum Rufi et Carponi* (alias *Carpophori.*) *Arontii, etc. Rufi, etc.*

FLORENTIN. *Apud civitatem Potentiam, sanctorum martyrum quatuor germanorum Aruntii, Honorati, Fortunati et Sabiniani. Eorum festum agitur in Kal. Septembris.* *Aruntii, etc.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit: *Apud Mediolanum, sancti Simpliciani episcopi et confessoris. Hic ob celebrem sanctitatis suæ famam, ex heremitica vita, post decessum sancti Ambrosii, ad episcopatum Mediolanensis ecclesiæ assumptus est, et sicut prius in vita monastica Deo fuerat devotus, ita in pastorali cura beati Ambrosii imitator extitit strenuus. Hic etiam venerabilis Antistes, dum adhuc eremita esset, Augustinum rhetorem et scholasticum ejusdem urbis, sua doctrina et exemplari vita, ad detestationem erroris Manichæorum sectæ deduxit, et ad fidem sanctissimæ Trinitatis convertit. Et quoniam ipse Augustinus, ejus monitis et exemplis ad fidem Catholicam conversus fuerat, ideo ab eodem sancto sene habitum sanctæ conversationis, formamque vivendi suscepit, quam postmodum in Africa exuberans redolevit.* *Simpliciani cum elogio.* *Apud Capuam, natale beati Rufi martyris, patricii Romanorum. Hic ducatum tenebat apud Ravennam, cujus filiam defunctam beatus Appollinaris, Petri Apostoli discipulus, a mortuis suscitavit, unde et ipse cum uxore sua et filia ac tota familia, numero CCCXXIV in Christo baptizati sunt. Beatus vero Rufus apud Capuam martyrium suum consummavit.* *De Rufo.* De Tomitanis, habet, ut ANTVERP-MAX. *Corduba, natale*, etc., pure. Item in textu reliquo. In fine: *Methis civitate, sancti Rufi episcopi et confessoris*. *Rufi episcopi.* Natalis ejus refertur in Romano VII Novembris.

BELIN. Cordubenses transfert ad locum penultimum, expuncto elogio. In Tomitanis, purus etiam non est. Scribit *Ruffus*, etc. In Parisiensi editione adjecit: *Bituricas civitate, sancti Sulpicii episcopi et confessoris*. *Sulpitii.*

GREVEN.

De Marcellino, etc. Greven. *Nota, alibi socii Marcellini tribuni leguntur hoc modo : Joannis et Babilæ filiorum ejus, Serapionis et Hironis, Amonis, clericorum, et Petri militis, qui omnes una cum Marcello et uxore, sub Culciano præside, bestiarum feritate edomita, flammisque superatis, gladio cæsi, martyrium impleverunt.* *Milecii.* *Milecii episcopi.* *Theogenis, etc.* *Theogenis, Aristonis, Festi, Victoris, Suzannæ, Zoili, Domini et Memmonis, martyrum.* *Rufi episcopi.* *Metis, S. Rufi episcopi et confessoris.* *Simpliciani.* *Item secundum aliquos hic, Simpliciani episcopi Mediolanensis, quem alii habent Idibus Augusti.* *Ebbonis.* *Ebbonis episcopi et confessoris.* *De Sulpicio.* *Bituricas, translatio S. Sulpitii episcopi et confessoris.* *Malkubii.* *In Scotia, Malkubii abbatis.*

Molan. In prima editione, caret augmento. In posterioribus : *Pastoris.* *Die vigesima septima, sancti patris Pastoris.* *Gebehardi.* *Civitate Constantia, natalis sancti Gebehardi, episcopi et confessoris.* *Translationis Lamberti.* *Item translatio sancti Lamberti, de crypta in altare sanctæ Crucis.*

Rosweydi Observatio in Martyrologium Romanum. Subnecto hic Rosweydi observationem in Baronii Martyrologium, super verba, *In Thebaide, S. Pæmonis anachoretæ.* Ad quæ Baronius notaverat : *De eo hac item die Græci in Menologio. Plura autem in Vitis Patrum.* Atque item in Annalibus, ad annum Christi cccxliii : *Vocatum quoque esse ab eodem sancto Athanasio aliquando Alexandriam, abbatem Pæmonem, spectatæ sanctitatis virum, habetur in Vitis Patrum.* Audi modo Rosweydum in superius citata Mss. epistola : *Quod de Pæmone ait Baronius, vel eum fefellit memoria, vel Pæmonem eumdem putavit cum Pammone. De Pammone hoc habes hic apud Ruffinum lib.* 3 *num.* 164, *quem eumdem esse cum Pambone non cum Pæmone, colliges ex Pelagii libello* III *n.* 14 *et libello* XVII *n.* 11 *ubi eadem apophthegmata narrantur nomine Pambonis, quæ Ruffinus habet nomine Pammonis. Alius ab his Piammon seu Pyamınon, de quo hic apud Ruffinum lib.* I *cap.* 31, *qui Palladio cap.* 72. *est Ammonas. Ita jam olim ad Vitam sancti Antonii notaveram. Addo nunc, Pæmonem distinctum fuisse a Pammone seu Pambo. Patet ex Ruffino lib.* 2 *Histor. Eccl. cap.* 8, *ubi Pambus in Cellulis ponitur, et Pæmen in monte Pispiri. Hoc enim ait : Macarius de superiori eremo, aliusque Macarius de inferiori; Isidorus in Scitis, Pambus in Cellulis, Moyses et Benjamin in Nitria, Scyrion et Elias et Paulus in Apeliote; alius Paulus in Focis, Pæmen et Joseph in Pispiri.* Hactenus Rosweydi accurata observatio.

V *Kal.* *Die* 28.

Romæ, natalis beati Hermetis viri illustris, qui, ut in actibus Alexandri Papæ legitur, primo carcerali custodiæ mancipatus, deinde gladio cædente martyrium adeptus est. *Hermetis.* Constantinopoli, sancti Alexandri episcopi et confessoris, gloriosi senis, cujus virtute orationis Arrius divino judicio condemnatus est. *Alexandri.* In Africa, depositio sancti Augustini episcopi, qui primo de sua civitate propter barbaros Sardiniam translatus, nuper a rege Longobardorum Ticinis relatus, et honorifice conditus est. *Augustini.* Ipso die, natalis sancti Juliani martyris, qui tempore persecutionis, hortatu beati Ferreoli, ex Viennensi urbe, clandestino discessu, ad territorium urbis Arvernæ commigravit, ubi tandem desecto gutture, morte horribili necatus est. *Juliani.* Apud Sanctonas, sancti Vibiani episcopi et confessoris. *Vibiani.*

Sic habent *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. In ipso principio omisit Antverp-Major, *natalis*. Deinde textum nonnihil turbavit, penultimam annuntiationem de Juliano Brivatensi, secundo loco reponens, ubi pro *Viennensi*, scribit *Viensi*. Rursus pro *Constantinopoli* habet *Constantinopolim*. Munerat. tertium nostrum articulum sic auget : *Depositio sancti Augustini episcopi et doctoris;* Molanus : *Augustini episcopi, optimi doctoris*. Herinien. scripsit *Ticini relatus*, Greven. et Molan. syntaxi meliori, *Ticinum*, at certum est, Bedam, Rabanum, Adonem, Notkerum habere *Ticinis*, ut servant Praten., Antverp-Major, Muneratus et alii. *Urbis Arvernia* pro *Arvernæ*, vitium est in Munerato, neque recte Molanus *Arverni*, textus ex aliis correctior. Iterum errat Munerati typotheta in *defecto gutture*, pro *desecto*. Idem habet *Juliani* pro *Vibiani*, quo etiam vitio laborat Antverp-Major. Magna de cetero in hoc nomine diversitas. Florus et Ado legunt *Bibiani*, quos sequuntur Greven. et Molan. Belin. in prima *Juliani*, in altera *Viviani*, quo modo scribunt codices nostri recentiores et Baronius. Ego Praten. et Herinien. secutus sum.

Observatio. *Hermetem* clarissimum martyrem, vetustissimo et perenni cultu celebratum ostendunt antiqua Kalendaria apud Florentinium, et Martyrologia nostra omnia, in quibus (si Rabanum excipias, in quo transponitur) primum locum obtinet. *Hermetis.* Gesta ejus immixta sunt Actis S. Alexandri Papæ, ad III Maii illustratis, quæ curiosus lector consulere interim poterit, donec proprio loco translatio ejus Rothnacum Flandriæ municipium facta, aliaque ad eumdem Sanctum spectantia accuratius illustrari suo loco possint. Acta ejus ferme complectitur diffusius Adonis elogium, ex quo pauca, præter morem, accepit Notkerus, pauciora Noster stylo suo aptata. Socios *Hermetis* perperam in Lucensi codice apponi, ostendit Florentinius. — Illustris etiam est apud Hieronymiana et Romanum parvum Ariomastyx *Alexander*, titulis multis a Baronio et in notationibus et in Annalibus laudatus, pluribus etiam a nobis alibi exornandus. *Alexandri.* Jam nunc partem non exiguam executus est

Janningus

Janningus noster die IV Junii, in commentario de S. Metrophane. Quæ autem de Alexandri ætate acrius ventilata est inter eruditos disceptatio, non infeliciter ab eodem composita videtur, Supplemento Junii in Appendice ad vitam S. Pauli, hujus Alexandri successoris. Usuardina in laterculo de eo relata, ex Adone contracta sunt, iis exclusis, propter quæ codices nonnulli rejiciendi fuerunt. De magno patre *Augustino*, meminere citati proxime Martyrologi atque etiam Beda a Rabano et Nostro descriptus. Ado satis longam vitæ seriem deduxit, cujus natium et finem Usuardus clare exprimit, sic tamen, ut hic Bedam potius quam Adonem præ oculis habuisse existimem. Latissimum campum suo tempore pandent Doctoris incomparabilis egregia gesta, quæ ipse, raro admodum exemplo, in aureo de Confessionibus suis opere, ad sacerdotium usque luculenter prosecutus est, Possidius discipulus, comes prope perpetuus et oculatus testis, reliquum laborum cursum diligentissime texuit. Atque ex hisce potissimum fontibus totam vitæ seriem deducendam nemo diffitebitur, ex Augustini ipsiusmet aliorumque scriptis, et innumeris pro fide Catholica tuenda certaminibus illustrandam. Suppetias ferent scriptores plurimi in eodem argumento pridem versati, quos hic enumerare frustra esset. Nibil in hac parte desiderari nobis passus est Tillemontius, toto volumine 13 solius Augustini res gestas fusissime complexus. Wandelbertus inter Hermetem et Vibianum, metricum Augustini encomium collocat, vix usquam in laudando profusior. Sic habet :

Hermen quinta probat felici morte beatum.
Ecclesiæ lumen, populi sacra norma fidelis,
Africa quo pastore, orbis doctore coruscat,
Augustine pater, festo celebraris eodem,
Aurea quem servant Italis nunc templa sepultum.
Sanctonas alta sui Vibiani hac fulget honore.

Juliani. *Julianum* Brivatensem quanta veneratione prosequantur Arverni, tota Gallia notissimum est. Memoriam ejus festive recolunt Hieronymiana, Florus, Ado, Usuardus, Notkerus. Hic paulo compendiosius, Noster ex Adoniano encomio, hoc solum post *Ferreoli* omisit, *cujus in militia comes erat;* cetera ad verbum transtulit. Videantur Baronius et Florentinius. Acta aliqua a Labbeo tomo 2 Biblioth. Mss. edita sunt. Surius Gregorium Turonensem descripsit. Vide quæ acccuratius expendit Tillemontius tomo 5 a pag. 279, sed præcipue a pag. 696, ubi ex laudato Gregorio Turonensi alia adferuntur. — *Vibiani.* Qui in Hieronymianis *Vivianus* cum Alexandro conjungitur, vel nullus est, vel idem ipse, ni fallor, qui ibi in adjectitus *Julianus* etiam vocatur, melius a Floro *Bibianus* dictus, sed male, *Scenis*, *Scottis* vel *Comis* tributus. *Bibianus* item ab Adone appellatur, sed a Notkero *Vibianus*, quam orthographiam ex Pratensi et Heriniensi supra prætulimus mediam quasi inter antiquiores, et recentiores codices, cum Baronio, viam ingressi. Tu hujus notationes consule. Certum est, Usuardum totam suam annuntiationem ex Adone desumpsisse ; atque adeo ex dictis patet textus nostri genesis purissima et simplicissima.

AUCTARIA.

ROSWEYD. Non omnino purus est; præterea deficit in ultima annuntiatione.

PULSANEN. Primo loco de S. Augustino, deinde de Hermete, satis pure. Sed reliqua omnia desiderantur.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. E puris exclusi *De Alexandro.* sunt, quia in Alexandro utuntur phrasi Adonis : *Arrius divino judicio dampnatus crepuit medius et effusa sunt viscera ejus.* In fine, *Viviani.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Incipiunt ab Augustino, de quo addunt : *Doctoris eximii* ; et LEYDEN. præterea, *patris nostri.* Alia pura sunt, etiam in Hermete et reliquis omnibus, præterquam in Alexandro, de quo etiam habent sensum Adonis, *crepuit medius, etc.* In fine etiam cum pluribus scribunt, *Viviani.*

ALBERGEN. A prioribus in eo solum differt, quod de Augustino, omittens elogium, simpliciter legat : *episcopi et confessoris.*

DANIC. In omnibus congruit, sed post *Ticinis*, explicationis gratia, locum distinctius designaturus, addit : *id est apud Papiam.*

LOVANIEN. *In Africa, depositio sancti patris* *De Augustino* *nostri Augustini episcopi, Doctoris eximii*, etc., pure. Item de Hermete. De Alexandro, ut supra. In Juliano Brivatensi elogium truncat. In Vibiano, recte.

Textus, sed interpolatus. CENTULEN. *Romæ, passio sancti Hermetis martyris, quem beatus Alexander Papa, cum esset præfectus, baptizavit cum uxore et filiis et sorore Theodosia. Constantinopoli, sancti Alexandri episcopi, gloriosi senis. In Africa, civitate Hyppona, sancti Augustini episcopi et confessoris, qui talenta sibi credita a Deo multiplicavit* (ita) *ut nemo fuerit, qui omnia ejus scripta se fateatur legisse. In Privato vico, passio sancti Juliani martyris, cujus passionem Gregorius Turonensis fideli stilo describit. Sanctonas, sancti Lubiniani episcopi et confessoris.* Mira nominis variatio, cum tamen ubique de ipso eodem *Vibiano*, vel *Viviano*, vel *Bibiano* agatur. Codex qui sequitur eum *Lubianum* appellat.

BRUXELLEN. Incipit ab Augustino, in quo ANTVERP-MAX., etc., ferme similis est. In Hermete, fere purus. In Juliano inserit Adonis verba, ab Usuardo prætermissa, ut dixi in Observatione. De Alexandro habet, ut supra. Pro *Vibiani*, scribit *Lubiani.*

HAGENOYEN. In Hermete et Alexandro modice interpolatus, plura corradit de sancto Augustino, quæ purius in Adone legi possunt. Sequitur de Viviano. In fine legit : *Item ipso die, sanctorum martyrum Juliani et Ferreoli*, etc. Colitur *Juliani et Ferreoli.* hic XVIII Septembris.

AQUICINCT. *Apud Sanctonas, Vibiani episcopi et confessoris.* Est a calamo recentiore.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Augustini episcopi* *Textus contractus.* *et confessoris. Hermetis martyris. Alexandri episcopi et confessoris Constantinopoli, qui Arrium damnavit. Juliani martyris. Tubiani* (Vibiani) *episcopi et confessoris.*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Vibiani*. Adjicitur : *Apud Salernum, sanctorum martyrum For-* *Fortunati, etc.*

tunati,

tunati, Gagi et Anthes. Et sanctorum martyrum *Septimini, etc.* *Septimini, Januarii et Felicis. Et dedicatio trium altarium hujus ecclesiæ.*

Editio Lubeco-Col. Multa habet de S. Augustino, quæ a Molano nitidius exprimuntur. *De Hermete.* Sequitur : *Romæ, beati Hermetis martyris, illustrissimi viri. Hunc beatus Alexander Papa, ut in Actibus ipsius legitur, cum esset præfectus urbis Romæ, baptizavit cum uxore et filiis ac sorore ejus Theodora, cum quibus pariter mille quinquaginta duos servos ejus, uxores quoque et filios eorum, prius ingenuitate illis concessa. Quod factum cum pervenisset ad aures Aureliani comitis, jussit eum carcerali custodiæ mancipari, deinde gladio feriri, et tali martyrio migravit ad Christum.* In Juliano nonnihil interpolata est. De Alexandro, etc., ut codices alii supra.

Belin. *In Africa civitate Hypponensi, natale san-* *De Augustino.* *cti patris Augustini, episcopi et confessoris, ecclesiæque Doctoris eximii. Qui primo*, etc., non satis pure. In Hermete etiam variat. In Alexandro, ut supra. Juliani elogium expunctum est. De Juliano et Viviano diximus supra.

Abundii et Abundantii. Greven. *Abundi et Abundantii martyrum.* *De Pelagio martyre.* *Pelagii martyris, qui in provincia Acarnanniæ, tempore Numeriani imperatoris, virgis fustibusque cæsus; equuleo, ungulis, et oleo fervente superatis; tandem ictu gladii martyr Christo consecratur. Cujus corpus sanctus presbyter Uranius, qui eum sacris litteris imbuerat, sepelivit.* Ipsum canit Wandelbertus, ut vide apud Molan. infra. *Pelagii PP.* *Pelagii Papæ et confessoris.* *Joannis.* *Joannis abbatis et confessoris.* *Agnetis.* *Item sanctæ memoriæ Agnetis virginis, sororis sanctæ Claræ, quæ ei dixerat moriens, ut se festine sequeretur ad Dominum.* *Taysis.* *Taysis, quondam peccatricis, quam sanctus Pafnucius abbas convertit, et in cella arcta inclusit, ubi in maxima pœnitentia exactis annis tribus, postea quievit in pace.*

Molan. Post *optimi Doctoris*, litteris Italicis ex Adone contracto, vel potius ex Possidio inserit : *Augustini elogium.* *Hic per acceptissimum Deo et in optimis viris præclarissimum sacerdotem Ambrosium, verbi Dei prædicatorem frequentissimum, divina præstante opitulatione, et doctrinam salutarem et divina percepit sacramenta. Moxque ex intimis cordis medullis, spem omnem quam habebat in seculo dereliquit. Factumque est ut interjecto tempore, sancto episcopo Valerio id agente, omnibus gratulantibus, episcopatum suspicere, suo vivente episcopo coactus sit. Atque id factum est, ut episcopus multo instantius ac ferventius, majore auctoritate, verbum salutis æternæ, alacriter pullulanti atque crescenti Domini ecclesiæ prædicaret. Verbum Dei usque ad extremam ægritudinem imprætermisse, sana mente, sanoque consilio in ecclesia prædicavit.* Sequitur typis minoribus: *Hospitalitatem semper exhibuit, et in ipsa mensa magis lectionem vel disputationem, quam epulationem potationemque diligebat ; et contra pestilentiam humanæ consuetudinis, in ea ita scriptum habebat :*

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi.

Et ideo omnem conviviam a superfluis et noxiis fabulis et detractionibus sese abstinere debere admonebat. Indisciplinatas transgressiones suorum a regula recta et honestate et arguebat et tolerabat, quantum decebat et oportebat ; in talibus præcipue docens, ne cujusquam cor declinaretur in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Ecclesiæ bibliothecam et omnes codices diligenter posteris custodiendos semper jubebat. Nec suos consanguineos, in proposito vel extra constitutos, in sua vita et morte vulgi more tractavit. Rursus Italicis ex Adone : *Testamentum nullum fecit, quia unde faceret pauper Dei non habebat. Tertio obsidionis mense (nam civitas ejus quatuordecim mensibus conclusa et obsessa est a Wandalis, Alanis aliisque commixtis gentibus) decubuit febribus, et illa ultima exercitatus est ægritudine. Hic beatus episcopus spiritu divino tactus, in sancta Ecclesia Catholica, ad instructionem animarum, fecit libros, tractatus, epistolas numero* 1030, *exceptis quæ numerari non possunt, quia nec numerum designavit eorum. Qui primo de sua, etc.*, pure. In fine : *Apud Constantiam Galliæ urbem, natale sancti Pelagii martyris. Qui sub Numeriano* *Pelagii.* *imperatore, jussu Evilasii judicis martyrium sumpsit.* Demum typis minoribus *Buchaugiæ, sanctæ Adelindis abbatissæ.* *Adelindis.* Editiones aliæ Augustinum primo loco annuntiant, sed superius elogium ad quartam circiter partem contrahunt. De Hermete, eadem ferme habent quæ supra dedimus ex editione Lubeco-Col. De Juliano, litteris Italicis interserunt nomen *Brivate*. In fine *Buchoviæ in Suevia, sanctæ Adelindis abbatissæ. Die vigesima octava, sancti patris Moysis Æthiopis.* *Moysis.* Ex Horologio acceptus est. Vide de eo notationem Baronii, Observationem nostram VII Februarii et Acta eodem die. Denique adjiciuntur duo ultimi Wan- *De Pelagio.* delberti ex hoc die versiculi :

Urbs Alemannorum recolit Constantia sanctum
Hic quoque Pelagium, fuso pro sanguine clarum.

Supra tribuebatur Pelagius *Constantiæ Galliæ*, quæ a Rheno longe dissita est, nisi Gallia vel potius Francorum imperium in latissima significatione, quam olim habuisse constat, hic accipiatur.

IV *Kal.* *Die* 29.

Decollatio, vel potius inventio capitis, beatissimi Joannis Baptistæ. Siquidem *Decollationis Joannis Baptistæ.* decollationem ejus circa solemnitatem Paschalem evenisse ex Evangelica comprobatur lectione, quæ tamen hic festiva recolitur, quando caput ejusdem secundo repertum est in Emessa civitate, atque in ecclesia conditum. Romæ, *Sabinæ Romanæ.* natalis sanctæ et illustrissimæ Sabinæ martyris, quæ sub Adriano imperatore gladio percussa, martyrii palmam adepta est. In pago Trecassino, sanctæ Sabinæ *Sabinæ. Trecensis.* virginis, quæ pro Christi amore laboriosissima peregrinatione suscepta, etiam virtutibus ac miraculis gloriosa, quievit in pace. Parisius, depositio Mederici presby- *Mederici : Candidæ.* teri. Ipso die, sanctæ Candidæ virginis.

Ita *Praten. Herimen. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Praten. legit, *inventio capitis Joannis*, etc.; Antverp-Maj. *inventio beatissimi Joannis*. Rosweyd. cum Pratensi convenit, ast Herinien. et reliqui diserte ponunt ut est in textu. Diximus alibi de *sollempnitatem*, ut codices aliqui scribere solent. Munerat. pro *Evangelica comprobatur lectione*, substituit *Evangelica probatur auctoritate*. Greven. et Molan. a reliquis discedunt in, *quando caput ejus repertum est secundo in Edissa*. Scribendum esset *Emesa*, sed a codicibus non recedimus. Pro *conditum*, habet Munerat. *reconditum*. Item, *Sabinæ virginis et martyris*; vide Observationem. In Herinien. est *Trecasino*. In Antverp-Maj. *Leginæ*, pro *Sabinæ* vel *Savinæ*, ut scribit Munerat. Notavit Castellanus lituram in codice Pratensi, incipiendo a *Parisius dep.* usque ad finem, cui superscriptum advertit, *ositio Mederici presbiteri et monachi*, etc. Et eam scribendi rationem sequuntur perpetui comites Antverp-Maj. et Rosweyd. Antea habebatur *Mederici episcopi*, quo modo legit Molan. Sed præferenda est Herinien. et Greveni lectio, *depositio Mederici presbiteri*, non *sancti Mederici abbatis*, ut habetur in Munerato. Nihilominus codices illi inter puros numerati sunt.

OBSERVATIO. De *inventione capitis Baptistæ Prodromi*, ea paucis ad XXIV Februarii complexi sumus, quæ hic repetere supervacaneum esset. Porro ad XXIV Junii dictum est, in Hieronymianis plerisque apographis et illo et hoc die *natalem* ejus *in Sebastia* recoli, quamvis de vero et genuino hujus diei textu disputet Florentinius admonitione 6, pag. 26 et 28. Beda signanter hodie legit: *Eodem die, decollatio sancti Joannis Baptistæ*. Verum quæ ibidem adjunguntur, satis innuunt translationem capitis intelligi. Romanum parvum et Ado indicant *decollationem hodie venerari*. Cetera quæ postremus habet, ipsa sunt Bedæ verba, a Rabano etiam et Notkero descripta. Nec clariora sunt, quæ ab Adone in festivitatibus Apostolorum hac die referuntur. Noster ex textu Adoniano XXIV Februarii eruisse videtur, *decollationem*, quæ circa festum Paschæ verbi gratia I Aprilis, celebrari non poterat, ideo hac die consignatam, quod eo ipso facta fuerit secunda sacri capitis inventio. At enim fere arbitraria hæc esse, si omnia recte perpenderis, facile perspicies. Melior fortasse Castellani conjectura, censentis decollationis festum obtinuisse ob dedicationem hodiernam templi a Theodosio conditi. Alii alia excogitant, quæ uberius loco proprio discuti poterunt, et illis superaddi quæ fuse et erudite deduxit Papebrochius tomo IV Junii a pag. 711, et Tillemontius citatus dicto die XXIV Februarii, quibus addenda sunt, quæ contra P. l'Amy idem auctor disputat tomo 2 a pag. 714. Quid Wandelbertus de hac festivitate senserit, ex ejus versibus intelliges. Locum etiam habet Sabina Romana, quæ sequitur, hic ut *virgo* celebrata:

Decollationis Joannis Baptistæ.

Præco Dei, Verbi vox, et Baptista Joannes,
Quem effera saltanti tribuerunt jussa puellæ,
Insignit quartam meritorum laude perenni.
Virgo Sabina simul Romæ sua templa revisit.

Sabinæ Romanæ. Ponit hodie primo loco Beda. *Romæ, sanctæ Sabinæ virginis atque martyris*; Rabanus solum, *Sabinæ martyris*, quo modo verosimile est, primum a Beda scriptum fuisse, cum ex Actis constet *præclarissimi quondam Valentini uxorem* fuisse, de qua meminere Acta Serapiæ virginis III Septembris illustranda. In veteribus Kalendariis Allatii et Frontonis, uti et in Sacramentario Gregorii, solo nomine signatur. Nec præter martyris titulum quidquam adstruxit Romanum parvum, nisi quod locum addat, *ad arcum Faustini*. Plura ex præfatis Serapiæ Actis contexuit Ado, indeque hoc præcipue accepit Usuardus, quo *illustrissimam martyrem* prædicet. Notkerus pauca etiam capita summatim decurrit. Plura dabunt Notationes Baronii et Florentinii. Ex prioris Annalibus ad annum CCCCXXXII num. 37 disces, dicatam ei per id temporis ecclesiam etiam hodie celebratissimam, ad quam fit prima et solemnior Statio feria IV Cinerum, ut vide apud Frontonem pag. 33. — *Sabinam* seu *Savinam Trecensem* perperam huc ab Usuardo intrusam recte advertit Castellanus, utpote quam scire potuerit, non hac die, sed XXIX Januarii a popularibus publica ubique solemnitate celebrari, ut in Actis ad eam diem fusius probatum invenies, idemque ferme Usuardi elogium ex nonnullis Mss. Martyrologiis relatum. Satis insinuat laudatus Castellanus Bimestri primo pag. 452, diem hunc ab Usuardo Sabinæ Trecensi consecratum fuisse, quod eo jam dicta synonyma Sabina Romana recoleretur, quamquam de vera alterius festivitate melius edoceri potuisset. — *Medericus* a solo item Nostro notatus est, non ut *monachus*, *abbas*, aut *episcopus*, ut supra ostendimus, tametsi *monachum*, et si vis, *abbatem* fuisse non diffiteamur, sed ut *presbyter*, sicut textus noster exhibet. Vide quæ de eo refert et observat Mabilio seculi Benedict. 3, parte I a pag. 8, ubi de Sancti ætate, de auctore vitæ, de professione monastica, de variis locis, sive cœnobiis sive aliis, a Mederico cultis, denique de cellula, in suburbanis Parisiorum sub nomine Principis Apostolorum consecrata, in qua postremum vixerit, ac demum exspiraverit, multa, more suo, diligenter inquirit et explicat, pluribus alibi deducenda. — *Candidam* aliquam virginem Romanam sociis aliis immixtam profert Hieronymianum Epternacense vetustissimum, quam facile crediderim ex hujusmodi apographo ab Usuardo erutam. Certe Usuardinam esse, satis evincunt codices nostri, ex quibus æque evidenter patet germana totius textus simplicitas.

Sabinæ Trecensis.

Mederici.

Candidæ.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima annuntiatione satis purus, pergit: *In pago Trecassino, sanctæ Sabinæ virginis*. Desunt reliqua.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Plane mutilati sunt.

Sic habent: *Decollatio sancti Johannis Baptistæ. Romæ, sanctæ Sabinæ virginis et martyris. Ipso die, sanctæ Candidæ virginis. In Antiochia Syriæ, sanctorum Niceæ et Pauli. In Syrmia, natale sanctæ*

Niceæ et Pauli.

Basillæ. ctæ *Basillæ.* Postremæ duæ ex Hieronymianis apographis adjectæ sunt.

Antverp-Max. Ultraject. et Leyden. Usque ad penultimam annuntiationem satis puri sunt. Itaque de Mederico non loquuntur; sed Sabinæ Trecensi immediate subjungunt : *Ipso die, sanctæ Candidæ*, etc., ut statim diximus.

Lovanien. Hisce etiam similis est, præterquam quod elogium Sabinæ Trecassinæ expungat.

Alberg. et Danic. Incipiunt : *Decollatio sancti Johannis Baptistæ.* In reliquis conveniunt cum Antverp-Maximo, etc.

Textus mutilus. Centulen. *Romæ ad arcum Faustini, beatissimæ Sabinæ martyris. Eodem die, veneratur decollatio sancti Johannis Baptistæ, quem Herodes Tetrarca, ut Euangelistæ ferunt, præcepit decollari in carcere. Ipso die, sanctæ Candidæ virginis. Parisius, depositio Clerici presbyteri*, opinor, pro *Mederici*, qui neque hic *monachus* appellatur.

De decollatione Joannis Baptistæ. Bruxellen. *Decollatio sancti Joannis Baptistæ, quam Euangelica lectio circa Pascha factam commemorat, sed festum ejus hic recolitur, quando caput ipsius secundo repertum, et in ecclesia Edessæ civitatis conditum est. Romæ in Adventicio, oppido Windinense, ad arcum Faustini* (hæc Ado clarius) *natale sanctæ Sabinæ illustrissimæ martyris,* *De Sabina Romana.* *quæ fuit uxor præclarissimi quondam Valentini, et filia Herodis Metellarii. Hæc, Adriano imperante, sub Helpidio præfecto passa et gladio percussa, martyrii palmam accepit.* In Sabina Trecensi, purus est. *Nicææ et Pauli.* Sequitur de Antiochenis et Basilla, ut supra. *Basillæ.* In Candida purus est. Tum : *Et sanctæ Aureæ* *Aureæ.* *virginis. Mettis, depositio sancti Adelphi episcopi* *Adelphi.* *et confessoris.* In *Mederici*, prima syllaba insertum est *o*, ut sit *Moderici*.

De decollatione Joannis Baptistæ, etc. Hagenoyen. *Decollatio sancti Johannis Baptistæ, vel potius capitis ejus inventio, et ossium ipsius concrematio, et digiti ejus translatio, et basilicæ ejus dedicatio. Unde a quibusdam hæc festivitas diversimode notatur. Dicitur namque decollatio, collectio, inventio et dedicatio. Decollatus Johannes est circa festum Paschæ, sicut Euangelii probat auctoritas, ab Herode Tetrarcha Galileæ, filio Herodis regis sub quo natus est Dominus. Concrematio ossium ejus facta est a Juliano imperatore. Et ossium collectio facta est per monachos Hierosolymitanos, qui concremantibus se miscuerunt, et plura ossa ipsius furabantur. Inventio capitis Johannis facta est per duos monachos ipso revelante. Digiti ejus translatio et ecclesiæ dedicatio facta est penes Mediolanum a Theodelina regina Longobardorum. Unde propter hæc omnia a Domino Papa statutum est, ut hæc dies per mundum celebris in honore Baptistæ habeatur.* Quæ de Sabina Romana memorat, melius ab Adone referuntur. De Trecensi et Mederico silet. Sequitur : *In Sirmia,* *Basillæ* *sanctæ Basilicæ virginis.* Hæc melius *Basilla* voca- *Nicææ, etc* tur. De Candida pure; de Antiochenis, ut supra.

Aquicinct. Medericum *monachum* vocat cum Pratensi et sociis aliis supra citatis.

Textus mutilus Matric-Cartus-Ultraject. *Decollatio sancti Joannis Baptistæ. Sabinæ virginis et martyris.* De qua in margine recte adnotatur : *de hac nunc agimus commemorationem, quasi non esset virgo. Mederici abbatis et confessoris. Sabinæ virginis. Candidæ virginis.*

Codex Bigotian. sign. P. 5, qui fuit PP. *Coronatio... Cœlestini* Cœlestinorum. In margine adscribit recentiori manu : *In civitate Aquila, coronatio beati Petri Cœlestini patris nostri, in qua est Indulgentia a baptismo.* Vel hinc cognoscitur codex.

In Vatican. Deest Mederici et Candidæ. Adjicitur : *Natale sanctorum Vitalis, Satoris et Repositi.* *Vitalis, etc.* Apud alios noti non sunt.

Ughellian. Nihil habet de Sabina Trecensi *Nicææ, etc.* et Mederico. Porro de Antiochenis et Basilla, ut *Basillæ.* supra in Antverp. et Max-Lubecana.

Codex Castri Caroli. *Ipso die, sancti Joannis* *Joannis.* *confessoris.*

Editio Lubeco-Col. *Decollatio sancti Johannis* *De decollatione Joannis Baptistæ.* *Baptistæ. Qui primo in Samaria conditus est, nunc in Alexandria. Porro caput ejus de Hierosolymis ad Fenicem urbem Edissam delatum est.* Hæc ferme habent Beda, Rabanus, Ado et Notkerus. Tum : *Romæ in Adventino, opido Vindinensi, ad ar-* *De Sabina Romana.* *cum Faustini, etc.*, quæ in Adone legi malim. De Sabina Trecensi, inserit, *sororis sancti Saviniani* *De Sabina Trecensi.* *martyris.* De Antiochenis, ait : *Nicææ virginis et* *Nicææ, etc* *Pauli martyris. Metis, sancti Adolphi episcopi et* *Adelphi.* *confessoris.* De Mederico, addit, *et confessoris.* De *Basillæ.* Basilla Sirmiensi ut supra. De Candida, pure.

Belin. Incipit : *Decollatio sancti Joannis Baptistæ.* De Sabina, omisit titulum *illustrissimæ.* Sequitur : *Item sancti Helysei prophetæ.* In Candida, *Elisæi* purus est. In Antiochenis, ut supra. Pro *Basillæ,* *Nicææ, etc.* scribit *Basiliæ.* In Mederico purus. Quæ in priori *Basillæ* Veneta editione aberat, ponitur in altera : *In pago Trecassino, sanctæ Sabinæ virginis.*

Greven. *Item sanctorum martyrum nonagento-* *Mart. 900.* *rum, qui eodem die passi sunt. In Antiochia Siriæ sanctorum Nicææ virginis et Pauli martyrum. Me-* *Nicææ, etc.* *tis, sancti Adelphi episcopi et confessoris. Civitate* *Adelphi.* *Ostia, sanctæ Aureæ virginis, et martyris. Quæ* *De Aurea.* *nobili orta genere, pro fide Christi sub Claudio in carcere fame cruciata est, deinde equuleo superato, fustibus cæsa, in ergastulum missa est, ubi denuo varia perpessa tormenta, in mare præcipitata, martyrium consummavit. In Sirmio, sanctæ Basillæ virginis.* *Basillæ.* *Veronæ virginis.* Vide quæ de ea habet Molanus. *Veronæ.*

Molan. *Metis civitate, depositio sancti Adelphi* *Adelphi.* *episcopi et confessoris. Item sancti Helizæi prophe-* *Elisæi.* *tæ. Hujus sacrum corpus etiam mortuum, mortui resuscitatione peculiariter gloriosum, Ravennæ translatum, honore condigno honoratur. In Antiochia Syriæ, natale sanctorum Nicææ et Pauli. In Syria,* *Nicææ, etc.* *natale sanctæ Basileæ. In Venusio civitate Apuliæ,* *Basillæ.* *natale Felicis episcopi. Civitate Tubzozense, Janua-* *Felicis.* *rii presbyteri et Fortunatiani et Septimi lectorum,* *Januarii, etc.* *qui sub Diocletiano imperatore a Magdelliano procuratore, gladio consummati sunt.* Vide de his xxiv Octobris. *Veronæ virginis beatæ, in ecclesiæ* *Veronæ cum elogio* *sanctæ Crucis.* Dein typis minoribus. *miliario ab urbe Lovanio, in monte, qui ab ea sanctæ Veronæ nomen accepit. Hæc filia Ludovici regis Alemanniæ, sanctimonialis fuit in monasterio a se fundato ad Rhenum, quod Verenheute dicitur, et Maguntiæ in Domino obdormivit.* Editiones posteriores corrigunt priorem in Mederico, sed Italicis litteris adjiciunt *abbatis.* De Elizæo habent, ut supra. Tum : *Apud urbem Lovanium, natalis Veronæ, virginis beatæ, in ecclesia sanctæ Crucis.* Hic omittuntur omnia, quæ de sancta Verona ex priori editione supra distinctius explicata sunt. Sequitur : *Eodem die, translatio sancti Adelphi Meten-* *Translationis Adelphi.* *sis episcopi et confessoris, ad novum Villare monasterium, petitione Lantfridi corepiscopi Drogonis Metensis, tempore Ludovici pii.*

III *Kal.*

III *Kal.* *Die* 30.

Felicis et Adaucti. Gaudentiæ

Romæ via Ostiensi, passio beati Felicis presbyteri, sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, qui post equulei vexationem, data sententia, cum ad decollandum duceretur, obvius ei fuit quidam Christianus; hic dum se Christianum sponte profiteretur, mox cum eodem pariter decollatus est. Hujus nomen ignorantes Christiani, Adauctum eum appellaverunt, quod sancto Felici auctus sit ad coronam. Item Romæ, sanctæ Gaudentiæ virginis.

Puri sunt *Herinien. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec. Belini prima editio, Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Ferme in nævis consistit. Sic *Rhome, Hostiensi, eculei.* In Heriniensi, pro *duceretur,* est *deduceretur.* Belin. legit *obvius fuit ei,* Max-Lubec. *obvius ei quidam fuit.* In Antverp. post *Adauctum,* omittur *eum.* Denique Belin. pro *sancto Felici,* scribit *Felice.*

Felicis et Adaucti.

OBSERVATIO. De confusione variorum martyrum sub *Felicis* appellatione, dicendum nobis fuit ad XIV Januarii, ubi fontes assignavimus, ex quibus plura, huic etiam diei servientia, inveniet curiosus lector, quæ modo nec lubet repetere, nec vacat operosius retractare. Nodus hac die intricatior videri potest, quod Martyrologi inter se discrepent. Nam Beda et qui eum, unico die transposito, sequitur, Rabanus, eos martyres recolunt, quos diebus præcedentibus inter Auctaria recensuimus, nempe *Felicem episcopum, Adauctum,* vel *Adactum, et Januarium presbyteros* (aliqui in nominibus nonnihil variant) *Fortunatianum et Septimium* vel *Septiminum, lectores,* a nobis proxime ex Molano ad XXIV Octobris remissos; quo die iisdem Bedæ verbis ex Adone, et ex hoc ab Usuardo celebrantur. Inde recentioribus ansa præbita est, dubitandi utrum vere *Felix* noster et *Adauctus* Romæ vendicandi sint. Quo id fundamento adstruant, ipsi viderint. Certe vetera Kalendaria Allatii et Frontonis sæpe citata, Sacramentarium Gregorii, apographa Hieronymiana, Romanum parvum, Rabanus, Ado, Notkerus, Wandelbertus, æque ac Noster disertissime hodie signant *Felicem* dumtaxat et *Adauctum,* vel per metathesim *Audactum, via Ostiensi,* eosque tot præterea characteribus et circumstantiis distinguunt, ut hactenus non videam, quid cum superioribus, Africanis omnibus, commune habere queant. Fateor, Adonem duos fratres *Felices* hac ipsa die innuere, at dum unius tantummodo res gestas prosequitur, satis demonstrat, unum illum fuisse, qui via Otiensi cum accessorio comite *Adaucto* coronam martyrii promeritus sit. Adonis Acta rejiciunt aliqui, ego necdum ut sincera venditare ausim, attamen tales censeo relatas auctoritates, ut geminos nostros *Ostienses* ab aliis diversissimos esse oporteat. Quod velint, huic etiam diei innecti debere Africanorum (saltem *Felicis episcopi* Venusiæ passi) gloriosum agonem, haudquaquam obluctabor; quin potius subscribam Ruinartio, id non improbabiliter suadenti a pag. 374 . satis nobis est Martyrologiorum nostrum fidem asseruisse. De cetero ad laterculum quod attinet, omnia ex longiori Adonis narratione contraxisse Usuardum, manifestum est. Multum innititur Florentinius Mss. reginæ Sueciæ, sed ignoravit, Bedæ propria esse, quæ ibi referuntur, quæque proinde nihil in hac re immutare possunt. Communem Martyrologorum sensum secutus est Wandelbertus, dum ita scripsit :

Terna cum Felice pio præcellet Adauctus.

Gaudentiæ.

In Hieronymianis primo loco notatur *Gaudentia virgo cum reliquis tribus.* Hæc in Rabano totidem verbis leguntur, quibus alicunde lucis aliquid afferri velim. Porro *Gaudentia* illa Adoni et Notkero præterita est; unde mihi dubium non est, quin Usuardus ex Hieronymianis eam acceperit. An martyris titulo decoranda sit, vide in Florentinio.

De Agilo Rabani in Pratensi codice posito.

Sequitur apud Rabanum, *Depositio Agili abbatis,* reliquis omnibus antiquioribus Martyrologis incogniti. Hunc, nescio quis, codici Pratensi assuere voluit, hac phrasi : *In pago Meldensi, sancti Agili confessoris,* ex quo in ordinarios comites transiit, ea causa a puris exclusos. Assutum ab aliquo seu adscriptum dicimus sanctum Agilum in Pratensi codice : nam, teste Castellano, prima manu signatus non est. Verum quæcumque ea manus fuerit, antiquam esse oportet, quandoquidem Antverp-Major et Rosweydinus quos codices Pratensis socios vocamus, eum etiam iisdem verbis referant. Alia phrasi eumdem protulit Muneratus, sed et ipse et præfati isti codices ita ab omnibus aliis, pro textu superius citatis, refelluntur, ut indubitata maneat Usuardinæ lectionis nostræ germanissima puritas et simplicitas. Qui de Agilo plura legere voluerit, consulat Mabilionem seculo 2 Benedictino a pag. 315.

AUCTARIA.

Agili.

PRATEN. et ROSWEYD. In fine adjiciunt . *In pago Meldensi, sancti Agili confessoris.*

ANTVERP-MAJ. Idem habet augmentum et præterea in Felice mutilus est.

Agili. Fiacrii.

MUNERAT. Textui puro subdit : *Resbaco monasterio, cognomento Hierusalem, sancti Agili, qui ejusdem abbas cœnobii multis virtutibus claruit. In territorio Meldensi, sancti Fiacrii confessoris.*

CENTULEN.

CENTULEN. *Romæ via Ostensi, beatorum martyrum Felicis et Audacti, tempore Diocletiani, sub præfecto Urbis Draco. Item Romæ, sanctæ Gaudentiæ virginis. Cœnobio Restacensi, depositio sancti Agili abbatis.* (*Agili.*)

BRUXELLEN. (*De Felice et Adaucto.*) *Romæ via Ostiensi, passio beatorum martyrum Felicis presbyteri et Adaucti, sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus decollatorum. Quorum primus, dum post eculei vexationem, data sententia duceretur ad mortem, obvius ei fuit alter, et dum ille se sponte Christianum esse fateretur, mox cum primo pariter decollatus est. Et quia hujus secundi martyris nomen ignorantes Christiani non invenerunt, Adauctum ipsum appellaverunt, eo quod sancto Felici martyri auctus, sibique pro fidei confessione, martyrii corona aucta sit. Item Romæ, sanctæ Gaudenciæ virginis. Eodem die in monasterio Ierusalem, depositio sancti Agili confessoris et abbatis.* (*Agili.*)

HAGENOYEN. (*De Felice et Adaucto.*) *Romæ via Ostiensi, natale beati Felicis presbyteri et Adaucti cujusdam alii Christiani, sub Diocletiano et Maximiano. Hic Felix cum ductus esset ad statuas plures, scilicet Serapis, Mercurii et Dyanæ, quæ omnes reciderunt, et cum in eculeum levatus et tortus, et postea ad arborem sacrilegam ductus, quam similiter dejecit, et simulacrum cum templo et ara corruit, et tunc illum præses jussit decollari et corpus ejus lupis et canibus dimitti. Tunc quidam Christianus in medium prosiluit, Christum confitens, et osculantes se invicem pariter decollati sunt. Hujus nomen Christiani ignorantes, Adauctum cum vocaverunt, eo quod sancto Felici adauctus sit ad coronam.* Vide hæc in Adone purius. (*Saviniani et Savinæ.*) *In civitate Trecassina, sancti Saviniani martyris et sanctæ Savinæ sororis ejus,* etc. Sequitur longa horum Sanctorum historia, de qua vide in Actis XXIX Januarii.

AQUICINCT. Post *Gaudentiæ virginis* addit : *In monasterio, quod dicitur Respacis, transitus sancti Agili, ejusdem loci abbatis et confessoris.* (*Agili.*) Et calamo longe recentiori adjicitur : *In territorio Meldensi, sancti Fiacrii confessoris.* (*Fiacrii.*) Vide quæ habet Surius hoc die, et recentius Mabilio seculo 2 Benedictino a pag. 599.

DAVERONEN. (*De Agilo.*) *Ierusalem monasterio, quod dicitur Resbacis, transitus sancti Agili, primi ejusdem loci abbatis et confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Felicis et Adaucti martyrum. Lazari fratris Marthæ, episcopi Massiliensis.* (*Lazari.*) Vide XVII Decembris. *Fiacrii eremitæ et confessoris.* (*Fiacrii.*) *Agili abbatis et confessoris.* (*Agili.*)

REG. SUEC. signatus num. 428. (*De Agilo.*) *Resbaco monasterio, cognomento Ierusalem, sancti Agili, qui ejusdem abbas cœnobii, multis virtutibus claruit. In pago Meldensi, beati Fiacrii confessoris, viri vita et miraculis gloriosi.* (*De Fiacrio.*)

In VATICAN. num. 5949. Deest *Gaudentiæ.*

ALTEMPS. *Ceneyo monasterio, sancti Ealdwoldi confessoris, fratris beati Edmundi martyris. Ipso die, sancti Junionis episcopi et confessoris. Item, sancti Decimavi martyris.* (*Ealdwoldi. Junionis. Decimavi.*)

FLORENTIN. *In monasterio Ierusalem, sancti Agilii abbatis et confessoris.* (*Agili.*)

EDITIO LUBECO-COL. De Felice et Adaucto vix quidquam novi inducit. Sequitur : *Monasterio Tuiciensi, super litus Rheni, translatio corporis beati Heriberti archiepiscopi Coloniensis Agrippinæ et confessoris. Quæ a Domino Arnoldo primo, archiepiscopo Coloniensium, sub anno Incarnationis Domini* MCXLVII *facta est.* (*Translationes Heriberti.*) *In Monasterio Resbasi, sancti Agili abbatis et confessoris, qui centenarius ac virgo existens, feliciter ex vocatione migravit a seculo.* (*Agili.*) In Gaudentia, pura est. Denique : *Eodem die, natale sanctorum martyrum, Januarii presbyteri, Fortunati et Septimi lectorum.* (*Januarii et soc.*) Vide Observationem, superius.

BELINI editio altera. In fine habet. *In territorio Meldensi, sancti Fiacrii confessoris.* (*Fiacrii.*)

GREVEN. *Ipso die, secundum Cathalogum sanctorum sancti Therentiani episcopi et martyris. Qui tempore Adriani apud Tudertum Tusciæ sacrificare nolens in equuleo levatus, scorpionibus cæditur, ignisque lateribus apponitur. Deinde lingua præcisa, cum nihilominus Christum clare confiteretur, decollatus est una cum Flacco sacerdote idolorum a se converso et baptizato.* (*De Terentiano et Flacco.*) *Item, sanctorum Hipoliti et Saviniani martyrum, de quibus in gestis sanctæ Aureæ virginis.* (*Hippolyti et Saviniani.*) *In territorio Meldensi, beati Fiacrii abbatis et confessoris, magnæ virtutis viri.* (*Fiacrii.*) *In monasterio Resbasi, sancti Agili abbatis et confessoris, qui anno vitæ suæ centesimo virgo obiit.* (*Agili.*) *Monasterio Tuiciensi, super litus Rheni, translatio sancti Heriberti archiepiscopi Agrippinensis Coloniæ et confessoris, facta anno Domini* MCXLVII *per Dominum Arnoldum ejusdem urbis archiepiscopum.* (*Translationis Heriberti.*) *Ipso die secundum quosdam, natale sanctorum Januarii presbyteri, Fortunati et Septimi, qui infra* IX *Kalend. Novembris habentur.* (*Januarii et soc.*)

MOLAN. *Resbaco monasterio, cognomento Hierusalem* etc., Deinde : *In territorio Meldensi,* etc., ad verbum ex MUNERATO. (*Agili.*) Sequitur. *Anno millesimo quinquagesimo sexto, translatio sancti Donatiani Remensis episcopi.* (*Translationis Donatiani.*) (Brugas.) In posterioribus editionibus, de Agilo et Fiacrio, eadem quæ in prima. (*Fiacrii.*) Tum. *Brugis, translatio sancti Donatiani, Remensis episcopi.*

Pridie Kal. *Die* 31.

Treveris, natalis sancti Paulini episcopi et confessoris, qui a Constantio imperatore ob Catholicam fidem exilio relegatus, et usque ad mortem, etiam extra Christianum nomen, mutando exilia fatigatus, ad ultimum apud Frigiam defunctus, beatæ passionis coronam percepit a Domino. (*Paulini.*) Eodem die, apud Athenas, beati Aristidis, fide, sapientiaque clarissimi, qui Adriano principi de religione Christiana libros obtulit, et quod Christus Jesus solus esset Deus, præsente ipso imperatore, luculentissime peroravit. (*Aristidis.*) Autisiodoro, sancti Optati episcopi et confessoris. (*Optati.*)

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Major, Munerat. Greven* et *Molan.*

VARIA

VARIA LECTIO. Est inter codices pro textu hic citatos et inter Belinum, cui consonant mediæ notæ ecgrapha nostra, ea diversitas, quod licet omnes ex eodem fonte hauserint, postremi tamen primam annuntiationem de Paulino Trevirensi in aliam quodammodo formam transposuerint, dum loquuntur in hunc modum : *Treveris, sancti Paulini episcopi et confessoris, qui tempore Arrianæ infestationis, a Constantio imperatore, ob Catholicam fidem usque ad mortem variis exiliis fatigatus, tandem apud Frigiam, beatæ passionis coronam percepit a Domino.* De cetero inter puros nostros nihil ferme discriminis. Antverp-Maj. et Munerat. mendose scribunt, *Constantino*, pro *Constantio*. Molan. habet *relegatus exilio*, sed a Greveno magis detortus est sensus ; dum ita constructionem implicat : *Ob catholicam relegatus fidem exilio.* Praten. posuit *Phrigiam*, melius Molan. *Phrygiam* ; sed nos cum reliquis omnibus, quos vel errantes etiam alibi secuti sumus, simpliciter *Frigiam*. In Hermien. est *Aristhidis*. De *Autisiodoro* vel *Antisiodoro*, etc., dictum est sæpius. Cetera notatu digna non sunt.

Paulini. OBSERVATIO. Illustria *Paulini Trevirensis* pro catholica fide cum Arianis certamina merito celebrant Athanasius, Hilarius, Hieronymus aliique scriptores ecclesiastici, nec minus ut egregium *confessorem*, quidni et *martyrem* ? eum exornant Martyrographi passim, Hieronymiana præsertim, in quibus postquam hac die positum est : *Treveris, depositio sancti Paulini episcopi et confessoris*, ad IV Septembris denuo repetitur : *Treveris, depositio sancti Paulini.* Geminatæ hoc modo festivitatis rationem non reperit Florentinius ; nec satis promptum est reddere, nisi ad translationem, elevationem, aut inventionem corporis recurratur, seu ad relationem ejus ex Phrygia, de quibus consuli potest Sigebertus apud Florentinium : nam his omnibus occurri videtur, dum utrobique expressissime legitur *depositio*. De Paulino nihil in Beda, Floro, aut Romano parvo, sed eum memorat Rabanus, breviter notans, quod sub Constantio *exiliatus ibidem requieverit*. Paulo fusius et nitidius rem expressit Ado, quem nescio cur Notkerus non satis fideliter secutus sit. Noster presse illius verbis inhærens eaque nonnihil contrahens, sic plane juxta antiquiores codices nostros elogium efformasse dicendus est, ut nos in laterculo posuimus, non ut Belinus loquitur et Mss. recentiora, iterum in Auctariis distinctius citanda. Plusculum dicent laudati Florentinii laudationes, ubi miraberis, nos ad Mersæum in Annalibus Archiepiscoporum Treverensium remitti, ut discamus, *sanctum Paulinum*, qui certo sub Constantio obiit adeoque, ut Florentinius fatetur, saltem ante CCCLXIII ; ut discamus, inquam, *sanctum Paulinum, a sancto Martino Turonensi consecratum* fuisse, *et a D. Ambrosio dilectum et excultum.* Saniora docebit Baronius et a nobis producentur suo loco, ex Severi Sulpitii historiæ sacræ lib. 2 aliisque certioribus ecclesiasticis monumentis, ex quibus patebit, Paulinum nostrum Trevirensem, gloriosæ confessionis suæ prius cursum absolvisse, quam aut Martinus aut Ambrosius ferme catechumeni fuerint ; utpote cum ille probabilius anno CCCLIII, post Concilium Arelatense in exilium missus, quinquennio post, anno CCCLVIII, laborum ærumnarumque metam attigerit. Locum hic habeat Wandelberti metricum de Paulino elogium, quo mensem Augustum ita concludit :

Paulinus pridie Treverorum mœnia lustrat,
Exilio Antistes vero pro dogmate clarus.
Augusti his demum clauduntur lumina festis.

Aristidis De *Aristide* nihil dicitur in Hieronymianis, Beda, aut Rabano ; unde certum videtur, a Romano parvo in sacras Tabulas primum fuisse relatum, haud dubie ex Rufini Eusebio lib. 4 cap. 3, his verbis : *Apud Athenas, Aristidis, qui Adriano principi de religione christiana libros obtulit.* Et hæc quidem ex historia ecclesiastica vere constant, confirmata ab Hieronymo de Script. cap. 20. Non item ea quæ ab Adone superaddita sunt, de *luculentissima* coram Adriano *peroratione* ; ut hinc rursus evidenter pateat quam inepte velint aliqui, Romanum parvum ex Adone contractum fuisse. Sed de his plura alibi. Interim notabis, Viennensis phrasim a Nostro plane et integre esse descriptam, Notkero voces aliquas aut mutante aut transponente. — *Optati* *Optatus* Autissiodorensis ab Usuardo haud dubie appositus est ex codicibus Hieronymianis, eum diserte exprimentibus, quidquid adjectitium velit Florentinius. Atque inde patet tota textus nostri œconomia et ratio.

AUCTARIA.

ROSWEYD. Textui subdit augmenta Anglica : *In Britannia, monasterio Glistingensium,*
Aidani *sancti Adani* (potius *Aidani*) *episcopi et confessoris.*
Ensuithæ. Vide Surium. *In Cantia, depositio sanctæ Ensui-*
Cuthburgæ *thæ virginis. Eodem die, sanctæ Cutburgæ virginis.*

PULSANEN. Paulini elogium resecat : in Aristide purus est. De Optato, nihil.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX, ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Hic octo codices cum BELINO primam annuntiationem formant, ut dixi supra in lectionibus variantibus. De cetero codices puri sunt, de altero dicemus.

CENTULEN. *Apud Athenas, beati Aristidis fide sapientiaque clarissimi. Treveris, beati Paulini episcopi, qui contra Arrianos fortiter fideliterque pugnavit. Atrebas, sancti Hadulphi episcopi et confes-* *Hadulphi.* *soris.* Vide in Actis nostris die natali XIX Maii. In MOLANO infra notatur *translatio*.

BRUXELLEN. In Paulino, textum Adonianum *De Paulino* describit, additque præterea de suo : *A quo nunc mirificatur. Cujus corpus Treverim relatum est, ubi in ecclesia sui nominis in cripta subterranea cum corporibus multorum martyrum, passorum sub Rictiovaro, quiescit.* In Aristide purus est. *Anthisiodoro, depositio sancti Optati episcopi et confes-* *Andani.* *soris. Item Andani episcopi.*

HAGENOYEN. Pro *Aristidis*, scribit *Aristionis*,

sed

sed in eo purus est ; in Paulino, plane Adonianus. Tum : *Item Parisius, depositio sancti Mederici episcopi et confessoris.* Vide supra xxix Augusti. *Ipso die, beati Genesii martyris Arelatensis, qui exceptoris functus est officio. Cum impia, quibus Christiani puniri jubebantur, edicta nollet excipere, comprehensus est, atque decollatus, martyrii coronam proprio cruore baptizatus accepit.* Sæpe in hoc codice, ferme ex scriptoris arbitrio, dies commutantur et transponuntur ; vide Usuardus xxv hujus. In Optato satis purus est.

Mederici.
Genesii Arelatensis

Aquicinct. In fine addit : *Eodem die, sancti Aidani episcopi, cujus animam sanctus Cuthbertus in cœlum ab angelis ferri vidit. Item sancti Elladii episcopi.* In Hieronymianis hoc die refertur, vide viii Maii ad quem spectat.

Aidani.
Elladii.

Matric-Cartus-Ultraject. *Aidani episcopi et confessoris, Paulini episcopi et confessoris, exilio relegati. Aristhidis confessoris, viri doctissimi.*

Aidani.

Codex. D. du Cheval. sign. C. *Item Elladii episcopi.* Jam dixi spectare ad viii Maii.

Elladii

In Vatican. sub num. 5949. Deest *Optati.*

Altemps. *In Cantia, depositio sanctæ Eanswithæ virginis.* Vide supra Rosweydinum.

Eanswithæ.

Florentin. *Item, sancti Juliani confessoris, qui patrem et matrem interfecit, cujus vita et transitus habetur.* De Julianis alibi actum est.

Juliani.

Burdegalen. *Antissiodoro, sancti Optati episcopi et confessoris. Item Eracli episcopi.* Si de Senonensi sermo est, colitur ix Julii.

Eraclii.

Editio Lubeco-Col. *Treveris, natale sancti Paulini episcopi et martyris. Qui tempore Arrianæ infestationis a Constantio imperatore ob Catholicam fidem usque ad mortem variis exiliis fatigatus, tandem apud Phrygiam, sub anno Domini trecentesimo sexagesimo primo, beatæ passionis coronam percepit a Domino. In Aristide* purus usque ad *peroravit,* adjicit, *multisque illud probavit testimoniis prophetarum.* In Optato purus est. In fine : *Eodem die, beati Belladii et Aulani episcoporum et confessorum.* Fallor si non velit indicare *Elladium* et *Aidanum,* de quibus in aliis codicibus, supra. *In Anglia sanctæ Cuthburgæ virginis.*

De Paulino
Belladii et Aulani
Cuthburgæ.

Belin. Præter mutationem in annuntiatione prima, addit in fine : *Item sanctorum martyrum Robustiani et Marci.* Vide Romanum, in quo prior etiam recolitur xxiv Maii.

Robustiani et Marci.

Greven. *Colomanni martyris.* Si de socio Kiliani agitur, vide xiii Julii. *In Anglia, sancti Aidani episcopi Lindisfarnensis et confessoris. Hic, ut testatur Beda libro 3, vita et miraculis clarus, nil ex omnibus, quæ in Evangelicis, sive Apostolicis sive Propheticis litteris facienda cognoverat, prætermittere, sed cuncta pro viribus implere curabat. Item apud Marsiliam, sancti Lazari episcopi et martyris, quem Dominus a morte suscitavit. Usuardus habet eum* xvi *Kalend. Januarii. Justi et Clementis episcoporum et confessorum. In Anglia, Cutburgis virginis abbatissæ. Potamiæ virginis. In Egypto, virginum plurimarum.*

Colomanni.
De Aidano.
Lazari.
Justi et Clementis.
Cuthburgis.
Potamiæ.

Molan. *In loco Blandinium dicto, dedicatio et consecratio basilicæ beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli. Item sanctorum martyrum Robustiani et Marci. Translatio sancti Hadulphi episcopi et confessoris. Jotro monasterio, sancti Ebraisili episcopi et confessoris.* Ab aliis vocatur *Ebrigisilus.* Exinde typis minoribus : *In Anglia, sancti Aidani episcopi Lindisfarnensis et confessoris. Hic, ut testatur Beda libro tertio, vita et miraculis clarus, nil ex omnibus quæ in Evangelicis, sive Apostolicis, sive Propheticis litteris facienda cognoverat prætermittere, sed cuncta pro viribus implere curabat.* Ex Greveno descripta sunt, uti et quod sequitur : *In Anglia, Cuthburgis virginis abbatissæ.* Hactenus editio prima. Editiones aliæ habent : *Item sanctorum martyrum Robustiani et Marci. Jotro monasterio, sancti Ebraisili,* etc., ut supra. *Eodem die, sancti Aidani episcopi. Cujus animam sanctus Cuthbertus in cœlum ab angelis ferri vidit. In Anglia, sanctæ Cuthburgis virginis et reginæ. Ibidem, depositio sanctæ Eanswidæ virginis et abbatissæ.* Vide Rosweyd. et dicta superius. *Atrebati, translatio sancti Hadulphi episcopi et confessoris. In loco Blandinium dicto, dedicatio,* etc., ut in priori. *Die trigesima prima, depositio venerandæ Zonæ sanctissimæ Deiparæ,* cui minoribus typis adjungitur : *in anniversario die dedicationis templi in Chalcopratiis.* Vide Surium hoc die.

Dedicationis in Blandinio.
Robustiani, et Marci.
Translationis Hadulphi.
De Aidano.
Ebraisili.
Cuthburgis.
Eanswidæ.
De Zona Deiparæ.

MENSIS



MENSIS JUNIUS

Habet Dies xxx.

Kalendis. *Die 1.*

Romæ, dedicatio sancti Nicomedis presbiteri et martyris. Apud Cæsaream Palestinæ sub persecutione Maximini, beati Pamphili presbiteri et martyris, cujus vitam Eusebius Cæsariensis episcopus tribus libris comprehendit. Sed et sanctus Hieronymus scribit, quædam volumina manu ejus exarata se reperisse quæ tanto, inquit, amplector et servo gaudio, ut Cresi opes habere me credam. Augustoduni, sanctorum Reveriani episcopi et Pauli presbiteri, cum aliis decem, qui sub Aureliano principe martyrio coronati sunt. Ipso die, sancti Caprasii abbatis monasterii Lirinensis.

Nicomedis. *Pamphili.* *Reveriani et soc.* *Caprasii*

Ita codices *Antverp-Maj Munerat. Greven.* et *Molanus*; qui soli puri sunt.

VARIA LECTIO. In ipso principio offendiculum est. Scribit Pratensis : *Romæ, dedicatio natalis sancti Nicomedis*, Antverp-Maj. et Tornac. *natale* vel *natalis Nicomedis*, Greven. et Molan. *dedicatio basilicæ S. Nicomedis*. Alii, *dedicatio et natalis*. Nos credimus Usuardum servasse lectionem Adonis, qualis est in Munerato, Heriniensi, aliisque, ac proinde in textu nostro. Et hoc Molanus agnovisse videtur, dum in posterioribus suis editionibus *basilicæ* scripsit cursivis sive Italicis litteris a textu distinctis. Sic etiam et recte *Maximini* legimus cum Praten. Antverp-Maj. et Munerato, non *Maximiani*, ut Greven. et Molan. In codicibus est, et esse debet *Pamphili presbyteri*. Erravit Praten. scribendo *Episcopi*. Rursus habent omnes *se reperisse*, vel ut Greven. *repperisse*, nescio quid Munerat. solito tamen castigatior, velit per *recepisse*. Plura occurrunt scriptoria sphalmata, ut *Niconedis, presbiteri, Palestinæ, Cæsariensis, Jeronimus, Hieronimus, inquid, Cresi* et *Lirinensis*, quorum ea servanda putavimus, in quibus præcipui codices et alii hodie conveniunt. Erravit denuo Pratensis subtrahendo titulum episcopi Reveriano, quem male supra Pamphilo tribuerat. Non minus turpiter labitur Antverp-Major, qui pro *Reveriani episcopi... cum aliis... martyrio coronati*, posuit *Severiani episcopi et confessoris*.

OBSERVATIO. Jam abunde notavimus ambiguum esse, quid de *Nicomede* presbytero et martyre, primigenia phrasi scripserit hac die Usuardus, cujus natalem seu certaminis diem, ipse post alios, XVII Kal. Octobris seu XV Septembris innexuit. Agi de aliqua ecclesiæ, in Martyris honorem, dedicatione, manifestum est, idque primus signasse videtur auctor Romani parvi, his verbis : *Dedi-*

catio S. Nicomedis martyris; addidit Ado, *presbyteri apud urbem Romam*, simul indicans diem natalem, qui supra. Beda, forte utroque antiquior, diserte posuit : *Natalis Nicomedis martyris*, et post eum subjunxit Rabanus, *ecclesiæ Dedicatio*. Utrum ex his, non satis claris expressionibus, obscuriorem aliam conflaverit Usuardus per, *dedicatio natalis*, harum rerum periti lectoris judicio relinquimus ; maluimus nos Romani parvi et Adonis syntaxim, solitam Usuardi regulam præferre. Pluribus hic non immoror, cum res tota operiosiori disquisitione opus habeat, danda in Actis die ipso Nicomedis natali (ut Martyrologia statuunt) xv Septembris. — Celeberrimi martyris *Pamphili* agonem hac die perperam referri, et non magis recte binos socios *Valentem* et *Paulum* in hodierno Romano adjungi, bene in commentario suo censuit Papebrochius, utpote qui sociis omnibus ad XVI Februarii melius conjungeretur, atque ibidem satis feliciter conjectat, Martyrologum aliquem Adone et Usuardo antiquiorem, pro mero forte arbitrio, Pamphilum hac die consignasse. Sic omnino res habet ; sed et Martyrologum illum non difficulter reperire potuit, nempe auctorem Romani parvi, ex solito suo duce Rufino ita hodie secundo loco legentem : *Et sancti Pamphili martyris*, nulla temporis aut loci adscripta characteristica. Non dubitavit Ado, quin de illustri illo, ab Eusebio celebrato, sermo esset, ipsique adeo ex hoc et Hieronymo de scriptoribus ecclesiasticis cap. 75 elogium concinnavit, cujus partem potissimam Noster ad verbum transtulit, Notkero omnia describente. Atque hanc solam credimus veram causam esse, cur *Pamphilus*, seorsim ab aliis, hac die Martyrologiis nostris insertus sit. De sociis diximus in Observatione nostra § ultimo citata die XVI Februarii, ubi continuatam duodecim martyrorum seriem ex Eusebio aliisque, Gallice expositam diximus a Tillemontio tomo 5 a pag. 418 : quæ ferme eadem Græce et Latine hoc die in Actis nostris edita est a Papebrochio, duabus partibus ea complectentibus, quæ supersunt ex tribus libris de vita Pamphili ab Eusebio scriptis, quæque sub Metaphrastis nomine prius vulgata, auctoritatis aliquid amisisse videbatur. Wandelbertus Pamphilum et Nicomedem honorat.

Pamphili.

Junii origo tuum sustollit ad astra nitorem
Pamphile, martyrio doctor venerande beato ;
Martyris huncque diem festum Nicomedis adornat.

Reverianus et soc.

Reverianus Augustodunensis et *Paulus* cum sociis ab Usuardo in sacros Fastos relati primum sunt ; a nullo antiquiore aut coævo memorati. Nec enim audiendus Petrus de Natalibus, eum perperam Adoni adscribens, quem alii secuti sunt. Vide Henschenii commentarium et Acta a P. F. Chifletio communicata ; quibus accedere potest notula Motherii, hoc die Martyrologio Gallico adjecta. — Ast ex laudato Adone et ejusdemmet verbis plane acceptus est *Caprasius*. Cur præteritus sit *Claudius* Viennensis undecimus episcopus ibidem notatus, haud satis perspicio. Ceterum quæ dedimus, Usuardina esse minime dubitamus. Quæ de Caprasio supersunt, ab Henschenio collecta et recensita invenies.

Caprasius.

AUCTARIA.

Dedicatio cryptarum

PRATEN. Imprimis multa hodie habet de *Dedicatione cryptarum*, etc. in indice Prætermissorum integre recitata, ubi eam lector reperire poterit. Nobis fuit dubium, an longior ista oratio, ipsi Usuardo esset tribuenda ; qua super re consultus Castellanus, respondit, in codice Pratensi, prima et eadem manu omnia esse scripta. An Usuardina ? Non existimo, in codicum aliorum ferme omnium apertissima repugnantia et quidem alterius Pratensis codicis B. in quo hæc erasa testatur, qui apographum nostrum cum prætenso autographo contulit celeberrimus Sirmondus.

HERINIEN. Toto textu omnium purissimus, in fine hæc sibi propria adjicit : *Treveris civitate, depositio beati Simeonis monachi. Qui profectus ex monasterio in monte Sinai constituto, rectoris sui obsecundans imperiis, inque memoratam metropolim deveniens, non paucis annis remotiorem vitam strenue exercuit, ibidemque, vocante Domino, ad cælestia migravit, quo se feliciter vivere miraculorum creberrima testatur exhibitione.*

Simeonis

TORNACEN. Rescindit partem alteram elogii beati Pamphili, cetera purus est.

PULSANEN. *Romæ, dedicatio et natalis*, etc. Sequitur : *In Campania, natalis sancti Herasmi episcopi et confessoris. Hic sub Diocletiano et Maximiano Augustis, diversis suppliciis cruciatus, tandem vocante eum Domino, sancto fine quievit.* Vide die tertia hujus. Porro in codice truncatur totum elogium Pamphili. De ceteris nihil.

Erasmi.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. In textu satis puri, addunt in fine, alter *Juvencii*, altera *Vincencii*. Apud alios invenies *Viventii*, *Viriani*, etc. Videantur Prætermissi et Acta pag. 43.

ROSWEYD. Et hic in textu satis purus est, sed in fine adjicit : *Item Faustini episcopi et martyris, et sociorum ejus.* Est inter Perusinos martyres *Faustinus* aliquis, an hunc indicet, nescio.

Faustini et soc.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textum referunt, sed addunt : *Romæ, sancti Vincentii*. De quo jam diximus. Tum : *Treveris civitate, beati Simeonis monachi.* Quæ eadem habet LOVANIEN, deficiens in altera parte elogii sancti Pamphili. ALBERG. autem et DANIC. primis similes, initio acephali sunt, carentes *dedicatione*, etc.

Vincentii. *Simeonis.*

CENTULEN. *Romæ, sancti Nichomedis martyris. Cæsarea Cappadociæ* (Palæstinæ) *sancti Panfili presbyteri et martyris, a quo Eusebius Cæsariensis Pamfili cognomen accepit. Augustoduni, sanctorum Reveriani episcopi et Pauli presbyteri cum aliis decem, qui sub Aureliano passi sunt.* In Caprasio purus est.

Textus contractus.

BRUXELLEN. In textu, solito purior, subdit : *Apud Viennam, sancti Elaudissimi* (voluit dicere *Claudii*) *episcopi. Et Treveris, depositio sancti Symeonis monachi et heremitæ. Qui Syracusis civitate Siciliæ oriundus, Treveris pro Christo in turri diu conclusus, migravit ad Christum.*

Claudii. *De Simeone Trevirensi.*

HAGENOYEN. In tribus primis annuntiationibus modice interpolatus, ante *Caprasii*, interserit : *Depositio sancti Simeonis monachi et confessoris. Qui natus erat de Sicilia a nobilissimis parentibus ;*

tibus; qui et vitam heremiticam primum in monte Synai duxit. Sed Puppo Treverensis archiepiscopus transfretavit et Symeonem Treverim duxit, ipsumque supra nigram portam recludi fecit, et necessaria ei ministravit; et animam Deo dedit, ibique sepultus est et multis claret miraculis. Sequitur, *Vincentii* *Caprasii*; et in fine : *Romæ, sancti Vincentii.* De quo supra.

AQUICINCT. Incipit : *Romæ, dedicatio et natalis*, etc. In fine : *Jovini* *Item Jovini abbatis.* In Pictaviensi Galliæ diœcesi, ut in Actis notatur.

VICTORIN. Pro *Augustoduni*, aliam positionem substituit : *In territorio Nivernensi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Nicomedis martyris. Pamphili presbyteri et martyris. Reveriani martyris cum sociis.*

In VATICAN. num. 5949, deest *Nicomedis* et *Reveriani* et *Caprasii* : adjicitur : *Thessalonicæ* *Luciæ* *sanctæ Luciæ virginis.* Vide indicem Sanctorum hujus diei et Acta, in quibus varios habet socios.

Vincentii UGHELLIAN. In fine : *Romæ, sancti Viventii.* Vide supra ANTVERP. et MAX-LUBEC.

Jovini. ALTEMPS. *Pictavis, sancti Jovini abbatis.*

Vincentii. FLORENTIN. *Romæ, sancti Vincentii. Apud Bo-* *Proculi.* *noniam, passio sancti Proculi martyris et episcopi Interamnensis, in ducatu Spoletano; qui vita et miraculis multos convertit ad Dominum.* Vide Prætermissos *Viviani* et Acta. *Ipso die, sancti Viviani confessoris.* An non Viventius est, Virianus, Juventius *Simeonis.* vel Vincentius? *Item sancti Simeonis, qui dudum commoratus est in Bethleem in terra sancta, et postmodum venit Treverim et ibi vitam finivit, ubi ejus Basilica in grossissima structura cernitur usque hodie.* *Viriani et Secundarii.* *Item sancti Viriani militis et Secundarii cum sociis suis, qui passi sunt pro Christo sub Decio imperatore.* An de Tifernatibus agitur? Videantur Acta nostra.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Pamphilo, satis pure, et sic de Reveriano et Caprasio. Tum : *Viventii* *Romæ, sancti Viventii martyris. Treveris civitate, in porta, quæ vocatur Marcia seu Nigra, depositio* *Simeonis.* *beati Simeonis monachi et confessoris. Romæ, commemoratio beati Nicomedis presbyteri et martyris.* *Claudii.* *Viennæ, sancti Claudissimi, episcopi et confessoris.* Legendum, ut dixi supra, *Claudii.*

BELIN. De Nicomede ex Adone adjicit, *cujus martyrium celebratur* XVII *Kal. Octobris.* Pamphili elogium ex media parte decurtat. In *Reverentiani*, pro *Reveriani*, et *Caprasii*, purus est. In fine : *Viriani* *Item sancti Viriani martyris.* In altera editione suppletum Pamphili elogium. Et post *Viriani* *Juventii* adjectum : *Romæ, sancti Juventii martyris.* Vide supra nominum confusionem. *Pictavis, sancti Jovini abbatis.* *Jovini.*

GREVEN. *Item, sanctorum Octavi, Zozimi, Lucæ, Casti, Pullii, Lupi, Crispi.* *Octavi et soc.* Elucidatio ex Actis petenda. *Justi et Viriani martyrum. Romæ,* *Justi, etc.* *Viventii martyris.* De his vide dicta et Præter- *Viventii* missos. *Cunonis, qui et Conradus dicitur, Præpo-* *Cunonis* *siti majoris ecclesiæ Agrippinæ Coloniæ et martyris. Qui anno Domini* MLXVI *ab impiis de altissimo monte, tertio præcipitatus, cum mansisset illæsus, gladiis eorum interfectus, miraculis claruit. Viennæ, sancti Claudii episcopi et confessoris. Treveris,* *Claudii.* *in porta, quam Martiam seu Nigram vocant, depositio sancti Symeonis monachi et confessoris. Teclæ* *Symeonis.* *virginis et martyris* : Antiochenæ opinor, cum Zo- *Teclæ.* simo, ut alibi abunde dictum est.

MOLAN. De Nicomede, post *martyris*, cursivo inserit Adonis verba, *cujus martyrium celebratur*, etc. In fine : *Item sancti Viriani martyris. Picta-* *Viriani.* *vis, sancti Lovini abbatis. Treveris civitate, in porta,* *Lovini pro Jovini.* *quæ vocatur Martia seu Nigra, depositio beati Simeonis*, etc., ferme, ut HERINIENSIS. *Ipso die,* *Simeonis* *translatio corporis sancti patris nostri Gisleni et* *Translationis Gisleni, etc.* *sancti Sulpitii episcopi et confessoris et beatæ Leochadiæ virginis.* Vide Prætermissos. Tum minoribus typis de Cunone seu Conrado, ex GREVENO. Sequitur : *Rothornaci, translatio corporis* *Translationis Cypriani.* *divi Cypriani.* Colitur XIV Septembris. Posteriores editiones cursivo etiam scribunt, *basilicæ.* In fine autem : *Pictavis, sancti Jovini abbatis. Treveris civitate*, etc., plane ut ex HERINIENSI supra retulimus. *Ipso die, Filini et Gratiniani* *Felini et Gratiani.* *martyrum sub Decio cæsare.* Vide in Actis, *Felini* et *Gratiani. Arvernis, sancti Medulphi confessoris,* *Medulphi* *magnæ sanctitatis viri. Viennæ, S. Claudii* XI *epi-* *Claudii.* *scopi. Item sancti Viriani Martyris. Romæ, sancti* *Viriani* *Viventii martyris.* De his duobus plus satis dictum est. *Die prima, sancti martyris Justini* *Justini, etc.* *Philosophi, et alterius Justini et sociorum.* Videantur Acta. De Gisleno, etc., ut in prima editione. *Rothornaci, translatio reliquiarum divi Cy-* *Translationis Cypriani.* *priani. Suessionis, elevatio sanctorum episcoporum Principii et Lupi confessorum, Gandini martyris et* *Elevationis SS. Suessionis.* *Agricolæ presbyteri confessoris. Monasterio Fontanella translatio sanctorum Maximi et Venerandi martyrum, Uulfranni et Eremberti episcoporum et* *Translationis Maximi, etc.* *Condedi presbyteri et confessoris.* In Prætermissis ad proprios singuli dies remittuntur. *Item Doleiæ, Cunonis sive Conradi Præpositi ecclesiæ* *Cunonis.* *Agrippinæ Coloniæ, qui anno* MLXVI, *ter de altissimo monte præcipitatus, mansit illæsus, ac paulo post gladiis interfectus, miraculis claruit.*

IV *Non.* *Die 2.*

Romæ, natalis beatorum martyrum Marcellini presbiteri et Petri exorcistæ, *Marcellini et Petri* qui multos in carcere ad fidem erudientes, post dura vincula et plurima tormenta decollati sunt sub judice Sereno. Lugduni, sanctorum Fotini, *Fotini et sociorum Lugdunensium,* ejusdem urbis episcopi, Zachariæ presbiteri, Sancti diaconi, Epagati, Maturi, Attali, Albinæ, Gratæ, cum aliis quadraginta. Hi omnes famuli Christi, sicut in historia Ecclesiastica scribitur, pariter coronati sunt. Passa est quoque et sancta Blandina *cum Blandina.* ex eorum collegio, quæ primo, secundo et tertio die pulsata cruciatibus, cum non superaretur, quarto verberibus acta, cratulis exusta, et multa alia perpessa, ad ultimum gladio jugulatur.

Ita *Praten. Herinien. Antverp. Max-Lubec. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.* et quod mirum, *Hagenoyen.* Accedunt : *Antverp-Max. Ultraject. Lovanien.* et *Editio Ultraj-Belg.* in quibus excedunt voculæ duæ mox notandæ.

VARIA

VARIA LECTIO. Greven. Molan. et mediæ notæ codices pro *beatorum* martyrum, habent *sanctorum*. Pro *Sereno*, male in Max-Lubec. *Semio*. Rosweyd. *Lugduno*. In Greveno, pro *sanctorum Fotini*, est *sancti* Fotini. Lego *Fotini* cum codicibus omnibus, Munerato solum et Molano exceptis, qui melius scribunt *Photini*, quamvis plurimi, post Hieronymum, malint scribere *Pothini*, potius ἀπὸ τοῦ πόθου quam ἀπὸ τοῦ φωτός, ut sit potius *desiderabilis*, quam *lucidus*. *Fontini* in Max-Lubec sphalma est, uti et *Matudi* pro *Maturi*; et in Molano *Pagati*, pro *Epagati*, quod in Heriniensi male dividitur *Et-pagati*. Antverp-Max. Ultraject. Leyden. et Lovanien. post *historia Ecclesiastica*, ex Adone fortasse inserunt, *libro quinto*. Codex Rosweydi omisit *pariter*. Legendum *passa est quoque et*. In Rosweyd. deest *est*, in Greveno et Molano *et*. Antverp. et Max-Lubec. pro *ex* eorum collegio, posuérunt *in*. Solus Pratensis legit *jugulata est*; reliqui ut in textu.

OBSERVATIO. Nimiam Adonis amplitudinem, proindeque contractioris Martyrologii, ad ecclesiasticum usum, necessitatem, vel solus hic dies abunde probat, ubi Legendario quam Martylogo longe est similior: *Marcellini* et *Petri*, atque iterum *Martyrum Lugdunensium* historiam ex ipso-
Marcellini et Petri. rum Actis fuse describens. Ceterum de *Marcellino* et *Petro* agunt antiquissimi Martyrographi omnes, Hieronymus, Beda et Romanum parvum. Bedam descripsit Rabanus, et hunc vel illum secutus est Notkerus, aliqua breviter ex Adone adjiciens. Noster item sua omnia ex Beda ad verbum transfert, prætermissa dumtaxat visione angelica, eamque subsecuta conversione *Dorothei*, quem mirum est a Martyrologis aliis ita præteriri, ut cultus ejus sacri nulla appareant vestigia. Porro *Marcellini* et *Petri* socii, qui hic desiderantur, bene in Actis expressi sunt. Certissima est et celebratissima horum nostrorum Martyrum, etiam in Allatii et Frontonis Kalendariis, in Sacramentario Gregorii, in Missali Thomasii aliisque indubitatis monumentis consecrata memoria. Utinam idem liceret asserere de Actis ipsis, quæ quidem *antiquitus scripta* recte censuit Baronius ad annum CCCII num. 106, Henschenius tutari conatus est; ast aliam plane censuram inurunt recentiores, et quidem Tillemontius digna non credidit, ex quibus vitam suam Gallicam contexeret tomo 5 a pag. 199, in Notam rejiciens eorum examen pag. 663. Curiosa plurima de Marcellini et Petri cultu ac potissimum de reliquiis, in varias orbis Catholici partes translatis, collegerunt Henschenius et Papebrochius, quibus adde quæ recentius eruderavit Janningus in Supplemento Junii, ubi de eorum non una, ut putavit Tillemontius, sed gemina Romæ ecclesia, longe operosius, diligentius et accuratius post Lader-
Martyrum Lugdunensium. chium disputat. — *Lugdunensium martyrum* non eadem quæ Romanorum est ratio. Illi in Hieronymianis modo confusiore notati, in Beda dicuntur esse numero XLVII vel XLVIII (Rabanus male posuit LXVIII) quorum sola, ut antesignana, nominatur illustris virgo *Blandina*, expresso præterea unico *Pontici* nomine. Apud Adonem fusissima texitur persecutionis Lugdunensis et Viennensis narratio, ex qua singulorum, si *Sanctum* diaconum excipias, nomina facile eruuntur, ut distincte fecit Henschenius. Narrationis præfatæ magnam partem transumpsit Notkerus; ast Usuardus solitis limitibus coarctatus, ex Adone selegit nomina a se ordinata, ut in laterculo exprimuntur, ex Beda vero, phrasi contractiori, Blandinæ certamen panxit. Atque hisce constat, quidquid hac die ab Usuardo annuntiatur. Superest verbo indicare, quanto apud eruditos in pretio sint incomparabilia horum Lugdunensium vel Athenacensium martyrum Acta, quibus forte nullum certius, nullum luculentius, nullum augustius primævi Christiani roboris et Evangelici decoris monumentum ad posteros integrum promanavit; imo tale, quod vel hypercritici ipsi summa cum veneratione recipiant et suspiciant. Pretiosissimum hunc thesaurum ad nos transmisit Eusebius lib. 5 histor. Eccl. ex epistola Lugdunensium, verosimiliter Irenæi manu, ad ecclesias Asiæ et Phrygiæ scripta. Quæ in iis ex varia, seu versione, seu lectione controversa sunt, explicat Henschenius, singula Martyrum XLVIII nomina solerter exquirens, ut facit etiam Florentinius. Gallice omnia deducta sunt a Tillemontio tomo 3 a pag. 1. Vide etiam Ruinartii admonitionem, ejusque in prædicta Acta notationes a pag. 45. Non erit injucundum lectori audire Josephi Scaligeri de ipsis illis Actis judicium, quod certe nemini suspectum esse poterit. Ad hæc Eusebiani Chronici verba: *Plurimi in Gallia gloriose ob nomen* (Christi) *interfecti, quorum usque in præsentem diem condita libris certamina perseverant*; sic ille in animadversis pag. 202 num. 2183 religiose observat: *Ea et Polycarpi martyrium hodie exstant apud Eusebium in Historia Ecclesiastica quæ sunt vetustissima Ecclesiæ martyria, quorum lectione piorum animus ita afficitur, ut numquam satur inde recedat: quod quidem ita esse unusquisque pro captu suo et conscientiæ modo sentire potest. Certe ego nihil umquam in Historia Ecclesiastica vidi, a cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus esse videar. Idem sentimus de Actis martyrum Lugdunensium et Viennensium, apud eumdem Eusebium, quibus quid augustius, quid venerabilius in antiquitatis Christianæ monumentis legi potest?* Ita ille. Promptum cuique et integrum est eosdem animi motus experiri. Wandelbertus omnes textus nostri Martyres, non inconcinne versibus suis decoravit:

Marcelline sacer, Petre exorcista quaternis
Nonis communem dignamque litatis ad aram:
Lugdunique pio Blandina vocatur honore,
Quadragena quæ simul octavaque coruscum
Cum plebe nexit flammis undisque monile.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

TORNACEN. In mutilando textu nimis frequens, hic Marcellini et Petri elogium resecat; de reliquo puritati Usuardinæ satis prope accedit.

De Lugdunensibus martyribus

PULSANEN. In 1 annuntiatione purus, in 2 contractior est, scribens : *Lugduni, sanctorum martyrum Zachariæ presbyteri et Donati cum aliis quadraginta sex. Hi omnes famuli Christi, sicut in historia*, etc. Sed de Blandina nihil habet.

ANTVERP-MAJ. In prima annuntiatione truncatus est, omissis nempe his verbis : *Qui multos in carcere ad fidem erudientes.*

Erasmi.

ALBERG. et DANIC. Hodie secundo loco inserunt, quæ ad diem sequentem spectant, nempe : *In Campania, sancti Herasmi episcopi et martyris. Hic sub Diocletiano Augusto primum plumbatis, deinde fustibus graviter mactatus; post resina, sulphure, pice, plumbo, cera oleoque perfusus, illæsus apparuit. Deinde sub Maximiano diversis atque immanissimis suppliciis excruciatus, tandem, vocante Domino, sancto fine quievit.* Reliqua, quæ ad textum pertinent, pura sunt.

Walerici relationis

CENTULEN. *Romæ, passio beatorum martyrum Marcellini presbyteri et Petri exorcistæ, sub Sereno judice. Ipso die Lugduni, sanctæ Blandinæ martyris, cum aliis* XLVIII *martyribus, temporibus Marci Aurelii Veri et Antonini atque Lucii filiorum ejus. Eodem die, relatio Walerici abbatis, de Flandria ad proprium locum.* Vide Acta I Aprilis, pag. 23, ubi de hac relatione agitur.

Algisi

BRUXELLEN. De Marcellino et Petro in fine attexit : *Quorum in Canone Missæ memoramur.* In Lugdunensibus ferme purus est. Tum additur : *Et sancti Algisi confessoris.* Est Adalgisus presbyter in Theorascia Picardiæ regiuncula.

Marcellini et Saturnini.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. Addunt in fine : *Ipso die Romæ, sanctorum Marcellini, Saturnini.* Acceptos opinor ex ingenti Romanorum martyrum agmine, in quo *Saturninæ sex, Saturnini duo, Marcellina una*, sed *Marcellinus* nullus, præter eum solum, qui supra in textu Usuardino positus est.

Textus contractus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Marcellini et Petri martyrum. Fotini episcopi et martyris cum sociis quadraginta de clero et populo, cum quibus passa est sancta Blandina.*

IN VATICAN. signato num. 5949. Deest tota annuntiatio de martyribus Lugdunensibus.

Eugenii PP.

FLORENTIN. *Romæ, depositio seu transitus sancti Eugenii Papæ et confessoris....*

De Marcellino et Petro.

De Lugdunensibus

EDITIO LUBEC-COL. De Marcellino et Petro post, *tormenta*, adjicit, *ducti in Silvam nigram et ibi pariter decollati sunt, sub Diocletiano Imperatore, judice Sereno.* Item de Lugdunensibus inseritur : *sicut in Ecclesiasticæ historiæ libro quinto scribitur, pariter tempore Marci Aurelii Veri et Antonini atque Lucii filiorum ejus coronati sunt. Passa est quoque S. Blandina*, etc. Sequitur : *Item sancti Dorothei, qui vidit animas sanctorum Marcellini et Petri splendide ornatas ab angelis ferri ad cælos, postquam eos decollaverat, unde pænitentiam agens, sub Julio Papa baptizatus, quievit in pace.* Vide quæ superius diximus in Observatione.

Dorothei.

BELIN. De Lugdunensibus, sic habet : *Eodem die Lugduni sanctæ Blandinæ cum* XLVII *martyribus, temporibus Marci Aurelii et Antonini Veri atque Lucii filiorum ejus.* In prima annuntiatione purus est. Sequitur : *In Campania, natale sancti Erasmi*, etc., ut supra in ALBERG. et DANIC. Nos cum Usuardo et aliis Martyrologis de eo agemus die sequenti.

Erasmi.

Nomina MM. Lugdunensium.

GREVEN. *Nomina Sanctorum qui cum supra memoratis apud Lugdunum passi leguntur, hæc sunt : Macharius, Alcibiades, Silvius, Primus, Ulpius, Vitalis, Cominus, Octuber, Filominus, Geminus, Julia, Rogata, Emilia, Potamia, Pompeia, Rodona, Biblis, Quartia, Materna, Helpes quæ et Amnes, Alexander, Ponticus. Hi omnes in carcere quieverunt. Aristeus, Cornelius, Zozimus, Titus, Julius, Toticus, Appollonius, Geminianus, Julia, Ausonia, Emilia, Jamnica, Pompeia, Domna, Justa, Trosima, Antonia. Algisi confessoris. Dorothei confessoris, qui cum beatos martyres Marcellinum et Petrum decollasset, videns animas eorum splendide ornatas ad cælum ferri, pænitentiam egit, baptisma suscepit et in pace quievit. Archemii* (Arthemii) *cum suis.* Vide VI Junii. *Zachariæ monachi, discipuli abbatis Silvani, qui ut Heraclides refert, arctissimam in eremo duxit vitam, palliumque suum pedibus conculcans dicebat, neminem posse fieri monachum, nisi qui sic animo omnia conculcasset.* Vide quæ de hoc Zacharia dicuntur inter Prætermissos.

Algisi. Dorothei. Arthemii cum suis. Zachariæ monachi.

Martyrii.

MOLAN. In prima et puriori editione habet augmentum de Erasmo, ut supra; et typis minoribus : *Martyrii monachi, de quo in Dialog. B. Gregorius.* Notus mihi non est. Editiones aliæ post *jugulatur*, in textu litteris Italicis immiscent verba Bedæ et ex eo Rabani : *Tunc et Ponticus puer annorum* XV *per omnia tormentorum genera cum ipsa circumactus et materna ejus cohortatione roboratus, ante illam martyrium consummavit.* Accedit deinde tamquam textus pars : *In Campania, natalis sancti Erasmi*, etc. In fine : *Die secunda, sancti patris Nicephori Patriarchæ Constantinopolis confessoris.* Vide XIII Martii. Tum typis minoribus : *In territorio Lugdunensi, depositio beati Algisi presbyteri et confessoris. Sendomiriæ, anniversaria celebritas stragis martyrum Christi per excursionem Tartarorum, quæ magno populi concursu recolitur, multum Alexandri IV Pontificis indulgentia cumulata et dedicata. Monasterio Latiniaco, translatio sanctorum Deodati episcopi, Maldegarii, Fulberti Amsilionis, Lamberti ac unis Innocentium.* Vide de singulis, in Prætermissis.

Pontici. Erasmi. Nicephori. Algisi. De Martyribus Sendomiriensibus. Translationis Deodati, etc.

III *Non.* — *Die* 3.

Erasmi

In Campania, natalis sancti Herasmi episcopi et martyris; hic sub Diocletiano Augusto, primo plumbatis, deinde fustibus graviter maceratus, post resina, sulphure sub plumbo, pice, cera, oleoque perfusus, illæsus apparuit. Deinde, Maximiano, diversis atque immanissimis suppliciis cruciatus, tandem, vocante Domino, sancto

Pergentini et Laurentini. *Isaac.* *Lifardi.*

sancto fine quievit. Apud Aretium civitatem Tusciæ, sanctorum martyrum Pergentini et Laurentini fratrum, qui persecutione Decii cum essent pueri, post dura supplicia tolerata et magna miracula ostensa gladio cæsi sunt. Civitate Corduba, beati Isaac monachi, qui cum esset annorum viginti septem pro fide Christi gladio necatus est. In territorio Aurelianensium, sancti Lifardi presbyteri.

Puri sunt *Praten. Antverpien. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Erasmi* recte scribunt Pratens. et Molan. Max-Lubec. *Erasimi*. Ceteri cum Herinien. Tornacen. Rosweyd. et aliis passim *Herasmi;* quod in textu servavimus. Pro *primo plumbatis, etc.*, Max-Lubec. et Munerat. ponunt *primum*. Sic Antverp. et Molan. pro *cruciatus*, habent *excruciatus*. Greven. quod in prima editione recte scripserat *Aretium*, male in ea quam sequimur mutavit in *Aretum*. Antverp. et Max-Lubec. legunt *Arecium;* et *Valentini* pro *Laurentini*. *Ysaac* commune plurimorum vitium est. Ultimum nomen varie exprimitur : Munerat. Greven. et Molan. putarunt se bene correxisse *Liphardi*, ubi in antiquioribus *Lifardi* legerant, qui multorum solet esse pruritus. Ego *Lifardi* præferendum censeo, utpote, inquit ante me Henschenius, *aptius ad proprietatem Francici nominis ex Teutonica lingua accepti, atque* amabili indole *præditum significantis*. Quidni et eadem ratio valeat pro Italicis, Hispanicis, Anglicis et id genus aliis nulla Græcis affinitate conjunctis, ut alibi ostendimus. *Episcopi* titulus perperam a Max-Lubec. Lifardo tribuitur.

Erasmi

OBSERVATIO. Illustre in paucis Erasmi certamen in hodierno Ramano et Actis, die præcedenti referri notissimum est, nec minus certum in Hieronymianis et Rabano ea ipsa die celebrari, et ab hoc quidem cum elogio. At enim hac die memoratur a Romano parvo, Adone, Usuardo et Notkero. Uter dies præhabendus sit, non disputo. Adonis elogium ferme transumpsit Notkerus, addito Martyri titulo non solum *episcopi*, sed determinate *Antiocheni;* non nullisque, nisi vehementer fallor, ex Rabani encomio admixtis. Noster, more solito, ex Adonianis flosculis corollam suam eleganter contexuit. Rabano et Adoni præluxerunt haud dubie Acta illa, quæ vulgo in Legendis circumferri solent, non sine *justa suspicione gratuitæ fictionis*, inquit Henschenius, in commentario prævio pag. 211, quod in appendice Actis subjuncta, paulo clarius explicat Papebrochius. Alii rotundius, ut plane supposita rejiciunt, imo Tillemontius tomo 5 pag. 636 phrasi sua Gallica, *excellenter mala* pronuntiat. Sed quisquis ea finxerit, cultui Erasmi antiquissimo, tot monumentis, quæ ab Henschenio memorantur firmato, nihil detrimenti afferre potest, sive unus tantum *Erasmus Formiensis*, sive et alter, et forte plures synonymi admittantur. — *Martyres Aretini* subobscure in Hieronymianis notati sunt, indicato nomine *Laurentii* pro *Laurentini*, adjectis sociis quadringentis anonymis. Clarius germanos pugiles distinxit Romanum parvum : *apud Aretium*, etc., quem secutus Ado, maluit *Aretiam* scribere, brevi concinnato elogio, a Nostro contracto, Notkero paulo liberalius hauriente. Omnia desumpta sunt ex vetustis Actis, qualia edidit Henschenius, iis ut minimum nævis respersa, quæ originalia non esse facile ostendant. Prodigia nimis frequentia, suspecta habet Tillemontius tomo 3 pag. 332. — *Isaacus monachus*, Cordubensis martyr, a sancto Eulogio celebratus, ex eorum censendus est numero, quos ex Hispania attulit Usuardus, qui primus Martyrologio eum inseruit, ceteris omnibus antiquis ignotum. *Isaaci* hujus martyrium ex Eulogio in Actis nostris illustratum est. — *Lifardi, Liefardi, Leifardi* vel *Liphardi* memoriam inter Hieronymiana (in quorum uno perperam *episcopus* dicitur) augmenta rejecit Florentinius, ea causa, quam alibi attigimus. Beda, Romanum parvum et Ado de eo plane silent. *Leofardum* appellat Rabanus, Notkerus *Liefardum*, non *Laefardum*. Quid præferendum sit, satis diximus. Puto, primam ejus in Fastis sacris memoriam, a Rabano et Usuardo ex Hieronymianis acceptam. Flori particulare elogium habes in Beda genuino et Actis : particulam dabunt Auctaria. Vide quæ de hoc Sancto ex variis scriptoribus diligenter colligit Henschenius. Nos quæ Usuardi sunt recitavimus. Wandelberti metricum elogium de solis Aretinis et Lifardo meminit his tribus versiculis :

Pergentinus item, Laurentinusque cruoris,
Et generis ternas gemino fulgore venustant :
Aureliana suum plebes recolitque Liphardum.

Martyrum Aretinorum. *Isaaci.* *Lifardi.*

AUCTARIA.

Translationis Sindulfi.

HERINIEN. Iterum purissimus, proprium in fine adjicit : *Eodem die, translatio beati Sindulfi confessoris*. Is est qui in agro Remensi colitur xx Octobris, et in Prætermissis male notatur *episcopus*.

TORNACEN. Deficit in elogio martyrum Aretinorum, cetera plane purus.

PULSAN. De Erasmo egit prima hujus, ut ibi notavimus. In Aretinis et Isaaco satis purus est, sed Lifardum prætermittit.

ROSWEYD. Subdit in fine : *Romæ Marcelli martyris cum aliis* CCCC. Multi ex eo sociorum numero in Actis enumerantur. *Marcelli et soc.* 400

ANTVERP-MAJ. Sensus confundit, omisso alterius fine et alterius initio, hoc modo Aretina et Cordubensia connectens ; *et magna miracula ostensa : qui cum essent viginti et septem*, etc.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Toto textu puri, sic in fine memorant : *In territorio Aurelianensium,*

De Lifardo. *sium, depositio sancti Lifardi presbyteri et confessoris. Qui multis virtutibus clarus, monastico habitu venerandus, sancto fine quievit.*

ALBERG. et DANIC. Idem habent augmentum, seu elogium de sancto Lifardo; sed carent hic prima annuntiatione, pridie relata.

CENTULEN. *Apud Aurelium civitatem, sanctorum Pergentini et Laurentini fratrum. In Campania, beati Herasmi episcopi et martyris. Cordubæ, beati Isaac monachi et martyris. Aurelianis, vico Maiduno, sancti Lifardi abbatis, qui fuit frater beati Leonardi confessoris. Cœnobio Centula, gloriosa relatio sancti patris nostri Richarii, sacerdotis egregii atque pretiosi confessoris.* Alibi recurrit *translatio*; vide omnia die quo colitur, scilicet XXVI Aprilis.

Erasmi. *De Lifardo.* *Relationis Richarii.*

BRUXELLEN. In textu satis purus, de Lifardo sic habet: *Aurelianis, depositio sancti Lifardi presbyteri et confessoris, qui multis virtutibus clarus sancto fine quievit. Item sanctæ Osichæ virginis.* Est *Ositha*, quæ colitur VII Octobris.

Osithæ.

HAGENOYEN. In Erasmo non nihil interpolatus, omittit Aretinos. In Isaaco ferme purus est. Tum de Lifardo: *In territorio Aurelianensi, depositio sancti Lifardi presbyteri et confessoris, qui multis clarus virtutibus, et monastico habitu erat venerandus: sancto fine quievit in pace. Hic a quibusdam dicitur de regibus Franciæ et Flandrensibus multa prophetasse. In territorio Basileensi, sancti Morandi, viri religiosi et multis miraculis venerandi.*

De Lifardo. *Morandi.*

DAVERONEN. *In territorio Aurelianensi, sancti Liphardi presbyteri et confessoris.*

AMBIANEN. *In territorio Aurelianensi, vico Waiduno, depositio sancti Liphardi presbyteri et confessoris, qui multis virtutibus clarus, monastico habitu et religione venerandus, sancto fine quievit.*

De Lifardo.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Pergentini et Laurentini fratrum martyrum puerorum. Herasmi episcopi et martyris. Isaac monachi et martyris. Lifardi presbyteri et confessoris.*

Textus contractus.

In VATICAN. signato num. 5949. Deest *Erasmi, Isaac, Lifardi*. Adjicitur autem: *In Africa, sancti Quirini*. Vide in Actis ejus socios, nisi is sit, de quo Usuardus die sequenti.

Quirini.

ALTEMPS. *Eodem die, sanctæ Esithæ virginis.* Eadem est, opinor, quæ *Ositha* superius. *Item ordinatio sancti Thomæ martyris et archipres...* an non *archiepiscopi?* Si intelligatur Cantuariensis, colitur is XXIX Decembris.

Esithæ. *Thomæ Cantuariensis.*

EDITIO LUBECO-COL. In Erasmo satis pura, in Aretinis modice interpolata est. De Isaaco pure. De Lifardo ut ANTVERP-MAX. etc. Tum in fine: *Eodem die, sanctorum Servilii et Erasmi martyrum.* Ad quam classem hi duo hic reducendi sint, fateor me ignorare.

Servilii et Erasmi.

BELIN. Die præcedenti Erasmum signavit. In reliquo textu non omnino purus, sic in fine enuntiat: *In territorio Aurelianensi, sancti Liufardi episcopi et confessoris.*

GREVEN. *Eodem die, sancti Silvani cum aliis* LXXXII. *Abdiani, Neporii. Item quadringentorum martyrum.* Vide Acta. *Ipso die, sanctorum Servilii et Erasmi. Morandi confessoris. In Hibernia, Kelvini abbatis.* Vide Prætermissos. *Coemgini confessoris. Julianæ virginis*, illius, ni fallor, quæ inter Africanos martyres numeratur.

Silvani et aliorum 82. *Servilii etc.* *Morandi.* *Kelvini.* *Coemgeni.* *Julianæ.*

MOLAN. *Treberis, depositio sancti Numeriani archiepiscopi.* Colitur V Julii. Sequitur minori charactere: *Eodem die, sanctæ Crotildis reginæ. Quæ apud urbem Turonicam migravit ad Dominum, plena dierum, sepulta Parisiis in sacrario basilicæ sancti Petri, ad latus Clodovei regis, viri sui. Postea vero Sanctarum ascripta numero, propter varia quæ illic edebat miracula, proxime capsam sanctæ Genovefæ, pretioso in feretro condita elevata est. Meminit ejus honorifice Gregorius Turonicus libro 2, 3, et 4 historiæ Francorum. Eodem die, anno* MLXX *Hasnonii in Ostravandia, veteris templi, quod Balduinus Comes convertit in Benedictinum monasterium, dedicatio, ab episcopis Lietberto Cameracensi, Ratbodone Noviomensi, Raynerio Aurelianensi. Qua in dedicatione interfuisse reperio corpora sanctorum Marcelli, Piatonis, Salvii, Amati, Donatiani, Vedasti, Amandi, Audomari, Gisleni, Vincentii, Bertini, Vuinnoci, Vuandregisili, Bavonis, Everardi, Euberti, Landelini, Hugonis, Aicadri, Eusebiæ, Rictrudis, Aldegundis, Ragenfredis, Reginæ et Waldetrudis.* Hæc ad Acta nihil; et ab ipso MOLANO in posterioribus editionibus prætermissa sunt, ubi solum legitur *Ipso die, sancti Morandi confessoris, discipuli beati Hugonis. Et sanctæ Crotildis reginæ. Die tertia, sancti martyris Lucilliani.* Vide pueros socios quatuor, et virginem *Paulam* seu *Paulinam* pag. 274 in Actis, ibique Janningi commentarium prævium cum encomio Græco-Latino. Vide etiam quæ de Morando habentur in Supplemento Junii.

Numeriani. *Crotildis.* *Dedicationis celebris Hasnonii.* *Morandi.* *Crotildis.* *Lucilliani.*

Pridie Non. *Die 4.*

Apud Illiricum civitate Siscia, natalis Beati Quirini episcopi, qui pro fide Christi (ut Prudentius scribit) ligato ad manum molari saxo, in flumen præcipitatus, et cum circumstantibus diu collocutus, ne ejus terrerentur exemplo, vix precibus ut mergeretur obtinuit.

Quirini.

Sumitur textus ex *Herinien. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Illyricum* bene legit Molanus, sed nos cum reliquis codicibus omnibus, ut in textu *Illiricum*. *Siscia* omnino legendum est, cum Herinien. Molano, Pratensi, etc., non *Sitia*, ut Tornacen; *Sisia*, ut Pulsanen, *Stiscia*, ut Muneratus, vel *Sicia*, ut Greven. Titulus *martyris*, a Munerato appositus, in nullis codicibus Usuardinis, nec in ipso Adone legitur. *Fluvium* pro *flumen* habet solus Pulsanensis. *Optinuit* in Heriniensi et Tornacensi ætatem suam redolet.

OBSERVATIO

Quirini.

OBSERVATIO. *In Sabaria* (Epternacense corrupte *Saba) civitate, Quirini* memorant apographa Hieronymiana, ad quæ videri merentur Florentinii Notationes, ex quibus, sed maxime ex Actis, intelligetur quo pacto ab Sabariam et ad alias civitates *Quirinus* idem pertineat. Romanum parvum ita loquitur: *Apud Illyricum civitate Siscia, sancti Quirini episcopi et martyris.* Rectius scripsisset, *in Pannonia*, vel *apud Pannoniam.* Adoniana sunt quæ in textu adjiciuntur, accepta primitus ex Hieronymiano Eusebii Chronico ad annum cccx. Noster, inquam, ex Adone sua omnia sumpsit, præterito solum tyranni, sub quo Quirinus passus est, nomine, et reliquiarum ad Catacumbas translatione. Sed hæc Notkerus cum reliquis transcripsit, male pro *Siscia* legens *Fiscia*. Qui hic citatur Prudentii hymnus, in Actis exstat, ubi notabis in commentario prævio, Usuardo tamquam fonti tribui, quæ ipse ex Adone planissime hausit, ut conferenti perspicuum est. Itaque et *molare saxum ad manum ligatum*, primum ab ipso Adone ex citato Chronico, vel ex Actis male acceptum est. Ibi habetur, *manuali mola ad collum ligata ;* in hisce clare ponitur, *molam ad collum ligatam.* Porro Acta illa et vetustissima et omnibus probatissima sunt, etiam a Ruinartio recensita a pag. 551, atque Gallice reddita a Tillemontio tomo 5 a pag. 428 ; a quibus et a Papebrochio in Actis nostris, nonnullæ difficultates circa locum ac tempus martyrii, circa præsidem ac tyrannum, demum circa corporis aut ejus partium translationes explanantur. Sic a Wandelberto metrice laudatus est :

Martyr et antistes Pridie sacra vota Quirinus
Accumulans, proprio Christum de sanguine placat.

De Martyribus Nivedunensibus Pratensis codicis.

Usuardinum hactenus laterculum esse, omnino constat. Codex Pratensis augmentum affert hujusmodi: *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.* Repugnant codices reliqui, si pauculos excipias, exerranti Pratensi alibi non semel conformes, nempe Rosweyd. Antverp-Maj. et Aquicinct. ut in Auctariis clarius patebit. Ex Hieronymianis apographis selecti et a sociis avulsi sunt martyres illi *Nivedunenses*, non *Ninivetani*, ut codex aliquis posuit, quemque Rabanus præ ceteris imitatus est. Cujus regionis sint præfati martyres, vel potius cui regioni adscribendum sit *Nivedunum*, Galliæ an Pannoniæ, erudite examinat Henschenius et post eum Janningus in Supplemento Junii pag. 17. Ceterum nihil dubitare videtur Henschenius, quin Sancti ipsi Usuardo sint adscribendi. Nos id jam quærimus, an vere eos Usuardus in Fastis consignaverit. Consultus itaque Castellanus, utrum ea annuntiatio textui Pratensis codicis inserta, an ad marginem esset posita; inspecto diligenter codice, fassus est laterculi partem facere, utpote priori immediate adjunctam, at quantum conjiceret, recentiori adjectam manu, ac proinde judicio suo minime esse Usuardinam. Utut est, prædictum codicem Pratensem prætense autographum, ex purorum numero hodie exclusimus, resecto eo articulo, quem codices reliqui, saltem puriores omnes, ad Usuardum nihil spectare manifeste demonstrant.

AUCTARIA.

Zotici et soc.

PRATEN. Addit : *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.*

Arecii et Daciani.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELIAN. In fine: *Item Romæ, Arecii et Daciani.* Præfige *Picti*, ut est in Actis.

Cyrini et aliorum 200.

ROSWEYD. incipit : *In Aquileia, Cyrini episcopi et martyris et aliorum* CC *martyrum.* Nescitur unde martyres illos eruerit ; vide quæ dicuntur in Prætermissis. Sequitur textus, ubi pro *Siscia* est *Scythia*. In fine adjicit cum PRATENSI : *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Euticii.* Vide Observationem.

Zotici, etc.

ANTVERP-MAJ. Etiam habet : *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. DANIC. et EDITIO ULTRAJ-BELG. Textui puro subdunt : *Hujus reliquiæ translatæ sunt Romam in Catacumbas. Eodem die, sanctorum Arecii et Damiani.* Ita scribunt plerique ; at ALBERG. et DANIC. melius *Daciani.*

Arecii, etc.

CENTULEN. *Apud Illiricum civitate Scissia, sancti Quirini episcopi et martyris, qui sub Maximiano passus, translatus est Romam et juxta Catacumbas sepultus.*

De Quirino.

BRUXELLEN. Etiam habet : *Hujus reliquiæ Romam*, etc. Tum : *Eodem die Romæ, sanctorum Arecii et Daciani. Civitate Numedia* (Niveduno) *sanctorum Zotici, Attali et Euthici. Item translatio sancti Poctoci confessoris.* Forte *Petroci* abbatis in Cornubia, de quo in Actis hac die.

Arecii, etc. *Zotici, etc.* *Poctoci translationis.*

HAGENOYEN. De Quirino addit *Hujus reliquiæ*, etc., ut supra. Sequitur de martyribus Aretinis Pergentino et Laurentino, quos pridie omiserat. Demum : *Ipso die Romæ, sanctorum Arecii et Daciani martyrum.*

Arecii, etc.

AQUICINCT. *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.*

Zotici, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Quirini episcopi et martyris apud Illyricum, de quo scribit Prudentius, quod ligato ad manum saxo submersus sit.*

CAMBERIEN. sanctæ Mariæ. *Romæ, sanctorum Picti, Aretii et Daciani.*

Picti et soc.

VATICAN. signatus num. 5949. *Romæ, sanctorum Picti, Aregii et Daciani.*

FLORENTIN. *Romæ, sanctorum martyrum Aretii et Datiani. Item sancti Udalrici episcopi et confessoris.* Est is celeberrimus episcopus Augustanus, qui colitur IV Julii.

Aretii, etc. *Udalrici.*

LUXOVIEN. *Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Eutici.* De quibus jam toties.

Zotici, etc.

EDITIO LUBECO-COL. *Memoria quinque vulnerum Domini nostri Jesu Christi.* Hæc est prima annuntiatio, quam et habet GREVENUS, sed de ea nihil alibi. Sequitur de Quirino, cum augmento de translatione reliquiarum ex Adone, ut supra. In fine : *Romæ, sanctorum Arecii et Deciani martyrum. In Sicilia, sanctorum Expergenti, Philippi, Euticii, Saturinæ, et Juliæ martyrum. In civitate Sabaria, beati Rufuli,* (Rutili, vel Rustuli) *martyris, cum multis aliis. Civitate Niveduno, sanctorum Zotici, Attali et Euticii.* Hi martyres omnes et eorum socii in Actis distinctius enumerantur.

De 5 Vulneribus D. N. J. C. *Arecii, etc.* *Expergenti et sociorum.* *Rufuli et aliorum.* *Zotici, etc.*

BELIN. Post textum. : *Item Romæ, Aretii et Datiani.*

Aretii, etc.

ultimum nomen *Vitalicæ*, mutaverint in *Vitalici*. Nodi hic denuo varii recurrunt. Primo, cur ex majori classe, ab Hieronymianis ad septemdecim extensa, soli tres enumerentur, nulla prorsus sociorum facta mentione? Item, cur *pueri* dicantur, nullo in Hieronymianis majoris aut minoris ætatis apparente vestigio? Demum, cur a posterioribus *Vitalicæ* nomen in *Vitalici* transformatum fuerit? Plura fortasse alia disputanda occurrent, sed hæc omnia solvere hujus loci non est. — Laudata Hieronymiana apographa de *Marcello* sic legunt: *In Gallia civitate Cavallonentium, natalis sancti Marcelli martyris.* Epternacense ceteris paulo contractius, addit tamen titulum *episcopi*, a quo reliqua abstinent, quibus consentiunt Martyrologi alii, ut Florus, Rabanus, Ado, Usuardus, Notkerus, Wandelbertus, qui hoc ipso die eumdem consignant, sola *martyris* laurea contenti. Porro Flori, Rabani et Adonis elogia multum diversa sunt, hoc solo concordantia, quod ab omnibus insolens martyrii genus referatur. De cetero, quæ Florus habet, satis vulgaria sunt. Rabanus totus est in narrandis variorum suppliciorum generibus. Ado aliam viam ingressus, primum ea complectitur, quæ fugam ejus spectant Lugduno Cabilonem versus, ubi in aliam carnificinam inciderit. Ex quibus facile conjicias, Acta eadem singulos non consuluisse. Quam vero ætatem ea sapiant, hactenus mihi non liquet. Quæ vulgata sunt, a recentioribus discussa, non probantur, nec in Gregorio Turonensi quidquam reperio, quod iis illustrandis usui esse possit. Ceterum ex Adone sua omnia accepit Noster, rescissa prima parte, qua Marcelli fuga Lugduno Cabilonem indicatur. Ita post Moysen eum celebrat Wandelbertus: *Marcelli.*

Tunc etiam Cabilon Marcelli sanguine vernat.

Magnus et *Castus* ab Usuardo appositi sunt, qui utrum pro Romanis, an pro Ancyranis, ex codicibus Hieronymianis desumpti sint, quis divinet? cum in iis apographis bis annuntientur. Quis primus Usuardo *Maximum*, de quo in Auctariis, adjecerit, æque incertum est; *Saturninus* eorum potius videretur socius, *Maximo* ab iis longe sejuncto. Quidquid sit, textus noster vere et simpliciter Usuardinus est. *Magni et Casti*

AUCTARIA.

Translationis Cuthberti.

ANTVERP-MAJ. Textui puro subdit: *Et translatio reliquiarum sancti Cuthberti episcopi.* Patet Anglicum esse. Vide etiam de eo codicem sequentem.

Idem. *De Berino*

ROSWEYD. In fine adjungit: *Et translatio reliquiarum sancti Guthberti episcopi. Item in Britanniæ finibus, translatio sancti Berini episcopi et confessoris. Hic primus miranda Catholicæ prædicationis constantia roboratus, paganissimam dudum occidentalium Saxonum provinciam intrepidus adiens, Kinegistum regem ad Christianæ agnitionis culturam conversum, cum sua gente regi Christo, sacro fonte regenerans, post multos annos in prædicta urbe sepultus, superna Dei providentia cælestibus indiciis revelatus, ibidem condignis honoribus veneratur. Romæ, Bonifaci episcopi, qui fanum Pantheon ecclesiam Christi fecit.* *Bonifacii PP.*

PULSANEN. Totum Marcelli elogium rescindit, cetera satis pura sunt.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. REG. SUEC. num. 130. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Omnes puritati proximi sunt, eo solo defectu laborantes, quod in fine post *Magni* et *Casti*, addant *Maximi*. Vide Observationem. *Maximi.*

CENTULEN. *Moysi prophetæ, hominis Dei. Ancira Galaciæ, sanctorum Rufini, Silvani, Vitalicæ martyrum. Cabillone, sancti Marcelli martyris.* *Textus contractus*

BRUXELLEN. Incipit: *Moysi prophetæ et legislatoris.* Sequitur de Marcello, deinde de Ancyranis, satis pure. Ad *Casti*, addit etiam *Maximi*. Tum: *Apud Virdunum, sanctorum Mauri et Silvini, pontificum et confessorum. Item, translatio sancti Cudberti.* *Maximi.* *Mauri, etc.* *Translationis Cuthberti.*

HAGENOYEN. Juvat hic attexere Moysis elogium ex sacris Litteris, qualia in hoc codice plurima sunt. Sic habet: *Moysi prophetæ, qui fuit filius Aran et Yocabeth, de Tribu Levi. Hic fuit submersus in flumine missus, quem invenit filia Pharaonis et in filium sibi eum adoptavit, et adultus zelo Legis percussit Egyptium, et sablo abscondit, deinde fugit ad Yetro ejus cognatum, et accepit Sephoram filiam illius uxorem, et genuit duos ex illa filios, scilicet Gerson et Elyazet. Postea Deum vidit in rubo, ad cujus præceptum rediit in Egyptum cum duobus signis, scilicet virga mutata in colubrum et manu leprosa, et tunc decem plagas duxit super Egyptum, et in decima exivit cum omni populo et jumentis de Egypto per mare rubrum, ubi Pharao rex cum omnibus suis submersus est. Et veniens in desertum, legem de manu Domini accepit, et facies ejus cornuta ex colloquio Domini apparuit. Vestimenta sacerdotalia, vasa altaris cum archa et candelabro ex præcepto Domini instituit. Sacerdotium sempiternum Aaron fratri suo et filiis ejus per floritionem virgæ ejus statuit. Dethan, Abyron, et Chore litigantes pro sacerdotio et principatu populi vivos a terra absorberi fecit. In deserto miracula per eum Dominus ostendit. Contra Amalech, Seon et Og reges orando pugnavit et vicit. Hunc Dominus semper dilexit, et ideo semper eum protexit, et maledicos pro eo semper corripuit. Filiis Israel benedixit, monens in campestribus Moab, cujus sepulchrum numquam comparuit, et ossa ejus numquam inventa fuerunt, et a manu Domini sepultus est.* Vide Moysis vitam bene longam apud Surium hoc die editam, in qua nitidius paulo et distinctius hæc omnia deducta invenies. Sequitur: *Item Seduno, translatio Theodoli, Mauricii et sociorum ejus.* In Ancyranis et Marcello, satis purus est. Adjungit, *Maximi*. Deinde: *In Viterbio, sanctæ Rosæ virginis abbatissæ, cujus corpus per plura tempora durans adhuc ostenditur integrum.* Ipsum vidi anno MDCXCVII, cum adhuc adventantibus expositum pateret. At Castellanus notat translationem hic recoli, natalem vero esse VIII Martii. *Item, translatio sanctæ Barbaræ virginis, de Arecio in Romam. Eodem die, sancti Petri Crisogoni confessoris.* An forte *Chrysologi*? sed hic colitur II Decembris. *Plura de Moyse.* *Translationis Theodoli, etc.* *Maximi.* *Rosæ Viterbiensis.* *Translationis Barbaræ.* *Petri Chrysogoni*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Marcelli martyris inclyti. Trium puerorum martyrum Rufini, Silvani, et Vitalici. Moysis Prophetæ.* *Textus mutilus*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Moysis, Magni et Casti*. Adjicitur autem *Romæ via Salaria, depositio sancti Bonifacii episcopi.* *Bonifacii.*

FLORENTINI codices addunt *Maximi*. Pro *Maximi.*

Casti, legunt *Festi. Item, sancti Mauri, confessoris. Translatio sancti Gudberti confessoris.*

AQUICINCT. In fine adjectum habet : *Et translatio reliquiarum sancti Cuthberti episcopi.*

LUXOVIEN. *Apud Virdunum, sanctorum confessorum atque pontificum Mauri, Sylvani et Aratoris.* BRUXELLENSIS tantum duos memorat.

CAUDIACEN. *Arvernis, monasterio Magni loci adventus reliquiarum sancti Sebastiani, et adventus corporis beati Ferreoli martyris.*

EDITIO LUBECO-COL. In Moysi, Marcello et Ancyranis satis pura, subdit: *Apud Virdunum, sanctorum confessorum atque pontificum, Mauri, Salvini atque Aratoris. Ipso die, sanctorum Magni, Casti et Maximi martyrum. Treveris, beati Pauli confessoris, Item Treveris, beati Marcelli episcopi et martyris. Eodem die in Britannia, translatio sancti Cuthberti, episcopi Lindisfarnensis et confessoris.*

BELIN. *Maximi. Et sancti Mauri confessoris Eodem die, octava sancti Augustini episcopi.*

GREVEN. *Aggei prophetæ. Treveris, beati Marcelli episcopi et martyris, qui Treverensem simul et Tungrensem rexit ecclesias. Romæ, depositio sancti Bonifacii episcopi. Virduni, translatio sanctorum confessorum atque Pontificum*, etc. *Treveris, beati Pauli confessoris. In Anglia, commemoratio sancti Birini episcopi Dorcacensis et confessoris. Eodem die, translatio sancti Cuthberti episcopi Lindisfarnensis et confessoris. Item, canonizatio sancti Suiberti episcopi Verdensis et confessoris. In Titano monte, sancti Marini Levitæ et confessoris, qui cum esset dolandorum lapidum peritus et a Diocletiano conductus, de laboribus suis, pauperibus large subveniebat, Christianos quoque, ob Christi fidem in opere prægravatos, adjuvabat. Postea vero Romani Pontificis jussu diaconus ordinatus, quievit in pace. In Hibernia, Vultani abbatis. Musei presbyteri Massiliensis et confessoris. In Africa, Simpliciolæ virginis et Gallæ matris ejus. Rosæ virginis. Herentrudis virginis. Irmgardis virginis, in majori ecclesia Coloniensi. Item, sanctæ Ydæ, viduæ nobilis, quæ tempore Karoli magni in Westphalia juxta Lippiam, decurso statu conjugali in porticu ecclesiæ, quam maritus ejus impensis suis construxerat, reclusorium sibi statuens, in magna sanctitate degens, et vere viduam se ostendens, quievit in pace.*

MOLAN. *Et Maximi, et sancti Mauri confessoris*, ex BELINO. Dein typis minoribus : *Irmgardis virginis, in majori ecclesia Coloniensi.* De Cutberto et Ida, ut GREVENUS, supra. Editiones aliæ, de Maximo et Mauro, ut prior. *Treveris, sancti Marcelli episcopi et martyris. In territorio Monasteriensi, supra Lippiam fluvium, depositio beatæ Idæ viduæ, magnæ sanctitatis.* Tum, minori charactere: *Coloniæ, in majori ecclesia, Irmgardis virginis, in cujus præfesto, ibidem campanæ pulsantur, sicut in præfestis Sanctorum, licet non sit canonizata.* Nempe, ob cultum immemorabilem, quo ibi a tot seculis gaudere pergit.

Nonis. *Die 5.*

Romæ, beati Victorini martyris, qui sanctitate et miraculis præclarus, sacerdotium Amiterninæ urbis, totius populi electione adipiscitur. Inde postmodum sub imperatore Nerva, jussus est suspendi capite deorsum, in loco ubi putentes et sulphureæ emanant aquæ, quod cum per triduum pro nomine Christi passus fuisset, gloriose coronatus, victor migravit ad Dominum. Item Romæ in Portu, natalis sancti Herculani. Capuæ, sanctorum martyrum, Quinti, Arcontii et Donati. Eodem die, sancti Bertini abbatis.

Puri sunt *Herinien. Antverp Max-Lubec Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Antverp. Max-Lubec. Albergen. Danic. et Belin. pro *adipiscitur* legunt, *est adeptus* ; omissaque particula *inde*, immediate subjungunt, *postmodum*, etc. Belin. mendose habet, *qui cum per triduum*, pro *quod*. Rursus, pro *migravit ad Dominum*, *migravit ad Christum*, in quo et consentit Munerat. Menda scriptoria sunt, *Amiterniæ*, *putrentes*, *Heriniani* pro *Herculani*; in prima Belini editione : *Quincii, Arconcii, Aconcii*, etc. Praten. cum duobus solitis asseclis, in fine legit : *In Pago Taruenensi, sancti Bertini abbatis.* Ast observavit Castellanus, expuncta in eo codice verba, *Eodem die*, et nova illa, *In pago Taruenensi*, subinde inscripta, quod a prima manu factum existimat. Idem habent Antverp-Major et Rosweyd. ut in Auctariis referemus.

OBSERVATIO. De *Victorino* martyre, ita hodie loquitur Romanum parvum : *Romæ, Victorini martyris, fratris Severini, qui post miram pœnitudinem, Amiterninæ urbis episcopus et martyr factus est.* Historiam totam fusius in Adone descriptam habes, ubi infelix lapsus et stupenda prorsus pœnitentia, aliaque eo spectantia deuarrantur, sed quæ omnia alteri *Victorino Septempedano*, Severini fratri, tribuenda censet Baronius, ut proinde toto hic cœlo Romanum parvum et Adonem aberrare necesse sit. Eam tamen historiam ex Adone descripsit Surius, et eamdem refert Notkerus. Noster, pro constanti more suo, ductorem non deserens, ea ex ipso decerpsit, quæ texendo elogio aptiora judicavit, in quo uniformiter referendo, singularem vides codicum nostrorum Usuardinorum consensum. At enim quam manifesta est et vera ea propago, tam est suspectus fons ipse, unde primitus emanavit. Ego, rebus nondum satis expensis, non habeo quod certo statuam. Notat Castellanus. Victorinum illum, qui hodie recolendus est, in pace quievisse, atque adeo diversum esse ab eo, cui apud

apud Amiternenses martyrii gloria tribuitur. Videat curiosus lector notationem Baronii, Adonis errorem redarguentis. Item Acta sanctorum Nerei et Achillei XII Maii, apud nos, cap. 5, ubi Victorinum inveniet, cujus martyrium cum hodierno plane convenit ; eritque proinde hic *Victorinus*, idem qui cum Marone et Eutychete colitur XV Aprilis, ubi videndus Henschenius pag. 374, num. 5. Hæc sufficere existimo, ut difficultates indicentur, alibi ex integro discutiendæ. — Romanum parvum secundo loco ponit : *Romæ, Hercolani*. Annuntiatio nostra plane Adoniana est. Variant Hieronymiana in Portuensium martyrum numero, aliis quatuor, aliis tres, aliis binos dumtaxat numerantibus. Postrema secutus est Rabanus; at nostris plerumque familiare est, unum, aut certe paucos, ex majori Hieronymianorum numero delibare. — Sincerius ex iisdem apographis ab Adone desumpti sunt *Capuani*, servata ferme eorum phrasi. Usuardus Adonis verbis presse insistit; nescio qua auctoritate Notkerus socios duos adjunxerit. Rabanus solum scripsit : *In Campania, Quinti*. Huc spectare poterunt, quæ de Quarto et Quinto ad X Maii ab Henschenio disputata sunt, quæque nos in Observatione ibi breviter indicavimus. Wandelbertus præter Ferreolum et Ferrutionem, de quibus cum Usuardo egimus XVI Junii, solos duos Capuanos ita celebrat :

Herculani. *Quinti et soc.*

Donatus Capuam pariterque Arcontius ornant.

Plura de *Portuensibus* et *Capuanis* vide in notationibus Florentinii. Patet hactenus textus nostri puritas et simplicitas. — De *Bertino*, solus inter antiquos loquitur Florus, his verbis : *Eodem die, depositio sancti Bertini confessoris, et monachi, qui in divinis rebus prudens, et in malis simplex, virtutibus claruit divinis;* vulgare elogium, quod ferme quibuslibet Sanctis tribui queat. Hoc vidisse Usuardum, haudquaquam verosimile est; quo usque autem *Bertinus* ad eum vere spectet, supra in Variantibus explicuimus. Vitam Bertini edidit Surius, sed plura apud Mabilionem collecta invenies sec. 3 Benedict. parte I a pag. 104 ad 169.

Bertini.

AUCTARIA.

PRATEN. et ANTVERP-MAJOR. *In pago Taruenensi, sancti Bertini abbatis.*

ROSWEYD. Idem plane augmentum habet, sed in textu omnino purus non est. Item pro *Taruenensi*, scribit *Tarvernensi*. Et in fine adjicit: *Item sancti Apri confessoris*. Si Tullensis est, colitur XV Septembris. *Apri.*

PULSANEN. *Romæ, beati Victorini martyris*. Deest totum elogium. In Herculano et Capuanis, satis purus est. Pro *Bertini*, in quo textum sequitur, scribit, *Libertini*.

CENTULEN. *In suburbio Romæ, beati Victorini martyris. Capuæ, sanctorum martyrum Quinti, Arcontii et Donati. Ipso die, sanctorum Magni et Casti. Romæ, sancti Herculiani martyris. In territorio Morinorum, sancti Bertini abbatis, magnæ sanctitatis et innocentiæ viri.* *Textus mutatus.* *Magni et Casti.*

BRUXELLEN. *Romæ in suburbano, natale beati Victorini episcopi et martyris. Qui sanctitate et miraculis præclarus, summum sacerdotium Amiterninæ urbis, totius populi electione adeptus, sub imperatore Nerva apud eum locum, qui Cotilias appellatur ubi putentes aquæ et sulphureæ emanant, in ipsis capite deorsum jussus est suspendi. Quod cum per triduum fieret, gloriose coronatus victor migravit ad Dominum.* In Herculano et Capuanis purus est. In fine : *Ipso die, depositio beati Bertini abbatis et confessoris.* *De Victorino.*

HAGENOYEN. Incipit : *Gedeonis prophetæ et judicis Israel. Hic Gedeon fuit Yoas, de familia Ezri de tribu Manasse. Hic fuit salutatus ab angelo et virorum fortissimus nuncupatus. Cui Gedeon super petram carnes optulit ad edendum. Iste ab ara Baal destructa, dictus Jerobaal. Hic suscepto in vellere suo signo, cum trecentis viris*, etc., quæ ex ipsa Historia sacra, satis nota sunt. Sequitur : *In Lausana, Genebaudi episcopi et confessoris.* In Victorino, Herculano et Capuanis martyribus, satis purus est. In fine : *In Ytalia, sancti Bertini abbatis*. Unde Italiam hic induxerit, aliis divinandum relinquo. *De Gedeone.* *Genebaudi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Victorini episcopi et martyris. Bertini abbatis, cujus solemne monasterium exstat juxta S. Audomarum.* *De Bertino.*

CLUNIACEN. et CODEX D. DU CHEVAL., signatus littera C. *Cœnobio Cluniaco, beati Marcelli Papæ et martyris gloriosa ab Arvernis exceptio, miraculorum laude, populorumque frequentia non mediocriter illustris.* *De exceptione Marcelli PP.*

REGINÆ SUEC. sign. 428. *Civitate Sais, sancti Godegranni episcopi et martyris.* Vide dicta superius ad III Septembris. *Godegranni.*

In VATICAN. sub num. 5949. Deest *Victorini* et *Bertini*.

FLORENTIN. *In monasterio Pulsanensi, diœcesis Sipontinæ juxta Manfredoniam, depositio sancti Jordani abbatis dicti monasterii.* Mirum in proprio illius cœnobii Martyrologio, toties a nobis citato, nullam Jordani illius memoriam fieri. *Jordani.*

BURDEGAL. *Burdegalæ, Innocentiæ virginis.* *Innocentiæ.*

CAUDIACEN. *Apud Burgundiam, pago Matiscensi, cœnobio Cluniaco, beati Marcelli Papæ et martyris gloriosa ab Arvernis exceptio*, etc., ut supra in CLUNIACENSI. *De exceptione Marcelli PP.*

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Coloniam Agrippinam, in ecclesia beati Clementis, translatio sancti Cuniberti archiepiscopi Agrippinensium et confessoris. Romæ in suburbio, beati Victorini presbyteri et martyris. Qui sanctitate et miraculis præclarus, sacerdotium Amicerrimæ* (Amiterninæ) *urbis, totius populi electione est adeptus. Deinde ab Aureliano judice cum aliis Dei servis Eutice et Marone* (ex Actis SS. Nerei et Achillei) *relegatus sexagesimo* (miliario) *ab Urbe, via Salaria. Inde postmodum sub imperatore Nerva, jussus est suspendi*, etc., pure. In Herculano et Capuanis, pura est. Tum : *Apud Flandrias, monasterio Sithino, depositio sancti Bertini abbatis et confessoris. Eodem die, natale beati Genebaldi episcopi Laudunensis et confessoris, de quo legitur in gestis beati Remigii Remensis episcopi.* *Translationis Cuniberti.* *De Victorino.* *De Bertino.* *Genebaldi.*

GREVEN. *Sanctus Bertinus, in territorio Constantiensi ortus, patria relicta, ad sanctum Audomarum compatriotam suum, Taruanensem episcopum, cum aliis duobus veniens, et ab eo in opus Dei missus, vita et signis gloriosus quievit. In Alexandria, Nimpii et Saturnini. In Galliis civitate Ve[illegible] nensi, inventio beatorum martyrum Ferreoli et Ferrutionis,* *De Bertino.* *Nimpii et Saturnini.*

Inventionis Ferreoli et Ferrutionis. *Agiulfi et soc.* *Quintini.* *Translationis Cuniberti.* *Genebaldi* *Inventionis Taurini.* *Victorini confessoris* *Savinæ et Saviniani*

rutionis, a beato Aniano, tempore Juliani imperatoris. Ubi operante Domino, multæ virtutes fiunt. Huc respicit hodiernus Wandelberti versiculus. qui primo loco ponitur :

Nonis Ferreolus cum Ferrutione refulget.

In Promia, Agigulphi, abbatis, martyris cum aliis. Vide die præcedenti. *In Campania, Quintini episcopi et confessoris. Apud Coloniam Agrippinam, in ecclesia beati Clementis, translatio sancti Cuniberti, ejusdem urbis episcopi et confessoris. Eodem die, depositio beati Genebaldi episcopi Laudunensis et confessoris, de quo in gestis sancti Remigii legitur. Ipso die, inventio sancti Taurini. Victorini confessoris. Qui cum Romæ ob sapientiam, statuam in foro Trajani meruisset, in senectute, Christi fidei se tradens, quievit in pace. Trecas civitate, commemoratio sanctorum Savinæ virginis, et Saviniani martyris, fratris ejus.* Quid hic facit ea conjunctio ? De hoc enim Usuardus XXIX Januarii, de illa XXIX Augusti memoriam egit.

De Bertino.

MOLAN. *Almi patris nostri et confessoris depositio, in pago Teruanensi, monasterio dicto Sithiu, qui vita et miraculis insignis, anno ab Incarnatione Domini* DCXCVIII *migravit ad Dominum. Ubi dum dies caniculares finem faciunt, sicut venerabibis Gregorius Turonensis episcopus scribit, fine ultimæ diei, mutati sunt viri sancti invicti labores, quoniam diem clausit ultimum, in regeneratione viva, diem accepit perpetuum, Jesum Christum Dominum nostrum. Lauduno Clavato, sancti Genebaldi episcopi et confessoris, et sanctæ Probæ virginis.* Dein typis minoribus : *In Galliis civitate Vesontionensi, inventio beatorum martyrum Ferreoli et Ferrutionis,* etc., ut supra GREVENUS. *In Campania, Quintini episcopi et confessoris. Victorini confessoris. Qui cum Romæ ob sapientiam suam, statuam,* etc., etiam ut habet GREVEN. In editionibus posterioribus, in fine inter, *eodem*, et *sancti Bertini*, aliis litteris inseritur . *In pago Teruanensi, monasterio dicto Sithiu.* Deinde : *almi patris*, etc. *Lauduno Clavato, sancti Genebaldi episcopi et confessoris. Et sanctæ Probæ virginis. In Galliis, civitate Vesontionum, inventio beatorum martyrum Ferreoli*, etc., ut supra. Demum minori charactere : *Eodem die, sanctorum martyrum, Eudoxi, qui et Marianus, Romuli, Zenonis et Macarii, qui sub Trajano martyres coronantur.* Vide annuntiationem Romani moderni, et appositam Castellani notulam.

Genebaldi et Probæ. *Inventionis Ferreoli, etc.* *Quintini.* *Victorini confessoris.* *Eudoxi et aliorum.*

VIII *Idus.* *Die* 6.

Zachariæ. *Donatiani et soc. episcoporum.* *Cottidi.*

Zachariæ prophetæ, qui de Chaldea senex in patriam reversus, juxta Aggeum prophetam jacet conditus. In Africa, beatorum confessorum et episcoporum Donatiani, Presidii, Mansueti, Germani, Fuscoli,qui pro assertione Catholicæ veritatis dirissime cæsi et exilio eliminati sunt. Inter quos, etiam episcopus, nomine Letus, strenuus atque doctissimus vir, post diuturnos carceris squalores, incendio concrematus est. Item Cappadociæ urbe Reaten, sancti Cottidi diaconi.

Ex *Praten. Herinien. Antverp-Majore, Munerat Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In nostro apographo Pratensi scribitur *Zacariæ*. Herinien. Antverpien-Maj. et Greven. habent *Caldea*, melius ex aliis, ut est in textu. Antverp-Maj. omisit particulam *de*, quæ immediate præcedit. Idem legit *Aggeam*, Munerat. *Ageum*, optime Molan. *Aggæum;* sed nos reliquos codices sequimur. Rursus Antverp-Maj. scribit *confessorum episcoporum*, omissa conjunctione *et*. In Munerat. est *Donaciani*, in Antverp-Maj. *Donatii*. Item in hoc *ascertione*, pro *assertione*. Denique in eodem, post *concrematus*, deest *est*. De *Cappadociæ* alibi diximus. Greven. et Molan. sic legunt : *Item, apud Cappadociæ urbem Reaten, sancti Coctidi diaconi.* Alii cum textu, nisi quod Munerat. scribat *Cotidi*. *Strennuus* in Molano, mendum typographicum est ; bene scribit *Præsidii*, et *Lætus*, sed nos cum ceteris simpliciter.

Zachariæ

OBSERVATIO. *Zachariæ prophetæ* hisce iisdem plane verbis meminerunt Beda, Rabanus, Romanum parvum, Ado et Notkerus. Noster, ut ante non semel diximus, veteris Testamenti Patribus, quos in antiquioribus nudo nomine ornatos reperit, sæpius proprium aliquid adjungit, ut de *Zacharia* factum, ex laterculo nostro manifestum est. Solum ipsum hodie canit Wandelbertus :

Vates Zacharias octavas obtinet Idus.

Donatiani et soc. episcoporum.

Illustrium Africanorum præsulum, in Wandalica sub Hunnerico persecutione passorum classis, breviter a laudato Romano parvo sic describitur : *Et confessorum Donatiani et sociorum.* Adonis narratio paulo diffusior est, in qua singulorum confessorum nomina exprimuntur, sumpta, ni fallor, ex Victoris Vitensis Historia persecutionis Africanæ lib. 2 sub finem. Adonis verba ferme omnia transumpsit Notkerus, contractior Usuardus nonnulla exclusit, quæ in Auctariis supplebuntur. — Restat annuntiatio ultima, Romano parvo et Adoni incognita, quæ ex solis Hieronymianis ab Usuardo translata est. In ipsis ita ferme legitur : *In territorio Cappadociæ, civitate Reaten, natalis sancti Quottidi cum sociis suis.* Variant apographa in urbis nomine. Rabanus legit : *In territorio Capadociæ, civitate Ructensi, natale sancti Cuttidi,* addens præterea, *Eugenii episcopi et sociorum ejus.* Noster recepto more, ut sæpius dixi, socios negligens, solum *Quottidum* vel *Quottidium* memorat, quem ex communi codicum nostrorum scribendi ratione *Cottidum* nominavimus. Porro de præfata urbe multa disquirit Florentinius. Utrum autem *Reate, Reaten, Readden, Seriate, Teriate*, vel hujusmodi alia

Cottidi.

aut

aut ei affinis in Cappadocia reperiri possit, cui Cottidus noster vere tribuatur, alibi ex professo examinabitur. Ostendimus unde primos, unde ultimum hunc Sanctum acceperit Usuardus, ac proinde, ex consensu codicum, manet textus ejus primigenia et defæcata simplicitas.

De Onesiphoro Romani parvi, etc.

Post Zachariam Prophetam sequitur in Romano parvo : *Et Onesiphori, Pauli discipuli.* Ado legit, *discipuli Apostolorum,* elogii vice inter Festivitates Apostolorum ea omnia describens, quæ Paulus memorat 2 Tim. 1 : *Det misericordiam Dominus,* etc. Notkerus non hæc ex Adone, sed sola Martyrologii ejus verba desumpsit. Interim certum est, *Onesiphorum* ab Usuardo prætermissum ; causam divinet qui potest.

AUCTARIA.

Sanctiani et soc.

PRATEN. Inter puros numeratus est, tametsi in textu, penultimo loco in antigrapho nostro hæc habeantur : *Senonis, sanctorum germanorum Sanctiani et Beatæ, et sancti Augustini episcopi.* Nam cum hæc a Sirmondo vel Cortasio subvirgulata sint, indicium est, ex margine in textum irrepsisse.

ROSWEYD. Satis purus est, sed omittit annuntiationem ultimam.

PULSANEN. Omnia recte habet usque ad *Fuscoli,* sed, ut codex ille jam passim in pluribus deficit, hic etiam omisit reliqua.

Eleutherii PP.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Textui adjungunt : *Romæ, Eleutherii episcopi.* In Romano agitur de Eleutherio abbate, servo Dei ; videsis notulam Castellani.

Magni.

LOVANIEN. In textu satis purus, subdit in fine *Eodem die, natali sancti Magni confessoris.* Vide Surium et elogia inferius.

De Africanis.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Idem habent augmentum, sed præterea, post *Fuscoli,* textui inserunt : *Qui persecutione Wandalica, jussu Hunerici regis Arriani, pro assertione Catholicæ,* etc.

Onesiphori.

CENTULEN. *Obitus Zachariæ prophetæ. Eodem die, sancti Onesifori, de quo sanctus Paulus, laudis plenam mentionem facit. Apud Africam, sanctorum confessorum et episcoporum Donatiani, Presidi, Mansueti, Germani, Fusculi, qui persecutione Wandalica, terminum hujus vitæ susceperunt.*

Onesiphori.
Magni.
Donati et Eleutherii.

BRUXELLEN. Secundo loco : *Et natale beati Onesiphori Apostolorum discipuli.* In Africanis, similis est ANTVERP-MAXIMO, etc. *Capadociæ apud urbem Reathen, sancti Coytidi dyaconi. Eodem die, sancti Magni confessoris. Item, sanctorum Donati et Eleutherii episcoporum.*

Eleutherii
Magni cum elogio.

HAGENOYEN. Hic rursus longa historia prophetica, ut huic codici familiare esse, non semel monuimus. In Africanis, eadem habet quæ ANTVERP-MAX. etc., supra. Tum : *Item Romæ, sancti Eleutherii episcopi.* In ultima fere purus est. Cui in fine subjungit, quæ hic describenda duximus : *Item Augustensi diocesi, monasterii in Fautibus, depositio sancti Magni, vel Magnoaldi abbatis. Hic quondam erat diaconus beati Galli abbatis. Iste viginti quinque annis, laudabiliter sacerdotio functus est, in quibus etiam miraculis claruit, multos ad fidem converteus. Isti per ursum silvestrem venæ ferri monstratæ sunt. Huic etiam ursi ibi morantes, quoque boves domesticæ* (serviebant). *Post hæc beatus Magnus obiit in pace.*

Humberti.
Eleutherii.

AQUICINCT. In fine : *Item, sancti Humberti confessoris. Romæ, Eleutherii episcopi.* De Humberto videatur Surius.

Humberti.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Huberti presbyteri et confessoris,* (additur in margine : alias, *Humberti.*) *Zachariæ prophetæ. Donatiani, Præsidii cum ceteris.*

Eleutherii.

CODEX D. DU CHEVAL. sign. C. *Romæ, Eleutherii episcopi.* Vide quæ supranotavimus.

Onesiphori.

In VATICAN. num. 5949. Desunt *Zachariæ* et *Cottidi.* Adjicitur : *Apud Iconium, sancti Onesiphori, disciputi beati Pauli Apostoli.*

Eleutherii.
Potiti.

FLORENTIN. *Romæ, sancti Eleutherii episcopi. Passio sancti Potiti martyris.*

De Africanis.
Magni.
Onesiphori.

EDITIO LUBECO-COL. In Zacharia purus, ita prosequitur : *In Africa, sanctorum confessorum et episcoporum Domiciani, Præsidii, Mansueti, Germani, Fustoli. Qui persecutione Wandalica, jussu Hunerici regis Arriani, pro assertione Catholica veritatis durissime fustibus cæsi, exilio eliminati sunt. Inter quos etiam quidam episcopus,* etc. *Ad Fauces, natale sancti Magni confessoris, qui in miraculis clarus habetur, disciputi beati Columbani. Capadociæ apud urbem Reatensem, sancti Cottidi diaconi et confessoris. In Asia, sancti Onesiphori Apostolorum discipuli.*

Eleutherii.

BELIN. Penultimo loco inserit : *Romæ, sancti Eleutherii episcopi.* Vide superius.

De Zacharia.
Onesiphori.
Eleutherii PP.
Mastulini.
Gundulph.
Mamertini.
Magni.
Humberti.
Eleutherii abbatis.

GREVEN. *Zachariæ, filii Joiadæ seu Barachiæ. Qui cum prævaricationem regis et populi argueret, illi miserunt lapides et interfecerunt eum in atrio domus Domini, II Paralip. 24. Eodem die, secundum Adonem, natalis beati Onesiphori Apostolorum discipuli. Romæ, sancti Eleutherii episcopi. In Hibernia, Mastulini episcopi. Metis, sancti Gundulphi episcopi et confessoris. Mamertini abbatis monasterii sancti Germani Antisiodorensis et confessoris. Ad Fauces, sancti Magni, qui et Magnoaldus, discipuli sancti Columbani abbatis. Humberti confessoris. Eleutherii abbatis et confessoris, miræ simplicitatis et compunctionis viri. De quo beatus Gregorius 3 Dialogor. inter alia refert, quia sibi infirmo virtutem abstinendi, et mortuo cuidam oratione et lachrimis vitam impetravit.*

De Africanis.
Humberti.
Magni.
Eleutherii PP.
Onesiphori, cum elogio.
Mamertini
Eleutherii abbatis

MOLAN. Post *concrematus est,* aliis litteris ex Adone textui inserit : *Tunc etiam episcopis, quasi ad concilium convocatis Carthagine, una die universæ Africæ ecclesias clausit Hunericus rex Arrianus, universamque substantiam episcoporum, suis episcopis condonavit.* In fine superaddit : *Et natale sancti Humberti confessoris Christi. Eodem die ad Fauces, sancti Magni confessoris. Romæ, sancti Eleutherii Papæ. Et natale beati Onesiphori Apostolorum discipuli, de quo ait Apostolus : Det misericordiam Deus Onesiphori domui.* Sequitur minoribus typis : *Quia sæpe me refrigeravit, et cathenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset, solicite me quæsivit et invenit. Et quanta Ephesi ministravit, tu melius nosti.* Vide Adonem in festivitatibus Apostolorum. Deinde : *Mamertini abbatis monasterii sancti Germani Antisiodorensis et confessoris. Eleutherii abbatis et confessoris miræ simplicitatis et compunctionis viri, de quo beatus Gregorius 3 Dialogorum inter alia refert, quod sibi infirmo virtutem abstinendi, et mortuo cuidam, oratione et la-*

chrymis

chrymis vitam impetravit. In editionibus aliis textui etiam inseritur Adonis clausula. De Magno habent ut supra. *Et natale beati Onesiphori, Apostolorum discipuli,* usque ad *Onesiphori domui. Eodem die, translatio corporis beatissimi confessoris Christi, Humberti, virtutibus et miraculis clari. Die sexta, commemoratio miraculi facti ab archistratego Michaele, in Colassis, sive in Chonis.* *Translationis Humberti*

VII *Idus.* *Die 7.*

Joannis martyris Apud Nicomediam, natalis beatissimi Joannis martyris. Hic nimio calore fidei ignitus, librum in quo continebantur crudelia edicta adversus Christianos, injecta manu detraxit ac discerpsit; cumque hoc relatum esset Diocletiano et Maximiano Augustis, in eadem urbe constitutis, nimia crudelitate sævientes, omnia suppliciorum genera jusserunt expendi in eum; quæ vir nobilissimus cum tanta alacritate vultus ac spiritus pertulit, ut nec tristis quidem pro his videri potuisset. *Euurtii.* Civitate Aurelianis, depositio sancti Euurtii confessoris, qui, ut gesta testantur, primo sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconus, dein divino munere per columbam est designatus pontifex præfatæ urbis. In territorio Augustudunensi, sanctæ *Reginæ.* Reginæ virginis, quæ sub proconsule Olibrio, equulei, carceris, ac lampadarum perpessa supplicia, tandem capitali sententia finiri est jussa. Item in territorio Pa- *Chlodoaldi.* risiacensi, sancti Chlodoaldi presbiteri, tam generis quam mentis nobilitate conspicui.

Sumuntur ex *Praten. Antverp-Majore, Rosweyd. Antverp. Max-Lubec. Greven.* et *Molan.* Accedunt *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Scribo *discerpsit* cum Praten. Herinien. Antverp. Max-Lubec. et Greven; et ita sensus exigit, licet Antverp-Maj. Rosweyd. Molan. et plerique alii habeat *decerpsit.* Antverp-Maj. et Rosweyd. ita legunt, *cum tanta alacritate vultus ac spe*, ut abreviatio illa potius *specie*, quam *spiritus* esse videatur. *Euurtii*, ex Aurelianensium usu habent fere omnes; excipe Rosweyd. qui *Euorcii*, Greven. *Euurcii*, Molan. *Evortii.* Postremi duo cum Antverp. et Max-Lubec. ac recentioribus adjiciunt titulum *episcopi*, qui in antiquis deest. In Greven. pro *dein*, est *dehinc.* Lego *Augustudunensi* ex antiquiorum more, alii habent *Augustudinensi*, Molan. *Augustodunensi*, pessime Greven. *Andegavensi.* Rosweyd. ponit *Consule Olibrio*, alii ut est in textu. Sic Antverp-Maj. et Molan. *lampadum.* Antverp. *finiri jussa est*, Max-Lubec. *jussa est puniri*; Rosweyd. *vitam finire.* Reliqui *Chlodoaldi*, ut antiquiores habent, non ut Rosweyd. *Cloaldi*, vel ut alii *Clodoaldi.* Idem Rosweyd. pro *conspicui*, substituit, *perspicui.*

Joannis. OBSERVATIO. Prima inclyti *Martyris*, qui apud Lactantium de mortibus Persecutorum et apud Eusebium anonymus est, prima, inquam, ejus sub *Joannis* nomine memoria, Romano parvo debetur, in quo, hoc die, pro ejus arbitrio electo, sic legitur: *Joannis martyris, qui Nicomediæ sub Diocletiano, librum iniquæ legis minutatim discerpsit.* Fusius ex Rufino lib. 8 toto cap. 5, rem gestam prosequitur Ado, a quo elogium suum Noster accepit, et Notkerus etiam contraxit. Nomen aliud suggerit Castellanus et agonem circa XXVI Februarii anni CCCIII, verosimillime consummatum pronuntiat. Non improbabiliter conjectat Papebrochius, Georgio adscribi posse, quæ hic *Joanni* nostro tribuuntur, ut videsis in commentario prævio ad Acta S. Georgii XXIII Aprilis § 4. Alii aliter sentiunt, ut Baluzius apud Ruinartium inter selecta pag. 319, in notis. Atque de hoc solo Joanne agere videtur Ado, quidquid et alios tres ei supponat Mosander; magisque adeo in hoc Rosweydo assentior, *Euurtii.* quod Notkerus descriptor Adonis perpetuus, ceteros quoque prætermittat. — *Evurtius* Aurelianensis, in Hieronymianis *Evotus*, ab aliis *Evortius*, *Eritius*, et *Emirtius* nominatus, sed ex propria ejus subscriptione dicendus, *Eortius*, a Floro celebratur longo encomio, ex iis procul dubio Actis desumpto, quæ pridem a variis edita, a recentioribus ut minimum interpolata esse censentur. Eadem et Rabanum et Usuardum præ oculis habuisse necesse est, ex quibus propria singuli decerpserint. — Au- *Reginæ* gustodunensis *Regina*, a Rabano etiam memoratur, sed solo fere nomine ornata, licet gesta ejus citentur. Ea a Petro et a Mombritio edita, a Surio contempta videntur, et ab aliis pro mera fictione, tamquam ex consimilibus Actis consarcinata, traducuntur: de quibus nos hactenus nihil statuimus. Ceterum ex hujuscemodi Actis eductum est Usuardi nostri elogium, quod vere ei tribuendum esse, codices *Chlodoaldi.* omnes evincunt. — *S. Clodoaldi confessoris*, scribit Beda, Rabanus *Chlodoaldi;* accessiones Hieronymianæ *Chlonoaudi* et *Chlodoaldi*, Aimoinus, teste Castellano, *Fludualdi.* Utcumque scripseris, idem intelligitur esse Chlodovæi regis nepos, Chlodomiri filius, ex impia fratrum per patruos nece feliciter servatus. Vide auctores, qui de eo scribunt, a Baronio citatos, a nobis suo tempore cum Actis a Mabillone aliisque editis conferendos. Usuardi elogium paucis multa complectitur, ex quo in Hagiologium Franco-Gallicæ translatum existimo. Certe Usuardinum esse, æque ac cetera hodie tradita, minime dubitandum

dum videtur. Secundam et quartam annuntiationem nostram sic versibus suis copulavit poeta martyrographus Wandelbertus :

Antistes septenas servat Euortius, atque
Regali insignis Clodoaldus stirpe sacerdos.

AUCTARIA.

Viventii.

HERINIEN. Toto textu purissimus, in fine proprium subjicit : *Eodem die, beati Viveentii* (vult dicere *Viventii) Remorum archiepiscopi.*

PULSANEN. Purus est usque ad *expendi in eum.* Sequitur immediate : *In territorio Augustodunensi sanctæ Reginæ virginis.* Hic sistit.

De Clodoaldo.

MUNERAT. Textui puro, phrasi sibi propria subdit de Clodoaldo : *De cujus corpus requiescit in ecclesia beati Clodoaldi prope Parisius.*

LOVANIEN. Deficit in elogiis Eortii Aurelianensis et Reginæ Augustodunensis.

Textus mutatus.

CENTULEN. *Apud Nichomediam, beati Joannis martyris, sub Diocletiano. Apud Alesiam, quæ olim fortissima civitas fuerat, sed a Julio Cæsare est destructa, sanctæ Reginæ virginis, quæ sub Olybrio præside, pro fide plurima sustinens, tandem capitali sententia finita est. Aurelianis, sancti Evurtii episcopi et confessoris. Parisius, sancti Chlodoaldi presbyteri et confessoris.*

Felicis et soc. *Madelbertæ.*

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Gallias, civitate Aurelianis, depositio sancti Evorcii episcopi et confessoris. Qui*, etc. Sequitur : *Eodem die sanctorum martyrum Felicis, Lucæ, Poliani, Victoris, Laderis et Dativi. Qui sub Decio graviter fustibus cæsi, deinde compedibus vincti, et ad fodienda metalla deputati, agonem consummaverunt martyrii.* Vide de his Usuardum distinctius loquentem x Septembris. In Joanne, Regina et Clodoaldo satis purus est. In fine : *Item, depositio sanctæ Magdalbertæ virginis, quæ Leodii quiescit, filiæ scilicet sanctæ Waldetrudis, et beatæ Gudilæ neptis.* Recentiori calamo attexitur : *Et sancti Clodoaldi*, etc., quasi alius esset a superiori.

Wlpeclæ. *Translationis Anastasiæ.* *Madelbertæ.*

HAGENOYEN. In Joanne satis purus, subdit de Regina, etiam satis bene. Tum : *In pago Lausanensi, sanctæ Wlpeclæ virginis. Item translatio sanctæ Anastasiæ. Item, sanctæ Madelbertæ virginis.* Reliqua textus pura sunt.

DAVERONEN. Scribit, *sancti Chlodoaldi presbyteri, tam gentis quam mentis*, etc.

Madelbertæ. *Memorii et soc.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Reginæ virginis et martyris. Madelbergis virginis. Nemorii* (alii scribunt, *Memorii) cum sociis. Joannis martyris inclyti. Evortii episcopi et confessoris.*

Grati.

CAMBERIEN. S. Mariæ. *Civitate Augustæ, patriæ Sabaudiæ, depositio corporis sancti Grati ejusdem urbis episcopi.*

In VATICAN. sub num. 5949. Deest *Evortii* et *Reginæ.*

Desiderii et Januarii.

FLORENTIN. *Natale sanctorum martyrum Desiderii et Januarii.* Vide GREVENUM.

Alpini.

BIZUNTICEN. *Catalancii* (pro *Catalaunis*) *sancti Alpini episcopi et confessoris, cujus laudabilem virtutem clarissima miracula testantur.*

Alpini.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Catalaunis, sancti Alpini episcopi et confessoris.*

De Clodoaldo. *De Memorio.* *De Alpino.* *Madelbertæ.*

EDITIO LUBECO-COL. In Joanne satis pura, de Eortio inserit : *episcopi et confessoris, viri sanctissimi.* Rursus in Regina, pura ; de Clodoaldo, sic scribit : *In territorio Parisiensi, vico Novigenti, sancti Clodowaldi presbyteri et confessoris, filii regis Franciæ Clodomeri, tam generis*, etc. Tum : *In territorio Trecassino, beati Nemorii martyris et diaconi gloriosi Lupi præsulis, quem Attila rex Hunnorum cum sociis interfecit. Cathalaunis, depositio sancti Alpini confessoris, discipuli supradicti sancti Lupi episcopi, ut ex meritis discipulorum pateat, quantæ sanctitatis magister extiterit. Eodem die, beatæ Magdelbertæ virginis.*

BELIN. In Joanne et Eortio satis purus est. Pro *Clodoaldi*, habet, *Dodaldi*, cujus elogium rescindit. Sequitur de Regina, etiam brevius.

Memorii et soc. *De Alpino.* *Innocentii et soc.* *Anastasii.* *Viventii.* *Stephani, cum elogio.* *Gorlini.* *Augustalis.* *Madelbertæ.*

GREVEN. *In territorio Trecassino, beati Memorii martyris, diaconi sancti Lupi episcopi, quem Attila rex Hunnorum cum sociis suis interfecit. Cathalaunis, sancti Alpini confessoris, discipuli ejusdem beati Lupi, unde ex meritis discipulorum, licet æstimare sanctitatem magistri. In Campania, apud Beneventum, sanctorum Innocentii, Januarii, Festi. In Aquileia, Anastasii martyris, qui fullonum compositor erat. Vincentii* (vult dicere *Viventii) archiepiscopi Remensis et confessoris. Ipso die, dignæ et sanctæ memoriæ Stephani episcopi Diensis, Ordinis Carthusiensis, magnæ sanctitatis et clarissimi in miraculis viri. Qui ex Priore domus Portarum, ad reginem præfate Ecclesiæ assumptus, præter cetera stupenda opera, magno zelo animarum æmulabatur salutem. Unde cum populum duræ cervicis cerneret, ut eos salubriter terreret, utque scirent quibus hostibus servissent fecit apparere coram omnibus* (in prima editione est, *coram omni populo, in ecclesia congregato*) *giganteæ enormitatis dæmones, rursumque abire*, (in prima, *qui ad nutum ejus iterum abierunt. Item sanctæ memoriæ Gorlini episcopi Tullensis et confessoris, de quo in gestis beati Mansueti dicitur, quod fuerit piis et sanctissimis operibus approbatus. Civitate Arelatensi, depositio beati Augustalis. Magdelbertæ virginis.* Alii legunt *Madelbertæ.*

Madelbertæ. *Viventii.* *Augustalis.* *Hildewardi, cum elogio.* *Adventus Christianæ.* *Anastasii.* *Memorii.*

MOLAN. De Clodoaldo, habet auctarium MUNERATI. *Item in Leodio, beatæ Madelbertæ virginis. Eodem die, B. Vincentii Remorum archiepiscopi.* Descripsit ex GREVENO. *Arelati, sancti Augustalis episcopi. In civitate Tenremundæ beati Hildelwardi episcopi et confessoris, qui sub duce Magriptio, primo diversis tormentorum cruciatibus affectus, sed fidei constantia in adversis velut in prosperis lætus, fidelem populum ad agnitionem veritatis admonuit, fidemque catholicam constantissime prædicavit. Tandem ipse Magriptium, opposito veritatis speculo, ita devicit, ut rejecto incredulitatis errore, Jesum Christum Dei filium assereret, et se suosque velle baptizari acclamaret. Quo facto, vir Dei Diclivennæ oratorium construxit, in quo post hujus labilis vitæ decessum, glorioso fine quievit. Quo de loco viri Tenremundenses veneranda ejus ossa, omni virtute famata, cum summo exultationis jubilo, Tenremunde transtulerunt. Item eodem die, apud Tenremundam, adventus corporis beatæ Christianæ virginis. In Aquileia, natalis sancti Anastasii martyris. Hic fullo fuit, sed fidei merito in martyrum numerum annumeratus est. In territorio Trecassino, beati Nemorii, archidiaconi gloriosi Lupi Præsulis, quem Attila Rex Hunnorum cum sociis suis interfecit.* Editiones aliæ, de Clodoaldo et Hildewardo, ut supra. De Madelberta, additur : *Quæ post amitam*

Aldegundem,

Grati. *Sozonti.* *Aldegundem, et sororem Aldetrudem, Malbodiense cœnobium tertia rexit.* Pro *Vincentii* recte hic legitur *Viventii*. De Anastasio, Augustali et Nemorio, ut supra. *Ipso die, depositio sancti Grati confessoris, Augustensis episcopi, miræ sanctitatis ac miraculorum viri. Die septima, sancti martyris Sozantis. Et præfestum nativitatis sanctissimæ Dei genitricis Mariæ. In portu Valencianas, translatio sancti Salvii martyris, ac Ancolismæ civitatis episcopi, et Superii discipuli ejus. Item eodem die apud Tenræmundam, adventus corporis beatæ Christianæ virginis.* *Vigiliæ Nativitatis B. M. V. Translationis Salvii et Superii.*

VI *Idus.* *Die* 8.

Nativitati B. M. V. Adriani et soc. 23. Ammonii et soc. Timothei et Fausti.

Nativitas beatissimæ Dei genitricis Mariæ, perpetuæ Virginis. Apud Nicomediam, natalis sancti Adriani martyris, cum aliis viginti tribus, qui omnes post multa supplicia martyrium crurifragio consummaverunt, sub Diocletiano Augusto. Alexandriæ, sanctorum Ammonis, Theophili, Neotherii, et aliorum viginti duorum. Item Antiochiæ, Timothei et Fausti.

Ex *Praten. Herinien. Antverp-Majore, Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Inter puros connumerantur Antverpien. Max-Lubec. et Belinus, qui facile excludi poterant ratione defectus, quo laborant ; nam ubi codices antiquiores legunt : *Nativitas beatissimæ Dei genitricis Mariæ, perpetuæ Virginis,* Antverp. et Belinus; omittunt *perpetuæ Virginis* et Max-Lubec. habet *genitricis Virginis Mariæ.* Praten. et Munerat. scribunt, *et aliorum viginti duum* ; Greven. secure, *aliorum* XXII; nos cum reliquis *viginti duorum.* Antverp-Major mendose ponit : *Item Antiochiæ, Timothei et Faustini ;* in textu purius. Reliqui errores fere scriptorii sunt, aut antiqui scribendi modi, ut verbi gratia : *Nichomediam, Dioclitiani, Diocliciani, Amonis, Theophuli, Neotheri,* etc.

Nativitatis B. M. V. OBSERVATIO. *Nativitas sanctæ Mariæ matris Domini,* vel, *Natale sanctæ Dei genitricis Mariæ,* vel ut est in textu, vel aliis æquivalentibus terminis, a Martyrologis omnibus celebratur. De prima institutionis hujus festi origine, videndæ Baronii et Florentinii Notationes. Nec minus curiosa sunt, quæ pag. 129 et 130 observat Fronto ad Kalendarium, in quo uti et Allatiano, ac Gregorii Sacramentario, prædictæ B. M. V. Nativitati, Adriani memoria subjungitur, in Thomasiano exclusa. Cur autem, in vetustissimo Hieronymiano Epternacensi ea Nativitas Deiparæ collocetur XVII Kalend. Septembris seu XVI Augusti, conjecturis non assequor. Festa plura ejusdem beatissimæ Dei matris hodie inter Festivitates Apostolorum connectit Ado ; Noster ea phrasi usus est, quam ex antiquiorum codicum nostrorum lectione in textu præferendam censuimus. Wandelbertus reliquis Martyrologis accinit, hisce versiculis :

Qua Deus humanam suscepit Virgine formam,
Illustrat senas ortus de luce Maria.
Martyr et Adrianus Romam tum sanguine comit.

Adriani. At vero qui ultimo versu cantatur *Adrianus*, is Romæ a Wandelberto videtur attribui, *Romam tum sanguine comit* ; Nicomediæ tamen passim Martyrologi ceteri constanter asserunt ; et quidem hoc die plerique, quorum elenchum in Actis nostris ad IV Martii inter Prætermissos invenies. Ex Hieronymianis pro alterutra parte decidi nihil potest, cum et IV Martii et VIII Septembris *passio* vel *natalis* diserte ponatur. Est in Beda : *Natale sancti Adriani martyris cum aliis* XXIII. Ceterum a Baronio arguitur Ado, quod hodie Adriani *passionem celebrari* affirmet, in quo quid tantum piaculi occurrat, non video. Porro quidquid sit de vero martyrii die, qui nec ex Actis ipsis satis eruitur, certum est festivitatem *Adriani* hac die solennius recoli, sive id primæ, sive secundæ translationis, sive basilicæ dedicationis, sive alia demum causa invaluerit. Consulat curiosus lector, de his paulo uberius disputantes Baronium et Florentinium. Acta ejus pluries edita sunt, ex quibus diffusam narrationem compilavit Ado, strictiorem ex hoc Notkerus, brevissimam Noster, sed omni difficultate expeditam, adeoque verissimam ; cum Acta ipsa variis circumstantiis decompta, licet sincera a Baronio, pathetica a Florentinio existimentur, ab eruditis nonnullis revocentur in dubium ; imo Tillemontius tomo 5 pag. 818 rotunde asserat, nec probari nec propugnari posse, *(insoutenables)*. Vide ejus notas citato tomo a pag. 641. Nos de iis et loco et tempore judicium nostrum proferemus. Hactenus conveniunt Hieronymiana, Beda, Wandelbertus, Rabanus, Romanum parvum, Ado, Notkerus et Usuardus. *Ammonii et soc.* —Qui in laterculo supra sequuntur *Alexandrini martyres* ex Hieronymianis a Nostro accepti videntur, *Timothei et Fausti.* selectis pro arbitrio tribus ex septem, quos nominatim exprimeret. — Antiocheni *Timotheus* et *Faustus* ex iisdem fontibus procedunt, non eodem ubique ordine nec eodem modo vocati ; de quibus omnibus vide Florentinium. Nostra lectio et vere Usuardina, et ex codicum consensu satis clara et probata est.

Natalia Romani parvi. *Natalia* huic etiam diei ab auctore Romani parvi adstringitur ; Ado nullum diem determinat ; Noster ad I Decembris distulit, opinor, quia Ado eo die sepultam memorat.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Corbiniani.

Rosweyd. Majusculis et miniatis litteris sic habet : *Nativitas sanctæ Mariæ semper virginis* Et in fine post textum adjicit : *Frisingiæ, Corbiniani episcopi et confessoris.* Vide ejus vitam apud Surium.

Pulsanen. Satis purus esset, nisi careret ultima annuntiatione.

De Translatione Adriani.

Antverp-Max. Leyden. et Lovanien. Omittunt, *perpetuæ virginis.* Deinde post *Diocletiano Augusto*, inserunt : *Decurrentibus autem aliquot annis, corpus beati Adriani Romæ translatum est* VI *Idus Septembris, atque in templo honorabili exornatum.*

De Sergio PP.

Ultraject. Albergen. Danic. Prioribus similes, præterea tertio loco interjiciunt. *Romæ, natale sancti Sergii Papæ. Hic invenit miræ magnitudinis portionem Dominicæ Crucis in sacrario beati Petri, quæ singulis annis in basilica sancti Salvatoris, quæ appellatur Constantiana, die Exaltationis ejus, ab omni populo osculatur atque adoratur. Hic statuit, ut tempore fractionis Dominici corporis, Agnus Dei a clero et populo decantetur.* Vide Auctaria die sequenti.

De Nativitate B. M. V. — *Corbiniani.*

Centulen. *Nativitas sanctæ Dei genitricis et perpetuæ Virginis Mariæ, quam Spiritus sanctus custodivit, et electam sanctificavit, ut ex utero illius nasceretur homo Deus excelsus. Alexandriæ, sanctorum Ammonis, Teophili, Neoterii et aliorum viginti duorum. Romæ, festivitas sancti Adriani martyris, qui passus fuerat Nichomediæ cum aliis viginti tribus* IV *Nonis Martii. Eodem die Frigisinge, sancti Corbiniani episcopi et confessoris.*

Translationis Adriani.

Bruxellen. In prima purus, sic pergit : *Romæ, translatio sancti Adriani martyris. Qui apud Nycomediam* IV *Nonas Martii cum aliis viginti tribus, post multa supplicia, sub Dyoclesiano Augusto crurifragio martyrium consummaverunt. Et post aliquot annos, corpus beati Adriani hac die Romæ translatum est.* Reliqua satis pura sunt.

De Institutione Nativitatis B. M. V. — *Translationis Adriani.* — *Sergii.*

Hagenoyen. *Nativitas beatæ Mariæ Virginis quæ inventa est per quemdam heremitam, qui audivit omni anno in ista nocte, et non in aliis noctibus, cœlestem et dulcem armoniam ab angelis ; tamdem quæsivit a Domino, quid hoc significaret. Cui responsum est divinitus, quod beata Virgo Maria* (mater) *Domini nostri Jesu Christi nata esset de beata Anna, matre sua in terris, et propter hoc gauderet totus chorus angelorum et Sanctorum in cœlis. Cui præceptum est cœlitus, ut Romam pergeret et Papæ illud indicaret, ut Ecclesia militans in terra, gauderet illo die cum Ecclesia triumphante in cœlis. Et sic factum est. Eodem die, translatio sancti Adriani martyris, quando corpus ejus Romæ translatum est. Qui passus erat sub Dyocletiano et* (in) *Nycomedia cum aliis triginta tribus. Romæ, natale beati Sergii Papæ,* etc., ut Ultrajectinus, etc., supra. In reliquis satis purus est.

De Adriani capite.

Matric-Cartus-Ultraject. *Nativitas beatæ Mariæ Virginis. Adriani martyris cum viginti tribus martyribus.* Notatur autem in margine : *Hujus martyris caput est in ecclesia sancti Martini, cum capite sancti Esisii martyris, satis solemniter locatum.*

In Vatican. sub nota num. 5949. Deest, *Ammonis et sociorum ; Timothei et Fausti.*

Viventii.

Remens. SS. Timothei et Appollinaris. *Remis, natale sancti Viventii episcopi et confessoris.* De eo sancto inter Auctaria die præcedenti abunde actum est.

De Nativitate B. M. V. — *De Sergio.* — *Corbiniani.* — *Translationis Adriani.*

Editio Lubeco-Col. *Nativitas beatissimæ Dei genitricis Virginis Mariæ, quæ gaudium apportavit universo mundo. Ideo summa exultatione gaudeat terra nostra, Virginis illustrata natali.* De Sergio habet, ut supra, distinctius exprimens, *Agnus Dei ter a clero et populo decantandum.* Sequitur : *In civitate Frisinga, natale sancti Corbiniani episcopi et confessoris.* In Alexandrinis et Antiochenis, satis pura est. In fine : *Apud Nicomediam, translatio sancti Adriani martyris de Constantinopoli ad urbem Romam. Et licet dies passionis ejus celebretur* IV *Nonas Martii, hæc tamen in Ecclesia celebrior habetur quando corpus ipsius Romæ est translatum atque in templo honorabiliter exornatum.*

Corbiniani. — *Clodulfi et Dodæ.*

Greven. *Corbiniani episcopi Frisingensis. Ipso die, sancti Clodulphi episcopi Methensis,* et *Dodæ matris ejus.* Vide VIII Junii.

De Adriano. — *Disibodi.* — *Corbiniani.*

Molan. Post *Diocletiano Augusto*, aliis litteris textui immiscet : *Confractis itaque cruribus ac pedibus incisis, insuper et beato Adriano incisa manu, orantes et gratias agentes Deo, spiritum emiserunt. Corpora eorum jussit tyrannus incendi, sed subito factæ sunt coruscationes et tonitrua ac pluvia et extinctus est ignis. Tunc Christiani rapientes martyrum reliquias, ascensis navibus, fugerunt Bizantium et reverenti honore sepelierunt. Non longo post tempore beati Adriani corpus est Romam translatum.* Hæc ex Adone decerpta sunt. In fine subjicit : *In suburbanis Maguntianensis ecclesiæ, sancti Disboti confessoris.* Lege potius *Disibodi. Et Frisingæ, depositio sancti Corbiniani episcopi, cujus vita virtutibus inclyta in Baioaria claruit.* Posterioribus editionibus solum habet : *Frisingæ, depositio sancti Corbiniani episcopi, cujus vita virtutibus,* etc., ut in prima.

V *Idus.* *Die* 9.

Dorothei et Gorgonii. — *Hyacinthi et soc.*

Apud Nicomediam, passio beatorum martyrum Dorothei et Gorgonii, qui præsente Diocletiano, cum persecutionem, quam Christianis inferebat, detestarentur, jussi sunt primo suspendi et flagris toto corpore laniari : exin visceribus pelle nudatis, aceto et sale perfundi, sicque in craticula assari, atque ad ultimum laqueo necari. Interjecto autem tempore beatus, Gorgonius Romam translatus est positusque via Latina. In Sabinis miliario ab urbe tricesimo, sanctorum

Audomari. Jacincti, Alexandri, et Tiburtii. In territorio Taruanensi, sancti Autmari episcopi et confessoris. *Querani.* In Scotia, Querani abbatis.

Sic habent *Praten. Herinien. Antverp-Major, Rosweyd. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Post *laniari*, lego *exin*, cum præcipuis codicibus, quidquid Munerat. Greven. et Molan. habeant *exinde*; male Belin. *et*, qui et pro *nudatis*, mendose scribit, *nudati*. Non semel superius recurrit nomen *Hyacinthi*, quod ex pluribus efformavimus *Hiacinti*, ut modo habet Praten. Hic scribimus *Jacincti* cum Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Greven. et Molan. In Munerato est *Jacinti*, in Belin. *Jacinthi*; ultimorum sex codicum nævos non observo. Molanus pro *Alexandri*, in prima editione posuit *Alexandriæ*, unde, ni fallor, factum est, ut Usuardo id tribuat Florentinius. Scribo *Taruanensi* cum Herinien. Greven. et Molan. Variant alii, nam in Pratensi legitur *Taruennensi*, in Antverp-Majore, *Taruenensi*, in Rosweydino, *Taruernensi*, in Munerato, *Ternanuensi*. Puto adhærendum Pratensi, sed aliorum numerum prætuli. Sic fere omnes legunt *Audomari*, sed nos ex Pratensi, Heriniensi et Greveno reliquimus *Autmari* quomodo etiam videtur voluisse scribere Munerat. In Belini secunda editione et in Molan. omittitur titulus *sancti*. De *Scotia* alibi sæpius. Herinien. posuit *Queranni*, Rosweyd. *Cherani*, melius cum ceteris in textu.

Dorothei et Gorgonii. OBSERVATIO. Inter innumeros Nicomedienses martyres, non postremas tenent sævientis Diocletiani cubicularii *Dorotheus* et *Gorgonius*, ut apud Eusebium, Rufinum, Lactantium et alios celebratissimi, ita a Romano parvo, Adone, Usuardo et Notkero, non satis opportune, ut merito pluribus videtur, hoc die collocati, cum manifeste appareat, eos ipsos esse, qui ab Hieronymianis cum *Migdonio*, *Petro*, aliisque pluribus referuntur XII Martii, quo in Actis de ipsis agitur. Legendus omnino de Nicomediensi carnificina Eusebius lib. 8, vel saltem extractum ex eo, propositum et notis illustratum inter Acta martyrum selecta per Theodoricum Ruinartium a pag. 317. Videsis etiam Tillemontium tomo 5 a pag. 180, ubi *Dorothei*, *Petri* et *Gorgonii* gesta enucleate et erudite prosequitur. Quid de iis Sanctis singulare, præter translationes, proferant varia, quæ apud nos exstant, monumenta, alibi explicabitur. Beda noster, tacta palæstra, legit hoc die: *Natale sancti Gregorii*, vitio, opinor, amanuensis, nam *Gorgonii* scribendum dubitari vix potest, quemadmodum habet Rabanus, ingentem ei sociorum turmam adjiciens, non Nicomediensium, sed Romanorum martyrum sub Licinio, distinctis et locis et temporibus. Est in Hironymianis hodie solus Gorgonius, est item in Wandelberto :

Gorgonius quinas fama meritisque retentat
Romæ: quem passum * *nunc Gallia poscit adorans.* (* Alias: *Venerans nunc Gallia poscit.*)

An is Nicomediensis? Videtur asserere Baronius, dubitant Florentinius et Castellanus, negant alii; tu citatos auctores consule, usque dum eorum opiniones accuratius suo loco a nobis expendantur. Ad præfixum vero laterculum nostrum quod attinet, Adonem de more secutus est Usuardus, et sensum et verba simpliciter ex eo describens, solis iis prætermissis, quæ brevitatem ejus solitam excedebant. — *Hyacinthi. et soc.* Annuntiatio proxima *martyrum Sabiniensium* tota verbatim ex præfato Adone accepta est, paulo brevius a Romano parvo expressa. Plura de *Hyacintho* memorat Rabanus at socios nec nomine appellat. In Hieronymianis plerisque terni sunt, eodemque modo referuntur, quo hic a nobis consignati. Porro unde Hyacinthum *diaconum* faciat Rabanus, Petrus de Natalibus *episcopum*, divinare omnino nequeo. — *Audomari.* De *Autmaro* sive *Audomaro*, nihil antiqniores memorant præter Florum, a quo exornatur hoc elogio: *Qui mundo mortuus, Deo vivens, plurimarumque virtutum signis pollens, Taruennis urbis populum ad cultum convertit divinum.* At hæc Usuardo visa non esse, *Querani.* ex textu nostro satis patet; atque hinc facile colligas et *Audomarum* et *Queranum* singulari Usuardi diligentia in sacris Tabulis locum obtinuisse, cujus lectionem simplicem et genuinam esse, ne dubites. Sane de *Sergio Papa*, an Usuardinus sit, quæri non potest, an Adonianus, discrepant Mosander et Rosweydus, ille adscribit, hic rejicit; uter melius, incertum est. Notkerus eadem omnia habet, quæ a Mosandro Adoni tribuuntur, Usuardus non item, uterque tamen Adonis aut descriptor aut abbreviator est. Statuat lector quod placuerit. Audomari vitam, quam Surius contractam et interpolatam dederat, integritati restituit et notis illustravit Mabilio sec. 2 Benedict. a pag. 559: an cum nostris Mss. plane conveniat, suo loco videbitur. *Querani*, *Kirani* vel *Kiriani* vitam Mss. habemus, variaque ad eam annotata, quæ suo tempore digerentur.

AUCTARIA.

HERINIEN. In margine, alia, sed tamen antiqua manu adjecta, habet: *In territorio Trecassino, sancti Memorii martyris, cum sociis suis.* *Memorii* Recurrit etiam diebus proxime præcedentibus, nunc sub *Nemorii*, nunc sub *Memorii* nomine, sed quidquid varient codices, in Romano ponitur VII Septembris.

PULSANEN. Spatium magnum vacuum relinquit; agit deinde de Nicomediensibus, quorum elogium plane resecat et reliqua omnia, excepta ultima annuntiatione.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In textu satis puri, carent ultima annuntiatione.

CENTULEN. *Apud Nicomediam, sanctorum Dorothei et Gorgonii martyrum, sub Dyoclesiano. Eodem die, sancti Audomari Boloniensium ac Morinorum* (*Textus mutatus.*)

rum

rum episcopi, cujus gloriosa conversatio miraculorum præconio collaudatur. Ipso die, sanctorum Jacincti, Alexandri et Tiburtii. In Scotia, sancti Querani abbatis. Hujus sancti nomen supra varie expressimus; a Castellano vocatur *Kiaranus.*

De Gorgonio. BRUXELLEN. In fine primæ annuntiationis, post *Romam*, addit: *Et postea Gorriam* (Gorziam) *septimo miliario ab urbe Methensi translatum est.* *De Sergio PP.* *Romæ, sancti Sergii Papæ. Qui, ut in Officio Missæ inter communicandum, Agnus Dei ter cantetur, instituit.* De Audomaro sic habet: *De Audomaro.* *In territorio Teruanensi seu Morinensi, depositio sancti Audomari episcopi et confessoris. Qui cæcus existens et in elevatione corporis beati Vedasti illuminatus, ut rediret cæcitas petiit et impetravit.*

HAGENOYEN. *Apud Nicomediam, passio sanctorum martyrum Gorgonii et Dorothei.* *De Gorgonio et Dorotheo.* *Horum Dorotheus magister in officiis, quæ intra palatium exhibebantur; alter erat cubiculi regii præpositus. Quorum institutionibus optimis omnes pene cubiculi ministri in fide Dei vigilanter et libere persistebant. Hi duo audacter arguunt Diocletianum de morte Christianorum, et se libere Christianos fatebantur. Tunc jussit eos apprehendi, et flagris toto corpore laniari, et visceribus jam pene nudatis, jubentur sale et aceto perfundi. Cumque alacriter hæc tormenta tolerassent, craticula prunis subtracta* (an non *substrata ?*) *poni jubetur in medio, ibique quod reliquum fuerat corporis a verberibus, supponi, et non ad subitum, sed sensim succendi. Ad ultimum laqueo appensos jussit necari. Interjecto autem tempore, beatus Gorgonius Romam transfertur et ibi sepelitur via Latina* (alii, *via Labicana) inter duos lauros.* *Osmannæ* *In Hybernia, sanctæ Osmannæ reginæ Christianissimæ.* Sequens annuntiatio ita interpungitur: *In Sabinis miliario ab urbe Romæ, triginta sanctorum martyrum, Jacincti, Allexandri et Tiburcii. In territorio Tarnaniensi, sancti Audomari episcopi et confessoris depositio. In Scotia, natale sancti Querani abbatis et confessoris.*

De Sergio. VICTORIN. Penultimo loco: *Romæ, sancti Sergii Papæ. Hic statuit in tempore fractionis Dominici corporis, Agnus Dei a clero et populo decantari, et constituit ut diebus Annuntiationis et Nativitatis sanctæ Dei genitricis Mariæ ac sancti Symeonis, quod Græce Hypopanti dicitur, exeant a sancto Adriano, et ad sanctam Mariam occurrant.* Vide infra auctarium MOLANI, qui ex Notkero clarius scribit: *et ad sanctam Mariam populus occurrat*; ubi et priora paulo melius explicantur.

Sergii. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Gorgonii martyris. Audomari episcopi et confessoris. Sergii Papæ et confessoris.*

Osmannæ. REG. SUEC. sub num. 428. *Ipso die, beatissimæ Osmannæ virginis.* Notat Castellanus hanc Sanctam peculiari cultu honorari in municipio sui nominis, provinciæ Cenomanensis, et ad S. Dionysii Franciæ, ubi reliquiæ asservantur.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Audomari* et *Querani.* Adjicitur: *Romæ, natale sancti Sergii Papæ, qui præfuit ecclesiæ annis tredecim.* *Sergii.*

REG. SUEC. sign. 130. *In territorio Tergaunensi, sancti Autmari episcopi et confessoris.*

ALTEMPS. *Ipso die, sanctæ Modwidæ virginis.* *Modwidæ.* An forte, *Modovenæ*, quæ a Castellano ponitur v Julii? *Monasterio Berkingensi, sanctæ Wilfidæ abbatissæ.* *Wilfidæ.*

DIVIONEN. *Revelatio beati Medardi episcopi, quem D. Jacobus Cardinalis revelavit apud nos.* *De Medardo.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Translatio sanctorum martyrum Timothei et Apollinaris, sanctorumque Joviniani et Tonanti.* *Translationis Timothei, etc.*

EDITIO LUBECO-COL. Post *via Latina*, interjicitur: *inter duas lauros, Dorotheo in Græcia patrono remanente.* Post *Tiburcii*, additur: *martyrum, e quibus beatus Jacinctus tortori suo prædixit, hodie coluber te comedet, ignis vero et aqua, quibus me puniri fecisti, nihil mihi nocebunt; tandem decollatur.* *De Hyacintho.* In duabus postremis, pura est. Tum: *In Babenberga civitate, translatio beatæ Cunegundis virginis.* *Translationis Cunegundis.*

GREVEN. *Beatus Audomarus, (alias Autmarus) ut refert Vincentius ex gestis ejus, juxta Constantiam nobilibus ortus parentibus, cum patre suo in Luxoviensi cœnobio, sub sancto Eustasio abbate factus est monachus, ac non multo post Tarnanensis episcopus. Et cum verbo pariter et exemplo* XXX *annis gloriose præfuisset, spiritum creatori reddidit, ineffabili odoris fragrantia remanente.* *De Audomaro.* *Apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctorum Donati, Fortunati, Ammonii.* *Donati et soc.* *Romæ, depositio beati Sergii Papæ et confessoris. Qui Sirus natione annis* XIII *Ecclesiam Dei laudabiliter rexit. In Missa post fractionem Dominici corporis, Agnus Dei ter dici a clero et populo instituit, plenusque operibus bonis quievit:* *Sergii.* *Berlendis virginis et sociarum ejus* (translatio.) *Civitate Babenberga, translatio beatæ Cunegundis virginis imperatricis.* *Translationis Berlendis et soc. Item Cunegundis.*

MOLAN. De Audomaro, inserit: *Qui obiit anno Verbi incarnati* DCXCI; aliæ editiones DCXCV. In fine ex Notkero: *Sergii Papæ, qui sedit Romæ annos* XIII. *Hic invenit miræ magnitudinis portionem ligni salutaris Dominicæ Crucis in sacrario beati Petri. Hic statuit in tempore Dominici corporis confractionis, Agnus Dei a clero et a populo decantari; et constituit, ut diebus Annuntiationis Domini, Dormitionis et Nativitatis sanctæ Dei genitricis Mariæ et sancti Simeonis, quod hypanti Græce dicitur, letaniæ exeant a sancto Adriano, et ad sanctam Mariam populus occurrat.* *De Sergio.* Posteriores editiones: *Die nona, sancti martyris Severiani.* *Severiani.* *In Bethuei, quam villam recentiores Stadfort nominant, sancti Bertellini eremitæ et confessoris.* *Bertellini.* *Alto monte, inventio sancti Marcelli Papæ et martyris.* *Inventionis Marcelli.* *Merbeccæ, translatio Berlendis, Celsæ atque Nonæ virginum.* *Translationis Berlendis, etc.* De Sergio Papa, fere eadem repetunt, quæ ex priori editione retulimus.

IV *Idus.* *Die* 10.

Romæ, beati Hilarii Papæ. *Hilarii PP.* Apud Africam, natalis sanctorum episcoporum Nemesiani, Felicis, Lucii; item Felicis, Littei, Poliani, Victoris, Iaderis, et Dativi, *Nemesiani et soc.* qui sub Decio et Valeriano, exurgente persecutionis rabie, ad primam confessionis Christi constantiam, graviter fustibus cæsi, deinde compedibus vincti, et ad fodienda metalla deputati, gloriosæ confessionis agonem consummaverunt.

runt. Extat epistola beati Cypriani ad ipsos et de ipsis scripta. Eodem die, in Calcedonia, *Sosthenis et Victoris* sanctorum Sostenis et Victoris, qui ob fidei confessionem, sub Prisco Consule, carcerem, vincula et bestias superantes, tandem in oratione vocati de cœlo, spiritum emiserunt.

Ita *Praten. Antverp-Major, Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Hylarii* adhuc alibi dictum est. In efformandis Africanorum præsulum nominibus, non una omnium est ratio. Pro *Nemesiani*, male posuit Antverp-Major *Menesiani*. Pro *Lucii*, est qui legat *Lacii*. In *Littei*, quod nos præferimus, maxima est variatio : Molan. cum Adone habet *Litei*; Greven, *Licei*; Munerat. *Lictei*; Antverp-Maj. *Lutei*. Hic item *Iaredis*, nec melius Greven. *Vaderis*. Greven. et Molan. legunt : *compedibus vincti, ad fodienda*, etc., omissa conjunctione *et*. In Munerato mendose scribitur : *Extat epistola beati Cypriani ad ipsos et ipsis*, etc. Quod autem mirum est, Molanus, qui diphthongis utitur, ante *confessionis*, posuit *gloriose* adverbialiter; sed melius Praten. Herinien. et Rosweyd. cum Adone, *gloriosæ confessionis*. De reliquis judicium fieri non potest. Grevenus et Molanus pro *beati* Cypriani, habent *sancti*. Antverp. et Max-Lubec. scribunt *Calcidonia*, Muneratus, *Calcidona*, omissa præpositione *in*. Solus Molanus recte scripsit *Sosthenis*, nos reliquos omnes codices sequi in textu debuimus. Max-Lubec. expunxit verba ultima, nempe : *spiritum emiserunt*.

Hilarii OBSERVATIO. Quod die præcedenti circa beati *Sergii Papæ* annuntiationem observavimus, hoc idem rursus dubium recurrit, utrum nempe de *Hilaro* seu *Hilario Papa* egerit Martyrologus Viennensis, discrepantibus, ut ibi, editoribus Mosandro et Rosweydo. Et ille quidem secundo loco posuit : *Romæ, depositio beati Hilarii Papæ*, quo ferme modo hic Noster loquitur, Notkero contra de *Hilario* plane tacente. Rosweydus autem citata Mosandrianæ editionis verba, in appendicem rejicienda censuit. Interim in Hieronymianis plerisque signari certum est, ex quibus in Rabanum transiisse putamus ; cujus hæc est annuntiatio : *Romæ, depositio Hilari Papæ, per quem Victorius ordinem Paschalem conscripsit*. Castellanus ex Papebrochii supputatione *Hilarum* retrahit ad XXI Februarii, quo die in primo suo Bimestri nonnulla observat, quæ legi merentur, non minus quam Baronii et Florentinii notationes. De cetero undecumque *Hilarium*, ut nos scribimus, Usuardus acceperit, ex codicibus nostris evidens existimamus, eum esse Usuardinum. Multa ab eo præclare gesta et scripta colliguntur in Conciliis Labbei tomo 4 a col. 1029. Vide etiam Tillemontium tomo 15 variis locis. — De novem celeberrimis præsulibus Africanis ita habet Romanum parvum : *In Africa, episcoporum* *Nemesiani et soc. episcoporum.* *Nemesiani, Felicis et aliorum septem*. Singulos nominatim exprimit Ado, eorum elogium potissimum desumens, ex epistola sancti Cypriani ibidem citata, inter editas 77. Quæ vero Noster in laterculo compendiosius recitat, ex præfato Adone eleganter contracta sunt. Diversis et diebus et locis Athletas illos confessionis cursum consummasse notissimum est, sed hic in unam turmam collectos crediderim, quod a Cypriano simul connumerentur. Responsa eorum exstant epistolis 77, 79, 80, de quibus vide disserentem Tillemontium tomo 4 a pag. 171 et in nota pag. 640. Sedes episcopales singulorum proprias annotat Castellanus in Martyrologio universali hoc die; reliqua nos fusius suo loco. *Sosthenis et Victoris.* — *Sosthenes* et *Victor*, Hieronymianis, Bedæ, Floro et Rabano, æque ac superiores ignoti sunt. Romanum parvum sic de iis breviter : *Apud Chalcedoniam, Sosthenis et Victoris*. Ado ex qualibuscumque inclytæ virginis et martyris Euphemiæ Actis elogium concinnavit, quod fere integrum reddidit Notkerus, sed strictius rem complexus est Noster, ut in laterculo exhibuimus. Eosdem ita memorat Wandelbertus :

Sosthenes et Victor quartis memorantur, eamdem
Christi pro regno sortiti et laude coronam.

AUCTARIA.

HERINIEN. Raro exemplo defectuosus est, purus usque ad *consummaverunt*, omittens constructionem ultimam et omnia, quæ de Sosthene et Victore ab Usuardo dicuntur.

Odgeri. ROSWEYD. Textui subdit : *Item sancti Odgeri diaconi et confessoris*. Alii scribunt *Othgeri*.

PULSANEN. In prima et ultima satis purus, Africanos omnino reticet.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. et LEYDEN. In textu satis puri, adjiciunt : *Eodem die, passio* *Theodardi.* *sancti Theodardi episcopi Trajectensis. Hic beati Remacli successor, sanctique Lamberti extitit eruditor*. Vide notulam Castellani.

LOVANIEN. Idem habet auctarium, sed insuper deficit in elogio martyrum Chalcedonensium.

ALBERGEN. et DANIC. De Hilario adjiciunt : *De Hilario.* *Hic constituit, ut nullus clericus a laico investituras recipiat*. Cetera ANTVERP-MAXIMO, etc., similes sunt.

CENTULEN. *Romæ, depositio Hylarii Papæ, per quem Victorinus ordinem Paschalem conscripsit. Apud Africam, sanctorum episcoporum Nemesiani, Felicis, Poliani, Victoris, Jaderis et Dativi* (desunt duo ad marginem adjecti) *qui sub Decio et Valeriano passi sunt. In Calcedonia, sanctorum Sostenis et Victoris, qui per beatam Eufemiam conversi sunt.*

BRUXELLEN. Incipit : *Passio sancti Theodardi,* *Theodardi.* *Trajectensis supra Mosam episcopi et martyris. Qui beati Remacli successor, et sancti Lamberti ex-*

titit

titit eruditor. Sequitur Hilarii, pure. Tum : *Romæ, via Lavicana, inter duas lauros, natale sanctorum martyrum Jacincti, Alexandri et Tiburcii.* [*Hyacinthi et soc.*] Vide die præcedenti. In Africanis deest ultima periodus de epistola beati Cypriani. In Chalcedonensibus, purus est.

HAGENOYEN. In Hilario convenit cum ALBERG. In Africanis et Chalcedonensibus satis purus est. [*Salvii.*] Sequitur: *Item Salvii episcopi et martyris.* In Romano vocatur *confessor*, sed Salvii diversi sunt. [*Theodardi.*] *Eodem die, passio sancti Theodardi episcopi Trajectensis.* (Hic fuit sancti Remacli) *successor et sancti Lamberti post eum episcopi, secundum suum vaticinium, eruditor.*

AQUICINCT. In fine, subdit : *Item sanctorum* [*Nemesii, etc.*] *Nemesii et Ammonii.* In Hieronymianis plures habent socios. Vide ibi Florentinium.

[*Theodardi.*] MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Theodardi episcopi et martyris.* [*Otgeri.*] *Hilarii Papæ et confessoris. Otgeri confessoris.*

[*Theodardi.*] REG. SUEC. num. 428. *Leodii, sancti Theodardi martyris, episcopi Tongrensis.* Vide supra.

[*Nemesii, etc.*] CODEX D. DU CHEVAL. signatus C. *Item Demesii* (alii *Demetrii*) *et Ammonii.* Vide AQUICINCTINUM.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Hilarii Papæ.*

[*Translationis Egwini.*] ALTEMPS. *Eodem die apud Evesham, translatio sancti Egwini episcopi et confessoris. In territorio* [*Petri.*] *Bizontino , monasterio Bellæ-vallis , S. Petri episcopi et confessoris.* Vide Auctaria VIII Maii.

[*Petri.*] STROZZIAN. *In Carontasiensi urbe, sancti Petri archiepiscopi et confessoris, qui multis virtutibus et miraculis claruit.* Forte idem, de quo proxime ; et sic legendum esset *Tarentasiensi. Item, sancti* [*Nicolai de Tolentino.*] *Nicolai de Tolentino confessoris, Ordinis Fratrum Eremitarum.*

EDITIO LUBECO-COL. In Hilario, habet ut ALBERGEN. etc., supra. In Africanis et Chalcedonensibus satis pura est. [*Theodardi.*] De Theodardo, ut ANTVERP-MAX. etc. Sequitur : *Civitate Tollentinensi,* [*De Nicolao Tolentinensi.*] *depositio sancti Nicolai presbyteri et confessoris. Qui miræ abstinentiæ, heremiticæ vitæ sectator, sub regulari disciplina beati Augustini degens, ultra communem vitam regulæ, artiorem conversationem inter fratres magnifice duxit. Nam quanti meriti fuerit ostensum est, cum per sex menses continuos ante obitum suum, meruit ministerio angelorum, cœlestibus melodiis honorari. Postea sancto fine quievit, cujus sepulcrum usque in præsens, crebris* [*Demetrii, etc.*] *signis et miraculis illustratur. Ipso die, sanctorum Demetrii et Ammonii martyrum. Item beati Otgeri* [*Otgeri.*] *diaconi et confessoris.*

BELIN. Incipit : *Tollentini, depositio sancti Ni-* [*Nicolai.*] *colai confessoris, Ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini.* Sequitur de Hilario et Africanis satis pure. Tum : *Eodem die, sancti Petri archie-* [*Petri.*] *piscopi, qui multis virtutibus et miraculis claruit. Eodem die in Calcedonia, sanctorum Sostenis et Victoris, qui post multa supplicia in oratione spiritum emiserunt.*

[*Theodardi.*] GREVEN. *Eodem die, passio sancti Theodardi episcopi Trajecti superioris et martyris. Hic sancto Remaclo eremum adeunti digne successit; sancti Lamberti educator.* [*Demetrii, etc.*] *Demetrii et Ammonii martyrum.* [*Ammonis, etc.*] *In Alexandria sanctorum Ammonis, Orionis, Orosii et aliorum* DCCCVI. *Item, depositio beati Silvii epi-* [*Sylvii pro Salvii.*] *scopi Albigensis et confessoris, qui contempto seculo, monasterium ingressus, oblitus quæ retro sunt, in anteriora semet ipsum indesinenter extendens, in abbatem electus est. Sed ipse utilius reputans inter monachos latere, quam abbatis habere nomen in populo, reclusorium subiit ; unde postmodum extractus, præfatæ ecclesiæ præesse cogitur, tandemque laboris sui mercedem a Domino vocatus cum aliis multis accepit.* [*Othgeri.*] *Othgeri diaconi et confessoris.* [*Translationis Adelwoldi.*] *In Anglia translatio sancti Adelwoldi episcopi Wintoniensis et confessoris.* [*Gabii.*] *Civitate Novaria, sancti Gabii episcopi et confessoris.* [*De Nicolao.*] *Item, depositio sancti Nicolai de Tollentino, Ordinis Eremitarum beati Augustini, qui virtute continuæ orationis et miræ abstinentiæ valde emicuit. Ad judicium denique eximiæ sanctitatis ejus, per sex menses ante obitum suum, audire meruit angelicos concentus, quibus delectatus desideravit et obtinuit dissolvi et esse cum Christo.* [*Felicitatis et filiarum.*] *Felicitatis viduæ et filiarum ejus.*

[*Nicolai.*] MOLAN. *Tolentini, depositio sanctissimi Nicolai*, etc., ut BELIN. De Petro item, ut ibi. [*Theodardi.*] *Item Leodiensi civitate, natalis sancti Theodardi episcopi et martyris. Hic beati Remacli successor, sanctique Lamberti, eruditor requiescit in Legia, in basilica sancti Lantberti.* [*Otgeri.*] *Item, sancti Otgeri confessoris.* [*De Salvio.*] *Et depositio Salvii episcopi, de cujus sanctitate Gregorius Turonis episcopus scripsit, narrans quod per revelationem vidisset, divinæ vocis evaginatum gladium imminere super tegulum, quod Chilpericus rex præcepit construi. Cui visioni veritas statim subsecuta est, nam post dies viginti, duo filii regis mortui sunt.* Vide Rabanum. Sequitur, typis minoribus : [*Eunucii.*] *Eodem die, sancti Eunucii episcopi Noviomensis et confessoris.* Editiones aliæ, de aliis, ut supra. Sequitur : *Civitate Albiensi, depositio sancti Salvii*, etc., ut supra. [*De Otgero.*] *Item, sancti Otgeri confessoris, qui ex Brytannia comes peregrinationis fuit sanctis episcopis, Vuironi et Plechelmo, atque post multa pietatis exercitia, sepulturam accepit in ecclesia Montis Petri, juxta Ruræmondam. Eodem die, sancti Eunucii episcopi Noviomensis et confes-* [*Menodoræ et soc.*] *soris. Die decima, sanctarum martyrum Menodoræ, Metrodoræ, et Nymphodoræ.*

III *Idus.* *Die* 11.

Romæ via Salaria veteri, natalis sanctorum martyrum Proti et Jacincti eunuchorum ,qui sub Galieno imperatore, quod essent Christiani deprehensi, coguntur sacrificare, sed non consentientes, primo dirissime verberantur, tuncque pariter decollantur. [*Proti et Hyacinthi.*]

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Antverp-Majore, Pulsanen. Muncrat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Prothi* scribunt Antverp-Maj. Greven. et Molan. nos cum aliis simplicius, ut est in textu. De *Hyacintho* dictum est IX hujus. Hic denuo plerique, ut Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. et Greven. cogunt ponere *Jacincti.* Pulsanen. habet *Jacinthi*, Munerat. *Jacinti*, Molan. *Hyacincthi*, Praten. *Hiacincti*, nisi forte librario potius quam manuscripto tribuendum sit. Communis codicum lectio est : *tuncque pariter decollantur;* variat Antverp-Major : *atque pariter decollati sunt;* Greven. et Molanus : *Tunc pariter decollati sunt.*

Proti et Hyacinthi

OBSERVATIO. Pro antiquissimo et perpetuo duorum fratrum, vulgo geminorum, cultu, stant vetustissima Ecclesiastica monumenta, nimirum Kalendaria a Bucherio et Frontone edita (Allatianum hoc die corruptum est) ac Gregorii Sacramentarium, estque communis opinio, officium de iis solennius peragi consuevisse adusque seculum XIII quo primum instituta creditur octava Nativitatis B. M. V. His accedunt prisci Martyrologi omnes, nullo excepto, inter quos ea sola diversitas quod in Florentinii codicibus adjungantur *Eugenia* et *Basilla*, quarum postremam cum Romano parvo, Adone et Usuardo dedimus XX Maii, alteram cum iisdem daturi XXV Decembris. Hæc sunt Lucensis codicis verba : *Romæ, via Salaria vetere, in cimiterio Basillæ, natalis sanctorum Proti et Jacincti, Eugeniæ et Basillæ.* Absunt hæ ab Epternacensi et Corbeiensi, atque in hoc verosimilius fratres vocantur *Didimi (Dydimi)* seu gemelli. Beda scribit : *Romæ, sanctorum Prothi et Hyacinthi, qui erant eunuchi sanctæ Eugeniæ.* Addit Florus : *Sed fervore fidei facti sunt doctores Christianæ legis, unde et capitalem susceperunt sententiam.* Rabani elogium ex eodem fonte manat, ex quo suum deduxit Ado, nempe ex Actis sanctæ Eugeniæ, sed ab Adoniano plane diversum est. Romanum parvum, sic paucis legit : *Romæ, Hyacinthi et Prothi eunuchorum.* Hisce Ado longiorem suam historiam, ex prædictis Actis subtexuit, quæ apud Notkerum tota ferme exstat, a Nostro brevioribus terminis constricta, sic ut nihil magnopere contineat, quod non historicæ veritati satis conforme videatur, licet Acta ipsa, ex quibus sua dicerpsit Ado, nonnulla censura indigeant, ut fatetur Baronius ; ab aliis, ut plane fabulosa rejiciantur. Qua de re alibi ex professo agetur, si non sufficiant, quæ a Papebrochio delibata sunt, in Responsionibus ad P. Sebastianum art. 16 a num. 91. En modo Wandelberti metra :

Prothus hinc ternas, fraterque Hyacinthus honorant ;
Qui Eugeniam pariter legem docuere sacratam.
Has simul et Felix felici morte dicavit *
Martyrio Regulæ sancto pariterque beatæ.

* Tiguri

De martyribus Tiguritanis in aliquibus codicibus

De postremis illis nihil apud Martyrologos antiquiores invenio ; solus Notkerus populares Sanctos, nempe Tiguritanos, magno encomio exornavit, ad quem lectorem remitto, cum hæc ad Usuardum nostrum nihil attineant. Quæ nonnullis codicibus Usuardinis subinde accesserunt, inter Auctaria subjiciam, ubi codices aliqui de his duobus Sanctis, tamquam Thebæorum comitibus, plura commemorant.

AUCTARIA.

Eugeniæ, Felicis et Regulæ

ROSWEYD. Toto textu purus, hæc in fine subdit : *Sanctæ Eugeniæ virginis. Felicis martyris et sororis ejus Regulæ, virginis et martyris.* Eugenia colitur XXV Decembris. De postremis vide Wandelbertum.

Patientis

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In fine : *Lugduno, depositio sancti Pacientis.*

Patientis.

ANTVERP-MAX. et LOVANIEN. *Lugduno, depositio sancti Patientis episcopi.* Vide Romanum.

De Felice et Regula.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Idem habent Auctarium de Patiente Lugdunensi; cui subjungunt : *Turego, natale sanctorum martyrum Felicis et Regulæ sororis ejus, de comitibus Thebæorum. Quos Decius præses jussu Maximiani imperatoris diversis primo tormentis affecit, tandem gladio animadverti præcepit.*

Textus contractus

De Patiente

CENTULEN. *Romæ in cymiterio Basillæ, sanctorum Prothi et Jacincti martyrum, qui fuerunt eunuchi beatæ Eugeniæ virginis. Lugduno, sancti Pacientis episcopi et confessoris, cujus hortatu vita sancti Germani Autissiodorensis descripta est.*

Felicis, etc. *Dagoberti.* *Patientis* *Mucianæ.*

BRUXELLEN. In textu satis purus, de Felice et Regula eadem addit, quæ supra ex ULTRAJECT. et aliis dedimus. Tum : *Ipso die, sancti Dagoberti regis et martyris. Lugduno, sancti Pacientis episcopi. Et sanctæ Mucianæ virginis.* Puto indicari *Vincianam*, de qua vide Castellanum.

De Proto et Hyacinthi ex historia Eugeniana

HAGENOYEN. *Romæ via Salaria veteri, natale sanctorum martyrum Prothi et Jacincti fratrum. Qui cum Eugenia filia Philippi, postea præsidis Allexandriæ, traditi sunt studio. Et cum phylosophiam adiscere deberent, fidem Domini nostri Jesu Christi dedicerant ; unde et Eugeniam ad fidem converterunt. Deinde missi sunt in Allexandriam cum Philippo, et illum reliquerunt, et cum Eugenia monasterium intraverunt, et miraculose postea Philippo apparuerunt, et ad fidem eum converterunt. Post cujus mortem Claudia uxor Philippi, rediit Romam cum omnibus suis filiis et Protho et Jacincto ; ubi dum plures per eos convertuntur, ad immolandum ducuntur, et idolum statim iis orantibus corruit et in favillam redactum est, quod paganos puduit, et ipsos mox decollaverunt. Item in Castello Habut, sancti Adolfii confessoris.* Vide infra Sanctum melius designatum. *Apud Turegum, passio sanctorum martyrum Felicis et Regulæ sororis ejus, et Exsuperancii. Qui post ferri candentis rotassiti* (lege, *rotas) et longos carceres, et alias afflicciones, post picis et bullientis plumbi examinationem, Dominum se vocantem audierunt in hac voce : Venite, benedicti patris mei, percepite regnum,* etc. *Et non multo post, jubente Decio præside decollati sunt ; et tunc post horam, corpora Sanctorum se erexerunt, et capita sua sustulerunt, et quadraginta cubitos ea tulerunt, et ibi quieverunt. In quo loco fideles Karolus magnus canoniam contraxit* (an vult

Adelfii.

Felicis, etc.

dicere

dicere quod fideles collegerit ?) *et post Ludowicus filius ejus monasterium sanctimonialium ædificaverunt.* *Patientis.* *Lugduno, sancti Patientis episcopi et confessoris.* De eo sæpius.

Idem. AQUICINCT. In fine : *Ipso die, sancti Patientis episcopi Lugdunensis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Prothi et Hyacinthi martyrum.* Additur . *Isti fuerunt eunuchi beatæ Eugeniæ virginis et martyris, qui cum ea sunt ad fidem conversi, sicut in ejus legenda invenitur.* *Felicis, etc.* Sequitur : *Felicis et Regulæ martyrum.*

De Protho, etc. FLORENTIN. *Prothi et Hyacinthi*, etc. *Horum sacratissima ossa, una cum reliquiis sancti Nemesii martyris ad monasterium sanctæ Mariæ de angelis, de Florentia, translata anno Domini* MCCCCXX *tempore Martini* V *Papæ.* *Heliæ.* *Eodem die, sancti Heliæ abbatis.* Plures Eliæ sunt, de hoc post videbitur.

CODEX MONTIS SANCTI. Sic habet : *Fulget na-* *De Adelfio.* *talitius dies Adelfii nobilis ex clarigena Sicambrorum gente nobiliter oriundi, cui genitrix fuerat filia nobilissimi Romarici, sancti Rectoris nostri dulcissimique Patroni.*

De Protho, etc. EDITIO LUBECO-COL. Post *eunuchorum*, inserit, *beatæ Eugeniæ virginis, cum qua ab Heleno episcopo baptizati. Qui non longo tempore post, sub Galieno imperatore, quod essent*, etc. Sequitur : *De Felice, etc.* *Turego in Almania, sanctorum martyrum Felicis*, etc., fere ut supra in ULTRAJECTINO, etc. *Patientis.* *Lugduno, depositio sancti Patientis episcopi et confesso-* *Eupli et Serapionis.* *ris. In Silicia, beatorum Eupli et Serapionis confessoris.* Melius in GREVENO infra.

BELIN. In textu satis purus, in fine addit ut *Patientis.* supra : *Lugduni, depositio sancti Patientis.* Sed nescio cur in secunda editione positum sit, *sanctæ Patientis*, nisi ex errore typothetæ.

GREVEN. *Turego in Almania, sanctorum marty-* *De Felice, etc.* *rum Felicis et Regulæ sororis ejus ex sacra legione Thebæorum, quos Decius præfectus, jussu Maximiani imperatoris diversis suppliciis affectos, gladio animadverti mandavit. Lugduni, sancti Patientis* *Patientis.* *episcopi et confessoris. Bodonis episcopi Tullensis* *Bodonis.* *et confessoris. Qui translatus Lugdunum, mira fidelium devotione veneratur. Item commemoratio sanctorum Leonis, Basillæ et Eugeniæ.* *Leonis, etc.* *In Sicilia, Eupli et Serapionis confessorum.* *Eupli, etc.* *Item, beatæ Mauræ.* *Mauræ* *Apud insulam Palmariam, depositio sancti Venerii abbatis.* *Venerii.* *Qui tempore Focæ imperatoris apud eamdem insulam, eremiticam vitam ducens, miraculis multis clarus, quievit in pace, ibidem sepultus manibus angelicis. Quo in loco etiam oleum effluere visum est, valens in salute multorum. Item Venerii* *Venerii alterius.* *alterius monachi et confessoris. Qui amore vitæ solitariæ de cœnobio egressus, saxum quoddam hominibus inaccessibile conscendit, ibique sine humano cibo (præter quatuor panes quos secum sumpserat) annis quatuor permansit. Defunctus tandem ac in eodem loco sepultus, miraculis claruit tempore Ottonis III. Apud Egyptum, sancti Heliæ abbatis et confessoris.* *Heliæ.* *Item, bonæ memoriæ, Wilberti episcopi Agrippinensis Coloniæ et confessoris.* *Wilberti.*

De Patiente. MOLAN. *Lugduno, depositio sancti Patientis episcopi. Cujus hortatu Constantius presbyter vitam beati Germani episcopi, virtutibus plenum descripsit. Vercellis, sancti Æmiliani episcopi et confessoris.* *Æmiliani.* *Et sanctorum Felicis et Regulæ.* *Felicis, etc.* Deinde typis minoribus : *Bodonis episcopi Tullensis et confessoris, qui translatus Lugdunum, mira fidelium* *Bodonis.* *devotione veneratur. Vincianæ virginis.* *Vincianæ.* Editiones posteriores de Patiente et Æmiliano eadem habent quæ prior. Sequitur : *Turigo, natale sanctorum Felicis et Regulæ. In portu Gandu, sanctæ Vincianæ virginis. Die undecima, sanctæ matris Theodoræ Alexandrinæ.* *Theodoræ.* Minori charactere : *Item Bodonis confessoris, episcopi Tullensis, qui Lugdunum translatus, mira*, etc. Intellige *Lugdunum clavatum*, vulgo *Laon* ; ubi corpus honoratur.

Pridie Idus. ***Die 12.***

Apud urbem Ticinum, sanctorum confessorum Syri et Iventii, qui a beato Hermagora ad præfatam urbem directi, primo illic Christi Evangelium prædicantes, et magnis virtutibus ac miraculis coruscantes, etiam vicinas urbes divinis operibus illustrarunt, sicque in pontificali honore, glorioso fine quieverunt in pace. *Syri et Iventii.*

Iterum sumitur ex iisdem : *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Tycinum* a Greven. aliisque scribitur, sed male. In *Iventii* maxime discordant codices, unde et cum alio, aut aliis fere synonymis Sanctis, confusio oriri posset. Hic, de quo agimus, vocatur in Actis nostris VIII Februarii *Juventius.* Praten hodie scribit cum Pulsanen. *Yventii* ; Greven. *Yvencii* ; Munerat, *Juvencii* ; Auctor breviarii Ticinensis de Gasparis, constanter vocat *Inventii.* Nos in textu Herinien. et Molan. sequimur. Antverp-Maj. legit *Syri Eventii*, omissa conjunctione *et.* Sic a Greveno et Molano eadem particula expungitur ante *magnis virtutibus*, quam tamen alii omnes codices unanimiter servant. *Choruscantes* in Antverp-Maj. et Munerat. mendum est. Herinien. Antverp-Maj. et Munerat. ponunt *illustraverunt*, nihil interest ; sed reliquos profero. In Pulsanen. deest *glorioso fine.* Munerat. forte typothetæ vitio, habet *gloriose.*

OBSERVATIO. *Syrum* aliquem, *Eventium* item, *Evantium* vel *Iventium* aliquem, apud Hierony- *Syri et Iuventii.* mianos hoc die notari observo, sed tales ambos, qui Ticinum retrahi nequaquam possint. Non magis Ticino propinqui sunt, quos Rabanus memorat, ex Hieronymianis sua ferme desumens. Est et apud Wandelbertum :

Martyr mox pridie celsus petit æthera Syrus

Ast hic martyrii laurea donatus, tantus etiam Ticinensibus tribuendus est. *Juventium* in Actis

reperiri

reperiri diximus VIII Februarii, ubi non pauca illustrantur, quæ ipsum et *Syrum* propius attinent, quamvis hujus gesta ad IX Decembris remittantur. Multa in utriusque Actis reperiuntur, quæ scrupulos injiciunt, præsertim circa tempora, quibus ambo floruisse dicuntur, et circa missionem ab Hermagora, sancti Marci discipulo susceptam, sed quæ operosiori disquisitione discutienda sunt. Consuli interim possunt scriptores Ticinenses, strenui antiquitatum suarum propugnatores Gualla et de Gasparis, ille in Sanctuario Papiæ, hic in Breviario SS. episcoporum ecclesiæ Ticinensis : quorum prior in apertissima contradictione, inscius, sed fortasse vere asseruit, Juventium *Mediolani contra Arianos strenue certavisse* ; verum hoc pacto tota Syri, Pompei et Juventii historia evertetur de qua vide citato die VIII Februarii, Bollandi commentarium, et Tillemontium tomo 2 pag. 561. Ceterum nec in apographis Hieronymianis, nec in genuino Beda, Floro aut aliis, duo illi Ticinenses *episcopi confessores* conjunguntur. Unus conjunctionis in hunc diem fons est auctor, Romani parvi ; ex quo in Adonem, hinc in Nostrum et Notkerum emanarunt. Sic loquitur primus : *Ticini, confessoris Syri et Eventii discipulorum Hermagoræ Aquileiensis primi episcopi.* Multa de more adjunxit Ado ex quibus contractum ab Usuardo elogium, quale hic in textu exposuimus, ut de simplicitate Usuardina dubitari omnino non possit. Utrum nonnulla studio caverit Usuardus, nescio, certe quæ in nostro textu dicta sunt, facilius ad historicam fidem exigi posse videntur, quam alia quæ ex Actis Ado admiscuit. Pluribus alibi.

AUCTARIA.

Maximini. ROSWEYD. In textu purus, subjicit : *Treveris, natale sancti Maximini episcopi.* Vide infra.

Sacerdotis. ANTVERP. MAX-LUBEC et UGHELLIAN. Etiam in textu puri, addunt : *Lugduno Galliæ, depositio beati Sacerdotis episcopi.* Gallice *Serdot*, vel *Sardot*, quem Parisiis obiisse, notat in Martyrologii margine Castellanus.

De Maximino. *Sacerdotis.* ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Textui subdunt : *In Aquitania, natale sancti Maximini Treverorum archiepiscopi, qui* IV *Kalend. Junii Treverim relatus est.* (ULTRAJECTIN. et ALBERGEN. notant IV Kalend. Julii.) *Lugduno Galliæ, depositio beati Sacerdotis episcopi.*

De Syro, etc. CENTULEN. *Apud urbem Tycinum, quæ et Papia dicitur, natalis sanctorum confessorum pariter et pontificum Syri et Hiventii, quos beatus Hermacoras Aquilegiensis, ordinatos ad præfatam urbem transmisit ; qui non solum illam regionem, sed vicinas civitates Veronensem et Brixenam et Laudensem verbo fidei illustrarunt, et optimo* (*fine*, ni fallor) *sunt perfuncti.*

Idem. *Serapionis et aliorum 13.* *Maximini.* *Sacerdotis.* *Guidonis.* *Reginæ.* *Edippæ.* BRUXELLEN. *Apud urbem Ticinum, quæ et Papia dicitur, sanctorum Syri et Evencii confessorum. Qui a beato Armagora, discipulo sancti Marci Evangelistæ ad præfatam urbem directi, primo illic Christi Evangelium prædicantes, et magnis virtutibus ac miraculis choruscantes, etiam vicinas urbes divinis operibus illustrarunt ; sicque in pontificali honore*, etc. *In Sicilia passio sancti Serapionis episcopi et aliorum tredecim. In Aquitania, depositio sancti Maximini Treverorum archiepiscopi. Cujus corpus* IV *Kalend. Junii Treverim relatum, in cimiterio sancti Eucharii sepelitur. Lugduno Galliæ, depositio beati Sacerdotis episcopi. Apud Anderlacum, vicum Brabanciæ nobis vicinum, depositio sancti Guidonis confessoris. Ubi reliquiæ sui corporis venerantur ; vita quoque ejus atque miracula plura leguntur. Et sanctæ Reginæ virginis. Item sanctæ Edippæ virginis.*

De Verena. HAGENOYEN. In textu fere similis est BRUXELLEN. Sequitur : *Ipso die, Verenæ virginis, apud Zurziacum Constanciensis dyocesis, quæ erat Thebæa genere et cum beato Mauricio et suis sociis venit in Ytaliam causa peregrinationis, et intrans Mediolanum, carceres Sanctorum sub Dyocletiana persecutione visitavit et eis de sua substantia, in quantum potuit, ministravit, et quod non habuit, non potuit facere pecunia, hoc fecit voluntate et servitio corporis sui. Igitur passo Mauricio et sociis suis, Verena Alpes transgressa est, et morata cum uno qui evaserat de Thebæis, qui timore mortis non fugerat, sed exemplo Domini. Itaque Verena mater multarum virginum effecta et cæcos illuminavit, et dæmones de obsessis ejiciebat, et plura alia miracula Dominus per illam operabatur, et ideo per quemdam Romanum variis injuriis affecta incarceratur, ubi a sancto Mauricio visitatur et confortatur.* Cetera omitto quæ utrum majorem fidem mereantur suo loco dicemus. Vide Auctaria, I Septembris. *Item sancti Maximi Treverorum episcopi et confessoris. Apud Lugdunum Galliæ, depositio beati Sacerdotis episcopi et confessoris.* Vide supra ANTVERPIENSEM, etc. *Maximini.* *Sacerdotis.*

Sacerdotis. AQUICINCT. In fine : *Lugdunis, sancti Sacerdotis episcopi.* Vide dicta superius.

Patientis. VICTORIN. et REG. SUEC. sub nota num. 130. *Ipso die, sancti Patientis episcopi Lugdunensis.* Ex variis codicibus eum retulimus die præcedenti.

Textus contractus. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Cyri et Vrencii episcoporum, qui a beato Hermagora Ticinum missi, multum populum converterunt.* Recte notatur in margine : *Alias, Syri et Yvenci, in Martyrologio Romano Juventii.*

Patientis. *Serapionis.* FLORENTIN. *Lugduno Galliæ, natale sancti Patientis. Item sancti Serapionis.*

De Maximino. *Sacerdotis.* *De Syro, etc.* *Evantii.* EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *In Aquitania, natale beati Maximini, Treverorum archiepiscopi et confessoris, a quo Athanasius Antistes Alexandrinus, persecutionem Constancii imperatoris fugiens, Treverim honorifice susceptus est. Qui etiam Eufratam, præsulem Coloniensium ecclesiæ, hæreticum deposuit, et beatum Severinum, virum discretissimum, in ejus locum subrogavit. Lugduno Galliæ, depositio beati Sacerdotis episcopi et confessoris. Apud urbem Ticinum, quæ et Papia dicitur, sanctorum confessorum atque Pontificum Siri et Quencii, qui a beato Hermagora Aquileiensi pontifice, disciputi* (discipulo) *sancti Marci Euangelistæ, ad præfatam urbem directi, primo illic Christi Euangelium prædicantes, et magnis virtutibus ac miraculis coruscantes, etiam vicinas urbes, Veronensem scilicet, Brixiam et Laudensem, divinis operibus illustraverunt, sicque in pontificali honore fundata et confirmata fide credentium populorum, glorioso fine quieverunt. Augustoduno, sancti Evancii episcopi et confessoris.*

Sacerdotis. BELIN. Post textum : *Lugduno Galliæ, depositio sancti Sacerdotis episcopi.*

GREVEN.

Timothei. Niceti. Maximini. Sacerdotis. Serapionis. Marcellini. Evantii. Translationis Hermagoræ. Reverentii. Bonæ.

GREVEN. *Item Antiochiæ, sancti Timothei. Apud Nichomediam, sancti Niceti martyris, qui et Victor dictus est. Hic pro fide Christi superatis gladiis acutis, igne, fumo, manuum ac pedum obtruncatione, cum divinitus illi membra restituta fuissent, iterum fustibus cæsus est, ac postea feliciter migravit. In Aquitania, depositio sancti Maximini episcopi Treverensis et confessoris. Qui de Aquitania oriundus, fama sanctitatis beati Agricii Treverorum episcopi allectus, ad eum venit : a quo in omni sanctitate educatus, eidem ex divina revelatione successit; patriam tandem suam invisens, ibi quievit. Lugduni, beati Sacerdotis episcopi et confessoris. Item Serapionis episcopi. Marcellini episcopi. Augustuduni, sancti Euancii episcopi et confessoris. Translatio sancti Hermagoræ episcopi Aquilegiensis. In Normannia civitate Baiocensi, beati Reverentii presbyteri et confessoris. Apud Egyptum, sanctæ Bonæ virginis, quæ et Mundicorda dicta;* in prima editione : *est, quæ in multa sanctitate Christo sponso servivit.*

Sacerdotis. De Guidone. Maximini. Reverentii. Evantii. Autonomi.

MOLAN. *Lugduni Galliæ, sancti Sacerdotis episcopi. Apud nos* (vult dicere *Anderlaci* prope *Bruxellas*) *depositio sancti Guidonis confessoris; qui post septennem ac laboriosam peregrinationem, hunc locum suæ quietis elegit, ubi sui sacri corporis reliquiæ sub frequentia miraculorum frequentantur. In Aquitania, natale S. Maximini Treverorum archiepiscopi, qui* IV *Kalend. Junii Treverim relatus est. Eodem die, beati Reverentii presbyteri et confessoris.* Dein typis minoribus, *in Normannia civitate Baiocensi.* Editiones posteriores de Sacerdote, Guidone et Maximino, ut supra. Tum : *Eodem die, Baiocas, beati Reverentii presbyteri et confessoris. In Galliis civitate Augustoduno, depositio beati Evanti episcopi. Die duodecima, sacrosancti martyris Autonomi.* Vide Martyrologium Romanum et Sancti Acta apud Surium.

Idibus. *Die* 13.

Philippi. Amati. Maurilionis.

Apud Ægyptum civitate Alexandria, beati Philippi episcopi, patris sanctæ Eugeniæ virginis. Hic dignitatem præfecturæ deserens, et baptismi gratiam adipiscens, episcopii honorem postmodum est assecutus, quem in oratione constitutum, jussit Perennius præfectus gladio jugulari, tempore Volusiani et Galieni imperatorum. Eodem die, sancti Amati presbyteri et abbatis monasterii Romarici, qui miræ abstinentiæ et anachoriticæ vitæ sectator, virtutum et miraculorum gratia illustrem conversationem duxit. Andegavis, sancti Maurilionis episcopi et confessoris.

Ita *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molanus.*

VARIA LECTIO. De *Egipto* dictum est plusquam satis, in eo præter ceteros excedit Munerat. quod legat, *apud Egiptum Alexandriæ*, addatque Philippo titulum *episcopi et martyris.* Superius etiam notata est differentia circa *episcopi, episcopatus* vel *episcopii* honorem. Ego ultimum modum secutus sum ex Pratensi potissimum et Heriniensi ; Antverp-Maj. secundo modo scribit ; Munerat. et Molan. primo. *In orationem constitutus*, habet solus Antverp-Major, ceteri ut est in textu. Male ab Adone scribitur *Perennius* pro *Terentius*; pejus mutaverunt Antverp-Major in *Perhennius*, Molan. in *Perhemmius.* Omnes cum Adone ponunt *Volusiani et Galieni*, de qua conjunctione vide infra. *Romanici* pro *Romarici, anachoritæ* pro *anachoriticæ*, vitia sunt in Antverp-Majore.

Philippi. Amati. Maurilionis.

OBSERVATIO. Baronius ad XXV Decembris de memoratis supra sanctæ Eugeniæ Actis ita pronuntiat : *Habent tamen aliqua, quæ censura indigeant, veluti quod ibi legitur de Philippo Eugeniæ patre, facto (ut ait auctor) episcopo Alexandrino; quod plane commentum esse, tabulæ episcoporum Alexandrinorum ..... manifeste declarant.* Si hisce adjunxeris quæ hoc die notat laudatus Baronius, facile deprehendes, non eo solo commento laborare præfata Acta, quæ, ut supra etiam diximus, a Papebrochio discussa et repudiata sunt in Responsionibus ad P. Sebastianum art. 16 a num. 91. De Philippo non meminere apographa Hieronymiana, Beda, Florus, Rabanus, Wandelbertus. Unus hic denuo sequacibus suis prælucet auctor Romani parvi, ita loquens : *In Alexandria, Philippi episcopi et martyris, qui primum præfectus fuit.* Ex citatis Actis deprompsit Ado, quæ de Philippi episcopatu aliisque eum spectantibus ibi memorantur, quorum compendium suo singuli modo reddidere Usuardus et Notkerus, servata ubique connexione imperatorum *Volusiani et Galieni*, itemque nomine *Perennii* præfecti, qui in Actis a Surio vulgatis *Terentius* dicitur, quemque in Romano moderno ita appellat Baronius. Hæc modo pro re nostra sufficiant. — Sequens annuntiatio de *Amato* presbytero et abbate, tota Adoniana est, nec antiquior ; tota ferme ad apicem a Nostro descripta. Adoniana, inquam, est annuntiatio nostra, sed non Adonis illius, quem plerumque in Actis Benedictinis citat Mabillo, quique ab omnibus nostris, tum Mss. tum excusis dissentit, ut etiam alibi observavimus. Vide notationes prævias ad vitam sancti hujus nostri Amati, seculo Benedictino 2, pag. 129, ubi integra datur, quæ in Surio contracta et immutata est. Differt hic Notkerus, quod pro *Amati* scripserit *Amani*, sed hoc amanuensis vitio irrepsisse credimus. Sic de solo Amato nostro Wandelbertus cecinit :

Idibus abba nitet merito et cognomine Amatus.

Præter Philippum et Amatum Mosander Adoni tribuit *Maurilionem* Andegavensem et *Littorium* Turonensem

Turonensem episcopos, a Rosweydo in appendicem rejectos. De postremo (quem Hieronymianorum verbis consignat Rabanus) non agere Usuardum, probatissimi nostri codices ostendunt. Crediderim, ex iisdem Hieronymianis ipsum accepisse *Maurilionem*, quem hodie *Maurilium* communius appellant, quique a Mosandro et Hagiologio Labbei, iisdem omnino terminis commemoratur. Atque hæc omnia vere et pure Usuardina esse censemus ; quod pro instituti hujus ratione plane sufficit. Alio remittimus examinandam rerum congeriem circa vitas plures apud nos Mss. inter quas, præter antiquius editas, exstat Mss. et impressa Magnobodi Andegavensis, aliaque soluto stylo, ac præterea metrica Marbodi Rhedonensis in vetustissima membrana, de quarum fide jam inter eruditos, præeunte Launoyo, controversum est.

AUCTARIA.

Felicissimi et Secundini.

ROSWEYD. In fine ex Hieronymianis adjicit : *Item in Appulia, Felicissimi et Secundini martyrum.*

PULSANEN. In prima et ultima satis purus, secundam de Amato expunxit.

Lidorii.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Textui subdunt : *Turonis, sancti Lidorii episcopi.*

Materni.

GREVEN. Textui attexit sub signo LL. *Treveris, sancti Materni episcopi.* De eo signo egimus v et xx Augusti, et hic eadem de causa GREVENUM e purorum numero excludimus.

De Maurilione. *Lidorii.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. et DANIC. De Maurilione addunt : *Qui et vitæ sanctitate perspicuus extitit et multis virtutibus floruit. Turonis, sancti Lidorii episcopi et confessoris.*

Materni.

ALBERGEN. Hisce superaddit : *Treveris, natale Materni episcopi, discipuli sancti Petri Apostoli.* Vide infra EDITIONEM LUBECO-COLONIENSEM.

LOVANIEN. De Amato, omnia resecat post *Romarici.* In Maurilione purus est. In fine de Lidorio, ut ANTVERP-MAXIMUS, etc. supra.

Maximi.

CENTULEN. *Apud Egyptum civitate Alexandria, sancti Philippi martyris, patris sanctæ* (Eugeniæ) *virginis. Andegavis, sancti Maurelii episcopi et confessoris, magnarum virtutum viri. In territorio Boloniensi, sancti Maximi Regensis episcopi et confessoris. Ipso die, sancti Amati abbatis de monte Romarici.* De Maximo vel potius de ejus inventione, vide GREVENUM infra.

Lidorii.

BRUXELLEN. In textu modice interpolatus, addit in fine hoc solum et unicum auctarium : *Turonis, sancti Lidorii episcopi et confessoris.*

De Philippo. *De Amato.* *Maximini.* *De Maurilione.* *Lidorii.*

HAGENOYEN. De Philippo ex Eugeniæ Actis fusius agit hoc modo : *Apud Egyptum civitate Alexandria, beati Philippi episcopi passio, patris sanctæ Eugeniæ virginis. Qui per Eugeniam filiam suam mirabiliter conversus est, cum videret illam in statu monachorum, et infamata esset de stupro : et illa aperiret vestem et ostenderet se esse filiam suam, ille corde compunctus est et baptizatus, deserensque præfecturam, episcopatus honorem, omnibus eum eligentibus, assecutus est ; et non multo post in oratione positum Perhennius præses gladio jugulari fecit, Volusiani et Galieni imperatorum tempore. Eodem die, sancti Amati presbyteri et abbatis monasterii Romarici, Metensis diocesis, qui miræ abstinentiæ*, etc. ; addens in fine : *et obiit multorum monachorum pater in pace. In Aquitania, natale sancti Maximini Treverorum archiepiscopi, qui* IV *Kalend. Junii, Treverim relatus est. Andegavis, sancti Maurilionis vel Maurilii episcopi et confessoris depositio. Qui*, etc., ut ANTVERP-MAXIMUS. *Turonis, depositio sancti Lydorii*, etc.

Translationis Amati Senonensis.

AQUICINCT. Post τὸ *imperatorum*, inserit : *Duaci, translatio sancti Amati archiepiscopi Senonensis. Qui a Theodorico rege Francorum ab episcopatu dejectus consilio Ebroini Majoris Domus, in hanc provinciam relegatus est, jussu præfati regis. Qui abbas monasterii Romarici factus, miræ abstinentiæ*, etc. Post *regis*, omissum est : *Item alterius sancti Amati*, aut quid simile, ne duo diversi in unum confundantur.

Lidorii. *De reliquiis Juliani.*

DAVERONEN. *Sancti Lidorii episcopi Turonensis. Exceptio reliquiarum beati Juliani martyris.*

Textus contractus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Philippi episcopi et martyris, patris sanctæ Eugeniæ virginis, qui per filiam suam satis mirabiliter est conversus, resignans præfecturam Alexandriæ. Maurilionis episcopi. Amati abbatis.*

Felicissimi. *Mamiliani.*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Amati* et *Maurilionis.* Adjectum primo loco : *Beneventi natalis sancti Felicissimi episcopi in sancta Sophia. Eodem die, sancti Mamiliani confessoris.*

Translationis SS. Anglicanorum.

ALTEMPS. *Ipso die, translatio beati Augustini Anglorum Apostoli, et sanctorum archipræsulum confessorum Laurentii, Melliti, Justi, Honorii, Deusdedit, Theodori, et sancti Adriani abbatis, ac Deo dilectæ virginis Mildredæ.*

Amati Florentini. *Littorii.* *Venerii.* *Martyrum 79.*

FLORENTIN. *Amati*..... (abb., vel alias *Donatici) Cujus corpus fuit concessum beato Ambrosio a summo Pontifice sancto Damaso et translatum de civitate Romana ad civitatem Florentiam et sepultum in ecclesia sancti Laurentii ; ubi et requiescunt corpora sanctorum Marci Papæ et Concordiæ martyris. Andegavis, sancti Auxilii episcopi et confessoris* ; pro *Maurilii. Turonis, sancti Littorii* (MEDICÆUS, *Litoris) episcopi et confessoris. Apud Lamum civitatem, transitus sancti Venerii, cujus corpus Regium translatum est. In Sicilia, sanctorum martyrum* LXXIX, *qui passi sunt a Profusio tyranno in civitate Admimundulæ, ut habetur in passione sanctorum Luciæ et Geminiani.* Prostant Acta apud Surium, sed nec tyranni nomen, nec palæstra, nec martyrum numerus cum dictis conveniunt.

De Amato.

CODEX MONTIS SANCTI. *Solennis jam diei fulminat orbita, qua præclarus Christi confessor, cœlestem vitam ducens Amatus, supremam curiæ cœlestis sortitur lætabundus aulam, cujus miracula relegere qui vult, actus et vitam scilicet ipsius* (consulat.) *Qui miræ abstinentiæ*, etc.

Littorii.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris, *Turonis, sancti Littorii episcopi et confessoris.* Perpetua variatio in nomine ; constanter scribendum *Lidorii.*

Materni. *De Venerio.*

EDITIO LUBECO-COL. *Colonia Agrippina, depositio sancti Materni episcopi et confessoris. Discipuli sancti Petri Apostoli. Qui simul Coloniensi, Treverensi, ac Tongerensi archiepiscopus præfuit Ecclesiæ. Bono tamen fine senex Coloniæ Deo spiritum reddidit* CXXVIII *Incarnationis anno.* Vide die sequenti. In Philippo satis pura est. Sequitur : *Eodem die, sancti Venerii sacerdotis, notabiliter orti. Qui in insula Tyri solitariam vitam duxit, et ibidem puerum submersum orando vitæ restituit ; et multos a languoribus diversis curavit, et postea feliciter in Domino obdormivit.* De Maurilione habet

ut ANT-

Lidorii. ut ANTVERP-MAX. In Amato pura est. De Lido-
Nectarii. rio, ut supra : *Augustuduno, sancti Neocarii episcopi et confessoris.* Hoc etiam nomen varie efformatur, GREVENO infra scribente *Necarii*, sed cum
Inventionis Maximi. MOLANO legendum *Nectarii. Inventio sancti Maximi, episcopi Regensis et confessoris.*

BELIN. In prima annuntiatione satis purus, pro *Romarici*, scribit *Romancii* et Amati elogium resecat. In Maurilione, quem in altera editione *Maurilium* vocat, purus est. Addit : *Ipso die,*
Venerii. *sancti Venerii confessoris admirandæ sanctitatis*
Lidorii. *viri.* Accedit in secunda editione : *Turonis, sancti Lidorii*, etc.

Ligorii. GREVEN. *Ipso die, sancti Ligorii martyris. Qui in Græciæ partibus ob Christi nomen occisus, postmodum Venetias translatus est. Cum vero dies passionis ejus ignoraretur, ipse per visum, hunc diem*
Felicissimi, etc. *designavit.* Vide notulam Castellani. *In Apulia, sanctorum Felicissimi et Secundini. Turonis, sancti*
Lidorii. *Lidorii episcopi et confessoris. Alexandriæ, sancti*
Theodoli. *Theodoli episcopi. Augustuduno, sancti Necarii*
Nectarii. *episcopi et confessoris.*
Inventionis Maximi. *Inventio sancti Maximi, episcopi Regensis et confessoris.*
Adulfi. *Adulphi abbatis et confessoris.*
Nectarii. *Andegavis, sancti Nectarii.* Quis hic Nectarius sit, nescio, forte alterius occasione intrusus.
Barsanophii. *Eodem die, Barsanophii abbatis et confessoris gloriosi. Qui apud Ægyptum tempore Justiniani imperatoris omni sapientia mundana eruditus, divinitus admonitus, solitariam vitam petiit, in qua cum sociis ejusdem voti, in fame, siti, nuditate, vigiliis et laboribus, carnis mortificationi, et divinæ in se imaginis reformationi insistens, tandem plenus dierum et sanctitatis quievit. Item secundum aliquos*
Venerii. *hic, Venerii confessoris, qui supra* III *Idus habetur.*

Amati Senonensis. MOLAN. *Broylo, depositio sancti Amati episcopi et confessoris. Turonis, sancti Lidorii episcopi*
Lidorii. *et confessoris. Ipso die, sancti Venerii confesso-*
Venerii. *ris, admirandæ sanctitatis viri.* Hactenus editio
De Amato. prima ; editiones vero aliæ sic legunt : *Duaci ex Broylo, depositio sancti Amati episcopi et confessoris. Cujus virtutem Salvator omnium pius magnificavit in temporali vita, suorum gratia meritorum.* De Venerio et Lidorio, ut supra.
Nectarii. *Augustuduno, depositio sancti Nectarii. Die decima tertia,*
Præfesti S. Crucis. *dedicatio templi sanctæ Christi et Dei nostri resurrectionis, et præfestum vivificæ Crucis.*

XVIII *Kal.* *Die* 14.

Exaltationis S. Crucis. Exaltatio sanctæ Crucis, quando Heraclius imperator eam de Perside Hierosolimam reportavit. Sed et procurrentibus annis, Papa Sergius, miræ magnitudinis portionem ejusdem ligni in sacrario beati Petri, Domino revelante, repperit, quæ annis omnibus, ipso die exaltationis ejus, ab omni osculatur
Cornelii et soc. atque adoratur populo. Romæ via Appia, beati Cornelii Papæ, cui os, post exilii relegationem, jussit Decius plumbatis cædi, et sic cum aliis viginti uno promiscui sexus decollari. Sed et Cerealis miles cum uxore Salustia, quos idem Cornelius fi-
Cypriani et soc. de instruxerat, sub eodem die capite plexus est. In Africa, sancti Cypriani episcopi qui sub Valeriano principe, post longum exilium, detruncatione capitis martyrium consummavit, sexto miliario a Cartagine, juxta mare. Referuntur cum eo passi Crescentianus, Victor, Rosula et Generalis.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp.-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scribo *Heraclius* cum Praten. Greven. et Molan. licet alii passim habeant *Eraclius.* De *Hierosolima* satis dictum est ; Herinien. ponit, *reportavit Hierosolimam.* Omnes legunt *repperit.* Munerat. pro, *osculatur atque adoratur*, transponit, *adoratur et osculatur.* Rursus pro, *sub eodem die capite plexus est. Sub eodem capite*, etc. In Greven. et Molan. deest *sub*, et post *Cypriani*, deest *episcopi.* Antverp-Maj. mendose scribit, *sex miliario ex Cartagine.*

Exaltationis S. Crucis. OBSERVATIO. Apud Martyrologos omnes festivissime recolitur salutiferæ Crucis *Exaltatio*, præterita tamen in vetustissimo Hieronymi ecgrapho Epternacensi, unde, solita Florentinio dicendi forma, conjici posset, antiquarii Gallici in aliis apographis additamentum esse. De illius festi antiquitate, celebritate aliisque eodem spectantibus videndi inter ceteros Baronius et Florentinius, qui merito censent, *Exaltationem Crucis* Heraclio vetustiorem habere originem, et si Castellano credimus, plusquam ducentis et quadraginta annis ante illius imperatoris tempora, saltem Hierosolymis institutam fuisse. Hinc forte apud Hieronymianos codices, Bedam et Rabanum, nulla Heraclii facta mentione, simpliciter legitur : *Exaltatio sanctæ Crucis.* Romanum parvum, præter morem, sed tamquam de festo proprio fusius : *Exaltatio sanctæ Crucis, ab Heraclio imperatore a Persis Jerosolymam reportatæ, quando et Romæ lignum salutiferum Crucis a Sergio Papa inventum, ab omni populo veneratur.* Longiorem historiam deduxit Ado, ex quo breviorem suam Usuardus composuit, a Notkero non adeo contractam — Præponitur in Kalendariis sæpe citatis et in Martyrologiis omnibus, præterquam in Sacramentario Gregorii ac Hieronymianis, *Cornelii* et *Cypriani* memoriæ, toto orbe cele-
Cornelii et soc. bratissimæ. Et primo quidem in *Cornelio* hoc die consignando conveniunt Martyrologi antiqui plane omnes, apud quos certatim conjunguntur *Cornelius* et *Cyprianus* eodem XIV Septembris, nempe uno die, ut supponunt, licet non uno anno coronati, cum alter alteri sexennio supervixerit. At inter eruditos non parum laboratur, ut beati Cornelii vel obitus vel martyrium ad Septembrem differri possit, quod de corporis Centumcellis Romam relatione ejusque ibi sepultura satis apte explicare

conatus

conatus est Papebrochius, cui nonnulli subscribunt. Major difficultas est in tempore, a Beda, Adone et utriusque sequacibus diserte notato *sub Decio*, cum certum videatur, Decium vel Decios ante Cornelii exitum omnino periisse. Huic nodo solvendo solitus cuneus utcumque succurret, si dixeris durantem potius Decii persecutionem, quam viventem Decium, intelligendam esse. De cetero conjiciunt aliqui, Adonis historiam desumptam ex Actis ab Hilduino compositis, de quorum auctoritate et fide alibi disputabitur. Insignem vitæ Cornelianæ seriem digessit Tillemontius tom. 3, suo tempore usui futuram. Interim Usuardi nostri elogium ex Beda potissimum profluxisse videtur, transposita nonnihil, mutata et limata phrasi. — *Cypriani, et soc.* De *Cypriano celeberrimo martyre et episcopo Carthaginensi omnia nota sunt,* inquit Florentinius, imo notissima et sincerissima ejus Acta a Pontio ejus diacono, præsente et oculato teste, posteritati relicta, præter Consularia ipsa cum prioribus simul vulgata. Notissima item ejus in Martyrologiis omnibus et in antiquioribus monumentis sanctitatis fama, de quibus vide rursus Baronium et Florentinium in hodiernis notationibus. Prælaudata ejus Acta integre edidit et eruditis notis illustravit Ruinartius inter selecta a pag. 193 ; nec minus accurate et diligenter, præter alios plures, Cypriani gesta disposuit laudatus Tillemontius tomo 4 a pag. 45. Quod huc propius spectat, textus noster ex Beda iterum acceptus est, quo usque ejus verbis insistit, verus et certus ; nam quæ de Cypriani sociis ex Adone adjunguntur, non æque explorata esse, solerter observat Florentinius. Atque hactenus patet totius textus propago et genuina simplicitas. De Cyprianicarum reliquiarum, imo et sancti Cornelii in Galliam aliasque partes translationibus, non est hujus loci inquirere. Vide quæ pro libello de vita Cypriani a Pontio elaborato, erudite disputavit Henschenius ad diem VIII Martii. Cum nostris concinit Wandelbertus, sed ultimo versiculo Eparcum aliquem adjicit, quem puto eumdem esse, de quo egimus I Julii. Hic reliquos versus Martyrographi poetæ subjicio :

Octavo et decimo Octimbrem vocitante futurum
Exaltata Crucis fulgent vexilla relatæ,
Perside ab indigna victor quam vexit Heracleus ;
Corneliusque suam virtute et sanguine Romam
Antistes fulcit, et Cypriano læta coruscat
Carthago, insigni doctore et martyre, totum
Ecclesiæ scribunt, cujus sacra dicta, per orbem.

AUCTARIA.

Materni. ROSWEYD. Textui puro in fine subdit : *Treveris, sancti Materni episcopi et confessoris.* Alii male die præcedenti.

Textus contractus. PULSANEN. In prima annuntiatione satis purus, de duobus aliis Sanctis, sic solum habet : *Romæ via Appia, beati Cornelii Papæ. In Africa, sancti Cypriani episcopi.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et BELIN. Primam annuntiationem detruncant, hoc modo : *Exaltatio S. Crucis, sub Heraclio imperatore piissimo.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. et LEYDEN. *Exaltatio sanctæ Crucis, sub Eraclio imperatore piissimo, qui eam de Perside Hierosolymam reportavit. Sed et procurrentibus,* etc., usque ad finem textus satis pure. Tum additur : *Treveris, sancti* *Materni.* *Materni episcopi, disciplui sancti Petri Apostoli.* *Evergisili.* *Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Evergisili episcopi et martyris.*

LOVANIEN. Incipit ut priores usque ad *reportavit*, omissis ceteris. In Cornelio purus est. In Cypriano rescindit socios. De reliquo similis est superioribus.

ALBERGEN. et DANIC. Principio solum habent usque ad *piissimo*, sicut ANTVERP. et MAX-LUBEC. In Cornelio et Cypriano satis puri sunt. In ALBERGEN. nihil est de Materno. In utroque de *De Evergisilo.* Evergisilo post *martyris* additur : *apud Tungrim sagittis interfecti.*

Textus mutatus. CENTULEN. *Exaltatio sanctæ Crucis. Romæ, beati Cornelii Papæ et martyris sub Decio Cæsare. Apud Karthaginem, passio magnifici et admirandi Doctoris Cypriani, qui martyrium celebravit sub Galieno imperatore, Galerio Maximo proconsule.*

BRUXELLEN. In Exaltatione ex Adone interpolatus est. Et nonnihil etiam in Cornelio et Cypriano. Deinde subdit sequentia : *Et natale san-* *Senatoris et soc.* *ctorum martyrum Senatoris, Viatoris, Cassiodori fratrum, ac Dominatæ matris ipsorum. Treveris, sancti Materni, discipuli beati Petri Apostoli, per* *De Materno.* *cujus baculum post quadraginta dies ipse a morte suscitatus, tot annis in episcopali cathedra sedit, quot diebus sepultus in terra jacuerat. Apud Coloniam Agrippinam, beati Evergisili episcopi et mar-* *Evergisili.* *tyris. Qui sancti Severini discipulus et archydiaconus existens, in transitu beatissimi martyris ymnum angelicum cum suo audivit magistro, et postea apud Tungrim, quæ et Octavia dicitur, sagittis interfectus est. Eodem die, dedicatio hujus ecclesiæ, ac ad* *Dedicationis ecclesiæ Bruxellensis et translationis Gudilæ.* *illam translatio corporis beatæ Gudilæ virginis.*

HAGENOYEN. Aliam de sanctæ Crucis Exaltatione historiam compingit. De Cornelio aliqua etiam hinc inde interjicit. Tum : *Apud Coloniam,* *Evergisili.* *natale sancti Evergisili episcopi Coloniensis, apud Tungrim sagittis interfecti.* In Cypriano nonnihil *Aurelii.* etiam interpolatus est. In fine adjicit : *Item in Suevia, sancti Aurelii episcopi et confessoris.*

Textus contractior. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Exaltatio sanctæ Crucis. Cornelii et Cypriani martyrum. Crescentiani, Victoris, Rosulæ et Generalis, qui referuntur passi cum beato Cypriano.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus B. *Apud Colo-* *Evergisili.* *niam Agrippinam, natale S. Evergisili episcopi et martyris.*

Senatoris et soc. FLORENTIN. *Apud Calabriam, sanctorum martyrum, Senatoris, Victoris, Cassiodori et matris eorum Dominatiæ.* Vide supra in BRUXELLENSI.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Romæ,* *De Cornelio.* *beati Cornelii Papæ et martyris. Cujus sacrum corpus Roma translatum a Carolo juniore augusto, positum est in monasterio, quod construxit infra palatii ædes Compendii. Apud Carthaginem, passio bea-* *De Cypriano.* *tissimi Cypriani Doctoris excellentissimi, cujus sacratissimum corpus temporibus Caroli magni imperatoris, in Franciam est translatum, et Lugduni venerabiliter repositum.*

EDITIO LUBECO-COL. *Exaltatio sanctæ Crucis,*

sub

sub Eraclio imperatore piissimo, qui eam de Perside ad Hierosolymam reportavit, expletis annis a passione Domini quingentis (et quod excurrit.) De Cornelio adjicit: *Hic constituit, ut sacerdotes pro certa causa jurare possint, si velint.* In Cypriano modice interpolata est. Sequitur: *Treveris, celebratio festivitatis sancti Materni archiepiscopi et confessoris. Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Evergisli episcopi et martyris, apud Tungrim sagittis interfecti.*

De Cornelio. *Materni.* *Evergisili.*

GREVEN. *Apud Tungrim, passio beati Evergisli episcopi Agrippinensis Coloniæ et martyris. Hic cum archidiaconi fungeretur officio, locaque sancta cum beato Severino Coloniensi episcopo circuiret, audire meruit concentus Angelorum, animam sancti Martini Turonensis, in cœlum deferentium. Ferreoli martyris. Item sanctorum Dionisii et Felicis. Secundum aliquos hic, depositio beati Joannis Chrysostomi, et* VI *Kalendas Februarii, translatio Materni episcopi et confessoris. Qui a beato Petro Apostolo cum sanctis Euchario et Valerio, ad prædicandum Christi Evangelium Gallis et Germanis missus, post sociorum dormitionem, ipse Treverensem, Agrippinensem pariter et Tungrensem* (in prima editione, *vigilantissime*) *rexit ecclesias : et apud Agrippinam* (in prima, *Coloniam*) *quievit, ubi et ejus solennitas per anticipationem* (in prima, *potissimum*) *agitur Idibus Septembris Aurelii episcopi.*

De Evergisilo. *Ferreoli.* *Dionysii et Felicis.* *Joannis Chrysostomi.* *De Materno.* *Aurelii.*

MOLAN. *Treveris, sancti Materni episcopi, discipuli sancti Petri Apostoli, qui simul Tungrensi, Coloniensi, et Treverensi ecclesiis præfuit archiepiscopus, et Coloniæ ad ultimum, spiritum reddidit, et in ecclesia sancti patris Eucharii, quæ nunc ad sanctum Matthiam appellatur, simul cum iisdem requiescit. Eodem die, dedicatio hujus ecclesiæ, ac ad illam translatio corporis beatæ Gudilæ virginis.* Vide BRUXELLEN. *In Blandinio, translatio sancti Ansberti Rotomagensis ecclesiæ archiepiscopi.* Dein minoribus typis: *Natale sancti Anastasii martyris, de quo est Petri Damiani sermo. In Mareolo, in territorio Atrebatensi, elevatio beatæ Bertiliæ. Quarta feria post* XVIII *diem Kalendarum Octobrium, triduanum jejunium autumnale, sive septimi mensis, de quo extant beati Leonis Papæ I homiliæ novem.* Editiones posteriores truncant commemorationes sanctorum Cornelii et Cypriani, quas in XVI transferunt, id his verbis indicantes: *Quorum natales transferuntur in diem perendinum.* Tum, de Materno, ut in priori. Deinde: *Bruxellæ, dedicatio ecclesiæ et ad illam translatio* corporis, etc. *In Blandinio, translatio sancti Ansberti Rothomagensis*, etc. *In Mareolo, elevatio beatæ Bertiliæ.* Denique minori charactere: *Quarta feria post decimum octavum diem Kalendarum Octobrium, triduanum jejunium autumnale sive septimi mensis*, etc., ut supra.

De Materno. *De Gudilæ ecclesia.* *Translationis Ansberti.* *Anastasii.* *Elevationis Bertiliæ.*

XVII *Kal.* *Die* 15.

Romæ via Numentana, natalis beati Nicomedis presbiteri et martyris, sub Domiciano imperatore. Qui cum diceret compellentibus se sacrificare: Ego non sacrifico nisi Deo omnipotenti, qui regnat in cœlis, plumbatis diutissime cæsus migravit ad Dominum. Eodem die in territorio Cabilonensi, sancti Valeriani martyris, quem Priscus præses suspensum, et gravi ungularum laceratione cruciatum, cum in Christi confessione videret immobilem, ac læto animo in ejus laudibus permanentem, gladio animadverti fecit. Tullo, sancti Apri episcopi et confessoris. Item Carnoto, sancti Leobini episcopi.

Nicomedis. *Valeriani.* *Apri.* *Leobini.*

Puri sunt: *Praten. Herinien. Antverp-Major Munerat.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Plurimi codices scribunt *Nichomedis*, secutus sum tamen priorem orthographiam, qua de eodem Nicomede agentes, usi sumus I Junii. Reliqui tamen *Domiciani* ex communiori codicum sententia, licet Herinien. et Molan. melius scribant *Domitiani*. Ab omnibus reliquis recedit Molanus Grevenum, opinor, secutus; nam ubi illi legunt: *Qui cum diceret compellentibus se sacrificare : Ego non sacrifico, nisi Deo omnipotenti, qui regnat*, etc, aliter ipse construit: *Qui cum diceret compellentibus, se non posse sacrificare nisi Deo*, etc. Pro *Cabilonensi*, mendose in Antverp-Majore est, *Cabilenensi*. Molan. habet *Tulli* et *Carnoti*. Turpius Antverp-Major *Cartono, sancti Leobidi* ; Munerat. *beati Leobini.*

OBSERVATIO. De *Nicomedis* hujus nostri, martyris inclyti, dedicatione aliqua, ut putamus basilicæ, egimus non obiter I Junii, correcta variorum codicum Usuardinorum aut aberratione aut saltem confusione. Hodie *natalem* ejus recolunt codices Hieronymiani, quos tamquam suos habet Florentinius. Beda eadem hodie phrasi utitur, qua, citato die I Junii, sed cum hic luxati videantur Mss. ex quibus genuinum textum ante tomum 2 Martii dedimus, præferenda forte erit sumpta ex ipso Beda, Rabani lectio, qui priori die *basilicæ dedicationem* exprimit, hic legens, *passio Nicomedis martyris.* Exstat etiam vetus ejus memoria in Kalendario Frontonis et Gregorii Sacramentario, per Menardum, ubi consuli possunt utriusque editoris notæ, nec deest in Allatii Kalendario. Romanum parvum brevissime etiam legit: *Romæ, Nicomedis martyris.* Ado pro more suo plura delibat ex Actis sanctorum Nerei et Achillei, seu potius ex Marcelli epistola, alibi non semel a nobis citata, plura, inquam, delibat quæ hujus Sancti propria sunt, strictim a Notkero relata, magis etiam a Nostro, sed ferme Adonis ipsius verbis, contracta. Porro an sub Domitiano passus sit *Nicomedes*, an potius sub Trajano, suo loco explicabitur. Vide dicta superius variis locis, præsertim XII et XXXI Maii,

Nicomedis.

Maii, quæ hic repetenda non sunt. Metricum Wandelberti elogium inferius subjiciam. — In signando hoc die *Valeriano* tam sunt concordes Hieronymiani codices, quam differant, in exprimendo distinguendoque martyrii loco, aliis *Castro Tremorcio*, aliis *Caulomo-castro*, aliis *Castro Ternocio*, quod ad *Tournus* proxime accedit, enuntiantibus. Utrum *Valeriani* vere meminerit Beda, non satis compertum est, cum dubium videatur, an ei tribui possint, quæ ibi designantur : *In territorio Cavillonensi, castro Trimorchio*, nisi Rabanus aliquid conferat, cujus verba sunt : *In territorio Cabilonense, castro Nortio, natale sancti Valeriani martyris;* quæ ferme a Notkero descripta sunt, relicta longiori Adonis panegyri, expuncta tamen Rabani palæstra, quam forte suspectam habuerit. Verum ut ut ea sita sint, non alium Noster ducem habuit quam consuetum, qui ex Actis sancti Marcelli, item Cabilonensis, de quo IV Septembris egimus, ea desumpsisse videtur, quæ ex ipso in plures alios transierunt. Usuardus pauca quidem seligit, sed vel in ea brevitate Adonis verbis scrupulose inhæret. — Qualiscumque sit Bedæ codicum confusio, patet nihilominus in iis memorari : *Eodem die, sancti Apri episcopi.* Deinde : *Leobini confessoris*, qui eodem prorsus modo a Rabano referuntur. De postremo nihil est in Adone, de primo sic habet : *Eodem die, depositio beatissimi Apri Tullensis episcopi et confessoris.* Quemnam e duobus describerit, an ex utroque aliquid sumpserit Usuardus, confer et statue. An hic idem *Aper* sit, cui cum sancto Paulino necessitudo aut litterarum commercium intercessit, alterius loci et disquisitionis est. Consule tantisper novissimam B. Paulini operum editionem Parisinam anni MDCLXXXV dissertatione V ad Sancti vitam, sub finem voluminis. Cum autem in solitis Usuardi fontibus de *Leobino* nihil inveniam, non temere licet supponere, nomen ipsum ex Beda acceptum, cui Noster aliunde episcopalem sedem superaddiderit. Sane ex codicum nostrorum fide, et hic et ceteri omnes proprie et genuine Usuardini sunt. De duobus ultimis episcopis, post Nicomedem cecinit Wandelbertus, cujus hi sunt versiculi :

Valeriani.

Apri et Leobini

Septenum denum Nicomedes presbyter ornat.
Virgo tuus Petronilla comes martyrque beatus.
Pontifices ara, meritis, vitaque colendi
Carnutes Leobinus, Aper Leucosque * *tuentur.*

* Alias : *Leo quoque.*

AUCTARIA.

ROSWEYD. In Nicomede et Valeriano satis purus, deficit in duabus annuntiationibus ultimis.

PULSANEN. In prima satis purus, in secunda resecat elogium, caret etiam duabus postremis.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Ambo deficiunt in sola ultima annuntiatione. Sed MAX-LUBEC. in eo a priori differt, quod in fine habeat : *Et octava sanctæ Dei genitricis Mariæ.*

Octavæ Nativitatis B. M. V.

GRVEN. Post textum purum subjicit : *Item, octavæ beatæ Virginis Mariæ.* Quæ mirum est potuisse ab eo inter Usuardina recenseri.

Idem.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Incipiunt : *Octava nativitatis gloriosæ Virginis.* Sequitur de Nicomede et Valeriano, non omnino pure. Tum : *Civitate Tullensi, natale sancti Apri*, etc. Deest *Leobini.*

Idem.

LOVANIEN. Incipit etiam : *Octava nativitatis gloriosæ Virginis.* In Nicomede, ferme purus est. De Valeriano elogium rescindit : *Civitate Tullensi*, etc., ut supra. Deest etiam *Leobini.*

Idem

CENTULEN. *Octava nativitatis beatæ Mariæ. Romæ, passio sancti Nichomedis presbiteri et martyris. In territorio Cabillonensi, castro Tenortio, sancti Valeriani martyris. Item Carnoto, sancti Leobini episcopi confessoris. Tullo, sancti Apri episcopi et confessoris, cujus mortem in conspectu Domini pretiosam miracula crebra testantur.*

Idem

De Apro

BRUXELLEN. *Octava nativitatis gloriosæ semper Virginis Mariæ.* In Nicomede et Valeriano ex Adone nonnihil interpolatus est. Tum : *Item Carnoto, sancti Leobini episcopi et confessoris. Civitate Tullensi, beati Apri ejusdem ecclesiæ episcopi et confessoris. In territorio Rothomagensi, monasterio Ginegiensi, depositio sancti Aycadri abbatis et confessoris. Qui cum ibi nongentos haberet monachos, media eorum pars, per angelum sibi noctu præsignata, una die migravit ad Dominum. Quos ipse non multo post secutus, quievit in pace.* Vitam edidit Surius, de qua vide Mabilionis observationes prævias sec. 2 Benedictino a pag. 952, ubi aliam ejusdem Sancti vitam producit, cum nostris Mss. suo loco conferendam.

De Octava Nativitatis B. M. V.

De Apro

Aycadri.

HAGENOYEN. De Octava nativitatis aliqua congerit, quæ ad rem non pertinent. Non magis apte prosequitur : *Romæ via Numentana, natale beati Nycomedis presbyteri et martyris translatio, cujus dies passionis est in Kalendis Junii.* Vide quæ supra in Observationibus diximus. In Valeriano satis purus est. Sequitur longa historia de Apro episcopo Tullensi, cujus specimen subjicio : *In civitate Tulliensi, depositio sancti Apri, episcopi et confessoris. Iste vir adhuc puer tantæ fuit liberalitatis et pietatis erga pauperes, quod multoties vestes suas dabat pauperibus et nudus domum reversus est. Erat autem beatus Aper aspectu venerandus, mitis alloquio, vultu serenus, expers veritatis* (potius *expers fallaciæ*, vel *expertæ veritatis*) *et tranquilla lenitate, cunctis placabilis. Erat etiam ei moris, sanctos quosque adire ad imitandum eos, et ideo corporis habuit continentiam, animi lætitiam, cordis industriam, vigilans* (vigilantiam,) *jejunia, orationes, saccum, cinerem, patientiam et caritatem.* Omitto reliqua, quæ nescio quo modo Apro nostro convenire possint, si cum Actis ejus conferantur, ut alibi fusius ostendemus. In fine adjicitur : *Item, apud Carnotum, depositio sancti Leobini episcopi et confessoris.* Ferme ut est in textu.

De Octava Nativitatis B. M. V.

De Apro.

AQUICINCT. In fine : *Et sancti Aicadri abbatis.* Vide supra in BRUXELLENSI.

Aicadri.

DAVERONEN. *Civitate Carnotensi, translatio sancti Leobini episcopi et confessoris.*

Translationis Leobini.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Octava nativitatis beatæ Mariæ Virginis. Nicomedis martyris. Valeriani martyris. Leobini episcopi et confessoris. Apri episcopi et confessoris.*

Octavæ Nativitatis B. M. V.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Apri* et *Leobini.* Additur : *Beneventi, sancti Constancii in S. Sophia.* Apud alios notus non est.

Constantii.

UGHELLIAN. Caret etiam annuntiatione ultima

Leobini

Leobini Carnotensis, ut ANTVERP. et MAX-LUBEC. superius, cum quibus plerumque convenit.

Archadii. FLORENTIN. *Natale sancti Archadii episcopi et confessoris.* Fallor, ni *Aicadri* velit dicere.

Octavæ Nativitatis B. M. V. De Nicomede. EDITIO-LUBECO-COL. *Octava nativitatis gloriosæ Virginis Mariæ. Romæ via Numentana, natale sancti Nicomedis presbiteri et martyris, qui corpus beatæ Feliculæ virginis et martyris* (cum) *honorifice sepelisset, ob hoc detentus a Flacco Comite sub Domiciano imperatore* (est) *et cum diceret compellentibus*, etc. In Valeriano satis pura est. Deinde : *Civitate Tullensi, natale sancti Apri episcopi et confessoris. Apud Carnotum, beati Leobini episcopi et confessoris.*

Cirini, etc. Seleuci, etc. Decorati. GREVEN. *Alexandriæ, sanctorum trium fratrum Cirini, Leoncii, et Serapionis. Item Seleuci, Constantii. Decorati martyris, et aliorum cum eo. Clementis episcopi. In Scotia, Mereni episcopi. Aichadri abbatis. Luthardi, comitis Clivensis et confessoris. Ludumillæ, viduæ et martyris, aviæ sancti Wenceslai ducis Bohemiæ et martyris.* *Clementis. Mereni. Aichadri. Luthardi. Ludmillæ.*

MOLAN. *Eodem die, octava nativitatis Virginis Mariæ. Eodem die, depositio sancti Aichadri abbatis. Lugduno, depositio Albini episcopi.* Dein typis minoribus : *In Galliis, sanctæ Eutropiæ viduæ, de qua Sidonius in epistola ad Pragmatium. Luthardi comitis Clivensis et confessoris, qui fundavit claustrum Wischelense et Nussiense.* Hactenus editio prima ; editiones aliæ : *Eodem die, octava nativitatis*, etc. Item de Albino Lugdunensi et Aichadro abbate, ut supra. *Die decima quinta, sancti martyris Nicetæ. In Clivia Luthardi comitis et confessoris qui fundavit claustrum*, etc., ut vide in jam citata priori editione. *Octavæ. Aichadri. Albini. Eutropiæ. Luthardi. Nicetæ.*

XVI *Kal.* *Die* 16.

Apud civitatem Calcedoniam, natalis sanctæ Eufemiæ virginis et martyris, quæ sub proconsule Prisco tormenta et carceres, verbera et argumenta rotarum, ignes et pondera lapidum angularium, bestias et plagas virgarum, secures et sartagines igneas, rursum morsum bestiæ pro Christo superavit. Romæ, sanctorum martyrum Luciæ nobilis matronæ et Geminiani, quos Diocletianus pœnis gravissime afflictos, diuque tortos, tandem post laudabilem martyrii victoriam, gladio animadverti præcepit. *Euphemiæ. Luciæ et Geminiani.*

Sic *Praten. Herinien. Rosweyd. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Lovanien* et *Danic.*

VARIA LECTIO. Primum noto, postremos tres codices puros quidem esse, sed in eo differe a reliquis quod Euphemiam habeant secundo loco. Ab aliis etiam discrepat Rosweyd. sic incipiens . *In Calcidonia, Euphemiæ virginis* etc. *Calcidoniam*, servant Herinien. et Greven. sed Munerat. *Calcidonem.* De *Eufemiæ* non loquor cum ita omnes formant, excepto solo Molano, qui recte ponit *Euphemiæ.* In Antverp. deest epitheton *sanctæ*, in Max-Lubec. est *beatæ*. Belin. legit *tormenta, carceres*, expuncta conjunctione *et*. Rursus idem Belin. pro *sartagines igneas*, forte melius cum Beda scribit *sartagines ignitas*. Dubium est utrum præferri debeat, *rursum morsum bestiæ*, an *rursus morsum bestiæ*. Primo modo legit Beda, ex quo verosimilius acceptum est. Herinien. Antverp-Max. Lubec. et Munerat. *rursus morsum*, etc. Greven. et Molan. singulares denuo sunt in *nobilissimæ matronæ*, pro *nobilis matronæ*. Antverp. et Max-Lubec. neutrum expresserunt.

OBSERVATIO. *Sancta et maxime benedicta*, vel ut alii loquuntur, *pretiosissima et beatissima* Chalcedonensis martyr *Euphemia* innumeris passim, tum in Oriente tum in Occidente, laudibus certissimisque monumentis celebratur, tametsi daremus Acta ejus a Metaphraste, Surio aliisque vulgata, exiguæ fidei et auctoritatis esse, ut forte sunt et alia quæ in pluribus antiquis Passionalibus aliisque chartis Mss. habemus, ubi fortasse *præclara illa et editis hactenus meliora* reperientur, de quibus in Ephemeridibus Græco-Moscis meminit Papebrochius. Utut tamen non satis probata, imo dubia illa omnia supponantur, dubia profecto non est insignis de *Euphemia* Asterii enarratio a Surio et novissime a Ruinartio edita et observationibus illustrata, dubia non sunt tot alia argumenta, quæ post Baronium et Florentinium accurate digessit Tillemontius tom 5 a pag. 405. Quanti porro facienda sit vita sanctæ *Euphemiæ* metrica a Paschale Verrone composita et Neapoli edita anno MDXCII, item Theodori Besti encomium, quod Græce et Latine Mss. apud nos exstat, postea videbitur. Ceterum pro antiquissimo ejus cultu stant Martyrologia nostra omnia. Inter Hieronymiana hoc solum occurrit discriminis, quod in vetustissimo Epternacensi, Romæ Euphemia tribui videatur, ut et Allatii et Frontonis Kalendaria innuunt, dum eam Luciæ conjungunt. Rursus vero apud præfata Hieronymiana sequenti die *Euphemia Chalcedonensis* reperitur, de qua re vide Florentinium utroque die. Romanum parvum legit : *Chalcedone, Euphemiæ virginis.* Adonis elogium ex Actis supra citatis latius extenditur, strictius a Beda, Rabano et Notkero : sic tamen ut evidenter pateat, ultimum ex primo sumpsisse. At ex quo Usuardus? Is certe tormentorum genera verbis Adonis descripsit, ubi non *clavas*, sed *plagas virgarum* ; ubi desunt verba *serras acutas*, demum ubi *sartagines igneas*, non *ignitas*. At vero verba illa ultima *rursum morsum bestiæ pro Christo superavit*, non ex Adone, sed ex Beda manifeste profluunt. Habes pro hac parte textus formationem. Celebris etiam et antiqua est *Luciæ* matronæ Romanæ et *Geminiani* solennitas, tametsi ambo ab Hieronymianis hodie non notentur. An hæc sit *Lucia*, quam ex Allatii et Frontonis Kalendariis nuperrime citavimus? Sunt *Euphemiæ. Luciæ et Geminiani.*

qui

qui dubitent. Beda, et post eum Rabanus, diserte utrumque annuntiant, sed omissa positione, seu palæstra. Clarius Romanum parvum : *Romæ, Luciæ et Geminiani martyrum.* Longum ex Actis extractum profert Ado, quod in collectione sua retulit Surius, procul dubio, quod Actis ipsis caruerit, quæ a Mombritio tomo 2 vulgata sunt, qualia et apud nos Mss. in antiquo membraneo codice servantur. Et hæc eadem sunt, ni fallor, quæ vidit Baronius, recte observans correctione indigere. Miror Tillemontium asserere, se ea non habuisse, quasi apud Mombritium aut alibi reperire non potuerit De ipsorum sinceritate aut disputandi aut quidquam decernendi locus non est ; qualiacumque fuerint, id satis aperte liquet, Adoniana omnia ex ipsis decerpta et ex hoc a Nostro brevissime contracta, sic ut in laterculo nostro nihil contineatur, quod magnopere in dubium revocari possit, si modo Diocletiani persecutio, ut sæpe alibi faciendum diximus, in ipsius persecutoris locum substituatur. Wandelbertus metrica sua encomia hoc die incipit a Martino Papa, quem in nullis nostris codicibus signatum reperio ; hunc tamen esse diem obitus indicat Castellanus. Ceterum ita canit poeta Martyrologus :

Hinc serto deno Martinus Papa beatur,
Euphemiamque pio sanctam veneramur amore.
Lucius * *hoc simul excellit cum Geminiano,* * *Lucia.*
Condecorat pariter passos quos laurea Christi

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. Textui puro, ut sæpius usuvenire supra ostendimus, addit proprium Angliæ, hisce verbis : *Eodem die, sanctæ Eadipæ virginis.* Puto velle dicere *Edithæ.* (*Eadipæ.*)

PULSANEN. In prima annuntiatione purus est. In secunda item pure pergit usque ad *Geminiani ;* sed desunt reliqua omnia.

ALBERGEN. Similis est ANTVERP-MAX. etc., in transpositione. In fine autem addit : *Item festum beatorum Stigmatum beati Francisci.* (*Stigmatum S. Francisci.*)

ULTRAJECT. et LEYDEN. Incipiunt : *Festivitas sacrorum Stigmatum. Hiis siquidem almus ille confessor Christi Franciscus, biennio antequam spiritum cælo redderet, post prædicationis suæ cursum, caritatis excessum, paupertatis titulum, ad aspectum Seraphin crucifixi, veluti seraphicis agebatur desideriis, insignitus est corporaliter in manibus et pedibus, et latere dextro, non humanitus sed digitis Dei vivi descriptus.* In reliquo textu, ut ANTVERP-MAXIMUS, etc. (*De iisdem.*)

CENTULEN. *Natalis sanctæ Eufemiæ virginis, quæ passa est sub Dyocleciano imperatore, proconsule autem Prisce* (Prisco) *in civitate Calcidonia. Romæ, sanctorum Luciæ et Geminiani martyrum, sub consulari Megasio. Ipso die, sancti Aicadri abbatis.* Vide die præcedenti. (*Textus contractus. Aicadri.*)

BRUXELLEN. In Euphemia permodice interpolatus, in secunda, post *Geminiani*, inserit : *Hæc beatissima Lucia, a filio suo Eupreprio accusata, quod esset Christiana, jussit eam, cum prædicto Geminiano, Dyocletianus sibi adduci. Quos ille pœnis*, etc. In fine subjungit : *Eodem die, receptio sacrorum Stigmatum beati Francisci.* (*De Lucia, etc. De Stigmatibus.*)

HAGENOYEN. *In civitate Calcedonia, sanctæ Eufemiæ virginis et martyris. Hæc erat filia cujusdam sacerdotis ydolorum, et cottidie audivit cantantes Christianos ejus domum transeuntes : Omnes dii gentium dæmonia*, etc., *ad fidem Domini conversa est, et sub persecutione Maximiani, a præside Prisco, tormenta et carceres*, etc *Romæ, passio sanctæ Luciæ viduæ et Geminiani martyrum. Hæc vidua Lucia quæ filium suum Euprepium fidem Christianam in rigore observare docuit, ab eodem Euprepio filio suo, Dyocletiano imperatori accusata est et tradita carceri, ubi et Dominus apparuit, et fluvium de carcere eduxit, qui dimidium civitatis cum palacio regis subvertit*, etc. Ex his, de reliquis plus justo extensis, facile statues. In fine additur : *Item in Anglia, sanctæ Edithæ reginæ et virginis.* (*De Euphemia. De Lucia, etc. Edithæ.*)

DAVERONEN. *Cenomannis civitatis, depositio sancti Principii episcopi et confessoris.* (*Principii.*)

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Luciæ et Gemiani martyrum. Eufemiæ virginis et martyris. Justini presbyteri et confessoris.* Notatum est in margine, quod in Romano Martyrologio ponatur die sequenti, et martyr habeatur. (*Justini.*)

FLORENTIN. *Item sanctorum martyrum Sosthenis et Victoris.* Hi ad hunc diem non pertinent, sed forte a sciolo aliquo hic positi fuerint, ut Euphemiæ conjungerentur, ex cujus Actis desumptos diximus x Septembris. Sequitur : *ut et sanctorum martyrum* XLIX. (*Sosthenis et Victoris. Martyrum, 49.*)

EDITIO LUBECO-COL. *Romæ, sanctorum martyrum Luciæ nobilis matronæ et Geminiani præpotentis. Hæc beatissima Lucia cum in viduitate perstitisset triginta sex annis, et jam ex decursu totius vitæ suæ complesset septuaginta quinque annos, a filio suo Euprepio accusata, quod Christiana esset ; jussit eum Diocletianus imperator sibi adduci cum prædicto Geminiano. Quos ille pœnis gravissime afflictos tradidit cuidam perversissimo judici, qui diu eos cruciavit, tandem post laudabilem martyrii victoriam, gladio animadverti fecit. Hos sancta Maxima Christi devota famula decenter sepelivit.* In Euphemia ferme pura est, post, *pro Christo,* adjungens, *et complevit martyrium.* Sequitur : *In montibus Alvernæ, receptio sanctorum stigmatum sancti Francisci confessoris, primi Ordinis Minorum. Cenomannis, sancti Principii, episcopi et confessoris. In Anglia, sanctæ Edithæ virginis.* (*De Lucia, etc. De Stigmatibus S. Francisci. Principii. Edithæ.*)

GREVEN. *Festum sancti Joachim, patris gloriosæ Dei genitricis semper Virginis Mariæ. Et commemoratio sanctæ Annæ matris ejus. Romæ, Felicis Papæ. Item sancti Victoris. In Scotia, Niniani episcopi et confessoris. Cenomannis, depositio sancti Principii episcopi et confessoris. Item sanctæ memoriæ Ludovici archiepiscopi Arelatensis, Cardinalis sanctæ Cæciliæ. In Anglia, Edithæ virginis abbatissæ, filiæ Edgari regis Anglorum. Quæ a religiosis parentibus, bima Christo consecrata et sanctissime conversata, seculum ignoravit potius quam reliquit.* Castellanus legit *Eadgithæ.* (*Joachim et Annæ. Felicis. Victoris. Niniani. Principii. Ludovici. Edithæ.*)

MOLAN. Typis minoribus : *In Anglia, Edithæ virginis abbatissæ, filiæ Edgari,* etc., ut GREVENUS supra. *In Scotia, Niniani,* etc. *In territorio Argentinensi, sanctæ Einbeth virginis, præclaræ sanctitatis. Agnetis virginis de monte Policiano, cujus vitam Magister Raymundus, Ordinis Prædicatorum* (*De Editha. Niniani. Einbeth. Agnetis.*)

rum scripsit. In posterioribus editionibus duorum ferme dierum textus confusi sunt : nam hoc die referuntur Cornelius et Cyprianus, ex XIV Septembris, quibus subjungitur totus textus hodiernus. In fine additur : *In Anglia, sanctæ Edithæ virginis, filiæ Edgari Regis. In territorio Argentinensi sanctæ Einbeth virginis, præclaræ sanctitatis.* Dein typis minoribus : *In Scotia, Niniani episcopi Candidæ casæ et confessoris. Item obitus Agnetis de monte Policiano, cujus vitam scripsit Raymundus, Magister Ordinis Prædicatorum.* Vide Martyrologium Romanum et Acta XX Aprilis.

XV *Kal.* *Die* 17.

Romæ via Tiburtina, natalis sancti Justini presbyteri, qui persecutione Decii, Galli et Volusiani confessionis gloria insignissimus fuit. Item Romæ, sanctorum martyrum Narcissi et Crescentionis. Apud Leodium, beati Lamberti episcopi Tungrensis, qui a nocentibus, innocenter occisus, aulam cœlestis regni perpetuo intravit victurus. In Brittanniis, sanctorum Socratis et Stephani. Niveduno, sanctorum martyrum, Valeriani, Macrini, et Gordiani. Item Corduba, sancti Emiliani diaconi et Hieremiæ decollatorum.

Justini. Narcissi et Crescentionis. Lamberti. Socratis et Stephani. Valeriani et soc. Emiliani et Hieremiæ.

Sic habent *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven* et *Molan.* Quibus accedere possunt *Antverp-Max.* et *Lovanien.*

VARIA LECTIO. Dixi accedere posse Antverp-Max. et Lovanien. nam hi, licet totum textum referant, in eo tamen ab aliis diversi sunt, quod de Lamberto agant primo loco, et in fine periodi legant *perpetuo victurus intravit*, contra antiquiores omnes. Iidem cum Praten. et Molan. scribunt *Tyburtina*, sed prævalent alii. Rursus cum Molan. omittunt nomen *Galli*; Munerat. posuit *Gauli*. Antverp-Maj. post *Volusiani* omittit *confessionis*, et cum Antverp. Max-Lubec. Antverp-Max. et Lovanien pro *insignissimus*, scribit *insignis*. Munerat. autem *confessionis* mutavit in *Confessoris*. In Praten. est *Narcyssi*, in Molan. *Narcisci*, in Antverp. et Max-Lubec. *Narcissæ* ; sed quid in Greven. sibi vult *Marcillæ?* Antverp-Max. et Munerat. nomen *Crescentionis* vertunt in *Crescentiani*, et sic habet Romanum parvum, pejus Lovanien. *Crescentis*. Praten. videtur scripsisse *Leodicum*, quod in nullo alio codice reperio. Item *Lantberti*, ut cum eo habet solus Rosweyd. Nos ex Adone et reliquis codicibus prætulimus orthographiam communiorem, seculo IX certo usitatam, etiam apud Wandelbertum, quidni et apud Bedam, licet Rabanus et alii utantur *Landebertus*. Errat Antverp-Maj. in *innocentum*, pro *innocenter*, item in *Brittannia*, pro *Brittanniis*, ut passim reperimus. Mitto reliqua menda scriptoria, ut *Nivedum*, pro *Niveduno*, *Matrini* vel *Martrini* pro *Macrini*, *Cordubæ*, *Eliani* pro *Emiliani*, ut servant codices, *Dyaconi*, *Hiremiæ*, *Jeremiæ*, *Jheremiæ*.

OBSERVATIO. Romani parvi auctor sic hodie textum suum orditur : *Romæ, Justini presbyteri, ad quem beatus Laurentius in vico Patricii nocte venit.* Nullus antiquior Martyrologus de eo, saltem hoc die, meminit. Ado, ipsum refert tertio loco, plura ex Actis sancti Laurentii memorans, quorum initium et finem, ductoris verbis, Noster connexuit. Illum ipsum Justinum inter Auctaria signavimus IV Augusti, quo die eum ita canit Wandelbertus : *Justini.*

Justinus pridie proprio celebratur honore
Presbyter in numero sanctorum, cæde peremptus
Crudeli, exquirens tumulos qui condecoravit.

Martyrii proprie dicti lauream ipsi etiam tribuit Baronius ; hac Wandelberti aliorumque antiquorum monumentorum (ut ait) auctoritate ductus, inter quæ procul dubio computat res ejus *gestas, seorsum positas et uberius conscriptas*, ex quibus pateat supervixisse ad tempora Claudii. (intellige II) tuncque martyrio coronatum fuisse. Quæ omnia proprio loco diligentius erunt examinanda. — In laudato Romano parvo sequitur : *Item Narcissi et Crescentiani*, quos distinctius penultimo loco Ado *Romæ* adscribit, *in crypta arenaria*, secundum vocans *Crescentionem*, quemadmodum ex ipso Usuardus descripsit. Quid in Actis sancti Laurentii, in eorum laudem contineatur, patebit X Augusti. — *Narcissi et Crescentionis.* Quintum et postremum locum in Adone tenet inclytissimus præsul et martyr *Lambertus*, de quo etiam meminere Beda et Rabanus, a quibus *Landebertus* appellatur, si nonnullis Bedæ ecgraphis assentiri volueris. Florus elogium plane vulgare ei tribuit. Plura ex gestis delibat Rabanus, pauciora Ado, quem contrahit Notkerus. Usuardus proprio marte et sermone hic loqui voluit, sensum quidem Adonis secutus, sed aliis omnino formulis rem exprimens. Quousque ad Hieronymiana *Lambertus* vel *Landebertus* pertineat, disces ex Florentinio. Complura Acta de eo conscripta novimus, auctores vide apud Baronium in hodiernis notis ; Mabilionem seculo 3. Benedictino parte 1, a pag. 66 et alios recentiores. Nec prætereundus est Wandelbertus, qui solum Lambertum ita hodie versibus celebrat : *Lamberti.*

Lambertus quintum denum virtute coronat,
Factio quem cæsum semper tremebunda pavescit.

De *Socrate* et *Stephano* agunt Beda, Rabanus, Ado et Notkerus, iisdem prope terminis ; suos Noster plane mutuatus est ex Adone, in quo primo loco ponuntur. Inter Hieronymiana eos etiam *Socratis et Stephani.*

memorat vetustissimum ecgraphum Epternacense, tacentibus ferme reliquis. — Proxima, seu secunda in Adone annuntiatio est : *Nividuno, natalis sanctorum martyrum Valeriani, Macrini et Cordiani*; ubi vides nihil a Nostro mutatum esse, præter ultimum nomen. Eodem modo loquuntur Hieronymiana, nisi quod pleraque *Magrini* et *Gurdiani* scripserint. Quid de bina hac classe in sinceris monumentis ecclesiasticis supersit, suo loco disquiremus. — Hactenus ductores suos habuit, eosque, eo modo quo explicavimus, secutus est Usuardus, sed postremi duo *martyres Cordubenses* ab eo primum, imo ab eo solo consignati sunt, ex Arabicæ persecutionis messe in Hispania collecta, quam ipse in Galliam retulit, ut jam superius sæpe dictum est. Prioris nomen ab Usuardo mutatum vix dubito, formatumque *Emilianum* ex *Emilla*, qui cum *Hieremia* ab Eulogio refertur lib. 2 Memor. cap. 12. Cur in Romano moderno locum non habent, sed eorum loco *Columba* ex Memor. lib. 3 cap. 10 substituatur, non aliam causam video, quam quod ejus reformatores Galesinium secuti sint, neglectis Belino, Maurolyco, Felicio et aliis, quibus tamen usos eos fuisse satis constat. At enim binos nostros vere Usuardinos esse æque ac ceteros, codices nostri evidenter demonstrant.

Valeriani et soc.

Emiliani et Hieremiæ.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima annuntiatione truncatus est, in secunda purus, deest tertia, purus est in quarta, deest iterum quinta. In sexta deest ultima totius textus vox *decollatorum*.

De Lamberto

ULTRAJECT. et LEYDEN. Ex Adone Lamberti elogium amplificant, hoc modo: *Apud Leodium, beati Lamberti episcopi. Qui dum regiam domum zelo religionis accensus increpasset, et rediens, in ecclesia sua orationi incumberet, a nocentibus innocenter occisus, aulam cælestis regni perpetuo victurus intravit*. Sequuntur reliqua, omnia quæ ad textum spectant.

ALBERGEN. et DANIC. Idem habent initium; sed de Justino, Narcisso et Crescentione nihil.

Tertius contractus.

CENTULEN. *Romæ, sanctorum martyrum Narcissi et Crescentionis. Cordubæ, sanctorum Emiliani diaconi, et Jeremiæ, quorum corpora post abcisionem capitum igni tradita sunt. Niveduno, sanctorum martyrum Valeriani, Machrini et Gordiani. In Britannia, sanctorum Socratis et Stephani. Eodem die, passio sancti Lamberti, Trajectensis ecclesiæ episcopi.*

De Lamberto.

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Leodium, passio beati Lamberti episcopi et martyris. Qui fuit Apri comitis filius, quem sanctus Landoaldus in via Dei induxit, sicque ipse beato Theodardo in episcopatu Trajectensi successit. Sed Ebronii* (Ebroini) *factione ab episcopatu dejectus, in Stabulaus cœnobio per septem annos monachatur. Quem Pippinus tandem in sua sede restituit, et quia ipse zelo religionis accensus, præfatum Pippinum principem increpare ausus sit, quod Alpaidem pellicem, suæ legitimæ Plectrudi superduxerit, a Dodone fratre Alpaidis martyrizatur*. In Justino, deinde in Narcisso et Crescentione modice interpolatus est. Sequuntur Cordubenses, tum Nivedunenses et Britanni, pure. In fine : *Et Waslagio, sancti Eruagindi confessoris. Item sancti Mauritii episcopi et confessoris.*

Eruagindi

Mauritii.

HAGENOYEN. De Justino, nihil. In Narcisso et Crescentione purus est. Tum de Cordubensibus et Nivedunensibus, satis bene. Desunt Britanni. Tum : *Item Merantii, sanctorum Desiderii episcopi et Reginfridi martyrum. In monasterio sancti Ruperti in Pinguia, Maguntinæ diœcesis, sanctæ Hildegardis sanctimonialis et prophetissæ. Apud Leodium, beati Lamperti episcopi et martyris*, etc. De quo jam satis supra diximus. *Ipso die, sancti Floscelli martyris.*

Desiderii et Reginfridi.

Hildegardis

Floscelli

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Lamberti episcopi et martyris. Flocelli pueri martyris. Hildegardis virginis. Narcissi et aliorum martyrum.*

Floscelli Hildegardis

CAMBERIEN. S. Mariæ. *Item Romæ, beati Justini presbyteri*. Nescio an cetera pura sint.

CODEX BIGOTIAN signatus D. 9. *Ipso die sancti Floscelli martyris*. Signatur in plerisque codicibus, sed vide ejus elogium infra inter Auctaria GREVENI.

Floscelli.

In VATICAN. num. 5949. Deest ultima annuntiatio *Emiliani et Hieremiæ*.

FLORENTIN. *Festum sacrorum stigmatum Jesu Christi in corpore S. Francisci*. Tum STROZZIAN. *Ipso die, sancti Stefselli* (verosimillime legendum *Floscelli*) *martyris egregii.*

Stigmatum B. Francisci.

CODEX MONTIS SANCTI. *Inventio sanctæ Gebetrudis et Desiderii martyris, Rudunensis episcopi.*

Inventionis Gebetrudis et Desiderii.

BELNEN. *Natale sancti Floscelli martyris.*

EDITIO LUBECO-COL. In Lamberto ferme similis est ULTRAJECT. etc. Secundo loco de Britannis; dein de Nivedunensibus ; quarto de Narcisso et Crescentione ; quinto de Cordubensibus ; denique de Justino, ubique satis pure.

BELIN. In quatuor primis non omnino purus, quinto loco subdit : *Eodem die, octava sancti Nicolai confessoris de Tolentino. Eodem die, festum, id est impressio sacrorum Stigmatum Domini nostri Jesu Christi in carne, id est in corpore sancti Francisci, in sacro monte Alvernæ, de diocesi Aretina*. Sequitur de Nivedunensibus et Cordubensibus, pure. In fine autem additur : *Ipso die, sancti Fleselli, martyris egregii.*

Octavæ Nicolai.

De Stigmatibus S. Francisci.

Floscelli.

GREVEN. Longiora habet multorum Sanctorum elogia. *Ipso die, sanctorum Desiderii et Reginfridi. Passio sancti Floccelli pueri, qui tempore Antonini imperatoris, cum Christianos in tormentis positos confortaret, cum leone in carcerem, ab eo devorandus, missus est, sed ipso orante leo moritur. Eductus e carcere atque in ignem missus, igne extincto, ipse postmodum martyrium suum implevit. Tarrasis confessoris, cujus corpus juxta Constantinopolim in spelunca repertum titulo apposito : Hic requiescit corpus sancti Tarrasis confessoris, in urbem primum regiam, deinde Venetias translatum, in monasterio beati Zachariæ quiescit. Leandræ virginis. Apud Pinguiam in diocesi Maguntinensi, depositio sanctæ memoriæ Hildegardis virginis. Quæ tempore sancti Bernardi abbatis odorem suæ sanctitatis late sparsit, adeo ut plurimi Romani Pontifices et scribentes, se et Ecclesiam Romanam orationibus illius commendaverint ; cumque Latini sermonis esset ignara, Spiritu sancto docente, omnia quæ scripsit, Latine exceptoribus dictavit. In monte qui dicitur Alvernæ, prope Assisium, impressio sacrorum Stigmatum in corpus sancti Francisci. Cum enim idem vir Dei, seraphicis tempore quodam desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum, atque in gratioso aspectu Christi crucifixi sibi tam mirabiliter quam familiariter apparentis, excessivam quamdam conciperet lætitiam, ac dira*

Desiderii et Reginfridi.

Floscelli.

Tarrasis

Leandræ.

Hildegardis

De impressione Stigmatum S. Francisci.

Crucis

Crucis affixio animam ipsius compassionis transfigeret gladio, post archanum cum Christo alloquium, caro ejus crucifixo conformiter insignita (signis videlicet clavorum ex carne surgentibus, in manibus ac pedibus, nec non rubra cicatrice in latere dextro) apparuit.

De Justino. MOLAN. Post *insignissimus fuit*, aliis litteris ex Adone inserit : *Quem beatus Sixtus ordinavit. Hic beatos Hippolytum et Concordiam, Ireneum et Abundium, et Cyrillam filiam Decii Cæsaris, martyres et alios plurimos sepulturis condidit.* De Lamberto multa etiam ex eodem Adone iisdem litteris immiscet. In fine : *Ipso die, sancti Frecelli* *Floscelli.* *martyris egregii. In monte, qui dicitur Alvernæ prope Assisium, impressio sacrorum Stigmatum in* *De Stigmatibus.* *corpore beatissimi patris nostri Francisci. Ipso die, elevatio sanctæ Hiltrudis virginis.* Tum minoribus litteris, de Hildegarde et Tarrase, ut GREVENUS. *Elevationis Hiltrudis.* Denique : *depositio sanctorum confessorum et presbyterorum Justini et Similini : de quibus Gregorius Turonicus.* *Justini et Similini.* Hactenus editio prima; in aliis editionibus Justinus IV Augusti positus, hoc die omittitur, ponitur que primo loco Lambertus cum accessionibus, ut in prima. In fine de *Flocello*, ut supra. *Apud Bingam, sanctæ Hildegardis virginis, quæ tempore sancti Bernardi abbatis, odorem suæ sanctitatis late sparsit.* *Hildegardis.* De Stigmatibus sancti Francisci, ut supra, excepta voce *nostri*. Denique ferme ut in priori : *Lætus, ipso die, elevatio sanctæ Hiltrudis virginis.*

XIV *Kal.* *Die* 18.

Natalis beati Methodii, Olimpi Liciæ, et postea Tiri episcopi, qui sub Diocletiano in Calcide Græciæ, ut scribit sanctus Hieronimus, martyrio coronatus est. *Methodii.* Viennæ, sancti Ferreoli, qui cum esset tribunitiæ potestatis, jussu *Ferreoli.* impiissimi præsidis tentus, et primo crudelissime verberatus, dein gravi catenarum onustus pondere, in teterrimum carcerem trusus est, ac postea martyrii palmam capitis obtruncatione percepit.

In textu conveniunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Molan. ab antiquiorum scribendi modo deflectens, recte posuit *Olympi Liciæ ;* Praten. Antverp-Maj. Munerat. Greven. et alii passim simpliciter *Olympi Liciæ ;* in Herinien. et Rosweyd. nimium sapere voluit amanuensium perspicacia, nam in primo erasum est *pi*, ita ut legatur *olim Liciæ ;* in altero *pi* cum *Liciæ* connexum est, facitque proinde *olim Piliciæ.* Nos orthographiam paulo meliorem, saltem communiorem secuti sumus. *Tyri* recte scribunt Herinien. et Molan. nos cum reliquis, ut est in textu. Munerat. post *Episcopi*, addit et *Martyris.* Male legit solus Praten. in *Colcide*, alii omnes in *Calcide*, præter Heriniensem, qui in *Calchide*, et Molan. qui in *Chalcide*. Lego, *ut scribit sanctus Hieronimus* cum omnibus, excepto codice Praten. et Antverp-Majore, qui τὸ *sanctus*, omittunt. De *Hieronimus*, dixi alibi. *Ferreoli*, pro *Ferreoli*, mendum est in Antverp-Majore. Munerat. habet, *deinde catenarum onustus*; melius Greven. et Molan. *deinde gravi catenarum*, etc., sed nos cum ceteris *dein.* Sic prædicti Greven. et Molan. post *trusus est*, absolvunt sensum, novumque incipiunt : *Postea vero*, etc. Alii omnes habent ut nos in textu scripsimus.

OBSERVATIO. *Methodius* episcopus, doctor et martyr, scriptis non minus, quam sanctitate et martyrii corona inclytus, multis tum antiquorum, tum recentiorum encomiis celebratur. *Methodii.* Inter hos colligit Tillemontius tom. 5 a pag. 466, quidquid ferme alii sparsim posterorum memoriæ reliquerunt. Inter antiquos *Methodium* maxime prædicat Hieronymus de Scriptoribus ecclesiasticis cap. 83, ex quo a Romani parvi auctore (neque enim apud Hieronymianos codices, Bedam, Florum aut Rabanum memoratur) acceptus videtur, his verbis : *Methodii, Olympi Lyciæ et postea Tyri episcopi, qui sub Diocletiano, martyrio coronatus est.* His Ado palæstram dumtaxat seu locum martyrii superaddidit, nempe *in Chalcide Græciæ*, quæ inde desumpsit Notkerus, cum ea variatione, quod *Ebacide* posuerit pro *Chalcide*, amanuensis, opinor, vitio. Noster præterea fontem indigitat, unde omnia descripta sunt et plura describi potuere. Bene etiam a Wandelberto laudatur Methodius, hisce versiculis :

Ore, fide antistes, signis et sanguine martyr
Methodius, quartum denum celebrandus honorat.

De *Ferreolo* quantumvis celebri Viennensi martyre nullus hoc die Martyrologus locutus est ante *Ferreoli.* Adonem. Videtur tamen locum habere in vetustissimo Epternacensi, cujus laterculum ab incurioso librario male habitum censet Florentinius, cum in eo sequenti die referatur. Tu illum ibi consule. Interim ex Adone non nisi paucula extraxit Notkerus, sed ita tamen, ut martyrium Brivatum etiam transferat, quod cum sincerioribus Actis (quæ verosimiliter Adoni ignota fuerunt) non satis cohæret, ut per te dignoscere poteris, si ea consulas quæ olim Surius et non ita pridem inter selecta edidit Ruinartius a pag. 509. Notissima Ferreoli cum Juliano Brivatensi, de quo XXVIII Augusti egimus, conjunctio, fecit, ut utriusque res gestas copulaverit Tillemontius tomo 5 a pag. 279, apud quem breviter deductum invenies quidquid in utriusque laudem alibi illustrandum erit. Usuardus noster ex Adonianis encomium suum tam prudenter attemperavit, ut nihil asserat, quod cum citatis Actis non aptissime conveniat. Antiquam de Ferreolo Missam exhibet Missale Gothicum seu potius Gallicanum a Thomasio editum pag. 359.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima annuntiatione mutilus est, ubi etiam pro *Olympi Lyciæ*, scribit *olim Ciliciæ*. In altera de Ferreolo purus est.

Trophimi et soc. ANTVERP. MAX-LUBEC. AQUICINCT. VICTORIN. BIGOTIAN. sub littera P. 5. REG. SUEC. sub num. 130 et UGHELLIAN. Omnes in textu satis puri, adjiciunt in fine: *Item, sanctorum Trophimi, Oceani et Eustorgii.* De vera horum distinctione et positione vide apographa Hieronymiana apud Florentinium.

Satiri. Trophimi et soc. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. Textum etiam satis purum referunt, cui in fine subdunt: *Mediolani, depositio sancti Satiri confessoris, fratris sancti Ambrosii.* Hic in Romano hodierno ponitur die præcedenti. Sequitur: *Item, sanctorum Trophimi,* (apud aliquos *Trophini*) *Occeani, et Eustorgii.* Mirum est, in DANICO pro *natale*, scribi in principio *Neapoli*.

Textus contractus. CENTULEN. *Natale sancti Methodii Olimpiliciæ et postea Tiri episcopi, qui sub Dyocletiano in Calcide Græciæ martyrio coronatus est. Viennæ, sancti Ferreoli martyris.*

Martini PP. Eustorgii et Satiri. Trophimi, etc. BRUXELLEN. Solus inter omnes ita diem orditur. *Romæ, sancti Martini Papæ et martyris. Qui dum Missam celebraret, Spatarius Olympii missus ad occidendum, et levans ad id gladium, cæcus efficitur. Et post ipse Papa mittitur in exilium. Cujus memoria principaliter agitur* IV *Idus Novembris, qua die ipse feliciter migravit ad Dominum.* Quæ causa fuerit, eum hac die Bruxellis recolendi, hactenus ignoro, nec inquirere operæ pretium existimo. Vide quæ die XVI Septembris diximus occasione versiculi Wandelbertini. Sequitur textus satis purus. Deinde in fine: *Mediolani, depositio sancti Eustorgii episcopi, et beati Satiri confessoris, fratris sancti Ambrosii. Item sanctorum Trophimi, Occeani et Sixti.*

De Methodio. Satiri. Trophimi, etc. Richardis Severi. HAGENOYEN. De Methodio, post *episcopi*, inserit: *Doctoris egregii et martyris eximii.* In reliquo textu tantum modice interpolatus est. In fine adjicit: *Mediolani, depositio sancti Sathiri confessoris, fratris sancti Ambrosii, ejusdem civitatis episcopi. Ipso die, passio sanctorum martyrum Trophimi, Occeani et Eustorgii, et aliorum. Fandela, sanctæ Richardis virginis et imperatricis. In pago Castina, sancti Severii confessoris, viri sanctitate mirabilis et præclari.* Vide de his duobus clarius loquentem Castellanum in Martyrologio universali pag. 472. Item MOLANUM, infra.

Satyri. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Ferreoli tribuni et martyris. Methodii, episcopi et martyris. Satyri confessoris, fratris beati Ambrosii.*

Trophimi, etc. CODEX D. DU CHEVAL. signatus B. Addi poterat superioribus, in quibus post textum legitur: *Item sanctorum Trophimi, Oceani et Eustorgii.*

Oceani, etc. In VATICAN. num. 5949. Sic adjicitur: *Nicomediæ, sanctorum Oceani, Xisti et Eustorgii episcopi.* Dixi supra de his consulenda esse apographa Hieronymiana. *Eustorgius episcopus* alio spectat.

Trophimi, etc. Satiri. FLORENTIN. *Item sanctorum martyrum Triphonii (Triphinii) Oceani et Eustorgii.* Tum STROZZIAN. *Mediolani, depositio, sancti Satiri confessoris.*

Satyri. Eustorgii. Trophimi, etc. Seniorum 24. EDITIO LUBECO-COL. In textu aliquantulum interpolata, subdit: *Mediolani, depositio sancti Satyri confessoris, fratris sancti Ambrosii episcopi. Item Mediolani, natale sancti Eustorgii episcopi et confessoris. Hic corpora sanctorum trium Magorum a Constantinopoli Mediolanum transvexit et multis miraculis clarens in pace quievit. Eodem die, sanctorum Trophinii, Occeani et Eustorgii martyrum. Item viginti quatuor seniorum.*

Eustorgii. Satyri. BELIN. Textui subdit: *Eodem die, sancti Eustorgii episcopi et confessoris. Mediolani, depositio sancti Sathiri confessoris.*

24 Seniorum. De Victore et Corona. Florentii. Trophimi, etc. Eustorgii. Mariani. Synerii. Satyri. Egberti. Arnulphi. Herlindis. GREVEN. *Viginti quatuor seniorum, quos Apocalypsis Johannis commemorat. Ipso die, secundum cathalogum Sanctorum, Victoris et Stephanæ, quæ latine dicitur Corona. Quorum Victor cum esset miles a Cilicia, pro fide Christi, post digitorum evulsionem, camino ignis inclusus, triduo ibi permansit illæsus. Deinde jussu Sebastiani ducis Alexandriæ, post haustum venenum, post oleum fervens, lampades lateribus applicitas, acetum cum calce ori infusum, exoculatus atque excoriatus, capitis abscissione, victoriæ perhennis meruit triumphum. De Stephana require pridie Idus Maii, ubi hos Martyres habet Usuardus. Florentii martyris. Trophimiæ, Occeani, et Eustorgii martyrum. Apud Mediolanum, sancti Eustorgii episcopi et confessoris. Hic corpora beatorum Magorum,* etc., ut proxime supra. *Mariani episcopi. Synerii episcopi et confessoris. Mediolani, depositio beati Satyri confessoris, fratris sancti Ambrosii episcopi, qui ejus virtutes eleganti delucidans stilo, in libro quem inscripsit de excessu fratris, dicit eum sacri dona baptismatis, casto corpore et puro corde intemerata servasse. Item beatæ memoriæ Egberti, episcopi Treverensis et confessoris. Beatæ etiam memoriæ Arnulphi fratris ejus, tertii Comitis Hollandiæ, ab impiis innocenter occisi. Necnon Herlindis virginis, æque sanctæ memoriæ, sororis eorum.*

Sinerii. Eustorgii. Satyri. Richardis. Eumenii. Translationis Winoci. MOLAN. *Apud Abrincas, depositio sancti Sinerii, ejusdem civitatis episcopi et confessoris. Mediolani, sancti Eustorgii episcopi et confessoris. Mediolani, depositio sancti Satyri confessoris, ac germani præclarissimi Doctoris ac episcopi Ambrosii. Qui in libro, quem de fratris obitu composuit, in ejus laudem ita inter cetera, dixit: Nihil quidem habui, fratres charissimi, in rebus humanis tanto fratre pretiosius, nihil charius. Bos frequenti mugitu pium testatur affectum, si forte defecerit cum quo ducere collo arata consuevit. Et ego te, frater, non requiram? Aut possim umquam oblivisci tui, cum quo vitæ hujus semper aratra sustinui? labore enim inferior, sed amore conjunctior. Latus enim meum tuo latere sepiebas; caritate, ut frater; cura, ut pater; solicitudine, ut senior; reverentia ut junior.* Editiones aliæ de Eustorgio et Satyro eadem habent quæ in prima. Tum sequitur: *Apud Abrincas, depositio sancti Sinerii,* etc., etiam ut supra. A Castellano vocatur *Senator*, apud quem vide ulteriorem ejus notitiam. Deinde: *In Germania, monasterio Andelaha, depositio sanctæ Richardis imperatricis, conjugis Caroli crassi et virginis. Die decima octava, sancti patris Eumenii, episcopi Gortynæ, thaumaturgi. Bergis, gloriosa translatio corporis sanctissimi patris* (nostri) *Vuinoci abbatis.*

XIII *Kal.* *Die* 19.

In Neapoli Campaniæ, natalis sanctorum Januarii Beneventanæ civitatis episcopi, Festi et Proculi diaconorum, Desiderii, Eutici et Acuti, qui post vincula et carceres capite cæsi sunt in civitate Puteolana, sub Diocletiano principe. *Januarii et soc.* Item in Palestina, sanctorum martyrum Pelei et Nili episcoporum, qui tempore persecutionis cum plurimis clericis pro Christo igni consumpti sunt. *Pelei et Nili.* Apud Nuceriam, natalis sanctorum martyrum Felicis et Constantiæ, qui sub Nerone passi sunt. *Felicis et Constantiæ.* In territorio Lingonicæ civitatis, sancti Sequani presbiteri.

Ita *Praten. Herinien. Antverp-Major, Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *In Neapolim*, pro *In Neapoli*, antiquo sed mendoso scribendi modo est in Heriniensi. Greven. *Festi et Procli* pro *Proculi*. Codices passim habent *Eutici*, ut est in textu ; Antverp-Maj. *Euticii*. Idem legit, *Pelei et Lini;* Munerat. *Pelei et Julii.* Rursus Munerat. ubi codices omnes habent *pro Christo*, substituit, *pro Christi nomine*. Ibidem, *apud Miceriam*, pro *apud Nuceriam*. Et iterum, *Nerone imperatore*. Greven. Adoniano modo scripsit *Linguonicæ*. Et sic Herinien. cum antiquioribus Martyrologis *Sigonis*, pro *Sequani*, quod nomen servavimus, quia in codicibus nostris magis receptum. Antverp-Maj. et Munerat. vocant *Signi*. Apud alios etiam legitur *Sigoni* vel *Sigonci*. Greven. claritatis causa, parenthesim textui interjecit, *Sequani (alias Sigonis)* sed diversis istis nominibus seu potius variis inflexionibus, unum ubique eumdemque indigitari satis certum est.

OBSERVATIO. De prima Martyrum turma, multa hoc die a Baronio in notationibus, plura a Florentinio XII et XIX Septembris disputantur, quæ amplam alibi disserendi materiam suppeditabunt. *Januarii et soc.* Summa rerum gestarum et martyrii capita collegit et accurate digessit Tillemontius tomo 5 a pag. 365. Apographa Hieronymiana satis confusa et mutila sunt utroque die jam citato. Beda, post eum Rabanus et item Ado, idem prorsus elogium pro tota classe referunt. Crediderim Bedam ex antiquioribus Actis (nam qui alia scripsit Joannes Diaconus longe Beda posterior est) encomium suum concinnasse. Quæcumque autem Actorum illorum auctoritas sit, inde immortalis Januarii toto orbe Catholico gloria nequaquam obscurari potest, ut ex pluribus monumentis Mss. in eum finem collectis, suo loco ostendetur. Sequor hic Martyrologia. Romanum parvum ita scripsit : *Neapoli, Januarii, Sosii, Festi, Desiderii, Proculi, Eutychetis, Acuti.* Ubi pro re nostra maxime notandum est, ab illis omnibus atque a Notkero, Adonis etiam contractore, septem martyres connumerari. Usuardus sua quidem omnia ex Beda vel Adone decerpsit, sed cum illi ambo *Sosium* denuo seorsim recolant XXIII Septembris, eum Noster hic ad vitandam repetitionem, prætereundum censuit. Quam viam inierit Baronius, ex hodierno Romano Martyrologio cuique obvium est perspicere. — *Pelei, Nili* et plurium aliorum memoriam apud Hieronymiana invenio, non *in Palæstina*, sed *Alexandriæ*, *Pelei et Nili.* de quibus ex Eusebio de Martyribus Palæstinæ, cap. 13 et lib. 8. Hist. cap. 13 fusius agit Florentinius, verum duobus prioribus socium jungens *Patermuthium*, pro quo apud Notkerum *Marcus*, alibi *Elias* irrepsit, qui forte melius diceretur *alius*, nempe presbyter anonymus, ab Eusebio non expressus. Beda et Rabanus de ipsis non meminere. Romanum parvum brevissime : *Et Pelei et Nili*; ut plerumque illius auctor in more positum habet, sola martyrum nomina ex Eusebio Rufini extrahere. Ado nihil magnopere addidit, sed sic annuntiationem formavit uti eam ex ipso descripsit Noster, omisso tamen tyranni nomine ; nam ubi Ado clare exprimit, *qui persecutione Diocletiani*, Noster indefinite, *qui tempore persecutionis*, forte quod ἀντονομαστικῶς omnium violentissimam satis intelligi putaverit. — Duos hosce episcopos Tyrannioni, Silvano, Zenobio et anonymis Martyribus Tyriis conjunxit Ado XVIII Februarii ; vide quæ ibi diximus. — Circa *Felicem* et *Constantiam* magna in Hieronymianis depravatio, *Felicis et Constantiæ.* in quibus cum bis reponantur, hoc nempe et sequenti die, ita aliis commixti sunt et sexu confusi, ut vix vera nomina, vix certam palæstram inveniat Florentinius, cui ipsos tuto adscribat, quamdiu aliis implexi sunt. Unde Noster sua acceperit, non longe quærendum est, cum singula verba ex Adone describat, ut ferme etiam fecit Notkerus. Florus a reliquis omnibus dissentiens, eos die præcedenti sed absque positione, ita annuntiat : *Et passio sanctorum Felicis et Constantii, qui passi sunt sub Nerone imperatore.* — Qui ultimum locum tenet *Sigo, Sequanus*, vel *Signus* *Sequani.* pro varia antiquorum nomenclatura, videtur ab Adone ex Hieronymianis extractus, unde in Nostrum et Notkerum totidem verbis transiit. Dubitat Florentinius an unus et idem sit *Sigo* seu *Sigonus* et *Sequanus* ; verum si ex hujusmodi diversitate pro multiplicitate argui possit, jam Sanctus ille quadruplex imo et quintuplex esse poterit. Apud laudatum Florum ita idem celebratur his verbis : *In territorio Lingonicæ civitatis, monasterio Segestro, depositio sancti Sigonis presbyteri et confessoris.* Simili phrasi utuntur et alii etiam inter Usuardinos, at vero et in hac parte et in reliquo textu germanam Usuardi lectionem a nobis traditam, manifestissimum est. Nihil de Sequano reperit Surius præter cap. 88, quod male 8 vocat, Gregorii Turonensis de Gloria Confessorum. Vitam habemus Mss. qualem edidit Mabilio seculo I Benedict. a pagina 263, cum alia paulo contractiori, quæ ambæ suo tempore conferri et illustrari poterunt.

Eustathium vel *Eustachium* hodie canit Wandelbertus, at quo is spectet dicetur alibi. *De Eustachio.*

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Turgii et soc. Mariani ROSWEYD. Textum satis purum habet, sed in fine adjungit: *Item Turgii episcopi, Pii diaconi cum aliis* CLIV. *Bituricas, Mariani episcopi confessoris.* Vide quæ cum Usuardo diximus ad XIX Augusti.

PULSANEN. In prima fere purus est. Subjungit immediate: *Apud Nuceriam, natalis sanctorum martyrum Felicis et Constantiæ.* Desunt reliqua omnia, ut jam sæpius supra.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. *De Sequano Eustochii.* Post *Sequani*, addunt, *abbatis, plurimæ justitiæ presbyteri. Turonis, sancti Eustachii episcopi, magnarum virtutum viri.* Corrigendi hic passim codices, nam verum nomen est *Eustochius*, ut recte MOLANUS, infra.

Textus mutatus. CENTULEN. *Neapoli Campaniæ, sanctorum Januarii, Beneventanæ civitatis episcopi, cum Sossio, diacono Mesenatæ civitatis, et diacono suo Festo et lectore suo Desiderio, sub judice Dracontio. In Palestina, sanctorum Pelei et Lini episcoporum, qui cum clericis multis pro confessione Christi, igni consumpti sunt. Apud Nuceriam, sanctorum Felicis et Constantiæ, qui sub Nerone passi sunt. In territorio Linguonensi, sancti Sigoni presbiteri et monachi, qui miræ abstinentiæ sectator extitit.*

De Eustachio et sociis. BRUXELLEN. Incipit: *Romæ, sanctorum martyrum Eustachii, cognomento Placidi et uxoris ejus Theospis, cum filiis Agapito et Theospite. Quorum Actus, peregrinatio atque conversio sub Traiano imperatore, mirabiles leguntur. Et quia diis sacrificare noluerunt, in initio regni Adriani imperatoris in bove æneo, igne succenso, cremati sunt.* Jam diximus hos Sanctos a Wandelberto etiam hoc die recoli; in Romano hodierno ponuntur die sequenti, quo etiam ab Adone rejecti sunt, nos de iis cum Usuardo agemus II Novembris. Sequitur textus, sed transpositus. Primo loco est: *Apud Micenam*, pro *Nuceriam*, etc. Tum, de Januario et sociis; deinde de Palæstinis. Tum interjicitur: *Theodori. Eustochii. Sequani et Sigonis.* *Item Theodori martyris. Turonis, sancti Eustachii episcopi, magnarum virtutum viri. In territorio Lingonicæ civitatis, depositio sancti Sequani abbatis, et sancti Sigonis, plurimæ justitiæ presbyteri.* Hic clare, sed male, ni fallor, distinctos habes *Sequanum* et *Sigonem*, de quibus jam supra in Observatione satis diximus. *In territorio Bituricensi, depositio sancti Mariani confessoris.* *Mariani.*

HAGENOYEN. In prima et secunda satis purus, subjicit: *Metis, depositio sancti Goerici episcopi et confessoris.* Vide Surium. *Item sancti Arnolfi episcopi et confessoris.* An episcopi Vapincensis? Sequitur: *Apud Nuceriam, natalis sanctorum*, etc., pure. Demum de Sequano et Eustochio Turonensi, ut ANTVERPIENSIS, etc., supra. *Goerici. Arnolfi. Eustochii episcopi.*

Zenonis. AQUICINCT. In fine: *Item sancti Zenonis martyris.* Infra vocatur *Genonis.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Item in territorio Biturico, sancti Mariani.* *Mariani.*

Materni. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Materni, episcopi et confessoris. Januarii episcopi et martyris cum sociis. Pelei et Nili, episcoporum, qui cum plurimis clericis igne consumpti sunt.*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Sequani.*

Eustochii. UGHELLIAN. *Turonis, sancti Eustachii episcopi, magnarum virtutum viri.*

CODEX D. DU CHEVAL. sign. B. *Treveris, beati Materni episcopi et confessoris.* Vide XIV Septembris. CODEX ejusdem, sign. C. *Item Genonis martyris.* Is forte est, qui ab aliis *Zeno* vocatur. Sub neutra inflexione hic colitur. *Materni. Genonis.*

FLORENTIN. *Sancti Sequanii abbatis... Item ibidem sancti Mariani confessoris.* *Sequanii. Mariani.*

BURDEGALEN. *In territorio Lingonicæ civitatis, sancti Signi presbyteri. Item Beonis martyris.* *Signi. Beonis.*

CODEX CASTRI-KAROLI. *In territorio Lingonicæ civitatis, sancti Signi presbyteri.* Hic patet indicari *Sequanum*, ut in priori. *Signi.*

BIZUNTICEN. *Metis, sancti Goherici episcopi et confessoris.* Idem est, qui supra *Goericus* appellatur. *Goerici.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In territorio Lingonicæ civitatis, monasterio Segestro, depositio sancti Sigonii presbyteri et monachi.* *Sigonii.*

EDITIO LUBECO-COL. In tribus primis fere pura est; deinde subdit: *Treveris, sancti Mileti episcopi et confessoris. Methis, sancti Goerici episcopi et confessoris. In territorio Lingonicæ civitatis, depositio sancti Sequani abbatis, plurimæ justitiæ presbyteri.* De Eustochio Turonensi, ut supra. *Eodem die, sancti Zenonis martyris. Ipso die, commemoratio sancti Materni archiepiscopi et confessoris, apud Tungerim.* *Mileti. Goerici. Eustochii. Zenonis. Materni.*

BELINI prima editio, penultimo loco interjicit: *Turonis, Eustachii episcopi, magnarum virtutum viri.* Altera editio in fine adhuc subjungit: *Item Genonis martyris.* *Eustochii. Genonis.*

GREVEN. *Alexandriæ, sanctorum Demetrii, Niceti et Castoris. Item Zenonis martyris. Metis, sancti Goerici, episcopi et confessoris. Treveris, sancti Mileti episcopi et confessoris. Turonis, sancti Eustachii episcopi et confessoris, magnarum virtutum viri. In Anglia, beati Theodori archiepiscopi Cantuariensis et confessoris. Hic (teste Beda, lib. 4) natus Tarso Ciliciæ, divina et humana litteratura, Latine Græceque instructus, probis moribus et ætate venerandus, cum esset annorum sexaginta sex, a Vitaliano Papa Doruvernensis seu Cantuariensis episcopus consecratus, totius Angliæ ecclesias exemplo et doctrina replens, plenus dierum quievit in pace.* Vita exstat apud Surium. *Turgi episcopi et confessoris. Eligii episcopi et confessoris. Apud Tungrim, commemoratio sancti Materni episcopi et confessoris.* *Demetrii et soc. Zenonis. Goerici. Mileti. Eustochii. Theodori. Turgi. Eligii. Materni.*

MOLAN. *Turonis, sancti Eustochii episcopi, magnarum virtutum viri. Treberis, sancti Meliti* (Mileti) *episcopi. In Anglia, beati Theodori archiepiscopi Cantuariensis et confessoris. Hic natus Tharso*, etc., ut GREVEN. nisi quod in fine addatur: *Scribit Beda lib. 4 Histor. Anglic. c. 1 et 2, et lib. 5, c. 8. Metis, sancti Goerici episcopi et confessoris, qui cognomento Appo, vitæ sanctitate fuit admirabilis et omnibus sibi commissis amabilis.* Editiones aliæ, de Mileto, ut supra. Sequitur: *Messanæ in freto Siculo, sanctorum Nicandri abbatis et sodalium, Gregorii, Petri, Demetrii et Elisabeth. Qui sub quodam specu solitarii vixere, inediam, sitim, æstum et algorem pro Christo tolerantes, ubi pariter in pace quieverunt.* De Eustochio, ut supra. Tum: *Die decima nona, sanctorum martyrum Trophimi, Sabbatii et Dorymedontis. Civitate Metis, sancti Goerici, episcopi et confessoris. Qui vitæ sanctitate fuit admirabilis, et omnibus sibi commissis amabilis.* Apud Castellanum patronus est Canonicarum Spinalensium. *Eustochii. Mileti. Theodori. Goerici. Nicandri et sodalium. Trophimi, Sabbatii et Dorymedontis.*

XII *Kal.*

XII *Kal.* *Die* 20.

Faustæ et Euilasii. *Eulogii.* *Dionysii et Privati.*

In Cizico, natalis sanctorum martyrum Faustæ virginis et Euilasii, sub Maximiano imperatore, quam idem Euilasius, cum esset primus palatii, jussit primo dehonestari, suspendi, torqueri, ac quasi lignum secari mediam; sed postea credens et ipse Christum, simul cum Fausta agonizatus est. Civitate Corduba, beati Eulogii presbiteri, ob Christi martyrium decollati. In Phrigia sanctorum Dionysii et Privati.

Soli puri sunt *Praten. Antverp-Maj. Munerat.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Cizico* scribunt omnes, excepto Molano, qui *Cyzico*, sed pessime Antverp-Maj. *Crito* vel *Erito*. Videtur Molanus voluisse Usuardum corrigere, dum pro, *credens et ipse Christum*, legit *credens et ipse in Christum*, nisi ita a Greveno acceperit. Munerat. ante *martyrium*, omisit *Christi*. At Antverp-Maj. totam phrasim limavit, saltem mutavit, hoc modo : *Eulogii presbiteri pro Christi amore martyrio laureati.* Deinde pro *Phrigia*, ut passim codices scribunt, posuit : *In Africa*. Molan. recte habet *Phrygia*, Munerat. et alii *Frigia*. Sed de hoc alibi satis, dum cum codicibus aliam scribendi normam sumus secuti.

Faustæ et Euilasii.

OBSERVATIO. Prima primorum hujus laterculi martyrum memoria, Hieronymianis ignota, apud Bedam reperitur, ubi ex longioribus Actis nonnulla decerpta invenies, quæ creditu difficilia non immerito pronuntiat Tillemontius tomo 5 pag. 160 et 161 ; præterquam quod alia a Surio, post Metaphrasten VI Februarii, alia a Beda hic, alia rursus a Baronio, qui Euilasium idolorum sacerdotem facit, narrari videantur. Sed hæc nos proprio loco examinabimus. Hic præcipue notandum, Rabano et Adoni ita præluxisse Bedam, ut totam hujus historiam illi transcripserint. Romanum parvum paucis legit : *In Cyzico, Faustæ virginis et Euilasii.* Noster, sive Adonem sive Bedam præ oculis habuerit, ita elogium formavit, ut in textu retulimus, non ut habent codices mediæ notæ, in quibus licet eadem referantur, phrasis tamen plane immutata est. Vide quæ de Cyzico, de virginum tonsione, et aliis eodem spectantibus notavit Baronius et de *Maforte*, *Maphorte* vel *Marorte*, muliebri capitis tegumento, Molanus in prima Usuardi editione. Wandelbertus solos hodie Faustam et Euilasium ita memorat :

Virgoque bis senum Fausta atque Euilasius ornant.

Eulogii.

De *Eulogio* celeberrimo Cordubensi presbytero et martyre, qui in textu nostro proximus est, solus inter antiquos loquitur Usuardus, quem ex recentioribus inter alios secuti sunt Maurolycus, Felicius, Galesinius ; sed cum hic notaverit V *Idus Martii securi percussum*, illuc ipsum retrahendum censuit Baronius, tametsi idem Galesinius asserat : *Hodierno die divinis statarum horarum officiis ex ecclesiæ Cordubensis usu.... celebrari.* At hæc in Actis nostris XI Martii Commentario prævio § I ex Scholiis Ambrosii Moralis redarguuntur. Recte an secus, lector statuat ; mihi certe dubium non est, quin Usuardus qui fere cominus Cordubensia certamina intuitus est, rationem pro eo tempore gravem habuerit, cur eum hoc die potius quam XI Martii collocaret. Reliqua quæ ad Eulogium spectant videsis in Actis nostris ad prædictum diem XI Martii accurate et diligenter ab Henschenio illustrata. — *Martyres Phrygii*, nisi vehementer fallor, ex Hieronymiano aliquo codice accersiti sunt. Turbata, mutila et confusa nonnulla in illis codicibus hoc et præcedenti die reperiri, nuperrime indicavimus. Ceterum ex collatis a Florentinio variorum codicum Tabulis, *Dionysius* et *Privatus* e Sinadensium numero facile eruuntur, quidquid corrupta ibi et luxata nomina agnoscamus. Gratissimum erit, si quis de postremis hisce Martyribus monumenta aliqua suggesserit. Cursim denique observandum est, Molanum in prima editione purum, in posterioribus *Eustachium* cum uxore et filiis textui inseruisse, quem Wandelbertus solum pridie cecinerat. Florus de eo meminit I Novembris, Usuardus II, cujus postremi verba codex Heriniensis huic diei innexuit, ut in Auctariis mox dicemus.

Dionysii et Privati.

AUCTARIA.

Vigiliæ Matthæi. *De Eustachio et sociis.*

HERINIEN. Utut passim integer et sincerus, mire hodie depravatus est. Incipit : *Vigilia sancti Matthæi Apostoli et Euangelistæ.* Sequitur prima textus annuntiatio purissima. At dein inseritur quod jam in Observationes dicebam : *Item temporibus Adriani imperatoris, passio beatorum Eustachii cognomento Placidæ* (a Placidas) *et uxoris ejus Theospis, cum filiis Agapio et Theospite, quorum miri Actus leguntur.* Deficit præterea in Eulogio Cordubensi.

Vigiliæ Matthæi.

ROSWEYD. In textu non omnino purus, in fine subdit : *Vigilia sancti Mathæi Apostoli et Euangelistæ.* Hæc sæpius infra recurrit.

Ejusdem.

PULSANEN. Incipit : *Vigilia sancti Mathæi Apostoli.* Textus plane truncatus est, nam ex eo solum habet : *In Cizico, natalis sanctorum martyrum Faustæ virginis*, etc., usque ad *imperatore* ; desunt reliqua omnia.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Præcipui sunt ex eorum numero, quos dixi Usuardi phrasim ex

Beda

De Fausta et Euilasio.
Vigiliæ Matthæi

Beda vel Adone commutasse, hoc modo : *In Cizico, sanctorum martyrum Faustæ virginis et Euilasii. Quorum Fausta ab eodem Euilasio decalvata et ad turpitudinem rasa, suspensa est et torta. Deinde cum vellet eam mediam secare, sed carnifices non valerent eam lædere, stupens Euilasius credidit. Qui etiam a Maximiano cum fortiter torqueretur, Fausta capite terebrata, clavis toto corpore confixa, ignitæ sartagini imposita, cum eodem Euilasio voce de cælo vocata transiit.* Reliqua textus pura sunt; sed in fine cum pluribus supra et infra adjicitur: *Item, Vigilia sancti Mathæi Apostoli.*

De eadem.

GREVEN. In textu purus, in fine etiam subdit sed tamquam annuntiationem ad textum pertinentem. *Item, Vigilia sancti Mathei Apostoli.*

De eadem.

ANTVERP-MAX. LEYDEN. et LOVANIEN. Ita ordiuntur: *Vigilia sancti Mathei Apostoli et Euangelistæ.* In ceteris omnibus tres hi codices similes sunt ANTVERPIENSI et MAX-LUBECANO.

ULTRAJECT. In eo a tribus proxime prægressis differt, quod Eulogium omiserit.

De eadem.
Eustachii et soc.

ALBERGEN. et DANIC. *Vigilia sancti Mathei Apostoli. Romæ temporibus Adriani imperatoris, passio beatorum Eustachii cognomento Placidi, et uxoris ejus Theospis, cum filiis Agapio et Theospite, quorum miri Actus leguntur.* Sequitur textus, ut in ANTVERP-MAXIMO, etc.

Vigiliæ Matthæi.
Textus mutatus

CENTULEN. *Vigilia sancti Mathei. In Frigia, sanctorum Dionysii et Privati. In Cizico, sanctorum Faustæ virginis et Euilasii, sub Maximiano imperatore. Erat autem Fausta puella annorum tredecim et Euilasius octogenarius. Cordubæ, Eulogii presbyteri, ob Christi fidem decollati.*

Vigiliæ Matthæi
Elevationis Amandi.

BRUXELLEN. *Vigilia beati Mathei Apostoli et Euangelistæ.* De Fausta et Euilasio multa ex Adone miscet, quæ purius leges in Auctario MOLANI. Sequitur de Eulogio et Phrygiis, pure. Tum : *Elnone monasterio, elevatio corporis sancti Amandi episcopi et confessoris.*

Vigiliæ Matthæi
Quiriaci.

HAGENOYEN. De Vigilia, ut supra. In Fausta et Euilasio, etiam Adonem aut Bedam ferme sequitur. In duabus ultimis purus est. Subjungit: *Treveris, sancti Quiriaci presbiteri et confessoris.* Vide VI Martii ; infra ponitur *translatio.*

Elevationis Amandi

AQUICINCT. Penultimo loco interserit: *Elevatio corporis sancti Amandi episcopi.*

Eustachii

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine : *Item Romæ, Euthii* vel *Eutii* (Eustachii) *cum uxore et duobus filiis.*

Textus contractus

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Faustæ virginis et martyris. Et Euilasii. Dionysii et Privati.*

In VATICAN. num. 5949. Desunt annuntiationes *Eulogii, Dionysii et Privati.*

Lauri.

FLORENTIN. *Item sancti Lauri episcopi et confessoris. Laudi*, opinor, de quo die sequenti.

Vigiliæ Matthæi
Eustachii

EDITIO LUBECO-COL. *Vigilia sancti Mathei Apostoli. Romæ, temporibus Adriani imperatoris, passio beatorum Eustachii,* etc., ferme ut supra. In Fausta et Euilasio paulo magis interpolata est quam ANTVERP. etc. In duabus ultimis pura est.

Quiriaci.
Translationis Quiriaci alterius.

Sequitur : *Eodem die, sancti Quiriaci Apostoli et martyris. Ipso die, translatio sancti Quiriaci presbiteri et confessoris.* Diximus supra ad HAGENOYENSEM Quiriaci hujus natalem recoli die VI Martii. Vide eo die in Actis commentarium historicum ; hic melius commemoratur *translatio.*

Eustachii.
Vigiliæ Matthæi.

BELIN. In Fausta et Euilasio similis est ANTVERP. etc. Tum immediate subdit : *Eodem die, sanctorum Eustachii et sociorum ejus. Item eodem die, vigilia sancti Mathei Apostoli et Euangelistæ. In Frigia, sanctorum,* etc. Deest Eulogius Cordubensis in editione prima, sed in altera ad finem sic apponitur : *Civitate Corduba, beati Eulogii presbyteri.*

Florentii
Quiriaci.
Cuthberti
Translationis Quiriaci
Eustachii, etc
Gerhardi cum elogio
Eustochiæ

GREVEN. *Florentii episcopi et martyris.* Inter multos Florentios, non facile est divinare, quem hic indicatum velit. *Quiriaci philosophi et martyris. Item sancti Cuthberti. Ipso die, translatio sancti Quiriaci presbyteri et confessoris. Secundum aliquos hic, Eustachii et sociorum ejus, qui in* IV *Nonas Novembris habentur. Item sanctæ memoriæ Gerhardi eremitæ et confessoris. Hic ut in gestis beatæ Lidwyd virginis refertur, ex diocesi Agrippinensis Coloniæ ortus, vitæ solitariæ desiderio Egyptum adiit, ibique manna cœli vivens, corpore crassus nimium, vultu vero angelicus, in specu repertus est. Tandem beato in Domino fine quievit, anno Domini* MCCCCXXVI (in prima editione, 1425.) *Cujus animam præfata virgo vidit ab angelis in cœlum ferri. Eustochiæ virginis.*

De Fausta et Euilasio ex Adone.
Eustachii et soc.
Vigiliæ Matthæi.
Translationis Vincentii.
De Elevatione Amandi

MOLAN. Post *agonizatus est*, aliis litteris ex Beda vel Adone textui inserit : *Cum enim eam carnifices servi lædere non valebant, stupens Euilasius, Christo credere cœpit. Et hoc ubi imperatori nunciatum est, misit præfectum, qui eum suspensum fortiter torqueret. Qui etiam jussit Faustam nudam et sine maforte flagellatam, incarceratam, caput terebrari, ac oculos infigi, cui postmodum non solum caput et facies, sed et pectus et totum corpus usque ad tibias clavis impletum est. Post hæc sartaginem jussit igniri, sed hæc, psallente illa, refriguit. Inter hæc veniens vox de cælo vocavit eos, et sic tradiderunt spiritum. Erat autem Fausta annorum* XIII *et Euilasius* LXXX. In fine, addit : *Item eodem die, sanctorum Eustachii et sociorum ejus. Item eodem die, vigilia,* etc. *Ipso die in cœnobio Sonegias, translatio beati Vincentii confessoris et monachi.* Agitur de marito sanctæ Waldetrudis, qui alio nomine vocatur *Madelgarius.* Vide de eo Auctaria ad diem ejus natalem XIV Julii. Hactenus editio prima ; aliæ editiones incipiunt ab Eustachio. In fine de Vigilia sancti Matthæi, ut supra. Item de translatione beati Vincentii. Demum : *Elnone, elevatio corporis sancti Amandi episcopi et confessoris. Cujus corpus post centum quinquaginta annos a transitu, integrum inventum est, atque de ore ejus, geminis ab inventore dentibus ablatis, stillæ scribuntur fluxisse cruoris.* Vide de hac elevatione sermonem Milonis monachi in Actis VI Februarii pagina 891.

XI *Kal.* — *Die* 21.

Matthæi.
Alexandri

Natalis beati Mathei Apostoli et Evangelistæ, qui apud Æthiopiam prædicans, martyrium passus est. Hujus Evangelium Hæbræo sermone conscriptum, ipso revelante, tempore Zenonis imperatoris inventum est. Eodem die via Claudia, vicesimo miliario ab Urbe, passio sancti Alexandri episcopi, qui pro fide Christi, sub Antonino imperatore, vincula, fustes, equuleum, lampades ardentes,

ungularum

ungularum laniationem, bestias ac fornacis flammas superans, tandem gladio vitam adeptus est gloriosam. Item Romæ, sancti Pamphili martyris. *Pamphili.*

Consonant : *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Accedunt. *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danic.*

VARIA LECTIO. Tota ferme reducitur ad scriptionis diversitatem, ut *Mathei*, quo modo omnes scribunt, excepto Molano, qui recte *Matthæi*. Rosweyd. habet *Ethyopiam*, Belin. et plerique alii *Ethiopiam*, nos cum Pratensi et Heriniensi ; et sic in *Hebræo*, etc. Belinus pro *laniationem*, habet *laceratione*, et Rosweyd. *exuperans*, pro *superans*.

OBSERVATIO. Vetustissimam Apostoli et Evangelistæ *Matthæi* in Fastis sacris memoriam, præter antiqua alia monumenta, probant Martyrologia omnia. Et in Hieronymianis quidem diversis quatuor diebus, videlicet I et VI Maii, et rursus VII Octobris. Hodie vero in iisdem ita legitur : *Et in Persida, civitate Tarseum* (vel *Tarrium*,) *natalis sancti Mathei Apostoli et Evangelistæ.* Epternacense prudentius locum non exprimit. Beda simplicius posuit : *Natalis sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ.* At Florus adjecit, *in Persida*, imo et, *in civitate Tharim* ; Rabanus, *in Æthiopia*, paucula ex vulgatis Actis subjiciens ; Romanum parvum, brevissime : *Matthæi Apostoli.* Nec multa in Festivitatibus Apostolorum suggessit Ado, ex Hieronymo potissimum, imo ferme ex eo solo delibans, quæ a Nostro satis nitide contracta sunt. Notkerus solito parcior, satis frigide addit : *cujus passionis historia circumquaque frequentatur.* Nos de historia illa et consimilibus pluribus passim repudiatis, alibi disseremus, uti et de martyrii loco multipliciter controverso, de translationibus reliquiarum aliisque huc spectantibus, quæ prælibata inveniuntur in Notationibus Baronii, in Florentinii prævio ad Martyrologium indiculo pag. 158 et 159, ac in Notis hujus diei ; et recentius a Tillemontio tomo I in serie Apostolorum. Videri etiam possunt Castellani annotatiunculæ ad Martyrologium universale, hoc die. Wandelbertus hoc modo cecinit : *Matthæi.*

Deseruit Christo mundi qui lucra vocante,
Undecimum Matthæus Evangelico ore sacravit.

Alexandri episcopi nullus hodie Martyrologus præter unum Adonem meminit, apud quem XXVI Novembris longo elogio exornatur. Ibi Romanum parvum de eo ita memorat : *Et beati Alexandri episcopi et martyris, passi XI Kalend. Octobris, a Papa Damaso VI Kalend. Decembris translati, quando festivitatem ei dicavit.* Ex Adoniana historia huc retulit Usuardus, quæ in elogio nostro paucis sed eleganter complexus est. Notavit Baronius, *constare, hunc omnino esse diversum ab Alexandro Papa. Cujus autem fuerit civitatis episcopus*, inquit, *nondum invenimus.* Neque nobis hactenus lucis aliquid affulsit, unde de episcopali ejus sede quidquam definire possimus, quod cum Actis ipsius diligentius suo loco examinabitur. — Postremum locum hic occupat *Pamphilus martyr Romæ*, nulla alia distinctionis nota aut charactere vestitus. Asserit Baronius, Usuardo *adstipulare vetera Mss.* Verum quæ aut qualia ea sint, nusquam indicat, forte quod solum citata invenerit apud Galesinium, in iis appellandis satis liberalem. Ego me fateor mirari vehementer hunc Pamphilum ab Usuardo adjunctum, cujus antiquiorum aut æqualium nullus mentionem faciat ; cum alibi notaverim raro Sanctum quempiam apud Usuardum reperiri (Cordubenses excipio et populares Gallos) cujus apud alios vestigia saltem aliqua non occurrant. Nihilominus vere ab ipso hac die recoli ex codicibus nostris omnibus indubitatum est. *Alexandri.* *Pamphili.*

AUCTARIA.

PULSANEN. Purus est usque ad *Alexandri episcopi* inclusive, desunt reliqua omnia.

Textus contractus. CENTULEN. *Natalis beati Mathei Apostoli et Evangelistæ, qui primus in Judæa Evangelium Christi Hebræo sermone conscripsit, post vero Ethiopiam prædicans, martyrium passus est. Eodem die, sancti Alexandri martyris, quem Papa Damasus condigne sepelivit. Romæ, sancti Pamphili martyris.* Sic passim textum contrahit.

De Matthæo. BRUXELLEN. *Natale beati Mathei Apostoli et Evangelistæ, qui ex publicano a Christo electus, primum quidem in Judæa euangelisavit, postmodum in Macedonia et Ethiopia prædicans, martyrium passus est in Persida. Hujus Evangelium*, etc., pure. *Ipso die, Romæ via Claudia, vicesimo ab urbe miliario, passio sancti Alexandri Papæ.* Errat, nam Alexander Papa colitur III Maii, ut ibi diximus. Sequuntur textus reliqua, satis pure, quibus subjungitur in eadem falsa hypothesi : *Hic aquam aspersionis cum sale benedici, et ut oblatio altaris in azimo fieret, et ut vino aqua misceretur ad designandam Christi et Ecclesiæ unionem, constituit. Et in Canone Missæ addidit : Qui pridie quam pateretur.* In Pamphilo purus est. Tum : *Et Trunciniis, sancti Gerolfi martyris. Et translatio corporis sancti Landelini confessoris. Quem sanctus Authertus ad Christum convertit. Et ipse conversus, monasteria Alne super Sambrem et Lobiense fundavit.* *Alexandri Papæ.* *Gerolfi.* *Translationis Landelini.*

Multa de Matthæo. HAGENOYEN. *Natale beati Mathei Apostoli et Evangelistæ. Quem Dominus de theolonio vocavit et suum Apostolum fecit. Qui Domino magnum convivium in domo sua fecit. Hic postquam ad Dominum venit, illum non reliquit nec ad publica negotia resedit. Hic in multis secretis erat Domini cum aliis Apostolis. Dominum vidit resurrexisse a mortuis, et in cælum eum ascendere, et Spiritum sanctum cum aliis recepit. Hic prius in Judæa prædicans, lingwa Hebrayca primus scripsit Evangelium. Articulum adjecit Symbulo. Postea in Mir-*

midonea prædicans, cæcatus est et per Andream Apostolum illuminatus. Tunc descendit in Etyopiam verbum Dei prædicare, ubi sibi Taroes et Arfaxat magi valde erant infesti. Ubi post suscitationem filii regis, civitatem et patriam pro magna parte convertit, ecclesias plures ædificavit, presbyteros et episcopos ac alios clericos ordinavit, filiam regis Epigenium sacro velamine consecravit, quam quia Hircatus post regem Eglyppum sponsam habere (cogitasset,) *Apostolum Mattheum post Missarum sollempnia, gladio a tergo percuti fecit et martyrem Christi consecravit. Hujus Euangelium*, etc. *Item, sancti* *Landelini martyris*. Sed hic codex Landelinum cum aliis ex confessore martyrem facit, cum tamen ubique de eodem sancti Autberti Cameracensis episcopi discipulo agatur, quem Auctaria nostra et Martyrologium Romanum memorant xv Junii, quo die vita ejus illustrata est. *Item, beati Laudi episcopi et confessoris.* In Alexandro et Pamphilo, fere purus est.

Landelini — *Laudi.*

AQUICINCT. in fine. *Civitate Attensi* (Aptensi), *natalis beati Castoris episcopi et confessoris.*

Castoris.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Matthæi Apostoli et Euangelistæ. Alexandri episcopi et martyris, qui multa sustinuit tormenta.*

CISTERCIEN. S. Benigni. *Dedicatio altaris sancti Eustadii et sanctæ Paschasiæ.*

Dedicationis altaris

REGINÆ SUEC. signatus num. 428. *Rotomago, sancti Laudi episcopi.* Melius appellandus est, *Lauto*, Gallice brevius *Lo*.

Laudi.

CODEX D. LE MARE signatus A, nisi fallor: *In civitate Attensi, natalis beati Castoris, episcopi et confessoris.*

Castoris.

In VATICAN. sub nota num. 5919. Desunt annuntiationes duæ ultimæ. Adjicitur autem: *Eodem die, sancti Vincentii martyris.* De quo Vincentio loquatur nescio, nisi id velit, quod in BIZUNTICENSI legitur XXIII Septembris.

Vincentii.

ALTEMPS. *Item sancti Laudi episcopi. In Britannia, sanctæ Werburgæ virginis.* Vide die III Februarii.

Laudi. — *Werburgæ.*

CAUDIACEN. *Civitate Actensi, natalis beati Castoris episcopi et confessoris.* Superius legebat aliquis, *civitate Attensi*, GREVENUS infra, habet *Castoris episcopi Atheniensis*, sed scribendum *civitate Aptensi*. Vide de eodem Sancto nonnulla alia in Martyrologio Castellani.

Castoris.

EDITIO. LUBEC-COL. *Apud Ethiopiam, civitate Nabader, natalis beati Mathei Apostoli et Euangelistæ, qui et Levi. Primus in Judæa Euangelium Christi Hebreo sermone conscripsit, quod postea apud Ethiopiam prædicans, martyrium a rege Hircano passus est. Et licet per aliquod tempus Euangelium hoc occultatum fuerat, divino tamen nutu, ipso Apostolo revelante, tempore Zenonis imperatoris inventum est.* In Alexandro tantillum interpolata, in Pamphilo pura est. Sequitur: *Eodem die, in territorio civitatis Constanciæ, sancti Laudonis episcopi et confessoris. In pago Trecassino, sanctæ Mauræ.* Additur in fine *τὸ civitatis*, sed quod ad rem non facit; forte legere voluit *virginis*.

De Matthæo. — *Laudonis.* — *Mauræ*

GREVEN. *Landelini martyris.* Vide dicta in HAGENOYEN. *Geronis martyris. In Flandria, Gerulphi pueri et martyris. In Normannia inferiori, civitate Constantiensi, beati Laudi episcopi et confessoris. Hic superna dispositione, cum esset annorum duodecim, in episcopum assumptus, verbo, vita et miraculis præfatam illustrans ecclesiam, beato fine quievit. Castoris episcopi Atheniensis et confessoris.* Vide CAUDIACENSEM. *Item Victoris. Geremari abbatis. In pago Trecassino, sanctæ Mauræ virginis.*

Landelini. — *Geronis.* — *Gerulfi.* — *Laudi* — *Castoris.* — *Victoris.* — *Geremari.* — *Mauræ.*

MOLAN. De Alexandro, post *gloriosam*, aliis litteris textui inserit: *Cui Papa Damasus condignam faciens cryptam, illuc eum sexto Kalendas Decembris transposuit, quando et festivitatem ei indixit, ubi et ejus passio annotata est.* Vide Adonem in Observatione citatum. In fine subjungit: *Apud Constantias inferioris Normanniæ, beati Laudi, primi præfatæ urbis episcopi, cujus vita miraculis floruit, et mors ipsius nihilominus pretiosa in conspectu Domini fuit. Passio sancti Gerulphi martyris.* De Alexandro eadem habent posteriores editiones in textu, quæ jam diximus. In fine item de Laudo similiter. Tum: *Truncinii juxta Gandavum, passio sancti Gerulphi. Die vigesima prima, sancti Apostoli Codrati in Magnesia. Crispinii, elevatio et remotio corporis beatissimi patris Landelini, ab Odone Cameracensi episcopo.* Recte hic de *Landelino, patre seu abbate et confessore* agitur, et non de depositione, sed de *elevatione*, etc.

De Alexandro. — *De Laudo* — *Gerulfi.* — *Codrati.* — *Elevationis Landelini.*

X *Kal.* *Die* 22.

In Galliis civitate Seduno, loco Acauno, natalis sanctorum martyrum Thebeorum Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis cum sociis suis sex millibus quingentis, qui sub Maximiano passi pro Christo, gloriosissime coronati sunt. Apud Beuuariam, sancti Emmerammi episcopi et martyris. Hic crimen stupri a quodam commissum, sibi causa Christi imputari suasit, ac proinde mortis discrimen patienter pertulit. In pago Pictavensi, sancti Florentii presbiteri et confessoris. Item, sancti Silvani confessoris, in territorio Bituricensi.

Mauritii et soc. — *Emmerammi.* — *Florentii* — *Silvani.*

Ita habent *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Reliqui *Acauno*, cum antiquioribus nostris codicibus Praten. et Herinien; et quia ita legunt Acta Eucheriana et veteres alii. Non tamen facile sociorum numerum ex codicibus iisdem aut aliis definias, utpote quem Acta ipsa non exprimunt, licet solitas legionis copias ex communiori opinione declarent, quos intra terminos etiam hæsit Viennensis. Primus numerum 6666 determinasse videtur Florus, qui et in plerisque codicibus nostris legitur, nempe in Herinien. Rosweyd. Greven. Molan. et mediæ notæ ferme omnibus. Ego cum existimem Florum illum ab Usuardo numquam visum, sic facile credo aliam ab ipso initam rationem, quæ in Pratensi, Antverp-Maj. et

Munerato

Munerato remanserit, qualem in textu secuti sumus, ut fortasse vero calculo proximiorem, quem mallemus indeterminatum relinquere. Puto Usuardum scripsisse *Beuuariam*, pro qua alii *Beiovariam*, alii *Bannariam*, alii *Barariam*; pressius Rosweyd. *Ratisponæ*. In nomine Sancti, mirabilis diversitas. In Pratensi, *Himmerani*; in Herinien. *Amtrani*; in Antverp-Maj. et Munerat. *Avitramni*; Molan. *Emerami*; alii aliter. Liceat mihi pro textu seligere quod maxime ad verum accedit ex Rosweyd. et Greven. *Emmerammi*, pro *Emmeramni*. Male legit Praten. *crimen stupri a quodam commisso*; paulo melius Herinien. *commissi*; alii optime *commissum*. Rosweyd. Munerat. Greven. et Molan. contra antiquiores, in fine legunt: *In territorio Bituricensi, sancti Silvani*, etc.

OBSERVATIO. Inclytissimæ *legionis Thebææ* martyrium tot antiquissimis et indubitatis monumentis firmatum et stabilitum est, ut satis mirari nequeam ministelli cujusdam Anglo-Sabaudici temeritatem, qui agmen illud sacrosanctum audaci ore arrodere ausus fuerit. Erit tempus, quo hypercriticam ejus dissertationem, Anglice et Gallice editam, favente Deo convellamus, nisi eam, licet numquam visam, prævie satis obtriverit Tillemontius tomo 4 a pag. 421, et alii plures, cetera satis critici et in eruenda veritate historica peritissimi. Porro monumenta, quæ dicebam, Martyrologiis nostris nituntur potissimum, et egregiis illis, imo venerandis sancti Eucherii Lugdunensis Actis, a Chiffletio nostro primum, deinde a Ruinartio inter selecta editis et illustratis a pag. 285; quibus non video quid hactenus tantopere detraxerint Dubourdæana sophismata. De exacto martyrum illorum numero, ut nihil certo tradunt laudata Acta, ita neque hic quidquam lubet statuere. Ceterum in apographis Hieronymianis ita celebrantur: *In Gallia, civitate Sedunis, natalis sanctorum Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis cum sociis suis* V CIↃ D *et octoginta quinque*. Bedæ exempla manuscripta in numero conformia non sunt. Si Bedam in Rabano quærimus, sic verosimiliter scripsisse dicendus est: *Sanctorum martyrum Thebæorum, Mauricii, Candidi, Exuperii*, quæ nomina in Actis exprimuntur. In aliquo codice additur, *Victoris*, et hoc etiam recte; in altero socii anonymi recensentur *sexies mille et octoginta quinque*. Florus rotundius pro antiquarum Romanarum legionum censu: *Cum sociis, quorum omnium numerus* 6666. Romanum parvum prudenter et vere pronuntiat: *Mauritii cum sociis, qui Thebæi fuisse referuntur, sub Maximiano passi*. Nec distinctius martyrum numerum expressit Ado, utpote quem in Eucherio, ex cujus sincerissimis Actis partem potissimam in suum Martyrologium retulit; quem, inquam, in Eucherio omnino non repererit. Paucis elogium suum ex Adone Noster exequitur, variante in codicibus præfato martyrum numero, ut supra abunde ostendimus. Est igitur veterum Martyrologorum omnium, etiam Wandelberti et Notkeri, constantissima pro Thebæorum nostrorum martyrio sententia. Nec prætereunda est auctoritas Missalis Gothici seu Gallicani veteris, quod nongentis annis vestustius, ut testatur illustris editor Thomasius, postea S. R. E. Cardinalis, pag. 373. Missam exhibet, in qua *sex millium sexcentorum*, imo *Thæbeorum exercitus* præclarissima exstat memoria. Hi sunt de Thebæis et Emmeramno Wandelberti versiculi: *Mauritii et soc.*

Mauritius denum socia legione coronat,
Effuso mortem pariter quæ sanguine vicit.
Emmeramus eum socio comitatur honore,
Quem gens insignis Brittannia voce reposcit.

De *Emmerammo* vel *Emmeramno*, soli meminere Rabanus et Wandelbertus. Apud hunc nomen invenire potuit Usuardus, sed mihi verosimilius est, aliunde vitam nactum, ex qua nomen desumpserit, satis crude *stuprum ab alio commissum, sibi imputari suasisse* commemorans, quod in Romano Baronius phrasi paulo moderatiori censuit exprimendum. Rei totius veritas ex Actis ejus a variis editis, suo tempore illustrabitur, quando et Wandelberti versiculus excutietur: *Emmeramni.*

Quem gens insignis Brittannia voce reposcit.

Florentius Pictavensis, et *Silvanus Bituricensis* a nemine ante Usuardum in Tabulis sacris consignati sunt, quod in popularibus Sanctis ei satis familiare est. Primi Acta cum aliis sancti *Floriani* connexa, ex parte a Cointio publicata sunt ad annum DCXCIV a num. 13. An quæ Mss. habemus, quatuor partibus distincta, tam sint incertæ fidei, quam contendat recentior aliquis, postea videbitur. De *Silvano* nihil proditum scio præter ea quæ Labbeus suggerit tomo 2 Bibliothecæ Mss. a pag. 414. *Florentii. Silvani*

AUCTARIA.

Silvani cum soc. PULSANEN. In prima satis purus, subjungit: *Item sancti Silvani confessoris cum sociis suis.* Desunt reliqua omnia.

De Thebæis. ANTVERP. et MAX-LUBEC. *In Galliis civitate Seduno, seu Octodero Valense, loco Agauno*, etc. Numerum ponunt 6666, ut omnes mediæ notæ, et annuntiationem concludunt: *Passi pro Christo, gloriosa passione mundum illustrarunt*; quemadmodum hodie legit Martyrologium Romanum. Sequitur: *In pago Pictavensi, sancti Florentii presbyteri et confessoris. In territorio civitatis Constantiæ, sancti Laudonis episcopi.* Desunt alia quæ ad textum spectant. *Laudo* vel potius, ut supra notavimus, *Lauto* colitur die præcedenti, ubi et ab aliis *Laudus* appellatur. *Laudonis.*

ANTVERP-MAX. Legit 6660. Habet eamdem clausulam: *Passi*, etc. De Florentio scribit *episcopi*. Tum de Laudone, ut proxime diximus. Demum in fine: *Apud Bojoariam, sancti Emmeramni, episcopi et martyris.*

ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et DANIC. Cum prioribus ferme conveniunt. Scribunt 6666. De Florentio, cum textu legunt *presbyteri*. In scribendo *Emmeramni* nomine plurimum variant, ut de aliis etiam dictum est.

ALBERGEN. Deficit cum ANTVERP. et MAX-LUBEC.

LUBEC. in annuntiatione *Emmeramni* ; in omnibus autem deest Silvanus Bituricensis.

De Thebæis. *Adventus S. Germani.* *Translationis Joannis Reomensis.*
CENTULEN. *In Galliis territorio Sedunensi, loco* ***Agauno, natalis sanctorum martyrum Thebeorum, Mauricii, Exuperii, Candidi, Vitalis, Innocentii*** *et Victoris, ac sociorum eorumdem, quorum summa est sex milia, sexcenti sexaginta sex viri, qui sub* ***Maximiano imperatore passi pro Christo, gloriosissime coronati sunt. Antisiodoro, adventus et ex-*** *ceptio corporis sancti Germani episcopi et confessoris, ab Italia. In Bauuaria, sancti Hameranti martyris.* ***Eodem die, translatio sancti Ioannis Rehomensis.***

De Hemmeranno. *Laudonis*
BRUXELLEN. In prima utcumque purus, secundo loco habet de Silvano ; sed, *cum sociis suis.* Tum : *Apud Radisponam civitatem Bavariæ, pas-* ***sio beati Hemmeranni vel Anteanni episcopi et martyris. Qui crimen stupri a quodam commissum,*** *sibi innocenti pro Christo imputari permisit*, etc. *In territorio civitatis Constantiæ, sancti Laudonis episcopi. In pago Pictavensi, sancti Florentii episcopi et confessoris.* Lege cum textu *presbyteri.*

Laudonis *De Emmeramno.*
HAGENOYEN. Multa de Thebæis martyribus collegit, quæ apocrypha credimus. Tum, de Silvano. Deinde de Florentio, satis pure. Sequitur, de Laudone, ut supra. En modo aliqua de Emmeramno : *Apud Petivariam Ratisponam civitatem Alemaniæ, sancti Emeramni episcopi et martyris. Qui natus erat ex Aquitania de civitate Tholosa, qui a juventute sua mundum despexit et Christo adhæsit, litterarumque studium adeptus est, et summum sacerdotium adeptus est. Erat namque ille verus Dei cultor. Post hoc reliquit patriam, et omnia quæ habuit, ut Hunis* (et aliis gentibus) *paganis verbum Dei prædicaret. Et ingressus* ***Germaniam, quam Deodo vir alacri ingenio et*** *strenuus in armis regebat ; in cujus provincia ipso* ***jubente, prædicavit tres annos. Eo tempore filia ducis stuprum commisit, quod illa cum fornicatore*** *sibi confessa est. Quibus ille pœnitentiam injungens,* ***sibi illud imponi fecit***, etc.

De Emmeramno.
AQUICINCT. S. Emmeramnum non appellat *episcopum*, et post τὸ *martyris*, sic prosequitur : *Hic crimen stupri a quodam commissum, sibi causa Christi imputari patitur, ac proinde mortis discrimen patienter pertulit.* Præter ea quæ superius notata sunt, ne excidat Contius, multa diligenter inquirens ad annum sexcentesimum quadragesimum nonum, a pag. 243 ad 256.

Salabergæ. *Lintrudis.*
MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Muritii* (Mauritii) *et sociorum ejus. Salabergæ abbatissæ. Lintrudis virginis. Emmerami episcopi et martyris. Florentii episcopi et confessoris.*

Laudonis.
CODEX D. DU CHEVAL. sign. B. *In territorio civitatis Constantiæ, sancti Laudonis episcopi.*

In VATICAN. signato num. 5949. Nihil est de Emmeramno, Florentio et Silvano.

Laudi.
UGHELLIAN. Caret etiam Emmeramno et Silvano. Adjicit : *In territorio civitatis Constantiæ, sancti Laudi episcopi.*

Laudi.
ALTEMPS. Pro *Emmeramni*, scribit *Hautramni. Constantiæ, sancti Laudi episcopi.*

Laudonis.
FLORENTIN. *In territorio civitatis Constantiæ, sanctis Laudonis episcopi et confessoris.*

De Salaberga.
LUXOVIEN. *Lugduno Clavato, sanctæ Salabergæ, Christi famulæ, quæ mater extitit trecentarum sanctimonialium, ad cujus polyandrium* (intellige sepulchrum) *claræ post obitum patuerunt virtutes.*

Lautoni.
CAUDIACEN. *Sancti Lautoni episcopi et confessoris.* Idem est, qui aliis *Lando, Lando, Laudus*, etc., Gallice *Lo*, ut diximus.

Adventus Germani.
REMENS. S. Timothei et Apollinaris. *Antissiodori,* ***adventus et exceptio corporis ab Italia, sancti Germani ejusdem civitatis episcopi.***

Victoris. *Haytramii.* *Joannis* *Lutrudis.*
EDITIO LUBECO-COL. In prima satis pura, subdit : ***Item ibidem loco Agauno, beati Victoris veterani, qui post stragem beatorum Thebeorum, ibidem*** *a persecutoribus interemptus est, et sanctis martyribus sociatus.* ***Ratisponæ, sancti Emmeramni episcopi et confessoris.*** De Florentio, bene. ***Apud Bavariam provinciam, natale sancti Haytramii,*** *episcopi et confessoris.* An non repetitio ? ***In pago Tornodorensi, beati Iohannis abbatis.*** De Silvano, ut supra. *Eodem die, sanctæ Luttrudis virginis.*

Laudonis.
BELIN. In prima legit etiam 6666. Et habet clausulam, ut supra. Sequitur de Florentio, ut ANTVERP-MAX. Tum, de Laudone, etc. In Silvano nonnihil mutilatus est. *Apud Beuvariam, sancti Antrani*, etc. *Huic crimen stupri imputatum est, ac proinde mortis discrimen*, etc.

Romarici et soc. 583. *Platonis.* *Victoris.* *Jonii.* *Sanctini.* *Silvani episcopi.* *Silvani abbatis.* *Joannis.* *Lutrudis.* *Salabergæ.*
GREVEN. *Landone, Romarici ac sociorum ejus quingentorum octoginta quinque. Platonis martyris. Victoris martyris. Qui cum Agaunenses martyres beatificaret, felicem se dicendo, si cum illis fuisset occisus, mox ab eisdem illorum carnificibus trucidatus est.* ***Secundum aliquos hic, Jonii presbyteri et martyris, socii beati Dionisii ; secundum alios vero Nonis Augusti. Hic cum in Galliam, causa prædi-*** *cationis venisset, tentus ac decollatus est, statimque corpus truncum, caput in manus sumens, miliario fere uno deportavit, in locum ubi quiescere elegerat. Secundum Cathalogum Sanctorum hic, Sanctini episcopi Meldensis et confessoris, discipuli beati Dionysii Parisiorum episcopi et martyris. Item Silvani, episcopi Nazareth et confessoris, magnæ sanctitatis viri, beato Hieronymo familiarissimi, ut patet ex gestis ejusdem. In eremo Scythi, sancti Silvani abbatis et confessoris. In pago Tornodorensi, beati Ioannis abbatis. Lutrudis virginis. Ipso die, sanctæ Salabergæ viduæ, abbatissæ. Quæ in suburbano Leuchorum, nobilibus orta parentibus, cum oculorum lumen amissum, beati Eustasii abbatis interventu recuperasset, defuncto viro, cui jussu Dagoberti regis nupserat, primum in suburbio Linguonensi, hereditate vixit paterna, deinde Lugduni,* (Clavati, Gallice *Laon*) *constructo monasterio trecentis ferme adunatis famulabus Christi præsidens, vita et miraculis clara quievit.*

De Victore et Thebæis. *Salabergæ.* *Joannis* *Lutrudis* *De Emmeramno.*
MOLAN. In textu aliis litteris post *coronati sunt*, ex Adone miscet : *Victor vero martyr, nec legionis ejusdem fuit, neque miles, sed emeritæ jam militiæ veteranus. Hic cum iter agens incidisset in hos, qui passim epulabantur læti martyrum spoliis, atque ab his ad convescendum invitatus, prolatam ab exultantibus per ordinem causam cognovisset,* ***detestatus convivas refugiebat. Qui mox ab eis captus et jugulatus est, ac ceteris martyribus honore conjunctus est. At vero beatissimorum martyrum corpora, post multos passionis annos, S. Theodoro episcopo revelantur, et in honore eorum basilica honeste componitur.*** In fine habet de Laudone, ut jam sæpe superius. Tum : *Civitate Lauduno Clavato, depositio sanctæ Salabergæ abbatissæ, quæ in* ***lege divina erudita, vigiliis et orationibus assidue*** *vacans, virtutum et miraculorum gratia illustrem* ***conversationem duxit. In pago Tornodorensi, beati Joannis abbatis.*** Denique typis minoribus : ***Corbeiæ, Lutrudis virginis sanctimonialis.*** Editiones aliæ de Victore nonnulla contrahunt, sed de Emmeramno addunt, quod et prima litteris Italicis insertum habet : *Cui singulariter omnia membra abscisa sunt.* Præterea hæc editiones annuntiationem truncant et variant, rursus litteris Italicis sic legentes : ***Huic crimen stupri imputatum***

putatum est. Deinde charactere Romano, seu proprio textus : *ac proinde mortis*, etc. In fine : *Civitate Lauduno Clavato, depositio sanctæ Salabergæ*, etc., ut supra. De Laudo vel Laudone, agunt hæ editiones die præcedenti, uti et plures alii codices. *In pago Tornodorensi*, etc.

IX *Kal.* *Die* 23.

In Campania, natalis beati Sosii diaconi Messenatæ civitatis. Hic cum tempore quodam Evangelium legeret in ecclesia præfatæ civitatis, præsente episcopo Januario, vidit subito idem episcopus de capite ejus flammam exurgere, et pronuntiavit, eum martyrem futurum. Et post non multos dies, cum esset annorum triginta, martyrium cum eodem episcopo capitis obtruncatione suscepit. Eodem die, sanctæ Teclæ virginis de Iconio civitate, quæ in confessione Christi ignem ac bestias devicit, et post multa certamina ad doctrinam multorum veniens Seleuciam, requievit in pace. In territorio civitatis Constantiæ, sancti Paterni episcopi et confessoris.

Sosii. *Theclæ.* *Paterni.*

Conveniunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Greven et Molan.* Quibus accedunt *Antverpien-Max. Leuden.* et *Lovanien.*

VARIA LECTIO. *Sancti Sosii*, pro *beati*, scripsit Heriniensis. Antverp-Maj. habet *Sossii.* Locus varie scribitur. Optime Rosweyd. et Molan. *Mesenatæ*, male Herinien. *Messeratæ*. Praten. Antverp-Maj. et Greven. eo modo, quo in textu reliquimus. Rosweyd. pro *flammam exurgere*, legit *ascendere*. In Praten. et Antverp-Majore est *Theclæ*. Alii omnes simplicius, *Teclæ*. De *dyacono*, *Yconio* et hujusmodi nævis, non loquor. *Seleutiam* scribit Pratensis, sed alii passim et melius, ut est in textu. In fine notabilior variatio utpote cum Pratensis et soliti duo asseclæ Antverp-Maj. ut Rosweyd. ab omnibus aliis dissentientes, legant : *In territorio civitatis Abrincæ*, ceteri nullo excepto : *In territorio civitatis Constantiæ*, quod omnino servandum putavimus. Vide infra in Observatione. Sed nota, Castellanum, cetera Pratensis codicis accurratissimum inspectorem hanc a Molani editione diversitatem inter alias non indicasse.

OBSERVATIO. De *Sosio* celebri Miseno diacono jam abunde locuti sumus ad XIX Septembris, quando de Januario actum est, neque ibi dicta, hic repetenda sunt. Beda, Rabanus, et Ado, idem habent elogium, ex quo Noster compendium suum eleganter contraxit. Romanum parvum etiam cum aliis *Sosium* hoc die, secundo annuntiat : *Mesenathæ, Sosii diaconi, annorum* XXX *martyris.* Notkerus solum posuit : *Sosii diaconi, de quo* XIII *Kalend. Octobris invenies.* Wandelbertus tertio versiculo, sic eum laudat : *Sosii.*

Levita et Sosius merito splendescit honore.

Clarissimam virginem, et, si ita vis, inter virgines protomartyrem, *Theclam* celebrant Martyrogia omnia, et quidem diebus variis Hieronymiana, ut diligenter in hodiernis aliorumque dierum ibi citatorum notationibus advertit Florentinius; sive ubique eadem illa Apostoli discipula, sive forte alia (ut plures fuerunt ejus virtutum æmulæ) memorentur. Nullum Hieronymianum apographum simplicius loquitur, quam vetustissimum Epternacense, in quo solum legitur : *In Oriente, Theclæ.* Florentinii textus paulo amplior est : *In Seleucia, natalis Theclæ virginis, quæ Romæ igne deposito evasit.* Beda ex eo Rabanus breve sed satis nitidum elogium exhibent, quod pro majori parte Noster in suum laterculum transtulit. Solita brevitate utitur Romanum parvum : *Et Theclæ virginis, Seleuciæ quiescentis.* Longior est Adonis historia ex vulgatis Actis extracta, de quorum veritate ex Baronio aliisque alibi disputabitur. Notissima est prisci fabulatoris de Pauli et Theclæ Actibus reprobata dudum narratio, ex qua tamen alias apud Surium satis prolixas pullulasse negare non ausim. At enim, utut corruptos fateamur hujusmodi fontes, tot aliunde suggessit veneranda sanctorum Patrum auctoritas, ut ex iis vitæ series concinnari queat, quemadmodum non infeliciter tentavit Tillemontius tomo 2 a pag. 60. Vero martyrio coronatam solus inter Martyrologos asserere videtur Wandelbertus, dum ita canit : *Theclæ.*

Nonum Tecla tenet roseo perfusa cruore.

Sed latiori id sensu intelligendum verosimilius est, idque nonnulli inferunt ex eo, quod in Canone Missæ Ecclesia ei locum non tribuerit. Hæc pro instituto sufficiant. - - *Paternus*, duobus præcedentibus ab Usuardo superadditus, ita a Pratensi, Antverpiensi-Majore et Rosweydino ponitur, ut non territorio Constantiensi, sed Abrincensi adscribatur, contra quam reliqui codices nostri Usuardini uniformiter scribant : *In territorio civitatis Constantiæ*; quo modo et in Romano hodierno legitur, ubi Baronius in Notatione observat, *primum fuisse Constantiensem episcopum*. At lapsum hic memoria virum eminentissimum, probat Henschenius in Commentario prævio ad Acta sanctorum Paterni et Scubilionis, XVI Aprilis ; atque ibi etiam ostendit Paternum hunc nostrum, illum ipsum esse Abrincensium episcopum, qui, quod in Sesciaco monasterio diœcesis Constantiensis obierit, ideo signatus sit *in territorio civitatis Constantiæ*. Et sic Usuardum legisse censemus, quidquid Pratensis, cum solitis duobus sociis refragetur. Constat porro Paternum in pace quievisse XVI Aprilis, neque hactenus causam reperi, cur eum Usuardus hoc die collocarit. *Paterni.*

Sunt

De Lino, et Liberio. Sunt qui et *Linum* commemorent, duce, ni fallor, Floro vel Rabano, unde in nonnullos codices nostros transiit, uti et in Romanum, cum de eo Usuardus agat XXVI Novembris. — Sed cur omissus *Liberius* Papa, de quo hoc die Hieronymiana et Wandelbertus, Rabanus die sequenti? Forte alibi ratio assignabitur.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima annuntiatione expunctum plane elogium. In secunda purus est. Tertia omnino abest.

Liberii. ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. FLORENTINI et alii codices plures hodie Papam Liberium referunt, hisce iisdem terminis : *Romæ, sancti Liberii episcopi.* Vide Observationem supra et notulam Castellani.

Paxentii. MUNERAT. Post textum purum, adjicit : *Eodem die, Paxentii martyris, de cujus corpus honoratur et colitur in conventu divi Martini de Campis, Parisius.* Notabis phrasim huic codici propriam.

De Lino. ULTRAJECT. ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt : *Romæ, natale beati Lini Papæ. Qui cum post Apostolum Petrum primus Ecclesiam Romanam rexisset annis duodecim, martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano.* Vide Observationem.

Geremari. CENTULEN. *In Campania, sancti Sossii diaconi et martyris. Eodem die, sanctæ Teclæ virginis, apud Seleuciam quiescentis. Civitate Beluaco, sancti Geremari abbatis.* Vide Martyrologium Romanum die sequenti.

De Thecla. BRUXELLEN. Sic orditur : *Natale Teclæ virginis, apud Seleuciam quiescentis. Quæ de civitate Yconio a beato Paulo Apostolo instructa est. Quam mater ejus cernens Christianam, et nuptui repudiare, accusavit eam. Quæ in confessione Christi, ignes et bestias superavit et post multa certamina, ad doctrinam plurimorum veniens Seleuciam, cum duplici corona virginitatis et martyrii requievit in pace.* *Lini.* *Romæ, beati Lini Papæ.* Sequitur de primo et ultimo, nempe Sosio et Paterno, pure.

De Thecla. HAGENOYEN. : De Thecla, multa corradit, quorum hic partem subjicio : *Apud Seleuciam, depositio sanctæ Teclæ virginis, discipulæ sancti Pauli Apostoli. Quæ orta erat de Yconio civitate, quæ quia sponsum suum deseruit et Paulo adhæsit, a matre propria est accusata, quod Christiana esset, unde in ignem projicitur et non læditur. Hæc comam tondere voluit, ut cum Paulo habitare posset, sed ipse prohibuit. Et iterum, quia nubere noluit, in Antiochia bestiis objicitur, sed non consumitur : deinde in foveam plenam serpentibus mittitur, sed illa orante, moriuntur. Et iterum in ignem projicitur, sed non comburitur. Tunc super leenam ligatur*, etc. *Liberii.* Sequitur : *Item Romæ, Liberii episcopi.* In Sosio, satis purus est ; de Paterno, nihil.

Liberii. AQUICINCT. In fine, *Romæ, sancti Liberii episcopi et confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Teclæ virginis. Zozii diaconi et martyris, cum episcopo suo Januario. Paterni episcopi et confessoris.*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Paterni.*

Victoris, etc. LUGDUNEN. Huc refert : *Victoris, Innocentis... cum sociis suis* 6066. Vide Thebæos, XXII hujus.

Vincentii. BIZUNTICEN. *Item festivitas sancti Vincentii martyris. Quando ejus sacratissimum corpus ab Hispaniis, Gallias est translatum et in cœnobio, quod Castris dicitur, decenter humatum.*

Bonifacii. LUXOVIEN. *Ipso die, Medii monasterii, repositio corporis beati martyris Bonifacii ex Thebæa legione.*

De Vincentio. CABILONEN. *Inventio corporis beati Vincentii levitæ et martyris.* Vide BIZUNTICENSEM.

De Lino. EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Romæ, natale beati Lini Papæ et martyris. Hic post beatum Petrum Apostolum, cum primus Ecclesiam Romanam rexisset annis duodecim, mensibus tribus, diebus duodecim, martyrio coronatur. Hic ex præcepto beati Petri constituit, ut mulier in ecclesiam velato capite introiret, qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri Apostoli in Vaticano.* De Sosio tria hæc verba in fine adjicit : *tempore Diocletiani imperatoris.* In Theclæ elogio hinc inde nonnihil interpolata est, in ultima autem annuntiatione, satis pura.

BELIN. Annuntiationum seriem mutavit. Primo loco : *In Iconio civitate, sanctæ Teclæ, virginis,* etc. Secundo loco, de Paterno, pure. Item de Sosio. *De Lino.* In fine : *Eodem die, Romæ, sancti Lini Papæ et Martyris, qui post Petrum primus, Romanam Ecclesiam tenuit annis duodecim, et martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano, octavo Kalend. Octobris.* Vide in Auctario sequenti.

De eodem. GREVEN. *Romæ, Lini Papæ et martyris : cujus hic est passio, licet ejus celebritas* VI *Kalend. Decembris solemnior habeatur, quo die translatus perhibetur.* *Liberii.* *Romæ, Liberii episcopi et confessoris.* *Adamnani.* *Adamnani episcopi.* *Constantii Aquinensis.* *Constantii episcopi Aquinæ civitatis, de quo beatus Gregorius* 3. *Dialogorum refert, quia prophetiæ spiritu claruerit.* *Stabilionis.* *Stabilionis confessoris, discipuli beati Paterni episcopi.* Notabis,釐Paternum a GREVENO signatum XVI Aprilis, sed sub mendoso titulo *episcopi Pictaviensis.* De reliquo vide dicta in Observatione et fusius in Actis XVI Aprilis, ubi verum discipuli nomen invenies. Pergit GREVENUS : *Constantii Anconitani.* *Eodem die apud Anconam, sancti Constantii confessoris, de quo beatus Gregorius* 1 *Dialog. refert, quod idem vir Dei funditus terrena despiciens, toto mentis adnisu ad cœlestia flagraverit. Cumque in ecclesia, in qua mansionarii fungebatur officio, oleum unde lampades accenderet, defuisset, lampades ipsas aqua impleverit, et allato igne succendit, sicque aqua arsit ac si in lampadibus oleum fuisset.* Vide notulam Castellani. *Adamnani.* *Adumiani abbatis.* Lege *Adamnani.* *Dignæ et Emeritæ.* *Dignæ et Emeritæ virginum et martyrum.* Spectant ad diem præcedentem. Vide Romanum.

Lini. MOLAN. *Eodem die, Romæ, sancti Lini Papæ et martyris; qui post*, etc., ut BELIN. supra. *Liberii.* *Item Romæ, sancti Liberii confessoris.* Quam scrupulose, ubi Wandelbertus aperte enuntiat :

Liberiusque dicat Romanam Papa per urbem.

Paxentii. Tum : *Eodem die, Paxentii martyris, cujus corpus honoratur et colitur*, etc., ut MUNERAT. *Elevationis Guiberti.* *In Gemblaco, elevatio corporis sancti patroni nostri Guiberti confessoris Christi, in miraculis præclari.* *Secundæ assumptionis B. M. V.* Subdit minoribus typis : *Secunda assumptio sanctæ Mariæ virginis.* *De Constantio Aquinate et Constantio Anconitano.* De Constantio Aquinate et de Constantio Anconitano eadem omnia ex Gregorii Dialogis refert. *Adamnani.* Denique : *In Scotia, monasterio Huensi sancti Adamanni, ejusdem loci abbatis et confessoris, sanctitate ac doctrina famosi, de quo Beda l.* 5, *c.* 16 *et* 22. Hactenus editio prima ; editiones aliæ textui Usuardino Linum præmittunt. De Thecla aliis litteris textui post *virginis*, inserunt : *primæ martyris*; et post *Seleuciam*, hæc : *Cum duplici corona, virginitatis et martyrii.* In fine : *Item Romæ, sancti*

Liberii

Liberii. *Liberii Papæ et confessoris.* De Paxentio martyre, ex MUNERATO. Et de elevatione corporis sancti Guiberti Gemblacensis : *In Gemblaco, elevatio corporis*, etc., ut supra in priori editione. Item typis minoribus, de secunda assumptione S. Mariæ Virginis.

VIII *Kal.* *Die 24.*

Conceptio sancti Joannis Baptistæ. Et in Augustiduno, natalis sancti Andochii presbiteri, Tyrsi diaconi et Felicis, qui a Policarpo episcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam, sub Aureliano principe sunt gloriosissime coronati. Siquidem flagellis cæsi, in ultimo tota die inversis manibus suspensi, in ignem missi, sed non combusti, tandem vectibus colla feriuntur. *Conceptionis Joannis Baptistæ.* *Andochii et soc.*

Soli puri sunt *Praten. Herinien. Antverp.-Major* et *Rosweyd.*

VARIA LECTIO. De *Joannis* et *Johannis*, satis alibi dictum est. In apographo nostro Pratensi legitur simpliciter *Augustiduno*, at Castellanus notat, diserte haberi. *Et in Augustiduno*, quemadmodum etiam legit Herinien. et alii, nosque ita servandum putavimus, licet in Antverp-Majore desit *et*, in Rosweyd. vero utraque particula. Antverp-Maj. pro *Andochii*, ponit *Andocii*. Ex quatuor citatis codicibus solus Rosweyd. scribit, *Tirsi;* ceteri, ut in textu; nullus *Thyrsi. Policarpo*, ut alibi. *Sub Aureliano* habent omnes post Bedam et Adonem; sed eam temporis notam alibi correxit Usuardus, et nos in Actis probabilius rejiciendam ostendemus. Pro *principe*, solus Herinien. substituit *imperatore*. In Antverp-Majore pro *combusti*, male scriptum est *conbusti*.

OBSERVATIO. Paucis observationes omnes necessarias absolvero, si dicam indiculum nostrum totum ex Adone verbatim descriptum; porro Adonem æque ac Rabanum sua ex Beda accepisse. Est autem inter Bedam et Adonem ea diversitas, quod hic post *feriuntur*, frustra repetat, *atque ita martyrium suum gloriosissime compleverunt* VIII *Kalend. Octobris;* Beda vero magis ad rem subjiciat : *Ubi Symphorianus tunc viginti annorum, qui postea passus est, semper vigilias et orationes agebat.* De hoc Symphoriano, ad ejus diem natalem XXII Augusti pro re nostra satis dictum est. At latius se extendit Æduensium martyrum cognatio, quam fuse explicatam invenies in Actis Tergeminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi ad XVII Januarii, in quibus *Benignus presbiter*, de quo agendum I Novembris cum his Sanctis nostris, Andochio item presbytero, Thyrso diacono et Felice, a Polycarpo in Galliam missi dicuntur, ubi longe verosimilius *Felix* postremus, et laicus et mercator indigena fuisse censetur, cum Apostolis illis, quos exceperat, martyrii laurea donatus. De Tergeminorum Actis quod superaddam non habeo; quam vero authentica sint, quæ de Andochio et duobus hodiernis sociis apud nos manuscripta exstant, satis erit deprompsisse, cum et otiosius et accuratius ea expendere licuerit. Interim Hieronymianis etiam insertos vel potius adjectos ostendit Florentinius, apud quem ita scribitur : *In Gallia, civitate Augustidunensi, vico Sedulo, natalis sanctorum Andochii, Tyrsi et Felicis martyris*; qua ferme phrasi non male usi sunt nonnulli codices Usuardini, quos mediæ notæ appellamus. Huc quod spectat, vide in Observatione ad dictum diem XVII Januarii. Nihil de his Romanum parvum, cujus auctor procul dubio Warnacharii Acta aut hujusmodi alia numquam viderat. Notkerus Adonem vel Rabanum plus solito contraxit; Wandelberti versus ad calcem subjiciam. — De *conceptione sancti Joannis Baptistæ*, quæ in textu nostro primum locum obtinet, hoc unice et breviter observandum, eam in omnibus omnino antiquis Martyrologiis consignatam, imo ab omni ævo in veneratione semper fuisse, tam in Orientali quam in Occidentali ecclesia. Fatetur Florentinius, ignorare se, cur hujusmodi celebritas in Romano emendato Martyrologio prætermissa sit; utrum vero conjecturis suis id assequatur, lectoris judicio relinquo, cui auctor sum, ut ejusdem Florentinii Exercitationem huic diei subjunctam consulat, *De Joannis Baptistæ nondum posito Præcursoris officio, deque ejusdem conceptionis et nativitatis loco*, ubi de *Macherunte* disputat, quo in loco nonnulla Hieronymiana Baptistæ conceptionem signant. Si hæc non sufficiant, videatur Papebrochius, hæc omnia accuratissime illustrans Tomo IV Junii cap. 2 § 2 et § 3, a pag. 701. Videri etiam potest notatio Rosweydi in Festivitates Apostolorum pag. 223. En modo proxime supra pollicitos Wandelberti versiculos : *Andochii et soc.* *Conceptionis S. Joannis Baptistæ.*

Octavum sterili conceptus ventre Joannes,
Andochiusque sacrat, martyrque et presbyter almus,
Quem Tyrsus Felixque pari comitantur amore.

AUCTARIA.

PULSANEN. Purus est usque ad, *sunt coronati*, sed desunt reliqua omnia.

De Andochio, etc. ANTVERP. et MAX-LUBEC. In prima bene. Ita pergunt : *In territorio Eduæ civitatis, castro Sedeloco, sancti Andochii*, etc. In fine additur : *Arvernis, depositio sancti Rustici episcopi.* MAX-LUBECANUS, habet *Rusaci*. Rustici.

MUNERAT. Textui subnectit. *Castro Blesis, sancti*

Solennis

Solemnis. *Solennis episcopi et confessoris.* Est in Martyrologio Romano die sequenti. Vide sis eo die lectiones nostras Variantes.

Ejusdem. GREVEN. Etiam addit et quidem ut partem textus : *Item, sancti Solemnis episcopi.*

MOLAN. In prima editione omittit *Conceptionem sancti Johannis Baptistæ*, uti etiam fecit Baronius. At ille in editionibus posterioribus eam annuntiationem restituit.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. et LOVANIEN. Similes sunt ANTVERP. et MAX-LUBEC. in eo ferme solum discrepantes, quod in Auctario de Rustico, omittant τὸ *depositio*, et addant titulum *confessoris*. *Rustici.*

ALBERG. et DANIC. Carent annuntiatione prima, in reliquo cum postremis conveniunt.

CENTULEN. In prima purus est. Tum : *Augustidum, sancti Judochii presbyteri et martyris Tyrsi diaconi et Felicis, qui sub Aureliano principe sunt gloriosissime coronati.* *Judochii pro Andochii*

BRUXELLEN. In prima purus, in secunda idem habet initium cum ANTVERPIEN. et MAX-LUBEC. etc.; in fine tamen nonnihil transpositus. Tum : *Arvernis, sancti Rustici episcopi et confessoris. Eodem die, in territorio Beluacensi, sancti Gummari* (vult dicere *Geremari*) *abbatis.* *Rustici. Geremari.*

De Conceptione Joannis Baptistæ. HAGENOYEN. *Conceptio sancti Joannis Baptistæ, quæ facta est post completionem sacerdotii Zachariæ, patris ejus.* In Augustodunensibus nonnihil interpolatus est. Tum : *In territorio civitatis Constantiæ sancti Patrini* (pro *Paterni*) *episcopi et confessoris.* Vide die præcedenti. *In pago Pictaviensi, sancti Florentii presbyteri et confessoris.* De quo iterum superius egit XXII Septembris. *Avernis, depositio sancti Rustici episcopi et confessoris. Item, sancti Silvati confessoris.* An non *Silvani*, de quo etiam supra XXII hujus? *In Ungaria, sancti Gerhardi episcopi et martyris.* *Paterni. Florentii. Rustici. Silvani. Gerhardi.*

AQUICINCT. Omittit *Conceptionem sancti Johannis Baptistæ*; in reliquis purus.

De Solemne. DAVERONEN. *Depositio beati Solemnis, episcopi Carnotensis, magnificæ sanctitatis et clarissimi in miraculis viri.*

AMBIANEN. Post conceptionem Joannis, addit : *Eodem die, vigilia gloriosissimi episcopi et martyris Christi Firmini.* *Vigiliæ Firmini.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Conceptio sancti Joannis Baptistæ. Solemni episcopi et confessoris.* *Solemnis.*

REG. SUEC. signatus num. 428. *Beloacus, depositio sancti Geremari confessoris.* *Geremari.*

UGHELLIAN. *Arvernis, depositio Rustici episcopi.* *Rustici.*

ALTEMPS. *Ipso die, dedicatio S. Trinitatis ecclesiæ Norwicensis. In territorio Beluacensi, S. Germani abbatis.* Pro *Geremari*; nova nominis mutatio. *Geremari.*

FLORENTIN. Sic habent : *In finibus Germaniæ, passio sanctorum martyrum, qui tempore Maximiani, passi sunt pro Christo, ut habetur in gestis sancti Domnini.* *Multorum Martyrum.*

MONTIS SANCTI. *In Gallia, civitate Augustoduno vico Sedulo, natalis sanctorum Andochii*, etc.

EDITIO LUBECO-COL. Post *Baptistæ* addit : *Præcursoris Domini.* In Augustodunensibus fere similis est ANTVERPIENSI, etc., supra. In fine : *Avernis, sancti Rustici episcopi et confessoris.* *Rustici.*

BELIN. Incipit : *Augustoduno*, etc., pure. Tum, *Avernis, depositio sancti Rustici episcopi. Item, in Ungaria, sancti Gerardi episcopi et martyris. Item conceptio sancti Joannis Baptistæ.* Hæc Conceptionis transpositio fefellit Papebrochium citato loco in Observatione, ubi ait, primum esse Belinum, qui hoc festum omiserit, nempe quod eam in laterculi principio non repererit. Altera Belini editio ad hæc adjungit : *In territorio Beluacensi, sancti Germani abbatis.* Vide supra, Observationem in ALTEMPSIANO positam. *Rustici. Gerhardi. Geremari.*

GREVEN. *In Pannonia seu Hungaria, sancti Gerhardi episcopi et martyris, qui secundum Cathalogum passus est* VII *Kalend. Martii. Ruperti episcopi et martyris. In Calcedonia, sanctorum martyrum quadraginta novem, qui cum beata Eufemia pro fide Christi Prisco proconsuli oblati, martyrii palmam adepti sunt. Fymberti episcopi. Arvernis, depositio sancti Rustici episcopi et confessoris. Geniani abbatis. Epigeniæ virginis, abbatissæ, et Eufemiæ matris ejus, de quibus in gestis sancti Mathæi Apostoli. Rosæ virginis.* *Gerhardi. Ruperti. Martyrum 49. Fumberti. Rustici. Geniani. Ephigeniæ. Rosæ.*

MOLAN. *Arvernis, depositio sancti Rustici episcopi. Item in Hungaria, sancti Gerardi episcopi et martyris. Item, conceptio sancti Joannis Baptistæ. In territorio Beluacensi, sancti Germani abbatis. Cameraci, translatio sancti Gaugerici episcopi et confessoris. Eodem die, depositio Solemnis episcopi. Hic cum quadam die obvium haberet hominem, a nativitate cæcum et surdum, eum complexus collo osculatus est, et statim sanum reddidit. Hic etiam Carnotensium episcopus Ludovicum regem, cum trecentis septuaginta nobilibus sacro fonte regeneravit, sicque Dei sanctus tres olympiades gerens in episcopatu, migravit ad Dominum. Et sancti Rutperti confessoris;* tum aliis litteris : *episcopi Vuormatiensis et Saltzburgensis translatio.* De posterioribus editionibus, jam dixi restitutam in iis *Conceptionem sancti Joannis Baptistæ*, ubi aliis litteris inseritur textui : *gloriosi Prophetæ et Præcursoris.* In fine de Rustico et Gerardo, ut supra. *In territorio Beluacensi, sancti Germari abbatis. Cameraci, elevatio sancti Gaugerici, abbatis et confessoris.* Vide supra XI Augusti. *Rustici. Gerhardi. Geremari. Translatio Gaugerici. Solemnis cum elogio. Rutperti Translationis. Geremari.*

VII *Kal.* *Die* 25.

Cleophæ. Firmini. Lupi. Herculani. Aunarii.

Natalis beati Cleophæ, quem tradunt apud castellum Emaus, in eadem domo, in qua mensam Domino paraverat, pro confessione illius a Judæis occisum et gloriosa memoria sepultum. In civitate Ambianensium, beati Firmini episcopi, qui sub præside Rictiovaro post varia tormenta, capitis decollatione martyrium sumpsit. Apud Lugdunum, depositio sancti Lupi episcopi ex anachoreta. Ipso die, sancti Herculani militis, qui in passione Alexandri episcopi legitur. Autisiodoro, sancti Aunarii episcopi et confessoris.

Inter puros solum numero *Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA

VARIA LECTIO. Scripsi ***Emaus***, ut codices habent communius, licet aliqui malint ***Emmaus***. Nonnulli legunt, ***Lupi episcopi anachoretæ***, vel ***anachoritæ***, sed melius Molanus et alii post Adonem, *ex anachoreta*. Sic rursus Molan. ex eodem Adone, ponit *Herculani* non *Herculiani*.

Utrum ad Usuardum spectet et Solemnis.

Superest præcipua et difficilior varietas, circa annuntiationem *sancti Solemnis*, vel ut scribunt codices *Sollempnis*, quam certum est non ad hunc, sed ad præcedentem diem pertinere, ut recte observat Bollandus IV Februarii, ad vitam sancti Aventini; et alii. Nos die præcedenti Muneratum et Grevenum e puris exclusimus, quod ibi in ea annuntiatione ab omnibus reliquis discreparent, quamvis, si ponenda sit, eo die signanda videatur. Quæritur, utrum hoc die *Solemnem* collocarit Usuardus, et non potius ab alio adjectus sit? Vidit hoc, opinor, Molanus, qui neutro die ipsum retulit. At contrarium statuunt Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. et Belin, apud quos ultimo loco disertissime exprimitur : *Item, sancti Solempnis*, vel *Solennii episcopi*. Cogor nihilominus existimare hunc Usuardinum non esse, hac potissimum ratione ductus, quod Castellanus, diligentissimus codicis Pratensis inspector observaverit, prima manu solam *S. Aunarii* annuntiationem ultimo loco positam fuisse, quæ subinde erasa fuerit, tumque pressiori charactere ita rescripta, ut altera *S. Solemnis* accedere posset. Quod idem habeant Antverp-Major, Rosweyd. et etiam Aquicinct. novum non est, cum passim ex eodem fonte procedant. Sola me retineret Heriniensis auctoritas, nisi et hic hodie auctior esset. Nam ad Belinum quod attinet, tot ferme quotidie Auctariis abundat, ut raro incorruptus appareat. Ita equidem verosimilius censeo; si cui *Solemnem* Usuardo vendicare lubeat, argumentis facile cedam; liceat mihi interim Munerat. Greven. et præcipue Molanum ceteris codicibus hic anteferre. De Solemni vide Rabanum XXIV Septembris. Acta ejus sincera non esse, satis indicat Bollandus, citata superius die IV Februarii in *Aventino*, etc.

Cleophæ.

OBSERVATIO. De *Cleopha* nihil est apud Hieronymiana, Bedam, Florum, Rabanum aut Wandelbertum. Primus eum signavit auctor Romani parvi, his verbis : *Cleophæ, cui Dominus post resurrectionem in via apparuit*. Ado in suo Martyrologio præfigit : *Natalis beati*, et ita ferme descripsit Notkerus ; at Usuardi elogium ex Apostolorum Festivitatibus ad verbum contractum est. Qua autem fide assertum ab Adone martyrium nitatur, hactenùs non reperi. Alii cum Tillemontio tomo I pag. 366, 459 et 622 cognationem ejus vel affinitatem cum Christo Servatore examinant, de qua et nos alibi egimus, et porro fusius suo loco disputabimus. Indubitata sunt, quæ ex Lucæ cap. 24 refert laudatus Tillemontius pag. 368. — De *Firmino* legit Rabanus : *Natale sancti Firmini martyris;* *Firmini.* Wandelbertus :

Ambiana micat Firmino martyre plebes.

Plura Florus memorat. Adoni a Mosandro adscribitur. Verum, nisi multum fallor, non alium ducem habuit Usuardus quam acta ipsa, quæ, ut fortasse sincera omnino non sint, gravia tamen et antiqua esse, suo tempore demonstrabitur. Multa de translationibus, una aut pluribus, hujus Firmini et alterius cognominis *confessoris*, jam pridem, et recentissime, vel ipsas inter umbras disputata sunt, quæ tunc etiam accuratius examinabuntur. — *Lupi depositio* ab Hieronymianis pridie notata, *Lupi.* a Corbeiensi Lugduno, ab Epternacensi Augustoduno tribuitur. Ado priorem secutus videtur, dum recte scribit : *Lugduni, sancti Lupi episcopi ex anachoreta* ; unde jam perspicis, ex quo Noster sua acceperit. Hoc ei elogium canit Wandelbertus :

Septena Lupus Antistes Lugduna revisit
Mœnia, devotæ pastor memorabilis urbi.

Res ejus gestæ colligi poterunt ex iis, quæ satis fuse deduxit Severtius in Chronologia historica a pag. 84, et ex aliis ab ipso citatis. — *Herculanus*, in Actis sancti Alexandri episcopi, de quo supra *Herculani.* ad diem XXI Septembris egimus, memoratus apud Adonem XXVI Novembris hoc die pro mero Usuardi arbitrio positus videtur, aliis omnibus antiquis Martyrologis præteritus, ubi etiam advertes, perperam, vel saltem gratis, ei a Nostro dari titulum *militis*, cum ab Adone solum dicatur, *juvenis ex officio Antonini*. — Sequitur *Aunarius*, sive, ut scribit Castellanus, *Aunacharius*, ab Usuardo etiam *Aunarii.* primum consignatus, de cujus Actis plura sparsim inveniuntur tomo primo Bibliothecæ Labbeanæ, sed præcipue a pag. 419 et 528, ad quæ accedere potest Compilatio nostra Autissiodorensis itidem Ms. ex Labbeo ferme pro hac parte desumpta, pag. 53. Atque hactenus conformes sunt probatioris notæ codices omnes, ut de genuino textu dubitari nequeat.

Quid de *Solemne* seu *Solenne* censendum, superius abunde discussum est.

AUCTARIA.

Solemnis. PRATEN. ANTVERP-MAJ. et ROSWEYD. De *Solemne* habent ut supra diximus. Sed in ROSWEYDINO prӕterea additur : *In monasterio Glestiensi sancti Ceolfridi*. *Ceolfridi.*

HERINIEN. Secundo loco proprium inserit : *Principii.* *Eodem die, sancti Principii Suessionensis episcopi, fratris beati Remigii*. In fine, de *Solemne*, ut supra. *Solemnis.*

PULSANEN. In prima satis purus, in secunda truncat elogium, et tunc immediate cum superioribus subdit : *Item sancti Sollempnis episcopi*. *Ejusdem.* Desunt reliqua omnia.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Omittunt annuntiationem *Aunarii*, et recte etiam *Solemnis*. Pro *Alexandri episcopi*, ponunt *Alexandri Papæ*.

BELIN. Etiam legit, *Alexandri Papæ*; et in fine : *Item sancti Solemnii episcopi*, altera editio *Solemnis* distinctius legit : *Item Blesis*, etc.

ANTVERP-MAX. LEYDEN. et LOVANIEN. Scribunt : *Alexandri Papæ ;* omittunt *Aunarii*, et ultimo loco habent : *Apud Carnotum, natale sancti* *Ejusdem* *Solempnis episcopi et confessoris*.

ULTRAJECT. ALBERGEN. et DANIC. In eo a

proxime superioribus differunt, quod de Solemne *De Solemne.* ita addant : *Hic homini a nativitate cæco et surdo et muto visum, auditum, et officium linguæ restituit. Clodovæum quoque regem Francorum et trecentos sexaginta quatuor cum eo aqua sacri baptismatis initiavit.*

Textus contractus. CENTULEN. *Natale beati Cleophæ, qui fuit unus ex septuaginta duobus discipulis. Ambianis, passio sancti Firmini martyris, primi illius civitatis episcopi. Lugduni, sancti Lupi episcopi ex anachorita. Ipsa die, sancti Herculiani militis. Antisiodoro, sancti Aunarii episcopi et confessoris. Item, sancti* *Solemnis.* *Solennis episcopi. Cœnobio Cesareæ, sancti Rod-* *Rodberti.* *berti episcopi et confessoris.*

BRUXELLEN. Incipit a Firmino, satis pure. Tum de Cleopha. Deinde de Herculano, quem *Arculanum* vocat. Sequitur : *Apud Carnotum,* *De Solemne.* *natale sancti Solempnis episcopi et confessoris. Hic homini a nativitate cæco, surdo, et muto, visum, auditum et officium linguæ restituit. Apud Lugdunum depositio sancti Lupi ex anachorita episcopi. Antisiodoro, depositio sancti Januarii* (pro *Aunarii*) *Sergii et Bacchi.* *episcopi et confessoris. Et eodem die, beatorum Sergii et Bachii.* Lege *Bacchi* et vide VII Octobris.

HAGENOYEN. De Cleopha pluribus prosequitur historiam Evangelicam. In Firmino satis purus est ; item in Lupo. Tum : *Apud Carnotum, sancti* *De Solemne.* *Sollempnis episcopi. Hic homini a nativitate cæco, surdo, et muto, visum auditum et olfactum linguæ restituit. Clodovæum vero regem Francorum et sexingentos et sexaginta quatuor cum eo, unda sacri baptismatis,* etc. Sequitur de Herculano et Aunario cum textu, satis pure.

AQUICINCT. Pro *Rictiovaro*, habet, *Sebastiano ;* *De eodem.* et in fine de Solemne, ut supra.

AMBIANEN. *Ambianis civitate, natalis sancti Firmini martyris et primi episcopi civitatis ipsius.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Hoc die contractior est ; sic habet : *Cleophæ, discipuli Christi.* *Principii.* *Firmini episcopi et martyris. Principii episcopi Suessionensis, fratris beati Remigii episcopi.*

REGINÆ SUEC. signatus num. 130. Etiam ha- *Solemnis.* bet : *Item sancti Solennis episcopi.*

In VATICAN. signato num. 5949. Desunt postremæ duæ annuntiationes.

UGHELLIAN. Deest in hoc codice Aunarius, ut supra in ANTVERPIENSI et MAX-LUBECANO.

Ceolfridi. ALTEMPS. *In Glescovia, sancti Ceolfridi abbatis* *Faustæ.* *et confessoris. Item, sanctæ Faustæ virginis. Item,* *Solemnii.* *sancti Solennii.* Idem qui recte ab aliis *Solemnis.*

Solemnis. FLORENTIN. *Ipso die, sancti Solemnis episcopi.*

Georgiæ CAUDIACEN. *Magno-loco, sanctæ Georgiæ virginis.* Vide hunc eumdem codicem citatum XV Februarii, ubi hujus Georgiæ, translationem signat.

EDITIO LUBECO-COL. *In territorio Hierosolymitano, castello quod appellatur Emaus, natale sancti Cleophæ, qui fuit unus de septuaginta duobus disci-* *De Cleopha.* *pulis Christi, qui etiam in die resurrectionis Domini, cum alio discipulo in idem castellum ibat, quibus Dominus in via apparuit. Et quem tradunt ibidem et in eadem domo, in qua mensam præparaverat Domino, pro confessione ejus,* etc. *Colonia Agrippina, ordinatio sancti Cuniberti archiepiscopi* *Ordinationis Cuniberti.* *ejusdem civitatis et confessoris. In civitate Ambianensium, beati Firmini episcopi et martyris.* *De Firmino.* *Qui sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus et sub præside Rictiovaro, post varias tormentorum minas, nocte clam in carcere decollatus est, sicque martyrium complevit. Cujus corpus Faustinianus, ab eodem baptizatus, rapiens sepelivit, qui ob amorem et reverentiam sancti Martyris unicum filium suum quem habuit, Firminum appellavit. Qui tandem scientia et sanctitate proficiens, omnium Europæ ecclesiarum magister effectus, episcopus prædictæ ecclesiæ Ambianensis ordinatur.* In Lupo et Herculano fere pura est. De Solemne eadem habet quæ *Solemnis.* ULTRAJECTINUS et ALBERGENSIS, supra. Tum : *Antisiodoro, Sancti Amancii.* Voluit haud dubie scribere *Aunarii.*

GREVEN. *In Asia, sanctorum Eucarpi, Bardu-* *Eucarpi et soc.* *mani, et aliorum viginti sex. Suessionis, sancti Principii episcopi et confessoris, fratris beati Remi-* *Principii.* *gii. Zachariæ episcopi. In Hibernia, Barreæ epi-* *Zachariæ.* *Barreæ.* *scopi et confessoris. Germani abbatis et confessoris.* *Germani.* *Apud Coloniam Agrippinam, ordinatio episcopatus* *Ordinationis Cuniberti.* *sancti Cuniberti, ejusdem civitatis episcopi et confessoris. Item bonæ memoriæ Gerhardi confessoris Or-* *Gerhardi.* *dinis Minorum, viri devotissimi.*

MOLAN. *Item sancti Solennis episcopi et confesso-* *Solemnis.* *ris, castro Blesis. Eodem die, sancti Principii* *Principii.* *Suessionensis episcopi, fratris beati Remigii.* Quod ex HERINIENSI videtur desumptum. Editiones aliæ, sic habent : *Item Blesis, sancti Solennis epi-* *De Solemne.* *scopi. Hic hominem a nativitate cæcum et surdum osculatus est, et statim sanum reddidit. Hic etiam Carnotensium episcopus, Ludovicum regem cum trecentis septuaginta nobilibus sacro fonte regeneravit. Sicque Dei Sanctus, tres olimpiades gerens in episcopatu, migravit ad Dominum. Eodem die sancti Principii,* etc., ut in priori. *Cusantiæ, in territorio Bizuntino, depositio beati Hermenfredi, abbatis et con-* *Hermenfredi* *fessoris. In Glasconia, depositio sancti Ceolfridi ab-* *Ceolfridi.* *batis et confessoris.* Vide de utroque Castellanum.

VI *Kal.* *Die* 26.

Cypriani et Justinæ. Natalis sanctorum martyrum Cypriani episcopi et Justinæ virginis, quorum Justina, multa propter Christum perpessa, ipsum quoque Cyprianum, cum esset magus, et magicis suis eam dementare conaretur, convertit ad Christum, cum quo postea, jam episcopo et nobili doctore facto, martyrium sumpsit. Horum corpora postmodum a Christianis Romam delata sunt. Civitate Albano, *Senatoris* sancti Senatoris.

Puri sunt *Praten. Herimen. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Vides hic denuo inter puros codices recurrere Tornacensem, qui ab VIII Augusti ad hunc usque diem vacuus fuit, foliis aliquot aut decerptis aut saltem deperditis. De cetero codex ille, item Antverp-Maj. et Greven. scribunt *Cipriani*, melius reliqui, ut in textu. Antverp-Maj. Rosweyd.

weyd. et Molan. post *magicis suis* non male addunt *artibus*, verum ex codicibus aliis judico, non sic scripsisse Usuardum, qui forte melius cum Beda posuisset *magiis suis*. Pro *dementare* in Antverp-Majore est *temptare*. Idem, ante *Christianis*, omittit *a*. Ultimam annuntiationem sic format Rosweyd. *Civitate Albana, natale sancti Senatoris*. At utrovis modo scripseris, verum locum non facile designaveris. Munerat. in fine ei adjungit titulum *episcopi*.

Cypriani et Justinæ.

OBSERVATIO. Multa sunt, quæ implexam reddunt celeberrimorum alioqui martyrum nostrorum *Cypriani* et *Justinæ* historiam, ita ex Metaphraste a Lipomano, Surio aliisque editam, ut apertissime Cyprianum illum inclytissimum Carthaginensem antistitem cum hoc nostro, verosimilius Antiocheno, confundat; quod passim Gregorio Nazianzeno acceptum refertur. Ab ea confusione nonnihil recedit Eudociæ imperatricis laudatio; magis etiam vera, seu ut alii existimant, supposita ipsius Cypriani *Confessio*. Nec in martyrii tempore, nec in aliis pluribus circumstantiis satis conveniunt rerum gestarum scriptores, ut fatetur Baronius. Laudanda in hisce Tillemontii opera, qui, quæ verosimilia et probabilia sunt, operose digessit tomo 5 a pag. 329, suo tempore nonnulli usui futura. Jam ut ad textum nostrum accedamus, primum noto, in Hieronymianis apographis Cyprianum et Justinam omnino prætermissos. Romanum parvum sic eorum meminit: *Romæ, Cypriani episcopi, Antiochiæ passi, et cum martyre Justina Romam translati*. Martyrologus Viennensis longam quidem narrationem texuit, sed in qua Metaphrastæ confusio sic evitatur, ut tota Actorum ejus etiam a Surio editorum veritas non incommode salvari posse videatur. Verum Noster compendiosius Bedæ elogium a Rabano de more descriptum, hic sibi prælucere maluit, ex quo proinde eos desumpsit characteres de *episcopo et nobili doctore facto*, ut Carthaginensem Cyprianum plane, ni fallor, designari intelligamus; unde mirum videri non debet, si Romani Martyrologii reformatores eas notas expunctas voluerint. Id tamen prudenter cavit Usuardus, ne Justinam æque ac Cyprianum *sub Diocletiano multa propter Christum perpessos*, in fine, *sub Claudio principe martyrizavisse* assereret, quemadmodum in Beda et Rabano legitur. Quod autem ambo Antiochiæ et Nicomediæ adscribantur, inde factum dici oportet, quod primo loco inchoata passio, postremo consummata sit. Cetera ad proprium locum remittamus, addito hic solum metrico Wandelberti encomio:

Sexta martyr ovat Cyprianus, virgo beata
Quem Justina Dei fecit cognoscere regnum,
Artibus insanis tandem furiisque relictis.

Senatoris

Senator Albanensis seu *martyr*, seu *confessor*, et si ita vis, *episcopus*, multam Baronio et Florentinio conjectandi materiam præbuit. Nullis Martyrologis antiquis, præterquam Hieronymianis, notus videtur, in quibus ita lego: *Et in Albano, natalis sancti Senatoris*. Quæ ab aliquo Adoni subinde superaddita sunt, ut abunde testantur Mosandri astericus et Rosweydi appendix. Mihi vix dubium est, quin ex Hieronymianis a Nostro acceptus sit, relictis terminis æque dubiis, sic ut ubi *Albana* illa *civitas* seu *Albanum* quærendum sit, necdum inter auctores plane conveniat. Utrum satis feliciter contra aliorum opiniones ipsum *in Scotia* invenerit Castellanus, ut ejus notula ad Martyrologium universale indicat, postea videbitur. Interim sic posuisse Usuardum, ut in indiculo nostro habetur, certissimum est.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima purus, caret annuntiatione secunda, ut passim mutilus esse solet.

ANTVERP. MAX-LUBEC. BELIN. UGHELLIAN. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN et DANIC. In fine, textui puro subjungunt: *Romæ, sancti Eusebii episcopi et confessoris*. Ejus *depositio* in Hieronymianis signata reperitur, *via Appia, cœmeterio Calisti*, eo modo, quo confessores designari solent. Videatur Florentinius plures allegans, qui ei martyris laureolam asserant. Ceterum ex Hieronymianis transiit Eusebius in Bedæ et Adonis, imo et in Usuardi Auctaria, ut ex probatissimis nostris codicibus pro textu citatis manifestum est. De Eusebio Papa, vide inferius Auctaria Usuardina ad diem secundum Octobris. *Eusebii PP.*

Textus contractus.

CENTULEN. *Apud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum Cypriani episcopi et Justinæ virginis, qui passi sunt sub imperatore Dyocletiano. Civitate Albano sancti enathoris*. Ita quidem in eo codice legitur, sed apparent vestigia erasi *S* initialis, ut debeat legi *Senathoris*.

Theogniti cum Cypriano et Justina.

BRUXELLEN. *Natale sanctorum martyrum Cypriani episcopi, quondam magi, et Justinæ virginis et Theogniti. Quorum Justina, multa propter Christum perpessa, ipsum quoque Cyprianum, cum esset magus et suis magicis artibus eam dementare conaretur, et a Christi cultura pervertere, convertit ad Christum. Cum quo postea, jam episcopo et nobili Doctore facto, sub Diocletiano imperatore, simul martyrio coronantur, et ipsorum corpora postmodum*, etc. *Romæ, sancti Eusebii episcopi. Civitate Albana, sancti Senatoris.* *Eusebii.*

Longa historia de Cypriano et Justina.

HAGENOYEN. *Apud Antiochiam, sancti Cypriani episcopi et martyris, et Justinæ virginis et martyris. Hic Cyprianus prius erat incantator, et magus suis artibus multos dementabat. Nam ille puer existens septem annorum, a parentibus dyabulo consecratus est, et a carnibus, piscibus, vino et coitu abstinuit diu, ut dyabulo plus servire posset, et ut breviter concludam, omnia fecit mala, quæ excogitare potuit, ut demonibus plus placeret, et in quibusdam malis demones in malo superabat, et multis Christianis ipse erat causa peccati. Unde cum Justinam virginem ad suum consensum inclinare non posset, sed multis ad eam missis demonibus, unus eorum interrogatus ab eo, cur nil perficeret, ille respondit, quod Christus non sineret. Cui Cyprianus: Estne ergo Christus major nobis? Respondit demon: Major est omnibus creaturis. Sprevit ergo Cyprianus dyabulum et baptizatus est, et ipse postmodum miracula fecit, et post annum sacerdos ordinatus est. Et*

post

post XVI *annos, mortuo Anthonio Antiocheno episcopo, ipse episcopus ordinatus est, et multos ad fidem convertit, et fideles plurimum in fide confortavit; ac ipse Justinam in monasterio virginibus pluribus præfecit. Tunc ipse cum Justina comprehenditur et incarceratur. Deinde in eculeo suspenditur et ungulis ferreis laceratur. Dehinc alapis cæduntur et nervis crudis flagellantur: postea in sartaginem plenam pice, cera, et adipe succensam* (mittuntur;) *in qua Deum sine læsione laudabant. Tunc Eucolinus comes eos ad imperatorem Claudium in Nycomediam misit, qui fecit eos decollari, et horum Romam translata sunt corpora, deinde Placentiam. Civitate Albala, sancti Senatoris martyris. In Armenia majore, sanctæ Rispinæ, reginæ et virginis,* Ripsimes. *Quæ cum sprevisset connubia regis Armeniæ Thiridatii propter amorem Christi, cum pluribus aliis virginibus, inauditis tormentis est occisa.* Eusebii. Ripsimen indicat, de qua vide notulam Castellani et Romanum XXIX Septembris. De Eusebio, ut supra.

Ejusdem. AQUICINCT. In fine: *Romæ, sancti Eusebii.*

De Cypriano et Justina. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Justinæ et Cypriani martyrum, qui fuit magus primo, sed per sanctam Justinam virginem conversus fuit.* Additur in margine eadem manu: *Horum reliquiæ habentur in ecclesia sancti Joannis Trajectensis.*

In VATICAN. sign. num. 5949. Deest *Senatoris.* Adjicitur: *Romæ, sancti Eusebii episcopi et confessoris.* Eusebii. *Natale sancti Januarii presbyteri Antiocheni.* Januarii. Multos novi Januarios, sed quis hic sit Antiochenus presbyter, doceri cupio.

EDITIO LUBECO-COL. Præmittit annuntiationem satis miram, his verbis: *Apud Coloniam Agrippinam, in ecclesia sancti Maximini, inventio et translatio sancti Gorgonii episcopi et martyris et sociorum ejus. Qui Gorgonius fuit confessor regis et reginæ Hispaniæ et de collegio sanctarum undecim millium virginum.* De reliquiis Gorgonii. De Cypriano et Justina, post, *Doctore facto,* sic scribit: De Cypriano, Justina, *Martyrium sub Diocletiano imperatore, judice Eutellio sumpsit. Et cum jam hi duo martyres post multiplices pœnas jussu imperatoris ducerentur in Nicomediam civitatem, ut ibidem decollarentur, adjunxit se eis Christianus quidam, veniens de peregrinatione, nomine Theognitus, qui cum cervices sanctorum deoscularetur, cum ipsis pariter decollatus est.* et Theognito *Quorum corpora nocte tulerunt nautæ in navem suam, transferentes ea Romam. Civitate Albano, sancti Senatoris confessoris.* De Eusebio, ut supra. Eusebii

GREVEN. *Item apud Coloniam Agrippinam, in ecclesia sancti Maximini, inventio et elevatio sancti Gorgonii episcopi et martyris. Hic confessor fuit regis Hispaniæ et de societate undecim millium virginum.* Gorgonii elevationis. Ferme ut EDITIO LUBECO-COLONIENSIS, superius. *Romæ, Eusebii episcopi et confessoris.* Eusebii. *Arvernis, depositio sancti Apollinaris episcopi et confessoris.* Apollinaris *Translatio sancti Meynulphi diaconi.* Translationis Meynulphi.

MOLAN. *Romæ, sancti Eusebii episcopi et confessoris.* Eusebii. Deinde minoribus typis: *Eodem die, Amantii presbyteri et confessoris, de quo beatus Gregorius in Dialogis lib.* 3 *cap.* 35. Amantii. Vide notulam Castellani. Editiones posteriores de Eusebio habent, ut prior. Tum adjungunt: *Die vigesima sexta, transitus sancti Apostoli et Evangelistæ Joannis Theologi.* De Joanne Evangelista. Accepta est de more annuntiatio ex Græcorum Horologio seu Menologio contracto, de quo alibi diximus. Sed hæc et alia quæ a Græcis de Joanne Evangelista liberaliter circumferuntur, ad diem ejus in Ecclesia Latina natalem XXVIII Decembris remittenda sunt.

V *Kal.* *Die* 27.

Cosmæ et Damiani, Apud civitatem Egeam, natalis sanctorum martyrum Cosmæ et Damiani, qui sub persecutione Diocletiani, post multa tormenta, vincula et carceres, post mare et ignes, crucem, lapidationem et sagittas divinitus superatas, capite plectuntur. cum Anthimo et soc. Referuntur etiam passi in eorum collegio tres fratres germani eorumdem, id est Anthimus, Leontius et Euprepius. Eodem die, sanctorum fratrum Adulfi et Joannis, Adulfi et Joannis. qui apud Cordubam civitatem pro Christo coronati sunt. Castro Pseuduno, sancti Florentini, Florentini et Hilarii. qui una cum beato Hilario, post abscisionem linguæ, gladio jussus est feriri.

Ita *Praten. Antverp-Major. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Ægeam* invenio in apographo nostro Pratensi et Molano; at ceteri codices omnes scribunt simpliciter, ut est in textu. Nescio an Castellanus rem acu tangat, dum his præfert nomenclaturam aliam *Ægæ, Ægarum.* Pro *lapidationem,* posuit Molan. *lapidationes.* Pratensis et Antverp-Maj. videntur legere *Eoprepius,* in quo singulares sunt, sequimur reliquos. Ado prius scribit *Euprepius,* deinde *Eutropius.* In Greven. et Molan. superflua scrupulositate legitur *Adulphi,* de qua inflexione satis alibi diximus, sed in Antverp-Majore male habetur *Aldulfi.* Restat *Pseuduno,* sic omnino scribendum, ut habent optimi codices Praten. Herinien. Tornacen. Rosweyd. et Grevenus; non *Seuduno,* ut est in Antverp-Majore; neque *Seduno,* ut in Molano et aliis. Vide infra in Observatione.

OBSERVATIO. Florentinius in diffusa de sanctis Cosma et Damiano hac die annotatione, inter alia sic habet: *Vidit Baronius varia horum sanctorum martyrum Acta, erroribus et implicationibus referta,* qualia nempe apud Legendarios exstant, *quæ si quis tueri velit, alios Cosmam et Damianum constituere necesse habeat,* et quidem Romæ martyres, alibi confessores admittere, eosque non semel geminatos. Ita prorsus fecere Wangnerechius et Dehnius, ambo Societatis nostræ, ex veteribus, ut aiunt, Græciæ monumentis, in Syntagmate historico *de tribus sanctorum Anargyrorum, Cosmæ et Damiani*

miani nomine, paribus, edito Viennæ MDCLX, quo terna illa Græcorum distinctio, contra Latinorum confusionem acriter defenditur, in ea nimirum suppositione, qua illi alios Cosmam et Damianum I Julii, alios XVII Octobris, alios I Novembris aut diebus aliis recolunt. Viderat hæc pridem Baronius, sed rejecerat, nec scio equidem, an satis tuto digeri possint, tametsi Papebrochius in Ephemeridibus Græco-Moscis eo inclinari videatur. Ne quid tamen hic inconsulte definiam, ubi longo et maturo examine opus est, sola Martyrologiorum nostrorum auctoritate rem circumscribam. Sic loquuntur Hieronymiana : *Ad Acia civitate, natalis sanctorum Cosmæ et Damiani martyrum.* An recte locum *Ad Acia*, vel *Adacia* sive divisim sive conjunctim explicet Florentinius, tu statue, ego mendum existimo pro *Ægea* vel *Ægæa*, ut scribunt Beda et ex eo Rabanus, item auctor Romani parvi, Ado, Notkerus, etc. Hos inter Romanum parvum ita legit : *In Ægæa civitate, Cosmæ et Damiani, Anthimi, Leontii et Euprepii.* Multa ex Actis superaddidit Viennensis, quæ et ipsa trituratione indigent. Noster priorem elogii sui partem ex Beda descripsit, alteram ex Adone mutuatus. Hactenus consentiunt Martyrologi antiqui omnes, etiam Wandelbertus, qui, si Hieronymianos excipias, de solis Anargyris hodie meminerunt; nam Sancti a Mosandro adjecti, Adonis non sunt. Audiamus nunc Wandelbertum :

Quinto cum fratre excellit Cosma Damiano.
Antimus hos sequitur, Leontius, Euprepiusque,
Unum, Christe, tibi sertum qui morte dicarunt.

Florus hoc ipso die Timotheum retulit, ex Hieronymianis procul dubio acceptum, de quo vide supra ad XXII Januarii, etc. — *Martyres Cordubenses* pure Usuardini sunt, nec de iis quidquam ob- *Adulfi et Joannis.*
servandum video, præter id quod sæpius alibi dictum est, eos nempe ex Hispania allatos et a Nostro signatos, locum in sacris tabulis primum invenisse. Breve sed præclarum utriusque elogium exstat in Memoriali lib. 2 cap. 8 ultra medium, ubi Eulogius ipsorum, *instar siderum cœli, gesta micantia, ad emolumentum Ecclesiæ sanctæ et exemplum debitum, a sene et magistro* suo *atque illustrissimo doctore.... beatæ recordationis et memoriæ Speraindeo, stylo latiori composita* asserit. Hæc occasione matris eorum Artemiæ : porro ipsos denuo nominat Eulogius lib. 3 cap. 17, dum sororis Aureæ illustrem confessionem describit. Acta ipsa periisse credimus, eamque forte irreparabilem jacturam merito deplorat noster Martinus de Roa tomo de Martyribus Cordubensibus pag. 153. Si in hujusmodi monumentis perquirendis operam profuissent Scriptores illi, qui tot pseudochronica nobis obtruserunt, quam solidam toti genti, quam veram sibi laudem peperissent ! — *Florentinus* in Hie- *Florentini et Hilarii.*
ronymianis sic ultimo loco notatur : *In territorio Edue civitate, natalis sancti Florentini.* Hujus nomen a Mosandro cum asterisco refertur, Rosweydus in appendicem rejicit, et recte, ut in præfatione cap. 3 contra Mabilionem ostendimus. Ampliorem alicunde notitiam nactus fuerit Usuardus, dum locum pressius designat, et martyrii socium *Hilarium* exprimit, optime scribens *Pseuduno*, cujus loci nihil hodie superesse dicitur, præter vicum, quem Gallice vocat Castellanus *Semont* in Lugdunensi Gallia, non procul ab Arari ; unde perspicias, errare aliquos, qui *Castrum Sedunum* ad Rhodanum intelligunt, vulgo *Sion* vel *Sitten*. Colligas etiam, eam sententiarum varietatem argumento sufficienti non esse, ut hi martyres duplicentur apud Florentinium. Passos esse sub persecutione, seu mavis grassatione et depopulatione Wandalica, communior fert opinio Baronii, Florentinii et aliorum, a qua nescio cur recedat Castellanus in Martyrologio suo universali, apponens annum Christi CCLXIV. Utcumque tamen ea se habeant, satis hic fuerit simplicem et germanam Usuardi phrasim repræsentasse.

AUCTARIA.

Translationis Gibriani. HERINIEN. Propriam appendicem habet : *Ipso die, translatio sancti Gibriani confessoris.* Vide Auctaria VIII Maii, ubi ex eodem codice Gibriani depositionem retulimus, in S. Remigii quiescentis.

TORNACEN. In prima commemoratione purus, a duabus ultimis elogia rescindit.

ROSWEYD. Textui integro in fine subjicit :
Fidentii et Terentii. *Item Fidentii et Terentii martyrum.* Vide martyrologium Romanum.

PULSANEN. In prima etiam purus est, sed caret reliquis omnibus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. et LOVANIEN. Sic primam enuntiant : *Apud civitatem*
De Cosma et Damiano. *Egeam, natale sanctorum martyrum Cosmæ et Damiani, qui sub persecutione Diocletiani, post multa tormenta, vincula et carceres in mare mersi, divina virtute educti, igni copioso impositi, sed frigente igne illæsi, cum superiores tormentis existerent, paratis crucibus proconsul impius eos suspendi et lapidibus jussit urgeri. Hinc sagittis aggredi, tandem gladio præcepit absumi. Referuntur*, etc., pure.

Cerauni. MUNERAT. In fine : *Eodem die, sancti Cerauni confessoris et episcopi Parisiorum civitatis.* Vide Castellanum in Martyrologio universali.

ULTRAJECT. LEYDEN. et DANIC. Conveniunt cum ANTVERP. etc.; sed in fine adjiciunt : *Methis civitate, depositio sancti Petri episcopi et confessoris.* *Petri.*
In DANIC. ad marginem additur : *Sancti Elzearii* *Elzearii.*
confessoris festum solemne. Nempe quod codex fuerit ad usum PP. Franciscanorum.

ALBERGEN. Præterea adjungit : *Ipso die, san-* *Elzearii.*
cti Elyasii confessoris, pro *Elzearii.*

CENTULEN. *Apud Egeam, passio sanctorum Co-* *Textus contractus.*
smæ et Damiani martyrum, cum quibus sunt passi tres eorum fratres Antimus, Leontius, Euprepius. Eodem die, sanctorum fratrum Adulfi et Iohannis, qui apud Cordubam civitatem pro Christo coronati sunt. In territorio Augustodunensi, sanctorum martyrum Florentii et Hilarii.

BRUXELLEN. In prima fere similis est ANTVERPIENSI, etc. In secunda et tertia, satis purus. Addit etiam in fine : *Mettis civitate, depositio sancti* *Petri.*
Petri episcopi et confessoris.

HAGENOYEN. In Cosma et Damiano interpolatus subjungit : *In Armenia, sancte Gaianæ viduæ,* *Gaianæ, etc.*

et alterius

Translationis Virgilii. *Elzearii* *Petri.*

et alterius virginis. Vide Castellanum, qui duas virgines addit. In duabus postremis annuntiationibus, satis purus est. Tum : *Item translatio Virgilii Saltzburgensis, episcopi et confessoris.* Colitur XXVII Novembris. *In die Cosmi et Damiani, sancti Elsearii comitis Arriani et confessoris, per Urbanum Papam quintum noviter canonizati.* De Petro Metensi, ut supra.

Fidentii, etc. *Liobæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Cosmæ et Damiani martyrum. Florentini et Hilarii martyrum. Fidentii et Terentii martyrum. Liobæ virginis. Anthimi, Leontii et Euprepii.* Notatur in margine, quod *Lioba in Martyrologio Romano* habeatur *die sequenti*, quod verum est.

Geremari.

AUGENS. *Flaviaco, sancti Geremari confessoris atque abbatis.* Et hæc ponuntur primo loco. De eo supra actum est non semel. Vide ad diem XXIV Septembris.

Timothei.

In VATICAN. num. 5949. Desunt annuntiationes duæ ultimæ. Adjicitur : *In Epheso, sancti Timothei.* Vide Observationes.

Aderiti.

FLORENTIN. *Ravennæ, sancti Adenti* (Aderiti) *archiepiscopi et confessoris.*

Elzearii.

Tum STROZZIAN. *Sancti Eleazarii confessoris, de tertio Ordine S. Francisci.*

Firmini.

JURENSIS. *In civitate Ambianensi, beati Firmini episcopi* etc. Vide superius, XXV hujus.

DIVIONEN. *In territorio Augustidunensi, passio sanctorum martyrum Florentini et Hilarii.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. Verbis proxime citatis veram ipsam positionem, seu locum interserit, *castro Pseuduno*, ut est in textu.

Exilii Joannis. *De Cosma et Damiano.* *De Florentino et Hilario.* *Petri* *Elzearii*

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Ephesum, missio in exilium beati Iohannis Evangelistæ, una cum sancto Procoro diacono, sub Domiciano imperatore. Apud civitatem Egeam in Arabia provincia, natale sanctorum martyrum Cosmæ et Damiani fratrum, medicorum. Qui sub persecutione Diocletiani imperatoris a præside Lysia, post multa tormenta*, etc., ut supra in ANTVERPIENSI et aliis. De Cordubensibus, satis pure. Tum : *In territorio Augustudino, castro Seuduno, natale sanctorum Florentini et Hilarii, qui præcipiente Croco Wandalorum rege, post dentium excussionem ac linguarum extractionem, gladio perempti sunt.* De Petro episcopo Metensi, ut supra. *Eodem die, sancti Elsiarii comitis et confessoris, de tertia regula sancti Francisci confessoris.*

Elzearii

BELIN. De Cosma et Damiano, eadem habet quæ ANTVERPIENSIS, etc., supra. Cetera purus est in postremis annuntiationibus, nisi quod in prima editione pro *Florentini*, scribat *Florentii*. In fine autem adjicitur : *Eodem die, sancti Elsearii confessoris, de tertio Ordine sancti patris Francisci.*

Exilii Joannis. *Eleutherii et soc.* *Fidentii, etc.* *Translationis Stanislai.* *Petri.* *Elzearii.* *Ketilli.* *Theodotæ.*

GREVEN. *Missio in exilium, beati Iohannis Evangelistæ, una cum sancto Procoro diacono, sub Domiciano imperatore. Item, sanctorum Eleutherii, Andronici, Timothei, Fidentii et Terentii martyrum. Feliciani et Benedicti martyrum. Translatio beati Stanislai episcopi et martyris. Methis, depositio sancti Petri episcopi et confessoris. Eodem die, Elsiarii comitis et confessoris, de tertia regula beati Francisci. In Dacia, dormitio sancti Ketilli confessoris, regularis Præpositi ecclesiæ Wiburgensis. Theodotæ matronæ, matris sanctorum Cosmæ et Damiani. Apud Coloniam Agrippinam, dedicatio majoris ecclesiæ sancti Petri Apostoli.*

De Cosma et Damiano. *Elzearii.* *Ceranni.* *Hiltrudis.* *Ketilli.* *Callistrati.*

MOLAN. De Cosma et Damiano, post *Euprepius*, aliis litteris ex Adone textui inserit : *Quorum corpora religiosi viri sepelierunt in loco venerabili, non longe a civitate Ægea. Duorum autem fratrum Cosmæ et Damiani memoria* (Romæ) *etiam, templo præclaro opere, nomini eorum ædificato, solenniter agitur.* In fine autem : *Parisiis, eodem die, sancti Eleazarii confessoris, de tertio Ordine sancti patris Francisci. Eodem die, sancti Cerauni confessoris et episcopi Parisiorum civitatis. Civitate Sagiensi, dedicatio basilicæ præfatæ urbis, per diœcesim ubilibet celebranda. Natale sanctæ Hiltrudis virginis, quæ amore Christi sponsum in terris fugiens, ei quem elegerat, viriliter adhæsit bonumque propositum laudabili fine conclusit.* Dein minoribus typis : *Cujus corpus quiescit in Hannonia, monasterio Lætus.* De Ketillo habet, ut GREVEN. Posteriores editiones de Cosma et Damiano solum inserunt : *Pecuniæ abstinentia et miraculis clari.* In fine de Elzeario et Ceranno, ut in priori. Tum : *Lætiis, natale sanctæ Hiltrudis virginis, quæ amore Christi*, etc. *Die vigesima septima, sancti martyris Callistrati et sociorum ejus. Civitate Sagiensi, dedicatio basilicæ*, etc.

IV *Kal.* *Die* 28.

Exuperii *Stactei.* *Salonis.*

Apud Tolosam, sancti Exuperii episcopi et confessoris, qui beatus vir, quantum sibi extiterit parcus, quantumque aliis largus, sanctus Hieronimus memorabili prosecutus est relatu. Romæ, natalis sancti Stactei. Civitate Januis, sancti Salonis episcopi et confessoris.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Majore, Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In minutiis hæret. Herinien. habet, *extiterit sibi.* Tornacensis post *Romæ*, omittit *natalis.* Antverp-Maj. legit *Stractei;* Max-Lubec. *Stracteti;* Munerat. et Greven. *Tactei.* Antverp. et Max-Lubec. pro *Salonis*, scribunt *Salomonis;* Molan. *Saloni.* De *Tholosam, Hieronimus, Jeronimus*, etc., aliquid notare, operæ pretium non est.

OBSERVATIO. Solitos ductores suos Romanum parvum et Adonem hodie Noster deseruit; nam cum illi, sequente Notkero, solos referunt martyres Cordubenses *Faustum, Januarium* et *Martialem*, de quibus etiam agit Wandelbertus, hos Usuardus distulit ad XIII Octobris : utrum quod in Hispaniis de proprio eorum cultus tunc temporis die, certiorem notitiam adeptus sit, alibi expendemus. Beda hac die plane vacat. Supersunt itaque soli codices Hieronymiani, ex quibus messem

Noster

Noster colligere potuerit. Neque tamen ex illis accepit *Exuperium* Tolosanum, omnibus Martyrologis præteritum. Nihil verosimilius est, quam quod Usuardus in ipsis Hieronymi operibus repererit, quæ de sanctissimo præsule in laterculo prædicat. Plura de hoc Sancto in sua ad Martyrologium Romanum Notatione observat Baronius; at vitæ seriem accuratius digessit Catellus in commentariis ad historiam Occitaniæ lib. 5, a pag. 827, apud quem invenies, unde extracta sint, quæ hic in Sancti laudem ex Hieronymo recitantur, cum pluribus aliis eodem spectantibus. Vide etiam testimonia a Surio collecta. — *Stactei* cum Nostro meminit Rabanus. Uterque eodem modo scribit, uterque ex Hieronymianis eum desumpsit, in quibus varie efformatum nomen *Stactæ*, et in vetustissimo Epternacensi repetitum *Stertei* et *Stactei*, ansam Florentinio dedit suspicandi, *diversos esse martyres*, et *Sterteum deficere* in pluribus codicibus. Disputat etiam de eorum officio et titulo; verum, ni fallor, unus idemque est *Sterteus* et *Stacteus*, non confessor aut episcopus, sed martyr Romanus, solo ferme nomine notus, et pro majori parte Fuldam translatus, ut in beati Rabani vita, IV Februarii illustrata, pag. 517 indicat Henschenius. — *Salo, Salon Salonus* vel *Salonius*, fatente Florentinio, notatur in pluribus apographis Hieronymianis, quidquid ab ipso tamquam adjectitius, alio charactere exprimatur his verbis: *Civitate Genua in Gallia, depositio sancti Saloni episcopi*. Eadem verba transcripsit Rabanus, sed editor Canisius ad oram libri posuit *Salomonis*, haud dubie ex hodierno Romano. Noster forte pridem difficultatem subodoratus, rescissa voce *Gallia*, scripsit *Januis*. Baronius nullum Genuæ Salonem inveniens, ex Belino aliisque recentioribus *Salomonem* substituit. Vides intricatum negotium, cui solvendo hanc notam Martyrologio suo universali attexuit Castellanus, remisso asterisco ad *Salomonis*: *Hoc est*, inquit, *secundum antiqua Martyrologia, Genevæ, sancti Saloni, verosimiliter primi ejus nominis* (episcopi) *in catalogis prætermissi, qui cum patre suo sancto Eucherio subscripsit Concilio I Arausicano; atque hic potius intelligendus quam secundus, qui Concilio* IV *Parisiensi subscripsit, cum altero Salono episcopo Ebredunensi.* Favet eruditæ conjecturæ Hieronymianorum et Rabani recitata lectio: *Civitate Genua, in Gallia*, quibus verbis mea quidem sententia satis clare excludi videtur celebris Genua Ligurum, apud medii ævi scriptores *Janua* potius vel *Januis*, quam Genua dicta, certe in antiquis nostris Martyrologiis numquam, quod ego saltem sciam, nominata. Raro etiam occurrit Geneva, sed hanc tantisper hoc loco intelligendam supponemus, donec in Actis res elucidetur. Longiuscule ab instituto digressi videri possumus, cum interim super Usuardina puritate nihil magnopere dubii occurrat.

Exuperii. — Stactei. — Salonis.

AUCTARIA.

Wenceslai. — Martialis et soc. 33.

ROSWEYD. In textu non omnino purus, in fine adjicit: *In Boemia, sancti Wenizlai martyris. Item Martialis et aliorum* XXXIII *martyrum.* In Hieronymianis nominatim exprimuntur socii quindecim cum viginti anonymis.

PULSANEN. In prima et secunda fere purus, omittit tertiam, frequenti defectu.

Wenceslai.

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. Post textum, addunt: *Apud Pragam civitatem Boemiæ, sancti Wenzelai* vel *Wenceszlai, ducis et martyris. Qui valde in Christi religione devotus extitit, adeo ut oblitus dignitatis sui primatus, tempore messis et vindemiæ ipse meteret et vindemiaret quod in sacrificales hostias sacerdotum manibus offerretur.* Notandum in solo LOVANIENSI, scribi *Salonis*, in aliis *Salomonis*.

Elzearii.

ULTRAJECT. et LEYDEN. Recte habent *Salonis*. In Wenceslao cum præcedentibus conveniunt, sed præterea in fine adjiciunt: *Eodem die, depositio sancti Elearii* (pro *Elzearii) confessoris, de Ordine tertiæ regulæ beati Francisci.* Vide quæ non semel dicta sunt die præcedenti.

Fausti, etc. — Alodi. — Salomonis.

CENTULEN. *In Hispaniis civitate Corduba, sanctorum Fausti, Januarii et Martialis.* Jam dixi in Observatione, dilatos ab Usuardo ad XIII Octobris, ubi et Wandelberti geminata encomia metrica invenies. *Romæ, natalis sancti Stactei. Antisiodoro, sancti Alogii* (Hieronymiana et Rabanus scribunt *Alodi) episcopi et confessoris, qui fuit ex discipulis sancti Germani. Civitate Januis, sancti Salomonis martyris.*

De Fausto, etc. — De Wenceslao. — Enemundi.

BRUXELLEN. Incipit ex Adone: *In Corduba, natale sanctorum Fausti, Januarii et Martialis. Qui post eculeum, rasis superciliis, et auribus et naribus præcisis, dentibusque superioribus evulsis deturpati, ad ultimum in igne consumpti sunt.* Sequitur de Stacteo, pure. Tum: *Apud Pragam civitatem Bohemiæ, natale sancti Wenceslai ducis et martyris. Qui in Christi religione adeo extitit devotus, ut ipse personaliter meteret et vindemiaret, quod Deo in sacrificales hostias sacerdotum manibus offerretur. Lugduno, Auremundi martyris.* Melius *Enemundi*, vel *Annemundi*, Gallice *Chaumond*, de quo vide Castellanum. In fine, de Exuperio et Salone, ut est in textu.

De Wenceslao. — Liobæ. — Eustochii. — Fausti, etc. — Martialis.

HAGENOYEN. In Exuperii elogio mutata nonnulla et procul transposita sunt. De Wenceslao habet ut supra usque ad *offerretur*, sed adjungit: *Et etiam ligna in silvis suis propriis ejus manibus succideret, quæ in dorso suo ante januas pauperis ponebat, qui aliter ligna habere non poterat. Qui quandoque a servis suis ligna custodientibus graviter percutiebatur, nec tamen desistebat. Hic tandem a fratre proprio, ut dominium suum possideret, occidebatur.* In Stracteo purus est. Pro *Salonis*, scribit *Salomonis*. Tum: *Item Liobæ virginis.* De qua videndus Rabanus, et quæ ex ipso dabit MOLANUS infra; item vita apud Surium. *Item sanctæ Eustochiæ virginis a sancto Jeronymo* (puto velle dicere *informatæ* vel *institutæ*.) Vide notulam Castellani. *Civitate Corduba, sanctorum Fausti, Januarii et Marcelliani. Item Martialis episcopi et confessoris.* Vide superius Auctarium primum.

Ejusdem.

AQUICINCT. Ante memoriam sancti Stactei interserit: *Eodem die, sancti Martialis episcopi et confessoris.* Puto *martyrem* esse, de quo supra.

Wenceslai.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Wenceslai martyris, ducis Bohemiæ. Exuperii episcopi et confessoris, de quo scribit Jeronymus.*

Fausti, etc.

In VATICAN. num. 5949. Deest textus, cujus loco substituuntur: *In Hispaniis civitate Corduba natalis sanctorum martyrum Fausti, Januarii et Martialis.*

Wenceslai. *Martialis. In civitate Praga, sancti Wenceslai regis et martyris.* Habes hic in codicibus varia ejus elogia; vide brevius et elegantius in Martyrologio Romano.

Fausti, etc. Forsei. FLORENTIN. *In Hispaniis civitate Corduba, sanctorum martyrum Fausti, Januarii et Martialis. Item sancti Forsei episcopi et confessoris, cujus historiam venerabilis Beda scripsit.* Nomen corruptum videtur, an forte de *Furseo* agitur, quem Beda celebrat? Sed hic colitur XVI Januarii, solo *Confessoris* titulo. Vide GREVENUM.

De Wenceslao. EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Wenceslao, de quo etiam cum superioribus convenit usque ad *offerretur*, quibus subdit : *Quem Boeslaus frater suus, advocatis servis suis et sociis, pariter gladiis et lanceis confoderunt, et tali passione eum martyrem Christi effecerunt ; sanguis autem martyris Christi effusus, quasi contra fratricidam clamans de terra ad Dominum, a loco passionis suæ per multa annorum curricula nec abradi potuit nec abstergi.* De Cordubensibus legit, ut BRUXELLENSIS supra. Stactei confessoris. Sequitur de Exuperio, pure. *Romæ, natale sancti Stactei confessoris.* Pro *Salonis*, scribit *Salomonis*. Alodii. In fine : *Antisiodoro, depositio sancti Alodii episcopi et confessoris.*

Wenceslai. BELIN. In Exuperio fere purus, secundo loco habet : *Eodem die, sancti Venceslai martyris, regis Boemiorum, sanctitate et miraculis gloriosus* (gloriosi.) In Stacteo ferme purus, pro *Salonis* Fausti et soc. scribit *Salomonis*. Demum : *Civitate Corduba, sanctorum martyrum Faustini, Januarii et Marcialis.*

Festi de Angelo custode. Terentiani. GREVEN. *Festum de proprio angelo hic quidam servant. Terentiani episcopi et martyris. Apud Pragam Bohemiæ, sancti Wenceslai ducis et martyris,* De Wenceslao. *qui tempore Ottonis I, cum patri in principatu successisset, in Christianam religionem adeo devotum se gessit, ut oblitus dignitatis suæ, privatim tempore messis et vindemiæ, meteret et vindemiaret quod in sacrificio Christi, sacerdotum manibus offerretur. Cumque magnis polleret virtutibus, a fratre suo Boezlao gentili innocenter occisus, martyrii palmam adeptus est. Apud Asiam, Maximi martyris. Qui* Maximi. *jussu Decii imperatoris fustibus cæsus in equuleum levatus est atque ita ungulis attrectus, ut carnes ejus una cum sanguine in terram diffluerent. Ad extremum vero lapidibus obrutus, gloriose occubuit. Item secundum Adonem hic, Fausti, Januarii et Mar-* Fausti, etc. *cialis, quos Usuardus habet* III *Idus Octobris. Anti-* Allodii. *siodoro, sancti Allodii episcopi. Marnulphi episcopi.* Marnulph. *Aaron episcopi. Forsei episcopi. Justini presbyteri.* Aaronis. Forsei. Justini. *Eodem die, sanctorum Convalli et Maucharii presbyterorum et confessorum. Eodem die, Eustochii* Convalli, etc. Eustochii. *virginis, filiæ sanctæ Paulæ viduæ. Hanc in quanta veneratione habuerit divus Hieronymus, testantur frequentes ad ipsam matremque ejus epistolæ : item et illud quod eam virginitatis et ecclesiæ pretiosum monile vocat. In Britannia, sanctæ Teclæ abbatissæ.* Teclæ. *Monasterio Fuldensi, sanctæ Liobæ virginis.* Vide Liobæ. notam Castellani, ubi pro *Lioba*, scribit *Leobgytha*, aitque proprium nomen fuisse *Truthgebe*.

MOLAN. De Cordubensibus Adonem etiam ferme describit. Sequitur ex Rabano : *In Germania, sanctæ Liobæ virginis, quæ de Britannia insula a* De Lioba. *sancto Bonifacio archiepiscopo Moguntiacensis ecclesiæ advocata, ut famulas Dei in monasteriis Germaniæ divinis scripturis instrueret ; ubi non solum multa miracula vivens fecit, imo post obitum in Buchonia sylva, in monasterio Fulda juxta decretum sancti Bonifacii sepulta, non paucis miraculis claret. Eodem die, sancti Wenceslai martyris, regis Bohe-* De Wenceslao. *morum, sanctitate et miraculis gloriosi. Qui valde in Christi religione devotus,* etc., ut ANTVERP-MAX. supra. De Eustochio describit typis minoribus De Eustochio. verba GREVENI, post *vocat*, adjiciens : *In matris suæ epitaphio; ubi et obsequia ejus erga matrem ægrotam enarrat.* Editiones aliæ, de Wenceslao habent, ut supra. Tum : *Antisiodoro, depositio S. Alodii episcopi.* Sequitur de Lioba, fere ut supra. In Alodii. fine : *Die vigesima octava, sancti patris et confessoris Charitonis.* Vide Martyrologium Castellani. Charitonis.

III *Kal.* *Die* 29.

Michaelis archangeli. Eutici et soc. Fraterni. In monte Gargano, venerabilis memoria beati archangeli Michaelis, ubi ipsius consecrata nomine habetur ecclesia, vili facta scemate, sed cælesti prædicta virtute. In Thracia, natalis sanctorum Eutici, Plauti et Eracleæ. Autisiodoro, sancti Fraterni episcopi et confessoris.

Ita codices fere omnes : *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultrajectin. Leyden. Lovanien.* et *Albergen.*

VARIA LECTIO. Pulsanen. Munerat. et Belin. legunt *Michaelis archangeli.* Rosweyd. *Festivitas sancti Michaelis*, etc. *Scemate* habent omnes, excepto Molano, qui melius *schemate*. Ast in ea constructione nonnulla occurrit variatio. En verba Antverp-Majoris : *Ubi in ipsius nomine constat ecclesia consecrata, vili quidem cemate facta, sed cælesti virtute prædita* ; Rosweyd. *sed cælesti constat prædita virtute basilica ;* Belin. *vili quidem facta :* Antverp. et Max-Lubec, *prædita cælesti virtute.* Lectio nostra sincera et Adoniana est. De *Tracia* satis diximus alibi. Pulsanen. solus substituit : *In Africa. Eutici* scribunt omnes, solus Antverp-Maj. *Euticii.* Codices recentiores ponunt *Plati*, cum Antverp. et Max-Lubec. In Munerato est *Plâti*, in Belino *Paulati.* In paucis invenio *Heracleæ.* Mendose Greven. et Molan. *Eracletæ* ; sed hic in posterioribus editionibus emendavit, *Heracleæ.* De *Authisiodoro, Antisyodoro*, etc., vide supra. Antverp-Maj. male pro *Fraterni*, supposuit *Firmini.*

Michaelis archangeli. OBSERVATIO. Præcipuas tres easque celebriores archangeli Michaelis apparitiones a scriptoribus enumeratas invenio. De prima, quæ in Asiatica regione Chonensi accidit, multa apud Metaphrastem commemorat Pantaleon, editus a Surio. Secunda ordine temporis, sed multiplex fuit, ad montem Garganum. Exstat etiam relatio de Normannica, in monte *Tumba*, alias in *periculo maris*,

de qua

de qua videndus Mabilio sec. 3 Benedict. parte 1 a pag. 84. De hac expressius in accessionibus Usuardinis agitur XVI Octobris. Quæ autem hac die memoria in Martyrologiis recolitur, ea potissimum spectare videtur Dedicationem ejus templi, quod in præfato monte Gargano famosissimum est. Ita ferme loquuntur Hieronymiana : *Dedicatio basilicæ sancti Michaelis*, ut in Epternacensi vetustissimo; vel ut in Corbeiensi : *Dedicatio basilicæ archangeli Michaelis, in monte, qui dicitur Garganus.* Beda priori similior : *Dedicatio ecclesiæ sancti angeli Michaelis*; addit Rabanus : *in monte Gargano.* Concinit Wandelbertus :

Æthereа virtute potens, princepsque supernæ
Militiæ Michael terno sibi templa sacravit.

Hæc omnia de dedicatione in monte Gargano accipienda esse, manifestum puto; eoque itidem referenda, quæ in Kalendariis per Allatium et Frontonem, ac Sacramentario Gregorii per Menardum editis, de dedicatione habentur, uti et in aliis veteribus monumentis a Florentinio recitatis. Aliam sibi propriam semitam ingredi videtur auctor Romani parvi, duobus articulis rem explicans. Primo quidem : *In monte Gargano, venerabilis memoria archangeli Michaelis.* Sed quæ ea memoria sit, an *apparitionis*, an *dedicationis*, in dubio relinquitur. Sequitur vero : *Et Romæ, dedicatio ecclesiæ ejusdem archangeli, a beato Bonifacio Papa constructæ in Circo, qui locus* INTER NUBES *dicitur.* Ado *memoriam* illam in monte Gargano describit ipsissimis verbis, quæ ex ipso ad apicem Noster transumpsit, quibus jam dictam *dedicationem* satis aperte et præcise enuntiari non video. Hinc motum opinor Baronium, ad phrasim ita restringendam, ut *consecrationis* solennitatem, tamquam hoc ipso die factam, paulo clarius indigitaret. Habes in Adone longiorem Garganensis historiæ seriem, suo tempore illustrandam, ubi in fine ex Romano parvo attexitur dedicatio Romanæ ecclesiæ *inter nubes* sitæ, de qua videsis Notationem Baronii. Historiam ipsam cum sana Chronologia conciliare conatur Florentinius, et nos alibi operam conferemus. Ceterum verbo notasse juverit, hodiernam celebritatem, ita ab universali ecclesia Catholica recoli, ut non Michaelis solius, sed Angelorum omnium esse censeatur. — Sequens classis *martyrum in Thracia*, ambagibus et nebulis a Florentinio obnoxia merito dicitur, quia in Hieronymianis apographis et martyrum et locorum nomina ita confusa sunt, ut non facile alia ab aliis discreveris. Interim ex eodem fonte hauserunt Rabanus et Noster; at purum non fuisse, ostendit utriusque discrepantia, cum prior ita scribat : *In Thracia civitate Eraclea, natale Euticii, Plauti.* Multa alia expendit Florentinius. Verum utut ea sint, lectio nostra ex omnibus codicibus vere Usuardina est, eamque in Romano moderno secutus est Baronius. *Eutici et soc.* — *Fraterni, Autissiodorensis episcopi depositio* signatur in Hieronymianis, ex quibus eum denuo totidem verbis accepit Rabanus ; Noster addidit *confessoris*, quo spectat in Hieronymianis *depositio.* Ab aliis *martyr* dicitur et signanter in episcoporum Autissiodorensium catalogo apud Democharem, et in alio apud nos manuscripto. Castellanus martyris titulum videtur eripere, eumque nescio ob quam causam ad IX Julii retrahendum putat. An ab Adone notatus sit, dubium videtur, sed Usuardi simplicitas, secundum omnes tabulæ nostræ partes, extra conversiam posita est. Tillemontius tomo 15 pag. 26 de Fraterno pauca suggerit, neque in notis pag. 838 et 839 quidquam affertur, quod ad illustrandam ejus vitam multum conferre possit. *Fraterni.*

AUCTARIA.

Lincwini. DANIC. Textui satis puro in fine subjungit : *Treveris, sancti Lincwini episcopi.* Nomen diversimode formatur, ut patebit inferius ; an ceteris palmam præripiat Castellanus, dum *Ludovini* scribit, alibi ex professo erit examinandum.

Michaelis in Gargano, CENTULEN. *In monte Gargano, venerabilis memoria beati Michaelis archangeli, ubi ipsius consecrata ab eodem archangelo habetur ecclesia, vili facta scemate, sed cœlesti prædita virtute. Item Romæ,* *Romæ, etc.* *dedicatio oratorii sancti Michaelis archangeli, quod Pontifex Bonifacius dedicavit in summitate circi, miro opere altissime porrectum. Antisiodoro, passio Fraterni episcopi et martyris. In Tracia, sanctorum* *Lucii, etc.* *Lucii, Plauti et Eracleæ.*

BRUXELLEN. *Venerabilis memoria beati archangeli Michaelis, patroni hujus ecclesiæ ; ac in monte Gargano, dedicatio ecclesiæ, quæ ibi ipsius nomine consecrata habetur, vili quidem scemate,* etc. Nomina martyrum in Thracia nonnihil luxata sunt. Sequitur : *Treveris in monasterio Medeloco, depositio sancti Lindemini archiepiscopi et confessoris.* *Lindemini.* In Fraterno satis purus est.

HAGENOYEN. Post textum de archangelo Michaele satis pure relatum, subjungit : *Hac etiam placuit die sanctæ matri Ecclesiæ, ut omnium sanctorum angelorum memoria solempniter agatur, quia* *De omnibus angelis* *unusquisque hominum creditur unum angelum habere sibi a Deo deputatum ad custodiam. Apud Carnotum, natale sancti Sollempnis episcopi et confessoris.* *Solemnis.* *Hic homini, a nativitate cæco, surdo et muto, orando visum, auditum et loquelam restituit. Clodoveum quoque regem Francorum et secum trecentos et sexaginta quatuor, unda baptismatis initiavit; quem postea Remigius Remorum episcopus in regem consecravit.* De eo supra actum est in Auctariis XXIV et XXV Septembris; historia fusius alibi examinabitur. *In Tracia, natale sanctorum martyrum Eutici, Plati et Eracliæ.* De Fraterno, satis pure. In fine : *Treveris, sancti Lyntwini episcopi et confessoris.* *Lyntwini.*

REG. SUEC. qui fuit Ursini à Rosemberg. *Treveris, sancti Lintwini episcopi et confessoris.* *Lintwini* Diversa sæpe ejusdem nominis formatio. Vide quæ diximus ad DANICUM, supra.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Michaelis archangeli. Lutwini episcopi Treverensis.* *Lutwini* *Eutici et sociorum ejus martyrum. Fraterni episcopi et confessoris.* De quo in Observatione.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Fraterni.*

EDITIO LUBECO-COL. De Michaele post textum usque ad *virtute*, adjungit : *In quo tamen omnium* *De angelis* *angelorum solemnitatem agimus et omnes adoramus et honoramus. In Thracia, natale sanctorum Eutici, Pluti et Eracleæ martyrum. In monasterio Melacensi, juxta Treverim, depositio sancti Lutwini* *Lutwini* *episcopi Treverensis et confessoris. Qui primo fuit*

dux in Francia et monasterium ibidem construens, monachus factus est ; deinde Treverensis archiepiscopus fit, multis clarens miraculis, et postmodum in *De Fraterno.* *Domino quievit. Autisiodoro, sancti Fraterni episcopi, quem tradunt eodem die interemptum, quo* *Ursionis* *episcopum ordinatum. Trecas, beati Ursionis mona-* *Blandini.* *chi et confessoris. Eodem die, sancti Blandini confessoris.*

Placidi, etc. GREVEN. *Item sanctorum Placidi, Sosii. Aqui-* *Aquilini.* *lini episcopi. Treveris, sancti Ludwini episcopi et* *Ludwini* *confessoris. Item secundum Cathalogum hic, depo-* *Maximi.* *sitio sancti Maximi Regensis episcopi, quem Usuardus habet in* V *Kalend. Decembris. Apud Indiam,* *Josaphat.* *sancti Josaphat, regis et confessoris; cujus ortum, conversionem et gesta præclara Vincentius in Spe-* *Blandi.* *culo, lib.* 16 *ad longum prosequitur. Blandi confes-* *Ursionis.* *soris. Trecas, Ursionis monachi et confessoris.*

De Michaele archangelo. MOLAN. De Michaele, post *virtute*, textui ex Adone interserit : *Vertice siquidem montis excelsi posita, de corpore ejusdem saxi speluncæ ad instar præcavata ostenditur. Romano itaque Pontifice et Sipontino episcopo, de consecratione loci ipsius quærentibus, ac propterea triduanum jejunium cum civibus celebrantibus, nocte jejunii suprema, sanctus Michael episcopo Sipontino per visionem apparens, monuit, ut intrarent ecclesiam, quam ipse dedicavit, et Missas ibi juxta morem agerent. Innumera quoque ibi præstantur beneficia per sanctorum archangelorum merita.* Sequitur pars reliqua textus. In fine : *Eodem die, in Mediolacensi monasterio, juxta Treverim, natale sancti Loutwini, archiepiscopi et* *Loutwini.* *confessoris ejusdem antedictæ civitatis. Ipso die, in-* *Inventionis Gisleni.* *ventio corporis sancti Gisleni episcopi et confessoris. Trecas, beati Ursionis monachi.* In posterioribus *Ursionis.* editionibus omittitur prima periodus eorum, quæ ex Adone interseruntur, nam in his incipitur a *Romano siquidem Pontifice et Sipontino episcopo : de*, etc. In fine de Loutwino Treverensi habent, ut in prima. Tum : *Trecas beati Ursionis monachi.* Tum : *Die vigesima nona, sancti patris Cyriaci ana-* *Cyriaci.* *choritæ.* Vide Metaphrastis narrationem apud Surium hoc die. Denique de *inventione corporis sancti Gisleni episcopi et confessoris*, repetuntur, quæ supra dicta sunt in priori editione.

Pridie Kal. — *Die* 30.

Victoris et Ursi. In Galliis castro Solodoro, passio sanctorum martyrum Victoris et Ursi, ex gloriosa legione Thebeorum, qui primo diris suppliciis cruciati, sed cœlesti super eos lumine coruscante ruentibus in terram ministris, erepti sunt, deinde in ignem missi, sed in nullo penitus læsi, novissime gladio consummati sunt. Eo- *Hieronymi.* dem die apud Bethleem Judæ, depositio beati Hieronimi presbiteri, qui obiit anno *Antonini.* ætatis suæ nonagesimo octavo, mense sexto. Civitate Placentia, sancti Antonini confessoris.

Ita soli *Praten. Herinien. Tornacen. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Duabus notatiunculis absolvitur. In Herinien. pro *erepti sunt*, legitur, *erecti sunt*. In Greven. et Molan. *mense tertio*, pro *mense sexto*. De *choruscante*, *Bethlehem*, *Jheronimo*, *Jeronimo*, etc., satis diximus.

Victoris et Ursi. OBSERVATIO. Signati primo loco gemini martyres *Victor* et *Ursus* ex inclyta Thebæorum legione in Actis Eucherianis saltem nomine appellantur, in antiquioribus Martyrologiis, ut sunt Hieronymiana, Beda et Romanum parvum, omnino præteriti ; quidquid recentior aliquis et Hieronymianos codices et editorem Florentinium frustra alleget. De altero *Victore*, Mauritianis annumerato, aliisque egimus XXII Septembris. Qui hodie coluntur, ab Adone in sacros Fastos primum relati sunt, cum elogio, ex Actis opinor, longioribus contracto, cujus medullam Usuardus in textu selectam reddidit. Acta aliqua ex Gallia deportata edidit Surius, sed quam ætatem sapiant aut qua valeant auctoritate, ut minimum incertum est, nec puto verosimile, ea Adoni præluxisse, tametsi in principio haud multum ab ejus encomio discrepent. An quid novi suppeditent Acta apud nos Mss., suo loco examinabitur. *Victor* alius, cujus translationem Mediolanensem Hieronymiana hoc die celebrant, non ex Thebæorum numero, sed aliunde, forte ex Africa, eo delatus creditur. — De gloriosissimo *Hieronymi.* Ecclesiæ Doctore *Hieronymo* loquuntur Martyrologia et monumenta alia passim, suntque *ita clara omnia*, inquit Florentinius, ut *recoquenda non videantur*. Hieronymiana sic habent : *In territorio Jerosolymitano, depositio sancti Jeronimi presbyteri.* Beda : *In Bethleem Juda, depositio sancti Hieronymi presbyteri.* Additur : *Qui obiit anno nonagesimo primo.* Florus breve elogium interposuit, Rabanus paulo longius, sed in annorum numero Bedæ adversans. Romanum parvum brevissime notat : *Bethleem, Hieronymi presbyteri* ; quam brevitatem compensat deducta fusius in Adone, cum operum elencho vita, ex qua Usuardus paucissima extraxit servata ætatis determinatione, nec Bedæ nec Rabano conformi. Videantur Baronii Notationes. Hieronymi vitam post alios diligentius collegit Marianus Victorius, alias alii spoponderunt, nobis viam præsignavit Tillemontius tomo 12, multa erudite disponens, quæ Actis Hieronymianis illustrandis utilissime subservient, uti et ea quæ in nupera operum Hieronymianorum, et secuta vitæ Gallicæ editione, a Martianæo observata sunt, cum plurimis nostris monumentis, tum manuscriptis, tum excusis suo loco in Actis examinanda, et pro inclytissimi

tissimi

tissimi Sancti merito, luculentius exornanda. Locum hic sibi postulat metricum Wandelberti non adeo rude encomium :

Interpres legis veterisque novæque probatus,
Instructor doctrinæ, hæresis damnator iniquæ,
Hieronymus pridie Septembrem claudit ovantem.

Antonini. Qui ultimum locum implet Placentiæ *Antoninus*, nobis *confessor*, is in Corbeiensi vocatur *Antoninus martyr*, in aliis vero Hieronymianis apographis *Anthonius* vel *Antonius* simpliciter, absque ullo titulo. De eo multa disquirit Florentinius, lectores remittens ad II et III Septembris, quibus diebus etiam nos de variis Antoninis et Antoniis abunde egimus, nec modo quidquam magnopere occurrit, quod versatas ibi tenebras novo splendore dispellat. Acta apud Petrum in Catalogo lib. 8 cap. 133, *martyrem* prædicant, *qui de Placentinis finibus egressus, per Orientales provincias pertransiverit, et multa miracula fecerit : demum ad urbem suam rediens*, etc. Supponitur fuisse nihilominus ex legione Thebæa. Crediderim, et titulum et officium ex Petro in Romanum hodiernum perperam, ni fallor, irrepsisse. *Antonini* hujus et alterius *Antonini Appamiensis* Acta quoquo pacto confundi agnovere Ferrarius et Florentinius ; nos, ne hic tricis involvamur, hæc omnia suo loco discutienda relinquimus. Certe haud dubium est, quin Usuardus ex aliquo Hieronymiano Antoninum acceperit, cum aliis omnibus Martyrologis incognitus sit, etiam Adoni, cui Usuardi verba ab aliquo adscripta fuerint, a Mosandro et Rosweydo rejecta. Pluribus opus non est, ut textus Usuardini integritas stabiliatur.

AUCTARIA.

Honorii. ANTVERP-MAJ. Textui puro subdit : *Item ipso die civitate Dorobernia, sancti Honorii archiepiscopi et confessoris.*

Honorii. ROSWEYD. In textu non omnino purus est, et in fine adjicit : *Ipso die, depositio sancti Honorii archiepiscopi. Qui quintus a beato Augustino, genti Anglorum verbum Dei prædicavit. Item sanctorum*

Tharaci et soc. *Tharaci, Probi et Andronici, quorum gesta habentur.* Imo præsidialia ipsa Acta integre edita sunt a Rosweydo anno MDCVII et etiam ab aliis. At cur hac die referantur nescio, quandoquidem passi sint XI Octobris, ut ibi dicemus.

Pistis, etc. PULSANEN. Primo loco de Hieronymo, pure. Tum : *Romæ, passio sanctarum virginum Pistis, Elpis, Agapis et Sophiæ matris earum, id est Sapientiæ.* Vide I Augusti. In martyribus Solodorensibus rescindit elogium. Antonino Placentino tribuit titulum *martyris*.

De Hieronymo. ANTVERP. et MAX-LUBEC. In prima puri, de Hieronymo post *presbyteri*, interserunt : *Qui omnium studia litterarum adeptus atque probatissimorum monachorum imitator est factus. Obiit autem anno*, etc., ut in textu. De Antonino, recte.

S. Crucis Parisiis. MUNERAT. Post textum purum, addit : *Parisius, solennitas sanctarum nostræ redemptionis reliquiarum, ibidem in sacra capella regia, a beatissimo rege Ludovico honorifice reconditarum.*

De Hieronymo. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et DANIC. Sic incipiunt : *Apud Bethleem Judæ, depositio sancti Hieronymi presbyteri, viri sanctissimi et in Scriptura sacra eruditissimi. Hic omnium studia litterarum adeptus, probatissimorum quoque monachorum imitator factus, obiit anno* CCCCXXIII (ANTVERP-MAX. CCCCIII) *ætatis suæ anno* XCVIII, *mense* VI. (DANIC. rotunde, *anno* XCIX.) Melius alii obiisse Hieronymum statuunt anno CCCCXX. In reliquis codices satis puri sunt.

De eodem. ALBERGEN. De sancto Hieronymo præter jam dicta, post *presbyteri* interponit : *Gloriosi Doctoris, et Ecclesiæ Romanæ Cardinalis. Hic omnium studia*, etc., ut præcedentes.

Textus contractus. CENTULEN. *In Galliis castro Solodoro, sanctorum martyrum Victoris et Ursi, qui fuerunt ex gloriosa legione Thebæorum. Apud Bethleem Judæ, depositio sancti Jeronimi presbyteri et abbatis, per quem omnis divina Scriptura apud Latinos ad tenorem veritatis est reducta. Placentiæ, sancti Antonii confessoris.* Vide supra Observationem.

BRUXELLEN. Post *imitator*, auget Hieronymi elogium his verbis : *Eumdem annorum numerum, quem et alter Dei genitricis minister Johannes Evangelista complens, ætatis suæ anno* XCIX *quievit in Christo. De quo quidam in visione nocturna quemdam quasi in codice legentem hos versus audivit :* *De Hieronymo*

Græcia miratrix nullo plus gaudet alumpno :
Si numerabit avos repetens ab origine prima,
Plusquam laudatur, est quod laudetur in illo.

De Victore et Urso In Victore et Urso, quos secundo loco refert, etiam interpolatus est, hæc inter alia ex Adone inserens : *Qui cum illic furorem Maximiani tyranni declinantes secessissent, ipsius jussu tenti, primo diris suppliciis excruciati, sed cælesti super eos lumine*, etc. In ultima purus est.

HAGENOYEN. in prima aliquantum interpolatus, de Hieronymo plura narrat, sed quæ ab Adone verius deducuntur. Tum addit : *In Augia majori Constantiensis diœcesis, sanctæ Fortunatæ virginis et martyris, et fratrum suorum Terponii, Euagisti et Prisciani martyrum.* Coluntur hi Sancti et in codicibus referuntur XIV Octobris, quo die vide Auctaria. In ultima purus est. *Fortunatæ et fratrum.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Hieronymi presbyteri confessoris. Victoris et Ursi martyrum ex legione Thebæorum. Anthonini confessoris.* (Additur in margine, *in Mart. Rom. martyris*) *Romæ, Arethæ martyris et aliorum quingentorum.* (notatur denuo, *in Martyrologio Romano, sequenti die*) *Leopardi martyris.* Vide de hoc etiam Romanum. *Arethæ et quingentorum.* *Leopardi.*

REG. SUEC. signatus num. 428. *Eodem die, sancti Serauni Parisiensis episcopi.* Vide Auctaria Usuardina ad XXVII Septembris. *Cerauni*

VATICAN. num. 5949. Adjicit : *Romæ, sanctarum virginum Pistis, Elpis, Agapis, et Sophiæ matris earum.* Jam dixi recurrendum ad I Augusti. *Pistis, etc.*

CODEX CASTRI KAROLI. *In Galliis castro Solodoro, quod est super Prulam fluvium*, etc.

BIZUNTICEN. *Catalaunis, sancti Leudomiri confessoris.* Alii scribunt *Leodemiri*, etc. *Leudomiri.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Catalaunis, sancti Ledomari episcopi et confessoris.* *Ledomari.*

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Bethleem Judæ, depositio gloriosi Hieronymi presbyteri et Doctoris, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis. Hic omnium studia litterarum adeptus, Latina, Græca, Hebraica et Chaldea eruditus fuit : Hierosolymam venit, et visitatis locis sacris a Cyrillo episcopo Hierosolymitano locum præsepis Domini petivit et obtinuit, et ibidem monasterium fundavit, imitator probatissimorum* *De Hieronymo.*

monachorum

monachorum factus, cœpit vivere cum fratribus sibi in charitate adjunctis, secundum regulam a sanctis Apostolis constitutam. Hic post perfectam, placitamque Domino conversationem, post multos labores, quos in descriptione librorum ad ædificationem Ecclesiæ desudaverat, tandem obiit anno Domini CCCCXXIII, *ætatis vero suæ anno* XCIX, *sepultus in ore speluncæ præsepis Domini.* De Victore et Urso, fere ut supra. In Antonino, pura est. Deinde: *Leodomeri.* *Cathalanis, sancti Leodomeri, ejusdem civitatis episcopi et confessoris.* *Lauri.* *Eodem die, sancti Lauri episcopi et confessoris.* *Translationis Ottonis.* *In Babemberga, translatio sancti Ottonis episcopi et confessoris.* *Leopardi.* *Ipso die, sancti Leopardi martyris.*

BELIN. Primo loco de Hieronymo, ut ANTVERP. et MAX-LUBEC. Secundo loco, de Antonino, pure. Sequitur *Victoris* et *Ursi*, pure, nisi quod pro *Ursi*, scribat *Ursicii*. In fine: *Sophiæ.* *Eodem die, sanctæ Sophiæ viduæ*, omissis filiabus.

Leopardi. GREVEN. *Romæ, sancti Leopardi martyris, apud Aquisgrani nunc quiescentis.* *Honorii.* *In Anglia, sancti Honorii archiepiscopi Cantuariensis, post beatum Augustinum quinti.* *Leodomeri.* *Leodomeri episcopi Cathalaunensis et confessoris.* *Translationis Ottonis.* *Translatio sancti Ottonis episcopi Babenbergensis et confessoris.* *Symeonis.* *Romæ, depositio beati Symeonis monachi et confessoris, filii comitis Veromanduæ.* *Lauri.* *Lauri presbyteri et confessoris.* *Sophiæ.* *Eodem die, beatæ Sophiæ viduæ.* *Rachel.* *Rachelis, uxoris Jacob Patriarchæ, quæ interpretatur ovis.* *Jacobi de Viniaco.* *Item sanctæ memoriæ, Jacobi de Viniaco, Ordinis Cartusiensis. Hic vitæ contemplativæ studio magno intentus, loco octavo decimo, itemque vicesimo, Cartusiæ prioratum tenuit, et post mortem miraculis vivere cœpit.* *Joannis Cornerii.* *Item bonæ memoriæ, Johannis Cornerii monachi Cartusiensis Ordinis, maximæ sanctitatis viri. Hic, die quo primam Missam celebraturus erat, cum a sacrista vocaretur, reperta est cella ejus igneo fulgore coruscans, et idem vir Dei velut flamma ignis ardens. Ejus etiam meritis litteræ quædam casu in ignem copiosum projectæ et post longam moram extractæ, in nullo penitus læsæ repertæ sunt.*

MOLAN. De Hieronymo aliis litteris textui inserit eadem ferme, quæ supra ANTVERP. et MAX-LUBEC. *Sophiæ.* In fine de Sophia, ut BELIN. Item de solennitate reliquiarum Parisiis, ut MUNERAT. Tum: *Translationis Vedasti.* *Translatio corporis sancti Vedasti de loco sepulturæ ejus in eum quo nunc requiescit. Transtulerunt autem eum beati confessores Autbertus et Audomarus.* *Leopardi.* *Eodem die, festivitas sancti Leopardi martyris.* Dein minoribus typis: *Romæ; nunc in Aquisgrani quiescentis.* *Translationis Ottonis.* De translatione sancti Ottonis, et de *Honorii.* S. Honorio, ut GREVEN. supra, Tum: *Leudomiri.* *Catalaunis, sancti Leudomiri ejusdem civitatis episcopi et confessoris; de quo canit Ecclesia:*

> *Leudomire pater, filiis succurre potenter,*
> *Ut sani vivant æternaque gaudia quærant.*

In posterioribus editionibus, de Hieronymo in textu, ut supra. In fine de Sophia, ut supra. *Othonis.* *Babenbergæ, sancti Othonis, episcopi et confessoris, qui convertit Pomeranos. In Anglia, sancti Honorii archiepiscopi Cantuariensis.* De Leudomiro fere ut in prima. *Aquisgrani eodem die, festivitas sancti Leopardi martyris.* *Gregorii Armeni.* *Die trigesima, sacrosancti martyris Gregorii, in magna Armenia.* De solennitate reliquiarum Parisiensium, et translatione sancti Vedasti, ut in prima. Sequitur: *Translationis Huberti.* *In Andaino monasterio, translatio corporis beatissimi Huberti, Tungrensis episcopi et confessoris; quando a beatæ memoriæ Vulcando episcopo, ejus sacra ossa a Leodio ad locum Andainum sunt translata, anno dominicæ incarnationis* DCCCXXV. *Ubi miraculorum gloria ejus declarantur merita, et fidelium devotione ipsius celebrantur beneficia.*

MENSIS



MENSIS OCTOBER

Habet Dies XXXI.

Kalendis. *Die 1.*

Romæ, natalis beati Arethæ martyris et aliorum quingentorum quatuor. Thomis civitate, sanctorum Prisci, Crescentis, et Euagrii. Apud Provinciam Lusitaniam civitate Olisepona, sanctorum martyrum Verissimi, Maximæ et Juliæ sororum. Civitate Tornaco, passio sancti Piatonis presbiteri, qui cum beato Dionysio episcopo ejusque sociis ab urbe Roma Galliam prædicationis causa expetiit, ac postea consummato martyrio migravit ad Christum. Eodem die, translatio sanctorum confessorum Germani et Remigii, quorum prior Autisiodorensem, alter vero Remensem rexit ecclesiam. In portu Ganda, sancti Bavonis confessoris.

Arethæ et soc. 504. *Prisci et soc.* *Verissimi et soc.* *Piatonis.* *Translationis Germani et Remigii.* *Bavonis.*

Puri vel puris proximi sunt *Praten. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Principio advertenda annuntiationum transpositio in multis codicibus, et iis quidem, quos puriores censemus. Etenim Pratensis de Piatone agit ante translationem Germani et Remigii ; Greven. autem et Molan. translationem præponunt. *Arethæ* scribunt omnes. Item *Thomis*, licet Romanum parvum, Ado et Notkerus legant, *Tomis*, et Romanum modernum addat, *in Ponto*. Multis disputat Florentinius, legendumne ex Hieronymianis *Thmuis*, vel *Thomis* in Ægypto, an potius *Tomis* in Ponto ; ast hæc ad aliud examen spectant ; nos Usuardinam ex codicibus lectionem quærimus. Molan. textum corrigit scribendo *Lusitanam. Olisepona, Olesipona, Olesipoma* et aliis modis effertur ; qui puriores sunt, scribunt ut in textu. Praten. cum paucis habet *Pyatonis*. Greven. et Molan. post *Dionysio*, omittunt *episcopo*, et pro *rexit*, ponunt *gubernavit*. Greven. *migravit ad Christum*, mutat in *migravit ad Dominum*, et pro : *In portu Ganda*, substituit . *In portu Ganto* — Superest notanda maxima inter codices variatio circa translationem jam dictam, quæ in Hieronymiano Lucensi potius pro natali habetur multorum simul conjunctorum : *In Gallia civitate Autissiodorensi, sancti Germani episcopi et sancti Vedasti, Remedii et sancti Piatonis.* Nescio an hinc fortasse nata sit Usuardinorum aliquot codicum confusio, sic ut Antverp-Maj. scribat : *Eodem die, translatio sanctorum confessorum et episcoporum Germani, Remigii et Vedasti ; quorum prior Antisiodorensem, alter vero Remensem, tertius vero Atrebatensem gubernavit ecclesiam*, quo ferme modo referunt Antverp. Max-Lubec. et mediæ notæ codices cum Belino et Romano moderno. Herinien. servat quidem annuntiationem puram, sed primum ei locum tribuit, et post tres alias etiam puras, inserit : *Apud castrum Atrebatis.*

De translationum confusione.

Atrebatis, sancti Vedasti episcopi; pro quo Pratensi codici ad marginem, ni fallor, adjectum est : *Et translatio sancti Vedasti episcopi*, quam translationem Molanus ad diem præcedentem retractam asserit, quod hic dies Remigii festivitate impediretur. Obiter notabis lapsum Florentinii, qui verba Rabani de Vedasto infra citanda, Notkero inadvertenter adscripsit. Vide reliqua in Observatione et Auctariis.

OBSERVATIO. Non semel superius observatum est, raros in Usuardi Martyrologio Sanctos reperiri (populares Gallos et Cordubenses semper excipio) qui apud antiquorum aliquem non memorentur. Opposita exempla hinc inde dedimus et novissime XXI Septembris in Pamphilo martyre Romano, reliquis Martyrologis plane incognito. En tibi specimen aliud in prima hujus diei annun- *Arethæ et soc. 504.* tiatione de *Aretha* et sociis DIIII. Sudavi affatim, ut vel vestigium horum Sanctorum alibi invenirem, sed frustra; nam Adonem et hic et alibi sæpius perperam a Baronio ejusque sequacibus citari, evidentissimum est. Galesinius, Ferrarius et recentiores alii numerum illum fingunt et refingunt, adeo ut Bartholomæus Piazza in Emerologio, socios ad septem dumtaxat contraxerit, quorum gloriosæ confessionis memoriam superstitem ait, et reliquias per varia Urbis templa dispersas. Martyrii tempus divinare videntur citati Galesinius et Ferrarius, ego de tota annuntiatione nihil me compertum habere candide profiteor. *Aretham* alium martyrem apud Homeritas, cum multis sociis sub tyranno Dunaan passum, de quo Metaphrastes apud Surium XXIV Octobris, cursim attigimus in Tractatu de Patriarchis Alexandrinis pag. 64. Quidquid interim sit de Aretha nostro Romano, negari omnino non potest, eum ab Usuardo, undecumque demum acceptum, vere consignatum fuisse. — Alterius *Prisci et soc.* annuntiationis fons patentissimus est, nam de *tribus illis Martyribus* meminere Hieronymiana, tametsi hinc inde luxata. Clare eos signat Romanum parvum, ex quo Ado, ex hoc Notkerus et Noster iisdem ubique terminis, nisi quod Usuardus pro *Crescentii*, vel ut Hieronymiana, *Crescenti*, posuerit *Verissimi et soc.* *Crescentis*. — *Ulyssiponenses martyres* inter antiquos solus memorat Florus in Bedæ auctario, quibus et elogium concinnavit. At si Flori et Usuardi textus conferas, facile perspicies (quod alibi etiam monui) alterum alteri notum non fuisse. Ita scribit ille : *Elissipona civitate, passio sanctorum Verissimi, Maximi et Juliæ, qui passi sunt sub Donatio præside*, etc. Baronius in Romano legit : *Qui in persecutione Diocletiani passi sunt.* Noster nullam temporis notam apposuit, quod fortasse (ita quidem conjicio) nullam ejus notitiam in Hispania, unde Martyres illos cum Cordubensibus afferre po- *Piatonis.* tuit, invenisset. — *Piatonis* vel *Platonis*, alias *Piati*, memoria Hieronymianis a Florentinio adjecta censetur, nec illam inde accipere debuit Usuardus, qui procul dubio Acta vidit, ex quibus elogium contextum est. Laborarunt nonnulli in nomine *Dionysii* et *Quintini*, quorum alterutri socius in Galliam ex Urbe profectus sit; verum hic scrupulus facile tollitur, si utrique compositum asseramus. Acta Piatonis, suspecta sunt, quod ex aliis consimilibus profluxisse videantur, sed de ea controver- *De Remigio Germano, etc.* sia suo loco agendum erit. — De translationum confusione superius dictum est. Hic observandum, Bedam scripsisse : *Festivitas sancti Remigii, Remis civitate.* Romanum parvum : *Et Remis civitate, sancti Remigii episcopi.* Ado elogii vice aliqua addidit, et ex eo Notkerus, quæ etiam magis ad natalem vel depositionem quam ad translationem pertineant. Et ita loquitur Rabanus de Germano atque Vedasto, cujus verba hic recitari merentur : *In Galliis civitate Autisiodorense, depositio sancti Germani episcopi. Remis civitate, Remedii episcopi. Adradis* (pro *Atrebatis*) *civitate, beati Vedasti episcopi. Ganda monasterio, sancti Babonis episcopi. Quorum omnium conversationes et gesta miraculis plena, conscripta habentur.* De festo Remigii solenni, seu, ut aiunt, in populo pro diœcesi Remensi, dictum est XIII Januarii; Germani autem retulimus XXXI Julii; Vedasti VI Februarii. Illustria Remigii gesta et historice et oratorie deducta in Actis nostris non minimam Octobris partem occupabunt, licet antiquissima eorum collectio, ex qua Fortunatus Pictaviensis compendium edidit, periisse dicatur. De Germano Autissiodorensi ea omnia hic narrat Viennensis et contrahit Notkerus, quæ melius proprio die collocata fuissent. Ceterum in tanta lectionum varietate, puto Usuardi textum a nobis sin- *Bavonis.* cere redditum. Consuli possunt notationes Baronii. — In *Bavone*, qui non Adoni, sed Usuardo primum tribuendus est, conveniunt codices. Acta ejus primigenia protulit Mabilio seculo 2 Benedictino a pag. 394, quæ cum Theodoricianis collata, suo tempore illustrabuntur. Ad postremas annuntiationes pertinent Wandelberti versiculi :

Francos qui primus docuit domuitque feroces
Remigius, proprio Octimbrem præsignat honore ;
Germanusque simul doctrina insignis et actu,
Tum propriam munit meritis Antisiodorum ;
Qui oceano fidei refugas et dogma nefandum
Reppulit, et signis te, picta Britannia, texit.
Hos virtute Bavo et sancto comitatur honore.

AUCTARIA.

HERINIEN. Præter dicta, hoc habet peculiare, quod de Piatone sic incipiat : *In pago Me-* *De Piatone.* *denentense, natalis sancti Piatonis*, etc. Vide Variantes.

TORNACEN. Caret duabus primis. In reliquis *Vedasti, etc.* purus est, sed in fine adjicit : *Eodem die, Vedasti, Wasnulfi et Trudonis.*

ANTVERP-MAJ. Hic per aliquot folia recentiori manu rescriptus, mendis scriptoriis refertissimus est. De ejus Auctario jam diximus.

PULSANEN. Pro *Arethæ*, habet *Hermetis*. Desunt annuntiationes Lusitanorum, Piatonis et Bavonis, ut ferme quotidie deficit. *Hermetis pro Arethæ.*

ROSWEYD. Incipit : *Remis, Remigii episcopi et confessoris.* *Remigii.*

Germani. Vedasti.

confessoris. Anthisiodoro, Germani episcopi et confessoris. Atrebatis, Vedasti episcopi et confessoris. Tum de Bavone, Piatone, Aretha, Thomitanis et Lusitanis, satis pure.

Antverp. Max-Lubec. Ughellian. et Daveronen. In tribus primis satis puri sunt. Tum:

De iisdem.

Eodem die, translatio sanctorum confessorum Germani, Remigii, Vedasti. Quorum prior Antisiodorensem, alter vero Remensem gubernavit ecclesiam; tertius vero Atrebatensem atque Cameracensem. Cetera puri sunt.

Munerat. Puritati proximus est, solum in

Piati Carnotensis.

fine addit: *Apud Carnotum, Piati martyris.* Adjectum forte ex inscitia. Vide Burdegalensem.

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. et Albergen. Incipiunt: *Remis civitate,*

De Translatione trium episcoporum.

translatio sancti Remigii episcopi et confessoris. Ipso die, translatio sanctorum confessorum Germani et Vedasti, quorum primus Antisiodorensem, alter vero Atrebatensem et Cameracensem gubernavit ecclesias. Sequitur de Aretha, Thomitanis et Lusitanis, pure. Omnes præter Albergen. Piatoni tribuunt titulum *episcopi.* In fine de Bavone sic scribunt: *In portu Gandavensi, depositio,* etc.

Danic. Superioribus similis, penultimo loco,

Nicetii.

interserit: *Treveris, sancti Nicetii episcopi.* Colitur v Decembris.

Centulen. *Romæ, beati Arethæ martyris, cum sociis suis* DIIII. *Antisiodoro, depositio sacratissimi corporis beati Germani episcopi et confessoris, qui obiit apud Ravennam Italiæ civitatem* II *Kal. Augusti. Remis Francorum metropoli, translatio sancti Remigii archiepiscopi et confessoris. Atrebas, trans-*

Translationis Vedasti.

latio sancti Vedasti episcopi et confessoris. In territorio Tornacensi, sancti Piati presbiteri martyris, qui a Roma Gallias venit in comitatu sancti Quintini. Cœnobio Ganda, depositio sancti Bavonis confessoris et monachi, quem B. Amandus pontifex a seculi vanitate conversum, ad cœli gloriam festinare

Vulflagii.

perdocuit. In pago Pontivo, natalis sancti Vulflagii presbiteri et confessoris. Colitur VII Junii. Vide Acta ejus eo die illustrata.

De Remigio.

Bruxellen. *Remis, translatio sancti Remigii archiepiscopi et confessoris. Qui antequam nasceretur per Montanum monachum cæcum, ex nomine pronunciatus est. Quo nato, idem Montanus de lacte Ciliniæ matris ejus oculos liniens, illuminatur. Hic Idibus Januarii migravit ad Christum, sed hac die festum suæ translationis celebratur. Antisiodoro,*

De Germano.

translatio sancti Germani episcopi et confessoris. Cujus dies depositionis cadit pridie Kal. Augusti.

De Vedasto.

Attrebatis, translatio sancti Vedasti episcopi et confessoris. Qui a beato Remigio episcopus ordinatus, Cameracensem simul et Atrebatensem rexit ecclesias, et VIII *Id. Februarii migravit ad Christum.* Sequitur de Piatone, Aretha, Thomitanis et Lusitanis, satis pure. Tum: *Item, sancti*

Wasnulpi. Piati.

Wasnulphi martyris. In pago Medenetensi, Piatus pro Christo patitur. In portu Gandavo depo-

De Bavone.

sitio beati Bavonis confessoris. Qui ex comite Hasbaniæ ferocissimo conversus, in Gandavo sub beato Amando sibi monasterium statuit, cui Florbertum abbatem præfecit. Hic in hora sui transitus, sanctæ Gertrudi, suæ cognatæ, Nivellæ oranti apparuit, petens ut mox vestes sepulturæ aptas sibi pa-

Nicetii.

raret. Treveris, sancti Nycesii episcopi et confessoris. Vide Danicum supra, ubi diximus, eum coli die v Decembris.

Hagenoyen. In prima et secunda purus, tertio loco sic habet: *In pago Medenentinse, civitate Tornaco, natale sancti Piatonis martyris. Qui,* etc.

In translatione conjungit tres, ut Antverp. Max-

De tribus episcopis.

Lubec., etc. In Lusitanis, satis purus est. Tum: *In pago Gandavensi Flandria, depositio sancti Bavonis monachi et confessoris. In episcopatu Tridementi, sancti Remedii confessoris.* Nec *Tride-*

Remedii.

mensi, intelligo, nec *Tridentinensi*, ut alii loquuntur. Vide sis Castellanum in primo Bimestri pag. 231, ubi de Remigio. Sequitur: *In Babm-*

Ottonis. Translationis Alheydis.

berg, sancti Ottonis, confessoris. De eo actum die præcedenti. *In Salsa, translatio sanctæ Alheydis imperatricis.*

Aquicinct. In translatione etiam tres con-

De tribus episcopis.

jungit, et de Vedasto ita addit: *Tertii vero corpus angelica revelatione a sanctis episcopis Autberto et Audomaro a sede pontificali, in loco ubi nunc*

Wasnulfi.

veneratur, translatum est. In fine: *Et depositio sancti Wasnulfi confessoris.*

Ambianen. *Cœnobio Centulæ, dedicatio ecclesiæ beatæ Mariæ Virginis, et beati Petri Apostolorum principis, et sancti Richarii confessoris.* Plane mirum est, talem ecclesiæ dedicationem in ipso illius cœnobii Martyrologio non signari.

De Remigio.

Matric-Cartus-Ultraject. *Remigii episcopi et confessoris, cujus festum hic celebratur in Ordine, quando scilicet translatio ejus accidit, quia in die obitus propter octavas Epiphaniæ et commemorationem sancti Hilarii non vacat. Pyatonis primi*

Piatonis episcopi.

Tornacensis episcopi et martyris. Notatur in margine: *De episcopatu Piatonis vidi magnam quæstionem. Bavonis confessoris in Gandavo, ubi corpus ejusdem requiescit.*

Vedasti.

Reg. Suec. num. 130. *Item sancti Vedasti.*

In Vatican. sub. num. 5949. Desunt Lusitani, Piatus et Bavo.

Nicetii.

Florentin. *Treveris, beati Nicetii episcopi et confessoris.* Jam diximus, coli v Decembris.

Burdegalen. *Civitate Carnoto, passio sancti*

Pictonis Carnotensis.

Pictonis presbyteri, qui cum beato Dionysio, etc. Si legas *Tornaco* et *Piatonis*, habebis textum. Vide Muneratum, et hic infra.

De eodem.

Bizunticen. *In pago Carnotensi, natalis sancti Platonis, qui cum beato Dionysio,* etc.

De tribus episcopis.

Editio Lubeco-Col. Tres translationes in tres articulos dividit. De Piatone post *expetiit*,

De Piatone.

addit: *ac postea sub Diocleciano, consumpto martyrio migravit ad Dominum. Treveris civitate, monasterio sancti Maximini, natale sancti Nicecii,*

Nicetii.

ejusdem urbis episcopi et confessoris, totius sanctitatis viri, et (qui) Trevericum populum, adhuc in corpore vivens, ab inguinaria peste suis precibus liberavit. In Thomitanis et Lusitanis satis pura est. De Bavone habet, ut Antverp-Maximus,

Melori. Wasnulpi.

etc. Tum de Aretha, pure. *Eodem die, sancti Melori martyris.* Vide Castellanum. *Item sancti Wasnulphi*; alias *Basnulfi.*

De tribus episcopis.

Belin. Jam dixi, hunc etiam Germani, Remigii et Vedasti translationem simul conjunxisse. In reliquo textu prima editio satis pura est, nisi quod pro *Ganda*, scribat *Gada*, et pro *Bavonis*, *Pavonis.* Et hæc altera editio quidem corrigit,

Vedasti.

sed in fine gratis repetit: *Attrebati, sancti Vedasti et confessoris.*

Meloris. Nicetii. Remedii et soc. Imeri. Wasnulpi. Translationis Vedasti.

Greven. *Meloris martyris. Treveris, depositio sancti Nicetii episcopi et confessoris. Item sanctorum confessorum Remedii, Abræ, qui et Deodatus, David, discipulorum sancti Germani episcopi. Imeri confessoris. Item, Wasnulphi confessoris. Attrebati, translatio sancti Vedasti, cui interfuerunt sanctus Lambertus Tungrensis, Ausbertus Rothomagensis, et Audomarus Taruanensis, qui lumen oculorum amiserat. Cumque precibus sanctorum episcoporum*

præsentium

præsentium et meritis beati Vedasti visum recuperasset, moleste tulit, atque ut iterum excæcaretur obtinuit. *Translationis Autberti* *Translatio sancti Autberti Cameracensis episcopi et confessoris. Item Cathalogus Sanctorum huc reponit memoriam quorumdam justorum antiquorum,* *Judæ et alterum Machabeorum.* *scilicet Mathathiæ, patris Judæ Machabei, Jonathæ et Simonis filiorum ejus; qui quanta pro patriis sanctisque Dei legibus egerint et passi fuerint, Machabeorum libri plene edocent. Additur his Johannes, Symonis supradicti, filius.* *Oniæ.* *Item memoria Oniæ sacerdotis summi, viri eximiæ modestiæ et sobrietatis, ab impio Andronico innocenter occisi.* *et Eleazari* *Item Eleazari, viri de primoribus scribarum a puero optimæ conversationis, qui cum urgeretur contra legem ad carnes porcinas, mira animi libertate et fortitudine renuens, tormenta sustinuit,* (et) *adolescentibus exemplum forte relinquens, honesta morte perfunctus est.* Nihil de his in aliis codicibus reperimus.

Fronti MOLAN. *Item sancti Fronti episcopi, cujus gesta miraculis plena conscripta habentur.* Vide Rabanum. Colitur XXV Octobris, sub nomine *Frontonis. Item in cœmeterio* (civitatis Hanoniæ quæ dicitur) *Condatum nomine, sancti Vuasnulphi confessoris,* *Wasnulfi cum elogio* *qui de Scotia insula veniens in saltum Cerasia, in loco qui nunc vocatur Cella, multis diebus vitam laudabiliter duxit. Postea vero ad monasterium Dei genetricis Mariæ Condatum nomine perveniens, ibi Domino servivit usque ad obitum. Treveris, sancti Nicetii episcopi et confessoris,* *Nicetii cum elogio.* *qui de utero matris sanctus fuit; nam ab ipso ortus sui tempore mirabiliter clericus designatus est. Cum partu itaque fuisset effusus, toto capite, ut est consuetudo nascentium, a capillis nudo, egressus est, in circuitu modicorum ordine pilorum apparente.* Editiones aliæ pro *Dionysio*, ponunt *Quintino.* Et ad *Bavonis*, aliis etiam litteris addunt, *cujus gesta habentur.* Deinde textui adnectitur *: Civitate Treveris, sancti Nicetii episcopi, totius sanctitatis viri;* et aliis litteris : *qui ab ortus sui tempore mirabiliter clericus designatus est. Condato, sancti Wasnulphi confessoris.* De Fronto, ut in prima editione. Demum : *Die prima, sancti Romani melodi.* *Romani* Ex solito Græco Horologio.

VI *Non.* *Die* 2.

Eleutherii, cum aliis plurimis. Apud Nicomediam, natalis sancti Eleutherii martyris, cum aliis innumeris, quorum jubente Diocletiano imperatore, alii gladiis obtruncabantur, alii ignibus cremabantur, alii in mare præcipitabantur; sed horum primus Eleutherius, cum diu cruciatus, per singula tormenta validior redderetur, martyrium victoriæ suæ, ignibus velut aurum examinatus, complevit. *Leodegarii.* In territorio Adartensi, passio beati Leodegarii Augustudunensis episcopi, quem variis injuriis et diversis suppliciis pro veritate afflictum, Ebroinus Major domus regiæ interfecit. *Sereni* Ipso die, sancti Sereni confessoris.

Pro textu stant *Praten. Herinien. Antverp-Maj.* et *Greven.*

VARIA LECTIO. Præcipua diversitas occurrit in principio, ubi Praten. et Antverp-Maj. syntaxim habent non satis rectam : *quorum jubente Diocletiano acervatim collecti, alii gladiis*, etc. Nec Munerati constructio exacta est : *quorum multitudo, jubente Diocletiano, acervatim collecta, alii gladio*, etc. Melius Herinien. cum Antverp. Max-Lubec. et aliis : *quorum, jubente Diocletiano, sævissimo imperatore, alii gladiis*, etc. Verum adjectum videtur epitheton *sævissimo*, sic ut, mea quidem sententia, brevius et nitidius legant Greven. et Molanus : *quorum, jubente Diocletiano imperatore, alii gladiis*, etc. Est in Greveno, *concremabantur.* Deinde *cruciatus diu ;* reliqui habent, ut in textu. Antverp-Maj. ut nuper dixi, mendis scatet, sufficiant paucula : *Adaracensi*, pro *Adartensi*, *Eborinus*, *Serini*, etc. Scribit tamen cum reliquis omnibus *afflictum*, contra quam legat Pratensis solus, *affectum*. Videatur Viennensis Ado.

Eleutherii et aliorum. OBSERVATIO. Hic verosimiliter sub una annuntiatione denuo celebrantur fortissimi illi athletæ omnes, qui Nicomediæ coronati sunt, forte exeunte Martio, occasione famosæ conflagrationis palatii Diocletianæi, de qua videndi Eusebius et Lactantius, alibi a nobis citati, dum de particularibus hujus turmæ Sanctis ageremus, præsertim XII Martii, XXVII Aprilis et IX Septembris. Hieronymiana hodie solum Eleutherium nominant, his verbis : *In Nicomedia, Eleutheri, cujus gesta habentur.* Ultimam partem resecuit Rabanus, forte quia nulla hujus sancti Acta reperire potuit. Romanum parvum breviter et nitide rem totam colligit : *Nicomediæ, Eleutherii martyris sub Diocletiano, et innumerabilium aliorum, quos iratus Diocletianus pro incenso palatio, diversis tormentis odio Christiani nominis occidit.* Paulo diffusior est in Adone narratio, a Petro in Catalogum hinc translata, ex qua etiam Noster totum suum elogium contraxit. Nicomediensem carnificinam diligenter evolvit Tillemontius tomo 5 a pag. 23. — *Leodegarii.* Dubium est, utrum *Loedegarius* ad codices Hieronymianos spectet. Florus a nostris editus eum certo posuit, elogio tamen ab Adonis et Usuardi phrasi tam diverso, ut nihil commune habeant præter rei substantiam. Errat Rabanus, dum legit : *In Gallia, natale sancti Leudegarii episcopi et confessoris ;* atque in eo hallucinari videtur, quod *Leudegarium*, hoc die, nominet, tamquam distinctum a *Leutgario* Augustodunensi episcopo, cujus passionem paulo fusius celebrat die sequenti. Ado martyrium collocat, *In Atrebatis, villa Siricinio* (Notkerus descripsit, *in Atratis.*) Noster cetera omnia ex Adone desumens, sic positionem extendit, ut pagum vel provinciam

ciam Artesiæ, pro villa Siricinio substituerit, quomodo etiam scripsit Hagiologium Franco-Galliæ a Labbeo editum, quod alibi diximus sæpe ex Usuardo transumptum esse. Leodegarii Acta duplicia sunt, a Mabilione aliisque edita et postea a nobis accuratius cum Mss. nostris conferenda et recensenda. In veteri Missali Gothico seu Gallicano, Missa honoratur, ut vide in editione Thomasii pag. 375. Eum hodie solum cecinit Wandelbertus :

Mox sextum Nonarum Leodegarius ornat,
Seditione potens quem Dux populusque peremit.

Sereni. Hactenus textus noster ex Adone profluxit. Qui postremum locum occupat *Serenus*, is ab Usuardo, primum, ex privata notitia consignatus est, in Romano moderno prætermissus, forte quod in Belino repertus non sit, aut Reformatoribus non satis cognitus, utpote quem Usuardus solo dumtaxat nomine indigitavit. Maurolycus cum recte adscripserat *Castro Cantumerulæ*, et sic in Actis nostris Mss. quæ in nonnullis valde mira sunt, notatum invenio, apposito nomine Gallico *Chante-merle*, quæ abbatia est Canonicorum regularium Ordinis S. Augustini. Castellanus solertissimus alias nominum et Sanctorum, et locorum inquisitor, eorumque, ignosce voci barbaræ, latinisator, id hoc die in Martyrologio suo universali neglexit, quando testatur Serenum maxime honorari in *Montier-la-Celle*, non procul ab urbe Trecensi. Supposuit, nimirum, facile occursurum *Monasterium Cellense*, seu cœnobium a Cella denominatum. Ut clarius loquar, intellige prioratum Cellensem, Ordinis sancti Benedicti, quarta leucæ parte distantem a prædicta abbatia Cantumerulensi. Atque hæc ad Sancti notitiam pro instituto nostro sufficiant.

AUCTARIA.

TORNACEN. Caret annuntiatione prima de martyribus Nicomediensibus, in reliquis omnibus plane purus est.

ROSWEYD. In prima et secunda annuntiatione satis purus, omittit tertiam.

PULSANEN. In prima mutilus est, expunctis omnibus post *innumeris*. In duabus aliis purus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIANUS et ANTVERP-MAX. In prima et secunda satis puri sunt, habent tamen positionem Leodegarii ex Adone ; *Gerini.* et loco tertiæ, legunt : *Eodem die, sancti Gerini martyris, fratris beati Leodegarii. In Antiochia,* *Primi et soc.* *natale sanctorum Primi, Quirilli et Secundiani.* De his agit Romanum.

De Leodegario. MUNERAT. De Leodegario, pro textu Adoniano et nostro, legit : *Quem erutis oculis, lingua et labiis præcisis, cum non cessaret prædicare verbum Dei, fecit Ebroinus Major-domus regiæ decollari.* Pro *Sereni*, habet *Severi*.

MOLAN. Importune textui intrudit ; *In territorio Atrebatensi*, et litteris cursivis, *Villa Sericinio*, ex Adone. Sed defectus ejus præcipuus est, quod annuntiationem ultimam expunxerit.

LOVANIEN. Similis est ANTVERP. MAX-LUBEC. etc., nisi quod in prima truncatus sit.

ALBERGEN. Totum textum habet, ut ANTVERP. *Eusebii PP.* etc. ; sed ei præfigit : *Romæ natale sancti Eusebii Papæ et martyris. Hic a beato Petro extitit* XXXII. *Hujus tempore inventa est Crux Domini Jherosolymis* IV (V) *Non. Maii, et Judas baptizatus est, cui nomen postea Quiriacus.* In Romano ponitur XXVI Septembris. Vide ibi notam Castellani.

ULTRAJECT. LEYDEN. et DANIC. His anteponunt : *Translationis Claræ* *In Assisio civitate, translatio sanctæ Claræ virginis.* Quæ verba in DANICO extra ordinem et quantum apparet, alia manu apposita sunt.

Textus contractus. CENTULEN. *Apud Nichomediam, sancti Eleutherii martyris. In territorio Atrebatensi, passio sancti Leodegarii, Augustidunensis episcopi et martyris. Eodem die, sancti Sereni confessoris. Item ipso die, sancti* ; deest nomen et minori ac recen- *Huini.* tiori manu appositum *Huini* (forte voluit dicere *Gerini*) *martyris*, de quo superius.

BRUXELLEN. Incipit : *In territorio Atrebatensi* *De Leodegario.* *villa Syricinio, passio sancti Leodegarii Augustidunensis episcopi. Qui pro justitia veritatis primo in Luxonio monasterio retruditur, et ab illo revocatus capitur, quem Ebroinus Major regiæ domus, post oculorum evulsionem et linguæ ac labiorum abscisionem decollari mandavit. Cujus meritum multis miraculis post mortem declaratur. Eodem die, sancti Gerini martyris, fratris beati Leodegarii. Quem* *De Gerino* *Ebroinus lapidibus obrutum interfecit. Romæ, natale sancti Eusebii Papæ et confessoris. Cujus tem-* *Eusebii.* *pore, ut ipse in epistola sua scribit, inventa est Crux sancta, et ideo inventionem sanctæ Crucis* V *Non. Maii solempniter celebrari instituit.* Sequitur de Eleutherio et sociis Nicomediensibus, pure In fine : *In Antiochia, natale sanctorum Primi,* *Primi et soc.* *Quirilli, et Secundiani.* Demum de Sereno, pure.

HAGENOYEN. *Romæ, natale sancti Eusebii Papæ* *De Eusebio* *et martyris. Hic a beato Petro extitit* XXXII, *qui passus est sub Diocletiana persecutione. Hujus tempore creditur inventa fuisse sancta Crux Domini Hierosolymis,* V *Non. Maii, quam et celebrem diem Christianis ipse instituit, et Judas, qui et Quiriacus, baptizatus est.* In Eleutherio, satis purus est. De Leodegario longam habet historiam, quæ apud Surium sincerior legi potest. Tum : *Ipsa die, Ge-* *De Gerino* *rini, fratris sancti Leodegarii martyris, quem idem Ebroinus ligatum ad stipitem lapidibus obrui præcepit. Item, sancti Apollinaris episcopi et martyris.* *Apollinaris.* Desideratur positio.

DAVERONENSIS, CODEX CASTRI-KAROLI, GOLLIAN. et CAUDIACEN. In fine paulo brevius scribunt : *Sancti Sereni confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Leodegarii episcopi et martyris. Eleutherii martyris, apud Nicomediam cum aliis multis.*

In VATICAN. num. 5949. Deest *Sereni*. Adjicitur : *Beneventi, natalis sancti Modesti levitæ et* *Modesti* *martyris. Romæ, natalis sancti Eusebii Papæ, qui* *Eusebii* *sedit in episcopatu annis duobus.*

FLORENTIN. *In Antiochia, sanctorum martyrum* *Primi, etc.* *Primi, Cirilli, Secundarii. Sancti Eusebii Papæ.* *Eusebii.*

EDITIO LUBECO-COL. *Romæ, natale sancti Eu-* *De Eusebio* *sebii Papæ et confessoris, qui sedit in episcopatu annis septem. Hic a beato Petro extitit* XXXII. *Hujus tempore inventa*, etc. In Eleutherio et Leodegario, satis pura est. *Item sancti Gerini martyris* *Gerini* *fratris beati Leodegarii prædicti episcopi. In Antiochia, natale sanctorum Primi, Quirilli, et Secun-* *Primi, etc.* *diani martyrum. Apud Assisium, translatio sanctæ* *Translationis Claræ.* *Claræ virginis, Ordinis Minorum. In Anglia, san-*

[Thomæ] *cti Thomæ episcopi et confessoris. Castro Cantumerulæ, beati Sereni monachi et confessoris.* *[Ostensionis Maximi]* *Ostensio sancti Maximi episcopi Regensis et confessoris.*

Belin. In Eleutherio, pro *Diocletiano*, ponit *Juliano*, et præter alia multa menda, omittit annuntiationem *Sereni*. Post *interfecit* autem, adjicit : *[Gerini.]* *Eodem die, sancti Gerini martyris, fratris beati Leodegarii.* *[Primi, etc.]* *In Antiochia, Primi, Quirilli et Secundarii.* *[Translationis Claræ.]* *Eodem die, translatio sanctæ Claræ virginis.* Clarius supra, et in Greveno.

Greven. *[Primi, etc.]* *In Antiochia, Primi, Quirilli, Secundiani.* *[Colmeri.]* *In Tuscia, Colmeri episcopi et martyris.* *[Eusebii]* *Romæ, beati Eusebii Papæ et confessoris.* *[Theulaidi.]* *Theylaidi abbatis et martyris.* *[Thomæ.]* *In Anglia, sancti Thomæ Herefordensis episcopi et confessoris, vita et miraculis clari.* Vide notulam marginalem Castellani, in Martyrologio universali. *[De Gerino]* *Item sancti Garini martyris, fratris beati Leodegarii episcopi, quem vilis apostata Ebroinus, de exilio reductum, jussit lapidibus obrui.* *[Beregisi.]* *Beregisi confessoris.* *[Gerici.]* *Item beatæ memoriæ Gerici, ducis Sabaudiæ et confessoris.* *[Ostensionis Maximi]* *Ostensio sancti Maximi, episcopi Regensis et confessoris.* *[Translationis Claræ.]* *Apud Assisium translatio sanctæ Claræ virginis.*

Molan. In fine, post *interfecit*, subdit : *Corpus ejus in Bronio quiescit.* *[Translationis Ursmari.]* *Binchii, translatio Ursmari et aliorum, de veteribus capsis in novas.* *[Gerini.]* *Eodem die, sancti Gerini martyris, fratris beati Leodegarii.* *[Primi, etc.]* *In Antiochia, Primi, Quirilli et Secundarii.* *[Translationis Claræ.]* *Eodem die, translatio sanctæ Claræ virginis. Ipso die, sancti Sereni confessoris.* *[Beregisi.]* *In Daino monasterio, natalis sancti Beregisi abbatis.* Tum minoribus typis : *Qui habitum sancti Benedicti assumpsit in monasterio sancti Trudonis.* *[Thomæ.]* De Thoma Herefordensi, ex Greveno. Editiones aliæ conveniunt cum priori in textu, de Gerino et Antiochenis. Tum : *Andaino monasterio, natalis beati Beregisi abbatis.* *[De Beregiso.]* *Hic ex Condustro pago Austrasiorum oriundus, Hasbanii intra monasterium sancti Trudonis, litteris est eruditus. Cumque sublimatus in comitatu Pipini junioris, solitariam vitam desiderabat attentius, contigit Plectrudem ejusdem principis conjugem, transitum habuisse per saltum Arduennensem ; et ecce chartulam inter saxa decidentem respicit, in qua continebatur, locum illum a Deo electum, multasque inde animas fidelium dirigendas in cælum. Beregisus ultro se offerens, locum suscipit, stirpat, monasterium construit, et multos suo exemplo, ad bene vivendum ibidem collegit.* De Sereno, ut supra. *In Anglia, sancti Thomæ, Herefordensis episcopi et confessoris.* *[Ostensionis Maximi.]* *Assisii, translatio sanctæ Claræ virginis. Morinis, ostensio sancti Maximi episcopi Rhegiensis et confessoris.*

V *Non.* *Die* 3.

[Dionysii] Natalis beati Dionisii episcopi et martyris, qui post clarissimam confessionem fidei, post gravissima tormentorum genera, glorioso martyrio coronatus est ut testatur Aristides Atheniensis, vir fide sapientiaque mirabilis, in eo opere, quod de Christiana religione composuit. Apud antiquos Saxones, sanctorum *[Ewaldorum.]* martyrum duorum Ewaldorum, qui cum essent presbiteri et prædicare ibi Christum cœpissent, comprehensi sunt a paganis et occisi; quorum corpora noctu multa diu lux apparens, et ubi essent et cujus essent meriti declaravit. Romæ ad Ursum *[Candidi.]* pilleatum, sancti Candidi martyris.

Ita *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Accedunt, *Antverp-Max Ultraject. Leyden. Lovanien.* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. *Dyonisii*, *Aristhides*, *Aristodes*, et similia prætermitto. Variatio est in Aristidis elogio, quod Greven. et Molan. exprimunt, *fide vir sapientiaque*; Antverp. *vir sapientia fideque;* Belin. et Max-Lubec. omittunt *fide ;* in textu pura est lectio. Munerat. pro *composuit*, scripsit, *complevit*. Legendum est more nostro *Ewaldorum*, ut habent Antverp-Maj. Max-Lubec. Greven. et Molan. Eodem recidit, sed non tam recte scribitur in Praten. et Herinien. *Euualdorum*. Antverp. ponit *Egualdorum ;* Belin. *Eugualdorum*. Sensus videtur exigere *ad quorum corpora*, ut habent Antverp. et Belinus, ex Beda, Adone, etc., vel, *quorum super corpora*, ut Munerat. Sequimur tamen probatiores codices Praten. Herinien. Antverp-Maj. Greven. et Molan. ex quibus textus. Munerat. contraxit ultimam periodi partem, *et ubi atque cujus essent*, etc. Reliqui, *ad Ursum pilleatum*, quod prope omnes ita scribant ; Belin. ea verba fortasse melius expunxit.

[Dionysii.] OBSERVATIO. Mirum est, Usuardum in hodierno laterculo *Areopagitæ* appellationem prætermisisse, ubi ex ipso textu evidentissimum est, non de alio, quam de celeberrimo illo Atheniensi episcopo sermonem esse ; utpote qui ex Adone, tum hic, tum in Apostolorum festivitatibus, et primum ex Romano parvo clarissime desumptus est. Nihil de Areopagita ponunt Hieronymiana, nihil Beda, Florus aut Rabanus. Textus fontem designavimus, eumque adeo certum, ut eruditorum hodie nemo Hilduini opinamenta tueri audeat, tam aperte ab Adone et Usuardo ejus synchronis rejecta, quidquid Wandelbertus etiam coævus, Hilduinum secutus videatur, dum IX Octobris illum Dionysium celebrat :

Gallia doctorem Paulo instituente beatum,
Quem meruit, gemino comptum, junctumque ministro.

Versamur in re vel eruditorum vulgo notissima, in qua passim Baronio contradicitur, qui et in Notationibus et in Annalibus ad annum CIX a num. 38, Hilduino adhæsisse videtur. Gratum futurum opinor, si Rosweydi nostri animadversionem, in epistola Mss. sæpe alibi citata, ultimam, hic curioso lectori proponam, ex qua pateat, doctissimum virum id pridem observasse, quod eodem seculo

tot

tot alii suis suffragiis confirmarunt. Refert primum Usuardi ex Belino verba omnia, hic in textu expressa, ad quæ subjungit « Miror, hæc omissa esse in Martyrologio Romano Baronii, cum ante » centum annos in Martyrologio Belini hæc exhibita fuerint. Quid quod ante mille annos ita credi- » dit Ecclesia Romana? Nam vetus Martyrologium Romanum, quod Adonis Martyrologio ex edi- » tione Moretiana olim præmisi, (ubi et ejusdem Rosweydi notatio videri potest pag. 219) clare ita » repræsentat : *Athenis, Dionysii Areopagitæ, sub Adriano diversis tormentis passi, ut Aristides testis* » *est in opere, quod de Christiana religione composuit. Hoc opus apud Athenienses inter antiquorum me-* » *morias clarissimum tenetur.* Idem habet Beda (supposititius,) Usuardus, Ado et Notkerus, ut me- » rito in considerationem venire debeat, num hic Dionysius Areopagita suo loco tot comitatus testi- » bus relinquendus sit, maxime cum et Menologium Græcum, itemque Menæa, Areopagitam Dio- » nysium hoc die repræsentent. Jam vero cum iidem hi auctores citati, Dionysium Parisiensem alio » die, videlicet IX Octobris reponant, quis dubitare potest, quin Dionysium Areopagitam a Pari- » siensi distinxerint. Quare in textu Baronii IX Octobris, ubi de Dionysio Parisiensi agitur, ut con- » formitas ineatur inter vetera Martyrologia, Romanum tempore Gregorii Magni, Romanum Beli- » ni ante centum annos, Usuardum, Adonem, Notkerum; videtur delendum *Areopagitæ*, itemque *a* » *B. Clemente*, cum hæc a posterioribus inserta et intrusa sint. Consuli poterunt Romæ omnia ve- » tustissima Martyrologia Romana, non existimem, ullum inveniri posse, ante tempora Hilduini » abbatis, quod IX Octobris Dionysium Areopagitam repræsentet. Fors Baronius, si vetus Marty- » rologium Romanum, Adoni præmissum, cujus desiderio tantopere tenebatur, vidisset, in aliam » sententiam declinasset. » Hactenus Rosweydus. Videnda etiam brevissima, sed verosimillima, Castellani in Martyrologio universali observatio, ex quibus omnibus pateat, adstructam a monachis Dionysianis, sed perperam, Dionysiorum plurium, confusionem dicam an distinctionem, a Romano parvo, Adone, Usuardo et Notkero abunde pridem confutatam. Qui plura cupit, adeat Responsiones Papebrochii art. XI, toto § 4. — De *Ewaldis*, *Euualdis*, seu *Egualdis* (hujusmodi nominum ety- *Ewaldorum.* mologiam et litterarum *W* in *G* mutationem satis alibi explicavimus) clare loquitur Beda in Martyrologio, quem sequuntur et transcribunt Rabanus, Ado, Usuardus et Notkerus, ita tamen ut postremi duo paulo contractius historiam exprimant. Apud Hieronymiana et Romanum parvum noti non sunt. Wandelbertus ita canit :

Ewaldi, meritis, gente et cognomine et ara
Doctrinaque pares, quintum sibi morte dicarunt.

Actorum series ex Beda elucidabitur. Videri interim meretur brevis Castellani notatiuncula, quam ex parte tangunt nonnulli codices inter Auctaria. Huc usque iterum patet Usuardini textus scaturigo. — At unde *Candidus* ille ad *Ursum pileatum?* Nusquam reperio. Est quidem in Hieronymianis *Candidi.* aliquibus *Candidæ* vel *Candidi* memoria hoc die, sed unde Usuardus positionem ad *Ursum pileatum* acceperit, cum nulla hujus Sancti Acta noverimus, incertum est. Quæ Adoni a Mosandro ex Hieronymianis superadjecta sunt, Rosweydus verosimilius ab Adoniano textu discernenda putavit.

AUCTARIA.

TORNACEN. Primam refert usque ad *coronatus est*, deest pars altera. Secundam plane omittit, purus est in tertia. In fine subjungit : *In pa-* *Juvini.* *go Dulcomensi, sancti Juvini confessoris.*

ROSWEYD. In prima satis purus, in secunda Bedæ quam Usuardo similior est, inserens hæc *De Ewaldis.* verba : *Cum sancto Willebrordo venientes in Germaniam, Saxonibus prædicare cœperunt, comprehensique a paganis et occisi*, etc.

PULSANEN. In prima satis purus, in secunda rescindit totum elogium. Pro *Ewaldorum* scribit *Guandolorum*. Deest etiam tertia.

ALBERGEN. Textui satis puro, præmittit : *In* *Translationis Ludgeri.* *cœnobio Werdinensi, translatio sancti Ludgeri, primi Monasteriensis episcopi et confessoris. Quod cœnobium ipse primus, divinitus adjutus fundavit, in quo et, Domino revelante, diem se expectaturum novissimum præcognovit.*

Textus contractus. CENTULEN. *Natale sancti Dionysii episcopi et martyris. Apud antiquos Saxones, sanctorum duorum presbyterorum martyrum, qui ambo fuerunt nominati Euualdus, qui pro prædicatione verbi Dei a paganis occisi sunt.* In ultima purus est.

BRUXELLEN. Incipit : *Apud antiquos Saxones,* *De Ewaldis.* *sanctorum duorum Ewaldorum presbyterorum, quorum unus Ewaldus albus et alter Ewaldus niger dicti sunt. Qui cum beato Willebrordo episcopo de Anglia venientes in Germaniam, transierunt ad Saxones, et cum ibi Christum prædicare cœpissent, a paganis occisi sunt. Super quorum corpora columpna lucis noctu apparens, ubi essent, et cujus essent meriti declaravit; sicque Pippino jubente Coloniæ sepeliuntur. Ipso die, natale beati Dyonisii Ariopagi-* *De Dionysio.* *tæ episcopi et martyris. Qui ab Apostolo Paulo instructus credidit Christo, et primus apud* (habebatur ni fallor, *Athenas*, sed super ea voce erasa, alia manu scriptum est) *Chorinthum ab eodem Apostolo episcopus ordinatus, post gravissima tormentorum genera sub Adriano imperatore glorioso martyrio*, etc. Tum : *Romæ ad Ursum pilleatum, natale sancti Candidi martyris. Eodem die, eleva-* *Elevationis Ludgeri.* *tio sancti Ludgheri episcopi, virtutibus clari. Et depositio Domini Maduluti Verdunensis episcopi.* *Maduluti.* Apud Castellanum est *Madelvei* die sequenti.

HAGENOYEN. In prima satis purus, in secunda, post *Saxones*, inserit, qui nunc vocantur *Frysones*. Deinde : *In Anthyochia, sanctorum natalis martyrum Primi, Quirilli et Secundiani.* Vi- *Primi, etc.* de die præcedenti. Sequitur longa elogia Ni- *Nicetii.* cetii Treverensis, de quo ad primum diem Octobris satis dictum est. Demum : *In Anglia, sancti Thomæ episcopi et confessoris*, de quo etiam *Thomæ.* die præcedenti.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Duorum Euualdorum martyrum. Gerardi, primo militis, postea* *Gerardi.* *abbatis. Dionysii episcopi et martyris.*

AUGENS. *In pago Dulcomensi, sancti Vivini confessoris.* TORNACEN. habet *Juvini*, alibi *Jovini*. *Juvini.*

REG.

Reg. Suec. signatus num. 428. *Item ipso die,* *Francisci.* *sancti Francisci confessoris.* Vide die sequenti.

Victoris et Spargi. Florentin. *Item sanctorum martyrum Victoris et Spargi.* Vide de his codices Hieronymianos et notulam Florentinii.

Madalnei. Luxovien. *Depositio sancti Madalnei Verdunensis episcopi et confessoris.* Jam dixi ex Castellano, melius vocari *Madelveum,* colique die sequenti. Hæc proprio loco uberius discutientur.

Caudiacen. *Apud sanctum Andream de Ulmis,* *Adventus Ragnoberti.* *adventus sancti Ragnoberti militis et martyris.* Ponitur a Castellano XIII Junii atque etiam inter Auctaria nostra ipso die, in Actis tamen remissus est ad XV Julii. Ratio postea dabitur.

Divionen. *Natale sancti Dionysii Areopagitæ, qui ab Apostolo Paulo instructus credidit Christo.*

Remens. SS. Timothei et Apollinaris. *In sub-* *Jovini.* *urbio Remensi, natale sancti Jovini confessoris.*

Adventus Felicis. Abdinghoffen. *Eodem die, adventus corporis beati Felicis martyris.* De quo Felice agatur inter tot ejusdem nominis Sanctos, ignoro.

Editio Lubeco-Col. *Apud antiquos Saxones,* *De Ewaldis.* *natale sanctorum martyrum duorum Ewaldorum fratrum. Qui cum essent presbyteri et prædicare ibi Christum cœpissent, comprehensi sunt a paganis et occisi, et in fluvium Reni projecti. Super quorum corpora multa diu lux noctu apparens, et ubi essent et cujus essent meriti declaravit. Quorum corpora fluxus non absorbuit, sed refluo cursu per passus fere quadraginta millia, comitante eos luce divina, usque ad Coloniam provexit, ubi ipsa corpora Sanctorum a Pippino duce Francorum, qui tunc Romanum sceptrum regebat, cum universo clero in ecclesia sancti Clementis juxta Renum posita, condigna veneratione condita sunt. Item apud antiquos* *Willibrordi.* *Saxones, sancti Willibrordi episcopi et martyris.* Sequitur de Dionysio et Candido, pure. Tum : *Gandulfi.* *Apud Warindas, beati Gandulphi confessoris. Eodem die, sanctorum Felicis et Casti martyrum.* *Felicis, etc.* *Ipso die, depositio sancti Madalnei episcopi Virdunensis et confessoris.* *Madalnei.* De translatione sancti Ludgeri, eadem habet quæ Albergensis, supra. *Translationis Ludgeri.*

Greven. *Apud antiquos Saxones, sancti Willibrordi episcopi et martyris.* *Willibrordi.* Ita etiamposuit Editio Lubeco-Col. supra, sed alium ego Willibrordum non novi, quam celebrem illum Trajectensem episcopum et confessorem, qui colitur VII Novembris. *In Africa, Victoris, Urbani, Sapargii.* *Victoris, etc.* *Et alibi Felicis, Ammonii et Casti.* *Felicis, etc.* *Antiochiæ, Cheugenii.* *Cheugenii.* In Hieronymianis vocatur *Thugenus* vel *Theugenus,* vel *Theogenes*, etc. *Gerardi abbatis Broniensis et confessoris.* *Gerardi.* *Apud Warindas, beati Gandulphi confessoris.* *Gandulfi.* *Scopilionis, archipresbyteri et confessoris.* *Scopilionis.* *Apud Monasterium Werdenense, translatio sancti Ludgheri, episcopi primi Monasteriensis, et confessoris, præfati monasterii fundatoris, in quo et revelante Domino, se diem generalis resurrectionis expectaturum præcognovit.* *Translationis Ludgeri.* Vide diem ejus natalem in Actis XXVI Martii.

Molan. *Et in Bronio monasterio, natale et translatio sancti Gerardi abbatis, qui post militiam temporalem, Christi tyrocinio mancipatas, hujus monasterii fundator extitit devotus jussione beatorum Apostolorum Petri et Pauli. Hic postea auctore Christo fuit pater et abbas sex cœnobiorum. Corpus ejus in Bronio quiescit.* *De Gerardo.* *In pago Dulcrimensi, sancti Juvini confessoris.* *Juvini.* Editiones posteriores eadem referunt quæ habentur in prima, solum addunt : *Mosonii, festivitas beati Arnulfi martyris.* *Arnulfi.* In hoc vero a priori differunt, quod annuntiationem Dionysii ponant post Auctarium, cui litteris Italicis inserunt cognomentum *Areopagitæ.* Frequentium hujusmodi variationum an sufficiens, in harum editionum præfatione ratio reddatur, aliorum judicio relinquo. Hic saltem satis opportune emendatio apposita est.

IV *Non.* — *Die 4.*

Crispi et Caii. Marci et soc. Apud Corinthum, natalis Crispi et Gaii, quorum meminit sanctus Paulus Apostolus Corinthiis scribens. In Ægypto, sanctorum Marci et Marciani fratrum, et aliorum cum eis innumerabilium, non inferioris gloriæ, utriusque sexus atque ætatis; quorum alii post verbera et diversi generis horribiles cruciatus, flammis traditi sunt, alii in mare præcipitati, nonnulli etiam capite cæsi, plurimi inedia consumpti, alii patibulis affixi, quidam etiam capite deorsum presso, et pedibus in sublime sublatis, beatissimam passionis coronam meruerunt. Civitate Pa-*Aureæ.* risius, sanctæ Aureæ virginis.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Major, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Corintum* posuit Herinien. Sed recte se corrigit in *Corinthiis.* Idem scribit *Martiani,* sed alii cum textu consonant. Solus Pratensis legit *cruciatus horribiles.* Luxata erant in Antverp-Maj. hæc verba, *nonnulli etiam capite cæsi,* pro quibus legebatur, *non sine etiam capite cæsi ;* nec sensum purum reddidit, qui deletis, *non sine*, substituit, *alii etiam,* etc. Non male scripsit Herinien. *capite deorsum verso,* sed melius cum Adone, *capite deorsum presso,* ubi, errore opinor typothetæ, pro *quidam,* habet Molan. *quidem,* ubi paulo ante *inedta* pro *inedia ;* scrupulosus est in *Parisiis* pro *Parisius.* De *Caii, Gaii, Gaii, Gagi,* etc., alibi dictum est sæpius ; codices sibi non constant.

Crispi et Caii. OBSERVATIO. De *Crispo,* prius archisynagogo, præclara fit mentio in Actibus Apostolorum capite 18. *Caius* Apostoli hospes exprimitur ultimo capite epistolæ ad Romanos. Amborum conjunctionis causam existimo, quod ambo soli ab Apostolo baptizati dicantur epist. I ad Cor. cap. 1. Atque inde ferme eruenda sunt quæ in eorum laudem indubitate referri possunt. Prima eorum in Martyrologiis memoria debetur Romano parvo, ubi simpliciter signantur : *Apud Corinthum, Crispi et Caii.* Quod

hic in

hic in textu superadditur, ab Adone adjunctum est, a Nostro plene, a Notkero fere descriptum, iis neglectis, quæ præter hæc in Festivitatibus Apostolorum idem Ado conmiscere visus est. Etenim tres Caios Apostolorum discipulos distinguendos, verosimile est : hunc nempe Pauli hospitem, ad Romanos cap. 16; alterum *Derbium*, et ipsum Pauli discipulum, qui in Actibus 20 clare distinguitur ; et tertium illum, ad quem Joannes epistolam suam tertiam destinat, in quo Adonem aberasse nonnulli volunt, dum ultimum cum primo confudit, ut ex eo Beda supposititius, hinc Molanus textui suo inseruit. Quid si et aliquis dubitet, utrum tribus adjici quartus non debeat, qui cum Aristarcho memoratur Actorum cap. 19 ? Sed hæc alterius loci et disquisitionis sunt. — *Marcus* et *Marcianus* ab Hieronymianis deserte positi, tot characteristicis a Marco et Marcelliano secernuntur, ut mirum sit confundi potuisse. Rabanus scribit *Marti* et *Mauricium*, quæ amanuensium oscitantiæ adscribimus. Romanum parvum breviter : *Apud Ægyptum, Marci et Marciani fratrum, cumque eis innumeræ multitudinis*. Adonis encomium satis aperte ex Eusebii lib. 8 cap. 8 desumptum est, apud quem gloriosi illi athletæ omnes anonymi sunt, uti et alii ab eodem Eusebio sequenti capite enumerati. Ceterum ita passim admittitur facta ab Adone ad duos hosce martyres applicatio, ut qui eam in dubium revocet, hactenus invenerim neminem. Eam ipsam secuti sunt Usuardus et Notkerus ille phrasim in textu elegantius contrahens, quam iste, qui etiam *Marcellianum* pro *Marciano* substituit. Wandelbertus solos fratres his versibus exornat : *Marci et soc.*

Marcus Marcianusque suo implent munere quartum,
Germine, martyrio, natura et funere fratres.

Aurea Parisiensis virgo pure Usuardina est, omnibus aliis Martyrologis antiquis ignota, saltem præterita; inter Adonis augmenta cum *Marso* Autissiodorensi ab ipso Mosandro recensita. Ejus meminit sanctus Audoenus in vita sancti Eligii, ex qua aliisque, si quæ supersunt, monumentis, ea suo loco elucidari potuerunt, quæ ad ipsam, ipsiusque abbatiam, ab Eligio in Martialis Lemovicensis, popularis sancti, honorem Parisiis conditam, deinde extinctam, aliaque eo spectantia reperientur. Vide tantisper indicem Sanctorum prætermissorum seculo 2 Benedictino pag. LVIII. *Aurea.*

AUCTARIA.

TORNACEN. In prima et ultima purus, in secunda, media fere parte mutilatus est. In margine : *Eodem die, Francisci confessoris.* *Francisci.*

ROSWEYD. In textu satis purus, adjungit : *Item, sancti Marsi presbyteri.* *Marsi.*

PULSANEN. In prima et tertia satis purus, in secunda solum habet usque ad *utriusque sexus atque ætatis*, desunt reliqua.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Idem habent augmentum de sancto Francisco, sed primus ita effert : *Eodem die, depositio beati Francisci.* Ast MAX-LUBEC. in eo differt, quod omittat τὸ *depositio*, et adjungat, *confessoris*. *Francisci.*

MUNERAT. Incipit : *Apud Assisium, natalis beati Francisci confessoris, Ordinis Minorum fundatoris, seu institutoris.* Sequitur textus. Sed in fine post *Aureæ virginis*, adjicitur : *Cujus corpus requiescit in ecclesia sancti Eligii, prope palatii, Parisii.* MOLANUS hæc emendat, sic corrigens : *prope palatium, Parisiis.* *De Francisco. De Aurea.*

ANTVERP-MAX. Puritati satis prope accedit, hoc solum textui præfigens : *Apud Assisium, natale beati Francisci confessoris, FF. Minorum Ordinis fundatoris, et primi Ministri.* *Francisci.*

LOVANIEN. Idem habet, sed in martyrum Ægyptiorum elogio mutilus est.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Ita primo loco de S. Francisco : *Apud Assisium, natale beati Francisci confessoris, FF. Minorum Ordinis fundatoris et primi Ministri. Huic irrationales creaturæ miram exhibebant obedientiam, velut agnoscentes in homine primam innocentiam restitutam. Hic tanto desiderio ferebatur in Deum, ut in orationis spiritu constitutum viderent qui aderant, a terra toto corpore sublevatum, unde et in oratione propheticæ spiritum et revelationem obtinuit secretorum. Hic per biennium ante felicem ejus transitum, post prædicationis suæ cursum, martyrii desiderium, animarum zelum, charitatis excessum, paupertatis titulum, ad aspectum seraphim crucifixi, sicut seraphicis agebatur desideriis, insignitus est corporaliter in pedibus, manibus et dextro latere, stigmatibus Jesu Christi.* Cetera satis puri sunt. *Francisci cum elogio.*

CENTULEN. *Natale sanctorum Crispi et Gaii, quos beatus Apostolus ad Corinthios, se commemorat baptizasse. Apud Ægyptum, sanctorum Marci et Marciani fratrum, cum quibus innumerabiles tam viri quam feminæ, sed et pueri et senes pro fide Christi passi sunt. Antissiodoro, sancti Marsi presbyteri et confessoris. Parisiis, sanctæ Aureæ virginis et abbatissæ.* *Textus contractus. Marsi.*

BRUXELLEN. *Apud Assisium, depositio beati Francisci confessoris et fundatoris Ordinis FF. Minorum. Qui per biennium, ante felicem ejus transitum in pedibus, manibus et latere corporaliter insignitus est stigmatibus Jesu Christi.* Sequitur prima et secunda annuntiatio satis pura. Tum *Parisius civitate, depositio beatæ Aureæ virginis, quam beatus Eligius præfecit puellarum monasterio, quod ipse ibi construxit.* *De Francisco. De Aurea.*

HAGENOYEN. In prima et secunda satis purus, omittit tertiam, cujus loco substituit : *Apud Assisium, depositio beati Francisci confessoris, fundatoris Fratrum Minorum*, etc., quæ nitidius supra ex ULTRAJECTENSIS, etc., exhibita sunt. *De Francisco.*

AQUICINCT. In fine recenti manu : *Eodem die, S. Francisci confessoris.* Vide supra. *Francisci.*

DAVERON. *In pago Turonico, sancti Quintini martyris.* Vide de hoc castitatis martyre Castellani Martyrologium universale. *Quintini.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Francisci confessoris Aureæ virginis abbatissæ, Parisius In Ægypto, Marci et Martiani fratrum, cum aliis innumeris varie passis.* *Francisci*

UGHELLIAN. *Item sancti Francisci confessoris.* *Ejusdem*

FLORENTIN. *Sancti Francisci ..... Item, sancti Petronii episcopi et confessoris.* *Petronii.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Autissiodori, sancti Marci* (voluit dicere *Marsi*) *presbyteri et confessoris.* *Marsi*

EDITIO LUBECO-COL. incipit : *Apud Treverim, natale sanctorum martyrum Tyrsi duci sacratis-* *De Turso et 300 Thebæis.*

simæ

simæ legionis trecentorum Thebæorum et sancti Bonifacii. Hos Maximianus imperator Herculeus, propter frequentes tumultus Gallorum, Thebæos milites ab Oriente in auxilium accersivit. Hi Thebæi ab antistite Hieresolymitano fuerunt baptizati et a Marcellino beato Papa, qualiter sub armis Romanæ libertatis, Christianam innocentiam servare deberent, instructi sunt. Hos Rictiovarus præfectus urbis interrogavit, an vellent Romanorum deos adorare, et eorum detractores armis debellare. Cui cum dux legionis Tyrsus responderet, se suosque omnes socios et milites pro Christi amore potius malle mori, quam hujusmodi sacrilegio pollui, tunc Rictiovarus diffusis per totum campum militibus, præcepit omnes interfici, et corpora eorum feris avibusque devoranda relinqui. Hæc igitur multitudo militum martyrizata est ad littus Mosellæ juxta capitolium, quod postea in honore Dei genitricis semper Virginis Mariæ est dedicatum, et ipse locus ob memoriam Martyrum, Littus ad Martyres, nomen accepit. Sequitur de Francisco, ut ULTRAJECT. etc., supra. Tum textus totus satis purus. De Quintino, ut DAVERON. In fine : *Antisiodoro, depositio sancti Marci presbyteri et confessoris.* Vide dicta superius ad codicem REMENSEM.

Francisci. Quintini. Marsi.

De Francisco. BELIN. *In civitate Assisii, natale beati Francisci confessoris, fundatoris Ordinis Minorum. Hic post multiplicationem mirabilem Ordinis, quem fundavit ubique terrarum diffusius, in eodem viginti annis cœlibem vitam ducens, de hujus mundi miseriæ carnis ergastulo, ad cœlestem patriam est deductus.* Junge hæc ULTRAJECTENSI, etc.

De Trevirensibus. Quintini. Aniani. GREVEN. De Trevirensibus pauca habet, sed de iis satis diximus. De Quintino, ut supra. *Ipso die, secundum Cathalogum, sancti Aniani episcopi et confessoris, de quo in gestis sancti Marci Evangelistæ refertur : quia cum esset sutor et calceumentum beato Marco reficeret, manum sibi perforaverit, Sed a beata Marco curatus est et presbyter ordinatus, tantæ fidei extitit, ut montem transtulisse feratur ; deinde episcopus ordinatus in pace quievit, translatus postea Venetias, in monasterio sancti Clementis conditus servatur.* Vide Tractatum de Patriarchis Alexandrinis ante tomum v Junii. *Madalvei episcopi Virdunensis et confessoris. Item, Petronii episcopi Bononiensis et confessoris, qui vitas Patrum conscripsisse fertur. In valle Spoletana, apud Assisii civitatem*, etc., paulo brevius quam ULTRAJECT. etc., ubi dicitur quievisse anno MCCXXIV. *Antisiodoro, sancti Marsi presbyteri et confessoris, natione Romani. Dasii confessoris.*

Madalvei. Petronii. Francisci. Marsi. Dasii.

De Caio. MOLAN. De Crispo et Cajo, post *scribens*, aliis litteris interjicit : *Cujus Gaii meminit idem Apostolus ad Romanos : Salutat vos, inquit, Gaius hospes meus et universæ ecclesiæ. Cujus beatus Joannes, epistolam scribens, meminit ita : Senior Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate.* In fine de Aurea, addit verba MUNERATI ; de Francisco, verba BELINI refert, solum addens post *deductus*, *anno Dominicæ Incarnationis* MCCXXVI ; et : *Cujus vitam inclytam miraculis plenam describit Bonaventura. Item Treveris, Thirsi et sociorum ejus, sub Rictiovaro præside.* Tum typis minoribus de Quintino, ut supra. Succedunt deinde sequentia : *Baptista Mantuanus in Fastis Ecclesiasticis lib.* 10.

De Francisco. De Trevirensibus. Quintini. De Petronio

Hæc eadem tibi, Petroni, celeberrime gentis
Flamminiæ princeps, lux est sacrata tuarum,
Felsina quæ quondam Thusci caput esse solebat
Imperii, laudum servat monumenta; fuisti
Et pater et pastor tantæ dignissimus urbis, etc.

Hactenus prima et purior editio. In posterioribus sancti Francisci annuntiatio litteris Italicis ponitur primo loco. De Caio adduntur, quæ supra. In fine de Aurea et Thyrso, etiam ut supra. Tum : *Bononiæ, sancti Petronii episcopi et confessoris.* Sequitur de Quintino, ut in prima. Dein : *Virduni, sancti Magdalvei episcopi et confessoris eximii.* Jam supra non semel diximus legendum esse *Madelvei. Die quarta, sancti patris Hierothei episcopi Athenarum.* Vide notulam Castellani, quæ si vera est, et hic et in Romano delendus erit.

Madelvei. Hierothei.

III *Non.* *Die* 5.

Placidi et soc. Thraseæ. Apollinaris. Firmati et Flavianæ.

Apud Siciliam, natalis sanctorum martyrum Placidi, Euticii, et aliorum triginta. In Eumenia, beati Trasei episcopi, apud Smirnam martyrio consummati. In Galliis civitate Valentia, sancti Apollinaris episcopi, cujus et vita virtutibus insignis fuit, et mors nihilominus signis et prodigiis decoratur. Antisiodoro, depositio sanctorum Germanorum Firmati diaconi, et Flavianæ virginis.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Major, Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Syciliam* scribit solus Praten ; solus Antverp-Maj. *Ciciliam.* In Antverpien. est *Placiti*, ut Hieronymiana aliqua habent ; Max-Lubec. mendis scriptoriis plena est. *Eutychius* varie effertur, reliqui *Euticii*, pluralitate suffragiorum, nempe Rosweydi, Greven. Tornacen. etc. ; Praten. habet *Eutichii*, Herinien. *Euthici*, Antverpienses *Eutici*, Munerat. *Ethici*, solus Molanus recte. Idem recurrit in *Thraseæ*, cujus nomen effórmavi ex Praten. Herinien. Greven. et Molano. Apud alios est *Traciæ*, *Tarseæ*, *Tharseæ*, *Transeæ*, etc. Rursus *Smirnam* scripsi simpliciter ex omnibus ferme codicibus, excepto Pratensi et item Molan. Lego, *cujus et vita virtutibus*, etc., contra quam habeant Praten. et Herinien. qui omittunt particulam *et*, quam certum videtur Usuardum ex Adone posuisse, qui cetera omnia ex eo sumpsit. Nescio cur Greven. et Molan. ante *germanorum*, expunxerint *sanctorum*, uti Rosweyd. ante *Thraseæ*, delevit *beati*. De *nichilominus*, *dyaconi*, etc., nihil dicendum est.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. Codices Hieronymiani Lucensis et Corbeiensis, tum Ms. tum ab Acherio vulgatus, diserte legunt : *In Sicilia, Placidi*, vel *Placiti, Eutici et aliorum* XXX. Mutilus videtur Epternacensis, dum solum notat : *Eutici et aliorum* VIII. Rabanus in nomine cum postremo convenit, in sociorum anonymorum numero aliis subscribit. Hic jam varie se torquet Florentinius, ut *spiras, amfractus, ambages*, imo *labyrinthum errorum* complanet, qui ex Actis pseudo-Gordianis emanarunt, quod quam esset difficile, satis perspexit Baronius ad annum DXXIX num. 10 et alibi ; fatentibus modo Benedictinis ipsis, fontem, ex quo Maurolycus, aliique hausere, turbidum prorsus et lutosum esse, adeo ut Theodoricus Ruinartius in Appendice ad Apologiam missionis sancti Mauri, non ita pridem edita, aliam plane viam iniverit ad salvandum *Placidi*, Benedicti discipuli cultum. Non alius occurrit modus expeditior, quam si *Placidus* alter ab altero distinguatur. Hoc certe indubitatum videtur, nullum antiquorum Martyrologorum, dum *Placidum, Eutychium* et socios anonymos memorant, vel per umbram cogitasse monachos ipsos, nedum Benedictinos fuisse, quod profecto, qui monachi et ipsi erant, insinuare non neglexissent, ut passim faciunt ; frustra hic et subtimide reclamante Ruinartio. Factam interpolationem in Romano moderno (verosimiliter ex Maurolyci Actorum compendio) observavit Castellanus, quæ ibi non semel subinde mutata est, ut patebit vel solas editiones Plantinianas conferenti. Belinus solum *Placidum* primus ipse *Benedicti discipulum* fecerat, textum cetera intactum relinquens. Sed et hoc novitatis revincitur, cum in tanto codicum nostrorum numero, quorum pars maxima a Benedictinis monachis exarata est, nec unus unicus reperiatur, in quo Usuardi verbis vel syllaba adjecta sit. Interim de *Placido* aut sociis nihil legitur in Beda, Romano parvo, Floro aut Wandelberto. Adonis verba describit Noster, Notkerus paululum contrahit. Porro Acta præfata *atrocibus mendis exonerare conati sunt* Acherius et Mabilio, de quibus videsis Responsiones Papebrochii ad articulum XI num. 238 et 239. Nos cetera loco proprio reservamus. — De *Thraseæ* sic primus hodie ex solito ductore Rufino lib. 5 cap. 24, meminit auctor Romani parvi : *Dumeniæ, Thraseæ episcopi, ad Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis*. Hæc ab Adone ex Eusebio nonnihil ampliata sunt, ex hoc iterum accepere Usuardus et Notkerus. Textus nostri verba, an ad Rufini sensum satis exacta sint, non plane constat ; nam apud Eusebium aliter loquitur Polycrates, non asserens Thraseam martyrio consummatum *Smirnæ*, sed *requiescere*, vel *requievisse*, Κεκόιμηται, ubi Rufinus simpliciter vertit *consummatus*. Sed de his plura alibi. — Præcedit in Viennensi *Apollinaris* cum elogio, quod verbatim in textum nostrum translatum est, a Notkero, ut proxime superius, modice decurtatum. Nonnulla de hoc Sancto edidit Surius, sed certiora ex aliis monumentis suo tempore producemus. Apollinarem ex Hieronymianis ab Adone desumptum existimo, ex quibus etiam in Rabanum purius transivit, — cum annuntiatione ultima de *germanis Autissiodorensibus*. Utrum vero Florentinius pro suo arbitrio recte *hos cælites ex additis a Gallico antiquario agnoscat*, mihi satis compertum non est, quemadmodum nec satis intelligo, cur ultimam hanc annuntiationem, a Mosandro positam, Rosweydus Adoni abjudicaverit, utpote qui hanc æque ac proxime superiorem ex Hieronymianis una desumere potuit. Conjicit Castellanus, *Flavianam* hanc mutatam in *Flaviam* (sicuti alias vocatur) accessisse martyribus Siculis, inter quos etiam frater ejus *Firmatus* ; uti *Victorinus* et *Faustus*, qui in Hieronymianis apographis expresse cum particula *alibi* ponuntur. Nescio cur in ultima Martyrologii Romani editione Plantiniana anni MDCCI, *Firmatus* Autissiodorensis appelletur *Firmanus*. Hæc in præsentiarum sufficiant. At quid sibi vult Wandelbertus, hos de Apollinare versus pangens, qui ad XXIII Julii potius remitterentur quamvis et ibi Apollinarem memoravit :

Placidi et soc. — *Thraseæ.* — *Apollinaris.* — *Firmati et Flavianæ.*

Ternas tum Nonas Apollinaris honorat
Præsul, templa frequens cujus Ravenna coronat.

AUCTARIA.

TORNACEN. Ad puros accederet, nisi deessent de Thrasea verba illa : *apud Smyrnam martyrio consummati.*

PULSANEN. In duabus primis annuntiationibus purus est, contra vero in duabus postremis plane deficit, ut sæpius solet.

ANTVERP-MAX. et LOVANIEN. In prima, tertia et quarta puri, sic secundam efferunt : *Apud Smirnam, sancti Traceæ Eumeniensis episcopi et martyris, cujus meminit quintus liber Ecclesiasticæ historiæ.* Vide in sequentibus, textum Adonis.

De Thrasea.

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Idem habent augmentum, sed ei insuper adjungunt : *Hic unus ex antiquis, quasi ex traditione priorum, se asseruit accepisse, Salvatorem Apostolis præcepisse, ante annum duodecimum ab Hierosolymis ne discederent.* Quæ sunt verba Adonis, accepta ex Eusebio lib. 5 cap. 18.

De eodem.

CENTULEN. *In Galliis civitate Valentia, sancti Apollinaris episcopi et confessoris. Apud Siciliam sanctorum martyrum Placidi, Euthicii et aliorum* XXX. *Antisiodoro, sanctorum Firmati diaconi, et Flaviæ virginis Deo sacratæ.* Observa, hic *Flaviæ* legi, non *Flavianæ*.

Textus contractus.

BRUXELLEN. In prima purus, secunda sic format : *Apud Eumeniam vel Smirnam, beati Traseæ episcopi et martyris, cujus meminit*.... ut supra ULTRAJECTENSIS, etc. In tertia constructionem modice transposuit. In ultima purus est.

HAGENOYEN. In prima purus, in secunda fere similis est etiam ULTRAJECTENSI, etc., nisi quod Thraseam faciat *confessorem*, simul et *martyrem*. In tertia et quarta, satis purus est. In fine refert quæ ad diem præcedentem pertinent : *Parisiis civitate, depositio sanctæ Aureæ virginis.* Vide ibi.

Aureæ.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Placidii et Euticii cum aliis* XXX. *Firmati diaconi et sororis ejus.*

In VATICAN. signato num. 5949. Deest annuntiatio ultima de Autissiodorensibus.

FLORENTIN. *Ravennæ, sancti Marcelli* (alias *Marcellini)*

Marcelli.

Marcellini) ejusdem civitatis episcopi et confessoris. In Iconio, beati Traseæ episcopi. De Marcellino Ravennate, vide Surium.

Meinulfi.

ABDINGHOFFEN. *Eodem die, sancti Meinulfi confessoris*, alii legunt *Magenulfi*. Vide Surium.

Translationis Severini. — *Palmatii et soc.*

EDITIO LUBECO-COL. *Colonia Agrippina, translatio sanctissimi patris Severini, ejusdem civitatis archiepiscopi et confessoris. Quæ angelica ammonitione per religiosos cives Colonienses, de Aquitania civitate Burdigala, in Coloniam facta est, ad ecclesiam sanctorum martyrum Cornelii et Cypriani, quam beatissimus Dei confessor Severinus a fundamentis crexerat, et in eorum honore in vita sua dedicaverat, ac conventum fratrum ibidem in Christi charitate instituerat. Cujus etiam translationem Deus, qui semper est gloriosus in Sanctis suis, novis miraculis decoravit, ut ejus corporis relationis gesta testantur. Treveris, passio sanctorum martyrum Palmatii consulis et patricii civitatis, cum undecim principibus, quos Rictiovarus præfectus urbis, ob confessionem nominis Jesu Christi jussit gladio plecti. Quorum principum nomina hæc sunt : Maxentius, Constantius, Crescentius, Justinus, Leander, Alexander, Sother, Hermisda, Papirius, Constans et Jovianus, quorum corpora requiescunt ibidem in crypta, juxta corpus sancti Paulini episcopi et martyris.* Tum : *In territorio Paderbornensi, monasterio Bodecensi, depositio sancti Maynulphi diaconi et confessoris.* Sequitur textus, ut est in ULTRAJECTENSI, etc. In fine : *Eodem die, beati Faustini confessoris.*

Maynulfi. — *Faustini.*

BELIN. *Apud Siciliam, natale sanctorum martyrum Placidi monachi, beatissimi Benedicti abbatis discipuli, Euticii et aliorum* XXX. In Apollinare et Autissiodorensibus satis purus est. In finem rejicit : *In Iconio, beati Traseæ episcopi, apud Smyrnam martyrio coronati.*

De Placido. — *Palmatii et soc.*

GREVEN. *Nota, Anthoninus parte 2 tit. 15 cap.* 14 *dicit, hunc Placidum discipulum fuisse sancti Benedicti, quem Maurus ex aquis retraxerat, et in Siciliam missum ad curanda bona, quæ pater ipsius, monasterio contulerat. Treveris, passio sanctorum martyrum Palmachii consulis ac patricii civitatis ipsius, cum undecim principibus : Maxentio, Constantio, Crescentio, Justino, Leandro, Alexandro, Sothero, Hormisda, Papirio, Constante et Joviniano. Quos omnes Rictiovarus urbis præfectus, ob confessionem nominis Christi, gladio occidi mandavit.* De translatione Severini, habet ferme ut supra. Tum : *In Diocesi Paderbornensi, monasterio Budicensi, sancti Meynulfi diaconi et confessoris. Qui tempore Karoli magni in fundatione Paderbornensis ecclesiæ, vita et miraculis inclytus, beato fine quievit. Faustini confessoris. Osythæ virginis et martyris.* Vide Surium et Castellanum die VII Octobris. *Gallæ nobilissimæ viduæ sanctimonialis, de qua Greg. lib. 4 Dialog. refert, quod cum viro viduatæ medici dicerent, nisi ad amplexus viriles rediret, barbas esset habitura, quod ita quoque factum est ; illa nihil exterioris deformitatis timens, ad omnipotentis Dei servitium se tradidit, simplicitati cordis, orationi et eleemosynarum largitionibus dedita, beato Petro Apostolo, ut est vultus benignissimi, sibi apparente, de seculo migravit.*

Translationis Severini. — *Meynulfi.* — *Faustini.* — *Osithæ.* — *Gallæ.*

De Placido. — *Palmatii et soc.* — *Translationis Severini.* — *Meinulfi.* — *Gallæ.* — *Attilani.* — *Charitines.*

MOLAN. Aliis litteris post *Placidi*, textui inserit : *monachi beatissimi Benedicti abbatis.* In fine : *Item Treveris, sanctorum martyrum Palmatii et sociorum ejus, sub Rictiovaro præside. Item Coloniæ, translatio sancti Severini episcopi.* Tum typis minoribus de Meinulfo, ut GREVEN. Deinde : *Gallæ nobilissimæ viduæ sanctimonialis de qua Gregorius lib.* 4 *Dialogorum. Eodem die, natalis sancti Attilani, episcopi Zamorensis, quem vita functum Urbanus II Papa, in Sanctorum numerum retulit.* Vide Surium. Hactenus editio prima ; in editionibus aliis de Placido præterea additur famosa historia Manuchæ piratæ, missi ab Abdala Hispaniæ rege, quem apud historicos Hispanos frustra quæsiveris. De Thrasea, *cujus meminit*, etc. In fine, post *virginis*, additur : *Deo sacratæ.* De Palmatio, ut in priori. Tum : *Budicæ monasterio, diœcesis Paderbornensis, sancti Meinulphi, diaconi et confessoris. Zamoræ, natalis sancti Attilani episcopi, quem Urbanus II in Sanctorum numerum retulit. Die quinta, sanctæ martyris Charitines.* Vide Metaphrasten apud Surium hoc die.

Pridie Non. *Die* 6.

Marcelli et soc. — *Sagaris.* — *Fidis.*

Apud Capuam, natalis sanctorum martyrum Marcelli, Casti, Emilii, et Saturnini. Eodem die, beati Sagaris martyris et episcopi Laodicensis, qui unus fuit de antiquis Pauli Apostoli discipulis. Civitate Agenno, natalis sanctæ Fidis virginis et martyris, cujus exemplo beatus Caprasius ad agonem martyrii animatus est.

Sumitur ex *Praten. Herimen. Tornacen. Munerat. Greven.* et *Molan.* Item ex *Antverp-Max Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danic.*

VARIA LECTIO. Omnes simpliciter scribunt *Emilii*, excepto solo Molano, qui *Æmilii*. Tornacen. pro *beati* Sagaris, legit *sancti*. In apographo nostro Pratensi habetur *Laudicensis*, forte ex amanuensis errore ; certe nec *Laudicensis* valet, nec *Laudunensis*, ut habet Munerat. cum certum videatur, ibi episcopum fuisse ubi mortuus est, nempe *Laodiceæ*. De eo sic habet Muneratus : *Qui fuit unus de discipulis beati Pauli Apostoli.* Sunt inter codices mediæ notæ, in quibus legitur *Aginno*, item *Agynno* ; nostra lectio antiquior est, an purior et verior, non disputo.

Marcellini et soc.

OBSERVATIO. Tota hodierna tabula integre et ad verbum Adoniana est, a Notkero etiam descripta, cum hoc tamen discrimine, quod Noster *Fidem* virginem ab Adone et Notkero secundo loco positam, in tertium rejecerit. De *Capuis martyribus* silent Beda, Romanum parvum, Florus et Wandelbertus. Rabanus solum legit : *In Apulia. Casti et Emili.* Annuntiatio nostra ab Adone ex

Hieronymianis

Hieronymianis primitus videtur accepta, ubi totidem fere verbis legitur : *In Capua, natalis sanctorum Marcelli, Casti, Emili, Saturnini*, etc. Alia aliter efferunt. Discordias componere conatur Florentinius, quibus hic diutius immorari non vacat. Satis plausibilis est conjectura Baronii, sumpta ex similitudine nominum Casti et Æmilii Africanorum, de quibus egimus XXII Maii, quidquid contra insurgat Ferrarius. At hæc suo loco uberius expendentur. — Secunda annuntiatio ex Rufino, ni fallor, accepta, sic ponitur in Romano parvo : *Sagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli Apostoli discipulis.* Nihil magnopere addidit Viennensis præsul, præter titulum *martyris*, quem ei suggessit Polycrates in citata die præcedenti epistola ad Papam Victorem, de controversia observationis Paschatis apud Eusebium lib. 5 cap. 24, ubi ille *Sagarim* pro Asiaticæ consuetudinis antiquitate adducit, mortuumque asserit Laodiceæ, eum Thraseæ, de quo pridie egimus, subjungens ; neutrum autem, utut antiquum, Apostoli Pauli discipulum, saltem eo loci prædicari video. — *Fidis*, non *Fidei* virginis disertissime meminerunt Hieronymiana, Ado, Usuardus et Notkerus, sub eadem inflexione ; solus Rabanus legit *Fidei* ; at *Fidem* in *Felicem*, *Agennum* in *Genuam* mutasse videtur Epternacensis codicis scriptor Laurentius. Ceterum Acta ejus a pluribus vulgata sunt, novissime a Labbeo tomo 2 Bibliothecæ Mss. a pag. 528, a Tillemontio satis accurate expensa tomo 4 a pag. 543, et rursus in notis a pag. 752, ubi ea quæ ad Caprasium et Vincentium, Aginnenses itidem martyres spectant una conjungi monuimus in Observatione nostra ad IX Junii. Hic locus non est Tillemontii criticam aut examinare aut refellere, cum hæc omnia a nobis suo tempore diligentius illustranda sint. Sic fidem nostram metro unico cecinit Wandelbertus :

Sagaris. *Fidis.*

Virgo Fides pridie felici morte triumphat.

AUCTARIA.

Romani. Translationis Hugonis.

ANTVERP-MAJ. Textui satis puro in fine superaddit : *Antisiodoro, sancti Romani episcopi et martyris. Eodem die apud Lincolniam, translatio sancti Hugonis episcopi et confessoris.*

Romani.

ROSWEYD. In textu purus, subdit : *Antisiodoro, Romani episcopi et martyris.*

PULSANEN. In duabus primis purus est, deficit in tertia, quod huic codici familiare esse alibi non semel notavimus.

Balbinæ.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Hoc habent principium : *Romæ, sanctæ Balbinæ virginis*. Cetera puri sunt. Crediderim ex aliquo codice Hieronymiano, ubi hoc die signatur, Balbinam huc fuisse intrusam. Videatur notatio Florentinii. De ipsa egimus XXXI Martii. CODEX UGHELLIAN. videtur legere *Sabinæ*, ut alii infra.

Brunonis.

HERINIEN. In textu purissimus, in margine minori et recentiori calamo adjectum exhibet : *In Calabria, depositio beati Brunonis confessoris, primi institutoris Ordinis Cartusiensis.*

Textus mutilus. Romani.

CENTULEN. *Apud Capuam, sanctorum Marcellini, Casti, Emilii et Saturnini. Civitate Agenno, passio sanctæ et gloriosæ Fidis virginis, cujus exemplo beatus Caprasius, ad agonem martyrii animatus est. Antisiodoro, sancti Romani episcopi et confessoris.*

Octavæ Michaelis. Balbinæ.

BRUXELLEN. Incipit : *Octava beati Mychaelis archangeli, patroni hujus ecclesiæ.* Sequitur textus purus. In fine : *Romæ, sanctæ Balbinæ.*

Abraham. Balbinæ.

HAGENOYEN. Multa coacervat de patriarcha Abraham, quæ hic non vacat describere. Vide infra IX Octobris. Sequuntur martyres Capuani, pure. Deinde : *Romæ, sanctæ Balbinæ virginis. Eodem die, sancti Sygaris episcopi Laodicensis et martyris.* De Fide, nihil.

Rogati

AQUICINCT. In fine : *Item sancti Rogati.* Quis hic Rogatus sit, sive martyr, sive confessor, sive episcopus, necdum scio.

Romani

DAVERONEN. *Antisiodoro, depositio sancti Romani episcopi.*

Caprasii. Brunonis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Fidis virginis et martyris. Caprasii martyris, qui exemplo Fidis virginis martyrium pertulit.* Vide XX Octobris. *Marcelli, Casti, Æmilii et Saturnini martyrum.* In margine notatum habetur : *Est dies S. P. N. Brunonis, et tamen omissus, unde antiquitatem et sinceritatem hujus Kalendarii animadvertere licet.* Verba sunt amanuensis, qui codicem transcripsit.

Rogati

CLUNIACEN. et CODEX D. DU CHEVAL signatus C. *Item Rogati.* Vide supra.

Renati.

VATICAN. sub num. 5949. Addit : *Apud Surrentum, sancti Renati confessoris.* Adde *episcopi.*

ALTEMPS. *Item Rogaci martyris.* An *Rogati?*

Abrahæ, Isaac, etc. Sabinæ

FLORENTIN. *In Judæa, civitate Ebron metropoli, depositio sanctorum patriarcharum Abrahæ, Isaac et Jacob. Quorum corpora in eadem ecclesia, in spelunca duplici, divina revelatione inventa sunt a Latinis Canonicis ejusdem ecclesiæ, anno Domini* MCXX. *Romæ, sanctæ Sabinæ virginis.* MEDICÆUS CODEX forte melius legit, *Balbinæ*.

Romani

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Autissiodori, sancti Romani episcopi et confessoris.*

Octavæ Michælis, etc. Martyrum Trevirensium

EDITIO LUBECO-COL. *Octava sancti Michaelis et omnium angelorum. Treveris, passio innumerabilium martyrum a præfecto urbis Rictiovaro occisorum,* (qui) *in plebem utriusque sexus et ætatis, cædem pro nomine Christi exercuit. Pauci vero Christiani qui hujus procellas fuga declinaverunt, postquam aliquantulum persecutio cessavit, horum martyrum corpora partim sepulturæ tradiderunt et quemdam ingentis capacitatis puteum, vetustate neglectum, et aquis exhaustum, eorumdem martyrum ossibus impleverunt ; in quo puteo super ossa martyrum, sanctus Athanasius Alexandrinus episcopus, sex annis incognitus latitavit, in quo loco monasterium sancti Maximini dedicatum est, in cujus crypta in eodem puteo corpora ipsorum martyrum*, etc., *requiescunt.* In Capuanis pura est. Fidem passam ait, *sub Daciano præside Hispaniarum.* Tum pergit : *Item apud Agennum, civitatem Galliæ, passio sancti Caprasii martyris, qui exemplo beatæ Fidei virginis prædictæ, ad agonem martyrii animatus est.* Jam diximus coli XX Octobris. In Sagari, satis pura est. Sequitur . *Eodem die, sancti Rogati martyris. Antisiodoro, sancti Romani episcopi et confessoris. In Anglia villa Lincolnie, translatio sancti Hugonis, episcopi et confessoris, Ordinis Cartusiensis. Item ipso die, memoria sanctorum patriarcharum Abraham, Isaac et Jacob. In monasterio Schonaugia, translatio sanctorum Cesarii et Verenæ virginis et aliorum sociorum eorum martyrum, de societate undecim millium virginum.*

De Caprasio. Rogati. Romani. Translationis Hugonis. Abrahæ, etc. Translationis Cæsarii, etc.

Balbinæ. Rogati

Belin. In prima editione incipit. *Romæ, sanctæ Balbinæ virginis.* In secunda ad finem adjicit: *Item sancti Rogati episcopi.* Cetera textus purus, sed in scriptione mendosus est.

Octavæ Michaelis. De Patriarchis. Raphaelis Eskilli De Treverensibus. Primi et Feliciani. Gangulfi. Romani. Dulcidii. De Brunone.

Greven. *Octavæ sancti Michaelis et omnium beatorum spirituum.* De Patriarchis, ut Editio Lubeco-Coloniensis. *Raphaelis archangeli apud aliquos hic servatur memoria. In Swecia, Eskilli episcopi et martyris.* De Treverensibus paulo succinctius quam supra. *Item sanctorum Primi et Feliciani, qui cum beata Fide passi referuntur.* Vide IX Junii. *Secundum Cathologum hic passio sancti Gangulphi martyris, qui supra habetur* III *Id. Maii. Autisiodoro, depositio sancti Romani episcopi et confessoris. Dulcidii, episcopi Agennensis.* Tum: *In Calabria, depositio sancti Brunonis confessoris. Qui ex Colonia Agrippinensi claris ortus natalibus, litteris tam secularibus quam divinis apprime eruditus, doctorque famosus, ecclesiæ Remensis canonicus, honestatis et gravitatis ac totius maturitatis quasi quoddam simulachrum, relicto seculo cum aliis sex ejusdem propositi viris (terrifico illo casu apud Parisios defuncti cujusdam, se accusatum, judicatum, deinde etiam damnatum clamantis, salubriter exterritis, jamque divino amore ardentibus) heremum Carthusiæ, ubi per id tempus sanctus Hugo Gratianopolitanus episcopus Deum viderat dignationi suæ habitaculum construentem, stellasque septem ducatum sibi itineris præstantes (erant quippe et hi numero septem) ingressus, monasticæ conversationis propositum satis arduum, religionem videlicet Carthusiensium instituit anno Domini* MLXXXIV. *Verum ab Urbano Papa II, cujus olim præceptor fuerat, evocatus, Romam adire et summo Pontifici in ecclesiasticis negociis assistere cogitur. Sed Curiæ non ferens strepitus spreto archiepiscopatu Reginensi, ad quem electus fuerat, relictæ solitudinis et quietis amore flagrans, in Calabriæ heremum secessit; ubi multis fratribus adunatis, in maxima sanctitate et austeritate degens, primi quoque monasterii, id est Carthusiæ heremi, sollicitudinem gerens, vita et miraculis clarus, quievit in pace anno Christi* MCI *in die Dominica.* De Schonaugiensibus translatis, et de translatione sancti Hugonis Lincolniensis, ut supra in Editione Lubeco Coloniensi. In fine: *Babillæ virginis.*

Translationis Hugonis. Babillæ.

Balbinæ. Romani. Rogati Brunonis. Eskilli. De Treviremsibus. Emmiæ.

Molan. *Romæ, sanctæ Balbinæ virginis. Depositio Romani Antisiodorensis episcopi. Item sancti Rogati episcopi. In Calabria, depositio sancti Brunonis confessoris, primi institutoris Ordinis Cartusiensis.* Tum minoribus typis: *Quem Leo X sanctorum Catalogo asscripsit.* De Eskillo et martyribus Trevirensibus Grevenum descripsit. In editionibus aliis, Brunonem primo loco aliis litteris collocat. In fine de Romano et Balbina, ut supra. Tum: *In Galliis, sanctæ Emmiæ virginis, filiæ Clodovei regis, eximiæ sanctitatis.* An non melius vocetur *Enimia*, vide Martyrologium Castellani. De martyribus Trevirensibus dictum est satis, hic eorum elogium contrahitur.

Nonis. *Die 7.*

Marci PP. Sergii et Bacchi. Juliæ. Marcelli et Apulei

Romæ via Appia, depositio beati Marci Papæ. Apud provinciam, quæ nuncupatur Augusta Eufratesia, sanctorum martyrum Sergii et Bachi, sub Maximiano imperatore: quorum Bachus tam diu nervis crudis est cæsus, quoadusque totus corpore discissus in confessione Christi emitteret spiritum; Sergius vero clavatis coturnis pedibus indutus, cum in fide fixus maneret, data sententia, jussus est decollari. Item apud eamdem provinciam, sanctæ Juliæ virginis, quæ sub Marciano præside martyrium consummavit. Eodem die, sanctorum martyrum Marcelli et Apulei, qui per Apostolum Petrum, relicto Simone, Apostolicæ doctrinæ se tradiderunt, ac postmodum sub Aureliano consulari, martyrii coronam reportarunt, sepulti non longe ab urbe Roma.

Ex *Praten. Herimen. Antverp.-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat.* et *Molan.*

Varia lectio. Praten. cum solitis duobus comitibus Antverp-Maj. et Rosweyd. differt a reliquis omnibus; quod annuntiationem Marcelli et Apulei ponat secundo loco. Molanus pro *beati* Marci, habet, *sancti*. Rosweyd. ei tribuit titulum *martyris*. Solus Praten. ante *Euphratesia*, omittit *Augusta*. Ceterum scribo *Eufratesia, Bachi, coturnis, Apulei*, etc., ex communi codicum enuntiandi ratione. In Antverp. et Max-Lubec. ante *Sergii*, deest *martyrum*. Molan. voces transposuit, *tamdiu est nervis crudis cæsus*. Rursus loco *Marcelli*, posuit *Marci*, quod in posterioribus editionibus correctum est. Praten. Antverp-Maj. Rosweyd. et Munerat. scribunt *Symone*. Rosweyd. præterea cum Antverp. et Max-Lubec. addit *Mago*. Antverp-Maj. præter plurima scriptoria sphalmata, ut *Bachii, Bacus, discisus, confescione*, etc., peculiare habet, cur ferme a puris excludi debuit; legit enim cum Adone, *Aureliano consulari viro sententiam ferente*.

Marci, PP.

Observatio. Hodierni laterculi eadem est quæ hesterni origo, translatio videlicet totius textus ex Adone Viennensis præsule, quem Usuardus et Notkerus hic de more secuti sunt; ille ex Romano parvo Sanctos omnes accepit. *Sanctus Marcus Papa* apud Bedam legitur, *Lino* itidem Papæ conjunctus, unde verosimiliter profluxit Wandelberti versiculus, quo simul uterque non satis metrice prædicatur:

Pontifices nonas Linusque Marcusque retentant.

Inter Hieronymiana distinctius loquitur vetustissimum Epternacense, his verbis: *Romæ, depositio*

Marci

Marci episcopi. In aliis apographis varia conjunctio et confusio est, multaque implexa occurrunt, quibus explicandis non parum desudat Florentinius. Romanum parvum, Bedæ non absimile, ponit : *Romæ, Marci Papæ.* Breve elogium texuit Ado, in quo Notkerus aliquid mutare voluit. Noster solam positionem determinavit. Quid de Marco tradant Pontificalia, videri potest in veteribus Catalogis tomo I Aprilis præfixis, ex quibus paucula desumpsit Fronto, in hodierna sua notula ad Kalendarium, in quo signatur hoc modo : *Mense Octobris die* VII. *natale S. Marci*; distinctius in Allatiano et Sacramentario Gregorii : *Nonis Octobris, natale S. Marci Papæ.* Quibus abunde stabilitur vetustissimus sancti hujus Pontificis in Ecclesia cultus ; nec plura quæ ad vitam aut gesta pertineant, reperit Tillemontius tomo 7 pag. 268. — *Julia, Sergius* et *Bacchus* in codicibus Hieronymianis, Romano parvo, Adone et Notkero sub una annuntiatione conjunguntur, de qua observari multa possent, sed ne actum agam, ad Florentinii notationem lectores remitto. Actorum compendium satis eleganter concinnavit Ado ; an ex fonte puro et sincero, non ausim asserere. Agnovit Baronius ad annum CCCIX, numero ultimo, aliqua esse emendanda ; sunt qui plane rejiciant tamquam a Metaphraste, ut apud Surium exstant, aut interpolata aut corrupta ; inter quos Tillemontius tomo 5 a pag. 491 satis habuit ea diligenter colligere, quæ ad vetustum et celebrem eorum in universa Ecclesia cultum pertinent; nos hic ea omnia intacta relinquimus, suo loco discutienda. — Usuardus *Juliam* a duobus aliis sejunxit, ex uno geminos distinguens articulos, et utrumque Adonianis verbis componens. Atque hoc etiam fecit in annuntiatione ultima, quam nimium contrahens, paulo obscuriorem reddidit. — Utrum *Marcellus* et *Apuleius* ad Hieronymiana spectent, collige ex Florentinio, perperam asserente, Usuardum pro *Marcelli*, scribere *Marci* , quod procul dubio legerit in prima Molani editione, de qua superius locuti sumus. Nitide ambos annuntiat Romanum parvum : *Marcelli et Apuleii, qui primo adhæserunt Simoni Mago, deinde Apostolo Petro : sub Aureliano consulari viro, martyrio coronati.* Plura Ado, ex quo nostra, ut dixi, desumpta sunt ; sed qua fide ea omnia narrentur, alibi statuemus. Totam historiam improbant, qui Acta sanctorum Nerei et Achillei, item Processi et Martiniani non admittunt. Vide Tillemontium tomo I pag. 189 et 538. Interim pro antiquo cultu cum Martyrologiis stat Sacramentarium Thomasii, in quo pag. 174 diserte leguntur orationes, *in natal. sanctorum Marcelli et Apulei Non. Octob.*

Sergii et Bacchi.

Juliæ.

Marcelli et Apuleii.

AUCTARIA.

TORNACEN. Purissimus esset, nisi in Sergio et Baccho post *Maximiano imperatore* , reliquum elogii rescinderet.

PULSANEN. Eodem defectu laborat quo TORNACENSIS, sed præterea expungit omnia post *Juliæ virginis*, et post *Marcelli et Apuleii.*

Inventionis Caletrici.

GREVEN. Peculiari augmento hodie a puritate deficit, nempe addendo in fine proprium loci, cujus aliquando fuit; sic enim habet : *Civitate Carnotis, inventio corporis sancti Caletrici, ipsius civitatis episcopi.*

De Marco.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Tantum non puri sunt, cum solum differant in annuntiatione prima, apud ipsos ita expressa : *Romæ via Appia, cimiterio Balbinæ, depositio sancti Marci Papæ et confessoris.* Julia non ponitur immediate post Sergii et Bacchi, sed ultimo loco, repetita positione.

LOVANIEN. Cum hisce convenit, sed expungit totum elogium Sergii et Bacchi.

ALBERG. et DANIC. In eo ab aliis recedunt, quod Sergium et Bacchum habeant primo loco, et Marcum penultimo.

Textus mutatus, et contractus.

CENTULEN. *Romæ, sancti Marchi Papæ et confessoris. Qui sedit in pontificatu annos tres, menses octo, dies viginti. Item Romæ, sanctorum martyrum Marcelli et Apulei. Qui primum quidem adhæserunt Symoni mago, sed videntes mirabilia, quæ contra eum fiebant per Apostolum Petrum, relicta spurcitia Symonis, sinceritatem fidei perceperunt. Apud provinciam, quæ nuncupatur Augusta Eufratesia, sanctorum Sergii et Bacchi martyrum. Item apud eamdem provinciam, sanctæ Juliæ virginis et martyris.* In duabus primis textum auget, hic corripit.

De Marco.

BRUXELLEN. *Romæ via Appia, depositio sancti Marci Papæ et confessoris. Qui constituit ut symbolum fidei in Missa alta voce cantetur, et apud sanctum Petrum in cimiterio Balbinæ sepultus est.* Sequitur de Marcello et Apuleio. Tum de Sergio et Baccho. Item de Julia, satis pure. In fine : *Apud civitatem Bituricas, depositio beati Augusti presbyteri et confessoris.*

Augusti.

De Sergio et Baccho.

HAGENOYEN. Incipit a Marcello et Apuleio, in quibus parum abest a puritate. De Sergio et Baccho multa commiscet, quæ purius in Adone invenies. Hoc notandum, quod eos martyres *translatos* asserat *in Wittenburg oppidum.* In Julia, modice interpolatus est. Demum : *Romæ via Ardeatina in cymiterio Balbinæ* (erratur hic æque ac in BRUXELLENSI,) *depositio sancti Marci Papæ. Hic tricesimus quintus erat a beato Petro Apostolo, et successor sancti Silvestri fuit, et sedit sub Constantino imperatore magno, undecim annis et mensibus octo, et constituit, ut Hostiensis episcopus Papam consecrare debeat et pallio utatur, et obiit in pace.* Vix mensibus totis novem Apostolicam sedem tenuit.

De Marco.

De eodem

AQUICINCT. Post *Marci Papæ*, adjicit : *Hic constituit, ut episcopus Ostiæ, qui consecrat episcopos urbis, pallio uteretur.* Hæc proxime superius dictis satis consentanea sunt, ferme ex Notkero aut ex Tabulis Pontificiis recepta.

Lini

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Item sancti Lini Papæ.* Nescio unde in hos duos codices hæc annuntiatio irrepserit. Vide Usuardum XXVI Novembris, et quæ diximus XXIII Septembris sub finem Observationis.

Textus contractior

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Marci Papæ et confessoris. Sergii, Juliæ virginis, et Bacchi martyris. Marcelli et Apulei martyrum.*

Lini.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Juliæ.* Adjicitur : *Romæ, sancti Lini Papæ et martyris*

Osithæ

ALTEMPS. *Apud Orientales Saxones, passio sanctæ Osithæ virginis et martyris. Cujus caput a Danis exsectum, ipsa martyr illud assumpsit, ac de loco in locum portavit.*

De Marco

FLORENTIN. *Sancti Marci Papæ... Et post*

nunc

nunc Florentiæ in ecclesia sancti Laurentii. Apud *Justinæ.* *civitatem Paduanam, sanctæ Justinæ virginis et martyris.* Vide infra.

Palladii. BURDEGALEN. *Xantonas civitate, sancti Palladii episcopi et confessoris.* Memoratur a Saussayo et aliis, sed mirum est a Castellano in Martyrologio universali prætermissum.

BIZUNTICEN. et SALINEN. Patrum Franciscanorum. *Exceptionis Prudentii.* *In Bezua cœnobio, exceptio corporis sancti Prudentii martyris.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Remensi, vico qui vocatur Buxiosus, depositio sancti* *Helani.* *Elanii presbyteri et confessoris.* Romanum modernum et alii melius scribunt *Helani.*

EDITIO LUBECO-COL. In Sergio et Baccho, nonnihil interpolata est; purior in Marcello et Apuleio. Tum : *Romæ via Ardeatina, in cimiterio* *De Marco.* *Balbinæ, depositio sancti Marci Papæ et confessoris. Qui sedit in episcopatu annis duobus, mensibus octo, diebus decem.* In Julia satis purus est. *Ipso* *Osgidæ.* *die, beatæ Osgidæ virginis. Apud Baduam, sanctæ* *Justinæ.* *Justinæ nobilis virginis et martyris, quæ cum ibidem jussu Maximiani imperatoris nollet idolis immolare, gladio per latus percutitur, et orans migravit ad* *Translationis Wolfgangi.* *Christum sponsum suum. Item translatio sancti Wolfgangi episcopi et confessoris, et canonizatio* *Canonizationis Birgittæ.* *ejusdem. Eodem die, canonizatio sanctæ Brigittæ viduæ.* Alias *Birgittæ.*

BELIN. Incipit : *Apud Paduam civitatem, sanc-* *Justinæ.* *tæ Justinæ virginis et martyris.* Sequitur textus non omnino castigatus. Altera editio in fine de *Lini PP.* suo adjungit : *Ipso die, beatissimi Lini Papæ.*

Sysai. GREVEN. *Sysai episcopi et confessoris. Bituricas* *Augustalis.* *civitate, depositio sancti Augustalis episcopi. Trans-* *De Wolfgango.* *latio et canonizatio Wolfgangi episcopi Ratispo-* *Octavæ Hieronymi.* *nensis et confessoris. Octavæ sancti Hieronymi presbyteri et Doctoris, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis. Qui lingua Hebræa, Græca, Latina et Chaldaica eruditus, ab urbe Roma propter æmulos secedens, Hierosolymis a Cyrillo episcopo locum præsepis Domini obtinuit. Ubi post multa heremi loca peragrata, constructo monasterio, cœpit cum suis vivere secundum regulam a sanctis Apostolis institutam, tandemque post multos pro Ecclesiæ utilitate sudores, obdormivit in Domino, anno Domini* CCCCXXIII. *Patavi, sanctæ Justinæ virginis et martyris. Quæ* *Justinæ.* *regali orta progenie, cum ad jussum Maximiani nollet idolis immolare, gladio latus transfixa, martyrii gloriam adepta est. Jothæ abbatissæ. Ipso die, Os-* *Jothæ. Osgidæ.* *gidæ virginis. Item canonizatio sanctæ Brigittæ vi-* *De Birgitta.* *duæ.* Malo legere *Birgittæ.*

MOLAN. *Apud Paduam civitatem, sanctæ Justinæ* *Justinæ.* *virginis et martyris. Carnoti, inventio corporis san-* *Inventionis Caletrici.* *cti Caletrici, ipsius civitatis episcopi. In pago Remensi, vico qui vocatur Buxiolus, depositio sancti Helani presbyteri et confessoris. Romæ in ecclesia* *Helani.* *sancti Petri, canonizatio beatæ Brigittæ viduæ per* *De Birgitta.* *Bonifacium IX, pontificatus sui anno secundo. Qui solemnem edidit libellum, quo dictam Christi sponsam, tamquam viduam sanctam in Ecclesia Christi, authoritate Apostolica perpetuis temporibus præcepit venerari.* In editionibus aliis de Sergio *De Sergio et Baccho.* et Baccho inseruntur textui ex Adone, charactere Italico : *primicerius et secundicerius scholæ gentilium.* In fine, de Justina et Helano, ut supra. Tum : *Bituricas, Augusti presbyteri et confessoris.* *Augusti.* De inventione Caletrici Carnotensis et canonizatione beatæ Birgittæ, omnia ponuntur ut in prima editione. Demum minoribus typis, adjicitur : *Tolozæ, inventio sanctorum confessorum, Silvii,* *Inventionis Silvii, etc.* *Hilarii et Honorati episcoporum, et Pappoli episcopi et martyris.* Nescio unde hæc accepta sint; ceterum Papulus inventus dicitur mense Octobri, anno MCCLXV.

VIII *Idus.* — *Die* 8.

Simeonis. Natalis beatissimi senis Simeonis, qui in Evangelio legitur Dominum suis sus- *Demetrii.* cepisse in ulnis. Apud Thessalonicam, passio sancti Demetrii martyris. *Petri.* Item civitate Hispali, sancti Petri martyris. In territorio Laudunensi, *Benedictæ.* sanctæ Benedictæ virginis et martyris. Ipso die, sanctæ Pelagiæ, quæ peccatrix *Pelagiæ.* appellatur.

Puri sunt : *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Greven. et Molanus, pro *beatissimi senis Simeonis*, legunt, *beati senis Simeonis.* Praten. scribit hic iterum cum aliis *Symeonis*, sed codices sibi non constant, sæpe pro libitu scribentes ; nos hic turbam sequimur. In Antverp. et Max-Lubec. deest prima annuntiationis vox, nempe, *natalis.* Tornacen. post *Dominum*, omisit *suis.* Posui *Thessalonicam* ut alibi, licet nonnulli habeant *Tessalonicam.* De *Hispali*, dictum est supra. Praten. legit : *In territorio Lugduni Clavati*, in quo ei consentit solus Antverp-Maj. Munerat. et Max-Lubec. habent, *Lugdunensi.* Sequimur reliquos omnes. In Herinien. male scriptum est *pecatris*, pro *peccatrix.* Muneratus, loco *appellatur*, substituit *nuncupatur.*

OBSERVATIO. Ad XI Aprilis cursim indicavimus. Philippum Gortynensem in Creta episcopum, hac etiam die recoli a Romano parvo, Adone et Notkero ; repetitionis illius causam hactenus *Simeonis.* non reperio, nec in eam operosius lubet inquirere, cum ad Usuardum nostrum nihil spectet. *Beatissimi senis Simeonis* primus meminit Ado, etiam inter Festivitates Apostolorum, ubi ex Lucæ cap. 2 ea referuntur, quæ de eo vere commemorari possunt. Noster strictim omnia complectitur. Mirum est, eum a Notkero prætermissum, ejusque loco substitutam celeberrimam virginem et martyrem *Reparatam*, cum elogio ex Rabano contracto. Quid de Simeone suggerat Leo Allatius in diatriba de Symeonum scriptis pag. 100, sub nomine *Methodii* vel *Thimothei presbyteri Hierosolymitani*, dicetur suo loco. Videri interim potest Tillemontius tomo 1 pag. 424. — De *Demetrio* sic habet auctor Romani

mani parvi : *Thessalonicæ, Demetrii martyris*. Hinc ab Adone acceptus est, ex hoc a Nostro, et Notkero. Ejus encomium ita metrice exhibet Wandelbertus : *Demetrii.*

Octavo ante Idus, Demetri sancte, bearis,
Nomine pro Christi tortores passus iniquos.

Plurima de celeberrimo hoc martyre a variis scripta enumerat Baronii Notatio, selectiora colligit Tillemontius tomo 5 a pag. 149, ubi et *Megalomartyrem* et *Thaumaturgum* a Græcis nuncupatum asserit. Nos ea omnia et producemus, et, qua poterimus diligentia illustrabimus, collatis Actis Metaphrasticis apud Surium editis, cum passione ab Anastasio Bibliothecario elaborata, quæ exstat inter Analecta Mabilionis tomo 1 a pag. 65. — *Petrum* Hispalensem martyrem extra Usuardum *Petri.* nusquam invenio ; liceat igitur suspicari, eum esse de illorum numero, quos ex Hispania in Franciam Noster contulit, quemadmodum alibi sæpe supponendum fuit, nempe cum alius fons non suppeteret, ex quo ipsum hausisse conjectaremur. — *Benedicta Auriniacensis*, vel, ut alii, *Origniacensis*, ab *Benedictæ.* Usuardo etiam in sacras tabulas, quod in sanctis Gallicis sæpe accidit, primum relata est, *Laudunensi* non *Lugdunensi* territorio adscribenda. Pridem notarunt Majores nostri ad XXVI Maii, in indice Prætermissorum, tomo 6 pag. 353, *Acta hujus martyris plane eadem esse, quæ sunt Saturninæ virginis et martyris, mutatis solum nominibus, et hæc a nobis* XX *Maii edita*. Si qua nihilominus peculiaria subinde reperta fuerint, sive ad vitam sive ad translationem spectantia, ea mense Octobri in Actis locum invenient. Videri possunt quæ de ea et virginibus aliis, ejus fortasse sociabus, cursim notavit Tillemontius in Luciano Bellovacensi tomo 4 pag. 540. — *Pelagiam* aliquam in Hieronymianis me- *Pelagiæ.* morari certum est, an pœnitentem illam, quæ Hierosolymis a Baronio adscribitur, dubitat Florentinius. Nobis in re obscura, nihil hactenus licet decernere. Satis verosimile, Usuardum nomen Pelagiæ ex Hieronymianis accepisse, cui pro arbitrio *peccatricis* cognomentum addiderit, quod ea inter synonymas esset notissima. Ceterum ex Usuardi mente, a recentioribus omnibus hodierna Pelagia pro *peccatrice* accipitur. Vita a Jacobo Diacono scripta, in Surii collectione edita est, ex Rosweydi Vitis Patrum accepta; quam sequitur alia a Metaphraste adornata.

AUCTARIA.

Translationis Oswaldi. ANTVERP-MAJ. Caret Pelagia, cujus loco ponitur : *Ipso die, translatio sancti Oswaldi archiepiscopi et confessoris*. Patet accessio Anglica, ut fit sæpius.

ROSWEYD. In prima, similis est GREVEN. et MOLAN. In secunda et tertia purus. Tum : *In territorio Lauduni Clavati, id est in Auriniaco, sanctæ Benedictæ virginis. Antiochiæ, Dionisii episcopi et socii ejus. Item, sanctæ Regenfledis virginis. Et sanctæ Reparatæ virginis. Ipsa die, sanctæ Pelagiæ, quæ appellatur peccatrix.* *Dionysii. Regenfledis. Reparatæ*

PULSANEN. In Simeone, Petro Hispalensi et Benedicta satis purus, caret reliquis.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. In prima puri, post *Demetrii martyris*, addunt : *Quem Maximinus* (aliqui *Maximianus*) *imperator, apud præfatam civitatem docentem populum, jussit lanceis perforari, talique fine gloriosum martyrium consummavit.* In reliquo textu puri, subjungunt : *Apud civitatem Cæsariensem, natale sanctæ Reparatæ virginis. Quæ sub Decio præside, ferventi plumbo perfusa, deinde per lampades accensas, mamillis ejus ablatis, visceribusque frustratis* (aliqui *frustatis*) *caminum igni succensum superans, capitis tandem detruncatione martyrium consummavit. Belisiæ, depositio sancti Amatoris* (aliqui *Amoris*) *confessoris*. Colitur in *Munsterbilsen* prope Tungros. *De Demetrio. Reparatæ. Amoris.*

LOVANIEN. In eo a superioribus differt, quod Demetrii elogium expunxerit.

Textus mutilus. CENTULEN. *Natalis beatissimi senis Symeonis, qui in Euangelio legitur Dominum suscepisse in ulnas. Thessalonicæ, sancti Demetrii gloriosi martyris. In Galliis territorio Lauduni Clavati, passio sanctæ Benedictæ virginis, sub judice Matroclo. Eodem die, territorio Atrebatensi, sanctæ Ragemfledis virginis et abbatissæ.* Tum ultimam annuntiationem sic efformat : *In monte Oliveti, sanctæ Pelagiæ, ex peccatrice religiosæ atque sanctissimæ factæ.* *Ragemfledis.*

BRUXELLEN. Incipit . *Natale sanctæ Benedictæ virginis et martyris*. De Simeone post *ulnis*, addit: *et dictasse canticum : Nunc dimittis. Apud Cretam urbem Cortinæ*, (lege, *Cortinam urbem Cretæ*) *beati Philippi, episcopi gloriosi*. Vide supra in principio Observationis. De Demetrio et Reparata, habet ut ANTVERP-MAX. etc. Tum de Petro Hispalensi, pure. Sequitur : *Belisiæ, depositio sancti Amoris confessoris. Item Richarii confessoris*. Vide XXVI Aprilis. De Pelagia, pure. Demum : *Et sanctæ Ragenfredis virginis*. Varie hoc nomen in codicibus inflectitur. *Philippi. Reparatæ. Amoris. Richarii. Ragenfredis.*

De Simeone. HAGENOYEN. De Simeone præter jam dicta, more suo non satis verosimiliter addit : *Hic Simeon fuisse fertur unus de septuaginta duobus interpretibus, qui missi fuerant ab Onya Pontifice, regi Ptolomæo ad transferendam legem Dei de Hebrayco in Chaldaycum*. Tum S. Fidem inserit cum satis longo elogio ; nos de ea abunde egimus VI Octobris. Sequitur de Demetrio, ut supra in ANTVERP-MAXIMO. etc. Demum de Benedicta, pure. Petrus Hispalensis et Pelagia hic omissi sunt. *Fidis.*

AQUICINCT. Secundo loco post Simeonem, inserit : *Eodem die, sanctæ Ragenfledis virginis*. Pro *Laudunensi*, habet, *Lauduni Clavati*. *Ragenfledis.*

VICTORIN. In fine : *Civitate Cæsariensi, sanctæ Reparatæ virginis et martyris.* *Reparatæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Sancti Simeonis, senis. Reparatæ virginis et martyris. Benedictæ virginis et martyris. Pelagiæ meretricis Antiochenæ, quæ dicta fuit Margarita, propter pulchritudinem ; mirabiliter conversa per sanctum Nonnum episcopum.* *Reparatæ. De Pelagia.*

REG. SUEC sub num. 428. *Vigilia sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii. Civitate Cæsarea, sanctæ Reparatæ virginis et martyris.* *Vigiliæ Dionysii, etc. Reparatæ.*

In VATICAN. num. 5949. Deest memoria Simeonis, Demetrii, Petri et Pelagiæ. Adjicitur . *Apud Cretam, natale sancti Philippi episcopi. Et sanctæ Reparatæ virginis.* *Philippi. Reparatæ.*

STROZZIAN. *Passio sanctorum martyrum Terentiani presbyteri, Probi et Andriani*, (in MEDIC. est *Adriani*) *qui apud civitatem Niceam sub Maximiano tyranno pro Christo passi sunt*. Puto corrupta *Terentiani et soc.*

esse

esse nomina. Quid si indicentur *Tharacus*, *Probus* et *Andronicus*, de quibus Usuardus XI Octobris? *Dedicatio ecclesiæ sancti Marci Evangelistæ, in alma civitate Venetiarum.* (*Dedicationis Marci Evangelistæ.*)

(*Grati*) CABILONEN. *Cabillone, transitus sancti Grati episcopi et confessoris.* Vide Castellanum.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Laudunensi, sanctæ Benedictæ virginis et martyris.*

ABDINGHOFFEN. *In territorio Lugdunensi, sanctæ Benedictæ virginis et martyris.*

EDITIO LUBECO-COL. In Simeone pura, de Demetrio habet, ut supra. In Petro, pura est. De Benedicta, addit (*De Benedicta.*): *Quæ tempore Maximiani imperatoris in civitate Aurunıaco, sub judice Matroculo, diversis tormentis atrociter afflicta, novissime tempora ejus securi confracta sunt. In pago Blionensi, sanctæ Susannæ virginis* (*Susannæ.*). De Pelagia elogium habet vulgo notissimum. De Reparata Cæsareensi (*Reparatæ*), ut supra. Tum (*De Amore.*): *Belisiæ, depositio sancti Amoris confessoris. Qui de Aquitania nobilissimis parentibus ortus, foris carnem torquebat cilicio, intus angebat jejuniis; vigiliis inhærebat assidue et precibus ab ocioso sermone abstinebat et risu; multisque clarus miraculis, in pace quievit. Treveris, sancti Metropoli episcopi et martyris* (*Metropoli.*). *Eodem die, commemoratio sancti Flaviani martyris* (*Flaviani*). *Item, translatio sancti Erhardi episcopi et confessoris* (*Translationis Erhardi.*).

BELIN. In textu, more solito, purgatus non est. In fine addit de dedicatione ecclesiæ sancti Marci, ut supra, ad STROZZIANUM. Deinde: *Item sanctæ Reparatæ virginis* (*Reparatæ*). Accedit in altera editione: *In territorio Senonico, sanctæ Porcariæ virginis et martyris* (*Porcariæ.*).

GREVEN. *Treveris, sancti Metropoli episcopi et martyris* (*Metropoli.*). *In Antiochia, sanctorum Dyonisii, Januarii, Faustini, Marcialis* (*Dionysii, etc.*). *Flaviani martyris commemoratio* (*Flaviani.*). *Philippi episcopi Gortinensis et confessoris* (*Philippi.*). De sancto Amore (*Amoris.*), habet fere ut supra in EDITIONE LUBECO-COLONIENSI. *In Anglia, Ewigii confessoris* (*Ewigii.*). *Translatio sancti Erhardi episcopi et confessoris* (*Translationis Erardi.*). De Reparata (*Reparatæ.*) etiam ferme ut supra in ANTVERP-MAXIMO, ULTRAJECTENSI, etc. *In pago Bleonensi, sanctæ Susannæ virginis* (*Susannæ.*). *In Humeltoet, Valeriæ virginis* (*Valeriæ.*). *Rainfredis virginis* (*Rainfredis.*). *Eodem die, sanctæ Triduanæ virginis* (*Triduanæ.*).

MOLAN. *Adventus sancti Gerulphi martyris* (*Adventus Gerulfi.*). Dein typis minoribus, *ex Merendra Tronchinium. Qui ab Helizeo episcopo in cœnobio Blandiniensi, sacro unctus chrismate, ingressus ex itinere Deiparæ templum, diutius oravit quam reductori patrino placeret, ac propterea ab illo ita cæsus est, ut brevi post mors sit subsecuta. Scribit Meierus in comment. rerum Flandriæ anno* DCCCCXV. Tum rursus solito charactere Italico: *In Vualchiodoro, sancti Eloqui presbyteri et confessoris* (*Eloquii.*). *Eodem die, dedicatio ecclesiæ sancti Marci Evangelistæ Venetiis* (*Dedicationis Marci.*). *Et in Humeltoet, sanctæ Valeriæ virginis* (*Valeriæ.*). *Item Dionysii episcopi, Januarii cum sociis eorum* (*Dionysii et soc.*). *Item Belisiæ, depositio sancti Amoris presbyteri et confessoris* (*Amoris.*). *In territorio Senonico, sanctæ Porcariæ virginis et martyris* (*Porcariæ.*). *Apud Rothomagum, beati Evodii, præfatæ urbis episcopi et confessoris* (*Evodii.*). *In pago Blionensi, sanctæ Susannæ virginis* (*Susannæ.*). *Eodem die in Donacy, sanctæ Rainfredis virginis* (*Rainfredis*). *Item, sanctæ Reparatæ virginis* (*Reparatæ.*). De qua versiculi tres ex Baptista Mantuano de sacris diebus l. 10.

Cæsariensis eram vivens; post fata cadaver
Venit in arva meum Fesulis subjecta, cubatque
Qua Tuscus decurrit aquis torrentibus Arnus.

Editiones aliæ: *Et in Hemulcurt, sanctæ Valeriæ virginis. Item depositio sancti Amoris, qui quiescit in Belisiæ monasterio.* De Porcaria Senonensi. Evodio Rothomagensi, Susanna, Metropolo, Reparata, ut supra. Tum: *Apud Dononium, solennitas sanctæ Ragenfredis virginis.* De dedicatione ecclesiæ sancti Marci, et translatione sancti Eloquii, ut supra. Denique: *Truncinii ex Merendra, adventus sancti Gerulphi martyris.*

VII *Idus.* — *Die* 9.

(*Abrahæ. Dionysii et soc.*) Abrahæ patriarchæ. Apud Parisium, natalis sanctorum martyrum Dionisii episcopi, Rustici presbiteri, et Eleutherii diaconi, qui beatus episcopus a Pontifice Romano in Gallias prædicandi gratia directus, præfatam urbem devenit, ubi per aliquot annos commissum sibi opus ardenter prosequens, tandem a præfecto Fescennino, una cum sociis gladio animadversus martyrium complevit. (*Domnini*) Apud Juliam, via Claudia, sancti Domnini martyris, sub Maximiano, qui cum vellet persecutionis rabiem declinare, protinus insecutus, et nihilominus gladio verberatus, gloriose occubuit.

Ita habent *Praten. Hermien. Antverp-Maj.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Lego, *apud Parisium*, ex Praten. Molan. et etiam Greven. quamvis alii passim scribant, *apud Parisius;* ratio est, quod ita in Adone Usuardum reperisse existimem. Idem valeat in *præfatam urbem devenit* absque præpositione, quo modo plerique puriores legunt, excepto Antverp-Majore et Molano. Rursus Antverp-Maj. posuit *commissum opus sibi*; Molan. autem volens energiam addere, ante *ardenter* adjunxit *solerter*, legens *solerter et ardenter*. Solus Antverp-Maj. ex Adone sumpsisse videtur, *Fescennino Sisinnio.* Deest in Pratensi particula penultima *gloriose*. Antverp-Maj. scribit *Dompnini*, sed hoc, et *nichilominus*, et *Dionisii*, etc. præteriri possunt.

(*Abrahæ.*) OBSERVATIO. Antiquorum veteris Testamenti Patriarcharum fœcundiorem segetem subministrat auctor Romani parvi, ex quo hoc die *Abraham*, sequenti a pluribus *Loth*, aliis diebus alii accepti sunt. Ado illius verba descripsit, et ex ipso eadem habent Usuardus et Notkerus. Videsis infra Wandelberti versus quatuor in Abrahami laudem depromptos. — Nunc controversia recurrit,

quam

quam ad III hujus attigimus, a Baronio in Notatione locupletissime tractata, in qua nec Lucam Holstenium, nec eruditos Gallos, nec alios plerosque in tuendis Hilduini abbatis Areopagiticis ei faventes invenies. Nos Martyrologorum cancellis constricti ea solum adducemus, quæ ipsorum auctoritate definiri posse videntur. En verba Hieronymiani Corbeiensis : *Parisius, natalis sanctorum Diunisii episcopi, Rustici presbyteri et Eleutheri diaconi.* *Dionysii et soc.* Consonat Beda : *In Parisiis, natale sanctorum martyrum, Dionysii episcopi, Rustici et Eleutherii,* quæ in Rabano paulo auctiora sunt. Accedit Romanum parvum : *Parisiis, Dionisii episcopi cum sociis suis, a Fescennino, gladio animadversi.* Eadem est Adonis et clarissima sententia, a quo plane desumptus textus noster, quemadmodum et a Notkero factitatum cum hac tamen differentia recte etiam a Castellano in præfatione Bimestris primi pag. 25 observata, quod Ado, et ex hoc Notkerus *Eleutherium presbyterum* nominent, *Rusticum, diaconum,* quæ ab Usuardo in textu nostro melius correcta sunt. Fallor vehementer, si ex his omnibus vel umbram Areopagiticam expresseris. Hæc igitur modo confer cum Romani parvi, Adonis, Usuardi et Notkeri verbis, III Octobris relatis, atque apertissime perspicies, ex eorum mente hodiernum Dionysium ab Areopagita remotissimum esse. Is itaque, de quo hodie agimus, *Dionysius*, primus censetur Parisiorum episcopus ; de cujus ætate, patria, missione, sociis et rebus gestis plurima, elapso præsertim seculo disputata sunt, quæ suo loco accurate a nobis discutientur, digerenturque. Consuli interim possunt ut inter tot scriptores, binos dumtaxat seligam ; consuli, inquam, possunt Du Bois in Historia ecclesiæ Parisiensis, lib. I cap. 3, et libro 6 cap. 6 ; ac recentior Tillemontius tomo 4 a pag. 439, apud quos alii indicantur. — In tabulis Hieronymianis Lucensibus, primo loco ponitur : *Natalis sancti Domnini martyris,* de quo non pauca notavit Florentinius. Nihil de eo legitur in Hieronymiano *Domnini.* Epternacensi aut Corbeiensi, nihil in Beda, Romano parvo, Adone et Notkero. Rabanus eum signat cum brevi elogio, sed quod ab Usuardino diversum est. Crediderim, Usuardum ex aliquo codice Hieronymiano ipsum martyrem accepisse, eademque Acta legisse, quæ Mosander apud Surium edidit, nempe cum inde sumpta videantur, quæ in textu nostro strictim exhibuimus. Præfata Acta recentioribus aliquibus suspecta sunt, sed ea disceptatio hujus loci non est. Diximus III Octobris, in quam opinionem circa Dionysios, uberiori elogio, quod apud Molanum integrum exstat, inclinare videatur Wandelbertus, hic de Domnino versiculum ejus ultimum, aliis quatuor de Abrahamo supra promissis adjungimus :

Exemplum fidei, parendi et norma salubris,
Excelsi patris primum cognomine dictus,
Gentibus inde pater cœlesti sorte vocatus,
Septenas Abraham sancit retinetque beatus.....
Domninoque Itali claro cum martyre fulgent.

AUCTARIA.

TORNACEN. Frequenter solitus elogia decurtare de Dionysio et sociis habet usque ad, *præfatam urbem devenit.* Desunt ejus elogii reliqua. De cetero purus est.

De Dionysio. ROSWEYD. Interpolatus est, nam post *Pontifice Romano*, inserit, *Clemente, Petri Apostoli successore.* Item, post illa verba, *cum sociis,* sequitur, *hebetatis securibus capite truncatus.* Reliqua ad textum Usuardinum spectantia satis pura sunt.

PULSANEN. In prima et secunda ferme purus, deficit in tertia, ut jam toties supra.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In toto textu puri, ad finem subdunt : *Item natale sancti*
Gisleni. *Gisleni confessoris.*

MUNERAT. Etiam interpolatus est, nam legit, *a præfecto Romæ Fescennino.* Et post *complevit,*
De Dionysio phrasi propria adjungit : *De quorum corpora requiescunt in cœnobio beati Dionysii in Francia.*

GREVEN. Textui puro, de suo adnectit : *Eodem die, translatio sancti Richarii confessoris.* Vide
Translationis Richarii XXVI Aprilis.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Inserunt de Dionysio, *qui beatus episcopus a beato*
De Domnino. *Clemente Romano Pontifice....* De Domnino autem : *Et nihilominus gladio capite truncatus, nutu divino caput proprium abscisum de terra elevans, et quantum est jactus lapidis, a loco percussionis defe-*
Gisleni. *rens, gloriose occubuit.* In fine : *Item sancti Gisleni confessoris.*

LOVANIEN. In duabus primis, superioribus similis, in tertia totum elogium rescindit. In Gis-
Gisleni. leno rursus convenit.

ALBERGEN. Ab ANTVERP-MAXIMO, etc., solum differt ordine, primo loco Dionysium ponens, Abraham secundo.

DANIC. Totum textum habet, ut ALBERGEN. Sed in ora codicis inferiori duarum paginarum, alia manu adscriptum invenio : *Apud Ceptam civitatem Hispaniæ* (vult dicere *apud Septam Africæ*) *passio sanctorum martyrum Danielis, Samue-* *De Martyribus Septanis.*
lis, Angeli, Dompni, Leonis, Nicolai et Hugolini, de sacro Ordine Fratrum Minorum. Hii cum fidem catholicam regi Saracenorum et suis ferventer prædicarent in eadem civitate, post vincula ferrea, carceres, verbera atque sævissimas flagellationes pro Christo patientissime toleratas, ab eisdem Saracenis omnes crudeliter in ore sunt gladii trucidati et membratim concisi anno Domini MCCXXI. *Festum Majus duplex.* Alibi referuntur XIII Octobris.

CENTULEN. *Obitus Abrahæ patriarchæ. Parisius, beatorum martyrum Dyonisii, Rustici archipresbiteri, et Eleutherii archidiaconi, qui securibus decapitati, martyrium compleverunt. In Italia via Claudia, sancti Donnini martyris. Cœnobio Centula, optabilis translatio preciosi corporis sanctissimi pa-* *Translationis Richarii*
tris nostri Richarii, de heremo in locum cœnobii, a se olim fundati, ut Christi milites sua præsentia roboraret, quos verbo et exemplo antea educavit. In territorio Haumacensi, sancti Gisleni confessoris. *Gisleni.*
De Richario Centulensi jam superius diximus, coli XXV Aprilis.

BRUXELLEN. Incipit a Dionysio, ferme ut supra. Tum : *Ipso die, sancti Abrahæ patriarchæ,* *De Abraham.*
qui in Canone Missæ nominatur. In Domnino etiam auctus est, ut supra. Ultimo loco : *In comitatu Hannoniensi, depositio sancti Gisleni archiepi-* *De Gisleno*

scopi

scopi et confessoris. Qui ab Athenis veniens in Hannonia, monasterium Cellense construxit, cujus ecclesiam beatus Autbertus Cameracensis episcopus dedicavit.

De Dionysio. HAGENOYEN. De Dionysio multa congerit quæ prætermittere satius duco. Vide infra EDITIONEM LUBECO-COL. In Domnino, fere similis est superioribus. Tum : *In civitate Hispali, sancti* *Petri.* *Petri martyris*, de quo die præcedenti. Demum : *Gisleni.* *Item, sancti Gilleni confessoris.*

AQUICINCT. In elogio Dionysii, pro *gladio*, ha- *Gisleni.* bet *securi*. De Domnino silet. *Eodem die, sancti* *Translationis Richarii.* *Gisleni confessoris. Et translatio corporis sancti Richarii.* Quæ adduntur de sancto Gosuino sunt, a *Gosuini.* recenti calamo.

AMBIANEN. *In pago Pontino* (opinor voluisse di- *De translatione Richardi.* cere, *Pontivo) translatio sancti Richarii, magnifici confessoris. Qui in eodem loco ubi nunc requiescit, monasterium de paterno palatio instituens, multorum pater ibidem extitit monachorum, magnorumque patrator miraculorum.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Dionysii, Rustici et Eleutherii martyrum. Abrahæ patriarchæ. Ni-* *Nicasii.* *casii episcopi et martyris, cum sociis Quirino et Stanilo.* Quid hoc nominis sit, nescio ; vide XI *Gisleni.* Octobris. *Romæ, Domnini martyris. Gisleni presbyteri et confessoris.*

Translationis Richarii. CODEX BIGOTIAN. signatus E 40. *Eodem die, translatio sancti Richarii confessoris.*

In VATICAN. sub nota num. 5949. Deest *Abrahæ* et *Domnini*. Adjicitur : *Apud Coloniam Agrip-* *Gereonis cum sociis.* *pinam, sancti Gereon cum aliis* CCCXVIII, etc. Agunt de iisdem Hieronymiana, Beda et Notkerus, nos cum Usuardo, die sequenti.

Translationis Oswaldi. Reparatæ Richarii. ALTEMPS. *Ipso die, translatio sancti Oswaldi archiepiscopi. Et Reparatæ virginis.* Vide Auctaria diei præcedentis. *Natale sancti Richarii abbatis et confessoris.* Agitur de translatione, vide dicta superius ad CENTULENSEM et AMBIANENSEM.

Giliberti. FLORENTIN. *Item sancti Giliberti confessoris.* Alii vocant, *Gislerii*; melius supra, *Gisleni*.

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Parisius, sanctorum* *Multa de Dionysio.* *martyrum natale Dionysii episcopi... Qui beatus episcopus Dionysius cum Athenis in vico Ariopagita commoraret, ab Apostolo Paulo instructus, credidit Christo, et primus apud Athenas ab eodem Apostolo episcopus ordinatus est, et cum percepisset, beatos Apostolos Petrum et Paulum Romæ a Nerone captivos detineri, amore eorum et desiderio martyrii flagrans, ut simul cum eis pateretur, usque illuc properavit. Quem sanctus Clemens Papa, successor sancti Petri, consummato martyrio Apostolorum, in Galliam prædicandi gratia direxit, et sic ad prædictam urbam Parisiensem devenit, ubi per annos,* etc., fere ut supra. *Item Abrahæ Patriarchæ.* De Domnino addit, *cubicularii Maximiani*. In reliquis parum differt ab ANTVERP-MAXIMO, ULTRAJECTENSI et LEYDENSI.

BELIN. In textu satis purus, in fine adjicit : *Item, natale sancti Gislerii confessoris.* Pro *Gisle-* *Gislerii.* *ni*, nisi multum fallor.

GREVEN. *Ipso die, sanctorum Dionisii archidya-* *Dionysii Remensis.* *coni Remensis et sociorum ejus. Romæ, natalis* *Marcellini et soc.* *sanctorum Marcellini, Gemini et Nivii. Item,* *Theodori.* *sancti Theodori. Gisleni abbatis et confessoris. Ro-* *Gisleni.* *mæ inter duas lauros, sanctæ Priminæ virginis.* *Priminæ.* Multa hic colligere solet, alibi ex professo distinguenda.

MOLAN. Aliis litteris textui inserit verba MUNERATI, *quorum corpora requiescunt in cœnobio* *De Dionysio.* *beati Dionysii in Francia.* In fine : *In pago Hainau, in loco qui tunc a circumjacentibus pagensibus nominabatur Ursidongus, nunc Cella vocatur, natale sancti Gisleni episcopi, confessoris, miræ san-* *De Gisleno.* *ctitatis viri, qui Atheniensium episcopus fuit, et pro Christo ipsum apicem terreni honoris relinquens, pauper fieri voluit, Romamque veniens, causa visendi Principum Apostolorum limina Petri et Pauli, ibi voce divina jussus est, in Gallias properaret ibidemque oratorium construeret in honore Apostolorum Petri et Pauli, ac finem istius ærumnosi exilii præstolaretur. Item eodem die, elevatio corporis ipsius. Item sancti Domnini, qui sub Maximiano imperatore propter fidem Christi decollatus est.* An hic a priori distinguendus? Minoribus typis habet : *Aquiscincti, obitus beati Gozuini abbatis; hic* *Goswini.* *rumores nec audiebat nec referebat libenter.* Editiones aliæ in textu concordant. In fine : *Item natale sancti Gislerii confessoris. Eodem die Came-* *Gislerii.* *raci via Atrebatensi, festivitas sanctæ Ollæ virgi-* *Ollæ.* *nis.* Sequitur *Gisleni*, ut supra ; sed quid sibi vult *Gislerius* ex BELINO, ni fallor, acceptus? *Die nona, sancti patris Andronici.* Minoribus ty- *Andronici.* pis, de Gosuino, ut supra.

VI *Idus.* *Die* 10.

Pinyti. Apud Cretam, beati Piniti, inter episcopos nobilissimi, qui in scriptis suis velut in speculo viventem sui dereliquit imaginem. Civitate Agripinensi, san- *Gereonis et soc. 318.* cti Gereonis martyris, cognomento Mallosi, cum aliis trecentis decem et octo, qui persecutione Maximiani tyranni, pro vera pietate colla patienter gladiis subdi- *Victoris et soc. 17. Cassii et soc.* derunt. Item in territorio ejusdem urbis, sancti Victoris martyris et aliorum decem et septem. Item sanctorum martyrum Cassii et Florentii, cum aliis pluribus. In *Paulini.* Britannia, sancti Paulini episcopi et confessoris.

Sic *Praten. Herimen. Antverp-Maj. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scribo simpliciter *Piniti*. Praten. et Greven. habent *Pyniti*, nullus recte *Pinyti*. Antverp. et Max-Lubec. cum Greven. legunt, *viventem sibi dereliquit imaginem*, melius cum reliquis in textu. In Greven. et Molan. recte est *Agrippinensi*, sed ceteri omnes suffragiis vincunt. Antverp-Maj. inter plura errata scriptoria habet *subdiderant* pro *subdiderunt*. Legendum omnino est *Cassii et Florentii*, non ut in apographo nostro Pratensi *Florentini*. *Brittannia* a Pratensi

et Heri-

et Heriniensi scribitur, ceteri *Britannia*, quod hic sequimur. Antverp-Maj. de Paulino addidit, *Eboracensis archiepiscopi*. Antverp. autem, Max Lubec. Aquicinct. et Ughellianus adjungunt *et Eubrachii*, quod pro *Eboraci* irrepsisse non dubito, cum hujusmodi Sanctum prorsus non noverim, licet in codice Camberiensi inveniam : *et Eubrachii confessoris*, ut videsis in Auctariis.

OBSERVATIO. *Loth* propheta, ut pridie monui, in Romano parvo hodie ponitur, unde in Adonem et Notkerum transiit, a Nostro prætermissus, sed a Wandelberto hoc ornatus elogio : *De Loth ab aliquibus posito.*

Senas justitiæ titulis Loth sanctus adornat.

Altera Romani parvi annuntiatio verosimiliter ex Rufino lib. 4 cap. 23, ita sonat : *In Creta, Pyniti, inter episcopos nobilissimi*. Atque hic primum signatur, Hieronymianis, Bedæ, Floro, Rabano, Wandelberto incognitus. Elogium nostrum totum Adonianum est. Res ejus gestæ desumendæ sunt ex auctoribus, a Baronio in Nota citatis, et ex ejus Annalibus ad annum CLXXII num. 8, et CLXXV num. 15. Summa exstat citato jam Rufini vel Eusebii loco, ex quo sua habet Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 28. — De *Gereone*, aliisque ad Rhenum martyribus, multa occurrunt, maturo postea examine discutienda. Imprimis confusa sunt et hoc et præcedenti die Hieronymiana, tum in nominibus, tum in martyrum numero, tum etiam in natione, Maurine an Thebæi fuerint, an ex utraque gente diversæ classes admittendæ : quæ omnia explicare conatur Florentinius. Dubitant Majores nostri, utrum vere die præcedenti *Gereon cum sociis* CCCXV a Beda relatus sit, idque adeo mihi fit incertius, quod de iis non loquatur Rabanus. Legit hodie Florus editus : *In Colonia, quæ vocatur Agrippina, natale Gereonis martyris, cum aliis* CCCXVIII. Notkerus die præcedenti numeravit socios CCCXIX. — et hoc die ex Adone meminit *Mallosi et Victoris*. Beda absque positione seu certaminis loco *passio sancti Victoris martyris*. In Adone primo loco reperias *Gereonem* cum CCCXVIII, *quos ferunt*, inquit, *Thebæos fuisse, et cum legione illa beati Mauritii*, etc. Deinde post Loth et Pinytum sequitur longior commemoratio *Mallosi et Victoris*, quibus nec socios tribuit ; — nec *Cassium* aut *Florentium* nominat purior Rosweydi editio. Quid hic jam statues ? Vidit Adonem Usuardus, nam *Gereonis* elogium ex ipso accepit ; nihilominus quod proprium nomen statuit Ado, hic in cognomentum vertit, *Mallosi* videlicet. Si divinare licet, opinabor, Acta aliqua Elinandæis antiquiora Usuardo innotuisse, in quibus nullum (ut nec in Elinandæis est) *Mallosum* repererit, sed solos quatuor præcipuos pugiles distincte expressos *Gereonem, Victorem, Cassium et Florentium* quorum commemorationes in textu nostro sequuntur. Si Acta, Elinaudo antiquiora, Usuardum vidisse neges, non magnopere reluctabor, sed dicam posteriorum trium nomina ex Hieronymianis, utut confusis, fuisse decerpta. At unde Victori accesserunt socii dumtaxat XVII, cum et in Hieronymianis et in Actis, imo et apud Mosandrum adnumerentur CCCXXX ? Quinam vero sunt illi plures, cum Cassio et Florentio ? Iterum repeto, hæc omnia adeo involuta et implexa esse, ut operosa discussione indigeant, ad locum proprium hic deferenda ; salva tamen inviolata fide ecclesiæ Coloniensis. Telam non indiligenter exorsus est Tillemontius tomo 4 a pag. 429. Quid Molanus senserit, docent annotationes, quæ posterioribus editionibus accesserunt. Wandelberti versus, solos nominatos quatuor athletas etiam complectuntur :

Pinyti. *Gereonis et soc.* *Victoris et soc.* *Cassii et soc.*

Cassius et Gereon, Victor, Florentius, atque
Martyrii comites, plebs tum conjuncta triumphat.

Paulini Eboracensis vitam in Historia sua descripsit Beda, eumque in Martyrologio signavit, his verbis : *Et in Britannia, Paulini episcopi Eburaci*, quæ inde a Rabano mutuata sunt. Adonis elogium a Notkero contractum, a Nostro præteritum est. Vita apud Surium edita videri potest. *Paulini*

AUCTARIA.

TORNACEN. Caret annuntiatione prima ; reliqua textus pura sunt. Adjicit : *Jotro monasterio, sanctæ Teclechildis, virginis et abbatissæ*. Castellanus scribit *Theodolechildis*, Gallice *Thelchide*. *Teclechildis*

ROSWEYD. In textu non omnino purus, post *Cassii et Florentii cum pluribus*, adjungit . *Quorum Victor Trecassis, et Florentius Veronæ* (nempe *Bonnæ*), *depositi requiescunt*. Sed quid ille Victor huic Florentio conjungitur ? *De Victore et Florentio.*

PULSANEN. Omnes Sanctos recenset excepto Victore, sed omnium elogia rescindit, et nomina aliqua male exprimit.

ANTVERP-MAX et LOVANIEN. Incipiunt : *Loth prophetæ, filii Aran, fratris Abrahæ*. Tum : *Apud Populonium, natale sancti Cerbonii episcopi et confessoris*. In Pinyto, puri sunt. Post *Agrippinensi*, inserunt . *quæ dicitur Colonia*. Postea : *Item in territorio ejusdem urbis, loco qui Zanctis dicitur, sancti Victoris martyris et aliorum* CCCXXX. *Item in Verona, sanctorum martyrum Cassii et Florentii cum aliis* VII. De Paulino, post *episcopi*, addunt *Eburaci*. *Loth* *Cerbonii* *Victoris et soc. 330* *Cassii, etc.*

ULTRAIECT. et LEYDEN. In eo solum proxime præcedentes excedunt, quod Cerbonio hoc adjiciant elogium. *Hic Vigilio Papæ accusatus et ab eo citatus, dum nollet manu vacua comparere, silvestres anseres, domitorum more secum venientes, summo præsentans Pontifici, ipsum sibi assurgere compulit tanto signo*. *De Cerbonio.*

ALBERGEN. et DANIC. Differunt a codicibus præcedentibus solo ordine, primo loco ponentes Cerbonium, Loth secundo.

CENTULEN. *Apud Cretam, beati Pinyti, inter episcopos nobilissimi. Coloniæ Agrippinæ, sancti Gereonis martyris cum sociis suis* CCCXIX, *quos fuerunt* (ferunt) *Thebæos fuisse. Item ibidem, sanctorum Mallosi et Victoris. Item sanctorum Cassi et Florentii, cum aliis pluribus*. De Paulino, inter hæc verba *episcopi et confessoris*, inserit *Eboracensis*. *Mallosi et Victoris*

BRUXELLEN. Primo loco Gereonem, Victorem, Cassium et Florentium in una annuntiatione conjungit, cum sociis, etc., ut supra ; tumque ex Adone subdit : *Quos ferunt Thebeos fuisse omnes* *Gereonis et aliorum*

et cum legione illa beati Mauricii, jussu Maximiani imperatoris in Gallias transitum fecisse, atque circa Rheni littora, funestum tyranni imperium respuendo, colla patienter gladiis subdidisse *Loth* *pro Christo.* De Loth, ut supra. In Pinyto fere *Cerbonii.* purus est. De Cerbonio, ut ULTRAJECT. et LEYDEN. Deinde : *In Britannia, depositio sancti con-* *Inventionis Austrebertæ* *fessoris Paulini Eboracensis episcopi. Item, inventio sanctæ Austrebertæ.* Colitur v Februarii.

HAGENOYEN. In duabus primis utcumque purus, de Victore habet, fere ut supra. Tum : *In territorio ejusdem civitatis, quod Bunna vocatur, natalis sancti Cassii et Florentii cum aliis* VII, *qui sub eodem persecutore pro fide Christi occubuerunt.* *Cerbonii.* In Cerbonio, paulo auctior est, inter alia in fine addens : *Et sic cum gloria ad sedem suam reversus est et obiit in pace.*

Domnini. AQUICINCT. Secundo loco hic ingerit Domninum, de quo pridie. Victori adjicit, *et aliorum* *Eubrachii* CCCXXX. In fine apponitur, *et Eubrachii*, ut in ANTVERPIENSI et MAX-LUBECANO, etc., de quo vide in Variantibus.

Troesii. VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. In fine : *Nivernis civitate, sancti Troësii abbatis, qui plenus dierum migravit ad Dominum.* Apud Castellanum in Martyrologio universali ponitur XVII Octobris, vocaturque *Trojecius.*

De Firmino. AMBIANEN. *Eodem die, ingressio beati Firmini martyris in civitate Ambiana.*

Textus contractior. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Victoris martyris. Et Gereonis, Cassii, Florentii*, etc. Additur in margine, *festum in civitate Trajectensi. Paulini, episcopi et confessoris. Ponti* (Pinyti) *episcopi et confessoris.*

BIGOTIAN. Signatus P. 5. *Item dedicatio ecclesiarum Ordinis Cœlestinorum, hodie instituta ubique solemniter celebrari.*

CAMBERIEN. *In Britannia apud Eboracum, beatorum Pauli* (Paulini) *præsulis et Eubrachii con-* *Eubrachii.* *fessoris.* Vide Variantes.

In VATICAN. signato num. 5949. Deest *Gereonis, Cassii et Florentii.* Adjicitur autem recen- *De Domnino.* tiori manu : *Via Claudia, natalis sancti Dompnini martyris; cujus corpus a venerabilibus monachis translatum est in sacro cœnobio Sculcularum per divinam revelationem, in quo clare quiescit.*

FLORENTIN. *Apud civitatem Populoniensem, in* *Cerbonii.* *partibus Tusciæ, sancti Cerbonii, ejusdem urbis episcopi et confessoris, magnæ sanctitatis viri.* *Cassii, etc. Narniensis.* *Apud urbem Narniensem, sancti Cassii ejusdem urbis episcopi, et sancti Florentii cum aliis septem.* Diceres hos Sanctos hinc Bonnam, vel Bonna huc traductos. *In territorio Florentino, loco qui* *Translationis Joannis Gualberti.* *dicitur Pasiquanum, translatio sancti Joannis Gualberti, abbatis Vallis Umbrosæ.* Additur in STROZZIANO : *Moritur carne et regnat cum Christo, anno ab ejus Incarnatione* MLXXIII.

Clari. BURDEGALEN. *Sancti Clari, episcopi et confessoris.* Vide Castellanum.

CAUDIACEN. *Pago Matiscensi, monasterio Clu-* *Exceptionis Valentini, etc.* *niaco, exceptio sanctorum Valentini presbyteri et martyris atque Felicis Pontificis et confessoris, qui apud Arvernum episcopalem cathedram tenuit.*

Theodehildis. REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Monasterio Jotero, depositio sanctæ Theodehildis abbatissæ.*

EDITIO LUBECO-COL. De Gereone et reliquis vix quidquam novi affert, vide GREVENUM infra. *Loth.* Sequitur de Loth, ut in ANTVERP-MAX, etc. De *Cerbonii cum elogio.* Cerbonio, ut ULTRAJECT. Sed post *signo*, attexit : *Hic milites Christianos hospicio recepit, propterea a rege Gothorum, urso feroci subjicitur; qui pedes sancti viri lambebat, et sic liberatus, postmodum feliciter in Domino quievit.* In Pinyto satis purus, de Paulino inserit, *Eboracensis.* In fine : *Trecas, sancti* (sanctæ) *Anchæ virginis et martyris.* Le- *Anchæ.* gendum *Tancæ* vel *Tanchæ*, quæ hoc die colitur.

BELIN. In fine textus, non omnino puri, subdit : *Eodem die, sancti Zerboni, episcopi et con-* *Cerbonii.* *fessoris.* Altera editio legit *Cerbonii* ; et adjicit : *Translationis Martialis.* *Lemovicas, translatio egregii confessoris Christi Martialis.* Dies natalis est XXX Junii.

GREVEN. *Loth prophetæ. Nota, sanctus Gereon* *Loth.* *et socii ejus et fuerunt ex Legione Thebeorum. Si-* *De Gereone, etc.* *militer sanctus Victor, qui cum sociis* CCCXXX *apud Troiam, quæ nunc Xanctis dicitur, passus est. Ex eadem legione fuerunt Cassius et Florentius cum septem aliis, apud Veronam, quæ et Bonna dicitur. Hi omnes gloriosi martyres, diversis licet in locis, pro una tamen fide Christi occisi sunt, corporaque eorum in loca profunda demersa. In Africa, sanctorum Eusebii, Eraclii et Venusti martyrum.* *Eusebii et soc.* *Cerbonii, episcopi Populoniæ civitatis et confessoris. De quo B. Greg. 3 Dial. inter alia refert, quia* *Cerbonii cum elogio.* *hospitalitatis studio valde intentus, milites transeuntes hospitio susceptos, a Gothis absconderit. Cumque ob hoc, urso expositus fuisset, et bestia episcopi pedes, ferocitate deposita, lamberet, dimissus est. Cujus corpus cum in navi ad sepeliendum deferretur, circa utraque navis latera procellosa valde pluvia descendit, in ipsam autem ne una quidem gutta cecidit. Virgilii, episcopi Arelatensis et confessoris.* *Virgilii.* Vide Acta v Martii. *Attici, Constantinopolitani* *Attici.* *episcopi et confessoris, cujus virtutes libro 12 historiæ tripartitæ tanguntur. Trecas, sanctæ Anchæ vir-* *Anchæ* *ginis et martyris.* De hac vide supra. An Atticus Sanctis adscribi mereatur, alio loco inquiremus.

MOLAN. Aliis litteris, de Victore textui inserit : *loco qui Xanthis dicitur.* Tum : *apud Veronam, quæ vulgo Bonna dicitur.* In fine, de Paulino : *Qui gentem Nordanhumbrorum, eam videlicet* *De Paulino.* *nationem Anglorum, quæ ad Aquilonem Humbri fluminis habitabat, cum rege suo Hedwino, prædicando verbum fidei, convertit ad Dominum. Eodem die, sancti Cerbonii episcopi et confessoris.* De trans- *Translationis Martialis.* latione Martialis, ex BELINO. *Loth prophetæ.* *Loth.* *Jotro monasterio, sanctæ Telechildis virginis et* *Telechildis.* *abbatissæ. Trecas, passio sanctæ Anchæ virginis.* *Anchæ.* *Ipso die, dedicatio Ordinis Cœlestinorum, ubique locorum præfati Ordinis una die solenniter celebrandæ.* Tum typis minoribus : *Joannis Prioris Brid-* *Joannis.* *lingtoniæ in Anglia, ordinis Regularium, qui canonizatus est a Bonifacio IX. In Galliis juxta Aream, sancti Venantii martyris vere nobilis.* Edi- *Venantii.* tiones posteriores præfigunt aliis litteris : *Loth prophetæ.* In textu præter dicta, pro, *decem et septem*, legitur, *sociorum ejus.* De quibus videnda ibi Molani Annotatio. Inseritur etiam *Eboraci.* Augmentum vero incipit ab his verbis : *Qui eam nationem*, etc. De Cerbonio, post *Confessoris*, ad- *Cerbonii.* ditur : *Populoniensis, cujus reliquias attulit in Gallias frater Robertus Pisanus.* De Tancha Tre- *Tanchæ.* censi, ut supra. *Jotro monasterio, sancti Telechildis*, etc. *In Anglia, monasterio Bridlingtonia, depositio sancti Joannis confessoris, et Prioris ejusdem monasterii, de Ordine Regularium.* De sancto Venantio, ut supra. *In Hasteria, sancti Nuncii* *Nuncii.* *confessoris. Die decima, sanctorum martyrum Eu-* *Eulampii et Eulampiæ.* *lampii et Eulampiæ. Ipso die, dedicatio Ordinis Cœlestinorum, ubique locorum præfati Ordinis*, etc., ut in priori editione.

V *Idus.*

V *Idus.* *Die* 11.

Apud Tarsum metropolim Ciliciæ, natalis beatissimorum martyrum Tharaci, Probi et Andronici, qui persecutione Diocletiani, longo tempore carcerali squalore afflicti, et tertio diversis tormentis et suppliciis examinati, in confessione Christi triumphum gloriæ adepti sunt. In pago Vilcasino, passio sanctorum Nigasii presbiteri et sociorum ejus Quirini et Pientiæ. In Scotia, sancti Cainichi abbatis. Civitate Uzetia, sancti Firmini episcopi et confessoris. *Tharaci et soc.* *Nigasii et soc.* *Cainichi.* *Firmini.*

Soli puri sunt *Praten. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scribo *Tarsum*, *presbiteri*, *Scotia*, etc., ut supra dixi sæpius, licet codices in eo varient. *Tharaci* scribitur communius, et ita habent codices vetustiores Praten. Herinien., etc., non *Taraci*, ut alii, aut *Tarati* ut Greven. nullus *Tarachi* posuit, cum tamen ex Græco ita legendum sit. In Praten. Herinien. et aliis est *Vilcasini*, ut nos servavimus, licet Greven. et Molan. malint *Vilcassini* : utrumvis elige. Greven. scribit *Nycasii*, melius Molan. *Nicasii*, quem multi sequuntur, optime tamen, ni fallor Praten. *Nigasii*, ad distinctionem a Nicasio Remensi. Non capio, cur et annuntiatio ab Heriniensi prætermissa sit, nisi forte codicis descriptor, ut erat diœcesis vel provinciæ Remensis, putarit eo modo sanctum suum Nicasium alio transferri. *Canici* scribunt Greven. et Molan. ego *Cainichi* malo, ut ad veram nominis formationem proxime accedens, uti habent Praten. Herinien. et Aquicinct. vere tamen legendum existimo *Kainnichi*, ut est in vita. *Uzecia*, *Uzechia* et aliter efferunt codices, præfero *Uzetia*, cum præcipuis.

OBSERVATIO. Pretiosissima et numquam satis laudanda sunt, genuina et Præsidialia illustrissimorum horum trium Martyrum Acta, a Baronio primum, purius a Rosweydo, ab aliis etiam deinceps vulgata, ui in admonitione sua fusius explicat, is qui novissimam editionem Græco-Latinam adornavit Theodoricus Ruinartius, inter selecta et sincera, a pag. 454. Eorum memoriam recolunt Hieronymiana, non hoc solum die, sed etiam IX et ex hujus, ex diversis codicibus diversimode. Eos inter vetustissimum Antverpiense seu Epternacense, hodie : *Anazobori Ciliciæ* eos diserte collocat, quo loco (quem *Anazarbi* multo melius expresseris) passos esse, non *Tarsi*, ex Actis ipsis demonstratur. Hic tamen eos primus statuisse videtur auctor Romani parvi, his verbis : *Apud Tarsum, martyrum Tharaci, Probi et Andronici*, unde in Adonem, Usuardum, Notkerum et recentiores omnes ea positio dimanavit. Quod in Epternacensi Andronico addatur titulus *presbyteri*, id, procul dubio, scriptoris incuria irrepserit. Adonis elogium ex ipsis Actis eleganter deductum est, a Nostro solitæ brevitati ex illo aptatum. Inde verosimiliter sua quoque eruit Wandelbertus : *Tharaci et soc.*

Quinas mox Tharacus, Probus, Andronicusque coronant.
Virtutis mortisque pares quos gloria reddit.

Huc usque patent Usuardi duces; alios Sanctos unde acceperit, non adeo clare perspicio. Potuit quidem in aliquo Hieronymiano codice, forte Corbeiensi simili, reperire : *Nicasii et aliorum martyrum* ; sed ibi sociorum ejus nomina haudquaquam reperit. Ad hæc Adoniana Mosandri qualiscumque editio meminit : *Nichasii episcopi* et *Subiculi diaconi*. Noster interim de hoc silet, alterique solum tribuit titulum *presbyteri*. Neque ab aliis Martyrologis lux ulla affulget; unde superest conjectandum, peculiarem notitiam habuisse Usuardum, ex qua classem illam Martyrologio suo inseruerit. Circa veram nominum inflexionem, consuli possunt notulæ P. Motherii ad novissimam ejus Martyrologii Romani Gallicam versionem. De reliquo videatur Tillemontius in Dionysio Parisiensi tomo 4 art. 18 pag. 485. *Venantius* abbas Turonensis, Hieronymianis ex Florentinii mente adjectus, Floro, Rabano, Adoni Mosandri, et Notkero notus est, quem Noster ad XIII Octobris distulit. — At ex Scotia *Cainichum*, a nullo alio nominatum, adducit ; forte quod Ordinis sui abbatem censuerit, aut in ipsa Gallia peculiari cultu fuerit celebratus. Vita apud nos extat Ms. in qua *Kainnechus* appellatur, multaque de eo Rosweydus ad vitæ capita, notata reliquit in Actis producenda. — *Firminus* Uzetiensis plane etiam Usuardinus est. De gestis ejus scripsere varii, nos omnia suo tempore colligemus. *Nigasii et soc.* *Cainichi.* *Firmini.*

AUCTARIA.

HERINIEN. Purissimus esset et integerrimus, nisi omitteret annuntiationem secundam, de qua superius dixi.

TORNACEN. Eodem laborat defectu quo HERINIENSIS. Cetera etiam satis purus.

De Nicasio et soc. ANTVERP-MAJ. In Nigasio, post *Quirini presbyteri*, sic pergit : *et Scuviculi diaconi et Pienciæ virginis. Qui cum beato Dyonisio ab urbe Roma in Gallias ad prædicandum directi, et a præfecto Sisinnio in eodem pago comprehensi, glorioso sunt martyrio coronati.* In fine præterea : *In Britannia, sanctæ Ethelburgæ virginis, cujus vitam meminit Venerabilis Beda in gestis Anglorum.* *Ethelburgæ*

ROSWEYD. De Nigasio sic legit : *Item, passio sanctorum Nigasii*, etc. In fine Adjicitur : *Item sanctæ Onestæ virginis.* *Onestæ.*

PULSANEN.

PULSANEN. Tarsensium elogium plane expunxit. Tum : *In pago Vilcassino, passio sancti Nicassii presbyteri et sociorum ejus Excubiculi, Quirini et Pientiæ virginis et martyris.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Incipiunt : *Redonis civitate, sancti Melani confessoris.* Lege *Æmiliani.* Scribunt *Nigasii episcopi et sociorum ejus*, sed nullum nominant. Deest annuntiatio ultima de Firmino.

MUNERAT. Scribit etiam *Nigasii episcopi*, sed dein mutata positione : *Castro Corboilo, beatissimi Quirini et Pœnitentiæ.*

ANTVERP. ULTRAJECT. et LEYDEN. Incipiunt : *Translatio sancti* (LEYDEN. *patris nostri*) *Augustini episcopi et confessoris de Sardinia ad Papiam.* In Tarsensibus, fere puri sunt. De Nigasio et sociis post *Pientiæ*, addunt : *Qui a beato Clemente Papa cum beato Dyonisio ad prædicandum in Gallias directi, insequente eos præfecto Fescennino, gloriam martyrii adepti sunt.* Habent, *Canici abbatis*; sed de Firmino nihil.

LOVANIEN. Etiam, *patris nostri*; ex quo patet fuisse ad usum PP. Augustinianorum. Cetera prioribus similis est, nisi quod totum elogium Tarsensium expungat.

ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt : *Octava beati Francisci confessoris.* De reliquo textum habent sicut ANTVERP-MAXIMUS ; sed nihil de translatione sancti Augustini.

CENTULEN. In prima purus est, dempto elogio. *In pago Vilcassino, sanctorum Nichasii primi Rothomagensium episcopi et sociorum ejus Quiriaci et Pienciæ martyrum. In Syria, sancti Eustachii martyris. Turonis, depositio sancti Venantii abbatis et confessoris.*

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Lyram oppidum Brabanciæ, depositio sancti Gummari confessoris.* Sequitur de Nigasio et sociis, ut ANTVERP-MAX. In Tarsensibus, fere purus est. Tum : *In Acerro Siciliæ, natale sanctorum Anastasii presbyteri, Placidi et Marcialis. Apud Antiochiam, natale sancti Eracli. Apud Coloniam Agrippinam, depositio Domini Brunonis archiepiscopi. Apud Virdunum, depositio beati Sanctini episcopi et confessoris. In Scocia, depositio sancti Canuthi abbatis et confessoris. Eodem die, translatio beati Augustini gloriosi episcopi et confessoris.*

HAGENOYEN. Incipit a Nigasio et sociis, auctus ut supra. In Tarsensibus utcumque purus est. Tum inserit : *Apud civitatem Cæsariensem, natale sanctæ Reparatæ virginis*, etc., ut vide in Auctariis VIII Octobris. *Pelusiæ*, (pro *Belisia*) *depositio sancti Amoris*, etc., ibidem. *In Scocia, sancti Canici abbatis depositio. In civitate Vszecia, depositio sancti Firmini*, etc.

AQUICINCT. In fine : *Item sanctorum Placidi et Athanasii.* Ita etiam habet CODEX D. du CHEVAL signatus C.

VICTORIN. et REGINÆ SUEC. signatus num. 130 In fine : *Translatio sancti patris nostri Augustini episcopi, de Africa in Sardiniam.* Superius agitur de translatione secunda. Deinde : *Turonis, sancti Venantii abbatis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Sanctini episcopi et martyris. Tharaci, Probi et Andronici, martyrum. Melani* (dixi supra legendum *Æmiliani*) *episcopi et confessoris. Gummari confessoris. Translatio Augustini.* Dubium, de qua agat.

In VATICAN. num. 5949. Deest memoria Cainichi et Firmini ; nihil adjectum est.

ALTEMPS. *In Scotia, sancti Canuchi* (Cainichi) *abbatis. Civitate Ursecia, sancti Firmini*, etc.

BIGOTIAN. signatus P. 5. Primo loco : *Rodonis civitate, sancti Melani confessoris*; pro *Æmiliani.*

BIGOTIAN. signatus D. 9. *Eodem die, S. Nicasii episcopi, Quirini presbyteri, et Scubiculi diaconi.*

AUGENS. Alia manu adjectum habet in fine : *Apud Rotomagum, sancti Nigasii martyris, sociorumque ejus.*

FLORENT. *Prima translatio corporis sancti Augustini episcopi et doctoris, de Iponia in Sardiniam.*

BURDEGALEN. *Turonis, sancti Melani episcopi et confessoris.* An non *Æmiliani Redonensis* vel *Rotonensis*, de quo supra?

BIZUNTICEN. *In Scotia, sancti Canuti*, etc. Legendum, opinor, *Cainichi. In civitate Uzetia*, etc.

LUXOVIEN. *Sancti Sanctini, primi Virdunensis episcopi.* Vide etiam superius.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris : *Turonis, sancti Venantii abbatis.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Nigasio, ut ANTVERP-MAX. In Tarsensibus, satis pura est. Pro *Cainichi*, scribit *Carachi*. Tum : *Item translatio corporis eximii Doctoris sancti Augustini episcopi et confessoris, de Sardinia in civitatem Ticinum, quæ nunc Papia dicitur, ubi per devotissimum regem Longobardorum, Luitbrandum nomine, in ecclesia sancti Petri Apostoli, in cœlo aureo sic dicto, honorifice, ut decuit, relatus ac conditus est anno Domini* DCCLXXIII, *temporibus Gregorii Papæ II et Leonis III imperatoris, ab obitu ejusdem Patris* CCLXXXIII. (Calculi chronologici non cohærent.) *Et hæc ipsius secunda translatio appellatur. Ipso die, sanctorum martyrum Anastasii presbyteri, Placidi et Genesii sociorumque eorumdem. Virduni, sancti Xanctini ejusdem loci episcopi et confessoris. Civitate Eurecia, sancti Firmini*, etc. *Ipso die, sanctæ Athelburgæ virginis. Item, sanctorum Justi, Arthemii et Honestæ virginis, martyrum. Et Turonis, sancti Venancii abbatis.*

BELIN. Incipit : *Papiæ, translatio et reconditio corporis beatissimi patris Augusti episcopi et confessoris. Redonis civitate, sancti Emiliani confessoris.* In Tarsensibus, recte. Tum : *Eodem die, octava sancti patris Francisci.* Deest Nigasii et sociorum. In Cainicho et Firmino satis purus est. Altera autem editio in fine addit : *Item Placidi et Athanasii.*

GREVEN. *Ipso die, sanctorum Anastasii presbyteri, Placidi, Marcialis, Genesii ac sociorum eorum martyrum. Antiochiæ, natalis sancti Eraclii. Venantis martyris. Justi, Arthemii et Honestæ virginis, martyrum. Virduni, beati Sanctini, ejusdem loci episcopi et confessoris. Gummari confessoris. Melani confessoris. Translatio sancti Augustini episcopi. Cum enim Luitprandus, devotus Longobardorum rex, audisset, a Sarracenis depopulatam Sardiniam insulam, in quam olim, ob barborum incursionem, ab Ypone ossa eximii Doctoris translata fuerant, sub omni celeritate illuc nuncios suos dirigit, datisque pecuniis magnis sacras reliquias Papiam deferri fecit anno Domini* DCCXXIII, *ab obitu ejusdem Sancti* CCLXXXIII. *Diciturque hæc secunda ejus translatio, prima vero celebratur ultima Februarii. Aliqui tamen hic celebrant primam, illic vero secundam. Athelburgæ virginis et abbatissæ. Item sanctæ memoriæ Brunonis archiepiscopi Agrippinensis Coloniæ et confessoris, germani Ottonis I imperatoris.* Vide Surium.

MOLAN. De Tarsensibus textui inserit aliis litteris totum Adonis elogium, quod in fonte legi potest. In fine, de translatione sancti Augustini et Æmiliano, BELINUM describit. Tum : *Lyræ, depositio sancti Gummari præclari confessoris, qui*

inter

Jacobi Alemanni. *Athelburgæ.* *Sanctini.* *Brunonis.*

inter cetera virtutum suarum insignia, ictu baculi sui fontem de terra produxit; arborem quoque succisam et terræ prostatam, divino auxilio erexit, ac ita integram solidavit, ut nullum signum læsionis in ea appareret, quæ in testimonium tantæ virtutis, per annos plurimos incolumis permansit. Dein minoribus litteris : *Hoc die obiit B Jacobus Alomannus, Ordinis Prædicatorum. Athelburgæ virginis et abbatissæ.* De Sanctino, ut BELINUS. *Ex Calendario defunctorum Coloniæ, ad S. Pantaleonem obiit Dominus Bruno, pius pastor sanctæ Coloniensis ecclesiæ, qui inter cetera laudabilis vitæ insignia, quæ liber gestorum ejus plenius enumerat, etiam locum istum a fundamentis erexit, et rebus quæ ibi Deo servientibus sufficerent, abundanter locupletavit.*

Germani. *Theophanis.*

In editionibus aliis textus simplex est. In fine de Gummaro, Æmiliano et Sanctino, ut supra. *Bisontii, sancti Germani episcopi et martyris. In Anglia, sanctæ Ethelburgæ virginis et abbatissæ. Die undecima, sancti patris Theophanis, scriptoris et poetæ, episcopi Niceæ. Papiæ translatio et reconditio, corporis beatissimi patris Augustini*, etc., ut BELINUS. *Eodem die depositio beati Brunonis Agrippinæ ecclesiæ archiepiscopi. Qui inter cetera, laudabilis vitæ insignia*, etc. Deinde minoribus litteris, de Jacobo Alemanno, ut supra. Denique repetit : *Coloniæ ad sanctum Pantaleonem, obiit Dominus Bruno, pius pastor sanctæ Coloniensis ecclesiæ ac fundator dicti monasterii.* Vide quæ hic habet citatus auctor in fine Annotationis.

IV *Idus.* *Die* 12.

Hedistii. *Martyrum Africanorum 4976.* *Eustachii.*

Apud Ravennam via Laurentina, natalis sancti Hedistii martyris. In Africa, sanctorum confessorum et martyrum quatuor milium nongentorum septuaginta sex, sub Hunnerico rege, qui cum essent ecclesiarum Dei episcopi, presbiteri, diaconi, associatis sibi turbis fidelium populorum, pro defensione Catholicæ veritatis, in horribilis heremi exilium trusi, et ad extremum varie excruciati, martyrium celebrarunt; inter quos erant Cyprianus et Felix, præcipui Domini sacerdotes. In Syria, sancti Eustachii presbiteri.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Munerat. Belino in prima editione, Greven.* et *Molan.* Accedit *codex Danicus*, licet de cetero non satis correctus.

VARIA LECTIO. Munerat. pro, *via Laurentina*, legit, *via Laurentia*. Varie effertur nomen martyris, sed præcipue *Edistii*, vel *Hedistii*. Pro primo modo stant Greven. Molan. et alii cum Adone; pro secundo Praten. Herinien. et probatiores codices cum Romano parvo, quibus assentimur. Omnes codices legunt *milium*, ut alibi etiam dixi. Herinien. posuit, *quatuor milia*, etc. In Greven. et Molan. est *Honerico*, in Munerat. *Humerico*, qui superius omisit ultimum numerum, *sex*. Greven. et prima Molani editio transponunt ordinem, legentes, *presbyteri, diaconi, episcopi. Heremi*, habent omnes, excepto solo Molano. Et hic rursus cum Greven. transposita habet nomina, *Felix et Cyprianus*. Munerat. et Belin. scribunt *celebraverunt*. Herinien., haud dubie amanuensis vitio, pro *Syria* legit *Africa*. Belin. *Schitia*. Munerat. pro *Eustachii, Eustacii.*

Hedistii.

OBSERVATIO. Notabilis est hodie inter codices Hieronymianos atque etiam inter alios Martyrologos discrepantia. Vetustissimum Epternacense primo loco enuntiat : *Romæ, natalis Hedisti* : quo modo ex pari codice descripsit Rabanus. Porro Hieronymiani alii expresse legunt : *In Ravenna, via Laurentina, natalis sancti Edisti.* Nescio in quo Notkero invenerit Florentinius : *Romæ, natalis sancti Bodisti martyris*, pro *Hedistii*. Invenio equidem tertio loco : *Bedisti martyris*, ast in principio clare expressit : *Apud Ravennam, sancti Edistii*, in quo a ductoribus suis minime deflectit. Etenim Romanum parvum strictim habet : *Ravennæ, Hedistii*. Ado paulo distinctius ex mente Hieronymianorum : *Apud Ravennam, via Laurentina, natalis sancti Edistii.* Unde Noster acceperit, in propatulo est ; nec de Notkero dubium relinquitur, tametsi omiserit hæc verba, *via Laurentina*. An pro via Laurentina, substituenda sit, *via Lauretina* a nemore lauris consito, discere poteris ex Florentinio. Ceterum Ravennatem martyrem fuisse Hedistium, videtur extra controversiam, subscribente etiam Wandelberto hisce versiculis :

Idus tum quartas meritis Edistius auget,
Urbs Ravenna suo celebri quo martyre gaudet.

Martyrum Africanorum 1979.

De fortissima et gloriosissima Africanorum martyrum legione, primus meminit auctor Romani parvi : *Apud Africam, sanctorum confessorum quatuor millium nongentorum septuaginta sex, sub persecutione Wandalica passorum.* Lacrymas, non jam commiserationis, sed potius exultantis animi testes, excutit Victor Vitensis, dum immanem Hunnerici barbariem describit lib. 2 in editione Chiffletiana a pag. 24, unde procul dubio encomii sui materiam desumpsit Viennensis Martyrologus, in martyrum numero secutus Romanum parvum, cujus Martyrologii auctor, diversum a Chiffletiano historiæ Wandalicæ persecutionis exemplum consulit : nam in præfata Chiffletii editione, tota martyrum turma ad quatuor millia DCCCCLXI contrahitur. Numerum integre reddit, qui novis curis Vitensem recensuit Ruinartius pag. 30. Ab utroque differt Baronius, legens quatuor millia DCCCCLXV. Præferendus omnino videtur Martyrologorum nostrorum calculus, novissimæ editioni conformis. Utcumque tamen fuerit, Usuardus Adonis elogium eleganter contrahens, etiam in determinando pugilum numero, recte sententiam ejus amplexus est. — De ultima nostra annuntiatione, quemadmodum de prima, inter

codices

codices Hieronymianos controvertitur : arbitrum vide Florentinium. Nobis indubitatum est, ex aliquo *Eustachii.* apographo, simili Epternacensi, *In Syria, Eustachium,* vel *Eustatium presbyterum* acceptum fuisse, relictis, si quos habuit, sociis, ut passim Noster facere assolet ; certe plane Usuardinam esse annuntiationem illam, ex codicibus evidentius ostendi non potest. Atque ex eodem ipso fonte hausisse videtur Rabanus, dum scribit : *Et in Syria Eustati presbyteri ;* ubi additur : *Et Eucharisti, Burri, Bonati* (Epternacense habet *Donatæ.*) de quibus, cum ad Usuardum non spectent, nulla hic nobis quæstio est. *Eustachium* cum pluribus, tanquam Adoni adjectum, in appendicem retulit Rosweydus, idque etiam indicat asteriscus a Mosandro appositus. Videatur Notula a Castellano, Martyrologio suo universali apposita, qua confusos Martyres distinguere conatur. An satis feliciter, necdum ausim asserere, in tanta tabularum Hieronymianarum turbatione, quam alibi componere conabimur.

AUCTARIA.

TORNACEN. Caret tota annuntiatione prima ; in reliquis purissimus est.

ANTVERP-MAJ. Non legit, *pro defensione Catholicæ,* etc., sed, *pro Dei confessione Catholicæ,* etc. In fine autem addit : *In Brittania, sancti* *Wilfridi.* *Wilfridi episcopi et confessoris, qui inter ceteras virtutes, mortuo quoque vitam legitur reddidisse.* Vita *Wilfridi* illustrata est XXIV Aprilis. Vide etiam Surium hoc die.

ROSWEYD. Textui subdit : *In Britannia, depo-* *Wilfridi.* *sitio sancti Wilfridi episcopi et confessoris.*

PULSANEN. Mutilus est in elogio Africanorum, post *Hunerico rege ;* cetera satis purus.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In fine *Epionis.* adjiciunt : *Bituricas, sancti Epionis presbyteri.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. et ALBERGEN. In textu satis puri, idem cum præcedentibus habent augmentum. *Bituri-* *Epionis.* *cas, sancti Epionis presbyteri.*

CENTULEN. *Apud Ravennam, via Laurentia, sancti Hedistii martyris. Apud Africam, sanctorum confessorum et martyrum nongentorum septuaginta sex* (desunt quatuor millia) *Meldis, san-* *Sanctini.* *cti Sanctini episcopi et confessoris.* Vide Auctaria diei præcedentis.

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Burgundiam, na-* *Gengulfi.* *tale sancti Gengulphi martyris. Qui a quodam clerico, uxoris suæ constupratore, clam perimitur. In cujus necis ultionem idem clericus dum ventrem purgaret, viscera, ut Arrius, effudit.* Vita ejus in Actis edita est die XI Maii. *Apud Ravennam, via Lau-* *De Hedistio cum sociis.* *rentina, natale sancti Hedistii martyris et sanctorum martyrum Quirini presbyteri et Euagri. In* *Eustachii Ægyptiaci.* *Egipto, sancti Eustachii presbyteri. In Campania,* *Eucharisti.* *sancti Eucharisti. Apud Bituricas, depositio sancti* *Epionis.* *Epionis presbyteri. Item sancti Wilfrini, episcopi* *Wilfrini.* *et confessoris.* Puto Wilfridum indicari. Africanos in sequentem rejicit.

Loth HAGENOYEN. Huc refert Loth Prophetam cum vitæ compendio, ex sacris litteris de more collecto. Deinde agit de martyribus Africanis, in quibus fere purus est. Desunt reliqua.

AQUICINCT. Africanorum martyrum numerum *Opionis.* reducit ad *trium millium* DCCCCLXXVII. In fine au- *Saturi et Calixti.* tem addit : *Bituricas, sancti Opionis.* (Alias *Epionis.*) *Et sanctorum Saturi et Calixti.*

Amici et Amelii. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Amici et Amelii militum, martyrum, quorum actus leguntur. Sanctorum confessorum et martyrum quatuor millium et ultra.*

Cælestini et Saturi. In VATICAN. sub num. 5949. Deest *Eustachii.* Adjicitur : *Romæ, sancti Cælestini et Saturi.*

Epionis FLORENTIN. *Biturichas, sancti Epionis presby-* *Wilfridi* *teri. Item, sancti Vilstidii* (an non *Wilfridi?) epi-* *Eulagrii.* *scopi et confessoris. Item, sancti Eulagrii.*

EDITIO LUBECO-COL. Textum purum refert, nisi quod in fine de Eustachio addat, *et confessoris.* Tum : *Bituricas, sancti Epionis presbyteri et* *Epionis.* *confessoris. Civitate Meldis, beati Schynni, episco-* *Schynni.* *pi et confessoris. Eodem die, sancti Wilfridi epi-* *Wilfridi.* *scopi et confessoris Eboracensis civitatis. Ipso die,* *Maximiliani.* *sancti Maximiliani episcopi et confessoris.*

BELINI editio altera, in fine : *Bituriges, Opi-* *Opionis.* *onis confessoris.* Vide superius.

GREVEN. *Apud Apamiam, beati Marcelli epi-* *Marcelli.* *scopi et martyris, qui cum tempore Theodosii senioris multa idolorum templa diruisset, a paganis tentus, pro confessione nominis Christi martyrio coronatus est. In Campania, natalis sanctorum Eucha-* *Eucharisti et soc.* *risti, Fortunati, Prisciani. In Syria, natalis sanctorum Syri et Euagrii.* *Syri, etc.* *Romæ, natalis sanctorum* *Celesti et Saturi.* *Celesti et Saturi. Item sanctorum Amelii et Amici,* *Amelii et Amici.* *quorum miri actus leguntur in speculo Vincentii lib. 24 cap. 162. Cumque essent miro modo sibi consimiles, tandem in bello quod Karolus magnus contra Desiderium Longobardorum regem in Italia gessit, multis pollentes pietatis operibus, cum aliis multis interfecti, martyrii palmam adepti sunt. Maximiliani Laureacensis episcopi et martyris, qui* *Maximiliani.* *tempore Cari et Numeriani imperatorum, martyrii coronam adeptus, postmodum a Duce Baioariorum in Pataviam super litus Eni translatus, in magna veneratione habetur. Lucinii et sororis ejus marty-* *Lucinii, etc.* *rum. In Anglia, sancti Wilfridi episcopi Eboracensis et confessoris, cujus cum meminisset Beda* *Wilfridi.* *lib. 4, rursus lib. 5, velut ad priora repedans, vitam ejus virtuosissimam a puero diligentius perstringit ; epitaphium etiam versibus conscriptum adjiciens : ubi inter alia legitur, quod multis domi forisque jactatus nimium per tempora longa periculis, tandem in pace quieverit. Hic libros quatuor sacrorum Evangeliorum aureis litteris scribi, et thecam auream his condignam fieri fecit. Aniani episcopi.* *Aniani.* *Namaatii episcopi.* *Namaatii.* *Civitate Meldensi, sancti Schynni episcopi et confessoris.* *Schynni.* *Symperthi episcopi.* *Symperti.* *Bituricas, sancti Opionis presbyteri et confessoris.* *Opionis.* *In Aquitania, sancti Geraldi abbatis et confessoris, de* *Geraldi.* *quo in gestis sancti Arnulphi Suessionensis episcopi refertur, quia eidem Arnulpho in regimine monasterii successerit, sed ab ambitiosis expulsus, Aquitaniam profectus, monasterium construxerit, quodque ejus vita et mors signis virtutum et miraculorum gloria refulserit. Ardani abbatis.* *Ardani.* *In Scotia, Movei abbatis.* *Movei.* *Eufrasiæ virginis et martyris.* *Eufrasiæ.* *Harlindis virginis et martyris.* *Harlindis.*

MOLAN. *Bituriges, Opionis confessoris.* *Opionis.* Deinde minoribus typis ex GREVENO describit omnia de Wilfrido Eboracensi. *Wilfridi.* Item de Amelio et Amico *Amelii et Amici.* notans in Vincentii Speculo librum 24 cap. 62 et sequentia. In fine : *Maximiliani Laureacensis episcopi et martyris.* *Maximiliani.* In editionibus aliis, de Opione, ut supra. *Mediolani, translatio sancti Monæ archi-* *Translationis Monæ.* *episcopi. In Anglia, natalis sancti Vuilfridi episcopi Eboracensis et confessoris. Celenæ in Pannonia,*

Maximiliani

Maximiliani Laureacensis episcopi et confessoris. Cujus corpus Laureacum transtulit sanctus Rupertus Bavarorum Apostolus, qui plurimas ecclesias ad ejus honorem dedicavit. Tandem vero Pataviam reliquias ejus transtulit Henricus secundus imperator. Deinde typis minoribus, mutans quæ de Amelio et Ammio in priori editione dixerat : *Papiæ sanctorum martyrum Amelii et Amici, quos rex Desiderius occidit in bello contra Carolum magnum.* Ex Castellano disces, reliquias esse Mortariæ. *Amelii et Amici.*

III *Idus.* *Die* 13.

Apud Troadam, natalis beati Carpi discipuli Apostoli Pauli. In Hispaniis civitate Corduba, passio sanctorum Fausti, Januarii et Martialis, qui primo equulei pœna cruciati, deinde superciliis rasis, auribus quoque et naribus præcisis, dentibus etiam superioribus evulsis, ad ultimum ignis passione martyrium consummaverunt. Antiochiæ, sancti Theophili, qui sextus ab Apostolo Petro pontificatum ecclesiæ tenuit. Turonis, sancti Venantii abbatis. *Carpi.* *Fausti et soc.* *Theophili.* *Venantii.*

Ex *Hernien. Rosweyd. Muncrat. Belini prima editione, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Troadam* scribunt Mss. vetustiores codices cum Adone; typis editi ut Munerat. etc. habent *Troadem.* Belin. legit, *discipuli sancti Pauli Apostoli.* Idem pro *Fausti*, ponit *Faustini* item *supercilitiis*, et errata alia. Rursus Belin. Greven. et Molan. scribunt : *qui sextus ab Apostolo Petro ecclesiæ pontificatum tenuit.* Rosweyd. autem : *qui sextus a beato Petro Apostolo Antiochenæ ecclesiæ*, etc. Puto Usuardum legisse, ut est in textu. Belinus iterum male *Amantii*, pro *Venantii*, substituit. Pratensem codicem a puris exclusimus, quia in fine additamentum habet : *Ipso die, sanctorum confessorum Geraldi et Leoboni.* A recentiori calamo esse, vel inde colligo, quod soliti comites Antverp-Maj. et Rosweyd. eam annuntiationem non posuerint.

OBSERVATIO. De Carpo Apostoli hospite et discipulo, nullus Martyrologus meminit ante auctorem Romani parvi a quo ita celebratur : *Troade, Carpi Apostoli Pauli discipuli.* Hinc in Adonem defluxit et in Adonis sequaces Usuardum ac Notkerum. Prima ejus et certa notitia sumitur ex epistola II ad Timotheum cap. 4 ✠ 13. Alia in notis insinuat Baronius, suo tempore usui futura. Vide quid de iis sentiat Tillemontius tomo I pag. 301 et 581. — *Cordubenses martyres*, et quoad locum et quoad nomina deformatos, exhibent Hieronymiana aliqua quibus conciliandis occupatur Florentinius ex his sua decerpsit Rabanus, at Noster solitum ducem Adonem secutus est omnia ex eo ferme vertim describens ; non quidem ex hoc die sed ex XXVIII Septembris, quo a Romano parvo notati sunt, et ab Adone præfato, elogio exornati. Cur Usuardus huc eos distulerit, non aliam causam divinare licet, præter eam, quam XXVIII Septembris breviter attigimus, nimirum quod fortasse in Hispania, hoc ipsos die coli deprehenderit. Plura in hanc rem colligit Theodoricus Ruinartius, eorum Acta inter sincera et selecta referens, a pag. 597 ; nec tanti momenti sunt difficultates propositæ a Tillemontio tomo 5, pag. 796, ut non facile dissolvi queant. Laudantur etiam Cordubenses nostri in hymno Prudentii apud eumdem Ruinartium pag. 517. Wandelbertus et XXVIII Septembris et hoc die Martyres illos cecinit, quos forte diversos putavit ex *Martialis* et *Marcelli* apud ipsum discrimine. Primo loco ita habet : *Carpi.* *Fausti et soc.*

Faustus, Martialis quartum et Januus ornant,
Martyrii trabea simul et certamine clari.

Hodie vero sic unico versu encomium absolvit :

Ternas Marcellus, Faustus, Januarius implent.

Theophilus ab Hieronymo de Scriptoribus cap. 25 egregie laudatus primitus etiam oritur ex Romano parvo, his verbis : *Antiochiæ, Theophili episcopi, qui sextus ab Apostolis fuit.* Vix dubito, quin ex Rufino lib. 4 cap. 24 desumptus sit. Phrasim permodice ampliavit Ado, sed eam nescio unde auxerit Notkerus ; Noster ex Adone sua desumpsit, omittens duo ultima verba, *viri eruditissimi*, quæ certe intacta servare poterat, cum ex citatis Eusebio et Hieronymo de insigni ejus doctrina abunde constet, ut pluribus invenies ex aliis scriptoribus a Baronio in Notatione citatis. Nobis maxime usui veniet Halloixii nostri lucubratio, conferenda cum commentario Gallico Tillemontii tomo 3 a pag. 49. — De *Venantio* non semel in Auctariis sermo fuit. Liquet hoc primum die ab Usuardo signatum, sed observavit Castellanus in Martyrologio suo universali, hunc sepulturæ potius quam obitus diem esse. Vita ejus ex Gregorio Turonensi potissimum innotescit. *Theophili.* *Venantii.*

AUCTARIA.

Geraldi et Leobini. PRATEN. Jam supra in Variantibus augmentum ejus notavimus. Sic enim habet : *Ipso die, sanctorum confessorum Geraldi et Leobini.*

TORNACEN. Hic solito defectuosior, omnino caret annuntiatione prima et ultima ; in duabus autem mediis purissimus est.

ANTVERP-

Translationis Eduardi

Antverp-Maj. Habet iterum accessionem Anglicanam : *Eodem die apud Westmonasterium, translatio sancti Edwardi regis et confessoris.*

Pulsanen. Deficit in elogio Cordubensium, in reliquis satis purus.

Marcelli et soc.

Antverp. Max-Lubec. Codex Bigotian. sign. P. 5. et Ughellian. Omnes in fine post textum adjiciunt : *Item Marcelli, Adriani et Marci.* Ex Hieronymianis codicibus accepti videntur, sed, ut sæpissime accidit, male conjuncti.

De iisdem

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Albergen. et Danic. Omnes pro *Fausti*, scribunt *Faustini*. Omnes ex Adone de Theophilo restituunt verba, quæ ab Usuardo omissa fuerant, nempe : *viri eruditissimi*. Omnes penultimo loco inserunt : *Item Calcedonia, sanctorum Marcelli,* (solus Antverp-Maximus præter ceteros legit *Marcelliani) Adriani et Marci.*

Lovanien. Cum prioribus convenit, sed deficit in elogio Cordubensium.

Textus mutilus.

Centulen. *Apud Troadam, sancti Carpi episcopi, discipuli Pauli Apostoli. Cordubæ, sanctorum Fausti, Januarii et Martialis, qui ignis passione martyrium consummaverunt.*

Marcelli, etc. Athanasii Geraldi.

Bruxellen. Huc refert martyres Africanos, de quibus egimus die præcedenti, narrationem ex Adone amplificans. In Carpo, purus est. Sequitur de Theophilo, ut supra. In Cordubensibus satis purus est. *In Calcedonia, natale sanctorum martyrum Marcelli, Adriani et Marci. In Alexandria, sancti Athanasii orthodoxi.* Videtur indicari magnus Athanasius, sed hic colitur ii Maii. Sequitur : *Arvernis, sancti Gerardi confessoris*; vocatur *Geraldus*. Vide Castellanum, et codices infra citandi. De Venantio, in isto Bruxellensi, agendum erit die sequenti.

De Carpo. Hedistii. De Theophilo. Marcelli, etc.

Hagenoyen. De Carpo, post *Apostoli*, addit : *De quo idem Apostolus mentionem facit in suis epistolis.* Hic ponit Hedistium Ravennatem, de quos nos pridie. Theophilo etiam addit elogium : *viri eruditissimi*. Deinde adjungit : *Qui librum quatuor Evangeliorum in uno volumine composuit. Turonis, depositio sancti Venantii abbatis in monasterio sancti Martini.* In fine etiam inserit : *Ipso die in Calcedonia, passio sanctorum martyrum Marcelli, Adriani et Marci.*

Marcelli, etc. Geraldi

Aquicinct. Ante *Turonis*, interserit : *Item sanctorum Marcelli, Adriani et Marci. Eodem die, sancti Geraldi confessoris. Qui licet in laicali habitu, Christianæ religione inhærens viriliter, quemadmodum Deo charus extiterit, per miracula monstratum est, quæ vivens gessit et multipliciter post mortem operatur.*

Geraldi.

Victorin. et Reg. Suec. signatus num. 130. *Ipso die, sancti Geraldi confessoris.*

Textus contractus

Matric-Cartus-Ultraject. *Venantii abbatis et confessoris. Carpi, discipuli beati Pauli. Fausti, Januarii et Martialis, graviter passorum. Theophili episcopi Antiochiæ.*

Geraldi Translationes Giliberti Honorii PP.

In Vatican. num. 5949. Deest *Fausti* et sociorum, item *Venantii*. Adjectum : *Apud Gallias, depositio sancti Geraldi confessoris. Translatio sancti Giliberti confessoris. Romæ depositio sancti Honorii Papæ.* Majori auctoritate opus erit, ut de cultu aliquid statuatur.

Geraldi

Lugdunen. *Depositio beati Geraldi confessoris Christi.* De quo jam sæpius.

Ejusdem

Burdegalen. *Translatio sancti Geraldi confessoris.* Lege cum aliis, *depositio*.

Ejusdem

Castri Karoli. *Apud urbem, quæ Orlacus nuncupatur, sancti Geraldi confessoris.*

Geraldi.

Remens. SS. Timothei et Apollinaris. *In Aquitania, monasterio Aureliaco, depositio sancti Geraldi confessoris.*

Inventionis Maurini. Marcelli et soc. Lubencii. Geraldi. Calomanni. Lamberti. Translationis Eduardi

Editio Lubeco-Col. *Coloniæ Agrippinæ, in monasterio sanctorum Panthaleonis, Cosmæ et Damiani medicorum Dei, inventio corporis beati Maurini abbatis et martyris, sub Ottone I imperatore, et fratre ejus Domino Brunone, Coloniensi archiepiscopo, incarnationis Verbi anno* dcccclvi. Sequitur textus, ut est supra in Antverp-Max. etc. Tum : *In Calcedonia, sanctorum Marcelli, Adriani et Marci confessorum.* De quibus jam sæpius. *In territorio Treverensi, translatio sancti Lubencii presbyteri et confessoris. Eodem die, sancti Geraldi confessoris. Apud Austriam juxta Danubium, passio sancti Calomanni martyris ac peregrini Christi. Ipso die, triumphus sancti Lamberti episcopi Leodiensis et martyris. In Anglia, translatio sancti Etuardi regis et confessoris.*

Marcelli, etc. Geraldi.

Belini. Editio altera habet textum, ut prior, sed in fine conjungit : *Item Marcelli, Adriani, Marcii et Geraldi.* Ultimus confessor, cum primis martyribus male connectitur.

Marcelli, etc. Colomanni. Inventionis Maurini. Lamberti Athanasii. Translationis Eduardi Lubentii. Congani. Belixendæ

Greven. *In Calcedonia, sanctorum Marelli* (Marcelli), *Adriani et Marci. Apud Austriam juxta Danubium, passio sancti Colomanni martyris ac peregrini Christi. Colonia Agrippina, inventio sancti Maurini abbatis et martyris. Cum enim beatæ memoriæ Bruno Coloniensis archiepiscopus anno Domini* dcccclxvi, *monasterium sancti Panthaleonis in præfata civitate erigeret et pro fundamento locando foderetur, repertum est sacrum corpus titulo apposito : Hic requiescunt ossa bonæ memoriæ Maurini abbatis, qui in atrio ecclesiæ martyrium pertulit sub die quarto Idus Junii. Ipso die, triumphus sancti Lamberti episcopi Leodiensis et martyris. Alexandriæ, Athanasii, Doctoris optimi, qui fidem exposuit. In Usuardo habetur* vi *Nonas Maii. In Anglia, translatio sancti Edwardi regis et confessoris. In territorio Treverensi, beati Lubentii presbyteri et confessoris. Congani abbatis. Item beatæ memoriæ Belixendæ, filiæ Karoli magni, uxoris sancti Amelii Comitis et martyris.* An cultum habeat, postea videbitur.

Lamberti. De Septanis Martyribus. Anastasii. Lubentii. Geraldi. Inventionis Maurini. Colomanni. Gerbrandi. Simperti cum elogio.

Molan. *Eodem die, triumphus sancti Lamberti in Steps. Apud Ceptam Sarracenorum civitatem, sanctorum martyrum Danielis, Samuelis, Angeli, Domni, Leonis, Nicolai, Hugolini, de Ordine fratrum Minorum, qui desiderio martyrii flagrantes, fidem Catholicam imperterrita mente ibidem constantissime prædicaverunt; tandem post illata opprobria, post contumelias, irrisiones, flagella et vincula, capitis obtruncatione martyrio coronati sunt, anno Domini* mccxxi, *anno sexto ante obitum beati patris nostri Francisci. In Alexandria, natale sancti Anastasii episcopi, et sancti Lupentii presbyteri et sancti Geraldi confessoris. Coloniæ, in monasterio sanctorum Panthaleonis, Cosmæ et Damiani medicorum Dei, inventio corporis sancti Maurini abbatis et martyris : quod anno Dominicæ Incarnationis* dcccclxiv, *dum fundamentum ejusdem ecclesiæ effoderetur, cum hujusmodi inscriptione repertum est : Hic requiescunt,* etc. Deinde minoribus typis, de Colomanno, ut supra. *Item sancti Gerbrandi abbatis et confessoris. Simperti episcopi duodecimi ecclesiæ Augustensis, circa annum* dcclxvi; *cujus corpus requiescit in cœnobio sanctorum Udalrici et Afræ. Per cujus merita, inter varia miracula, muliercula quædam pauper recuperavit officium brachii unius ac manus quo per aliquot annos caruerat. Quæ pro sanitate recepta laudes exsolvit et brachium cereum ad indicium sanitatis suæ ibi reliquit.* Editiones aliæ : *Apud septam Saracenorum,* etc., ut supra

ut supra in priori. *In Galliis, sancti Geraldi confessoris. Treveris, sancti Lupentii presbyteri. Augustæ Vindelicorum, sancti Simperti, episcopi et confessoris. Eodem die, triumphus sancti Lamberti in Steps. Coloniæ in monasterio sanctorum Pantaleonis, Cosmæ et Damiani medicorum Dei*, etc., ut supra. Demum charactere minori : *Item, sancti Gerbrandi confessoris et primi abbatis in Flori campo, Ordinis Cisterciensis.* Vide Castellanum in Martyrologio universali.

II *Idus.* *Die* 14.

Romæ via Aurelia, natalis beati Calisti Papæ et martyris. Hunc Alexander imperator sub diutina custodia, fame cruciari, et quotidie fustibus cædi jussit, tandem vero per fenestram domus, in qua custodiebatur, præcipitatus, victoriæ triumphum promeruit. Civitate Tudertina, sancti Fortunati episcopi, qui in effugandis spiritibus immundis, immensæ virtutis gratia enituit. *Callisti.* *Fortunati.*

Sumitur ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Majore, Rosweyd. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Calixto, Callisto, Calisto, Calesto,* dixi alibi, ut vide sis XVI Aprilis. Hic iterum sequor antiquiores nostros codices Praten. et Herinien. cum Hieronymianis. De *cotidie* etiam satis dictum est. Inter alia errata typographica, est in Munerato, *tantem vero.* Praten. Herinien. et Munerat. legunt *Tutertina*, cogor cum omnibus aliis melius scribere *Tudertina.* Aliter Munerati error est in *affugandis*, pro *effugandis.* Maxima variatio est circa ultimum verbum *enituit*, quo modo scribunt Praten. Tornacen. et Muneratus; male Herinien. verbum *pollebat*, quo utitur Gregorius, in præterito inflexit per *polluit;* Antverp-Maj. Greven. Molan. ponunt *emicuit;* Rosweydini codicis scriptor, dubius quid præferret, scripsit *emicuit*, et superius adjunxit *enituit.* Putamus, nos cum Usuardo legere.

OBSERVATIO. *Calixti, Callisti,* vel *Calisti* Papæ, sive is mortualis sit, seu potius ex mente Adonis, sepulturæ dies, in antiquissimis quibusque Ecclesiæ monumentis, pridie Idus Octobris solenniter recolitur. Etenim hoc ipso die de eo loquuntur Bucherii, Allatii, Frontonis, aliaque Kalendaria vetustissima, Sacramentarium Gregorii et Martyrologia omnia. Hieronymiani codices non eadem quidem phrasi, sed *Calixti, Calisti* vel *Calesti*, expresse meminerunt. Discordiam inter ea apographa non unam componere, et socium determinare conatur Florentinius. Beda et ex eo Rabanus, Callistum insigni elogio exornant, quod in Adone diffusius est, desumptum tamen ex eodem fonte, quem non satis limpidum et defæcatum agnovit Baronius, tum in Notatione, tum in Annalibus, ad annum CCXXVI a numero 2, ut fusius supra notavimus ad diem x Maii. Videri possunt quæ apud Surium edita sunt. Ceterum quæ in hodierno laterculo Noster protulit, ex Beda, potius quam ex Adone accepta videntur. Romanum parvum Adoni paucis præluxerat : *Romæ, Callisti Papæ et martyris, et Privati militis.* Mavult Florentinius *Saturnum* socium Callisto adjungere; Wandelbertus anonymum relinquit : *Callisti.*

Calistus pridie antistes martyrque trophæo
Præcellens multo, et comitatus martyre fulget.

Brevem pontificatus sancti Callisti syllogen dedit Tillemontius tomo 3 a pagina 250 ; pars Actorum ad x Maii vulgata est, ubi de Calepodio, Palmatio et sociis actum ; reliqua suo loco illustrabuntur. — De *Fortunato*, Tudertino episcopo, silent antiqui Martyrologi omnes, sic ut proinde planissime Usuardinus sit, repertus procul dubio in sancti Gregorii Dialogis, cujus fere verbis ex libro 1 cap. 10 annuntiatio Nostra contexitur. Ast in Gregorio, qui solum miraculis referendis intentus est, diem obitus Noster non reperit, quidquid Ferrarius rotunde signet, pridie Idus Octobris, unde non temere conjectari posse videor, hunc præ ceteris diem pro mero Usuardi arbitrio selectum esse, qui subinde inter recentiores obtinuit ; quod plerumque factum est in aliis Sanctis, ex Gregorii Dialogis in Fastos sacros translatis. Cur xxx Junii apud Tudertinos Fortunati memoria festivius celebretur, vide in Notatione Baronii. Observat autem Castellanus, festum solenniter recoli in ea civitate xxx Augusti ; an quod is forte obitus dies ab incolis censeatur, suo loco disquiretur. Vide interim quæ de Fortunato exstant apud Surium hoc die. *Fortunati.*

Recurrit hodie in Adone *Justus* Lugdunensis, de cujus et depositione et translatione abunde egimus die secunda Septembris. *De Justo Adonis*

AUCTARIA.

PULSANEN. Pergit deficere, ferme quotidie in Sanctorum elogiis mutilus. Hodie de Callisto solum habet usque ad *Papæ et martyris*, expunctis reliquis omnibus ad elogium pertinentibus. In Fortunato satis purus est.

ANTVERP. MAX-LUBEC, et UGHELLIAN. De more hic denuo conveniunt. In Usuardino textu puri sunt, sed in fine adjungunt : *Item Saturnini et Lupi.* Sunt illi martyres Cappadoces, quorum socios vide in Hieronymianis. *Saturnini et Lupi.*

Saturnini et Lupi.

ULTRAJECTIN. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Sic habent : *Item, sanctorum Saturnini et Lupi.*

De iisdem. Donatiani.

ANTVERP-MAX. Idem habet augmentum, et præterea adjungit : *Eodem die Brugis, beati Donatiani archiepiscopi Remensis septimi.*

Donatiani. Viatoris.

CENTULEN. *Romæ, natalis sancti Calixti Papæ et martyris, qui sedit in episcopatu annos septem, menses duos, dies decem, et sub imperio Alexandri, martyrii gloriam adeptus est. Civitate Toderta, sancti Fortunati episcopi et confessoris. Eodem die, festivitas sancti Donatiani, septimi Remorum episcopi, cujus corpus in castro Brugensi magnæ reverentiæ habetur. Ipso die, sancti Viatoris, lectoris, comitis sancti Justi episcopi.* Vide Observationem.

Multa de Callisto. Cælestis. Saturnini et soc. Donatiani. Venantii. Angadrisine. Justi.

BRUXELLEN. *Romæ via Aurelia, natale sancti Calixti Papæ et martyris, qui jejunia quatuor temporum instituit. Hic sub persecutione Alexandri imperatoris, in carcere positus, quemdam militem ab ulcerum fœditate, simul et ab infidelitate curavit : quod audiens Alexander imperator, ipsum quidem militem plumbatis deficere, beatum vero Calixtum Papam per fenestram domus præcipitari, et ligato ad collum ejus saxo, in puteum demergi præcepit. Post dies autem decem et septem Asterius presbyter cum clericis, nocte levavit corpus ejus et illud in cimiterio Calopodii, qui ante martyrium consummaverat, sepelivit.* Vide Adonem. *Mauri monasterio, sancti Celestis episcopi, discipuli beati Petri Apostoli. Qui cum beato Clemente et Felice ad urbem Metensem veniens, post primum, in eadem urbe episcopus constitutus, cælestem duxit vitam et tandem ad Christum migravit. Et in Corduba, natale sanctorum martyrum Saturnini, Lupi et Aureliæ.* Vide Auctarium secundum. In Fortunato purus est. *Eodem die, sancti Donaciani Remorum archiepiscopi. Turonis, depositio sancti Venantii abbatis et confessoris.* Heri de eo Usuardus. *Civitate Belloacensi, sanctæ Angadrisine virginis, sponsæ sancti Ausberti archiepiscopi Rothomagensis.* Apud Castellanum appellatur *Angadrisma. Item transitus sancti Justi.* Vide Observationem.

De Callisto. Paulini. Saturnini, etc.

HAGENOYEN. Præter jejunium quatuor temporum alia Callisti statuta adducit, quæ malim alibi reperire. In Fortunato satis purus est. Tum : *In Britannia, sancti Paulini, episcopi et confessoris in civitate Eburati.* Vide supra x Octobris. *Item, sanctorum martyrum Saturnini et Lupi.*

De iisdem. Andragisines. Donatiani.

AQUICINCT. In fine, addidit : *Item, sanctorum Saturnini et Lupi. In pago Beluacensi, sanctæ Andragisines virginis. Brugias, sancti Donatiani archiepiscopi et confessoris.*

Fortunatæ.

VICTORIN. In fine : *Item sanctæ Fortunæ virginis*; pro *Fortunatæ*. Vide inferius.

Donatiani. Eutropii. Fortunatæ.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Calixti Papæ et martyris. Donatiani episcopi et confessoris. Fortunati episcopi. Eutropii episcopi* (notatur in margine *hunc hoc die alibi non invenio.*) *Fortunatæ virginis et martyris cum tribus germanis.*

Angadrisinæ.

REG. SUEC. sub num. 428. *Beloacus, sanctæ Angadrisinæ virginis.* Vide BRUXELLENSEM.

Fortunatæ.

REG. SUEC. sub num. 130 : *Item, sanctæ Fortunatæ virginis.* Vide codicem sequentem.

Justi. Fortunatæ et soc. Saturnini, etc.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Fortunati.* Adjicitur : *Eodem die, transitus sancti Justi eremitæ. Apud Campaniam, sanctæ Fortunatæ virginis, quæ passa est cum tribus fratribus suis Carponio, Evaristo et Prisciano, apud Cæsaream, imperantibus Diocletiano et Maximiano, præside Urbano.*

Gaudentii.

FLORENTIN. *Item, sanctorum Saturnini et Lupi Item sancti Gaudentii.* STROZZIANUS addit, *episcopi.* Vide GREVENUM.

Justi. Cælestis.

LUXOVIEN. *Transitus sancti Justi confessoris in eremo. Ipso die, Cælestis episcopi ipsius civitatis.*

De Callisto. Saturnini, etc. Rustici. Burchardi. Justi. Cælestis. Donatiani.

EDITIO. LUBECO-COL. In Calixto interpolata, præter jejunium quatuor temporum, addit, *quod promotiones Ecclesiæ Ordinum gradatim fieri instituit, et induxit servare perpetuam castitatem ministris Ecclesiæ.* Cetera habes supra. In Fortunato, pura est. Tum : *Eodem die, sanctorum Saturnini et Lupi martyrum. Treveris, sancti Rustici, secundi episcopi et confessoris. Herbipolim, sancti Burchardi ejusdem civitatis primi episcopi et confessoris. In heremo, transitus sancti Justi heremitæ. Methis civitate, sancti Cælestis, secundi ejusdem urbis episcopi et confessoris. Civitate Remis in Galliis, sancti Donatiani episcopi et confessoris.*

De Callisto. Saturnini, etc.

BELIN. Post *promeruit*, interponit : *Hic constituit jejunium die sabbati quater in anno fieri, frumenti, vini et olei secundum prophetiam.* In fine : *Item sanctorum Saturnini et Lupi.*

De Gaudentio, etc. Lupi, etc. Saturnini, etc. Agrati, etc. Rustici. Burchardi cum elogio. Justi. Donatiani. Cælestis. Vitalis. Angadrisimæ. Fortunatæ et soc.

GREVEN. *Eodem die, sancti Gaudentii episcopi Ariminensis et martyris. Qui Ephesi ortus, Romæ tempore Damasi Papæ, presbyter ordinatus, miraculis claruit. Consecratus deinde Ariminensi ecclesiæ in episcopum, postquam multos ad fidem convertisset, ob Catholicæ fidei defensionem fustibus et lapidibus usque ad emissionem spiritus mactatus est. Civitate Corduba, sanctorum Lupi et Aureliæ. Saturnini et Lupi martyrum. Viennæ, sanctorum Agrati et Casturi, ejusdem urbis episcoporum. Treveris, sancti Rustici, secundi ejusdem urbis episcopi et confessoris. Apud Herbipolim, sancti Burchardi, primi illius ecclesiæ episcopi et confessoris. Hic cognatus fuit sancti Bonifacii Maguntinensis episcopi et martyris, atque ab eo præfatæ ecclesiæ antistes ordinatus anno Domini* DCCLI. *Cumque multo tempore strenue eam gubernasset, solitariæ vitæ desiderio alium loco sui institui faciens, Deo et sibi vacans, quievit anno sacerdotii sui quadragesimo. Justi Lugdunensis episcopi et confessoris hic depositio. Qui et ipse solitariam vitam diligens, in heremo aliquot annis sanctissime conversatus, ministro suo Viatori, quod se celeriter sequeretur, moriens prædixit. In Galliis civitate Remis, beati Donatiani archiepiscopi et confessoris. Methis, beati Celestis secundi ejusdem urbis episcopi et confessoris, discipuli beati Petri Apostoli. Vitalis confessoris. Apud Beluacum, sanctæ Angadrisimæ virginis, sponsæ sancti Ausberti Rothomagensis.* Vide supra v *Idus Februarii. Fortunatæ virginis et martyris, et trium fratrum.*

Saturnini, etc. Rustici. Donatiani. Justi. Manegildis. Burchardi. Placillæ. Dominici Loricati. Cosmæ.

MOLAN. *Item, sanctorum Saturnini et Lupi. Treveris, sancti Rustici episcopi et confessoris. Brugis, sancti Donatiani archiepiscopi Remensis. Lugduno Galliæ transitus sancti Justi in eremo. In territorio Cathaulannensi, sanctæ Manegildis virginis.* Deinde minoribus typis, de Burchardo ex GREVENO, usque ad *anno Domini* DCCLI. Tum : *Item beatæ memoriæ, Placillæ uxoris Theodosii imperatoris. Eodem die, obiit Dominicus Loricatus, cujus vitam scribit Petrus Damiani, tomo 8 Aloysii.* In editionibus aliis de Saturnino et Lupo, ut supra. *Herbipoli, sancti Burchardi episcopi et confessoris.* De Donatiano, Rustico et Manegilde, ut supra. Tum de Andregisina, ut GREVENUS. Dein : *Et sancti patris Cosmæ Hagiopolitani et poetæ, episcopi Majumæ.* Minoribus litteris : *Eodem die, obiit venerabilis Dominicus Loricatus.*

Idibus.

Idibus. *Die* 15.

Apud Coloniam Agripinam, natalis sanctorum quinquaginta martyrum, qui cum essent ex legione sacra Thebeorum, apud eamdem urbem cursum sui agonis compleverunt. Romæ via Aurelia, sancti Fortunati. Lugduni, sancti Antiochi episcopi, qui strenue administrato pontificii culmine, ad quod assumptus fuerat, regnum cœleste adeptus est. In territorio Remensi, sancti Basoli confessoris.

Martyrum 50 *Fortunati.* *Antiochi.* *Basoli.*

Puros existimo *Praten.* et *Munerat.* Proxime accedunt : *Rosweyd.* et *Belini prima editio.*

VARIA LECTIO. Dixi postremos duos proxime ad puritatem accedere, nam in principio uterque corruptus est, dum in Rosweydino legitur : *Apud Coloniam, sanctorum Maurorum* CCCXL, et in Belino, CCC *martyrum* ; certum enim est, omnino legendum *quinquaginta*, ut habent codices vetustiores Praten. Herinien. Antverp-Maj. Pulsanen. Aquicinct. et Munerat. ex Adone. Munerat. post *ex legione*, omittit vocem, *sacra*. Item pro *compleverunt*, legit *impleverunt*; et pro *Basoli*, habet *Bajoli*. Hic noto, exclusum codicem Heriniensem, quia secundo loco insertum habet : *Eodem die, sancti Oswaldi, episcopi et confessoris.* Atque in fine : *In territorio Remensi, translatio sancti Basoli confessoris, quæ facta est ab Hincmaro archiepiscopo, viro venerabili.* Atque hoc vere scribit, licet non pure Usuardine. Mihi verisimile est, *Oswaldum*, qui hic ponitur, accipi pro Oswaldo Wigorniensi et Eboracensi episcopo, qui colitur XXIX Februarii; quamvis et pro *Ethelwaldo* Lindisfarnensi, qui etiam Oswaldus dictus est, sumi possit, ut visum est Henschenio tomo 3 Februarii pag. 750. Vide quæ de codice Heriniensi diximus in præfatione. De translatione alicujus Oswaldi egit Antverp-Maj. VIII Octobris, hic vero idem codex in fine subdit : *In Britannia, sancti Wlfuni episcopi et confessoris*, pro quo legit Henschenius, loco citato, *Wlfranni.*

OBSERVATIO. Natalem *sanctorum Maurorum* hodie in Hieronymianis consignari, manifestum est; quod Rabanus, eos codices secutus, ipsos martyres in *agro Pinensi* collocet, facile corrigitur, voluit enim legere: *In Galliis, Colonia Agrippinensi, natale Maurorum.* Hactenus pugilum istorum numerum proditum non reperio. Utrum Thebæorum et Maurorum classes, quas Florentinius ex Elinando sive Helinando, seculi XIII scriptore distinguit, satis subsistant, alterius est indaginis ; uti et, an hi fuerint ex legione Thebæa, quod disertissime asserit Ado, et ex eo Usuardus ac Notkerus, an potius classis alia, ex Africæ oris Coloniam advecta, ut Grevenus et alii scriptores populares contendunt. Equidem de numero et gente nullam invenio antiquiorem atque adeo certiorem notitiam illa, quæ apud Gregorium Turonensem exstat, libro de gloria Martyrum cap. 62, ex quo elogium suum plane desumpsit Ado. Ibi porro Gregorius Turonensis : DICUNTUR QUINQUAGINTA VIRI EX ILLA LEGIONE SACRA THEBÆORUM. *Et quia admirabili opere ex musivo quodammodo deaurata resplendet* (basilica) SANCTOS AUREOS *ipsam basilicam incolæ vocitare voluerunt.* Hæc sunt Gregorii ab Adone in Martyrologium suum translata verba, ex quibus colligas, quam præclare recentiores Usuardum corrigere, melius dicam depravare, præsumpserint, ut se fecisse candide fatetur Molanus, et ab aliis male tentatum superius ostendimus, magisque patebit ex subsequentibus Auctariis, quæ nihil dissonant a Breviario Ultrajectino, edito Leydæ, anno MDVIII, recentiori nempe, quam sit Matricula Cartusiæ Ultrajectinæ, infra etiam citanda. Laudabilis certe Coloniensium erga martyres suos insignis veneratio, utpote qui a Gregorii Turonensis tempore, per tot secula *deauratam basilicam*, et *sanctos Aureos*, constanti cultu, semperque ornatiori custodierint et honoraverint, ut mihi non semel summa cum voluptate coram intueri licuit. Hæc obiter dicta sint. Wandelbertus Mauros exornat, circa controversa nihil definiens :

Martyrum 50.

Idibus inde tibi Maurorum turba vocatur
Agrippina, animis pariter quæ læta beatis,
Militiam Christo virtute et morte dicavit.

Sequitur in textu, *Fortunati martyris*, quem minime dubito ex Hieronymianis ab Usuardo acceptum; nam Adoni perperam omnino tribui, facile cum Rosweydo existimo, cum in Notkero plane aliter notetur : hic enim ex Rabano, *Capuæ, Libulum* cum *Fortunata* conjunxit. Et vero *Fortunatæ*, non *Fortunati*, legendum videtur, si primam in Hieronymianis scaturiginem consulimus, in qua sic leges : *Via Aurelia, in cimiterio ejusdem, sanctæ Fortunatæ.* — De *Antiocho* Lugdunensi, omnium primus meminit Ado, ex quo Notkerus solum nomen et positionem desumpsit, Noster partem elogii satis eleganter contraxit. Vitæ Antiochi monumenta aliqua collegit Severtius a pag. 37. Notus etiam est in vita sancti Justi, de quo vide quæ diximus II Septembris. — Ultimo loco ex codicum nostrorum lectione ponitur *Basolus*, non recte si pro die obitus, cum is ad XXVI Novembris certo spectet, unde melius corporis ejus translationem ab Hincmaro hoc die factam, superius retulit codex Heriniensis, solitus propria Remensia hinc inde Usuardo adjicere. Varia de Basolo refert et notat Mabilio, seculo 2 Benedictino a pag. 64. Verum quod sub Adonis nomine de *Basulo* ibi recitat, me-

Fortunati. *Antiochi.* *Basoli.*

rum

rum augmentum est, quod in solo codice Mss. Lobiensi reperire potui. Constat proinde proprie Usuardinum esse Basolum, quem, quod Usuardi tempore ex celebriori translatione inclaruerit, ea causa hoc die recolendum putarit.

AUCTARIA.

De codicibus Heriniensi et Antverp-Majore vide superius dicta in Variantibus.

Beracharii.

Tornacen. De Mauris silet, sed in fine adjicit: *Ipso die, natalis sancti Beracharii abbatis et martyris.* Hoc die est in Romano. Vide ibi notulam Castellani, de qua dicitur alibi.

Pulsanen. In prima purus est. Secundam omittit. De tertia solum habet: *Lugduno, sancti Antiochi episcopi.* In quarta, scribit *Bassoli.*

Lufuli, etc.

Antverp. Max-Lubec. et Ughellian. Habent ccc *Martyrum.* Et in fine: *In Capua, sanctorum Lufili et Fortunati.*

Translationis Gregorii PP.

Greven. Habet cccLx Martyrum. Et post textum subdit: *Eodem die, translatio sancti Gregorii Papæ ab urbe Roma.*

Molan. Sequitur Grevenum in numero cccLx. Et in fine omittit annuntiationem ultimam.

Lufili, etc.

Antverp-Maj. Ultraject. Leyden. Lovanien. Alberg. Danic. Omnes ponunt numerum martyrum cccLx. Inserunt textui, *sub persecutione Maximiani,* et *cum duce suo Gregorio.* In fine: *In Capua, sanctorum Lusili (Lusyli, Lusili, Infili) et Fortunati.*

Translationis Wulfranni.

Centulen. *Apud Coloniam Agrippinam, sanctorum martyrum quinquaginta. Lugduni, sancti Antiochi episcopi. Cœnobio Fontanella, translatio sancti Wulfranni, Senonis quondam archiepiscopi et confessoris. In territorio Remensi, natalis sancti Basoli confessoris et monachi: cujus sancta conversatio etiam miraculis claruit.*

Lusili, etc.

Translationis Wulfranni.

Bruxellen. De Mauris habet, ut Antverp-Max. etc. In Fortunato purus est. Tum: *In Capua, sanctorum Lusili et Fortunati.* In Antiocho et Basolo, iterum purus. In fine: *Fontanellæ monasterio, elevatio et translatio sancti Wulfranni archiepiscopi et confessoris.*

Lusili, etc. *Eustachii.* *Epionis.*

Hagenoyen. *Apud Coloniam Agrippinam, extra muros, natale sanctorum Maurorum cum quadraginta* (puto ex ccc, formatum cum, ut sit legendum cccxl) Cetera fere similis Antverp-Max. etc.; in reliquo textu satis purus est. Pro *Basoli,* habet, *Basili.* In fine additur: *In Capua, sanctorum martyrum Lusii et Fortunati. In Syria, sancti Eustachii presbyteri et confessoris. Bituricas, sancti Epionis presbyteri et confessoris.* De utroque actum est supra xii Octobris.

Lupuli, etc. *Wulfranni.*

Aquicinct. Subdit in fine: *In Capua, sanctorum Lupuli et Fortunati. Eodem die, sancti Vulfranni archiepiscopi Senonensis.*

Leonardi.

Victorin. et Reg. Suec. signatus numero 150. *In territorio Lemovicensi, Sancti Leonardi confessoris.* Melius infra alii positionem assignant.

Ejusdem

Daveronen. *In pago Cenomannico, sancti Leonardi confessoris.* Vide Castellanum.

Hedwigis cum elogio.

Matric-Cartus-Ultraject. *Basoli abbatis et confessoris. Translatio sanctorum martyrum quinquaginta, ex legione Thebæorum. Obiit hoc die sancta Hedwigis, ducissa Morawiæ, Slesiæ, Slavoniæ, anno Domini* mccxliii, *matertera sanctæ Elizabethæ Thuringiæ, quæ canonizata est a Clemente IV. Qui cum differret canonizationem ejus, in Missa orans, ut, si tanti meriti esset apud Deum, et voluntas ejus esset, ut adscriberetur Sanctorum catalogo, ut filia ejus cæca, quam in statu militari de propria uxore habuerat, ejus meritis lumen reciperet, quod factum est; unde eam statim canonizavit, anno Domini* mcclxvii: *licet Urbanus IV eam intendebat canonizare, sed præventus fuit per mortem. Hæc infra marginem,* inquit descriptor.

Lufili, etc.

Bigotian. signatus P 5. *In Capua, sanctorum Lufili et Fortunati.*

Translationis Gregorii.

Bigotian. signatus E 40. *Eodem die, translatio sancti Gregorii Papæ, ab urbe Romæ.*

Beracharii.

Augens. *Ipso die, natalis sancti Beracharii abbatis et martyris.*

Leonardi.

Codex D. Le Mare. signatus A. *In partibus Augustodini, sancti Leonardi abbatis.*

Lusuli, etc.

Codex D. du Cheval. signatus B. *In Capua, sanctorum Lusyli et Fortunati.*

Lupuli, etc. *Tammari.*

In Vatican. signato sub nota num. 5949. Deest memoria *Fortunati* et *Basoli.* Adjicitur: *Beneventi, natalis sanctorum martyrum Lupuli et Modesti, in sancta Sophia. Et sancti Tammari episcopi et confessoris.*

Translationis Gregorii, etc *Erkleti.*

Altemps. *Ipso die, translata sunt de Roma sanctorum corpora Sebastiani et Gregorii. In Britannia minori, sancti Erkleti martyris.*

Rufili, etc.

Florentin. *Capuæ, sanctorum martyrum Rufilii* vel *Rufili, et Fortunati.*

Luxovien. *Luxovii, dedicatio ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ.*

De Mauris. *Severi.* *Lufili, etc.* *Agrati, etc.* *Austridini.* *Hadwigis.* *Wulfranni.* *Aureliæ.*

Editio Lubeco-Col. In Mauris paulo auctior est, addens: *Cum duce Gregorio et beato Constantio, cursum sui agonis compleverunt, et cum beato Gereone ejusque sociis, beatorum corporum quietem perpetuam delegerunt in basilica, quæ ammirabili opere ex musco* (musivo) *quodammodo deaurata resplendunt. Treveris, natale sancti Severi episcopi et confessoris.* Sequitur reliqua pars textus, satis pura. Tum autem: *In Capua, sanctorum Lufili et Fortunati martyrum. Apud Viennam, sanctorum Agrati et Castuli, ejusdem urbis episcoporum et confessorum. Lemovicas, beati Austridini confessoris. Eodem die, sanctæ Hadwigis reginæ. Item, sancti Wulfranni episcopi et confessoris. In Argentina, natale sanctæ Aureliæ virginis, quæ fuit una de undecim milibus Virginum, et in reditu de Roma infirmata ibidem obiit.*

Lupini.

Belini editio altera. Habet ut prima, *trecentorum Martyrum.* In fine: *In Capua, Lupini et Fortunati martyrum.*

Lufili, etc. *Deodati.* *Severi.* *Wulframmi.* *Austridini.* *Speciosæ.* *Margaritæ.* *De Mauris.* *Leonardi.*

Greven. *Apud Capuam, sanctorum Lufili et Fortunati martyrum. Viennæ, sancti Deodati episcopi et confessoris. Treveris, natale beati Severi episcopi et confessoris. Vulframmi episcopi et confessoris. Lemovicas, sancti Austridini confessoris. Speciosæ virginis. Antiochiæ, sanctæ Margaritæ virginis. Quæ, ut seculi hujus pelagus evaderet, relicto sponso carnali, monasterium virorum ingressa Pelagii sibi nomen assumpsit. Ubi in magna sanctitate vivens, monasterio virginum prælata, de fornicatione falso accusata, pœnitentiam egit, plenaque sanctitate quievit. Nota; supradicti martyres* cccLx *fuerunt ex Mauritania quæ est pars Africæ, non ex legione Thebeorum, licet Ado et Usuardus sic habeant; veneruntque Coloniam navigio cum duce suo Gregorio. Item, sancti Leonardi Corbiginacensis confessoris. Qui, ut refert Vincentius libro*

bro

bro 22, temporibus Lotharii regis, in pago Cenomannico sibi et sequacibus suis constructo monasterio, tantæ inter omnes humilitatis extitit, ut Prioris nomen refugiens, cunctis se viliorem exhiberet; vita tandem et miraculis inclytus quievit circa annum DLIX. Imo paulo serius. *In Argentina,* *Aureliæ.* *sanctæ Aureliæ virginis, quæ cum esset ex nobili illa societate undecim milium Virginum, apud præfatam urbem in reditu ab urbe Roma infirmata,* *Placidiæ.* *obiit in pace. Eodem die, Placidiæ virginis, filiæ Valentiniani imperatoris, quæ spreto seculo, aviæ suæ Gallæ adhærens, jejuniis, eleemosynis et assiduis orationibus intenta, tandem Veronæ quievit,* *Hadwigis.* *signis coruscans. Ipso die, sanctæ Hadwigis ducissæ Poloniæ, materteræ sanctæ Elizabeth Lantgraviæ. Hæc matrona sanctissima, ultra quam dici potest piam in pauperes se exhibens, flexis genibus alimenta eis præbebat, pedes lotos osculabatur, virtuti etiam continuæ orationis valde intenta, corpus suum frigore, nuditate, jejunis et flagellis diris castigans, spiritu prophetico clarens, quievit in pace.*

De Mauris. MOLAN. De Mauris in textu aliis litteris ex Adone adjungit: *Conditi in basilica, quæ admirabili opere ex musivo quodammodo deaurata resplendet, unde et incolæ ad sanctos Aureos vocitare consueverunt.* In fine, ex HERINIENSI: *Eodem die,* *Oswaldi.* *Oswaldi episcopi et confessoris. In territorio Re-* *Translationis Basoli.* *mensi, translatio sancti Basoli confessoris, quæ facta est ab Hincmaro archiepiscopo, viro venerabili.* Tum: *Ipso die, sancti Severi episcopi Treverensis.* *Severi.* Dein typis minoribus: *Slesiæ ipso die, sanctæ* *Hadwigis.* *Hadwigis ducissæ Poloniæ, materteræ sanctæ Elisabeth Lantgraviæ. In Scotia, sancti Malcolmi* *Malcolmi.* *regis, qui ex Hungaria, conjugem habuit beatam Margaretam, et sanctitate clarus in Domino quievit anno* MXCVII. Editiones aliæ in textu, ut prima. In fine: *Eodem die, Oswaldi, episcopi Vuigorniensis et confessoris.* Vide supra in Variantibus. De *Severo* ut supra. Deinde: *Cracoviæ, sanctæ Hed-* *Aureliæ* *wigis, ducissæ Poloniæ. Argentinæ, sanctæ Aureliæ virginis. Ipso die, sancti Theodorici confessoris,* *Theodorici.* *Ordinis Carmeli. Apud Veronam, sanctæ Placidiæ,* *Placidiæ* *virginis sanctissimæ, Valentiniani imperatoris filiæ.* De translatione Basoli, ut supra. Demum: *In* *Elevationis Salvii.* *portu Valencianas, elevatio pretiosissimi corporis beati Salvii martyris, ac Ancolismæ civitatis episcopi.* Hic clare designari videtur Salvius ille, de quo videnda Observatio nostra I Julii.

XVII *Kal.* *Die* 16.

In Africa, sanctorum martyrum ducentorum septuaginta, pariter coronatorum, *Martyrum Africanorum 270.* et sanctorum martyrum Martiani et Satiriani cum duobus fratribus eorum, qui pro constantia fidei Catholicæ, primum nodosis fustibus cæsi, et usque ad ossa *Martiani et aliorum.* laniati, cum multo tempore talia paterentur, sequenti die semper incolumes reddebantur; novissime in exilii relegatione, vinctis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca silvarum, pariter jussi sunt interire. Passa est *Maximæ.* etiam Maxima virgo cum eis. In territorio Bituricensi, sancti Ambrosii confessoris. *Ambrosii.*

Solus inter codices omnes aut purus, aut puro proximus est, *Molanus.*

VARIA LECTIO. Molan. habet *Satyriani*, nos cum reliquis fere omnibus *Satiriani*. Legendum esset *Saturiani*, ut infra dicam. Rursus idem cum Greveno legit, *in exilium relegatione*, reliqui ut in textu. Denique pro, *passa est etiam*, ponit, *passa est autem*. Nunc ceterorum codicum corruptelas expendamus. De annuntiatione *Ambrosii*, in qua Praten. Antverp-Major et Rosweyd. a reliquis discordant, dicemus in Observationibus. Habet præterea Praten. additamentum: *Monasterio clervo* (forte habetur *Derno* vel *Dervo*) *sancti Bercharii martyris et abbatis*. Mortuus is est XXVI Martii, adeoque melius, licet non magis Usuardine posuit Heriniensis: *Ipso die, translatio sancti Bercharii abbatis et martyris*. Tornacen. in primo mutilus est, et in fine adjicit: *Jotro monasterio, natalis sancti Prisci martyris*. Antverp-Major incipit: *Dedicatio basilicæ beati archangeli Michaelis, in monte Tumba, ubi multa mirabilia Deus ostendit*; sub finem attexens, *et exceptio reliquiarum ejusdem*. Quæ ridicula sunt, nisi *ejusdem* referatur ad *basilicam*, ita ut exceptio sit reliquiarum ejusdem basilicæ, de cujus dedicatione agitur. Rosweydinus in fine: *In Alemannia, sancti Galli abbatis et confessoris. Coloniæ, Eliffii martyris*. Pulsanen. in prima mutilus, in secunda purus, subdit: *Item dedicatio basilicæ sancti Michaelis archangeli in mari, in monte qui dicitur Tumba*. Hæc ad specimen sufficiant cetera in Auctariis dabimus.

OBSERVATIO. Inter Hieronymianas tabulas ea hodie occurrit differentia, quod aliæ scribant: *Martyrum Africanorum 270.* *Et in Africa, Cacræ*, vel *Ceræ et aliorum pariter passio* vel *passorum* CCLXX; aliæ vero: *In Asia, Cereæ et aliorum* CCLXX. Huic postremæ lectioni insistit Rabanus, aliam præferunt alii, at de persecutione Wandalica, nusquam vel verbum, ut merito censeat Florentinius, anonymos illos nostros CCLXX, utut Africanos fuisse admittamus, saltem tempore dividi ab illis, qui in laterculo nominatim exprimuntur, quorumque illustria certamina describit Victor Vitensis lib. I in editione Chiffletiana a pag. 10, ubi nec apicem invenias, qui ad CCLXX reduci queat, nisi ex indeterminato Martyrum hinc inde passorum numero, certum aliquem pro arbitrio colligas. Aliter nihilominus loquitur Romanum parvum, anonymos illos cum aliis, *Martiano, Satiriano*, etc., disertissime conjungens, his verbis: *Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum, et aliorum* CCLXX *pariter coronatorum, Wandalica persecutione*. Ast certe ex Victore hæc eruere non potuit hujus Martyrologii auctor, nec alium fontem facile assignaveris. Rursus videtur hic dies pro mero arbitrio

bitrio ab illo delectus. Ceterum in omnibus eum sequitur Ado, principio quidem CCLXX anonymos collocans, sed ita cum sequentibus copulatos, ut ad eamdem persecutionem omnes referat, cum interim longiori sua narratione ea ex Victore solummodo prosequatur, quæ ad — *Martianum, Satyrianum cum duobus fratribus, et egregiam Christi ancillam, Maximam virginem*, seorsim et proprie attinent. Adonis sententiam more suo complexi sunt Usuardus et Notkerus, ambo Viennensis præsulis elogium, sed pro suo quisque ingenio, contrahentes; atque inde in omnes recentiores Martyrologos dimanavit. Putat Florentinius, Belinum classes omnino dividere voluisse, dum post anonymos, aliam annuntiationem ut separatam exorsus est: *Item, sanctorum Martiani, etc.* Quasi eas Baronius etiam non diviserit per: *Ibidem*, etc., qui nihilominus priores etiam in Wandalica persecutione passos affirmat, et quidem ex Victore acceptos. Wandelbertus anonymorum numerum ita exprimit, ut quæ gentem, locum et tempus spectant, penitus indecisa relinquat:

Martiani et aliorum.

Bis centum et decies septem memorantur, iniquus
Quos furor ob Christum simili mactavit honore.

Neque ego in hisce quidquam determinare ausim, donec accuratiori examine singula expendere licuerit, satis hic est diversas opiniones proposuisse: unum obiter moneo, luxata esse in Martyrologiis nostris duorum martyrum nomina: nam pro *Martiani* et *Satyriani*, ex Victore cum Baronio legendum est *Martiniani et Saturiani*. — Conveniunt codices in signanda *Ambrosii* commemoratione, in modo prorsus dissentiunt. Pratensis cum suis, nempe Antverp-Maj. et Rosweyd. legit: *In pago Bituricensi, sancti Ambrosii Caturcensis episcopi.* Quibus fere accedit Muneratus per: *In territorio Bituricensi, sancti Ambrosii confessoris, episcopi Caturcensis.* Contra vero, Herinien. Tornacen. Pulsanen. Belin. Greven. et Molan. simpliciter ei tribuunt titulum *confessoris*, ita legentes: *In territorio Bituricensi, sancti Ambrosii confessoris.* Equidem fateor, veram etiam esse priorem lectionem, sed alteram, quæ nostra est, vere Usuardinam existimo. Quæ ad *Ambrosii* hujus vitam et gesta pertinent, non indiligenter scrutatus est Guilielmus de la Croix, in episcopis Cadurcensibus a pag. 32. Omnia suo tempore diligentius illustrabuntur.

Ambrosii.

De Gallo in pluribus codicibus. De *Gallo* abbate egimus cum Usuardo XX Februarii, ubi notavimus, eum a Notkero aliisque melius referri hoc die, ut facit etiam codex Rosweydi, cum pluribus aliis auctioribus Usuardinis, in Auctariis citandis, quibus et Wandelbertus accedit:

Septeno denoque Novembrem qui venientem
Præsignat, Gallus colitur confessor.

Sed cum hæc textui hodierno extranea sint, ad Acta remittimus; vita exstat apud Surium hoc die.

AUCTARIA.

De Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. et Pulsanen. satis dictum est supra in lectionibus Variantibus.

Saturnini et soc. Antverp. Max-Lubec. et Ughellian. Nihil habent de *Maxima*. In fine: *Item Saturnini, Nerei cum aliis* CCCLXV. Vide Notulam Castellani in Martyrologio universali.

Luciani et soc. Munerat. Post *interire*, inserit: *Eodem die, sanctorum martyrum Luciani, Maximiani et Juliani.* Tum vero: *Passa est etiam*, etc. De martyribus illis Bellovacensibus, Luciano, Maxiano et Juliano vide VIII Januarii. In Daveronensi ponitur eorum *inventio*. Alia memorat Tillemontius Tomo 4, pag. 538 et 539; quæ ex Bollando ferme desumpta sunt.

Saturnini, etc. *Galli.* Belin. Secundo loco post Africanos: *Item Saturnini, Nerei cum aliis* CCCLXV. *Eodem die, sancti Galli abbatis*, Vide Observationem.

Prisci. Greven. Deficit in nomine virginis *Maximæ*. Præterea in fine adjicit: *Carnotis, natalis sancti Prisci martyris, super fluvium Anduræ.*

De Afris. *Galli.* *Saturnini, etc.* Antverp-Max. et Lovanien. Pro *coronatorum*, habet, *decollatorum*. Inserunt: *Qui tempore Wandalicæ persecutionis, sub Geiserico rege Arriano.* sequitur: *In Allemannia, depositio sancti Galli abbatis. Qui Scotus natus, cum Suevis collocat artus.* Ambrosio nullum titulum addunt, uti nec Antverpiensis et Max-Lubecanus supra. In fine: *Item Saturnini et Nerei cum aliis* CCCLXV.

Eliphii. Ultraject. et Leyden. Recte habent, *coronatorum*. Idem inserunt de persecutione, et cetera habent, ut duo præcedentes; sed præterea in fine adjiciunt: *Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Eliphii martyris. Qui cum frequenter ea quæ sunt Christianæ fidei, gentibus prædicasset, tandem sub Juliano apostata, apud civitatem Grandensem, capite truncatus, gloria et honore præcelsi martyrii coronatur.* Vide Surium.

Danic. Proxime citatis similis est, sed omittit hæc verba: *Passa est etiam Maxima*, etc.

Albergen. Eodem laborat defectu, atque item quod pro CCLXX, scribat CCLX, sed omnes excedit hoc augmento, post *interire: Cumque ducta ac reducta dumosis lignorum aculeis innocentum corpora traherentur, vicino currentibus indomitis equis, vale sibi invicem, iis verbis dicebant: Frater ora pro me, implevit Deus desiderium nostrum; taliter perveniatur ad regna cælorum; sicque orando et psallendo, gaudentibus angelis suis, animas emiserunt.* Vide Adonem. *De Afris.*

Centulen. *Octava beati patris nostri Richarii, confessoris Domini gloriosi. Apud Africam, sanctorum martyrum* CCLXX, *et egregiæ Christi ancillæ Maximæ, virginis, abbatissæ. Civitate Beluaco, sanctorum Luciani, Maxiani et Juliani martyrum. Bituricas sancti Ambrosii presbyteri et confessoris.* Vide Observationem. *Octavæ Richarii.* *Luciani, etc.*

Bruxellen. Incipit: *In partibus Alamanniæ, Armona castro Retiarum, depositio beati Galli abbatis. Qui de Ybernia seu Scocia cum beato Columbano in Alamanniam veniens, et ibi manens, transitum ejusdem beati Columbani, in Ytalia morientis nullo nuncio referente, cognovit. In Africa, sanctorum martyrum Cacræ et aliorum* CCLXX, *pariter coronatorum. Item Saturnini et Nerei cum aliis* CCCLXV. *In castro Sollercii, natale sancti Eliphii martyris. Qui cum ferventer, ea quæ sunt Christianæ fidei, gentibus prædicasset, tandem sub Juliano apostata, apud civitatem Grandensem, capite truncatus, gloria et honore martyrii coronatur.* Cu- *De Gallo.* *Cacræ et 270.* *Saturnini, etc.* *De Eliphio.*

jus

jus corpus translatum, nunc ad Coloniam Agrippinam quiescit. In Ambrosio fere purus est. *Civitate* *Nommolini.* *Novioma, depositio sancti Nommolini episcopi et confessoris. In civitate Nazareth, memoria beati* *Gabrielis.* *archangeli Gabrielis superni paranimphi. Item in monte maris, qui dicitur Tumba, dedicatio ecclesiæ* *Michaelis.* *sancti Michaelis archangeli.* Nihil hic habet de Martiniano et Saturiano, etc., quos transtulit ad diem XXIV Octobris.

HAGENOYEN. In prima similis est ANTVERP-MAX. De Saturnino et sociis ut supra. Tum: *In* *De Gallo.* *Constanciensi diocesi Alimaniæ, depositio beati Galli abbatis, discipuli sancti Columbani abbatis. Qui monasticæ religionis amator ardentissimus, quamdam heremum ingressus est, de qua in virtute Dei multum prævaluit, ita ut de illa fugaret bestias et demones. Et sicut tunc demones a loco solitudinis, ita etiam postmodum illos ab hominibus fugavit obsessis. Denique multis perpetratis miraculis, et pluribus receptis discipulis, et ad fidem pluribus conversis, et monasteriis edificatis, obiit in pace.* Ambrosium Bituricensem transtulit in diem sequentem.

AQUICINCT. In fine: De Saturnino, etc., ut su- *Ægidii.* pra. *Ipso die, sancti Ægidii confessoris.* Vide I *Eliphii.* Septembris. *Colonia, sancti Eliphii martyris. Ale-* *Galli.* *mannia, sancti Galli presbyteri et confessoris. In* *Juniani.* *territorio Lemovicensi, sancti Juniani confessoris.* *Nummolini.* *Civitate Novioma, depositio beati Nummolini episcopi et confessoris. Eodem die, natalis sanctorum* *Luciani, etc.* *Luciani, Maxiani et Juliani.* Vide infra CODICEM DAVERONENSEM.

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. *In Ale-* *Galli.* *mannia, natale sancti Galli abbatis.*

VATICAN. sub num. 5949 habet, *depositio*, etc.

De Luciano, etc. DAVERONEN. *Belvaco, inventio sanctorum Luciani, Maxiani et Juliani martyrum. Ipso die,* *Magnibodi.* *sancti Magnibodi episcopi et confessoris. Cenoman-* *Berarii.* *nis civitate, depositio sancti Berarii episcopi et confessoris. Eodem die, in pago Carnotensi super flu-* *Prisci.* *vium Anduræ, sancti Prisci martyris.*

De Firmino. AMBIANEN. *Eodem die, repositio sancti Firmini episcopi et martyris.*

Eliphii. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Eliphii martyris. Cujus caput est in ecclesia sancti Martini Trajec-* *Galli.* *tensis. Galli abbatis et confessoris. Sanctorum mar-* *Bercharii.* *tyrum CCLXX. Bercharii abbatis et martyris.* Vide quæ de ipso habet Surius hoc die.

CODEX D. LE MARE signatus A. *In territorio* *Vitalis.* *Ratine, sancti Vitalis confessoris.* Hunc mihi plane ignotum fateor.

De Michaelis apparitione. FLORENTIN. *Apparitio secunda sancti Michaelis archangeli, quæ circa annum Domini septingentesimum decimum accidisse legitur. Item sanctorum* *De Saturnino et soc.* *martyrum Saturnini et Nerei cum aliis CCCLXV.* De his jam supra non semel.

BURDEGALEN. Novum sanctum producit, sic *Bertrandi.* scribens. *Sancti Bertrandi episcopi Convenarum.*

LUXOVIEN. *In monte Falconis, beatissimi Bal-* *Baldrici.* *drici confessoris, cujus merita crebris miraculis de-* *Eliphii.* *clarantur. In territorio Tullensi, sancti Eliphii martyris.* Vide infra longiorem historiam.

SALINEN. *In territorio Bizunticensi*, (pro *Bituricensi,*) *sancti Ambrosii confessoris.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In territorio Bituricensi, S. Ambrosii presbyteri confessoris.*

EDITIO-LUBECO-COL. *In Prato ameno, super flumen, quod Vera dicitur, inter Grandensem et Tu-* *Eliphii cum elogio.* *lensem civitates, natale sancti Eliphii martyris. Qui cum ferventer ea quæ sunt Christianæ fidei, Judæis et gentibus prædicasset, tandem sub Juliano apostata tentus et requisitus ut Christum negaret, respondit: Inimice veritatis et adversarie propriæ salutis, ad hæc utere consilio meo, et pœniteat te errasse, ut mortem æternam evadere possis. Audiens Julianus fremuit et jussit eum decollari, dicens: Nunc videbo, in quo Deus tuus prævaleat; et capite truncatus, cum gloria et honore preciose martyrum complevit. Quo facto corpus exanime se de terra transtulit et caput amputatum ambabus manibus amplectens, et fere per miliare deportavit in montem excelsum quem antea suæ sepulturæ elegerat. Sed nunc in Colonia Agrippina in monasterio sancti Martini episcopi per translationem requiescit. In Almania, depositio sancti Galli abbatis et confessoris, in mona-* *Galli abbatis.* *sterio Arvernensi, discipuli sancti Columbani abbatis. Qui Scotus natus cum Suevis collocat artus. Hic obitum magistri sui Columbani absens cognovit, et fratribus suis hunc denuntiavit. Virtutibus itaque plenus, apud Arbonam castrum migravit ad Dominum. Tunc inventa est in cella ejus capsella, et in ea enea catena, qua vir sanctus corpus suum macerabat.* Vide Notkerum plenius de monasterii sui fundatore et institutore, hoc ejus natali die disserentem. De Africanis, ut ULTRAJECTINUS, etc. Tum: *In loco qui Tumba dicitur, juxta mare, sex miliaribus ab urbe Abicensi, apparitio sancti Michaelis archan-* *De Michaelis apparitione.* *geli.* In Ambrosio pura est. *In pago Lemovicensi,* *sancti Silvani martyris. Cenomannis, depositio* *Silvani.* *sancti Betharii episcopi et confessoris. Ipso die sanc-* *Betharii.* *ctorum Magnobodi et Mammoleni episcoporum et* *Magnobodi et Mammoleni.* *confessorum. E quibus prior Andegavensem rexit ecclesiam, et vita ejus miraculis exstitit gloriosa. Apud Maguntiam, sancti Lulli episcopi et confesso-* *Lulli.* *ris.* De Saturnino et sociis, ut supra. *In Dervo* *Bercharii.* *monasterio, sancti Bercharii abbatis. Item ipso die,* *Niniani.* *sancti Niniani monachi et confessoris.* De Balde- *Balderici.* rico, ut supra ex codice LUXOVIENSI. *Item eodem die, beatæ Maximæ virginis. Quæ multorum extitit* *De Maxima.* *rectrix virginum; novissime in veritatis confessione gloriosa quievit.*

GREVEN. *In territorio Abrincensi, apparitio* *De Michaelis apparitione.* *sancti Michaelis archangeli, qui circa annum Domini* DCCVII *apparuit Autberto Abrincatensi episcopo, monens ut in loco maris, qui Tumba propter sui eminentiam, et etiam in Periculis maris dicitur, ecclesiam in sui memoriam fundaret, volens nimirum sibi in pelago, æqualem ei, quæ in monte Gargano est, venerationem exhiberi.* De Saturnino, ut supra. De Eliphio, vide jam dicta; hic deest allocutio. *In pago Lemovicensi, sancti Silvani martyris. Eodem die sancti Lulli archiepiscopi Ma-* *Silvani.* *guntinensis et confessoris. Qui sancto Bonifacio,* *Lulli.* *cujus cognatus erat, digne succedere meruit. Arnulphi episcopi. Magnobodi Andegavensis epi-* *Arnulphi.* *scopi et confessoris. Qui tempore Dagoberti regis* *Magnobodi.* *vita, et signis clare effulsit. Benedicti episcopi.* *Benedicti.* *Mammoleni episcopi et confessoris.* De Bethario *Mammoleni.* Cenomanensi, aliis *Berario*, Gallo et Balderico, ut editio superior. *In Dervo monasterio, translatio sancti Bercharii*, etc. *Niniani monachi et con-* *Bercharii.* *fessoris. Berthæ, abbatissæ et martyris. Heriburgis* *Niniani.* *Berthæ.* *virginis. Eodem die beatæ Maximæ*, etc., ut supra. *Heriburgis.*

MOLAN. In fine, *episcopi Caturcensis.* De Saturnino satis dictum est. *Eodem die, sancti Galli ab-* *Galli.* *batis depositio, cujus vita virtutibus plena conscripta habetur. Carnotis Jothro monasterio, natalis sancti Prisci martyris super fluvium Anduræ.* De Bercha- *Prisci.* rio habet translationem. De Balderico, ut supra. *Bercharii.* *Civitate Novioma, sancti Nummolini episcopi et* *Nummolini.* *confessoris. Eodem die, transitus sancti Gurdielli* *Gurdielli.* *confessoris*, (Duaci) *Apud Lugdunum, beati An-* *Antiochi.* *tiochi episcopi. Et Eliphii martyris. Qui cum fer-* *Eliphii.* *venter*, etc., ut BRUXELLENSIS. Dein typis minoribus. *Hic apud Coloniam Agrippinam in mona-*

sterio

Lulli. Magnobodi, etc. *sterio sancti Martini quiescit.* Tum de Lullo, ut Grevenus; item de Magnobodo et Bertha. In editionibus aliis adscribitur textui *Gallus abbas*; et pro Auctario, est, *miræ sanctitatis viri. Qui Scotus natus*, etc. Et, *cujus vita*, etc. De Saturnino et Prisco, ut in priori. *Ipso die, Dervo monasterio, sancti Bercharii abbatis et martyris.* De Balderico, ut supra. *Baldericí.* *Coloniæ, Eliphii martyris. Qui cum*, etc., ut supra, excepta additione, minoribus typis in priori editione apposita. *Moguntiæ, natalis sancti Lulli*, etc., ut Grevenus. *Andegavis, sancti Magnobodi*, etc., etiam ut Grevenus. De Nummolino, ut in priori. *Duaci eo die, transitus sancti Gurdielli confessoris. In territorio Aprincensi, apparitio beati Michaelis archangeli, in procella maris, id est in monte Tumba.* Vide supra. *Apparitionis Michaelis.*

XVI *Kal.* *Die* 17.

Heronis. In Antiochia, natalis sancti Heronis discipuli beati Ignatii martyris, qui post eum episcopus factus, viam magistri pius imitator sequitur, et pro commendato grege amator Christi occubuit. *Florentii.* Civitate Arausica, sancti Florentii episcopi, qui multis clarus virtutibus in pace quievit.

Tres codices puri sunt : *Herinien. Tornacen.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Tornacen. pro *Heronis*, scribit *Jeronis*; pro *Arausica, Aurasica.* Videtur Praten. habuisse *Aurausica*, quod in apographo nostro a revisoribus Sirmondo aut Cortas correctum est. Sic in eodem codice credo prius positum fuisse *Florentii*, idque mutatum in *Florentini*, quemadmodum et in Heriniensi et Tornacen. legitur; at melius reliqui probatiores cum Adone, Notkero et Wandelberto, *Florentii*. Præfatum Adonem presse secuti sunt Greven. et Molan. qui ita legunt : *In Galliis civitate Aurasica* (pro *Arausica*) *sancti Florentii*, etc. Multos hic denuo codices e purorum numero exclusi, quod variis abundent Auctariis. Praten. imprimis in fine subjungit: *In territorio Nivernensi, sancti Vincentii presbyteri et confessoris*, ubi notavit Castellanus, hæc eadem quidem manu sed non eodem atramento scripta esse. Ceterum ordinarii sequaces duo, Antverp-Maj. et Rosweydinus Pratensi denuo subscribunt, licet omiserint titulum *presbyteri*, et prior male pro *Vincentii*, scribat *Vincii*. De aliis dicemus infra, hic ex ceterorum probatissimorum codicum auctoritate omnino censeo, dictam annuntiationem merum esse additamentum.

OBSERVATIO. De hodiernis sanctis *Herone* et *Florentio* prorsus non meminere antiquiora Martyrologia, ut sunt Hieronymiana, Beda, Romanum parvum, Florus et Rabanus. Ex Adone desumpta sunt, quæ hic in textu exhibentur. Sed neque in omnibus prælucentem Adonem secutus est Noster, nam quæ in ipso et in antesignano Romano parvo, prima annuntiatio est : *Marthæ sororis Lazari*, de ea Usuardus hodie non loquitur, sed ad xvii Decembris transfert. Sequitur in utroque jam citato, *Ariston*, de quo egimus xxii Februarii, ubi ex Observatione intelliges, frustra ab Adone repetitum, quem hoc tantummodo die in Romano parvo invenerat. Notkerus Adonem cæce descripsit, *Heronis.* Noster delectum fecit. Itaque qui tertio loco apud Adonem est, is primum locum hic occupat, *Heron*, seu potius *Heros*, magni Ignatii in Antiochena cathedra successor, ut habet Eusebius lib. 3 editionis Valesianæ cap. 36, cujus capitis ultima verba sunt : *Quo* (Ignatio) *defuncto, episcopatum Antiochenæ ecclesiæ suscepit Heros.* Alius est apud Rufinum (ex quo ab auctore Romani parvi Heronem acceptum credimus) alius, inquam, apud Rufinum ordo capitum, sed eadem prorsus sententia. Apud hunc post libri 3 cap. 25, postrema hæc verba, *hactenus de Ignatio*, sic inchoatur caput 26 : *Post hunc rexit ecclesiam civitatis Antiochenæ Heros.* Nec quidquam ultra est, quod ab antiquis in ejus laudem memoriæ proditum sit, quandoquidem Ignatii litteræ, ad ipsum prætense datæ, communi hodie eruditorum suffragio supposititiæ existimentur. Quæcumque igitur de magistri imitatione et effuso pro commendato grege sanguine, in textu memorata sunt, sola, quod equidem sciam, Adonis auctoritate *Florentii.* nituntur. — *Florentius* Arausicanus, solus post Eutropium, inter illius urbis antistites, Sanctorum albo adscriptus, ab Adone primum consignatus est, ejusque verba omnia transumpsit Notkerus; Noster sola initialia resecuit : *In Galliis*, quæ a Greveno et Molano restituta ostendimus. Vitæ ejus compendium tradunt Sammarthani, nonnullaque alia suggerit catalogus apud nos manuscriptus, ex quo disquisitionibus aliis materia suo tempore poterit suppeditari. Wandelberti versiculum subjicio.

Sedecimum sacer antistes Florentius ornat.

AUCTARIA.

PRATEN. Jam supra in Variantibus, augmentum ejus de Vincentio Nivernensi notavimus.

ANTVERP-MAJ. Præcedenti similis, in fine subdit : *In territorio Nivernensi, sancti Vincii* (pro *Vincentii*) *confessoris.* *Vincentii.*

ROSWEYD. Etiam in fine : *In territorio Nivernensi sancti Vincentii confessoris.* *Vincentii.* Deinde : *In Britannia, sanctæ Edeldruthæ virginis et reginæ.* *Edeldruthæ.* Est festum translationis. Vide Acta nostra xxiii Junii. *In Mauritania, Mariani et Maximi et martyris, cum aliis* xxiii. *Mariani, etc.* Vide de his apographa Hieronymiana.

PULSANEN.

PULSANEN. In prima annuntiatione mutilat elogium Heronis. In secunda purus est. Tum adjungit : *Vincentii.* *In territorio Nivernensi, sancti Vincentii episcopi et confessoris.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Textui *Victoris, etc.* de cetero satis puro subdunt : *Item, Victoris, Alexandri, Marciani.*

GREVEN. Rursum propriis Carnotensibus excedit. *Solinæ.* Primo : *Carnoti, sanctæ Solinæ virginis.* *Dedicationis Carnotensis.* Tum : *Apud eamdem urbem, dedicatio basilicæ in memoria beatissimæ Mariæ matris Dei et Domini nostri Jesu Christi.*

MUNERAT. In textu satis purus, addit proprium *Cerbonii.* Parisiense : *Eodem die, sancti Cerbonii Populonensis episcopi, cujus reliquias attulit Fr. Robertus Pisanus.* Vide Auctaria, die quo colitur sanctus Cerbonius, nempe x Octobris. Parisiis hodie festum habet, ob partem prædictarum reliquiarum, de quibus vide infra in codice REGINÆ SUECIÆ sub numero 428.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. Textui etiam subdunt fere ut ANTVERP. et MAX-LUBEC. *Victoris, etc.* *In Nicomedia, natale sanctorum Victoris, Alexandri et Mariani.* Florentinius ipsos ex Hieronymianis apographis conatur educere.

CENTULEN. Etiam repetit, quæ posuerat XXII Februarii ut ibi jam observavimus, nempe : *Aristionis.* *Natalis beati Aristionis, qui unus fuit ex antiquis Christi discipulis. Antiochiæ, sancti Heronis episcopi successoris beati Ignatii, qui Heron pro ovibus suis constanter occubuit. Civitate Arausica, sancti Florentii episcopi confessoris.*

BRUXELLEN. In prima purus, secundo loco habet : *Hermetis et Taxii.* *In Auxiopolim, natale sanctorum Hermetis et Taxii.* *Victoris, etc.* *In Nicomedia, natale sanctorum Victoris Alexandri et Mariani. In Galliis, civitate Arausica depositio,* etc. *Vincentii.* *In territorio Nivernensi, sancti Vincentii presbyteri et confessoris.* *Austrudis.* *Eodem die, sanctæ Austrudis virginis.*

HAGENOYEN. Post *Ignatii martyris,* inserit : *De Herone.* *Qui post eum factus est episcopus a Policarpo, discipulo sancti Joannis Euangelistæ ; cui Ignatius ecclesiam, vadens Romam captivus ut occideretur, commisit. Qui viam magistri,* etc. *De Eliphio.* *Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Eliphii martyris. Qui cum ferventer ea quæ sunt Christianæ fidei, gentibus prædicasset, tandem sub Juliano imperatore tentus est, et in vinculis ad Grandensem civitatem est perductus, et ibi capite ab eodem truncatus est, et honore præcelsi martyrii coronatur.* Vide die præcedenti. *Civitate Aurasica, depositio sancti Florentii,* etc., pure. *Victoris, etc.* *In Nicomedia, natalis sanctorum martyrum, Victoris, Alexandri et Mariani.* *Ambrosii.* *Item in territorio Byturiensi, depositio sancti Ambrosii confessoris.* Colitur die præcedenti.

AQUICINCT. In fine : *Victoris, etc.* *Item, sanctorum Victoris, Alexandri et Martiani.* Tum PRATENSI, ut sæpe solet, cohærens : *Vincentii.* *In territorio Nivernensi, sancti Vincentii confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Aurelii et soc.* *Aurelii martyris, cum uxore sua et aliis sociis eorum. Sancti Heronis martyris. Florentini episcopi et confessoris.* Puto designari Florentium Arausicanum.

REG. SUEC. sub num. 428. *Cerbonii.* *Eodem die, sancti Cerbonii Populoniensis episcopi, cujus nobis reliquias attulit Fr. noster Robertus Pisanus.* Qui Robertum illum Pisanum noverit, sciet cujus ecclesiæ aut monasterii olim fuerit codex, de quo loquimur. Tum : *Vincentii.* *In territorio Nivernensi, sancti Vincencii presbyteri confessoris.*

CODEX D. LE MARE, signatus sub littera A. *Annæ, etc.* *Eodem die, natalis sanctorum martyrum, Annæ, Lucii et Victoris.*

In VATICANO sub num. 5949. In fine additur : *Aristionis.* *Natale beati Aristionis, qui unus fuit de LXX discipulis.* *Pardi.* *In Sannia, sancti Pardi episcopi.* De Aristione vide dicta XXII Februarii.

ALTEMPS. *Translationis Ethelredi et Ethelbrithi.* *Apud Ramesiam in Anglia, translatio germanorum ac pretiosorum martyrum Christi, Ethelredi atque Ethelbrithi, regia stirpe ortorum. Horum quidem corpora, nequiter necata ac furtim sub regali condita sede, nocte media lux clarior sole, per regiæ tectum aulæ cælitus emissa, revelavit ; non multo vero post necatorem eorum, ad ipsius vesaniam, et martyrum gloriam declarandam, terra vivum absorbuit et ad inferos transmisit.* *Etheldredæ.* *Eodem die, sanctæ ac perpetuæ virginis Etheldredæ, cujus sacratissimum corpus, post multos annos, ad demonstrandum ipsius eximiæ virginitatis meritum, pietas divina, in ipsa scilicet translatione, sine corruptione servatum revelavit.* Vide supra in ROSWEYDINO.

FLORENTIN. *Vincentii.* *In territorio Nivernensi, sancti Vincentii episcopi et confessoris.* *Victoris, etc.* *Item, sanctorum martyrum Victoris, Alexandri et Mariani.* *Aristionis.* *Item sancti Aristionis, qui fuit unus ex LXX discipulis Jesu Christi.* *Rufiniani.* *Item, natale sancti Rufiniani.*

BURDEGALEN. *Lupi.* *Andegavis, sancti Lupi episcopi.* Vide Castellanum.

LUXOVIEN. *Dedicationis.* *Luxoviæ, dedicatio ecclesiæ sancti Martini.*

DIVIONEN. Sancti Benigni. *Vincentii.* *In territorio Nivernensi, sancti Vincentii presbiteri et confessoris.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Marthæ.* *Natalis beatæ Marthæ, sororis Lazari.* Vide Observationem. *Arausicæ, Florentii.*

EDITIO LUCECO-COL. De Herone, post *discipuli,* inserit, *ac diaconi.* De reliquo textus satis purus est. Tum : *Victoris, etc.* *In Nicomedia, natale Victoris, Alexandri et Mariani martyrum.* *Florentini.* *Treveris, sancti Florentini episcopi et martyris.* *Solinæ.* *Carnoti, sanctæ Solinæ virginis.* *Translationis Marthæ et Etheldredæ.* *Eodem die, translatio sanctæ Marthæ, hospitæ Christi, sororis beati Lazari et Mariæ Magdalenæ. In Anglia, translatio sanctæ Etheldredæ virginis.* *Lupi.* *Andegavis, sancti Lupi episcopi et confessoris.* *Vincentii.* *In territorio Nivergensi,* (lege cum aliis omnibus supra, *Nivernensi,) beati Vincentii, presbyteri et confessoris.*

BELIN. Pro *Arausica,* habet *Aurisica.* Prima editio addit in fine : *Victoris, etc.* *Item, Victoris, Alexandri et Mariani.* Ad hæc secunda adjicit, *atque Marci.*

GREVEN. *Florentini.* *Treveris, sancti Florentini episcopi et martyris.* *Alexandri, etc.* *Apud Nichomediam, sanctorum Alexandri et Victoris.* *Mariani, etc.* *In Mauricania, sanctorum Mariani, Maximi, Nini, Lucii, Sacrati, Veneri, Primæ, Donatæ, Victoriæ, Basillæ et aliorum.* Vide Hieronymiana. *Aristionis.* *Item secundum Adonem hic, beati Aristionis, qui fuit unus de LXXII Christi discipulis. Usuardus habet eum VIII Kal. Martii.* *Silvani et aliorum.* *Ipso die, secundum alios præcedenti, passio sancti Silvani, Alexandri et Marci martyrum.* *Privati.* *Privati martyris, qui cum esset miles et ulceribus plenus, a beato Calixto Papa curatus et baptizatus, pro Christo plumbatis, donec deficeret, mactatus est.* Vide supra XIV Octobris. *Lupi.* *Andegavis, sancti Lupi episcopi et confessoris.* *Nodelini.* *In Cancia, Nodelini episcopi et confessoris.* *Monachi.* *In Hibernia, Monachi confessoris.* *Vincentii.* *In territorio Nivernensi, sancti Vincentii, presbyteri et confessoris.* *Meynardi. Gordinelli.* *Meynardi confessoris. Gordinelli confessoris.* *Translationis Marthæ, et Etheldredæ.* *Eodem die, translatio sanctæ Marthæ hospitæ Christi. In Anglia, translatio sanctæ Etheltredæ virginis.* *Liliosæ. Austrudis.* *Liliosæ, virginis, cognatæ sanctæ Nathaliæ. Austrudis virginis.* De hac plura invenies in Auctario sequenti.

Victoris, etc. MOLAN. *Item, Victoris, Alexandri et Mariani.* Solinæ. *Carnoti, sanctæ Solinæ virginis. Eodem die, sancti* Cerbonii. *Cerbonii Populoniensis episcopi, cujus reliquias attulit frater Robertus Pisanus. Lauduno Clavato,* De Austrude. *natale sanctæ et illustrissimæ Austrudis virginis et abbatissæ, quæ ab ipsis infantiæ rudimentis mire Dei gratia prædita, etiam virtutibus et miraculis* Aristionis. *gloriosa, migravit ad Christum. Item, beati Aristionis, qui fuit unus de* LXX *Christi discipulis.* Deinde Meinardi. typis minoribus : *Meinardi confessoris.* In posterioribus editionibus, eadem habet quæ in prima, de Victore et sociis, de Solina virgine, et Florentino Treverensi. Florentini. *Item, beati Eutichii confessoris,* Eutychii. *magnæ sanctitatis viri, Ordinis Carmeli. Lauduno Clavato, natale sanctæ et illustrissimæ Austrudis,* etc., ut in priori. Tum : *Die decima septima, sancti martyris, Andreæ in Crisi.* Deinde minoribus Andreæ. typis : *Qui propter adorationem sacrarum imaginum gloriose coronatus est, sub improbo Constantino.* Nempe iconomacho illo, cognomento *Copronymo.* Andreæ disputationem et certamina ex Metaphraste edidit Surius.

XV *Kal.* *Die* 18.

Lucæ. Natalis beati Lucæ Evangelistæ, qui cum esset septuaginta et trium annorum obiit in Bithinia plenus Spiritu sancto, cujus ossa vicesimo Constantii anno Asclepiadis. Constantinopolim translata sunt. Eodem die, sancti Asclepiadis, Antiocheni episcopi, qui unus fuit ex præclaro confessorum numero, qui sub Decio gloriose Triphoniæ. passi sunt. Item Romæ, sanctæ Triphoniæ, uxoris Decii Cæsaris. In territorio Be-Justi. luacensi, sancti Justi martyris.

Puri sunt *Praten. Herinien. Greven.* et *Molan.* Proxime accedit *prima Belini editio.*

VARIA LECTIO. Codices nostri omnes cum Adone scribunt, *septuaginta et trium;* nescio unde Greven. et Molan. acceperint *octaginta et trium.* Recte scripsit et Molan. *Bithynia,* sed reliqui omnes, ut est in textu. Dixi Belinum proxime ad puros accedere, deficit enim in eo quod annuntiationum ordinem invertat, Asclepiadem in ultimum locum rejiciens ; et præterea textum corrumpit, dum pro, *Constantinopolim translata,* substituit *Paduam translata sunt.* De Patavina hac translatione ita hodie notat Florentinius : *Licet,* inquit, *eam affirmet Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, hac ipsa die, veluti fabulam tamen Petrus de Natalibus lib.* 9 *cap.* 7, *eamdem antea rejecerat.*

Lucæ. OBSERVATIO. *Lucam Euangelistam* in Hieronymianis non uno loco signatum invenio, male tamen nos hic Florentinius ad XXV Septembris remittit, cum indicare debuerit XXI ejusdem mensis, quo die : *In Paralice civitate, natalis sancti Lucæ Euangelistæ,* diserte ponitur, et XXVII Novembris : *In Mediolano, Lucæ.* Hodie vero in iisdem apographis legimus : *In Oriente, translatio corporis Lucæ Euangelistæ*; ni malis cum vetustissimo Epternacensi *natalem* supponere, quemadmodum faciunt Martyrologia reliqua antiqua omnia : ut Beda, ex quo Rabanus ; Romanum parvum, ex quo Ado, et qui eum sequuntur. Alias translationes, atque ad alia loca factas adducit, et ex parte, ut supra diximus, refellit laudatus Florentinius, quem de his et ceteris eo spectantibus consulere poterit curiosus lector. Bedæ elogium ampliavit Ado, ætatem uno anno contrahens, cum pro LXXIV, scribat LXXIII *annorum*; Menologium Sirleti ad LXXX, Grevenus et Molanus ad LXXXIII, Hieronymus ad LXXXIV extendit. Interim Noster Præsuli Viennensi adhæret, totumque elogium in laterculo positum, ex eo plane contraxit. De Lucæ martyrio ultro citroque controvertitur. Sermones varios in ejus laudem compositos citat Baronius, quorum aliquos retulit Surius. Vitæ seriem ex certioribus monumentis satis accurate exigit Tillemontius tomo 2 a pag. 130. Nec prætermittendum metricum Wandelberti encomium :

Lucas ter quintum, festo officioque dicatum
Monstrat, Paule, tuo Christum sermone locutus.

Asclepiadis. De *Asclepiade* ita primus ex Rufini Eusebio lib. 6 cap. 9, meminit auctor Romani parvi : *Et Asclepiadis Antiocheni episcopi.* Plusculum habet Ado, et ex eo Noster ; quæ nescio unde omnia accepta sint, præsertim si *gloriose pati,* de mortis supplicio intelligatur. Nam vere passum fuisse, satis exprimit Eusebius lib. 6 cap. II, dum de eo, Serapioni succedente, ait : *Qui persecutionis tempore, fidem Christi confessus, maximam gloriam retulerat*; vel, ut interpretatur Rufinus, cujus verba textui Usuardino inserta sunt : *Qui et ipse unus ex præclaro confessorum numero fuit.* At certe de violenta morte non plane constat, nec dici potest *sub Decio* passus ; quod a Baronio observatum, eum impulit, ut pro Decio, *Macrinum* substitueret. Nos suo loco rem omnem de integro accuratius examinabimus. Observari interim potest, verosimiliter ab Adone confusos duos Asclepiades, hunc nimirum Antiochenum episcopum, qui sub Severo passus est, et alterum Pionii socium, cujus certamen ad Decii tempora spectat, ut vide in commentario prævio ad Acta Pionii 1 Februarii § 3. Paucula quæ ad Asclepiadis nostri laudem supersunt, citato loco breviter exponit laudatus Eusebius. Ceterum et hic tex-Triphoniæ. tus noster totus ex Adone procedit. — Rursus et in *Triphonia,* quam iisdem prope omnino verbis referunt Beda, Rabanus et Ado. Romanum parvum strictius eam annuntiat ; Notkerus ductoris phrasim nonnihil mutilat ; Noster more suo satis eleganter in pauciora redigit : eadem est ubique sententia quod *Decii Cæsaris uxor fuerit ;* at filii, seu *junioris,* ut censet Baronius. Historiæ veritas pendet

ex sin-

ex sinceritate Actorum sancti Laurentii, de quibus cursim egimus proprio die x Augusti et alibi. Wandelberti versiculus aliis consonat :

Regni calcatrix juxta et Triphonia claret.

Hieronymiano codici Corbeiensi inserta legitur : *Depositio Justi pueri*, hujus verosimiliter, quem *Justi.* hodie vel ex tali codice, vel de suo consignat Usuardus, eum diserte *Beluaco* tribuens. Sitne porro *Justus* iste, idem cum *Justino* Parisiensi, de quo Muneratus viii Augusti, non est hujus loci examinare, neque etiam utrum Acta, quæ sub Bedæ nomine circumferuntur, satis probata sint. Sane genuinum Bedæ Martyrologium, quod hic solum sequimur, de Justo omnino non loquitur. Videatur interim Tillemontius in Luciano Bellovacensi tomo 4 pag. 540. Acta exstant Apud Surium hoc die.

AUCTARIA.

TORNACEN. Deficit solummodo in annuntiatione secunda de *Asclepiade*, in omnibus reliquis purus est.

ANTVERP-MAJ. Legit, *sanctæ Asclepiadis*, pro *sancti*; caret ejus elogio, atque item annuntiatione *Triphoniæ*.

ROSWEYD. Sic incipit : *In Bithinia, natale beati Lucæ Euangelistæ, qui discipulus Apostolorum, postea Paulum secutus, cum esset septuaginta et trium annorum, obiit in Bithinia, plenus sancto Spiritu, cujus ossa*, etc. *De Luca* In duabus mediis, purus est, in ultima iterum auctior, addens de Justo : *De Justo.* *Qui pro Christi nomine martyrio consummatus est.*

PULSANEN. In prima annuntiatione, desunt hæc verba : *Vicesima Constantii anno.* Secunda deest. In tertia purus est. Caret ultima; sed adjicit : *Hermelandi* *Ipso die, sancti Hermelandi abbatis et confessoris.* Est is, opinor, qui colitur xxv Martii.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. BIGOTIAN. signatus P. 5. et ALTEMPS. Textui subdunt : *Alexandri, etc.* *Item Alexandri et Victoris.*

MUNERAT. In textu satis purus, adjicit : *Andegavis, sancti Herblandi abbatis*; *Hermelandi.* sic vocatur Gallice *Hermelandus*.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTEN. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. De *Triphonia*, post *De Triphonia.* *Cæsaris*, ex Adone inserunt : *Hæc per beatum Justinum baptizata, sequenti die defuncta, migravit ad Dominum.* In fine habent additamentum superius : *Alexandri, etc.* *Item Alexandri et Victoris.*

CENTULEN. *Natale sancti Lucæ Euangelistæ. Qui fuit natione Syrus Antiochensis, arte medicus, Apostolorum discipulus. Antiochiæ, beati Asclepiadis episcopi. Qui unus fuit de præclaro confessorum numero. In territorio Belloacensi, sancti Justi pueri et martyris, de tempore Rictiovari. Remis* *Dedicationis.* *Francorum metropoli, dedicatio ecclesiæ sanctæ Mariæ.*

De Luca BRUXELLEN. *Sancti Lucæ Euangelistæ, Apostolorum discipuli. Qui Syrus natione et arte medicus, Apostolum Paulum secutus, apud Achayam Euangelium, quod ab eodem beato Paulo didicerat et Actus Apostolorum descripsit. Et post multa certamina, ipse septuaginta trium annorum obiit in Bithinia. Cujus ossa vicesimo anno Constancii imperatoris cum reliquiis beati Andreæ Apostoli Constantinopolim translata sunt.* Sequitur de Asclepiade *Alexandri et Victoris.* et Justo, pure. Tum : *Item Alexandri et Victoris.* Deinde : *Romæ, natale sanctæ Triphoniæ seu Ce-* *De Triphonia.* *phiniæ, uxoris Decii cæsaris. Quæ, viro suo, post interfectionem beatorum Sixti et Laurentii, divinitus punito, petiit cum filia Decii Cyrilla, a Justino presbytero baptizari, et sequenti die defuncta, migravit ad Dominum, et apud sanctum Ypolitum in* *Hermelandi.* *cripta sepulta est. Ipso die, sancti Hermelandi abbatis et confessoris.*

HAGENOYEN. *In Bytinia, depositio sancti Lucæ Euangelistæ, qui erat natus de civitate Anthyocena Syriæ, arte medicus, et tamen quidam dicunt de eo* *Multa de Luca* *quod fuerit pictor egregius; et eloquio Græcus erat, ignorans litteras Ebraycas. Hunc quidam dicunt fuisse unum de* LXXII *discipulis Christi. Sed Jeronimus dicit eum tantum post passionem Domini primo conversum, et Apostolorum discipulum. Hic virgo extitit et ideo secretarius Virginis Mariæ matris Domini fuit, et ab illa audivisse* (creditur) *quod scripsit post Matheum et Marcum in suo Euangelio. Hic, ut legitur, carus Deo fuit, cujus Scriptor erat Euangelium; carior erat beatæ Virgini, cujus fuerat paranymphus; carissimus fuit Apostolo Paulo, cujus erat socius individuus, et cooperator omnium factorum suorum optimus. Ipse etiam post Euangelium, Actus Apostolorum composuit. Denique multis perpetratis miraculis et ecclesiis pluribus ædificatis, et pluribus ad fidem conversis, et episcopis pluribus ordinatis et clericis, obiit in Bytinia plenus Spiritu sancto. Cujus ossa*, etc. *Eodem die, sancti Asclepiadis, Antyoceni episcopi et martyris. Hic Asclepiades multum in epistolis Alexan-* *Asclepiadis.* *dri Iherosolimitani commendatus est, et vocat eum virum sanctissimum. Iste erat unus ex præclara*, etc. *Romæ, depositio sanctæ Triphoniæ, uxoris mi-* *De Triphonia.* *noris Decii imperatoris. Quæ satis erat crudelis, et tamen arguit eum de nece Sanctorum. Hæc post mortem viri sui, cum filia sua Cyrilla per beatum Justinum Christiana est effecta, et sequenti die orans ad confessiones Sanctorum, migravit ad Dominum.* Justum Bellovacensem, ut sæpius in isto codice accidit, differt in diem sequentem.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Lucæ Euangelistæ. Justi pueri et martyris. Mononis martyris.* *Mononis* *Asclepiadis episcopi et martyris Antiocheni.*

REG. SUEC. sub numero 428. *Andegavis, sancti Erblandi abbatis.* *Hermelandi* Vide supra.

In VATICAN. signatus num. 5949. Deest *Justi*.

FLORENTIN. *Item sanctorum Alexandri et Victo-* *Alexandri, etc.* *ris. Item, sancti Hermelandi abbatis. Et sancti* *Mononis* *Monnonis* vel *Mononis martyris.*

BURDEGALEN. *In territorio Belloacensi, sancti* *Alexandri, etc.* *Justi martyris. Alexandri, Victoris.*

EDITIO LUBECO-COL. In Luca ferme convenit cum supradictis. In Asclepiade pura est. In Triphonia habet ut ANTVERP-MAX. etc. *In territorio Beluacensi, sancti Justi pueri et martyris, qui tem-* *De Justo.* *poribus Diocletiani imperatoris sub Rictiovaro judice, capite cæsus est. Eodem die, sancti Alexandri* *Alexandri, etc.* *et sancti Victoris. Ipso die, sancti Aquilini episcopi* *Aquilini.* *et confessoris.* Vide die sequenti.

BELINI editio altera in fine adjicit : *Eodem die, beati Marci, clarissimi Doctoris.* *Marci.* In reliquis similis est priori. Multos Marcos novi, sed de quo hic agat, nescio. Si de Hierosolymitano, colitur xxii Octobris.

GREVEN. *Mononis martyris.* *Mononis.* *In Auxiopoli, sanctorum Hermetis et Rexii.* *Hermetis et Rexii.* Vide Hieronymiana, ex quibus hæc male descripta sunt. *In Campania,*

civitate

Januarii. Victricis, etc. Victoris, etc. Aquilini. Hermelandi. De Luca.

civitate Puteolana, Januarii. Vide XIX Septembris. Hic intervenit error typothetæ. *Item Victricis, Marcialis. In Nichomedia, Victorini et Hermetis. In Africa, Victoris et Fausti. Aquilini episcopi Eboracensis* (Ebroicensis) *et confessoris; secundum alios die sequenti. Andegavis, sancti Herblandi abbatis.*

MOLAN. De Luca, aliis litteris, post *translata sunt,* ex Adone adjungit : *Hic fuit natione Syrus Antiochensis, arte medicus, Apostolorum discipulus, Paulum secutus usque ad confessionem ejus, serviens Domino sine crimine, neque umquam uxorem habens.* Iterum, post *Decii cæsaris : Quæ viro suo, post interfectionem Sixti, Laurentii et Hippolyti divinitus punito, se petiit baptizari cum filia Decii Cyrilla, a Justino presbytero, et alia die defuncta est, et juxta sanctum Hippolytum in crypta sepulta.*

De Tryphonia. Mononis. Hermelandi. Translationis Rumoldi. De Monone.

In fine : *Eodem die, in Nassonia apud sanctum Hubertum in Ardenna, beati Mononis martyris. Andegavis, sancti Herblandi martyris.* Puto esse eumdem *Hermelandum* abbatem, de quo supra, ut aliæ editiones corrigunt. *In Machlinia, translatio beati Rumoldi martyris atque Pontificis.* Editiones posteriores, de Luca solum adjiciunt in textu aliis litteris : *Hic fuit arte medicus, Paulum secutus usque ad confessionem ejus.* De Triphonia, idem quod in priori. In fine : *Andegavis, sancti Herblandi abbatis. In Nassonia, natalis beati Mononis martyris, qui angelico monitu, de Scotia Arduennam devenit; ibique soli Deo, multo tempore serviens, a sicariis latronibus confossus, feliciter occubuit, sepultus in ea ecclesia, quam ipse construxerat.* De translatione beati Rumoldi, ut supra.

XIV *Kal.* *Die* 19.

Ptolemæi et Lucii. Beronici et soc.

Apud Alexandriam Ægypti metropolim, natalis sanctorum martyrum Ptolemei et Lucii, sub Antonino cognomento Pio : quorum prior multo tempore squalore carceris maceratus, et ad ultimum, cum de Christi magisterio publica confessione testaretur, jussus est duci ad mortem; sequens quoque, cum se Christianum liberrime fateretur, similem sententiam excepit. In Antiochia Syriæ, sanctorum martyrum Beronici, Pelagiæ et aliorum quadraginta novem.

Ita *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Belini editio prima,* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Ægypti* sæpius dictum est. *Ptholemei, Tholomei, Ptolomæi,* et aliis modis scribitur, nos plerorumque codicum simplicem inflexionem secuti sumus, quamvis putemus legendum *Ptolemæi.* Antverp-Maj. legit : *Cum Cristi magisterium,* etc. Belinus autem mutat quæ immediate sequuntur : *publica confessione ac attestatione firmaret.* Idem scribit *Anthiochia,* Antverp-Major : *Antyochia,* etc. Herinien. et Antverp-Maj. habent *quadraginta et novem,* ceteri ut est in textu. In Pratensi nostro apographo adjectum invenio : *Eodem die, translatio sanctorum Saviniani et Potentiani sociorumque eorum.* At cum verba illa subducta sint, conjicio ad marginem recentius esse apposita, ut etiam notavit Castellanus, unde textus integritati nihil officiunt.

OBSERVATIO. Ut superius non semel apud viros harum rerum peritos, in confesso esse diximus, auctorem Romani parvi, præcipue ex Rufini Eusebio Martyrologium suum compilasse, ita id hodie manifeste patet, dum de *Ptolemæo* et sociis ita habet : *Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio judici traditur; et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt.* Hæc certe, si ultimas particulas excipias, ex Eusebii lib. 4 cap. 17 evidenter desumpta sunt, et ex eodemloco ab Adone ampliata, servatis duobus, quæ in citatis verbis omnino displicent. Primum est, quod *Tertius* pro nomine proprio accipi videatur, qui in Eusebio tertius ordine et anonymus relinquitur; alterum, quod *Alexandriæ sepulti* dicantur, quos *Romæ* passos esse constat, ex historiæ hujus fonte Justini apologetico, apud Halloixium ad pag. 48. Adjunxit præterea Viennensis Martyrologus, *passos esse sub Antonino, cognomento Pio;* at *liquet,* inquit Halloixius, in notis pag. 361, *hæc accidisse sub Marco Antonino Philosopho, Pii filio.* Erratum primum de Tertio evitavit Noster, sed in turpius labitur, dum annuntiationem incipit : *Apud Alexandriam Ægypti metropolim,* quod nec in Adone, nec alibi reperit, nisi forte bona fide supposuerit, ibi passos martyres, ubi sepultos inveniebat. Non diffitebor tamen martyrii locum apud Eusebium satis dubium relinqui, imo ex toto contextu ansam præberi, ut alibi, et præsertim Alexandriæ, Ptolemæus et socii passi intelligantur; verum hæc omnia in Romano moderno, ex ipsa Justini apologia rectissime castigavit Baronius. Hujusmodi controversa examinat Ruinartius, inter sincera et selecta in admonitione a pag. 35. Videatur etiam Tillemontius tomo 2 pag. 312 et a pag. 395. — De cetero textus totus, a nobis relatus, ex Adone Viennensi contractus est. Attamen serie ab utroque antesignano differt, nam illi primo loco Antiochenos ponunt, qui a nostro post Ptolemæum collocati sunt, sic nihilominus, ut totam ipsam de Antiochenis annuntiationem Usuardus ex præfato Adone descripserit, quam hic ex Romano parvo transtulerat. Est et hujus Antiochenæ classis memoria apud Hieronymianos codices hoc die, præfixo tamquam ducis aut primipili nomine *Pelagii,* de quo et aliis eo spectantibus vide Florentinium. Porro quænam sit hodierna *Pelagia,* operosius suo tempore disquirendum erit; *pœnitentem* non esse, quam hic importune obtrudunt Rabanus et Notkerus, certum puto. Sitne Antiochena illa celebris Virgo et Martyr, ab Ambrosio laudata, de qua in Actis nostris IX Junii, id ex characteribus, in Commentario prævio egregie a collega nostro Janningo delineatis tomo 2 pag. 154 et sequentibus dispiciendum erit.

Ibi

Ibi interim pag. 157 tantum non prævie refutatam invenies Castellani notulam de *Domnina* Pelagiæ, ut ipse vult, matre, et sororibus *Bernice* et *Prosdoce*, quorum primæ et postremæ nomina, quomodo ex hodiernis Hieronymianis tabulis laudatus Castellanus extundat, et cum Antiochenis hisce conjungat, fateor me saltem hactenus non satis perspicere. At ne præfixos limites hic excedam, hæc et si quæ alia controversa sunt, ad majus opus remitto; satis erat, abunde ostendisse, unde Usuardus, et textum suum, et una errandi occasionem desumpserit. Wandelbertus de Ptolemæo et sociis non loquitur; de Antiochenis eadem cum nostris canit :

Beronicus bis septeno atque Pelagia fulget,
Quos pariter quadraginta atque novem comitantur.

AUCTARIA.

De translatione Saviniani et Potentiani.

TORNACEN. Caret annuntiatione prima, in secunda purus est, tum vero adjungit : *Ipso die, festivitas sive translatio beatorum martyrum Saviniani et Potentiani sociorumque eorum. Horum festivitas dum ab antiquis temporibus ageretur pridie Kalendarum Januariarum, transmutata est a Patribus*, XIV *Kalendarum Novembrium, eo quod ipso die translata sunt corpora eorum, et angelicæ voces in cælo sunt auditæ, sicut in translatione eorum sacra legitur. Ideo et hic venerabilior habetur eorum solempnitas, quo et eorum corpora sancta honestius sunt tumulata.*

Januarii, etc. Proculi, etc. Translationis Willibrordi.

ROSWEYD. In textu purus, subdit : *Beneventi, Januarii episcopi et sociorum ejus martyrum.* Vide XIX Septembris. *Proculi martyris cum aliis* XLIV. *Translatio sancti Willibrordi episcopi.*

PULSANEN. In prima mutilus est, rescisso elogio. Pro *Beronici*, est *Berontii et aliorum* LIX, ut habet Notkerus.

Proculi, et Niceæ.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. In textu satis puri, addunt : *In civitate Puteoli, natale sanctorum Proculi et Niceæ matris ejus.*

Saviniani, etc.

MUNERAT. In fine : *Senonis, sanctorum martyrum Saviniani et Potentiani, sociorumque eorumdem.* Vide supra in TORNACENSI.

Saviniani etc.

GREVEN. Hæc magis distinguit : *Apud Senones, passio sanctorum martyrum Potentiani, Saviniani, Altivi et Totaldi.* Male legit postrema nomina, pro quibus alii, *Altini et Eodaldi.*

Textus contractus.

CENTULEN. *Alexandriæ, beatorum Ptholomæi et Lucii martyrum. Antiochiæ, sanctorum Belonici et Pelagiæ et aliorum* XLIX. *Cænobio Centula, dedicatio orientalis criptæ in honorem sanctæ Mariæ et sancti Richarii sacerdotis gloriosi.*

Dedicationis.

BRUXELLEN. Incipit ab Antiochenis, in quibus purus est. Tum : *Et in civitate Puteoli, natale sanctorum martyrum Proculi et Niceæ matris ejus.* Sequitur deinde annuntiatio de Ptolemæo et Lucio, pure. Accedit : *Item Amati, episcopi Senonensis, qui pro veritatis justitia a Theodorico rege, gravi exilio diu fuit tribulatus.* Vide Auctaria XXVIII Aprilis et XIII Septembris. *Turonis, depositio sancti Columbani abbatis.* Infra dicitur *episcopus Turonensis*, neque sic notus.

Proculi, etc. Amati. Columbani.

HAGENOYEN. In textu, præter morem, purus, adjungit : *In territorio Beluacensi, natale sancti Justi martyris.* Vide dicta die præcedenti. *Item, sanctorum Alexandri et Victoris martyrum.* Vide ibidem. *In civitate Puteoli, sanctorum martyrum passio Proculi et Niceæ matris ejus.*

Justi. Alexandri, etc. Proculi, etc.

AQUICINCT. Incipit a proprio vicini oppidi : *Duaci, translatio sancti Amati archiepiscopi et confessoris.* In fine autem addit : *Apud Castrum Ebroicas, natalis sancti Aquilini episcopi et confessoris.* Positus est heri in EDITIONE LUBECO-COL.

Translationis Amati. Aquilini.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine absque positione : *Ipso die, sancti Aquilini, episcopi et confessoris.*

Aquilini.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Ptholomæi et Lucii martyrum. Ethbini confessoris. Beronici, Pelagiæ et aliorum quadraginta novem martyrum.*

Ethbini.

BIGOTIAN. signatus P. 5. *In civitate Puteoli, natalis sanctorum Proculi et Nicheæ matris ejus.*

Proculi, et Niceæ.

BIGOTIAN. signatus E. 40. *Apud Senones, passio sanctorum martyrum Saviniani, Potentiani, Altini et Eodaldi.* Constat ex TORNACENSI, supra, hodie memoriam agi translationis, quæ facta est anno MXXVI, vel, ut alii, MXXX.

Saviniani, etc.

CODEX. D. DU CHEVAL. signatus B. *In civitate Puteoli, natalis sanctorum martyrum Proculi et Niceæ matris ejus.*

Proculi, etc.

UGHELLIAN. Procul dubio similis hic etiam est ANTVERP. MAX-LUBEC, etc. Verum in extracto nostro sic primum nomen scriptum est : *In civitate Puteoli, natalis sanctorum Pauli et Niceæ matris ejus.*

ALTEMPS, *In Britannia, civitate Oxoniæ, sanctæ Fredeswidæ virginis. Et sancti Aquilini, episcopi et martyris.*

Fredeswidæ. Aquilini.

FLORENTIN. *In civitate Puteoli, sanctorum martyrum Proculi et Niceæ matris ejus. Item, sancti Amati confessoris.* Addit solus codex STROZZIANUS : *Romæ, sancti Asterii presbyteri et martyris.* Vide XXI Octobris.

Proculi, etc. Amati. Asterii.

BIZUNTICEN. *Senonis, sanctorum martyrum Saviniani et Potentiani sociorumque eorum.*

Saviniani, etc.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Turonis, depositio sancti Columbani abbatis et confessoris.*

Columbani.

EDITIO LUBECO-COL. Primæ annuntiationi post, *et Lucii* inserit : *atque Tertii sub Anthonino cognomento Pio, et filio ejus.* Cetera satis pura sunt usque ad finem. Ubi additur : *In civitate Puteoli, natale sanctorum martyrum Proculi et Niceæ matris ejus. In Anglia, civitate Oxonia, sanctæ Fridesuwidæ virginis.*

Proculi, etc. Fridesuwidæ.

BELINI editio altera, priori in textu similis, in fine adnectit : *Eodem die, sancti Eadnochi martyris, episcopi Eboracensium. In territorio Aurelianensi, depositio beati Verani episcopi et confessoris.* Vide Usuardum XI Novembris.

Eadnochi. Verani.

GREVEN. *Civitate Puteolis, sanctarum martyrum Proculi et Niceæ matris ejus. In Histria, sanctorum Austeri, Neopoli, Desiderii et Festini. Eodem die, commemoratio sanctorum Januarii et sociorum ejus martyrum. Columbani episcopi Turonensis et confessoris. Bevagii, episcopi Silvanectensis et confessoris. Folquini episcopi. Desiderii episcopi. Geremari abbatis Flaviacensis et confessoris.* Vide Auctaria XXI, XXIII et XXIV Septembris. *Amati, abbatis Luxoviensis et confessoris. In Hibernia, sancti Ethbini, levitæ et confessoris, discipuli beati Samsonis Dolensis archiepiscopi. Hic cum sancto Wingualoco presbytero et confessore dignissimo (de quo supra,* VI *et* V *Nonas Martii habetur),*

Proculi, etc. Austerii, etc. Januarii, etc. Columbani. Bevagii. Folquini. Desiderii. Geremari. Amati abbatis. De Ethbino

iter faciens, Christum in specie leprosi suscipere et miro fidei ardore cum eodem tractare, vocem etiam ***ascendentis Domini audire, salutem promittentis*** *eis, qui amborum memores in orationibus extitissent, meruit. Ipse tandem vita et miraculis, inter quæ et mortuum suscitasse legitur, clarus, beato fine in Domino quievit.* Notabis parenthesim hic insertam in prima editione sic legi (*qui* V *et* VI *Nonas Martii sine egregia commendatione transiri non debuerat.*) *Translationis Willibrordi* Sequitur : *Translatio sancti Willibrordi episcopi et confessoris. In Anglia, civitate Oxoniensi,* *Fridesuidæ* *sanctæ Fridesuidæ virginis.*

Eadnochi MOLAN. *Eodem die, Eadnochi martyris, episcopi Eboracensium. In territorio Aurelianensi, depositio* *Verani* *beati Verani, episcopi et confessoris. Senonis, sanctorum* *Saviniani, etc.* *martyrum Saviniani et Potentiani sociorumque ejus. Horum festivitas dum ab antiquis temporibus, pridie Kalendarum Januariarum ageretur, transmutata est* XIV *Kal. Novembris, eo quod ipso die translata sunt corpora eorum, et angelicæ voces sunt auditæ sicut in translatione eorum legitur. Duaco,* ***translatio sancti Amati episcopi et confessoris.*** *Translatio Amati.* ***Qui*** *postquam execrabili jussu Theodorici regis, gregi suo condolens, sed commendans sanctæ Trinitati,* ***episcopatum dereliquit, carnem suam macerando,*** *multas passiones pro Christo sustinuit. Et sancti Aquilini episcopi et confessoris;* *Aquilini.* dein typis minoribus, ***Eboracensis*** (Ebroicensis.) ***In Anglia, civitate Oxoniensi, sanctæ Fredeswidæ virginis.*** *Fredeswidæ.* Hactenus editio prima; editiones aliæ habent : ***Ebroicas, sancti Aquilini, episcopi et confessoris. Oxoniæ, sanctæ Fredeswidæ virginis. Die decima nona, sancti Vari martyris.*** *Vari.* De Saviniano, Potentiano et sociis; item de Amato, plane ut in priori. Ad finem adjicitur aliis litteris : ***In Britannia, sancti*** *Etbini.* ***Etbini, abbatis Nectensis.***

XIII *Kal.* *Die* 20.

Maximi Apud Aviensem provinciam, natalis beati Maximi levitæ et martyris, qui patiendi desiderio, inquirentibus se persecutoribus palam ostendit, et post responsionum constantiam, equuleo suspensus ac tortus, dein fustibus cæ- *Caprasii.* sus et ad ultimum obrutus occubuit. In Galliis civitate Agenno, sancti Caprasii martyris, qui cum rabiem persecutionis declinans, lateret in spelunca, tandem animatus ad tolerantiam passionum, ad aream certaminis properavit, et palmam marty- *Marthæ et Saulæ* rii fortiter dimicando promeruit. Civitate Colonia, passio sanctarum virginum Mar- *Exceptionis Georgii, etc.* thæ et Saulæ cum aliis pluribus. Ipso die, exceptio sanctorum martyrum Georgii diaconi et Aurelii.

Omnino puri sunt soli *Praten. Antverp-Maj. Munerat.* et *Grevenus.*

VARIA LECTIO. Munerat. et recentiores aliqui codices scribunt *Aniensem*, sed pro ***Aviensem*** stant omnes antiquiores, licet locus hodie in Vestinis, ubi olim fuit, notus non sit, ac proinde computari possit inter eos pagos vel oppida, de quibus recte dixeris : ***Hæc tunc nomina*** fuerunt, ***nunc sunt sine nomine.*** Præterea idem Munerat. omisit titulum ***beati.*** Legendum est ***patiendi desiderio;*** male in Greven. ***patiendo.*** In Munerat. et Greven. est, ***responsionis constantiam***; ceteri ut in textu. ***Captasii***, error est in Antverp-Majore. Greven. pro ***passionum***, habet ***passionis.*** Denique in Antverp-Majore omissa est particula *et*, post properavit.

Maximi OBSERVATIO. De *Maximo* hoc nostro Aviensi antiquorum Martyrologorum meminit nullus, excepto solo Usuardo, qui unde illum acceperit, divinare prorsus nequeo, nisi suspicemur, Martyris illius passionem, aut brevia quædam Acta, in ejus manus pervenisse, qualia ferme edidit Petrus de Natalibus lib. 9, cap. 85. Alia apud nos Mss. exstant, et quidem varia, in quorum nonnullis manifesta inter Maximos apparet confusio, de qua disputantem vide Tillemontium tomo 3, pag. 710 et 711. Asserit Baronius, *ejus martyrii atque translationis historiam manuscriptam se accepisse ab ecclesia Aquilana*; nimirum, opinor, Acta illa ipsa, ex quibus compositum subinde fuit officium ecclesiasticum Aquilanæ diœcesi proprium, Romæ impressum anno MDCIV, cujus exemplar habemus, et ex quo descripsit Ferrarius, quæcumque de Maximo annotat in Sanctis Italiæ pag. 657. Colitur ab Aquilanis, sacri depositi possessoribus, tamquam peculiaris patronus XIX Octobris; nos alterutro *Caprasii* die vitam et gesta, qua poterimus verosimilitudine illustrabimus. — *Caprasium* certo memorant Hieronymiana, nec est cur adjectitium reputet Florentinius, nisi quod forte in codice Lucensi defuerit, de cetero ejus Notatio consuli meretur. Superius VI Octobris, ubi de *Fide* agendum fuit, paucis indicavimus, quæ ad celeberrimæ virginis Acta spectabant, ex quibus haurienda sunt Caprasii gesta, ut proinde ea hic repetere opus non sit. Ex præfatis Actis *Caprasium* accepit Ado, brevique exornavit elogio, cujus medullam Noster repræsentat; at codices recentiores, contra Usuardi mentem, integrum restituunt, ut in Auctariis patescet. Notkerus, contractis Adonis verbis, eum Sanctum die præcedenti collocavit. Wandelbertus de ipso solo hodie cecinit :

Ternum cum deno, Caprasi martyr, honoras.

Marthæ et Saulæ. Sequitur classis virginum Coloniensium, quam diu, sed frustra, apud Martyrologos aut alios scriptores antiquos, imo apud Colonienses ipsos, quæsiveram, donec casu incidi in locum Crombachii de Ursula lib. 2, cap. 12, ubi Usuardum ***primarum Virginum cæsarum pridie cladis generalis Ursulanæ,*** per textus nostri verba meminisse contendit, addens : *Colonienses has, vel non colere, vel tantum postridie*

stridie cum tota sodalitate Ursulana. Hic paucis edoctus sum, cur in vanum quæsierim; at unde Virgines suas Usuardus aut acceperit aut efformaverit, æque incertum relinquitur. Utrum vero satis comperta sint, quæ de Usuardina nostra commemoratione censuit Crombachius; atque item, an satis consona vulgatis Actis Ursulanis, alterius loci et examinis est. At enim, ex Usuardo, tamquam de recepta suo seculo, nempe nono, opinione, testimonium ferente, id eruitur, *Virgines plures* apud Coloniam, ut sequenti die etiam Wandelbertus testabitur, id, inquam, eruitur, Virgines plures, et si ita vis, plurimas ibi pro fide Christi occubuisse. Poterunt forte *Martha* et *Saula* curiosioris perscrutationis materiam aliquando suggerere. Interim si de societate undecim millium fuisse censeantur, mirari liceat, inter tot Ursulanas, ab aliquibus nominatim expressas, hæc duo nomina ferme ubique desiderari. — *Exceptionis Georgii, etc.* De *Georgio, Aurelio* et sociis martyribus Cordubensibus egimus cum Usuardo XXVII Augusti, quo die illos ipse perperam consignavit, cum certum sit ex Eulogio, VI Kal. Augusti seu XXVII Julii esse interemptos. Hic recolitur festiva exceptio sacrorum corporum, Corduba ab Usuardo ipso et Odilardo allatorum, quam ob insignem celebritatem Noster Martyrologio inserere voluit. Exstat translationis ipsius, factæ anno DCCCLVIII historia ex Usuardi narratione, ab Aimoino symmista compilata, et a Mabilione recusa seculo 4 Benedictino, parte 2 a pag. 45.

AUCTARIA.

Sindulfi. HERINIEN. In textu purissimus, augmentum Remense proprium adjicit : *Eodem die, depositio Sindulfi confessoris, cujus vita quam fuerit Deo accepta, testantur ipsius miracula, quæ per ejus merita sunt facta.*

TORNACEN. Omittit elogium Maximi; in Caprasio et Coloniensibus purus, nihil habet de exceptione reliquiarum, etc.

ROSWEYD. In textu non omnino purus, præcipium defectum habet, quod careat penultima annuntiatione de Martha et Saula.

PULSANEN. Rescindit elogia Maximi et Caprasii, cetera omnia pura sunt.

De Caprasio. ANTVERP. et MAX-LUBEC. et, ut puto, UGHELLIAN. In prima puri, de Caprasio Adonem describunt post. *in spelunca*, addentes : *tandem audiens qualiter beata Fides pro Christo agonizavit, animatus ad tolerantiam passionum, oravit ad Dominum, ut si eum gloria martyrii judicaret dignum, ex lapide speluncæ aqua limpidissima emanaret, quod præstante Domino, securus ad certamen properavit, palmamque*, etc. Desunt annuntiationes duæ ultimæ, de Coloniensibus et reliquiarum exceptione.

MOLAN. In prima satis purus, in secunda mutilus est, in tertia purus, caret quarta.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. et LEYDEN. De Caprasio habent, ut ANTVERP. et MAX-LUBEC. De Martha et Saula, nihil; in prima et ultima puri. In fine : *Sindulfi.* *In pago Remensi depositio sancti Sindulphi presbyteri et confessoris.* Noto ANTVERP-MAXIMUM pro *Maximi*, legere *Maximini*.

ALBERGEN. et DANIC. In prima et secunda similes sunt superioribus, sed carent reliquis, ut supra ANTVERPIENSIS, etc.

LOVANIEN. Convenit cum ANTVERP-MAXIMO, etc.; sed totum Caprasii elogium expunxit.

Textus mutilus. CENTUL. *In Galliis civitate Ayenno, sancti Caprasii martyris. Apud Aviensem provinciam, beati Maximi, levitæ et martyris. Civitate Colonia, sanctarum virginum Marthæ et Saulæ cum aliis pluribus.*

BRUXELLEN. Incipit a Caprasio, de quo habet ut ANTVERP. etc. Sequitur de Maximo, pure. *Austerii.* Tum : *Romæ, natale sancti Austerii presbyteri.* Vide die sequenti. *Zozimi, etc.* *In Puteolis civitate, natale sanctorum martyrum Zozimi, Januarii et Dorotheæ.* Ex Hieronymianis, æque ac Austerius. Sequitur de exceptione Georgii, etc., et sanctarum Marthæ et Saulæ, pure. Deinde : *Sindulfi.* *In pago Remensi, depositio sancti Syndusi* (pro *Sindulfi*) *presbyteri et confessoris.* *Austrebertæ.* *Et sanctæ Austrebertæ virginis.* Vide x Februarii; infra indicatur translatio.

Multa de Pelagia. HAGENOYEN. In prima satis purus, de reliquo textu nihil habet, sed substituit : *Apud Alexandriam sanctæ Pelagiæ, quæ peccatrix appellatur; quam mirabiliter sanctus Nummus* (Nonnus) *episcopus ad fidem convertit, et in conventu clericorum, et totius civitatis Alexandriæ baptizavit.. De qua prius tamen, cum adhuc meretrix esset, ipse prophetaverat. quod ipsa octo episcoporum præsens deberet sacerdotium. Et de illa postea mirabilem vidit visionem, quam ipsam in se implevit. Nam illa habitum virilem induit, et solo Nummo episcopo sciente, a quo cilicium accepit, fugit, et cellam solitariam intrans, vocans se Pelagium. Et ibi multis annis in magna abstinentia et pœnitentia vixit, et ante mortem a Nummo episcopo, per Jacobum dyaconum est salutata, et multum confortata; et obiit in pace.* Vide quæ de Pelagia et Pelagiabus dicta sunt in Observationibus ad VIII et XIX Octobris.

Textus mutilus. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Caprasii martyris. Maximi, levitæ et martyris. Sanctarum virginum Marthæ et Saulæ cum aliis multis, martyrum.*

Neonis. CLUNIACEN. *Item, Neonis martyris.* Novi septem Neones, quis hic signetur, nescio.

Zozimi. VATICAN. num. 5949. Textui præfigit : *Beneventi, sancti Zozimi episcopi.* Desunt annuntiationes duæ ultimæ.

Neoti. Neonis. Translationis Austrebertæ. ALTEMPS. *Eodem die, sancti Neoti presbyteri et confessoris. Item Neonis martyris. Item translatio sanctæ Austrebertæ virginis.*

Asterii. FLORENTIN. *Item, sanctorum martyrum Georgii diaconi et Aurelii. Ipso die Romæ, sancti Asterii presbyteri et martyris, sub Alexandro imperatore, quem præcepit per pontem præcipitari.* Vide dicenda die sequenti.

BIZUNTICEN. *Parisius, exceptio sanctorum martyrum Georgii diaconi et Aurelii.*

Verani. CABILLONEN. *Sancti Verani episcopi Cabillonensis.* Vide Usuardum XI Novembris, et alios die præcedenti.

Sindulfi. REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In territorio Remensi, villa quæ dicitur Alsontia, depositio sancti Sindulfi presbyteri et confessoris*

Hippolyti et soc. EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Colonia Agrippina, in ecclesia sanctarum undecim milium virginum, commemoratio sancti Hippolyti martyris et sociorum ejus, cujus Hippolyti corpus ibidem per translationem requiescit. Item apud Coloniam, passio sanctarum virginum et martyrum Marthæ*, etc. In MAXIMO, satis pura est. *Translationis Caprasii.* *In Galliis, civitate Agenno, festivitas translationis sancti Caprasii martyris. Qui cum timore, persecutionis rabiem*, etc., sicut ANTVERP. usque ad *præstante Domino*, ubi adjungit : *Ita factum est. Securus igitur ad certamen*

passionis

passionis properavit, ubi una cum beata Fide decollatus, sicque palmam, etc. Tum : *Horum sanctorum tolerantiam passionis et patientiæ Primus et Felicianus fratres videntes, ad Christum conversi, cum ipsis pariter decollati sunt.* Vide quomodo hæc conveniunt cum dictis IX Junii. *Trecas, sancti Arandi confessoris.* An non *Adroldi* vel *Alderaldi? Eodem die, sancti Quirini presbyteri et martyris.* Hunc Quirinum non novi. *Apud Mynden, sancti Feliciani martyris.*

Primi et Feliciani. — *Arandi.* — *Quirini.* — *Feliciani alterius.*

BELIN. In prima non plane purus, in secunda habet cum ANTVERPIENSI, etc. In tertia purus est, deest ultima. Altera ejus editio subjungit in fine : *Item, sancti Neonis martyris.*

Neonis.

GREVEN. *Avelsi et Valeriani, discipulorum Christi. Quirini presbyteri et martyris. Apud Mynden, sancti Feliciani martyris. Feliciæ martyris et Justi pueri. Nichomediæ, sanctorum Eutici, Promasii, Lucii et Marcellini. Civitate Puteolis, sanctorum Zozimi, Januarii, Dorochæ. In Fulginea, Feliciani, episcopi et confessoris. Sindulphi, confessoris. Prisci, confessoris.* Tum : *Trecas, sancti Arandi, confessoris.* Vide supra in EDITIONE LUBECO-COLONIENSI. *Apud Coloniam Agrippinam, in ecclesia sanctarum undecim millium Virginum, commemoratio sancti Hipoliti martyris, ibidem per translationem quiescentis, et sociorum ejus.*

Avelsi, etc. — *Quirini.* — *Feliciani.* — *Feliciæ et Justi.* — *Eutici, etc.* — *Zozimi, etc.* — *Feliciani.* — *Sindulfi.* — *Prisci.* — *Arandi.* — *Hippolyti.*

MOLAN. Ex Adone eadem textui, sed aliis litteris interjicit, quæ supra retulimus in ANTVERP. et aliis. Mutilum autem supra diximus in hac ipsa annuntiatione, quod ultima verba, *et palmam martyrii fortiter dimicando promeruit*, etiam Italicis exprimat. In fine vero adjectitium censet : *Ipso die, exceptio sanctorum martyrum Georgii diaconi et Aurelii.* Tum : *Item, Neonis martyris. Eodem die, depositio Sindulphi confessoris ; cujus vita, quam fuerit Deo accepta, testantur ipsius miracula.* Hæc ex HERINIENSI codice, sed nonnihil immutata. Tum prosequitur : *Trecas civitate, natalis sancti Arandi confessoris et archidiaconi.* Hactenus editio prima; editiones aliæ in textu conveniunt in fine : *In pago Remensi, depositio Sindulphi confessoris; cujus vita, quam fuerit Deo accepta, testantur ipsius miracula. Trecas civitate, natalis sancti Araldi* (supra *Arandi), confessoris et archidiaconi. Item, sancti Neonis martyris. Et transitus sancti Vendelini, confessoris. Apud Mindam, natalis sancti Feliciani, episcopi et martyris.* Putat Castellanus, ubique indicari unum et eumdem Felicianum Fulginatem. *Die vigesima, sancti magni martyris Artemii. Ipso die Parisiis, exceptio sanctorum martyrum Georgii diaconi et Aurelii.* Vide apud Surium longam de magno illo martyre Artemio ex Metaphraste historiam.

Neonis. — *Sindulfi.* — *Arandi.* — *Araldi.* — *Vendelini.* — *Feliciani.* — *Artemii.*

XII *Kal.* *Die* 21.

Dasii et soc. — *Hilarionis.* — *Asterii.* — *Viatoris.*

Apud Nicomediam, natalis sanctorum martyrum Dasii, Zotici, Gai cum duodecim militibus. Eodem die, sancti patris nostri Hilarionis, cujus vitam Hieronimus virtutibus plenam scribit. In civitate Ostia, sancti Asterii presbiteri, qui in passione beati Calisti Papæ legitur. Ipso die, sancti Viatoris, ministri beati Justi Lugdunensis episcopi.

Inter codices, undequaque puri sunt soli *Praten.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Gai, Hieronimus, Ostia, Calisti*, non semel dictum est. Molanus opinor ex Greveno, phrasim nonnihil transposuit, legens : *Cujus vitam virtutibus plenam Hieronymus scribit.* Nostra lectio Bedæ et Adoni conformior est.

De Virginibus Ursulanis.

Hic noto, varietatem lectionis etiam inter vetustiores codices in eo esse præcipuam, quod Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp. Max-Lubec. Muneratus et Grevenus cum signo L, textui adjiciant celebratissimas illas Virgines Colonienses undecim mille numero, de quibus die præcedenti agere cœpimus occasione *Marthæ, Saulæ* et sociarum plurium, ex quo die in hunc translatas existimat Castellanus. Hoc certum, hodiernas istas, Usuardinas omnino non esse, nec apud ullum antiquum Martyrographum sub eo numero cognitas. Wandelberti versus nuper etiam indicatos, lubens subjicio, ex quibus id demum habetur, quod ultro concedimus, numerosam Virginum multitudinem apud Coloniam martyrio coronatam. Ita habet :

Tunc numerosa simul Rheni per littora fulgent
Christo virgineis erecta trophæa maniplis
Agrippinæ urbi, quarum furor impius olim
Millia mactavit ductricibus inclyta Sanctis.

Numerum hic pro poetæ arbitrio determinari perspicuum videtur. Ceterum et millia et millenas fuisse illustrissimas Virgines, tam indubitatum putamus, ut ferreus sit oporteat (loquor ex Magistri sententia) qui hisce et antiquis fundamentis nixæ Coloniensium traditioni fidem negare sustineat. Acta equidem, ut passim vulgata sunt, nullus probo ; nec de ipsis varie a variis et merito castigatis, hic disputandi locus est. Videatur Baronii Notatio, sed cum ea conferantur, quæ diligentissime scrutatus est Browerus noster in Venantii Fortunati librum tertium a pag. 61 ; item Responsiones Papebrochii ad articulum XIX, num. 15, quæque ibi ab eo indicantur. Nos reliqua ex Crombachio et aliis suo tempore expendemus.

OBSERVATIO. Incipio a confusione, quæ in Adonianis codicibus Mss. haud dubie inveniri debuit, et propter adjectas virgines Ursulanas, et propter transposita in Romano parvo nomina, quæ a Rosweydo locis suis feliciter restituta sunt, a Mosandro et magis etiam a Notkero turbata. De cetero quod ad textum nostrum attinet, is plane ex Adone aut descriptus aut contractus est ; singula ordine

dine prosequamur. Inter codices Hieronymianos, ut vetustissimus, ita hodie correctissimus est Epternacensis, nam ubi alii ferme legunt: *In Nicomedia, Dasi, Zotici, Gagi cum duodecim milibus*, enormem numerum, Græcis ipsis incognitum, melius iste restringit hoc modo: *cum duodecim militibus*. Primam lectionem pridie secutus est Notkerus; at Romanum parvum, Ado et ex hoc Noster probatiori insistunt. Jam vero præfata verba, *cum duodecim millibus*, dubium injecere Florentinio, utrum sub isto numero *sanctæ Ursulæ ac sociarum certamen* non *celebretur*. Nec sane tam procul rejicienda videtur haud infundata suspicio, præsertim si vera sunt, quæ in Notula sua asserit Castellanus, nimirum, in nonnullis antiquis codicibus non *duodecim* sed *undecim* dumtaxat *millia* accenseri, eumque numerum non ad Nicomedienses referri, sed ipsis martyribus Coloniensibus applicari. Ad hæc rursus dilabimur, de quibus satis dictum est; aliorum virorum eruditorum circa hujus famosi numeri genesim conjecturas vix quisquam vel leviter doctus ignorat. Videri aliquæ possunt in Notatione Motherii, in nupera versione Gallica Martyrologii Romani ad hunc diem. — De *Hilarione* non est quod addam Notationi Baronii. Celebratur a Beda et ex hoc a Rabano iisdem verbis; Romanum parvum, paucis: *Et sancti Hilarionis monachi.* Verum Ado ex insigni vita, ab Hieronymo descripta, seriem bene longam Martyrologio suo inseruit, ex qua non multa Notkerus, sed die præcedenti male retulit; Noster solam primam periodum, quæ Bedæ et Rabani phrasi persimilis est, selegit et transumpsit. Vide quæ cursim a nobis præsignata sunt XXI Martii, et vitam apud Surium. — *Hilarionis.*

Asterii meminit etiam laudatus Beda, meminit Rabanus, meminit Ado, omnes iisdem plane terminis. Bedam, an Adonem, secutus sit Usuardus tantumdem est; certe ex alterutro, et verosimilius ex solito antesignano, pauca ea excepit, quæ in textu retulimus. De Actis videnda sunt, quæ in Callisto observavimus XIV Octobris. Asterium porro et Hilarionem sic laudat Wandelbertus: *Asterii.*

Presbyter Asterius duodeno laude coruscat,
Egregia, multos docuit qui vincere Sanctos
Undique bella piis diram minantia mortem:
Hunc et Hilarion eremi bonus accola comit.

De sancto Viatore, inquit Florentinius, *apud Gallicos scriptores omnia aperta sunt.* Assentior; sed an ejus conjectura adeo fundata sit, in restituenda Gallici antiquarii, ut vocat, additione, judicent alii. De Justo, Viatoris hujus magistro, abunde egimus ad II Septembris, quo die ab aliquibus minister episcopo conjungitur, cetera alibi de integro discutientur. Auctaria nonnulla utrumque, aut conjunctim, aut divisim diversis diebus referunt; sed hoc nihil ad textum. Hic demum sufficiat observasse, Usuardum in Viatore juxta ac in reliquis Sanctis, ut initio monebamus, sua omnia ex Adone transtulisse. *Viatoris.*

AUCTARIA.

Ciliniæ. — *11000 Virginum.*

HERINIEN. Toto textu purissimus, iterum proprium Remense inserit secundo loco: *Item, in castro Laudunensi, sanctæ Ciliniæ, matris beati Remigii Remorum archiepiscopi.* In ora codicis inferiori, recenti manu adjicitur: *Apud Coloniam Agrippinam, passio sanctarum Virginum, undecim milium.*

Ciliniæ. — *Ciliniæ Virginis.*

TORNACEN. In textu etiam purissimus est, sed penultimo loco interjicit: *Civitate Laudunensi, sanctæ Ciliniæ.* Deinde post Viatoris in fine: *Meldis civitate, sanctæ Ciliniæ virginis.* Putat Castellanus Remigii matrem, occasione hujus virginis fere synonymæ, consignatam.

11000 Virginum.

ANTVERP-MAJ. In textu non satis correctus, in fine non magis eleganter de Ursulanis adjicit: *Civitate Colonia, passio sanctarum undecim milia Virginum.*

De iisdem.

ROSWEYD. De Asterio: *Qui in passione beati Kalixti legitur Papæ urbis Romæ.* In fine: *Civitate Colonia, undecim milia Virginum.*

PULSANEN. Omnia satis pura habet, excepta ultima annuntiatione, in qua deficit.

Severini. — *11000 Virginum.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Adjiciunt textui: *Burdegala, Severini episcopi. In civitate Colonia, natale Virginum* XI *milium.*

De 11000 Virginibus.

MUNERAT. *Dazii, Zotici cum* XII *milibus.* In fine: *Eodem die, apud Coloniam, sanctarum undecim milium Virginum et martyrum.*

De iisdem.

GREVEN. cum signo L, ut diximus, in fine subdit: *Apud Coloniam Agrippinam, passio sanctarum undecim millium Virginum.*

De iisdem. — *De Asterio.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. In prima puri, secundam sic efferunt: *Apud Palestinam, natale sancti Hilarionis abbatis, cujus vitam*, etc. Tum: *Apud Coloniam Agrippinam natale Virginum undecim milium.* De Asterio addunt: *Qui sicut in passione Kalixti Papæ legitur, jussu imperatoris Alexandri per pontem præcipitatus, quia corpus sancti Kalixti sepelierat, gloriam martyrii adeptus est.* In Viatore puri, subdunt: *In castro Laudunensi, sanctæ Ciliniæ, matris sancti Remigii Francorum Apostoli.* Tum: *Burdegala, sancti Severi Treverensis episcopi.* Severus Trevirensis colitur XV Octobris. Hic de *Severino* agitur, ut alibi latius explicabimus.

Ciliniæ. — *Severini.*

LOVANIEN. In eo a superioribus differt, quod elogium Asterii expunxerit.

ALBERGEN. et DANIC. Ab ANTVERP-MAX. etc. solo ordine dissident, nam primo loco Hilarionem annuntiant, secundo Ursulanas, tertio Nicomedienses; cetera ut superius.

Textus mutilus. — *Ciliniæ.*

CENTULEN. *Apud Nichomediam, sanctorum Dasii, Sotitigii cum aliis decem militibus. In Palestina, transitus beati Hylarionis, magni patris monachorum, cujus vitam beatus Jeronimus sanctitatis et miraculorum gloria plenam describit. In civitate Hostia, sancti Asterii presbyteri et martyris. Lauduni Clavati, sanctæ Ciliniæ, matris sancti Remigii archiepiscopi.*

De Ursulanis.

BRUXELLEN. Incipit: *Apud Coloniam Agrippinam, foris muros civitatis ad aquilonarem plagam, passio beatæ Ursulæ, ac cum ipsa sanctarum undecim milium Virginum. Quæ de Britannia Romam et inde Coloniam venientes, ibi juxta Renum martyrizatæ sunt.* Nicomedienses quatuor nominatim exprimit, nempe, *E'lasii, Dasii, Zotici, Gagii vel Gaii*, etc. De Hilarione habet ut ANTVERP-MAX. etc. Tum: *Apud Burdegalam, depositio sancti Se-*

Severini. *veri Treverensis archiepiscopi.* Vide in ANTVERP-MAX. *Fontanellæ monasterio, depositio sancti Condelis* (alias *Condedi*) *confessoris. Apud Laudinium, depositio sanctæ Ciliniæ, matris beati Remigii.* Lege *Laudunum*, ut supra. *Condedi.* *Ciliniæ*

HAGENOYEN. De virginibus Ursulanis multa narrat, sed ita ut selegisse videatur quæ maxime sunt inverisimilia. Vide infra in EDITIONE LUBECO-COL. et GREVENO. De Nicomediensibus solum addit, *cum undecim militibus*. De Asterio, ferme ut ANTVERP-MAXIMUS. Tum: *Item in castro Lugdunensi, depositio sanctæ Ciliniæ, matris sancti Remigii Francorum Apostoli.* Desunt in eo codice *Hilarionis* et *Viatoris*. *Ciliniæ*

AQUICINCT. Textui subdit: *Burdegala, sancti Severini episcopi. Eodem die, inventio corporis beati Audomari episcopi. Et sanctæ Ciliniæ, matris sancti Remigii. Coloniæ sanctarum undecim millium Virginum.* Notat amanuensis, qui codicem contulit cum secunda Molani editione, et variantes descripsit, notat, inquam, faciem unam et alteram recentiori manu hic insertam, in quibus additamenta sunt varia, atque illud potissimum, ex quo codicis ætatem in præfatione colligere conati sumus. *Severini.* *Inventionis Audomari.* *Ciliniæ.* *11000 Virginum.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Undecim millium Virginum. Hilarionis, confessoris. Dasii, Zotici, Cai, cum duodecim militibus martyribus. Asterii presbyteri et martyris.* *De iisdem.*

REG. SUEC. sub. num. 428. *Apud Coloniam, undecim millium Virginum.* *De iisdem.*

CODEX D. LE MARE signatus A. *Civitate Burdegala, sancti Severini episcopi et confessoris.* *Severini.*

VATICAN. num. 5949. Pro *Dasii*, habet *Claudii*.

FLORENTIN. Non omnino conveniunt, sed sic ferme legunt: *Ursulæ cum undecim millibus, et passio sanctorum martyrum Cyriaci Papæ, qui fuit post Petrum XVIII, nec non et Jacobi, archiepiscopi Antiocheni, Vincentii presbyteri Cardinalis, Mauricii episcopi Lavicani, Follani episcopi Lucensis, Sulpitii episcopi Ravennæ, Clementis episcopi, et Marculi episcopi, et Herei sponsi sanctæ Ursulæ. Burdegalæ, sancti Severini episcopi.* Hæc ultima annuntiatio de sancto Severino, iisdem verbis legitur in codice BURDEGALENSI. *De Ursula et soc.* *Severini.*

CODEX MONTIS SANCTI. *Tulli, translatio sancti Gerardi episcopi et confessoris.* Vide in Actis nostris ad diem XXIII Aprilis. *Translationis Gerardi.*

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Coloniam Agrippinam, passio sanctæ Ursulæ, et sodalium ejus sanctarum undecim millium Virginum et martyrum. Quorum sancta Ursula, virgo et filia regis Britonum, domina et regina exstitit. Hæc cum esset desponsata Etherio, filio regis Angliæ has sacras virgines ad dedicationem et conservationem virginitatis suæ elegit, cum quibus peregrinavit Romam, de Roma usque ad Coloniam pervenit. His sacris Virginibus associati fuerant sanctus Cyriacus Papa, et Innocentius presbyter Cardinalis, Pantalus Basileensis episcopus, et sanctus Marculus episcopus; multique episcopi et sacerdotes, principes et nobiles huic sanctæ societati adhæserunt, et cum eisdem virginibus una die, sub una fide sanctissimæ Trinitatis super litus Reni præfatæ civitatis, una cum beata Gerasina, regina Siciliæ ac filiabus ejus Babilla, Juliana, Victoria et Aurea, ac parvulo suo Adriano et beatis virginibus Cleomata, Theomata, et Cristantia, Pynnosa, Theusta, Thamaria regina et Officia, ab Hunis et barbaris tempore Marciani imperatoris circa annum Domini CCCCL, crudeli examinatione trucidati sunt. Apud Burdegalim civitatem Aquitaniæ, memoria sanctissimi patris Severini, Agrippinensium archiepiscopi et confessoris, quæ gloriosa festivitas apud ejusdem civitatis incolas, hodie celebri jocunditate recolitur.* De Hilarione, plura etiam habet, sed quæ in Adone legi mavellim. In Nicomediensibus est, *cum duodecim milibus*. De Asterio, ut ANTVERP-MAX. etc. In Viatore fere pura est. De Cilinia etiam ut ANTVERP-MAX. sed pro *matris* habet *martyris*. Tum: *Eodem die, transitus sancti Wendelini confessoris, cujus merita frequentibus panduntur miraculis. Civitate Meldis, sanctæ Celinæ, virginis. Ipso die, beatorum Victoris et Syndulphi, confessorum.* *Historia Ursulana.* *Severini.* *Ciliniæ.* *Wendelini.* *Celinæ V.* *Victoris et Syndulph.*

BELIN. In textu satis purus est, nisi quod legat, *cum duodecim milibus*. In fine adjicit: *Burdagaliæ, sancti Severini episcopi. Eodem die civitate Colonia, natale sanctorum undecim milium Virginum, quæ pro virginitatis constantia, martyrio vitam consummaverunt.* *Severini.* *11000 Virginum.*

GREVEN. *Nota, undecim millium Virginum regina et ductrix fuit beata Ursula, Deonoti regis Britonum filia, desponsata Conano regi Armoricorum, seu Britanniæ minoris. Hæ omnes Virgines cum aliis innumeris, ad ipsas confluentibus, apud Coloniam martyrio coronatæ sunt (ut in gestis Britonum legitur) tempore Gratiani imperatoris, qui cœpit anno Domini* CCCLXXXI. *Aliis aliud videtur.* (Confer cum his EDIT. LUBECO-COL.) *Ad quarum sanctitatem commendandam non modo consuetudo, verum etiam pro consuetudine sacramentum inolevit, ut intra ambitum virginalis sepulturæ, nemo cujusdam defuncti audeat corpus inferre. Fuerunt autem cum beata Ursula super totum exercitum Virgines quatuor quarum nomina sunt: Pynnosa, Cordula, Eleutheria, Florentia. Post has undecim, singulæ millenis præerant, quarum hæc sunt nomina: Jota, Benigna, Clementia, Sapientia, Carpophora, Columba, Benedicta, Odilia, Celyndris, Sibilia, Lucia. Item Nicea Bithiniæ, sanctorum Macharii, Proculi, Modesti cum aliis* CCLXXII. *Maurunti, episcopi Marsiliensis et confessoris. Severi, episcopi Treverensis, et confessoris. Monasterio Fontinella, sancti Condeli presbyteri et confessoris. Item, depositio sancti Wendelini confessoris, Treverensis, cujus merita frequentibus panduntur miraculis. Malchi monachi. In Hibernia, Nummi confessoris. Apud Burdegalim, civitatem Aquitaniæ, solemnis memoria beati Severini, Coloniensis archiepiscopi et confessoris. Civitate Meldensi, sanctæ Celinæ virginis. In castro Laudunensi, sanctæ Ciliniæ, matris sancti Remigii Francorum Apostoli.* Jam sæpius supra recurrit. *Alia historia Ursulana.* *Macarii, etc.* *Mauruntii.* *Severi.* *Condeli.* *Wendelini.* *Malchi.* *Nummi.* *Severini.* *Celinæ V.* *Ciliniæ.*

MOLAN. *Burdegalliæ, sancti Severini episcopi. Eodem die, in Colonia Agrippinensi, sanctarum,* etc. ut BELINUS. *Item in castro Laudunensi sanctæ Ciliniæ, matris beati Remigii, Remorum archiepiscopi. Meldis civitate, sanctæ Ediniæ virginis. Ipso die, transitus sancti Wandelini confessoris.* Minoribus typis additur, *Treverensis, cujus merita*, etc. ut GREVENUS. *Malchi, monachi. Eodem die, beati Wimonis, Bremensis episcopi, qui Bircæ quiescit.* Editiones aliæ, de Ursulanis, ut supra. De Cilinia, Remigio datur titulus *Francorum Apostoli. Meldis civitate, sanctæ Celiniæ virginis. In Sithiu, inventio sancti Audomari episcopi Morinensis.* Demum, minoribus typis: *Bircæ, beati Wimonis, Bremensis episcopi, qui Gothis verbum Dei prædicavit.* A Castellano vocatur *Vimo*, Gallice *Guimon*, diciturque fuisse tertius Bremensis episcopus. *Severini.* *11000 Virginum.* *Ciliniæ.* *Ediniæ, pro Celiniæ Virginis.* *Wandelini.* *Malchi.* *Wimonis.* *Inventionis Audomari.*

XI *Kal.*

XI *Kal.* *Die* 22.

Apud Adrianopolim Thraciæ, natalis sanctorum martyrum Philippi episcopi, Eusebii et Hermetis. Item beati Marci episcopi, clarissimi et doctissimi viri, qui primus ex gentibus ecclesiam Hierosolimorum suscepit regendam, ac non mulo post martyrii meruit palmam. Item sanctæ Salomæ, quæ in Evangelio legitur circa Domini sepulturam sollicita. In civitate Osca, sanctarum virginum Nunilonis et Elodiæ, quæ pro confessione Christi diutina custodia maceratæ ac capitali sententia punitæ, martyrium celebrarunt. *Philippi et soc.* *Marci* *Salomæ.* *Nunilonis et Alodiæ.*

Consonant codices multi, ut *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Belin. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max, Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen,* et *Danicus.*

VARIA LECTIO. Sunt qui scribant *Hadrianopolim*, ut Praten. et Molan. ceteri simpliciter, excepto Belino, qui legit *Andrianopolim.* De *Thraciæ*, item *Hierosolimorum*, etc., non amplius loquor. Pro *doctissimi*, habet Antverp-Max. *devotissimi*, Antverp-Maj. eum vocat *Marcii.* Antverp. Max-Lubec. et recentiores omnes scribunt, *fuisse sollicita.* Nusquam tanta variatio quanta in nomine *Nunilonis*, pro quo scriptum invenio, *Numilonis, Munilonis, Mulinonis, Numelonis, Numilionis, Minulionis, Mymilionis, Mivilionis, Milionis*, et quid non ? Reliqui in textu *Elodiæ*, quod ita habeant codices omnes, excepto solo Molano, qui recte scribit *Alodiæ*, ut omnino scribendum docet Memoriale Eulogii. In Antverp-Majore non bene exprimitur *custodia maceratæ*, at magis deficit Belinus, phrasim mutilans hoc modo : *Mulinonis et Zolodiæ, quæ capitali sententia punitæ, martyrium consummaverunt* ; ubi plane desunt hæc verba : *Quæ pro confessione Christi diutina custodia maceratæ*, etc. Greven. et Molan. pro *celebrarunt*, ponunt *celebraverunt.* Sex ultimi codices, quos mediæ notæ vocamus, in eo a purioribus differunt, quod secundam annuntiationem sic incipiant : *Hierosolymis, beati Marci episcopi*, etc.

OBSERVATIO. *In Atriopoli* vel *Adrionopoli Thraciæ, Philippi episcopi, Eusebi, Hermetis, Severi,* passim legunt apographa Hieronymiana, apud Florentinium. Hinc verosimillime tres primos accepit Ado, qui conjunctiores videbantur ; ex Adone verbatim sua desumpsit Noster, primo loco classem referens, quæ illi postrema est. In *Severo* vel *Severis* (qui forte diversi sunt) confusi videntur codices citati, at unde huc *Eusebium* intruserint, fateor me nec divinando assequi posse. Exstant *Philippi* hujus, non *Adrianopolitani* sed *Heracleensis episcopi, Severi presbyteri* et *Hermetis diaconi*, præclarissima Acta apud nos Mss. a Mabilone tomo 4 Analectorum vulgata, a pag. 134, et subinde correctius a Ruinartio inter selecta et sincera a pag. 442, ex quibus evidenter patet, Philippum non nisi binos martyrii socios habuisse, *Severum presbyterum*, et *Hermetem decurionem, diaconum.* Ex his primum, nempe Severum, diserte excludit Castellani notula, asserens *solum decurionem diaconum cum episcopo passum* ; verum qui Acta consuluerit, manifeste deprehendet, prædictum Severum una cum duobus aliis ejusdem martyrii gloria coronatum. Acta ipsa solus inter Martyrologos legisse videtur Rabanus, socios recte distinguens et determinans, ac breve ex iisdem Actis elogium contexens. Rabanum ex parte sequitur Notkerus, sed ejus verba cum Adonianis perperam commiscet, in Kalendarum ordine hic rursus aberrans. Falluntur, opinor, qui Philippum sub Juliano agonem consummasse existimant, nec recte Baronius eum inter episcopos Adrianopolitanos connumerat. Wandelbertum eadem cum Adone sensisse, patet ex ejus versibus : *Philippi et soc.*

Undecimum festo Philippus episcopus auget,
Hermis hoc ipso nitet, Eusebiusque beatus.

De *Marco* Hierosolymitano primus inter Martyrologos loquitur auctor Romani parvi, ex solito suo fonte Rufino lib. 4, cap. 7 his verbis : *Jerosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est.* Hunc sequitur Viennensis primo loco, breve Marco elogium concinnans, quod ex citato loco pro aliqua parte desumptum est. Ex Adone sua omnia decerpsit Noster, quod etiam fecit Notkerus, sed die præcedenti. Ceterum in laudato Rufino non reperit Ado, quod Marcus *non multo post* (electionem) *martyrio consummatus sit*, nam primum falsum est, alterum, de martyrio, ut minimum saltem dubium. Videsis in Historia Chronologica episcoporum Hierosolymitanorum, a Papebrochio præfixa tomo 3 Maii pag. XI. Plura suggerunt Baronius et alii suo loco recensenda. — *Salome* aliis Martyrologis antiquis præterita, debetur etiam auctori Romani parvi : *Et Salomæ, quæ in Euangelio legitur. Mariæ* prænomen ei alicubi tribuitur, at nusquam, quod ego sciam, ita apud antiquos appellata legitur. Eam ex Romano parvo transtulit Viennensis, Noster ea solum expunxit, quæ ad eam proprie non pertinebant, nempe : *cum reliquis sanctis feminis* ; cetera omnia plane Adoniana sunt. Videantur Evangelistæ, præsertim Matthæus capitibus 15 et 16, et quæ jam nunc in Actis deducta sunt occasione Mariæ Cleophæ ad IX Aprilis. — Ultima classis Hispanica et propria Usuardo est. De nominum variatione jam superius satis superque diximus. Tu vitam et Acta illustrium Virginum egregie descripta invenies apud Eulogium lib. 2 Memorialis cap. 7. Vide præterea quæ ab Ambrosio Morali circa earum passionem uberius discussa sunt et annotata in scholiis ad Eulogium, quæ habes tomo 4 Hispaniæ illustratæ pag. 285. *Marci* *Salomæ.* *Nunilonis et Alodiæ*

AUCTARIA.

AUCTARIA.

TORNACEN. In tribus primis annuntiationibus purus est, in quarta plane deficit.

ROSWEYD. In toto textu purus est, sed in fine adjungit : *In Neapoli, sancti Festi et Modesti martyrum et aliorum* CCLXXI. Vide Hieronymiana, die præcedenti. *Ravennæ, sancti Severi episcopi confessoris.* Vide hic infra EDITIONEM LUBECO-COLONIENSEM, GREVENUM et MOLANUM. Item Auctaria 1 Februarii.

Festi, Modesti et soc. — *Severi.*

PULSANEN. In prima purus; in secunda desunt omnia post *doctissimi viri;* in tertia etiam purus est; deest quarta.

MUNERAT. In textu non omnino purus est, et in fine subdit : *In Galliis civitate Rothomago, natalis sancti Melloni, qui ejusdem urbis primus ecclesiam archiepiscopus rexit, ibidemque sepultus gloriosissime quievit.* Qualia occasione hujus Sancti a nonnullis Hispanis scriptoribus conficta fuerint, disces ex Cardinali Aguirrio relato in Responsionibus Papebrochii art. XVIII num. 37.

Melloni.

CENTULEN. *Jerosolimis, beati Marci, qui primus Jerosolimis ex gentibus, post episcopos ex circumcisione, sacerdotium tenuit illius ecclesiæ. Apud Adrianopolim Traciæ, sanctorum Philippi episcopi, Eusebii et Hermetis. In civitate Osca, sanctarum virginum Innilonis et Helodiæ, quæ Daciana persecutione* (videantur Acta ipsa) *pro fide Christi passæ sunt. Item sanctæ Salomæ, quæ in Euangelio legitur circa Domini sepulturam solicita.*

Textus contractus.

BRUXELLEN. Incipit : *Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, materterarum Domini nostri Jesu Christi. Quæ, ut in Euangelio legitur, circa ejusdem Domini Jesu sepulturam sollicitam curam gerebant. Apud Coloniam Agrippinam, passio beatæ Cordulæ virginis et martyris. Apud Andronopolim Traciæ,* etc. *Jerosolymis, natale sancti Marci episcopi, clarissimi et doctissimi viri,* etc. *In civitate Osta* (Ostia) *natale beati Asterii presbyteri. De quo in passione Calixti Papæ legitur, quod pro eo, quod ipse corpus ejusdem Calixti Papæ sepelisset, Alexander imperator jussit ipsum per pontem præcipitari, et sic martyrii palmam adeptus est. Apud eamdem Ostam civitem* (patet error) *natale sanctarum virginum Munilodiæ et Elodiæ. Quæ pro confessione,* etc. *Item Valerii episcopi et martyris. Apud Lugdunum, depositio sancti Viatoris confessoris, lectoris, comitis et ministri beati Justi Lugdunensis episcopi.* De hoc et Asterio vide dicta die præcedenti. *Et Mellonis confessoris, Rothomagensis ecclesiæ archiepiscopi.*

Mariæ Jacobi et Mariæ Salomæ. — *Cordulæ.* — *De Asterio.* — *Valerii.* — *Viatoris.* — *Mellonis.*

HAGENOYEN. Errat in ipso principio, dum pro *Salome* scribit, *Mariæ Magdalenæ,* multaque ibi commiscet alibi trituranda. In Adrianopolitanis, purus est. *In Jherosolyma, natale sancti Marci episcopi et martyris, qui primus ex gentibus,* etc. *In Britannia, sancti Mellonii episcopi et confessoris. In civitate Osca, natale sanctarum virginum Myndemis, Mymilionis et Elodiæ. Quæ pro confessione Christi,* etc., pure. *Ipso die, sanctæ Cordulæ virginis cum aliis pluribus, quæ fuerunt de consorcio undecim milium Virginum. Quæ fuerunt perterritæ nomine mortis et latuerunt per noctem in navibus ; ubi* (autem) *viderunt alias Virgines gloriosas cælum conscendere, sponte sequenti die carnificibus se tradiderunt ; quæ cum aliis Virginibus sepeliri non poterant, et ideo illæ non requiescunt in ecclesia Hospitaliorum, ubi plura per merita earum facta sunt miracula. Apud Ravennam civitatem, depositio sancti Severi episcopi, qui dicitur fuisse faber, et per baculum suum florentem electus est episcopus. Qui scientiam regendi subditos a Domino recepit, bene rexit, miracula fecit, et vivus, sicut Johannes Euangelista, sepulchrum introivit et obiit.* Vide ROSWEYDINUM, supra.

Mellonii. — *Myndemis et soc.* — *Cordulæ et soc.* — *De Severo.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Severi episcopi. Cordulæ virginis. Philippi episcopi et martyris cum sociis. Mariæ Salomæ. Marci episcopi Hierosolymitani.*

Severi. — *Cordulæ.*

BIGOTIAN. signatus D. 9. *Ipso die, translatio sancti Mellonis, archiepiscopi Rotomagensis.*

Mellonis.

REG. SUECIÆ sub num. 428. *Civitate Rotomago, depositio sancti Mellonis episcopi et confessoris. Qui ejusdem urbis primus ecclesiam archiepiscopus rexit, ibique sepultus glorioso fine quievit.*

De Mellone.

IN VATICANO signato num. 5949. Desunt annuntiationes duæ ultimæ. In fine adjicitur : *Beneventi, natale sancti Cassii episcopi in sancta Sophia.* Quis hic sit Cassius, postea quæretur.

Cassii.

ALTEMPS. *Item, passio Valerii, Lingonicæ urbis archidiaconi, qui, Wandalis Galliam invadentibus, glorioso martyrio pro Christi nomine coronatus est.*

Valerii.

FLORENTIN. Primo loco . *In partibus Tusciæ, apud Fesulas in territorio Florentino, sancti Donati, Scoti, ejusdem urbis episcopi et confessoris, qui virtutibus et miraculis* (clarus,) *quievit in Domino, et sepultus* (est) *in basilica prædictæ urbis. Item, sancti Mallonii Rotomagensis ecclesiæ archiepiscopi et confessoris.*

Donati. — *Mellonii.*

DIVIONEN. S. Benigni. *In territorio Lingonicæ civitatis, sancti Valerii archidiaconi et martyris.*

Valerii.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Catalaunensi, sancti Lupentii martyris.*

Lupentii.

EDITIO LUBECO-COL. *Colonia Agrippina, passio sanctæ Cordulæ, reginæ virginis et martyris, una de undecim milibus Virginum. Quæ videns atrocissimam stragem suarum sodalium, timore perterrita, in navi se nocte illa abscondit, sed in crastinum se sponte morti offerens, martyrii coronam accepit. Item vigilia beati Severini, archiepiscopi et confessoris.* In Adrianopolitanis et in Marco satis pura est. *Ravennæ, sancti Severi episcopi et confessoris. Hic ex lanifico opere per ostensionem columbæ in episcopum ab universo clero et populo assumptus est. Quod videntes uxor ejus Vincentia et filia ejus Innocentia, monasterium ingressæ, dedicaverunt et ipsæ se Domino. Ipse vir sanctus, prænoscens obitum suum, sanctis ministeriis celebratis et populis expulsis de ecclesia, accessit ad sepulcrum uxoris et filiæ, et lapide per se revoluto, dixit ad eas : Præcepto Domini vocor, date mihi locum vobiscum dormiendi ; illis autem sibi locum dantibus, vivus intravit moriturus. Item, sanctæ Mariæ Salomæ. Quæ in Euangelio legitur, cum reliquis feminis circa Domini sepulturam fuisse sollicita. Ab urbe autem Romana veniens in Campaniam, civitatem Merulanam* (Verulanam) *migravit ad Christum, et ibidem sub quodam specu accepit sepulcrum. Cujus corpus a Jacob filio suo revelatur et honorifice ad prædictam civitatem transfertur. In civitate Osta, sanctarum virginum et martyrum Mirelonis et Helodiæ. Quæ pro confessione,* etc., cum textu Usuardino satis pure.

De Cordula. — *Vigiliæ Severini.* — *De Severo.* — *De Salome.*

GREVEN. *In pago Ambiacensi, beati Gratiani martyris. Leogati martyris. Ebidii episcopi et martyris. In Galliis civitate Rothomagensi, sancti Mel-*

Gratiani. — *Leogati.* — *Ebidii.*

loni

Melloni. *loni episcopi, qui a sancto Stephano Papa et martyre primus illi urbi ordinatus antistes glorioso ibidem fine quievit. Ipso die, secundum alios vero Kalend. Februarii, Ravennæ, beati Severi episcopi et confessoris.* *D. Severo.* *Qui ex lanario, miraculo columbæ cœlitus missæ in episcopum assumptus, cum injunctum officium strenue administrasset, diemque dormitionis suæ præsciret, aperto sepulchro uxoris et filiæ, ut sibi locum secum quiescendi concedant, imperat; illisque locum dantibus, sepulchrum moriturus intravit.* *De Cordula.* *Colonia Agrippina, sanctæ Cordulæ, reginæ virginis et martyris. Quæ cum esset ex societate undecim milium Virginum, exterrita strage sodalium, in navi se abscondit, sed mane facto sponte se offerens, martyrii coronam accepit.*

De Philippo, etc. Molan. Post *Hermetis*, aliis litteris textui inserit : *Qui persecutione sæviente, Christianorum ecclesias claudere et spoliare, jussu imperatoris Juliani, per iniquos præsides contradicebant, et ob hoc per Bassum præsidem, nec non et Justinum multis tormentis afficiebantur, hoc est carceribus, vinculis, flagellis, ad ultimum vero flammarum incendio, sed Domini virtute roborati, usque ad finem in confessione nominis ejus perseveraverunt.* Hæc ex Rabano petita sunt, intruso perperam nomine *Juliani*, quod ibi abest. In fine : *In Galliis, civitate Rothomago, natalis sancti Meloni, qui ejusdem urbis*, etc., ex Munerato. *Meloni.* *Severi episcopi et confessoris.* *Severi.* *Eodem die, Cordulæ virginis.* *De Cordula.* Deinde minori charactere : *Quæ cum esset ex societate undecim millium*, etc. ex Greveno. *Lupentii, Gabalitani abbatis et martyris, de quo in Chronic. Greg. Turon.* *Lupentii.* Editiones aliæ idem habent in textu. In fine, de Mellono, ut supra. Tum : *In urbe Gabalitana, sancti Lupentii, abbatis basilicæ sancti Privati et martyris. Coloniæ, Cordulæ virginis et martyris. Die vigesima secunda, sancti Abercii episcopi Hierapolis, qui claruit miraculis tempore Apostolorum.* *Abercii.* Vide Metaphrastem apud Surium. *In Oesterhout, natalis sancti Oelberti martyris.* *Oelberti.* Pauca quæ de hoc Sancto ex traditione supersunt, invenies in Natalibus Sanctorum Belgii hoc die. *Eodem die, translatio S. Severi confessoris, episcopi Ravennatis, cum uxore et filia, ad diœcesim Moguntinam.* *Translationis Severi.*

X *Kal.* *Die* 23.

Apud Antiochiam Syriæ, natalis sancti Theodoriti presbiteri, qui persecutione Juliani impii, post equulei pœnam et multos ac durissimos cruciatus, etiam lampadibus circa latera appositis inflammatus, cum in confessione Christi persisteret, occisione gladii martyrium consummavit. *Theodoreti.* In Hispaniis, sanctorum Servandi et Germani, qui post verbera, squalorem carceris, sitis ac famis injuriam et longissimi itineris laborem, novissime martyrii sui cursum, ferro cæsis cervicibus, impleverunt. *Servandi et Germani.* Ex quibus Germanus Emeritæ, Servandus vero Hispali conditus est. Civitate Colonia, sancti Severini episcopi et confessoris. *Severini.* In pago Pictavensi, sancti Benedicti confessoris. *Benedicti.*

Sumitur ex *Praten. Hermen. Antverp-Majore, Munerat Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Soli codices Praten. et Antverp-Maj. habent *Theodoriti*, quam lectionem ex ejus Actis prætulimus, tametsi ceteri antiqui codices ponant *Theodorici*, alii *Theodori* cum Sozomeno, Romanum parvum autem et Ado, *Theodoreti*. Antverp-Maj. et Munerat. scribunt *presbiteri et martyris*. De *presbiteri*, *Syriæ* et id genus aliis, satis dictum est. Praten. scribit *dirissimos cruciatus*, nos cum reliquis *durissimos*. Rursus Praten. disjungit *etiam*, legens *et jam*; in Antverp-Maj. est *et lampadibus*. Greven. et Molan. *impii Juliani*, pro *Juliani impii*. In Munerat. post *Germani* additur, *martyris*; et pro *martyrii sui*, legitur *martyrii socii*. Molan. vero in enumerandis tormentis substantiva continuat, *squalorem, carceres*; ceteri, ut in textu. Item pro *Pictavensi*, ut legunt omnes, corrigit ipse, *Pictaviensi*.

OBSERVATIO. In toto hodierno laterculo nullam partem habent aut Hieronymiani codices, aut Beda et qui hunc sequuntur. *Theodereti.* Prima itaque *Theodoriti* vel *Theodoreti*; *Theodori* vel *Theodorici* memoria petitur ex Romano parvo, his verbis : *Antiochiæ, Theodoreti presbyteri.* Ita enim nomen effert Ado, licet Sozomenus lib. 5, cap. 8 editionis Valesianæ martyrem nostrum, ut diximus, *Theodorum* appellet. Acta a teste oculato graviter descripta, Adoni visa existimo, cum elogium ejus ex ipsis contractum videatur. Citat Acta Mss. ex Cartusia Amstelodamensi Molanus hic, in quibus passionis dies expresse signatur x *Kal. Novembris*, quemadmodum etiam legunt Mss. aliqua apud nos, sed et alia aliter, quæ omnia cum editione Mabilionis tomo 4 Analectorum, et Ruinartiana inter sincera et selecta a pag. 658 suo tempore accuratius conferentur. De cetero ex Adone sua omnia transumpsit Usuardus, uti et Notkerus die præcedenti. — De *Servando* et *Germano* primus etiam meminit auctor Romani parvi : *In Hispaniis, Servandi et Germani.* *Servandi et Germani.* Elogium non multis complexus est Ado, qui forte Acta aliqua viderit Surianis, ex Lucio Marineo Siculo extractis, non absimilia. Habemus nos uberiora cum aliis collata, de quibus multa observare nec tempus nec locus est; videri possunt interim quæ notavit Baronius. Noster textum suum integrum hic etiam ex Adone transtulit. — Mosander sic hodie laterculum Adonianum exorditur : *Coloniæ, depositio sancti Severini episcopi et confessoris.* *Severini.* Rosweydus additamentum censuit, atque adeo in appendicem rejecit; recte, opinor, cum et a Notkero, fideli utique Adonis descriptore præteritus sit. Usuardo nihil prorsus dubii relinquitur in

communi

communi codicum præcipuorum conspiratione. Festivitatem ejus Burdegalæ solenniter celebrari solitam XXI Octobris, patet ex Auctariis illius diei. Quæ de illustrissimo Sancto scripsisse dicitur Fortunatus, necdum lucem aspexere. Acta alia recentioris auctoris a Surio edita sunt, cum extracto ex Gregorio Turonensi, atque item historia translationis; alia apud nos exstant Mss. cum prioribus alibi illustranda. Videatur iterum Baronii Notatio. A Wandelberto solus hodie Severinus celebratur hisce versiculis:

Severine, tuos decimo sacer inde Colonos
Inspectas, primi radians de culmine templi.

[*Benedicti*] Sequitur partus ultimus, isque itidem plane Usuardinus, *Benedictus* nempe Pictaviensis *confessor*, quem Castellanus in notula marginali asserit *Quintiaci* et *Asinaci* cultum sub titulo *episcopi*, qui et in Auctariis ei tribuitur. Legit Castellanus in versione sua Gallica, Pictavorum more, *Bonizet*, sed mavult Motherius vindicare solitam hujus linguæ inflexionem, *Benoist*. Si qua ejus Acta aut gesta memoriæ prodita sint, suo tempore producentur. Nihil ego hactenus reperi observatione dignum. Quod ipsum Saussayus prædicet, *gratiæ privilegii perornatum*, id ita Benedicto huic nostro quadrare intelligis, ut de Sanctis omnibus cujuscumque aut sexus aut ordinis pronuntiari mereatur.

AUCTARIA.

TORNACEN. In prima et duabus ultimis satis purus, secunda, de Servando et Germano, plane caret.

ROSWEYD. In textu non omnino purus, post [*De Severino.*] *Severini* addit, *archiepiscopi et confessoris. Qui in hora transitus sancti Martini, cum post Matutinum, loca sancta cum clericis suis circuiret, audivit psallentium chorum in superius.* Superaddit in fine : [*Severi.*] *In Cesarea Cappadociæ, Severi episcopi et confessoris.* In Hieronymianis apographis reperitur aliquis *Suresus*; sed *martyr*, ni fallor, dicendus is erit, non *episcopus*.

PULSANEN. In duabus primis expungit elogia. In tertia purus est. Tum : *Rotomagum, depositio* [*Romani*] *sancti Romani archiepiscopi et confessoris.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In textu fere puri, omittunt ultimam.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Omnes scribunt, *Theodori.* In duabus primis puri sunt ; tertiam sic formant : *Civitate Colonia, quæ Agrippina dicitur, natale sancti Se-* [*Severini.*] *verini episcopi et confessoris. Qui in transitu beati Martini, voces audire meruit psallentium angelorum.* Deest hic etiam annuntiatio ultima, ut in ANTVERPIENSI, MAX-LUBECANO, etc.

LOVANIEN. Cum proxime citatis omnino conveniret, si non careret elogio duorum martyrum Hispanorum Servandi et Germani.

CENTULEN. *Apud Antiochiam Syriæ, sancti Theodorici presbiteri, qui persecutione Juliani, occisione gladii martyrium consummavit. In Hispaniis sanctorum Servandi et Germani martyrum. In Pago Pictaviensi, sancti Benedicti confessoris. Civitate Colonia, sancti Severini episcopi et confessoris. Am-* [*Domitii*] *bianis civitate, sancti Domitii confessoris. In territo-* [*Gratiani*] *rio ejusdem civitatis, sancti Gratiani martyris, ad cujus sanctitatem comprobandam, Dominus quot annis arborem Corilum sub unius noctis spatio facit frondere, florere et nuces producere.*

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Coloniam Agrippi-* [*De Severino*] *nam, depositio sancti Severini, ejusdem civitatis archiepiscopi. Qui transitum beati Martini Turonensis mox cognovit, et una cum suo archidiacono tunc audire meruit voces in cælo psallentium angelorum.* [*De Theodorico*] *Apud Antiochiam Syriæ, natale sancti Theodori presbyteri. Qui persecutione impii Juliani apostatæ, post eculei pœnam, ac multos et durissimos cruciatus, etiam lampadibus circa latera appositis inflammatus est. Sed cum angelorum aspectu territi ruissent in faciem ministri, credentes Christo, jussit eos Julianus impius pelago immergi. Quibus beatus Theodorus ait : Præcedite, fratres, ego vero superans inimicum, sequar ad Dominum; sicque ipse in confessione Christi immobilis persistens decollatus est.* Vide Adonem. In Servando et Germano purus est. Tum : *Et alibi sancti Longini, Item Odæ,* [*Longini.*] *viduæ, filiæ ducis Lotharingiæ ac conjugis relictæ* [*Odæ*] *Lamberti comitis, nostri fundatoris. Quæ viro suo in translatione corporis beatæ Gudilæ, et institutione Collegii hujus ecclesiæ, tam concilio quam auxilio, fidelis coadjutrix fuit. Eodem die, sancti Ro-* [*Romani.*] *mani archiepiscopi et confessoris. Et translatio sancti Theodori abbatis.* [*Translatio Theodori*] De Benedicto Pictaviensi, nihil habet.

HAGENOYEN. In prima et secunda nonnihil interpolatus, sic habet etiam : *Civitate Colonia, quæ Agrippina dicitur, natale sancti Severini episcopi et* [*De Severino.*] *confessoris ejusdem civitatis. Qui sub tempore Arrianæ persecutionis, ecclesiam eamdem optime rexit, et a Deo ipse refertur institutus fuisse. Qui in episcopatu suo peregrinam legitur duxisse vitam, et cum quodam tempore ecclesias more solito cum clericis suis circuiret, in transitu sancti Martini voces audire meruit psallentium angelorum.* Deest hic annuntiatio ultima ad diem sequentem, pro hujus codicis auctoritate, translata.

AQUICINCT. In fine recentiori manu : *Eodem* [*Leotadii.*] *die, sancti Leotadii, episcopi et confessoris.*

VICTORIN. REG. SUEC. signatus num. 130 et CODEX D. DU CHEVAL signatus littera C. *Eodem* [*Leotadii*] *die, sancti Leothadii episcopi et confessoris.*

DAVERON. *Festivitas beati Gratiani martyris.* [*Gratiani.*] De Severino et Benedicto pure.

AMBIANEN. *Ambianis civitate, natale sancti Do-* [*Domicii*] *micii confessoris, magnarum virtutum viri. In ter-* [*Gratiani.*] *ritorio ejusdem civitatis, sancti Gratiani martyris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Severini episcopi* [*Severini*] *Coloniensis. Odæ viduæ. Theodorici presbyteri et* [*Odæ.*] *martyris. Servandi et Germani martyrum.*

CLUNIACEN. *Eodem die, Leotadii episcopi et con-* [*Leotadii.*] *fessoris.* Sæpius hoc die recurrit.

CAMBERIEN. et REG. SUEC. sub num. 428. *In* [*Gratiani.*] *pago Ambianensi, beati Gratiani martyris.*

In VATICAN. signato num. 5949. Desunt annuntiationes Severini et Benedicti.

ALTEMPS. *Eodem die, sanctæ Ethelfledæ regi-* [*Ethelfledæ*] *næ. Et sancti Leotadii episcopi et confessoris Can-* [*Leotadii*] *tuariensis.* Vide Martyrologium Castellani.

CODEX CASTRI KAROLI. Scribit cum superiori- [*Leotadii*] bus : *Sancti Leothadii episcopi et confessoris.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Pictavensi, sancti Benedicti episcopi et confessoris.*

FLORENTIN.

Romani. FLORENTIN. *Item sancti Romani archiepiscopi.* Tum STROZZIAN. *In territorio Ambianensium, sancti Domitii episcopi et confessoris.* *Domitii.*

Longa de Severino historia. EDITIO LUBECO-COL. *Civitate Colonia, quæ Agrippina dicitur, transitus sanctissimi patris et protectoris nostri Severini, ejusdem urbis archiepiscopi et confessoris, magnæ auctoritatis et sanctitatis viri. Hic ex Aquitania, civitate Burdegala honestis parentibus secundum seculi felicitatem, ac nobilibus progenitus; liberalibus litteris sufficienter eruditus, primo apud Senonas episcopus ordinatus, postea, ut sibi a Domino per angelum prædictum fuerat, apud Coloniam Agrippinam* IV *Idus Maii archiepiscopus ordinatus* (est.) *Cujus Catholica fide et maximo sudore ac sana doctrina Coloniensium, Burdegalensium, Tongerensium vicinorumque ecclesiæ, ab infestatione Arrianæ hæreseos, tempore sancti Damasi Papæ, Theodosii et Valentiniani imperatorum defensæ sunt, multas ideo Arrianorum et malorum perpessus insidias. Et quanti fuerit meriti apud Deum, coruscantia miracula protestantur. Qui ad instar beati Jacob Patriarchæ, stans in oratione nocte, vidit scalam auream usque ad cælum tendentem et angelos ascendentes et descendentes. In transitu beati Martini Turonensis episcopi voces audire meruit psallentium angelorum. Unum juvenem mortuum legitur ad vitam resuscitasse. Illius etiam prophetiæ gratia erat, cujuscumque viderat aspectum, ejus cognoscebat et animum. Post multa insignia virtutum ac miraculorum, convocatis fratribus prædixit, sed mortis debitum soluturum et diem ac horam sui exitus. Unde in Burdegula, in præsentia beati Amandi ejusdem loci episcopi, ac plurium fidelium utriusque sexus, post datam exhortationem et pacis osculum, cunctis onustus virtutibus migravit a mundo, die, qua ipse prædixerat, qua Dominus noster victor a mortuis resurrexit. Vidit Dominum Jesum Christum et gloriam sanctam Dei patris, accesserunt angeli et susceperunt animam ejus, sed relatus est Coloniam tertio Non. Octobris et in his diebus, ut creditur, decenter locatus. Cujus sepulcrum divinis creberrime illustratur miraculis, ut ejus vitæ gesta testantur.* Habes hic vulgatorum Actorum, suo tempore expendendorum, compendium. *Translationis Materni.* *Item translatio beati Materni, Coloniensis primi, Treverensis tertii et Tongerensis etiam primi archiepiscopi et confessoris. Cujus corpus ad vitandam seditionem populorum harum trium ecclesiarum, maturo consilio expositum fuerat Colonia navigio. Et ecce navis illa sine humano gubernatore in medio Reni posita, cælesti agitata remigio, contra cursum aquæ versus Treverim ascendebat.* Et hæc accurate examinanda erunt ad XIV Septembris. De Theodorico Antiocheno videantur dicta superius in BRUXELLENSI, cum quibus editio hæc fere convenit. In Servando et Germano, pura est : item in Benedicto. Tum : *Eodem die, sancti Romani episcopi et confessoris. In pago Ambiacensi, beati Gratiani martyris.* *Romani.* *Gratiani.* Denique : *Viennæ sancti Eodicii episcopi.* *Eodicii.*

BELIN. In toto textu satis purus est, sed penultimo loco interserit : *Ipso die, sancti Romani episcopi et confessoris.* *Romani.* Et in fine : *In territorio Ambianensium, sancti Domiti episcopi et confessoris.* *Domitii.* Altera editio adhuc superaddit : *In civitate Rothomagensi, depositio sancti Romani episcopi et confessoris.* Vide infra auctarium MOLANI.

De Severino. GREVEN. *Nota, prædictus beatus Severinus ex Aquitania nobili prosapia ortus, litteris liberalibus sufficienter instructus, primo Senonum, deinde, ut sibi per angelum prædictum fuerat, Coloniensis ecclesiæ antistes factus, sua industria, Catholica fide et doctrina sana, magno licet labore, Coloniensem, Tungrensem, Burdegalensem, finitimasque eis ecclesias ab infestatione Arrianæ hæreseos, tempore Damasi Papæ, defendit. Ipse concentus angelorum audire et qui animam beati Martini Turonensis in cælum deferrent, per spiritum agnoscere meruit. Tandem vita et miraculis (inter quæ mortuum suscitasse legitur) clarus, quievit in pace; Coloniensis ecclesiæ patronus protectorque singularissimus, multis usque hodie miraculis coruscans. Longini martyris.* *Longini.* *Apud Adrianopolim, sanctorum Severi et Dorothei.* *Severi, etc.* *In Cæsarea Cappadociæ, sancti Severi episcopi.* *Severi episcopi.* *Civitate Rothomagensi, sancti Romani episcopi et confessoris. Qui tempore Clodovei, præfatæ ecclesiæ præsidens, inter alia mira opera vasculum crismatis, casu confractum, oratione integrum reddidit, moxque crisma sacrum guttatim in idem vasculum se recepit.* *De Romano.* *Viennæ, sancti Eodici episcopi et confessoris.* *Eodic.* De translatione Materni, vide jam dicta. In fine : *Ethelfredæ reginæ.* *Ethelfredæ.*

De Severino. MOLAN. Aliis litteris de Severino textui adjungit : *Sanctissimi protectoris nostri. Cujus Catholica fide, maximoque sudore, ac sana doctrina Coloniensium, Burdegalensium, Tongrensium, vicinorumque ecclesiæ ab infestatione Arrianæ hæresis sunt defensæ, qui et in transitu beati Martini audire meruit voces psallentium angelorum.* In fine : *In territorio Ambianensium, sancti Domitii episcopi et confessoris.* *Domitii.* *Ipso die, sancti Romani episcopi et confessoris. in civitate Rothomagensi, cujus vita miraculis claruit, et mors preciosa in domo Domini quotidie demonstratur.* *Romani.* *Apud Mantuam, depositio sancti Joannis Boni, confessoris, Ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, cujus vita sanctitatis et miraculorum gloria illustris fuit.* *Joannis Boni.* *In territorio Ambianensium, sancti Gratiani gloriosi martyris.* *Gratiani.* *Eodem die, Odæ viduæ, amitæ sancti Huberti, in villa Anania super fluvium Mosæ.* *Odæ.* Editiones aliæ, de Severino, Domitio, Gratiano, Romano, et Oda, cum prima sensu conveniunt. Tum : *Helnone, restitutio corporis sancti Amandi episcopi et confessoris.* *Restitutionis corporis S. Amandi.* De Amandi translatione, elevatione, etc. Vide diem VI Februarii pag. 842 et 889. Demum typis minoribus de Joanne Bono eadem habet quæ supra.

IX *Kal.* *Die* 24.

In Venusia civitate Apuliæ, natalis sanctorum Felicis episcopi, Audacti et Januarii presbiterorum, Fortunati et Septimi lectorum, qui temporibus Diocletiani, multis diu vinculis et carceribus macerati in Africa et in Sicilia, tandem in occisione gladii consummati sunt. Felix quinquagesimo sexto annorum virgo obiit. *Felicis et soc.* Vertavo monasterio, sancti Martini abbatis. *Martini.*

Ex *Hermann. Interp. Mag. etc. Rosweyd. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Molan. more suo scribit *Fælicis ;* Rosweyd. *Appuliæ*, omitto alias hujusmodi minutias. Antverp-Maj. legit, *sanctorum martyrum Felicis*, etc., et ante *occisione*, deest particula *in*. Maxima varietas est in ultimo elogii membro. Rosweyd. Greven. et Molan. legunt : *Felix quinquagesimo sexto anno virgo obiit*, atque ea nitidior videtur scribendi ratio. Nihilominus aliam, tametsi magis impropriam prætulimus, *quinquagesimo sexto annorum*, cum Herinien. Antverp-Maj. et Pratensi codice, quod ea ad Adonem magis accedat, in quo melius et rectius legitur : *quinquaginta sex annorum*. Solus Antverp-Maj. bene legit *Vertavo*, Herinien. et Rosweyd. *Vertao ;* Greven. et Molanus, *Vercano ;* alii *Vertano*, etc. In apographo nostro Pratensi tertio loco adjungitur : *In Britannia, sancti Maglorii episcopi et confessoris.* Tornacen. habet : *Eodem die, sancti Maglorii episcopi et confessoris.* Alia phrasi eumdem ponit Muneratus, ut infra dicam. At ex reliquis fere omnibus codicibus satis evincitur, Maglorium ab Usuardo consignatum non esse.

Felicis et soc. OBSERVATIO. De variis sanctis *Felicibus* jam non semel egimus ; non semel quæ circa eos dubia occurrebant, dissolvere conati fuimus. Hic, quo de nunc sermo est, jam ad XXX Augusti in Observationibus nostris recurrit, eo die a Beda diserte consignatus ; melius sane quam a Rabano XXIX Augusti, et melius etiam quam a Romano parvo, Adone, et horum sequacibus huc translatus fuerit. Hæc sunt hodie Romani parvi verba : *Venusiæ, Felicis episcopi Tubzocensis, et Audactis et Januarii presbyterorum, et Fortunatiani et Septimi lectorum.* Eadem prorsus sociorum nomina, eamdem sedis episcopalis appellationem servat Ado, quamvis elogium plane describat ex Beda, qui tamen pro *Audactis*, legit *Audacti*, et *Septimini* pro *Septimi ;* quodque notandum est maxime, ubi Beda solam distantiam Tubzocam inter et Carthaginem in elogio subnectit, Viennensis ea prætermittens, de suo inserit : *Sunt autem honorifice sepulti inter Carthaginem et Uticam*, quæ Actis sancti Felicis conformia omnino non sunt. Ad Usuardum quod attinet, is brevius suum encomium præterita illa circumstantia, totum ex præfato Adone contraxit, quemadmodum et Notkerus, hic denuo signatas Kalendas uno die prævertens. Porro circa horum pugilum martyrii diem, sociorum vera nomina, eorum palæstram, circa tempus, circa Felicis episcopatum et id genus alia, plurima occurrunt intricata et controversa, fuse suo loco expendenda, de quibus videri interim possunt Baronius, tum in hodierna Notatione modice emendanda, tum in Annalibus tomo 2 anno CCCII a num. 118, unde Janningus noster, Romæ existens MDCXCVIII, rogatu Cardinalis Coloredi lectiones accepit formandas et disposuit ad usum ecclesiæ Venusinæ, anno proxime sequenti approbatas ibidem et editas. Item Ruinartius in Actis sinceris et selectis a pag. 374, et Tillemontius tomo 5 a pag. 202. Acta ipsa sane præclara usque adeo eruditis placuere, ut post Surium et Baronium ea rursum evulgaverint, et emendatiora reddere conati sint Lucas Acherius Spicilegii sui tomo 12 pag. 634, et Stephanus Baluzius tomo 2 Miscellaneorum pag. 77. Quin et Oxoniæ recusa dicuntur anno MDCLXXX. Adde brevem Castellani notulam. Quæ omnia conferenda erunt cum pluribus aliis Mss. ex variis bibliothecis apud nos collectis, ut suo loco copiose præstabimus. Satis hic sit, summa rerum capita ex instituto nostro cursim delibasse. — *Martini.* *Martinus Vertavensis* nullum Usuardo antiquiorem auctorem habet, sed ab eo vere consignatum, ex codicibus nostris plane liquet. Baronii notatio Martinum hunc confundit cum altero Martino Sanctonensi, relato ab Adone, non V Idus, sed VII Idus Decembris, quo die videnda Castellani observatio, uti et hodierna, utraque Martinos plures accurate distinguens. Hujus Vertavensis vitam editam invenio tomo I Actorum Ordinis sancti Benedicti a pag. 371, quam sequitur miraculorum liber, ejusdem verosimiliter auctoris, ubi et in appendice, altera vita et miraculorum relatio superadditur. Utrobique refertur ad annum circiter sexcentesimum ; unde mirum, Acta ejus iis annumerari, quæ subdititia censentur, tamquam eorum Sanctorum, qui ante sanctum Benedictum decesserint. Porro laudatus Castellanus in Martyrologii sui universalis interiori margine litteris Romanis notat annum obitus circiter DCCLXXXIX, in quo a Mabilionis sententia longe recedit, vocatque in ora extima Gallice *Saint Martin-le-seul*, veluti per characteristicam ab aliis Martinis discretivam. Acta penes nos Mss. sunt et varia, quæ cum præcitatis suo tempore recenseri poterunt et illustrari.

De Maglorio. *Maglorium* ad Usuardi textum nequaquam spectare, supra in Variantibus abunde ostendimus. Wandelbertus quadraginta sex martyres, qui ad diem sequentem pertinent, hodie sic memorat :

.... *quadragenos sexque triumpho,*
Romæ militia et sancto certamine claros.

AUCTARIA.

PRATEN. et TORNACEN. Utriusque excessum superius abunde recitavimus.

PULSANEN. In prima annuntiatione utcumque purus, secunda omnino caret ; quod huic codici insolitum non est.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Omnes deficiunt in ultima parte elogii sancti Felicis et sociorum, qua primi ætas indicatur. Omnes in fine adjiciunt : *Item sancti Vitalis ;* vel ut habet ULTRAJECT. *Item natale sancti Vitalis.* Puto ex Hieronymianis acceptum esse ; non enim verosimile, est, hic indicari Vitalem Felicis socium, qui in Actis memoratur. *Vitalis.*

MUNERAT. In textu non omnino purus, addit in fine : *Ipso die in Britannia, transitus beati Maglorii episcopi et confessoris.* Ita editio prima ; ast in altera subjungitur : *Cujus corpus honoratur et colitur in cœnobio divi Maglorii, civitate Parisius.* *Maglorii*

CENTULEN. *Apud Apuliam, civitate Venusia, sancti Felicis episcopi Tubozensis, et Audacis et Januarii dyaconorum, et Fortunati et Septimi lectorum, qui in occisione gladii consummati sunt. Parisius, sancti Maglorii episcopi et confessoris.* *Maglorii*

BRUXELLEN.

Bruxellen. Huc refert Africanos martyres, de quibus egimus xvi Octobris. Ita habet: *Marciani et soc.* *Apud Africam, natale sanctorum martyrum Marciani et Saturiani cum duobus fratribus eorum. Qui tempore Wandalicæ persecutionis sub Geserico rege Arriano, pro constantia fidei Catholicæ, primum nodosis fustibus cæsi, et usque ad ossa laniati sunt, et cum multo tempore talia paterentur, sequenti die semper incolumes reddebantur; novissime autem in exilii relegatione, vinctis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca silvarum, pariter jussi sunt interire, et currentibus indomitis equis, orando et psallendo pias animas emiserunt. Passa est etiam cum eis egregia Christi ancilla Maxima virgo, quæ tandem suæ libertati dimissa, postmodum mater multarum virginum Dei effecta, in confessione veritatis gloriosa consenuit. Apud Andronopolim, natale sanctorum Severi et Dorothei martyrum.* *Severi et Dorothei.* Vide Hieronymiana, die præcedenti. *Item, in Nemesia,* pro *Venusia, civitate Apuliæ,* etc., satis pure usque ad. *Quorum Felix quinquaginta sex annorum, virgo et martyr, duplicem coronam adeptus est. Apud Nicomediam, passio sanctorum Felicis, Paperiæ et Flaviani.* *Felicis, Paperiæ, etc.* Vide hic rursus Hieronymiana. *Vertano monasterio, depositio sancti Martini abbatis. Eodem die, depositio sancti Maglorii episcopi et confessoris. Item sancti Vitalis.* *Maglorii. Vitalis.* Vide dicta superius.

Hagenoyen. In prima non omnino purus, secundo loco memorat: *Apud Palestinam, natale sancti Hilarionis monachi et heremitæ, discipuli sancti Antonii magni, qui spiritu prophetiæ claruit et multas ab infidelibus persecutiones passus est, et tandem plenus bonis operibus migravit ad Dominum in pace. Cujus vitam beatus Jeronymus in Vita Patrum describit.* *De Hilarione.* Vide supra xxi Octobris. Hujus codicis auctor satis pro arbitrio Sanctos huc illuc transponit. En exemplum aliud ex xxiii Octobris: *Benedicti.* *In pago Pictaviensi, sancti Benedicti confessoris.* Rursus: *Domicii.* *In territorio Ambianensi, sancti Domicii, episcopi et confessoris. Vertago monasterio, sancti Martini abbatis. Item, sancti Vitalis martyris.* *Vitalis.*

Aquicinct. In fine addit: *Vitalis.* *Item sancti Vitalis. In pago Turonico, Lucas castro, sancti Senoch confessoris atque abbatis.* *Senoch.*

Daveronen. Post *Martini*, subdit: *De iisdem.* *Item, sancti Vitalis. Lucas castro, sancti Senoch confessoris.*

Matric-Cartus-Ultrajectin. *Euergisli. Maglorii.* *Euergisli, episcopi et martyris. Maglorii episcopi et confessoris. Martini abbatis et confessoris. Felicis episcopi et martyris cum sociis.*

Bigotian. signatus littera D. 9. *Fromundi.* *sancti Frotmundi martyris.* Castellanus vocat *Fromundum.*

Codex D. du Cheval. signatus littera C. *Amandi.* *Ipso die, sancti Amandi confessoris. Luciani, Marciani et Flori.* *Luciani, etc.* De his xxvi Octobris.

In Vatican. sub num. 5949. Deest *Martini.*

Altemps. *Dulcardi.* *In pago Bituricensi, sancti Dulcardi confessoris. Item sancti Fremundi martyris.* *Fromundi.*

Florentin. Primo loco: *In Florentino territorio, in Thuscia, passio santi Crescii martyris et sociorum ejus.* *Crescii et soc.* *Qui anno Domini* ccxlviii (potius sequenti) *sub persecutione Decii tyranni passi sunt in loco, qui dicitur Vallis cavæ, ubi in ecclesia sub titulo sancti Crescii requiescunt. Item sancti Vitalis.* *Vitalis.* *Sancti Macrenii* *Macrenii.* (nomen non recte exprimitur) *episcopi et confessoris. Item apud sanctum Marcum, translatio sanctorum martyrum Senatoris et Viatoris, Cassiodori et Lucæ abbatum.* *Translationis Senatoris, etc.*

Editio Lubeco-Col. Incipit: *Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Euergisli, ejusdem civitatis archiepiscopi et martyris, apud Tongerim civitatem sagittis interfecti. Hic precibus beati Severini archiepiscopi, cujus primus archidiaconus fuit, meruit audire in sublimi voces psallentium angelorum.* *Euergisli.* *Item Colonia, passio beati Jacobi episcopi Antiocheni et martyris, de conventu sanctarum undecim millium Virginum.* *Jacobi.* In Felice et sociis, Adonem ferme describit. Tum: *Treveris, sancti Severini primi episcopi et martyris. Item Treveris, sancti Felicis primi episcopi.* *Severini. Felicis.* In Martino, satis pura est. Dein: *Nicomediæ, passio sanctorum martyrum Vitalis, Papirii et Flaviani. Parisius, beati Maglorii episcopi et confessoris. In territorio Turonico, castro, quod Lucas dicitur, beati Enoch, abbatis.* *Vitalis, etc. Maglorii. Senoch.* Apud alios *Senoch. Eodem die, beatæ Odæ viduæ.* *Odæ.*

Belin. In prima editione similis est Antverp. et aliis codicibus supra. In secunda textum purum habet. Addit etiam *Vitalis*, et præterea: *In territorio Turonico, sancti Senec confessoris. Eodem die, sancti Maglorii episcopi et confessoris.* *Vitalis. Senoch. Maglorii.*

Greven. *Apud Coloniam Agrippinam, sancti Euergisli episcopi et martyris, qui licet* xviii *Kal. Octobris passus sit, ejus tamen martyrium hic festivius recolitur.* *Euergisli.* *Apud eamdem urbem, passio beati Jacobi Antiocheni episcopi et martyris, ex societate undecim millium Virginum.* *Jacobi.* *Treveris, beati Severini primi, episcopi et martyris. Nichomediæ, Severi martyris. In Nicea, natale sanctorum Vitalis, Felicis, Rogati, Flaviani, Papiri, Victoriæ.* *Severini. Severi. Vitalis, etc.* *Hierapoli Frigiæ, sanctorum Claudiani, Eucherii, Justi, Victoris et Flavini.* *Claudiani et soc.* *Ipso die, vel, secundum alios, sequenti, Bonefacii Papæ primi, qui sedit Romæ annis tribus, sepultusque est via Salaria juxta corpus beatæ Felicitatis. Hic constituit, servum Clericum non fieri, nec obnoxium curiæ, vel alicui rei.* *Bonifacii PP.* Hæc in Mosandri editione Adoni adscripta sunt. Sequitur autem: *Eracliani episcopi.* *Eracliani.* *Treveris, sancti Felicis primi episcopi et confessoris.* *Felicis.* *In Britannia, transitus sancti Maglorii episcopi Dolensis et confessoris.* *Maglorii.* *Qui beato Samsoni succedens, cum vita et signis clarus haberetur, monetur per angelum, solitariam vitam expetere, cumque superno parens nutui, in hoc proposito multos annos miraculis inclytus exegisset, in vigilia Paschæ obitum suum imminere angelo nuntiante didicit, atque ab eodem viaticum visibiliter accepit. Ab illo itaque die usque in diem vocationis suæ, nisi causa inevitabilis interpolasset, hunc semper in ore versum repetiit: Unam petii a Domino, hanc requiram,* etc. *In Hibernia, Daluath episcopi et confessoris.* *Daluath.* *In territorio Turonico, castro Lucas, sancti Enoch abbatis.* *Senoch.* *Columbani monachi.* *Columbani.* *Eodem die, festum beatæ Odæ viduæ.* *Odæ.*

Molan. In Maglorio describit Munerat. Tum: *Maglorii.* *Item sancti Vitalis. In territorio Turonico, sancti Senoch confessoris, in castro quod Luchas dicitur.* *Vitalis. Senoch.* *Item, sancti Euergisli episcopi Coloniensis et martyris, archidiaconi et successoris sancti Severini episcopi. Hic Tungris natus, martyr fuit et tumulatus.* *Euergisli.* Editiones aliæ superaddunt: *Die vigesima quarta, sanctorum martyrum Arethæ et sociorum.* *Arethæ et soc.*

VIII *Kal.* *Die* 25.

Militum 46. Romæ, natalis quadraginta sex militum, qui simul baptizati a Dionisio Papa, mox jubente Claudio imperatore decollati, ac via Salaria sepulti, ubi et alii martyres centum viginti unus positi sunt : inter quos fuerunt quatuor milites Christi, Theodosius, Lucius, Marcus et Petrus. *Theodosii et soc.* Eodem die Petragoricas civitate, sancti Frontonis, *Frontonis* qui Romæ, a beato Petro episcopus ordinatus, cum Georgio presbitero, quem per Apostoli baculum in itinere socium de morte recepit, ad prædictam civitatem veniens, magnam gentis illius multitudinem ad Christum convertit, et multis miraculis clarus, in pace quievit. Apud urbem Suessionem, sanctorum Crispini et Crispiniani, *Crispini et Crispiniani.* qui persecutione Diocletiani, post immania tormenta sibi illata, gladio trucidati, coronam martyrii consecuti sunt. Civitate Florentia passio beati Miniatis, *Miniatis.* sub Decio principe. Item civitate Gavalis, sancti Hilarii *Hilarii.* episcopi et confessoris.

Puri sunt *Praten. Antverp.* et *Max-Lubec.* et *Antverp-Maximus.*

VARIA LECTIO. In Antverp. et Max-Lubec. deest in principio τὸ *natalis.* Item pro *centum viginti unus*, solum legunt *centum viginti*, in quo ipsis consonat Antverp-Max. Atque hic pro *Petragoricas*, scribit *Petragoritas.* Rursus idem *Georgio* mutat in *Gregorio* ; et cum duobus aliis non *Suessionem* scribit, sed *Suessionis.* Antverp. et Max-Lubec. legunt, *coronam consecuti sunt*, omittentes *martyrii* ; et Antverp-Max. simplicius habet, *gladio trucidati, coronati sunt.* Demum in Antverp. et Max-Lubec. in ultimæ annuntiationis principio deest, *Item.* Minutiora neglecta sunt, ut *Dionisio, presbitero, Mineatis, Hilari, Hylarii,* etc.

OBSERVATIO. Prima annuntiatio duplex seu composita est, a Beda ex Actis sancti Xysti, ut testatur, primitus excepta. Alii S. Laurentii, alii S. Hyppolyti Acta adducunt, sed de iisdem loquuntur omnes. Ad primam partem quod attinet, ea etiam et quidem sola, omissis omnibus aliis, *Militum* 46. memoratur a Romano parvo : *Romæ via Salaria*, XLVI *militum, qui baptizati a Dionysio Papa, jubente Claudio decollati sunt.* Plura ex laudato Beda et ex ipsis Actis desumpsit Ado, tum in hac, tum in altera parte, quas Noster ad solitam suam brevitatem reduxit. Hieronymiana nihil habent de XLVI, sed *Maximum* nominant *et milites alios* CXX anonymos, *quorum nomina Deus scit.* Rabanus, Ado, Usuardus et Notkerus numerum servant a Beda determinatum CXXI, verosimiliter quod his adnumeretur *Maximus*, verum quatuor alios ex eadem turma nominatim exprimunt cum hac diversitate, *Theodosii et soc.* quod qui a Beda *Theodotius*, is ab omnibus aliis appelletur *Theodosius.* Quæ præter hæc dubia sunt, non indiligenter discutit ac solvere conatur Florentinius, et nos alibi operosius examinabimus. — *Frontonis.* *Frontonis* memoria ab Adone primum in sacras Tabulas relata est, totusque elogii contextus ex iis, ni fallor, Actis desumptus est, quæ Bollandus in Appendice ad tomum primum Januarii, pag. 1085 ex Bosqueto pronuntiat, *a nupero quodam et ridiculo scriptore, non ante* 40 *aut circiter annos, composita fuisse.* *Crispini et Crispiniani.* De Petri Catalogo haud dubium videtur, quin ibi lib. 9. cap. 109, nescio quis alius *Fronto abbas* cum hoc nostro confundatur. Multa alia apud Petrum ac apud alios et obscura et incerta sunt, ut videsis in Tillemontii commentariis tomo 4 a pag. 501. Ceterum Usuardi nostri elogium, merum est Adoniani compendium. — Illustres illi gemini Suessionenses Martyres sic a Beda consignantur : *Suessiones, natale sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani.* Florus elogium addidit, Rabanus longiorem historiam ex eodem, opinor, fonte, ex quo etiam sua sed diversa et breviori phrasi accepit Ado ; eam ex hoc magis contraxit Noster, Notkerus verosimilius ex Rabano. Celeberrimorum pugilum memoria antiquior est in codicibus Hieronymianis : *Galliis, Sessionis* vel *Sessonis, Crispini et Crispiniani*, additis sociis, qui aliunde divulsi videntur. Quam ætatem Acta redoleant, alibi discutiemus. Ea apud Mombritium edita sunt, a Surio nonnihil contracta, a nobis primigeniæ phrasi *Miniatis.* restituenda, illustranda, et, si fieri potest, contra recentiores criticos vindicanda. — De *Miniate* nihil apud vetustiores usquam reperio, nec satis conjicere possum, unde eum Usuardus acceperit ; neque enim Acta a Surio vulgata vidisse existimandus est, qui tam jejune de eo loquitur. — Non ma*Hilarii.* gis notus apud antiquiores *Hilarius.* Suspicor tamen Usuardum codicem aliquem Hieronymianum auctiorem habuisse, qualis est hodie Corbeiensis, in quo solo legitur : *In Gavalis, depositio beati Hilarii episcopi et confessoris.* Et sic melius pro pago aut territorio quam pro civitate accipitur. Ceterum inde Noster haud dubie mutuatus eum est. Vide quæ ad Miniatem notarunt Baronius et Castellanus ; de Hilario nihil præterea, quod sciam, memoriæ proditum est. Vide notulam Motherii. Wandelbertus, qui pridie de XLVI militibus egerat, hoc die Hilarium ultimo loco celebrat, præmissis Crispino et Crispiniano, Chrysanto et Daria. Postremos duos etiam hodie referunt Rabanus primo loco, et ex eo Notkerus, quemadmodum et in Allatii ac Frontonis antiquis Kalendariis collocantur :

cantur; at Noster Adonem secutus, eos distulit ad I Decembris, ut ibi dicemus. Hic Wandelberti satis elegantes versus subjicio :

Octavum Crispinus habet cum Crispiniano,
Flammas qui passi, sævum vicere tyrannum.
Gemmas martyrii geminas festo veneramur eodem*
Chrysantum Dariamque, novo quos munere Christi,
Roma nunc vectos tumulis nova Cella venustat,
*Quam * Rheni celsis succedunt æquora silvis.*
Hilarius hic etiam nitet amplo præsul honore.

* Posset deleri *festo*.

* Lege *Qua*

AUCTARIA.

Celsini.

HERINIEN. Toto textu purissimus, subjicit, ut moris est huic codici, proprium Remense : *Ipso die, depositio sancti Celsini presbyteri et confessoris.* Vide Castellanum.

TORNACEN. In prima tertia et quinta purus, omittit secundam et quartam.

ANTVERP-MAJ. Deficit in sola annuntiatione quarta, in reliquo textu satis purus.

Maximi, etc. — *Chrysanti et Dariæ.*

ROSWEYD. Quarto loco inserit : *Item Romæ, Maximi et aliorum* CXX *militum.* Sequitur simpliciter : *Miniatis martyris.* Tum : *Romæ, natale sanctorum martyrum Crisanti et Dariæ virginis. Qui post multas, quas pro Christo lucrati fuerant passiones, jussi sunt a Numeriano imperatore via Salaria in arenario deponi et viventes terra et lapidibus obrui.* Jam diximus, hos ab Adone ad I Decembris translatos.

Chrysanti et Dariæ. — *Lupi*

PULSANEN. Hæc solum habet : *Natalis sanctorum martyrum Chrisanti et Dariæ virginis. Qui tempore Numeriani a judice Celerino Romæ passi sunt. Romæ, natalis quinquaginta et sex militum. Item civitate Cavalis, sancti Ylarii episcopi et confessoris.* Scribit et abbreviat modo suo.

MUNERAT. Pro XLVI *militum,* scribit, *natalis sex milium.* Alia in textu sunt non satis exacta. In fine : *Corboilo, sancti Lupi episcopi et confessoris.* Vide Castellanum.

Dedicationis Carnotensis.

GREVEN. Textui adscribit : *Apud Carnotum, dedicatio ecclesiæ sancti Joannis Baptistæ : et sancti Vincentii levitæ et martyris.*

Chrysanti et Dariæ. — *Bonifacii I PP.*

ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERGEN. et DANIC. Incipiunt : *Romæ, sanctorum Crisanti et Dariæ virginis. Qui post multas passiones jussi a Numeriano imperatore via Salaria in arenario deponi, atque illic viventes, terra et lapidibus obrui. Romæ, via Salaria, natale beati Bonifacii I Papæ. Hic constituit, servum clericum non fieri, nec obnoxium curiæ, vel cujuslibet rei.* Dubitari fere posset an hæc postrema Adoniana non sint. Certe Notkerus de Bonifacio agit, Mosander illum etiam posuit; Rosweydus autem ad XXIV Octobris eum in appendicem rejecit. Sequitur in citatis codicibus textus fere purus.

LOVANIEN. Puritati proximus est, solum enim deficit in Frontonis elogio.

Textus mutilus. — *De Crispiniano, etc.*

CENTULEN. *In Galliis civitate Suessionis, passio sanctorum Crispini et Crispiniani martyrum, qui sub Maximiano crudeli examinatione decertarunt. Petragoricas, sancti Frontonis episcopi, ab urbe Roma illuc directi. Ipso die Romæ, militum quadraginta sex, quos Papa Dionysius baptizavit, et mox jubente Claudio, decollati sunt. Civitate Gavalis, sancti Hilarii episcopi et confessoris.*

De iisdem

BRUXELLEN. *Apud Urbem Suessionis, natale sanctorum Crispini et Crispiniani. Qui sub persecutione Dyocletiani, beatum Quintinum secuti post immania tormenta a Rixiovaro præside sibi illata, cæsi gladio coronantur.* In Frontone nonnihil etiam ex Adone interpolatus est. *Apud Florenciam civitatem, passio beati Nimetis* (Miniatis) *sub Decio Cæsare. Romæ via Salaria, natalis sanctorum martyrum Crisanti et Dariæ virginis. Qui cum nullo genere tormentorum vinci possent, tandem Numeriano imperatore jubente, pro Christo terra et lapidibus obruti sunt. Romæ via Salaria, natale sancti Bonifacii Papæ, qui constituit, ne servus aut curiæ obnoxius clericus fieret.* In Hilario satis purus est. In fine : *Apud Bituricas civitatem, Ambiliaco monasterio, beati Dulcardi confessoris.* Castellanus scribit *Amiliaci*, Gallice *Amblis.*

Chrysanti et Dariæ. — *Bonifacii.* — *Dulcardi.*

De Crispino, etc. — *Bonifacii.*

HAGENOYEN. Pro XLVI, habet, XLVII *militum,* in reliqua annuntiatione satis purus. Sequitur : *Apud urbem Swessionem in Gallia, passio sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani. Qui fuerunt nobiles genere de Perside, et fugientes persecutionem Maximiani, quam fecit Christianis in Oriente, ad eamdem civitatem devenerunt. Et tunc cum victum et vestitum non haberent, ad artem sutoriam animum suum posuerunt et pauperibus gratis laboraverunt, et mercede carentibus, et omnibus; et omnibus sutoribus prævaluerunt. Et ob invidiam* (aliorum) *accusati quod Christiani essent, et non negaverunt, et ideo sub Dyocletiano per Rictiovarum præsidem immania tormenta passi sunt, et ad ultimum gladio jugulari jubentur.* De Bonifacio habet ferme ut supra. Pro *Miniate*, scribit *Mymate.* De Frontone et Hilario, die sequenti.

Spani. — *Benigni et soc.* — *Bonifacii.*

AQUICINCT. In fine : *In pago Turonico, sancti Spani martyris.* Ita et alii scribunt, vel *Sperani*, etc.; Castellanus, *Hispadii*, Gallice *Epain. Eodem die, sanctorum Benigni et Beati cum sociis eorum.* Vide nomina etiam vernacula apud Castellanum. Deinde recentiore manu : *Romæ, sancti Bonifacii Papæ. Hic constituit, clericum non fieri.... obnoxium cuilibet rei.* Hiulcus sensus est, quem supra integrum habes.

Bonifacii. — *Chrysanti, et Dariæ.*

VICTORIN. Secundo loco inserit : *Item Romæ, sancti Bonifacii Papæ. Hic constituit, ut servus nullo modo clericus fieret.* Et in fine : *Item Chrysanti et Dariæ martyrum.*

Lupi. — *Sperani.*

DAVERONEN. *Baiocas, sancti Lupi episcopi et confessoris. In pago Turonico, sancti Sperani martyris.* Vide in AQUICINCTINO.

Bonifacii.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Crispini et Crispiniani martyrum. Bonifacii Papæ et confessoris. Romæ,* XLVI *militum martyrum. Frontonis, episcopi Petragoricensis.*

Spani.

CLUNIACEN. et ALTEMPS. Scribunt ut codex AQUICINTINUS, supra citatus : *In pago Turonico, sancti Spani martyris.*

Lupi.

REG. SUECIÆ signatus sub num. 428. *Corboilo, sancti Lupi episcopi et confessoris.* Vide MUNERATUM, DAVERONENSEM, etc.

Bonifacii. Chrysanti, etc.

REG. SUECIÆ signatus sub num. 138. *Item Romæ, Bonifacii Papæ. Item Chrysanti et Dariæ martyrum.*

In VATICAN.

Translationi Bartholomæi.

In VATICAN. num. 5949. Deest *Miniatis* et *Hilarii*. Adjicitur : *Translatio sancti Bartholomæi de insula Lipari in Beneventum.*

Gravini.

FLORENTIN. Primo loco : *Apud Florentiam, passio sancti Miniatis martyris, cum sociis suis, qui sub Decio tyranno passi sunt anno Domini* CCXLVIII. Haud dubie paulo serius. *Apud Sardiniam in civitate Turritana, sancti Gravini militis et martyris, qui passus est sub præside Barbaro, sub persecutione Diocletiani et Maximiani imperatorum.* In Romano habentur *Protus* et *Januarius*. Vide Observationem nostram XXX Maii. *Romæ, sancti Bonifacii Papæ V, qui*, etc. Vide hæc supra Bonifacio I adscripta.

Bonifacii.

Translationis Albini.

BURDEGALEN. *Andegavis, translatio sancti Albini*. Natalis est I Martii.

Translationis Simeonis.

LUXOVIEN. *Translatio sancti Simeonis, episcopi et confessoris, Metensis ecclesiæ pastoris piissimi.*

Celsini.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Remis, sancti Celsini, discipuli sancti Remigii.*

De Bonifacio.

EDITIO LUBECO-COL. De Bonifacio, jam supra dictis adjungit : *Qui rexit ecclesiam annis tribus.* Et præterea : *Etiam decrevit, ut nulla mulier aut monacha pallam sacratam altaris tangeret aut lavavaret. Qui sepultus est juxta corpus sanctæ Felicitatis.* Sequitur prima et secunda annuntiatio satis pura. Tum. *In Galliis, civitate Suessionis, passio sanctorum fratrum Crispini et Crispiniani. Qui cum essent nobilissimi Romani propter fidem Christi dilatandam a Roma egressi* (sunt,) *ut eamdem fidem alibi prædicarent. Et quocumque pervenerunt, nullus eos hospitio recipere dignabatur, et ob hoc ergo artem sutoriam didicerunt, ut pauperibus subvenirent, qui quidquid ex officio lucrati sunt, præter victum, totum pauperibus elargiti sunt. Hi inventi quod Christiani essent, fustibus sunt cæsi atque ad trocleas extensi, digiti eorum subulis transfixi, et de dorsis eorum ora præcisa, et sic diversis tormentis vexati, sub persecutione Diocleciani et Maximiani, præsule Rictiovaro agente, gladio trucidati, glorioso martyrio coronati sunt.* In Miniate et Hilario satis pura est. De Beato, Benigno et sociis eorum, ut supra CODEX AQUICINCTINUS.

De Crispino, etc. — *Benigni et soc.*

Dulcardi.

Demum : *Bituricas, sancti Dulcardi confessoris.*

Chrysanti, etc. — *Beati, etc.* — *Spani.* — *Celsini.*

BELIN. Incipit a Chrisanto et Daria ferme ut ROWEYD. supra. Tum : *Item Romæ, natale sanctorum Marci et* XLVI *militum* ; etc. Frontonem ponit ultimo loco. Et in altera editione superaddit : *Eodem die, Beati et Benigni cum sociis eorum.* Deinde : *In territorio Turonico, Spani.* Denique *Remis, Celsini*, ut supra.

De Bartholomæi translatione. — *Luciani, etc.* — *Beati, etc.* — *Translationis Joannis.* — *Lupi.* — *Marnoci.* — *Dulcardi.* — *Translationis Chrysanti, etc.*

GREVEN. In fine : *Ipso die secundum Vincentium lib.* 26, *translatio sancti Bartholomæi Apostoli, de insula Liparitana Beneventum facta anno Domini* DCCCVIII. *Romæ, sanctorum martyrum Maximini et aliorum* CXX. *Eodem die, vel secundum alios sequenti, Nichomediæ, sanctorum Luciani, Martiani, Flori, Heracli, Tuti, Florini. Beati et Benigni martyrum, aliorumque cum ipsis. In Anglia, translatio sancti Johannis Eboracensis episcopi et confessoris. In Normannia, sancti Lupi episcopi Baiocensis et confessoris. Marnoci episcopi et confessoris. Bituricas, sancti Dulcardi confessoris. Item, translatio sanctorum martyrum, Crisanti et Dariæ, ab urbe Roma ad monasterium Eystia.*

De Theoderico, etc. — *Chrysanthi, et Dariæ.* — *Benigni, etc.* — *Spati.* — *Celsini.* — *Lupi.* — *Bonifacii.* — *Diodori.* — *Dulcardi.* — *Martiani et Martyrii.*

MOLAN. Post *Petrus*, ex Adone aliis litteris adjicit : *Hi videntes ad se venire armatos, rogabant, ut primi decollarentur. Scriptum est in passione sanctorum Sixti, Laurentii et Hippolyti.* In fine de Chrysantho et Daria, fere ut ROSWEYD. *Eodem die, Benigni et Beati cum sociis eorum. In territorio Turonico, sancti Spati martyris.* Vide AQUICINCTINUM. *Remis, sancti Celsini confessoris et presbyteri, discipuli beati Remigii.* De Lupo ut MUNERATUS. *Bonifacii Papæ, qui sedit Romæ annos tres. Hic sepultus est via Salaria, juxta corpus sanctæ Felicitatis. Hic constituit, servum*, etc. Editiones aliæ in ipso textu præfigunt : *Chrysanti, Dariæ, et Diodori presbyteri*, etc. Post *Petrus*, idem quod supra. Item, in fine, Benigni et Beati ; Spati et Celsini, ut supra. De Lupo, additur *Baiocensis episcopi*, etc. *Biturigæ, Ambiliaco monasterio, beati Dulcardi confessoris. Die vigesima quinta, sanctorum martyrum et notariorum Martiani et Martyrii. Romæ via Salaria, Bonifacii Papæ.* Vide superius.

VII *Kal.* — *Die* 26.

Rogatiani et Felicissimi. — *Rustici.*

Apud Africam, natalis sanctorum martyrum Rogatiani presbiteri et Felicissimi, qui persecutione Decii et Valeriani, illustri sunt martyrio coronati, de quibus etiam scribit beatus Cyprianus in epistola ad Confessores. Civitate Narbona, sancti Rustici episcopi et confessoris.

Ita *Praten. Herimen. Tornacen. Antverp-Major, Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In nævis hæret, ut *Aphricam, Affricam, Rogaciani, Ciprianus.* Poterat Antverp-Major e purorum numero excludi, quia tota hodierna annuntiatio, prima manu omissa est ; at cum ad oram codicis tota subinde adscripta et pura sit, locum hic ei dedimus.

Rogatiani et Felicissimi.

OBSERVATIO. *Rogatianus* et *Felicissimus* apographis Hieronymianis, Bedæ, Floro, Rabano, Wandelberto præteriti, ab auctore Romani parvi primum consignantur, his verbis . *In Africa Rogatiani presbyteri et Felicissimi martyris.* Quæ præterea paulo fusius et elegantius exponit textus noster, ea ex Adone ad verbum desumpta sunt, exclusa duntaxat magni Cypriani commendatione, ex epistola ejus 81 apud Viennensem recitata ; nimirum, inquit, *ut sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum... qui cum Felicissimo fratre nostro, quieto semper et sobrio, excipiens ferocientis populi impetum*, etc. Plures alias ejusdem Cypriani epistolas appellat Baronius in Notatione, et de præfatis Sanctis fusius tractat tomo 2 Annalium ad annum CCLIII num. 42 ; item CCLIV, num. 35 ; sed expressius ad CCLX, num 59 et 60 ; ubi receptæ Chronologiæ rationem videtur excedere, Sanctorum obitum,

tum, contra textus nostri auctoritatem nimium differens, qua forte causa, in hodierno Romano mutata Imperatorum nomina animadvertimus. Interim ex prædicta Cypriani epistola 81 potissimum eruisse videntur Martyrologi nostri, quod de *illustri martyrii corona* prædicant; an satis certo, non ausim asserere : nam si vera sunt, quæ accurate observat Tillemontius tomo 3 pag. 389, passos quidem constat Rogatianum et Felicissimum primo ipso *ferocientis populi impetu*; at in tormentis vitam posuisse, non item. Notkerus diversa ab Adone phrasi utitur, sed martyres etiam pronuntiare non dubitat. Castellanus contra, nullum ejus rei fundamentum se reperisse rotunde testatur. Quæ insuper de pluribus sanctis Rogatianis, quidni et Felicissimis, controvertuntur; et utrum hic Rogatianus idem sit, de quo loquitur Cyprianus ; deinde de mortis tempore, de utriusque gradu et officio, aliisque hujuscemodi, hæc, inquam, ad proprium locum rejicimus. — *Rusticus* Narbonensis mere Usuardinus est, a nullo antiquiori aut æquali hodie positus. Notatio Baronii paucis indicat, quæcumque circa vitam ejus aut gesta observari debent ex Hieronymi et Leonis epistolis, nec quidquam ultra memorat Catellus, inscriptionem adducens, quæ multorum eruditorum ingenia exercuit, alibi a nobis de integro examinandam. *Rustico.*

De Amando et Vedasto, in Adone.

In Adone, secundo loco habetur : *Commemoratio sanctorum episcoporum Vedasti et Amandi, quorum vita et mors plurimis extitit miraculis gloriosa.* De iisdem hoc etiam die canit Wandelbertus :

Pontifices fama, signis tumulisque coruscos
Septimus ostendit, vero de nomine Amandum,
Vedastumque simul, meritis et tempore junctos.

Alibi ostendimus, quam recte bini illi Præsules uno die conjungantur. Plura adjicit Notkerus de Vedasto, prius Tullensi presbytero, etc. Atque hic sistit Canisiana Notkeri editio, cum ex hoc die usque ad anni finem reliqua desiderentur. Porro Usuardus citata Adonis verba retulit vi Februarii, ut ibi diximus, hic utrumque tacitus prætermittens. Et de Vedasto quidem tacent etiam plerique codices recentiores; at de Amando aut ejus ordinatione, translatione, vel elevatione et ecclesiæ dedicatione, non pauci meminere, quos jam subjiciam. Vide quæ diximus vi Februarii.

AUCTARIA.

Amandi.

ROSWEYD. Subdit in fine: *Natale sancti Amandi episcopi et confessoris.*

Demetrii.

PULSANEN. Sic primam annuntiat : *Apud Africam, natalis sanctorum martyrum Rogatini presbyteri et Felicissimi. Item apud Thessalonicam, sancti Demetrii martyris.* Is est, opinor, qui colitur VIII Octobris. Sequitur de Rustico, pure.

Amandi. *Luciani et Flori.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Nihil de Rustico, sed ejus loco : *Ipso die, Amandi confessoris.* Et adjungunt eodem textu, *Luciani et Flori*, ut etiam invenies die præcedenti.

Luciani et Flori. *Amandi.* *Evaristi PP*

ANTVERP-MAX. et LOVANIEN. In prima satis puri, secundo loco : *In Nicomedia, sanctorum Luciani et Flori.* Horum socios vide in codicibus Hieronymianis. Ipsorum Acta inter Selecta recensuit Ruinartius a pag. 151, ubi consulenda prævia ejus admonitio. Tum : *Ipso die, elevatio sancti Amandi confessoris.* In Rustico puri sunt. Demum : *Item, sancti Euaristi Papæ et martyris.*

De Evaristo.

ULTRAJECT. Omnia eadem habet, nisi quod de Evaristo sic primo loco loquatur : *Romæ, natale sancti Euaristi Papæ. Qui quartus post beatum Petrum, Romanam Ecclesiam gubernavit sub Traino* (Trajano) *Principe martyrio coronatus, sepultus est juxta corpus beatri Petri in Vaticano.*

Evaristi.

LEYDENSIS et ULTRAJECTENSIS. Conveniunt; sed in fine repetunt : *Item, sancti Euaristi Papæ et martyris.*

Amandi

ALBERG. et DANIC. In hoc a proxime superioribus differunt, quod Rusticum omittant, et pro, *elevatio sancti Amandi*, simpliciter scribant : *Ipso die, sancti Amandi confessoris.* Quasi alium indicarent a Trajectensi episcopo.

Miniatis. *Polycratis.*

CENTULEN. *Apud Africam, sanctorum Rogaciani presbyteri et Felicissimi, sub Decio et Valeriano. Civitate Florentia, beati Minciatis, sub Decio.* Vide textum die præcedenti. Sequitur : *Apud Ephesum, sancti Policratis, episcopi egregii et nobilissimi viri.* Quis hic sit sanctus Polycrates, divinet qui potest, ego alium *Polycratem episcopum Ephesinum* non novi, præter eum qui in controversio de celebratione Paschæ Victori Papæ restitit, et excommunicatus est. *Civitate Narbona, sancti Rustici episcopi et confessoris. Cœnobio Helnone, translatio beati Amandi episcopi et confessoris.*

Translationis Amandi. *Ejusdem.*

BRUXELLEN. Sic incipit: *Translatio corporis beati Amandi episcopi et confessoris. Qui ecclesiam Trajectensem supra Mosam tribus annis rexit; et post, heremiticam vitam eligens, in quadam cella quindecim annis cilicio semper tectus et aqua etc.* desunt reliqua. Deficit usque ad XXXI Octobris.

Multa de Frontone. *De Evaristo* *Hilarii*

HAGENOYEN. *Apud Petragoricam civitatem, depositio sancti Frontonis episcopi. Qui Romæ a beato Petro Apostolo episcopus ordinatus est, cum Gregorio presbytero, quem per Apostoli Petri baculum in itinere socium de morte recepit vivum, et ad prædictam veniens civitatem, magnam illius gentis multitudinem convertit ad Christum. Iste cum Domino Jesu Christo beatam Martham sepelivit in specu, cujus cyrothecæ et annulus ejus ibi remanserunt, cum postea unam cyrothecam remiserunt cum annulo episcopali, aliam ibi servantes. Tandem post multa miracula et doctrinas salutares, obiit in pace. Romæ, natale sancti Euaristi Papæ et martyris. Qui quartus post beatum Petrum, Romanam rexit Ecclesiam annis decem, mensibus septem. Hic natione erat Græcus ex patre Judæo, nomine Juda, de civitate Bethlehem. Hic titulos in urbe Roma divisit Cardinalibus presbyteris et dyaconibus. Hic constituit, ut conjugium publice a præsentibus sponderetur et a sacerdote postmodum benediceretur. Hic martyrio coronatur sub persecutione Trajani imperatoris, et sepelitur juxta sanctum Petrum. In civitate Gavalis, natale beati Hylarii episcopi et confessoris.* De hoc et Frontone agitur die præcedenti. In fine habet : *Civitate Narbona, depositio sancti Rustici episcopi et confessoris.*

De Amando.

AQUICINCT. Post, *ad confessores*, inserit : *Translatio corporis sancti Amandi episcopi, et ordinatio episcopatus ejus, et dedicatio ecclesiæ ipsius.*

Amandi

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Item, sancti Amandi episcopi*, etc.

MATRIC-

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Rogatiani et Felicissimi. Euaristi Papæ et martyris. Rustici, episcopi et confessoris.*

CLUNIACEN. et ALTEMPS. *Luciani, Martiani et Flori.* De his Florus Martyrographus cum brevi elogio.

REG. SUEC. sub num. 428. *Eodem die, Florentii confessoris.* An is de quo agitur die sequenti?

CODEX D. LE MARE, sign. A. *Nivernis civitate, depositio sancti Trogeni confessoris.* Vult dicere *Trojecii*, Gallice *Troé*, qui colitur XVII Octobris.

VATICAN. Addit : *Thessalonicæ, sancti Demetrii martyris.* Vide PULSANEN. Forte apud Beneventanos et in aliis Italiæ partibus colitur hac die.

FLORENTIN. *Sancti Demetrii martyris. Romæ, sancti Euaristi Papæ... Ordinatio episcopatus sancti Amandi, translatio corporis et dedicatio ecclesiæ.*

BURDEGALEN. *Sancti Amandi confessoris. Luciani, Marciani et Flori.* Vide supra.

EDITIO LUBECO-COL. *Colonia Agrippina, in ecclesia sanctæ Mariæ ad gradus, festum adventus sanctæ Crucis Christi. Romæ, natale sancti Euaristi Papæ et martyris. Qui quartus post beatum Petrum Apostolum, Romanam gubernans Ecclesiam annis novem, sub Traiano principe martyrio coronatus, sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano. Hic constituit, ut conjugium a parentibus publice responderetur, et deinde a sacerdote solemniter benediceretur.* Vide melius in HAGENOYENSI. Sequitur de Africanis, satis pure. Tum : *Eodem die, sanctæ Pelagiæ virginis. Quæ cum peteretur a quodam nobili adolescente in conjugem, ipsa tonsis crinibus et habitu virili, clam aufugit et monasterium probatissimorum monachorum intravit, et in eo omnibus incognita usque ad mortem Deo devota servivit et tandem feliciter obiit.* Vide GREVENUM. De Rustico, bene. Dein : *In Nicomedia, natale sanctorum Luciani et Flori martyrum. Item in Nicomedia, sanctæ Ursæ virginis. Eodem die, translatio sancti Amandi episcopi Trajectensis superioris et confessoris.*

BELIN. Secundo loco : *Ipso die, Amandi confessoris. Luciani et Florii.* Et in fine : *Romæ, sancti Euaristi Papæ et martyris.*

GREVEN. *Jacob Patriarchæ. Item secundum aliquos hic, Euaristi Papæ, secundum Adonem vero et alios, die sequenti. Qui sedit annos novem et sub Traiano, martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. Ipse titulos in urbe presbyteris divisit, septemque diacones, qui episcopum prædicantem custodirent, ordinavit. Demetrii martyris.* Tum : *Romæ, natale sanctorum Mariandri, Luci, Victi. Ipso die, secundum alios autem* V. *Kal. in Phrygia, sanctorum Tharsi, Policarpi, Gaii, Metrobi, Eumeniæ, Januarii, Terrei, Corminii. Apud Ephesum, Policarpi episcopi et confessoris.* Si quis istius nominis episcopus Ephesinus fuit, non magis in Ecclesia cultum habet, quam Polycrates, de quo supra. Sequitur : *Beati episcopi. Translatio sancti Amandi episcopi Trajecti superioris, confessoris. Colonia Agrippina ad gradus Mariæ, adventus magnæ portionis sanctæ Crucis. Apud Augustam Retiæ oppidum, conversio beatæ Aphræ, quæ cum esset meretrix et beatum Narcissum recepisset hospitio, ab eodem conversa est.* Colitur V Augusti. *Nicomediæ, sanctæ Ursæ virginis, Item secundum aliquos hic, Margaritæ virginis, quæ et Pelagia. Alii habent eam Id. Octobris.* Implexum negotium. Eadem est, opinor, quæ in EDITIONE LUBECO-COL. vocatur *Pelagia.*

MOLAN. *Ipso die, Luciani et Florii. Romæ, sancti Euaristi Papæ et martyris. Commemoratio sancti Vedasti et Amandi, quorum vita et mors plurimis virtutibus extitit gloriosa.* Typis minoribus : *In Glasconia, depositio Ceolfridi abbatis et confessoris.* Editiones aliæ, de Luciano, etc ; item de Evaristo, ut in prima. Tum : *Trajecti ordinatio episcopatus sancti Amandi ; et Elnone cœnobio, translatio corporis ipsius ab ecclesia sancti Petri et Pauli in basilicam sancti Stephani Protomartyris, agente beato Eligio pontifice ; atque dedicatio ejusdem basilicæ. Laubiis, elevatio sancti Ermini episcopi. Die vigesima sexta, commemoratio magni terræ motus.*

VI *Kal.* *Die* 27.

In Hispaniis civitate Abula, passio sanctorum Vincentii, Sabinæ et Cristetæ, qui primo adeo in equuleo sunt extensi, ut omnes compages eorum membrorum laxarentur, deinde capita eorum lapidibus superposita, usque ad excussionem cerebri, validis vectibus sunt contusa, atque ita martyrium compleverunt, agente præside Daciano. Eodem die apud Tile castrum, sancti Florentii martyris.

Sumitur ex *Praten. Munerat. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Præcipua diversitas in eo occurrit, quod multi codices, etiam probatissimi, ut Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. et reliqui, textui aut præfigant aut subjiciant : *Vigilia Apostolorum Simonis*, vel *Symonis* et *Judæ*. Dubites utrum ea annuntiatio Usuardina non sit, præsertim cum in Adone disertissime ponatur. Ego certe Usuardo adscribendam persuasissimum haberem, si in citatis codicibus uniformitas servaretur, qua deficiente, alios præferendos judicavi, ut iterum dicam XXXI Octobris. In Munerato male est *Abulla*, ceteri passim *Abula*, tametsi Romanum parvum et Ado scripserint *Abela*. Forte melius scriberetur *Christetæ*, sed codices nostros secuti sumus. Molanus transposuit voces *membrorum eorum*. Praten. legit *Datiano*, melius cum communi Munerat. *Daciano* ; male Greven. et Molan. *Dociano*.

In apographo nostro Pratensi sub finem additur : *Ipso die, inventio seu translatio sancti Vincentii levitæ et martyris.* Verum cum ea verba lineolis subducta sint, ex Sirmondi præmonitione patet, ea ad marginem recentius esse adjecta.

OBSERVATIO.

Vincentii et soc.

OBSERVATIO. Martyres plures *Vincentii* nomine illustres passim commemorantur, at forte vix ullus, de quo pauciora et minus genuina exstent monumenta antiqua, quam de hoc Abulensi duabusque ejus sororibus *Sabina* vel *Savina* et *Christeta;* sic enim et ipsas vocat Ruinartius inter sincera et selecta pag. 389, qui forte Acta vidit, qualia penes nos sunt a Papebrochio descripta ex pervetusto codice D. Canonici Joly Parisiis, in quibus passi dicuntur v Kal. Novembris seu XXVIII Octobris : quæ si sincera existimasset, edere procul dubio non prætermisisset. Ceterum hæc aut similia habuit Martyrologus Viennensis, cum elogium ejus inde acceptum videatur, quod Petrus in Catalogo retulit, lib. 9 cap. 114, ubi pro *Christeta* scribit *Christina*, quodque totum Noster etiam transumpsit, mutatis solum vocibus *Abela* in *Abula*, *Christetes* in *Cristetæ*, et *supposita* in *superposita.* De Actis ipsis quid censeam si me roges, malo judicium tantispere suspendere, quam quidquam temere definire, tametsi sufficientia occurrant vestigia, quæ satis ostendant, ad aliorum Actorum imitationem, aliquot post eorum passionem seculis, fabricata aut saltem exornata ; adeo ut Tamayus de Salazar, cetera in corradendis omnibus satis facilis, non exiguam eorum partem rescindendam putaverit. At inde nec hilum detraxeris vetustissimo juxta ac celebratissimo tota Hispania inclytorum martyrum cultui, quorum prima, ni fallor, memoria ex Romano parvo profluit : *Abela civitate, Vincentii, Sabinæ et Christetes martyrum.* Florus etiam eos diserte consignat die sequenti his verbis : *Ipso die, passio sanctorum Vincentii, Sabinæ et Christetæ, qui passi sunt in urbe Avila.* Elogii reliqua ex solito Adoniano fonte, sed alia phrasi exprimuntur. Adde Wandelbertum, cujus metricum elogium legi meretur :

Hinc sextum martyr pugnans Vincentius ornat,
Christete hoc pariter Sabinaque virgo triumphat.

Florentii.

Sequitur in Adone : *Eodem die apud Tyle castrum, natale sancti Florentii martyris ;* et hæc totidem verbis in laterculum nostrum translata sunt, mutato *Tyle* in *Tile.* Est Apud Adonem Mosandri, *Florentius* alius confessor, de quo in Auctariis plura recurrent. Dum autem et Hieronymiana *Florenctis* alicujus vel *Florenti* meminere, quid velint non satis explicant. Quæro qui in his tenebris lucis aliquid affundant, sed hactenus non invenio, nisi Saussayum audire velimus, locum, tempus, martyrii genus, etc., memoriter recitantem. Nec quidam solidæ explicationis afferunt, quæ apud nos per conjecturam a Rosweydo, ni fallor, notata sunt, de hoc Florentio Thebæis adscribendo, ejusque martyrii palæstra collocanda in *Tiel*, oppido Geldriæ Vahali fluvio adsito, in quam opinionem facile Belgæ inclinant. Sufficere potest, mea quidem sententia, Florentius unus Thebæus ad tractum Rheni, de quo egimus x Octobris. Nec vero ad Euphratem, aut in Ponto, nec in Africa, aut Hispania quærendum puto *Tile* vel *Tyle* castrum, sed verosimiliter in Burgundia, ubi Gallice vocatur *Trichateau*, Lingones inter et Divionem, ut accuratius expendit noster Motherius in observatiuncula ad hunc diem, a curioso lectore omnino consulenda. De Actis nostris et Sanctis ipsis plurimum promerebitur qui tum de Vincentio et sororibus, tum de Florentio certiora documenta subministrabit ; certiora, inquam, quam sint Higueriana, Dextrina et id genus commenta a Tamayo congesta, quæ nec nominata hic vellem, nisi vel eo recurrere me coegisset puriorum fontium penuria.

Evaristi in Adone.

Tertio loco in Adone ponitur *Euaristus Papa,* sub Trajano martyrio coronatus, de quo die præcedenti in Auctariis abunde egimus. Ejus etiam meminit Florus ; at ab Usuardo plane prætermissus est.

AUCTARIA.

Vigiliæ Simonis et Judæ.

HERINIEN. Incipit : *Vigilia Apostolorum Simonis et Judæ.* Cetera purissimus.

Ejusdem.

TORNACEN. Purus, subdit : *Ipso die, vigilia Apostolorum Simonis et Judæ.*

Desiderii. Vigiliæ.

ANTVERP-MAJ. Textui etiam puro subnectit : *Anticiodoro* (Autissiodoro), *S. Desiderii episcopi et confessoris. Et vigilia Apostolorum Simonis et Judæ.*

Luciani. Rumoldi. Rictrudis. Vigiliæ.

ROSWEYD. Secundo loco inserit : *In Nicomedia, Luciani martyris.* Vide die præcedenti. In Florentio, purus est. Tum : *Rumoldi martyris,* Vide infra. *Rictrudis virginis.* Vult dicere *sanctimonialis et abbatissæ,* quæ tamen vidua et beatæ Eusebiæ mater fuit, coliturque XII Maii. *Vigilia Apostolorum Simonis et Judæ.*

De eadem.

PULSANEN. *Vigilia Apostolorum Simonis et Judæ.* In secunda deest elogium. In ultima purus est.

De eadem.

ANTVERP. ET MAX-LUBEC. Puri in textu, addunt etiam : *Ipso die, Vigilia Simonis et Judæ.*

De eadem.

ANTVERP.-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ET DANIC. Omnes incipiunt : *Vigilia Apostolorum Simonis et Judæ.* In textu puri.

Ivonis.

ALBERGEN. In fine adjicit : *Item, sancti Yvonis confessoris.* Infra, expressius est *translatio.*

Vigiliæ. Florentii monachi.

CENTULEN. *Vigilia Apostolorum Simonis et Judæ. In Hispaniis, civitate Helbora, sanctorum Vincentii, Sabinæ, et Christetæ martyrum. In pago Pictaviensi, sancti Florentii presbyteri et monachi.* Is est qui in Martyrologiis nostris ponitur XXII Septembris, quemque superius in Adone Mosandri repeti hoc die diximus, quod etiam fit in aliis codicibus Usuardinis. Variæ hujus Sancti translationes, variæ de sacro corpore concertationes, diversis hisce festivitatibus facile occasionem dederint, cum et aliis etiam mensibus recolatur. Quid si hæc fortasse fuerit prima corporis Rodium in Picardiam advectio. Sequitur in citato codice : *Autisiodoro, sancti Desiderii episcopi et confessoris. Eodem die apud Tile Castrum, sancti Florentii martyris. Cœnobio Blandinio, adventus sanctæ Amelbergæ virginis.*

Desiderii. Adventus Amelbergæ.

BRUXELLEN. Jam dixi codicem hunc deficere usque ad diem XXXI Octobris.

HAGENOYEN. Scriptoris oscitantia omissus est dies VI Kalend. Novembris, et diei sequenti præfigitur VI Kal. ubi scribi deberet V Kal.

De Evaristo.

AQUICINCT. Incipit : *Romæ, Evaristi Papæ et martyris. Hic titulos in urbe divisit presbyteris, et septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum prædicantem.* Vide GREVENUM die præcedenti. Ibidem pro *Florentii*, habetur *Florentiani.*

VICTORIN.

Evaristi. Vigiliæ.

VICTORIN. *Romæ, sancti Evaristi Papæ. Hic titulos divisit in Urbe presbyteris, et septem diaconos constituit qui custodirent episcopum. Vigilia Apostolorum Simonis et Judæ.*

Florentini monachi.

AMBIANEN. *In pago Pictavo, natalis sancti Florentini presbyteri et monachi, maximæ sanctitatis et innocentiæ viri.* De eodem, opinor, *Florentio* agitur, de quo dixi ad CENTULENSEM.

Vigiliæ. Pharonis

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Vigilia. Pharonis episcopi et confessoris.* Vide de eo die sequenti. *Vincentii, Sabulæ* (Sabinæ), *et Christetæ martyrum. Florentii martyris.*

Evaristi.

REGINÆ SUEC. signatus num. 130. Adjicit *Romæ,, sancti Euaristi Papæ*, etc.

De eodem

VATICAN. Adjicit : *Romæ, natalis sancti Euaristi Papæ, qui præfuit Ecclesiæ annis tredecim, et martyrio coronatus est sub Traiano.*

Geltrudis. Translationis Ivonis. Proti et Januarii.

FLORENTIN. *Item, sanctæ Geltrudis* (MEDICÆUS *Gertrudis*, an non et melius *Rictrudis ?) virginis. Apud Britanniam, translatio* (MEDICÆUS *ordinatio) sancti Ivonis confessoris, magnæ sanctitatis viri. Apud Sardiniam civitate Turritana, sanctorum martyrum et fratrum Proti presbyteri et Januarii diaconi, sub præside Barbaro, tempore Diocletiani et Maximiani.*

Florentii monachi.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Pictavensi, sancti Florentii presbyteri et monachi.*

Vigiliæ. Florentii et aliorum. Ivonis Desiderii.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Vigilia sanctorum Apostolorum Simonis et Judæ.* Sequitur de Vincentio, Sabina et Christeta, pure. Deinde : *Apud Tyle castrum, sanctorum Florentii, Eraclii, Flori et Tuti martyrum.* Hæc est disparatorum confusio. *Ipso die, commemoratio beati Yvonis presbyteri et confessoris. Antisiodoro, depositio sancti Desiderii episcopi et confessoris.*

Vigiliæ. Ivonis.

BELIN. In textu variis nævis deformis, in fine supperaddit : *Item eodem die, Vigilia Apostolorum Simonis et Judæ. Eodem die, sancti Ivonis confessoris, de tertio Ordine Fratrum Minorum.*

Vigiliæ Suffragiani. Eucharii. Mariani, etc. Eumeni, etc. Rumoldi Florentii. Desiderii. Frumentii. Orani. Translationis Ivonis. Rictrudis. Inventionis Vincentii.

GREVEN. *Vigilia Apostolorum Simonis et Judæ. Apud Carthaginem, natalis sancti Suffrasiani* (prima editio melius ordinata est.) *Ipso die, sancti Eucharii episcopi et martyris. In Sardinia, sanctorum Mariani, Prothi et Januarii. In Phrigia, Eumeni et Canonis. Rumoldi episcopi et martyris relatio. In pago Pictavensi, sancti Florentii episcopi.* Vult dicere, ni fallor, *presbyteri*; alias Florentii Pictavienses geminarentur. *Desiderii episcopi Antisiodorensis et confessoris. Apud Indiam, sancti Frumentii episcopi, qui ab Athanasio Alexandrino illuc episcopus directus, cum pene totam Indiam superiorem Christi fidei subjugasset, vita et signis inclytus quievit in pace. In Hibernia, Orani episcopi et confessoris. In Britannia minori, translatio sancti Yvonis confessoris, jurisperiti, advocati pauperum. Rictrudis virginis. Ipso die, inventio corporis Vincentii levitæ et martyris.*

Relationis Rumoldi. Translationis Ivonis. Evaristi Rictrudis cum filia. Adventus Amelbergæ Vigiliæ. Frumentii. De Amando. De Eusebia, et Gertrude Inventionis Vincentii.

MOLAN. *In Mechlinia, relatio Beati Rumoldi episcopi et martyris. Eodem die in Britannia, translatio sancti Ivonis confessoris ; in utroque jure doctoris, de Ordine pænitentium beati Francisci. Romæ, Evaristi Papæ ; qui sedit annos novem. Sub Traiano martyrio coronatur, sepultus in Vaticano. Hic constituit duos in Urbe presbyteros et septem ordinavit diaconos, qui custodirent episcopum prædicantem. In loco qui dicitur Marcinas, sanctæ Rictrudis cum filia Eusebia. In Blandinio, adventus corporis sanctissimæ virginis Christi Amelbergæ.* Tum : *Item eodem die, vigilia Apostolorum Simonis et Judæ.* Dein typis minoribus : *Quæ observatione jejunii celebratur.* Tum : *Apud Indiam, sancti Frumentii episcopi, qui ab Athanasio*, etc.; ut GREVENUS. Editiones aliæ : *Item eodem die, Vigilia*, etc. De translatione Ivonis, ut supra. Sequitur : *Elnone, commemoratio ordinationis beati Amandi. Quæ licet die præcedenti, sicut et translatio corporis, et ecclesiæ dedicatio facta fuisse credatur, tamen hac die specialius recolitur.* De Rumoldo, ut supra. Tum : *Eodem die elevatio corporum sanctarum Eusebiæ atque Gertrudis.* De adventu Amelbergæ, ut supra. Demum minoribus typis : *Ipso die, inventio corporis sancti Vincentii levitæ et martyris.*

V *Kal.* *Die* 28.

Simonis et Judæ.

Natalis beatorum Apostolorum Simonis Chananei et Thadei, qui et Judas dicitur : e quibus Thadeus apud Mesopotamiam; Simon vero apud Ægyptum traditur prædicasse. Inde simul Persidam ingressi, cum innumeram gentis ipsius multitudinem Christo subdidissent, martyrium consummaverunt. Romæ, sanctæ Cirillæ filiæ Decii Cæsaris, quæ sub Claudio principe pro Christo jugulata et necata est gladio. Civitate Meldis, sancti Faronis episcopi et confessoris. Parisius, translatio sanctæ Genovefæ virginis.

Cyrillæ. Faronis. Translationis Genovefæ.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp.-Max-Lubec.* et *Greven.* Cum *Antverp.* et *Max-Lubec.* conveniunt *Antverp-Max. Ultraject. Leyden.* et *Lovanien.*

VARIA LECTIO. *Symonis* scribunt aliqui, sed in hoc nomine uti et *Chananeo* et *Thadeo* potiorem codicum partem secutus sum. Antverp. Max-Lubecanus, etc., de Thadeo habent, *qui et Judas Jacobi legitur*, ut ferme est in Adone. Major in explicanda prædicatione varietas. Antverp-Maj. post, *Simon vero*, omittit particulam *apud*. Antverp. Max-Lubecanus, etc., sic legunt : *Quorum Simon apud Ægyptum, Thadeus apud Mesopotamiam prædicavit.* Omnes passim scribunt *Cirillæ*, ut in textu est. Greven. posuit *jugulata atque necata est.* Herinien. omisit *et necata.* Antverp-Maj. pro *translatione*, habet : *Parisius, sanctæ Genovefæ virginis.* De *Persidam* vel *Persidem*, *Faronis* vel *Pharonis*, etc., nihil opus est plura subjicere.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. Apostolorum *Simonis* et *Judæ* celebritas in Martyrologiis nostris Latinis (nam quid Græci statuant, toto hoc opere non curavimus) in nostris, inquam, Martyrologiis hoc die passim conjungitur. Sic imprimis apographa Hieronymiana : *Et natalis sanctorum Apostolorum, Symonis Chananei et Judæ Zelotis.* In Indiculo Apostolorum plura legenda censet Florentinius pag. 160. ubi alios dies colligit, quibus in iisdem apographis ambo Apostoli, ob diversas forte causas, simul recoluntur. Subjungit porro binas exercitationes satis longas ad explicanda dubia, confusa et implexa, quæ circa horum Apostolorum nomina, agnomina, consanguinitatem cum aliis, prædicationem, martyrium, etc., non pauca nec levia occurrunt, quæque talia sunt, ut hic breviter expediri omnino non possint. Tu Florentinium ipsum et Baronii Notationes consule, uti et Tillemontium tomo I a pag. 399. Quod instituti hujus nostri proprium est, reliquos Martyrologos atque una textus nostri scaturiginem indicabimus. Apud Bedam hæc strictim leguntur : *Natale sanctorum Apostolorum Simonis et Thadei*, quæ ferme a Rabano descripta sunt. Romanum parvum brevius : *Simonis et Thadei Apostolorum*. Ado in Martyrologio : *Natalis sanctorum Simonis et Judæ*. At in Festivitatibus Apostolorum rem fusius prosequitur, unde nimirum Usuardus totum suum elogium contraxit. Inter alia eos ibi Viennensis redarguit, *qui putant, Simonem Apostolum unum de duodecim, ipsum esse qui sub Trajano crucem passus est.* Non desunt tamen, qui hæc et alia etiamnum tueantur. Verum, ut jam dixi, controversiæ illæ alterius et operosioris indagationis sunt, quam ut hic jejune delibentur. Audiatur postremo Wandelberti encomium : *Simon et Judæ.*

Simonis et Judæ præcellit quintus honore,
Quos opulenta Deo Persis mittente receptos
Fidos martyrio, et signis tumulare patronos
Promeruit ; fidei cultrix si deinde fuisset.

Habet Romanum parvum secundo loco : *Romæ, Cyrillæ filiæ Decii Cæsaris.* Venerabilis Beda ex sæpe citatis sancti Laurentii Actis pauca adjecit, quæ a Rabano et Adone transumpta sunt, nulla usquam Deciorum facta distinctione. Noster primam partem verosimiliter ex Adone accepit, quæ martyrium explicat, alteram de sepultura, a Justino presbytero procurata, intactam reliquit. Audi hic etiam Wandelbertum : *Cyrillæ.*

Cæsare nata micat Decio hic Cyrilla, beatis
Virgo animis, et cui Decius haud editor esset.

Ex his patet invaluisse pridem historiam illam, de qua in Triphonia locuti sumus die XVIII Octobris, quamque alibi diligentius discutiemus — De *Farone*, alias *Burgundofaro* Meldensi, nemo præter Usuardum meminit. *Faronis.* Habuit insignis ille antistes e consanguineis suis Sanctum non unum. Porro Acta sub Hildegarii nomine a Mabilione edita sunt seculo 2 Benedictino a pag. 606, brevius a Surio. Exstant apud nos plura, et diffusiora et contractiora, quæ tamen cum editis non omnino conveniunt. Omnium inter se collatio materia erit disquisitionum, in Actis nostris subsecuturarum. Vitam a Fulcuino, ut aiunt, carmine scriptam necdum vidi. Habe interim unicum de eo Wandelberti versiculum :

Hic etiam Matronæ colitur per littora Pharo.

Ad III Januarii illustrem virginem *Genovefam* cum Usuardo retulimus, proprio ipsius die natali. *De translatione Genovefæ.* Ibi Bollandus plures alias in ejus honorem festivitates enumerat, inter quas et hæc translatio, a sancto Eligio, anno DCXXX verosimiliter facta, recensetur, ab Usuardo certissime posita, quidquid a Molano, nescio ob quem scrupulum, inter accessiones rejiciatur. Hæc pro re nostra abunde dicta sunto, cetera vide apud Bollandum, et scriptores ab eo citatos. Nec desunt recentiores, ex quibus nonnulla fortasse notari poterunt in Supplemento Januarii.

AUCTARIA.

TORNACEN. Textum habet totum et omnino purum, excepta annuntiatione tertia de sancto Farone.

ROSWEYD. Rubricis majusculis incipit. *Natale beatorum Apostolorum Symonis et Judæ.* Deinde pergit : *E quibus Thadeus apud Mesopotamiam Simon vero*, etc. Hinc post *subdidissent*, inserit : *a pontificibus templorum occisi, martyrium*, etc. *De Simone et Juda.*

PULSANEN. In prima annuntiatione utcumque purus, caret ceteris omnibus.

MUNERAT. In omnibus satis purus, in fine de Genovefa superadjicit : *Cujus corpus honoratur et colitur in cœnobio Apostolorum Petri et Pauli, in monte Parisius.* *De Genovefa.*

MOLAN. In ceteris purus, omittit, scrupulosior ut dixi, annuntiationem ultimam.

ALBERG. et DANIC. In textu etiam satis puri, adjiciunt : *Eodem die.* (ALBERG. *natale sancti Ferrucii martyris.* Vide MOLANUM, infra. *Methis civitate, sancti Terentii episcopi et confessoris.* *Ferrutii.* *Terentii.*

CENTULEN. *Natale beatorum Apostolorum Symonis Zelotis et Judæ, qui Taddeus dicitur, et Judas Jacobi scribitur. Romæ, beatæ Cyrillæ virginis. Quæ fuit filia Decii Cæsaris, quam Claudius imperator decollari jussit. Meldis, sancti Pharonis episcopi et confessoris. Parisius, translatio gloriosæ virginis Genovefæ, quæ mirabili virtute et sanctitate claruit.* *Textus contractus.*

HAGENOYEN. Mutatis Kalendis, hodie scribit hoc modo. VI Kalend. Novembris : *In Perside, natale beatorum Apostolorum Symonis et Judæ. Isti duo Apostoli aliis nominibus nominantur. Symon vocatur Cananeus vel Zelotes;* (in quo recte sane observat) *Judas vero dictus est Tatheus* (Thadæus) *et in Ecclesiastica hystoria ipse vocatur Lybeus* (*Lebbeus* vel *Lebbæus*.) *Hi duo Apostoli fuerant fratres* (saltem unus) *Jacobi minoris et filii Alphei et Mariæ Cleophæ. Quorum primus, id est Symon in Ægypto prædicavit et multos ad fidem convertit, miracula plura fecit, ecclesias fundavit, et sacerdo-* *De Simone et Juda.*

tes ac episcopos illic constituit. Judas vero beato Thomæ Apostolo fuerat associatus, et cum eo tres Reges, qui Domino in cunalibus munera obtulerant, convertit. Abagarum regem a lepra curavit et convertit, et plura ibidem miracula fecit, et ecclesias ibidem ædificavit. Deinde in Mesopotamia et in Ponto prædicans (prædicavit,) *et gentes illas indomitas et belluinas suo dogmate instruxit. Demum Judas in Ægyptum venit ad fratrem suum Symonem, cum quo perrexit in Persydem, ubi duos magos et Aroen et Arfaxat confundebant. Xertem regem Babylonis cum sexaginta milibus virorum, exceptis mulieribus et parvulis baptizaverunt ; ubi per annum et tres menses manserunt, et ecclesias ædificaverunt, pontifices et sacerdotes statuerunt et multum populum ab errore converterunt, et postmodum in Swanyr civitate tenti sunt, ubi preceperunt a demonibus exire de ydolis et illa confringere, quod et fecerunt. Tunc pontifices in Apostolos irruerunt et subito occiderunt.* Habes hic vulgatorum Actorum

De Cyrilla compendium. *Romæ, beatæ Cyrillæ virginis, filiæ Decii junioris, Cæsaris, quæ cum matre sua Typhonia, post mortem patris sui, Christiana effecta est ; et sub Claudio imperatore pro fide Christi decollata est.* *Fidelis.* *Item, sancti Fidelis martyris.* *Joseph.* *Item, sancti Joseph filii Jacob, translati in Britanniam.* *Terentii.* *In Methis civitate, depositio sancti Terencii episcopi et confessoris.*

Aquicinct. *Parisius, translatio sanctæ Genovefa* An in ceteris purus sit, non liquet.

Codex Ursini a Rosemberg. *Metis civitate,* *Terentii* *sancti Terencii episcopi et confessoris.*

Ambianen. *Ambianis civitate, depositio sancti* *Salvii* *Salvii episcopi et confessoris. Qui Teuderico rege Gallus imperante, sanctitate et gratia plenus, pontificatum ejusdem loci obtinuit. Cujus corpus Mostoriolo vico translatum et digno cum honore decenter est adornatum.* Vide Castellanum.

Matric-Cartus-Ultraject. *Simonis et Judæ Apostolorum. Cyrillæ, filiæ Decii Cæsaris, virginis et martyris.* De Farone, pridie.

In Vatican. sub num. 5949. Deest Faronis et Genovefæ; ut habetur in extracto.

Altemps. *Monstroilo monasterio, sancti Silvii episcopi et confessoris.* Vide Ambianensem.

Remens. SS. Timothei et Apollinaris. *Suessio-* *Divitiani.* *nis, depositio sancti Divitiani episcopi et confessoris.*

Editio Lubeco-Col. In prima satis pura, in *De Cyrilla.* secunda adjicit ex Adone : *et sepulta a Justino presbitero, cum matre sua juxta sanctum Hyppolitum.* *Tharsi, etc.* In Pharone pura est. *In Phrygia, sanctorum Tharsi, Policarpi, Gaii, Eminii, Januarii, Terrei, Cormini et Florentii martyrum.* Nomina confusa sunt ex Hieronymianis, die præcedenti. *Eodem die, natale sancti Ferrucii martyris.* *Ferrutii.* *Octava beatæ Ursulæ et sodalium ejus undecim millium Virginum.* *Octavæ Ursulanarum.* In translatione Genovefæ, pura.

Belin. In textu non omnino purus, in fine adjicit : *Civitate Cumis, sancti Fidelis martyris.* *Fidelis* Vide Martyrologium Romanum.

Greven. *Octavæ sanctarum undecim milium Virginum.* *Octavæ Ursulanarum.* *Beatus Pharo per sanctam Pharam sororem suam ad contemptum seculi adductus, uxore sua Blidechilde, sacro velamine consecrata, ipse ex Comite palatino, fratri suo beato Walberto, in pontificatu Meldensis ecclesiæ successit. Cum autem tempore quodam ante carcerem transiens, vinctorum clamores audisset : Exite, inquit, liberi, eo quod pœniteamini, statimque vincula eorum soluta sunt. Tandem cum* LXVI *annis in multa sanctitate præfatam ecclesiam rexisset, quievit in pace.* *De Farone.* *In Lucania, Quinti, Feliciani, Sancincti.* *Quinti, etc.* Vide hæc melius die sequenti. *Ferrutii martyris.* *Ferrutii.* *Felicis martyris.* *Felicis.* *Methis, depositio sancti Therentii episcopi et confessoris.* *Terentii.* *Bodinis confessoris.* *Bodonis.* *Item beati Chilleni, qui de Scotia a sancto Pharone in provinciam Atrebatensem missus, ipsam sana sua doctrina et miraculorum signis Christo acquisivit. Inter quæ, cum præfato Pharone corpus reficiens, vas vitreum casu confractum oratione redintegravit.* *Chilleni.* *Translatio sanctæ Cuneræ virginis et martyris, ex societate undecim milium Virginum.* *Translationis Cuneræ.* Vide quæ dicta sunt XII Junii.

Molan. Post *Chananæi* aliis litteris textui inserit : *qui et Zelotes scribitur.* In fine : *Parisiis, translatio sanctæ Genovefæ*, etc., ut habet superius

Muneratus. *Civitate Cumis, sancti Fidelis martyris.* *Fidelis.* *Eodem die, dedicatio basilicæ sancti Lamberti martyris. Facta est autem hæc dedicatio sexto anno episcopatus Baldrici nostri episcopi, a sanctissimo viro Dei Hereberto Coloniensi archiepiscopo.* *Dedicationis Lamberti.* *Item, sanctæ Cuneræ virginis, quæ martyrium consummavit in oppido Reensi.* *Cuneræ.* De Terentio, ut supra. *Terentii.* *Eodem die, depositio beati Dodonis monachi, discipuli sancti Ursmari episcopi.* *Dodonis.* Editiones aliæ, de Fideli et Cunera, ut prima. *Eodem die, commemoratio sancti Ferrutii martyris, quam Lullus archiepiscopus Moguntinus, motus celeberrimis miraculis, in Lætantium cœnobium, quod Bleidenstadt vocant, magno cum honore transtulit.* *Ferrutii.* *Famæ, depositio beati Dodonis* etc. De Terentio, ut supra. *Die vigesima octava, sanctorum martyrum Terentii et Neonilis, et sancti patris Stephani, Sabæ et poetæ.* *Terentii et aliorum.* De Genovefa hic habet, ut est in puro textu. Demum : *Leodii, dedicatio basilicæ sancti Lamberti martyris*, etc., ut in priori, excepta voce *nostri*, quæ hic excluditur.

IV *Kal.* *Die* 29.

Narcissi. Hierosolimis, natalis beati Narcissi episcopi, quem sanctitate, patientia ac fide laudabilem fuisse, historia narrat Ecclesiastica. Ipso die apud Sidonem *Zenobii.* urbem, beati Zenobii presbiteri, qui sub novissimæ persecutionis acerbitate, martyrio coronatus est. *Jacincti et soc.* In Lucania provincia, sanctorum martyrum Jacincti, Quinti, Feliciani et Lucii.

Ex *Praten. Herimen. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. De *Hierosolimis*, dicta sufficiant. Ejusdem ferme generis sunt *Narcissi, paciencia, hystoria, Sydonem, Synodem, Senobii, Ffeliciani*, etc. Rosweyd. verba nonnihil transposuit, in *Ecclesiastica narrat historia*, Difficultas est, quomodo de Zenobio scripserit Usuardus, qui Adonem

phrasim

certissime præ oculis habens, in eo legit : *Qui persecutione Diocletiani martyrio coronatur*, quam phrasim ex codicibus nostris secuti sunt Antverp. Max-Lubec. Belin. et recentiores plerique; contra alii : *Qui sub novissimæ persecutionis*, etc. Dicendum omnino, mutationem ab Usuardo factam, qualem in textu servavimus. Munerat. ante *Zenobii*, omisit *beati*, et ante *novissimæ*, particulam *sub*. In altera Belini editione est *Lucana*, pro *Lucania*, in utraque deest *provinciæ*. Solus idem scribit *Hiacinthi*, sed ceteri omnes *Jacincti*, exceptis Herinien. et Munerat. qui *Jacinti*, et Antverp Majore qui *Jacingti* posuit. Max-Lubec. hoc nomen præteriit. In Hieronymianis invenies, *Sanccinti* et *Sacinti*. An ex his satis commode efformetur *Hiacynthus* vel *Hyacinthus*, non definio; probatissimorum codicum lectioni hic uti et alibi inhæsimus.

Narcissi. OBSERVATIO. *Narcissus* Hierosolymitanus, ab aliquibus *Magnus* cognominatus, a Gerundensi, qui sanctam Afram Augustanam convertit, distinctissimus est, ab Eusebio variis locis celebratus ut in Notatione Baronii legere est. At ne multa sparsim requiras, pleraque omnia ab Adone in ejus laudem inde congesta invenies. Hic vero ex Romano parvo eum accepit, ut in Alexandro factitasse notavimus ad XVIII Martii, cum utriusque memoria in sacris Fastis ibi primum consignata sit. Sic igitur in ipso præfato fonte habes : *Narcissi Jerosolymorum episcopi, viri sanctitate et patientia ac fide laudabilis*. Quæ fere textus nostri verba sunt ex præfato Adone transumpta. Secessum ejus ab episcopatu in solitudinem, propter enormem impiorum hominum calumniam, ejusdem subinde reditum, et Alexandro successori divinitus designato, ob grandævam CXVI annorum ætatem, factam verosimiliter cessionem, cursim explicat Papebrochius in Chronologia Episcoporum Hierosolymitanorum ante tomum 3 Maii; at vitæ totius seriem paulo accuratius ex Eusebio et aliis deducit Tillemontius tomo 3 a pag. 177. Videri etiam potest Motherii ad hunc diem Notula.— *Zenobius* in historia Eusebii lib. 8 cap. 13 *presbyter apud Sidonem et medicorum omnium præstantissimus*, cum Tyrannione Tyriorum episcopo Antiochiam ductus, et hoc, *in profundum mare demerso, cruciatibus forti animo immortuus* dicitur. Inde ipsum aut ex Rufino transtulit auctor Romani parvi, his verbis : *Sidonæ, Zenobii presbyteri et martyris*. Hinc in Adonem, ex hoc in Nostrum transiit, sub ea phrasis diversitate, quam in Variantibus notavimus. Quod autem in Romano moderno additur, *alios*, nempe, *ad martyrium exhortatum* fuisse, id certe ex Eusebio a nobis citato educi non potuit. Sumpta fortasse est præfata adhortatio ex Adonis textu, de quo egimus XX Februarii ubi et Tyrannionem et Zenobium male cum martyribus Tyriis confusos ostendimus. Ex antiquioribus Martyrologis nec de Narcisso, nec de Zenobio quisquam meminit, excepto Wandelberto, qui postremo ita cecinit : *Zenobii.*

Presbyter hinc retinens quartum Zenobius ornat.

Jacincti et soc. Ultima classis, Adoniana non est, sed ex Hieronymianis et a Rabano et ab Usuardo plane transumpta, non servata tamen omnino nominum conformitate ; quod mirari nemo debet, cum in codicibus illis ipsis diversitas sit, de qua in Variantibus locuti sumus. Porro *Lucaniæ* provinciæ, non *Lucanæ* aut *Lucensi urbi* adscribendos Martyres, merito fatetur Florentinius, quidquid alii somnient. Cetera huc spectantia apud ipsum legere poteris, atque inter alia, sanctum Gregorium Papam, dum de Hiacyntho aliquo meminit, non hunc, sed alium indicare, qui in Sabinis celebris sit, colaturque IX Septembris, quo die de eo et sociis cum Usuardo dictum est. Errat autem laudatus Florentius, dum asserit, Usuardum *Julii* scripsisse pro *Lucii*.

Theodarii Adonis. Ultimo loco in Adone refertur : *Depositio sancti ac beatissimi Theodarii, abbatis*, etc. ; sed eum in genuino Usuardo non invenies, utpote qui hunc et plures alios Viennenses Sanctos et hic et alibi prætermisit. In auctario Molani reliquam annuntiationem Adonianam dabimus, ex qua colliges, translationem potius hoc die, quam depositionem ab Adone recoli, licet in codicibus nostris aliis, passim natalis memorari videatur.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima et tertia annuntiatione satis purus, caret secunda de Zenobio.

De Narcisso. ANTVERP-MAX. ULTRAJECTIN. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERGEN. et DANIC. De Narcisso, textui ex Adone superaddunt : *Qui cum vidisset in vigilia Paschæ oleum luminaribus deesse, jussit ministris aquam ferre, et omnibus videntibus, aqua benedicta in oleum conversa est*. De Zenobio scribunt cum aliis : *sub Diocletiani persecutione*, etc.

Textus mutilus. CENTULEN. *Natale sancti Narcissi Jerosolimorum episcopi, viri sanctitate et patientia ac fide laudabilis. Apud Sidonem urbem, sancti Zenobii presbyteri et martyris.*

HAGENOYEN. De Narcisso cum ANTVERP-MAX. ferme convenit, adjungens præterea : *Et naturam elementorum in eodem facto mutavit* In Zenobio, satis purus est. Tum ex die præcedenti : *In civitate Meldis, sancti Faronis episcopi et confessoris.* *Faronis* *Eodem die, sancti Ferrucii martyris. Parisius, translatio sanctæ Genovefæ virginis. Quæ translatio facta est die præcedenti, sed hic recolitur. In provincia, civitate Lucania, sanctorum martyrum*, etc *Item in Gundalnyzaviæ* (an forte vult dicere, *in Augusta Sueviæ?*) *sancti Narcisci episcopi et martyris, qui convertit sanctam Afram*. Videantur Acta XVIII Martii. *Ferrutii* *Translationis Genovefæ.* *De Narcisso Augustano.*

AQUICINCT. Subdit in fine : *In territorio Viennensi, natalis sancti Teuderii confessoris*. Ado legit *Theodarii* ; alii codices aliter. *Teuderii*

VICTORIN. et REGINÆ SUEC. sign. num. 130 : *In pago Viennensi, sancti Theuderici confessoris* In codice REGINÆ SUECIÆ est *Teuderii*. *Theuderici.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Narcissi episcopi et confessoris. Ermelindis virginis, quæ pro castitate patriam reliquit*. Vide Castellanum. *Ermelindis*

VATICAN signatus num 5949 Adjicit *Capuæ, natale sancti Germani episcopi et confessoris, cujus animam in spera ignea ab angelis ferri in cœlum beatus pater Benedictus vidit*. Vide die sequenti. *Germani*

ALTEMP-IAN. *In pago Viennensi, sancti Caulerii confessoris.*

confessoris. Ex scriptoris oscitantia, et positio et Sanctus ipse duplicari videntur, cum procul dubio *Theoderii.* sit idem *Theuderius*, vel *Theodarius*.

Ejusdem. LUGDUNEN. *In territorio Viennensi, sancti Theuderii confessoris.*

Terentii. BURDEGALEN. *Sancti Terentii episcopi et confessoris.* Vide die præcedenti.

LUXOVIEN. *In Gallia, civitate Vienna, depositio* *Theodarii.* *sancti, ac beatissimi Theodorii abbatis.*

EDITIO LUBECO-COL. In textu similis est ANTVERP-MAX. etc. Tum : *Apud Augustam Sueviæ,* *Narcissi Augustani.* *natale sancti Narcisci episcopi et martyris. Hic illi civitati a Deo missus, et ibidem beatam Afram cum suis puellis convertit.* Hic forte ponitur occasione Narcissi Jerosolymitani, cum quo a Petro in Catalogo et ab aliis perperam confusus est. Jam diximus de eo actum esse XVIII Martii. *In Gallia* *Terentii.* *Methis civitate, sancti Therentii episcopi et confessoris, ammirandæ bonitatis viri, decimi ejusdem urbis pontificis.* Vide die præcedenti. *Vienna civitate* *Theodarii.* *in Gallia, depositio sancti Theodori* (pro *Theodarii*) *Adventus Ewaldorum.* *abbatis. Eodem die, adventus capitum sanctorum duorum Ewaldorum presbyterorum et martyrum.*

GREVEN. *Apud Augustam Retiæ civitatem, na-* *De Narcisso Augustano.* *talis beati Narcissi episcopi et martyris. Qui tempore Diocletiani, præfatæ civitati a Deo missus, beata Aphra cum suis puellis conversa, totam provinciam Christi Euangelio complevit, ipseque postmodum illustre martyrum duxit.* Vide quæ nuper- *Quinti. Sociocti. De Victore. Apiani.* rime notavimus. *Quinti martyris. Item Sociocti. Apud Xanctis, translatio sancti Victoris, ducis ex legione Thebeorum. Apiani episcopi et confessoris.* *Honorati.* *Honorati episcopi et confessoris.* *Abdiæ.* *Abdiæ episcopi et confessoris, qui a sanctis Apostolis Symone et Juda ad fidem conversus, eorumdem passionem Hebraice* *Theodarii.* *conscripsit ac in pace quievit. Viennæ, depositio* *De Ewaldis.* *beatissimi Theodarii abbatis. In Monasterio, ad-* *Aquilinæ.* *ventus capitum sanctorum duorum Ewaldorum, presbyterorum et martyrum. Aquilinæ virginis et* *Ermelendis. Eldetrudis. Kenneriæ.* *martyris. Ermelindis virginis. Eldetrudis virginis. Kenneriæ virginis.*

Ermelindis. MOLAN. *Villa Meldricis, sanctæ Ermelindis* *Apiani.* *virginis, Eodem die, sancti Apiani episcopi et con-* *Honorati.* *fessoris. Item sancti Honorati episcopi et confessoris. Et in castro, quod Lensis appellatur, sancti* *Vulgani.* *Vulgani episcopi et confessoris. Ipso die, sanctæ* *Rictrudis.* *Rictrudis. Eodem die, translatio secunda beati* *Translationis secundæ Vincentii.* *Vincentii confessoris. In Gallia, Vienna civitate, sancti Theodarii episcopi et confessoris, et trans-* *Theodarii.* *latio ipsius in loco, qui dicitur vallis Rubiana. Do-* *Dodonis.* *donis confessoris, cujus corpus quiescit apud monasterium in Fama.* De quo iterum die præcedenti. Deinde minoribus typis : *In civitate Patavien-* *Maximiliani et Valentini.* *si, triumphus sancti episcopi Maximiliani martyris et Valentini confessoris.* Editiones aliæ de Ermelinde et Vulgano idem habent. De Theodario ponitur sola depositio, omissa translatione, et rectius scribitur *abbatis*, non *episcopi*. *Die vigesima* *Abramii.* *nona. sancti patris Abramii. In cœnobio Sonegiacas, eodem die, translatio secunda beati Vincentii confessoris.* Vide quæ de ipso diximus XIV Julii. Rursus minoribus typis, sed alio nonnihil modo : *In civitate Pataviensi, triumphus sanctorum episcoporum, Maximiliani martyris, et Valentini confessoris.*

III *Kal.* *Die* 30.

Martyrum 220. **A**pud Africam, natalis sanctorum martyrum, numero ducentorum viginti. *Marcelli.* Civitate Tingitina, passio sancti Marcelli centurionis, qui capitis abcisione martyrium consummavit sub Agricolano, agente vices præfectorum præto- *Serapionis.* rio. Antiochiæ, sancti Serapionis episcopi, eruditione clarissimi.

Soli omnino puri inveniuntur : *Herinen. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *abscisione* et hujusmodi variationibus non loquor. Duæ sunt notabiliores, in quibus a fonte differt rivus, ab Adone Usuardus, cum nempe primarii quique et probatissimi codices scribant *Tingitina* et *Agricolano*, pro *Tingitana* et *Agricolao*, ut diserte alter legerat. Ex purorum ab omni parte codicum numero exclusi sunt multi, et imprimis Pratensis, in quo in fine adjungitur: *Ipso die, sancti Germani, Capuani episcopi;* atque ad marginem, quod in apographo nostro subductum est : *Item, sancti Lucani martyris*, quæ in codice B textus partem faciunt. Ducem sequuntur soliti codices Antverp-Maj. Rosweyd. et Aquicinct. sed alia et auctiori phrasi, ut de additamento non dubites.

Martyrum 220 OBSERVATIO. *Anonymorum phalangem ducentorum viginti sacrorum militum omnia Latinorum fere Martyrologia hoc die venerantur*, inquit Florentinius. At omnia illa Martyrologia reducuntur ad Hieronymiana aliqua apographa; item Romanum parvum, his verbis: *In Africa, martyrum* CCXX. Hinc ad Adonem, deinde ad Nostrum, qui solitum ductorem descripsit. Apud antiquos alios hi Martyres noti non sunt; solus Wandelbertus, nescio quo verosimili fundamento, centurioni Marcello, tamquam eorum antesignano, pugilum turmam subjunxit, his versibus :

Terno Marcellus, Christi galeatus amore,
Centuriam cœlo dignam geminamque sacravit,
Martyribus bis centum et bis denis comitatus.

Marcelli. Hæc plane gratis a Wandelberto connexa, evidenter ostendunt sincera et genuina sancti *Marcelli* Tingitani martyris Acta a Surio hodie, a Baronio ad annum CCXCVIII in principio, et recentius inter Selecta a Theodorico Ruinartio edita et notis illustrata a pag. 311, Gallice vero deducta a Tillemontio tomo 4 a pag. 575. Multa de illustri hoc Martyre tradunt scriptores Hispani; quo autem jure eum sibi ut popularem vindicent, aut quo filios duodecim itidem martyres eidem tribuant, suo loco disputabitur, quemadmodum et de aliis, a Baronio hic obiter notatis. Primus inter Martyrologos

Marcellum

Marcellum sic memorat Romani parvi auctor: *Tingitana, Marcelli centurionis et martyris.* Mirum est, tam jejunum encomium ab Adone concinnari, cum tamen Acta ipsa non ignorasse videatur; aptissimum certe putavit Usuardus, quod in textum suum integrum transferret, iis dumtaxat mutatis, quæ in Variantibus observata sunt. Porro qui ab Adone *Agricolaus*, a Nostro *Agricolanus*, ab aliis *Auriculanus*, appellatur. De *Cassiano*, gloriosi hujus martyris occasione, ad fidem Christi converso et subinde pari laurea coronato, cujus Acta primus in lucem protulit laudatus Ruinartius, atque Marcellianis attexuit, agetur die III Decembris. — *Serapionem* Antiochenum nullus in Fastos Christianos retulit ante Adonem, cujus verba Usuardus modice contraxit. Vita, gesta et scripta ex variis antiquorum, potissimum Eusebii locis colligenda sunt, ut jam non incuriose præstitit Tillemontius tomo 3 a pag. 168. Videndus etiam Hieronymus de Scriptoribus Eccl. cap. 41 et ibi Autberti Miræi scholia, quibus præluxit Baronius, tum in Notatione hic, tum in Annalibus, præsertim ad annum CXCI. *Serapionis.*

Felicianus, nescio quis, cum sociis, et *Germanus Capuanus*, Mosandri et Rosweydi judicio, Adoni abjudicantur. Utrum postremus Usuardinus sit, supra abunde declaravimus. Est in Rabano solus *Pontianus* Papa, de quo Florus pridie meminit. Vide XX Novembris.

AUCTARIA.

PRATEN. De eo et altero item Pratensi codice signato B, dixi in Variantibus.

Lucani. TORNACEN. In fine textus puri: *Eodem die, sancti Lucani martyris.*

Germani. ANTVERP-MAJ. In textu cum ceteris purus, sic subjungit: *Ipso die, sancti Germani Capuani episcopi, cujus animam pater Benedictus vidit*, et tum erasis aliquibus, infra lineam ponitur, *in cælum deferri.* Plures de eodem agunt, hac vel nonnihil diversa phrasi.

De eodem ROSWEYD. Paulo ampliori phrasi, ita adjicit: *Ipso die, sancti Germani Capuani episcopi cujus animam pater Benedictus vidit ab angelis in cælum deferri.*

De eodem. PULSANEN. Incipit: *Natalis beati Germani Capuani episcopi.* Tum, in prima et ultima purus, omittit secundam.

Saturnini. ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Puri in textu, adjiciunt: *Tolosa, sancti Saturnini.* Aliis est *translatio*; et recte, nam in Usuardo ponitur natalis XXIX Novembris.

Lucani. MUNERAT. In fine: *Eodem die, festivitas sancti Lucani martyris.*

Germani. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. In textu etiam puri, addunt: *Eodem die, sancti Germani Capuani episcopi, cujus animam pater Benedictus vidit in cælum deferri.* Ferme ut supra.

Germani. Jacincti, etc. Lucani. CENTULEN. *Apud Capuam, sancti Germani, cujus animam vidit sanctus pater Benedictus in sphera ignea ab angelis in cælum deferri. In Lucania provincia, sanctorum Jacincti, Quinti, Feliciani et Lucii martyrum.* Ex die præcedenti, ut ibi videsis. *Eodem die, sancti Lucani martyris. Civitate Thingitana, sancti Marcelli centurionis, qui decollatus est pro Christo.*

Rogatiani et Felicissimi. Theodegarii. Theodori. Utrumque pro Theodarii. Wolfgangi. HAGENOYEN. *Apud Africam, natale sanctorum martyrum Rogaciani presbyteri et Felicissimæ*, (pro *Felicissimi*,) *qui sub persecutione Decii et Valeriani imperatorum, illustri sunt martyrio coronati. De quibus etiam scribit beatus Cyprianus in epistola ad confessores.* Multa sæpe turbat hic codex in ordine Kalendarum, Sanctos, ut alibi etiam diximus, pro mero suo libitu variis diebus consignans, quos alibi sic notatos nusquam reperit. De his Martyribus vide supra XXVI Octobris. Sequitur: *Item Theodegarii confessoris.* Crederes esse *Theodarii*, de quo die proxime præcedenti: sed postea ponit: *In Vienna, Theodori abbatis?* Tres textus annuntiationes satis puras refert. Tum superaddit: *Apud Ratisponam civitatem Bauriæ, depositio sancti Wlffangi episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Germani Capuani episcopi, viri per omnia laudabilis; cujus animam sanctus Benedictus abbas, pater nigrorum monachorum, ab angelis vidit in cælum deferri, ut dicit beatus Gregorius in secundo Dialogorum libro.* Adde cap. 35. *Germani.*

AQUICINCT. Post textum, subdit: *Ipso die, sancti Germani Capuani episcopi, cujus animam pater Benedictus vidit in cælum ferri. Eodem die, sancti Gervasii martyris.* Alii *translationem* signant; et recte, cum verus natalis dies sit XIX Junii. *Germani. Gervasii.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine: *Tolosa, sancti Saturnini. Capuæ, sancti Germani episcopi. Et Maximi martyris.* *Saturnini. Germani. Maximi.*

DAVERONEN. *Tolosa, sancti Saturnini martyris.* Vide supra ANTVERPIENSEM, etc. *Saturnini.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Germani Capuani episcopi. Serapionis episcopi et confessoris. Jeronis martyris in Egmonda.* Vide XVII Augusti in Auctariis. Tum: *Sanctorum martyrum ducentorum viginti.* *Germani. Geronis.*

BIGOTIAN. signatus P. 5. *Tolosæ, sancti Saturnini martyris.* De quo jam sæpius. *Saturnini.*

CLUNIACEN. *Eodem die, sancti Gervasii martyris.* Vide codicem AQUICINCTINUM. *Gervasii.*

REG. SUEC. sub num. 428. *Eodem die, festivitas sancti Lucani martyris. Civitate Capua, sancti Germani episcopi et confessoris*, etc. Ut jam sæpe ex aliis codicibus retulimus. *Lucani. Germani.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus sub littera C. *Tholosa, sancti Saturnini martyris. Eodem die, sancti Genesii martyris.* *Saturnini. Genesii.*

ALTEMPS. *Ipso die, ordinatio sanctissimi antistitis atque patroni nostri Suithuni.* Vide II Julii. Hinc recte, ni fallor, colligitur, codicem hunc Usuardinum in Anglia auctum, fuisse ecclesiæ Wintoniensis. *De Suithuno.*

FLORENTIN. *Tolosæ, natale sancti Saturnini, viri virtute clarissimi.* *Saturnini.*

CAUDIACEN. *Translatio sancti Gervasii martyris.* Melius quam ceteri supra. *Translationis Gervasii.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Tolosa civitate, translatio corporis sancti Saturnini episcopi et martyris.* Rectius quam plures alii. *Translationis Saturnini*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit: *Octava depositionis sanctissimi patris Severini archiepiscopi et confessoris.* Sequitur textus satis purus. Tum: *Eodem die, sancti Germani Capuani episcopi et confessoris, hujus animam sanctus pater Benedictus vidit in cælum deferri. Hic scilicet Paschasium, archidiaconum Romanæ Ecclesiæ, hostia salutari de purgatorio liberavit. Item ipso die, sancti Theonesti episcopi et martyris. Troia civitate, quæ Xanctis dicitur, translatio sancti Victoris martyris.* Is *De Severino. Germani. Thonesti. Translationis Victoris*

est

est haud dubie Victor, de cujus natali cum sociis decem et septem supra egimus x Octobris.

Saturnini. Germani.

BELIN. In fine : *Tolosæ, sancti Saturnini. Eodem die, Germani episcopi Capuani, magnæ sanctitatis viri.*

Kalendionis et soc. Feliciani, etc. Eusebii. Theonesti. Jeronis. Luciani. Saturnini. Germani. Talaricani. Theodgaris. Leoncii.

GREVEN. *Nichomediæ, sanctorum Kalendionis, Marcialis, Theophili, Januarii, Petri et Marci.* Vide Hieronymiana. *Item Feliciani et sociorum ejus martyrum. Eusebii martyris. Ipso die, commemoratio sancti Theonesti episcopi et martyris ac sociorum ejus. Jeronis martyris. Luciani martyris. Translatio beati Saturnini episcopi Tholosani et martyris. Germani Capuani episcopi et confessoris, cujus animam sanctus pater Benedictus in cœlum deferri conspexit. Hic Paschasium, Romanæ Ecclesiæ archidiaconum, salutari hostia de purgatorio liberavit. Talaricani episcopi. In Dacia, Theotgaris confessoris. Apud Terracinam Campaniæ civitatem, sancti Leoncii consularis et confessoris. De quo in gestis beati Cæsarii legitur, quod in ejus confessione credens, sanctum martyrem nudum clamide sua operuerit. Baptizatus deinde, cum divinam communionem accepisset, emisit spiritum. Item, beatæ memoriæ Dorotheæ de Prussia, inclusæ.*

Dorotheæ. De Serapione. Saturnini martyris Sardi. Germani. Lucani. Translationis Victoris. Leoncii. Theonesti. Theodgari. Zenobii et Zenobiæ.

MOLAN. Post *clarissimi,* addit minoribus typis : *Cujus Eusebius meminit historiæ Ecclesiasticæ lib. 5 cap. 19, 22 et lib. 6. cap. 1.* Tum litteris Italicis : *Apud Calarim, Sardiniæ provinciæ oppidum, natale beati Saturnini martyris, qui sub persecutione Diocletiani gladio est truncatus. Eodem die, sancti Germani episcopi Capuani, magnæ sanctitatis viri. Eodem die, festivitas sancti Lucani martyris. Translatio sancti Victoris, patroni nostri,* rursus typis minoribus, *in civitate quæ Xanctis dicitur. Apud Terracinam Campaniæ,* etc., ut GREVENUS. Editiones aliæ : *Parisiis, festivitas sancti Lucani martyris.* De Saturnino Calaritano et Germano Capuano similes sunt priori. Tum : *Apud Altinum, natalis Theonesti martyris et pontificis, qui Moguntiæ, fidei rectæ prædicationem exorsus est, et Albanum ab Arianis trucidatum vidit. In Dania, sancti Theodgari confessoris, qui verbum vitæ prædicando, Horas, Missas, ceteraque officia devote celebrando, pro Olavo rege terreno, cœlesti regi serviebat. Die trigesima, sanctorum martyrum Zenobii et Zenobiæ. Xanthis, translatio sancti Victoris.*

Pridie Kal. ***Die*** 31.

Vigiliæ omnium Sanctorum. Nemesii et Lucillæ.

Vigilia omnium Sanctorum. Romæ, natalis beati Nemesii diaconi, et Lucillæ filiæ ejus, qui cum a fide Christi flecti nequaquam possent, jubente Valeriano et Galieno, decollati sunt sub octavo Kalendarum Septembrium die. Hic tamen venerabilior habetur solemnitas ipsorum, quando a beato Sixto corpora eorum via Appia honestius sunt tumulata. In Galliis oppido Virmandensi, sancti

Quintini.

Quintini, qui sub Maximiano imperatore martyrium passus est, cujus corpus post annos quinquaginta quinque, revelante angelo, inventum est.

Ex *Pratcn. Hermen. Antverp-Maj. Antverp. Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Solempnitas, Syxto,* et similibus, alibi satis dictum est. Munerat. pro *natalis,* ponit *nativitas ;* item *diaconi et martyris.* Belin. pro *Lucillæ,* substituit *Lucinæ.* Legendum est ut habet textus : *qui cum a fide Christi flecti nequaquam possent,* sed in Munerato corrupte impressum : *qui cum fide Christi flectit,* etc., in Antverp-Majore mutatum verbum : *qui cum a fide Christi separari non possent.* Idem scribit *sub Augustarum Kalend.* VIII *die.* Greven. et Molan. pro, *Hic tamen,* habent, *Hic autem ;* pejus Belin. *Horum tamen venerabilior habetur solemnitas ipsorum.* Omnes passim legunt, *Virmandensi* cum Adone. Antverp. Max-Lubec. et Belinus non male, mea quidem sententia, scribunt : *Hujus corpus,* etc.; prætuli tamen aliorum lectionem. Belinus pro, *revelante angelo,* habet, *revelante Domino.*

Vigiliæ omnium Sanctorum.

OBSERVATIO. *Vigilia omnium Sanctorum* vere et pure Usuardina est, neque enim Adoni tribuendam censent aut Mosander aut Rosweydus. Hic merito dubitare quis possit, ut superius etiam monui, an Usuardus *Vigiliam sanctorum Apostolorum Simonis et Judæ,* disertissime ab Adone positam, prætermiserit, hanc vero, nusquam apud antiquiores repertam, hodie textui suo præfixerit. Nihilominus sic rem habere codices nostri, et XXVII et hoc die satis manifeste ostendunt. — Non semel alibi, et præsertim II Augusti observavimus Acta sancti Stephani Papæ et martyris uberem fodinam esse, ex qua Sancti varii et variis diebus notati extrahantur. Ex eorum numero sunt,

Nemesii et Lucillæ.

qui hodie recoluntur, *Nemesius* diaconus, et filia ejus *Lucilla,* de quibus in sacris Tabulis agere primum cœpit auctor Romani parvi, cujus hæc hodie unica est annuntiatio : *Nemesii diaconi, et Lucillæ filiæ ejus,* VIII *Kalend. Septembrium passi ;* (ita habetur) *sed pridie Kalend. Novembrium a Sixto Papa sepulti.* Hæc ex præcitatis sancti Stephani Actis desumpta sunt, quorum diffusius compendium contexuit Ado, Noster vero inde sua omnia, solitæ brevitati aptata deprompsit. Vide sis laudata Acta apud Baronium in Annalibus ad annum CCLIX a num. 8, qua vero parte hos Martyres spectant, a num. 22 ; et apud Surium II Augusti. Nec authentica illa esse, nec omnino incorrupta censent recentiores passim ; ego certe non video, cur Tillemontius, dum de Stephano Papa loquitur tomo 4 a pag. 28, non video, inquam, cur Nemesium hunc nostrum, et Lucillam filiam a sancto Pontifice baptizatos, præ ceteris silentio involvendos putaverit. Longiori meditatione res ea digna est, quamque

Quintini.

proinde in majori Opere ad II Augusti copiosius discutiemus. — Celeberrimus martyr *Quintinus* signatur in Hieronymianis Epternacensi et Corbeiensi, *Augustæ Viromandorum ;* qua autem ratione

codicis

codicis Florentiniani descriptor inde *Quirinum in Italia* apte efformare potuerit, haud equidem divinare queo. Beda et ex eo Rabanus, positionem distincte non exprimunt; ipsam notat Ado, reliqua Bedæ verba, sua faciens, Usuardo de utriusque spoliis gaudente. Nescio cur Rabanus pro annis LV, post quos inventum corpus dicitur, solum posuerit LII. Qui encomium longius voluerit, adeat Florum ex Actis multa contrahentem. Sed fontem potius consulat apud Surium hoc die, quem licet recentiores critici, non omnino limpidum et fæcium expertem existiment, negare saltem non audent, multam spirare antiquitatem, atque ad puritatem primigeniam proxime accedere. Inter hos Tillemontius ipsorum, nempe Actorum, medullam satis nitide expressit tomo 4 a pag. 433, apud quem enumerantur scriptores alii a nobis suo tempore diligentius expendendi. Hoc metrico elogio *Quintinum* prosequitur Wandelbertus :

Quintinum pridie celebrant sua festa beatum,
Qui insigni et vario ob Christum certamine victor
Octimbrem clauso componit in orbe ruentem.

AUCTARIA.

TORNACEN. Caret elogio Nemesii et Lucillæ, cetera omnino purus.

ROSWEYD. In fine subdit : *Eodem die, sancti Foilani martyris.* (*Foillani*) Alii passim scribunt *Foillani*. Castellanus mavult *Fullani*, Gallice *Foignan*, cujus reliquias ait Peronæ honorari. *Item sancti Wolfgangi, confessoris.* (*Wolfgangi.*)

PULSAN. In secunda annuntiatione totum elogium etiam ut TORNACENSIS omisit. In Quintino mutilus est : desunt enim quæ in textu ponuntur post, *passus est*.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Textui satis puro in fine addunt : *Fossis, natale sancti Foillani martyris. Qui de* Hibernia veniens, germanum suum Ulcanum, qui Fossonem* (alii *Fossensem*) *regebat ecclesiam, visitaturus, in saltu qui carbonarias nuncupatur, martyrisatus est.* (*De Foillano*)

LOVANIEN. Idem habet de Foillano, sed totum Nemesii et Lucillæ elogium expunxit. (*Ejusdem*)

ALBERGEN. et DANIC. Similes sunt ANTVERP-MAX. etc., nisi quod inter Quintinum et Foillanum inserunt : *Apud Ratisponam, sancti Wolfgangi* (DANIC. *Wolfgandi*) *episcopi et confessoris.* (*Wolfgangi.*)

CENTULEN. Recentiori manu in margine apponitur : *Vigilia omnium Sanctorum.* In textu : *Romæ, beati Nemesii dyaconi et filiæ ejus Lucillæ virginis. Quos sanctus Pontifex Stephanus baptizavit. In Galliis oppido Vermandensi, passio sancti Quintini, viri genere, fide et martyrio gloriosi. In territorio Leodiensi, sancti Foillani monachi et martyris.* (*Textus contractus.* — *Foillani.*)

BRUXELLEN. Post lacunam, de qua supra diximus, adhuc hodie imperfectus est; puto tamen, textum satis integrum fuisse. Subjicio quod ei superadditur : *In Macedonia, natale sanctorum Vitalis, Petri, Crescentii et Alterni. Et natale sancti Eusebii martyris, cujus passio habetur. Apud Ratisponam, sancti Wolfgangi episcopi et confessoris. Item, sanctæ Rictrudis virginis.* De hac in Auctariis XXIX Octobris. (*Vitalis et soc.* — *Eusebii.* — *Wolfgangi.* — *Rictrudis.*)

HAGENOYEN. De Vigilia, nihil habet. In Nemesio et Lucilla, satis purus est. De Foillano fere idem refert quod supra ANTVERP-MAX. etc. De Quintino paulo prolixior, in hunc modum : *In Galliis civitate Viromandensi, sancti Quintini martyris passio, qui sub Maximiano imperatore* (coronatus est.) *Hic Quintinus civis Romanus erat et nobilis genere; in urbe Abianensi* (pro Ambianensi) *prædicavit, et miracula plura fecit. Unde jussu Maximiani dire cæditur et carceri mancipatur, per angelum autem solvitur et iterum prædicat, et iterum capitur et eculeo usque ad ruptionem nervorum torquetur, et nervis crudis verberatur; oleum, picem et adipem ferventem tolleravit, et præsidem derisit. Propter quod calcem, accetum et synapem in os ejus projecit. Et ad Viromandensem civitatem ducitur martyr Dei captivus, ubi duos clavos a capite usque ad crura, et decem inter ungulas carnem ejus dividentes, percussit, et tandem decollatus est.* (*Plura de Quintino.*)

AQUICINCT. Post *inventum est*, ex Adone subdit : VIII *Kalend. Julii.*

CODEX URSINI a Rosemberg. *Apud Ratisponam, sancti Volfangi episcopi et confessoris.* Nomen recte efformandum, ut supra *Wolfgangi*. (*Wolfgangi.*)

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Vigilia. Quinctini et Foilani martyrum.* Inepta conjunctio; sed de solo primo pergit : *Qui Quinctinus post multa tormenta tandem decollatus, post* LX *annos incorruptus corpore et redolens inventus est.* (*Foillani.*)

ALTEMPS. *Monasterio Glascoviensi, sancti Benigni confessoris. Qui in optima conversatione fideliter migravit ad Dominum.* (*Benigni.*)

EDITIO LUBECO-COL. In Vigilia et Nemesio satis pura, de Quintino, sic habet : *In Galliis oppido Viromandensi, sancti Quintini martyris. Qui sub Maximiano imperatore, agente Rictiovaro præside, post diversa supplicia decollatus est et corpus in fluvium Somene submersum. Quod tamen post annos quinquaginta quinque, revelante angelo, inventum est et sepultum octavo Kalendas Julii. Fossis, natale sancti Foillani martyris. Qui de Hibernia*, etc., ut supra in ANTVERP-MAXIMO, et aliis. Sequitur. *Colonia Agrippina, depositio beatæ Noitburg virginis. Quæ nunc in monte sancti Beati, juxta Confluentiam, per translationem requiescit. Apud Ratisponam civitatem, sancti Wolfgangi, ejusdem civitatis episcopi et confessoris, multorum miraculorum clarissimi.* (*De Quintino* — *Foillani.* — *Noitburgæ.* — *Wolfgangi.*)


GREVEN. *Foilani episcopi et martyris. In Macedonia, Vitalis, Petri, Crescentii, Alterni.* Vide Hieronymiana. *Eusebii martyris, cujus gesta habentur. Et passio sancti Philippi. Romani presbyteri. Vincentii diaconi. Apud Ratisponam, sancti Wolfgangi episcopi et confessoris. Qui Suevorum claro sanguine ortus, Treveris Clericus ordinatus, pompis mundi relictis, monachi habitum induit. Post hoc a sancto Udalrico Augustensi, presbyter factus, annuente Ottone secundo, Ratisponensi ecclesiæ undecimus episcopus præfectus, vita, doctrina et miraculis inclytus, quievit anno Domini* DCCCCXCIV. *Apud Coloniam Agrippinam, depositio beatæ Noitburgæ virginis. Quæ claro Francorum sanguine progenita, tempore Pipini sanctitate emicuit. Ad cujus merita commendanda visa sunt duo luminaria cælitus missa ejus funeri astare. Quiescit autem* (*Foillani.* — *Vitalis, etc.* — *Eusebii.* — *Philippi.* — *Romani.* — *Vincentii* — *De Wolfgango* — *De Noitburga.*)

nam

nunc in monte sancti Beati in monasterio Carthusiensis Ordinis prope Confluentiam. *Beghæ.* *Beghæ virginis.* Vide Castellanum.

Foillani. Molan. *Fossis, natalis sancti Foillani episcopi, qui de Hybernia veniens germanum suum, qui Fossensem regebat ecclesiam, visitaturus, in saltu qui Carbonarias nuncupatur, martyrizatus est. Cujus vita virtutibus gloriosis et miraculis copiosissimis illustratur.* *Wolfgangi.* *Eodem die, Wolfgangi episcopi et confessoris apud Ratisponam.* *Eusebii.* *Item, sancti Eusebii martyris.* Deinde minoribus typis *cujus gesta habentur. Apud Coloniam Agrippinam, depositio beatæ* *Noitburgæ.* *Noitburgæ virginis, quæ claro Francorum*, etc., ex Greveno. Editiones aliæ priori non omnino conformes, sic habent : *Fossis, natalis sancti Foillani episcopi, qui de Hibernia venit ad Ultanum germanum suum, qui Fossensem regebat ecclesiam; et in saltu, qui rustica lingua Carbonarias nuncupatur, martyrizatus est. Cujus vita virtutibus*, etc., ut supra. *Apud Ratisponam, sancti Vuolfgangi episcopi et confessoris. Coloniæ, sanctæ Noitburgis virginis, quæ translata quiescit prope Confluentiam, in monte sancti Beati. Item, sancti Eusebii martyris. Die trigesima prima, sanctorum* *Stachys et soc.* *Apostolorum, Stachys, Amplii et sociorum. Et sancti martyris Epimachi.* *Epimachi.* Hunc puto esse socium Alexandri de quo agemus xii Decembris. Acta ejus apud Surium a Metaphraste exornata sunt.

MENSIS



MENSIS NOVEMBER

Habet Dies xxx.

Kalendis. *Die* 1.

Festivitas beatæ Dei Genitricis, et omnium martyrum, quam Bonifacius Papa *Omnium Sanctorum*
celebrem et generalem instituit agi omnibus annis in urbe Roma. Sed et
Gregorius Pontifex postmodum decrevit, eamdem in honore omnium San-
ctorum solemniter observari perpetuo ab omni Ecclesia. Apud castrum Divionem
sancti Benigni presbiteri, qui missus a beato Policarpo ad prædicandum in Galliam, *Benigni*
postquam est a Terentio comite gravissimis tormentis multipliciter afflictus, tan-
dem collum ejus vecte ferreo tundi, et corpus lancea forari jubetur. In Campania
civitate Terracina, sanctorum Cæsarii diaconi et Juliani presbiteri : qui Cæsarius *Cæsarii et Juliani*
tempore Claudii, diebus multis in custodia est maceratus, et postea cum eodem
Juliano in saccum missus, sicque in mare præcipitatus. Civitate Parisius, depositio
beati Marcelli confessoris, qui ut dignus monstraretur futurus antistes, ejus meri- *Marcelli*
tis nunc aqua in vinum, nunc vero mutatur in balsamum. Item sancti Severini mo- *Severini*
nachi, de Tiburtina civitate. Et natale sanctæ Mariæ virginis, quæ diris verberibus *Mariæ*
afflicta, equulei extensione, et ungularum laceratione vexata, martyrium consum- *Vigoris.*
mavit. Item civitate Bajocas, sancti Vigoris episcopi. In pago Vuastinensi, sancti *Maturini.*
Maturini confessoris.

Ita habent *Munerati prima editio, Grevenus* et *Molanus.* Multi alii codices proxime accedunt, ut infra patebit

---

VARIA LECTIO. Munerat. plerumque mendis abundat. Hic in principio addit *Virginis Mariæ.* Greven. pro *gravissimis tormentis*, habet *gravissime*. In tribus citatis est *perforari*, ex aliis tamen post Bedam et Adonem servavi *forari*. Molan. semper corrigit *Parisus* pro *Parisius*. Reliqui Munerati errores sunt, quod pro *a Terentio*, legat *ea*; pro *custodia*, habeat *custodi*. Marcello addit titulum *episcopi*. Tum, *monachi de Bithinia*. Item, *Mariæ virginis et martyris*. Demum *Vuastensi*, pro *Vuastinensi*.

Optimos nostros codices e purorum numero excludere coacti sumus : Pratensem imprimis, quia ex ejus textu erasa est, quæ hic sexto loco ponitur *Maria Neocorensis*, relicto spatio vacuo, ut testatur Clar. Castellanus, qui et observavit, rejectam eam esse ad xxi Novembris, alteri inductioni

 illic

illic inscripta. Sequuntur Pratensem soliti socii Antverp-Maj. et Rosweyd. qui ambo præfata annuntiatione etiam carent. Imo in Antverp-Majore deest præterea, *Severinus monachus*. Hoc quoque peculiare habent præfati codices, quod annuntiationis primæ membrum secundum sic incipiant: *Tercius vero Gregorius*, ubi reliqui omnes indeterminate legunt: *Sed et Gregorius*; codices vero mediæ notæ melius designant *Gregorium quartum*. In Heriniensi codice, cetera purissimo, mutatum est Marcelli elogium, ut infra patebit.

Omnium Sanctorum. OBSERVATIO. In antiquioribus Kalendariis aut Hieronymiano Martyrologio quærenda non est annuntiatio nostra prima de festivitate B. M. V. et omnium Sanctorum, de cujus prima inchoatione, seu Panthei in ecclesiam Christianam mutatione, cum Romano parvo agere cœpimus XIII Maii. Hic ex eodem Martyrologio sumenda sunt hodiernæ solennitatis paulo expressiora lineamenta: *Festivitas Sanctorum, quæ celebris et generalis agitur Romæ*. Non dicit, *generalem* agi tota Ecclesia; sed dumtaxat *Romæ*, ostenditque adeo Martyrologii istius auctor, se illa tum scribere, cum prædictum festum institutum in ipsa Urbe a Gregorio III, qui sedit ab anno DCCXXXI ultra DCCXL, festivius ageretur; unde Romani illius parvi epocham in præfationis cap. 2 deduximus. De eodem festo videndæ sunt Baronii Notationes XIII Maii et I Novembris, sed maxime Frontonis ad Kalendarium Observationes a pag. 142. Beda noster hodie legit: *Festivitas omnium Sanctorum* primo loco; sed cum hæc longe aliter, et alio ordine a Rabano posita sint, dubium reddunt, utrum ea verba a Beda vel Floro vere signata fuerint. Clarior est Adonis narratio, a Nostro contracta, non expressa determinatione Gregorii III, quæ in Pratensi et sociis codicibus male ponitur; nam extensio festivitatis ad universam Ecclesiam, non a Gregorio III, sed a Gregorio IV, seculo integro posteriori, procurata censetur; ut proinde recte in Variantibus dixerimus, nomen *Gregorii IV* codicibus mediæ notæ melius insertum fuisse, etsi non Usuardine. — *Benigni.* De *Benigno* Divionensi, vel ut alii eum vocant, *primo Burgundiæ Apostolo*, agunt Hieronymiana apud Florentinium, Beda, ex hoc Rabanus et Ado, eodem omnes elogio, quod postremus nonnihil contraxit, atque in multo pauciora reduxit Usuardus. De Benigno tacet Romanum parvum, et ubi in Adone quinque exstant commemorationes, tres dumtaxat in altero inveniuntur, ut vel ex eo capite conjicias Romani parvi auctorem, egregium Adonis compendiatorem esse. Agit de Benigno Gregorius Turonensis de Gloria Martyrum cap. 51. Quid de Actis vulgatis, et postea a nobis vulgandis, senserit Henschenius, habes I Maii in Andeolo pag. 35. Vide etiam supra, illo die Observationem nostram. — Est in Hieronymianis plurium martyrum et virginum Terracinensium turma, de qua disputat Florentinius; reliqua omnia Martyrologia solos *Cæsarii et Juliani.* *Cæsarium* et *Julianum* signant, ut Rabanus ex Beda, et in serie nostra Romanum parvum, Ado, Usuardus. Conveniunt elogia desumpta ex iisdem ipsis Actis, quæ ex Baronio corrigenda notavit Ferrarius apud Florentinium; non desunt qui plusculum exigi posse existimant. De solo Cæsario seorsim meminere Kalendaria Allatii et Frontonis, atque item Sacramentarium Menardi. Utrum vero Cæsarius hic geminandus sit, aut saltem ab eo, quem Baronius posuit, distinguendus, illius erit disquirere, cujus erit Acta nostra Mss. examinare. — *Marcelli.* Sequitur in textu *Marcellus*, hoc die ab Usuardo primum relatus; ab Usuardo, inquam, ita volentibus codicibus nostris, nam apud antiquiores aut synchronos Martyrologos notus non est. Cur in altera Munerati editione et ab aliis referatur III Novembris, hic non discutio, uti nec eam quæstionem, quæ circa Fortunatum auctorem vitæ aut miraculorum sancti Marcelli versatur, in qua *hærere* hactenus *malo* cum Gerardo du Bois, historiæ eccl. Parisien. parte I, pag. 46, *quam conjecturas haud certas prodere*. Vita ipsa qualiscumque ex hoc scriptore et aliis, sed potissimum ex Mss. nostris suo tempore, diligenter illustrabitur. — *Severini.* *Severinus monachus* ex Romano parvo vel ex Beda ab Adone acceptus, iisdem prope verbis ab Usuardo translatus est. Quid sint monumenta ecclesiæ ejus a Baronio citata, necdum scio, si quid *Mariæ.* de eo exstet, proprio loco dabitur. — *Maria Neocorensis* a Pratensi et sociis codicibus hic exclusa et alio translata, ex aliis certo Usuardina est, ex solito Viennensi fonte deducta, cum elogio Adonianis verbis concepto, sumptoque ex antiquis Actis, quæ apud Vincentium, Mombritium aliosque manca et mutila, a Baluzio recentius integre edita sunt, tomo 2 Miscel. a pag. 115, et observationibus nonnullis illustrata a pag. 491. Nos de iis plura alibi. Videtur eadem ipsa Maria in Hierony- *Vigoris. Maturini.* mianis signata, ut colligit Florentinius, in loco martyrii, ni fallor, hallucinatus. — *Vigor Bajocensis* et *Maturinus* pure quoque Usuardini sunt, nisi erraverit Rosweydus, dum illum in Adonis appendicem rejecit. Prioris istius vita, apud Surium est conferenda cum Mss. nostris, iisque quæ refert Cointius, ad annum DXXX, pag. 365. *Maturini* vita non una apud nos exstat, tunc etiam illustranda. Quos ex tot Sanctis, uno hic die consignatis omiserit, quantum metrice cecinerit Wandelbertus, ex sequentibus versiculis intelliges:

Cæsarius prima designat fronte Novembrem,
Eximio cujus lætatur Roma triumpho.
Mensis et hic reliquos stellato vertice vincens
Uno omnes Sanctos celebrans conjungit honore,
Regia quos cœli pariter retinetque fovetque.

AUCTARIA.

PRATEN. Caret, ut jam diximus, tota annuntiatione Mariæ, in quo similes habet solitos socios ANTVERP-MAJ. et ROSWEYD. quorum primus in Severino etiam deficit, alter minutis pluribus nævis non vacat.

HERINIEN. Toto textu integerrimus esset, nisi

Marcello

De Marcello. Marcello aliud aptasset elogium : *Cujus vitam illustrem virtutibus ac miraculis Fortunatus episcopus egregrie describit.*

TORNACEN. In prima purus, in secunda deest elogium ; caret tertia, quinta, sexta et septima. In Marcello convenit cum HERINIENSI.

PULSANEN. In prima utcumque purus, sic pergit : *In Campania civitate Terracina, sanctorum martyrum Cæsarii diaconi et Juliani presbyteri.* Desunt reliqua omnia.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Toto textu puri sunt, sed in fine adjiciunt : *Pictavis* *Hilarii.* *civitate, sancti Hilarii confessoris.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Puris adscribi merentur ; sed in textu mutata sunt aliqua, ut *Gregorius quartus*, et annuntiationis finis transpositus ; item annuntiatio tertia, secundæ præmissa, et nonnulla alia non satis exacta.

LOVANIEN. Cum prioribus omnino convenit ; sed elogium sancti Benigni desideratur.

CENTULEN. *Festivitas omnium Sanctorum. In Burgondia castro Divion. passio sancti Benigni presbyteri et martyris. Apud Terracinam, sancti Cæsarii diaconi et martyris. Civitate Bajocas, de-* *De Vigore.* *positio sancti Vigoris episcopi et confessoris, cujus corpus divino nutu translatum in Pontivum et in ecclesia sancti Richarii, multo est amore et honore* *De Maria.* *celebratum. Ipso die, passio sanctæ Mariæ virginis, quæ cum esset ancilla, nec flecti posset ut manducaret ydolatica, multis afflictionibus martyrium consummavit. Parisius, depositio sancti Marcelli episcopi et confessoris. Item sancti Severini monachi, de Tiburtina civitate. In pago Vastinensi, sancti Maturini confessoris.*

BRUXELLEN. In prima nonnihil interpolatus, *De Cæsario, etc.* secundo loco agit de Cæsario et Juliano, ubi post *maceratus*, inserit ex Adone : *Eo quod cum pervenisset ad templum Apollinis, ad orationem ejus cecidit ipsum templum, et occidit pontificem nomine Freminum* (Firminum) *et postea cum eodem Ju-* *De Benigno* *liano*, etc. De Benigno etiam aliquid adjicit, nempe : *Qui cum Andochio compresbytero et Tyrso diacono missus est*, etc. Reliqua omnia distulit ad diem sequentem.

De festo omnium Sanctorum HAGENOYEN. *Festivitas sanctæ Dei genitricis et omnium sanctorum, quam instituit beatus Bonifacius Papa quartus, a beato Gregorio magno, concedente ei Foca imperatore Pantheon, id est templum omnium dæmoniorum. Quam solempnitatem ille tantum statuit in urbe Roma et non alibi fieri, et nondum tunc temporis fiebant festa Confessorum ; sed Gregorius quartus postmodum eam decrevit fieri per totum orbem, in honore omnium Sanctorum, in capite Kalendarum Novembrium, mutans illam diem, quæ erat festiva IIII Idus Maii. Statuto autem hæc festivitas est quatuor de causis, primo : propter omissorum completionem ; secundo, propter negligentiarum expiationem ; tertio, propter faciliorem orationum nostrarum impetrationem ; quarto propter cujusdam templi consecrationem.* Hæc sufficiant, nam quæ deinde de Benigno, Cæsario et Juliano commiscet, minus describi merentur. In fine ita habet : *In civitate Parisius, depositio sancti Severini monachi, qui erat ortus de civitate Tyburtina.* Cetera omnia prætermissa sunt.

AMBIANEN. *Cœnobio Centula, sancti Vigoris episcopi et confessoris.* Vide quæ habentur supra in codice CENTULENSI.

Lauteni. AQUICINCT. In fine : *Ipso die, sancti Lauteni* *Austemonii.* *abbatis. Arvernis, sancti Austremonii episcopi.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. Adjiciunt : *Civitate Arvernis, sancti Austremonii* *Austremonii.* *episcopi et martyris.* Vide notulam Castellani. *Item in eodem pago, sancti Flori episcopi et confessoris,* *Flori.* *qui unus ex LXX Christi discipulis fuit.*

DAVERONEN. *Civitate Bajocarum, sancti Vigoris episcopi et confessoris. Pictavis, sancti Hilarii epi-* *Hilarii.* *scopi et confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Omnium sanctorum. Cæsarii martyris. Juliani presbyteri et martyris. Mariæ virginis et martyris. Marcelli Parisiensis episcopi. Vigoris episcopi, qui parvulum suscitavit.*

DIVIONEN. S. Benigni. Post elogium in textu *De Benigno.* relatum, addidit : *Cujus beati martyris solemnitas, licet ipsa die cum ceteris celebretur, tamen pro devotione martyrii et veneratione corporis, quod in præsenti continetur monasterio, sequenti reciteratur die, maxima et præclara festivitate.*

CLUNIACEN. *Pictavis, sancti Hilarii episcopi et* *Hilarii.* *confessoris. Ipso die, sancti Lauteni confessoris.* *Lauteni.* De quo etiam CODEX D. DU CHEVAL. signatus C. *Ejusdem*

CODEX D. LE MARE signatus A. *Augustoduno, sancti Pigmenii episcopi et confessoris.* Ponitur a *Pigmenii.* Castellano die præcedenti.

VATICAN. Sub num. 5949. Deficit in Marcello, Severino, Vigore et Maturino.

ALTEMPS. *Pictavis civitate, sancti Hilarii con-* *Hilarii.* *fessoris. Arvernis, natale B. Austremonii martyris,* *Austremonii.* *primi pastoris civitatis ipsius. Ipso die, sancti Lau-* *Lauteni.* *theni abbatis.*

FLORENTIN. De Hilario, ut supra. Tum : *Civitate Regii, translatio corporis beati Venerii confes-* *Translationis Venerii.* *soris, de partibus Lucensium ad Regium prædictum.* Vide XIII Septembris.

LUXOVIEN. *Apud Median. cœnobium, sancti Spi-* *Spinuli.* *nuli confessoris, qui præcipuus discipulorum sancti Hidulphi, post anachoriticam vitam, quam laudabiliter consummavit, clarus mundo miraculis, ad Dominum migravit.* Vide Castellanum I Augusti.

EDITIO-LUBECO-COL. In prima annuntiatione *Auctior textus* nonnihil, in duabus aliis multum ex Adone interpolata est. In Marcello recte. De Severino, solum superaddit, *confessoris*. Ad, *Maturini*, in fine *De Maturino.* subjicit : *Qui post miraculorum insignia, inter quæ filiam Maximiani a dæmonio liberavit, lætus Domino spiritum suum reddidit.* In Maria præfigit pa- *De Maria* læstram sed non recte : *Apud Neothorensem* (Neocorensem) *civitatem.* Item conditionem : *Ancillæ cujusdam divitis.* Demum et tempus : *Sub Adriano et Anthono imperatoribus.* Sequitur de Vigore. In fine adjicitur : *In territorio Nivernensi, sancti* *Patricii.* *Patricii martyris.*

BELIN. In prima ferme convenit cum textu : Secunda et tertia parum abest. Deficit in elogio Marcelli. De Severino, Maria, Vigore, Maturino, satis bene. Sed quid sibi vult hæc in fine repetitio ? *Eadem die, sancti Cæsarii martyris ?* Et rursus : *Item Severini monachi, de Tyburtina civitate ?* Cum hæc prius signata fuerint. In altera editione, omissa est ultima repetitio Severini, sed adjectum : *Pictavis, sancti Hilarii confessoris.* *Hilarii.* *Arvernis, sancti Austremonii, primi Arvernorum* *Austremonii.* *episcopi et martyris.*

GREVEN. *In territorio Nivernensi, sancti Patri-* *Patricii.* *cii martyris. In Africa, sanctorum Popliani, Vi-* *Popliani, etc.* *ctoris, Hermetis, Justi, Vitalis et Papiæ. Item, passio sancti Agricolæ. Amancii episcopi. Apud* *Agricolæ. Amancii. Eustochiæ.* *Tarsum Ciliciæ, sanctæ Eustochii virginis et martyris ; quæ cum sacrificare renueret, jussu Juliani imperatoris, nervis bubalinis cæditur, capreolarum cornibus exungulatur ; capiti, extractis capillis, clavi infiguntur ; deinde data sententia, ut membratim*

concisa

concisa in sartagine torreretur, orans ad Dominum emisit spiritum.

Cæsarii. Hilarii. Austremonii. Florberti. Ermengaudi.

MOLAN. Haud dubie ex BELINO textui subdit : *Eodem die, sancti Cæsarii martyris. Pictavis, sancti Hilarii confessoris. Arvernis, sancti Austremonii, primi Avernorum episcopi et martyris.* Tum : *In Blandinio, depositio sanctissimi patris nostri Florberti, primi abbatis cœnobii Blandiniensis.* Dein minoribus typis : *In Hispaniis, sancti Ermengaudi episcopi Urgellensis.* Editiones aliæ, de Marcello textui litteris Italicis inserunt : *Cujus corpus requiescit in alma ecclesia beatæ Mariæ Virginis. Hujus vitam illustrem virtutibus ac miraculis* ut HERINIENSIS, etc. De Maria ex Adone supplet. In fine : *Cujus corpus honoratur et colitur in territorio Senonensis diœcesis.* Reliqua nihil novi afferunt, solum transponunt annuntiationes de Florberto, Austremonio, Hilario, Cæsario et Ermengaudo.

De Marcello. De Maria. De Maturino.

IV *Non.* *Die* 2.

Victorini. Eustachii et soc. Theodoti. Ambrosii.

Natalis beati Victorini Pitabionensis episcopi, qui post multa documenta, ut sanctus Hieronimus testatur, persecutione Diocletiani martyrio coronatus est. Romæ, temporibus Adriani imperatoris, passio beatorum Eustachii, cognomento Placidi, et uxoris ejus Theospis, cum filiis Agapio et Theospite, quorum miri actus leguntur. Horum festivitas, cum in Kalendis habeatur, hic tamen plenius recolitur. Apud Laodiciam, sancti Theodoti episcopi, qui non solum verbis, sed et rebus et virtutibus extitit ornatus. Eodem die, sancti Ambrosii abbatis monasterii Agaunensis, qui magnis vitæ atque sanctitatis virtutibus clarus, beato fine in Domino quievit.

Puriores sunt *Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Lego *Pitabionensis* cum plerisque vetustioribus codicibus, inter quos aliqui habent *Pythabionensis* vel *Pictavionensis*, nullus *Pictaviensis*, quæ positio in solos recentiores irrepsit, sollicite notata a Molano et aliis, haud dubie ex sancto Hieronymo de Scriptoribus ecclesiasticis cap. 74. Sunt qui præferant *Petavionensis.* Utcumque scripseris, non est verosimile, *Pictavium* Galliæ hic indicari, sed *Pœtabium* vel *Pœtavium* antiquæ Pannoniæ, seu Norici, hodie in Styria, vulgo *Pettauw*, olim cathedralis, nunc Salisburgensis diœcesis. *Eustachii* legunt omnes, non *Eustathii*, quamvis sic forte appellandus sit. Antiquiores codices efferunt *Placidæ* a *Placidas*, nos cum majori numerò, ut est in textu, in quo et *Theospite* servavimus cum Mss.; Greveno, Molano aliisque, scribentibus *Theospito.* Rosweydinus ab omnibus differt, inserendo Eustachii elogio, *primo magistri militum.* In Greven. per errorem est *Theodoci.* Sic in Antverp. et Max-Lubec. *coronatus* pro *ornatus.* In paucis invenitur *Acaunensis*, receptior est nostra formatio, *Agaunensis.* Certum est Adonem scribere *requievit*, ut est in nonnullis codicibus, sed majori numero cedendum putavimus.

Victorini.

OBSERVATIO. Inter priscos Ecclesiæ scriptores, non infimum locum tenet *Victorinus*, abunde laudatus a sancto Hieronymo, loco supra citato ; ubi Miræi animadversiones consulere possunt, qui de scriptis judicia quærunt, qualia suggerunt Bibliographi hodie passim noti. De sede episcopali nihil hic dicendum superest ; plura alibi cum Launoyo, cui recentiores passim subscribunt, disputari poterunt. Alia require in Notationibus Baronii, et apud Tillemontium tomo 5 a pag. 311, ubi de scriptis agitur plurimum, cum de Victorini rebus gestis, aut ejus martyrii Actis vix quidquam reperiatur. Nihil hoc die ex Hieronymianis aut ex Beda acceptum. Annuntiatio tota Adoniana est, sola ferme Hieronymi citatione ab Usuardo aucta. Wandelbertus ipsum etiam memorat, cum Benigno et Juliano, quos ob nimiam die præcedenti Sanctorum copiam, huc transtulisse videtur. Sic Victorinum primo loco canit :

Quartis, Victorine sacer martyrque bearis.

Eustachii et soc.

Secundum locum in Usuardinis codicibus constanter hoc die occupat celebratissimus *Eustachius*, aliis *Eustathius*, cum uxore et duobus filiis, tametsi modo, forte ex Græcis, XX Septembris referri soleat, ut est in Kalendario Allatii, Frontoniano XI Septembris perperam notante. Et quidem a nostris I Novembris passi dicuntur, saltem apud majorem codicum numerum. Eustachius Adoni recte, nisi multum fallor, abjudicatur ; certe quæ a Rosweydo in appendicem rejecta sunt, cum Usuardinis non satis consonant, nec magis cum iis, quæ in nostra Bedæ editione Floro tribuuntur. Est igitur propria Usuardi annuntiatio, sic studiose posita, ut nihil contineat reprehensione dignum. *Miros* esse Eustachii et sociorum *Actus* recte testatur, utrum tam veri sint, sive qui a Metaphraste, sive a Combefisio, sive ab aliis editi (in re enim omnes conveniunt) intelliges ex Baronio ad annum CXX num. 4. Eruditi recentiores eos plane rejiciunt, nec dignos censuit Tillemontius ex quibus historiam suam componeret. Vide ipsum tomo II pag. 226 et a pag. 585. Non ignoro quanta Kircherus ad tuenda ea Acta molitus sit, exstant hic etiamnum litteræ ejus de eo argumento ad Majores nostros datæ ; attamen, licet a Nicephoro et Damasceno citentur, nemo, opinor, contra Baronium facile evicerit, non multa prædictis Actis, ut minimum *superaddita fuisse*, quibus, si fieri potest, expurgandis, suo loco operam dabimus. Vide interim quæ de vetusto Eustachii cultu in Notatione

observat

observat laudatus Baronius, quem mirum esset *Eustochium* virginem Tarsensem, cujus aliqua Acta habemus, hoc die ex Petri Catalogo, pro Eustachio supposuisse, ut vult Castellani notula. Non puto ad alium, quam ad Eustachium nostrum referri posse, quæ XIX Septembris in hunc modum cecinit Wandelbertus :

Virtutis specimen, patiendi et forma decusque
Martyrii Eustathius terno denoque triumphat.

Theodoti. Qui sequitur *Theodotus, Laodicenus* episcopus, unicus est, quem hoc die signavit auctor Romani parvi : *Laodiceæ, Theodoti episcopi, qui arte medicus fuit.* Dubium non est, quin hic iterum auctor ille Rufinum suum consuluerit lib. 7 cap. 29, unde acceptum quoque est longius Adonis elogium. En lapidem offensionis, quem primus projecit Theodoti amicus, Eusebius Cæsariensis lib. 7 cap. 32 editionis Valesianæ; nostri inde desumpsere, sed illum acrius impetiit Valesius, ut cap. 2 præfationis nostræ ostendimus. Hic fontem habes, ex quo *Theodotus* ille Hieronymianis, Bedæ, Floro, Wandelberto, Rabano incognitus, in Martyrologiis seriei nostræ locum obtinuit. Est penes me epistola eruditissimi viri Petri Possini nostri, data Romæ XXX Decembris MDCLXXVII, qua inter alia agens de R. P. Leandro Congr. Oratorii, post S. R. E. Cardinale Coloredo, ita scribit : *Rogavit obiter, ut vos suo nomine consulerem, circa litem hic modo ventilatam de Theodoto ep. Laodiceno, quem Ill. Michael Angelus Riccius, et alii viri docti putant, aut valde suspicantur, immerito irrepsisse in Martyrologium Romanum, ubi* II *Novembris perhonorifica ejus exstat mentio, cum tamen in omni memoria rerum Arianarum, illa pice is infectus appareat, nec idoneum ejus resipiscentiæ uspiam indicium cernatur. Quamobrem Henricus Valesius in opusc. de Martyrologio Rom. ad calcem Annotationum ad Eusebium edito, non dubitat pronunciare, perperam id nomen istuc intrusum, et Baronii, quod non expunxerit, diligentiam requirit.* Quid repositum fuerit, colligo ex supersiste schedula, qua eruditorum Romanorum sententia confirmatur. Theodoti laudator Eusebius in Usuardum XXI Junii irrepserat, sed in Romano prætermissus est; idem fortasse et Theodoto accidet suo tempore. Ego quidem non parum post alios laborasse me fateor, ut vel tenuia alicunde resipiscentiæ ejus vestigia eruerem, ac fructus labori hactenus non respondit ; video Baronium ad annum CCCXXV num. 40, et doctos quosque passim inter *prævaricatores Arianos* Theodotum connumerare, de qua re vide Tillemontium tomo 6 pag. 740 et aliis locis. Ceterum de ortu et propagine cultus ejus, apud Orientales omnes ignoti, satis dictum est. — *Ambrosius, prius apud Lugdunum monasterii Insulæ Barbaræ Pater*, deinde, *monasterii Agaunensis abbas,* ab Adone primum signatus, cum brevi sed distinctiori elogio, a Nostro compendiosius notatur. Citat Baronius Petrum in Catalogo et Trithemium ; sed ii satis jejune de Ambrosio loquuntur ; quam forte ob causam a Mabilione inter prætermissos refertur. Nec multa suggerunt vitæ nostræ abbatum Agaunensium manuscriptæ ; forte aliunde plusculum suppeditabitur. Est hic, ni fallor, verus et integer Usuardi textus. *Ambrosii.*

AUCTARIA.

PRATEN. Inter puros locum denuo non habet, quia hic caret postremo secundæ annuntiationis membro, nempe : *Horum festivitas cum in Kalendis habeatur, hic tamen plenius recolitur.*

HERINIEN. Eodem plane defectu laborat, quem in aliorum consensu, vere defectum appellare necesse est. Deinde manifestam lituram, præter morem, exhibet, cui longioribus lineis inscriptæ sunt, præpostero ordine, binæ primæ annuntiationes, cum tamen de Eustachio egerit XX Septembris, ex quo patet correctoris, vel ipsiusmet primi scriptoris imperitia; nam character vix quidquam differt. Præterea in fine adjicit : *Eodem*
Benigni. *die, commemoratio sancti Benigni martyris.* Haud dubie proprium loci est, propter impeditum diem hesternum huc translatum, ut est heri in DIVIONENSI codice.

TORNACEN. In prima purus, secundo loco refert Ambrosium, tertio Eustachium, sed cum defectu, de quo in prioribus codicibus diximus. Theodotum plane expunxit. In fine autem supe-
Fidelium defunctorum. raddit : *Ipso die, commemoratio omnium fidelium defunctorum*

PULSANEN. In sola prima, satis purus est. Tum de Ambrosio, cujus elogium plane expunxit. Desunt reliqua omnia.

MUNERAT. Pro *Victorini*, scribit *Victoris*. Ca-
Fidelium defunctorum. ret periocha, *horum festivitas*, etc. In fine : *Ipso die, commemoratio omnium fidelium defunctorum.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Incipi-
Eorumdem. unt : *Commemoratio omnium fidelium defunctorum.* Sequitur totus textus, sed nonnihil transpositus ; cui in fine subjungitur : *Apud Viennam, S. Georgii, ejusdem urbis egregii episcopi.* Est in Romano. *Georgii.*

LOVANIEN. In omnibus convenit cum proxime citatis codicibus, sed in eo ab ipsis differt, quod omittat elogium Theodoti.

ALBERG. et DANIC. Carent Eustachio, de quo egerunt XX Septembris. De cetero similes sunt ANTVERP-MAXIMO, etc.

CENTULEN. *Romæ, passio sancti Eustachii, qui antea Placidus dictus est, qui cum uxore Theospide, et duobus filiis Agapio et Teopisto, sub Adriano per ignem passus est. Apud Laodiciam, sancti Theodori episcopi, viri non solum verbis, sed et rebus et virtutibus adornati. Eodem die, sancti Ambrosii Agaunensium abbatis, sanctitate mirandi.* Deest prima annuntiatio de Victorino. *Textus mutilus*

BRUXELLEN. Incipit : *Commemoratio animarum omnium fidelium defunctorum.* In Eustachio mutilus est ; et præterito Victorino, de quo die sequenti, hic eos refert, quos heri omiserat. Imprimis . *Et natale beatæ Mariæ virginis et martyris, quæ cum esset ancilla, et in die natalis filii domini sui jejunaret, nec ullo modo flecti potuisset, ut cum ydolitis manducaret, diris vulneribus,* etc. Sequitur : *Apud Coloniam Agrippinam, sancti Euergisili, tertii ejusdem urbis archiepiscopi.* Tum de Severino Tiburtino, etiam ex die hesterna. Deinde, de Theodoto, satis pure. De Georgio Viennensi, cum codicibus supra. Rursus de Marcello, Vigore et Maturino, ut nos die præcedenti. Demum :

Fidelium defunctorum *De Maria* *Evergisili.* *Severini.* *Georgii.* *Marcelli.* *Vigoris.*

Apud

De Waldetrude.

Apud Montes Hannoniæ, canonizatio (MOLANUS habet *translatio*) *sanctæ Wauldetrudis electæ, et neptis beatæ Gudulæ virginis.*

Naamatii. *De fidelibus defunctis.*

HAGENOYEN. Orditur ab Eustachio, cujus Actorum satis vulgatorum compendium profert, sed ei describendo inhærere hic nolim. Sequitur de Victorino, satis bene. Tum : *Item sancti Naamacii episcopi et confessoris.* De Theodoto, nihil. Ambrosium differt in diem sequentem. In fine legit. *Eodem die, omnium fidelium defunctorum commemoratio, quæ statuta est propter defunctos illos, quorum memoriam nemo agit, et quia tales, subventiones non habeant speciales, habeant in isto die generales.* Hæc quidem ratio tolerabilis est, sed alia, quæ subjungitur, institutionis causa de *raptu custodis S. Petri*, describi non meretur.

De Fidelibus defunctis.

AQUICINCT. In principio : *Generalis et festiva commemoratio omnium fidelium defunctorum.*

Lauteni.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine adjiciunt : *Eodem die, sancti Lauteni abbatis.* In Castellano et Auctariis est I Novembris.

Justi.

DAVERONEN. In prima et secunda annuntiatione purus, subdit : *Dolensis cœnobii, sancti Justi monachi et martyris.*

Textus contractus.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Eustachii cum sociis martyribus. Commemoratio animarum. Victorini episcopi et martyris. Theodori episcopi et confessoris. Ambrosii abbatis monasterii Agaunensis.*

Valentini et Hilarii. *Marciani.* *Amici.*

VATICAN. signatus num. 5949. Deest Eustachii et Ambrosii Adjicitur : *In Savinis, sanctorum martyrum Valentini et Hilarii. Beneventi, sancti Marciani episcopi et martyris, discipuli beati Petri. Et transitus Domni Amici sacerdotis.* Vide Martyrologium Castellani.

Justi

FLORENTIN. *Tergeste, sancti Justi martyris, sub præside Monatio.*

Fidelium defunctorum. *Georgii.* *Justi* *Translationis Victorini, etc*

EDITIO LUBECO-COL. *Commemoratio omnium fidelium defunctorum, quam sanctus Bonifacius Papa IV generalem in ecclesiis Dei, omnibus annis instituit agi. Romæ, venerabilis memoriæ sanctorum Eustachii, cognomenti Placidi, cum uxore et filiis, martyrum.* Sequitur de Victorino, satis pure; item de Theodoto. Tum : *Apud Viennam, sancti Georgii, ejusdem urbis egregii episcopi et confessoris. Cœnobio Dolensi, sancti Justi monachi et martyris. Ipso die in Monasterio, translatio SS. Victorini et Floriani martyrum.* In Ambrosio satis pura est.

Fidelium defunctorum. *Justi.*

BELIN. Incipit : *Commemoratio omnium fidelium defunctorum.* Secundo loco scribit *Theodori*, pro *Theodoti.* In Victorino, satis purus, in Eustachio mutilus est. Tum : *Ipso die, passio beati Justi martyris, qui apud Trigesinam* (alia editio minus male habet *Trigestinam*) *civitatem coronatus est.* Denique Ambrosium habet, sed resecto toto ejus elogio.

Fidelium defunctorum. *Justi* *Alcnidini et soc.* *Justi.* *Georgii.* *Malachiæ.* *Volgani* *Dorani.* *Odilonis.* *Vitalis* *Victorini* *Florberti.*

GREVEN. *Commemoratio omnium fidelium defunctorum, quam sanctus Bonifacius IV generalem in ecclesiis agi instituit. Apud Tergestinam civitatem Hystriæ, natalis sancti Justi, pretiosi martyris, qui sub Diocletiano et Maximiano, pro fide Christi in carcerem missus, indeque eductus, nervis crudis cæsus, ad ultimum alligatis multis plumbi ponderibus, in mare præcipitatus est. In Perside, sanctorum Alcnidini, Pigasii, Anepothisti; qui sub rege Sapore vectibus durissime cæsi, ignem, lectos ferreos superantes, tandem cum aliis* XXVIII, *qui in eorum confessione crediderunt, in ignem missi, animas Christo reddentes, ab angelis in nubibus assumpti sunt. Credidit etiam, in eorum confessione, miles quidam nomine Antoninus, qui tentus atque decollatus est. Cœnobio Dolensi, sancti Justi monachi et martyris. Viennæ, sancti Georgii, ejusdem urbis episcopi et confessoris. Malachiæ episcopi, totius Hiberniæ Primatis et confessoris, cujus vitam a puero virtutibus et signis clarissimam, sanctus Bernardus abbas, mellifluo suo dicendi charactere diligenter descripsit. Erat autem natione Hibernus, et primum monachus, deinde episcopus factus, cum pro causis ecclesiastisis Romam secundo tenderet, apud Claram-vallem, sicut optaverat, vita functus, ab eodem sancto abbate sepultus est. Volgani episcopi et confessoris, fratris sancti Foillani martyris. In Hibernia, Dorani episcopi. Odilonis confessoris. Vitalis. In Monasterio, translatio Victorini et Floriani martyrum. Florberti abbatis Blandiniensis et confessoris.*

Fidelium defunctorum. *Justi* *Acindymi etc* *De Waldetrude*

MOLAN. Initio litteris Italicis : *Commemoratio omnium defunctorum*, etc. In fine : *Ipso die, passio beati Justi martyris*, etc. ut BELINUS. Editiones aliæ conveniunt, sed carent Eustachio. Habent de Georgio, ut GREVENUS : *Viennæ, sancti Georgii, ejusdem urbis, etc.* Tum : *Die secunda, sanctorum martyrum Acindymi, Pegasii, Aphtonii, Elpidephori et Anempodisti.* GREVENUS heri alia notavit nomina. *Montibus Hannoniæ, translatio sanctæ Vualdedrudis.*

III *Non.* *Die 3.*

Quarti. *Germani et soc.* *Martyrum Cæsaraugustanorum*

Natalis sancti Quarti, Apostolorum discipuli. Apud Cæsaream Cappadociæ, sanctorum martyrum Germani, Theophili, Cæsarii et Vitalis, qui sub persecutione Deciana, optime duxerunt martyrium. Cæsaraugustæ, sanctorum innumerabilium martyrum, qui sub Daciano Hispaniarum præside mirabiliter occubuerunt pro Christo.

Ex *Praten. Antverp-Max. et Lubec. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Hæc una ferme inter codices pro textu citatos discrepantia, quod Antverp. et Max-Lubec. tres tantummodo martyres Cappadoces signent, omisso nomine *Cæsarii.* Inter typographicos errores in Max-Lubec. numeretur *Cesaraugusto.* De cetero *Cappadocie, Datiano*, etc., etiam alibi recurrunt. In Adone Mosandri binæ aliæ annuntiationes hoc die adjiciuntur de *Dommino* et *Huberto*, quarum Rosweydus, prima exclusa, alteram servavit, hoc modo expressam : *Eodem die, depositio sancti Huberti episcopi.* Acceptionis hujus rationem non video : nam cum utraque ab Usuardo absit, facile credidero, neutram Adonianam esse. De solo Huberto, an Usuardinus sit, dubium ingerere possunt Heriniensis, Rosweyd. et mediæ notæ codices; verum cum a pluribus excludatur, atque alii isti in eo commemorando diversa phrasi utantur, hinc plane conficio, ad textum nostrum nequaquam pertinere. Cetera omnia Usuardina esse manifestissimum arbitror.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. Diximus alibi non semel, inter peculiares Romani parvi characteres, hunc non postremum computari, quod ex novo Testamento collegerit, tum primum diaconorum, tum aliorum multorum nomina, quorum vel in Actibus Apostolicis, vel in Apostoli Pauli epistolis memoria aliqua celebratur. Talis hoc die est *Quartus*, in epistola ad Romanos cap. 16 v. 23, inter familiares, *Quarti.* illustriori quodam titulo, ab Apostolo cohonestatus, dum de eo scribit : *Salutat vos... Quartus frater ;* de quo nullus alius antiquior Martyrologus uspiam meminit. Sic itaque a Romani parvi compilatore primum notatus est : *Quarti, discipuli Apostolorum*. Præmitte, *natalis sancti*, et habebis annuntiationem Adonis, ex quo nostra ad verbum descripta est. Nec alio titulo Sanctum nostrum decorandum censemus. Nam Dorothei Synopsis, a Baronio citata, toties alibi a Majoribus nostris convulsa, non est nobis idoneus auctor, ut cum Græcis, apud quos x Novembris colitur, aut ex LXXII Christi discipulis unum, aut Berythensem episcopum fuisse asseramus, quod pluribus alibi erit ostendendum — *Martyres Cappadoces* sic ab eodem Romani parvi auctore signantur : *In Cappadocia, martyrum Germani, Theophili, Cæsarii, Vitalis, sub Deciana persecutione.* *Germani et soc.* Paululo longior Adonis phrasis, tota, licet nonnihil transposita, in textum nostrum ab Usuardo translata est. Dubitari potest, an ex Hieronymianis hos Sanctos non acceperit laudatus Romani parvi auctor; certe et ibi leguntur producta a nobis Martyrum nomina, quibus *Egrilius* vel *Egritius* admiscetur, ut saltem de antiquissimo eorum cultu omnimode constet. In Rabano deest *Cæsarius*, quemadmodum et in duobus codicibus supra pro textu citatis, sed substituuntur tres alii, nempe *Dominus, Justus* et *Eremitis*, quos cum Cappadocibus male confusos credimus. Ceterum notat hic Baronius, *Petrum in Catalogo lib.* 10 *cap.* 18, *ex priscis tabulis, eorum Acta paucis describere.* Addere poterat, citari illa tamquam ex Martyrologio sancti Hieronymi desumpta. Verum si attente omnia Equilini antistis verba expendantur, nihil hisce Sanctis proprium refert, quod ex Usuardo non acceperit ; nam hujus Martyrologium plane est, quod Petri ævo Hieronymianum appellari solebat, ut cum Molano alibi observavimus. Sic quatuor martyres nostros Cappadoces disticho uno canit Wandelbertus :

Ternis Germanus, Vitalis, Cæsariusque
Theophilusque pari collucent lumine festi.

Jam supra ad XXII Januarii, ad XV et XVI Aprilis de *Martyribus Cæsaraugustanis* agendum nobis *Martyrum Cæsaraugustanorum.* fuit, sed de Vincentio potissimum, atque de XVIII aliorum determinato numero. Hic solus Usuardus (nam apud nullos alios antiquos Martyrologos inveniuntur) *innumerabilem* aciem colligit, quam Papebrochius ex Actis, accurate ab ipso XVI Aprilis illustratis, recte desumptam existimat ; nisi Prudentii Hymnum IV præluxisse putemus, dum Martyrum Cæsaraugustanorum multitudinem cum Carthaginensibus et Romanis componere non dubitat his verbis :

Vix parens orbis populosa Pœni,
Ipsa vix Roma in solio locata,
Te decus nostrum superare in isto
Munere digna est.
Omnibus portis sacer immolatus
Sanguis, etc.....

Tu vide hymnum ipsum citata die XVI Aprilis, vel quæ hic a Baronio in Notatione excerpta sunt. Cursim Martyres nostros memorat, Acta hinc inde vellicans, Tillemontius tomo 5 pag. 230, nos, si quid commentario Papebrochii aut Actorum ipsorum elucidationi superaddi possit vel debeat, id suo loco præstabimus.

AUCTARIA.

HERINIEN. Toto textu purissimus, in fine proprium, ni fallor, adjicit : *Andagino monasterio,* *Huberti* *depositio sancti Ucberti episcopi et confessoris.*

TORNACEN. Hic etiam purissimus, addit : *Ipso* *Juvenalis.* *die, sancti Juvenalis confessoris.* Si de Narniensi agitur, spectat ad III Maii. Magis crederem *Guinailum* indicari, de quo infra.

ANTVERP-MAJ. Et hic purus est, sed in fine : *Pauli.* *Ipso die, sancti Pauli Episcopi et martyris, discipuli Petri Apostoli.* Quis hic sit, nescio.

Huberti. ROSWEYD. Etiam purus, sic habet : *Item, na-* *Pirminii.* *tale sancti Hugberti episcopi et confessoris. Item* *Valentini.* *Pirminii episcopi. Valentini presbyteri.*

PULSANEN. In duabus primis satis purus, annuntiatione tertia caret.

MUNERAT. Post textum, sequitur : *Castro Cor-* *Guinaili.* *boilo, depositio beati Guinaili abbatis et monachi, cujus vita et miracula habentur. Eodem die, civitate* *Marcelli.* *Parisius, beati Marcelli*, etc., ut I Novembris ; sed in fine : *Cujus corpus requiescit in alma ecclesia beatæ Mariæ Virginis.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN et LOVANIEN. Textui itidem puro, subdunt : *Audagino* (ANTVERP-MAX. *Augadino) monasterio, depositio* *Huberti.* *sancti Huberti episcopi et confessoris.*

ALBERG. Textum æque purum refert, cui simplicius et Adoniana phrasi superaddit : *Eodem* *Huberti.* *die, sancti Huberti episcopi et confessoris.*

DANIC. Textui item puro subjungit : *Castro Viterbiensi, sanctorum Valentini presbyteri et Hilarii* *Valentini et Hilarii.* *diaconi, qui sub Maximiano diu laniati, in Tiberim mersi, sed ab angelo erepti, capitis abcisione martyrium compleverunt.* Vide Romanum.

CENTULEN. In prima purus, in secunda mutilus est, sola referens nomina ; deest tertia, cui substituitur : *In pago Vilcassino, sancti Clari presbyteri* *Clari.* *et martyris.* Vide Usuardum ipsum die sequenti.

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Leodium, elevatio* *Elevationis Huberti.* *sancti Huberti episcopi et confessoris, facta anno* XVI *post ejus decessum. Et corpus ipsius integrum, quodque cæsaries creverit, corona illæsa manente, et quod vultus sudore perfusus sit, clare inventum est. Et huic elevationi Karolomannus Austrasiorum princeps, frater Pippini, postea Francorum regis, interfuit.*

Victorini. Agricolæ et Vitalis per anticipationem. Valentini et Hilarii.

interfuit. Sequitur de Quarto, pure. Tum de Victorino Pitabionensi, ex die hesterna. Martyribus Cappadocibus interserit nomen *Victoris*. Deinde textum crastinum sic anticipat : *Apud Bononiensem civitatem, natale sanctorum martyrum Agricolæ et Vitalis, quorum posterior prioris servus antea fuit, nunc consors et collega martyrii. In quos ministri omnium tormentorum genera exercuerunt, et tandem beatum Agricolam cruci affigentes, interemerunt. Castro Viterbiensium, natale sanctorum Valentini presbyteri et Hilarii dyaconi, qui sub Maximiano diu laniati sunt*. Sequuntur Martyres Cæsaraugustani, satis pure. Denique de Ambrosio Agaunensi ex die præcedenti.

Marcelli. Mariæ. Ambrosii. Pirminii. Wenenfridæ. Huberti.

HAGENOYEN. Incipit : *Civitate Parisius, depositio sancti Marcelli episcopi et confessoris, qui ut dignus*, etc., ex I Novembris, adjecto etiam altero elogio : *Cujus vitam illustrem et virtutibus plenam ac miraculis, Fortunatus*, etc. Sequitur de Maria, ex eodem die. De Quarto, nihil. De Cappadocibus, satis pure. Cæsaraugustani ad diem sequentem dilati sunt. Tum de Ambrosio Agaunensi, ex die hesterna. Dein : *Ipso die, sancti Pirminii episcopi et confessoris, totius sanctitatis viri. Item in Anglia, Wenenfridæ virginis, sanctissimæ religionis. Item, sancti Hugberti episcopi et confessoris*.

Pirminii. Huberti. Valentini et Hilarii.

AQUICINCT. Caret nomine *Cæsarii*. In fine : *Depositio Parmenii episcopi*. Rabanus scribit *Permenii*, sed legendum cum aliis *Pirminii*. Sequitur : *Ardennæ, sancti Huberti episcopi Leodiensis. Ipso die, castro Viterbiensium, passio sanctorum Valentini presbyteri et Hilarii diaconi, qui sub Maximiano, ac Demetio consule diu laniati, insigne templum Herculis orando favillam fecerunt, ac in Tiberim*, etc., ut supra in codice DANICO.

Valentini, etc.

VICTORIN. In fine : *Castro Interbentium, passio sanctorum Valentini*, etc., ut præcedens; nisi quod pro *Demetio*, hic legatur, *Demetrio*. Cum hoc de more convenit REG. SUEC. signatus num. 130 ; sed videtur legere, *Castro Viterlencium*, vel *Viterbencium*. Cur non *Viterbiensium* ?

Pirminii. Adventii.

DAVERON. *Depositio sancti Pirminii episcopi. In pago Turonico, natalis sancti Adventii confessoris*.

Huberti.

MATRIC-CARTUS ULTRAJECT. *Quarti Apostolorum discipuli. Huberti primi Leodiensis episcopi. Cæsaraugustæ, sanctorum innumerabilium martyrum, sub Daciano præside*.

Guinardi.

CAMBERIEN. *Castro Corboilo, beati Guinardi abbatis et monachi*. Puto eumdem esse, qui a MUNERATO vocatur *Guinailus*, a Castellano vero *Vinailus*, Gallice *Guenau*. Vide etiam sequentem.

Guinaili. Mariani, etc.

REG. SUEC. signatus num. 428. *Corboilo, depositio Guinaili abbatis et monachi, cujus vita et miracula habentur. Eodem die, Magubio civitate Mauritaniæ, passio sanctorum Mariani, Pelagiæ et Mauri*. Sic junctos non novi.

Translatio Andochii.

CODEX D. LE MARE signatus A. *Translatio sancti Andochii presbyteri*.

In VATICAN sub. num. 5949. Desunt martyres Cæsaraugustani, nescio an reliqua pura sint.

Rumwoldi. Guinaldi. Pirminii.

ALTEMPS. *In Britannia, sancti Rumwoldi confessoris, apud Bokyngium quiescentis. Apud Corboilum, depositio sancti Guinaldi abbatis et confessoris. Item Pirminii episcopi*.

Euphrosyni. Hilarii.

FLORENTIN. Primo loco : *In territorio Florentino, apud castrum Pauzeni, sancti Euphrosyni Pamphiliæ episcopi et confessoris, qui magnis virtutibus et miraculis clarus quievit in Domino, tempore Silvestri Papæ, et ibi sepultus est in basilica, ad honorem sui nominis dedicata. Sancti Hilarii episcopi et confessoris*.

De Huberto.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Natale sancti Huberti episcopi Leodiensis et confessoris, virtutibus clarissimi, cui Christus, cum esset miles gentibus* (gentilis) *in sancta sexta feria occupatus circa venationem cervorum, in forma crucifixi, inter cornua unius cervi apparuit, et cum ad fidem Christianæ religionis reduxit. Hic a Sergio Papa, angelo ammonente, Romæ episcopus ordinatus, et ad regendam ecclesiam Tongerensem destinatur. Qui tertio decimo anno præsulatus sui, pignus sancti Lamberti prædecessoris sui, Domino revelante, de Trajecto transtulit Leodium, et cum jam fere triginta annos ecclesias Tongerensium et Leodiensium laudabiliter rexisset, sancto fine requievit in pace; sed translatum* (corpus) *per Lodovicum regem Francorum, filium Karoli magni et Christianissimi imperatoris de Leodio ad monasterium Andeginense*.

De Pirminio. Dominini. Clari. Adventii. Bayæ. Mariani. Wenefredæ.

Sequitur textus satis purus. Tum : *Ipso die, sancti Pirminii anachoritæ. Qui locum desertum inhabitare cupiens, plenum bestiis et serpentibus, ac muscis diversi generis et animalibus venenatis atque scrabonibus aculeatis reperiens, fecit ligneam crucem, et nomine Domini Jesu invocato, omnia illa venenata expulit, locum illum occupantia. Tandem in episcopum eligitur, et post multa virtutum insignia in pace quievit. Apud Viennam, sancti Dominiani, gloriosi episcopi et confessoris. In pago Vilcassino, passio beati Clari presbyteri et martyris. In pago Turonico, sancti Adventii confessoris. Eodem die, beatæ Bayæ virginis. In Bardewic, sancti Mariani diaconi et martyris. Et ipso die, sanctæ Wenefredæ virginis et martyris*.

Malachiæ.

BELIN. In textu satis purus, in fine apponit : *Eodem die, sancti Malachiæ episcopi, qui multis virtutibus tempore suo claruit*.

Valentini, etc. Mariani. De Huberto. Dominini. Pirminii. Romuldi. Guillermi. Adventii. Wenefredæ. Hayæ. Alpaidis.

GREVEN. *Valentini presbyteri et Hilarii diaconi martyrum. In Brabantia, pago Bardewic, sancti Mariani diaconi et martyris. Huberti episcopi Leodiensis et confessoris. Qui tempore Theoderici Francorum regis, cum esset miles idolorum cultui deditus, in venatione, Christo inter cervi cornua in forma crucifixi sibi apparente, conversus est. Deinde a sancto Lamberto Leodiensi episcopo, in fide et moribus diligentius instructus, heremum petens, austeram aliquamdiu vitam duxit. Postmodum vero ab angelo monitus, Romam profectus, a Sergio Papa, divina revelatione, præfato Lamberto jam martyrio coronato, substitutus, cum episcopale munus* XXX *ferme annis strenue administrasset, quievit in pace anno Domini* DCCXXXI, III *Kal. Junii; ejus tamen festivitas hic solennius agitur, quando sacrum corpus ejus de terra elevatum est. Viennæ, sancti Domnini episcopi et confessoris. Ipso die, sancti Pirminii anachoritæ*. De quo vide EDIT. LUBECO-COL. *In Britannia, Romuldi confessoris. Guillermi confessoris. In pago Turonico, sancti Adventii confessoris. Item Wenefredæ virginis et martyris. In Scotia, Hayæ virginis. Item sanctæ Alpaidis, quæ, ut refert Vincentius lib.* 30, *multis annis infirmitatibus pressa, sine corporeo cibo vixit; cumque esset genere infima, officio bubulca, admirabili tamen sapientiæ dono prædita, prudens valde in consiliis, circumspecta in verbis, efficax erat in exhortando, multis insuper revelationibus a Deo visitata, tandem quievit*.

Malachiæ. Guinali. Adventii. Huberti. Pirminii. Odradæ. Mariani. Venefredæ.

MOLAN. De Malachia, Guinalo, Marcello, Adventio, ut supra. *In Ardenna claustro, quod S. Huberti dicitur, depositio sancti Huberti episcopi et confessoris. Eodem die, depositio sancti Pirminii episcopi et confessoris. Eodem die, sanctæ Odradæ virginis*. Et minoribus typis : *apud Alem in Brabantia. In Barduyc cathedrali civitate, sancti Mariani*, etc. *Item, Wenefredæ virginis et martyris*. Aliæ editiones sic habent : *Andaino monasterio, natale*

beatissimi Huberti, Tungrensis ecclesiæ pontificis et confessoris. Qui beato Lamberto martyri in episcopatu succedens, anno XII *suæ ordinationis, oraculo divino admonitus, sacra ossa ejusdem martyris, sedemque episcopatus a Trajecto Leodium, ubi passus fuerat, transtulit. Deinde multis accrescens virtutibus, multos de idololatria ad Christi fidem convertit, plures dæmoniacos vivens, plurimos post decessum suum liberavit. Transiit autem idem pretiosus Domini pontifex et egregius athleta* III *Non. Novembris, sepultus in ecclesia beati Petri Apostolorum Principis. Nonagesimo vero anno translatus est ad Andainum, a Vulcando beatæ memoriæ Leodiensi episcopo, annuente Ludovico imperatore piissimo. Ubi quid vivens ejus spiritus gesserit, virtutibus innumeris et gloriosis prodigiis, nec non miraculis assiduis, usque hodie ad laudem et gloriam Domini mirabiliter attestatur.* De Pirminio, Adventio et Guinalo, ut supra. Tum : *In districtu Maeslandiæ, villa Alem, sanctæ Odradæ virginis.* De Valentino et Hilario, ut supra. *Valentini, etc.* *In Anglia, sanctæ Vuenefridæ, virginis et martyris, quam Cadocus, filius Alani regis, occidit pro castitate.* *Wenefridæ.* Hoc observat Castellanus in notula ad Martyrologium Romanum. *Glasconiæ, sancti Benigni episcopi et confessoris.* *Benigni.* *Die tertia, sanctorum martyrum Acepsimæ, Aithalæ, et Joseph.* *Accepsimæ et soc.* *Et encænia divini templi, sancti magni martyris Georgii in Lydia, et depositio sancti corporis ipsius.* *Georgii.* *In vico Florinensi, exceptio corporis sancti Mauri, egregii martyris.* *Exceptionis Mauri.* Tandem addit in fine : *Leodii in monte publico, dedicatio cœnobii sancti Laurentii.* *Dedicationis S. Laurentii.*

Pridie Non. *Die 4.*

Apud Alexandriam, beati Hierii presbiteri, qui in divinis scripturis nobiliter eruditus, vita purissima, atque ad Christianam philosophiam nudus et penitus expeditus, doctor Ecclesiæ incomparabilis fuit, quievit autem Philippi imperatoris tempore. *Hierii alias Pierii.* In Galliis civitate Rotenus, sancti Amantii episcopi, cujus vita sanctitate et miraculis extitit gloriosa. *Amantii* In pago Vilcasino, sancti Clari presbiteri et martyris. *Clari.* Augustuduni, sancti Proculi episcopi. *Proculi*

Puri sunt *Praten. Herinien. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Prima et fere maxima diversitas recurrit in primi Sancti nomine, quod solus Molanus receptiori modo extulit per *Pierii*, ut est in Eusebio Valesii, et passim vocari solet. At cum ex Rufino acceptum sit, isque scribat *Hierii*, sic in Romano parvo, Adone et Usuardo servatum est; a nonnullis codicibus deformatum per *Herii, Jerii, Hierei, Hyerii, Hyrei, Hyerei*, etc. Praten. Herinien. Tornacen. et alii habent ut est in textu. Alia variatio est in expressione urbis Rutenensis, cujus nomen cum Adone ex Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd., etc., formavimus more ejus ætatis *Rotenus*, non *Rotemis*, ut Praten. neque *Rotenis* aut *Rotenius*, ut alii; multo minus *Redonis*, ut pessime correxit Molanus. Ruteni ad Aquitaniam pertinent, Redonenses ad Aremoricos, seu Britanniam minorem. Scripsi *Vilcasino* cum plerisque codicibus, editi passim habent *Vilcassino*, sunt qui præferant *Vulcasino.* Inter puros Grevenus et Molan. Proculo adscribunt titulum *martyris*, et sic etiam legunt Antverp-Maj. Antverp. Max-Lubec. et Belinus, unde et in Romanum transiit, sed pro nostra et veriori lectione stant codices præcipui. De *Augustuduni* et similibus, alibi satis dictum est.

OBSERVATIO. Ex eodem fonte, imo ex eodem libro et capite procedit *Hierius* vel *Pierius*, ex quo *Hierii, alias Pierii* nudius tertius acceptus fuit Theodotus Laodicenus, nempe ex Rufini lib. 7 cap. 29, unde rursus conflatum est totum Adonianum elogium, cujus elegantior medulla in textu nostro repræsentatur. Sic primus scripserat qui primus hunc Sanctum in Fastos suos retulit auctor Romani parvi. *Alexandriæ, Hierii presbyteri, vita purissimi, in Scripturis nobiliter eruditi.* Atque hic denuo ex illorum Sanctorum numero est, quos Romani parvi proprios dicimus, utpote quos apud alios Martyrologos, aut extra seriem nostram frustra requisiveris. Quæ de Pierii rebus gestis aut scriptis dici possunt, ex citato Eusebio vel ex Hieronymo de Scriptoribus Eccles. cap. 76 desumenda sunt; pleraque ex ipsis et Photio collegit et Gallice digessit Tillemontius tomo 4 pag. 582 et 583; nos paucula dedimus in Tractatu de Patriarchis Alexandrinis pag. 36 a num. 191. — Sequens commemoratio tota Adoniana *Amantii* est sub istis saltem terminis primum signata. Hieronymianis adjectam censet Florentinius, sed quales plurimæ aliæ in illis codicibus reperiuntur; certe vix dubito, quin Rabanus annuntiationem suam inde eduxerit, Hieronymianis ferme verbis conceptam ; an etiam Ado fontem eumdem consuluerit, parum interest pluribus quærere. Alia vide in Baronii et Florentinii Notationibus. Non tam rerum gestarum, quam miraculorum aliquot seriem nobis reliquit seu Fortunatus, seu quisquis alius compilator synopsis illius, quæ apud Surium exstat, nec satis integra nec satis sincera, atque adeo ex aliis, præsertim et manuscripta nostra et Labbeana tomo 2 Biblioth. Ms. pag. 474, corrigenda in Actis et restituenda. Bene et vere scripsit Wandelbertus *Rutenos* per sanctum Amantium ornari, non *Redones*, ut perperam tam studiose inculcat Molanus, affinitate nominum deceptus ipse, atque alios, forte etiam Ferrarium in errorem inducens. Vide quæ surpra de horum locorum diversitate in Variantibus observata sunt. Hic unicus est metrici Martyrologi versiculus :

Hinc pridie Rutenos confessor Amantius ornat.

Clarus Vilcasinus apud nullos antiquos Martyrologos, præterquam apud Nostrum notus est, nullo *Clari*

ornatus elogio, haud dubie quod nulla Acta viderit Usuardus, ex quibus distinctiores aliquas notas seu missionis, seu prædicationis, vitæ, martyrii aut temporis depromeret. De alio Claro episcopo et martyre, apud Aquitanos percelebri multa curiose et erudite ab Henschenio et Papebrochio disquisita sunt; alia cum Baluzio conjectata circa variorum synonymorum satis verosimilem confusionem, quæ omnia facem fortasse præferre poterunt ad excutienda ea, quæ de hoc Vulcasinensi Denyaldus et alii, si non temere, saltem valde liberabiliter congessisse videntur. Quosnam *alios*, Usuardo adstipulantes, quæ vetera manuscripta alleget Baronius, plane ignoramus. Sed hic statutos limites transgredi necesse non est. — De *Proculo* certo meminere codices Hieronymiani, sive ad primam sive ad posteriorem manum pertineat. *Proculi* Hinc a Rabano et Nostro acceptum credimus, nisi forte contra Mosandri et Rosweydi mentem, etiam Adoni adscribendus sit. Certe ubique *episcopum*, nusquam *martyrem* deprehendo, ut proinde cum purioribus Usuardinis codicibus, recte supra in textu legendum statuerimus. Quod autem lib. II, num. 309, quo a Baronio remittimur, habet Petri Catalogus: *Proculus martyr ipso die Augustoduni passus est*, ab Hieronymianis, Rabano et Usuardo satis eliditur. Vellemus tam certa superesse vitæ monumenta, quam certum putemus, assertum titulum Proculo deberi; quemadmodum et de cetero Usuardinam lectionem veram censemus et simplicem.

AUCTARIA.

TORNACEN. Inter purissimos codices computandus esset, nisi totum Hierii elogii resecuisset.

ANTVERP-MAJ. In duabus primis purus, duas postremas sic in unam male compingit: *In pago Vilcasino, sancti Proculi martyris.*

ROSWEYD. Auctior est, nam post textum, hæc *Birnstani.* adjicit: *Civitate Vuenta, depositio sancti Birnstani, ejusdem diocesis episcopi, qui sacris meritorum* *Domnini.* *coruscans virtutibus, beato fine quievit. In Italia,* *Primi, etc.* *Domnini martyris. In Africa, Primi, Cæsarii cum aliis* X. Duæ postremæ ex apographis Hieronymianis acceptæ sunt, ubi Domninus, non Italiæ, sed *Niceæ* tribuitur.

PULSANEN. In prima, deest elogium. Secunda et tertia puræ sunt. Deficit in quarta.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Hierii elogium nonnihil augent et construunt more Adoniano, omnia ponentes in genitivo. Carent annuntiatione tertia de sancto Claro. In quarta legunt *Proculi martyris.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. In prima Adonem quoque imitantur. Secundo loco, sic habent: *Eodem die, natale sanctæ* *Perpetuæ.* *Perpetuæ, conjugis beati Petri Apostoli.* Quisnam hoc primus posuerit, nescio. Est in Romano *Perpetua* aliqua, sed Petri discipula, IV Augusti. In Amantio satis puri sunt codices. De Claro, nihil. Proculo addunt titulum *martyris*. Demum: *In Galliis, oppido Dinatensi*, (Dinacensi, Clinatensi, melius LOVANIENSIS, Dinantensi), *sancti Per-* *Perpetui.* *petui Tungrensis episcopi.* Manet in aliis codicibus loci diversitas.

ALBERG. et DANIC. In jam dictis conveniunt, sed toti textui præfigunt: *Apud Bononiensem ci-* *Agricolæ et Vitalis.* *vitatem, natale sanctorum martyrum Agricolæ et Vitalis. Quorum posterior, prioris servus fuit antea, nunc consors et collega martyrii. Denique cum cogeretur idem a persequentibus, ut Christum negaret, et ille amplius profiteretur Dominum Jesum Christum, omnium tormentorum genera exercuerunt in eum. Novissime beatum Agricolam interemerunt, cruci affigentes.* Ita etiam hoc die posuit BELINUS, et ex eo Romanum modernum; verum in serie nostra spectant ad XXVII Novembris.

CENTULEN. In prima Adonianus, sed mutilus est. In secunda, caret elogio. Tertia deest. Quarta *Translationis Angilberti.* pura est. Addit in fine: *Cœnobio Centula, translatio sancti Angilberti abbatis, qui post viginti octo obitus sui annos, incorruptus repertus est.* Colitur Angilbertus XVIII Februarii.

BRUXELLEN. Incipit: *Natale sanctæ Perpetuæ,* *Perpetuæ.* *conjugis beati Petri Apostoli.* In Hierio, satis purus est. Tum de Proculo, ut supra. In Amantio, satis recte. Deest Clarus. Sequuntur varia, imprimis: *Remis, depositio sancti Gamatis episcopi.* *Gamatis.* *In Galliis apud opidum Dyonantum, natale sancti Perpetui Tungrensis episcopi; qui fecit miracula* *Perpetui.* *multa. In Africa, natale sanctorum Primi, Cæsa-* *Primi, etc.* *rii, Gregorii et Porphirii.* Vide socios in Hieronymianis. *Item Brunstani episcopi et confessoris.* *Birnstani.* Castellanus scribit *Biristani.*

HAGENOYEN. Incipit: *In monasterio Epta, sancti Clari presbyteri et martyris.* *Clari Eptanensis.* Secundo loco refert martyres Cæsaraugustanos, de quibus egit *Martyrum Cæsaraugustanorum.* Usuardus, die præcedenti. Tum de Valentino et Hilario, ut ibidem inter Auctaria. *Valentini et Hilarii.* Sequitur de Theodoto, ex textu II Novembris. *Theodoti.* In Hierio, satis purus est. Amantio titulum apposuit *Rothomagensis episcopi.* Ut hic codex plerumque multa turbat, sic Clarum Vilcasinensem et Proculum Augustodunensem distulit ad VI Novembris. Hic autem in fine adjicit: *In Galliis, opido Dynatensi Brabanciæ, depositio sancti Perpetui Tungrensis vel Leodiensis episcopi et confessoris.* Vide Castellanum et quæ jam diximus ad superiores codices.

AQUICINCT. Proculum vocat *episcopum et martyrem.* In fine vero: *Bituricas civitate, sancti Lusoris episcopi.* *Lusoris.* Florus noster *Lusorem* hodie celebrat Bituricis, non *episcopum*, sed *puerum*, qui Gallice vocatur *Lude*, positum in Martyrologio Castellani I Novembris.

DAVERON. In textu non plenus, addit: *Sancti Luxoris episcopi, in pago Bituricensi.* *Luxoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Amantii episcopi in Galliis. Perpetui episcopi Leodiensis.* *Perpetui.* *Hierii presbyteri Alexandriæ, de quo beatus Hieronymus scribit.* Vide Observationem.

CAMBERIEN. *Civitate Aquis, sancti Nutricii martyris.* *Nutricii.* De hoc nihil in aliis codicibus.

In VATICAN. signato num. 5949, deest tota annuntiatio ultima.

ALTEMPS. *Item civitate Wentano, sancti Brinstani episcopi et confessoris.* *Birnstani.*

LUGDUNEN. Pro *Amantii*, scribit *Amonii*.

BURDEGALEN. *Bituricas civitate, sancti Lusoris* *Lusoris.* *episcopi.* Vide quæ diximus ad AQUICINCTINUM.

EDITIO LUBECO-COL. In prima Adonem redolet. In secunda, satis pura est, servato, ut alii, *Redonis*. Tum: *In Galliis, opido Dinacensi, natale sancti Perpetui Tongerensis episcopi et confesso-* *Perpetui.* *ris.* Clarum omittit. De Proculo, ut alii supra.

Tum

Perpetuæ cum elogio. *Modestæ.* *Honorati.* *Quiliani.*

Tum hanc historiam subjungit : *Eodem die, sanctæ Perpetuæ martyris, uxoris sancti Petri Apostoli, quam ad martyrium, cum a tortoribus urgeretur, sanctus Petrus his verbis audacter eam in Domino exhortatus est : Uxor mea, memor esto Dominum Jesum Christum pro te passum, nec timeas eos, qui corpus occidunt, sed animam tuam perdere non possunt. Et his verbis confortata in Domino, lætanter, patienter et fortiter mortem pro Christo sustinuit. Treveris, sanctæ Modestæ virginis. In territorio Nevernis, sancti confessoris Honorati. Ipso die, sancti Quiliani confessoris.*

Emerici. *Vitalis, etc.* *Lusoris.*

BELIN. In prima omnino purus non est. De Amantio et Proculo, ut supra. Tum : *In Ungaria, apud Albam regalem, depositio beati. Emerici confessoris, filii sancti regis Stephani. Item eodem die, apud civitatem Bononiensem, sanctorum martyrum Vitalis et Agricolæ, quorum posterior prioris servus*, etc., ut ALBERGENSIS ; sed transponendo nomina, ut *Vitalis servus sit*, et addendo in fine, *sicque compleverunt eorum martyrium.* Tum : *In pago Vilcassino, sancti Clari martyris.* Editio altera insuper adjicit : *Item Bituriges, sancti Lusoris episcopi.*

Agricolæ et Vitalis. *Primi, etc.* *Perpetui.* *Briscani.* *Anniani Honorati. Quiliani. Lusorii.* *Gregorii.*

GREVEN. *Secundum Cathalogum et alios hic, natale sanctorum Agricolæ et Vitalis, quos Usuardus habet infra v Kalendas Decembris. In Africa, sanctorum Primi, Cæsarii, Gregorii, Porphirii et aliorum.* Ex Hieronymianis. *In Galliis oppido Dinacensi, depositio sancti Perpetui episcopi Leodiensis et confessoris. Briscani episcopi et confessoris. Anniani episcopi. In territorio Nivernensi, Honorati confessoris. Quiliani confessoris. Lusorii confessoris. Item, sancti Gregorii abbatis, filii regis Græciæ, fundatoris primi et rectoris monasterii de Porceto juxta Aquisgranum. Treveris, sanctæ Modestæ virginis. Odradis virginis. Eodem die, sanctæ Perpetuæ martyris, uxoris beati Petri Apostoli. Quæ cum ob Christi fidem duceretur ad supplicium, S. Petrus ad eam clamavit : O conjunx*, etc., fere ut supra, in EDITIONE LUBECO-COLONIENSI.

Modestæ. *Odradis.* *Perpetuæ.*

Lusoris. *Modestæ Emerici. Agricolæ et Vitalis.* *Flori.* *De 7 Dormientibus*

MOLAN. *Item Bituriges, depositio sancti Lusoris pueri et confessoris, qui filius cujusdam senatoris fertur in albis migrasse. Scriptum in libro miraculorum Gregorii Turonensis episcopi.* De Modesta et Emerico, ut GREVENUS. De Agricola et Vitale ut BELINUS ; sed recte. De Perpetuo et Perpetua, ferme ut codices supra. Tum typis minoribus de Gregorio, ut GREVEN. Dein : *Depositio beati Flori episcopi et confessoris, cujus episcopatus de suo nomine nunc appellatur. Item Turonis, sanctorum septem Dormientium : Clementis, Primi, Cleti, Theodori, Gaudentis, Quiriaci et Innocentii, ex duobus fratribus beati Martini nepotum, quorum vitam et conversationem celebrem Gregorius Turonensis archiepiscopus descripsit.* Editiones aliæ, Agricolam et Vitalem textui primo loco inserunt. In fine de Emerico, ut diximus ex GREVENO. Sequitur : *In Dionanto, sancti Perpetui, episcopi et confessoris ecclesiæ Leodiensis.* De Perpetua, ut codices. *Juxta Aquisgranum, in Porceto, transitus sancti Gregorii abbatis. Item Biturigis, depositio sancti Lusoris pueri*, etc., ut in priori. Tum, de Modesta. Hinc : *Velaunii, depositio sancti Flori episcopi et confessoris. Cujus episcopatus de ipsius nomine nunc appellatur. Die quarta, sancti martyris Nicandri episcopi Mireorum. Et sancti patris Joannicii magni.* Hujus celeberrimi sancti egregia Acta Græce et Latine suo tempore, ut pridem polliciti sumus, dabuntur.

Perpetui. *Perpetuæ.* *Gregorii.* *Flori.* *Nicandri.* *Joannicii.*

Nonis. *Die 5.*

Zachariæ prophetæ, patris Joannis Baptistæ. In Terracina civitate Campaniæ, natalis sanctorum Felicis presbiteri et Eusebii monachi, tempore Claudi imperatoris, qui Eusebius cum sepelisset sanctos martyres, Julianum et Cæsarium, et converteret multos ad fidem, quos Felix presbiter baptizabat, tenti sunt ambo et ad forum judicis ducti, nec superati; unde carcere reclusi, et nocte eadem cum sacrificare nollent, decollati sunt. In territorio Aurelianensi, sancti Læti presbiteri.

Zachariæ. *Felicis et Eusebii.* *Læti*

Plures hoc die puri sunt *Praten. Herinien Tornacen Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Belin. Greven* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Aliqui codices inter *patris* et *Joannis* ponunt debitum *sancti* vel *beati* titulum, ego illos prætuli, qui proxime ad Romanum parvum et Adonem accedunt. *Tracina* et *Cæsareum* errores sunt in Antverp-Maj. uti et *Cesarem* in Munerato. Belin. habet *converterent*, pro *converteret*; Rosweyd. *baptizavit*, pro *baptizabat*. Rursus Belin. *inde*, mutavit in *deinde*, et nomen *Læti* in *Leviti*. Solus Munerat. post *presbyteri* adjecit *confessoris*.

Zachariæ

OBSERVATIO. Hæc prima hoc die Romani parvi annuntiatio est, et primum ab ipso signata : *Zachariæ prophetæ, patris Joannis Baptistæ.* Eadem Adonis verba sunt, eadem Usuardi, ut ex textu nostro patet; nec in vetustioribus Kalendariis aut Martyrologiis Hieronymi, Bedæ, Flori, Rabani ulla hujus Zachariæ memoria reperitur ; unde hic rursus facile conjicias, diem pro arbitrio selectum esse. An ab auctore Romani parvi ? Ita equidem existimo, cum id passim ipsum factitare solitum, jam toties monuerimus. Sed unde Wandelberto dies iste præ aliis innotuit, quandoquidem alibi dixerim, verosimile non esse, quod Wandelbertus Romanum parvum viderit? Sic certe Ado loquitur, ac si thesaurum in Italia refossum, primus in Gallias deportasset ; fatendum tamen, notitiam saltem aliquam, forte ex ipsa urbe Roma, ad Wandelbertum prægressam fuisse, nam adeo aperta

in non

in non unis prophetis consensio, fortuita esse non potuit. Ceterum undecumque hoc potissimum die Zachariam celebrandum invenerit Martyrologus metricus, sic ipsum canit:

Nonis Zacharias vates templique sacerdos
Eminet, oblitam nati qui munere vocem
Vatis et officium prisco de more recepit.

Certiora de hoc sancto Propheta monumenta ex Evangelio desumenda sunt; controversa nonnulla expendit Baronius in Annalibus ac in Notatione hodierna; atque item Tillemontius tomo 1 a pag. 482, de quibus uti et de conjunctione Elisabeth in Romano facta, alibi fusius disseremus. — *Felicis et Eusebii.* *Felix* et *Eusebius* ex Actis sancti Cæsarii, de quo 1 Novembris egimus, a Beda primum accepti et in sacras tabulas relati sunt, unde totum elogium suum Adonem transumpsisse manifestum est: Noster textum ex alterutro non ineleganter contraxit. Rabanus Bedam de more secutus est. In Romano parvo simpliciter legitur: *Terracinæ, Felicis presbyteri et Eusebii monachi.* De Cæsarii Actis dictum est citata prima die Novembris, nec est quod hic superaddam, donec ipsa accuratius possint recenseri, et forte propugnari adversus notam Tillemontii tomo 2 pag. 574. Atque hic sistit Viennensis Martyrographus, nisi quis annuntiationem a Rosweydo in appendicem rejectam: *Capua civitate, sanctorum Euras et Quarti et Pardi martyrum,* illi tribuendam contendat, de qua videri potest Florentinii notatio ultima ad hanc diem. Hic interim postremum Wandelberti versiculum quo Felicem et Eusebium laudat subjicio:

Hasque sacer Felix monachusque Eusebius augent.

Læti. *Lætus* vere et proprie Usuardinus est, *presbyter* dictus, tametsi vita ex Bibliotheca Floriacensi a Surio et Gonono edita Levitam dumtaxat appellet. Sunt qui in prædicta vita non pauca carpenda offendant. Exstat in Museo nostro seorsim impressa et manuscripta, ac præterea viri eruditi observatio ad eam, quæ Carolopoli vulgata est MDCLXXV, quam ait *puram verbositatem* ostentare, iis exceptis, quæ de reliquiis satis authentice referuntur. Nostrum non est temere quidquam aut præmature in hisce definire, Usuardum damus, quod hic satis.

AUCTARIA.

PULSANEN. In prima satis purus, secundam producit usque ad *imperatoris*, desunt reliqua omnia.

Malachiæ. ANTVERP. et MAX-LUBEC. Textui puro in fine superaddunt: *In territorio Lingonensi, monasterio Clarevallis, festivitas sancti Malachiæ episcopi et confessoris.*

Ejusdem. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Idem habent, quod duo præcedentes, nisi quod ANTVERP-MAX. male scribat, *in territorio Lingonensi*, sed omnes adjiciunt: *Cujus vita virtutibus plena refulsit.*

Ejusdem. ALBERG. et DANIC. Præter Malachiam, adjungunt: *Treveris, sancti Abrunculi episcopi et confessoris.* Ita quidem scribit ALBERGENSIS; sed *Fibitii.* alter melius habet, *Fibitii.*

Textus mutilus. CENTULEN. In prima purus est. Sequuntur hæc verba: *Cœnobio ut supra*, nec quidquam additur, unde scias utrum de Centulensi, an de alio forte Claravallensi et Malachia agere velit. Tum: *In Campania, civitate Terracina, sanctorum Felicis presbyteri et Eusebii monachi martyris.* Deest annuntiatio ultima.

BRUXELLEN. In prima etiam satis purus, post *De Felice, etc.* *Claudii imperatoris,* inserit: *tenti sunt a Leoncio, filio Leoncii consularis, ob eam maxime causam, quia Cæsarium, qui patrem suum Christianum fecerat, necnon et Julianum et alios sanctos Dei martyres sepelissent, et quia Eusebius multos con-* *Domnini et soc.* *vertit,* etc. Dein: *Et sanctorum Domnini, Epiphanii, Antonini, Marciæ, Secundæ et Quartæ.* *Fibitii.* *Treveris, depositio sancti Fibicii episcopi et con-* *Malachiæ.* *fessoris.* Tum de Malachia, ut habet superius ANTVERP-MAX, etc. In fine de Læto, pure.

De Zacharia. HAGENOYEN. *Jherosolimis, natale Zachariæ prophetæ, patris sancti Johannis Baptistæ; qui fuit propheta novi Testamenti, cujus os clausit angelus in templo, cum de nativitate filii, quem angelus prædicavit nasciturum, non credidit, et sic post nativitatem Johannis Baptistæ loquelam et prophetiam divinitus recepit, et prophetavit de Christo, in utero matris suæ adhuc clauso, et de suo filio nato. Hic Zacharias a quibusdam dicitur fuisse lapidatus ab Herode Aschalonita. Eodem die Romæ, passio sanctæ Perpetuæ conjugis sancti Petri Apostoli, quæ* *Perpetuæ.* *sub persecutione Neronis Cæsaris passa est; cui eunti ad passionem, beatus Petrus post tergum clamavit: O conjux, memento Domini,* etc. Vide die præcedenti. In Felice et Eusebio purus non est, notatque tempora *Commodi imperatoris.* Sequitur: *Civitate Bayogas, depositio sancti Vigoris episcopi.* *Vigoris.* Spectat ad I Novembris. *In Ungaria, sancti Heinrici* (opinor, pro *Emerici*) *ducis et confessoris;* *Emerici.* ex IV hujus. Demum: *In pago Vastinensi, sancti Maturini.* *Maturini.* Vides turbationem magnam, nam Maturinus ad I Novembris pertinet; sicut et Vigor Baiocensis de quo proxime supra.

Fibitii. CODEX Principis Ursini a Rosemberg. *Treveris, sancti Feberii episcopi.* Pro *Fibitii.*

Malachiæ. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Malachiæ episcopi, qui quiescit apud Cistertium; de cujus transitu beatus Bernardus fecit sermonem.*

Modestæ. CAMBERIEN. *Eodem die, sanctæ Modestæ, virginis.* De ea die præcedenti.

VATICAN. signatus num. 5949. Caret annuntiationibus Zachariæ et Læti. Adjicit: *Beneventi,* *Pardi.* *natalis sancti Pardi, martyris in sancte Sophiæ.* *Trophimæ.* *Et sanctæ Trophimæ virginis et martyris.*

UGHELLIAN. In fine: *Apud Clarevallem, depositio sancti Malachiæ archiepiscopi et confessoris.* *Malachiæ.*

Gregorii. DIVIONEN. ecclesiæ sancti Stephani. *Lingonis civitate, translatio sancti Gregorii episcopi.*

EDITIO LUBECO-COL. Primam satis puram habet, in secunda modice interpolata est; in tertia addit *et confessoris.* Tum: *Treveris, sancti Fi-* *Fibitii.* *bicii episcopi et confessoris. In territorio Lingonensi, monasterio Clarevallis, sancti Malachiæ episcopi* *Malachiæ.* *confessoris, qui fuit patriarcha totius Hiberniæ et legitur fundasse quinquaginta quatuor ecclesias collegiatas; cujus et vita virtutibus plena refulsit.* In

Castellano

Domnini, etc. Marci, etc. Marciæ, etc. Fibitii. Cæsarii. Malachiæ. Emerici. Ideburgæ.

Castellano II Novembris ponitur, in Romano III.

GREVEN. *In Cæsarea Cappadociæ, sanctorum Domnini, Epiphanii, Antonini. Marci episcopi et aliorum decem. In Capua civitate Campaniæ, natalis sanctorum Marciæ, Secundæ, Sechtrudæ, et Quarti. Treveris, sancti Fibicii episcopi et confessoris. Item sancti Cæsarii. Apud Cistercienses, hoc die festiva agitur memoria sancti Malachiæ Hiberniæ patriarchæ. Elevatio sancti Emerici, ducis Slavoniæ et confessoris. Ideburgæ matronæ, matris sanctæ Gertrudis virginis.* Ab aliis *Yduberga* vel *Itta* vocatur; vide quæ diximus in Auctariis ad MOLANUM VIII Maii.

Malachiæ. Fibitii. Galactionis et Epistemes.

MOLAN. *In territorio Lingonensi, monasterio Clarævallis, sancti Malachiæ episcopi et confessoris, cujus vitam beatus Bernardus descripsit miraculis gloriosam. Eodem die, sancti Febitii episcopi Treverensis.* Posteriores editiones de Malachia interserunt, *qui magnis virtutibus tempore suo claruit.* De Fibitio, ut in priori. In fine adjiciunt: *Die quinta, sanctorum martyrum Galactionis et Epistemes.* Vide horum gesta apud Surium.

VIII *Idus.* *Die* 6.

Felicis. Martyrum 10. Attici.

Toniza Africæ, natalis sancti Felicis. In hujus solemnitate quendam psalmum beatus Augustinus videtur exponere ad populum. In Oriente civitate Theopoli, sanctorum decem Martyrum, qui sub Sarracenis passi leguntur in gestis Sanctorum quadraginta. In Frigia, sancti Attici.

Ex *Praten. Tornacen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Toniza*, est codicum omnium, præterquam Greveni, qui male *Tonza Aphrice* more suo; *Thimissa* scribunt alii; sed pro Toniza stat etiam Baronius ex Itinerario Antonini; ubi ejusdem Notatio aliam, fere synonymam Africæ civitatem componit, *Tynissa*, vel *Tunissa*, vulgo *Tunetum*. Hinc dubium redditur, an recte Tonizam nostram vertant interpretes per *Tunis*. Servandus fuit modus scribendi codicum, ni fallor, antiquorum omnium in *quendam*, quamvis ab ea mutatione *m* in *n*, quæ nescio quid dialecti Hispanicæ redolet, omnino abhorream. *Theophili* pro *Theopoli* error est in Munerat. et Greven. En rursus *Frigia*, ex codicibus prope omnibus; soli Praten. et Greven. habent *Phrigia*, Molan. recte, *Phrygia*. Tornacen. et Munerat. legunt *Atici*. Cetera de *Affricæ*, *solempnitate*, et si quæ sunt hujusmodi, inter minutias reputamus. Patebit in Auctariis, codices nonnullos, ut Belin. Antverp. Max-Lubec. etc., pro *In Phrygia*, male supposuisse: *In Africa*. In apographo nostro Pratensi, virgula subductum, adeoque tamquam adjectum legitur: *In Pago Lenovicensi, vico Nobiliaco, natalis sancti Bernardi confessoris.* Non recte *Bernardi*, sed quid velit, nemo non intelligit. Vide Auctaria.

Felicis.

OBSERVATIO. Apographa Hieronymiana apud Florentinium sic hodie unanimiter legunt. *Et in Toniza*, vel *Tonize, Africæ, Felicis;* vel: *natalis Felicis;* vel: *natalis S. Felicis.* Ad quæ observat commentator, *penes* Augustinum *extare sancti Felicis memoriam, Tract. in Ps.* 127; nempe quæ per conjecturam Ado proposuit, tamquam certa asserit, Romanum hodiernum, ni fallor, secutus. Auctor Romani parvi simpliciter scripserat: *Toniza Africæ, sancti Felicis martyris.* Adde verba textus nostri, ipsa Adonianam phrasim integre constituunt, ubi Martyrologus ille subdubitans diserte exprimit, *videtur exponere*, ex citato tractatu omnia sancti Doctoris verba subjungens, quæ an huic potius, quam alteri Felici, ut sunt plures hujus nominis, vere conveniant, hactenus omnino certum non est, ut bene observavit Castellanus; quamvis de cetero facile Baronio assentiar, quo usque rem omnem accuratius examinare possimus. Socios quadraginta Felici tribuunt Auctaria Bedæ, sed horum auctoritas ad citata Martyrologia comparata plane evanescit. Non verebor conjicere, imritum aliquem Martyrologii Bedæ ampliatorem, ex duabus Romani parvi annuntiationibus unam conflasse. Ceterum si vere de hodierno Felice dicta sunt, quæ ex Augustino referuntur, poterunt ea pluribus suo loco illustrari. Wandelbertus de solo Felice sic cecinit.

Ibidus Octavis martyr Felix celebratur.

Martyrum 10. Attici.

Non recte assequor, quid altera sua annuntiatione velit auctor Romani parvi: *Civitate Theopoli* XL *martyrum*. Theopolim intelligo *Antiochiam*, de qua alibi egimus, et videri potest hodierna Baronii Notatio. At quinam sunt *quadraginti* illi *Martyres?* Qui lucem afferre debebat Ado, rem magis implexam reddidit per textum, quem ex ipso hic rursus integrum descripsit Noster, ubi *decem* dumtaxat adducuntur, *qui sub Sarracenis passi leguntur in gestis sanctorum Quadraginta*, quasi de re aliqua notissima sermonem injiceret. Sed hoc ipsum præcipue inquiro, qui sint *Quadraginta* illi, in quorum gestis legantur *decem passi sub Sarracenis?* Cur excluduntur hic triginta alii, a Romano parvo conjunctim positi? Quæ sunt gesta illa ab Adone citata, sed verosimiliter numquam visa? Quo tempore passos credemus, seu solos X, seu universos XL? Respicit Baronius ad tempus, *cum sub Cosrhoe rege Persarum* Antiochia *a Seracenis direpta est.* Ast fortasse æque probabiliter remitti possent ad annum DCXXXVII vel potius DCXXXVIII, quo ab eisdem Arabibus ea civitas capta est. Fateor me hic non videre ubi pedem tuto, figam, nisi quis certiora subministraverit; atque utinam per dubitationes meas id effici queat, ut ea alicunde eruantur! — *Phryges sex martyres sunt nominatim indicati in allatis omnibus codicibus; ex his unicum tantum Atticum refert Martyrologium Romanum ex Usuardo.* Hæc vera est Florentinii ad Hieronymiana observatio, etiam a Castellano adhibita, cui nostram jungimus, alibi non semel repetitam; quod nempe Martyrologis nostris, sed Usuardo imprimis familiare

sit

sit, ex majoribus Hieronymianorum martyrum manipulis, unum aliquem aut alterum seligere, nulla prorsus sociorum facta mentione, ut supra pluribus locis patuit; quemadmodum et hic liquet, totum laterculum sincere ac simpliciter Usuardinum esse.

AUCTARIA.

PRATEN. De auctario, huic codici forte ad marginem adjecto, dixi in Variantibus: notat Sirmondus idem et prima manu haberi in codice B.

Winnoci. HERINIEN. Toto textu purissimus, in fine, forte ut proprium loci, adjectum habet : *Bergas, depositio sancti Vuinnoci.*

Leonardi. Winnoci. ANTVERP-MAJ. Sic in fine habet : *In pago Lemovicensi, natale sancti Leonardi confessoris. Eodem die, depositio sancti Winnoci confessoris.*

Pauli, etc. Willebaldi. Herculiani. ROSWEYD. Alia omnia. *In Africa, Pauli cum aliis* VII *martyris. Willebaldi episcopi et confessoris. Herculiani confessoris.*

Leonardi. PULSANEN. Incipit : *In territorio Dunensi, depositio beatissimi Leonardi, eximii confessoris.* Deest Felix. Legit in secunda annuntiatione : *sanctorum quinquaginta.* De Attico, nihil.

Melanii. ANTVERP. et MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In prima et secunda satis puri, sic pergunt : *In Africa, sancti Attici.* In fine : *Redonis, sancti Melani confessoris.* Vide MOLANUM, infra.

Leonardi. ANTVERP-MAX. LOVANIEN. et LEYDEN-BELG. In textu ferme conveniunt cum duobus præcedentibus, sed in fine : *Item, natale sancti Leonardi confessoris.* Quod vero hi habent in fine, DANICUS ponit in principio : *Natale sancti Leonardi confessoris.*

De Leonardo. LEYDEN. In textu par ceteris, paulo ampliori phrasi in fine subjicit : *Item natale sancti Leonardi confessoris, ob cujus meritum omnibus demonstrandum, cum fratres corpus illius ad sepeliendum transferrent, nix contra temporis naturam cadens, obtexit locum, ubi sancto placuit sepeliri, ubi sepultus mira operatur, maxime in captivis.* Hoc idem de sancto Leonardo elogium ULTRAJECTINUS et ALBERGENSIS habent in principio.

Læti. Leonardi. Winnoci. CENTULEN. *Toniza Africæ, sancti Felicis martyris. In territorio Aurelianensi, sancti Læti presbyteri.* Sequitur de Attico, pure. *In pago Lemovicensi, sancti Leonardi, eximii confessoris. Eodem die, depositio sancti Winnoci abbatis, qui fuit monachus sancti Bertini. In Oriente civitate Teopoli, sanctorum decem martyrum, sub Sarracenis passorum.* Vide Observationem.

Leonardi. BRUXELLEN. Incipit : *In Nobiliaco, juxta Lemovicum, depositio sancti Leonardi abbatis et confessoris, discipuli beati Remigii. Qui cum fratre Lifardo miraculis et sanctitate claruit.* In annuntiatione de Felice turbatus, et ex Adone interpolatus est, purior in secunda. Atticum in Africa etiam collocat. Tum : *Redonis, depositio sancti*

Melanii. Winnoci. *Melani episcopi et confessoris. Et sancti Winnoci abbatis et confessoris. Qui veniens de Britannia, in Gallia sanctitate vitæ præclaruit,*

Clari. Proculi. Malachiæ. Leonardi cum elogio. HAGENOYEN. Prima satis pura est. Secunda est de Claro Vilcasino, tertia de Proculo Augustodunensi. Tum de x Theopolitanis, satis recte. Sequitur de Malachia. Dein : *Ipso die, depositio sancti Leonardi abbatis. Hic a sancto Remigio archiepiscopo de sacro fonte est elevatus, et ab eodem discipulus est instructus. Cujus etiam parentes primum in palacio regis Franciæ habebantur. Hic tantam graciam a rege obtinuit, ut omnes incarcerati, quos ipse visitavit, protinus absolverentur*, etc., quæ malim legi in vita apud Surium. Pro *Attici*, legit *Amri.*

AQUICINCT. Textui in fine superaddit : *Redonis, sancti Melanii confessoris. In pago Lemovicino, sancti Leonardi confessoris, qui exstitit discipulus sancti Remigii Remensium episcopi. Depositio sancti Winoci abbatis.* *Melanii. Leonardi. Winoci.*

VICTORIN. et REG. SUEC. num. 130. Atticum ponunt in Africa. In fine : *Redonis, sancti Melani, confessoris.* *Melanii.*

DAVERONEN. *In pago Turonico, sancti Lupantii confessoris. In pago Lemovicensi, sancti Leonardi confessoris. Qui tempore Clodovæi regis, clara Francorum stirpe creatus, et a beato Remigio Rhemensium archiepiscopo baptizatus et edoctus, patriam deserens, heremiticam vitam elegit, et apud Nobiliacum obiens, clarus miraculis, et maxime in compeditorum dissolutionibus vivit in Christo.* *Lupantii. De Leonardo.*

AMBIANEN. *Ipso die, sancti Leonardi confessoris.* *Leonardi.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Leonardi abbatis. Vuillehadi episcopi et confessoris.* De hoc vide Romanum VIII Novembris. *Sanctorum* x *martyrum. Felicis confessoris.* An qui in Romano ponitur *Fundis in Latio?* *Leonardi. Willehadi. Felicis confessoris.*

REG. SUEC. signatus num. 428. *In pago Lemovico, depositio sancti Leonardi confessoris.* *Leonardi.*

CODEX D. LE MARE signatus A. *Eodem die, adventus reliquiarum sanctorum Nazarii et Celsi ab Italicis partibus.* *De reliquiis Nazarii et Celsi.*

In VATICAN. num. 5949. Deest annuntiatio ultima. Adjicitur autem : *Beneventi, sancti Casti episcopi et martyris.* *Casti.*

ALTEMPS. *In Britannia, sanctorum Winnehaddi et Winoci abbatis et confessoris. In Britannia minori, sancti Thenteonici abbatis.* Nomen non recte exprimitur, legi etiam potest *Thenteonici.* Forte nonnihil ex majori aliqua notitia limatum melius intelligetur. *Winnehaddi et Winoci. Thenteonici.*

FLORENTIN. *S. Leonardi.... S. Appiani confessoris, qui natione Ligur, in Cælo aureo monachus fuit. Rodonis, S. Meliani confessoris.* *Leonardi. Appiani.*

BIZUNTICEN. *Translatio sancti Gregorii Lingonensis episcopi.* Die proxime præcedenti posita est ex codice DIVIONENSI. *Translationis Gregorii.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *In pago Lemonicensi, loco Nobiliaco, depositio sancti Leonardi abbatis et confessoris. Hic a beato Remigio, Remensis ecclesia episcopo, de sacro fonte levatus, et ab eodem salutaribus disciplinis instructus. Hic quamdam silvam intravit, et constructo in illa monasterio, strictissime cum aliquibus monachis in eodem degens, tandem vitam ibidem in pace finivit. Ob cujus meritum omnibus demonstrandum, cum fratres corpus illius ad sepeliendum transferrent, respicientesque viderent totam provinciam, contra temporis naturam, nive coopertam, locum autem illum, in quo sancto viro placuit quiescere, omnino nive vacuo* (vacuum) *invenerunt, ubi sepultus mira operatur, maxime in captivis.* Sequitur textus satis purus. In fine : *In territorio Turonico, sancti Lupancii confessoris.* *Leonardi elogium. Lupancii.*

BELIN. In prima et secunda utcumque purus, sic habet tertiam : *In Africa, sancti Atricii.* In fine : *Redonis, sancti Meliani. Eodem die, sancti* *Melanii.*

Leonardi

Leonardi. Adriani. Adriani, etc. Donati, etc. Eustasii et Julii. Melanii. Winnoti et 3 fratrum. Lupantii. Leonardi. Christinæ Stumbelensis.

Leonardi confessoris. Altera editio legit, *Melanii.* Loco autem secundo interserit : *In Nicomedia, sancti Adriani martyris.*

Greven. *In Nicea, natalis sanctorum Adriani Juliæ, Eusebii. In Africa, sanctorum Donati, Pauli, Balsami. Item Eustasii, Julii.* Vide Hieronymiana. *Secundum aliquos hic, Melani episcopi Redonensis quem Usuardus habet supra* viii *Idus Januarii, Ado* ii *Idus Novembris.* Recte igitur a Rosweydo in appendicem rejecta est nescio quæ hodierna annuntiatio. Sequitur : *In Bergas, depositio sanctorum quatuor fratrum Winnoti, Quadenoti, Ingenoti et Madenoti. In territorio Turonico, sancti Lupantii confessoris. In pago Lemovicensi, depositio sancti Leonardi abbatis et confessoris. Qui a sancto Remigio de sacro fonte levatus ac salutaribus disciplinis instructus, silvam quamdam ingrediens, vitam austeram cum suis duxit, miraculis multis præcipueque in captivorum liberatione etiam in vita coruscans ; tandem quievit in pace. Cum autem discipuli ejus corpus sacrum in alium locum transferre vellent, viderunt totam provinciam nive opertam, excepto loco, in quo viro Dei quiescere placuerat. Item, sanctæ memoriæ Christinæ de Stummel in Nybeck* (alias *Nydeck*) *ducatus Juliacensis quiescentis.* Nunc Juliacum translata est, ubi ejus reliquiæ venerationi expositæ sunt. Vide Acta xxiii Junii.

Restitutionis Gisleni. Lupantii. Melanii. Leonardi. De Winoco. Severi Barcinonensis.

Molan. *Ipso die, restitutio sancti patris nostri Gisleni. In territorio Turonico, B. Lupantii confessoris. Redonis, sancti Melanii confessoris. Eodem die, sancti Leonardi confessoris, discipuli sancti Remigii episcopi, in civitate Lemovicensi, in provincia Aquitaniæ. Apud Bergas, in territorio quod vocatur cella Voromholt, depositio sancti Vuinoci abbatis, egregii Christi confessoris ; cujus vita virtutibus et miraculis plena refulsit : qui in prædicto loco, multo tempore in Dei opere perseverans, et plurimos in Dei servitio aggregans, magnisque virtutibus et gloriosis miraculis, valde clarus, collectus est ad patres suos in senectute bona.* Tum typis minoribus : *De quo in ejus vita legitur, quod egregium duxerit, subjectis suis fratribus administrare, quia noverat Christum non venisse ministrari, sed ministrare : et quod quidquid operis aliorum manus velut arduum et grave, refugiebant, impigre et incunctanter accipere non timebat, cum tamen esset præditus titulo regiæ nobilitatis. Hic molam, ædificatam in fratrum pauperum usum, multo tempore propriis manibus rotavit. Eodem die, Severi episcopi Barcinonensis, qui unus fuit* lxx *episcoporum qui leges Gothicas in Hispania condiderunt. Hic a Barbaris Gothicis, qui Cathaloniam incolebant, clavo capite confosso, martyrio coronatur anno Redemptoris Jesu Christi* dcxxxviii. Quæritur, ex quo Martyrologio Molanus postrema hæc acceperit. Editiones aliæ eadem habent, sed pleraque multo brevius contracta sunt.

VII *Non.* *Die* 7.

Achillæ. Herculani. Amaranti. Willibrordi.

In Alexandria, beati Achillæ episcopi, qui eruditione, fide, conversatione et moribus insignis fuit. Apud Perusinam Italiæ urbem, natalis sancti Herculani episcopi, cujus corpus, post abscisionem capitis, ita unitum et sanum die quadragesimo, ut scribit beatus Gregorius Papa, repertum est, ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset. Eodem die, beati Amaranti martyris, qui apud Albigensem urbem exacto agonis fidelis cursu sepultus, vivit in gloria. In Frisia, depositio sancti Willibrordi episcopi.

Puri sunt *Praten. Hermien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. *Achillei*, legit solus Antverp-Major, et sic est in Romano parvo, melius ab Adone et Usuardo restitutum, ut est in textu. Greven. et qui eum hic describit Molan. legunt: *qui in eruditione*; ex omnibus aliis redundat particula *in*. Solus Munerat. post *Herculani episcopi*, addit *et martyris*. Multa alia scriptoria sphalmata sunt, ut *Achilli, Prusinam, Albiensem*, etc., atque in Antverp-Maj. et Molano in fine post *episcopi*, adjectum est, *et confessoris* ; sed maxima variatio in efformando nomine *Willibrordi*, quod ex Greveno accepimus, aliis omnibus discrepantibus, scribentibusque *Vuilleboldi, Vullebrodi, Willebrordi, Villebrordi, Wllebrordi, Vuellebrodi*, etc.

De elogio Herculani.

Huc rejeci difficultates circa Herculani elogium. Ac 1 quidem ipsius Usuardi esse, dubitare non sinunt probatissimi quique, imo codices omnes, exceptis duntaxat Tornacensi et Pulsanensi, quos toties alias in elogiis mutilos agnovimus. 2 Ex Gregorii Dialog. lib. 3 cap. 13. acceptum esse plane constat ; at unde ita formatum dicemus, ut Gregorii sensum non reddat, Pratensis legit : *Cujus corpus post abscisionem capitis ita intactum*, alii omnes, *ita unitum*, etc. Muneratus : *Cujus corpus abscisioni capitis ita unitum*, rectius a Gregorii mentem dixisset: *abscisso capiti ita unitum.* Hæc Gregorii lectio est : *Ita caput ejus unitum fuerat corpori, ac si nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet, ut nulla vestigia sectionis apparerent. Cumque hoc et in terga verterent exquirentes si quod signum vel de ulla monstrari incisione potuisset, ita sanum atque intemeratum omne corpus inventum est, ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.* Quid si Usuardus sincerum exemplar Gregorianum non habuerit? De cetero elogium Usuardinum esse, tam est certum, quam certa est unanimis codicum omnium tum manuscriptorum tum excusorum consensio. At vero in antigrapho nostro Pratensi, totum, tamquam adjectitium subducitur, testaturque Castellanus, in ora prætensi autographi recentiori manu adscriptum, *a la marge, et en lettres moins anciennes que le texte.* Quæro utra manus autographa sit? Si hæc et id genus alia in eo codice recurrentia indifferenter expendas, fallor, si non judices, nec priorem, nec posteriorem manum Usuardinam esse. Sed de his plura in Præfatione.

De codice Pratensi.

OBSERVATIO.

Achillæ OBSERVATIO. Jam tertium sub hoc mensis principio citandum recurrit cap. 59 lib. 7 Eusebio-Rufiniani, ex quo *Achillas* hic, æque ac Theodotus II, et Pierius seu Hierius IV, acceptus est, et ab auctore Romani parvi, qui omnes inde extraxit, sic notatus : *Alexandriæ, Achillei episcopi.* Melius Ado *Achillæ*, qui et ex citato loco accepit materiam elogii, mutata tantillum phrasi, a Nostro ad verbum transcripti. Atque hic denuo Sanctus est, apud alios Martyrologos, extra seriem nostram minime quærendus ; uti et frustra indagabitur causa, cur hoc potius die quam altero quolibet recolatur, cum id pro mero Romani parvi auctoris arbitratu, et hic et plurimis aliis locis factum plane existimem. Vide quæ pro vero obitus die, verosimilius definivi in Tractatu de Patriarchis Alexandrinis cap. 3 pag. 36 a num. 188, ubi et paucis collegi quæ ad vitam ejus pertinent conferenda cum articulo Tillemontii tomo 6 pag. 213 et 214. — In laudato Romano parvo secundum et ultimum locum *Herculani* tenet : *Apud Perusinam, Herculani episcopi et martyris*, claritatis gratia interjecit Ado, *Italiæ urbem* tertio loco Herculanum signans, sed absque ulteriori elogio, quod totum Usuardi verbis conceptum, et ex Gregorii Dialogis, licet non satis recte, desumptum esse oportet, ut supra ex probatissimis codicibus abunde demonstravimus. Et hæc quidem ex Gregorii, vadem citantis, auctoritate satis certa sunt. Quid de duobus Herculanis Perusiæ episcopis censendum sit, conatur explicare Baronius in Notatione, sed ipse Gregorii elogium ei Herculano aptavit, cujus aut natalis aut translatio recolitur I Martii, ut facile intelligas dubium hic et incertum hæsisse, quemadmodum hærent omnes qui se patriis præjudiciis abduci non sinunt. Verum de his Herculanis geminis vel forte pluribus, uti et de aliis Umbriæ multiplicatis Sanctis, accuratissimam disquisitionem suo tempore dabit Janningus noster, qua densæ illæ, quibus pridem, teste Bollando, obvoluta fuit Umbria, tenebræ, pro *Amaranti* majori parte poterunt dissipari. — *Amarantus* a Viennensi Martyrologo primum positus est secundo loco, ex cujus brevi elogio verba sua omnia desumpsit Usuardus. Fons est Gregorius Turonensis de gloria Martyrum cap. 57, a quo *Amarandus* appellatur ; nec scio quidquam aliud de Sancti hujus rebus gestis memoriæ proditum esse. Sic ipsum cum Willibrordo honoravit Wandelbertus :

Septenas, Amarante, pia de morte sacrasti.
Has quoque Willibrordus habet, quo principe plebis
Fresonum multi Christum sensere vocantem.

Willibrordi Porro *Willibrordum* ab Adone recte semovit Rosweydus, quidquid Mosander Martyrologii ejus textui absque asterisco ipsum inserat. In Rabano die præcedenti, ex vitæ auctore Alcuino collocatur. Sed hic solius et vere Usuardi esse, vel hinc conficio, quod plane alia sit phrasis nostra, ab ea quæ Adoni tribuitur. Ceterum illustrissimi Sancti memoria non Frisiis solum aut Batavis, sed et Brabantis ac præcipue Antverpiensibus summa in veneratione est, ut pluribus egregiis monumentis ostendunt Annales Antverpienses, postremis lucubrationibus a Magistro nostro Daniele Papebrochio elaborati, sed hactenus manuscripti. Est et cara ejus recordatio in Museo nostro, ob celebrem illum et vetustissimum codicem Martyrologii Hieronymiani, vulgo *Antverpiensem* et *Epternacensem*, quo virum sanctissimum usum fuisse, eumque a Laurentio scriptum, ostenditur Præfationis Bollandianæ pag. XLVI. Vita ab Alcuino soluta et ligata oratione composita exstat apud Surium, a Mabilione reproducta et observationibus illustrata seculi 3 Benedictini parte I a pag. 601, cui jungi poterunt elogia Bedæ et aliorum.

AUCTARIA.

TORNACEN. De Herculano scribit sicut Ado. Cetera pura sunt.

ROSWEYD. In primis purus, sic pergit : *In Afternaco, sancti Willibrordi primi Trajectensium* *Florentii* *archiepiscopi. Eodem die, sancti Florentii Strazburgensis episcopi et confessoris.*

PULSANEN. Prima pura est. Secunda et tertia caret elogio. De Willibrordo, nihil.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. In prima puri ; secundæ, post *episcopi*, interserunt : *Sub Totila rege interfecti.* In tertia rursus puri, sic quartam formant : *In territorio Tre-* *De Willibrordo.* *verensi, Epternaco monasterio, depositio sancti Willebrordi, Trajecti inferioris episcopi et confessoris.*

ALBERG. et DANIC. Cum prioribus conveniunt, *Rufi* sed in fine : *Civitate Methis, depositio sancti Rufi episcopi et confessoris.* Vide Rabanum.

CENTULEN. In prima Adonianus, sic pergit : *Apud Albiginensem urbem, sancti Amaranti martyris. Apud Perusinam urbem Italiæ, sancti Hercolani episcopi et martyris, cujus beatus Papa Gregorius in libro Dialogorum tertio venerabilem men-* *De Willibrordo.* *tionem facit. Cœnobio Asternaco, sancti Willebrordi episcopi et confessoris, quem rogante Pippino duce Francorum ordinavit episcopum Sergius PP., et ad prædicandum Fresonibus destinavit.*

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Asternacum, monasterio Epthoniaco, Treverensis dyocesis, depositio sancti Willebrordi episcopi et confessoris. Qui cum sociis duodecim veniens ab Anglia, a Sergio Papa Fresonum episcopus consecratus, sedem episcopalem ex dono Pippini Grossi, statuit apud Ultenburch, quod nunc Ultrajectum vocatur. Apud Albigensem urbem, natale sancti Amaranti martyris, qui exacto fidelis agonis cursu, sepultus vivit in gloria.* Sequitur de Herculano, ut habent codices mediæ notæ supra. Tum de Achilla, pure. Denique : *Metis civitate, depositio sancti Ruphi episcopi et confessoris*, ut ALBERGENSIS et ceteri plures. *De eodem.* *Rufi.*

HAGENOYEN. In prima satis purus, sic pergit : *Apud Perusinam urbem Ytaliæ, passio sancti Herculani episcopi et martyris, qui vir totus erat catholicus, et suis swasit resistere Longobardis hæreticis, ob quod, dum civitas ipsa capta esset, a Thotilo rege hæretico jussus est interfici, et primo corrigiam de dorso ejus incidi, et postea decollari, et factum est ita ; et corpus ejus insepultum permansit, ut scribit beatus Gregorius in Dyalogo, et die quadragesima corpus ejus sanum inventum est. In Frysia, depositio sancti Willibordi episcopi, qui erat unus de Capellanis Karuli imperatoris, ad cujus præceptum ille in civitatem Trajectensem se transtulit* (patet anachronismus) *De Herculano.* *De Willibrordo.*

chronismus) *et illam convertit ad fidem, et postea in Frysiam, ubi magnam partem illius terræ convertit ad Dominum, et ibi in pace obiit, et ipse est sepultus in Ekternaco, ubi prius ipse fuerat monachus, Treverensis dyocesis. In civitate Methis, depositio sancti Rufi episcopi et confessoris.* Sequitur de Fibitio Trevirensi ex v Novembris. Demum : *In monasterio Habetensi, in Burgundia, sanctæ Gebedrudis, virginis et abbatissæ.* Vide Castellanum in indice.

Rufi. Fibitii. Gebedrudis.

DAVERONEN. *In Turonico, sancti Baldi confessoris.* Notat Castellanus scribendum *Baudini.*

Baldi.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Willebrordi episcopi primi Trajectensis.* In margine habetur, *festum in civitate. Herculani episcopi et martyris. Amaranthi martyris. Achillæ episcopi Alexandriæ.*

In VATICAN. num. 5949. Nihil de Willibrordo.

FLORENTIN. *Apud civitatem Paduanam, sancti Prosdocimi,* ut in Romano.

Prosdocimi.

CODEX MONTIS SANCTI. *Venerabilis transitus nobilissimæ virginis Gebetrudis abbatissæ sanctissimæ, sororis beati Adelphii, quæ suis meritis multa beneficia, se summa devotione quærentibus præstat.*

Gebetrudis.

EDITIO LUBECO-COL. Prima pura est; in secunda inseritur Totila, ut supra. Tum : *Apud Albigensem urbem, sancti Amarantii martyris. Qui apud eamdem urbem exacto fidelis certaminis cursu, ibidem sepultus vivit in gloria; cujus sacrum sepulcrum virtute Christi miraculis frequentibus illustratur. In territorio Treverensi Epthernaco monasterio, depositio sancti Willebrordi Trajectensis inferioris episcopi et confessoris. Cujus matri, dum adhuc eum in utero suo gestaret, visum est, lunam per os ejus ad interiora descendere, et longe lateque mundum illustrare : quæ visio futurum eum significavit prædicatorem, qui mundana corda illustrare sua doctrina debebat. Hic Frisones ad fidem Christi convertit, et ædificato in prædicto opido solemni monasterio honorabilium monachorum, ibidem sepultus requiescit. Civitate Methis, depositio sancti Rufi episcopi et confessoris. In territorio Turonico, sancti Baldi confessoris.*

De Amaranto. De Willibrordo. Rufi. Baldi.

BELIN. Incipit : *Apud Paduam civitatem, depositio sancti Prosdocimi, primi episcopi civitatis ipsius, qui a beato Petro Apostolo episcopus ordinatus, ad prædictam civitatem Paduam, ad prædicandum Dei verbum missus est, ubi multis virtutibus et prodigiis coruscando, beato fine quievit.* Sequitur textus non satis correctus.

Prosdocimi.

GREVEN. De Willibrordo multa inserit, ut sequitur : *Iste beatus vir ardore fidei ad evangelizandum gentibus Frisonum, de Britannia egressus, ut Beda libro* 5 *refert, ad Pepinum Francorum ducem declinans, ab eo Romam missus, a Sergio Papa episcopus ordinatus est anno Domini* DCXCIII. *Unde rediens, a præfato duce in castello Trajecto locum sedis episcopalis accepit, ac longe lateque verbum fidei seminans, infinitum populum Christo acquirens, tandem in Epthernaco monasterio, in territorio Treverensi, quod ipsemet construxerat, quievit in pace. In Nichomedia, sanctorum Polisii, Eustasii, Primi, Rogatiani. In Aphrica, natale sanctorum Rogati, Donati, Juliæ.* Vide Hieronymiana apographa. *Ipso die, sanctæ memoriæ Engelberti archiepiscopi Agrippinensis Coloniæ et martyris : qui ob defensionem oppressorum, ab impiis innocenter occisus, feliciter occubuit anno gratiæ* MCCXXX (in prima editione habetur MCCXXV). *Restituti episcopi et confessoris. Methis, beati Rufi episcopi et confessoris. Tricastini episcopi et confessoris Prosdocimi episcopi et confessoris. Qui cum beato Marco Evangelista et Apollinare Rhomam veniens, a beato Petro civitati Patavinæ ordinatus episcopus, cum populum innumerum fidei Christi acquisivisset, tandem plenus dierum, meritorum ac miraculorum gloria, quievit anno episcopatus sui* XCIII. *Argentinæ, sancti Florentini episcopi et confessoris. In territorio Turonico, sancti Baldi confessoris.*

De Willibrordo. Polisii, etc. Rogati, etc. Engelberti. Restituti. Rufi. Tricastini. Prosdocini. Florentini. Baldi.

MOLAN. De Willibrordo litteris Italicis in textu, *Trajecti inferioris.* Tunc typis minutis : *Qui quiescit inter Treverim et Lutzenburgum, in oppido et,* rursus Italicis, *in monasterio Echternaco, Treverensis diœcesis; cujus actus Beda presbyter in gestis Anglorum describit. Hic a Sergio Papa Romæ ordinatus est, et in Germaniam ad prædicandum destinatus, ibidemque requievit.* Tum ex Rabano : *Item, sancti Rufi Metensis urbis episcopi et confessoris, qui translatus est a prædicta urbe, consentiente Drogone præsule, in Vormatiensem pagum, in villam quæ vocatur Oternheim, temporibus Lotharii imperatoris et Ludovici regis, ubi etiam sanctitas ejus multis virtutibus claruit.* In Prosdocimo, describit BELINUM. Tum : *Apud Argentinam, sancti Florentii episcopi et confessoris, qui Sectorum indigena, in flore adolescentiæ patriam parentesque deseruit, et accitis sibi ejusdem propositi sociis Arbogasto, Theodato, ac Hidulpho, Domino duce, fines attigit Alsatiæ, temporibus regis Dagoberti, et Arbogasto in cathedra succedens, multis virtutum floribus gloriose refulsit.* Sequitur minoribus typis de Engelberto : *Ipso die, sanctæ memoriæ Engelberti, etc.*, ut GREVENUS, supra. Demum : *In territorio Turonico, sancti Baldi confessoris et archiepiscopi Turonici.* Editiones posteriores de Willibrordo, Rufo, Prosdocimo, Florentio et Baldo, ferme ut in prima. Tum : *Arvernis, sancti Amandini confessoris. Die septima, sanctorum triginta et trium martyrum in Melitene. Et sancti patris ac thaumaturgi Lazari, qui exercuit se in monte lacteo.* Dein typis minoribus : *Item, depositio sancti Restituti, primi episcopi Tricastrensis, cujus corpus Aurelianus, in monasterio sancti Euurtii, præcipuo colitur honore.* De Engelberto, ut supra; sed inter primam et posteriores editiones ea est diversitas, quod prior signet annum obitus MCCXX, hæc vero annum MCCXXV.

De Willibrordo. De Rufo. De Prosdocimo. De Florentio. De Engelberto. Baldi. Amandini. Martyrum 33. Lazari. Restituti.

VI *Idus.* *Die* 8.

Romæ via Lavicana, passio sanctorum Claudii, Nicostrati, Simproniani, Castorii et Simplicii, qui primo in carcerem trusi, deinde scorpionibus gravissime sunt cæsi; sed cum a fide Christi mutari non possent, jussi sunt a Diocletiano in medio mari præcipites dari. Item via Lavicana, natalis quatuor Coronatorum Severi, Severiani, Carpofori et Victorini, qui jubente Diocletiano ictibus plumbatorum usque ad mortem cæsi sunt. Horum nomina cum minime potuissent

Claudii et soc. Severi, etc.

repperiri, quæ Domino revelante interjectis annis postea ostensa sunt, statutum est, ut anniversaria dies ipsorum sub nominibus supradictorum quinque martyrum recoleretur.

Conveniunt *Praten. Herimen. Rosweyd Antverp* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danic.*

VARIA LECTIO. Legendum esset ex Romano parvo et Adone *Symphroniani*, non *Simphoriani*, ut male habent Rosweyd. Max-Lubec. Greven. et Molan.; at ex melioris notæ codicibus servandum fuit *Simproniani*. In apographo nostro Pratensi deest *Castorii*. Nonnulli codices scribunt *carcerem missi*, sed puriores, ut est in textu. Hæsitasse potissimum videntur codicum scriptores circa ultimam textus formulam, nimirum, scribendumne esset *sub nominibus supradictorum quinque martyrum*, an potius *quatuor martyrum*. Praten. et Munerat male legunt *quatuor*. Greven. et Molan. numerum supprimunt; ceteri ex Romani parvi, Adonis, ac proinde et Usuardi mente recte legunt, ut sensus exigit : *supradictorum quinque martyrum*. Reliqui in textu *Carpofori* et *repperiri*. De *Nichostrati*, *Severini* pro *Severi*, *coleretur* pro *recoleretur*, nihil magnopere notandum. At in Praten. videtur defuisse particula *quæ*, ante *Domino*, unde formanda esset constructio sicut habet Muneratus : *statutum est autem*.

Claudii, etc. Severi, etc. OBSERVATIO. Binas textus nostri martyrum classes sic primus in Martyrologio conjunxit auctor Romani parvi, non primus tamen ipse combinationis auctor, utpote quam reperire potuerit in Sacramentariis Romanis, et notanter in Gregoriano, ubi et quinque priores nominatim, et quatuor Coronati anonymi in eadem Missa conjuncti habentur ; sic quidem, ut in prima oratione *Claudius*, *Nicostratus*, etc., expressi sint, in Præfatione autem de quatuor Coronatis anonymis agatur, cujus rei hæc ratio Missæ ipsi præfigitur : *Quatuor Coronatorum nomina hæc sunt, Severus, Severianus, Victorinus et Carpophorus, quorum dies natalis per incuriam neglectus, minime reperiri poterat ; ideo statutum est, ut in eorum ecclesia, horum quinque sanctorum, qui in Missa recitantur, natalis celebretur, ut cum istis, eorum quoque memoria pariter fiat.* Ad quæ vide variantes manuscriptorum lectiones in Menardi notis pag. 185, ubi et de quatuor Coronatorum ecclesia, titulo, etc. Cum his modo conferamus Romani parvi verba sequentia : *Romæ, martyrum Claudii, Nicostrati, Symphroniani, Castorii, Simplicii artificum insignissimorum. Et ipso die*, IV *Coronatorum Severi, Severiani, Carpophori, Victorini ; quorum festivitatem statuit Melchiades Papa sub nominibus quinque martyrum celebrari, quia nomina eorum non reperiebantur, sed intercurrentibus annis cuidam sancto viro revelata sunt.* In quibus vides eamdem ferme Sacramentarii sententiam referri. Quærit Menardus et cum eo recentiores aliqui, quomodo Melchiadis tempore ignorata fuerint sanctorum Coronatarum nomina, præsertim cum sub Diocletiani persecutione passi dicantur? Sed ego hic nihil video quod tantopere mirentur; quasi non plures, imo plurimi grassante immani carnificina, coronati sint vivo et forte spectante Melchiade, quorum nihilominus distincta nomina in ejus notitiam non pervenerint. Huc refer Saussayi criticam, qui Romani parvi, invisi sibi opusculi, angulos omnes scrutatus, ridiculi hic aliquid se ostendisse clamitat, quod Coronati quatuor sub nominibus quinque martyrum celebrentur. Sed hæc satis solide refutata sunt a Florentinio Admonitione prævia 3, pag. 19, ut in Præfationis nostræ cap. 2 etiam indicavimus. Bedam potius, si verum Bedam novisset, vellicare poterat Saussayus ille etenim cavillis istis ansam præbuit, dum ita indistincte signavit : *Romæ, quatuor Coronatorum Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii et Simplicii*, ubi aliorum nomina aliis supponi videntur, ad eamdem interim explicationem revocanda. Quod si ea non placeat cum Ordine Romano prius luctetur Saussayus, quam Martyrologia convellere nitatur. In Kalendariis Allatii et Frontonis simpliciter ponitur hoc die : *Natale SS. quatuor Coronatorum*. At Sacramentarium Thomasii rem totam denuo confundere videtur : *Sanctorum quatuor Coronatorum Cassiani, Claudi, Castori, Simproniani.* Quomodocumque hæc vertas, aut verses, ad superiorem sententiam intelligenda sunt. Alia de Coronatis quæstio moveri potest ex Kalendario Bucherii sic legente : VII *Id. Augusti. Secundi, Carpophori, Victorini, et Severiani, Albano et Ostiense.* Quadrant nomina, excepto primo; sed quid sibi volunt *Albano* et *Ostiense?* An hic vere de Coronatis nostris agitur? Fateor hæc mihi necdum satis esse explorata. Nodus haud minus difficilis est, quem VII Julii attigimus, ubi cum Romano parvo, Adone, Usuardo et Notkero putavimus, hodiernos quinque artifices distinguendos a quinque fere synonymis sancti Sebastiani Catechumenis, de quibus ibi sermo erat, ut plane diversa sunt Acta ambabus turmis ab Adone aptata. Scio hodiernum sub nomine Flori auctarium, quinque nostros ex S. Sebastiani Actis exornare, scio alios ita quoque sentire, verum confundendos hactenus non video, si recte discerni possint. Plura hoc die in notatione disputat Florentinius, nec ita rem expedit, quin multa supersint proximo mense Julio in Actis accuratius dissolvenda. De Coronatis non meminit Wandelbertus, nisi velimus Bedam secutum, eoque in secundo versu induxisse nomen *Coronæ*; interim priores quinque ita canit, ut tota laudatio synonymis quibusque martyribus aptari queat :

Claudi, Castori, Simplici, Simphoriane,
Nicostrate, pari fulgetis luce Coronæ,
Senas ornantes Idus merito atque cruore.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

TORNACEN. In prima purus; in secunda refert nomina Coronatorum usque ad *Victorini* inclusive; desunt reliqua.

ANTVERP-MAJ. Etiam purus in prima, producit secundam usque ad hæc verba : *cæsi sunt*; sed in reliquis mutilus est.

PULSANEN. Primam habet usque ad *Simplicii*, secundam usque ad *cæsi sunt*, utrumque inclusive, cetera nihil.

Octavæ omnium Sanctorum. Translationis Ludovici.

In DANIC. recentiori manu in inferiori ora codicis adjectum est : *Item, octava omnium Sanctorum. Item translatio sancti Ludovici confessoris.* De quo vide BELINUM et alios.

CENTULEN. *Romæ, sanctorum martyrum Claudii, Nicostrati, Simproniani, Castorii atque Simplicii, tempore Dyocletiani. Eodem die, sanctorum quatuor Coronatorum : Severi, Severiani, Carpofori, Victorini. Et octava sancti Vigoris.*

Octavæ Vigoris.

Octavæ Sanctorum omnium.

De Claudio, etc.

BRUXELLEN. Incipit : *Octava festivitatis omnium Sanctorum.* Tum de IV Coronatis, sic tamen ut textus male compositus, pejus correctus sit. Tum de quinque aliis, post *Simplicii*, interjicit : *Qui lathomi existentes, et nomine Christi artificiosissime operantes, primo in carcerem missi, et deinde scorpionibus gravissime cæsi sunt; sed cum a fide Christi flecti non possent, jussu Dyoclesiani in medio mari præcipitati sunt. In Affrica, passio sanctorum martyrum Rogati, Primæ, Donati, Juliæ, Gaudii et Balsami.* Vide Hieronymiana, die præcedenti. Tum : *Ipso die, translatio sanctorum martyrum Senatoris, Viatoris, atque Cassiodori. Item, translatio sancti Ludovici episcopi et confessoris.*

Rogati, etc.

Translationis Senatoris, etc. Item Ludovici.

De Claudio, etc.

HAGENOYEN. *Romæ via Lavicana, passio sanctorum martyrum Claudii, Nycostrati, Sympromiani, Castorii et Symplicii, qui primo in carcerem sunt missi. Qui cum edocti forent omni arte sculpturæ, Dyocletiano ydolum facere noluerunt, et postea scorpionibus sunt durissime cæsi, et tunc cum a fide Christi mutari non possent, jussi sunt a Dyocleciano in plumbea capsa in mare præcipitari.* In altera ferme purus est, tum de Florentio, quem die præcedenti in Auctariis non semel posuimus, sic habet : *In Argentina, depositio sancti Florencii, ejusdem civitatis episcopi, qui prius in Hasela vitam heremiticam duxit, in multa patientia et abstinentia. Qui postquam filiam Dagoberti regis Franciæ, filiam unicam cæcam et surdam sanaverat, terram ad ædificandum monasterium accepit, et post mortem Arbogasti episcopi, sedem episcopalem ab eodem recepit, et multis clarus virtutibus obiit in pace.* Deinde ex textu diei præcedentis, agit de Amaranto. Demum : *Item, sancti Austremonii episcopi et martyris.* Vide natalem, die I Novembris.

De Florentio.

Amaranti.

Austremonii.

AQUICINCT. Pro *Lavicana* initio primæ annuntiationis, habet *Latina*, et cum codicibus pro textu citatis legit *Simproniani*.

Festi reliquiarum.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Festum reliquiarum;* nempe, ut in margine explicat, in Ordine Cartusiano. Verum de quibus, aut quorum Sanctorum reliquiis agat, necdum intelligo. Pergit : *Quatuor Coronatorum, scilicet Severi, Severiani, Carpophori et Victorini. Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii et Simplicii.*

Translationis Ludovici.

FLORENTIN. *Translatio sancti Ludovici episcopi et confessoris Ordinis Minorum.*

Dedicationis

CODEX CASTRI-CAR. *Dedicatio ecclesiæ B. Mariæ Castri-Karoli, per manus Domni Leodegarii.*

Translationis Hidulphi.

LUXOVIEN. *Mediano monasterio, translatio sancti Hidulfi archiepiscopi et confessoris.* Vide auctarium GREVENI, infra.

Octavæ omnium Sanctorum.

EDITIO LUBECO-COL. *Octava omnium Sanctorum Dei. Item festivitas reliquiarum.* Vide supra MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Sequitur textus satis purus. Tum : *Treveris in monasterio beati Maximini, natale sancti Weomadi episcopi et confessoris. Eodem die civitate Marsilia, translatio sancti Ludovici, episcopi et confessoris, Ordinis Minorum. Ipso die, beati Austremonii episcopi et confessoris. Item sancti Willehadi episcopi et confessoris.* Vide infra GREVENUM.

Weomadi.

Translationis Ludovici

Austremonii.

Willehadi.

Translationis Ludovici.

Octavæ

BELIN. In textu satis purus, superaddit in fine : *Eodem die, translatio sancti Ludovici episcopi et confessoris, Ordinis Minorum. Item, octava omnium Sanctorum.*

Octavæ omnium Sanctorum.

GREVEN. *Octavæ festivitatis omnium Sanctorum. Festivitas reliquiarum eorumdem.* Remisi supra ad MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. An de alia festivitate hic agatur, post videbitur. Reliqua auctaria recenseo : *In Africa, sanctorum Primi, Macharii, Justi et aliorum octodecim.* Vide Hieronymiana. *Item hic, depositio sancti Hildulphi episcopi Treverensis, qui etiam supra habetur* VII *Idus Julii.* Errat : nam habetur V Idus seu XI Julii, forte hic translationem indicare voluit, ut est supra in LUXOVIEN. Pergit GREVENUS : *Eodem die, depositio sancti Willehadi, primi episcopi ecclesiæ Bremensis et confessoris. Treveris, sancti Weomadi episcopi et confessoris. Ambianis, sancti Godefridi episcopi et confessoris. Austremonii episcopi et confessoris. Moroci episcopi. Apud Marsiliam, translatio beati Ludovici, episcopi et confessoris, Ordinis Minorum.*

Primi, etc.

Hildulfi.

Willehadi.

Weomadi

Godefridi.

Austremonii.

Moroci

Translationis Ludovici.

Ejusdem.

Octavæ omnium Sanctorum

Hildulfi.

Godefridi.

MOLAN. *Eodem die, translatio sancti Ludovici, episcopi et confessoris, Minoritæ. Item octava omnium Sanctorum. Ipso die, sancti Hildulfi episcopi Treverensis.* Dein typis minoribus : *Eodem die, depositio sancti Willehadi,* etc., ut GREVEN. *Ambianis, sancti Godefridi episcopi et confessoris, cujus vita tribus libris conscripta habetur ad Rohardum decanum Suessionensem.* Editiones aliæ litteris Italicis textui de Claudio, etc., immiscent : *Qui cum essent insignes artifices, et in lapidibus marmoreis imagines sculpere super omnes artifices nossent, eo quod falsos Deos adorare renuerant, primo,* etc. In fine : *Item octava omnium Sanctorum. Bremæ, depositio sancti Vuillehadi,* etc. *Virduni, sancti Mauri, episcopi ejusdem civitatis et confessoris. Die octava, commemoratio archistrategi Michaelis, et reliquarum incorporearum Virtutum.* Demum typis minoribus : *Ambianis, sancti Godefridi episcopi et confessoris.* Ut supra.

De Claudio, etc.

Willehadi.

Mauri.

Michaelis et omnium Angelorum

V *Idus.*

V *Idus.* *Die* 9.

Apud Amasiam civitatem Marmaritanorum, natalis sancti Theodori martyris, qui temporibus Maximiani et Maximini imperatorum, pro confessione Christianæ fidei fortiter cæsus ac in carcerem missus, dein Domino Salvatore sibi apparente et monente, ut constanter et viriliter ageret, relevatus est. Novissime postquam equuleo suspensus et ungulis est corrosus, ita ut ejus interiora nuda apparerent, ardentibus traditur ignibus. Eodem die civitate Bituricas, sancti Ursicini confessoris, qui Romæ ordinatus a successoribus Apostolorum, primus eidem urbi destinatur episcopus. *Theodori.* *Ursicini, alias Ursini.*

Puri sunt *Praten. Rosweyd. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Amasiam* scribunt omnes cum appellativo *Marmaritanorum*, quasi peculiaris regio aut gens aliqua designaretur, cum sermo sit de legione militum Amaseæ in Ponto hiberna traducentium. Solus Rosweyd. scribit: *Theodori militis et martyris.* Idem cum Molano habet: *Maximiani et Maximi.* Rursus et Rosweyd. elogii finem videtur voluisse expolire, dum ita legit: *ignibus traditus, reddidit spiritum. Civitate Bituricas*, solita est Martyrologorum locutio, eam forte emendare voluit Greven. per *civitate Biturica. Ursicini* certo scripsit Ado, atque ex eo Usuardus in omnibus prope codicibus, Greven. et Molan. verum nomen *Ursini*, quamvis non vere Usuardine, substituunt, ut est etiam in codice Pratensi B.

OBSERVATIO. Vere Megalo-martyr nuncupari potest, præcipuo cultu præ Theodoris aliis militibus, si plures sunt, venerandus hic noster cognomento *tiro*, Amaseensis seu Euchaita, in Allatii et Frontonis Kalendariis, in Sacramentario Gregorii et in Martyrologiis prope omnibus hoc die apud Latinos celebratus. Ad Hieronymianos codices pertinere non videtur, ut facile admittit Florentinius; at Beda, Florus, Wandelbertus, et qui in serie nostra sunt, eum constantissime prædicant. Beda cum laudatis Kalendariis et Sacramentario, simpliciter habet: *Natale sancti Theodori martyris.* Paulo expressius Romanum parvum: *Euchaitæ, sancti Theodori martyris*, locum non natalis, nec martyrii, sed gloriosissimæ sepulturæ designans. Neque in Adone notatur palæstra certaminis, neque ejus elogium, saltem in hac commemoratione contraxisse videtur Usuardus, quem plane existimo Acta ipsa consuluisse, unde a legione militum, sic ibi denominata, civitatem illam suam *Marmaritanorum* non satis apte formaverit, quod vocabulum in elogio, sub nomine Flori edito, multo melius expunctum est. Porro ex præfatis Actis, cum egregio in Theodorum Gregorii Nysseni encomio a Surio vulgatis, seriem suam historicam Gallice compilavit Tillemontius tomo 5 a pag. 369, in notis eo spectantibus plurima observans, tum circa Acta ipsa, tum circa hunc et Heracleensem Theodorum de quo in Actis nostris VII Februarii; quæ omnia in majori Opere scrupulosius erunt expendenda. Videri interim possunt Notatio Baronii et Acta sincera Ruinartii a pag. 531. Sunt penes nos varia Græca monumenta de passione *Theodori tironis* ejusque miraculis, suo tempore cum jam pridem vulgatis illustranda. Solus in Wandelberti metrico, hoc versiculo honoratur: *Theodori.*

Quinæ mox Idus Theudoro martyre vernant.

Floro supra citato etiam adscribitur tota nostra de *Ursicino*, seu melius *Ursino* Bituricensi annuntiatio, sed quæ certo ab Adone primum consignata et ex hoc ab Usuardo; hinc, nisi vehementissime fallor, a nostro illo Floro desumpta est, idque vel inde conjici datur, quod ipsum nomen, nempe *Ursicini* servatum sit, male ab Adone efformatum. Sed de Floro isto qualicumque, a Majoribus nostris edito, alibi disputavimus; hic satis sit, vere Usuardina esse, quæ in utraque commemoratione exhibentur. De Ursini vita et gestis ea probantur admittunturque, quæ a Gregorio Turonensi, de Gloria Confessorum cap. 8 tradita sunt, a Tillemontio Gallice reddita, tomo 4 a pag. 477 atque explicata pag. 726. Vitam longiorem edidit Labbeus tomo 2 Bibliothecæ Ms. a pag. 5, *incerti auctoris*, inquit in scriptorum Syllabo, *sed recentioris, qui multa parum probabilia ex popularibus rumusculis collegit, quod plurium aliorum vitium*; fōrte etiam eorum, a quibus sunt manuscripta nostra de Ursini vita, revelatione et translatione, de quorum fide et auctoritate nolim præmature quidquam decernere. Solum noto, diem hunc a nonnullis *elevationis* censeri, natalem vero XXIX Decembris, quam certo, necdum mihi licuit tuto explorare. *Ursicini vel Ursini*

AUCTARIA.

HERINIEN. Purissimus est, sed ex proprio loci vel provinciæ cultu, in fine superaddit: *Virduni, depositio beati Vitoni, episcopi et confessoris ejusdem civitatis.* *Vitoni.*

TORNACEN. In Theodori elogio, pro magna parte mutilus, in secunda, omnino purus est.

PULSANEN. In prima habet usque ad *martyris*; in secunda usque ad *confessoris*, expunctis elogiis. Addit in fine: *Ipso die apud Virdunum, depositio sancti Guitoni* (Vitoni) *ejusdem civitatis episcopi.* *Vitoni*

ANTVERP.

Antverp-Maj. In prima purus et integer, sic format secundam; *Eodem die civitate Bituricas, sancti Ursini confessoris.*

Antverp. Max-Lubec. et Ughellian. Post textum: *Virduni, sancti Vidoni episcopi et confessoris.* Max-Lubec. scribit *Virdini* et *Widoni*; rectius Ughellianus, *Vitoni.*

Munerat. In textu utcumque purus, adjicit: *Eodem die, Maturini confessoris, cujus corpus honoratur et colitur in territorio Senonensis diocesis.* Scio ab Usuardo i Novembris, ab aliis hoc die coli, sed nescio cur hic utroque die signaverit.

Antverp-Max. Ultraject. Leyden. et Lovanien. Textui puro subjungunt: *Virduno, depositio sancti Vitoni, ejusdem civitatis episcopi et confessoris.* Hæc vel similis phrasis sæpe hodie a codicibus repetitur.

Albergen. et Danic. Præterea superaddunt: *Dedicatio basilicæ Salvatoris.* Vide infra Belinum.

Centulen. *Apud Amasiam civitatem Marmaritanorum, passio sancti Theodori martyris, sub Diocletiano. Eodem die, sancti Ursini Bituricensium primi episcopi et confessoris. Virdunis, sancti Vitoni, ejusdem civitatis episcopi et confessoris.*

Bruxellen. Novum Theodorum producit: *Romæ, sancti Theodori martyris.* Sequitur prima nostra annuntiatio, fere pura. Tum: *Atrebatis, sancti Ragnulfi martyris.* De Ursicino, satis Usuardine. In fine: *In suburbio Virdunensi, sancti Vitoni, ejusdem civitatis episcopi et confessoris.*

Hagenoyen. Incipit, dies transponens: *In Treveris, sancti Hildulfi episcopi. In civitate* (forte *Berito*) *passio ymaginis Crucifixi.* De Theodoro, post *revelatus est*, hæc inserit: *Et turba albatorum virorum cum illo psallere cœperunt. Quæ ut viderent et audirent* (pro *viderunt* et *audierunt*) *custodes carceris, fugierunt. Tunc sanctus Theodorus in ligno suspenditur, et ungulis ferreis laceratur, et latera ejus raduntur; et ait præses: Vis nobiscum esse, Theodore, aut cum Christo? Et respondit, Christo meo fui, sum et ero. Et statim jussus est igne consumi. Qui in igne positus, ad vocem Domini emisit spiritum, et corpus ejus non est combustum, cœlumque apertum super eum multi viderunt.* Sequitur nova eruditio: *Eodem die civitate Biturica, sancti Urciscini confessoris et episcopi. Hic prius vocabatur Nathanahel, de quo in Euangelio Johannis. Qui Romæ a successoribus Apostolorum ordinatus est episcopus, et primus eidem urbi destinatur pontifex, multis ad fidem conversis, et miraculis perpetratis, et ædificatis ecclesiis obiit in pace. Virduno, depositio beati Wydonis episcopi et confessoris.* Nomen satis notum est. *In Africa, sancti Attici martyris. Redonis, depositio sancti Melani confessoris.* Spectant ad vi Novembris.

Aquicinct. In fine: *In territorio Adartensi, sancti Ragnulfi martyris. Verduni, sancti Vitonii episcopi.* Lege ut supra *Vitoni.*

Victorin. et Reg. Suec. num. 130. *Eodem die in territorio Nevernensi, sancti Maturini levitæ et confessoris.* Secundus codex, nempe Reginæ Sueciæ melius legit *Maurini.*

Ambianen. *In suburbio Verdunensi, depositio sancti Vitoni, patris nostri, episcopi et confessoris.*

Matric-Cartus-Ultraject. *Theodori martyris. Nathanael episcopi, fratris sancti Philippi Apostoli Domini. Vitonis episcopi Verdunensis. Ursini episcopi et confessoris.* Si scriptor hujus codicis Hagenoyensem vidisset, Ursinum et Nathanael in unum conflasset.

Florentin. *Apud Virdunum, sancti Victorini ejusdem civitatis episcopi et confessoris.* Lege *Vitoni.*

Reg. Suec. signatus num. 428. *Castro Virduno, sancti Vitoni episcopi.* Sic etiam ferme legit codex Luxoviensis.

Remens. SS. Timothei et Apollinaris. *In suburbio Virdunensi, natale sanctissimi Vitoni episcopi et confessoris.*

Belnen. *Translatio corporis B. Floscelli martyris, in hac ecclesia Belnensi quiescentis, quod corpus per venerabiles patres Dominum Simonem tit. S. Cæciliæ presb. Card. Apostolicæ sedis legatum in Francia, et Gerardum Dei gratia Æduensem episcopum, de loco ad locum magis venerabilem, die predicta est translatum, anno Domini* mcclxv.

Editio Lubeco-Col. Incipit: *Apud Edissam civitatem, commemoratio sancti Sanguinis Christi, ex imagine Crucifixi Domini.* In prima annuntiatione modice interpolata est. In secunda superaddit: *Iste Ursicinus prius dictus est Nathanael Apostolus Christi, cui Dominus dixit: Ecce verus Israelita, in quo dolus non est. Quievit autem in pace, apud præfatam urbem sepultus et postmodum divina revelatione reminentus. In Hispaniis, sanctorum Fausti et Marcialis martyrum Virduno, sancti Widonis ejusdem civitatis episcopi et confessoris. Item Virduno, sancti Nicani episcopi et confessoris. In territorio Nivernensi, sancti Mauri* (melius supra *Maurini*) *levitæ et confessoris. Nicomediæ, sancti Damiani confessoris.* Vide Hieronymiana.

Belin. Incipit: *Dedicatio basilicæ Salvatoris.* Tum sequitur textus satis purus.

Greven. *Commemoratio Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, qui apud Edissam civitatem, de imagine Crucifixi a Judæo percussa, miraculose profluxit. In Hispaniis, sanctorum Fausti et Marcialis. Romæ, natalis sanctorum Clementis, Simphroniani. Item Nichomediæ, sancti Gamasi, alius Damiani.* Vide Hieronymiana. *Romæ, dedicatio basilicæ sancti Salvatoris, hoc est sanctæ ecclesiæ Lateranensis, a beato Sylvestro facta. Ragnulfi martyris.* Tum: *Apud Heracleum*, civitatem Macedoniæ, *sancti Theodori martyris. Qui sub Licinio rege, pro fide Christi virgis et plumbatis diutissime cæsus, ungulis corrosus, faculis, vulneribus admotis, exustus, testis etiam acutissimis confricatus, deinde crucifigi sagittarique jussus, ad ultimum decollatione, martyrii gloriam adeptus est.* Jam diximus spectare ad vii Februarii, nisi idem sit cum Amaseensi. En synonymum alterum: *Theodori episcopi Londoniensis et confessoris. Vitoni episcopi Virdunensis et confessoris. Dethmari confessoris. Item sancti Donati. In territorio Nivernensi, sancti Mauri levitæ et martyris. Pauolæ viciniis sacræ, quam Paulus Apostolus legitur baptizasse. In Hellesponto, sanctæ Eusebiæ virginis. Apud Carthusienses monachos, commemoratio defunctorum fratrum et sororum ejusdem Ordinis.*

Molan. *Dedicatio basilicæ Salvatoris, primæ basilicæ in palatio Constantini apud Lateranum, a beato Papa Sylvestro facta. In pago Attrebatensi, passio sancti Ragnulfi martyris, qui positus est in basilica sancti Vedasti. Eodem die, Maturini confessoris, cujus corpus honoratur et colitur in territorio Senonensis diœcesis*; ex Munerato. *Eodem die, crucifixio imaginis Domini nostri Jesu Christi in Syria, civitate Beritho. Virduni, depositio beati Vitoni, episcopi et confessoris ejusdem urbis.* Posteriores editiones incipiunt: *Romæ, dedicatio basilicæ Salvatoris, Constantini*, etc. De crucifixione imaginis, de Ragnulfo et Vitono, ut in priori. Adjicitur: *Die nona, sanctorum martyrum Onesiphori, et Porphyrii. Et sanctæ matris Matronæ.* Vide Martyrologium Castellani.

IV *Idus.*

IV *Idus.* *Die* 10.

Martini PP. Natalis beati Martini Papæ, qui ob fidem Catholicam ab imperatore Constantino hæretico de ecclesia raptus, ac perductus Constantinopolim, relegatus apud Cersonam Liciæ provinciæ, ibidem vitam finivit, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens. *Tiberii et soc.* In territorio Agatensi, sanctorum martyrum Tiberii, Modesti et Florentiæ, qui tempore Diocletiani variis tormentis cruciati, martyrium compleverunt. *Demetrii et soc.* Antiochiæ, sanctorum Demetrii episcopi, Aniani diaconi, Eustosii et aliorum viginti.

Ita *Pratén. Hermien. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Munerat, scribit *ob fidem Christi Catholicam*, et de reliquo constructionem torquet, vitiosa interpunctione. Plerique codices legunt *Constantino*, pauci *Constantio*, neutra lectio valet ; primam in Adone repertam certo secutus est Usuardus ; ast in Romano moderno emendatius legitur nomen *Constantis*, qui ab anno DCXLI ad DCLXVI imperium tenuit, sub quo indignissimam illam persecutionem, atque ex plagis et ærumnis martyrium passus est Martinus Papa. Rursus exilii locum notant codices omnes *Cersonam*, excepto Molano, qui *Chersonam*, ut est in Romano parvo et Adone. Sed quæ est ista *Chersona Lyciæ?* Crediderim, locum eumdem indicari, quem olim exilio et martyrio nobilitavit Clemens Papa, de quo erudite disputat Rosweydus Notatione I in libellum de Festivitatibus pag. 221 et 222. Hæc paucis hic indicasse sit satis. Reliqui in textu et *Cersonam* et *Liciæ* ex codicum formatione. Sic etiam *Agatensi*, licet Groven. et Molan. melius legant *Agathensi*. Videtur scribendum *Tyberii*, ex quo Gallice *Tubery*, ut habent iterum Grevenus et Molan. sed manuscripta præfero. Sic *Aniani*, pro quo aliqui *Arıani*, quid præstet, nescio.

Martini PP. OBSERVATIO. Martini Pontificis, fortissimi puritatis Catholicæ adversus Monothelitas defensoris et martyris festivitas, forte ex recentiorum codicum Usuardinorum placito, hoc tempore agitur XII Novembris ; a Wandelberto, ipso verosimiliori obitus die signata est, nempe XVI Septembris. Inter antiquos alios Martyrologos, in sola serie nostra celebratur, a Romano parvo in sacras Tabulas primum relata, unica hac annuntiatione : *Chersona Lyciæ, Martini Papæ, qui ob Catholicam fidem ibi relegatus, vitam finivit.* Hinc in Adonem transiit, ex quo decerpta est tota annuntiatio nostra, ab ipsissimo Usuardo, duces sequente, non alio quam hoc die signata, ut probat codicum omnium antiquiorum sententia. Allatii et Frontonis Kalendaria, dum Martinum aliquem, absque distinctionis nota memorant XII Novembris, non hunc Papam martyrem, qui nec seculo nono tali die colebatur, sed celebratissimum illum Turonensem, ut mihi quidem videtur, respiciunt, ob Mennæ natalem, in diem sequentem ibi translatum. Si cui fortasse magis arrideat Frontonis ad Kalendarium eo die observatio, haud multum equidem reluctabor. Præclara sunt Martini Papæ Acta a Surio vulgata, quæ a nobis suo loco cum Anastasii aliorumque scriptis illustrabuntur ; quo remittendæ quoque sunt plures intricatæ controversiæ circa pontificatus ingressum et egressum, circa tempus exilii omniumque gestorum ordinem chronologicum, quas satius est hic omnino præterire, quam jejunius et præter institutum nostrum delibare ; pleræque jam, post Baronium, a Cointio, Papebrochio, Pagio aliisque eruderatæ, si non omnino explanatæ sunt. Liceat hic proprio loco repetere Wandelberti versum, quem dedimus XVI Septembris :

Hinc sexto deno Martinus Papa beatur.

Tiberii et soc. Martyres Agathenses Hieronymianis, Bedæ, Floro, Rabano, imo etiam Romano parvo ignoti, a Wandelberto canuntur ; distinctius signati ab Adone : *In territorio Agathensi, in Cessarione*, cetera ex ipso Usuardus in textu nostro verbatim descripsit. Acta aliqua edidit Petrus in Catalogo ; alia diffusiora citat, non refert, Catellus in sua Occitania pag. 279, ex quibus priora contracta existimat. Multum fallor, ni Catelliana ipsa anno MDCLVI ad Bollandum miserit Possinus, in XXVII lectiones distributa, quæ, ut candide fatear, mihi nequaquam placent ; sed de ipsis statuere alterius loci est. Audi metricum Wandelberti encomium :

Quartis Modestus, Florentia Tyberiusque
Trino martyrio, trino pro nomine fulgent.

Demetrii et soc. In Hieronymianis hoc die, primo loco legitur : *In Antiochia, natalis sanctorum Demetrii episcopi, Annesi diaconi, Eustosi et sociorum ejus.* Hæret hic merito Florentinius, ut *Demetrium* illum vel sub alio nomine ad certam sedem reducat. Sociorum nomina in apographis uniformia non sunt, nec uspiam determinatus numerus. Rabanus Hieronymiana presse sequi videtur, dum scribit : *In Antiochia, natale Demetrii episcopi, Amnesi, Eustachii et sociorum ejus.* Ad Adonis textum non pertinere, recte censuit Rosweydus ; in appendice habetur : *Aniani diaconi, Eustosii et sociorum eorumdem.* Diversa Usuardi phrasis ostendit, ex ipso fonte immediate hausisse. Sed unde dicemus clausulam illam accessisse, *et aliorum viginti ?* Non est tam facile nodum illum solvere ; nise aperte fateamur, errasse Nostrum, et Sanctos alios ad alias regiones spectantes, perperam in unum collegisse ; nec vero viam explanat, imo potius involvere videtur notula Castellani, qua parte Eustosium tan-

git ;

git ; forte melius divinans, dum *alios viginti* Africanos a tribus prioribus disjungit. Ceterum ita scripsisse Usuardum, atque etiam in Martino et Agathensibus textum nostrum vere Usuardinum esse, ex codicum arbitrio admittendum est.

AUCTARIA.

TORNACEN. Non omnino purus, deficit in elogio martyrum Agathensium.

ANTVERP-MAJ. Primam annuntiationem turbatam habet ; secunda non est integra ; tertia autem prætermittitur.

Justi. Monitoris. Vigiliæ S. Martini Turonensis. ROSWEYD. In textu satis purus, in fine adjicit : *Eodem die in Britannia Cantiæ, depositio sancti Justi archiepiscopi et confessoris, qui quartus a beato Augustino fuit. Aurelianis, Monitoris episcopi confessoris. Vigilia beati Martini episcopi.* Memineris codicem hunc Ultrajectinum esse, ubi cathedralis, postea metropolitana ecclesia, Martino Turonnis dicata est.

PULSANEN. In prima fere integer ; in secunda resecat elogium ; tertia deest.

Monitoris. ANTVERP. et MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In textu satis puri adjiciunt : *Aurelianis, Monitoris episcopi.* Est in codicibus plurimis.

Triphonis et Respicii. Monitoris. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. In textu puri sunt, sed secundo loco novam hanc annuntiationem invehunt : *Natale sanctorum Triphonis et Respicii.* In fine subnectunt : *Aurelianis, sancti Monitoris episcopi.*

LOVANIEN. In textu præcedentibus purior est, nam caret annuntiatione interjecta de Triphone et Respicio.

Triphonis, Respicii et Nimphæ. Monitoris. ALBERG. et DANIC. Recentiorem formam induunt. Sic enim, Martino Papa ad XII translato, hodiernum textum ordiuntur : *Natale sanctorum Martyrum Triphonis et Respicii. Item sanctæ Nimphæ virginis, quam filiam Aureliani Maximilianus episcopus baptizavit.* In Agathensibus et Antiochenis puri sunt. In fine, de Monitore, ut jam non semel supra.

Ejusdem. CENTULEN. *Natale sancti Martini Papæ et martyris, qui ob Catholicam fidem ab imperatore Constantio hæretico, in insula Cersona exilio relegatus, quievit in Domino. Corpus ejus Romam relatum multis miraculis fulget.* In secunda, pro *Tiberii*, scribit *Viti*, de cetero in hac et in tertia annuntiatione purus, in fine adjicit : *Aurelianis, sancti Monitoris episcopi.*

De Martino. De Agathensibus. Triphonis et Respicii. Nymphæ. Bernardi. Monitoris. Leonis PP. Mauri. BRUXELLEN. *Natale beati Martini Papæ. Hic Romæ celebravit concilium, in quo dampnavit pravi dogmatis assertorem Paulum Constantinopolitanum falsi nominis patriarcham. Propter quod Constancius imperator hæreticus ipsum ab ecclesia raptum, apud Cersonam Liciæ in exilium misit, et ibi ipse migravit ad Christum, multis in eodem loco,* etc. Agathensium martyrum numerum auget, sic scribens : *In territorio Agathensi in Cesariono, sanctorum martyrum Liberii, Tiberii, Modesti et Florentiæ. Qui tempore,* etc. In Antiochenis purus est. Tum : *Eodem die, natale sanctorum martyrum Triphonis et Respicii. Et sanctæ Nymphæ virginis, filiæ Aureliani, quam sanctus Mamilianus episcopus baptizavit. Ipso die, depositio Bernardi, qui Latinorum primus fuit Antiochenæ ecclesiæ patriarcha. Aurelianis, depositio sancti Monitoris episcopi. Romæ, sancti Leonis Papæ.* Vide notulam Castellani. *Apud Verdunum, depositio sancti Mauri ejusdem civitatis episcopi.*

HAGENOYEN. Incipit ab Agathensibus, sed non satis pure. Tum de Nympha, ut in præcedenti. De Antiochenis, satis bene ; deinde de Triphone et Respicio, ut supra. Sequitur : *Ipso die, sancti Martini Papæ et martyris, qui fuit vir totus Deo devotus, et in fide Catholicus, quia congregavit concilium contra Cyrum, Sergium et Paulum hæreticos et episcopos. Quia illos de suis dignitatibus ejecit, jussus est a spatario Olympii interfici, qui non permissus est a Deo sanctum Martinum videre, quia cæcus est effectus. Horum hæresis erat, quod nec unam nec duas voluntates seu operationes in Christo esse confitebantur. Tandem vir beatus vi capitur et Constantinopolim ducitur, nec sic acquievit, ut malos sustinere vellet ; unde hac de causa Cersone in exilium mittitur, ubi quondam beatus Clemens Papa degebat, et ibidem Martinus feliciter migravit ad Dominum, martyr pariter et confessor. Aurelianis, depositio sancti Monitoris episcopi et confessoris. In Boemia, sanctæ Leodemilæ, aviæ sancti Wentzeselai.* Vide infra GREVENUM.

Triphonis et Respicii. De Martino. Monitoris. Ludmillæ.

Monitoris. Probi. AQUICINCT. In fine : *Aurelianis, sancti Monitoris episcopi. Ipso die, sancti Probi confessoris.* An episcopi Ravennatis ?

Georgii. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Tiberii martyris cum sociis. Martini Papæ et confessoris. Georgii discipuli Christi.*

Verani. REG. SUEC. signatus num. 428. *In territorio Aurelianensi, sancti Verani epicopi et confessoris.* Est *Cabellicensis*, ex sepultura notus, de quo vide Castellanum die sequenti.

Mennæ. In VATICAN. sub. num. 5949. Deest annuntiatio ultima. Adjicitur : *Beneventi, sancti Mennæ confessoris.* De hoc nihil apud alios.

Cuniberti. Leonis. STROZZIAN. *Civitate Agrippinensi, depositio sancti Cuniberti episcopi. Castello Milliduno, sancti Leonis confessoris.* Vide de utroque XII Novembris.

Monitoris. Mauri. BURDEGALEN. *Aurelianis, Monoris episcopi.* Lege *Monitoris. Ipso die, sancti Mauri episcopi et confessoris.* In Romano est VIII Novembris.

Mauri. LUXOVIEN. Scribit cum aliis supra : *Virduni, sancti Mauri episcopi et confessoris.*

Triphonis et Respicii. Nymphæ. Monitoris. Justi. EDITIO LUBECO-COL. Incipit. *Romæ, natale sanctorum martyrum Triphonis et Respicii.* Sequitur de Nympha, ut supra. In Agathensibus et Antiochenis satis pura est. Rursus de Monitore, ut supra. Tum. *Apud Cersonam Liciæ, depositio beati Martini Papæ et martyris, qui ob catholicam fidem,* etc. *Eodem die, beati Justi episcopi Cantuariensis et confessoris, qui cum Mellito et aliis multis a beato Gregorio Papa in Britanniam beato Augustino in adjutorium prædicationis missus est, qui primo Rosensis ecclesiæ factus antistes, postmodum quartus in regimine præsulatus Cantuariensis ecclesiæ Augustino successit.*

Triphonis, etc. Notarii. Cuniberti. Leonis. BELIN. Incipit : *Natale sanctorum martyrum Triphonis et Respicii et Nimphæ virginis.* Martinus translatus est. In secunda et tertia, parum abest a puritate. Tum. *Aurelianis, sancti Notarii episcopi.* Tunc hic *Monitoris. Civitate Agrippinensi, depositio sancti Cumberti* (Cuniberti) *episcopi. Castello Milluduno, sancti Leonis confessoris.* De hoc dixi videndum Castellanum.

Felicis PP. Triphonis et Respicii. Monitoris. GREVEN. *Secundum aliquos hic, passio sancti Felicis Papæ et martyris, cujus celebritas IV Kal. Augusti potissimum agitur, sepultus vero perhibetur XV Kal. Decembris. Romæ, sanctorum martyrum Triphonis et Respicii. Monitoris episcopi Aurelia-*

nensis

Leonis. Justi. Theodori. Probi. Mauri. Theodori alterius. Nymphæ. Ludumillæ. Catullæ. Ermegardis. Triphonis, etc.

nensis et confessoris. Romæ, depositio beati Leonis episcopi. In Britannia, sancti Justi episcopi et confessoris. Qui cum Mellito et aliis a beato Gregorio Papa, in opus Euangelii Britanniam missus, primo quidem Brofensis episcopus, deinde Cantuariensis ecclesiæ, post sanctum Augustinum quarto loco archiepiscopus, sanctis fulgens operibus, quievit in pace. Theodori episcopi Siccensis et confessoris. Apud Ravennam, sancti Probi episcopi et confessoris. Mauri episcopi. Apud Antiochiam, sancti Theodori adolescentis confessoris, de quo lib. 10 *historiæ Ecclesiasticæ refertur, quod ob Christi fidem tempore Juliani, a prima luce usque ad horam decimam tanta crudelitate et tot mutatis carnificibus tortus sit ut simile nulla ætas factum meminerit. Romæ, sanctæ Nymphæ virginis, filiæ Aureliani imperatoris. Ludumillæ, ducissæ Bohemiæ et martyris translatio. Parisius, Catullæ matronæ nobilissimæ. Ermegardis comitissæ Zutphaniæ.*

MOLAN. *Natale sanctorum martyrum Triphonis, Respicii et Nymphæ virginis. Aureliæ, S. Notarii episcopi*; ex BELIN. *In Colonia Agrippinensi, depositio sancti Cuniberti episcopi. Castello Milleduno, sancti Leonis confessoris*; ex eodem. *Aurelianis, depositio Monitoris episcopi.* Dein typis minoribus: *In Britannia, sancti Justi*, etc., ut GREVENUS, nisi quod scribat *Brocensis*. In Martyrologio Romano sedes episcopalis non apponitur. Item ex eodem de Theodoro adolescente Antiocheno. Editiones posteriores Martinum differunt ad XII. Primo loco litteris Italicis agunt de Triphone, Respicio et Nympha. In fine: *In Britannia, sancti Justi episcopi et confessoris, quem illuc Gregorius Papa direxit, cum aliis ad Euangelii opus. Eodem die, sancti Probi, Rhavennatis pontificis, in æde ipsi dicata sepulti. Aurelianis, depositio sancti Monitoris episcopi. Die decima, sanctorum Apostolorum Erasti, Olympi et sociorum.* Ex solito Græco Horologio. Demum, minoribus typis adjectum est: *Item, sanctæ Theoctistes Lesbiæ.*

Notarii. Cuniberti. Leonis. Monitoris. Justi. Theodori. Probi. Erasti, etc. Theoctistes.

III *Idus.* **Die 11.**

Martini. Mennæ. Verani.

In Galliis Turonis civitate, natalis beati Martini episcopi et confessoris, cujus vita tantis extitit miraculis gloriosa, ut trium mortuorum meruerit esse suscitator. In Scithia metropoli Frigiæ Salutariæ, passio sancti Mennæ martyris, qui persecutione Diocletiani, postquam studuit cœlesti regi secreta conversatione in heremo militare, procedens ad publicum, ac se Christianum libera voce declarans, primo diris cruciatibus examinatus, novissime fixis in oratione genibus, et Domino Jesu Christo gratias agens, gladio cæsus est. Item Lugduni, sancti Verani episcopi, cujus vita fidei et virtutum meritis illustris fuit.

Ex *Praten. Herinten. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belini prima editione, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Molan. in ipso principio aliquid variat : *In Galliis civitate Turonis.* Rosweyd. urbis Trajectinæ patronum majusculis miniatis exornans, legit *beatissimi Martini.* Solus Munerat. posuit, *quod trium*, etc. Sic item *meruerit*, pro quo Antverp. *mereretur*; pejus Max-Lubec *mereretur*; Belin. autem *mereretur esse suscitator magnificus.* Quot modis *Scythia* et *Phrygia* scribantur, non semel diximus ; hic rursus sequor majorem codicum numerum. Certum est *Scythiam* hic ab Adone perperam invectam, pro qua Baronius substituit *Cotyæi.* Grevenus et Molanus male pro *studuit*, legunt *meruit.* In omnibus est *heremo.* In Pratensi, *examinatus ;* in Heriniensi, *examinatus;* in pluribus ita ultima syllaba abbreviata est, ut æque legi possit *examinatur* ac *examinatus*, utrumvis selige, nos postremum tenemus. Praten. legit *Veriani;* Rosweyd. *Valeriani ;* major pars stat pro *Verani ;* sed videtur dubitasse Molanus, de quo Verano ageretur, unde sic simpliciter scripsit : *Item sancti Verani*, etc. Reliqua minutiæ sunt, ut *Thuronis, Salutaris, cælesti, Nerani*, etc.

Martini.

OBSERVATIO. Vere in hujus diei nota pronunciavit Florentinius : *Sancti ac Thaumaturgi Martini omnia ita nota sunt, ut hic aliqua repetere non expediat.* Nobis tamen paucula depromenda sunt, quæ ad rem nostram pertinent. Itaque in Hieronymianis, Beda, Romano parvo et Adone, phrasi non multum dissimili eaque brevi commemoratur ; hoc solo discrimine, quod Romani parvi auctor *miraculorum patratorem* prædicet. Noluit Usuardus illaudatum præterire Sanctum, diffusissimo cultu, omni memoria, et toto saltem Occidente longe celebratissimum. Floro etiam aliquid adscribitur, sed Rabanus longiori elogio Martinum ornavit, Wandelbertus infra recurret. Multa de Martino observavit Baronius in notatione, plura in Annalibus, forte hinc inde, præsertim in figendo obitus anno, emendanda. De nullo ferme Sancto tot illustria monumenta supersunt, nullus tot inclytos encomiastes nactus est. Notissimi sunt præcipui : Sulpitius Severus, Benedictus Paulinus Petrocoriensis, Fortunatus et Gregorius Turonensis, quorum opera multorum eruditorum notis explicata et illustrata sunt. Pleraque collegit, discussit ac digessit Gervasius in vita, Gallice Turonibus edita anno MDCXCIX, brevius Tillemontius tomo 10 a pag. 309, quorum lucubrationibus, ad elucidanda vetustiora, suo tempore gratanter utemur. Poeta Martyrologus Mennam præponit, ac nescio quam

Domicillam

Domicillam Martino subjungit, quæ, licet in Hieronymianis forte ponatur, cum in nostris hodie nota non sit, sola priorum encomia describemus. Sic cecinit, non ex Molano, sed ex Spicilegio Acherii :

Menas sanctus ovat ternis virtute fideque.
Confessor merito, officio et sermone sacerdos,
Atque fide martyr, lato famosus in orbe
Martinus, votis festoque vocatur eodem.

Mennæ. Quam nota et plana sunt circa Martinum ferme omnia, tam implexa videntur, quæ *Mennam*, cetera illustrem martyrem, concernunt. Imprimis non constat, in Hieronymianis signari sub hac formula : *Alexandria metropoli, natalis sancti Minatis*, tametsi id elicere velle videatur Florentinius. Beda legit : *Ipso die, natale sancti Mennæ martyris.* Idem nomen reperitur in Allatii (sed IV Idus) et Frontonis Kalendariis, atque in Gregorii Sacramentario ; ejusdemque Sancti celebrem olim Romæ memoriam, præter alia ostendit habita a S. Gregorio homilia 35, ad quæ vide Frontonis notam. At in hisce postremis nullo peculiari signo aut loci aut temporis distinguitur. Romanum parvum scribit : *In Scythia, Mennæ martyris, Constantinopolim translati.* Est in Rabano prolixius elogium, unde tamen nihil magnopere statui potest, nisi ex Adoniano ad certas circumstantias determinetur ; in quo nihilominus ea indicatur positio, a Nostro inde ad verbum desumpta, quæ rem non satis explanat : *Eodem die, in Scythia, metropoli Phrygiæ Salutariæ*, etc. Palæstra in Romano emendatius posita est, observatque Castellanus, diversum hunc esse ab alio *Mena* seu *Menna Callicelado*, de quo cum Hermogene et Eugrapho agitur in Romano X Decembris. Quin imo diversa Acta utroque die a Surio ex Metaphraste vulgata sunt, de quibus alibi judicium feremus. Jam vero dum et illa et Martyrologia accuratius excutiuntur, non adeo obvium est decernere, unusne an plures Mennæ fuerint, an unius Acta ab alio Sancto translata non sint ; verbo, obscura et ambigua non pauca recurrunt, de quibus vide tantisper Tillemontium tomo 5 a pag. 441 et 758. Interim textus noster ex Adone plane contractus est, servata palæstra, ut in Variantibus dictum est. — *Verani*, haud dubie Lugdunensis episcopi, meminit, non in appendice, ut ait Florentinius, sed in ipso textu, Viennensis Martyrologus, ex quo desumpti sunt omnes annuntiationis nostræ apices. In Hieronymianis etiam legitur, sed *non dubitaret* Florentinius, *quin sit ex additis ad vetustius Martyrologium.* Quidquid sit, notat ibi laudatus scriptor Veranos plures, nempe alterum *Gabalitanum*, seu *Cavallicensium* episcopum, alterum *Venciensium*, eosque a Lugdunensi et hodierno nostro diversos, ex Hagiologio Labbei, Saussayo et Raynaudo. Aliter sentire videtur Castellanus : nam Veranum adjecta notula *Venciensem* declarat, ex IX Septembris huc translatum, qui Gallice vocetur *Veran* ; secundum vero Gallice *Vrain*, *Cabellicensium* episcopum statuit, qua ratione *Veranus Lugdunensis* omnino excludendus esset. Hæ sunt controversiæ, alibi operosius discutiendæ ; textus noster Lugdunensem haud obscure designat, isque et Usuardinus est. Vide Tillemontium tomo 15 pag. 849. *Verani.*

AUCTARIA.

TORNACEN. In prima purus, in secunda desinit ad *Mennæ martyris*, expuncto elogio. In tertia denuo purus.

ANTVERP-MAJ. Deficit in hoc codice totus hujus diei laterculus.

PULSANEN. In prima purus est; secundam et tertiam truncat, post *martyris* et post *episcopi*.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Toto textu puri essent, nisi de Martino, post, *ut trium mortuorum mereretur esse magnificus suscitator*, adderent hæc : *Hic anno Domini quadringentesimo felicem spiritum cælo reddidit.* *De Martino.*

CENTULEN. *In Galliis, civitate Turonis, transitus sancti Martini archiepiscopi et confessoris, cujus sacrum sepulchrum, virtute Christi, miraculis frequentibus illustratur. Eodem die apud Scithiam, sancti Mennæ martyris, qui gladio vitam finivit. Lugduni, sancti Neroni* (male scriptum est *Verani* nomen) *episcopi, vita et miraculis clari.*

BRUXELLEN. In prima satis purus, sic pergit : *Et in Scithia, metropoli Frigiæ Salutariæ, passio sancti Mennæ martyris, qui sub persecutione Dyoclesiani et Maximiani, cum esset miles ex Egiptiorum provincia ortus, abrenuncians terrenæ militiæ, cælesti regi clam, et sub secreta conversatione in eremo studuit militare ; deinde nataliciis præfectorum imperatorum procedens in publicum, libera voce se Christianum professus est ; ac primum cæsus ita, ut plateæ sanguine inundarent, et post eculeum et ignem superans, per tribulos et sudes ferreas, ligatis manibus et pedibus tractus, novissime fixis in oratione genibus, et Domino Jesu Christo gratias agens, gladio cæsus est, et corpus igni traditum est. Apud Cyprum, civitatem quæ dicitur Amathunta, depositio sanctissimæ memoriæ Johannis Eleymonis, Alexandrinæ civitatis archiepiscopi.* Vide dicta ad XXIII Januarii. *De Menna* *Joannis Eleemosynarii*

HAGENOYEN. *In Galliis civitate Turonis, depositio sancti Martini episcopi et confessoris, cujus vita tota miraculosa fuisse describitur, ita ut trium mortuorum mereretur esse suscitator. Hic in triplici statu fuisse legitur, scilicet militari, monachali et pontificali, in quibus omnibus statibus ipse placuit Deo. Ipse namque in militia servivit imperatori irreprehensibiliter, ita quod nec Deum in illa offenderet. In monachatu servivit Deo, et sibi fideliter adhæsit, ita ut ipse forma religionis ceteris esset. In episcopatu ipse servivit Christo, et hoc ad Dei honorem, proximi utilitatem, et ad suam in bonis promotionem. Denique beatus Martinus, multis perpetratis miraculis, pluribus ædificatis ecclesiis et ad fidem conversis, et multis insidiis, tam a paganis, quam ab hæreticis tolleratis, et idolis diversis destructis, plenus bonis operibus migravit ad Dominum in pace.* In Menna, tantum modice interpolatus est. In Verano purus, adjungit : *Item sancti Johannis elemosinarii episcopi et confessoris.* *De Martino.* *Joannis Eleemosynarii.*

AQUICINCT. In fine : *In villa, quæ dicitur Malonia, natalis sancti Bertuini episcopi et confessoris.* *Bertuini.*

ALTEMPS. *Ipso die, sancti Livini archiepiscopi Doroberniensis.* Dubium est quid velit. *Livini.*

FLORENTIN. *Apud Ravennas, sancti Probi archiepiscopi et confessoris.* Vide die præcedenti. *Probi*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Martini episcopi* *Bertuini.* *et confessoris... Mennæ martyris. Bertuini episcopi et confessoris. Veriani episcopi et confessoris.*

EDITIO-LUBECO-COL. Post ea, quæ ex ANTVERP- *De Martino* MAXIMO., etc., supra dedimus, adjungit : *Ejus transitus sancto Ambrosio episcopo Mediolanensi, et beato Severino archiepiscopo Coloniensi manifes-* *De Menna* *tatus divinitus fuit.* De Menna : *Qui persecutione Diocleciani imperatoris, cum esset nobilissimus miles Egyptiorum generis, abrenuncians seculo, studuit secreta conversatione cœlesti regi in heremo militare. Deinde in nataliciis præfectorum imperatorum procedens ad publicum, ac se Christianum libera voce coram eis declarans, traditus est Pirro judici puniendus, qui primo diris cruciantibus examinatur, novissime*, etc. In ultima annuntiatione, pura est. In fine adjicit *Eodem die, sanctæ Theo-* *Theophilæ* *philæ virginis et martyris.*

Joannis Eleemosynarii. BELINI editio altera : *Ipso die, transitus sancti Joannis eleemosynarii, episcopi Alexandrinæ urbis.* Vide, ut diximus XXIII Januarii.

Valentini, etc. GREVEN. *Romæ, natalis sanctorum Valentini, Feliciani, Victorini. Ravennæ, Felicis, Valentinæ,* *Felicis, etc.* *Houellæ, Octavii, Januarii, Erundinis.* Vide in *Bertwini.* Hieronymianis. *Betwini episcopi et confessoris.* *Ganfridi.* *Ganfredi episcopi Soriensis et confessoris, Ordinis* *Joannis eleemosynarii.* *Cisterciensis. Secundum aliquos hic, Joannis eleemosynarii, qui supra habetur* X *Kalend. Februarii.* *Mennæ solitarii.* *Item sancti Mennæ solitarii, magnæ sanctitatis viri. De quo beatus Gregorius* 3 *Dialogor. refert, quod studium ei fuerit, nihil in hoc mundo possidere, nihil requirere, omnes qui ad se causa charitatis venissent, ad æternæ vitæ desideria accendere. Inter oblationes sibi missas, oblationem stupratoris cujusdam per spiritum cognovit ac respuit. Theophilæ* *Theophilæ* *virginis et martyris. In Galliis, Roqæ matronæ.* *Roqæ.*

MOLAN. Aliis litteris de Martino subnectit : *De Martino* *Hujus vita et doctrina per miracula, quæ Dominus per eum fecit, pene omnibus fidelibus claret ; nec necesse est a nobis hic aliquid exinde commemorari, quia ipsius vitam, virtutes et signa Sulpitius manifeste luculento sermone descripsit ; nec non et Gregorius, ejusdem urbis episcopus, in miraculorum libris plenissime disseruit.* In fine : *In Malonia, sancti Bertuini episcopi et confessoris.* Deinde mi- *Bertuini* noribus typis de Menna solitario, ex GREVENO, *Mennæ solitarii* supra. Denique : *Depositio Theophanii confessoris, comitis Centuncellensis, de quo beatus Gregorius* *Theophanii* *Dialogorum lib.* 4, *cap* 27. Hactenus editio prima. Editiones aliæ de Martino, paulo brevius : *Hujus vitam Sulpitius manifeste luculento* sermone descripsit, etc. In fine : *Apud Namurcum in Malonia, sancti Bertuini episcopi, qui de* *De Bertuino* *Hibernia insula veniens in saltum, qui vulgo appellatur Marlignia, condidit oratorium in supradicta villa Malonia super Sambram, in honorem semper Virginis Mariæ. Ubi diu Deo militans, cursum suum feliciter implevit. Die undecima, sanctæ* *Stephanidis et Theodori.* *martyris Stephanidis, et sancti patris et confessoris Theodori Studitæ.* Ex Horologio Græcorum.

Pridie Idus. *Die* 12.

Emiliani Apud provinciam Tarraconensem, civitate Tirassona, beati Emiliani presbiteri et confessoris, cujus admirabilem vitam Braulio, Cæsaraugustanus episco- *Cuniberti.* pus simplici sermone descripsit. Civitate Agripinensi, depositio sancti Cu- *Paterni.* niberti episcopi. In territorio Senonico, sancti Paterni martyris. Castello Miliduno, *Leonii.* sancti Leonii confessoris.

· Sic habent *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Munerat. scribit *Terraconensi*, ceteri cum textu. Major in civitatis nomine variatio, nam Praten. Antverp. et Max-Lubec. legunt *Tyrasona*, Tornacen. *Tarrassona ;* pejus Munerat. *Trasona* ; prævalet aliorum auctoritas. In solo Molan. est *Æmiliani*, ceteri codices, etiam qui diphthongis utuntur, simpliciter. *Ammirabilem* Greveni est ; turpius in Max-Lubec. *annumerabilem.* Soli Herinien. et Munerat. habent *Chuniberti.* In Greven. et Molan. emendate legitur *Mileduno*, at cum reliquis omnibus scribendum fuit *Miliduno.* Antverp. Max-Lubec. et mediæ notæ codices, ultimum sanctum vocant *Leonis*, Munerat. *Leoni ;* legendum est *Leonii* , Gallice *Liéne.*

OBSERVATIO. Habet hoc singulare hodiernus Usnardi textus, cum alio quem retulimus XXVIII Septembris, quod ex solitis fontibus Romano parvo et Adone non profluat, quodque adeo plane Usuardinus, et certo sensu primigenie et integre Usuardinus dici posse videatur et debeat : licet fateamur, *Cunibertum* et *Leonium*, aliis *Leonum* seu *Leonem* ex Wandelberto, si eum Usuardus novisset, procedere potuisse. Itaque ex quatuor Sanctis hic consignatis, nullus apud Hieronymianos, Bedam, Florum, Rabanum, aut in serie nostra, apud auctorem Romani parvi atque Adonem comme- *Æmiliani.* moratur. — Qui primo loco ponitur *Æmilianus*, cognomento *cucullatus*, quod nomen Gallice vertunt *Milhan* vel *Milhar*, ab Usuardo ex Hispania verosimiliter accersitus est, saltem ex Ildefonso libro de viris illustribus in Braulione acceptus, cujus verba citat Baronius hic : *Vitam Æmiliani cujusdam monachi, et memoriam ejus et virtutum illius viri, suo tenore commendat pariter et illustrat.* Vide Ildefonsum ipsum in editione Miræi cap. 12 pag. 97, et alia monumenta, quæ in notatione adfert laudatus Baronius ; nec inutilis est Castellani observatiuncula. Prædictam vitam edidit Mabilio seculo I Benedictino a pag. 205, ubi in observationibus præviis Adonem suum denuo producit, ab omnibus tum vulgatis tum Mss. nostris passim et ubique discrepantem. Bona ejus venia, erit apud nos Æmilianus pure Usuardinus, neque enim Martyrologium istum adeo egenum depingimus, ut nec tantil- *Cuniberti.* lum proprii ei reliquum faciamus. Tres alii Sancti procul quærendi non fuerunt. — *Cunibertum*, sub prima Regum Francorum stirpe olim celebrem, jamque in præcedentibus non semel inter [illegible]

relatum

relatum, suggessit Fredegarius vel Colonia ipsa; de quo etiam vivenda Baronii Notatio. Acta a Surio edita, mihi quidem satis jejuna videntur, nec quadragenarium episcopatum, latissimamque rerum præclare, in Austrasia potissimum, gestarum seriem pro merito decurrunt; ut taceam, notasse olim Bollandum non modica correctione indigere; unde suo tempore ex vitis sancti Sigeberti regis et B. Pippini majoris domus operosius erunt colligenda, restituenda, et illustranda. — *Paternus*, *Paterni.* Senonensis monachus et martyr, fortasse ex Actis ab ignoto auctore conscriptis, Usuardo innotuit, non ex Adone, quem et hic perperam obtrudit Mabilio pro XIII Novembris: nam neutro die ab eo Martyrologo vere consignatus est; nec in Mosandro, nec in Rosweydo aut ejus appendice; nec in Mss. nostris, si solum Lobiensem excipias, usquam notatus. Acta a præfato Mabilione seculo 3 Benedictino parte I, pag. 463 referuntur, tamquam rudi minerva prius exarata, deinde nonnihil expolita, utroque auctore anonymo, de quorum fide et sinceritate post videbitur. — Martyrologium Romanum ad X Novembris legit: *In oppido Milleduno, sancti Leonis confessoris;* pro quo in notis *Leonii.* Baronianis citantur *vetera Mss.* et *vetus Martyrologium Romanum*, nempe, ut opinor, a Belino editum, quem in Auctariis ejus diei, cum Florentinis aliisque citavimus, ubi et a non nemine *Romæ Leo* aliquis ex Hieronymianis celebratur. Ad Romani textum apposita Castellani notula *Leonem Papam I* intelligit, *mortuum*, inquit, XXX *Octobris, eo autem die* X *Novembris depositum*, de qua re nos propriis locis egimus, nempe XI Aprilis et XXVIII Junii; ubi contra novam Pagii opinionem, contra Papebrochium et Castellanum, ex aperta Hieronymianorum determinatione, verosimilius censuimus, X Novembris verum esse *Magni Leonis* natalem. Hic vero certum credimus, *Leonium Miledunensem*, Gallice *Liéne*, ad hunc diem proprie pertinere, de cujus vita et rebus gestis doceri cupimus. En modo geminum de Cuniberto et Leonio Wandelberti versiculum:

Agrippina, tuus pridie excellet Chunibertus.
Leonium Sequanæ recolunt quoque littora sanctum.

AUCTARIA.

ANTVERP-MAJ. In prima deest elogium, ad marginem eadem fere manu adjectum. Cetera etiam hinc inde turbata sunt.

ROSWEYD. In textu deest Paternus; nec reliqua omnino pura sunt. In fine adjicitur. *In Daventria, sancti Lebuini confessoris.* (*Lebuini*)

PULSANEN. In prima caret elogio. In secunda scribit *Cuniberti abbatis.* In quarta scribit *Leonis* pro *Leonii.*

(*Bonifacii PP.*) LOVANIEN. In textu satis purus, addit: *Item Romæ, sancti Bonifacii IV Papæ et confessoris.* (*Lebuini.*) *Eodem die, depositio sancti Lebuini.* Cum hoc ferme convenit LEYDEN-BELGICUS.

(*Joannis Eleemosynarii.*) ANTVERP-MAX. Eadem habet augmenta, sed textui inserit: *Apud Alexandriam, beati Johannis episcopi et confessoris, qui elemosinarius dicitur.*

(*De Cuniberto.*) LEYDEN. In prima purus, de Cuniberto addit: *Hic quodam tempore, dum in præfata urbe, in basilica sanctarum* XI *milium Missarum solempnia celebraret, cuncto populo cleroque, qui aderat, respiciente, columba candoris nivei volatu placido circumgyrans, insedit sancto capiti antistitis venerandi.* Sequitur de Paterno et Leonio, (quem omnes codices mediæ notæ Leonem vocant) pure. (*De Bonifacio.*) Tum: *Item Romæ, sancti Bonifacii IV Papæ et confessoris. Hic phanum, quod Pantheon vocabatur, Romæ a Foca imperatore impetratum, vertit in ecclesiam sanctæ Mariæ et omnium Martyrum Christi; ut ubi quondam, non deorum sed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deinceps memoria omnium fieret Sanctorum.* (*Lebuini*) Denique de Lebuino, ut supra. Eadem omnia habet ULTRAJECTENSIS. Sed Bonifacii memoriam primo loco reponit. (*Bonifacii.*)

ALBERG. et DANIC. Huc referunt annuntiationem de Martino Papa, quam cum Usuardo dedimus X Novembris. (*Martini PP.*) Sequitur de Bonifacio, Æmiliano, Cuniberto, etc., ut duo præcedentes; sed nihil habent de Lebuino. (*Bonifacii.*)

(*Arcadii, etc.*) CENTULEN. *Apud Affricam, commemoratio sanctorum Archadii, Paschasii presbyteri, et Euthicii martyris. In pago Brabancia, sancti Livini episcopi et martyris.* (*Livini.*) *Redonis, Sancti Melanii episcopi* (*Melanii*) *et confessoris, qui post innumerabilia signa virtutum, jugiter intentus cœlo, migravit a sæculo; cujus gesta habentur. In Hispaniis civitate Tyrassona, sancti Emmiliani presbyteri et confessoris.*

BRUXELLEN. Incipit: *In Gandavo, sancti Livini archiepiscopi et martyris. Qui de Scocia veniens, mare calcabile habuit, et a Florberto primo abbate monasterii beati Bavonis Gandensis benigne susceptus, ferocissimæ genti Brabantinorum prædicavit, et tandem apud Escham vicum Cameracensis dyocesis pro Christo martyrium duxit. Cujus corpus ad præfatum monasterium sancti Bavonis relatum est.* (*De Livino.*) *Apud Coloniam Agrippinam, depositio sancti Cuniberti, septimi ejusdem urbis archiepiscopi. Qui filius Crallonis ducis existens, ecclesiam Coloniensem quadraginta annis optime rexit, et amplius Pippino duci, regiam domum administranti, præsidium fuit. Hic dum quodam tempore*, etc., ferme in supra. (*De Cuniberto.*) *Apud Affricam, natale sanctorum martyrum Archadii, Paschasii, Probi et Euthiciani. Qui cum in Arrianam perfidiam declinare nullatenus vellent, primo proscripti deinde in exilium acti, et atrocissimis suppliciis excruciati, et postremo diversis mortibus interempti, illustri martyrio mirabiliter occubuerunt.* (*Arcadii et c.*) Spectant ad diem sequentem. Sequitur pressiori charactere: *Item Turonis, sanctorum septem Dormientum: Clementis, Primi, Cleti, Theodori, Gaudentis, Quiriaci, et Innocencii, ex duobus fratribus beati Martini nepotum. Quorum vitam et conversationem celebrem Gregorius Turonensis archiepiscopus descripsit.* (*7 Dormientium Turonensium.*) Tum, de Paterno, bene. De Bonifacio, ut LEYDEN. etc. (*Bonifacii.*) Deinde de Verano Lugdunensi, quem *Servanum* vocat, ex die hesterna. (*Verani*) De Æmiliano et Leonio, pure. Demum: *Ipso die, depositio sancti Walerici confessoris.* Vide Usuardum ad diem XII Decembris. (*Walerici*)

HAGENOYEN. In prima purus est. De Cuniberto, verbis LEYDENSIS superaddit: *Et ubi esset Ursula regina Virginum cumulate demonstravit.* (*De Cuniberto.*) De Paterno et Leonio, recte. Tum: *Romæ sancti Bonifacii Papæ IV. Hic a Foca imperatore obtinuit, ut beati Petri Apostoli (cathedra, opinor), ca-* (*De Bonifacio.*)

put

De Lebuino. De Bonifacio. Livini.

put omnium esset ecclesiarum, quia Constantinopolitana, se primam omnium ecclesiarum scribebat. Item ipse instituit festum omnium Sanctorum, et diem Animarum. Ipso die in territorio Trajectensis dyocesis, depositio sancti Lebuini confessoris. Hic archidyaconus sancti Wilibordi episcopi erat, et vir per omnia laudabilis, et multos gentiles convertit ad fidem.

AQUICINCT. Addit : *Romæ, sancti Bonifacii Papæ. Hic obtinuit apud Phocatem principem, ut sedes Apostolica beati Petri Apostoli, caput esset omnium ecclesiarum, quia*, etc., ut HAGENOYEN. In fine recentiori manu : *Gandavi, sancti Livini Hibernensis archiepiscopi et martyris.*

Honorati. Martini.

VICTORIN. In fine : *In territorio Nivernensi, sancti Honorati confessoris.* Non notatur a Castellano. Tum : *Romæ, Martini Papæ.* Absque titulo martyris, quo modo etiam signatur, sed solus in codice REGINÆ SUECIÆ sub num. 130.

Lebuini. 7 Dormientium. Brictii.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Lebuini confessoris. Cuniberti episcopi Coloniensis. Paterni martyris. Leonii confessoris. Septem Dormientium. Brictii episcopi et confessoris.* Vide textum Usuardinum die sequenti.

Melanii. Arcadii et soc.

VATICAN. num. 5949. Nihil habet Usuardini, sed textum aliunde accepit : *Natale sancti Melanii, Redonicæ civitatis episcopi.* Alii et hoc die et aliis diebus, eum referunt, sed spectat ad VI Januarii. *Apud Africam, sanctorum martyrum Arcadii, Probi, Paschasii, et Luticiani, qui ex Hispania oriundi, cum apud Gensericum Wandalorum regem clari carique haberentur, nec in Arianam perfidiam declinare paterentur, primum proscripti, deinde in exilium acti*, etc., ex textu diei sequentis.

In UGHELLIAN. Deest annuntiatio Paterni.

Melanii.

FLORENTIN. *Item sancti Melanii, Redonicæ civitatis episcopi et confessoris, qui post innumerabilium signa virtutum, jugiter intentus cœlo, migravit a terra.* Sunt fere ipsissima verba textus, quem retulimus VI Januarii.

De Cuniberto. De Bonifacio. Hesychii. Lebuini. Translationis Castoris. Livini.

EDITIO LUBECO-COL. *Civitate Agrippinensi Colonia, natale sancti Cuniberti archiepiscopi et confessoris. Hic quodam tempore, dum in præfata*, etc., ut LEYDENSIS. Deinde de Bonifacio, ut in eodem codice, nisi quod post, *ut ubi quondam*, interjiciat, *tempore Domiciani.* Sequuntur reliqua textus, satis pure. Tum : *Apud Viennam*, (sancti Esichii episcopi) *qui post beatum Pantagatum præsedit ecclesiæ. Civitate Davantria, natale beati Lebuini episcopi et confessoris. Apud Confluentiam, translatio sancti Castoris presbyteri et confessoris. Eodem die, passio sancti Livini episcopi et martyris.*

Livini.

BELIN. In prima satis purus est, secunda est de Paterno; duæ aliæ desunt, quarum loco totus fere textus ex X Novembris subnectitur. Secunda editio superaddit de Cuniberto, quem *Cunibertum* vocat. In fine : *In territorio Gandensi, sancti Livini episcopi et confessoris.* Cur non *martyris?* Hic de *Lebuino* non agitur.

Ahiæ prophetæ. De Cuniberto. De Livino. De Bonifacio. Marii, etc. Germani, etc. Graphildis et Brictii. Laurentii. Renati. Eusebii. Macarii. De Lebuino. Imarii.

GREVEN. *Ahiæ Silonitis, prophetæ, de quo 3 Reg.* II. *Nota, beatus Cunibertus, quanti futurus esset meriti in ipsa statim adolescentia ejus præsignatum est, cum rex Dagobertus, in cujus curia puer manebat, nocte quadam vidit locum, in quo dormiebat, immenso cœlitus lumine illustrari.* (Non videtur de Dagoberto hoc posse intelligi.) *Cum autem factus esset episcopus, et mysterium nostræ redemptionis in basilica sanctarum Virginum immolaret, clerus adstans et populus columbam splendidissimam capiti ejus vidit insidere, vere dignum Christo sibi approbanti sacerdotem. Ipso die, beati Lyvini episcopi et martyris. Qui Scotus natione, ab ineunte ætate, vita et miraculis inclytus, tantæ fidei extitit, ut etiam super aquas ambulasse legatur. Tandem de patria in opus Dei egressus, cum plurimos convertisset ad fidem, in Brabantia ab infidelibus occisus, martyrii coronam promeruit. Item secundum Adonem* (qualem edidit Mosander) *hic Bonifacii Papæ IV, qui sedit mensibus octo, diebus viginti duobus; quique templum Pantheon, a Foca cæsare impetratum in honorem Sanctorum omnium consecravit. In Aphrica, Marii, Publii. In Cæsarea Cappadociæ, sanctorum Germani, Theophili, Cæsarii, Eusebii.* Vide Hieronymiana. *Graphildis matronæ et martyris, quæ dum sanctum martyrem Livinum innocentem esse, injusteque pati acclamaret, ab impiis et ipsa cum puerulo suo nomine Brictio occisa, martyrii gloriam consecuta est. In Hibernia, sancti Laurentii archiepiscopi. Renati episcopi et confessoris. Viennæ, sancti Eusebii* (prima editio *Esichii) episcopi et confessoris. Macharii episcopi. Eodem die apud Daventriam, depositio sancti Lebuini confessoris. Qui de Anglia, Salvatore nostro per visum sibi apparente ac jubente, exiens, genti Saxonum circa Ysalam fluvium Evangelium Dei annunciavit, multasque tribulationes perpessus propter verbum, quievit in pace. Imarii confessoris, a quo sanctus Malachias, primo formam vitæ sanctæ ac conversationis accepit. In monte Nitriæ, sancti Hor abbatis et confessoris.*

Martini, etc. Livini. Lebuini. Imarii. Renati. Isicii. Craphaildis, et Brixii. Eremitarum 5 Pragensium.

MOLAN. De Martino et Tiberio, etc., ex X Novembris. *In portu Gandensi, depositio sancti Livini episcopi et martyris. Eodem die apud Isalam fluvium, oppido Daventriæ, sancti Lebuini presbyteri et confessoris.* Tum minoribus typis, de Renato et Imario ex GREVENO. Hactenus editio prima. Editiones aliæ de Livino et Lebuino, ut prior. *Item, sancti Renati Andegavensis episcopi et confessoris. Viennæ, sancti Isicii episcopi.* Tum typis minoribus ex GREVENO, sed aliis verbis : *Item beatæ Craphaildis et Brixii pueri, martyrum cum sancto Livino, quorum corpora Gandavi habentur in tumbis portatilibus. Pragæ, natalis quinque eremitarum, qui martyrium pertulerunt in solitudine majoris Poloniæ, ubi nunc est Cazimiria oppidum.* Notabis in his editionibus non servari textum Usuardinum, cum Martinus sit primo loco.

Idibus. *Die* 13.

Valentini et soc. Mitrii. Arcadii et soc.

Ravennæ, natalis sanctorum martyrum Valentini, Solutoris et Victoris. In Provincia apud civitatem Aquis, beati Mitrii, clarissimi martyris. In Africa, sanctorum martyrum Archadii, Paschasii, Probi et Euticiani, qui cum in Arrianam perfidiam nullatenus declinare paterentur, primum proscripti, deinde in exilium acti, tum atrocissimis suppliciis excruciati, ad postremum diversis mortibus

interempti

interempti sunt. Turonis, depositio sancti Briccii episcopi. Civitate Toleto, sancti Eugenii episcopi et confessoris. *Brictii. Eugenii.*

Inter omnes codices, solos puros existimo *Herinienſem* et *primam Munerati editionem.*

VARIA LECTIO. In Herinien. nihil notabile occurrit præter *Pascassii.* Munerat. mendis typographicis, saltem in altera editione passim abundat. In hac est augmentum de *Gendulfo,* quo priorem carere asserit, utriusque collator Rosweydus. Pro *Mitrii,* habetur *Nutrii clarissimi,* omisso, forte de industria titulo *martyris.* Solus Molan. legit *Eutichiani,* Romanum parvum et Ado *Eutychiani;* alii *Eutychii;* nos cum codicibus *Euticiani,* male Munerat. *Uticiani.* Reliqui in textu *Briccii,* cum Mss. Greven. Molan. et alii legunt *Brictii* cum Adone; Beda habet *Bricii.* Reliquas minutias prætereo, ut variationes momenti paulo majoris expendam.

Qui primam Molani editionem cum codice Pratensi non semel contulit Clarissimus Castellanus, sic de codicis illius hodiernis augmentis submonuit. In fine : *Toleto, sancti Eugenii episcopi et confessoris. Malbodio, sanctæ Aldegundis virginis. Et in margine : Parisius, sancti Gendulphi episcopi.* De ultimo, nulla est controversia, cum certo ad Usuardum non pertineat. De Aldegunde, satis dictum ad xxx Januarii ; ex quo die erasam, ad hunc, a nescio quo, translatam constat, ubi scribendum, *Malbodio monasterio,* veluti legit apographum nostrum, leguntque item codices Antverp-Major, Rosweyd. et Aquicinct. consueti Pratensis socii. Hinc satis patet, præfatos codices inter puros hoc die recenseri non posse. Quæritur, an ad Usuardum spectet *Eugenius Toletanus,* in apographo Pratensi et præfatis tribus sociis signatus in hunc modum : *Civitate Toleto, sancti Eugenii antistitis?* non, ut supra legit Castellanus, *episcopi et confessoris.* Dubium augent Greven. præcipue et Molan. a quibus plane abest Eugenius. At, nisi fallor, ab his duobus confusus est hodiernus Eugenius, cum alio, qui colitur xv Novembris : idque Greven. satis innuit ipsum in Auctariis *martyrem* appellando ; Molan. vero, tametsi hodiernum in Auctariis etiam ponat, in textu diei xv, litteris Italicis id tam clare expressit, ut certa videatur conjectura nostra, quæ ad alios quoque codices, præsertim mediæ notæ, absque scrupulo extendi potest. Nos itaque hic Herinien. et Munerat. primæ editionis, ut purissimos sequimur, sub ea annuntiatione, quam in textu exhibuimus, quæque ex multis aliis codicibus, et quoad substantiam ex Pratensi ipso sociisque citatis abunde vindicari potest ; credimusque et hunc Hispanum sanctum verosimiliter ab Usuardo, cum pluribus aliis allatum, ejusque memoriam in sacris Tabulis ab ipso primum et vere consignatam fuisse. Alia conjectura inferius proponenda est. *De Pratensi aliisque codicibus.*

OBSERVATIO. Tres primi Martyres sic in Hieronymianis fere omnibus hoc die signantur : *In Ravenna civitate, sanctorum Valentini, Solutoris et Victoris.* Ad quæ Florentinius ex Galesinio notat, *tres fuisse sub nomine Valentini martyres Ravennates;* atque hodiernum esse ait, *cujus meminerunt Acta Dalmatii.* Nonnulla alia suggerit Baronius ; at nemo hactenus Acta martyrii aut certam aliquam vitæ notitiam in lucem extulit. Quid Ravennates solidi producant, suo tempore videbitur. Romanum parvum solita brevitate : *Ravennæ, Valentini, Solutoris, Victoris, martyrum ;* Adonis annuntiatio tota et integre in textu nostro reddita est. — Sic item quæ ordine secunda ponitur de *Mitrio, Mitria* seu *Metria,* a solo Adone primum ipsissimis illis verbis signata, omnibus aliis Martyrologis ignota est. *Clarissimi martyris* laurea, tam in Adone quam Usuardo disertissime legitur ; at ex omnibus, quæ Gregorius Turonensis de Gloria Confessorum cap. 71 refert, non aliud colligitur quam *Confessorem* fuisse, ut vel ipso in titulo exprimitur. Si *Martyrem* velis, ob certamina aliqua pro fide vel forte tormenta tolerata, per me licet ; violentam mortem non subiisse, ante me observarunt Surius et Castellanus. *Metrias* vocatur a Gregorio ; *Mitrias* vero in manuscripta vita, vel potius encomio aliquo, quod apud nos exstat, quodque utinam priorum Actorum jacturam aliquousque compensaret. — Gloriosæ primitiæ persecutionis Wandalicæ a Romano parvo celebrantur die præcedenti xii Novembris : *In Africa, Archadii, Paschasii, Probi et Eutychiani, Wandalorum persecutione martyrum.* Ado historiam fusius prosequitur ex Prosperi Chronico ad annum ccccxxxvii, notatum *Coss. Ætio* ii *et Sigevulto,* seu *Sigisvulto.* Atque hæc tota cultus et festivitatis origo, apud antiquiores Martyrologos, qui perperam citantur, nullatenus quærenda. Vide quæ de his martyribus cum socio Paulillo notavit Baronius, ac paulo accuratius discussit Ruinartius in Historia persecutionis Wandalicæ a pag. 431 ad 441. Brevius rem delibat Tillemontius tomo 16 a pag 500. — *Turonis, natale sancti Bricii episcopi,* scribit Beda, ubi elogium aliquod sub Flori nomine subjungitur. Rabanus, Bedam cetera imitatus, solum indicat Martini successorem fuisse. Bedam etiam sequitur Ado, hunc Noster, iisdem prope terminis. Florentinius Brictium Hieronymianis accessorium putat. Videndæ sunt Molani et Baronii Notationes. Vita ejus satis contracta apud Surium exstat, ex Gregorio Turonensi desumpta, quam cum collectaneis nostris Mss. alibi copiosius discutiemus. Sic Brictium native depingit Wandelbertus : *Valentini et soc. Mitrii. Arcadii et soc. Brictii.*

Idibus hunc hæres tuus, o Martine, retentat
Brictius, exilio, lachrymis signisque probatus.

Eugenium Toletanum, ejus nominis secundum, ab Usuardo primum et vere consignatum fuisse supra ostendimus, vel ex peculiaribus notitiis Hispanicis, vel, si magis placet, ex Ildefonsi libro de Scriptoribus, ut non ita pridem de Braulione meminimus, acceptum. In Miræi editione est pag. 98, ubi cap. 14 egregium elogium habes, cum insigni editoris scholio, alibi usui futuro, cui accedent plura documenta ex Nicolao Antonio, aliisque scriptoribus Hispanicis colligenda. *Eugenii.*

AUCTARIA.

AUCTARIA.

PRATEN. De hujus codicis Auctariis in Variantibus supra abunde dictum est.

TORNACEN. Caret Eugenio; in reliquo textu omnino purus non est; in fine adjicit : *Ipso die, sancti Gendulfi episcopi.* *Gendulfi.*

ANTVERP-MAJ. Pergit esse turbatio aliqua in textu; de Eugenio et Aldegunde habet sicut PRATENSIS, et iisdem verbis. *Aldegundis.*

ROSWEYD. Incipit a Brictio; reliqua cum PRATENSI conveniunt, præsertim in Eugenio et Aldegunde, de quibus supra.

PULSANEN. Peculiari principio : *Natale beatissimi Johannis Constantinopolitani episcopi, cognomento Chrysostomi, qui verbo et exemplo plurimum profuit Christianæ religioni.* Tum de Brictio et Ravennatibus. Desunt reliqua. *Joannis Chrysostomi.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Habent textum usque ad Brictium inclusive. Tum subjungunt : *Ipso die, sancti Killiani confessoris.* Vocatur a Castellano *Killenus.* *Kiliani.*

MUNERATI editio altera, in textu pura, adjungit : *Parisius, transitus sancti Gendulphi episcopi, a beato Sixto ordinati, cujus jussu mortuum gentilis suscitavit filium; de cujus caput requiescit in magna ecclesia beatæ Mariæ virginis Parisius.* *Gendulfi.*

GREVEN. et MOLAN. Jam diximus in utroque abesse annuntiationem Eugenii Toletani.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. Incipiunt : *Turonis, sancti Brictii episcopi et confessoris, qui beato Martino, cujus fuerat diaconus, in episcopatu successit.* Sequuntur tres primæ annuntiationes textus Usuardini, satis puræ. De Eugenio, nihil. Sed in fine superaddunt : *Ipso die, sancti Kiliani* vel *Kyliani confessoris.* *De Brictio.* *Kiliani.*

CENTULEN. *Ravennæ, sanctorum martyrum Valentini, Solutoris, Victoris. Toleto civitate, sancti Eugenii antistitis, viri eruditissimi. Turonis, sancti Brictii episcopi et confessoris. Eodem die, translatio Aldegundis virginis. Ipso die, sancti Quillia* (haud dubie *Kiliani*) *confessoris. Cœnobio sancti Bertini, sancti Folquini confessoris.* *Translationis Aldegundis.* *Kiliani.* *Folquini.*

BRUXELLEN. Sic incipit : *Turonis, depositio sancti Brictii episcopi et confessoris. Qui cum beatum Martinum, cujus erat archidyaconus, multum injuste laceraret conviciis, se post ipsum futurum episcopum, sed in episcopatu multa passurum audivit; quod et probavit eventus.* Tribus Ravennatibus, addit, *Maurilii et Publii.* In Mitrio, purus est. Sequitur : *In Ytalia, monasterio Bobio, sancti Columbani abbatis, Scotici generis.* Vide XXI Novembris. Hic inseritur manu paulo recentiori : *Apud Alexandriam, natale quinquaginta doctorum eruditum, quos beata Katherina disputando victos, ad fidem Christi convertit, et quos Maximinus imperator, igne coctos, dignos Deo martyres fecit,* ex vulgatis Actis. Male repetitur Mitrius. Deinde : *Malbodio monasterio, beatæ Aldegundis virginis. Ipso die, sancti Kiliani confessoris.* De Aldegunde, satis dictum est. *De Brictio.* *Maurilii et Publii.* *Columbani.* *Doctorum 50.* *Aldegundis.* *Kiliani.*

HAGENOYEN. In prima, purus est. Sequitur : *Item sancti Kiliani confessoris, socii sancti Leobini episcopi et martyris. Item sancti Dalmatii episcopi et confessoris.* In Mitrio, recte. Dein : *Item sanctæ Maxellendis virginis et martyris.* Memoriam martyrum Afrorum, satis pare refert, sed de Brictio in hunc modum : *Turonis civitate, sancti Brictii episcopi et confessoris. Iste Brictius ab octo episcopis et pluribus clericis, quia vita sua illos scandalizavit, beato Martino datus est in filium, quem idem Brictius, trium dierum ætatis, negavit esse patrem suum, et Johannem quemdam patrem suum proclamavit. Hunc Brictium beatus Martinus fecit suum archidyaconum, et multa scandala et obloquia de eo sustinuit; cui pro mercede episcopatum Martinus obtinuit, et ei prædixit quod multa adversa sustinendus esset : nam tricesimo anno episcopatus, ejicitur et facinus ei imponitur stupri, et septem annis proscribitur, donec ad cor redit de injuria Martini. Et tunc restituitur, et septem annis laudabiliter sedit, et obiit in pace.* *Kiliani.* *Dalmatii.* *Maxellendis.* *De Brictio multa.*

AQUICINCT. Pro *Mitrii*, scribit *Demetrii*. In Eugenio et Aldegunde, convenit cum PRATENSI et sociis ejus aliis, de quibus supra. Sed hoc præterea habet : *In territorio Cameracensi, natalis sanctæ Maxelindis virginis et martyris.* Vide Castellani Martyrologium universale. *Aldegundis.* *Maxelendis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Brictii episcopi et confessoris. Livini episcopi et martyris in Gandavo.* Vide Auctaria diei præcedentis. *Arcadii martyris, cum sociis. Valentini martyris cum sociis.* Omnia solet corripere. *Livini.*

REG. SUEC. signatus num. 428. *Parisius translatio sancti Gendulfi episcopi, a beato Sixto ordinati, cujus jussu mortuum gentilis suscitavit filium.* Vide MUNERATI secundam editionem supra. *Gendulfi.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus C. *Et Amandi episcopi.* Agit de Redonensi. *Amandi.*

ALTEMPS. *Eodem die, sancti Albonis* (puto *Abbonis*) *abbatis et confessoris.* Locum et mortis modum explicat Castellanus in Martyrologio universali. *Sancti Adoratoris martyris.* *Abbonis.* *Adoratoris.*

FLORENTIN. *In Italia Cremonæ, sancti Homoboni confessoris. Item, sancti Chiliani.* Tum codex ex tribus aliquis, verosimiliter STROZZIANUS addit insuper : *Eodem die, sancti Verani episcopi.* De quo XI Novembris. *Homoboni.* *Kiliani.* *Verani.*

CODEX MONTIS SANCTI. *Elevatio sanctorum Romarici, Amati et Adelphii, quorum meritis et intercessione expectamus adjuvari.* *Elevatio Romarici, etc.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Turonis civitate in Galliis, natale sancti Brictii episcopi et confessoris, cui vir sanctus Martinus, cum esset diaconus suus, prædixit eum suum successorem in episcopatu fieri, et eum multa adversa in eodem passurum, quæ omnia ita evenerunt, sicut vir sanctus illi prædixerat. Alexandriæ, sanctorum quinquaginta oratorum, quos ipsa virgo Christi Katerina ad Deum convertit. Maxentius vero tyrannus fecit eos omnes igne comburi, tempore Constantini imperatoris.* In Ravennatibus et Mitrio, pura est. De Africanis, post *Probi*, interjicit : *Et Eutíciani atque Paulilli.* Deinde in fine male notatur tyrannus, *sub rege Wandalorum Syrico.* Kilianum *episcopum facit.* *De Brictio.* *50 Oratorum.* *De Afris.* *Paulilli.* *Kiliani.*

BELIN. Habet totum textum; sed Eugenio præmittit : *In Italia, civitate Cremona, sancti Homoboni, cujus sanctitas crebris claret miraculis.* Vide Surium. Secunda editio superaddit in fine *Item Amandi episcopi.* *Homoboni.* *Amandi.*

GREVEN. *Item cum sanctis Archadio, etc., sanctus puer Paulissus* (Paulillus) *ad servitutem a Sirico Wandalorum rege damnatus est. Civitate Toleto, Eugenii episcopi et martyris. Anthonini martyris. Item quinquaginta martyrum oratorum, qui in confessione* *Paulilli.* *Antonini.* *50 Oratorum.*

Edicti, etc. Anthonii, etc. Amantii, etc. Gundulfi. Paterniani. Divinici. Kiliani. Homoboni. Folquini. Maxellendis. Aldegundis. Homoboni. Gundulfi. Maxellendis. Kiliani. Quintiani.

fessione beatæ Katherinæ crediderent. In Thracia, sanctorum Edicti, Euticis, Ermogenis. In Cæsarea Cappadociæ, natalis sanctorum Anthonii, Gehenæ, et Adriani cum aliis. Item, sanctorum Amantii, Antoniæ. Parisius, sancti Gundulfi episcopi et confessoris. Paterniani episcopi et confessoris. Divinici episcopi. Kiliani episcopi et confessoris. Cremonæ, sancti Homoboni confessoris. Qui primum negotiator, deinde cœlesti inspiratione tactus, lucris cœlestibus toto corde inhians, in oratione positus emisit spiritum. Item sancti Folquini. Maxellendis virginis. Aldegundis virginis.

Molan. *In Italia, civitate Cremona, sancti Homoboni, cujus sanctitas crebris claret miraculis.* Sequitur de Eugenio. Tum de Gendulfo, ad verbum ex secunda editione Munerati. *Cameraci, natale sanctæ Maxellendis virginis et martyris.* Dein : minoribus typis : *Kiliani episcopi et confessoris, Albiniaci in territorio Atrebatensi. Arvernis, depositio sancti Quintiani, ejusdem loci episcopi et confessoris.* Editiones aliæ textui admiscent : *Puer autem Paulillus fustibus cæsus, et ad infimam servitutem damnatus est ; ideo ut apparet, non occisus, ut de superata sævitia inimici, etiam illa ætas gloriaretur.* In fine, de Gendulfo, Quintiano, Kiliano, Maxellende, Homobono, et Eugenio, ut in priori. Tum : *Placentiæ, revelatio sancti Antonini martyris. Malbodio monasterio, translatio sanctæ Aldegundis virginis. In monasterio dicto Sithui, elevatio prima, et translatio corporis sancti Folquini Morinorum episcopi anno* dccccxxvii. Denique typis minoribus : *In Palæstina, sanctorum martyrum Antonii presbyteri Zebiæ et Germani, quos Firmilianus præses, ultro se offerentes, absque ullo alio supplicii genere, capite mulctandos tradidit. Eodem die, sanctæ Ennathæ virginis, quæ ad eumdem judicem tracta, post graves cruciatus, igne concrematur.* Vide Eusebium eorum triumphum describentem inter Martyres Palæstinæ apud Ruinartium in Selectis pag. 343 et Surium hoc die.

De Paulillo. Antonini Translationis Aldegundis. De Folquino. Zebiæ et aliorum. Ennathæ.

XVIII *Kal.* *Die* 14.

Apud Thraciam civitate Eraclea, natalis sanctorum martyrum, Clementini, Theodoti et Philomini. Alexandriæ, sancti Serapionis, quem persecutores sub Decio principe crudelissimis affecerunt suppliciis, ita ut omnes ei juncturas membrorum prius solventes, de superioribus eum præcipitarent, ac sic Christi martyr efficeretur.

Clementini et soc. Serapionis.

Conveniunt codices prope omnes : *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Pulsanen. Antverp.* et *Max-Lubec. Belin. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultrajectin. Leyden. Lovanien. Albergen.* et *Danic.*

Varia lectio. *Thraciam* scribimus cum purioribus, potius quam *Trhaciam, Trachiam, Traciam,* ut habent aliqui alii. *Eraclea* est in plerisque; in Pulsanensi, Antverp. et Molan. recte *Heraclea*; pessime in Herinien. *Araclea.* Antverp-Major omisit *Clementini;* Leyden. *Theodoti.* Munerat. scribit *Clementii;* item *Theodotii;* Belin. *Theodocii.* Rosweyd. habet *Phylomini,* Pulsanen. *Philemonis.* Maxima in Rosweyd. ab aliis diversitas, dum tribus illis adjungit : *et aliorum multorum martyrum,* sed ea causa ex purorum numero exclusus non est. In annuntiatione altera major consensus est; solus Munerat. pro *præcipitarent,* non recta constructione legit *præcipitaverunt,* ac deinde sensum absolvit : *ac sic sanctus Christi martyr efficitur;* Rosweyd. Greven. et Molan. *ac sic Christi martyr efficitur;* Antverp-Major : *ac sic Christi efficitur martyr.* Bona syntaxis exigit, ut cum ceteris codicibus et Adone legamus, *ac sic Christi martyr efficeretur,* prout habetur in textu.

Clementini et soc.

Observatio. Hieronymiana apographa apud Florentinium in referenda prima nostra commemoratione non omnino concordant ; codices, ex quibus textum formare solet editor, sic ibi legunt : *In Eraclea, civitate Traciæ, natalis sanctorum Clementini, Theodote, Filomini, et aliorum multorum, quorum nomina Deus scit.* Codex Corbeiensis, etiam ut ab Acherio editus est, paulo auctius habet : *Sanctorum, Clementis, Clementini, Theodotæ, Philomini et aliorum multorum.* Apud Rabanum, qui certe codicem aliquem Hieronymianum præ oculis habuit, crescit oratio : *Natale sancti Clentini* (satis patet legendum *Clementini*) *et Theodotæ, Filomini, Eracli, Martialis, Donati et aliorum multorum Sanctorum.* At quis de multis istis Sanctis distincte quid statuat, cum præter Martyrologiorum notitiam, nulla alia documenta sciantur superesse, ex quibus illorum numerus determinari queat? Codicibus istis omnibus anteferendus nobis videtur vetustissimus Epternacensis, sic strictim et simpliciter memorans : *In Eracla, Clementini et Theodoti, Filomini.* Romanum parvum, Beda et Florus de ipsis non meminerunt, nec satis exacte legit pervetus Kalendarium membraneum insignis ecclesiæ Brivatensis, ante annos facile quingentos scriptum, atque ab Eminentissimo Cardinale Bullionio hic Antverpiæ anno mdccxi nobis exhibitum dum hoc modo nomina efformat : *Natale Clementini, Theudote, Erdeli.* In eo tamen cum Epternacensi simile, ex quo annuntiationem suam sic expressit, veluti ab Usuardo in textu ex ipso descripta est, cum hac sola differentia, quod pro *Philumeni* Adonis, melius Noster ex antiquioribus restituerit, *Philomini.* Cetera vide apud laudatum Florentinium. Thesaurum effodiet, quisquis horum Sanctorum Acta alicunde eruerit. Apud Wandelbertum, tribus his versiculis laudantur :

Clementinus habet, Theodotus, Philominusque
Octavam decimam Decembris ante Calendas,
Hac pariter passi tortoris jussa cruenti.

Serapionis. *Serapion* debetur auctori Romani parvi, qui præcipuum suum fontem consulens, eum accepit ex eadem Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum epistola, apud Rufinum lib. 6 cap. 31, ex qua superius : XXXI Januarii, Metram ; Cointam VIII, et Apolloniam IX Februarii dedimus. Sic paucis rem complectitur : *Alexandriæ, Serapionis, qui sub Decio præcipitatus, martyr efficitur.* Plusculum desumpsit Ado ex citata historia in qua, editionis Mantuanæ MCCCCLXXIX ita legitur : *Syrapionem quoque domui suæ repertum, crudelissimis affecere suppliciis, ita ut omnes ei juncturas membrorum prius solventes, de superioribus eum præcipitarent.* Ex laudato Adone nostra omnia plane derivata sunt, servato Decii tyranni nomine, quod perperam a Romano parvo invectum est, cum ex prædicta Dionysii epistola, ut etiam alibi observavimus, manifestissime constet, Metram, Cointam, Apolloniam et Serapionem ante horribilia et terrifica Decii edicta furibunda populi seditione fuisse interremptos. Consuli hic denuo potest a curioso lectore Tractatus noster Historico-chronologicus de Patriarchis Alexandrinis pag. 31 num. 164, vel potius fons ipse apud Eusebium editionis Valesianæ lib. 6 cap. 41, ex quo accepit Ruinartius in Selectis pag. 104.

AUCTARIA.

CENTULEN. In prima satis purus, sic pergit : *Alexandriæ beati Serapionis martyris. In Laodicia, sancti Anatholii episcopi.* *Anatholii*

De Serapione BRUXELLEN. *Apud Alexandriam, sancti Serapionis, gloriosi martyris. Quem sub Decio Cæsare persecutores*, etc., finiens : *et sic Christi martyr effectus est.* Inter Heracleenses tertium vocat *Philomonum.* Sequitur : *Adhuc in Tracia, natale santorum martyrum Edicti, Euthicis, Ermogenis et Feliciani. Item Rufi confessoris.* *Edicii et soc.* *Rufi*

Laurentii *Rufi.* HAGENOYEN. *In Anglia, sancti Laurentii episcopi et confessoris. Item sancti Rufi, primi Avenionensis ecclesiæ episcopi et confessoris.* Est in Romano XII Novembris. *Viennæ, sancti Eustichii episcopi.* Vide citato die Auctaria, ubi *Esichius*, alias *Hesychius* appellatur. Sequitur longior historia de Isaac patriarcha, cujus partem hic subjicio : *Isaac patriarchæ. Hic de senibus parentibus, per repromissionem Domini natus est, et ab angelo nomen ei impositum est ; et illius meritum et dignitas prophetata est. Hic dolorem mortis matris temperavit, in conjunctione Rebeccæ uxoris suæ, de qua duos ipse genuit filios, scilicet Esau et Jacob*, etc., quæ in sacris paginis melius deducta sunt. Tum agit de Serapione, inde de Heracleensibus, satis pure. Denique : *Apud Alexandriam, quinquaginta rhetorum martyrum, quos beata Katherina convertit, inter quos principales fuerunt Eustorgius et Agro.* Plus aliquid audet, quam alii codices die præcedenti. *Eustichii* *De Isaac patriarcha.* *50 Rhetorum.*

AQUICINCT. In fine : *Ipse die, natalis sancti Antigii confessoris.* *Antigii.*

Idem habet CODEX D. DU CHEVAL. signatus C. Vide Castellanum, a quo vocatur *Antidius.* *Epiddius*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Clementini martyris cum sociis. Serapionis martyris inclyti.*

AUGENSIS. Alia manu adjicitur : *Ipso die, sancti Laurentii episcopi Dublinensis, legati totius Hiberniæ, qui vitæ temporalis ultimum diem transeundo, interminandam gloriam adeptus est, qui miraculis illustrat Ecclesiam.* Vita exstat apud Surium ; vide etiam notam P. Mothier. Plura dabunt varia, quæ penes nos sunt, manuscripta. *De Laurentio Dublinensi*

IN VATICAN. num. 5949. Rubricis in codicis margine, sed eadem manu adscriptum est : *Sancti Joannis eremitæ et confessoris.* *Joannis*

ALTEMPS. *Ipso die, translatio Erkenwaldi Londoniensis episcopi.* Colitur XXX Aprilis. *In Laodicia, sancti Anatholii episcopi.* *Erkenwaldus.* *Anatholii*

FLORENTIN. *In territorio Rotomagensi, in villa Augi, sancti Laurentii archiepiscopi et confessoris, qui tantum apud Deum vita et miraculis extitit gloriosus, ut inter alia multa miracula, septem mortuos suscitasse, veredica attestatione narretur.* *De Laurentio.*

CAUDIACEN. *Natale sancti Antigii confessoris.* *Antigii.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Alexandriæ, sancti Serapionis, quem persecutores, sub Decio principe domui suæ repertum, crudelissimis affecerunt suppliciis, ita ut omnes ei juncturas membrorum*, etc. *Item Alexandriæ, passio sanctorum martyrum Melei, Trophonii, Martialis, Alexandri et Silvani, sociorumque eorum. Apud Thraceam, natale sanctorum martyrum Clementini episcopi, Theodori et Philomini, qui in civitate Eraclea passi sunt. Colonia Agrippina, in ecclesia sancti Andreæ Apostoli, commemoratio sancti Cuniberti archiepiscopi et confessoris.* Quid hic velit, nescio ; Cuniberti festivitas est supra XII Novembris. *Melei et soc* *De Clementino.* *De Cuniberto.*

GREVEN. *Platonis martyris. Alexandriæ, sanctorum Melei, Trophini, Marcialis, Alexandri et Silvani martyrum, cum aliis multis. Albrici episcopi Trajectensis et confessoris. Heraclii episcopi. Fridolini episcopi. Modani episcopi. Pyamonis abbatis et confessoris. Rufi confessoris. Attingi confessoris. In Galliis, Venerandæ virginis et martyris. Quæ tempore Antonini, pro fide Christi in ligno extensa, nervis crudis cæditur, deinde lebetem aqua, oleo, pice ac sulphure bullientem aliaque tormenta Christi virtute superans, cum aliis pluribus, qui in ejus confessione crediderunt, capitis abscisione martyrii gloriam consecuta est. Item beatæ memoriæ Placillæ, uxoris Theodosii imperatoris.* *Platonis.* *Melei, etc.* *Albrici.* *Heraclii.* *Fridolini.* *Modani.* *Pyamonis* *Rufi.* *Attingi* *Venerandæ.* *Placillæ*

MOLAN. *Eodem die, beati Laurentii episcopi et confessoris.* Additur minoribus typis : *Dublinensis et primatis Hyberniæ, cujus vita sanctissima habetur.* Editiones posteriores, de Laurentio Dublinensi sic legunt : *Apud Rothomagum, beati Laurentii Dublinensis episcopi et confessoris* *Laurentii Dublinensis.*

XVII *Kal.*

XVII *Kal.* *Die* 15.

Apud Nolam Campaniæ urbem, natalis beati Felicis episcopi qui a quinto decimo ætatis suæ anno, miraculorum gloria insignis fuit, et sub Martiano præside cum aliis triginta martyrium complevit. *Felicis.* Ipso die, sancti Eugenii, *Eugenii* qui apud pagum Parisiacensem, consummato martyrii cursu, beatæ passionis coronam percepit a Domino.

Textum simpliciter et pure referunt *Praten. Tornacen. Antverp-Maj.* et *Molan*

VARIA LECTIO. Antverp-Maj. male legit, *qui ex uno ætatis suæ anno*, pro *a quinto decimo*, etc., et præterea sensum hiulcum reddit scribens *miraculorum insignis*, omissa voce *gloria*. Scripsi *Martiano* cum plerisque ; Molan. habet *Marciano*, pejus Tornacen. *Martiniano*. Rursus Antverp-Maj. *martyrium sumpsit*. Molan. ferme semper emendare solet *Parisiensem* pro *Parisiacensem* ; sed turpius rem involvit Tornacensis per, *apud pagum Parisiacensem urbem*. In Antverp-Majore est *consumpmata*.

Quæritur an ad Usuardum pertineat *Macutus, Machutus, Maqutus, Machutes, Maclovius, Machlonus* (sic enim in codicibus effertur) quæritur, inquam, an is ab Usuardo positus sit ? *De Macuto.* In codice Pratensi ad maginem adjicitur : *Eodem die, natalis sancti Macuti episcopi et confessoris;* Rosweyd. legit : *Eodem die, sancti Machlonii*, etc., Antverp. Max-Lubecanus et Ughellianus : *Ipso die, natalis sancti Macuti*; Greven. *In Britannia minori, 'depositio sancti Machuti*, etc ; codices mediæ notæ : *Eodem die, beati Maguti*, etc. Ab omnibus diversimode, et longiori phrasi a Munerato, correpto nomine a Belino. Censeo ego Usuardinum non esse, ex Herinien. Pulsanen. et codicibus pro textu citatis, cum in Pratensi adjectitium existimem. Adde variantes phrases, quæ satis ostendunt, hæc omnia ex eodem fonte non procedere. Cetera in Auctariis. Consule notam Motherii ad Martyrologium Romanum, hoc die.

OBSERVATIO. Sanctorum, sub *Felicis* nomine elogia memoriasque in Martyrologiis confusas et *Felicis.* fæde perturbatas, recte olim observavit probavitque Operis nostri parens Bollandus, agens de celeberrimo illo Nolano seu Pauliniano XIV Januarii a pag. 937. Idem nobis superius non semel fatendum fuit, sed præcipue ad citatum diem XIV Januarii, XXIV Octobris et alibi. Hic recurrit Felix ille, quem primum Nolanum episcopum et martyrem passim statuunt Scriptores, nonnulla Acta recensentes, quæ referuntur ab Ughello tomo 6 col. 286. Ipsis conformia sunt, quæ sentit laudatus Bollandus, nec video Felicis hujus a ceteris distinctionem, absque temeritatis nota, negari aut refelli posse, contra expressissimam vetustiorum Martyrologiorum auctoritatem. Ast eam prævertere aut quodammodo enervare voluisse videtur Castellanus, dum in notula ad Martyrologium universale submonet: *ante auctorem Martyrologii Romani parvi, nullam usquam Felicis alicujus Nolani factam mentionem, præterquam solius celebris confessoris* XIV *Januarii*. Id ita esse, non inficior ; verum nisi auctorem illum somniasse, aut, quod nefas est, data opera imposuisse fingamus, admittenda sunt monumenta antiquiora, ex quibus ipse tam diserte pronuntiare potuerit : *Felicis episcopi, qui a quinto decimo anno miraculorum gloria insignis fuit, et sub Martiano cum* XXX, *martyrium complevit, in Nolensi ecclesia sepultus*. Quod de Elpidio sepulturæ curatore adjunxit Ado, Romani parvi non est, neque id adeo describere voluit Usuardus. Ceterum hic Felicem episcopum habemus cum XXX sociis martyrio coronatum, et Nolæ sepultum, quem nobis non facile eripient neotericorum dubia, præsertim Tillemontii tomo 4 pag. 655 et 656. Acta ejus apud Ughellum et alios, hic mihi nec examinanda nec propugnanda sunt, sed Romani parvi eorumque, qui Martyrologium illud secuti sunt, fidem ob meras conjecturas elevari non patiar, quæcumque demum fuerit illius Felicis ætas, quiscumque inter Nolanos aut alterius loci episcopos ei locus assignetur, de quibus alibi copiosius et accuratius disputandum erit. — Non minoribus tricis involvitur annuntiatio altera de *Eugenio* martyre agri Pari- *Eugenii.* siensis, saltem pro ut hoc tempore post Maurolycum, Molanum, et recentiores Martyrologos intelligi solet. Diximus supra, Molanum ad XIII Novembris exclusisse Eugenium Toletanum episcopum ab Usuardi textu, suspicati id ea causa factum, quod hodiernum martyrem, Toletanum episcopum fuisse existimaverit. Et vero ea jam pervulgata opinio est, quam ego quidem non capio, qua satis ratione verosimilis reddi possit, non magis quam additamentum, aliud, nimirum *Dionysii Areopagitæ discipulum* fuisse, aut a Dionysio eodem *ordinatum*. Probe novi, plures in hanc rem operose desudasse, quorum scripta apud nos sunt ; at enim quod mihi infundatum videtur, tueri non audeo, nec proinde asserere, Eugenium nostrum in agro Parisiensi martyrem, Toletanum episcopum fuisse a Petro vel Clemente cum Areopagita trans Alpes missum. Si fontem exhibere vacaret, haud dubium quin vel Hispani ipsi ultro subscriberent, potiusque sententiam Miræi in Fastis Belg. ad hunc diem adoptarent. Nolim tamen hic arbiter esse, solum indico, Flobarium apud Surium seculo XII scribentem, aut similes alios, idoneos testes non esse, quorum suffragiis res tam antiqua et incerta tuto definiatur. Recte, meo judicio, et vere signaverat Usuardus, a quo in sacros Fastos, sive ex metrico Wandelberti, sive aliunde relatus est, dum eum simpliciter dixit, consummato martyrii cursu, beatæ passionis coronam percepisse a Domino, nihil prorsus de dignitate episcopali, quæ Usuardi

 ævo

ævo in S. Dionysii necdum nota erat, memorans. Plura vide apud Du Bois Historia eccles. Paris. tomo 1, a pag. 33, et Tillemontium tomo 4 pag. 453 et 717, quæ a nobis suo loco opportunius discutientur, intacta interim Baronii et aliorum auctoritate, quibus recentiori opinioni adhærere visum fuerit. Usuardo prælucere potuit Wandelbertus, vel potius ex communi fonte uterque hausit ; certe idem cum Nostro sentire, manifeste ostendit sequens versiculus :

Septena Eugenius martyr denuque nitescit.

AUCTARIA.

PRATEN. De marginali additamento satis dictum est. *Dedicatio ecclesiæ in honore sancti* *Dedicationis.* *Joannis Baptistæ*, etc., huc proprie non spectat.

HERINIEN. Textui puro addit : *Eodem die,* *Juniani.* *beati Juniani confessoris, quem beatus Remigius baptismate lavit.* Patet proprium loci esse.

ROSWEYD. In prima purus, secundam sic effert : *In pago Parisiacensi, sancti Eugenii marty-* *Machlonii* *ris. Eodem die, sancti Machlonii episcopi et con-* *Valeriani, etc.* *fessoris. Antiochiæ, Valeriani martyris cum aliis* XV.

PULSANEN. Incipit : *Apud Coloniam Campaniæ urbem*, etc., bene. Habet ad secundam : *Ipso die, sancti Eugenii.* Desunt reliqua.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. et GREVEN. Horum codicum auctarium, in Variantibus retulimus. Vide etiam notulam Castellani ad Martyrologium universale.

MUNERAT. Post textum : *Apud Britanniam* *De Macuto.* *Alecis urbem, natalis beati Macuti episcopi et confessoris, qui a primævo ætatis tirocinio innumerabilibus miraculis splendide emicuit, uno scilicet eodemque vitreum de lapide calicem valde choruscum, præclarum, vinum de aqua, hominemque de morte mirabiliter reintegrans.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVA- *Maguti.* NIEN. ALBERG. et DANIC. *Eodem die, Maguti episcopi et confessoris.* Aliqui *Machuti.*

CENTULEN. *Natale sancti Felicis episcopi et martyris. In territorio Pariseorum, sancti Eugenii martyris. In Britannia, quæ Cornugalliæ nuncupa-* *Macuti* *tur, sancti Macuti episcopi et confessoris.*

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Antiochiam, natale* *Donati, etc.* *sanctorum martyrum Donati, Restituti, Valeriani et Fructuosæ, cum aliis* XII. Vide GREVEN. infra. In Felice satis purus est. Tum : *Apud civitatem Tholetanam, passio sancti Eugenii, ejusdem civitatis episcopi, qui apud Parisium consummato martyrii cursu*, etc. Hæc prima in codicibus nostris Toletanæ urbis vestigia. *Eodem die, depositio san-* *Machuti* *cti Machuti episcopi et confessoris.*

HAGENOYEN. In prima satis purus est, nisi quod admisceat, *et sub Martiano præside Hyspaniarum, regnante Maximiano.* Secunda integrior est. Sequitur : *Eodem die in Brictanea minori,* *Machuti* *natale sancti Mathuri* (pro *Machuti*) *episcopi et* *Kiliani.* *confessoris. Item sancti Kyliani confessoris. In* *Eugenii* *civitate Theoleto, natale sancti Eugenii episcopi* *episcopi.* *et confessoris. In civitate Marsilia, passio sancti* *Victoris.* *Victoris martyris, qui fuit vir per omnia laudabilis in moribus et in vita. Qui passus est*, etc. Vide textum et Auctaria XXI Julii, nescio cur in hoc codice huc differatur. Demum : *In episcopatu* *Findani.* *Constanciensi, monasterio Kniaugensi, sancti Findani confessoris, qui multum confert Eugenius.* Idem est, ni fallor, qui apud Castellanum pridie ponitur.

Macuti. AQUICINCT. In fine : *Eodem die, sancti Macuti confessoris.* Jam satis sæpe recurrit.

Maclovii. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Maclovii, qui et Machutes, episcopi et confessoris, cujus miri actus leguntur. Apud Nolam Campaniæ, Felicis episcopi et martyris, cum cæteris.*

CAMBERIEN. Sanctæ Mariæ Conventualium. *Maximi.* *Ipso die, sancti Maximi confessoris.*

In VATICAN. num. 5949. Nihil de Eugenio. Adjectum : *In Africa, sanctorum Secundini, Mar-* *Secundini et soc.* *tialis, Kalendionis, Valerii, Fructuosi cum aliis* XII. Vide hæc distinctius in Hieronymianis.

ALTEMPS. *Item sancti Cessatoris episcopi et con-* *Cessatoris.* *fessoris. Caturicis civitatis, sancti Desiderii episco-* *Desiderii.* *pi et confessoris.* Vide Castellanum.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In territorio Parisiacensi, sancti Eugenii martyris.*

EDITIO LUBECO-COL. De Felice addit Adonis clausulam : *Corpus ejus Elpidius presbyter in Nolensi ecclesia sepelivit. Eodem die, sancti Eugenii* *De Eugenio* *episcopi, socii sancti Dionysii, qui apud Parisiacensem pagum nomine Diolio, consummato martyrii cursu, beatæ passionis coronam percepit a Domino ; et prædio suo Toletano sepultus. In Africa, sanctorum Secundini, Martialis, Saturnini, Valeriani et Fru-* *Secundini, etc.* *ctuosi martyrum, cum aliis duodecim. In Britannia minori, sancti Machuti episcopi et confessoris. Qui,* *De Machuto.* *ut fertur, trium mortuorum meruit fieri suscitator mirificus. Eodem die, sancti Maurini confessoris.* *Maurini.* *Item ipso die, sancti Madonii confessoris.* Debet *Madonii.* aliunde lux accedere.

BELIN. Textui non satis puro addit : *Item eodem die, natale sancti Aracuti episcopi et confes-* *Macuti.* *soris.* Fallor vehementer, si hic alius sit a Macuto, quod MOLANUM non advertisse, infra patebit.

GREVEN. *In Aphrica, sanctorum Secundi, Fi-* *Secundi, etc.* *dentiani, Varrici, Saturnini et Marcialis. Item secundum aliquos* (imo secundum Hieronymiana) *hic, Donati, Restituti*, etc., *qui supra* XVII *Kal.* *Donati, etc.* *Septembris* (voluit dicere X *Kal.) habentur. Ma-* *Madonii,* *donii confessoris. Maurini confessoris. Apud Colo-* *Maurini.* *niam Agrippinam, depositio digna et sanctæ memoriæ Alberti, cognomento magni, episcopi Ratispo-* *De Alberto magno* *nensis, Ordinis Prædicatorum, viri tam vitæ synceritate, quam eruditione clarissimi. Qui senio confectus Coloniæ residens, obitum beati Thomæ Aquinatis, lachrymis infusus, ut per spiritum cognoverat, fratribus annuntiavit. Obiit autem anno ætatis suæ* LXXXVII, *cum jam in Ordine fuisset annis ferme* LXX : *cujus merita et gloriam Dominus per miracula multa declaravit.*

MOLAN. Post *Eugenii*, aliis litteris textui in- *De Eugenio.* serit : *Archiepiscopi et martyris Toletanæ sedis, qui a beato Dionysio ordinatus, et directus fuit ad prædicandum Trinitatem sanctam gentibus.* In fine : *Cujus corpus modo quiescit Bronius in pago Lomacensi.* Vide Annotata in editionibns posterioribus. Tum ex BELINO : *Item eodem die, natale sancti Aracuti*, etc. Tum de Machuto ex MUNERATO, us- *Machuti.* que ad *splendide emicuit.* De Juniano ex HERI- *Juniani.* NIEN. *In Austria, sancti Leopoldi, ejusdem provin-* *Leopoldi.* *ciæ Marchionis et confessoris eximii, quem Innocentius octavus Sanctorum numero asscripsit.* Deni- *Alberti magni.* que minoribus typis de Alberto magno, nonnihil

contrahit

Maclovi. Amandi. contrahit elogium GREVENI. Editiones posteriores idem habent de Eugenio. Dein : *Ipso die Santonas civitate, depositio sancti Maclovi episcopi et confessoris, in Britannia, urbe Alethis ; qui a primævo ætatis tirocinio innumerabilibus miraculis splendide emicuit. Argentinæ, sancti Amandi episcopi et confessoris.* De Juniano et Leopoldo, ut in priori. *Die decima quinta, sanctorum martyrum et confessorum Guriæ, Samonæ et Abibi.* Denique typis minoribus : *Coloniæ, obiit Albertus magnus, episcopus Ratisponensis, vita et eruditione in Ordine Prædicatorum clarissimus. Cujus merita et gloriam Dominus per multa miracula declaravit.* Vide supra longius elogium in Auctario GREVENI. *Guriæ, etc.*

XVI *Kal.* *Die* 16.

Eucherii **Lugduni, natalis sancti Eucherii confessoris, qui ex nobilissimo Senatorum ordine, ad religiosam vitam habitumque conversus, diu intra septa speluncæ sponte clausus, Christo servivit, deinde apud præfatam urbem, revelante angelo, in pontificali cathedra solemniter collocatus est.**

Puri sunt *Praten. Herinicn. Tornacen. Pulsanen. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Errant in ipso nomine Pulsanen. et Munerat. ille *Heucherii* scribens, hic *Eleuterii.* Grevenus et Molanus legunt, *episcopi et confessoris,* nos cum reliquis simplicius. Rursus Munerat. phrasim mutat, dum pro verbis textus substituit : *qui nobilissimorum senatorum ordine.* Cetera nævi sunt, *aput, sollemniter, sollempniter,* etc.

Eucherii. OBSERVATIO. Alterum post Irenæum urbis Lugdunensis, imo et totius Ecclesiæ lucidissimum sidus *Eucherius,* a celeberrimis quibusque V seculi PP. Hilario Arelatensi, Cassiano, Salviano, Claudiano Mamerto aliisque pluribus, summis certatim laudibus extollitur, a multis seculi proxime præteriti scriptoribus, præsertim Raynaudo et Chiffletio illustratus. Notissimæ sunt, de Eucherio uno aut binis Lugdunensibus episcopis, de Eucherii uxore Galla, filiabus Consortia et Tullia, aliisque, ad filios Salonium et Veranum seu Veranium spectantibus controversiæ. De filiis verosimiliter XXVIII Septembris et XI Novembris egimus. Prædictæ difficultates, solita diligentia a Tillemontio expensæ sunt tomo 15 a pag. 120 et in notis eo reducendis. Ad rem nostram quod proxime attinet, videtur Eucherius in Hieronymianis signatus, quidquid ibi nomen deformatum sit, de quo videnda Florentinii notatio. Ex Hieronymiano aliquo codice annuntiationem suam expressit Rabanus, qui Eucherium nec in Beda, nec in Floro repererat. Vacat hoc die Romanum parvum, sic ut inter Martyrologos nemo Adone uberius res Eucherianas, saltem ejus ad episcopatum vocationem, prosecutus sit. An omnia satis accurate ? Certant critici recentiores, quos inter narrationem ejus arrodunt aliqui, alii plane repudiant. At certe mirandum esset, Viennensem antistitem, virum nec imperitum nec ineptum, a novem ferme seculis tam turpiter impegisse ; ac si Eucherianam historiam, ab ejus ævo non usque adeo remotam, plane ignorasset. Nos hæc de more ad alium locum remittimus, ibi ex Baronio antiquioribusque scriptoribus discutienda et illustranda. Certum est Usuardi brevius elogium ex Adonianis verbis conctractum esse. Wandelbertus, forte studio et Eucherianæ laudis augendæ gratia, ipsum cum Thaumaturgo Gregorio sic uno disticho hoc die composuit :

Eucherius sextam cum dena Gregoriusque
Implent : Lugduni hic, Neocæsareæ ille sacerdos.

AUCTARIA.

Edmundi ANTVERP-MAJ. Veteri membranæ laceræ assuta est lacinia recentior textum supplens, in qua subobscure adjectum legitur : *Eodem die, sancti Edmundi archiepiscopi et confessoris.* De hoc pluribus infra ; tu vide annotationem Motherii in versione ejus Martyrologii Romani, de qua non semel alibi locuti sumus.

Othmari. ROSWEYD. Textui satis puro superaddit : *Eodem die, depositio sancti Othmari abbatis et confessoris.* Vide notulam Castellani.

Rufiniani, etc. Edmundi. ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Post textum ex Hieronymianis decerpunt : *In Africa, natale sanctorum Rufiani,* (pro *Rufiniani) Marci, Valerii, Honorati.* Vide in fonte socios plures. Tum : *In territorio Autissiodorensi, monasterio Pontiniaci, depositio beati Edmundi archiepiscopi et confessoris.*

Rufiniani, etc. Othmari Edmundi. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. LOVANIEN. ALBERG. et DANIC. In primo additamento cum præcedentibus conveniunt : *In Africa, natale sanctorum Rufiani, Marci, Valerii et Honorati.* Sequitur : *In Alemannia, natale sancti Othmari abbatis. In territorio Antere, monasterio Pontiniacensi, depositio beati Ethmundi Cantuariensis episcopi et confessoris.*

De Eucherio. CENTULEN. Textum nostrum alia phrasi reddidit : *Apud Lugdunum, sancti Eucherii episcopi et confessoris ; qui de seculari nobilitate ad Domini se contulit servitium, et in episcopum divinitus præelectus, noluit adquiescere, nisi fratris foribus abstractus, ac demum ligatus traheretur ; qui tandem et ecclesiæ rite præfuit et optimo fine quievit.*

Vitalis et Justi BRUXELLEN. Incipit : *Apud Capuam, natale sanctorum martyrum Vitalis et Justi. In Africa,*

natale

Rufiniani, etc. *natale sanctorum martyrum Rufiani, Marci, Valerii et Honorati.* Sequitur textus sic interpolatus : *De Eucherio.* *Deinde angelica revelatione de spelunca eductus, electione cleri, et consensu totius populi, apud præfatam urbem in pontificali*, etc. Tum subdit : *Gallæ et filiarum* *Hujus uxor Galla speluncam ejus ingressa, in sancto habitu omne illic vitæ suæ tempus exegit. Ipsorum duæ filiæ Consorcia et Tullia virginitatis gracia et signorum gloriam claruerunt.* Dein : *Edmundi.* *In territorio Anthere, monasterio Pontiniacensi, depositio Ethmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris.* *Othmari.* *In Almannia, depositio beati Othmari episcopi vel abbatis et confessoris.* *Felicitatis.* *Item Felicitatis virginis.*

Hagenoyen. In textu modice interpolatus, de Rufiniano et sociis Afris habet, ut supra. Tum : *De Othmaro.* *In Almannia, in monasterio sancti Galli, Constanciensis dyocesis, natale sancti Othmari abbatis et confessoris. Hic vir totus n n é* (intelligo *bonis*) *operibus erat deditus et alta contemplatione suspensus. Pauperum multam curam* (habebat) *pedes et capita illorum abluendo, et necessaria corporis prout habuit, eis ministrando : leprosos etiam balneando, et vulnera eorum immunda tergendo. Hic a quibusdam tyrannis, quia illorum avariciæ et dissipationi rerum temporalium monasterii sui consentire noluit, eos apud Pipynum principem accusando, ab eisdem de fornicatione accusatus est, et quod cum meretricibus bona monasterii consumeret, in insulam Reni quamdam relegatus est, ibique multis miseriis maceratus, quievit in Domino. In territorio Antere, apud* *De Edmundo.* *Pontyniacum monasterium, depositio beati Emundi episcopi Cantuariensis et confessoris. Hic beatæ Virgini valdæ erat devotus. Item apud Arethonam Avernensium,* *Vitalinæ.* *sanctæ Vitalinæ virginis.* Vide Castellanum XXI Februarii, et Acta nostra eodem die.

Otmari. Aquicinct. In fine : *Eodem die, beati Otmari abbatis.* *Vitalis, etc.* *In Capua, natalis sanctorum Vitalis et Justi.*

Marcelli. Daveronen. *Aurelianis, Marcelli.*

Edmundi. Matric-Cartus-Ultraject. *Ethmundi archiepiscopi Canthuariensis et confessoris. Eucherii episcopi et confessoris.* *Othmari.* *Othmari abbatis et confessoris.*

In Vatican. sub num. 5949. Adjicitur : *Augustini.* *Natale sancti Augustini episcopi et sanctæ Felicitatis matris ejus in S. Sophia.* Vide Hieronymiana die sequenti, primo loco. *Rufiniani, etc.* *In Africa, sanctorum Rufiniani, Marci, Valerii et Frontonis, cum sociis suis.*

Altemps. *De Edmundo.* *Apud Pontiniacum, depositio sancti Edmundi Cantuariensis archiepiscopi, apud Pontiniacum quiescentis, cujus mors et vita gloriosis commendatur miraculis.*

Florentin. *Rufiniani, etc.* *In Africa, sanctorum martyrum Rufini, Marci, Valerii et Honorati.* *Edmundi.* *In territorio Antissiodorensi, monasterio Pontiniacensi, depositio sancti Edmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris.* *Fidentii.* Tum solus Strozzianus. *Sancti Fidentii episcopi tertii Paduani et confessoris.*

Emiliani Burdegalen. *Æmyliani confessoris, qui magnæ sanctitatis existens, et multis coruscans miraculis, in basilica, quam prope Dordaniam miro ordine fabricavit, honorifice tumulatus est.*

Editio Lubeco-Col. Incipit : *Colonia Agrippina, in ecclesia B. Clementis, translatio corporum* *De Ewaldis* *beatorum duorum Ewaldorum presbyterorum et martyrum, a sepulcro eorum ad scrinia, per B. Annonem Coloniensium archiepiscopum.* *De Georgio.* *Item Colonia, translatio brachii beati Georgii martyris in ecclesia ipsius.* *De Martino, puero martyre.* *Romæ, sancti Martini pueri et martyris, filii senatoris ; qui puer, cum idolis immolare recusaret, et minas Martiani imperatoris contemneret, jussus est extendi et dorsum ejus ac ventrem conscidi : deinde ligari, suspendi, et secari atque ad ultimum decollari.* De Eucherio et Africanis, habet ut Bruxellen. supra. Tum : *De Othmaro.* *In Almania, natale sancti Othmari abbatis et confessoris, cœnobio sancti Galli ; qui in insula Reni per duos iniquos principes Alemannorum Warinum et Ruthardum relegatus obiit, cujus corpus post ejus obitum, evolutis decem annis, in monasterio S. Galli, a fratribus intactum repertum est ac translatum.* *Edmundi.* De Edmundo, ut jam sæpius, supra. *Marcelli.* *Aurelianis, sancti Marcelli confessoris.* *Secundani.* *Eodem die, sancti Secundani confessoris.*

Belin. In textu non satis castigatus, adjicit in fine : *Rufiniani, etc.* *In Affrica, sanctorum martyrum Ruffini, Marci et Valerii.* *Fidentii.* *Eodem die, festum sancti Fidentii episcopi et confessoris, tertii episcopi Paduani.*

Greven. *Rufiniani, etc.* *In Aphrica, natalis sanctorum Ruphiani*, etc. *Secundiani, etc.* Item, sanctorum *Secundiani, Aureliani, Marcelli.* *De Galla et filiabus.* *Nota, Galla uxor S. Eucherii, ut Ado inquit, specum ejus ingressa, omne illic vitæ suæ tempus in studio religionis exegit. Duæ etiam ipsorum filiæ, quarum una Consortia, altera Tullia vocabatur, virginitatis gratia, et signorum gloria claruerunt.* *De Martino* *Romæ, sancti Martini pueri. Qui cum esset Romanæ urbis primarius senatoris cujusdam filius, idolis immolare renuens, minasque Marciani præsidis parvipendens, in equuleum levatus, ungulis dilaniari jubetur. Deinde cum variis tormentorum generibus lædi minime potuisset capitis abscisione martyrium consummavit. Hunc Usuardus habet* VII *Kal. Januarii sub nomine Marini.* *De Edmundo.* *In monasterio Pontigniaco, depositio sancti Edmundi archiepiscopi Cantuariensis et confessoris. Qui a matre Mabilia ab ipsis pueritiæ primordiis religiosissime educatus, carnis castigationi et assiduis precibus intentus in maxima sanctitate accrevit. Tandem factus antistes, plenus operibus bonis quievit.* *De Othmaro* *Othmari abbatis et confessoris. Qui Alemannus natione, sanctis actibus clarus, monasterio sancti Galli prælatus, ab impiis injuste condemnatus est exilio in insula Rheni fluminis : ubi post multas, quas ibi sustinuit miserias, in Domino quievit.* *Waltgeri.* *In Hervordia, diocesi Paderbornensi, sancti Waltgeri confessoris, ecclesiæ illius fundatoris primi.* Apud Castellanum formatum invenio *Valdogeri.* *Marcelli* *Aurelianis, Marcelli confessoris.* *Secundani.* *Eodem die, sancti Secundani confessoris.* *Benedictæ, etc.* *In Suestris, Benedictæ et Ceciliæ abbatissarum.* *Margaretæ.* *In Scotia, sanctæ Margaretæ reginæ.* De translatione Ewaldorum et brachii S. Georgii, ferme ut supra.

Molan. *De Eucherio.* De Eucherio, aliis litteris, post, *præfatam urbem*, textui inserit : *cum universa ecclesia defuncto pontifice Lugdunensi, juxta morem antiquitus a se observatum, triduanis jejuniis et obsecrationibus, qui gubernationem ejusdem ecclesiæ suscipere deberet, sibi posceret a Domino revelari.* In fine : *Rufini, etc.* *In Aphrica, sanctorum martyrum Rufini, Marci, et Valerii.* *Fidentii.* *Eodem die, sancti Fidentii episcopi et confessoris, tertii episcopi Paduani.* *Edmundi.* *In territorio Antisiodorensi, monasterio Pontiniacensi, depositio sancti Ethmundi Cantuariensis episcopi et confessoris, et depositio beati Othmari abbatis.* *Othmari.* Tum typis minoribus ex Greveno : *Waleghert* *In Hervordia, diœcesi Paderbornensi, sancti Walegheri confessoris, ecclesiæ illius fundatoris primi.* *Margaretæ.* *In Scotia, sanctæ Margaretæ reginæ, cujus vitam scripsit Turgotus episcopus.* In aliis editionibus idem est de Eucherio in textu, idem de Afris, Fidentio et Edmundo. Tum : *Leoniani.* *Apud Viennam, depositio sancti Leoniani abbatis, qui fuit germanus Aniani episcopi. In Vuestphalia, depositio beati Vualdgeri confessoris, fundatoris ecclesiæ nostræ Dominæ in Hervordia. In Alemannia, depositio sancti Othmari abbatis. In Capua, natalis sancti Augustini*; alias *Augustiani*, *Augustiani.* ejusdem haud dubie de quo supra in Vaticano. Minoribus typis : *In Scotia, sanctæ Margaretæ reginæ.*

XV Kal.

XV *Kal.* *Die* 17.

Apud Alexandriam, beati Dionisii episcopi. Hic in multis sæpe confessionibus satis clarus, et pro passionum tormentorumque diversitate magnificus existens, quievit Valeriani et Galieni imperatorum temporibus. Civitate Corduba, passio sanctorum martyrum Aciscli et Victoriæ, ubi ob commendationem *Aciscli et Victoriæ.* pretiosæ mortis eorum, eodem die rosæ ortæ divinitus colliguntur. Aurelianis, sancti Aniani episcopi et confessoris, cujus mortem in conspectu Domini pretiosam *Aniani.* miracula crebra testantur.

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belini prima editione* et *Molan.* Item ex *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Albergen.* et *Danic.*

VARIA LECTIO. *Dionisii* scribitur in textu, ut solet. Solus Munerat. posuit, *Dyonisii episcopi et martyris.* Legendum est : *Hic in multis sæpe confessionibus satis clarus,* ut cum Adone habent probatiores codices. Praten, omisit *in ;* Muneratus et Belin. *sæpe.* Molano fortasse ex Greven. transposuit *sæpe* post confessionibus, ut sit, *sæpe satis* ; in Rosweyd. vero est *clarus satis.* Antverp. et Max-Lubec. cum Belino et codicibus mediæ notæ habent, *pro passionibus,* et iterum Belin. *diversitatibus.* Molan. vero opinor denuo ex Greveno, pro *tormentorumque,* substituit *meritorumque.* Prætuli in textu *Aciscli,* ex Praten. et Rosweyd. imo ex Adone ; variant ceteri, quorum aliqui *Asciscli,* alii *Auscli, Atisdi, Ascisdi,* etc. Deficit Praten. in epitheto *pretiosæ* ante *mortis,* sed nos illud ex aliis atque ex ipso Adone restituimus. Inter puros numeravi Antverp-Maj. licet in assuta lacinia, de qua supra egimus, non satis legibiliter omnia exprimantur.

OBSERVATIO. Confusum aliquid in Martyrologio Romano, recte insinuat Castellanus apposita *Dionysii.* notula III Octobris, quo die ex enumeratis sociis, colligit, ipsummet magnum illum *Alexandrinum Dionysium* illuc invectum esse, quod a Græcis sic recolatur. Fieri potuit, ut eruditissimi Reformatores memoria lapsi sint, dum hic eumdem expressius referunt. Neuter proprius obitus dies est, nec secundum nostrum, nec secundum aliorum chronologicum calculum, ut vide in Tractatu de Patriarchis Alexandrinis a pag. 29 et a num. 157. Ibi enim ex inita ratione nostra, Dionysius obiisse dicendus est IX Martii CCLXV, aliis pro X, aliis pro XIV Septembris CCLXIV, aliis pro alio die certantibus. Sed hic recudenda non est ea controversia, plane ad rem nostram inutilis, cum certissimum existimem, auctorem Romani parvi pro solo et mero suo libitu, ut in aliis toties advertimus, hunc præ ceteris diem Dionysii cultui consecrasse, his verbis : *Alexandriæ, Dionysii episcopi, in multis sæpe confessionibus clari, Valeriani et Gallieni temporibus.* Acceptus est ex consueto fonte Rufini Eusebio, unde et Ado longius elogium suum subinde compilavit, a Nostro sic contractum, ut textus exhibet. Paucula in citato Tractatu Patriarchali, de inclytissimo exule et fortissimo fidei confessore delibavimus, ut tunc ferebat operis ratio, sed ea operosius apud Ruinartium inter Selecta, explicata sunt a pagina 164, atque a Tillemontio historice deducta tomo 4 a pag. 242, per octodecim articulos. Baronii et horum opera in Actis suo tempore uti licebit, quemadmodum et de ejus doctrina scriptisque ex Hieronymo de Scriptoribus ecclesiasticis cap. 69, aliisque Bibliographis uberius poterit disquiri.

Aurelius Prudentius περὶ στεφάνων Hymn. 4, sic canit : *Aciscli et Victoriæ.*

Corduba Acisclum dabit et Zoellum,
Tresque coronas.

En hic primum secundæ nostræ annuntiationis martyrem, junctum, opinor, *Zoilo,* de quo cum Usuardo egimus XXVII Junii, et operosius eo die in Actis, ad quæ lectores ibi remisimus. Crediderunt Majores nostri, per ea verba : *tresque coronas,* intelligi tertiam illam martyrem hodiernam *Victoriam*; at felicior mihi quidem videtur Ruinartii conjectura pag. 517, tres fratres Cordubenses martyres, Faustum, Januarium et Martialem substituentis ; sic ut ibi Victoria excludatur. Nihilominus, utut a Prudentio omissa fuerit, dubitari non potest, quin Ado utriusque Acta inter se connexa viderit, ex quibus perenne miraculum narrat, iisdem verbis ex ipso in textu nostro expressum. An id suspectum habuerit Baronius, an forte Acta ipsa, annos Christi signantia, recentiora crediderit, nescio. In Hieronymianis, die sequenti signatur solus *Acisclus,* nec ibi rosæ, nisi in solis Lucensibus memorantur, de quibus vide disserentem Florentinium. Elogium Flori, die sequenti relatum, utriusque Sancti martyrium connectit, tormenta dumtaxat, et præsidem *Sidonem* commemorans ; sed nec de iis promptum est hoc loci sententiam ferre. Plures scriptores recitat Baronii Notatio, ex quibus Aciscli et Victoriæ Acta suo tempore illustrari poterunt. Junior est Tillemontius tomo 5, pag. 59. — *Anianum* Aurelianensem quantumvis brevi, egregio sane elogio ornavit Apollinaris Sidonius lib. 8, *Aniani.* epist. 15, *maximum* ipsum *consummatumque pontificem, Lupo parem, Germanoque non imparem prædicans,* qui utinam res ejus gestas eodem stylo prosecutus fuisset ! Partem aliquam ad posteros transmisit Gregorius Turonensis lib. 2. Historiæ Francorum cap. 7 ; Carolus Saussayeus apud Surium plura ex Aurelianensis ecclesiæ monumentis collegit, alibi discutienda. Quod modo ad nos attinet,

codices

codices Hieronymiani, quacumque demum manu, ipsum consignant : *In Gallia, civitate Aurelianis, depositio Aniani episcopi et confessoris.* Beda, ut alibi nonnumquam, episcopi titulum omittit, ita hic : *Aurelianis, natale sancti Aniani confessoris,* quæ distinctius a Rabano reddita sunt. In Flori encomio miraculum additur de puerulo episcopum designante; at verosimillimum est, nulla Acta Adoni innotuisse, cum simplicissime legat : *Aurelianis, sancti Aniani episcopi ;* unde consequitur, textus nostri satis vulgare elogium soli Usuardo adscribendum esse. Audiamus insigne Aniani elogium a Wandelberto metrice concinnatum :

> *Quindecima antistes Ligeris per littora, perque*
> *Festivos populos Anianus laude coruscat*
> *Æterna, merito, signis, prece, consilioque :*
> *Urbem qui propriam hostili de clade redemit.*

De Gregorio Thaumaturgo. Apud Bedam Aniano subjungitur Gregorius Thaumaturgus, a Rabano præfixus ; isque hoc ipso die in Romano moderno constanter celebratur, tametsi a Romano parvo, et ejus sequacibus Adone et Usuardo positus sit III Julii.

AUCTARIA.

TORNACEN. Caret secunda annuntiatione de martyribus Cordubensibus, cetera omnia pura sunt.

PULSANEN. Incipit : *Apud Gneocæsaream Ponti,* *(Gregorii)* *beati Gregorii episcopi, qui signorum ac miraculorum gloria præditus, inter cetera, quodam tempore, ut ecclesiæ faciendæ locus sufficeret, montem precibus movit.* Tum : *Apud Alexandriam, beati Dionisii episcopi.* Desunt reliqua.

GREVEN. Apposito signo L, de quo alibi locuti sumus, textui adscribit : *In Britanniis, civitate Lincolniensi, beati Hugonis episcopi et confessoris.* *(Hugonis)* Sed vel hac de causa, ut alibi, hic etiam eum a puris excludimus.

LOVANIEN. Textui puro subdit : *In Britanniis, civitate Linconiensi* (Lincolniensi) *sancti Hugonis episcopi et confessoris.* *(Ejusdem)*

CENTULEN. In textu non quidem purus, sed minus solito contractus est. Tertio loco interjicit : *Apud Ponthum, sancti Gregorii episcopi Gneocæsariensis et martyris, qui multa miraculorum gloria præditus fuit.* *(Gregorii.)* *Ipso die, sancti Odonis abbatis.* *(Odonis)* Vide Auctaria XVIII Decembris.

BRUXELLEN. In prima satis purus, pergit : *Apud Pontum, natale sancti Gregorii Neocæsariensis episcopi et martyris, qui magna signorum gloria præditus,* etc. *(Gregorii)* Sequitur secunda annuntiatio satis pura, uti etiam est tertia ; sed inter utramque, ex aliquo Hieronymiano, legitur : *Romæ trans Tyberim, natale sancti Cecilii.* *(Cecilii)*

HAGENOYEN. Multa, pro suo arbitratu, plerumque non satis exacte coacervat. Sic orditur : *In Curia Curiensi, sancti Florini confessoris.* *(Florini)* Castellanus *Confluentiam* et *Schonaugiam* assignat. Vide MOLANI editiones posteriores. *Item Hugonis episcopi Lycoliensis,* *(Hugonis)* (Lincolniensis) *de Ordine Carthusiensium. In Brictanea, Augustini episcopi et confessoris.* *(Augustini)* Vide XXVI Maii. Sequitur textus utcumque tolerabilis. Deinde elogium aliquod Lupi *(Lupi)* Senonensis, quem cum aliis posuit die I Septembris, quo et hic festum ejus esse fatetur, pauca describo : *Apud Senones, natale sancti Lupi episcopi, qui apud Aurelianum de regali sanguine ortus* (est.) *Hic cum omni polleret virtute, Senonensis est electus archiepiscopus. Hic vir tantæ erat pietatis, ut sibi nil retineret, et omnia sua pauperibus largiretur,* etc.

VICTORIN. In fine addit : *Turonis, depositio sancti Gregorii episcopi et confessoris, miraculorum factoris.* *(Gregorii Turonensis)* Hæc proxime sequenti Gregorio potius aptanda sunt, nisi sensus sit, quem format MOLANUS, in posterioribus editionibus. *Item S. P. Gregorii Neocæsariensis episcopi. Et sanctæ Teclæ virginis.* *(Gregorii Neocæsariensis. Teclæ.)* Haud dubie ex Hieronymianis apographis. Posteriores duas annuntiationes habet codex REGINÆ SUECIÆ signatus n. 130 ; priorem codex alius sub num. 428.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Hugonis episcopi et confessoris.* *(Hugonis.)* *Aniani episcopi et confessoris. Auseli et Victoriæ martyrum, in quorum festo miraculose divinitus oriuntur rosæ. Gregorii episcopi Turonensis. Florini confessoris.* *(Gregorii Turonensis. Florini.)*

CAMBERIEN. Sanctæ Mariæ. *Ipso die, beatorum Abrahæ et Florini episcoporum.* *(Abrahæ et Florini.)*

VATICAN. sub num. 5949. Adjicit : *Apud Neocæsaream Ponti, natale sancti Gregorii episcopi, insignium miraculorum factoris.* *(Gregorii Thaumaturgi)* *Eodem die rosæ divinitus ortæ colliguntur.* Ubi et qua causa? An hæc forte ab Aciscio et Victoria, per scriptoris incuriam divulsa sunt? Sic existimo.

FLORENTIN. *Apud civitatem Florentinam, in partibus Tusciæ, natale sancti Eugenii diaconi, discipuli sancti Zenobii Florentini episcopi, qui magnis virtutibus clarus quievit in Domino, anno ætatis suæ trigesimo, anno Domini* CCCCXXIII. *(Eugenii.)* Hæ forte sunt *tabulæ Florentinæ,* quæ a Baronio citantur. Sequitur in iisdem codicibus : *Romæ, passio sanctorum martyrum octo, qui passi sunt sub Alexandro imperatore, ut legitur in passione sanctæ Martinæ virginis.* *(Martyrum 8.)*

EDITIO LUBECO-COL. De Dionysio post *existens* *(De Dionysio.)* superaddit : *Qui etiam* (cum) *beatis Gaio et Petro in squalidissimo deserto Libyæ catenis constrictus, et diversis cruciatibus afflictus Valeriani et Galieni imperatorum temporibus, postea vero ad ecclesiam suam rediens quievit in pace.* In Cordubensibus, satis pura est. Tum : *Aurelianis, sancti Aniani episcopi et confessoris, qui mira præditus sanctitate, dum quadam die ad Missam omnipotenti Deo sacrificium solenne offerret, idem sacrificium altari suppositum dextera Dei patris visa est benedixisse hostiam.* *(De Aniano.)* *Cujus et mortem in conspectu,* etc. *Ipso die, sancti Hugonis episcopi Linconiensis, et confessoris, Ordinis Carthusiensium.* *(Hugonis.)* *In Anglia, translatio sancti Erkenwaldi episcopi Londoniensis et confessoris.* *(Translationis Erkenwaldi.)* *Item eodem die, sancti Abrahæ confessoris.* *(Abrahæ.)* *Turonis, sancti Gregorii episcopi et confessoris.* *(Gregorii.)* *Viennæ, sancti Mammati episcopi et confessoris.* *(Mammati)*

BELIN. In secunda editione hoc augmentum superaddit : *Item Gregorii Turonensis.* *(Gregorii Turonensis)*

GREVEN. Prosequens augmentum, de quo superius, sic habet : *Beatus iste Hugo vir sanctissimus, ex procuratore majoris Carthusiæ, prior domus sui Ordinis de Wictam in Anglia factus est ; ubi* *(De Hugone)*

eximius

eximiis pollens virtutibus, ad regimen ecclesiæ Lincolniensis electus, sicut prius probatissimum monachum, ita nunc pastorem vigilantissimum, ecclesiasticæque libertatis defensorèm, ultra omnes sui temporis strenuissimum se exhibens, miraculis multis vivus et defunctus coruscans, quievit in pace, anno Domini MCC *Sanctorum Cathalogo solenniter asscriptus. Romæ trans Tyberim, natalis sancti Cecilii. In Nicomedia, sancti Ammonis. Carthagini, sanctorum Dubitati, Tusci, Valentini. Romæ, Octo Martyrum, quos sancta Martina convertit. Felicis Papæ et martyris sepultura. Viennæ, sancti Mamati episcopi et confessoris. Turonis, sancti Gregorii episcopi et confessoris ; qui anno post obitum beati Martini* CLXXII *ejus sedem sortitus, vita, eruditione et signis admodum effulsit. In Anglia, translatio sancti Erconwaldi episcopi Coloniensis* (in priori editione melius *Londoniensis*) *et confessoris. Apud provinciam Retiæ, sancti Florini presbyteri et confessoris. Eodem die, S. Abrahæ confessoris. Martinæ martyris. In Anglia, sanctæ Hildæ virginis, abbatissæ, quam omnes, qui noverant, ut Beda testatur libro 4, ob insigne pietatis et gratiæ, matrem vocare consueverant. Non solum autem in suo monasterio vitæ exemplo præsentibus extitit, sed etiam longius manentibus, ad quos felix industriæ, ac virtutis ejus rumor pervenit occasionem salutis et correctionis ministravit. Post multa tandem, quæ fecit in terris, cælestia opera, ad percipienda præmia vitæ cælestis transivit anno Domini* DCXXX. Apud Castellanum in suo Martyrologio notatur annus DCLXXV. Vide quæ idem observat de ejus genere, reliquiis, etc.

Cecilii. Ammonis. Dubitati, etc. Martyrum 8. Felicis PP. Mamati. Gregorii Turonensis. Translationis Erconwaldi. Florini. Abrahæ. Martinæ. Hildæ, cum elogio.

MOLAN. *In Nicomedia, sancti Ammonis. Item sancti Valentini et sanctæ Teclæ virginis. Ipso die, sancti Stueri* vel *Severi* (nomen 'non bene exprimitur) *confessoris. Item Gregorii Turonensis. In Britanniis civitate Lincolniensi, beati Hugonis episcopi et confessoris.* Dein typis minoribus : *cujus actus a diversis sunt conscripti et per Henricum Morensium carmine executi. In Anglia, sanctæ Hildæ virginis, abbatissæ, quam omnes qui noverant, ut Beda testatur lib.* 4, *matrem vocare consueverant, ob insigne pietatis et gratiæ.* Hactenus editio prima. Posteriores editiones primo loco referunt Gregorium Thaumaturgum, de quo supra, cum interpolationibus, etc. In fine : *In Britanniis, civitate Lincolniensi, beati Hugonis episcopi et confessoris ;* uti supra. De Ammone, ut in priori. Tum : *Item Turonis, sancti Gregorii archiepiscopi et confessoris, miraculorum libri factoris.* Vide dicta ad VICTORIN. *Ipso die, apud Churiam, sancti Florini.* Denique typis aliis : *In Palæstina, natalis sanctorum Alphæi et Zachæi, qui post verbera et novaculas, post diversas in tormentis quæstiones, post pedes, dies noctesque compedibus ligneis quatuor foraminum intervallo interpositos, distentos distractosque, capitibus abscissis ex hac luce discedunt.* Vide Eusebium de Martyribus Palæstinæ cap. I, vel apud Ruinartium a pag. 331.

Ammonis. Valentini et Teclæ. Severi. Gregorii Turonensis. Hugonis. Hildæ. Gregorii Thaumaturgi. Florini. Alphæi et Zachæi.

XIV *Kal.* *Die* 18.

Apud Antiochiam, natalis beati Romani, qui temporibus Diocletiani, cum quidam præfectus ecclesiam irrumpere, eamque funditus conaretur evertere, ceteros Christianos hortatus est, ut ei contradicerent ; unde una cum quodam parvulo, nomine Barala, celebri martyrio coronatus est. Item in eadem urbe, sancti Esichii, qui cum esset miles et præceptum audisset, ut quisquis non sacrificaret idolis, cingulum militiæ deponeret, repente cingulum solvit. Ob hanc causam ligato in dextram ejus saxo ingenti, in fluvium præcipitari jussus est.

Romani cum puero Barala. Hesychii.

Ex *Praten. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Inter purissimos codices certo censendus Herinien. hodie integerrimus, sed propter additamentum proprium, de quo in Auctariis, exclusus. Contra vero Greven. et Molan. hic inter puros computati sunt, licet in secunda annuntiatione constructionem varient hoc modo : *Ut, quisquis non sacrificaret idolis, mortis subiret sententiam, cingulum militiæ solvit.* Imo Molan. sensum prosequitur, *ob quam causam.* Ceteræ variationes in nominibus maxime versantur. Puerum, cum Adone et præcipuis codicibus *Baralam* vocamus, Greven. *Barulum*, Molan. *Barulam*, alii aliter. Non minor in alio nomine diversitas. Reliqui in textu *Esichii*, proxime ad puritatem quæ ex Adone est *Hesychii ;* sunt qui scribant *Esicii ;* Hieronymiana apographa habent *Isicii*, vel *Isici*, etc. De *ydolis*, etc., satis alibi dictum est.

OBSERVATIO. *Romani Cæsariensis diaconi*, insignissimi martyris, et cum Laurentio ac Vincentio comparandi, prima, nitidior ac simplicior memoria traditur in vetustissimo Hieronymiano Epternacensi, in quo etiam tum parvulus *Baralas*, tum *Hesichius*, sub una eademque commemoratione satis aperte comprehenduntur his verbis : *In Antiochia, natalis Romani, Barili et Isici martyris.* Tricas ingerit adjecta in aliis Hieronymianis codicibus appellatio *monachi*, quam certum est, non invenisse Rabanum, qui satis prolixum elogium ex Actis extraxit ; unde vero Florus, a nostris editus, sua acceperit, non satis perspicio. Romanus aliquis revera inter Cæsarienses martyres, in citatis Hieronymianis ponitur die præcedenti. Ex his nata longior et operosior Florentinii Notatio, qua adversus Valesium, in Baronii sententiam inclinat, de *Romanis* martyribus Antiochiæ passis, omnino geminandis, sic ut alter *monachus* sit, alter *diaconus*, uterque tamen eodem ferme martyrii genere, eodem loco, eodem tempore, imo forte eodemmet die coronatus. His etiam ansam præbent diversæ de *Romani* martyrio relationes, ut vel bina Eusebii narratio, altera de Martyribus Palæ-

stinæ,

stinæ, apud Ruinartium pag. 331 ; altera ex lib. 2. de Resurrectione, apud eumdem pag. 379, vix satis apte inter se combinari videantur. Difficultatem auget passio cum puero , passio sine puero ; inde Prudentii Hymnus apud laudatum Ruinartium a pag. 382, nonnulla confundentis ; demum alia SS. Patrum encomia a laudatis scriptoribus appellata. Studiose elaborata est Tillemontii deductio historica a pag. 649. Baronii et Florentinii opinionem de binis *Romanis* cum Valesio et Ruinartio improbabilem censet. Ego ingenue fateor , me necdum clare distinguere, cui potissimum parti accedendum sit, præsertim cum Romanum parvum diserte signet : *Antiochiæ, Romani monachi et martyris*, quemadmodum vocatur in Actis Mombritianis ; Ado vero elogium suum ita formet , ut cum Rabano non magis de *monachi* quam *diaconi* appellatione meminerit , uti nec Noster qui ex Viennensi episcopo sua omnia deprompsit. Unus igitur, an duo *Romani* Antiochiæ passi admittendi sint, tunc declarabitur, cum utriusque opinionis momenta singula , cum Actis ipsis et diversis panegyricis accuratius expendere et discutere vacaverit. — In prælaudatis *Romani* Actis a Mombritio *Hesychii* tomo 2 a pag. 234 editis sub finem additur certamen alterius nostri martyris *Hesychii* vel *Isicii*, in Hieronymianis supra citatis priorum socii, quem non video intelligi posse sub nomine *Zocii* cum aliis martyribus Antiochenis et *Romano* aliquo ac *Barale* conjuncti in sæpe dictis codicibus die xv Februarii, quando quidem *Zocius* ille ibi disertissime *presbyter* nuncupetur. Utut fuerit, id certe patet, ibi Hesychium hoc die consignari, veluti et apud Florum, atque in serie nostra multo distinctius, Romano parvo legente : *Et sancti Hesychii Palatini et martyris ;* Adone vero plusculum narrante, unde nostra omnia in textu repræsentata, verbatim desumpta sunt. Per *Palatini* in Romano parvo alluditur ad officium aliquod in palatio cæsareo exerciti, idque cum Actis Mombritianis concordat, quæ ipsum in ministerio, imo *Priorem palatii* fuisse asserunt. De solis Romano et Hesychio loquitur Wandelbertus dum ambos sic honorat :

Hisichius martyr quartam denamque coronat,
Romanusque ; urbs Antiochi quis læta recurrit.

AUCTARIA.

HERINIEN. Jam dixi purissimum esse ; addit autem provinciæ Remensis proprium : *Ipso* *Oricoli et soc.* *die, beati Oricoli martyris sociorumque ejus, qui sub Wandalica persecutione passi sunt.*

TORNACEN. Purus in prima annuntiatione ; in secunda, ut sæpe solet, mutilus est.

Octavæ Martini ROSWEYD. Purus in textu, subdit majusculis proprium Ultrajectense : *Octava sancti Martini.*

MUNERAT. Etiam textum refert, sed in fine ad- *Audæ* jicit : *Eodem die, natalis sanctæ Andæ.* Audæ.

PULSANEN. In prima sic habet : *Apud Antiochiam, natalis beati Romani.* Altera pura est.

ANTVERP-MAX. et LEYDEN-BELG. Post tex- *Florini.* tum : *Apud Confluentiam, natale sancti Florini* *Gelasii PP.* *confessoris.* Vide die præcedenti. *Item Romæ, na-* *Octavæ Martini* *tale sancti Gelasii Papæ. Item Octava, sancti Martini.* LOVANIENSIS codex eadem prorsus habet Auctaria, sed totum Hesychii nostri elogium rescindit.

De Gelasio ULTRAJECT. Incipit : *Romæ, natale sancti Gelasii Papæ. Hic, ut narrat beatus Gregorius, Canonem composuit ; libros etiam quinque contra Nestorium et Euticen hæreticos, et contra Arrium duos. Fecit insuper ymnos ad modum sancti Ambrosii.* *Florini* Sequitur textus. In fine de Florino et octava *Octavæ Martini.* Martini. Sic et LEYD-LATINUS ; sed de Gelasio, penultimo loco.

ALBERG. et DANIC. Loco octavæ Martini, sub- *Dedicationis* stituunt in fine : *Dedicatio basilicarum Apostolorum Petri et Pauli.* Cetera ut ULTRAJECTENSIS.

CENTULEN. *Antiochiæ, sancti Romani monachi, qui pro defensione Ecclesiæ tormentis affectus, martyrium passus est. Eodem die in eodem loco, sancti Hisichii militis, qui pro Christi fide militiam reli-* *Octavæ Martini.* *quit, et martyrii coronam percepit. Ipso die, octava beati Martini episcopi. Turonis, sancti Gregorii* *De Gregorio Turonensi.* *episcopi, qui multas diversorum sanctorum passiones et vitas descripsit, et priora Francorum gesta memoriæ commendavit.* Vide die præcedenti.

Octavæ Martini. BRUXELLEN. Incipit : *Octava sancti Martini episcopi Turonensis.* In Romano post *contradicerent*, sic interpolatus est : *unde lingua sibi abscindi-* *De Romano.* *tur, qua abscisa ipse locutus est et postea una cum quodam puerulo* ; etc. In secunda, mutat positionem, scribens : *Romæ, natalis sancti Esichii*, etc. ; in fine adjiciens *et sic martyrium complevit.* Tum : *Romæ, sancti Gelasii Papæ, qui sedit annis quatuor.* *De Gelasio* *Hic cotidianam præfationem Missæ, ac alias orationes et hymnos ad modum sancti Ambrosii, et contra Nestorium et Euthicen hæreticos, libros quinque, et contra Arrium duos, ut beatus Gregorius testatur, composuit. Apud Confluentium, sancti* *Florini.* *Florencii* (Florini) *confessoris. Et sancti Odonis* *Odonis.* *abbatis Cluniacensis. Item sancti Hugonis, Ordinis* *Hugonis.* *Carthusiensis et episcopi Cinconiensis.* Vide die *Eusebiæ.* præcedenti. *Ipso die, sanctæ Eusebiæ virginis.*

HAGENOYEN. In textu, solito purior, unicam dumtaxat annuntiationem de Gelasio, adjungit : *Multa de Gelasio.* *Romæ, natale beati Gelasii Papæ. Hic, ut dicitur, Canonem composuit ante papatum, et factus Papa, in Missa ipsum dici constituit, secundum quod Gregorius Papa, dicit. Alii autem dicunt, quod Canonem quidam scolasticus Cuno nomine composuit, sed Gelasius Papa, ipsum dici instituit. Hic Gelasius quinque libros, contra Nestorium et Eutichen hæreticos*, etc. *Insuper ymnos ad modum sancti Ambrosii composuit. Orationes etiam Missæ et horarum cum tractibus Septuagesimæ ipse fecit. Item constituit ut ymnum trium puerorum, id est : Benedicite omnia opera Domini Domino, nullus sacerdos post Missam dicere negligat.*

AQUICINCT. Adjicit in fine : *Eodem die, transi-* *Odonis* *tus sancti Odonis abbatis.*

VICTORIN. In fine : *Ipso die in pago Valagia, depositio sancti Theofredi martyris. Item Turonis,* *Theofredi.* *sancti Odonis Cluniacensis abbatis. Item Antiochiæ,* *Odonis.* *sancti Eutychii martyris.* Puto repeti nomen *He-* *Eutychii.* *sychii. Eodem die, octava sancti Martini.* Convenit *Octavæ* de more, codex REGINÆ SUECIÆ sub num. 130, *Martini.* sed excepta octava, quæ in hoc codice deest.

DAVERON. Sic suam annuntiationem efformat : *Odonis.* *Beati Odonis abbatis monasteriorum Galliarum.*

MATRIC-

Dionysii. Severi, etc. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECTIN. *Dionisii episcopi Alexandriæ.* Ex die præcedenti. *Romani martyris et Barulæ. Esichii militis et martyris Severi presbyteri et confessoris. Inclyti et magni martyris.* Hæc alibi non reperit auctor notæ marginalis, nec ego capio quid significent.

Theofredi. Odonis. DIVIONEN. S. Benigni. *Eodem die, passio sancti Theofredi martyris. Ipso die, depositio beati Odonis abbatis, cujus vita sanctis præclara extitit meritis.*

Odonis. CLUNIACEN. *Eodem die, transitus beati Odilonis abbatis.* Voluit dicere *Odonis.*

Momboli et Odonis. CAMBERIEN. Sanctæ Mariæ. *Ipso die, beatorum Momboli et Odonis confessorum.*

Audæ. Odonis. REG. SUEC. num. 428. *Eodem die, sanctæ Audæ virginis. Eodem die, depositio domni Odonis abbatis piissimi patris monachorum.*

Gelasii. CODEX D. DU CHEVAL. signatus B. *Item Romæ, natalis sancti-Gelasii Papæ.*

Flavii. VATICAN. Addit : *Natale sancti Flavii martyris.*

Odonis. Romani episcopi. Hildæ. ALTEMPS. *Eodem die, beati Odonis abbatis. In Hibernia, depositio sancti Romani episcopi. Anigus filius Amardarch regis furatus est brachium ejus sinistrum, ipsumque integra cum carne in metropolitana ecclesia habetur. Et sanctæ Hildæ abbatissæ.* Vide die præcedenti.

De Frigidiano. FLORENTIN. *In Tuscia apud civitatem Lucanam, sancti Fridiani, ejusdem urbis episcopi et confessoris, cujus vita tanto Deo et hominibus extitit gloriosa, quanto miraculorum profunditate fuit eximia. Et non solum post obitum ejus, verum etiam in corpore, dum viveret, multa per eum Deus dignatus est operari miracula, quorum ut B. Gregorius in libro Dialogorum unum præcipuum et maximum fecit miraculorum.* Agitur de *Frigidiano*, cujus natalis est XVIII Martii ; sed vita huc in Actis remissa. Miraculum, de quo hic agitur infra dabit GREVENUS. Tum solus STROZZIANUS : *Item transitus sancti Odonis abbatis.* Adde *Cluniacensis.* *Odonis.*

Theofredi. LUGDUNEN. et CAUDIACEN. Conveniunt in, *natale sancti Theofredi martyris.*

Octavæ Martini. De Romano. Florini. EDITIO LUBECO-COL. Incipit ab Octava sancti Martini. De Romano, post *contradicerent*, sic habet : *Ob quam causam ipse cum quodam puerulo nuper ablactato, nomine Baralo, jussus est eculeo extendi, et fustibus acriter cædi ac ungulis exarari, linguam abscindi, novissime laqueo strangulari, et sic celebri martyrio coronatus est ; sed puer Baralus tandem decollatus est.* In secunda, satis pura est. Tum de Florino, ut ANTVERP-MAXIMUS ; de dedicatione, ut ALBERGENSIS : de Mombolo et Odone, ut CAMBERIENSIS. *Momboli et Odonis.*

Dedicationis apostolorum. Frigidiani. Odonis. BELIN. Incipit : *Romæ, dedicatio basilicarum Apostolorum Petri et Pauli.* Tum sequitur textus satis purus. Deinde adjungit : *Eodem die, sancti Fridiani episcopi et confessoris. Item transitus beati Odonis abbatis.*

Octavæ Martini. Oriculi. De Gelasio. Dedicationis basilicarum Apostolorum. De Frigidiani. Rumfarii. Momboli. Audæ. Teclæ. Eusebiæ. Electæ. GREVEN. *Octavæ sancti Martini. Oriculi martyris et sociorum ejus sub persecutione Wandalica. Ipso die, vel secundum alios, die sequenti, Romæ, sancti Gelasii Papæ et confessoris, qui sedit in episcopatu annis quatuor. Hic amator pauperum, clerum ampliavit ; tractatus et hymnos composuit, Sacramentorum præfationes et orationes, quæ sunt in usu, cauto et limato sermone edidit ; sepultus in ecclesia sancti Petri* XII *Kal. Decembris. Romæ, dedicatio basilicarum sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. In Tuscia, civitate Lucana, sancti Phrigidiani episcopi et confessoris, miræ virtutis viri. Qui, ut dicit Gregorius libro 3 Dialogor. Auserith fluvium, juxta muros civitatis influentem, sæpeque inundatione damna inferentem, oratione facta, alveum proprium deserere et alio influere fecit. Apud Constantiam, inferioris Normanniæ civitatem, sancti Rumpharii episcopi et confessoris. Item sancti Momboli abbatis. Eodem die, natale sanctæ Audæ. In Hispaniis civitate Corduba, passio sanctæ Teclæ virginis.* Demum in fine : *Romæ, sanctæ Eusebiæ virginis. Electæ virginis.*

Dedicationis. Odonis. Rumfarii. Oricoli. De Germano. Frigidiani. Florini. Eusebiæ. Audæ. Anselmi. MOLAN. De dedicatione basilicarum ex BELIN. Item de Odone. Tum : *Apud Constantias inferioris Normanniæ, beati Rumpharii, præfatæ urbis episcopi et confessoris.* De Oricolo, ex HERINIENSI. *Antisiodoro, dedicatio basilicæ sancti Germani episcopi, cum superioribus cryptis. Eodem die, sancti Fridiani episcopi et confessoris. Item sancti Florini confessoris, Confluentis monasterii. Et depositio sanctæ Eusebiæ virginis. Eodem die, natalis sanctæ Audæ;* et minoribus typis : *Parisiis in conventu Apostolorum Petri et Pauli. Item, sancti Momboli abbatis.* Editiones aliæ importune verbum *vellet* in textum invehunt. Auctaria vero de dedicatione basilicarum, de Odone, et Fridiano eadem sunt. *Apud Confluentiam, sancti Florini confessoris.* Rursus de Rumphario et Oricolo, ut supra. *Parisiis, natalis sanctæ Audæ. Item in Galliis, sancti Momboli abbatis.* Tum dedicatio basilicæ sancti Germani. Demum typis minoribus adjungitur : *Insula Lyrino, sancti Anselmi abbatis.*

XIII *Kal.* *Die* 19.

Maximi. Crispini. Severini et soc. Fausti. Romæ via Appia, natalis sancti Maximi presbiteri et martyris, qui persecutione Maximiani passus, positus est ad sanctum Sixtum. Eodem die, sancti Crispini episcopi, qui civitate Astiagensi, capite amputato martyrii gloriam adeptus est. Apud Viennam, sanctorum martyrum Severini, Exuperii et Feliciani, quorum corpora post multa annorum curricula, ipsis revelantibus inventa et a pontifice urbis, clero et populo honorifice sublata, ac condigno honore condita sunt. Item sancti Fausti diaconi, hic grandævus et plenus dierum confessor perdurans, perfecto martyrio, capitis obtruncatione consummatus est.

Puri sunt *Herinien. Antverp-Maj. Muneratı prima editio, Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Antverp-Maj. pro *Maximi presbyteri*, male legit *Maximi episcopi*. Codices omnes, solo Pratensi excepto, diserte exprimunt *persecutione Maximiani*; in Adone tamen et in citato Pratensi habetur *Maximini*. Munerati editio altera in eo deficit, quod duas primas annuntiationes commisceat, sic legens: *positus est ad civitate Astiagensi, capite*, etc., omissis intermediis. Reliqui *Sixtum* cum codicibus prope omnibus. Solus Molanus habet, *qui in civitate*, etc. Item *Severiani*, pro *Severini*: Antverp-Maj. *et Superii*, pro *Exuperii*. Greven et Molan. mutant *clero et populo*, in *clero populoque*. In *grandævus*, servanda fuit diphthongus.

Maximi. OBSERVATIO. De *Maximo* in Variantibus jam notavimus codicem Pratensem cum Adone signare tyrannum *Maximinum*, haud dubie ejus nominis primum, sed codices nostros posuisse *Maximianum*, forte quod *Maximinum* alterum perperam legi supponerent, qui Romæ imperium non obtinuit. Utri melius elegerint, hactenus incertum est, quandoquidem lateat quis fuerit hodiernus *Maximus*, ut candide fatetur Baronius, eo demum inclinans, ut *commentariensem* credat esse *a sancto Stephano baptizatum, et persecutione Decii e ponte præcipitatum in Tiberim*; utpote cui quadret sepultura ad S. Sixtum II in cœmeterio Callisti. De gestis passionis ejus ibi a Baronio citatis alibi disserendum; hic solum observo, Baronii Notationem jam dictam cum textu Martyrologii Romani haud convenire, cum in hoc diserte exprimatur *persecutio Valeriani*. Hæc satis in re plane dubia. Romani parvi annuntiatio, a nullo alio prius posita est: *Romæ, Maximi presbyteri et martyris*. Quæ præter hæc in laterculo nostro Usuardus addidit, ex Adone verbotenus descripsit. — *Crispini.* *Crispinum* Astiagensem apud solum Usuardum invenio; citat Baronius hymnum Breviarii Toletani, in quo ejus gesta contineantur. Petrus in Catalogo lib. 10 cap. 84 pauculis rem absolvit, auctorem appellans Adonem in Martyrologio; sed quale hoc Martyrologium fuerit, prorsus non intelligo, nisi Adoni Mabiloniano simile sit, ex variis collectaneis conflatum. Si verum fontem Usuardinum quæras, fateor me ignorare, sed malim ad messem in Hispania collectam recurrere, quam ad nescio quem Adonem tam enormiter interpolatum. — *Severini et soc.* Vere Adonem se descripsisse asserere poterat Petrus, quod tamen reticet ejusdem libri cap. 82 in martyribus Lugdunensibus, quorum nulla, quod sciam, præterquam apud Adonem memoria superest, vel in ipso SS. Lugdunensium indiculo a Raynaudo neglecta. Sic habet laudatus Viennensis in Chronico ad annum CLXIII: *Severinus, Exuperius et Felicianus, parvo tempore ante, apud Viennam martyrio coronati*. Quæ in Martyrologio narrantur, ad inventionem et translationem prædictorum martyrum proprie pertinent, quarum recentior erat memoria, dum basilicæ S. Romani curam gessisse dicitur Ado ipse, priusquam ad Viennenses infulas promoveretur. Nostra omnia ex ipso translata sunt. Utrum satis probari queant, quæ præter Adoniana ab aliis memorantur, alterius loci est distinctius explorare. Vide interim Tillemontium tomo 2 pag. 321. Sic solam hanc nostram annuntiationem metrice reddidit Wandelbertus:

Tredecim Felicianus cum Severiano,
Cumque Exuperio fidei certamine sancit.

Fausti. Quarta annuntiatio apud Romanum parvum sic sonat: *Et Fausti diaconi et Eusebii collegæ ejus, martyrum visitatorum*. Profluit ex Rufini lib. 7 cap. 10, unde constat totum Adonis elogium desumptum, atque ex hoc textum nostrum contractum esse, in quo de solo Fausto agitur, qui forte presbyter subinde factus, idem ipse dici posset, qui *grandævus* cum Petro Alexandrino martyrium subiit, eo nomine recursurus XXVI Novembris; sed iis sociis ibi conjunctus, ut verosimilius diversus esse videatur. *Eusebium* nulla alia Martyrologia Latina celebrant, etiam in moderno Romano prætermissum. Conjicit autem Tillemontius eumdem esse, qui postea Laodicenam in Syria ecclesiam episcopus rexit, sicuti indicat tomo 4 a pag. 304. Porro a Romano parvo ambo collegæ *Visitatores* nuncupantur, quoniam *invitis omnibus ad confessores, qui in carcere tenebantur.... indesinenter necessaria*, deportarent, ut in Adone fusius ex laudato Rufino describitur. Sed his diutius non immoror. Habemus Usuardum, cujus textum genuinum præcipue quærimus.

AUCTARIA.

PRATEN. Merito exclusus est, cum in fine addat: *Turonis, sancti Oddonis abbatis*: *Odonis.* ubi manus diversitatem non observavit Castellanus, sed qui nuperrime in mei gratiam, codicem denuo inspicere dignatus est eruditissimus noster Chamillart differentiam aliquam apparere testatus est. Habet adjectam *dedicationem*, etc.

TORNACEN. In prima et secunda purus, in tertia expunxit elogium, quarta omnino caret. Ad marginem autem manu nonnihil recentiori additur: *Elisabeth.* *In Alemannia, castro Marburg, beatæ Elisabeth*. Inferius dabuntur elogia.

ROSWEYD. Purus in textu subjungit: *In Eraclia, sanctarum* XL *viduarum*. *Viduarum 40.* Eadem fere Hieronymianorum apographorum annuntiatio est.

PULSANEN. In prima purus, a tribus aliis elogia omnia plane resecuit.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Puri in textu, addunt: *Item Simplicii episcopi. Eodem die, depositio beatæ Elisabeth*. *Simplicii.* *Elisabeth.*

MUNERAT. De secunda ejus editione truncata, dictum est in Variantibus.

ANTVERP-MAX. et LEYDEN-BELG. Incipiunt: *Apud Maguntinense territorium, natale beatæ Elysabeth, filiæ regis Hungarorum*. *Elisabeth.* Sequitur totus textus, et in fine: *Augustuduni, depositio sancti Simplicii episcopi*. *Simplicii.* Eadem sunt in codice LOVANIENSI; sed is in Fausto mutilus est.

ULTRAJECT. et LEYDEN-LAT. Priorum phrasim sic primo loco amplificant: *Quæ cum esset Turingiæ* *De Elisabeth.*

giæ nupta Lantgravio, pietatis et humilitatis operibus insudavit, quantum licuit sub marito. Sed lege soluta conjugii, rejectis ex toto regalibus et secularibus ornamentis, renes fune præcingens, et pedibus nudis incedens, Domino militavit sub perfectæ tytulo paupertatis. Construxit xenodochium ubi viam transcendens Apostolicam, pedes lavabat pauperum, manibusque propriis saniem eliquans et abstergens abhominabilium infirmorum. Quæ visum a nativitate cæco restituens et innumeris fulgens miraculis, beatam vitam beatiori fine concludens, modo beatissima regnat in cælis. Sequitur totus textus Usuardinus, cui ad fidem subjungitur Simplicius Augustodunensis, ut supra.

Simplicii.

De Elisabeth.

Pontiani PP.

Alberg. et Danic. Idem habent de Elisabeth, sed commemorationi illi immediate subjiciunt totam annuntiationem crastinam de Pontiano Papa. In eo autem differunt hi duo codices, quod posterior careat Simplicio.

Textus contractus.

Centulen. *Romæ via Appia, sancti Maximi presbyteri et martyris. Apud Viennam, sanctorum martyrum Severini, Exuperii et Feliciani. Eodem die, sancti Fausti martyris. Item sancti Crispini martyris, qui in civitate Astiagensi, amputato capite martyrium sumpsit.* In margine recentiori manu aliqua adduntur de Elisabeth, quæ non satis distingui possunt.

De Elisabeth.

Bruxellen. Incipit : *Apud Magdeburgum* (pro *Mapurgum,) depositio sanctæ Elisabeth, filiæ regis Hungariæ, ac conjugis Lantgravii Thuringiæ. Quæ innumeris fulgens miraculis, beatam vitam beatiori fine concludens, modo beatissima regnat in cælis.* Sequitur textus hinc inde transpositus et interpolatus. In fine : *Augustuduno, depositio sancti Simplicii episcopi.*

Simplicii.

Simplicii.

Florini.

De Elisabeth.

Hagenoyen. In prima et secunda satis purus, subdit : *Item Augustuduno*, etc. Nihil hic habet de Lugdunensibus. In Fausto satis purus est. Tum : *In territorio Treverensi, in opido Confluenciæ, natale beati Florini confessoris. In Hassia, in opido quod Marpurg dicitur, depositio sanctæ Elisabeth viduæ, filiæ regis Ungariæ et uxoris Ludovici Lantgravii Thoringiæ, cujus vita tota miraculis et operibus misericordiæ plena erat ab infancia sua usque ad mortem suam. Ejus ossa in translatione sua, in oleo natancia inventa sunt. De quo plurimi infirmi inuncti et curati sunt.*

Simplicii.

Gelasii PP.

Aquicinct. In fine : *Item sancti Simplicii episcopi. Romæ, sancti Gelasii Papæ. Hic revocavit Misenum episcopum, quem Felix antecessor ipsius damnaverat, et communioni ecclesiæ suæ restituit. Hic libros adversus Eutychen et Nestorium composuit.* De eo die præcedenti in Auctariis actum est : in Romano ponitur XXI Novembris quo die vide observationem nostri P. Motherii.

Gelasii.

Victorin. Habet *Faustini* pro *Fausti*. In fine : *Romæ, Gelasii Papæ.*

Elisabeth.

Simplicii.

Odonis.

Matric-Cartus-Ultraject. *Elisabeth viduæ, filiæ Regis Hungariæ. Simplicii episcopi et confessoris. Odonis abbatis Cluniacensis, magnæ sanctitatis viri.* Nil de his qui sunt in latereulo.

Gelasii.

Reg. Suec. num. 130. *Romæ, Gelasii Papæ.*

Simplicii.

Codex. D. Du Cheval. signatus B. *Augustoduni, depositio sancti Simplicii episcopi.*

Vatican. sub num. 5949. Deficit in annuntiatione secunda et quarta de Crispino et Fausto.

Leoncii.

Jacobi.

Altemps. *Petragoricas, sancti Leoncii episcopi et confessoris. Ipso die, B. Jacobi eremitæ.*

Elisabeth.

Florentin. *In oppido Germaniæ, nomine Barbuth (Marpurg,* duo alia verba legi non possunt) *S. Elizabeth, Andreæ Hungarorum regis filiæ.... Romæ, sancti Gelasii Papæ... Item sancti Simplicii episcopi.* Habetur supra distinctius.

Simplicii.

Burdegalen. *Sancti Simplicii episcopi.*

De Elisabeth.

De Gelasio.

Editio Lubeco-Col. In prima agit de Elisabeth, fere ut Ultraject. supra. Tum : *Romæ, natale sancti Gelasii Papæ et confessoris. Hic, ut narrat beatus Gregorius, Canonem Missæ composuit, libros etiam quinque contra Nestorium et Euticen hæreticos, et contra Arrium duos. Fecit insuper hymnos ad modum sancti Ambrosii episcopi. Composuit etiam præfationem Missæ, Vere dignum et justum est, quotidiano usu cantari, et sedit in episcopatu annos quatuor.* De Pontiano habet textum diei sequentis. In textu præter morem pura est. Demum de Simplicio, ut supra.

Pontiani.

Simplicii.

De Pontiano.

Elisabeth.

Simplicii.

Fausti.

Belin. Incipit a Pontiano, ut jam diximus. In tribus primis satis purus est. Tum pergit : *Eodem die in oppido Alemanniæ nomine Marchburg, depositio sanctæ Elisabeth, Andreæ regis Ungarorum filiæ. Item sancti Simplicii episcopi et confessoris.* Quartam annuntiationem sic abbreviat : *Eodem die, sancti Fausti diaconi.*

Maximi et soc.

Pontiani.

Simplicii.

De Odone.

Greven. *In Cæsarea Cappadociæ, natalis sanctorum Maximi, Mutiani, Nicophori, Januarii, Zefori et aliorum* XL. Diversa miscet ex Hieronymianis apographis. *Item secundum aliquos hic, passio sancti Pontiani Papæ, quem Usuardus habet die sequenti. Augustuduni, beati Simplicii episcopi et confessoris.* De Adone sic habet : *Item sancti Odonis abbatis primi Cluniacensis, miræ sanctitatis viri, incomparabilisque in monastica disciplina fervoris : adeo ut ejus fervore et industria monachorum illius temporis tepor versus fuerit in ardorem. Quievit tandem anno Domini* DCCCCXXXVIII, *miraculis in vita pariter et morte clarus. In Eraclea,* XL *viduarum et martyrum. In Marburgh civitate Hassiæ, natalis sanctæ Elizabeth viduæ sanctissimæ, filiæ regis Hungariæ. Quæ ab infantia religiosissimam in Deum mentem gerens, nupta Lantgravio Turingiæ, pietatis et humilitatis actibus, quantum licuit sub marito studens. Ubi ad viduitatis statum pervenit, rejectis ex toto secularibus ornamentis et pompis, fune renes præcingens, nudis pedibus, vili habitu incessit, viduamque Apostolicam se exhibens, filios educavit, hospicio recepit, sanctorum pedes lavit, tribulationem patientibus subministravit, omneque prorsus opus bonum subsecuta, miraculis gloriosissima quievit anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo.*

Viduarum 40.

De Elisabeth.

De Pontiano.

De Elisabeth.

Molan. De Pontiano, ut alii ex textu diei sequentis : *Romæ, natalis beati Pontiani Papæ, qui Maximino,* etc. Tum : *Eodem die in oppido Alemanniæ nomine Marburg, depositio sanctæ Elisabeth, Andreæ regis Hungarorum filiæ. Hæc construxit Xenodochium, ubi vidua pedes lavabat pauperum, manibus propriis abstergens saniem abominabilem infirmorum.* De Simplicio, ut supra. De Gelasio, ut Aquicinctinus, nisi quod addat *fecit insuper hymnos*, etc. Sequitur demum litteris minoribus : *In territorio Arvernensi, sancti Patrocli confessoris egregii, de quo Gregorius Turonensis dicit 5 Historiæ Francorum cap. 10. Fuit in Biturico termino, reclausus nomine Patroclus, presbyterii honore præditus, miræ sanctitatis ac religionis, de cujus vita libellum scripsimus.* Editiones posteriores Pontianum in textu ponunt primo loco, dein Elisabetham, sed litteris Italicis. In fine : *In territorio Arvernensi, sancti Patrocli, confessoris egregii. Item sancti Gelasii Papæ, qui sedit in pontificatu annos quatuor. Die decima nona, sancti martyris Barlaam.* Vide Martyrologium Romanum, et Castellani notationem hoc die.

Simplicii.

De Gelasio.

De Patroclo.

Barlaam.

XII *Kal.*

XII *Kal.* *Die* 20.

Pontiani. Romæ, natalis beati Pontiani Papæ, qui Maximino adversum ecclesiarum sacerdotes persecutionem commovente, cum Ypolito presbitero Sardiniam deportatus, ibique fustibus mactatus martyrium consummavit. Corpus ejus a beato Fabiano Papa relatum, atque in cimiterio Calixti sepultum est. Cabilone, *Silvestri* sancti Silvestri episcopi et confessoris. Hic quadragesimo secundo anno sacerdotii sui, plenus dierum atque virtutum migravit ad Dominum. Apud Siciliam civitate *Ampeli et Caii.* Messana, sanctorum Ampeli et Gaii. Ipso die civitate Taurinis, Octavii, Solutoris et *Octavii, etc.* Adventoris.

Ita habent *Praten. Herinien. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat* et *Greven.*

VARIA LECTIO. *Potentiani*, pro *Pontiani*, error est in Munerato. Sic scriptorum ignorantia in Antverp. Max-Lubec. et Greven. pro *Maximino*, irrepsit *Maximiano*, ut alias factum observavimus, licet toto fere seculo disjungantur. Ex plerisque codicibus *Ypolito* servamus, ut alibi. Herinien. male transposuit, *fustibus martyrium mactatus*. Levius errat Grevenus in *Papa Fabiano;* sed aliter loquitur Muneratus : *Corpus autem ejus, a beato Fabiano revelatum, atque cimiterio Calixti Papæ sepultum.* Quod de *Ypolito* dixi, idem puta de *cimiterio Calixti*. Diversam scribendi rationem servant codices in *Mesana*, *Gagii*, *Gai*, *Octavi*. Nos de more in textu reliquimus *Gaii*.

Pontiani. OBSERVATIO. Martyrologii Romani reformatores Belinum potius quam Usuardum secuti sunt in signanda *Pontiani* Papæ festivitate die proxime præcedenti, seu XIX Novembris ; Molanus, quod mirere, in ipsa prima editione, utroque die Sanctum a textu Usuardino exclusit. In serie nostra certissime notatur hoc die, sic præeunte Romano parvo : *Romæ, Pontiani Papæ martyris*. Adonis elogium, ut observat Rosweydus, ex Pontificalibus acceptum est ; ac necdum video, qua satis ratione cum Catalogis nostris, ante tomum I Aprilis editis, conciliari queat. Insuper multa offendo a Baronio, Henschenio, Pagio, Papebrochio aliisque circa Pontiani ætatem, exilium, etc., disputata, quæ operosiori examine retractanda sunt, a Tillemontio tomo 3 pag. 276 et 692, necdum liquido explicata, si modo ulla chronologica methodo componi possint. Sunt et aliqua circa martyrium ambigua ; at ipsum quis temere in dubium revocaverit, tot antiquis tabulis confirmatum ? Ceterum quæ in textu nostro exhibentur, ex Adone descripsit Usuardus. Est in codicibus Hieronymianis XIII Augusti, *Pontiani episcopi* ; est eodem die in Bucherii Kalendario : *Et Pontiani in Callisti*. Atque hæc de translatione intelligenda existimat Florentinius ; quo fundamento, post videbitur. Rabanus Pontiani natalem revocat ad XXX Octobris. Securus dixerim, multa in hujuscemodi dierum electione arbitraria intercurrere, quod in auctore Romani parvi sæpissime demonstravimus ; forte antiquiora monumenta et ipsi et Wandelberto præluxerint, cum metricus Martyrologus hoc ipso die ita Pontianum laudet :

Pontiane, tibi duodenam Roma, dicato
Obsequio, sacrat antistes martyrque beate.

Silvestri. *Silvester* Cabilonensis pure Adonianus est. Principium mutavit Usuardus ; nam ubi Ado legit : *Apud Cabilonem, beatissimi Silvestri*, Noster : *Cabilone, sancti*, etc. Breve encomium ex Gregorii Turonensis, de Gloria Confessorum capite 85 desumptum est ; nec de vita aut gestis ejus plura, quod sciam, supersunt ; monumenta Cabilonensia tum Mss. tum typis vulgata, Silvestri et aliorum revelationem ac translationem prosequuntur, de quibus alibi. — Sequens annuntiatio sic ponitur in *Ampeli et Caii.* Romano parvo : *Messanæ, Ampeli et Caii*. Hieronymiana scribunt diversimode, sed eadem omnium sententia, eadem Adonis, ex quo commemoratio nostra. De genere aut tempore passionis nihil magnopere reperit Florentinius, neque apud nos exstant, quæ eorum gesta multum illustrare queant. — *Octavii et soc.* Martyres Taurinenses varia serie a variis referuntur, in Hieronymianis autem codicibus eo plane ordine quo in textu nostro : *Taurinis civitate, Octavi, Solutoris, Adventoris*, in quibus ita annumerantur socii alii, ac si ad eamdem classem pertinerent, quos tamen Florentinius merito secernendos existimat. Sunt hi celeberrimi Augustæ Taurinorum patroni, ad templum ibi Societatis JESU, ex vetustiori aliqua ecclesia translati, quos potissimum mordaci dissertatione impetere voluit ministellus ille Anglo-Sabaudus, de quo ad diem XXII Septembris, ubi de legione Thebæa, diximus. Ex sacra ea legione esse censentur tres nostri, ab Ennodio et Maximo Taurinensi pridem laudatissimi, quorum Acta manuscripta ab ecclesia Taurinensi accepisse se testatur Baronius. Plura ad nos Taurino olim submissa sunt et ad Acta et ad translationem spectantia, quæ proprio loco accurate deducentur.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

TORNACEN. Truncat elogium Pontiani, ad *consummavit*. Caret Silvestro ; cetera bene.

Edmundi. ANTVERP-MAJ. Habet textum integrum, sed penultimo loco ante Taurinenses, inserit : *Eodem die, sancti Eadmundi regis et martyris.*

Ejusdem. ROSWEYD. Textui subjungit : *Eodem die, natale sancti Eadmundi regis Anglorum et martyris preciosi.* Vide Surium.

PULSANEN. In prima deest totum elogium ; in secunda et tertia purus ; deest quarta.

MOLAN. Dixi carere annuntiatione prima.

De eodem. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et CODEX D. DU CHEVAL. signatus B. Post textum addunt : *In Anglia, natale sancti Ethmundi regis et martyris, cujus caput diu occultatum, nutu divino se voce propria revelavit.* Item habet codex LOVANIENSIS ; sed elogium Pontiani rescindit.

Ejusdem. ALBERG. et DANIC. Annuntiationem de Pontiano retulerunt die præcedenti. Hic de Edmundo agunt ut codices proxime citati, sed primo loco. In tribus aliis satis puri sunt.

Edmundi. Maxentiæ. Translationis Warlesii, etc. CENTULEN. *Romæ, sancti Potentiani Papæ et martyris. Apud Mesanam civitatem Siciliæ, sanctorum Amplei et Gaii martyrum. In Anglia, passio sancti Eadmundi regis et martyris. In territorio Silvanectensi, sanctæ Maxentiæ virginis et martyris. Cabillonis, sancti Silvestri episcopi et confessoris. Ambianis, inventio et translatio sanctorum Vuarlesii et Luxoris confessorum.*

Maximi, etc. Bassi, etc. Edmundi. Fulcherii. BRUXELLEN. In prima non omnino purus est. Sequitur ex Hieronymianis : *Et natale sanctorum martyrum Maximi, Muciani, et Neofori. In Eraclea civitate Traciæ, natale sanctorum martyrum Bassi, Dionysii, Orionis et Basilii.* Tum cum textu : *Apud Ceciliam civitate Messana, natale sanctorum martyrum Ampelei et Gaii.* De Edmundo, ut ANTVERP-MAX. etc. In Silvestro satis purus est. Demum : *Ipso die, depositio Fulcherii, qui fuit Jerosolimitanæ ecclesiæ patriarcha.*

De Pontiano. De Edmundo. Heliæ. Translationis Corbiniani. HAGENOYEN. *Romæ, natale beati Ponciani Papæ et martyris, qui sedecimus erat a beato Petro Apostolo. Hic quia Ydolis noluit immolare et fidem abnegare, sub persecutione Maximini, qui sæviebat in Ecclesia Dei, cum Ypolito presbytero in Sardiniam deportatus est in exilium*, etc. In Silvestro satis purus est. Tum : *In Anglia, natale sancti Edmundi regis et martyris, qui in primæva sua ætate se junxit Domino, et cui adhuc puero apparuit Dominus in societate dicens ei : Ego sum Jesus Nazarenus. Qui capitis abscisione punitus est, quod postea diu occultatum*, etc. In tertia satis purus, nescio quid subjungat : *Apud Allexandriam, Helie Ymperatricis, uxoris Olaxentii.* Dein : *Item translatio sancti Corbiniani episcopi Frisingensis.* In ultima satis purus est.

De Edmundo. AQUICINCT. Textui superaddit : *In Britannia, apud Orientales Anglos, beatissimi atque Christianissimi regis martyrisque Eadmundi, qui ob insuperabilem catholicæ fidei veritatem a paganis crudeliter occisus, cœlestia regna sortitus est.*

Translationis Warlesii, etc. AMBIANEN. *In pago Ambianensi, inventio et translatio corporum sanctorum confessorum Warlesii et Luxoris.* Ita prima manu scriptum erat, sicut habet supra CENTULENSIS ; sed aliquis secundum nomen mutavit in *Luxoeni.*

Edmundi. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Potentiani* (patet error) *Papæ et martyris. Etmundi regis et martyris, in Anglia. Octavii martyris cum sociis. Sylvestri Cabilonensis episcopi. Bernardi Nordensis episcopi.* Notat descriptor in margine : *Forte Berwaldi episcopi Hildehemensis.* Vide de hoc infra. *Bernardi pro Berwaldi.*

Maxentiæ. Edmundi. REG. SUEC. signatus num. 428. *In territorio Belvacensi, natale sanctæ Maxentiæ virginis et martyris. In Britannia, passio beati Eadmundi, Orientalium Anglorum regis, qui sub pyratariis, diris jaculorum ictibus passus, demum martyrii bravium adeptus coronam perpetuitatis nactus est.*

Theogenis. Dori. In VATICAN. Sub num. 5949. Deest annuntiatio Silvestri. Adjicitur : *Eodem die, sanctis Theogenis martyris. Et sancti Dori episcopi Beneventani.*

Edmundi. FLORENTIN. Penultimo loco inserunt : *In Anglia, sancti Edmundi regis et martyris.*

Ejusdem. Berwardi. Regenfledis. EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *In Anglia, natale sancti Ethmundi regis et martyris, cujus caput*, etc., ut supra. Pontianum heri posuit. Sequitur de Silvestro, Siculis et Taurinensibus, satis pure. In fine : *In Hildeschem, natale sancti Berwardi episcopi et confessoris.* Vide longam vitam apud Surium editam MDCXVIII. *Eodem die, sanctæ Regenfledis virginis.*

Edmundi. BELIN. Multa corrupte impressa sunt, ut *Babyloniæ* pro *Cabilone*. Die præcedenti Pontianum collocavit. Secunda editio in fine adjicit : *In Anglia, sancti Eadmundi regis et martyris.*

Bassi, etc. Basilii, etc. De Edmundo. Antipæ. Samonis et Guriæ. Orienis. Berwaldi. Stephani. Warlesii et Luxoris. Regenfledis. Maxentiæ. Agapitæ. GREVEN. Ex Hieronymianis : *In Eraclea natalis sanctorum Bassi, Dionisii, Orionis. In Antiochia, Basilii, Dionisi. In Anglia, sancti Edmundi regis et martyris ; qui a paganis post varios cruciatus, capite amputato, martyrii gloriam adeptus est : cujus caput in sylvam projectum atque a lupo sollicite custoditum, cum repertum fuisset, et una cum corpore sepultum, post annorum curricula, corpori penitus reunitum inventum est. Apud Constantinopolim, sancti Antipæ presbyteri et martyris. Apud Edessam civitatem, passio sanctorum Samonis et Guriæ ; qui cum Christum annuntiantes ubique discurrerent, ac Christianos confortarent, tenti, primo suspensi, deinde inedia macerati, ad ultimum variis tormentis Christi virtute superatis, decollatione martyrum impleverunt. Orienis episcopi. Berwaldi episcopi Hildensheymensis et confessoris, qui tempore Ottonis III præfatam ecclesiam verbo pascens et exemplo, miraculis clarus quievit. Apud Constantinopolim, beati Stephani presbyteri et confessoris, qui tempore Leonis imperatoris vitam continentissimam ducens, precibusque assiduis insistens, multis clarus miraculis, beato in Domino fine quievit. Aurelianis, sanctorum Waclesii et Luxoris*, alias *Ambianis* et *Warlesii. Regenfledis virginis. Maxentiæ virginis. Agapitæ virginis.*

Edmundi. Raphaelis. Translationis Warlesii, etc. Stephani inclusi. MOLAN. *Eodem die, sancti Eadmundi regis et martyris. Beati Raphaelis archangeli festivitas. Ambianis, inventio et translatio gloriosorum corporum sanctorum confessorum Vuarlesii et Luxoris.* Typis minoribus : *Eodem die, jussu impii et scelesti imperatoris Constantini iconomachi, martyrio coronatus est Stephanus inclusus apud sanctum Auxentium, cujus pedem rudente ligantes, duxerunt usque ad ea quæ sunt Pelagia prætorio, ubi et discerpentes eum, projecerunt honorabiles ejus reliquias in biothanatorum locum, eo quod multos monuerit et adduxerit ad monasticam vitam, atque contemnere regias dignitates atque pecunias persuaserit. Reverendus quippe vir omnibus erat, pro eo*

quod

quod fere LX *annos egerit in claustris, et virtutibus* *Samonis et Guriæ.* *multis effulserit*. De Samone et Guria, ut GREVEN. Editiones aliæ, de Edmundo et Raphaele, ut *Benigni.* prima. Tum : *Mediolani, Benigni episcopi et con-* *Bertualdi.* *fessoris. Civitate Hildeshemensi, sancti Bertualdi episcopi, qui tempore Othonis III præfatam ecclesiam verbo pascens et exemplo, miraculis clarus* *Procli.* *quievit*, ut GREVEN. *Die vigesima, sancti patris* *Gregorii.* *Procli archiepiscopi Constantinopolis; et sancti Gregorii Decapolitæ. Et præfestum introitus in templum sanctissimæ Deiparæ.* De Warlesio et Luxore, ut supra. Demum typis minoribus : *Cæsareæ Palestinæ, natalis sancti Agapii, qui in die natali Maxi-* *Agapii.* *mini tyranni, cum homicida in stadium raptus, cum homicidam domini sui interfectorem, ad similitudinem Barabbæ liberari vidisset, ipse urso datur devorandus, deinde adhuc superstes in mare demergitur.* Vide Martyrologium Romanum

---

XI *Kal.* *Die 21.*

Rufi. Natalis beatissimi Rufi, de quo Apostolus Paulus ad Romanos scribit. In Italia, *Columbani.* monasterio Bobio, depositio sancti Columbani abbatis; qui multorum cenobiorum fundator, et innumerabilium pater extitit monachorum, multisque virtutibus clarus, quievit in senectute bona. Item in Histria, passio sancti *Mauri.* Mauri martyris.

Puri hodie sunt *Herinien. Tornacen. Antverp. Max-Lubec.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden.* et *Albergen.*

VARIA LECTIO. Lego *beatissimi* cum plerisque codicibus; et ita Usuardum ex Adone descripsisse non dubito. Servo hic *cenobiorum*, quod ita omnes habeant, excepto solo Molano. Antverp. et Max-Lubec. post *fundator*, omittunt particulam *et*, cum omnibus ferme, quos mediæ notæ dicimus. Iidem legunt *Ystria*, vel *Hystria*, ut aliqui *Ytalia*, reliqui omnes *Histria*. Herinien. et Tornacen. purissimi quidem sunt, sed Columbanum ponunt ultimo loco.

De Pratensi codice et sociis ejus. Notandum, quod a puris, imo ab omnibus ferme codicibus recedat hoc die et duobus sequentibus Pratensis, cum solitis sociis Antverp-Majore et Rosweydino. Prætensi autographi inspector Castellanus observavit, in hodierno textu erasa esse omnia post annuntiationem Rufi, inscriptamque Mariam Neocorensem, ex I Novembris huc perperam intrusam, et reliqua, quæ ex ipsius sæpe citata epistola XXXI Maii MDCCIX hic transumo : *Apud Neocorensem civitatem, sanctæ Mariæ virginis, quæ passa est sub Adriano et Antonino principibus. In provincia Histria, sancti Mauri martyris. Civitate Hostia, sanctorum martyrum Demetrii et Honorii. Augustuduni, sancti Pragmatii episcopi.* Turbatissima ibi omnia esse oportet, cum testetur idem Castellanus, ad XXII de sola Cæcilia agi; porro XXIII, expunctum rursus textum totum post *præcipitatus martyrio*, inscriptumque, *coronatur. Eodem die, sanctæ Felicitatis*, etc. Tum de Columbano, etc.; sed annuntiatione plane mutila, si recte habetur in apographo nostro, ut post dicemus. Ad XXIV, observatur diversa manus; unde ferme posset conjici, eamdem omnino esse, quæ XIX, XXI, XXII et XXIII hujus mensis, in textus omnes grassatur. Quantum vero hæc omnia authentiam et sinceritatem Pratensis codicis commendent, harum rerum periti ultro perspiciunt. Crediderim ego, scriptorem codicis, subinde in aliquo Hieronymiano, aut in Rabano reperisse Columbanum XXIII Novembris, atque ex ipsis aut aliis plura perperam commiscuisse. Me quidem judice, ab Adone prorsus non recessit Usuardus; Adonem vero, hoc die Columbanum ipsissimis textus nostri verbis signasse, indubitatum est; quidquid forte refragari possit, nescio quis Ado Pratensis, quem toties fartum et auctiorem demonstravimus : neque enim inter exempla nostra, tum Mss. tum excusa invenio, excepto solo Lobiensi, procul dubio Pratensis germine, quod alio, quam hoc die Columbanum consignet; unde recentiores aliqui critici facile refelluntur. Nostra lectio Usuardina ex tot codicibus confirmata plane et integre subsistit, rejectis tribus illis, toties extra seriem vagantibus. Subsistit, inquam, in vero obitus die, a Jona recte notato, contra quam sentiat Florentinius, cum aliis hic corrigendus.

Rufi. OBSERVATIO. Primæ nostræ duæ commemorationes secundum omnes syllabas ex Adone descriptæ sunt. Unica est in Romano parvo, his verbis concepta : *Rufi, quem Apostolus ad Romanos scribens salutat*; isque ab illius Martyrologii auctore primum signatus est, cum tot aliis viris Apostolicis, quorum nomina aut in Actibus aut in Apostolorum epistolis reperit. Poterat Usuardus absque scrupulo verba ipsa Apostoli ad Romanos cap. 16 v 13 ex Adone transferre : *Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus et meam.* Hæc Rufi summa et vera laus; nam quod de episcopatu Thebarum comminiscitur sæpe rejecta Dorothei Synopsis, nisi aliunde probetur, admittendum non est. Rufus alius a Polycarpo laudatus, colitur XVIII Decembris : an alteruter cum Alexandri fratre, filio Simonis Cyrenensis, crucis bajuli, confundendus sit, alibi disquiretur. Quid pseudochronica Hispanica fabulentur, vide apud Tillemontium tomo 1 pag. 447. Eà omnia studiose olim annotaverat Rosweydus, si vixisset, egregie confutaturus, ut plures alias eorum imposturas retexerat. — *Colum-* *Columbani* *bani* annuntiationem pure et integre Adonianam esse, jam diximus. Ad Usuardum autem vere etiam hoc ipso die pertinere, ex Variantibus abunde liquet. Vita ejus per Jonam scripta, exstat in Surio,

recensita

recensita et illustrata a Mabilione sec. 2 Benedictino a pag. 5, ubi et metricam Frodoardi, et libellum miraculorum, aliaque ad celeberrimum abbatem spectantia, reperiemus, novis curis suo tempore cum pluribus manuscriptis nostris conferenda et elucidanda. Wandelbertus verum etiam hunc Columbani obitus diem, haud dubie ex ipso vitæ auctore deprehendit, dum tribus versibus sic eum hodie celebrat :

Undenam abba Columbanus sibi servat, ab ipso
Oceano : multis vitæ qui dogmata sanctæ
Relligione pia sparsit, sermone, manuque.

Mauri.

De *Mauro* Istriensi quod dicam, non habeo : quid, quo tempore passus, unde ab Usuardo acceptus, candide fateor me ignorare, nisi ex Petri Catalogo lib. 10 cap. 93 censeamus unum et eumdem esse cum Mauro martyre Romano, de quo apud Rabanum longa hoc die martyrii historia producitur. Item haud dubie existimavit Baronius, dum Mauri Istriensis nomen ex Romano expunxit. Ulterius non divino : tam certum est ab Usuardo, seu bene seu male consignatum fuisse, quam certum est, in probatioribus omnibus codicibus repræsentari, et die sequenti iterum repeti.

AUCTARIA.

PRATEN. Hujus mutationes et augmenta in Variantibus retulimus;. Hic solum noto, antigraphum nostrum *Pragmatium Augustodunensem*, non hoc, sed sequenti die referre quod mirum esset amanuensis et Sirmondi aciem effugisse. Ego hoc et duobus sequentibus diebus Castellani novissimo testimonio innitendum non putavi. Rem melius exploravit laudatus supra Chamillart.

ANTVERP-MAJ. ROSWEYD. Textum PRATENSIS hinc inde satis male depictum, exhibent. De *Pragmatio* agunt die sequenti proprio loco; unde consequens videtur, sic etiam in PRATENSI haberi, licet oppositum testetur Castellanus, forte quod asterisco aliquo, a Castellano non observato, Pragmatius ad locum remittatur.

PULSANEN. Satis purus esset, nisi totum Columbani elogium plane rescinderet.

Præsentationis B. Mariæ.

MUNERAT. In fine textus adjicit: *Ipso die, Præsentatio beatæ Mariæ virginis.*

Ejusdem.

GREVEN. Incipit : *Præsentatio beatissimæ Dei genitricis, semper Virginis Mariæ, quando fuit in templo præsentata.* Cetera, suo loco.

Ejusdem

LOVANIEN. In principio : *Præsentatio beatissimæ Virginis, Dei genitricis Mariæ.* Reliqua pura sunt, quemadmodum est in DANICO, qui prædictam annuntiationem inferius positam habet sed per asteriscum ad locum primum eadem manu, qua reliqua scripta sunt, remissam.

Textus mutilus

CENTULEN. *Natale beati Rufi, de quo Paulus ad Romanos scribit : Salutate Rufum electum. In Italia, Bobio monasterio, sàncti Columbani abbatis, admirandæ vitæ et doctrinæ viri.*

Præsentationis B. M. V.

De Columbano

BRUXELLEN. Incipit : *Sanctæ Mariæ semper Virginis et Dei genitricis in templo Præsentatio.* De Columbano, textui inseruit : *Qui ex Scocia veniens, et Gallo relicto in Almannia, Bobium cenobium in Ytalia construxit, multorumque aliorum monasteriorum fundator, ac innumerabilium*, etc. In Rufo Adonem describit, addito tamen titulo *episcopi.* In Mauro, satis purus est. Tum ex Hieronymianis : *In Antiochia, natale sanctorum Basilei, Auxilii, Matroni, Demetrii, Quinciani, Sisinnii et Euthici martyrum.* Huc rejicit annuntiationem hesternam de Thebæis Taurinensibus. Deinde : *Civitate Hostia, passio sanctorum martyrum Demetrii et Honorii. Apud Neocæsariensem civitatem, natale sanctæ Mariæ virginis, quæ passa est sub Adriano et Anthonino principibus.* Mutatur hic nomen civitatis, de quo alibi egimus ; scribendum est : *Apud Neocorensem*, etc.

Basilei et soc.

Octavii, etc.

Demetrii et Honorii.

Mariæ

Præsentationis B. M. V.

HAGENOYEN. In prima, satis purus, pergit : *Item, Præsentatio beatæ Virginis in templum, in tertio anno nativitatis suæ. Item translatio sancti Burkardi episcopi Herbipolensis.* Vide Auctaria XIV Octobris. *Apud Viennam, natale sanctorum martyrum Severini*, etc. Ex XIX Novembris. *In Ytalia, in monasterio Bobyo, depositio Columbani abbatis, qui de Scocia erat ortus, et prædicationis gratia de terra sua exiit, cum pluribus discipulis valde honestis, scilicet S. Gallo et Kyliano, Bonifacio et pluribus aliis* (et) *multis ædificatis monasteriis, et virtutibus perpetratis in Alimania, et Ytalia, et pluribus sibi copulatis fratribus in Domino, tandem in Ytalia quievit in pace.* Sequitur historia de præsentatione dextri brachii S. Joannis Baptistæ, et de spina coronæ Domini miraculosa, quæ huc proprie non pertinent. In ultima annuntiatione de sancto Mauro, purus est.

Translationis Burchardi

Severini, etc.

De Columbano.

Brachii S. Joannis, et spinæ coronæ Domini.

Demetrii, etc

Mariæ.

AQUICINCT. Interserit : *Civitate Ostia, sanctorum martyrum Demetrii et Honorii.* Paulo ante interserit etiam : *Apud Neocerensem civitatem, sanctæ Mariæ virginis, quæ passa est*, etc. Satis patet, scribendum esse, ut supra dixi : *Apud Neocorensem*, etc. Nec minus manifestum est codicem hunc, ut sæpe alias, a prætensi autographi et sociorum codicum vestigiis non recedere. Utrum autem Columbanus positus, an præteritus sit, in transumpto non exprimitur.

Præsentationis B. M. V.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Columbani abbatis, qui innumerabilium pater extitit monachorum. Rufi, discipuli beati Pauli. Præsentatio gloriosæ Virginis in templo.*

Honorii, etc.

Samoræ, etc.

In VATICAN. num. 5949. Remissus est Columbanus ad XXIII. Adjicitur autem : *Civitate Asti, sanctorum Honorii, Stephani et Eutycii. Et sanctorum Samoræ, Abili et Guriæ.* Vide hæc melius in codicibus Hieronymianis.

Demetrii et Honorii.

ALTEMPS. *In provincia Histriæ, sancti Mauri martyris. Civitate Ostia, sanctorum martyrum Demetrii et Honorii.*

Joannis

FLORENTIN. *Ravennæ, sancti Joannis archiepiscopi et confessoris.* An is qui colitur XII Januarii?

De Præsentatione B. Mariæ.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Præsentatio gloriosæ Virginis Mariæ Hierosolymis, sicut post ablactationem, cum esset trium annorum, a parentibus in templo est præsentata, et ipsa per quindecim gradus, per quos ascendebatur in templum, per seipsam ascendebat, ac si perfectæ fuisset ætatis.* De Rufo ex Adone, cum titulo *sacerdotis.* In Columbano pura est. Pro *Mauri* scribit cum GREVENO *Maurini.* Demum : *Eodem die, præsentatio dextri brachii sancti Joannis Baptistæ.*

De brachio S. Joannis Baptistæ.

Præsentationis B. M. V.

BELIN. Primo loco : *Hierosolymis, Præsentatio beatæ Dei genitricis Virginis Mariæ in templo.*

GREVEN.

De Præsentatione B. M. V. GREVEN. *Nota, festum Præsentationis beatæ Mariæ, quando ipsa, cum trium esset annorum, a parentibus in templum fuit præsentata, gradusque quindecim, quibus ascendebatur, per seipsam, ac si perfectæ jam fuisset ætatis, ascendit; cœptum fuit celebrari circa annum Domini* MCCCCLX. *Eodem die, apud Antiochiam,* *Basilei et aliorum* *Basilei, Auxilii, Matroni. Item, sanctorum* *Demetrii, etc.* *Demetrii, Quincani, Sisinnii, Saturnini, Eutici, Basillæ, Zepheri.* Vide Hieronymiana: *Præsentatio dextri brachii sancti Joannis Baptistæ.* *Translationis Ambrosii* *Translatio sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi et doctoris sanctæ Ecclesiæ. Item,* *Columbani alterius* *Columbani monachi et confessoris, discipuli alterius Columbani, qui tantæ innocentiæ extitit, ut aves et bestiæ sibi ad nutum obedierint. Civitate Neocæsariensi* (lege *Neocorensi*) *sanctæ Mariæ virginis et martyris.* *Mariæ.* *Mabiliæ.* *Mabiliæ matronæ sanctæ.*

Præsentationis B. M. V. MOLAN. De Præsentatione, ex BELINO: *Jerolymis, præsentatio beatæ Dei genitricis, etc.*; addens: *quam Pius et Paulus Pontifices Romani cum dulgentiis instituerunt. Lauduno Clavato, transitus sancti Autbodi.* *Autbodi.* Dein typis minoribus: *Ipso die apud civitatem Remensem, vir miræ sanctitatis Albertus, episcopus Leodiensis, frater Henrici magni, Lotharingiæ ac Brabantiæ ducis, ob custodiam ecclesiasticæ interemptus occubuit.* *Alberti.* Editiones posteriores a priori in hoc solum differunt, quod festum *Præsentationis beatæ Dei genitricis Virginis*, etc., litteris Italicis primo textus loco reposuerint.

X *Kal.* *Die* 22

Cæciliæ. Romæ, natalis sanctæ Cæciliæ virginis, quæ sponsum suum Valerianum et fratrem ejus Tiburtium ad credendum Christo ac martyrium perdocuit, et ipsa deinde martyrizata est, ignem quidem superans, sed ferro occisa. Passa est autem Marci Aurelii et Commodi imperatorum temporibus. Item Romæ, *Mauri.* sancti Mauri martyris, qui sub Celerino præfecto agonizavit. Augustuduni, sancti *Pragmatii.* Pragmatii episcopi.

Undecumque puri sunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Munerat. Greven* et *Molan* Plures alii ad puritatem proxime accedunt.

VARIA LECTIO. Non nullus codex scripsit *Ceciliæ*; in textu eos secutus sum, qui diphthongo *æ* utuntur, ut sunt Praten. Herinien. Rosweyd. et Molan. Solus Tornacen. legit *fratrem suum*, pro *fratrem ejus*. Idem posuit, *ad credendum in Christo*; Greven. et Molan. *ad credendum Christum*. Solus Greven. in fine textus apposuit, *et confessoris*. Cetera minutiæ sunt, ut *Tyburtium, martirium, Marcii Aurelii, Sceleriano*, pro *Celerino, Augustiduni, Pragmacii*, etc.

Cæciliæ. OBSERVATIO. *Cæciliæ* venerandum in universa, tum Græca tum Latina Ecclesia nomen, in omnibus ecclesiasticis sacrisque tabulis et monumentis celebratissimum est, memoria ejus in Sacramentariis Gelasiano, Gregoriano, Gothico, in Kalendariis Allatii et Frontonis, in Litaniis in ipso Missæ Canone peculiari cultu consecrata. Audiamus hic Martyrologia nostra. Hieronymiana imprimis sic legunt: *Romæ, sanctæ Cæciliæ virginis*, ubi et socii illi adjunguntur, quos XIV Aprilis ex eisdem codicibus retulimus. Romanum parvum totidem fere verbis: *Roma, Cæciliæ virginis et martyris.* In Beda breve elogium attexitur, a Rabano descriptum, ab Adone pluribus auctum, a Nostro ad primam prope formam reductum, adjecta Adoniana temporis nota de *Marci Aurelii et Commodi imperatorum temporibus*; ea ipsa nimirum, quæ plane repudianda est, si illustrissimæ Sanctæ Acta substent, sicut ex Metaphraste a Lipomano et Surio edita, ab Antonio Bosio studiosissime illustrata sunt passimque recepta esse novimus, majorum nostrorum suffragiis summopere laudata XIV Aprilis, XXV Maii, et ad hanc diem in Ephemeridibus Græco-Moscis. Repudianda, inquam, est Adoniana nota, utpote cum in laudatis Actis, Cæciliæ et sociorum martyrium cum Urbano Papa, atque adeo cum imperatore Alexandro, disertissime conjungatur. Pro his cum Baronio, Florentinio, aliisque certant laudati scriptores, certat totius orbis Catholici pervulgata opinio. Græci aliam viam ingressi, ad Diocletiani tempora Cæciliam removere malunt, sed hos non moramur. Præcipua, quæ a recentioribus objicitur eaque capitalis difficultas, in eo consistit potissimum, quod alibi etiam insinuavi, Alexandri temporibus tam acerba immanisque persecutio, qualis in istis Actis discribitur; tam atrocia passim tormenta, Christianis illata, quadrare prorsus non videantur. Sequenda Martyrologia, inquies; nequaquam: nam eo pacto Urbani Papæ Acta plane convelluntur. Aliunde sibi non constat Viennensis Martyrologus, hic Cæciliæ ætatem cum Urbaniana connectens tempore Marci Aurelii et Commodi, ubi XXV Maii, Urbani *doctrina, sub persecutione Alexandri, multos*, ait, *martyrio coronatos.* Hæc et id genus alia Tillemontium, supradictis diebus citatum, impulere, ut duce Fortunato Pictaviensi ex Sicilia Cæciliam accerseret; quippe cum antiquus poeta ille canat:

Cæciliam Sicula profert, Seleucia Theclam

Paradoxa multis æque ac mihi videbitur hujusmodi sententia; verum quid agas? Communiorem aliam premunt perplexa multa, quæ ad extactæ critices regulas componere promptum non est, multo minus hujus loci. Jam ad citatos superius dies XIV Aprilis et XXV Maii, me præcoci judicio nihil definire velle, sancte professus sum, et hic rursus profiteor. Ceterum paucis opinamenta varia referre placuit, quæ sociis vel successoribus nostris, mensem Novembrem Actorum illustraturis,

non

non parum negotii facessent. Non tantum molestiæ creabunt inventiones corporis, de quibus vide Baronium ad annum DCCCXXI. Ad vulgata Acta alludit Wandelbertus non ineleganti metrico encomio :

Cecilia illustrat denam mox sancta nitore,
Perpetuo claris semper vulganda trophæis,
Virgo hinc cognato, sanctoque hinc fulta marito.

Mauri. Heri *Maurum* in Istria, hodie Romæ celebrat Noster, eo pacto ab ipso geminatum. De Istriensi, si forte ab hodierno alius esse possit, nihil uspiam reperiri, die præcedenti diximus ; si idem cum Romano, videri potest citatum pridie longum Rabani encomium. Breviora sunt, quæ habet Petrus, loco ibi citato, verum ita rem pandunt, uti clare pateat Maurum, Afrum genere, Romæ passum, et *angelo duce ad littus Parentinæ civitatis provinciæ Histriæ*, navi, ex meditato Celerini incendio servata deductum fuisse, quæ omnia ex variis nostris Mss. soluta et ligata oratione de hoc Sancto compositis, uberius suo tempore poterunt elucidari. Si talia Acta vidisset Usuardus, Maurum unum in duos non distraxisset. Credendum est, ducem alium secutum fuisse, a quo in errorem inductus sit. — *Pragmatii.* Usuardinus item est *Pragmatius* Augustodunensis, sed ex Hieronymianis apographis procul dubio acceptus, licet antiquarii Gallici additionem existimet Florentinius, in hisce justo quandoque scrupulosior. Gesta ejus nulla invenio, nec aliud quidquam, præter id quod notavit Baronius, quem vide ad annum CCCCXC, a num. 24, ubi binas ejus subscriptiones et Apollinaris Sidonii epistolam ad ipsum datam unice deprehendes. Nescio cur Castellanus, XX Novembris vita functum, hoc die sepultum asserat.

AUCTARIA.

Longini. ROSWEYD. In textu purus, addit in fine : *Longini martyris, qui latus Domini aperuit.* Vide quæ de ipso post Usuardum diximus XV Martii. Item hic apographa Hieronymiana et Florentinii notationem.

PULSANEN. Prima recte procedit usque ad *martyrizata est.* In secunda puro deest tertia.

ANTVERP. MAX-LUBEC. BELIN. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN et LOVANIEN. Adoniano stylo loqui videntur, ita primam annuntiationem mutantes : *ad credendum Christo perdocuit, ac dein ad martyrium incitavit. Quam Almachius, post martyrium eorum teneri, atque illustri passione fecit comsummari. Passa est*, etc. Ultimi quatuor codices in fine de Pragmatio cum GREVENO adjiciunt, *et confessoris.*

ALBERG. DANIC. et CODEX Ursini a Rosemberg. In toto textu similes sunt codicibus proxime relatis, sed in fine superaddunt : *Civitate* *Theonesti* *Altino, natale sancti Theonesti Philippensis episcopi, qui sub persecutione Arrianorum, ad præfatam civitatem veniens, una cum duobus discipulis suis Trabaham et Trabatham inibi agonem martyrii, capitis obtruncatione, gloriosissime complevit.* In Romano moderno ponitur XXX Octobris; vide ibi Auctaria Usuardina.

CENTULEN. *Romæ, passio sanctæ Ciciliæ virginis, quæ sponsum suum Valerianum et fratrem ejus Tiburtium ad fidem edocuit, et ad martyrii gloriam* *Longini.* *incitavit. Cæsareæ Cappadociæ, sancti Longini martyris.* Vide ROSWEYDINUM.

BRUXELLEN. Incipit : *Romæ, natale sanctæ Ceciliæ virginis, quæ Valerianum sponsum suum, et Tyburtium fratrem ejus convertens, dum igne lædi non posset, gladio jugulatur.* Tum : *Et natale san-* *Crescentiani.* *cti Crescentiani martyris, qui suspensus in eculeum et fustibus cæsus, atque ungulis rasus, deinde flammis circum latera ejus appositis, diu ustulatus, emi-* *Theonesti.* *sit spiritum.* Vide inferius XXIV. De Theonesto habet, ut ALBERGENSIS, etc. In fine, de Pragmatio, *et confessoris.* De Mauro, nihil.

De Cæcilia HAGENOYEN. De Cæcilia addit : *Hæc angelum custodem suæ virginitatis habuit, quem ad videndum sponso suo Valeriano permisit, si purificari vellet, quod et fecit ; cum quo illa coronam rosarum et liliorum ab angelo de cœlo accepit. Urbanum episcopum in vultu angelico demonstravit. Ipsa omnia quæ habere potuit, pauperibus erogavit, et alios hoc facere docuit. Demum cum sacrificare nollet, sub persecutione Marci Aurelii Commodique imperatorum temporibus, in calido posita est balneo per noctem et diem, et non est læsa; inde decollari jussa est ab Almachio præfecto.* In Mauro, purus est. De Theo- *De Theonesto* nesto, præter dicta superius, inserit : *Qui ab Arrianis de sua sede ejectus est, et vagabundus per Alimaniam et Burgundiam atque Italiam cum discipulis suis prædicavit, et multos ad fidem reduxit. Tandem cum duobus tantum discipulis, aliis pro fide passis, ad præfatam urbem veniens*, etc. In ultima satis purus est.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Ceciliæ virginis et martyris. Pragmatii episcopi. Goberti confessoris.* *Goberti* Aliis *Gothberti.* Colitur die sequenti,

REG. SUEC. signatus num. 428. *Eodem die, sanctæ Medrismæ virginis.* Est in Rabano *Mederasmæ.* *Medrismæ* Vide ubi colatur, apud Castellanum.

VATICAN. num. 5949. Agit de sola Cæcilia.

FLORENTIN. *Item sanctorum martyrum Theonesti episcopi Philippensis, Thrabææ, et Trabatæ, nec non Albani et Ursi discipulorum dicti episcopi.* *Theonesti et soc.*

DIVIONEN. sancti Benigni. *Translatio corporis B. Benigni martyris.* Colitur I Novembris. *Translationis Benigni*

EDITIO LUBECO-COL. In Cæcilia non multum differt a codicibus mediæ notæ supra citatis. *Item Romæ, sancti Mauri monachi, martyris, qui tem-* *De Mauro* *poribus Numeriani imperatoris, post varia tormenta exhibita, sub Celerino præfecto, capitalem subiit sententiam.* De Pragmatio addit : *et confessoris.* De Theonesto, ut ALBERGENSIS, etc., supra. *Theonesti.*

GREVEN. *In Cappadocia, sanctorum Longini,* *Longini, etc.* *Leontii et Fausti. Alexandriæ, Felicis, Demetrii* *Felicis, etc.* *et Honorati.* Vide Hieronymiana. *Philippis, sancti Theonesti episcopi et confessoris; qui sub Arria-* *Theonesti, etc.* *norum persecutione, ad Altinum civitatem cum discipulis suis Tabraham et Tabratan veniens, ibidem martyrii sui cursum capitis obtruncatione complevit. Romarici abbatis et confessoris.* *Romarici* *Item ordinatio episcopatus sancti Willibrordi.*

MOLAN. In prima editione caret augmentis Posteriores textum Usuardinum corrumpunt. Primo quidem litteris Italicis inter *deinde* et *martyrizata est*, inseruntur hæc verba, *post eorum martyrium, ab Almachio.* Annuntiationis autem finis sic vertitur, ut pro *et Commodi*, substituatur no-

men *Alexandri*, ut sensus sit, passam esse Cæciliam temporibus *Marci Aurelii Alexandri*. Jam supra non semel monuimus, in posterioribus hisce editionibus puritatem Usuardinam non tam scrupulose ab editore, amicorum judiciis nimium tribuente, servatam fuisse.

IX *Kal.* *Die* 23.

Clementis. Natalis sancti Clementis episcopi, qui quartus a beato Petro Apostolo, Romanæ Ecclesiæ pontificatum tenuit, et sub persecutione Trajani in mare præ-*Felicitatis* cipitatus, martyrio coronatur. Eodem die, sanctæ Felicitatis, matris septem filiorum martyrum, quæ jubente Antonino decollata est pro Christo. In pago *Trudonis.* Hasbanio, sancti Trudonis presbiteri et confessoris. Parisius, depositio beati Seve-*Severini.* *Lucretiæ* rini monachi et solitarii. In civitate Emerita, sanctæ Lucretiæ virginis.

Integra puritas est in solis *Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Exclusi rursus sunt tergemini Praten. Antverp-Maj. et Rosweyd. qui inter Felicitatem et Trudonem de Columbano agunt, ut dicemus in Auctariis, quo etiam rejiciendus fuit Herinien. ob proprium Remense, etc. Inter citatos pro textu diversitas est, quod duo primi cum antiquis Mss. legant *coronatur*, tres impressi, *coronatus est*. Secutus sum priores, ut Adoni conformiores. Soli Antverp. et Max-Lubec. pro *quartus a beato Petro*, substituerunt *tercius*. In Greven. male ponitur *Felicitatis martyris*, loco *Felicitatis matris*. *Busbanio Parisii* errores sunt in Munerato; sicut *Antonio* in præfato Greven. Omnes codices pro textu allegati habent : *Item civitate Emerita*, excepto Molano, cui antiquiores nobiscum subscribunt : *In civitate Emerita*, res non est digna litigio.

Clementis. OBSERVATIO. Quæ de hesterna Cæciliæ celebritate diximus, hic de Apostolico *Clemente Papa* repeti omnia possent; nempe tam vetustam in ecclesiasticis officiis ejus festivitatem esse, quam antiqua sunt monumenta ipsa, quibus ulla alia sancti alicujus memoria exprimitur. Excipio Bucherii Kalendarium, in quo non videtur referri Clemens Papa v Idus seu IX Novembris, his verbis : *Clementis, Semproniani, Claudi, Nicostrati in Comitatum*; uti nec in eodem Kalendario reperitur hesterna Cæcilia. Verosimilius est, in Kalendario Carthaginensi signari immediate ante *Crisgonum*, pro quo audeo legere Chysogonum, *S. Clementis*, exesa utrobique diei nota. At in reliquis omnibus laudatis die præcedenti Kalendariis, Sacramentariis, Martyrologiis, aliisque libris sacris certatim recolitur Clementis Papæ solennitas. De Hieronymianis apographis, dubium non est, quidquid Clemens aliquis etiam XXI hujus ibi consignetur, de qua controversia videndus utroque die Florentinius. Beda, ejusque descriptor Rabanus, idem elogium ex vulgatis Actis contractum referunt. In serie nostra Romanum parvum brevissime : *Sancti Clementis episcopi*. Ado in Martyrologio pauca habet, plura in Festivitatibus Apostolorum ; Noster non nisi summa capita hinc inde decerpsit, sic elogium formans, ut vel critici ipsi nihil magnopere queant opponere, nisi qua parte martyrium ejus aliqui oppugnant. Notissima sunt Clementis Acta, de quibus videndus Baronius et notatio Rosweydi pag. 221 ; varia sunt a variis edita, sed ad tuendam omnimodam eorum sinceritatem, brevia occurrunt, scopuli et syrtes in mari magno, quod posteris nostris enatandum relinquo. Plurima enim in ejus gestis, ætate, exilio, scriptis seu veris seu supposititiis enodanda supersunt, quæ etiam post stratam a multis eruditissimis viris viam, operosissima disquisitione indigeant, nec scio, an Mss. nostra varia rem satis complanatura sint. Vide quæ præ ceteris diligenter conatus est Tillemontius, omnia quæ ad indubitatam Clementis laudem faciunt, studiose scrutatus tomo 2 a pag 149 et a pag. 549. Sic cecinit Wandelbertus :

Nonam Papa tenet Clemens certamine, et altis
Virtutum titulis, mortem qui passus in undis,
Reperit extructum divino munere templum.

Felicitatis Sequitur fortissima mater *plusquam martyr*, quæ *septem pignoribus ad regnum præmissis toties ante se mortua est*, etc., ut de ipsa egregie prædicat Magnus Gregorius. In citatis supra tabulis ecclesiasticis ferme omnibus, Clementi Papæ eodem die subnectitur. Ipsam memorant Hieronymiana : *Et sanctæ Felicitatis*. Beda : *Eodem die sanctæ Felicitatis, matris septem filiorum martyrum, qui jubente Antonino decollata est pro Christo*. Sic ferme Rabanus. Accedunt Wandelbertus, Romanum parvum, Ado et Usuardus. Longior est Viennensis historia ; satis habuit Noster breviorem Bedæ phrasim describere. De matris et filiorum genuinis Actis, inter Sincera a Ruinartio editis, abunde egimus x Julii. Locus hic etiam tribuendus Wandelberti disticho, cui tertium versiculum, ad sequentem Sanctum spectantem, conjungimus :

Tum quoque septena genitrix cum prole, beato
Præcellens radiat Felicitatis alma triumpho.
Hicque suos Trudon mundi contemptor adornat.

Trudonis Est is a quo oppidum Hasbaniæ Trudonopolitanum, diœcesis et ditionis Leodiensis cognominatur, olim Sarchinium, pluribus Sanctis celebre. *Trudonem* invenio in Floro a nostris edito, ubi *presbyteri*

byteri titulus omittitur, et ita in Rabano. De cetero diversa utriusque phrasis, diversa et Nostri, ut facile pateat, alterum alteri visum non fuisse. Nec magis consonat additio, codicibus Hieronymianis Corbeiensibus facta. Adoni a Mosandro adscribitur, male, opinor, cum nec amplissimo Pratensi apographo consignatus sit; recte proin a Rosweydo in appendicem rejectus. Vita a Theodorico abbate, elegantiori oratione ex Donati autographo expolita, exstat apud Surium. Omnia accuratius expendit et discussit Mabilio sec. 2 Benedictino a pag. 1069, quæ cum variis manuscriptis nostris suo loco conferri et illustrari poterunt. — *Severinus*, de quo hic agitur, soli Usuardo tribuendus est, æque ac *Lucretia* Emeritensis, ex Hispania, ni fallor cum pluribus ab eo relata. Tu vide de ipsa Notationem Baronii. Prior in Martyrologio Romano, haud dubie ex Belino, ponitur XXVII Novembris, quo depositionem notat Castellanus, hoc vero die obitum. Quæ gesta de ipso supersint, necdum mihi innotuit.

Severini. Lucretiæ

AUCTARIA.

PRATEN. ANTVERP-MAJ. et ROSWEYD. Jam diximus in Variantibus Columbanum ab his tribus tertio loco referri. In PRATENSI post Clementem erasa fuerant omnia; ut autem Columbanus in id spatium induceretur, brevianda fuit annuntiatio a nobis posita XXI. Sic saltem habent codices: *In Italia, beati Columbani abbatis, multorum fundatoris cœnobiorum.* Aliter in PRATENSI legerunt Castellanus et Chamillart; quod certe non capio, nisi a tempore Sirmondi nova interpolatio accesserit.

Columbani.

HERINIEN. Totum textum purissimum habet, sed secundo loco proprium Remense inserit: *In territorio Remensi, depositio sancti Gotberti confessoris.* Alias *Godeberti.*

Gotberti

TORNACEN. Deficit in solo Trudone.

PULSANEN. Purus in prima, omittit secundam et tertiam: in quarta purus. Deest ultima.

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. et LEYDEN-BELG. Penultimo loco inserunt: *Civitate Methis, sancti Clementis, patrui Clementis Papæ, primi Methensium episcopi.* In toto textu satis puri sunt.

Clementis Metensis.

ULTRAJECT. LEYDEN-LAT. ALBERG. et DANIC. Idem habent augmentum de Clemente Metensi, sed præterea annuntiationi primæ hæc superaddunt: *Hic post beatum Petrum secundus, ex ejusdem præcepto suscepit pontificatum Ecclesiæ gubernandum. Licet autem Linus et Cletus ante eum scribantur, non tamen secundum Haymonem et alios qui de sede Apostolica scrutati sunt, sedem tenuerunt Romanam ut Pontifices, sed tamquam summi Pontificis adjutores.*

Ejusdem

De Clemente PP.

CENTULEN. *Natale sancti Clementis Papæ et martyris, de quo Apostolus ait: cum Clemente et ceteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. Romæ, sanctæ Felicitatis matris septem filiorum quæ cum ipsis filiis suis, sub Antonino passa est. In pago Hasbaniensi depositio sancti Trudonis abbatis et confessoris, viri cenobii et sanctitate præclari.*

BRUXELLEN. Sic primam format: *Romæ, natale sancti Clementis Papæ et martyris, qui sub Trajani imperatoris persecutione, anchora ad collum ejus ligata, in mare præcipitatus, martyrio coronatur. Cujus corpus mari ad quatuor milia recedenti, in archa saxea in templo marmoreo repertum, et ad urbem Romam delatum est, ubi ejus nominis memoriam usque hodie constructa custodit ecclesia.* Sequitur de Clemente Metensi, ferme ut supra. Tum reliqua textus, sic tamen ut penultimo loco interseratur: *Apud civitatem Bituricas, sancti Faceri presbyteri.* Puto esse *Faretri*, vel *Pharetrii*, Gallice *Phalier.*

De Clem. PP.

Clementis Metensis.

Faretri

HAGENOYEN. De Clemente multa congerit, præter ea quæ in Actis continentur, sed non vacat omnia ex hoc codice describere. Pergit: *Eodem die, sanctæ Felicitatis martyris natale, matris septem fratrum, quæ filios suos mori conspiciens, et pro ipsis summe dolens corpore, sed spiritu tota gavisa est, quia illos ad cælos transmisit. Quæ jubente Antonino imperatore ad ultimum decollata est. Hanc Gregorius plusquam matrem vocat in omeliis. In pago Hasbanico, id est Haspegoune, depositio S. Trudonis, presbyteri et confessoris, ammirandæ sanctitatis viri.* De Severino pure; Lucretiam remittit ad diem sequentem.

De Felicit.

De Trudone

AQUICINCT. De Clemente, addit: *Hic septem regiones divisit notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta Martyrum sollicite et curiose perquirerent. Hic ex præcepto B. Petri suscepit Ecclesiæ pontificatum. Linus et Cletus ante eum scribuntur, quia ab ipso principe Apostolorum ad ministerium sacerdotale, episcopi sunt ordinati.* Vide appendicem Adonis in editione Rosweydi.

De Clemente

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Clementis Papæ et martyris. Felicitatis martyris et viduæ. Severini monachi. Lucretiæ virginis.*

CODEX D. LE MARE signatus A. *Depositio sancti Porciani confessoris.* Colitur die sequenti.

Porciani.

In VATICAN. num. 5949. Desunt tres Sancti ultimi textus Usuardini. Adjicitur: *In Italia, monasterio Bobio, sancti Columbani abbatis.*

Columbani

CODEX CASTRI KAR. *Sancti Laurentii martyris.*

Laurentii

BIZUNTICEN. Male legit; *In pago Austurio*, vel *Austunio, sancti Trudonis.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. Proprium sic inserunt: *In pago Laudunensi, sancti Godeberti presbyteri et confessoris.*

Godeberti.

EDITIO LUBECO-COL. De Clemente ea ferme omnia habet, quæ jam relata sunt, et præterea adjungit: *Hic statuit, ut baptizatus, prout citius potest confirmetur, quod non esset aliter perfectus Christianus. Hic persecutione Traiani imperatoris, a judice Aufidiano in mare præcipitatus est, et orantibus Christianis et flentibus, mare in sinum suum fere per tria miliaria retrocessit, et ingressi per siccum populi repererunt templum marmoreum angelicis manibus præparatum, et in eodem corpus B. Clementis sepultum, ancora juxta eum posita. Jacuit autem ibidem per annos septuaginta sex. Tempore vero Nicolai Papæ I translatum est corpus sancti Clementis Romam et collocatum in ecclesia, quæ nunc dicitur sancti Clementis.* In reliquis fere similis est codicibus mediæ notæ, inserens etiam loco penultimo Clementem Metensem.

De Clemente

Clementis Metensis

BELIN. Severinum transtulit ad XXVII. Multa de cetero male contorta sunt.

GREVEN. *Methis, depositio sancti Clementis, primi ejusdem urbis episcopi, patrui sancti Clementis Papæ, a beato Petro cum aliis duobus, scilicet Cœlesti et Felici illuc directi. In Cameraco, Sarii presbyteri et confessoris. In territorio Remensi, sancti Goberti confessoris. Bituricas, sancti Faletri*

Clementis Metensis

Sarii

Goberti

Faletri

presbyteri

Faustinæ. Theodoræ. *presbyteri. Faustinæ reginæ, quæ in confessione beatæ Katherinæ credens, postmodum pro fide Christi, post mamillarum extractionem decollata est. Theodoræ uxoris beati Sisinnii martyris.*

De Clemente. MOLAN. Clementis elogium litteris Italicis textui immiscet : *Hic septem regiones divisit notariis fidelibus, qui gesta martyrum sollicite perquirerent. Hic ex præcepto beati Petri ecclesiæ suscepit pontificatum. Linus et Cletus ideo ante ipsum scribuntur, quia ab ipso principe Apostolorum, ad ministerium sacerdotale episcopi sunt ordinati. Qui jubente Traiano, missus est in exilium trans Pontum mare, in eremo, ubi multis ad fidem vocatis per miracula et doctrinam ejus, præcipitatus est in mare, ligata ad collum ejus anchora; sed recessit mare, orantibus discipulis, per tria milia, et invenerunt corpus in arca saxea in marmoreo templo, et anchora juxta, talique martyrio Petri discipulus coronatur.* De Trudone, post *Hasbanio*, addit, *in Sarchinio, depositio*, et post *confessoris admirandæ sanctitatis viri*. In fine : *Cameraci in ecclesia Dei genitricis B. Mariæ, beati Sarii presbyteri et confessoris.* *Sarii.* Dein : *Civitate Metis, sancti Clementis patrui Clementis papæ primi Metensium episcopi.* *Clementis Metensis.* Denique : *In territorio Laudunensi, sancti Goberti confessoris.* *Goberti.* Posteriores editiones de Clemente in textu solum habent : *ligata ad collum ejus anchora*, ante *martyrio*. Post de solis Notariis, etc. De Trudone, ut in prima. Item de Sario et Clemente Metensi. Gobertum collocat, *in territorio Remensi*. Tum ex Horologio Græco adjicit : *Die vigesima, tertia sancti patris Gregorii Agrigantini. Et Amphilochii episcopi Iconii.* *Gregorii. Amphilochii.* Utriusque Acta per Metaphrasten exstant apud Surium. Tu de iis vide judicium Papebrochii in Ephemeridibus Græco-Moscis ante tomum 1 Maii pag. LI.

VIII *Kal.* *Die 24.*

Chrysogoni. Romæ, natalis beati Chrisogoni martyris, qui post longa vincula et carceres, pro constantissima Christi confessione toleratos, jubente Diocletiano, capite cæsus et in mare projectus, martyrium consummavit. *Crescentiani.* Item Romæ, sancti Crescentiani martyris, qui in passione beati Marcelli Papæ legitur. *Romani.* Castro Blavia, sancti Romani presbiteri et confessoris, cujus sanctitatis præconium miraculorum gloria declarat. *Floræ et Mariæ.* Civitate Corduba, sanctarum virginum Floræ et Mariæ, quæ post diuturnos carceres, pro Christo gladio interemptæ sunt. *Felicissimi.* Apud Perusiam Tusciæ civitatem, sancti Felicissimi.

Multorum codicum hoc die consensus est nempe : *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max Ultraject Leyden Lovanien. Albergen* et *Danic.*

VARIA LECTIO. Solus Molanus recte scripsit *Chrysogoni*; inter codices, alii *Crisogoni*, alii *Grisogoni*, *Esogoni*, *Grisogonii*, etc. Pratensis et Heriniensis proxime ad puritatem, ut est in textu. Antverp-Maj. pro *constantissima*, legit *constanti*. Munerat. et pauci alii habent *Crescenciani*. In Antverp-Maj. error est *preconii*, uti *Florete* et *Perusitam*, pro quo nonnulli *Perusium*. Reliqui *castro Blavia*, ut signant antiquiores codices omnes, Max-Lubec. habet *Blama*; Greven. *Blavie*; Molan. *Blavio*. Munerat. post *diuturnos carceres*, omisit *pro Christo*. Codices aliqui pro *diuturnos*, habent *diutinos*. In solo Molano est *Thusciæ*.

Chrysogoni. OBSERVATIO. Hoc rursus die Sanctum producimus, qui cum Anastasia, cujus Actis immixtus est, omnibus antiquis Fastis tam Græcis quam Latinis reperitur inscriptus. In utriusque honorem basilicæ Romæ exstructæ, eorumque etiam nomina a primis Ecclesiæ seculis Canoni Missæ inserta fuerunt. Quærit Florentinius, Romæ an Aquileiæ tribuendum sit inclyti Sancti martyrium, cum utraque positio in diversis apographis Hieronymianis inveniatur? Quæstionis nodus dissolvi videtur, si Chrysogono, utpote nobili Romano, confessionis initium in patria, consummationem Aquileiæ vel circa Aquileiam assignes. Si hæc solutio non placeat, aptiorem suggere, quæ Martyrologorum et Actorum discrepantias componat. Vide alia apud laudatum Florentium satis accurate notata. Pro Romana positione stant Beda, Rabanus, et tota series nostra, duce Romano parvo, in quo et Zoilus apponitur : *Romæ, Chrysogoni martyris, et Zoili.* Ado longam ex Actis historiam concinnans, non hoc die Zoilum, sed tricesimo post Chrysogoni passionem, ad Dominum perrexisse testatur, adeoque aut ipso die, aut pridie quam coronaretur Anastasia, XXV Decembris. Usuardus de solo Chrysogono loquens, brevi oratione certamina ejus et gloriosum agonem prosecutus est. Dum ad III Aprilis de Agapes et sororum Actis disputaremus, contra Henschenii sententiam, ea cum Baronio aliisque prætulimus, quæ Anastasianis immixta non erant, quoniam hæc gravioribus difficultatibus impedita sunt, ut vide apud Ruinartium inter Selecta a pag. 419, et apud Tillemontium tomo 5 a pag. 323. Cum autem Chrysogoni nostri certamen ex præfatis S. Anastasiæ Actis acceptum sit, danda erit suo tempore opera, ut si quid ibi etiam non sinceri seminis inspersum deprehendatur, post accuratum examen expurgetur. Sic solum Chrysogonum laudat Wandelbertus :

Chrysogonus meritis octavam et funere sancit.

Crescentiani. Ad VIII Augusti ex vetustissimo Bucherii Kalendario hunc textum retulimus : *Ballistariæ, Cyriaci, Largi, Crescentiani, Memmiæ, Julianæ et Smaragdi.* Antea vero ad XVI Martii hodiernum *Crescentianum*, a Romano parvo et Adone eo die positum, ab Usuardo illic præteritum, indicavimus. Jam

omissionis

omissionis apparet causa, nempe quod hunc Sanctum huc Noster transtulisset. Refertur et hoc die a Beda cum elogio, ex quo summopere miror, nihil Usuardum desumpsisse. Quid de Marcelli Actis, unde et hic et plures alii Sancti educti sunt, censendum sit, XVI Januarii et citatis supra diebus, abunde diximus. — In nullo antiquiori Martyrologo *Romanum* invenit Usuardus, sed ex Gregorii Turonensis libro de Gloria Confess. cap. 46 acceptum, primus ipse hoc die collocavit. *Scripta vitæ* a Gregorio memorata, verosimiliter deperdita sunt. A Magno Martino *sepulturæ locatum, et sepulchrum ejus contiguum Blaviensi castello, super littus amnis Garonnæ* esse, *in quo sæpius naufragio perituros virtutis suæ salvat occursu*, ex laudato antistite discimus. Est penes nos vita aliqua Romani manuscripta, plurimis Sancti miraculis referta, ex qua videtur extractum officium, quod in usu est ecclesiæ parochiali d'Etrahaam prope Baiocas. De ea modo judicium ferre non vacat, satis hic sit, vere Usuardinum ostendisse Romanum, æque ac sunt sequentes Cordubenses virgines cum Felicissimo. — *Floræ* et *Mariæ* victorias ac trophæa egregie descripsit dignissimus martyrum Cordubensium encomiastes, et ipse in eadem Arabica persecutione gloriosus martyr, Eulogius libro 2 Memorialis toto cap. 8. Inde, vel potius ex recentissima Hispanorum memoria habuit Usuardus, quo ipsas merito in Martyrologium suum insereret. Quæ de præclarissimis virginibus, *intincto in Spiritus sancti pyxide calamo*, alibi memoravit Eulogius, diligenter hic a Baronio assignata sunt. — Porro *Felicissimus* Perusinus ex Hieronymianis accessit, solo nomine et martyrii gloria insignitus.

Romani. *Floræ et Mariæ.* *Felicissimi.*

AUCTARIA.

In PRATENSI, sive ad marginem, sive in fine textus, recentiori manu adjecta, adeoque in apographo nostro subvirgulata sunt hæc : *Aprutio, sancti Flaviani episcopi et confessoris.* Unde hic Flavianus adjectus sit, non divino ; Castellanus die sequenti notat Flavianum Vercellensem. *Flaviani.*

TORNACEN. In prima purus, omittit secundam de Crescentiano ; totum Romani elogium rescindit ; denique Cordubenses etiam virgines Floram et Mariam prætermittit.

ROSWEYD. Purus in textu, adjicit : *Item Carpasii, qui post eculeum, fustes et ungues, flammis injectus, emisit spiritum.* Carpasium lego in Crescentiani elogio apud Bedam, qui Vicarii munere fungens, diram in Martyrem carnificinam exercuit. Non mirarer, si hic pro Sancto huc irrepsisset ; certe verba omnia ex præfato Crescentiani elogio accepta videntur. *Carpasii.*

PULSANEN. In prima mutilus, in Cordubensibus purus, omisit reliqua omnia.

Textus mutilus. CENTULEN. *Romæ, sancti Chrysogoni martyris, qui sub Diocletiano per biennum in carcere maceratus, tandem gladio feriente ad palmam pervenit. Item Romæ, sancti Crescentiani martyris, sub judice Carpasio. Castro Blavia, sancti Romani sacerdotis et monachi, quem defunctum Martinus episcopus Turonensis gavisus est sepelisse. Cordubæ sanctarum virginum, Floræ et Mariæ, quæ post diuturnos carceres*, etc., pure. Deest Felicissimus.

BRUXELLEN. In prima nonnihil mutilatus, in secunda purus est. Sequitur : *In Galliis civitate Regensi, sancti Maximi episcopi et confessoris ; qui a primæva ætate, virtutum omnium gratia præditus, primo Lyrinensis cœnobii pater, deinde Regensis ecclesiæ episcopus, signis et prodigiis inclytus extitit, sicque inter alia gesta magnifica, tres mortuos ipse vivens suscitasse perhibetur.* In hoc codice Sanctos sæpe pro mero arbitrio transponi, non semel diximus. Vide de Maximo XXVII Novembris. In Cordubensibus virginibus et Felicissimo satis purus est, sed Romanum distulit ad diem sequentem. *[illegible]*

HAGENOVEN. Incipit : *Civitate Mettis, depositio sancti Clementis episcopi, patrui sancti Clementis Papæ, quem idem Clemens illuc misit, episcopum primum civitatis illius.* Vide Auctaria diei præcedentis. Tum : *In Aquilegia, passio sancti Crisogoni martyris. Hic nobilis erat valde corpore, sed multo nobilior fide. Hic beatam virginem Dei Anestasiam erudivit in fide ; et ipso constituto in vinculis, et illa multum suis epistolis confortavit. Hic Romæ erat multo tempore vincula et carceres perpessus, et in Aquilegiam a Diocletiano ductus est vinctus, et ibi cum sacrificare nollet, est decollatus et in mare projectus.* In Crescentiano, Cordubensibus, et Romano satis purus est, sed in fine loco Felicissimi, substituit annuntiationem hesternam de Lucretia Emeritensi, quam vocat *Lucrenam*, sæpe multa male torquere solitus. *[illegible] Metensis.* *[illegible]* *Lucretiæ.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine : *Item apud Reatinam civitatem, sancti Eleutherii martyris.* An is forte est, qui cum *Anthia* matre sua colitur XVIII Aprilis? *Eleutherii.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Grisogoni martyris. Crescentiani martyris. Floræ et Mauræ virginum et martyrum. Porphyrii militis et martyris, cum sociis a beata Katerina conversis.* *Porphyrii.*

In VATICAN sub num. 5949. Desunt iterum tres annuntiationes ultimæ. Adjicitur autem : *Flaviani episcopi et confessoris Constantinopolitani.* Vide Romanum XVIII Februarii. *Flaviani.*

STROZZIAN. *In civitate Regii, sancti Prosperi episcopi et confessoris.* An hinc istum accepit BELINUS? Vide Romanum et Acta XXV Junii, et GREVENUM, infra. Nescio quem Prosperum, solo *confessoris* titulo, die sequenti referat Castellanus, nisi fortasse ex Hieronymianis acceperit. *Prosperi.*

BIZUNTICEN. *Inventio corporis beati Benigni presbyteri et martyris.* Vide I Novembris. *Benigni.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Colonia Agrippina, translatio beati Gereonis et sociorum ejus Thebæorum, quæ a Domino Frederico primo Coloniensium archiepiscopo, et Rodulpho sancti Panthaleonis abbate facta est anno ab Incarnatione Domini* MCXXI. *Item Colonia, in ecclesia prædicti martyris sancti Gereonis, commemoratio beati Gregorii et sociorum ejus Maurorum.* Sequitur totus textus solito purior, cui tertio loco hæc interjicit : *Alexandriæ, beati Porphirii martyris, cum quibusdam aliis militibus, quos beata virgo Caterina convertit ad Christum.* *Translationis Gereonis, etc.* *Gregorii et soc.* *Porphyrii.*

BELIN. Tertio loco interponit : *Item civitate Regii, sancti Prosperi episcopi et confessoris.* Vide STROZZIANUM, supra. *Prosperi.*

GREVEN. *Alexandriæ, sancti Porphirii et sociorum ejus militum et martyrum, qui in passione beatæ Katherinæ credidissé leguntur. Ignatii martyris. Apud Coloniam Agrippinam, inventio et elevatio sancti Gereonis martyris. Cum enim anno Domini* MCXXI *Norberthus Præmonstratensis pro Sanctorum* *Porphyrii.* *Ignatii.* *Inventio Gereonis, etc.*

reliquiis

reliquiis Coloniam venisset, et in præfati martyris basilica in oratione pernoctaret, mane in medio basilicæ fodi præcepit, inventumque est corpus sancti Martyris integrum, et a Frederico primo archiepiscopo Coloniensi et Rodolpho abbate sancti Panthaleonis atque a fidelium populo, honore condigno elevatum. Item apud eumdem urbem, in eadem basilica, commemoratio beati Gregorii ducis ac sociorum ejus Maurorum martyrum. Vide EDITIONEM LUBECO-COL.. *In territorio Moriennæ, sancti Marini martyris. Translatio sancti Prosperi Regiensis episcopi, doctoris præcipui. Eodem die, sancti Eleutherii.*

Gregorii et soc. *Marini* *Translationis Prosperi* *Eleutherii*

MOLAN. In fine ex BELINO. *In civitate Regii, sancti Prosperi episcopi et confessoris.* Dein minoribus typis de inventione et elevatione Gereonis GREVENUM describit, addens : *In territorio Arvernensi, sancti Portiani abbatis et confessoris, de quo B. Gregorius Turonensis scripsit librum quintum de vita Patrum.* Editiones aliæ litteris Italicis tertio loco novam annuntiationem inserunt : *Mediolani, Prothasii episcopi et confessoris.* In fine : *In territorio Arvernensi, sancti Portiani abbatis et confessoris. Die vigesima quarta, sancti martyris Mercurii.* Vide ejus Acta apud Surium.

Prosperi. *Gereonis, etc.* *Portiani* *Prothasii* *Mercurii*

VII *Kal.* *Die* 25.

Petri et soc. **N**atalis beati Petri episcopi Alexandriæ, qui cum esset omnibus adornatus virtutibus, in Scripturis quoque divinis nulli priorum inferior, et sacerdos et hostia Dei, subito rapitur, atque ex Maximini præcepto capite obtruncatur. Cum quo simul et alii plures ex Ægypto episcopi trucidantur, fere cum clericis et laicis, sexcenti sexaginta. *Erasmi.* Item Antiochiæ, sancti Erasmi martyris.

Plurimi codices textum totum habent et integrum; sed purum et nulla omnino parte auctum, soli hi quatuor : *Praten. Hermacn. Rosweyd.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. De *Egypto, Herasmi* et hujusmodi nugis non loquor. Male in apographo nostro Pratensi pro *clericis*, scriptum est *cleris*. Una est notabilis variatio, in qua ab omnibus aliis differt Molan. Adonem procul dubio secutus, in quo legitur *fere cum clericis et laicis sexcentis sexaginta.* Recte utique et sensu non malo; at Usuardus aliter hæc verba construxit. Numerus ille, satis aliunde incertus, auctus est ab aliis, qui totam Petri sociorum multitudinem ad sexcentos sexaginta sex pejus extenderunt. Communissima variatio, ob quam tot codices a puris exclusi sunt, oritur ex appositione sanctæ Catharinæ, qua cum careant citati quatuor codices, hinc verosimillimo argumento eorum supra alios antiquitas dignosci potest; quemadmodum in præfatione notare non negleximus.

Petri. OBSERVATIO. *Petrus* Alexandrinus episcopus, martyr clarissimus, imo velut antonomastice *Martyr*, et vulgo *finis*, seu *sigillum Martyrum*, apud Eusebium ceterosque antiquos scriptores ob morum integritatem ac doctrinam, non minus quam ob perpetuos labores, atque innumerabilium, atrocissimæ persecutionis tempore, ærumnarum tolerantiam laudatissimus est; tribus potissimum diebus in tabulis ecclesiasticis Latinis et Græcis celebratus, nempe XXIV, XXV et XXVI Novembris. In apographis Hieronymianis constanter signatum reperio die XXVI. *In Alexandria Petri*; ad quæ videri potest notatio Florentinii. Ceteri Martyrologi Beda, Rabanus, Wandelbertus et tota series nostra, veriorem, ni fallar, viam ingressi, hunc diem XXV Petri cultui unanimiter dedicant; idque apud Latinos, perseverasse certum puto, donec accrescens in Occidente Catharinæ gloria, ita Petrum obumbravit, ut in sequentem diem recesserit. Ceterum priorum duorum codicum, vel potius solius Bedæ nitidissimum est elogium, Rufini lib. 9, cap. 6 verbis ferme conceptum, atque a Nostro ex Beda descriptum, addita sola ultima clausula, cujus auctorem credimus Romanum parvum; in quo nimirum indeterminatus apud Rufinum Petri sociorum numerus, ad sexcentos sexaginta, nescio quo fundamento, extenditur. Romani parvi verba sunt : *Sancti Petri Alexandrini episcopi, cum aliis* DCLX. Verius cum Rufino lib. 8, cap. 14 dixisset, *innumerabiles* cum episcopis *nobilissima pertulisse martyria.* Diffusior Adonis narratio principium habet ex laudati Rufini libro 7 capite ultimo, cetera compilavit ipse ex Actis illis, de quorum veritate usque adeo controvertitur, ut vix ullus eruditorum hodie virorum, post Hermantium, Valesium, Pagium, Papebrochium aliosque, ea tamquam sincera admittere audeat, seu ut a Metaphraste edita et Latine versa, seu ut a Combefisio inter Lectos triumphos a pag. 189 utroque sermone vulgata sunt. Paucula nos de summi antistitis laudibus strictim digessimus in nostra de Alexandrinis Patriarchis chronologia pag. 34 a num. 180. At nemo, quod sciam, Petri gesta, et quæ cum eis connexa sunt, collegit, disposuit, discussit accuratius quam Tillemontius tomo 5 a pag. 436, et in notis a pag. 755, quæ omnia in Actis ad incudem erunt revocanda. Hoc Wandelberti encomium est :

Septenam Petrus antistes martyrque venustat;
Urbis Alexandri populus quo præduce fultus
Errorum curvos sprevit cæcosque meatus.

Erasmi. Alter in textu nostro nominatus martyr *Erasmus*, omnibus aliis Martyrologiis, fere dixerim scriptoribus plane omnibus, incognitus videtur nisi idem prorsus sit cum Erasmo illo, in Campania Italiæ celeberrimo, quem ex Usuardo aliisque retulimus III Junii, ut ex erudito Henschenii commenta-

rio

rio tomo I a pag. 211 facile datur intelligi. Quid Usuardum impulerit, ut talem hoc die commemorationem conciperet, nec hariolando assequor; interim ab eo positam fuisse, dubitare non sinit codicum prope omnium saltem probatissimorum consensus.

AUCTARIA.

Catharinæ. PRATEN. In hoc codice, teste Castellano, longe recentiori manu adjicitur : *Apud Alexandriam, sanctæ Catharinæ virginis et martyris.* Pleni sunt hujus Sanctæ laudibus recentiores omnes codices hic citandi. De quibus, ut semel dicam, vide Ephemerides Græco-Moscas ante tomum I Maii, pag. LI, et Responsiones Papebrochii ad articulum XI a num. 77, etc.

Ejusdem. HERINIEN. In inferiori codicis ora, manu a textu diversissima et recenti, per asteriscum ad finem textus remittitur : *Ipso die, beatæ Katherinæ virginis et martyris, quæ in civitate Alexandrina passa est sub Maxentio imperatore.*

Ejusdem. ANTVERP-MAJ. Medio textui puro inserit : *Apud eamdem urbem, passio sanctæ Katharinæ virginis et martyris.*

Mercurii. Catharinæ. PULSANEN. Hunc habet textum : *Natalis beati Mercurii martyris. Eodem die, passio sanctæ Ecaterinæ virginis, quæ jubente Maxentio imperatore, Alexandriæ martyrio coronata est. Sed postea ab angelis ad montem Synai est delata, ubi frequenter fiunt præclara miracula per eam.* Petrus ad diem sequentem rejectus est; de Erasmo, nihil.

Ejusdem. ANTVERP. MAX-LUBEC et UGHELLIAN. Textui puro in fine addunt : *Ipso die, passio sanctæ Catherinæ virginis et martyris, quæ passa est sub Maxentio imperatore.*

Idem fere habent, sed in principio, LOVANIEN. et LEYDEN-BELG. Item ANTVERP-MAX. sed hic caret Erasmo.

De eadem. MUNERAT. Hoc dat principium : *Apud Alexandriam, natalis beatæ Katherinæ virginis et martyris; quæ cum sacrificare Ydolis nollet, jussu Maxentii imperatoris, bissenis diebus negato cibo et potu, in obscuro carceris ergastulo trusa, et ibidem per columbam angelico pane sustentata, multis etiam aliis tormentorum generibus, auxiliante Domino, postmodum superatis, constantissime in fide Christi perseverans, novissime decollata est. Mox siquidem sancti angeli accesserunt, corpusque beatæ virginis per altum in aera visibiliter deportantes, mirabiliter in monte Sinay collocaverunt. Qui mons a decollationis loco viginti diebus itineris et eo amplius remotus est.* Textus purus est.

Item. BELIN. Sic loquitur : *In monte Sinay, sanctissimæ Chaterinæ virginis et martyris, filiæ Costi regis in civitate Alexandria, quæ a Maxentio imperatore, ob fidei Christianæ confessionem in carcerem clausa, et postmodum scorpionibus diutissime cæsa, tandem capitis obtruncatione martyrium complevit. De corpore ejus lac pro sanguine emanavit. Post mortem autem ejus venerunt angeli et tulerunt corpus ejus et portaverunt illud in montem Sinay, et in eodem loco honorifice sepelierunt. De sepulchro vero ejus emanat oleum, quod languidorum corpora sanat.* Sequitur de Erasmo, pure. Tum *Eodem die apud Emiliam, sanctæ Jocundæ virginis.* *Jocundæ.* Petrus ad diem sequentem remotus est.

Catharinæ. GREVEN. *Alexandriæ, passio sanctæ Katerinæ, gloriosæ martyris et virginis Christi, cujus ossa stillare oleum divinitus inveniuntur. Quæ decollata, ab angelis deportatur, et in montis Synai vertice sepelitur.* Sequitur textus purus.

Ejusdem. ULTRAJECT. et LEYDEN-LAT. Incipiunt : *Alexandriæ, beatæ Katharinæ virginis; quæ post multos agones, et cruciatus, quos pro Christi amore et constantissima fidei defensione pertulit, jussu Maxentii, capitali sententia punita est. Cujus sacratissimum corpus, post capitis abscisionem, obsequio angelorum deportatum est in monte Synay* (et) *honorifice collocatum, ubi etiam multis refulgens miraculis, salutare desudat oleum, in salvificum et efficax remedium languidorum.* Post hæc sequitur textus purus.

Ejusdem. Marculi. ALBERG. et DANIC. idem habent de S. Catharina, sed Petrus retrocedit. Itaque secundo loco : *In Numidia, natale sancti Marculi martyris, præcipicio extincti.* In Romano est *Marcelli*, XXVI. Tu vide notulam Castellani hic, et præterea pag. 724 : item Tillemontium tomo 6 pag. 712. In fine habent hi duo codices de Erasmo, pure.

Catharinæ. CENTULEN. *Alexandriæ, passio sancti Petri, ipsius civitatis episcopi, inter præcipuos egregii, qui persecutione Deciana* (patentissimus error) *gladio peremptus, occubuit; cum quo simul alii plures episcopi trucidati sunt, sed et clerici et laici sexcenti sexaginta. Eodem die Alexandriæ, Katherinæ virginis, sub Maxentio Diocletiani filio.* Satis patet, quid velit dicere.

Ejusdem. Marculi. Benedicti. BRUXELLEN. Primo loco de Catharina, ferme ut ULTRAJECT. etc. In Petro modice auctus, de Marculo etiam habet, ut citati codices; et in Erasmo, purus est. Tum : *Eodem die, sancti Benedicti presbyteri et martyris.* Non est, unde dignoscatur, nisi vera sint, quæ infra habet EDITIO LUBECO-COLONIENSIS. Sequitur de Romano Blaviensi, ex die præcedenti. Tum in inferiori paginæ ora per asteriscum huc remittitur, eadem ferme manu scriptum : *Ipso die apud civitatem Remensem, vir miræ sanctitatis Albertus episcopus Leodiensis, frater Heynrici magni Lotharingiæ ac Brabanciæ ducis, propter custodiam ecclesiasticæ libertatis de mandato Heynrici imperatoris interemptus, occubuit :* *Alberti Leodiensis.*

Legia quem legit, electum Roma promovit,
Remis sacravit, sacratum martirizavit.

Jam de ipso egimus in Auctariis XXI Novembris.

De Catharina. HAGENOYEN. In textu utcumque purus, subjicit longius Catharinæ elogium, in quo præter superius allata, nihil magnopere novi producit, excepta conversione quinquaginta philosophorum, Porphyrii, etc., quæ vulgo notissima sunt, nec ad nauseam hic repetenda. Denique : *In Numidia, natale sancti Marculi martyris,* etc. *Marculi.*

Catharinæ. AQUICINCT. Notat descriptor, agi in fine de Catharina, duobus verbis.

Ejusdem. VICTORIN. *Eodem die, sanctæ Catarinæ virginis, quæ sub Maxentio cæsare capite truncata est.*

Marculi. CODEX Ursini a Rosemberg. *In Numidia, natale beati Martilli martyris, præcipitio extincti.* Diximus supra, scribi in Romano, *Marcelli*. Codices alii habent, *Marculi*. Vide quæ diximus ad codicem ULTRAJECTINUM, etc. *Marculi.*

Catharinæ. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Katherinæ virginis et martyris. Petri episcopi et martyris, cum sociis DCLX. Erasmi martyris.*

Mercurii. REG. SUEC. sub num. 130. *Et natale beati Mercurii martyris.* Vide Romanum.

VATICAN.

VATICAN. num. 5949. Hunc habet textum : *Beneventi, natale beati Mercurii martyris, qui tempore Decii, post plurima supplicia, forti animo tolerata, capite cæsus martyrium consummavit.*

Mercurii Beneventani.

FLORENTIN. *Apud Italiam in civitate Regii, translatio corporis sancti Prosperi, ejusdem urbis episcopi et confessoris, de ecclesia, quæ est extra muros, revelatione divinitus facta, de quo Thomas, qui tunc erat ejusdem urbis episcopus, scribens, ait : Quod de Hispaniæ partibus fuit oriundus, doctor eximius, fide Catholicus, aspectu angelicus, sermone præclarus, opere sanctus, corpore castus, ingenio subtilis, consilio providus, et caritate diffusus, et per Leonem Papam I in dicta ecclesia extitit episcopus ordinatus.* Dixi alibi, vitam ejus illustratam esse die natali, XXV Junii. Pergunt : *Item sancti Mercurii martyris, cujus gesta habentur.* Tum solus STROZZIANUS sic pergit : *Apud Æmiliam, sanctæ Jocundæ virginis.*

Translationis Prosperi de quo pluva

Mercurii.

Jocundæ.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Catharina, ut ULTRAJECT. etc., supra. Petrus ad diem sequentem translatus, Erasmus prætermissus est. Pergit : *In Numidia, natale sancti Benedicti (qui dictus est et Marculus) martyris, præcipicio extincti. Eodem die, sanctorum Luciani, Marciani et Claudiani martyrum.* Vide Hieronymiana.

Benedicti.

Luciani, etc.

GREVEN. *In Aphrica, Luciani, Claudiani, Marciani, Cipriani, Quiriaci. In Numidia, sancti Benedicti martyris, qui et Marculus, præcipitio extincti. Methis, sancti Livarii martyris. Eodem die, natalis sanctorum Juliani, Cunctori, Quiriaci.* Vide EDITIONEM LUBECO-COLONIENSEM.

De iisdem

Benedicti

Livarii.

Juliani, etc.

MOLAN. Incipit litteris Italicis, de Catharina referens totam BELINI annuntiationem. Sequitur commemoratio Petri Alexandrini pura cum textu, sed ei litteris rursus Italicis longa historia subjungitur, ex Adone desumpta, qua potissimum describitur Petri ad Achillam et Alexandrum de Ario admonitio, etc., quam hic non vacat inserere, vel quod satis nota sit, vel quod in fonte legi possit. In fine ex eodem BELINO subdit : *Eodem die apud Æmiliam, sanctæ Jucundæ virginis.* Editiones posteriores idem habent initium et eodem modo scriptum, subjungunt etiam idem augmentum, sed tota Petri Alexandrini annuntiatio in diem sequentem dilata est.

De Catharina.

Jucundæ

VI *Kal.* *Die* 26.

Lini PP.

Natalis beati Lini Papæ, qui post Petrum primus, Romanam Ecclesiam tenuit annis duodecim, et martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. Apud Alexandriam, sanctorum martyrum Fausti presbiteri, Dii et Ammonii, qui cum beato Petro ejusdem urbis episcopo, jubente Maximino trucidati sunt. Augustudini, sancti Amatoris episcopi.

Fausti et soc.

Amatoris.

Ex *Praten. Tornacen. Antverp-Maj. Munerati prima editione, Greven.* et *Molano.*

VARIA LECTIO. Nihil magnopere observandum suggerunt codices nostri, præterquam quod Antverp-Major, Greveni editio altera, quam sequimur, et Molan. post *Petrum* omiserint *primus* quæ ex Adone, et codicibus nostris Usuardinis fere omnibus interponenda est. Cetera sphalmata scriptoria sunt, ut *Augustudum* in Tornacen. in Antverp-Majore *Viatico* pro *Vaticano*, et *Maximo* pro *Maximino*. Si prior Munerati editio, secundæ plane conformis est, non caret umquam defectibus typographicis. Infra dicemus in quo posterior excedat.

Lini PP.

OBSERVATIO. Ad XXII Septembris sub finem Observationis indicavimus, Linum Papam a Floro nostro et a Rabano referri, atque etiam in nonnullis codicibus Usuardinis auctioribus, ex quibus in Romanum modernum pro eo die derivatum existimamus. Hinc intellige, qualem ibi Usuardum, in Notatione allegare potuerit Baronius ; nempe Belinum, in quo accepta ex hodierno die annuntiatio Usuardina, in mensem Septembrem retracta est. Utrum vero recte divinaverit Grevenus, dum in Auctariis XXIII Septembris *passionem*, hic autem *solemniorem celebritatem haberi* dicit, *quod die translatus perhibetur*, haud equidem ausim asserere in tanta vetustate, in tanta natalium dierum confusione, quidquid in eam partem inclinaret Henschenius, cum pluribus chronologiæ Pontificiæ ordinatoribus. Aliis præterea diebus refertur Linus, ut VII Octobris, etc. ; sed varietatis rationem plane ignoro. Certum est, Romanum parvum, a quo procul dubio, primum in sacris Tabulis hoc die positus est, eum signasse hoc modo : *Romæ, Lini Papæ*. Certum quoque, Adonem hoc die breve ei elogium ex Pontificalibus concinnasse, quod ferme integrum Noster in textum suum transtulit, ubi in serie Romanorum Pontificum, *post Petrum* PRIMUS, seu secundus ordine Christi Domini Vicarius disertissime constituitur. Scio, non pauca idcirco ab eruditis post Baronium agitari ; verum ab eminentissimi Annalistæ sententia recedendum non est : tu eum consule ad annum LXXX, atque in hodierna Notatione. In dispescendis primorum Pontificum annis, a doctissimis Chronologis affatim desudatum est, et porro a nobis sudandum erit, dum Lini Acta colligentur et illustrabuntur. Vide tantisper conatum Tillemontii tomo 2 pag. 146. Pro hoc die Lini cultui vindicando, stat etiam Wandelbertus, hoc unico suo versiculo :

Sextum, Line, sacras roseo de sanguine Papa.

Fausti et soc.

Dubitare visi sumus XIX Novembris, an *Faustus* ibi relatus, confundi non posset cum hodierno *Dii, Ammonii*, imo Petri Alexandrini, in passione socio, qui sub Dionysio diaconus, a successorum aliquo presbyter ordinatus fuerit, ac senio confectus, tandem coronam martyrii sit adeptus. Hæc,

inquam,

inquam, ibi dubitabundi proposuimus. Clarius est, Adonem ex Rufini lib. 8 cap. 14, tres nostros martyres accepisse, *nec merito, nec institutionibus, nec martyrio* Petro *dispares*. Est itaque tota hæc annuntiatio soli Adoni referenda, qui præmisso pridie episcopo, sequenti ministros subjungendos putavit; quamvis fortasse magno dierum, imo mensium, quid ni et annorum intervallo passi sint, qui citato Rufini loco *innumerabiles* dicuntur. Nostra omnia in textu expressa, secundum omnes apices ex præfato Viennensi descripta sunt. — Hieronymianis apographis omnibus apud Florentinium in fine adjectum legitur : *Augustiduno, depositio sancti Amatoris episcopi.* Ex eo fonte annuntiationem suam desumpsit Rabanus. *Amatoris.* An etiam Ado? Negat Mosander, qui asteriscum apposuit; negat Rosweydus, totam commemorationem in appendicem rejiciens : unde consequitur, ex Hieronymianis ab Usuardo primum acceptam et hic signatam fuisse. Quæro hujus Sancti vitam aut gesta, sed nihil usquam reperio ; vide paucula, quæ de ipso notavit Baronius.

In Romano parvo hoc die notatur : *Et beati Alexandri episcopi et martyris, passi* XI *Kalendas Octobris; a Papa Damaso* VI *Kalendas Decembris translati, quando festivitatem ei dicavit.* *De Alexandro Romani parvi.* Quæ verba etiam supra dedimus ad XXI Septembris, quo die Usuardus ipsum Alexandrum ex Adone accepit, atque elogio ex hodierna longiori historia ornavit. Recte, an secus, Noster Sanctum pro suo arbitrio transposuerit, non disputo, satis est mutationem illam hic rursus verbo indicasse.

AUCTARIA.

HERINIEN. Textum purissimum habet, sed ei secundo loco proprium Remense denuo intermiscet : *Basoli.* *Eodem die, transitus beati Basoli confessoris, qui in territorio Remensi vitam heremiticam utiliter est executus tamque in vita, quam etiam post obitum, miraculorum jubare divinitus est illustratus.*

ROSWEYD. Purus etiam in textu, excedit in fine : *Valeriani.* *In Aquileia, Valeriani episcopi et confessoris.* Haud dubie ex Hieronymianis.

PULSANEN. Hic ejus textus : *Petri Alexandrini.* *Natalis sancti Petri Alexandrini episcopi, inter præcipuos egregii. Hic duodecim annos omnes in episcopatu illius urbis exegit, quorum tres ante persecutionem, reliquos vero novem diversis intemptationum generibus duxit. Romæ, natalis sancti Lini Papæ.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Textui puro addunt : *Leonardi.* *Vendopera monasterio, sancti Leonardi confessoris.* Hic in multis codicibus recurrit, vel solus, vel Fausto conjunctus : tu vide de eo Castellanum XV Octobris.

MUNERAT. In prima editione purus, in secunda adjungit : *Eodem die, sanctæ Genovefæ et sancti Marcelli, de miraculo ardentium, facto in ecclesia beatæ Mariæ Parisiensis.* *De miraculo ardentium.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Adjiciunt textui : *Vendopera monasterio, natale sanctorum Leonardi et Fausti confessorum.* *Leonardi et Fausti.* In hoc tamen ULTRAJECTENSIS ab aliis differt, quod Alexandrinos primo loco ponat, Linum vero Papam, ultimo.

ALBERGEN. et DANIC. Pridie diximus, Petrum Alexandrinum in his codicibus huc rejectum. De Lino egerunt XXIII Septembris. Hic in Alexandrinis et Amatore puri sunt. In augmento de Leonardo et Fausto cum codicibus præcedentibus conveniunt. *Leonardi et Fausti.*

CENTULEN. De Lino, addit tempus regiminis, nempe *annos* XII, *menses* III, dies XII. In Alexandrinis purus est. Amatori substituitur : *Eodem die, sancti Alexandri episcopi et martyris, gloriosi in miraculis.* *Alexandri.* Vide Observationem, in fine.

BRUXELLEN. *De Lino.* De Lino addit : *Hic constituit, ut mulier intret ecclesiam capite velato ; dæmones ab obsessis expulit, et mortuos suscitavit, et multa miracula fecit. Quem tandem Saturninus consul, diversis pœnis afflictum decollavit. Eodem die, beati Alexandri episcopi. Qui sub Anthonio Imperatore martyrii palmam suscepit.* *Alexandri.* *Apud Alexandriam, natale sanctorum martyrum Agricolæ, Fausti presbyteri, Elii et Ammonii. Qui cum beato Petro, ejusdem urbis episcopo, jubente Maximiano decollati sunt. Apud Tholosam, Vendopera monasterio, natale sanctorum Fausti et Leonardi confessorum.* *Fausti et Leonardi.* *Item sanctæ Genovefæ virginis.* *Genovefæ.* Forte indicat miraculum, de quo MUNERATUS, supra.

HAGENOYEN. *Romæ, natale beati Lyni Papæ et martyris.* *De Lino.* *Hic, ut quidam dicunt, primus post beatum Petrum erat Romæ Papa, cui non tamen beatus Petrus tantam dedit auctoritatem, sicut Clementi. Hic constituit ex præcepto sancti Petri, ut mulier*, etc., fere ut BRUXELLEN. In Alexandrinis fere purus, in ultima purior est. *In monasterio Vendopera, depositio sanctorum confessorum Leonardi et Fausti.* *Leonardi et Fausti.* *In civitate Constancia, depositio sancti Cunradi episcopi et confessoris.* *Conradi.* *Hic ab ineunte ætate sua devotus erat Deo, et socius fidus sancti Odalrici, Augustæ civitatis episcopi.* Vide GREVENUM, infra.

AQUICINCT. et BURDEGALEN. *Vendopera monasterio, natalis sancti Leonardi confessoris.* *Leonardi.* *Et sancti Flaviani confessoris.* *Flaviani.*

DAVERON. BIGOTIAN. signatus P. 5 et CISTERCIEN. S. Benigni. *Leonardi.* De Leonardo, ut supra.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Lini Papæ et martyris. Basoli confessoris et eremitæ.* *Basoli.* *Fausti presbyteri, Dedii* (Dii) *et Ammonii, passi* (passorum) *cum beato Petro episcopo. Amatoris episcopi.*

REG. SUEC. sub. num. 428. *Eodem die, sanctæ Genovefæ, et sancti Marcelli de miraculo ardentium in ecclesia beatæ Mariæ Parisius.* *De miraculo ardentium.* *Vendopera monasterio, sancti Leonardi confessoris.* *Leonardi.* *In Pago Remensi, natalis sancti Basoli confessoris.* *Basoli.*

VATICAN. sub. num. 5949. Omisso Lino et Amatore, sic habet : *Natale sancti Nicandri in S. Sophia.* *Nicandri.* Tum de Petro Alexandrino. Demum *Romæ, beati Alexandri episcopi et martyris, sub Antonino*, etc., cum elogio, quod haud dubie ex Adonis Martyrologio acceptum fuerit. *Alexandri.*

FLORENTIN. *Transitus sancti Gaudentii monachi, abbatis et confessoris, de partibus Hispaniæ,* *Gaudentii abbatis.* *multisque* (qui multis) *virtutibus clarus quievit in Domino. Sepultus est in abbatia, ad sui nominis honorem fabricata Fæsulanæ diœcesis in Thusciæ partibus.* Hactenus conveniunt; puto sequentia esse in solo STROZZIANO : *Ipso die apud civitatem Avionensem, in partibus Novariæ, sancti Gaudentii, ejusdem civitatis episcopi.* *Gaudentii episcopi.* *In Vendopera*, etc., habet

Leonardi. Alexandri. Belini. Flaviani. Basoli. Petri.

Leonis, pro *Leonardi. Sancti Alexandri episcopi et martyris*, etc. *Item sancti Belini martyris, episcopi Paduani.* Vide Martyrologium Romanum.

CAUDIACEN. *Flaviani confessoris.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Remensi, depositio sancti Basoli presbyteri et confessoris; de quo multoties.*

Leonardi, et Fausti. Sabaudi. Conradi. Basoli. Mercurii. Petri. Belini.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit a Petro Alexandrino inserta visione de veste scissa. De Lino alibi actum est. Sequuntur duæ annuntiationes aliæ puræ. Tum : *Vendopera monasterio, natale sanctorum Leonardi et Fausti confessorum. Romæ, commemoratio sancti Lini Papæ et martyris. Treveris, sancti Sabaudi episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Conradi, episcopi Constantiensis ecclesiæ et confessoris. In pago Remensi, natale sancti Basoli episcopi et confessoris, multis virtutibus clari. Ipso die, sancti Mercuri martyris.*

BELIN. Petro tribuit primum locum, sed textu non satis puro. Tum : *Eodem die, sancti Bellini martyris, episcopi Paduani.* Deinde de Alexandrinis non satis pure. Purior est in tertia. De Lino Papa ferme repetit annuntiationem antea positam XXIII Septembris.

De B. M. V. illatione in templo. Mercurii. Translationis Alexandri, etc. Sirici, etc. Sabaudi. Conradi.

GREVEN. *Festum illationis beatæ Mariæ Virginis in templum Iherosolymis, seu purificationis S. Annæ, die scilicet* LXXX *a partu ipsius. Apud Cæsaream Cappadociæ, sancti Mercurii militis et martyris. Qui ut dicit Cathalogus Sanctorum, cum magnus esset apud Decium, sacrificare contemnens, fustibus cæditur, igne supposito assatur, sed sanguinis copiosa effusione ignis extinguitur. Deinde iterum ignem verberaque superans, capitis obtruncatione agonem suum consummavit. Romæ, translatio sanctorum Alexandri episcopi et martyris et Herculani juvenis. Item ibidem, natalis sanctorum Sirici et Saturnini. Sabaudi episcopi et confessoris. Conradi episcopi Constantiensis et confessoris. Qui ex Germania, clara stirpe progenitus, a beato Udalrico Augustiensi ac clero præfatæ ecclesiæ in episcopum assumptus, fide religioneque tantus extitit, ut etiam super aquas ambulasse legatur. In pago Remensi, sancti Bosoli episcopi et confessoris. In Aquileia, sancti Valeriani episcopi et confessoris. Mercurialis episcopi Liviensis et confessoris. In territorio Trecassino, sancti Justi confessoris. Berentgeri presbyteri, de quo in gestis B. Ydæ viduæ.* De Leonardo et Fausto, ut supra. *Item, sanctæ memoriæ Joannis Ruysbroec presbyteri et confessoris, viri, ut ejus scripta testantur, illuminatissimi et devotissimi. Salomyæ virginis et viduæ, uxoris fratris sanctæ Elisabeth. Translatio beatæ Ydæ viduæ.*

Basoli. Valeriani. Mercurialis. Justi. Berentgeri. Leonardi et Fausti. Joannis Ruysbroec. Salomyæ. Translationis Ydæ.

Petri. De Miraculo ardentium. Basoli. Alexandri. Marculi. Siricii. Conradi. Bellini.

MOLAN. De Petro Alexandrino, ut BELIN. De Miraculo ardentium, ex MUNERAT. De Basolo, ex HERINIEN. *Eodem die, beati Alexandri episcopi et martyris, sub Antonino imperatore : qui inter alia facta miracula, mortuum suscitavit. In Nicomedia, beati Marculi sacerdotis et martyris, qui temporibus Constantis regis tyranni, persecutiones maximas pertulit : ad extremum ab alta rupe præcipitatus est.* Vide editionem secundam pag. 234, et quæ in Auctariis heri diximus. *Romæ, Syricii episcopi.* Vide Exercitationem Florentinii. *Item, Conradi episcopi Constantiensis. Eodem die, sancti Bellini martyris episcopi Paduani.* Deinde typis minoribus : *Quem immaniter interemit anno* MCXLIX *vir nobilis, sed avarus, Thomas Capivacius, a Bellino juste convictus atque judicatus ad solvendas decimas agrorum, quos sub diæcesi Patavina latius possidebat. Hic, cum cœpisset post mortem miraculis supra modum nitere, ab Eugenio IV, biennium post mortem in catalogo martyrum honorifice asscriptus est.* Œdipus hoc non explicet, nisi Eugenius III, pro Eugenio IV substituatur. Editiones aliæ primo loco agunt de Petro Alexandrino, multa Italico charactere de tunica scissa ex Adone adjicientes. De Lino non agitur. Reliqua textus pura sunt. Tum de Basolo, ex priori. De Conrado, Sebaudo, (potius *Sebaldo)* et Siricio, ut supra. *Die vigesima sexta, sancti patris Alipii Cionitæ.* Denique de Leonardo ut supra ; de Bellino, et Miraculo ardentium, sicut in editione prima.

Alipii. Leonardi.

V *Kal.* *Die* 27.

Agricolæ et Vitalis.

Apud Bononiensem civitatem, natalis sanctorum martyrum Agricolæ et Vitalis, quorum posterior prioris servus fuit antea, nunc consors et collega martyrii. Denique cum cogeretur isdem a persequentibus, ut Christum negaret, et ille amplius profiteretur Dominum Jesum Christum, omnia tormentorum genera exercuerunt in eum. Novissime beatum Agricolam interemerunt, cruci affigentes. In Galliis civitate Regensi, sancti Maximi confessoris, qui a primæva ætate virtutum omnium gratia præditus, primum Lirinensis cœnobii pater, deinde Regensis ecclesiæ episcopus, signis et prodigiis inclitus extitit.

Maximi.

Textus sumitur ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven* et *Molan.* Accedunt : *Antverp-Max. Lovanien.* et *Leyden-Belg.*

VARIA LECTIO. Greven. et Molan. incipiunt : *Apud Bononiensem urbem.* Munerat. pejus habet *Vionensem* ; qui et post *denique*, male inserit *inde*. Notabilis est phrasis illa Usuardina : *Denique cum cogeretur*, ubi nihil præcedit, cujus ea particula conclusionem significet. Ceterum ita legisse Usuardum, evidenter probant codices omnes. Solus Antverp-Maj. habet *antea fuit*, pro *fuit antea*. Sic legunt omnes *isdem*, Greven. et Molan. videntur voluisse emendare, per *idem*. Rosweydinus nimium sapit, dum post *exercuerunt in eum*, apponit *et occiderunt*. In solo Molano legitur *Regiensis* ; scriptoris imperitia in Rosweydino male formavit *Remensis*. Non melius scribit *Cirinensis*, pro *Lirinensis* ac turpius Antverp-Major, *Sirutensis* ; ceterum omnes alii simpliciter *Lirinensis*. Rursus hic cum Greveno constructionem torquent, *signis inclytus et prodigiis extitit*. Rosweydinus et Max-Lubecanus *inclitus fuit*.

OBSERVATIO.

Agricolæ et Vitalis

OBSERVATIO. Sanctissimus Mediolanensis præsul et Ecclesiæ Doctor Ambrosius inter plures sanctorum Martyrum pretiosas exuvias, quas studiose quæsivit ipse, effodit et exaltavit, hos nostros Bononiæ patronos celeberrimos, e medio Judaicorum cadaverum, martyrii sui signis gloriosos eruit, et *cum magna fidelium lætitia* efferens, condigno venerationis loco exposuit, unde in diversas orbis Catholici partes distributæ reliquiæ, Sanctorum gloriam mire propagaverunt. Porro eumdem illum inventorem suum, encomiasten nacti sunt *Agricola* et *Vitalis*, ut habes apud Ruinartium inter Selecta a pag. 514, cujus prævia admonitio historiæ elucidandæ peridonea est. Symbolam contulit Tillemontius tomo 5 a pag. 314; quæ omnia Actis eorum illustrandis opportune subservient. Nec prætermittentur, quæ de Agricolæ et Vitalis gloria commemorat Turonensis Gregorius cap. 44, ubi ambos, non recte ad Ambrosii mentem, crucifixos asserit. Hic nobis præcipue incumbit Martyrologia excutere, in quibus ambo signati sunt, non IV Novembris, quemadmodum ex Belino, ni fallor, eos annotavit Baronius, sed hoc ipso die, Hieronymianis viam sic præmonstrantibus: *In Italia, civitate Bononia, Agricolæ et Vitalis;* ad quæ recte observat Florentinius, Gallicum scribam in Corbeiensi apographo, etiam ut ab Acherio editum est, Bononiam Italiæ imperite in Galliam transtulisse, ubi et alia notatu digna laudatus commentator diligenter animadvertit. Apud Bedam, Florum et Rabanum insignes ceteroquin martyres, noti non sunt; at in Romano parvo, habita potius martyrii quam dignitatis ratione, servus, recepto hodie in officiis nostris ecclesiasticis more, domino præponitur: *Bononiæ, Vitalis et Agricolæ martyrum.* Idem servat Ado, inventioni magis, quam passioni describendæ intentus, ac cum Gregorio Turonensis loco citato narrans, ambos *crucifixos martyrium complevisse.* Melius Noster ex ipsis ferme Ambrosii verbis elogium suum contexuit, mutata nominum serie, quæ eadem est in Wandelberti versiculo, quo ita Sanctos prædicat:

Martyrio quintam Agricola et Vitalis honorant.

Maximi

Maximus Regiensis pure Adonianus est, iis verbis ab ipso laudatus, quæ pro majori parte Usuardus verbatim ex eo mutuatus est, relicta clausula ultima, quæ in codicibus nonnullis infra restituitur. *Errore autem factum fuerat,* inquit Baronius, *ut Regium Lepidi, quod est in Gallia Cisalpina, poneretur loco Regii in Gallia Narbonensi.* Plura ibi curiose notat vir Eminentissimus, quæ proprio loco accuratius erunt expendenda, idque potissimum, utrum idem Maximus Regiensis dici possit, cui apud Teruanenses quadruplex assignatur solennitas; an longe verosimilius, *alius ejus nominis, qui Viniæ obierit,* cum plurimis argumentis, ut ita statuat, premi se fateatur Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii pag. 270. Ceterum habuit Maximus Regiensis laudatorem egregium, non semel alibi memoratum, Dynamium patricium, cujus stylo castigando videtur Surius supersedere potuisse. Alii sunt, qui de Maximi gestis, virtutibus et miraculis scripserunt, inter quos laudatus supra Gregorius Turonensis de Gloria Confessorum cap. 83. Ex omnibus vitæ seriem adornavit Tillemontius tomo 16 a pag. 392.

AUCTARIA.

TORNACEN. Deficit in elogio Maximi Regiensis, in reliquis purissimus.

Martialis, Vitalis, etc.

PULSANEN. Hunc textum profert: *Natale sanctorum martyrum Martialis, Vitalis et Agricolæ. Qui apud Bononiam Italiæ urbem, post varia tormenta, ultimo crucifixi martyrium compleverunt.*

De Maximo.

ULTRAJECT. et LEYDEN-BELG. De Maximo ex Adone subnectunt dictam superius clausulam ab Usuardo præteritam: *Hic inter alia gesta magnifica, tres mortuos vivens suscitavit, unum vero tactu loculi, quo ad tumulum vehebatur.*

Marcelli, etc.

Joannis, etc.

ALBERG. et DANIC. De Agricola et Vitale egerunt IV Novembris. Hic in Maximo purus est prior, alter Adonis verba adjicit, proxime citata. Ambo conveniunt in his: *Apud Nychomediam, natale sanctorum Marcelli, Petri et Serenæ. Mediolani, natale sanctorum Johannis, Severi et Eufemiæ.* De his vide Hieronymiana.

Textus mutatus

CENTULEN. *In Italia, civitate Bononia, sanctorum Vitalis et Agricolæ, qui post alia tormenta crucifixi, martyrium compleverunt. Quorum corpora, cum inter Judæos essent sepulta, ipsis revelantibus, beatus Ambrosius levavit et digne recondidit. In territorio Bononiensi* (puto hic intelligi Bononiam Picardiæ) *depositio sancti Maximi Regensis ecclesiæ episcopi, vitæ sanctitate et miraculorum gloria illustrissimi.*

BRUXELLEN. In Agricolæ et Vitalis elogio, non multum differt a precedenti, sed cum PULSANENSI, supra, ipsis præponit nomen *Marcialis.* Pergit: *Apud Nycomediam, natale sanctorum martyrum Marcelli*, etc. Tum in Mediolanensibus, etiam ut supra. *Augustoduno, natale sancti Amatoris episcopi et martyris.* Vide quæ diximus pridie. Sequitur: *Item depositio sanctæ Odæ, filiæ, ut fertur, regis Scotorum. Quæ apud Rodum in Texandria Brabanciæ vivens peregrina, loci fundatrix, deguit; et nunc corporaliter patrona quiescit.* Vide Martyrologium Romanum. Maximus hic prætermissus est, positus XXIV Novembris.

Marcelli, etc.

Amatoris.

Odæ.

De Jacobo Interciso.

HAGENOYEN. Turpiter labitur in principio: *Apud Honomensem civitatem*, etc. De reliquo textus, puro proximus est, etiam in Maximo, cui sola Adonis clausula adjungitur. Tum: *Apud Persidem, passio beati Jacobi militis, cognomento Intercisi. Hic ex civitate Elape ortus fuit de nobilibus parentibus et Christianis, et ipse Christianus erat, et uxorem Christianam habuit. Hic regi Persarum valde familiaris fuerat, et ob ejus amorem conversus est ad ydolatriam; quem mater et uxor ejus cum scandalo revocaverunt, dicentes se amodo nolle secum commorari, unde penituit et se Christianum confessus est, et idcirco cultellis membratim incisus. Primo præciderunt digitos, secundo pedicas, deinde pedes, postea brachia; demum suras crurum usque ad femur utriusque cruris, et non remansit in eo* (nisi) *solus truncus; novissime unus carnificum iratus abstulit caput ejus, et Christi martyrem illum fecerunt.*

CODEX Ursini a Rosemberg. De Nicomediensibus et Mediolanensibus, ut ALBERGENSIS, etc.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Agricolæ et Vitalis*

Siffridi. Papinii, etc. Rufi, etc.

talis martyrum. Maximi Regiensis episcopi. Siffridi episcopi et confessoris. Vide Castellanum, a quo in indice vocatur *Sigifridus. Papinii et Mansueti episcoporum et martyrum. Rufi martyris cum sociis suis.* Duæ hæ posteriores annuntiationes spectant ad diem sequentem.

Esichii. alias Eusitii.

DAVERONEN. *In pago Bituricensi, sancti Esichii confessoris.* Castellanus legit *Eusitii.*

Congari

ALTEMPS. *In territorio Bathoniensi, sancti Congari confessoris.* Castellanus scribit *Cungari*, inter *Aemeros*, seu certo cultus die carentes.

Secundi, etc. Basilei, etc. Severini

FLORENTIN. *In Hispaniis, sanctorum martyrum Secundi et Primitivi.* Tum solus STROZZIANUS : *In Antiochia, sancti Basilei episcopi, et sancti Saturnini. Parisius, depositio sancti Severini monachi et solitarii.* De Severino vide Castellanum hoc die, et Usuardum XXIII Novembris. De Basileo, etc., vide Martyrologium Romanum.

De Agricola et Vitale. De Maximo. Marcelli, etc. Joannis, etc. Jacobi intercisi. Bilhildis. Acharii, Optati, etc. Esichii. Secundi et Primitivi.

EDITIO LUBECO-COL. In prima, post hæc verba, *exercuerunt in eum*, inserit : *ita ut non esset in corpore ejus sine vulnere locus ; ipse autem ad Dominum oravit, in qua oratione migravit ad Christum.* Quæ ferme Ambrosii verba sunt, ex quibus patet, Vitalem cruci affixum non fuisse. Post *affligentes*, addit notam temporis : *Diocletiani et Maximiani imperatorum temporibus.* In Maximo autem Adoniana est : *In Galliis, civitate Regensi, sancti Maximi confessoris, et episcopi, qui a primæva ætate, omnium virtutum gratia præditus, primum Lirinensis cœnobii, deinde Regensis ecclesiæ episcopus, signis et prodigiis inclytus extitit ; nam inter alia gesta magnifica tres mortuos juvenes, uno tactu loculi, resuscitavit.* Sequitur de Nicomediensibus et Mediolanensibus, ut jam supra non semel. Tum : *Apud Persidem, natale sancti Jacobi militis et martyris, intercissi mirabiliter. Apud Maguntiam, depositio sancti Bilhildis viduæ, quæ extitit abbatissa multarum devotarum matronarum. Eodem die, beatorum Acharii, Noviomagi, et Optati episcoporum et confessorum. In pago Bituricensi, sancti Esichii confessoris. Ipso die, beatorum Secundi et Primitivi confessorum.* Vide alteras MOLANI editiones, ubi *Facundi*, etc.

Leonardi Basilei, etc. Severini. Jacobi.

BELIN. Prima annuntiatio posita est IV Novembris. Hic de Maximo bene. Tum : *Vendopera monasterio, sancti Leonardi confessoris.* Vide Auctaria, die præcedenti. *In Antiochia, sancti Basilei episcopi et sancti Saturnini. Parisius, depositio sancti Severini, monachi et solitarii. Item sancti Jacobi Intercisi, martyris conspicui.*

Jacobi. Marcelli, etc. Facundi, etc. Barlaam, etc. Joannis, etc. Virgilii. Syfridi. Acharii, etc. Esechii. Mennæ. Bilhildis. Electæ.

GREVEN. *In Perside, sancti Jacobi martyris, cognomento Intercisi. Qui cum esset Regi Persarum notissimus, et inter optimates primus, pro fide Christi crudeli et diuturno cruciatu membratim mutilatus, ad ultimum gladio percussus, martyrium consummavit. In Nicomedia, natalis sanctorum Marcelli, Petri, Sereni, Nemorii. Apud Galatiam, Facundi et Primitivi martyrum. Item secundum Cathalogum hic, Barlaam et Josaphat. Mediolani, sanctorum martyrum Joannis, Severi et Eufemiæ. Virgilii episcopi Salisburgensis et confessoris. Syfridi episcopi Veredacensis. Acharii et Optati episcoporum Noviomensium et confessorum. In pago Bituricensi, sancti Esechii confessoris. In Francia, Mennæ virginis. Apud Magunciam, sanctæ Bilhildis viduæ, abbatissæ multarum*, etc. *Monasterii Wile, sanctæ Electæ virginis.*

Leonardi. Basilei, etc. Severini. Jacobi. Facundi. Barlaam, etc. Syfridi. Esichii. Bilhildis. Simeonis Metaphrastæ. De Facundo, etc. Odæ. De Bilhilde. De Metaphrasta.

MOLAN. *Vendopera monasterio, sancti Leonardi confessoris. In Antiochia, sancti Basilei episcopi, et sancti Saturnini. Parisius, depositio sancti Severini monachi et solitarii.* Item de Jacobo Interciso, verbatim ex BELINO. Dein typis minoribus hæc interserit : *Apud Galatiam, Facundi et Primitivi. Item secundum Catalogum hic, Barlaam et Josaphat, quorum actus mirandos Joannes Damascenus scripsit. Syfridi episcopi Veredacensis.* De Esichio, ut supra. *Apud Maguntiam, sanctæ Bilhildis viduæ, abbatissæ multarum devotarum matronarum. Quæ fundavit monasterium veteris Cellæ in Maguntia, sacrarum virginum ; quod hodie albarum habet nomen dominarum. Eodem die apud Græcos, sancti Simeonis Metaphrastæ, cujus vitam encomiastica oratione descripsit Psellus.* Aliæ editiones de solo Maximo. Tum de Basileo et Jacobo Interciso, ut supra. Dein : *In Gallecia, juxta fluvium Ceiam, natalis sanctorum Facundi et Primitivi martyrum, quibus post multa supplicia superata, duæ coronæ ab angelis delatæ sunt. Quod Atticus prætor accipiens, capita, inquit, amputentur, ne sit locus coronis.* De Oda, ut BRUXELLENSIS. *Maguntiæ, natalis sanctæ Bilhildis viduæ sanctimonialis. Quæ a clero et populo Moguntino sepulta est in basilica, quam suis ipsa sumptibus exædificari curaverat. Ipso die, sancti Acharii episcopi Noviomensis et confessoris. Ipso die apud Græcos, sancti Simeonis, qui Metaphrastæ cognomen obtinuit.* Inter scriptores Græcos, qui vitas Sanctorum collegerunt, celeberrimus est, sancti etiam nomen apud ipsos promeritus. Necdum prodiit Actorum metaphrastice ab ipso exornatorum Græca collectio. Surius ex Lipomano plerasque Latine redditas edidit, quæ criticorum ingenia pridem occuparunt. Multa de ejus stylo, fide, ætate, in Actis nostris sparsim dicta sunt ; alia ab Allatio de Simeonum scriptis. Si hodiernis hypercriticis nimium creditur, brevi tota ejus metaphrasis exauctorata, ad tineas et blattas amandabitur. Nostra opinio est, Metaphrastis ornamenta, hinc inde vitis Sanctorum, licet paulo liberalius inserta, non magis in historia sacra, quam profanorum historicorum in profana, fraudi esse aut vitio verti oportere.

IV *Kal.* — *Die* 28.

Sosthenis. Papinii et Mansueti. Rufi.

Apud Corinthum, natalis beati Sostenes discipuli sancti Pauli, cujus mentionem facit idem Apostolus scribens Corinthiis. Eodem die apud Africam, sanctorum martyrum Papinii et Mansueti episcoporum, qui tempore Wandalicæ persecutionis, pro fidei Catholicæ defensione, candentibus ferri laminis toto corpore adusti, gloriosum agonem consummaverunt. Romæ, sancti Rufi, quem cum omni domo sua Diocletianus punitum Christo martyrem fecit.

Conveniunt : *Praten. Hermien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Adde *Antverp-Max. Ultraject. Leyden*, et *Lovanien.*

VARIA

VARIA LECTIO. Scribendum erat *Sosthenis* ex Romano parvo et Adone, nisi forte Rosweydus utrumque emendaverit; certe codicum nullus ita habet, ne Molanus quidem, qui posuit *Sosthenes;* unde ex omnibus fere aliis censendum, Usuardum scripsisse ut est in textu. Sic rursus in codicum nullo reperitur recte scriptum *Papiniani*, at hoc mirum non est, quandoquidem Romanum parvum æque ac Ado etiam posuerint *Papinii;* nonnulli codices male *Papini*. Solus Belinus legit *ferreis laminis*. Antverp-Maj. et Max-Lubec., Grevenus et Molanus, posuerunt *Christi martyrem fecit;* nos tamen cum Praten. Herinien. et aliis servandum putavimus *Christo martyrem fecit*, tanto magis, quod in ea lectione Ado præcesserit. Munerat. neutrum posuit, sed eam vocem plane omisit. Belinus sensum transposuit : *Martyrem Diocletianus Christo fecit*. Reliqua errata sunt, *Corrinthum, Chorinthiis, aput, Affricam, Aphricam, Vandalicæ, defensionem*, pro *defensione, Ruffi*, etc.

OBSERVATIO. Nec apud Hieronymianos nec in serie Bedæ *Sosthenem* ullum reperire est; contra vero in Romano parvo et Adone aut duo sunt, aut idem bis repetitur, nempe XI Junii post Barnabam, et hoc die; videturque annuntiationum varietas diversitatem aliquam haud obscure designare. Romanum parvum, cujus auctorem Apostolicos viros collegisse sæpe diximus, sic habet XI Junii : *Et Sosthenis apud Corinthum, discipuli Pauli ;* hic vero aliis characteristicis : *Sosthenis, discipuli Apostolorum*. Eamdem plane phrasim secutus Ado priori loco : *Eodem die apud Corinthum, S. Sosthenis, discipuli S. Pauli Apostoli;* posteriori, seu hoc die : *Natalis S. Sosthenis Apostolorum discipuli*. Eusebius Valesii libro I historiæ cap. 12. Sosthenem aliquem in numero LXXII discipulorum reponit; quamvis Rufinus cap. 14 alium sensum reddiderit. In hodierno Romano sumitur Sosthenes pro principe Synagogæ, qui Actorum cap. 18 *ante Gallionem proconsulem acriter verberatus, præclaro initio, fidei suæ primordia consecravit*. Supponitur nimirum, hunc Sosthenem ibi adhucdum Judæum eumdem esse cum eo, quem Apostolus ipse sibi socium jungit, dum primam ad Corinthios epistolam sic orditur : *Paulus vocatus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes frater*. Attamen non male observat Castellanus, satis incompertum esse, saltem ex citatis Apostolorum Actibus, utrum et quando Sosthenes ille Synagogæ princeps ad Christi fidem adductus fuerit. Interim si Romani et Adonis mentem recte assequor, puto ab ipsis Sosthenem Eusebii, Apostolorum discipulum, seu inter LXXII, unum, distingui a Sosthene fratre, qui a Paulo et cum Paulo in epistola ad Corinthios nominatur, ita ut hic XI Junii, ille hoc die ab ipsis celebretur. At Usuardi nostri alia plane sententia, qui unicum Sosthenem, ut sanctum agnoscens, unicum hic Apostoli discipulum, in laudata epistola memoratum, recolendum suscepit. De veritate identitatis vel distinctionis, alibi disputabitur; uti et de episcopatu Colophonis, quem solius Dorothei vadimonio non facile admittemus. Wandelbertus hodie Silam cecinit, de quo nos cum Usuardo XIII Julii. Hic versus est : *Sosthenis.*

Silas, Paule, tuus quartam comes auget et ornat.

De Wandalica in Africa persecutione non semel in superioribus agendum fuit. Episcopi duo hoc die consignati, potius in ipsa prima barbarorum deprædatione, quam in aperta et declarata persecutione passi sunt, ut vide apud Victorem Vitensem, sub ipsum historiæ suæ initium ita loquentem : *Quanti et quam numerosi tunc ab eis cruciati sunt sacerdotes, explicare quis poterit? Tunc enim et nostræ civitatis venerabilis Papinianus antistes, candentis ferri laminis toto adustus est corpore ; similiter et Mansuetus Uricitanus, in porta incensus est Fornaria*. Primus annuntiationem ex Victore formavit auctor Romani parvi : *In Africa, Papinii et Mansueti episcoporum*, ut non verear asserere, historiam illam Africanam peculiarem fontem fuisse, ex quo præfatus auctor Sanctos acceperit. Ado martyrii genus, ut vides, ferme ex laudato Victore desumens, plures alios episcopos, non tamquam vere martyres, aut horum martyrum socios, sed ut confessores fidei, exiliis variis subinde damnatos, conjunxit, ut in Auctariis infra supplebimus, sed in enumeratis nominibus præfatus Ado hinc inde errare videtur. Porro eorum aliqui propriis diebus referuntur, ut Valerianus XV Decembris, etc. Usuardus solitum ducem presse secutus est. — *Rufus* a Romano parvo et Adone, in annuntiationum ordine, secundo loco refertur, a primo, his verbis : *Et sancti Rufi martyris, cum omni domo sua per Chrysogonum lucrati* Hæc eadem non multo longiori oratione extendit Ado, postrema hæc ab Usuardo descripta, addens : *Quem cum omni domo sua Diocletianus punitum Christo martyrem fecit* ; unde patet, quod in Variantibus de hac phrasi diximus. Rufini et Chrysogoni Actorum eadem est ratio ; vide quæ dicta sunt XXIV Novembris. *Papinii et Mansueti.* *Rufi.*

AUCTARIA.

TORNACEN. Purissimus esset, nisi deficeret in brevi Sosthenis elogio.

ROSWEYD. In toto textu satis purus, in fine adjicit : *Item Silæ Apostoli, qui erat discipulus sancti Pauli Apostoli*. Diximus, ab Usuardo positum esse XIII Julii. *Silæ.*

PULSANEN. In Sosthene mutilus, scribit : *Natalis sancti Sostenes, discipuli Apostolorum*. Secundo loco habet : *Eodem die, sancti Rufi martyris, quem Dominus Jesus Christus cum omni domo sua per beatum Chrisogonem*..... abscissa est linea. Sequitur de Africanis, in quorum elogio iterum deficit, prima annuntiationis parte etiam abscissa.

ALBERG. et DANIC. Puri etiam in textu, hanc ei commemorationem præfigunt : *Romæ, natale S. Gregorii tertii Papæ et confessoris. Hic synodum nongentorum trium episcoporum in urbe Roma congregavit, in qua venerationes sanctarum imaginum confirmans, earum violatores generali sententia anathematisavit*. *Gregorii 3.*

CENTULEN. *Natale sancti Sostenes, discipuli Apostolorum*.

Tertius mutatus *Apostolorum. Eodem die sancti Rufi, quem Dominus Jesus cum omni domo sua per Chrisogonum confessorem suum lucratus est. Item eodem die* (apud) *Africam, sanctorum Papini et Mansueti episcoporum et martyrum, cum quibus alii episcopi, id est, Quodvultdeus Carthaginensis, Valerianus, Urbanus, Crescens, Habensdeum, Etheus, Tiatius, Crescentianus, Crescontius, Felix, Hortolanus, et Florentianus pari confessione, cursum vitæ peregerunt.* Nomina aliqua luxata et confusa sunt, vide infra Molanum, vel potius Adonem ipsum.

Bruxellen. In prima, satis purus, subjungit: *Silæ* *Et sancti Sylæ Apostoli, qui cum beato Paulo, gentibus Christi Euangelium prædicavit.* In Rufo, etiam satis bene. Tum: *In Syria, natale sanctorum martyrum* *Triphini et soc.* *Triphini, Theodoli, Eucherii, Lulii et Eusebii.* Vide Hieronymiana. De Africanis, inserit, *sub Genserico rege Arriano.* Demum: *Romæ,* *De Gregorio 3. PP.* *natale beati Gregorii tercii Papæ et confessoris. Qui in secreta Missæ adjunxit: Quorum solempnitas hodie in conspectu majestatis tuæ, Domine Deus noster, in toto terrarum orbe celebratur. Sinodum quoque fere mille episcoporum in urbe Roma congregavit, in qua veneraciones sacrarum ymaginum confirmans, eorum violatores,* etc., ut Albergen. supra.

Hagenoyen. In textu, a puritate solum deficit, quod Rufum secundo loco, Africanos tertio *De eodem* reposuerit. Sequitur: *Romæ, natale beati Gregorii tercii Papæ et confessoris. Hic synodum in urbe Romana nongentorum et trium episcoporum congregavit, propter confutandam Leonis imperatoris hæresim, qui imagines Christi et Sanctorum combussit, et aliis hoc idem facere præcepit; quem Leonem ipse anathematizavit, et quia se corrigere noluit, Romam, Ytaliam et Hispaniam ab ejus jure discedere fecit, et vectigalia ei interdixit. In quo concilio veneraciones sacrarum imaginum confirmatæ sunt, atque violatores earum, generali sententia anathematizavit. Hic obsessus erat a Longobardis, et liberatus per Carolum Martellum, obiit in pace.* Aliqua hic miscentur, alibi accuratius explicanda.

Victorin. et Reg. Suec. sub num. 130. Alium Gregorium celebrant, hoc modo: *Item Romæ,* *Gregorii 4. PP* *sancti Gregorii quarti Papæ, qui rexit Ecclesiam annis decem.* Tempus quadrat Gregorio III.

Matric-Cartus-Ultraj. Ex textu nihil. Sic *Silex.* habet: *Silex Apostoli. Gregorii Papæ tertii. Hic* *Gregorii 3* *confirmavit in concilio pene mille episcoporum venerationem sacrarum imaginum.*

Ejusdem Florentin. *Romæ, Gregorii Papæ tertii.*

Gregorii 3 Editio Lubeco-Col. De Gregorio, primo loco habet, ut Albergen. supra. Tum de Sosthene, satis pure. In Africanis subdit nomina aliorum episcoporum, sed pleraque mutila, aut mutata, quæ melius infra dabimus. Tertiam sic format: *Item Romæ, sancti Rufi consularis, quem cum* *De Rufo* *omni domo, Dominus Jesus Christus per Chrysogonum martyrem lucratus est, persecutione Diocletiani imperatoris, per se punitum. Apud Viennam, sancti Philippi, ejusdem urbis episcopi et confesso-* *Philippi* *ris. In territorio Valencenensi, cœnobio Crispini, depositio sancti Landolini confessoris, qui a beato* *Landelini* *Autberto Cameracensi episcopo, de sacro fonte levatus est.* Nescio, cur hî Sancti hoc die referantur.

Greven. *Silex Apostoli quem Usuardus habet* *Silex* *tertio Idus Julii. In Syria, natalis sanctorum Tro-* *Trophimi, etc.* *phimi, Theodoli, Eucherii, Julii et Eusebii. Item in Aphrica, sanctorum episcoporum, quorum no-* *De episcopis Africanis* *mina sunt: Quodvultdeus Carthaginensis, Valerianus, Urbanus, Crescens, Habetdeum, Eustachius, Crescentianus, Cresconius, Felix, Ortolanus, Florentianus. Hi omnes, ut dicit Ado, propter veritatis confessionem sub Wandalica persecutione gravissimo damnati exilio, in confessione pietatis, cursum vitæ suæ consummaverunt. Romæ, beati* *Gregorii 3.* *Gregorii tertii Papæ et confessoris. Viennæ, Phi-* *Philippi.* *lippi episcopi et confessoris. Theodoli confessoris.* *Theodoli* *Liberiæ.* *Liberiæ virginis et martyris. Odæ virginis, filiæ* *Odæ.* *regis Scotiæ.*

Molan. Aliis litteris etiam ex Adone textui *De episcopis Africanis* inserit: *Quo in tempore etiam alii sancti episcopi, id est: Quodvultdeus Carthaginensis, Valerianus, Urbanus, Crescens, et qui vocatur Habetdeum, et Eustachius, Cresconius et Crescentianus, et Felix, et Hortulanus, et Florentianus, damnati exilio, cursum vitæ suæ consummaverunt.* Vide Observationem. In fine adjicit: *Gregorii Papæ, qui rexit* *Gregorii.* *Ecclesiam annos decem: sepultus est in ecclesia beati Petri Apostoli.* Dein typis minoribus: *Odæ* *Odæ.* *virginis, filiæ regis Scotiæ, quæ apud Rhodum in Taxandria Brabantiæ corporaliter patrona requiescit. Item, sancti Acharii episcopi Noviomensis et* *Acharii* *confessoris.* Editiones posteriores idem habent de episcopis Africanis in textu, et in fine de Gregorio. Tum: *Die vigesima octava, sancti hosiomar-* *Stephani junioris.* *tyris Stephani junioris*; et typis minoribus: *Inclusi apud sanctum Auxentium. Cujus pedem rudente ligantes, duxerunt usque ad, ea quæ sunt Pelagia a prætorio. Ubi et discerpentes eum, projecerunt honorabiles ipsius reliquias in biothanatorum locum, eo quod multos monuerit et adduxerit ad monasticam vitam, atque contemnere regias dignitates, atque pecunias persuaserit.* Hoc elogium supra, ex prima Molani editione, retulimus xx hujus mensis, quo die de Stephano etiam agit Grevenus. Sed melius posteriores hæ editiones ipsum hoc die collocarunt. Vide totam celebris hujus Stephani historiam late deductam apud Surium.

III *Kal.* *Die* 29.

Vigiliæ Andreæ. Saturnini et Sisinnii. Vigilia sancti Andreæ Apostoli. Romæ via Salaria, natalis sancti Saturnini martyris et Sisinnii diaconi, sub Maximiano principe, quos in carcere diu maceratos jussit præfectus Urbis in equuleo levari, et attrahi nervis, et fustibus ac scorpionibus cædi. Deinde jussit eis flammas ad latera apponi, et deposi- *Saturnini. Tolosani* tos de equuleo capite truncari. Eodem die apud Tolosam, beati Saturnini episcopi, qui in capitolio ejusdem urbis, a paganis tentus, atque a summa capitolii arce per omnes gradus præcipitatus, capite colliso, excussoque cerebro et omni corpore dilaniato, dignam Christo animam exhalavit.

Puri sunt *Pralen. Herinien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Muncrat. Belin. Greven.* et *Molan.* Accedunt *Albergen.* et *Danic.*

VARIA

VARIA LECTIO. In altera Greveni editione, quam sequimur, ante *via Salaria*, per incuriam omittitur *Romæ*. Ast hoc parum est, modus annuntiandi in utraque editione, prope effecit, ut a puris excluderetur, cum Adonis potius, quam Usuardi phrasim editiones illæ sectentur, his verbis: *Natalis sancti Saturnini martyris, Sennis et Sisinnii diaconorum*. De qua re fusius infra in Observatione. Nec Molanus plane integer est; legit enim *Saturnini martyris, et sancti Sisinnii*. Belinus præter alia male ordinata, male scripta et interpuncta, post, *jussit eis flammas*, cum Antverp. et Max-Lubec. omittit, *ad latera*. Solus Molan. pro *capite truncari*, scribit, *capite detruncari*. Cetera ferme errata typographica sunt, ut *Dyaconi*, *Sisinii*, *Maximo*, *eculeo*, *excusoque*, *exalavit*, etc.

OBSERVATIO. Romani parvi vetustatem inter alia satis clare demonstrat paucitas Vigiliarum in eo codice signatarum; quo eodem argumento utitur alicubi Florentinius, ut de codicum suorum antiquitate statuatur. Itaque nec in Hieronymianis, nec in præfato Romano parvo reperitur, notata in textu *Andreæ Apostoli vigilia*. Est autem in Beda, si vere Bedæ sunt verba annuntiationi Saturnini subjuncta, quæ apud Rabanum desiderantur; est in Kalendariis Allatii et Frontonis, etiam secundo loco; sed Viennnensis præsul primum ei tribuit, ex quo in Nostrum transiit. — Turbata est et auctior in codicibus Hieronymianis *Saturnini* celebris Romani martyris commemoratio, dum ita scribunt: *Romæ, Arasonis, Saturnini, Crisanti et Dariæ, Mauri et aliorum* LXXII, vel ut habet Epternacense vetustissimum, *aliorum* LX; sed hic codex clarius incipit: *Romæ, Saturnini*, etc. Verosimillimum est, quod accurate observat Florentinius, corrigendum nempe ac emendandum commemorationis principium ex fragmento vetustissimi Kalendarii Bucheriani, ubi sic legitur, non XXX Decembris, ut vult Tillemontius, sed III *Kal. Decembris, Saturnini in Thrasonis*; sic videlicet, ut pro *Romæ, Arasonis*, restituatur: *Romæ, ad Thrasonis*. Tu ibi de Thrasonis cœmeterio plura invenies. Ceterum apud Adonem ex sancti Marcelli Papæ Actis habemus, martyrum nostrorum corpora *collegisse Thrasonem cum Joanne presbytero, et sepelivisse in prædio suo via Salaria*. Alia ibidem notat Florentinius de Chrysantho et Daria, quorum celebritati dicatos esse varios dies, vetera ipsa Martyrologia ostendunt, quemadmodum patebit die 1 Decembris. Ut ad Saturninum redeamus, recolunt ipsum laudata Kalendaria Allatii et Frontonis, sed solum et incomitatum; Beda cum suis, socios adjungit *Sennem* ac *Sisinnium*, quorum priorem scripsit Rabanus *Serum*; editor vero Canisius, *senem* formandum putavit, ut sit *Saturnini senis*: rectissime, opinor, et vere, quamquam secundum Bedæ et Adonis elogia, *Sennes* proprium martyris nomen omnino importet, quem tamen in sancti Marcelli Actis frustra quæsiveris. Ita quoque legerat Romanum parvum: *Romæ, Saturnini martyris, et Sennis et Sisinnii diaconorum*. Noster, consulto, haud dubie, fonte, solerter advertit, expungendum *Sennis* vocabulum, servatis dumtaxat Saturnino et Sisinnio, quorum gesta narrantur in laudatis sancti Marcelli Actis, cum Papiæ, Mauri, Cyriaci, Largi, Smaragdi, aliorumque passionibus, alibi expensis et porro diligentius expendendis. Saturnino, non Sisinnium, sed Maurum jungit Wandelbertus, an autem illum innuat, qui cum Papia colitur XXIX Januarii, an alium, de quo fusius agit Florentinius, mihi hactenus incompertum. Sic canit: *Vigiliæ Andreæ.* *Saturnini et Sisinnii.*

Tertiam, Saturnine, tibi Mauroque dicamus.

Existimat Castellanus in adjecta Martyrologio suo universali notula, Saturninum nostrum alterum, Tolosatium apostolum, Saturnino Romano in sacris Tabulis subjunctum esse a codicum Hieronymianorum scriptoribus, quod in Actis ejus verum martyrii diem non repererint. Valeat conjectura, quantum ad diem obitus attinet; at enim, si Corbeiensem codicem excipias, ita alii Saturninum signant, ut vel Nannetensem, vel Hispanum aliquem episcopum prædicare videantur. Hæc est Corbeiensis, etiam ut ab Acherio editus est, expressior commemoratio: *In Gallia, civitate Tolosa, natalis Saturnini episcopi et martyris*. Pluribus Sanctum exornavit Martyrologus Viennensis, diversa plane phrasi, ab ea quam Floro tribuant Majores nostri, licet satis appareat, utrumque elogium ex iisdem Actis profluxisse. Acta ipsa, sane egregia, inter Sincera et selecta recensuit Ruinartius a pag. 109, ad cujus eruditam admonitionem lectores remitto, ne hic repetam, quæ ibi diligenter observata sunt, uti et apud Tillemontium tomo 3 a pag. 297. Consuli etiam possunt prædicta Acta apud Surium hoc die, cum iis quæ in Saturnini laudem disseruit Gregorius Turonensis de Gloria Martyrum cap. 48. *Saturnini Tolosani.*

AUCTARIA.

TORNACEN. Caret elogio Saturnini episcopi Tolosani; in reliquis purissimus.

ROSWEYD. Hic iterum aliqua ex Hieronymianis admiscet, in prima quidem purus, sed secundam sic enuntians: *Romæ, natale sanctorum martyrum Crisanti, et Dariæ virginis, qui post multas, quas pro Christo lucrati fuerant, passiones, jussi sunt a Numeriano imperatore, via Salaria in arenario deponi, et viventes terra et lapidibus obrui*. Elogium est Usuardi ex I Decembris. Sequitur ex prædictis codicibus: *Item beati Mauri et aliorum* LXXII. Tum de Saturnino Tolosano, satis recte. Deinde: *Chrysanthi et Dariæ* *Mauri, etc.*

Natale sancti Radbodonis, Trajectensis episcopi. Demum litteris majusculis hic in fine ponitur: *Vigilia sancti Andreæ*. *Radbodonis.* *Vigiliæ*

PULSANEN. In Vigilia, recte. Pergit. *Eodem die, apud Tolosam, sancti Saturnini episcopi. Item eodem die, sancti Saturnini martyris, et Senis, et Sisinnii diaconi, sub Maximiano imperatore*. *Saturnini, Sennis, etc.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Omnes adjiciunt: *Eodem die, sancti Radbodi episcopi et confessoris*. *Radbodi.*

CENTULEN. *Vigilia sancti Andreæ Apostoli. Romæ, sanctorum Saturnini et Sennis et Sisinnii diaconorum*.

conorum, *sub Maximiano imperatore. Apud Tholosam, sancti Saturnini episcopi et martyris, sub Decio cæsare. Item Romæ, sancti Chrisanti et Dariæ virginis, tempore Numeriani.*

Chrysanthi et Dariæ

Chrysanthi, etc.

BRUXELLEN. In Vigilia purus, subdit: *Romæ, natale sanctorum martyrum Crisanti, Mauri et Dariæ virginis. Qui cum nullo genere tormentorum lædi possent, jubente Numeriano imperatore, tandem pro Christo decollati, terra et lapidibus obruti sunt. Et Romæ via Salaria, natale sancti Saturnini episcopi et martyris, et Sennis et Sisinnii dyaconorum. Qui a Maximiano imperatore dampnati sunt ad fodiendum arenam, ad faciendas thermas Dyoclesianas, et deinde ipsos in carcere diu maceratos.... Quorum corpora dum Joannes presbyter collegisset, Trason vir christianissimus, via Salaria in suo prædio sepelivit. Hiis autem in medio certamine positis, duo milites, Sapius* (pro *Papias*) *et Maurus Christo crediderant, qui mox comprehensi sunt, ut gesta Marcellini Papæ declarant.* In Saturnino Tolosatium episcopo modice interpolatus est hoc modo: *Apud Tholosam, natale sancti Saturnini episcopi. Qui temporibus Decii in capitolio ejusdem urbis a paganis tentus, atque a summa capitoli arce, per omnes gradus præcipitatus, capite colliso excussoque cerebro; et toto corpore dilaniato, dignam Christo animam exhalavit.* In fine subjungit: *Ipso die, depositio Bernardi, qui fuit Latinorum primus Nazarenæ ecclesiæ episcopus.*

De Saturnino, Senne, etc.

Bernardi.

HAGENOYEN. In prima purus, secundo loco agit de Saturnino Tolosate, hæc ex Actis suo modo et stylo componens: *Apud Tolosam, natale sancti Saturnini episcopi et martyris, qui ab Apostolorum discipulis episcopus est ordinatus, et illic est missus, et ipso civitatem ingredientem* (vult dicere *ingrediente*) *dæmones a responsis in idolis cessabant. Tunc unus sacerdotum dixit, quod nisi Saturninum occiderent, a diis penitus nil obtinerent. Et Saturninum nolentem sacrificare apprehendentes, ad pedes thauri ligaverunt, cumque stimulis agitantes, a summa arce per gradus capitolii præcipitaverunt, sicque capite confracto et cerebro excusso, et toto corpore debilitato martyrium consummavit.* Tum: *Eodem die, Romæ via Salaria, natale sanctorum martyrum Saturnini militis et Sysinnii diaconi, quos præfectus, sub Maximiano principe, diu in carcere et in vinculis maceratos, in eculeum levari jussit, nervis attrahi, fustibus et scorpionibus cædi.*

De Saturnino Tolosati

Demum: *Apud Mediolanum, natale sanctorum martyrum Johannis, Severi et Eufemiæ.* Vide Hieronymiana die XXVII.

Joannis, etc.

AQUICINCT. Pro *Salaria*, scribit, *Appia*. In fine autem: *Romæ, sancti Gregorii Papæ. Hic constituit in Canone a sacerdote dicendum: Quorum solemnitas hodie in conspectu tuæ majestatis celebratur.* Item: *Inter quorum nos consortium, nos æstimator meriti, sed veniæ quæsumus largitor admitte.*

Gregorii PP.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Saturnini martyris. Radbodi episcopi Trajectensis, cujus corpus Daventriæ requiescit in ecclesia sancti Libuini.*

Radbodi.

VATICAN. sub num. 5949. *Eodem die sancti Mauri martyris.* Vide Florentinium.

Mauri.

EDITIO LUBECO-COL. In prima et secunda, satis pura, in ultima sic interpolatur, post *episcopi*: *Qui tempore Decii imperatoris in capitolio ejusdem urbis a paganis tentus, eo quod ad ejus præsentiam omnes ipsorum dii muti facti, nullum sacrificantibus ex more, possent dare responsum, thauro ad victimam præparato funibus religatus est, quo vehementius stimulato a summa capitolii*, etc. In fine subjungitur: *Daventria, natale sancti Radbodi episcopi Trajectensis inferioris et confessoris.*

De Saturnino Tolosano

Radbodi

GREVEN. *Mauri martyris. Secundum aliquos hic, Crisanti et Dariæ, qui infra Kalendis habentur. Apud Ravennam, sancti Sisinnii episcopi. Eodem die apud Daventriam, sancti Radbodi episcopi Trajecti inferioris, confessoris. Qui circa annum Domini* XC (lege DCCCC) *illi prælatus ecclesiæ, decem et septem annis sacerdotium virtute conspicuus administrans, culmen abstinentiæ sic apprehendere studebat, ut etiam a familiarissimis vix animadverti posset. Ipso die secundum Cathalogum, Pafnutii abbatis. Item sanctorum Marci, Mariæ.*

Mauri. *Chrysanthi, etc.* *Sisinnii episcopi.* *Radbodi* *Paphnutii.* *Marci, etc.*

MOLAN. In fine: *Item sancti Radbodi Trajectensis episcopi et confessoris in Daventria.* Tum typis minutioribus: *Item obitus venerabilis Idæ de Nivella, monialis cœnobii de Rameya, Ordinis Cisterciensis, in patria Namurcensi.* Editiones aliæ litteris Italicis, post *capite truncari*, textui inserunt: *Scriptum est in gestis Marcelli Papæ.* In fine: *Item in Daventia, sancti Radbodi*, etc. *Die vigesima nona, sanctorum martyrum Paramoni, et Philumeni. Et sancti Acacii, qui fuit in gradu.* De Ida, eadem hic habentur quæ in priori, et eodem charactere.

Radbodi *Idæ* *Paramoni et Philumeni.* *Acacii.*

Pridie Kal. *Die* 30.

Andreæ.

In civitate Patras, provinciæ Achaiæ, natalis sancti Andreæ Apostoli, qui etiam apud Scithiam prædicavit. Hic beatissimus, ab Egea proconsule comprehensus, primo in carcere est clausus, ac deinde gravissime cæsus, ad ultimum vero in cruce appensus, biduo inibi supervixit. Apud Sanctonas, sancti Troiani episcopi, magnæ sanctitatis viri, qui sepultus terris, cœlo se vivere multis virtutibus manifestat.

Troiani.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.* Accederent undecim alii, nisi in fine adjicerent, *passionem sanctæ Justinæ.*

VARIA LECTIO. In minutiis versatur. Scripsi *Scithiam* cum majori codicum numero, licet hic vel ipse Grevenus recte habeat *Scythiam*. Sic *Egea* cum omnibus, excepto Pratensi, haud dubie emendato, et Molan. In Munerat. est *ibi*, pro *inibi*; et in Antverp-Maj. *manifestabat*, pro *manifestat*.

OBSERVATIO.

OBSERVATIO. Andream a Græcis *Protocletum* seu primo vocatum appellari consuevisse tradit Papebrochius in Ephem. Græco-Moscis ante tomum I Maii pag. LII; nec quidquam impedit, quo minus eodem sensu a nobis dicatur *Proto-Apostolus*, seu primo Apostolus electus, et inter primos publico et celebriori cultu in universa Ecclesia donatus, ut pluribus demonstrari posset, nisi sufficerent Tabulæ omnes ecclesiasticæ antiquissimæ, Kalendaria, Sacramentaria, Martyrologia. Non reperiri Andreæ nomen in Bucheriano, mirum nemini videbitur, qui meminerit, Kalendarium istud ita urbis Romanæ proprium fuisse, ut solas duas annuntiationes extraneas, nempe Perpetuæ et Felicitatis, ac Cypriani contineat. At vetustam cultus extensionem ostendit Kalendarium Carthaginense, in quo diserte ponitur,.... *Kal. Decembr. sancti Andreæ Apostoli et martyris*; ubi vix tres alii Apostoli in toto illo Kalendario inveniuntur. Alia non percurro, ut Martyrologiis inhæream, inter quæ Hieronymiana apographa nullum Apostolum tot repetitis festivitatibus celebrant; an ubique vere, controversum est; nec admitti posse censeo, quod nonnulla posuere x Februarii, dum pro altero *Andrea* et *Aporio* sive *Apponio*, sub Herode in Bethlehem Judæ martyribus, irrepsisse videtur *Andreas Apostolus* sicuti eo die observavit Henschenius, Florentinio post multas ambages illius demum opinioni ferme subscribente. Consulat curiosus lector Florentinii notas et exercitationes ad Indiculum Apostolorum a pag. 116. Est præterea in prædictis apographis v Februarii, *ordinatio episcopatus Andreæ Apostoli*. Rursus IX *Madii*, *Mediolano* commemoratio aliqua, *in basilica ad portam Romanam*; quo die nos cum Usuardo fusius egimus de Andreæ, Lucæ et Timothei translatione Constantinopolim. Sed translatio alia in Hieronymianis indicatur III Septembris. Adde *dedicationem basilicæ sancti Andreæ*, III Novembris; ac demum hoc die: *In Achaia, vel in provincia Agaiæ, civitate Patras, natalis sancti Andreæ Apostoli*. Ex quibus assertam nuperrime S. Andreæ cultus celebritatem abunde evinci perspicies. Romani parvi annuntiatio simplicissima est: *Andreæ Apostoli*. Item Bedæ, geminatis dumtaxat verbis: *Natale sancti Andreæ Apostoli*. Quæ paulo plenius habent Florus et Rabanus, cum Adonis elogio, inter Festivitates Apostolorum relato, conferri nequeunt. Sumpsit hic ex celeberrimis Actis, sub Achaiæ presbyterorum et diaconorum nomine ab omni ferme ævo Christiano circumferri solitis; ex Adone autem textum suum huc Noster transtulit. Circa præfata Acta nutasse Baronium *apocryphorum timore* advertit Florentinius citato loco; nec sane dubitare potuit perspicacissimus Annalium ecclesiasticorum parens, quin a Manichæis aliisque hæreticis vel farta, vel temerata, vel interpolata fuerint, saltem prout olim exstitere et ab Eusebio aliisque rejecta novimus. Utrum vero ex Florentinii sententia ab *erroribus repurgata* vel *non eadem* sint, quæ in Passionalibus tum Mss. tum typis excusis passim reperiuntur, operosius alibi erit examinandum. Mihi certe non videtur rejicienda narratio tot Patrum suffragiis corroborata, ob falsariorum corruptelas aliquas et depravationes, a quorum impiis manibus nec ipsæ sacræ Litteræ intactæ remanserunt, quemadmodum in opere de eo argumento, non ita pridem edito, eruditissime probavit noster Bartholomæus Germon, videndus omnino a pag. 221, toto cap. 2 ex Philastrio Brixiensi, seculi quarti scriptore, ostendens prima aliqua et genuina Andreæ Acta, turpissimis hæreticorum inquinamentis fœdata et conspurcata fuisse. Paucula hic ex viri doctissimi mihique amicissimi solide statutis delibo: *Credideram*, inquit, *epistolam illam inscriptam esse nomine presbyterorum et diaconorum Achaiæ, quia quæ in ea habentur, pleraque desumpta sunt ex vetustioribus S. Andreæ Actis, quæ revera primitus a discipulis ejusdem Apostoli scripta, ab hæreticis postea misere fœdata et corrupta; deinde studio et cura alicujus Catholici scriptoris, circa finem septimi seculi aut initium octavi expurgata sunt ab erroribus et fabulis, quibus, perfidia hæreticorum, erant referta*. Firmat conjecturam suam argumentis pluribus, ac notanter egregio laudati Philastrii testimonio, quo datur intelligi, scripto discipulorum Andreæ Apostoli de ejus gestis libro hæreticos ADDIDISSE, ET EX EO TULISSE, QUÆ VOLUERUNT. Tu vide ibi reliqua a Germonio præstantissime deducta. Nihilominus diffiteri non possum, talia esse Tillemontii argumenta tomo I a pag. 589, ut vel reluctantibus formidinem injiciant de ipsius, etiam ut repurgatæ, presbyterorum Achaiæ relationis omnimoda sinceritate. Habet scriptor præfatus satis nitidam vitæ Andreanæ seriem ex indubitatis documentis contextam, citato tomo a pag. 317. Videri quoque possunt observationes Motherii ad hunc diem et pag. 112. Porro ex prægrandi de Andreæ gloria Saussayi volumine, aliisque monumentis, dubia omnia quæ circa tempus, locum, modum martyrii, aliaque plura occurrunt, suo tempore in Actis nostris dissolventur. Hic postremo locum damus satis eleganti metrico Wandelberti encomio:

Andreas pridie præcellet Apostolus, amplis
Virtutum fulgens radiis titulisque per orbem,
Qui indomitos verbo signisque subegit Achæos.
Brumalem hæc claudunt populorum vota Novembrem.

Qui secundo loco refertur *Troianus* Sanctonensis episcopus, ab Adone ex Turonensi Gregorio de Gloria Confessorum cap. 59 acceptus, atque in sacros Fastos primum relatus est, ipsissimis ferme Gregorii verbis, quæ textum nostrum etiam componunt. Si quid præterea memoratu dignum de Troiano reperiatur, a nobis suo loco illustratum dabitur. *Troiani.*

AUCTARIA.

TORNACEN. In Andrea purus, deficit in solo Troiani elogio.

ROSWEYD. Incipit miniatis majusculis litteris, atque in ea prima annuntiatione satis purus est, secundam solum producit usque ad, *sanctitatis viri*, abscissis reliquis elogii verbis.

PULSANEN. In prima habet usque ad *prædicavit*; in secunda purissimus est.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. BELIN. et ANTVERP-MAX. cum sex aliis mediæ notæ codicibus, textui puro adjiciunt : *Eodem die, passio sanctæ Justinæ virginis*; vel : *Eodem die, sanctæ, Justinæ virginis* in secunda annuntiatione. Omnes pro *Troiani*, scribunt *Trophiani;* at BELINI secunda editio, emendatius *Troiani*. *Justinæ.*

CENTULEN. *Apud Achaiam civitate Patras, passio sancti Andreæ Apostoli, sub Egea proconsule, qui etiam apud Scithiam prædicavit. Sanctones, sancti Trioani episcopi, magnæ virtutis viri.* *Textus contractus.*

BRUXELLEN. De Andrea, cum textu pure incipiens, inserit, *fratris beati Petri. Qui etiam apud Scithiam prædicavit, et post apud Achayam ab Egea proconsule captus, in carcere clausus, gravissime cæsus, ac tandem cruci appensus est, in qua biduo supervixit. Cujus ossa sacra, vicesimo anno Constancii imperatoris, Constantinopolim translata sunt.* Vide IX Maii. In secunda purus est. Tum : *In Aquileya, depositio sancti Valeriani episcopi et confessoris. Ipso die, passio sanctæ Justinæ virginis.* Valerianus in Auctariis recurrit XXVI; in Romano ponitur XXVII Novembris. *De Andrea. Valeriani. Justinæ.*

HAGENOYEN. De Andrea longiorem historiam modo suo coagmentavit, cujus pars prior ex Evangelio habetur. Quid de altera, imo et de prima sentiendum sit, statuere lector poterit. En historiam : *In civitate Patras, passio sancti Andreæ Apostoli. Hic erat filius Joannis de vico Bethsayda, et frater Petri Apostoli. Hic etiam primus fuit discipulus Johannis Baptistæ, ad cujus vocem ipse Johannem reliquit et Christo adhæsit, et primus et secundus Apostolus Jesu Christi erat. Hic adduxit Petrum fratrem suum ad Jesum et illum convertit. Ipse cum aliis Apostolis, vivente Domino, prædicavit, baptizavit et miracula fecit*; *articulum Symbulo adjecit. Sythiam post passionem Domini in sortem accepit suæ prædicationis. In Mirmidonya Matheum Apostolum oculis privatum illuminavit, et abire fecit. Et cum ibi puniretur, orando eos convertit, et ecclesias ædificavit, episcopos sicut in Sythia ordinavit, mortuos quadraginta unum suscitavit, ydola confregit et dæmones ejecit. Demum Patras civitatem ingreditur, et multos ibi convertit cum Maximilla, uxore Egeæ. Ubi ab Egea proconsule capitur, carceri includitur, durissime verberatur, funibus ad crucem ligatur, ut diutius vivat, et amplius torqueatur. Ipse autem biduo in cruce vixit, et populum docuit, et in luce magna exspiravit ; Egeas vero male moritur, et omnis populus ad Deum convertitur.* Hæc satis longa est narratio. In secunda, purus est. Deinde addit : *Ipso die, sanctæ Ydæ virginis et martyris passio.* Idas virgines et viduas, seu Sanctas seu Venerabiles novimus; quæ sit hic Ida martyr, ignoramus. Sequitur demum : *Apud Nicomediam, natale sanctorum martyrum Marcelli, Petri et Serenæ.* Vide Auctaria XXVII Novembris. *De Andrea. Idæ. Marcelli et soc.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Andreæ Apostoli. Troiani episcopi et confessoris.*

In VATICAN. sub. num. 5949. Adjicitur : *In Mediolano, sancti Amatoris episcopi.* An, *Ambrosii de perceptione baptismi*, ut habetur hoc die in Hieronymianis? *Amatoris.*

FLORENTIN. *Sanctæ Justinæ virginis.* *Justinæ.*

EDITIO LUBECO-COL. Post *Apostoli*, sequitur *germanus* (pro *germani) Petri Apostoli. Hic primo fuit discipulus sancti Johannis Baptistæ, sed post necem sancti Johannis, a Christo Jesu vocatus est in Apostolum. Qui etiam post ascensionem Domini apud Scithiam euangelizavit Christum. Hic beatissimus ab Ægea proconsule comprehensus, primo in carcere.... Cujus sacratissimum corpus Maximilla potentissima matronarum, reverenter de patibulo depositum sepelivit.* In Troiani annuntiatione pura est. Tum : *Ipso die, passio sanctæ Justinæ virginis et martyris.* *De Andrea. Justinæ.*

GREVEN. *Romæ natalis sanctorum Castuli, Maurili, Centuli et Theodoli. Eodem die, festivitas sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi.* Vide de his apographa Hieronymiana. *Tugdualis episcopi et confessoris.* Apud Castellanum est *Pabutugduali*, formatum quasi a duplici nomine, quo Gallice appellatur *Pabut* et *Tugal*. *Ravennæ, beati Petri, episcopi et confessoris.* Vide infra ad diem II Decembris. Dubium non est, quin hic indicetur Petrus ille celeberrimus, cognomento *Chrysologus. Justinæ virginis et martyris.* *Castuli, etc. Ambrosii. Tugdualis. Petri Chrysologi. Justinæ.*

MOLAN. Cum BELIN. et reliquis superius : *Eodem die, passio sanctæ Justinæ virginis.* Vide de hac notatiunculam Castellani. In Editionibus aliis solum additur : *Et baptismus sancti Ambrosii.* Unde hæc ultima annuntiatio accepta sit, intelligi debet ex MOLANI epistola ad lectorem § 11 et 12. Ceterum de Ambrosii baptismo in aliis codicibus Usuardinis nihil usquam inveni. Vide supra in VATICANO, quæ ex Hieronymianis diximus, nempe : *Ambrosii de perceptione baptismi.* *Justinæ. Ambrosii baptismi.*

MENSIS



MENSIS DECEMBER

Habet Dies XXXI.

Kalendis. — *Die 1.*

Romæ, natalis sanctorum martyrum Crisanti et Dariæ virginis, qui post multas, quas pro Christo lucrati fuerant passiones, jussi sunt a Numeriano imperatore via Salaria in arenario deponi, atque illic viventes terra ac lapidibus obrui. Item Romæ, sanctorum martyrum Diodori presbiteri et Mariani diaconi, cum aliis pluribus; qui jubente præfato principe, martyrii gloriam celebrarunt. Apud civitatem Moguntiam, natalis beati Albani martyris. Item civitate Noviomo, sancti Eligii episcopi et confessoris, cujus vitam admirandam multiplex signorum numerus commendat. Ipso die, sanctæ Nathaliæ, uxoris sancti Adriani martyris. Civitate Narnia, sancti Proculi presbiteri.

Chrysanthi et Dariæ. Diodori, Mariani, etc. Albani. Eligii. Nataliæ. Proculi.

Integri et puri sunt *Praten. Herinien. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Cogor scribere *Crisanti* ex omnium codicum lectione, excepto Pratensi, in quo est *Chrisanti*, et Molano, in quo solo rectius *Chrysanthi.* In Munerat. est *arenaria.* Greven. et Molan. duriuscule legunt *ac illic* pro *atque.* Solus Grevenus habet *Diodoli* et *celebraverunt.* In *Moguntiam*, variant; major numerus stat a textu. In Greveno, *civitate Novio*, typographi errorem puto. Codices omnes pro textu citati et probatiores quique constanter scribunt *Nathaliæ*, ac *Proculi presbiteri.*

OBSERVATIO. In vetustis Martyrologis, non uno die recoli *Chrysanthum et Dariam*, diximus XXIX Novembris. In exemplaribus Hieronymianis neque XXV Octobris neque hoc die signati reperiuntur; at illa sic habent XII Augusti: *Romæ, natalis sanctorum Chrysanthi et Dariæ, et qui cum eis passi sunt, Claudius, Helaria, Jason, Maurus et milites* LXX. Ponuntur denuo bini nostri XXIX Novembris, ubi in Observatione textum attulimus; verum neutro die aut *Diodorus* aut *Marianus*, inter eorum socios connumerantur. Ceterum XXIX Novembris eos adoptavit Sacramentarium Thomasii, ipsis ferme Hieronymianorum verbis, cum *Saturnino, Mauro*, etc., eademque secutus est vulgatus Florus. Quid Wandelbertus velit XIII Octobris, haud equidem satis intelligo. Allatii et Frontonis Kalendaria solos Chrysanthum et Dariam commemorant XXV Octobris, quem diem eorum festivitati solenni stabiliter consecravit Romanum modernum, non ex Rabano, quem Baronius non novit, sed, nisi fallor, ex Belino aliisque codicibus Usuardinis auctioribus. At certum est, male pro eo die ad-

Chrysanthi et Dariæ.

duci

duci Usuardum ipsum, qui hic a consuetis ducibus, nec ad latum unguem deflexit. Sic loquitur hoc *Diodori Mariani, etc.* die Romanum parvum : *Romæ, Chrysanthi et Dariæ martyrum, et Diodori et Mariniani, cum infinita multitudine martyrum.* Sequitur Ado, scribens etiam *Mariniani*, longioremque totius martyrii historiam eleganter contrahens, ex quo Noster primas duas laterculi sui annuntiationes formavit, quæ ab aliis non recte divulsæ sunt, quamquam fatear, non omnino constare, quo die omnes, vel eorum, qui in Chrysanthi Actis memorantur, aliqui passi fuerint. Quid, quod Acta ipsa, ut a Lipomano et Surio ex Metaphraste edita sunt, non magnam fidem mereantur, teste Baronio ad annum CCLXXXIV num. 7. ubi *corrupta* pronuntiat, *et in imposturæ suspicionem adducta eruditis ipsa exactius disquirentibus.* Disquisivit, non ita pridem, Tillemontius tomo 4 pag. 762, multaque reperit, quæ eminentissimi Annalistæ censuram confirment. Utrum vero reperturi simus *exemplaria breviora* et *fideliora, Latine conscripta*, de quibus ibidem meminit Baronius, necdum compertum habeo. Ceterum de vero martyrio et prisco in universa Ecclesia cultu dubitare prorsus non sinunt relata hic monumenta certissima, præter ea, quæ habet Gregorius Turonensis de Gloria Martyrum cap. 38. De sanctorum trans- *Albani.* lationibus vide Mabilionem sec. 4 Benedict. pag. 611, et Surium XVII Januarii. — De *Albano* Moguntino pluribus egimus in Auctariis XXI Junii, quo die a Rabano et Notkero consignatus est. Primus et solus Usuardus hunc diem delegisse videtur forte quod tunc Moguntiæ festive eum recoli intellexisset ; at in hoc major Rabano ecclesiæ Moguntinæ antistiti habenda fides, qui hoc die non natalem Albani, sed *dedicationem basilicæ* ejus expressissime notavit, unde non video, quid faciat notula Ca- *Eligii.* stellani, XXI Junii apposita quasi I Decembris, passionis dies censeri debeat. Atque hæc hoc loco sufficiant, cetera ad Albanum spectantia, operose in Actis illustrata invenies. — *Eligius* Noviomensis, ut inter Flandrorum, Brabantinorumque Apostolos merito computatur, ita singulari et perpetua veneratione tota patria nostra celebrari consuevit. Is ab Adone in sacros Fastos certo relatus est, forte ex aliquo codice Hieronymiano auctiori cui adjectitium censet Florentinius utpote cum absit a vetustiori Epternacensi. Noster ipsum ex Adone transumpsit, phrasi nonnihil modificata. Quæ plenius recitat Florus huc non pertinent. Notissima est inclytissimi Sancti vita ab Audoneo Rothomagensi composita cujus an genuinum uspiam exstet apographum, necdum inter eruditos convenit. Surius exemplar suum non fideliter reddidit ; integrior est, quam vulgavit Acherius Spicilegii tomo 5 ; quid de nostra manuscripta cum pluribus codicibus collata, censendum sit, accuratius suo loco discutietur. Solum Eligium, cum mensis principio, hodie cecinit Wandebertus. Hoc distichum ad Sanctum spectat :

Eligius, Noviome, tibi sub luce Decembrem
Prima designat condigno præsul honore.

Nataliæ. *Natalia*, Adriani martyris conjux, a Romano parvo diserte ponitur VIII Septembris : *Et Nataliæ.* Ado eodem die sub finem historiæ, asserit, ipsam *Bizantium enavigasse*, et *post paucos dies adventus sui dormitionem accepisse* ; *sepultam* vero *Kalendis Decembris.* Satis patet, hinc ansam cepisse Usuardum, ut Nataliam hoc die collocaret. De reliquo videri possunt, quæ de mariti Actis diximus VIII *Proculi.* Septembris. — Majus negotium facessit *Proculus Narniensis*, nulli alteri antiquo Martyrologo cognitus. Proculi multi sunt, nam in codicibus Hieronymianis recurrent plusquam tredecim, sic tamen ut soli duo dies reperiantur, quibus, Proculus aliquis *Interamnæ* tribuatur, nempe die XIV et XVIII Aprilis, ubi certum puto, eumdem bis consignari. An iterum recurrat I Maii, non æque clare perspicio ; verum nisi vehementer fallor, de uno eodemque agitur, quemadmodum et apud Adonem XIV Februarii ex XIV Aprilis, quo postremo die nos cum Usuardo de Proculo egimus, nihil supra Henschenium conjectare ausi, uti nec modo audemus. Interim Proculos alios satis certos novimus, Bononiensem, Veronensem, Puteolanum, Augustodunensem, etc. In Proculis Umbriæ hæret aqua. Quis sit Iteramnensis ille *episcopus et martyr*, in manuscripto S. Cyriaci confuse relatus *Interamnæ sive Narnis?* Qua vero causa eumdem Baronius hoc die, a Gothis decollatum asserat? Unde vero hodiernum *presbyterum Narniensem*, acceperit Usuardus? Incertissima videntur hæc omnia. Non mirum facit Noster, si erret, dum duces suos deserens, extra Galliæ aut Hispaniæ limites evagatur. At quiscumque hodiernus Proculus sit, non ut *martyr* aut *episcopus*, sed ut *presbyter* dumtaxat, ab Usuardo clarissime describitur. Rem prorsus implicarunt codices recentiores, ut ostendent Auctaria. At vero labyrinthum conserere videntur philopatrides illi, Proculos æque ac Sanctos alios mirum in modum multiplicantes ; quibus ad veritatem, quantum fieri poterit reducendis, insignem dissertationem, supra a nobis VII Novembris laudatam, paravit noster Janningus, alibi edendam, ad quam satius est lectores remittere, quam incertis intricatisque observationibus, eos fatigare diutius. Videri interim possunt Acta nostra ad I Junii pag. 50 et 79.

AUCTARIA.

TORNACEN. Deficit in secunda annuntiatione ; cetera pura sunt.

ANTVERP-MAJ. Caret secundo et tertio textus articulo.

ROSWEYD. Deest prima, secunda pura est. *Candidæ.* Tum . *Item Romæ, Candidæ virginis.* De Albano, *Translationis Ambrosii.* nihil. Tres ultimæ satis puræ sunt. Adjicit : *Mediolanis, translatio sancti Ambrosii episcopi et con-* *Candidi.* *fessoris. Candidi episcopi, confessoris.*

PULSANEN. Caret duabus primis. In solo Albano purus est. Tum : *Eodem die, Eligii Noviomensis episcopi. Apud Bizancium, Nicomediæ, natalis sanctæ Nathaliæ, uxoris sancti Adriani martyris. Ipso die, sancti Candidi.* *Candidi.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. ALTEMPS. et codices mediæ notæ ferme omnes. Proculo addunt titulum, non *presbyteri*, sed *martyris*. Hi *Mauri* autem quatuor in fine adjiciunt : *Ipso die, Mauri martyris.* Vide Florentinium XXIX Novembris.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVAN. Præter dictum de Proculo, in fine habent : *Virduni, transitus sancti Aggerici* vel *Agerici episcopi.* *Agerici.*

ALBERGEN.

ALBERGEN. et DANIC. Eadem habent, sed primam annuntiationem posuere xxv Octobris. Deest etiam Albanus. In reliquis satis puri sunt.

Textus mutilus.

CENTULEN. Incipit ab Albano, pure. Tum : *In Francia, civitate Noviomo, transitus beatissimi atque sanctissimi Eligii, antistis preciosi, cujus vitam atque gesta beatus Audoenus episcopus veraci stylo describit. Civitate Bizantio, dormitio sanctæ Nataliæ, uxoris.* etc. Desunt reliqua.

Candidæ et aliorum. *Papini et Mansueti.* *Agerici.*

BRUXELLEN. Incipit ab Eligio, pure. Tum : *Romæ, sanctorum Candidæ, Lucii, et Marinæ, Amboni, et Filati, Crisanti, Mauri et Dariæ.* Plura hic ex Hieronymianis commiscet. Sequitur de Diodoro et Mariano satis pure. De Natalia, ut PULSANENSIS. Deinde : *Et commemoratio sanctorum martyrum Papini et Mansueti episcoporum quorum natalicius dies fuit* IV *Kalend. Decembris. Apud Maguntiam, sancti Albini martyris.* De Proculo et Agerico, ut codices mediæ notæ supra citati.

Elogii encomium.

HAGENOYEN. De Chrysantho et Daria longum elogium modo suo confecit, quod hic non lubet describere. Secundo loco agit de Natalia, pure. Tum de Diodoro et Mariano, utcumque bene. Sequitur : *Civitate Noviona, depositio sancti Eligii episcopi et confessoris; qui ab ineunte ætate a parentibus aurifaber erat, et nihilominus propter divinum cultum, quem in corde suo gessit, fabricam suam rexit oratione* (magis) *quam operatione. Hic per miraculum a Deo ostensum, episcopus est effectus. Quantis tunc virtutibus claruit non est facile enarrare, cum ipse omnibus omnia factus sit. Hic moriens, non solum orabat Dominum pro plebe sibi commissa, sed summe Dominum rogavit, ut dignum illi post se statueret pontificem, et obiit in pace. Cujus vitam admirandam signorum ante mortem et post mortem, multiplex numerus commendat.*

Domnoli.

DAVERONEN. *Civitate Cenomannis, sancti Domnoli episcopi et confessoris.* Vide Castellanum.

Constantiani.

AMBIANEN. *Eodem die, sancti Constantiani abbatis et confessoris, qui tres mortuos suscitavit.*

Candidæ *Anisani.* *Agerici*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Albani martyris, apud Maguntiam. Candidæ virginis. Chrisanthi et Dariæ. Anisani et Maximæ.* Vide GREVENUM. *Agerici Virdunensis episcopi. Nataliæ, uxoris sancti Adriani martyris.*

VATICAN. num. 5949. Agit de solis Eligio et Proculo, prætermissis reliquis.

Evasii. *Mauri.* *Candidæ.* *Ansani.* *Petri Ravennatis.*

FLORENTIN. *Natale sancti Euasii episcopi et confessoris.* Vide Romanum die sequenti. *In civitate Karnia, sancti Proculi martyris. Item, sancti Mauri martyris. Romæ, Candidæ virginis et martyris. In territorio civitate Senarum, sancti Ansani martyris. Apud Ravennam, sancti Petri archiepiscopi et confessoris.* Vide die sequenti.

De Agerico

LUXOVIEN. *Virduni, quæ est civitas Galliæ provinciæ, transitus beati Agerici confessoris Christi, qui decimus civitatis illius extitit episcopus, et adeo multis clarus virtutibus enituit, ut si quis infirmus de manu ejus eulogias susciperet, protinus sanitatem reciperet.* Est in Romano.

De Chrysantho et Daria. *Jabini, etc* *Agerici.* *De Simeone*

EDITIO LUBECO-COL. De Chrysantho et Daria subnectit : *sicque migraverunt ad Christum, et nunc per translationem ab urbe Romana, Monasterio Eyfliæ requiescunt.* In secunda, satis pura est. Sequitur : *Item Romæ, sanctorum Jabini, Latini, Superati, Lucii, Candidæ, Marinæ, Ambonis et Philati confessorum.* Quidni *martyrum? Apud Bizancium civitatem, quæ dicitur Constantinopolis, natale sanctæ Nataliæ viduæ, uxoris*, etc. In Eligio, pura est. De Proculo, ut supra. De Agerico, ut LUXOVIENSIS. *Treveris, reclusio sancti Simeonis confessoris.*

Mauri. *Evasii.* *Martialis.*

BELIN. Prima posita est xxv Octobris ; hic secunda, utcumque. Tertia, recte. Quinta, ut supra. Sexta, satis pure. Hinc : *Eodem die, sancti Mauri martyris. Item civitate Noviensi, sancti Eligii episcopi et confessoris. Romæ, natale sanctorum martyrum Grisanti et Dariæ. Ipso die, sancti Euasii episcopi et confessoris.* In altera additur : *Floriaco monasterio, susceptio reliquarum sancti Martialis episcopi.*

Jabini, etc. *Victoris, etc.* *Anisani et Maximæ.* *Evasii* *Agerici.* *Candidi.* *Materniani.* *De capite Martini* *De Symeone.*

GREVEN. *Romæ, natalis sanctorum Jabini, Latini*, etc. *In Aphrica, Victoris, Rogati et aliorum* XIX. *Ipso die, sanctorum martyrum Anisani et Maximæ virginis. Quorum Anisanus, nobilis Romanus a Prothasio presbytero fidem Christi edoctus, et a sancta virgine Maxima, de sacro fonte levatus, cum eadem postmodum, persecutione Diocletiani et Maximiani, ob eamdem fidem occisus, martyrii palmam accepit. In Italia, in suburbio Cassali, natalis sancti Euasii episcopi et martyris. Virduni, sancti Agerici episcopi et confessoris. Qui decimus illi ecclesiæ præsidens, tantis emicuit virtutibus, ut quisquis infirmus de manu illius eulogias recepisset, protinus sanitatem optatam consequeretur. Candidi episcopi. Materniani archiepiscopi Remensis et confessoris. Translatio capitis sancti Martini episcopi. Treveris, reclusio sancti Simeonis confessoris.* Agitur de celebri Simeone Syracusano, cujus Acta ab Henschenio illustrata sunt die I Junii.

De Eligio nonnulla *Translationis Mauri* *Evasii.* *Agerici* *Translatio Landoaldi* *De reliquiis Lætiensibus* *Amabilis.* *Castriciani.* *Florentini.* *Ansani* *Nahum*

MOLAN. De Eligio, post *confessoris*, Italicis textui inserit, *atque patroni hujus ecclesiæ.* Deinde post *commendat*, typis minoribus : *Hic multas Sanctorum fabricavit tumbas. Multum in Flandris laboravit ; jugi instantia Andoverpis pugnavit, multosque erroneos Suevos convertit. Fana nonnulla Christi clypeo protectus, cum Apostolica autoritate destruxit, idola quoque diversi generis, ubicumque invenit, funditus subruit. Inter hæc autem frequenter ab ingrato perfido populo lacessitus et pene usque ad contumeliam provocatus, nullatenus a cœpta doctrina arcebatur, sed magis ipse lenis, patiens, humilis, et mitis pro eis Dominum deprecabatur.* In fine autem : *Eodem die, translatio sancti Mauri martyris. Ipso die, sancti Euasii episcopi et confessoris. Floriaco monasterio*, etc., ut BELIN. *Virduni*, etc., ut codices mediæ notæ. Tum : *Translatio Landoaldi archiepiscopi et confessoris. Adventus sanctarum reliquiarum ab urbe Constantinopolitana ;* et rursus typis minoribus : *ad sanctam ecclesiam Lætiensem , de qua in eadem habentur diplomata Theodori patriarchæ, et Henrici imperatoris, data anno* MCCVIII. *In territorio Arvernensi, sancti Amabilis, Rigomagensis presbyteri et confessoris, de quo Gregorius Turonensis.* Editiones aliæ, sic in textu Italicis de Eligio, primo loco posito : *Hic vir beatus, inter cetera bonorum operum insignia, multa Sanctorum auro argentoque et gemmis fabricavit sepulchra. Præterea pastoris cura sollicitus, multum in Flandris laboravit....* usque ad *funditus subruit.* Est præterea in textu Natalia et Proculus, omissis reliquis. In fine, de Evasio, ut in priori. Tum : *Mediolani, sancti Castriciani episcopi et confessoris. Castro Ambasio, sancti Florentini presbyteri et confessoris, miræ virtutis viri. Apud Senas, sancti Ansani martyris, tempore Diocletiani.* De Agerico, ut prior. *Die prima, sancti prophetæ Naum.* De translatione Mauri, et de reliquiis Martialis, etiam ut in prima. Tum : *In villa Vuintershove translatio Landoaldi confessoris et sociorum, quæ facta est a S. Floriberto, episcopo Leodiensi. Lætiis, adventus reliquiarum sanctarum, ab urbe Constantinopolitana.* Vide de his reliquiis quæ dicta sunt supra in prævia editione.

IV *Non.*

IV *Non.* *Die* 2.

Veri et Securi. *Bibianæ*

Natalis sanctorum Veri et Securi fratrum, qui apud Africam martyrio coronati sunt. Romæ, passio sanctæ Vivianæ martyris, quæ jubente Juliano imperatore sacrilego, tamdiu plumbatis cæsa est donec spiritum redderet.

Usuardum pure referunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan*

VARIA LECTIO. Unum est, in quo Pratensis codex a ceterorum puritate deficit, quod in fine legat : *Domino spiritum reddidit.* Suspicor *Domino*, pro *donec*, male scriptum esse, nisi forte dicere voluerit, *donec Domino* spiritum, etc. Rursus, pro *reddidit*, omnes alii habent *redderet* : Antverp-Major transposuit, *donec redderet spiritum.* De *Affricam, Aphricam, tandui*, et similibus, satis alibi dictum est.

Veri et Securi. OBSERVATIO. Primi duo martyres *Verus* et *Securus*, in solitis Usuardi antesignanis noti non sunt, nec in Beda ; in codicibus Hieronymianis Mauritanorum seu Maurorum acies unum ferme et viginti pugiles complectitur, quorum bini nostri, in fronte collocati, præcipui fuisse videntur. Rabanus ex præfatis codicibus primum quaternarium descripsit : *In Mauritania, Veri, Securi, Januarii, Victorini.* Beda Plantinianus, Belinus et Maurolycus *Veri*, mutarunt in *Severi ;* hic vero, et Beda ille, quatuor etiam socios notant, unde eos accepit Baronius, expuncta *persecutione Wandalica*, quam nescio cui Adoni adscripsit Petri Catalogus lib. I cap. 21, adoptavitque Maurolycus. Sociorum delectus plane arbitrarius est ; Noster solos duos priores retulit, eosque præcise quo habet Wandelbertus :

Vero et Securo quartis litat Africa Nonis.

Hinc ferme inducebar, ut plane crederem, Martyrologum metricum Usuardo nonnumquam præluxisse, at nonnihil absterruit, quod in textu asseratur, Verum et Securum *fratres* fuisse ; unde facile, colligitur, notitiam aliam Nostrum invenisse, qualis fere est illa, quam ex Catalogo citavimus, in quo etiam Verus et Securus *germani* appellantur. Frustra lucem quærimus Actorum defectu. — *Bibianæ.* *Bibianam*, aliis *Vibianam*, nostris *Vivianam*, in Hieronymianis apographis non repertam, ex corruptis Rabani nominibus conatur eruere Florentinius eodem referens Kalendarium suum Hieronymianum in quo *Viviana* hoc die consignetur. In antiquis Kalendariis aut Sacramentariis Romanis nulla ejus memoria, nec apud Martyrologum alium extra seriem nostram. Qui agmen ducit, Romani parvi auctor, duas annuntiationes formavit hoc modo : *Romæ, Vivianæ martyris. Fausti martyris et Dafrosæ filiæ*, quæ in Adone ita confunduntur, ut sensum plane alium reddant : *Natale Vivianæ martyris, beatorum martyrum Fausti et Dafrosæ filiæ.* Hic Faustus, Dafrosæ conjux et Bibianæ pater dicitur ; ibi vero Faustus Dafrosæ pater, atque adeo Bibianæ avus : utrumque falso, nam qualiacumque sint Pigmenii et Bibianæ Acta, a Majoribus nostris rejecta, in illis quidem Faustus aliquis præses est, a Dafrosa conversus ad fidem, sed hujus maritus et Bibianæ ac Demetriæ pater constanter *Flavianus* nominatur. De præfatis Actis locuti sumus IV Januarii et XXIV Martii. Ado tyrannum non satis clare designat, dum vocat *imperatorem sacrilegum ;* Usuardus distinctius *Julianum* expressit ; interim post multas disceptationes, necdum certo constat sub quo persecutore passa sit Bibiana aliique in citatis Actis commemorati. Tillemontius mavult tempora Diocletiani, Baronius aliique circumstantias se deprehendere existimant, quæ in Juliani tempora, ut Acta affirmant, aptius quadrent. Tu vide Baronii Notationes et Acta nostra citatis diebus. Præstat, nihil positive definire, donec otium fuerit ad omnia penitius introspicienda, veritatemque maturius explorandam in Actis hoc die, ad quem totam hanc controversiam remisit Henschenius XXI Junii, nosque ibi verbo indicavimus, dum de Demetria sermo esset.

AUCTARIA.

PULSANEN. Bibianæ annuntiationem puram refert, sed primo loco positam. Secundo loco solum habet : *Ipso die, sanctorum martyrum Veri et Securi.*

De Bibiana ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN et LOVANIEN. De Bibiana adjiciunt : *Cujus corpus jussione imperatoris, biduo in foro jacuit. Tandem raptum nocte a Johanne presbytero sepultum est in domo, ubi mater et soror ejus Demetria jam sepultæ erant.* Vide Adonem.

De eadem. ALBERG. Incipit ; *Romæ, natale sanctæ Vivianæ virginis et martyris, beatorum martyrum Fausti et Dafrosæ filiæ.* Hoc est Adonis initium. Sequuntur verba textus et additamenti Adoniani supra relati. Prima annuntiatio de Vero et Securo, secundo loco posita est.

DANIC. Sic variat, ut ad Romanum parvum magis accedat quam ad Adonem, constructionem eo pacto vitians. Post *virginis et martyris*, ita prosequitur : *Item beatorum martyrum Fausti et*

Dafrosæ

Dafrosæ filiæ. Quibus male subnectit : *Quæ jubente*, etc., cum tunc omnia ad Dafrosam potius quam ad Bibianam referantur. De cetero similis est citato codici ALBERGENSI.

De martyribus Centulensibus. CENTULEN. *Cœnobio Centula, magna et præclara sublimisque festivitas, decollatione sanctorum in eodem cœnobio diversis temporibus congregatorum, quorum dies, quia singillatim non poterant celebrari, statuit Papa Adrianus, ut in die hac eorum solemnitas duceretur. Romæ, sanctæ Vivianæ virginis et martyris. Ipso die, sanctorum Veri et Securi, qui apud Africam martyrio coronati sunt.*

Octavæ Catherinæ. BRUXELLEN. *Octava sanctæ Katherinæ virginis et martyris. Romæ, sanctorum Pimicii, Ponciani,* *Primici, etc.* *Viviani et aliorum trium. In Mauritania, natale* *Victorini et Fortunati.* *sanctorum Severi et Securi fratrum, ac Victorini et Fortunati, qui apud Africam martyrio coronati sunt.* In Bibiana similis est ALBERGENSI.

De Vero, etc. HAGENOYEN. *Apud Affricam, natale sancti Veri et Securi fratrum, qui sub Hunerico Arriano rege martyrio coronati sunt.* In Bibiana non multum differt ab ANTVERP-MAX. etc. Tum subdit : *Item* *Fausti, etc.* *Romæ, natale beatorum martyrum Christi, Fausti et Dafrosiæ filiæ ejus.* Sic paulatim Sancti accrescunt et imperite multiplicantur. Deinde : *Civi-* *Proculi.* *tate Narina* (pro *Narnia) depositio Proculi presbyteri*, ex die præcedenti retrahitur. Rursus : *Eo-* *Evasii.* *dem die, depositio sancti Euasii episcopi et confessoris.* At hic in Romano ponitur hoc die. Demum : *Mauri.* *Ipso die, natale beati Mauri martyris.*

Eligii. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Eligii episcopi et confessoris.* Vide die præcedenti. Sequitur : *Lon-* *Longini.* *gini martyris, qui latus Domini tempore passionis transfodit.* Vide Usuardum XV Martii, et alibi Auctaria. Inter antiquos solus Florus de eo meminit. In fine : *Vivianæ virginis et martyris.*

In VATICAN. sub num. 5949. Deest annuntia- *Primentii et Pontiani.* tio prima de Vero et Securo. Adjicitur autem : *Item Romæ, sanctorum Primentii et Pontiani.*

Pontiani. STROZZIAN. *Item Romæ, S. Pontiani martyris.*

EDITIO LUBECO-COL. Sic incipit; *Romæ, na-* *De Bibiana.* *tale sanctæ Vivianæ virginis et martyris, beatorum Fausti et Dafrosæ filiæ. Quæ Viviana, jubente, etc.*, ut codices mediæ notæ supra. In fine nonnihil mutila est, sic ut non recte incipiat annuntiationem de Vero et Securo.

BELIN. Pro *Veri*, scribit *Severi* ; et ubi omnes alii codices *Vivianæ*, solus ipse *Bibianæ*. In fine autem adjicit : *Item Romæ, S. Pontiani martyris.*

GREVEN. *In Mauritania, sanctorum Securini,* *Securini et aliorum.* *Victorini, Fortunati, Agnetis, Secundæ.* Videnda sunt apographa Hieronymiana. *Longini martyris.* *Longini.* *Pigmenii, Faustæ et aliorum.* *Pigmenii, etc.* Rectius, opinor, legeret *Fausti*, ut alludatur ad Sanctos omnes in Actis Bibianæ memoratos. Tum : *Romæ, sancto-* *Primitivi, etc.* *rum Primitivi, Potentiani. Ravennæ, sancti Petri* *Petri. Chrysologi.* *archiepiscopi et confessoris, qui a Sixto Papa III, per apparitionem et jussionem sanctorum Petri Apostoli, et Apollinaris martyris, Ravennæ antistes ordinatus, eximia eruditione et sermonis venustate Chrisologi, id est sermonis, vel sermocinatoris aurei, cognomentum promeruit. Calix etiam ejus et patena, contactu a morsu rabidi canis sanant.* *Ethermani.* *Ethermani episcopi. Valeriæ virginis.* *Valeriæ.*

MOLAN. *Item Romæ, sancti Pontiani martyris.* *Pontiani.* *Consecratio sanctæ Gertrudis virginis.* *Gertrudis.* Sequitur typis minoribus : *Ravennæ, sancti Petri archiepi-* *Petri Chrysologi.* *scopi et confessoris, qui Chrysologi cognomentum promeruit. Eodem die in India, Cantana civitate Chinensium, obitus Francisci Zavierii, qui evange-* *Francisci Xaverii.* *lizantium in India antesignanus, multis virtutibus, populorum conversione, ac variis miraculis in vita et post mortem clarissimus, incorruptum spiritum Domino reddidit. Scriptum est in epistolis Indicis. Item obitus domini Joannis Ruisbroeck, primi Prio-* *Joannis Ruisbroeck.* *ris Regularium Viridis vallis, doctrina et sanctitate clari. Cujus vita habetur.* Editiones aliæ de Pontiano scribunt, sicut prima. Tum : *Foro Cornelii, beati Petri Chrysologi, Ravennatis episcopi, moribus, doctrina, et miraculis clari. Nivellæ, consecratio sanctæ Gertrudis virginis.* Demum typis minoribus, agunt de sancto Francisco Xaverio, et D. Joanne Ruisbrochio, servatis terminis ex editione prima jam relatis.

III *Non.* *Die* 3.

ROmæ, natalis sanctorum martyrum Claudii tribuni et uxoris ejus Hilariæ, ac *Claudii et soc.* filiorum Jasonis et Mauri, cum septuaginta militibus, ex quibus Claudium jussit Numerianus imperator, cum ingenti saxo alligatum, in medio mari præcipitem dari, milites vero et filios ipsius Claudii, capitali sententia puniri. Tingi metropoli, passio sancti Cassiani, qui exceptoris diu gerens officium, tandem *Cassiani.* cœlitus inspiratus, execrabile duxit Christianorum neci deservire cruentus, unde renuntians eidem officio, sub Christiana confessione, triumphum meruit obtinere martyrii.

Puri sunt : *Praten. Herinien. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Accedunt *Antverp-Max. Ultraject. Leyden. Albergen.* et *Danic.*

VARIA LECTIO. Codices mediæ notæ omnes legunt : *Romæ via Salaria.* Sic etiam cum Antverp. et Max-Lubec. alteram annuntiationem ex Adone inchoant : *Tingi Metropoli Mauritaniæ Tingitanæ.* Munerat. scripsit *Turgi*, secunda Belini editio *Trugi*, Greven. *Tyngi.* Belin. male posuit particulam *et* post *Claudii* sic legens : *Claudi et tribuni et uxoris Hylariæ*, etc. Legimus cum Praten. Herinien. Munerat. Greven. et Molan. *Christianorum neci deservire cruentus*, licet durior sit constructio. Id ut vitarent Antverp. Max-Lubec. Belin. et codices mediæ notæ, omiserunt τὸ *cruentus*, imo in Antverp-Maj. emollita est phrasis per, *necibus deservire cruentis.* In Greven. et Molan. ante *Christiana*

stiana confessione, deest *sub*. Iidem duo etiam a reliquis dissentiunt in priori annuntiatione, dum pro *cum ingenti saxo alligatum*, ut ex Adone descripsit Usuardus, ipsi emendatius quodammodo ponere voluerunt, *cum ingenti saxo ligati*. Molan. autem omittens particulam *et* inter *vero* et *filios*, sensum invertit, *milites vero filios*, etc. Imperfecta etiam est Munerati constructio in fine, dum omittens *eidem officio, sub Christiana*, solum habet : *unde renuntians, confessione triumphum*, etc. *Hylariæ, renuncians, optinere* et id genus alia negligimus.

Claudii et soc.

OBSERVATIO. Quæ I Decembris, occasione Chrysanthi et Dariæ, a nobis observata fuerunt, ad hosce martyres *Claudium, Hilariam, Jasonem, Maurum* et anonymos milites pertinent, qui, ut ibi ostendimus, in Hieronymianis omnes, XII Augusti ponuntur, eorum nonnullis, XXIX Novembris in iisdem apographis repetitis. Quatuor nostri cum militibus illis LXX, sic primum hoc die a Romano parvo consignati sunt : *Romæ, Claudii tribuni, et Hilariæ uxoris ejus, et Jasonis et Mauri, et* LXX *militum sub Numeriano*. Diffusius est Adonis elogium, ex quo nostrum contraxit Usuardus. Hisce diutius non inhæreo, nam præter dicta de Chrysantho et Daria, nihil observandum superest. — *Cassianus* Tingitanus in omnibus Hieronymianis diserte ponitur, quidquid nonnihil luxatum et depravatum sit nomen, tum Sancti, tum loci in quo passus est. *Cassiani* Distinctissime legit exemplar Lucense seu sancti Wandregisili : *Et in Tingi, Cassiani*. Hinc procul dubio accepit Rabanus, sed de suo perperam adjecit titulum *presbyteri*. In Romano parvo, Beda aut Floro hic Cassianus notus non est. Fontem alium quam Hieronymiana apographa habuisse videtur Martyrologus Viennensis, at quis is fuerit, mihi non liquet; certum puto eum Acta non vidisse, cum paulo jejunius de illo sic pronuntiet : *Tingi, metropoli Mauritaniæ Tingitanæ, natalis sancti Cassiani martyris gloriosi*. Plura in notitiam Usuardi, imo Acta ipsa pervenisse necesse est, ex quibus præclarum encomium composuit, de quo supra in Variantibus. Brevia sunt, sed insignia et genuina, diemque passionis clare exprimunt laudata Acta, quæ inter Sincera et selecta edidit, ac prævia admonitione notisque illustravit Ruinartius a pag. 314. Ad XXX Octobris cum Usuardo censuimus, Cassianum nostrum, occasione iniquæ sententiæ, in Marcellum dictatæ, cœlitus inspiratum, tuncque ad fidem Christi primum conversum, tametsi dubitet Tillemontius tomo 4 pag. 577. Notissimus est Prudentii de Cassiano versiculus :

Ingeret Tingis sua Cassianum.

Wandelbertus ad Verum et Securum hesternos Africanos martyres alludens, sic illis hodie Cassianum subjungit :

*Cassianoque eadem * libat sub martyre terris.*

* Africa

AUCTARIA.

TORNACEN. In prima annuntiatione plane purus, in secunda resecat totum Cassiani Tingitani elogium.

ANTVERP-MAJ. In textu non satis castigatus, addit ad calcem : *Item depositio sancti Birini confessoris*. Patet augmentum Anglicum, in sequenti codice magis amplificatum. *Birini*

ROSWEYD. *Pentana civitate, Occidentalium Saxonum metropoli, sancti Birini episcopi, qui primus ibi prædicavit Christi Evangelium*. In toto textu Usuardino purus est. *De eodem*

PULSANEN. Ambas annuntiationes transponit, et ab utraque elogia rescindit.

LOVANIEN. Deficit in elogio Claudii.

CENTULEN. *Tyngi, metropoli Mauritaniæ Tingitanæ, natalis sancti Cassiani, qui exactoris spernens officium, pro confessione Christi subiit martyrium. Romæ, sanctorum martyrum Claudii tribuni, et uxoris ejus Hilariæ, et filiorum Jasonis et Mauri et militum septuaginta, qui omnes ad prædicationem beati Chrisanti crediderunt Christo et sub Numeriano passi sunt.* *Textus mutatus*

BRUXELLEN. Incipit : *Agnetis secundæ*. Vide Hieronymiana die præcedenti, ubi *Agnetem* et *Secundam* seu *Secundum*, aliis immixtos invenies. Sequitur de Cassiano, utcumque pure. Tum : *In Nycomedia, sanctorum Merobi, Claudii et Felicis*. In Claudio et sociis, satis purus est. Dein : *In Africa, sanctorum Magnæ, Johannis, Stephani, Victoris et Martini. Apud Bononiam, elevatio sancti Agricoli martyris*. Totus laterculus Hieronymianis Sanctis intertextus est. Tum vero : *In Blandinio, adventus corporum, sanctorum Bertulphi et Guduali. Cujus sancti Gudualis scrinium cum in Gandavo post processionem referretur, ymago crucis, inclinato vultu eum venerata immobilis mansit, neque se reflexit. Item Birini episcopi.* *Agnetis* *Merobi, etc.* *Magnæ, etc.* *Elevationis Agricolæ.* *Adventus Bertulph et Guduali.* *Birini*

HAGENOYEN. In prima satis purus, subdit : *Item in Curia Curiensi, natalis sancti Lucii confessoris, ejusdem Apostoli, qui propter Christum sua regna reliquit*. Vide Romanum. *Item Argentinæ, monasterio sancti Stephani, sanctæ Athelæ virginis ejusdem monasterii abbatissæ*. Non satis distinguo, an legat *Athelæ*; Castellanus *Atalam* vocat. Sequitur : *In Eystetensi dyocesi, sancti Soli confessoris*. Vide Castellanum, ubi *Solas* dicitur. In Cassiano purus est codex. In fine demum adnectit : *In Anglia, sancti Birini episcopi et confessoris*. *Lucii* *Athelæ* *Soli* *Birini.*

VICTORIN. et REG. SUEC. num 130. *Item natalis sanctæ Crispinæ virginis et pretiosæ martyris, sub Diocletiano imperatore*. In Hieronymianis hodie aliqua Crispina est, sed vide ipsa, V Decembris, et eodem die Usuardum. *Crispinæ*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Claudii tribuni cum sociis* LXX, *militis*. Melius legeret *militibus*. Nescio cur uxor et filii omittantur. Sequitur : *Eloquii abbatis*. Vide Castellanum. *Eloquii*

VATICAN. signatus sub num. 5949. Adjicit : *Natale sanctorum Grasici, Septimi et Quinceli, in sancta Sophia*. *Grasici, etc.*

LUXOVIEN. *Depositio sancti Firmini Virdunensis episcopi*. Est septimus ordine apud Sammarthanos. Castellanus eum inter *Aemeros*, seu certo die carentes, reposuit pag. 783. *Firmini*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Reversio beati Johannis Apostoli ab exilio Pathmos, post necem Domiciani, imperatoris*. In martyribus Romanis nonnihil interpolata est, pura in Cassiano. Addit : *Eodem die, sancti Birgini episcopi et confessoris*. Vide supra ANTVERP-MAJ. et ROSWEYD. Demum . *Reversionis Joannis Evangelistæ* *Birini*

mum .

Osmundi.

mum : *Ipso die, sancti Osmundi episcopi et confessoris.* Vide Romanum die sequenti.

De Joanne Evangelista

Radfridi, etc.
Crispini, etc.
Agricolæ, etc.
Birini.

Greven. *Reversio de exilio beati Joannis Evangelistæ, post necem Domiciani. In Frisia, Radfridi et Waldefridi martyrum. In Aphrica, natalis sanctorum Crispini, Magnæ, Joannis, Stephani, Victoris, Martini. In Bononia, sanctorum Agricolæ et Cassiani. In Anglia, Birini episcopi Dorcacensis.* Vide infra editiones Molani posteriores. *Petri archiepiscopi. In Britannia, sancti Lucii regis et confessoris, qui tempore Eleutherii Papæ, ut Beda dicit primo libro, fidem Christi recepit. Item in Anglia, sancti Osmundi episcopi et confessoris, vita et miraculorum gloria illustris. Firmini episcopi. Solæ presbyteri et abbatis. Galgani confessoris. Eloquii abbatis. In Argentina, sanctæ Attalæ virginis. Item beatæ Emeritæ, sororis sancti Lucii regis.*

Petri.
Lucii.
Osmundi.
Firmini.
Solæ.
Galgani.
Eloquii.
Attalæ.
Emeritæ.

De Claudio.

Molan. Litteris Italicis textui post *sententia puniti*, ex Adone inserit : *Erat autem in loco ubi decollati sunt, cuniculus antiquus ; hunc emundantes nocte Christiani, simul in unum omnia corpora sepelierunt via Salaria. Corpora autem Jasonis et Mauri collegit sancta Hilaria relicta martyr, ubi dum assiduis orationibus vacaret, migravit ad Dominum.* In fine : *In monasterio Blandiniensi, Gandavi castri, adventus corporum sanctorum Guduali et Bertulphi.* De Radfrido et Waldefrido, de Lucio rege, de Osmundo et Sola, minoribus typis discribit verba Greveni. Editiones posteriores idem et eodem modo habent in textu. In fine autem : *Mediolani, Mirocletis archiepiscopi et confessoris.* Vide Romanum. *In Anglia, sancti Birini episcopi Dorcestrensis. In territorio Eistensi, Solæ presbyteri et abbatis. Die tertia, sancti prophetæ Sophoniæ. Vualchiodori, natalis sancti Eloquii presbyteri et confessoris. Civitate Argentina, sanctæ Attalæ virginis.* De Adventu corporum Gudwali et Bertulfi : *In monasterio Blandiniensi, Gandavi castri*, etc., ut supra. Denique typis minoribus : *In Frisia, Radfridi et Vualdefridi, a Normannis justa Groningam martyrizatorum.* Vide Castellani Martyrologium universale.

Adventus Guduali.
Radfridi, etc.
Lucii.
Osmundi
Mirocletis.
Birini.
Solæ.
Sophoniæ.
Eloquii.
Attalæ.
De Radfrido et Waldefrido.

Pridie Non. *Die 4.*

Apud Pontum, beati Meletii episcopi et confessoris, qui cum esset eruditionum prærogativa magnificus, virtus tamen animi et vitæ sinceritas longe in eo magnificentior extitit. Item Alexandriæ, sancti Clementis presbiteri, qui in divinarum eruditionum scholis quam maxime floruit.

Meletii.
Clementis.

Omnino puri sunt *Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubec, Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. Greven. scribit *Melecii*, pejus Molan. *Melitii.* Dum in Tornacensi legitur *eruditione prærogativa*, puto indicari, *eruditionis prærogativa*; ceterum omnes codices legunt, ut est in textu. Greven. et Molan. legunt *syncerītas.* Tornacen. *scolis.* — Plerique alii codices, imo fere omnes purum textum et integrum referunt, sed Pratensis cum suis in fine adjicit : *In pago Bituricensi, sancti Syrani abbatis*; vel ut Castellanus descripsit, *sancti Sigiranni.* Primo modo eumdem habent Antverp-Maj. Rosweyd. et Aquicinct. Est præterea in Pratensi ad marginem, *Germanico* (pro *Floriaco*) *monasterio, translatio sanctissimi confessoris Christi Benedicti abbatis* ; Castellanus brevius : *Floriaci, translationis S. Benedicti.* Codex vero Heriniensis, toto textu purissimus, in fine subjungit *Barbaram*, quam et multi alii aut adjecerunt, aut præfixerunt, ut in Auctariis fusius ostendemus. Notabis hic, præfatam Barbaram a Romano parvo, Adone et Usuardo, non hoc die, sed xvi Decembris consignatam esse.

De codicibus non puris

Observatio. Eos hoc die Sanctos in laterculo nostro celebrat Usuardus, quos apud nullum antiquiorem Martyrologum potuit reperire. Romanum parvum unicam hanc annuntiationem posuerat : *Romæ Symphronii et Olympii, Exsuperii et Theodoli, die* vii *Kalendas Augusti passorum, a beato Xysto via Latina* ii *Nonas decembris translatorum, quando eorum festus dies celebrior agitur.* Longior ab Adone historia texitur ex Actis sancti Stephani Papæ, verum et apud ipsum unica ea est commemoratio. At vero cum illam xxvi Julii retulisset Usuardus plane opus habuit alio recurrere, ut huic diei Sanctos proprios assignaret. Hieronymiana apographa non consuluit, Beda et Florus vacant, Rabanus ferme hæret in Barbara. Itaque solitos duces hic imitatus, in Rufino vel Eusebio binos Sanctos reperit, quos pro suo arbitrio recolendos proponeret hoc die, quo proinde totus textus vere et proprie Usuardinus est.

Meletii.

Meletium Ponti episcopum suggessit Eusebius lib. 7 cap. 29, ubi Sanctus iste a multiplici scientiarum omnium ornatu mirifice extollitur, unde brevis sui elogii totam materiam Usuardus accepit, ipsa Rufini verba describens, ut textum nostrum cum citato loco conferenti manifeste patebit. Quid addi potest tantæ suavitati in moribus, tantæ dulcedini, *ut mellaticus a sodalibus vocaretur?* Quid doctrinæ, cum *in omni eruditione perfectus* asseratur? Vide hæc omnia a Tillemontio Gallice deducta tomo 7 pag. 41, qui tomo immediate prægresso pag. 641, eumdem Meletium vindicat ab Arianismi labe, per calumniam ei a Philostorgio inusta. Cetera operosius colligemus, dum ejus Acta erunt illustranda. — Quam magnæ et veræ sunt congestæ ab Eusebio in Meletium laudes, tam præclaras, imo fortasse majores meretur clarissimus, et celeberrimus scriptor *Clemens* cognomento *Alexandrinus*, a docendi potius munere, quam ab origine aut nativitate, cum de ejus patria inter eruditos hactenus disceptetur ; nec magis notum sit, quo loco extremum diem obierit. Porro de vastissima doctrina,

Clementis Alexandrini.

librisque a Clemente de vario argumento compositis, non semel loquitur Eusebius historiæ suæ lib. 6. nec in eo multis modis prædicando parciores sunt antiqui Ecclesiæ Patres scriptoresque alii ex quibus vitæ seriem aliquam adornavit Tillemontius tomo 3 a pag. 181. Recentiores multi in eamdem rem operam contulerunt, suo tempore a nobis consulendi, præsertim Bibliographi, seu qui de Scriptoribus ecclesiasticis ex professo egerunt, quorum hic nomina referre operæ pretium non est. Jam diximus, a nullo Martyrologo, Usuardo antiquiore aut æquali, Clementis nomen consignatum fuisse, ut plane soli Nostro æque ac Meletius, acceptus referri debeat. Non satis perspicio, quo scrupulo duci potuerint Romani Martyrologii reformatores, ut tam illustrem virum ex sacris Tabulis expunctum vellent. Vide Henschenium tomo 6 Maii pag. 777. Est qui putet eo Baronium absterritum fuisse, quod Clementis opera inter apocrypha a Gelasio relata sint. Hæc satis pro instituto nostro. — Quid velit Wandelberti versiculus :

Tum pridie cum Victorio præcellet Heracleus,

prorsus non intelligo ; ac certe hinc magis confirmor in opinione, quod Usuardus Wandelbertum secutus non sit, qui hoc die aliunde Sanctos sibi conquirendos putaverit.

AUCTARIA.

PRATEN. De ejus augmentis egimus supra in Variantibus.

HERINIEN. Purissimus in textu, huc partem annuntiationis retrahit ex XVI Decembris. *Barbaræ.* *In Tuscia, passio sanctæ Barbaræ virginis, sub Maximiano imperatore, quæ post dira tormenta, ad extremum gladio data, martyrium consummavit.* Plura dabunt codices alii infra citandi.

ANTVERP-MAJ. Diximus supra hunc codicem hic denuo cum PRATENSI convenire. Sic habet : *Sirani.* *In pago Bituricensi sancti Sirani abbatis. Et translatio sancti Benedicti abbatis.* *Translationis Benedicti.*

ROSWEYD. Textui cum PRATENSI etiam adjicit: *Syrani.* *In pago Bituricensi, sancti Syrani abbatis.* Sequitur tota *Barbaræ* Barbaræ annuntiatio descripta ex XVI Decembris, quam hic toties non lubet describere, cum in aliis quoque codicibus repetatur.

PULSANEN. Alium plane textum Usuardino substituit: *Simpronii, etc.* *Romæ, natale sanctorum martyrum Simpronii et Olimpii, temporibus Valeriani et Galieni.* Vide supra in Observatione. *Barbaræ.* *Item sanctæ Barbaræ virginis. In Africa, natale sanctorum Armogasti, Archimini, et Satyri.* *Armogasti, etc.* Vide de his tribus Martyribus Usuardum XXIX Martii.

MUNERAT. Pro *Meletii*, male scribit *Electi*. *Benedicti.* Textui autem superaddit: *Ipso die, sancti Benedicti abbatis.* *De reliquiis ecclesiæ Parisiensis.* *Parisii, susceptæ sunt in ecclesia beatæ Mariæ, tres dentes beati Johannis Baptistæ, brachium sancti Andreæ Apostoli, lapides quibus lapidatus est beatus Stephanus; caput etiam pretiosissimorum* (pretiosissimum) *beati Dionisii martyris. Hæ autem reliquiæ in ecclesia beati Stephani protomartyris inventæ sunt.* *Barbaræ.* *Ipso die, sanctæ Barbaræ virginis et martyris.* De hac codices alii fusius.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN et LOVANIEN. Omnes hi codices et duo sequentes primo loco referunt totam annuntiationem de *Barbaræ.* sancta Barbara, pro ut in ipso Usuardo habetur XVI Decembris, quo jam supra lectores remisimus. In textu puri sunt.

Ejusdem. ALBERG. et DANIC. Præter Barbaram in principio positam, adjiciunt ipsi in fine : *Annonis.* *Coloniæ, natale sancti Annonis*, (alter simplicius *Colonia, sancti Annonis*) *episcopi et confessoris.*

CENTULEN. *Simpronii, etc.* *Romæ, sanctorum martyrum Simpronii et Olimpii, Exuperiæ et Theoduli, temporibus Valeriani et Gallieni.* Paucis mutatis, idem habet hic codex XXVI Julii. Pergit : *Barbaræ.* *Nicomediæ, passio sanctæ Barbaræ virginis, quam proprius genitor Dioscorus gladio decollavit.* *Armogasti, etc.* *In Africa sanctorum Armogasti, Archimini et Satiri, qui cum essent lucidissima membra ecclesiæ, pro confessione veritatis, multa et varia tormenta perpessi sunt.* Vide quæ diximus ad PULSANENSEM, supra. *Cœnobio Floriaco, depositio sanctissimi corporis beati Patris nostri Benedicti.* *Benedicti.* Deest hic totus textus Usuardinus.

BRUXELLEN. Incipit a Barbara, *Barbaræ.* ferme etiam ex textu, XVI Decembris dando. In Armogasto et sociis, *Armogasti, etc.* vix differt a præcedenti. Tum ex truncatis Hieronymianis: *Felicis, etc.* *In Laodicia metropoli, Felicis et Merobii.* Sequitur textus satis purus. Deinde: *Syrani.* *In pago Bituricensi, sancti Syrani abbatis. Apud Coloniam Agrippinam, depositio sancti Aimonis* *Annonis.* (Annonis) *episcopi et confessoris. Romæ, sanctorum martyrum Sempronii et Olimpii, temporibus Valeriani et Galieni imperatorum.* *Simpronii, etc.* *Eodem die, translatio sancti Benedicti abbatis.* *Translationis Benedicti.*

HAGENOYEN. Primo loco agit de Meletio, et in fine de Clemente Alexandrino, utrobique satis pure; sed duabus hisce annuntiationibus interjicit longam historiam de martyrio sanctæ Barbaræ, *De Barbara* quam in Actis apud Surium quisque facile et multo nitidiorem reperiet.

AQUICINCT. Incipit : *Barbaræ* *Passio sanctæ Barbara virginis et martyris.* Sequitur textus. In fine autem cum PRATENSI adjungitur : *Syrani.* *In pago Bituricensi, sancti Syrani abbatis. Apud Floriacum cœnobium, iterum tumulatio sancti Benedicti abbatis.* *Benedicti.*

CODEX Ursini a Rosemberg. *In Italia, civitate Parma, beati Bernardi de gente Ubertorum, de* *Bernardi* *Florencia, dictæ civitatis Parmæ gloriosi episcopi, cujus gesta habentur. Coloniæ, sancti Annonis archiepiscopi et confessoris.* *Annonis*

DAVERONEN. *Floriaco monasterio, sancti patris monachorum Benedicti, confessoris eximii.* *Benedicti*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Barbaræ virginis et martyris. Meletii episcopi et confessoris. Clementis presbyteri et confessoris.* *Barbaræ.*

CAMBERIEN. *Apud Pontum, beati Electi episcopi.* Ita superius MUNERATUS ; sed male pro *Melitii* ut observavimus.

REG. SUEC. num. 130. et num 428. *Eodem die* (puto haberi) *tumulatio sancti Benedicti abbatis.* *Benedicti.* Tum solus CODEX sub num. 428: *Parisiis, susceptio sacrarum reliquiarum.*

VATICAN. num 5949. Deest textus. Habet de Barbara, *Barbaræ.* ni fallor ex XVI Decembris. Item de Simpronio, Olympio, etc., ex XXVI Julii. *Simpronii, etc.*

ALTEMPS. *In Pago Biturico, sancti Syrani abbatis.* *Syrani.* Vide alios codices, supra.

FLORENTIN. *S. Barbaræ ..... Item sanctæ Juliæ virginis et martyris, quæ cum Barbara prædicta* *Juliæ.*

passa

Symphronii, etc. — Armogasti, etc. — Bernardi

passa est. Romæ, sanctorum martyrum Symphronii, Olympii, Exuperiæ et Theodoli, qui temporibus Valeriani et Gallieni imperatorum passi sunt. In Africa, sanctorum martyrum Armogasti, Archimimi et Satyri, qui cum essent lucidissima membra Christi, pro confessione fidei, multa et gravia perpessi supplicia atque opprobria ab Arianis, cursum gloriosi certaminis impleverunt. Item sancti Bernardi abbatis monasterii sancti Salvii prope Florentiam, civis Florentini, qui postea fuit abbas sanctæ Mariæ Vallis umbrosæ, deinde ordinatus episcopus urbis Parmæ.

Annonis cum elogio

Editio Lubeco-Col. *Apud Coloniam Agrippinam in Galliis, quæ est urbs metropolis Germaniæ, transitus beatæ ac dignæ memoriæ Annonis, ejusdem civitatis archiepiscopi et confessoris, qui plurium extitit fundator ecclesiarum. Hic cum quodam tempore sacra mysteria perageret, cæcus quidam a ministro altaris aquam superfusam digitis venerandi antistitis, sibi donari petiit, qua accepta totam faciem suam cum devotione magna abluens, lucem hujus mundi tunc primum sibi illuxisse, magnis plausibus exultavit. Et beati Annonis sepulcrum divina præstante gratia crebris miraculis illustratur.* Sequitur de Barbara, paulo auctiori phrasi; deinde textus satis purus.

Barbaræ — Ejusdem — Symphoriani etc. — Translationis Benedicti.

Belin. *Nicomediæ, sanctæ Barbaræ virginis et martyris. Eodem die, sanctorum Symphoriani et Olypii* (secunda habet *Olympii.*) Et hæc præterea adjicit: *Apud Floriacum monasterium, translatio sancti Benedicti abbatis.*

Barbaræ — Felicis, etc. — Eraclii, etc.

Greven. *Nota, hic festivior solennitas sanctæ Barbaræ agitur, quam Usuardus habet infra* xvii *Kalendas Januarii. In Laodicia metropoli, Felicis, Merobii. Eodem die, Eraclii, Christiani, Prudentis. Commemoratio sanctorum Armogastis, Archimini et Saturi, qui supra habentur* iv *Kal. Aprilis. Romæ, translatio sanctorum Simphronii, Olimpii, Exuperiæ uxoris ejus et Theodoli filii eorum. Quorum corpora, ut dicit Ado, a beato Stephano Papa,* vii *Kal. Augusti sepulta, postmodum vero a sancto Sixto Pontifice translata, celebrem diem fecerunt pridie Nonas Decembris. Apud Coloniam Agrippinam, depositio sancti Annonis episcopi et confessoris, qui multarum ecclesiarum extitit fundator. Ad cujus sanctitatem commendandam, cum tempore quodam sacra mysteria perageret, cæcus quidam aqua sancti Pontificis digitis superinfusa, faciem sibi abluens, oculorum lumen recepit. Virduni, sancti Possessoris episcopi. Apud Floriacum, adventus corporis sancti Benedicti abbatis.*

De Armogaste, etc. — Translationis Symphronii, etc. — De Annone — Possessoris — Adventus sancti Benedicti.

Barbaræ. — Symphroniii, etc. — Benedicti — De Annone

Molan. Ex Belino describit quæ supra dedimus de Barbara, de Symphronio et Olympio, atque item de translatione sancti Benedicti. Tum: *Colonia, depositio sancti Annonis, ejusdem urbis episcopi*, additque minoribus typis, *qui multarum ecclesiarum extitit fundator. Ad cujus sanctitatem* etc., ex Greven. Editiones posteriores inter Meletium et ut partem textus inserunt annuntiationem Barbaræ ex xvi Decembris, ut supra. In fine: *Eodem die, Symphronii et Olympii martyrum Romæ, temporibus Valeriani et Gallieni. Item, sancti Bernardi episcopi Parmensis. In pago Bituricensi, sancti Sigiranni abbatis. In Anglia, sancti Osmundi episcopi et confessoris, vita et miraculorum gloria illustris. Coloniæ, depositio sancti Annonis, ejusdem urbis episcopi. Die quarta, sancti patris Joannis Damasceni. Apud Floriacum monasterium, translatio sancti Benedicti abbatis.* Vide alios supra.

Bernardi — Sigiranni. — Osmundi — Joannis Damasceni.

Nonis. *Die 5.*

Crispinæ — Dalmatii — Nicecii — Julii et Potamiæ

In Africa apud Coloniam Thebestinam, natalis sanctæ Crispinæ martyris, quæ temporibus Diocletiani et Maximiani cum sacrificare noluisset, jussu Anolini proconsulis decollata est. Eodem die in Italia, sancti Dalmacii martyris. Civitate Treveris, sancti Nicecii episcopi, totius sanctitatis viri. Item civitate Thagora, sanctorum Julii et Potamiæ.

Major pars codicum pura est, ut *Praten. Herinien Tornacen Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. Errores præcipue scriptorios habet vel typographicos. Antverp-Maj. sic orditur: *In Africa, apud Thebastianam*, omisso substantivo *Coloniam*; Munerat. legit *Thesbatinam*; Greven. et alii *Tebestinam.* Coactus sum scribere *Dalmacii* et *Nicecii*. Solus Antverp-Maj. habet: *In civitate Treveris.* Probatiores codices ponunt *Thagora*, alii *Tagora*, male Munerat. *Ragora*; Belin. pessime *Ragona*. Antverp. et Max-Lubec. legunt, *sancti Julii*, etc. Reliquas minutias non enumero.

Crispinæ.

Observatio. *Crispinæ* et *Crispini* nomina non semel in Hieronymianis recurrunt iii Decembris, ut in Auctariis patuit, et hoc die; at inter codices omnes minime obscurus et involutus est Epternacensis vetustior, hic ita legens: *Civitate Tegora, natalis Juli, Potamiæ, Crispinæ et aliorum* vii. Scrupulus opponitur, in eo quod *Tegoræ*, alias *Teguræ*, vel *Thagaræ* Crispinam collocet; sed is facillime eximitur, si Crispinam nostram fateamur *Thaguritanam* seu *Thagorensem* fuisse, passam autem *Thebeste*, ubi Martyrologi nostri eam rectissime cum Actis genuinis consignant. Atque his satis conformia sunt verba Kalendarii Carthaginensis: *Nonas Dec. sanctorum martyrum Bili* (haud dubie pro *Juli* vel *Julii*) *Felicis, Potamiæ, Crispinæ et comitum.* A codicibus Hieronymianis nimium exigunt, qui hæc nimis religiose elucidare conantur; satis sit, nomen Martyris nostræ ex ipsis tuto et vere educi posse. De Julio et Potamia agemus ultimo loco; illustrissima *Crispina* locum primum sola occupat, quod procul dubio seorsim ab aliis coronata, Acta etiam diversa habeat. Itaque præteritis Florentinii aliorumque animadversionibus, et confusione alia a Rabano in Hieronymianum textum

tum inducta. Martyrologorum nostrorum filum sequemur. Romanum parvum brevissime : *Crispinæ martyris;* Ado, non parcus elogiorum conditor, verosimillime Acta non vidit, verumtamen sufficientem alicunde notitiam nactus est, ut imperatores et proconsulem apte designaret, iisdem plane verbis, quæ ex ipso Noster in laterculum suum transtulit. *Clarissimam feminam, divitem et delicatam, sed fortem* pluribus locis egregie laudat sanctus Augustinus. Acta vero ipsa, quæ tamdiu in tenebris delituerant, primus produxit Mabilio tomo 3 Analectorum pag. 423, cujus nota ad Kalendarium Carthaginense, ibidem legi meretur pag. 417. Eadem Ruinartius collata cum altero Ms. inter Selecta vulgavit a pag. 493, præmissa admonitione, adjectisque notulis suo tempore profuturis. Nec inutilis erit vita Gallica Tillemontii tomo 5 a pag. 317. Solam Crispinam cum Dalmatio hodie metro unico honorat Wandelbertus :

Dalmatius martyr Nonas Crispinaque servant.

Dalmatii. Porro *Dalmatius*, hic a Wandelberto laudatus, sic a Romano parvo primum celebratur : *Et Dalmatii martyris.* A Rabano item : *Natale Dalmatii martyris.* Eadem est Adonis sententia : *Eodem die, natale sancti Dalmatii martyris.* Supra ductores aliquid ausus est Usuardus, dum addidit, *In Italia.*. At certe perperam ipse, Ado et Beda Plantinianus citantur a Baronio pro annuntiatione in Romano posita : *Papiæ, sancti Dalmatii episcopi et martyris, qui in persecutione Maximiani passus est*, cum nullus eorum aut Papiam usquam, aut episcopi titulum, ant persecutionem denotent. Legenda annotatio Ferrarii ad hunc diem, de qua alibi pluribus disputabitur, ubi et Acta ipsa poetice ab Hieronymo Vida Albensi episcopo exornata expendentur, in quibus multa reprehendit Tillemontius tomo 5 a pag. 637. — *Nicetii.* Planiora et certiora sunt, quæ de *Nicetio* Treverensi scripsit Gregorius Turonensis in Vitis Patrum toto cap. 17, atque item de Gloria Confessorum cap. 94, ex quo eum primus signavit, elogiique materiam accepit Viennensis Martyrologus, ex hoc Usuardus, resecto dumtaxat sepulturæ loco, quem ex Pulsanensi codice infra restituemus. Plura vide in Notatione Baronii. — *Julii et Potamiæ.* *Julius* et *Potamia* a solo Usuardo positi sunt, avulsi a sociis aliis Hieronymianis, de quibus supra dictum est. Sunt hi Crispinæ, si non martyrii socii, at saltem populares et verosimillime eodem tempore martyrii laurea donati. Baronius Bedam Plantinianum, opinor, secutus, scripsit : *Thaguræ in Africa, sanctorum martyrum Julii, Potamiæ, Crispini, Felicis, Grati et aliorum septem*, ex quibus classes duas distinxerat Rabanus. Fateor ansam confusioni datam ab ipsis Hieronymianis codicibus ; at nescio an Castellani notula hæc omnia satis exacte componat. In eo ipsi assentior, quod asserat, Usuardum solos Julium et Potamiam prudentius selegisse, relictis aliis, non satis clare apud Hieronymiana expressis. Ceterum textus nostri puritas et sinceritas satis comprobata est.

AUCTARIA.

Fulgentii et aliorum 26. ROSWEYD. Textui superaddit : *In Africa, Fulgentii martyris et aliorum* XXVI. In Hieronymianis reperitur *Fulgentius*, sed unde tam multi in hoc codice socii accesserint, quærendum est.

PULSANEN. In prima, caret elogio. In secunda purus non est. In tertia de Nicetio ex Adone superaddit verba, de quibus in Observatione : *Qui in basilica beati Maximini episcopi sepultus quiescit.* Deficit in quarta.

ANTVERP-MAX. LOVANIEN. et LEYDEN- BELG. Textui puro adjiciunt : *Apud provinciam Capadociæ, civitate Mutalassi, natale beati Sabæ abbatis et confessoris.* *Sabæ.*

ULTRAJECT. et LEYDEN-LAT. Augmentum extendunt hoc modo : *Apud provinciam Capadociæ, natale beati Sabæ abbatis et confessoris, qui in juventute seculum derelinquens, primo in congregatione, postea in eremo, deinde in regimine monachorum claram virtutibus vitam duxit.* Idem habet DANICUS ; sed primo loco, caretque in textu annuntiatione Nicetii. *De Saba.*

ALBERGEN. In textu etiam purus, ei præfigit : *Natale sancti Sabæ abbatis et confessoris.* *Sabæ.*

Textus mutilus. CENTULEN. *In Affrica apud Coloniam Thebestinam, sanctæ Crispinæ virginis, sub Anolino proconsule. Eodem die, sancti Dalmatii martyris. Treveris, sancti Nicetii episcopi, totius sanctitatis viri.* Deest annuntiatio ultima.

BRUXELLEN. In prima satis purus, subjicit : *Item in Affrica, natale sanctorum Humili, Felicis, Julii, Potamiæ, Crispini, Trophini et aliorum octo. In civitate Thegora, natale sanctorum Julii et Potamiæ.* Vide codices Hieronymianos. In Dalmatio purus est. De Saba, habet ut ULTRAJECT. etc., supra. Pro *Nicetii*, scribit *Nicesii*, sed in ea annuntiatione purus est. Denique : *Et alibi sanctorum Fulgentii et Amancii.* Hi ex Hieronymianis etiam accepti sunt. *Humili, etc.* *Fulgentii et Amantii.*

HAGENOYEN. Incipit a Saba, fere ut citatus ULTRAJECT. superius. Deinde de Crispina et Dalmatio, satis pure. Deest hic Nicetius Trevirensis. In ultima, pro *Julii*, scribit *Nyli*. Sequitur autem : *In civitate Coloniæ Agrippinæ, depositio beati Annonis episcopi et confessoris, ejusdem civitatis. Hic vir beatus posuit in Salne monachos et expulit inde Canonicos. Et quatuor alia sollempnia constituit monasteria : duo extra Coloniam, in quibus posuit nigros monachos, scilicet Syberg et Garschaff ; alia duo intra civitatem construxit, scilicet sanctæ Mariæ ad Gradus, et sancti Georgii, in quibus posuit Canonicos. Hic vir beatus scabinos civitatis Coloniensis, pro falsa sententia exoclavit*, (haud dubie vult dicere *excommunicavit* ;) *et obiit in pace, sepulturam eligens in Syberg et ibi requiescit.* Vide die præcedenti Auctaria et Surium. *Sabæ.* *Annonis cum elogio.*

VICTORIN. Adjecit in fine : *In Judæa, natalis sancti Sabæ abbatis et confessoris.* *Sabæ.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Nicetii Treverensis episcopi. Annonis episcopi Coloniensis.* *Annonis*

REG. SUEC. num. 130. *Et sanctæ Barbaræ virginis et martyris.* Vide die præcedenti. *Barbaræ.*

CODEX D. LE MARE signatus littera A. Hoc peculiare refert : *Civitate Eduæ, translatio sancti Bachonis episcopi et confessoris.* *Translationis Bachonis.*

In VATICAN. num 5949. Deest annuntiatio ultima. Adjicitur : *Natale sancti Sabæ abbatis.* *Sabæ.*

FLORENTIN. *Sancti Sabbæ abbatis.* *Ejusdem.*

EDITIO LUBECO-COL. Pura est in prima, deinde inserit :

Sabæ. inserit : *Item natale sancti Sabæ abbatis et confessoris.* Sequuntur tres aliæ annuntiationes satis puræ. Tum : *Eodem die, sancti Triphonis pueri et martyris, qui ab infantia multis miraculis claruit et post varia tormenta, sub Decio imperatore, Aquilino præfecto agente, gladio capite privatus est.* Vide GREVEN. infra, etiam de annuntiatione sequenti. *Ipso die, sancti Diolinicii martyris.* Triphonis. Diolinicii.

BELIN. In fine : *Item in civitate Mutalasii, quæ est ex provincia Capadociæ, sancti Sabbæ abbatis et confessoris.* Sabbæ.

GREVEN. Incipit de more Auctaria sua ex Hieronymianis : *In Aphrica, sanctorum Humilii, Felicis, Crispini, Trophimi, Euarpionis et aliorum octo. Item Fulgentii et Amantii martyrum, et aliorum viginti sex. In Cæsarea, sanctorum Domnini martyris et aliorum duodecim. Item sanctorum Pauli et Julii. Item secundum aliquos hic, Saturnini episcopi Tholosani, quem Usuardus et Ado habent* III *Kalendas Decembris. Item Triphonis pueri et martyris secundum aliquos hic, secundum Vincentium vero libro duodecimo,* III *Nonas Maii. Diolinicii martyris. Civitate Ebreduno, sancti Gallicani episcopi et confessoris. Humilis confessoris. Eodem die, beati Sabbæ abbatis. Qui ex provincia Cappadociæ ortus, tempore Theodosii, magnis pollens virtutibus, miraculorumque gloria illustris, quievit anno Domini quingentesimo vigesimo quarto.* Humilii, etc. Fulgentii, etc. Domnini, etc. Pauli, etc. Saturnini. Triphonis. Diolinicii. Gallicani. Humilis. Sabbæ.

MOLAN. Litteris Italicis textui inserit vocem unicam, quæ Dalmatii positionem clarius exprimit, *Pedonæ*, de quo videndus Ferrarius, in Observatione a nobis citatus. In fine ex BELINO : *Item civitate Mutalasii, provinciæ Cappadociæ, sancti Sabbæ abbatis et confessoris.* In editionibus posterioribus nihil præterea additur. Sabbæ.

VIII *Idus.* *Die* 6.

Natalis beati Nicolai episcopi Mirorum Liciæ, de quo inter plura miraculorum insignia, illud memorabile fertur, quod imperatorem Constantinum ab interitu quorumdam, longe constitutus, ad misericordiam et monitis per visum deflexit et minis. In Africa, sanctarum Dionisiæ, Dativæ, Leontiæ et religiosi viri nomine Tertii et Emiliani et Bonifacii cum aliis tribus, qui omnes pro confessione fidei Catholicæ, gravissimis et innumeris supplicis excruciati, confessorum Christi numero sociari meruerunt. Nicolai. Dionysiæ et aliorum.

Ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Inter codices pro textu citatos nonnulli excludi poterant, qui in principio phrasim mutarunt. Sic Antverp-Maj. incipit : *Natale beati Nicolai episcopi, de quo*, etc. Paulo liberalius Rosweyd. litteris majusculis rubris : *Natale beati Nicolai episcopi et confessoris, miraculorum gloria lucidi, de quo inter cetera illud*, etc. Belini prima editio posuerat : *In Apulia, apud Barum, natale sancti Nicolai episcopi et confessoris*, etc., sed secunda paulo melius : *Apud Miram, metropolim Liciæ.* In solo Heriniensi est *archiepiscopi.* Reliqui in textu, *Mirorum*, pro quo alii *Mirrorum*; alii *Mirreorum*; solus Molan. *Myreorum Lyciæ.* In Praten. pro *memorabile*, male habetur in apographo nostro *mirabile.* Nihil significat Molani emendatio, dum pro *ab interitu quorumdam*, legit ipse *ab interitu quodam.* Sic idem cum Greven. invertit sequentia, *ad misericordiam per visum et monitis flexit et minis*; ceteri probant Usuardum legisse, ut est in textu, adeoque et Rosweydinum male scripsisse *monitis et minis per visum.* Errat etiam Belinus dum Africanis præfigit titulum *sanctarum virginum* ; nec valet *Datianæ*, pro *Dativæ.* Superfluam elegantiam affectat Herinien. per *et Dativæ et Leontiæ.* Scripsi *Emiliani*, pro quo melius haberetur *Emelii*, non *Juliani*, ut Max-Lubec. In Munerat. post *confessorum*, deest *Christi.* Max-Lubec. et Belin. ultima verba inflectunt, *sociati sunt*, neque melius Antverp., *associati sunt. Nicholai, Tercii, Bonefacii* et similia negligi possunt.

OBSERVATIO. Stupenda est sancti *Nicolai* per universam Ecclesiam, tum orientalem, tum occidentalem devotissimi cultus dilatatio, erectis passim templis, aris, statuis, aliisque singularissimæ venerationis monumentis, quorum ea potissimum causa non temere assignari posse videtur, quod Deus ingentia sanctissimi illustrissimique viri merita incredibili propemodum variorum signorum ac miraculorum, multitudine, toto orbe catholico palam facere voluerit, eaque ratione, si ita loqui fas est, antiquorum de ipso scriptorum silentium quodammodo compensare. Quo loco apud Græcos sit *thaumaturgus Nicolaus*, docent, ut cetera taceam, Ephemerides Græco-Moscæ ante tomum I Maii pag. LV et LVII. Vita ejus prius a Methodio patriarcha Constantinopolitano Græce, ex hoc a Joanne Diacono Latine, seculo primum IX composita, atque adeo totis ferme quinque seculis Sancto ipso posterior, sufficiens non videtur, ut veris Nicolai cultoribus antiquiorum Actorum desiderium adimere valeat. Exstat ea apud Mombritium tomo 2 a pag. 162, sed auctoris præfatione truncata, criticos offendit. Aliam adornavit Metaphrastes a Surio vulgatam omnibusque notissimam, de qua aliisque permultis, tum historiis, tum encomiis ad Nicolaum spectantibus, quæ Græce et Latine apud nos sunt, fusius in Actis suo tempore disseretur. Hic nobis præcipue notandum, apud plures antiquos Martyrologos, ut sunt Hieronymiana, Beda, Florus, in Sacramentariis aut Kalendariis Romanis, nullam Sancti nostri memoriam reperiri. Crediderim tunc primum Romæ celebrari cœpisse, dum breve suum Martyrologium concinnavit auctor Romani parvi, de eo sic primus loquens : *Nicolai episcopi Myro-* Nicolai.

rum

rum Lyciæ. Hisce nihil superaddidit Ado, præter solum præfixum Sancti titulum, ut facile conjicias nullam ipsi adhucdum vitam innotuisse. An quod ejus tempore nulla in Occidente exstiterit? Nequaquam, opinor; cum in Rabano, cujus Martyrologium antiquius est, longa habeatur narratio, de celeberrimo miraculo Nepotiani, Ursi et Eupoleonis magistrorum militum, per Nicolai adhuc viventis apparitionem Constantino factam, e carcere ereptorum, quod in textu nostro succinctius insinuavit Usuardus; unde videtur posse confici, præfatam miraculi historiam et Methodio et Joanne Diacono vetustiorem esse. Et certe in præfatione apud nos Ms. testatur Joannes Diaconus, se Methodium contraxisse, de cetero remittens ad *Græcorum phalerata commenta*, quæ utique prius extitisse oportet, et verosimiliter etiam per Occidentem vulgata, licet ea Viennensis non viderit. Interim valde jejuna est Nicolai vita a Tillemontio Gallice compilata tomo 6 a pag. 688, cujus nota prima pag. 823 Metaphrasten acriter impugnat, statuitque de Sancti gestis, nihil certi superesse. Novi, qui hujusmodi argumentis pressi, Nicolaum seculo uno aut altero juniorem esse velint, ast ii, meo quidem judicio, dum scyllam fugiunt, difficultatum charybdim minime evitant. Nostrum erit alibi dispicere, an adeo contemnenda sint, quæ laudati scriptores ex antiquioribus, procul dubio, monumentis collegerunt, saltem an ita triturari nequeant, ut sincerum semen a paleis secernatur. Parcior hisce aliquot diebus Wandelbertus, unico etiam versiculo Nicolaum cecinit:

Octavas Idus Nicolaus episcopus ornat.

Dionysiæ et aliorum *Martyres Africani* etiam a Romano parvo primum positi, sic ab eo enumeratur: *In Africa, Dionysiæ, Dativæ, Leontis et Æmiliani medici et aliorum.* Non videtur Ado fontem consuluisse, dum et ipse scripsit *Leontis*, pro *Leontiæ*, aliaque non recte commiscuit, quæ multo distinctius atque splendidius explicari poterant et debebant, ut puta, si *Majoricus adolescens* generosissimæ matri *Dionisiæ* conjunctus fuisset, aliaque paulo accuratius ex Victoris Vitensis, de persecutione Africana libro 5 deducta, sic ut post matrem et filium, reliqui veris nominibus ex ordine commemorarentur. Videat curiosus lector Victorem ipsum a principio citati libri 5, ubi sæpius ingeminat, *humano sermone explicari non posse, quantis* pœnis Catholicos *afflixerit* cruenta *illa bestia* Hunericus, *crudelissimis tortoribus per universas Africanæ terræ provincias uno tempore destinatis*, adeo ut *impossibile homini* asserat, *quantitatem martyrum vel etiam confessorum supputare.* Usuardus noster Adonianum elogium decurtans, *Leontiæ* nomen bene restituit; potuisset etiam *Emelii* scribere pro *Æmiliani.* In eo præterea Adoni præferendus videtur, quod tres anonymos reliquerit. Hæc satis pro textu nostro; reliqua ad egregias Africanorum illorum confessiones pertinentia, alibi ex laudato Victore diligentius illustranda sunt.

AUCTARIA.

Nicholai archiepiscopi. TORNACEN. In toto textu purissimus est, verum nescio, quid hic ad rem faciat hæc additio: *Item natale sancti Nicholai archiepiscopi.*

De Afris PULSANEN. Sic textum mutat: *Natalis beatissimi Nycolai episcopi Mirorum Liciæ. Apud Africam, sanctorum Dionisiæ, Davitæ, Leontis, Emiliani, Decimi et religiosi viri nomine Tertii, Bonifacii, Servii, Victoris et Loris adolescentis.* Vide Adonem, vel potius Victorem ipsum in Observatione citatum, atque item hodiernam Castellani notulam.

De Nicolao ANTVERP.-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Satis puri in toto textu, de Nicolao adjiciunt: *Dormivit autem in senectute bona, et appositus est ad patres suos, anno Domiyi trecentesimo quinquagesimo octavo.*

LOVANIEN. In augmento cum prioribus convenit, sed mutilat Afrorum elogium.

Textus mutatus. CENTULEN. *Natale beati Nicholai, Mirreorum Liciæ archiepiscopi, viri fonte caritatis et totius pietatis repleti. Apud Africam, sanctarum Dyonisiæ, Dativæ, Leontis et Emiliani medici, et religiosi viri nomine Tertii, et Bonifacii et Servii et Victricis et Majorici adolescentis, qui omnes sub Wandalica persecutione coronati sunt.*

Martini abbatis. BRUXELLEN. Primam satis puram refert, sed caret secunda, ad sequentem diem rejecta. Subdit vero: *Apud Sanctonas, beati Martini abbatis, discipuli sancti Martini, Turonicæ urbis episcopi. Qui in monasterio, quod ipse ædificavit, in pace quiescit; ad cujus tumulum creberrime divinitus fiunt miracula.* Hanc annuntiationem, ad sequentem diem melius distulisset. In fine adjicitur: *Romæ, sancti Eutaciani*, pro *Eutychiani.*

HAGENOYEN. Plura de Nicolao refert, quam Acta ipsa commemorent. Secundam annuntiationem integram ferme habet, sed pro suo libitu transpositam.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Nicolai episcopi et confessoris. Dionysiæ, Dativæ, Leontiæ, et aliorum plurimorum martyrum.*

EDITIO LUBECO-COL. De Nicolao adjungit: *Et quam egregius hic sanctus inter præcipuos præsules, quam clarus in miraculis, quam proficuus in doctrinis, quam splendidus in exemplis, et* (ad) *enarrandum lingua humana vix sufficit. Dormivit autem in senectute bona et appositus est ad patres suos, anno Domini trecentesimo quinquagesimo octavo*; ut ANTVERP-MAXIMUS, etc. In secunda annuntiatione, post *et Bonifacii cum aliis tribus*, adnectitur corruptis nominibus, *videlicet Zerini, Victoris et Meroici adolescentis martyrum. Qui omnes pro confessione fidei Catholicæ sub Hunnerico rege Arrianorum, gravissimis et innumeris suppliciis excruciati, confessorum Christi numero sociati sunt.* In fine: *Eodem die, sanctæ Ozellæ* (pro *Asellæ*) *virginis.* Vide Surium. *De Nicolao.* *De Afris.* *Asellæ.*

GREVEN. *Nomina trium martyrum, apud Aphricam cum supra nominatis passorum, sunt Serenus, Victrix et Majoricus adolescens, qui exemplo aliorum, matris suæ Dionisiæ exhortationibus roboratus, sub Hunerico rege, in certamine confessionis reddidit spiritum. Item in Aphrica, sanctorum Zeloti, Fortunati, Hermogenis, Rogati, Theguli et Agatæ virginis.* De his videnda sunt apographa Hieronymiana. Pergit: *Romæ, beati Nicolai Papæ et confessoris, de quo Martinus in Chronica sua testatur, quod fuerit post magnum Gregorium vir sanctissimus* *De Afris.* *Zeloti et soc.* *Nicolai PP.*

ctissimus

Asellæ. *ctissimus. Ozellæ virginis.* Jam dixi, proxime superius scribendum *Asellæ.* Vide Martyrologium Romanum et Castellani notulam.

De eadem. MOLAN. In prima editione litteris minoribus solum adjicit: *Asellæ virginis, in utero matris, ut testatur Hieronymus, benedictæ.* De ea nihil in editionibus posterioribus, in quibus legitur: *Marcianis, natale sanctæ Gertrudis.* Addit, qui manu- Gertrudis. scriptas notas hinc inde apposuit noster Joannes Gravius: *viduæ et primæ abbatissæ Hamaticensis ad Scarpam fluvium, non procul a Duaco.* Notat præterea idem Gravius ad marginem: *Obiit Hamatici anno* DCLV, *translata postea Marcenas.* Castellanus in Martyrologio universali paulo aliter hujus abbatissæ nomen format, non *Gertrudis* scribens, sed *Geretrudis.*

VII *Idus.* *Die* 7.

Apud Alexandriam, natalis beati Agathonis martyris, sub Decio imperatore, qui cum esset militaris et prohiberet quosdam volentes illudere mortuis cadaveribus Martyrum, clamor repente totius vulgi adversus eum extollitur. Oblatus autem judici, cum in confessione persisteret, capite pro pietate damnatus est. Civitate Sanctonas, sancti Martini abbatis, ad cujus tumulum creberrime divivinitus fiunt miracula. In pago Meldicensi, sanctæ Faræ virginis. *Agathonis.* *Martini.* *Faræ.*

Sic habent *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Praten. et Munerat. legunt *Agatonis*, melius ceteri, ut est in textu. Non male posuit Antverp-Maj. *capitis pro pietate*, etc.; sed reliqui omnes *capite.* Videtur Molan. alteram Belini editionem secutus in duarum ultimarum annuntiationum transpositione, Faram præponendo Martino. Idem scribit *Pharæ* cum Antverp-Majore; at satis patet, nullam in hoc nomine cum Græco sermone affinitatem intervenire. Greven. et Molan. legunt *creberrima divinitus fiunt*, etc.; recte ad mentem Adonis, sed nos aliorum codicum Usuardinorum scribendi rationem præferimus.

OBSERVATIO. Baronius Juliano et Euno, de quibus cum Romano parvo, Adone et Usuardo egimus XXVII Februarii, militem, eorum occasione passum, et in editione Eusebiana Christophorsoni *Besam* appellatum, tamquam martyrii socium eodem die subjunxit; hoc vero die *Agathonem* Adonianis vel Usuardinis verbis signans, sic observat: *Simile certamen hic* (Agatho) *subiisse videtur, ac ille, de quo ex Dionysio Alexandrino Eusebius in translatione Rufini lib.* 6 *cap.* 30 (nobis 31,) *qui et in editione Christophorsoni* BESA *appellatur lib.* 6 *cap.* 31, *de quo superius agitur* III *Kal. Martii. Porro diversum nomen et dies natalis, alium ab illo esse persuadet.* Ita vir Eminentissimus, quem deceptum adverto, diversitate phrasium, quibus Eusebium interpretes transtulere. Fontem ipsum assignemus, et ad oculum patebit, militem illum, qui apud Rufinum lib. 6 cap. 31 anonymus est, quocumque demum nomine donetur, in personas duas nequaquam distrahi posse. Auctor Romani parvi scaturiginem suam de more consulens, præfatum militem, propria, opinor, auctoritate, sumptaque fortasse ex præclaro opere appellatione, ob pietatem in mortuos *Agathonem* vocans, sic legit: *Alexandriæ, Agathonis martyris et militis sub Decio.* Ado autem, Rufini locum describens et modice amplificans, Usuardus vero nonnihil contrahens, tam clare *Besam* Eusebii, tum apud Christophorsonum cap. 34, tum apud Valesium cap. 41 designant, ut Rufinum cum hodierno textu conferenti, nullum prorsus dubitationis locum relinquant. En ipsa Rufini verba: *Sed vir quidam militaris cum assisteret, et quosdam, volentes etiam mortuis illudere cadaveribus prohiberet, clamor repente adversus eum totius vulgi extollitur: offertur judici fortissimus miles jam Domini, et nusquam se inferior factus, in confessione persistens, capitis pro pietate* (lege *pro pietate*) *damnatur.* Non potuit textus noster manifestius fontem suum commonstrare, quod die sequenti in Macario clare denuo patescet. Neque vero a diversis diebus natalibus quidquam evincitur, cum toties ostenderim, auctorem Romani parvi dies plerosque, pro mero suo libitu, Sanctorum, quos in Rufino reperit, cultui consecrasse. Adde, quod ea dierum diversitas a solo Baronio inducta sit, qui apud nullum antiquum Martyrologium *Besæ* nomen XXVII Februarii usquam invenerit, primus ipse eum notans, ubi eodem jure Macarium diei sequentis, et tot alios, eodem Rufini capite memoratos, conjungere potuisset. Nobis itaque perspicuum videtur, *Besam* et *Agathonem* unum et eumdem martyrem esse, qui apud Rufinum describitur. — De variorum *Martinorum* confusione egimus ad diem XXIV Octobris, citantes Castellanum, et illo et hoc die Sanctos istos synonymos accurate distinguentem. Qui *Martinum* Sanctonensem, qui hic colitur, primus in Fastos sacros retulit Martyrologus Viennensis, sic eum depinxit, ut clare ostendat, se Gregorii Turonensis caput 57 de Gloria Confessorum præ oculis habuisse, nec scio monumenta alia superesse, ex quibus de ejus gestis plenius edoceamur. Utramque Adonis annuntiationem Noster in textu relato contraxit. — *Burgundofora* in nostris Auctariis Usuardinis recurrit III Aprilis, eo die, ut credimus, relata per errorem, in vita ejus inventum, cum de cetero certum sit, vere et bene ab Usuardo hoc die primum signatam sub nomine *Faræ*, aliis *Burgundofaræ*, de cujus nominis etymologia videndus Mabilio seculo 2 Benedictino pag. 438, ubi ex Actis sanctorum Columbani, Eustasii et Attalæ ea producit, quæ ad Burgundofaram, vel ad virtutes et res mirabiles, in Eboriacensi monasterio ejus tempore factas, pertinent. In Romano, Angliæ adscribitur, III Aprilis, hoc die, pago Meldensi. *Agathonis.* *Martini.* *Faræ.*

Meldensi. Vide notationem Motherii. Plura alia in collectaneis nostris manuscriptis reperio, unde cetera olim illustrari poterunt.

Solus Wandelbertus hoc die apographa Hieronymiana secutus est, dum prætermissis, aut forte non cognitis Sanctis nostris, sic cecinit :

Septenas retinet Polycarpus cum Theodoro.

AUCTARIA.

Ordinationis Ambrosii. PRATEN. In Apographo nostro ponitur in fine : *Ipso die, ordinatio sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi ;* at cum ea verba subvirgulata sint, suppono ad marginem adjecta esse, licet Castellanus id non observaverit, qui tamen die sequenti oculate auctarium distinxit.

TORNACEN. In prima purus, secundam producit usque ad *abbatis*. Desunt reliqua.

Octavæ Andreæ. ROSWEYD. In textu satis purus, addit : *Octavæ sancti Andreæ Apostoli.*

Sabini et soc. PULSANEN. In prima purus est, usque ad *imperatore*. Tum : *Martini abbatis, discipuli beati Martini Turonensis episcopi.* Deest tertia. Additur : *Apud Spoletum, passio sancti Sabini episcopi, Exuperantii et Marcelli diaconorum.* Alii codices agunt de solo Sabino, cujus elogium videri potest apud Rabanum.

Gerebaldi. Ordinationis Ambrosii. Octavæ Andreæ. ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Incipiunt : *In monasterio Liberiaco, natale sancti Gerebaldi episcopi.* Sequitur textus. Tum in fine omnes adjungunt : *Ordinatio beati Ambrosii episcopi. Et Octava sancti Andreæ.*

Gerebaldi. Ordinationis Ambrosii. Octavæ Andreæ. ANTVERP-MAX. LOVAN. et LEYDEN-BELG. Textui puro in fine adjiciunt : *In monasterio Liberiaco, natale sancti Gerebaldi episcopi. Eodem die, ordinatio sancti Ambrosii episcopi. Et Octava sancti Andreæ.*

De Ordinatione Ambrosii. LEYDEN-LATIN. Cum prioribus convenit, sed ordinationem sancti Ambrosii fusius describit hoc modo : *Eodem die, ordinatio beati Ambrosii episcopi et confessoris. Qui Mediolanum veniens, dum seditionem populi de ordinando sibi episcopo suscitatum, sopire suo alloquio niteretur, ad vocem infantis, qui eum nominavit episcopum, cuncti repente in ipsum concordia incredibili consenserunt. Oblatum autem honorem fugiens, aliquamdiu latuit, sed tandem divinam circa se voluntatem intelligens, consensit.* Cum hoc codice plane convenit ULTRAJECTENSIS ; sed ordinationem Ambrosii ponit primo loco. Et sic quoque habent ALBERGENSIS et DANICUS, qui carent auctario ultimo de Octava sancti Andreæ.

Sabini. Octavæ Andreæ. CENTULEN. *Apud Alexandriam, beati Agathonis martyris, sub Decio imperatore. Apud Sanctonas, beati Martini abbatis, qui fuit discipulus sancti Martini Turonensis. Apud Spoletum, sancti Salvii* (vult dicere *Sabini* vel *Savini*) *episcopi et martyris. Et Octava sancti Andreæ Apostoli.*

Ejusdem. Dionysiæ, etc. Sabini. Palmacii. Agricolæ. Gerebaldi. Ordinationis Ambrosii. BRUXELLEN. Incipit : *Octava sancti Andreæ Apostoli.* Sequitur de Agathone, satis pure. Tum de Dionysia aliisque martyribus Africanis ex die præcedenti. Deinde : *In Spolitana urbe, sancti Sabini episcopi et martyris. Et natale beati Palmacii martyris incliti. In pago Meldensi, sanctæ Faræ virginis. In civitate Avennis, natalis sanctæ Agricolæ. In monasterio Liberiaco, natale sancti Gerebaldi episcopi. Mediolani, ordinatio sancti Ambrosii episcopi et confessoris.*

Octavæ Andreæ. De ordinatione Ambrosii. HAGENOYEN. Incipit de *Octava Andreæ*, ut præcedens. In Agathone satis purus etiam est. Tum : *Mediolani, ordinatio beati Ambrosii episcopi, qui illuc non quasi episcopus venerat, sed quasi judex, qui oblatum sibi honorem fugiens, latere voluit et fugere, sed non valuit. Et tunc cum divinam erga se voluntatem intellexit, consensit. Cujus electio a Valentino* (Valentiniano) *imperatore confirmata est.* In Martino et Fara, satis purus est. Demum in fine adjicit ut supra : *In monasterio Lyberiaco, natale sancti Gerebaldi,* etc. *Gerebaldi.*

VICTORIN. Adjicit in fine : *Apud Spoletum, sancti Sabini episcopi.* Alii *Savini*, etc. *Sabini.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Pharæ virginis, quæ mirabiliter pro castitate certavit. Octava Andreæ. Gerebaudi,* vel *Gerebandi episcopi.* Alias *Gerebaldi,* vel *Gereboldi.* *Octavæ Andreæ. Gerebaldi.*

BIGOTIAN. signatus P 5. Primo loco : *In monasterio Liberiaco, natale sancti Gerebaldi episcopi.* *Gerebaldi.*

REG. SUEC. signatus sub num. 130. *Mediolani, sancti Ambrosii episcopi. Apud Spoletum, sancti Sabini episcopi.* *Ambrosii. Sabini.*

In VATICAN. num. 5949. Omissa est Fara ; sed adjectum : *Mediolani, natale sancti Ambrosii episcopi et confessoris. Apud Spoletum, sancti Savini episcopi et martyris.* *De eisdem.*

FLORENTIN. *Apud Spoletum, sancti Savini episcopi et martyris. Item sanctorum martyrum Venustiani cum uxore et filiis, ut in gestis sancti prædicti legitur. In monasterio Liberiaco, sancti Gerebaldi episcopi. Sanctonas.... Item, apud prædictam civitatem, sancti Eutropii martyris.* *Sabini. Venustiani, etc. Gerebaldi. Eutropii.*

EDITIO LUBECO-COL. *Octava sancti Andreæ Apostoli.* De *ordinatione sancti Ambrosii*, ut LEYDEN-LAT. supra. In Agathone satis pura est. Tum : *Civitate Xanctonas, sancti Martini abbatis, discipuli sancti Martini, Turonensis civitatis episcopi. Ad cujus tumulum creberrima divinitus fiunt miracula. Qui in monasterio, quod ipse fundavit, in pace quievit. In Spolitana urbe, depositio sancti Sabini episcopi et confessoris.* De Gerebaldo habet ut supra ; de Fara, pure. *Octavæ Andreæ. Ordinationis Ambrosii. De Martino. Sabini. Gerebaldi.*

BELIN. *Mediolani, ordinatio sancti Ambrosii episcopi et confessoris, cujus sanctitate tota Mediolanensium civitas decoratur.* Caret Martino ; cetera satis pura sunt. In secunda editione, de Ambrosio legit, *cujus sanctitate universalis ecclesia decoratur.* Hic autem in fine apponitur Sanctonensis Martinus. *De Ordinatione Ambrosii.*

GREVEN. *Inventio sanctæ Crucis secunda. Octavæ sancti Andreæ. Antiochiæ, sanctorum Policarpi et Theodosi. Apud Mediolanum, ordinatio episcopatus beati Ambrosii. Qui cum seditionem populi de eligendo sibi episcopo ortam, sedare vellet, vox infantis insonuit, dicens Ambrosium episcopum. Mox omnium unanimi consensu rapitur multumque renitens, in episcopum consecratur. Apud Spoletum, beati Sabini episcopi et confessoris. Marcelli episcopi. In monasterio Liberiaco, sancti Gereboldi episcopi Baiocensis et confessoris. Qui castitatis zelo stuprum recusans, velut alter Joseph, carceri, ut fame periret inclusus, angelorum consortio fruitur ; deinde molari lapidi alligatus, in mare projicitur, sed divina gubernante providentia, sanus Normanniæ partibus applicuit. In cujus adventu arbores ibi floruerunt, cæci illuminati sunt, claudi gradiendi* *Inventionis 2 S. Crucis. Octavæ Andreæ. Polycarpi, etc. Ordinationis Ambrosii. Sabini. Marcelli. Gerebaldi.*

officium

officium consecuti, ipse etiam cælesti oraculo Baiocensis episcopus factus, vita et miraculis clarus quievit in pace. Ipso die, Dodovaldi presbyteri. In Hibernia, Boetii confessoris. (*Dodovaldi. Boetii.*)

MOLAN. *Apud Baiocas, in monasterio Liberiaco, depositio beati Gerebaldi, præfatæ urbis episcopi et confessoris. Mediolani, ordinatio Ambrosii episcopi et confessoris, cujus sanctitate universalis Ecclesia decoratur.* Adjicit typis minoribus : *Qui cum ultima jaceret ægritudine, dicebat : Mori non timeo, quia bonum Dominum habemus.* Editiones alteræ litteris Italicis textui præfigunt : *Mediolani*, etc., usque ad *decoratur* ex secunda BELINI editione. In fine de Gerebaldo Liberiaco, ut editio prior. Demum, quod apud alios non legitur : *Eodem die, sancti Giraldi, episcopi Veliterni et confessoris.* (*Gerebaldi. Ordinationis Ambrosii. Giraldi.*)

VI *Idus.* *Die* 8.

Eutychiani. Romæ, natalis beati Euticiani Papæ, qui rexit ecclesiam anno uno, et sub Aureliano, martyrio coronatus est, sepultus in cimiterio Calisti, qui et ipse per diversa loca trecentos quadraginta duos martyres manu sua sepelivit. *Macarii.* Ipso die apud Alexandriam, sancti Macharii martyris, qui tempore Decii, a judice, cum multis verbis ad negandum suaderetur, et eo majori constantia fidem suam profiteretur, vivus ad ultimum jubetur exuri.

Sumitur ex solis *Praten. Herinien. Antverp.* et *Max-Lubec* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Recte a Molano scriptum *Eutychiani* a Pratensi non omnino male, *Euthiciani;* a reliquis, passim *Euticiani*, ut est in textu. Praten. legit *tercentos*, melius alii ; nonnulli numeralibus litteris usi sunt. *Macharii* et hic et alibi receptus codicum scribendi modus est. In codice Heriniensi, post *majori constantia*, irrepsit *ad*, male et contra constructionem.

Eutychiani. OBSERVATIO. Vetustissima, quæ quidem in Fastis ecclesiasticis supersit, *Eutychiani* Pontificis memoria habetur in Kalendario Bucheriano, sub titulo *Depositionis Episcoporum*, his verbis : VI *Idus Decemb. Eutichiani in Callisti.* In Hieronymianis plerisque codicibus hoc die legitur : *Romæ, Euticiani*, vel ut est in antiquissimo Epternacensi : *Romæ, depositio Eticiani* (Euticiani) *episcopi;* quem et die præcedenti posuerat : *Et Romæ, Euticiani episcopi.* Ex his autem dubius redditur verus sive obitus, sive martyrii dies, ab aliis signatus XXV et XXVII Julii ; an ob aliquam translationem, incompertum est. Dubium item redditur martyrium, cum tam clare exprimatur *depositio.* Sed de his alibi disputandum erit. Interea Romani parvi auctor diserte signavit : *Romæ, Eutychiani Papæ et martyris, qui* CCCXLII *martyres sua manu sepelivit.* Hæc ut ab Adone ex Pontificalibus ampliata sunt, ita a Nostro ad verbum descripta, servato numero trecentorum quadraginta duorum, qui in Catalogis ante tomum I Aprilis editis pag. XXVIII ad trecentos sexaginta duos extenditur, facili mendo ex litterarum transpositione ; vel forte, quod diversum catalogum consuluerit Romani parvi compilator. Alium errorem adoptavit Viennensis, dum Eutychiani pontificatum octennem, ad unicum annum contraxit ; atque item alterum in nomine *Aureliani imperatoris*, qui recte cum Eutychiani principiis, non cum exitu connectitur. At enim mendum prius, secundum trusit, cum supposita pontificatus brevitate, etiam ab Eusebio asserta, ferme sub Aureliano extremum diem claudere potuerit Eutychianus. Nos de longiori duratione, Baronii, Henschenii, aliorumque eruditorum opinionem præferendam existimamus. An autem in Romano moderno tyranni nomen recte in *Numerianum* mutaverit Baronius, disquisitionis est paulo scrupulosioris. Nulla, quod sciam, Eutychiani Acta supersunt ; poterit suo tempore historica sylloge ex documentis hinc inde collectis concinnari, qualem inchoavit Tillemontius tomo 4 pag. 367. En meticum Wandelberti encomium :

Eutychiane, nites senis felice, Papa, cruore.

Macarii. Quemadmodum primam suam annuntiationem ex Adone descripsit Noster, sic et alteram ad verbum transtulit, exceptis tribus voculis, *qui gente Libycus.* Est hic *Macarius*, aliis *Macar*, de quo pridie loqui cœpimus, ab auctore Romani parvi ex citato ibi cap. 31, lib. 6 historiæ Rufini acceptus, ubi *militi*, vel *militari*, die præcedentis immediate subjungitur, hoc modo : *Alius quidam vir nominis sui Macharius, gente Libicus, cum multis verbis a judice ad negandum suaderetur, et eo majore constantia fidem suam profiteretur, vivus ad ultimum jubetur exuri.* Sequuntur ibi *Epymachus* et *Alexander*, de quibus aliisque martyribus, citato Rufini cap. 31, lib. 6 comprehensis, agitur XII Decembris, ut manifestissime perspicias, dierum seu festivitatum hujusmodi delectum a solo Romani parvi auctoris arbitratu pependisse.

AUCTARIA.

Conceptio B. M. V. PRATEN. Ad marginem, vel saltem alia manu, adjectum habet : *Conceptio beatissimæ Dei genitricis Mariæ.* De hac plura inferius ex aliis codicibus. Vide notulam Castellani, et Motherium pag. 445.

TORNACEN. In prima purus, totum Macarii elogium rescindit, a *qui tempore*, etc.

ANTVERP-MAJ. Post textum in fine adjicit : *Conceptio sanctæ Mariæ Virginis.* (*Ejusdem.*)

Eucharii. ROSWEYD. In fine : *Treveris, Eucharii episcopi et confessoris, qui unus ex* LXXII *discipulis, a Petro Apostolo in opus evangelizandi Galliæ directus est. Eodem die,* *Zenonis et Syri.* *Zenonis et Syri confessorum.* De Syro vide XII Septembris ; Zenonem hoc die Eutychiano subjunxit Wandelbertus :

Has quoque Zenon habet conjuncto martyr honore.

PULSANEN. In prima purus est usque ad *Calixti.* Tum : *Ipso die apud Alexandriam, beati Macharii subdiaconi.* (melius legeret *sub Decio.*) Desunt reliqua omnia. In margine recentissima manu adjicitur : *Conceptionis B. M. V.* *Conceptio beatissimæ Dei genitricis Mariæ,* ut supra in primo codice.

Ejusdem. MUNERAT. Incipit : *Conceptio Virginis gloriosæ.*

Ejusdem. GREVEN. Incipit : *Conceptio beatissimæ Mariæ, perpetuæ Virginis et matris Domini gloriosæ.* Et præterea in fine textui adscribit : *Eodem die, depositio sancti Leonardi episcopi et confessoris.* *Leonardi.* Episcopum non novi, nec satis scio, quis sit presbyter infra nominandus, nisi cum Leonardo alio confundatur.

MOLAN. Litteris Italicis textui præfigit ex BELINO. *De Conceptione B. M. V.* *Conceptio sacratissimæ Virginis Mariæ, genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi.*

ANTVERP-MAX. LOVANIEN et LEYDEN-BELG. *De eadem.* Habent principium MUNERATI : *Conceptio beatæ Virginis gloriosæ.* Sequitur textus, cui sub finem *De Euchario.* adjungunt : *Treveris, sancti Eucharii, primi ejusdem loci episcopi et confessoris, qui extitit unus de septuaginta duobus discipulis Domini.*

Conceptionis B. M. V. ULTRAJECT. Alio principio : *Conceptio beatæ Virginis Mariæ.* De Eutychiano autem post *sepelivit,* *De Eutychiano.* textui inserit : *Hic constituit, ut fruges, fabæ, et uvæ tantum super altare benedicerentur, et qui martyrem sepeliret, sine dalmatica aut collobio purpurato non sepeliret.*

LEYDEN-LAT. Initium et finem habet, ut ANTVERP-MAX. etc. In Eutychiano convenit cum ULTRAJECT. Convenit etiam ALBERG. Sed hic de *Conceptionis B. M. V.* Conceptione scribit : *Festum Conceptionis gloriosæ Virginis Mariæ,* quæ in DANICO recentiori manu adscripta sunt. In reliquis citati codices concordant.

CENTULEN. *Exordium humanæ redemptionis, et initium nostræ illuminationis, præconatur hujus pia* *De Concepta B. M. V.* *solemnitas noctis ac diei, quando propitiante Deo concepta est mater et Virgo Maria, paritura filium Dei. Romæ, sancti Euticiani Papæ et martyris, qui per diversa loca trecentos quadraginta duos martyres se-* *De Euchario.* *pelivit. Treveris, sancti Eucharii episcopi et confessoris, quem beatus Petrus Romæ ordinavit, et in Gallias cum Materno et Valerio misit. Alexandriæ, beati Macharii martyris sub Decio.*

De Conceptione B. M. V. BRUXELLEN. *Conceptio beatæ Mariæ semper Virginis, et matris Domini nostri Jesu Christi.* Sequitur textus purus. Tum : *Romæ, sanctorum Zeno-* *Zenonis, etc.* *nis, Eusebii et Successi episcoporum, et Urani presbyteri.* Non huc pertinet Zeno, vide Hierony- *Eucharii.* miana. *Treveris, beati Eucharii, primi ejusdem urbis episcopi et confessoris, qui extitit,* etc., ut *Romarici.* ANTVERP-MAX. *Et sancti Romarici confessoris. Eodem die, in territorio Dunensi, depositio sancti* *Leonardi.* *Leonardi, eximii confessoris.*

Conceptionis B. M. V. HAGENOYEN. De festo Conceptionis aliqua narrat, quæ describere operæ pretium non duco. Eutychianum distulit in diem sequentem. Itaque secundo loco habet : *In civitate Treveris, deposi-* *Plura de Euchario.* *tio sancti Eukarii, primi ejusdem civitatis episcopi. Hic extitit unus de* LXXII *Christi discipulis. Hic ibidem prædicans, mortuos duos suscitavit ; et cum quodam tempore crucem contra paraliticum faceret, mortuus ibi sub terra latens surrexit, propter quod miraculum, totam civitatem ab ydolatria convertit et baptizavit. Miracula plura fecit ; ecclesias ædificavit, et viginti tribus annis ibi episcopus sedit, et in pace obiit.* In Macario, satis purus est. Tum : *Item beati Leonardi episcopi et confessoris.* *Leonardi.* *In* *Caesariæ.* *Augnionis civitate juxta Rodanum, sanctæ Cæsariæ virginis et martyris.* Non magis hanc Cæsariam novi, quam Leonardum episcopum. Indicatur haud dubie *Casaria,* de qua vide Castellanum. Varia de ipsa apud nos collecta sunt, danda in Actis ad diem IX Decembris. *In monasterio Habe-* *Romarici.* *tensi, sancti Romarici abbatis.*

AQUICINCT. De Eutychiano, textui inserit fere *De Eutychiano.* ut supra : *Hic constituit, ut qui martyrem sepeliret, sine dalmatica et colobio purpurato nullatenus sepeliret, et ut fruges, fabæ et uvæ super altare tantum benedicerentur.*

CODEX Ursini a Rosemberg. *In civitate Verona, sancti Zenonis episcopi et confessoris.* Vide XII *Zenonis.* Aprilis, et Castellanum die inhoc notula. *Treveris, sancti Eucharii, primi ecclesiæ loci episcopi et* *Eucharii.* *confessoris, qui fuit unus de* LXXII *discipulis.*

AMBIANEN. *In territorio Dunensi, sancti Leo-* *Leonardi.* *nardii, eximii confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Sic orditur : *Sanctificatio* *Sanctificationis B. M. V.* *beatæ Mariæ.* Additur autem hæc notatio : *Verum anno* MCCCCLXX *talis a Capitulo nostro generali emanavit ordinatio : Ob uniformitatem laudabilem, in Ordine nostro observandam, et præcipue in celebratione divinorum, ordinamus quod festum Virginis Mariæ, quod modo Ecclesia solemniter celebrat* VI *Idus Decembris, amodo sub nomine Conceptionis, per totum Ordinem universaliter celebretur, quemadmodum alias per Ecclesiam fuit determinatum, non obstante statuto, quod de sanctificatione facit mentionem.* Sequitur demum : *Romarici* *Romarici.* *abbatis. Eutychiani Papæ. Macarii martyris.*

ALTEMPS. *Item translatio sancti Sebastiani mar-* *Translationis Sebastiani, etc.* *tyris et Gregorii doctoris Anglorum.* Vide Auctaria die sequenti.

FLORENTIN. *Veronæ, natale sancti Zenonis epi-* *Zenonis episcopi.* *scopi et confessoris, totius sanctitatis viri. Item passio sancti Zenonis episcopi et martyris, qui apud Ni-* *Zenonis martyris.* *comediam civitatem passus et sepultus est, sub Juliano sacrilego imperatore.* Tum solus STROZZIAN. *Romæ in cœmeterio Priscillæ, sancti Crescentiani* *Crescentiani.* *martyris, ut lege in gestis sancti Marcelli Papæ.* Vide supra XXIV Novembris.

MONTIS SANCTI. *Recolitur celebre festum sancti Romarici, ducis eximii et confessoris emeriti, qui* *Multa de Romarico.* *pompaticas parvipendens divitiarum phaleras, cum foret generis quantitate nobilissimus omnipotenti Deo se sanctoque Petro innuit habendum, mancipiis omnibus ac prediis, suum cum certis privilegiis ditans monasterium, quod antiquitus Habendum castrum, nunc mons sancti Romarici nuncupatur. Roma etiam ditione et auctoritate Regum decrevit atque censuit esse subactum.* In his claritas desideratur.

CAUDIACEN. *In territorio Lugdunensi, loco qui* *Translationis Baldomeri.* *Sapiniacus vocatur, translatio sancti Baldomeri viri Dei et confessoris.*

DIVIONEN. *In territorio Divionensi, depositio* *Leonardi.* *sancti Leonardi, eximii confessoris.*

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In territorio Dunensi, depositio sancti Leonardi confes-* *Ejusdem.* *soris.* Sæpius recurrit.

EDITIO LUBECO-COL. *Conceptio gloriosæ Virgi-* *De Conceptione B. M. V.* *nis Dei genitricis Mariæ, sicut concepta est in utero beatæ Annæ matris suæ.* De Eutychiano habet sic- *De Eutychiano.* ut ULTRAJECTINUS, supra. In Macario, pura est. Dein : *Treveris, sancti Eucharii, primi ejusdem* *Plura de Euchario.* *loci episcopi et confessoris. Qui extitit unus de* LXXII *discipulis Domini, et postea a beato Petro*

Apostolo,

Apostolo, una cum discipulis suis Valerio et Materno, qui in decursu temporis in eodem episcopatu successerunt, directus (est) *ad prædicandum. Qui populum ab idolorum cultura revocavit, et ad fidem Christi convertit. In territorio Dunensi, depositio* *Leonardi* *sancti Leonardi episcopi et confessoris.*

De Conceptione B. M. V. Belin. Incipit : *Conceptio immaculata sacratissimæ Virginis Mariæ, genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi.* Sequitur textus satis purus, *Zenonis.* sed in fine : *Eodem die apud Veronam, sancti Zenonis episcopi et confessoris.* Vide supra. *Item, sancti* *Martini* *Martini abbatis.* Ex die præcedenti. In altera editione expunctum est τὸ *immaculata*, omissusque Martinus ; sed adjicitur : *Eodem die, sancti* *Leonardi.* *Leonardi presbyteri.*

Greven. In fine : *Ipso die secundum Catalogum* *Zenonis.* *et alios, beati Zenonis episcopi Veronensis et martyris, cujus meminit B. Gregorius tertio Dialog.* 5, *Usuardus habet eum pridie Idus Aprilis. Treveris,* *De Eichario.* *sancti Eucharii, primi ejusdem urbis episcopi et confessoris. Hic unus fuit de* LXXII *Domini discipulis, atque a beato Petro cum duobus aliis Valerio et Materno Treverim missus, populum ab idolorum cultura revocavit, plenusque operibus bonis in Do-* *Genebandi.* *mino quievit. Genebandi episcopi Laudunensis et confessoris, de quo in gestis beati Remigii. Romæ,* *Eusebii.* *natale beati Eusebii episcopi.* *Syri* *Syri Papiensis episcopi primi et confessoris hic natale. Hunc Usuardus habet secundo Idus Septembris, die scilicet, quo memoria ejus et Yventii discipuli successorisque sui insimul recolitur. Eodem die, sancti Romarici ab-* *Romarici cum elogio.* *batis et confessoris. Qui cum magnus esset in palatio Theodeberti regis Austrasiorum, omnibus renuntians, in Luxoviensi cœnobio, sub sancto Amato monachus primum, deinde abbas factus, tempore quodam apud Vosagum, vas siceræ, quod pridie evacuatum fuerat, et sine duciculo relictum, oratione facta signoque crucis edito plenum reddidit, ubi ad miraculi stuporem et hoc accessit, quod ex ipso vase aperto nihil omnino cœlitus dati liquoris in terram defluxit. Item Euticiani monachi et confessoris, qui* *Eutychiani monachi* *ut libro* I *Tripartitæ historiæ dicitur, in Bithania Olimpum habitans, ad curandas passiones, et miracula rerum et operum divina repletus gratia, Constantino Augusto propter virtutem vitæ charus admodum erat.*

Molan. In fine : *Eodem die apud Veronam, sancti Zenonis episcopi et confessoris. Item sancti* *Zenonis* *Martini abbatis. Eodem die, sancti Leonardi, pre-* *Martini* *sbyteri, confessoris in territorio Dunensi. Treveris,* *Leonardi* *natalis sanctæ Anastasiæ.* *Anastasiæ* Tum typis minoribus : *Eodem die, sancti Romarici, abbatis Luxoviensis et confessoris. Item Eutychiani monachi et confessoris,* *Eutychiani.* *qui*, etc., ex Greveno. Editiones aliæ : *Treveris, depositio sancti Eucharii episcopi et confessoris. Et* *Eucharii.* *sanctæ Anastasiæ. Eodem die, sancti Romarici confessoris. In territorio Dunensi, sancti Leonardi presbyteri.* De Zenone, ut in prima. *Die Octava,* *Patapii* *sancti patris Patapii.* Vide elogium in Martyrologio Romano.

V *Idus.* *Die* 9.

Natalis sanctæ Leochadiæ virginis, quæ a præfecto Hispaniarum Daciano, apud *Leocadiæ.* Toletum dura carceris custodia macerata, cum gravissimos beatæ Eulaliæ et reliquorum martyrum audisset cruciatus, genibus in oratione positis, impollutum Christo spiritum reddidit. Ipso die, sancti Cypriani abbatis Petragorici, *Cypriani* magnificæ sanctitatis et clarissimi in miraculis viri.

Puri sunt *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

Varia lectio. Antverp-Maj. et Molan. recte scribunt *Leocadiæ*, sed in textu servata est reliquorum codicum lectio. De *Daciano* alibi dictum est, hic rursus aliqui *Datiano*, Tornacen. *Deciano*, etc. At quid vult Munerat. per *præfecto Hyspaniano?* Suspicor voces duas *Hispaniarum Daciano* typographi imperitia male in unam coaluisse, quemadmodum altera Greveni editio pro *Eulaliæ* pessime formavit *Lualiæ*. In Munerato est *dire* pro *dira*. Molan. legit *spiritum Christo reddidit*, quod Adonianum est ; sed Usuardi lectio ex codicibus aliis probatur. Nonnulli codices habent *Cipriani*, ut Greven. sed Praten. Heriniensis, etc., melius ut est in textu. Errat Antverp-Maj. dum pro *Petragorici*, ponit *Petragoricæ*.

Observatio. Quæ hic primo loco refertur illustris Toletana virgo *Leocadia*, nec in Hieronymia- *Leocadiæ.* nis codicibus, nec in serie Bedæ, nec apud Wandelbertum nota, ab auctore Romani parvi primum et simplicissime consignata est : *Leocadiæ virginis*, nulla loci, temporis aut martyrii facta mentione, unde verosimillime conjicias, nulla sanctæ Acta vidisse Martyrologii hujus compilatorem. Aliqua nihilominus olim exstitisse necesse est, ex quibus Martyrologus Viennensis eam mortis circumstantiam decerpserit, quæ ex ipso in textum nostrum translata est. Quæri posset, cur Leocadia hoc die celebretur, si verum est, eam tunc *Christo spiritum reddidisse, cum gravissimos beatæ Eulaliæ, et reliquorum martyrum audisset cruciatus*, Eulalia vero Emeritensis, quæ hic haud dubie innuitur, passa sit x Decembris? Jam satis nota est recepta nobis et unice vera solutio, videlicet arbitrarium plane fuisse Adonis antesignano, hujusmodi celebritates certis diebus affigere ; ipsum autem præfatus Ado, et post Adonem Usuardus bona fide secuti sunt. Pervulgata Leocadiæ memoria ex Conciliis Toletanis, in ejus ecclesia habitis, repetitur, atque item a ternis basilicis in sola Toletana urbe ejus nomini consecratis, de quibus vide Notationem Baronii, ubi etiam agitur de corporis translatione, quam Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii in dubium revocat. Nos alibi eam controversiam discutiemus, nonnulla Leocadiæ Acta manuscripta vulgaturi, quæ hactenus typis edita non

existimo

existimo. De eorum sinceritate hic non disputo, imo ultro fateor, passionem longiorem, quæ apud nos exstat, panegyrim potius videri, quam exactam rerum gestarum narrationem. Nihil reperit Surius præter Adonianum elogium, cui Marinei verba adjunxit, de Sancta *ab altis Toletanæ urbis mœnibus præcipitata*, quæ verum martyrium indicant, ubi *Leocadia* a Concilio Toletano IV, apud Labbeum tomo 5 col. 1702, nonnisi *beatissima et sancta confessor* appellatur. Videri possunt paucula, quæ de Sancta nostra habet Tillemontius tomo 5 pag. 57; et si quis curiosius indagare voluerit, quo fundamento Ordini Carmelitarum adscripta fuerit Leocadia, adeat Responsiones Papebrochii ad art. XVI, a num. 77. Sufficiat modo exhibita textus nostri origo et ad Usuardum transfusio. — *Cyprianus* abbas Petragoricus a solo Adone positus est, qui hic alium suum fontem, nempe Gregorii Turonensis librum de Gloria Confessorum, ut sæpe alibi solet, consuluit, elogium decerpens ex cap. 100, quod Noster integrum adoptavit. De Sancti gestis nihil præterea traditum novimus, neque Petrus in Catalogo lib. I cap. 51, neque Trithemius de viris illustribus Ordinis sancti Benedicti, a Baronio citati, plura aliunde suggerere potuerunt. Sitne porro Cyprianus hic Ordini Benedictino accensendus, alibi examinabitur. *Cypriani.*

Wandelbertus hoc die totus est in translatione sancti Sebastiani; versus dabimus inter Auctaria.

AUCTARIA.

PRATEN. Inter puros relictus est, licet hoc die solummodo textum referat usque ad *custodia macerata*, exciso pro reliqua parte folio, ut testatur Sirmondus, qui reliqua textus supplevit ex codice altero, quod vocamus B.

TORNACEN. In textu purus, superaddit : *Jotro monasterio, sanctæ Baldæ virginis.* *Baldæ.*

ROSWEYD. In fine subdit : *Translatio sancti Sebastiani martyris.* Hæc est, quam dixi a Wandelberto versibus decantari hoc modo : *Translationis Sebastiani.*

Sebastianum quinis celebramus, ab Urbe
Translatum, proprio quo Gallica rura patrono
Exultant, ingens templum cui surgit in ora;
Antiquoque nitent æquantia culmina fastu.

Sequitur in prædicto codice : *In Africa, Successi episcopi et martyris et aliorum viginti quatuor. Antiochæ, Jherontii martyris et aliorum novem.* Hæc ex Hieronymianis emendanda sunt. *Successi et soc.* *Gerontii et 9 soc.*

PULSANEN. Primam sic refert : *Natalis sanctæ Leuchadiæ virginis.* In altera paulo propius ad puritatem accedit.

ANTVERP. MAX-LUBEC. UGHELLIAN. ANTVERP-MAX. cum sex codicibus mediæ notæ, et BIGOTIAN. signatus P. 5. Omnes conveniunt in hac additione : *In Africa, sanctorum Petri, Successi, Bassini, Porphirii et Urbani.* Aliqui ex his scribunt *Basini*, et omittunt *et*. *Petri et soc.*

CENTULEN. *In Hispanis, sanctæ Leocadiæ virginis, quæ apud Tholetum durissima carceris maceratione laniata, impollutum Christo spiritum reddidit. Petragoricas, sancti Cypriani abbatis, magnificæ sanctitatis viri, confessoris.* *Textus contractus.*

BRUXELLEN. Incipit : *Romæ, Melchiadis Papæ et martyris; qui constituit, ut nulla ratione Dominica die jejunium ageretur, quia eo die pagani quasi sacrum jejunium celebrabant.* Supra ad X Januarii et die sequenti sæpius recurrit. Pergit : *Cellensi monasterio, natale sanctæ Leochadiæ virginis. Quæ a præfecto*, etc., pure. Adverte hic indicari cœnobium, quod vulgo sancti Gisleni dicitur, quo corpus ex Hispania allatum memorant; an post Toletum relatum, disceptatur. Tum sequitur : *In Africa, sanctorum martyrum Petri, Successi, Bassini, Porphirii, Urbani, Victoris et Bonifacii. In Antiochia, sanctorum martyrum Gerontii, Polenciæ, Silvanæ, Valentini, Felicis et Eutíciani.* Hi omnes ex Hieronymianis accepti sunt; vide ibi. In ultima annuntiatione satis purus est. *Melchiadis PP.* *De Leocadia.* *Petri et soc.* *Gerontii, etc.*

HAGENOYEN. Huc transtulit Eutychianum Papam, de quo die præcedenti satis dictum est. Tum : *In civitate Papia, natale sancti Syri, ejusdem civitatis episcopi, magnæ sanctitatis viri.* Et die præcedenti, et hic sæpius recurrit; jam dixi de eo actum XII Septembris. Sequitur Leocadia, non omnino pure relata. Dein : *In Affrica, sanctorum martyrum Petri, Successi, Passini, Porfirii et Urbani.* In Cypriano, etiam aliquid immutatum est. Sequitur : *In pago Vimacensi, natale sancti Walerici presbyteri et confessoris.* Vide XII Decembris. *Item in Jherusalem, nativitas sancti Joachim, patris sanctæ Dei genitricis Virginis Mariæ. In territorio Lemonacensi* (lege *Lemovicensi*) *sanctæ Valeriæ virginis.* Est in Romano, sed vide notulam Castellani. *Eutychiani PP.* *Syri.* *Petri et soc.* *Walerici.* *Joachim.* *Valeriæ.*

AQUICINCT. Cum multis aliis codicibus scribit : *Datiano*, pro *Daciano*. In fine : *Apud Ticinum, depositio sancti Syri episcopi et confessoris.* Vide dicta ad HAGENOYENSEM. *Syri.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Eodem die, sancti Syri episcopi.* *Ejusdem.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Caret toto hodierno textu, hanc solam annuntiationem referens : *Eucharii Treverensis episcopi.* Vide de hoc Auctaria diei præcedentis. *Eucharii.*

REG. SUEC. signatus sub num. 428. *Eodem die, exceptio corporum beatorum Sebastiani et Papæ Gregorii.* *De Sebastiano, etc.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus B. *In Africa, sanctorum Petri, Bassini, Porphyrii et Urbani.* Conveniret cum codicibus mediæ notæ, etc., nisi deesset nomen *Successi*. *Petri et soc.*

In VATICAN. signato num. 5949. Adjicitur textui : *Et sancti Zenonis confessoris.* Vide dicta ad diem præcedentem. *Zenonis.*

FLORENTIN. In fine : *Apud Ticinum sive Papiam, sancti Syri episcopi et confessoris.* *Syri.*

EDITIO LUBECO-COL. In Leocadia interserit nomina tyrannorum *Diocletiani et Maximiani*. Secundo loco : *In Africa, sanctorum Petri, Successi, Basini, Porphirii et Urbani martyrum.* Sequitur de Cypriano, satis pure. Tum : *Eodem die, memoria beati Joachim patriarchæ, patris gloriosæ virginis Mariæ. Treveris, sanctæ Anastasiæ virginis. In Susato, adventus sancti Patrocli martyris.* Vide GREVENUM. *Petri, etc.* *Joachim.* *Anastasiæ.* *Adventus Patrocli.*

BELIN. In prima editione, textui adjicit : *In Affrica, sanctorum Petri, Successi, Bassiani. Eodem die, beati Siri Papiensis episcopi.* Altera editio superaddit : *Lemovicas, sanctæ Valeriæ virginis et martyris.* *Petri, etc.* *Siri.* *Valeriæ.*

GREVEN.

Joachim. GREVEN. *Joachim patriarchæ, patris gloriosæ Dei genitricis Mariæ, hic solennis servatur memoria.* Translationis Bartholomæi. *Translatio sancti Bartholomei Apostoli a Benevento Romam.* Successi, etc. *In Africa, sanctorum Successi episcopi, Petri, Basini, Porphirii, Urbani, Victoris, Bonifacii et aliorum decem et octo.* Gerontii, etc. *Antiochiæ, sanctorum Gerontii, Polentiæ, Sylvanæ, Valentinæ, Felicis et Euticiani.* Proculi Veronensis. *Veronæ, sancti Proculi, ejusdem civitatis episcopi quarti, et confessoris. Qui tempore Maximini imperatoris, martyrii flagrans desiderio, sponte se gentilibus offerens, ab eis tamquam delirus senex, colaphis et fustibus cæsus, extra civitatem pulsus, tandem signis et virtutibus inclytus quievit in pace.* Vide quæ de variis Proculis diximus in Observatione, I Decembris. Sequitur : *In Susato, oppido diœcesis Coloniensis, adventus sancti Patrocli martyris, a Trecassina civitate, per sanctæ memoriæ Brunonem Coloniensem archiepiscopum illuc translati.* Adventus Patrocli. *Cæsariæ virginis et martyris.* Cæsariæ. Vide dicta die præcedenti. *Treveris, sanctæ Anastasiæ virginis.* Anastasiæ

MOLAN. *In Aphrica, sanctorum Petri, Successi, Bassiani.* Petri, etc. *Eodem die, beati Syri Papiensis episcopi.* Syri. Utrumque descripsit ex BELINO. Pergit : *Jotro monasterio, sanctæ Baldæ abbatissæ.* Baldæ Sumitur ex codice TORNACENSI, si ultimum verbum excipias. Vide Castellanum. *Lemovicas, sanctæ Valeriæ virginis et martyris.* Valeriæ. Et typis minoribus : *De qua scribit Martialis epistola 2 ad Tolosanos cap. 8.* Editiones posteriores eadem prorsus habent de tribus martyribus Africanis, de Syro et Balda ; de Valeria nihil, sed translata hic est ad diem sequentem.

IV *Idus.* *Die* 10.

Apud civitatem Hispolitanam, sanctorum martyrum Carpofori presbiteri et Abundii diaconi, qui persecutione Diocletiani primo fustibus crudelissime cæsi, deinde in carcerem negato cibo et potu retrusi, rursum equuleo torti, et post hæc diu carcere macerati, novissime gladio percussi sunt. Carpophori et Abundii. In Hispania civitate Emerita, passio sanctæ Eulaliæ virginis, quæ cum esset annorum tredecim, Eulaliæ. pro confessione Christi, jussu Daciani præsidis, plurima tormenta perpessa est, novissime in equuleo suspensa et exungulata, faculis ardentibus ex utroque latere appositis, hausto igne spiritum reddidit. Eodem die apud præfatam urbem, sanctæ Juliæ martyris, quæ fuit convirginalis sanctæ Eulaliæ et comes individua ad passionem properanti. Juliæ

Sumitur ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Præcipua et notabiliter versatur in nomine loci, ubi Carpophorus et Abundius passi fuerint, quemque Romanum parvum clare nominavit *Spoletum*, nisi forte correctricem manum adhibuerit Rosweydus. In Adone certo scriptum est *apud Hispolitanam civitatem.* Variant codices Usuardini, inter quos Praten. et Belinus diserte legunt *Spoletanam* ; Antverp. et Max-Lubec. *Spolitanam* ; Rosweyd. et Molan. *Hispalitanam*, reliqui passim *Hispolitanam* cum Adone, a quo Usuardum recessisse, nihil est quod satis persuadeat. At ubi demum quæretur civitas illa *Hispolitana?* Hic nodus est ; cui solvendo non apte in Beda Plantiniano ingeritur *Hispalis* Bæticæ, ad quam hos martyres pertinere frustra ni fallor, contendunt, qui ex quantumvis levi nominis similitudine Sanctos quoslibet in Hispaniam undequaque solent transvehere. Si Carpophorus aliquis Hispalensis episcopus fuit, is a nostro distinctissimus est. Scrupulosior hic Baronius a nominando loco abstinuit; non dubitarem ego *Spoletum* eligere, vel saltem ejus territorium, quo fere recidit notula Castellani, ut locus sit *Sassovivo*, apud Fulginium, inter Spoletum et *Spello*, Latine *Hispellum*, unde ad formandam *civitatem Hispolitanam* facillimus est progressus. De *Spello* vel *Hispello* aliter Latine reddito, egimus XVIII Maii in S. Felice, de quo vide in Actis tomo 4 Maii pag. 167. Si quis meliora invenerit, ultro amplectemur. Plura dabit Janningus in citata non semel dissertatione, suo loco publicanda. Alia difficultas in Eulaliæ ætate, quam codices aliqui duodennem dumtaxat faciunt, nos ex probatissimis et ex Adone putamus, Usuardum scripsisse *annorum tredecim.* Munerat. male legit *jugulata*, pro *exungulata.* Servavimus *Carpofori*, etc., ex solita codicum orthographia. *Abundi, Abundancii, Datiano*, etc., scriptoria ferme sphalmata sunt.

OBSERVATIO. Prima nostra annuntiatio hic rursus a Romano parvo procedit, secundo loco post Eulaliam his verbis signata : *Spoleti, Carpophori presbyteri et Abundii diaconi.* Carpophori et Abundii. Rabanus absque positione scripsit : *Eodem die, sancti Habundi et Carpofoli martyrum.* Ado sic locum formavit, ut multis tricis ansam præbuerit, de cetero elogium texens, cujus potiorem partem extraxit Usuardus, pro ut in textu nostro producitur. Apud alios Martyrologos, nulla de his Sanctis memoria. Adoni præluxerunt Acta, qualia a Mombritio edita sunt, Baronii, imo cujuslibet non plane imperiti, judicio *admodum depravata*, adeo, ut non videam, mendis omnibus facile expurgari potuisse. An id præstiterit Joannes Baptista Bracchescus, Ordinis Prædicatorum in vita a Baronio citata, explorare non licet, cum vitam illam hactenus non viderim. De his, horumque sociis Umbriæ sanctis alibi cum Bollando locuti sumus ; non semel lectores remisimus ad Janningi Tractatum de Dodecade Sanctorum Umbriæ, cui opportunus locus dari poterit IX Julii, cum de Brictio ex duodecim

uno.

uno, agendum erit. Pluribus hic immorari operæ pretium non arbitror ; citavimus alibi Tillemontium tomo 5 pag. 132. De loco actum est in Variantibus ; collectanea nostra Mss. de Sanctorum passione et translatione, suo tempore illustrabuntur. — Inter Hispanas Virgines pro fide Christi martyrio coronatas merito celebratissima censetur *Eulalia*, non jam *Barcinonensis*, de qua egimus XII Februarii, sed quæ *Emeritæ* passa est, die præcedenti, ut mihi quidem videtur, in Leocadiæ elogio appellata. Nota est alterutra (nam duas esse tantisper supponimus) in Kalendario Carthaginensi : IV *Idus Decembris, sanctæ Eulaliæ*. Apud codices Hieronymianos tribus consequenter diebus, hoc nempe, XI, et XII Decembris recurrit *Eulaliæ* nomen, primo et ultimo *Almeriæ* vel *Almeri*, medio autem *Romæ*. Plures synonymas esse potuisse, non negaverim ; at nisi vehementer fallor, *Almeria* pro *Emerita* illuc irrepsit, nonnullis codicibus Eremitam diserte exprimentibus. De qua re, uti et de repetitione, pluribus disserit Florentinius. Nullam Eulaliam celebravit Beda XII Februarii, unde ad hunc diem retulit Barcinonensem : *Natale sanctæ Eulaliæ virginis in Barcilona*, etc., in quo eum secutus est Rabanus, sic tamen ut hic Emeritensem referat XII Decembris. Romanum parvum etiam distinguit, dum XII Februarii Barcinonem expressit, hic vero : *Eulaliæ virginis martyris*, ut certo diversas supponere videatur. Sic item Ado, diversa utrique tribuens elogia, tametsi nonnulla confuderit, dum Barcinonensem ex passione sanctæ Leocadiæ se accepisse testatur. Quodcumque textus noster utroque die refert, Adonianum est. At necdum sublata est confusio, de qua XII Februarii in Actis plura memoravit Henschenius, hoc die in eodem Opere denuo examinanda et illustranda. Unica Eulalia, an geminæ fuerint, potissimum controvertitur. Qui Eulaliam Barcinone natam, Emeritæ passam volunt, vel qui Emeritæ natam et passam, Barcinonem subinde transferunt ; dum Actorum difficultates evitant, in alias labuntur. Certe ex citatis a Ruinartio Sacramentariorum aut Missalium documentis, binas fuisse suadetur ; quidquid unius Acta fortasse alteri attributa fuerint. Fateamur cum laudato scriptore, *ex neutra parte certa occurrere argumenta, quæ rem penitus conficere valeant* ; quo demum etiam deflectit nota Tillemontii tomo 5 pag. 713. Interim Emeritensis hodiernæ laudes egregie cecinit Prudentius, citato sæpius libro περὶ στεφάνων hymno 3, quem vide notis illustratum apud laudatum Ruinartium a pag. 497. Alios encomiastas enumerat Baronii Notatio, quibus recensendis supersedeo. Ex illis omnibus aliam vitæ seriem neglectis Actis, quæ apud nos multa sunt, deduxit præfatus Tillemontius tomo 5 a pag. 320. Pro Eulaliarum distinctione clarissime pugnant bina Wandelberti disticha, quorum alterum Barcinonensi adscripsimus XII Februarii ; hic vero alterum subnectimus :

Eulaliam sancto quartis veneramur amore
Hispanam ; Emeritam cujus cruor ossaque servant.

Eulaliæ.

Juliæ.

Sed quid de *Julia* Eulaliæ *convirginali ?* Equidem nihil reperio, cui tuto innitar. Prudentio ignotam fuisse, satis ostendit ejus de ipsa silentium. Nec Juliæ usquam meminerunt Acta apud Mombritium, nec alia, quæ penes nos sunt manuscripta. Qui a codicis Epternacensis hodierno textu eam repetunt, facile advertunt, nomen *Juliæ* ibi pro *Eulaliæ* suppositum esse. Restat ergo ut sola Adonis auctoritate subsistat, qui in aliis Eulaliæ Actis eam invenerit ; quod nos alibi accuratius inquiremus.

AUCTARIA.

TORNACEN. Caret annuntatione prima, in secunda purus est, in tertia mutilus, sistens in solis verbis : *Juliæ virginis.*

ROSWEYD. In textu satis purus, habet in fine : *Romæ, Melchiadis Papæ et martyris.*

Melchiadis PP.

PULSANEN. Primo loco habet de Eulalia, usque ad *virginis.* Secunda de Julia, partim excisa, partim mutila est. Carpophori et Abundii elogium plane expunctum est.

ANTVERP-MAX. Cum sex aliis mediæ notæ codicibus, textui satis puro, in principio præfigit : *Romæ via Appia, sancti Melchiadis Papæ ; qui cum annis quatuor Romanam rexisset Ecclesiam, martyrio coronatus, sepultus est in cimiterio Calixti.* Vide AQUICINCTINUM.

De Melchiade.

Textus mutatus

CENTULEN. *Apud Emeritam Hispaniæ civitatem sanctæ Eulaliæ virginis, quæ sub Daciano multa perpessa tormenta, novissime eculeo appensa, et igne ad latera posito ustulata, in confessione Christi emisit spiritum. Ipso die et ibidem, sanctæ Juliæ pedissequæ ejus. Item apud eamdem provinciam, sanctorum Carpofori presbyteri et Habundii diaconi, qui post multa sibi illata tormenta, gladio puniti sunt.* Hic solus codex Usuardinus est in quo hoc die duo illi martyres Hispaniæ adscribantur, XII Decembris accedet BRUXELLENSIS.

De Eulalia

BRUXELLEN. Incipit ab Eulalia, textui adjiciens : *Et cernentibus Christianis, in specie columbæ niveæ cœlum petiit. Cujus sacrum corpus per triduum jussu præsidis pependit in ligno, sed nix desuper puellæ corpus aspexit, et nivali candore coopertum divina gratia dealbatum est.* In Julia, non plane purus est. In fine autem adjicitur : *Et natale sancti Pauli, cujus passio habetur.* Distinctiori notitia opus est.

Pauli.

HAGENOYEN. In prima et secunda nonnihil interpolatus est. Sequitur : *Eodem die Romæ, natale sancti Meltyadis Papæ et martyris ; qui tribus annis, mensibus sex, et diebus octo Romanam rexit Ecclesiam. Hic tricesimus primus erat post Petrum, et constituit, ut die Dominica, et quinta feria nulla ratione Christiani jejunarent, quia pagani illos dies quasi sacrum jejunium* (sacro jejunio) *observabant. Et hic sub Maximiano martyrio coronatur. Viennæ, sancti Syndulfi episcopi et confessoris.* Hic a Mosandro Adoni tribuitur, sed Rosweydus in appendicem rejecit. *In Curia Curiensi, sanctæ Eymericæ virginis et martyris. Item sancti Lucii regis, ob Christi fidem exusti.* Ultimo loco refertur Julia, utcumque pure.

De Melchiade

Sindulfi

Eymericæ.

Lucii.

AQUICINCT. In fine adjicit totam annuntiationem Melchiadis, quæ etiam apud Mosandrum Adoni adscribitur, a Rosweydo rejecta. Sic habet : *Roma, depositio Melchiadis Papæ. Hic constituit, ut die Dominica* (adde, *et quinta feria*) *nullus fidelis jejunaret, quia ipsos dies pagani, quasi*

De Melchiade

sacro

Valeriæ.

sacro jejunio celebrant. Et constituit, ut ex consecratu episcopi, oblationes propter hæreticos, per ecclesias dirigerentur. In pago Lemovicensi, sanctæ Valeriæ virginis et martyris. Vide Castellanum.

Melchiadis.

VICTORIN. et REG. SUEC. sub num. 130. In fine : *Romæ, sancti Melchiadis Papæ.*

Leocadiæ.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Eulaliæ virginis et martyris. Leuchadiæ virginis.* Male ex die præcedenti ad hunc translata est. Sequitur : *Sanctæ Juliæ virginis et martyris, quæ fuit socia Eulaliæ virginis. Carpofori presbyteri et Habundantii* (Abundii) *diaconi, martyrum.*

Valeriæ.

REG. SUEC. signatus num. 428. *Lemovicis, sanctæ Valeriæ, virginis et martyris.*

In VATICAN. num. 5949. Deest Julia.

Antigoni et Eufrasiæ. *Valeriæ.*

ALTEMPS. *Eodem die, sancti Antigoni et sanctæ Eufrasiæ.* Clarior notitia de hisce Sanctis desideratur. Addit codex : *Lemovicas, sanctæ Valeriæ virginis et martyris.*

Melchiadis. *Savini.*

FLORENTIN. *Romæ, sancti Melchiadis Papæ.... Item sancti Savini episcopi et confessoris.* Puto Placentinum indicari, sed hic colitur die sequenti. Vide ibi Auctaria nostra et Martyrologium Romanum.

De Eulalia.

EDITIO LUBECO-COL. Primo loco de Melchiade, in quo eadem ferme describit, quæ habet AQUICINCT. supra. In prima nostro annuntiatione satis pura est. De Eulalia, sic legit : *In Hispania, civitate Emerita, passio sanctæ Eulaliæ virginis et martyris. Quæ cum temporibus Diocletiani imperatoris, duodecim esset annorum et nobilissimis orta natalibus, Daciano præside sedente pro tribunali, sponte se coram eo obtulit, et de crudelitate, quam in Sanctos Dei exercuerat, dire increpavit; quapropter ab eodem plurima tormenta perpessa est, novissime autem in eculeo suspensa et exungulata, faculis ardentibus ex utroque latere appositis, donec paulatim combusturum consumeretur. Sed ea orante, flamma in tortores eversa est; et perseverans in oratione, in columbæ specie spiritum emisit, videntibus populis et dicentibus; Gloria tibi Domine.* In Julia, satis pura est. Demum : *Viennæ, sancti Sindulphi episcopi et confessoris.*

Sindulp.

Melchiadis

BELIN. Textui satis puro adjicit ut supra : *Romæ, sancti Melchiadis Papæ et martyris.*

De Melchiade *Pauli. Victoris, etc. Silvini, etc. Pauli PP. Sindulp. Pontianæ. Agricolæ.*

GREVEN. *Romæ, via Appia, beati Melchiadis Papæ. Qui cum ante beatum Silvestrum rexisset Ecclesiam annis quatuor, martyrio coronatus, sepultus est in cimiterio Calixti. Ipse constituit, ut die Dominica et feria quinta jejunium minime observetur, quod hos dies pagani prophanis jejuniis ducebant. Ipso die, passio beati Pauli episcopi, cujus passio habetur. Item, sanctorum Victoris, Adriani, Ceciliæ. Itèm Silvini, Valentini. Pauli Papæ et martyris, qui secundum Catalogum habetur* VI *Kal. Februarii. Viennæ, beati Sindulphi episcopi et confessoris. Pontianæ virginis. In civitate Armeniis, natalis sanctæ Agricolæ.*

Melchiadis. *Sindulp. Valeriæ.* *Mercurii, etc.* *Menæ et soc.*

MOLAN. In prima editione unicum habet augmentum, quod descripsit ex BELINO. *Romæ, sancti Melchiadis Papæ et martyris.* In posterioribus editionibus de Melchiade post *Papæ*, duo sequentia verba parenthesi includit, ut martyrium in dubium revocet. Vide Romanum et Notationem Baronii. Castellanus ex veteri Kalendario Bucheriano recte contendit, Melchiadis natalem ad x Januarii referendum; quo die vide Auctaria. Porro præfatæ editiones posteriores superaddunt : *Viennæ, sancti Sindulphi episcopi et confessoris. Lemovicas, sanctæ Valeriæ virginis et martyris. Apud Leontinos in Sicilia, sanctorum militum viginti martyrum, quorum unus Mercurius dicebatur, sub Tertyllo præside, Licinio imperante, qui a sanctis Alphio, Philadelphio, et Cyrino conversi fuerant. Die decima, sanctorum martyrum Menæ, Hermogenis et Eugraphi.* Vide Surium.

III *Idus.* *Die* 11.

Damasi, Thrasonis et soc. *Victorici, et Fusciani.* *Eutychii.*

Romæ, natalis beati Damasi papæ, et passio sancti Trasonis martyris, qui cum esset christianissimus, jubente Maximino tentus est, ac cum aliis duobus Pontiano et Prætextato, martyrio coronatus. Civitate Ambianis, sanctorum martyrum Victorici et Fusciani. In horum naribus et auribus jussit judex tarincas immitti, et clavis candentibus capita transfigi, deinde oculos evelli, ac postremum per eorum corpora jaculari, sicque una cum sancto Gentiano hospite suo, capitibus amputatis, migraverunt ad Dominum. In Hispaniis sancti Euticii, cujus gesta habentur.

Sumitur ex *Praten. Herinien. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Greven. et Molan. omittunt in principio *natalis. Trasonis* scribunt fere codices omnes. *Maximino* legit Ado, et ita probatissimi codices, contra alios multos, in quibus mutatum est nomen in *Maximiano*. Herinien. posuit *coronatus est*. Greven. et Molan pro *christianissimus*, simpliciter habent *christianus*. In Ambianensibus ex sensu Usuardi ordinandis occurrit difficultas, ob quam Pratensis cum suis a puris ferme excludi merebatur, utpote qui contra Actorum fidem, in principio legit : *Gentiani et Fusciani*; in fine autem, *cum sancto Victorico hospite suo*. Dices, Usuardum sic scribere et sic errare potuisse; non existimo, cum Acta ipsa præ oculis habuerit. Melius Herinien. Gentianum hospitem facit, sed non recte in initio tres simul componit : *Victorici, Gentiani et Fusciani*. Optime fortasse legunt Antverp. et Max-Lubec. *Fusciani et Victorici*, attamen Munerat. Grevenum et Molanum præferendos video, dum cum Adone exordiuntur a *Victorici et Fusciani*, quos ita dispositos inveniens Usuardus, sic, procul dubio, servaverit, cetera ex Actis adjungens, nihil solicitus, quem e duobus præponeret. *Naribus vel auribus* habent Praten. Herinien. et pauci alii; at sensus exigit, ut cum Greven. Molan. et majori numero legatur, *naribus et auribus*. Non

displicet

displicet Molani conjectura, qua putat *tarincas* vel *taringas* (quam vocem antiquam Gallicam esse, testantur Acta S. Quintini apud Cangium) accipi pro *ringen*, quæ vox Belgice annulum significat ; si *sudes* mavis, ut est apud Florum, per me licet. Servo *Euticii* cum plerisque codicibus.

Damasi PP. OBSERVATIO. Damasi Papæ vetustam in Martyrologiis venerationem probat repetita ejus (ut aliqui sentiunt) apud Hieronymianos codices, tum pridie, tum hoc die celebritas : *Romæ, Damasi episcopi*, vel : *Depositio Damasi episcopi*, quæ verba die x leguntur ; at non satis obvium est statuere, utrum, dum codex Epternacensis, sub hodiernæ Tabulæ initium habet : *Depositio Damasi, Eulaliæ, Trasonis*, etc., ibi Damasus Papa intelligatur, qui in aliis codicibus hoc die notus non est. Ceterum Beda diserte hic legit : *Natale sancti Damasi Papæ*, quibus paucula superaddidit Rabanus. Romanum parvum simpliciter : *Romæ, Damasi Papæ*. Nihil adjicit Viennensis præter solum tempus sedis, quod ad *annos* XVIII, *menses* III, *dies* II extendit, de quo alibi quærendum erit, uti et de multis aliis, circa Damasi vitam et gesta controverti solitis. Videatur Baronii Notatio, ubi ad suos Annales remittit, in quibus præstantissimi Pontificis fidem et mores adversus obtrectantium Luciferianorum calumnias egregie vindicavit. Cetera suggerent Hieronymus et Patres scriptoresque alii, ex quibus Tillemontius vitæ cursum contexuit tomo 8 a pag. 366 per quindecim articulos. Wandelberti versus infra subjiciam. — Damaso subnectit Romanum parvum : *Et martyrum Pontiani, Prætextati et Thrasonis, qui martyribus, de facultatibus ministravit.* *Thrasonis et soc.* In eamdem sententiam et eodem ordine loquitur Ado, ex quo Noster totam elogii sui materiam desumpsit, mutata tamen nominum serie, quam dicerem, ipsum ex Hieronymianorum sensu attemperare voluisse, in quibus *Thrasonis* nomen primo loco ponitur, nisi omisisset *Capitulinum*, qui inter *Pontiani* et *Prætextati* refertur. Hoc miror, ita annuntiationem hanc cum prima cohærere, ac si Martyres illi ad eadem Damasi tempora pertinerent. Legi potest Florentinii notatio. De horum Sanctorum Actis eadem habenda est ratio, quæ de aliis Martyrum gestis, ex sancti Marcelli Papæ vita acceptis ; non semel superius indicata est. *Victorici et soc.* — In Ambianensibus variant iterum apographa Hieronymiana, inter quæ exactius legit Corbeiense, dum ait : *Ambianis civitate, natalis Victorici, Fusciani, et Gentiani martyrum*, quos modo non multum dissimili etiam exhibet Rabanus. Florus ex eorum Actis nonnulla producens, scribit : *Passio sanctorum Gentiani, Victorici et Fusciani.* De his nihil in Romano parvo ; nec verosimile est Adoni innotuisse istorum Martyrum Acta, dum solos nominat *Victorinum et Fuscianum*, cum hoc elogio : *Qui gloriosissimam fidei suæ confessionem sanguine passionis decoraverunt*, quæ patet martyribus quibuslibet applicari posse. Ast Usuardum præfata Acta vidisse, manifestissimum est ; an prout nunc alicubi exstant, non ausim asserere : nam si vera est Tillemontii conjectura, vix ea XII seculum superant. Fatendum itaque, alia et diversa et multo antiquiora fuisse, si vere a Floro scripta sunt, quæ in nostra Bedæ editione ei tribuuntur, ubi pro *tarincas* substituitur *sudes*, ac in fine adstruitur multis Sanctis commune miraculum de proprio capite manibus deportato, etc. De Usuardo dubium non est, quin passionis modum ex ipsis Actis, ut a Bosqueto : De ecclesiis Gallicanis parte 2 a pag. 157 edita sunt, plane descripserit. Eorum compendium Gallice tradit Tillemontius tomo 4 pag. 454 et 455, ubi et corporum translationem describit, quæ exstat apud Mabilionem sec. 4 Benedictino parte 2 pag. 487, ubi videnda prævia admonitio ; cui addi potest nostri Motherii notula. De quibus omnibus in majori Opere a nobis copiosius agendum erit. Wandelbertus solos Victoricum et Fuscianum ab Adone positos, sic post Damasum suis versibus honorat :

Roma litat Damasi ternis solennia Papæ.
Occurrunt, parilemque simul Victoricus, atque
Fuscianus habent festi votique nitorem :
Ambiana virent quorum nunc rura cruore.

Eutychii. *Eutychius* ex Hieronymianis ab Adone acceptus est, totidem omnino verbis a Nostro transumptus. Quæ gesta olim habita fuerint, ut Hieronymiani codices testantur, doceri cupimus. Ea nec ad Adonem, nec ad Usuardum pervenisse, demonstrat eorum de gestis silentium.

De Daniele propheta. Notabis obiter *Danielem prophetam*, a Romano parvo et Adone XXI Julii signatum, iisdem verbis ab utroque, nescio ob quam causam, hoc die repeti, unde in Auctaria nostra transfusus est.

AUCTARIA.

TORNACEN. De Ambianensibus sic habet : *Civitate Ambianis, sanctorum martyrum Gentiani; et Fulciani.* Desunt reliqua. In ceteris purus est.

ANTVERP-MAJ. In Ambianensibus similis est PRATENSI. Vide Variantes. Purus autem in reliquis, caret ultima.

ROSWEYD. Post *Damasi*, sic annuntiationem distinguit : *Item passio Trasonis, qui cum esset... coronatus est, et aliorum sine numero, quorum nomina Deus scit.* Vide Hieronymiana. De Ambianensibus, ut PRATENSIS. Purus est in ultima.

Danielis. PULSANEN. Sic habet : *Danielis prophetæ. Romæ, sancti Damasi Papæ, qui rexit ecclesiam annos* 10. *menses* 3 *et dies* 3. *Eodem die, sanctorum martyrum Pontiani, Prætextati et Trasonis.* Nihil de Ambianensibus martyribus. In ultima ferme purus est.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Ex Adone textum incipiunt : *Danielis prophetæ.* Tum : *Danielis.* *Romæ via Ardeatina, natale sancti Damasi Papæ* *De Damaso.* *et confessoris. Hic rogatu B. Jheronimi instituit dici in fine psalmorum : Gloria Patri cum versu sequenti.* Sequitur : *Ipso die, passio sancti Trasonis*, etc., pure per totum textum. Eadem habet LOVANIENSIS; sed elogium Ambianensium rescindit.

ALBERG. Brevius orditur : *Romæ via Ardeatina, natale sancti Damasi Papæ et confessoris.* Tum addit : *Eodem die, sancti Danielis prophetæ.* *Danielis.* Se-

quitur

quitur textus, ut supra. In modo convenit DANICUS ; verum de Daniele habet, ut ANTVERP-MAXIMUS, etc.

Danielis. CENTULEN. *Danielis prophetæ. Romæ, depositio Damasi Papæ et confessoris. Ipso die, sanctorum Pontiani, Prætextati atque Trasonis diaconi, martyrum. In Galliis civitate Ambianis, sanctorum Fusciani, Victorici, et Gentiani martyrum, qui gloriosam fidei suæ confessionem, sanguine passionis decoraverunt.* De Eutychio, nihil.

Octavæ Barbaræ. Danielis. De Damaso. BRUXELLEN. *Octava sanctæ Barbaræ. Danielis prophetæ. Romæ via Ardeatina, sancti Damasi Papæ et confessoris ; qui exhortatione beati Jeronimi, instituit dici in fine psalmorum : Gloria Patri*, etc. *Ipso die, passio sancti Trasonis*, etc., satis pure, ut etiam in Ambianensibus. *In Hispania, sancti Euthicii.* Additur diverso atramento, *cujus gesta habentur.* Demum : *Item transitus venerabilis Ydæ* (*Ydæ*) *de Nyvella, monialis cœnobii de Rameya, Ordinis Cisterciensis.*

HAGENOYEN. Incipit ab Ambianensibus, non male. Non tam purus est in Thrasone et sociis, atque in Eutychio. Sequitur : *Romæ, via Ardeatina, natale beati Damasi Papæ et confessoris ; qui* (*De Damaso.*) *rexit Ecclesiam annis decem et octo, mensibus tribus. Hic elegans ingenium in componendis versibus habuit, multaque brevia opuscula eroyco metro edidit. Hic constituit ut psalmi die noctuque in ecclesia cantarentur, et ut chorus in duas partes devideretur, et alternatim canerent. Hic multa corpora sanctorum reperit, quorum tumbas versibus decoravit. Gloria Patri cantari constituit. Macedonium hæreticum in concilio Constantinopolitano centum et quinquaginta Patrum dampnavit, et in pace obiit, et ad sanctum Petrum sepelitur. In Jherusalem, sanctæ Elisabeth, matris sancti Johannis Baptistæ.* (*Elisabeth.*) *Item apud Judeam, sancti Naum prophetæ.* (*Naum.*) Hic hodie ponitur pro hujus codicis voluntate. Vide Martyrologium Romanum I Decembris.

AQUICINCT. Post *Damasi Papæ*, subdit : *Hic constituit, ut psalmi die noctuque canerentur*, etc., ut vide infra in additionibus MOLANI. Et post τὸ *judex* additur nomen *Rictiovarus.*

AMBIANEN. De suis sic scribit : *In Galliis, civitate Ambianis, natalis sanctorum martyrum Fusciani, Victorici, et Gentiani.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Damasi Papæ et confessoris. Fustiani* (pro *Fusciani) et sociorum ejus martyrum. Glodulphi episcopi*, aliis *Clodulfi.* (*Clodulfi.*) Vide Martyrologium Castellani. *Trasonis martyris et sociorum ejus.*

VATICAN. sub num. 5949. Post *Damasi*, sic secundam annuntiationem ex Adone extendit : *Et sanctorum martyrum Pontiani, Prætextati atque Thrasonis, qui potens et locuples de facultatibus suis* (*De Thrasone etc.*) *multa Christianis ministravit per B. Sisinnium et Cyriacum diaconos. Non post multum, ipse tentus a Maximiano, palmam martyrii cum duobus aliis percipere meruit.*

Mariæ. ALTEMPS. *Eodem die, sanctæ Mariæ virginis et martyris.* Sumitur, haud dubie, ex Hieronymianis apographis. Vide Florentinium.

JURENS. *Civitate Ambianis sanctorum martyrum Gentiani, Fusciani et Victorici.*

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Romæ via Ardeatina, natale sancti Damasi Papæ et confessoris* (*De Damaso*) *Qui rexit Ecclesiam annos decem, menses duos, dies decem. Hic constituit ut psalmi die noctuque ab episcopis et presbyteris ac religiosis, in ecclesiis ac monasteriis cantarentur, et ut chori in duas partes divisi psalmos alternatim canerentur. Huic sanctissimo viro B. Hieronymus multa ecclesiasticæ religionis scripta misit, inter quæ et duos versus scripsit, scilicet : Gloria Patri, et : sicut erat, etc. Hic etiam multa corpora sanctorum invenit. Item sancti Danielis prophetæ.* (*Danielis*) Textus reliquus satis purus est, nisi quod in fine scribat : *Euticii confessoris.*

BELIN. Puritati proximus est, incipiens : *Romæ, sancti Damasi Papæ et confessoris. Eodem die, passio*, etc. Nomina Ambianensium format, *Ambiani et Victorici*, et infra, *cum sancto Agentiano hospite.* Item, *jussit Rictiovarus præses.* Alios hujus editionis nævos prætereo ; in secunda editione habet *Eutici episcopi.*

GREVEN. *Octava sanctæ Barbaræ virginis et martyris.* (*Octavæ Barbaræ.*) *Nota, sanctus Damasus rexit Ecclesiam annis decem et octo, constituitque ut psalmi die noctuque ab ecclesiasticis personis, choris alternatim concinentibus, frequententur.* (*De Damaso*) *Beatus etiam Hieronymus multa ad eum catholica scripta misit, in quibus et duos illos versus : Gloria patri; sicut erat, etc. in psalmorum fine decantandos. Ipse tandem defunctus, via Ardeatina sepultus est. Danielis prophetæ.* (*Danielis*) *Item Joseph patriarchæ filii Jacob.* (*Joseph*) *Apud Mirream, sancti Nicolai episcopi et confessoris, avunculi alterius, magni scilicet Nicolai.* (*Nicolai.*) *Ipso die, beati Sabini* (*Sabini.*) *episcopi Placentini, miræ sanctitatis viri. Qui fide plenus, ut refert Gregorius 3 Dialog. Pado fluvio inundatione agros ecclesiæ occupanti commonitorium scribens, chartam ipsam in aquam mitti jussit, statimque se aqua compescuit, nec ulterius exire præsumpsit. Methis, translatio sancti Glodulphi episcopi et confessoris.* (*Translationis Clodulfi.*) *Item, sanctæ memoriæ David* (*David.*) *monachi Cisterciensis Ordinis, in monasterio Hemenroede quiescentis.*

MOLAN. Aliis litteris textui immiscet post *Damasi Papæ* (*De Damaso*) : *qui rexit Ecclesiam annos decem et octo, menses tres, dies duos. Hic constituit, ut psalmi die noctuque canerentur per omnes ecclesias. Hic multa corpora sanctorum requisivit et invenit, quorum memoriam etiam versibus declaravit.* In fine typis minoribus de Sabino descripsit verba GREVENI : *Ipso die, beati Sabini episcopi Placentini* (*De Sabino*) *miræ sanctitatis viri*, etc., addens etiam miraculum de coercitis Padi aquis, etc. In editionibus (*De Thrasone*) aliis idem habet in textu, sed aliis litteris de Damaso; et præterea de Thrasone post *Christianus*, inserit ex Adone : *potens et locuples, de facultatibus suis, sanctis martyribus, in carceribus et metallis damnatis, victum ministrabat per Sisinnium et Cyriacum. Non multo post et ipse jubente*, etc. In fine adjicit ex solito Græcorum horologio : *Die undecima, sancti patris Danielis Stylitæ.* (*Danielis Stylitæ*) Vide vitam apud Surium.

Pridie Idus. *Die* 12.

Apud Narbonam, natalis sancti Pauli confessoris, quem beatus Paulus Apostolus ordinatum, eidem urbi destinavit antistitem; quique cum eodem Apostolo ad Hispanias prædicandi gratia pergens, ibidem relictus est, ubi prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis coronatus quievit. In Alexandria, sanctorum martyrum Epimachii et Alexandri, qui cum essent multo tempore in vinculis, et diversis suppliciis confecti perdurassent in fide, ignibus ad postremum consumi jubentur. Item Alexandriæ, sanctarum mulierum Ammonariæ et Mercuriæ cum aliis duabus, quæ inauditis tormentorum generibus toleratis et superatis, finem omnium, ferro cædente suscipiunt. Item sanctorum martyrum Hermogenis, Donati et aliorum viginti duorum. In pago Viennacensi, sancti Walerici presbiteri et confessoris.

Puris accensentur *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Quibus accedunt *Antverp-Max. Ultraject.* et *Leyden.*

VARIA LECTIO. Molanus vix locum hodie inter puros meretur; in ipso principio scribit: *Pauli episcopi et confessoris*, a quo titulo ceteri omnes abstinent. Munerat. post *Apostolus*, omisit vocem *ordinatum*. Rursus Molan. pro *quique cum eodem*, legit, *cumque eodem*; Belin. *cumque cum eodem*. Munerat. *qui cum eodem*. Belin. sensum corrumpit: *in officio insignitus expleto*, contra quam legere debebat, *officio non segniter impleto*. Errat Praten. dum ponit *claris miraculis* pro *clarus miraculis*. Idem habet *Epymachii*; Grevenus *Epymachi*; mallem cum Belino et Molano, *Epimachi*; sed Herinien. Rosweyd. Munerat. imo Romanum parvum et Ado cogunt scribere cum textu *Epimachii*. In Belino *et*. ante *perdurassent* redundat. Major in eodem confusio, dum mulieres Alexandrinas ultimo loco ponit; maxima vero et hujus et Molani a reliquis discrepantia, qui post *Mercuriæ* ausi sunt ex Adone inserere, et *Dionysiæ et iterum Ammonariæ*, ob quam variationem fere e puris exclusi sunt. Rosweydinus ante *ferro cædente*, posuit *capita*. In Greven. *cadente*, est sphalma typographi. Pauci habent *percipiunt*; secunda Belini editio *perceperunt*; servandum quod est in textu. *Viginti duum* est phrasis solius Pratensis. Pagus *Wimacensis*, qui Castellano est *Vinemacensis*, fere ab omnibus diversimode flectitur. Ado Mosandri scripserat I Aprilis *Winnoiensi*; Ado Rosweydi *Wimnoensi*; hic vero *Vinnacensi, Vinnacensi, Viracensi, Vinnacensi, Vianensi, Vimmocensi, Numuacensi*, etc. Prætuli tantisper ex Munerat. Greven. et Molan. *Vinnacensi*. Magna etiam in scribendo proprio nomine diversitas; sed a ceteris differt Rosweyd. dum legit *Walerici abbatis*; turpiusque labitur Belin. substituens *Valentii episcopi*. In Munerat. mendum est *Malerici*. Nota hic, annuntiationem *Hermogenis*, etc. in Rosweyd. duabus Alexandrinis interjici; notabilius vero, tres codices mediæ notæ Hermogeni et Donato præfigere positionem: *Apud Emeritam*, de quo vide Observationem.

Paul. OBSERVATIO. De *Paulo Narbonensi* non perfunctorie agere cœpimus in Observatione XXII Martii, quo die ex codicibus Hieronymianis, imo ex omnium ferme antiquiorum Martyrologorum sententia collocandus est, neque hactenus queo perspicere, cur Usuardus a solitis ductoribus recedens, huc Paulum distulerit. At enim, licet signatas ab Adone Kalendas deserat, ejus opinionem, quæ IX seculo obtinebat, de primis in Gallia Evangelii prædicatoribus ad Apostolorum tempora reducendis, omnino amplexus est, cum totum suum elogium ex Festivitatibus Apostolorum desumpserit, id prudenter omittens, quo Viennensis Paulum Narbonensem indicat, *eumdem ipsum fuisse Sergium Paulum proconsulem*. Breve, sed elegans est Prudentii de Paulo nostro encomium:

Surget et Paulo speciosa Narbo.

Cetera pridem solide enucleavit Henschenius ex Bosqueto aliisque, citata die XXII Martii, ut hic nihil observandum magnopere supersit. Qui rerum compendiis delectatur, adeat Tillemontium tomo 4 in Dionysio Parisiensi, præsertim articulo 12 a pag. 469. — Romani parvi hodiernus indiculus solos Martyres Alexandrinos exhibet, ex citato toties Rufini lib. 6 cap. 31, seu ex celebri Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum epistola plane acceptos, unde VII Decembris Agathonem, VIII Macarium cum eodem Romano parvo nuperrime dedimus. Hæc sunt hoc die ejus verba: *Alexandriæ, Epimachii et Alexandri. Et sanctarum quatuor mulierum Ammonariæ, Mercuriæ, Dionysiæ, et Ammonariæ.* Ex prædicto fonte paulo liberalius hausit Viennensis præsul, omnium certamina describendo, ex hoc autem utrumque suum elogium Noster de more abbrevians extraxit, postremas duas mulieres anonymas relinquens. Patet hic rursus, quod præfatis diebus VII et VIII Decembris, atque alibi toties inculcavimus, frustra omnino rationem quæri, cur hoc potius, quam alio die hi Martyres ab auctore Romani parvi signati sint, cum Sanctos plerosque omnes ex Rufino desumptos, pro mero suo libitu in varios, quos forte Sanctis aliis vacuos habebat, dies distribuerit. Scio Epimachium a Græcis referri XXXI Octobris, ut ibi in Auctariis annotavi, at cur a sociis, vel saltem a socio avulsus, cur tali die ab ipsis potissimum colatur, plane incertum est, nisi translatio, aut hujusmodi aliquid

occasionem

occasionem dederit. Dixi in Variantibus, *Hermogenem, Donatum et Socios* a codicibus inferioris notæ adscribi *Emeritæ*, quod ex Hieronymianis, vel potius ex Rabaniano aliquo codice acceptum facile existimaverim. At præferendus est codex Epternacensis, in quo expresse legitur : *Et alio loco, Hermogenis, Donatæ et aliorum* XXII, cui plane consonat Blumianus, nec differt Corbeiensis, in quibus omnibus *Donatæ* invenitur, pro *Donati*, sed absque positione. Galesinius *Alexandriam* adstruens, audiendus non est. Potius crediderim Hispanos fuisse, tametsi a loci expressione abstinuerit Ado, et hunc describens Usuardus. An recte Thesaurus concionatorum apud Baronium eos *in paludem demersos, agonem perfecisse* tradat, proprio loco examinabitur. Ambos hos martyres cum sociis suis viginti duobus, sic non ineleganter laudavit Wandelbertus : *Hermogenes et soc.*

Hermogenes, Donatus bis denique coruscant
Tum pridie, et bini conjuncto sanguine Sancti.

Walericus vel *Walaricus*. Leuconaensis abbas, pro hoc die planissime Usuardinus est, ab Adone certo positus I Aprilis, quidquid hic rursus codicem suum Adonianum obtrudat Mabilio, cui nullum similem inter nostros reperimus, præter unicum Lobiensem. De proprio obitus die certo decernat, qui Henschenii argumenta expenderit ad citatam diem I Aprilis, quo lectores remittimus ; satis hic nobis sit, ex optimæ notæ codicibus Usuardinis, verum ejus et genuinum textum asseruisse.

AUCTARIA.

TORNACEN. Deest prima. In Alexandrinis sola nomina Usuardina refert, expunctis elogiis. In duabus annuntiationibus ultimis purus est.

PULSANEN. Incipit ab *Hermogene*, etc., pure. Tum sic pergit : *Apud Alexandriam, beatorum martyrum Epimachii et Alexandri. Apud Septimaniam, urbe Narbona, depositio sancti Pauli episcopi et confessoris.* Desunt reliqua.

LOVANIEN. Purus esset, sicut ANTVERP-MAXIMUS, nisi deficeret in elogiis Alexandrinorum.

ALBERG. et DANIC. Carent annuntiatione ultima, quam ambo, sed varia uterque phrasi, et a nostra diversa retulerunt I Aprilis. In reliquis similes sunt ANTVERP-MAXIMO, etc.

Textus mutatus. CENTULEN. De Paulo egit XXII Martii ; hoc die sic incipit : *Natale sanctorum martyrum Hermogenis, Donati et aliorum viginti duorum. Alexandriæ, beatorum martyrum Epimachii et Alexandri, qui ignis passione transierunt. Et ibidem, sanctarum mulierum Ammonariæ virginis, Dyonisiæ, Mercurii, item Ammonariæ, quæ diversis tormentorum generibus fidem Domini servaverunt.* Hic repetit : *Narbonæ, sancti Pauli episcopi et confessoris. In pago Vimacensi, sancti Walerici abbatis, qui juxta Samonam fluvium heremiticam vitam ducens, etiam miraculis claruit.* Non de natali, sed de translatione agit I Aprilis.

BRUXELLEN. Incipit : *Per anticipationem sancti Autberti Cameracensis episcopi.* Sequitur de Paulo, satis pure. Deinde : *In Alexandria, natale sanctorum martyrum Sammoni et Emeriti.* Vide Hieronymiana die præcedenti. In omnibus Alexandrinis, parum a puritate recedit. Sequitur : *Apud Hispaniam, natale sanctorum martyrum Carpofori presbyteri*, etc., ferme ut Usuardus supra ad X Decembris. Vide quæ ibi dicta sunt. Pergit : *Apud Emeritam civitatem, natale sanctorum martyrum Hermogenis, Donati et aliorum viginti duorum. In pago Viminacensi, sancti Walerici abbatis et confessoris. Eodem die, translatio beati Nychasii* (episcopi) *et martyris.* An forte translatio aliquarum reliquiarum Bruxellas facta fuerit, cum alii codices de ea sileant? Vide diem natalem XIV Decembris.

Autberti. Sammoni et Emeriti. Carpophori, etc. Translatio Nicasii.

HAGENOYEN. In prima, secunda et tertia solito purior, sic quartam format : *Apud Hemeritam civitatem Hyspaniæ, natale martyrum beatorum Hermogenis et Donati, cum aliis viginti duobus, sub Daciano præside.* Plus dicit, ni fallor, quam alibi repererit, de Walerico egit modo et phrasi sua, I Aprilis. *De Hermogene et soc.*

DAVENTRIEN. *In pago Vimacensi, sancti Walarici confessoris.* Alia in loco variatio. *De Walarico.*

AMBIANEN. *In pago Vimacensi, natalis sancti Walerici, qui super Somonam fluvium heremiticam vitam ducens, etiam miraculis claruit.* *De eodem.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Pauli Narbonensis episcopi. Hermogenis, Donati, et aliorum viginti. Epimachii et Alexandri. Item sanctarum mulierum Ammonariæ et aliarum trium.*

VATICAN. sub num. 5949. Nihil habet de Paulo Narbonensi aut de Walerico.

BURDEGALEN. *In pago Vimacensi, sancti Walerici episcopi.* Melius in textu.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In pago Vinmacensi, natale sancti Walerici presbyteri*, etc.

EDITIO LUBECO-COL. In prima satis pura est, uti et in secunda. In tertia nonnihil immutata : *Item Alexandriæ, sanctarum mulierum quatuor : Ammonariæ, Mercuriæ, et iterum Ammonariæ, et Dionysiæ martyrum*, etc. *Apud Emeritam urbem, sanctorum Hermogenis*, etc. *In pago Vimacensi, sancti Wallerici presbyteri, abbatis et confessoris.*

GREVEN. *Nota, hunc Walericum Ado habet Kalendis Aprilis. Vide ibi. Apud Alexandriam, sanctorum Sammoni et Emeriti.* Vide quæ diximus ad codicem BRUXELLEN. *Ipso die apud civitatem Auraricenorum, passio sanctorum Eustratii, Eugenii, Orestis, cum aliis multis. Qui tempore Diocletiani et Maximiani, pro fide Christi constanter exquisita supplicia superantes, ad ultimum Eustratius igni consumptus, reliqui vero decollati, martyrii gloriam adepti sunt.* Vide hæc paulo accuratius in Romano, et ad hoc notulam Castellani, die sequenti ; ipsorum Acta refert Surius a Metaphraste composita. *In Hibernia, Finniani abbatis et confessoris. Alheidis imperatricis, secundum alios* XVII *Kal. Januarii.* *Sammoni, etc. Eustratii et soc.*

MOLAN. De mulieribus Alexandrinis, post *et iterum Ammonaria, quæ*, aliis litteris textui inseruit : *dum nimia constantia uterentur apud judicem, et ille erubesceret vinci a feminis.* Et iterum post *suscipiunt ; scribit beatus Dionysius in libro de Martyribus.* Vide Adonem. Editiones aliæ in fine superaddunt : *In Galliis juxta Tornacum, in monasterio Cisoniensi, translatio sancti Everardi, ducis Foro-juliensis.* Distinctius loquitur Auctarium, XVI Decembris referendum, quo die videndum etiam Castellani Martyrologium universale. *Translatio...*

Idibus.

Idibus. *Die* 13.

Luciæ Apud Siracusam Siciliæ civitatem, natalis sanctæ Luciæ virginis et martyris, sub persecutione Diocletiani, quam cum lenones corrumpere, jubente Paschasio consulari, vellent, nullatenus eam movere potuerunt, nec funibus additis, aut boum paribus plurimis. Picem, resinam, fervens oleum nil læsa suscepit, sed tandem gladio in viscera merso percussa est. *Autberti* Ipso die, sancti Autberti Cameracensis episcopi.

Puri sunt *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Scripsi *Siracusam*, ut habent optimi codices Praten. Herinien. Tornacen. etc.; non *Syracusas*, ut volunt Greven. et Molanus; *Siraculam* in Munerato error est; Antverp-Maj. et mediæ notæ codices legunt *Siracusanam*. Idem Antverp-Maj. omittit titulum *sanctæ*. Solus Tornacen. pro *boum paribus plurimis*, habet *paribus pluribus*. In Munerato deest *τὸ lenones*, et pro *Autberti*, ponitur *Auberti*. Pratensis scribit *Camberacensis*, eique conformis videtur Antverp-Major; at ceteri omnes servant receptiorem scribendi modum, qui est in textu.

Luciæ. OBSERVATIO. *De sancta Lucia virgine Siracusana, martyre celeberrima, omnia plana sunt, tam apud Surium, quam in omnibus Latinorum Hagiologiis, et Græcorum etiam Menologiis. Meminit Sacramentarium Gregorii et vetus Frontonis Kalendarium, in quo plures ecclesias sanctæ Luciæ Romæ dicatas idem Fronto memorat, et alterius Romanæ viduæ, ab hac diversæ titulum ferre putat.* Hæc Florentinii observatio est, in qua Frontoni adscribitur, quod Nota ejus ad Kalendarium non exprimit, cum sic potius dicatas sanctæ Luciæ ecclesias nominare videatur, ac si huic nostræ Siculæ consecratæ fuerint, quod ego extra controversiam puto; quemadmodum et ejusdem nomen sacro Missæ Canoni insertum existimo, quidquid recentiores critici hæc in dubium revocare velle videantur. Advertant illi, obsecro, *Luciam nobilissimam matronam*, quæ XVI Septembris colitur, cum *Geminiano* conjungi; illustrissimam vero Virginem Siracusanam, in laudato Gregorii Sacramentario, in Frontonis et Allatii Kalendariis, imo in ceteris libris Ecclesiasticis, diverso plane modo et diverso cultu recoli, mediam inter *Agatham, Agnetem* et *Cæciliam*, quas virgines fuisse, et ut tales ab universa Ecclesia Catholica honorari, prorsus indubitatum est. Hæc sane antiquissimam Luciæ Siracusanæ festivitatem in ipsa urbe Roma abunde demonstrant; nec minus clara sunt pro ejus celebritate Martyrologiorum testimonia. In Hieronymianis lego: *Siracusa civitate Siciliæ, natalis sanctæ Luciæ virginis. Lucæ* in Epternacensi, mendum est, nec vero in iisdem apographis *Lucia* sequenti die repetita, eadem cum nostra dici potest, dum Martyribus Antiochenis bene vel male sociatur. Antiqua esse et gravia inclytæ Virginis Acta, nec ii diffitentur, qui nonnullos eorum errores coarguunt. Vidit ea Adelmus, vidit Beda, qui brevius suum elogium ex ipsis concinnavit, a Rabano verbatim descriptum. Qui seriem nostram ductat auctor Romani parvi, paucis legit: *Syracusis, Luciæ virginis et martyris.* Longa est Adonis historia; at Noster breviora sectari solitus, aptiorem elogio suo materiam in Beda inveniens, inde elogium formare maluit, relicta parte ultima, nempe de *communione Dominici corporis*, quam in Auctariis codices aliqui restituent. Exstat apud nos vita metro composita, haud dubie Sigeberti opus, de quo vide annotationem Molani. Exstant plura alia monumenta, tum ad Acta ipsa, tum ad controversas translationes spectantia, et nonnulla in Luciæ honorem recentius elaborata, quæ omnia proprio loco et tempori reservamus, non prætermissuri singularem Antverpiensium erga memorabilem Virginem, ejusque reliquias, elapso proxime seculo per Illustrissimum Capello, a Fabio Chigio, postea Papa Alexandro VII, acceptas, venerationem. Hic jam accedant Wandelberti versus, quibus Judocum innexuit poeta Martyrologus, conformior textui nostro futurus, si Autbertum adjunxisset. Ita canit:

Idus Syracusa tibi, Lucia, dicavit,
Paschasium Christi pro nomine passa tyrannum,
Spiritus immobilem quam fecit sanctus iniquis
Esse viris. Judoch pariter colerisque sacerdos
Egregie, Oceani cedunt cui sæpe procellæ.

Autberti Porro Cameracensem *Autbertum*, solus et primus in Fastos sacros retulit Usuardus. *Probatissimum Christi sacerdotem* fuisse, *sub quo et per quem Hannonia mirabiliter in Christiana religione cœperit florere et vigere*, merito testatur Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, ubi *dolendum* ait, *tanti pontificis vitam, magna ex parte nesciri.* Ipsam qualemcumque edidit Surius; sed quæ penes nos manuscripta est, paulo diffusior videtur. Hic locus non est rem illam scrupulosius examinandi. Multo minus quærere lubet, quid sibi velit Hispanica relatio, qua supponitur Cameracensis noster Autbertus, fuisse prius *archiepiscopus Bracarensis* in Lusitania; nempe ut gentibus illis satis proprium est, alienos Sanctos sibi vendicare. Refutat hæc quidem Tamayus in Martyrologio Hispanico, verum an multo saniora substituat, equidem non intelligo.

AUCTARIA.

AUCTARIA.

Odiliæ. ROSWEYD. Textui satis puro in fine subdit : *Eodem die, sanctæ Odiliæ virginis.*

De Lucia. PULSANEN. De Lucia, post *martyris*, sic habet : *Quæ passa est Diocletiani et Maximiani persecutione, sub Pascasio consule. Passa est autem Ydus Decembris, et in loco, in quo percussa est, basilica postea fabricata.* De Autberto Cameracensi, nihil.

De Lucia. BELIN. Post *percussa est*, supplet Bedæ elogium : *Nec tamen mortua, donec venientibus sacerdotibus, communionem Dominici corporis et sanguinis accepit.* Tum : *Item sancti Ursini martyris.* *Ursini.* Pro *Autberti*, est *Anthiberti* ; in secunda editione paulo melius corrigitur *Auberti.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. etiam UGHELLIAN. ni fallor, atque item ANTVERP-MAX. cum solitis suis omnibus sociis, in Luciæ elogio idem fere reponunt, quod dedimus ex BELINO ; et cum eodem omnes scribunt *Siracusanam.* Sex ultimi, in fine de Autberto addunt, *et confessoris.*

CENTULEN. *Apud Siracusam Siciliæ civitatem, passio sanctæ Luciæ virginis, sub consulari Paschasio. Cameraco, sancti Autberti episcopi et confessoris. In pago Pontivo, sancti Judoci sacerdotis et confessoris, qui de culmine regni sibi hereditarii ad Christi paupertatem se redegit, et vitæ laudabilis cursum sanctissime consummavit.* *Judoci.*

BRUXELLEN. Anticipavit festum sancti Autberti. In Lucia, satis similis est codicibus supra citatis. Addit sequentia : *In Hibernia, sancti Finniani abbatis et confessoris.* *Finniani.* *Ravenna, sanctorum Ursiani et Leuchadii confessorum.* *Ursiani, etc.* *Et sanctæ Odiliæ, quæ apud Orpe juxta Geldoniam villam Brabantiæ quiescit.* *Odiliæ.* Confundit Odiliam, cum Adilia Orpiensi ; hæc colitur XXX Junii. Demum : *Eodem die, depositio sancti Athanasii abbatis et confessoris.* *Athanasii.* Quem inter plures Athanasios indicare velit, ex solo *abbatis* titulo non satis divino.

De Lucia. HAGENOYEN. De Lucia inserit : *Hæc prius matrem propriam a fluxu sanguinis liberavit, et sua omnia quæ habuit, pauperibus erogavit ; propter quod a sponso suo pagano, coram Pascasio est accusata quod Christiana esset, et post longam concertationem de fide, jussa est duci ad lupanar ; quam cum lenones*, etc., fere ut codices supra. *Ipso die, in monasterio Hoenberg, Argentinensis dyocesis, depositio sanctæ Odiliæ virginis.* *Odilia.* *Hæc Odilia fuit filia magni principis, et cæca nata ; propter quod patri erat exosa, et interficere voluit eam, sed mater et frater ejus servaverunt eam, quæ postea in baptismo fuit illuminata ; et post mortem patris, ducentarum Virginum mater est effecta, omnem hereditatem patris Deo obligans, duo monasteria construens. Hæc, ut dicitur, animam patris sui de inferno* (alii *de purgatorio*) *liberavit, et alia plura miracula fecit ; et obiit. Ipso die, depositio sancti Jodoci, filii regis Angliæ et heremitæ, qui postquam seculum in juventute reliquit, in magna abstinentia et patientia vixit multis annis. Hic quia regnum terrenum pro cœlesti contempsit, in magno labore reliquiis sanctorum illa ditans, rex in cœlis factus est, et petentes se ex promissione Dei exaudivit. Ipso die, depositio sancti Autberti episcopi Cameracensis in doctrina et vita gloriosi.* *De Judoco.*

Exceptionis Martini. AQUICINCT. Secundo loco post *percussa est*, interserit : *Ipso die, gloriosa exceptio B. Martini a Burgundia, quam non solum miracula decoram reddiderunt, sed liberalitas magnorum procerum, comitatusque promiscui sexus illustrem fecerunt.* Hæc eadem referunt codices DAVERON. ALTEMPS. et CAUDIACEN. Prior noster in fine adjicit : *Et sancti Judoci confessoris.* *Judoci.*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus. num. 130. *Eodem die, sancti Eustachii cum sociis suis.* Volunt dicere *Eustratii*, de quo videndus Surius et Romanum. *Eustratii, etc.* *In Hispania, civitate Emerita, passio sanctæ Eulaliæ virginis.* *Eulaliæ.* Vide superius in propria festivitate X Decembris.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Luciæ virginis et martyris. Judoci confessoris. Autberti Cameracensis episcopi.* *Judoci.*

VATICAN. sub num. 5949. Deest Autbertus, sed adjicitur : *Apud Sebastiam, passio sancti Eustratii martyris et sociorum ejus Auxentii, Nardarii, Eugenii atque Orestis, imperantibus Diocletiano et Maximiano, judice Agricola.* *Eustratii et soc.*

FLORENTIN. Adjiciunt : *Apud Ravennas, sancti Ursicini martyris.* *Ursicini.* Colitur XIX Junii.

BURDEGALEN. *Reversio sancti Martini, gloriosissimi Turonum antistitis.* *Martini.*

EDITIO LUBECO-COL. In Lucia, fere similis est codicibus mediæ notæ. De Autberto addit, *et confessoris.* Sequitur : *In pago Pontino, sancti Jodoci presbyteri et confessoris, filii regis Britaniæ.* *De Judoco.* *Qui Deo servire desiderans, regnum fratri suo seniori, nomine Michael demisit, venitque ad heremum Pontinum cum discipulo suo Volmaro, reseditque juxta flumen Altee, in quo loco Dominus sibi apparuit in forma peregrini quatuor vicibus, petens eleemosynam ab eo, qui tantum habens unum panem pro se et discipulo suo, eumdem devisit in quatuor partes et dedit petenti, pro quibus, divino disponente concilio, miraculose meruit quatuor naviculas vino et panibus onustas recipere, tandemque Christo duce, et angelorum obsequio ad cœlestia migravit. Castro Landunensi, natale sanctæ Odiliæ virginis et abbatissæ centum triginta monialium, filiæ ducis Hogenburch Adalrici.* *De Odilia.* *Hæc tantæ fuit sanctitatis coram Deo, quod patrem suum in purgatorio sibi a Deo ordinatum, in latere montis, ubi ipsius situatum est monasterium, existentem, suis lachrymosis orationibus ab eodem liberavit. Quæ etiam post reviviscens ad tempus breve, dixit, se in contubernio sanctæ Luciæ fuisse et vidisse gaudia, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit.* Plura hic narrantur, quam in ullo alio codice reperiam.

GREVEN. *Ravennæ, sanctorum Urciani* (puto indicari *Ursicinum*, pro quo alii *Ursinum* scripserunt) *et Leuchadii confessorum.* *Urciani, etc.* *Mediolani, inventio sanctorum Nazarii, Prothasii, Gervasii et Celsi pueri.* *Inventionis Nazarii, etc.* *Eodem die, depositio beati Judoci, presbyteri et confessoris.* *De Judoco.* *Qui cum esset regis Britonum filius, et mortuo patre ad suscipienda regni gubernacula urgeretur, fugam inivit, veniensque ad pagum Pontinum, solitariam ibi vitam ducere cœpit. Ubi vita et signis inclytus, quadam vice duci Haymoni, siti periclitanti fontem suis orationibus de terra eduxit, tandemque plenus sanctitatis quievit circa annum Domini* DCLIII. *In Alsatia Castro Landunensi, natalis sanctæ Odiliæ virginis abbatissæ.* *Odiliæ.* *Quæ claro quidem Francorum sanguine, sed cæca nata, cum ob hoc a patre occidi jussa fuisset, a matre servata, et a sancto Erhardo Ratisponensi episcopo divinitus admonito baptizata, visum recepit. Post hæc in gratiam a patre suscepta, monasterium, quod pater fundaverat,*

daverat, regendum accepit. Ubi multibus Virginibus adunatis, in magna sanctitate vivens, miraculis etiam coruscans, quievit in pace.

Molan. Addit aliis litteris cum Belino post *percussa est; nec tamen mortua, donec venientibus*, etc. Tum : *Item Ursini martyris*. De Autberto in fine, *et confessoris; cujus vita illustris gloriosis virtutum claruit indiciis, tempore Dagoberti regis Francorum. Eodem die, sancti Judoci confessoris. Eodem die in territorio Argentinensi, sanctæ Othiliæ virginis. Ravennæ, sancti Leuchadii*. Demum typis minoribus : *Feria quarta post Luciæ, jejunium triduanum hiemale; sive decimi mensis, de quo octo habentur homiliæ Leonis Papæ I. In Orpe, pago juxta Geldoniam, sanctæ Adiliæ virginis abbatissæ*. Dixi supra Adiliam coli xxx Junii, vide Acta eo die. Editiones posteriores idem habent de Lucia in textu, idem ferme de Autberto, excepta temporis nota. Deinde : *In pago Pontino, sancti Judoci confessoris, filii regis Britonum, peregrini. In territorio Argentinensi*, etc., ut in priori. *Die decima tertia, sanctorum martyrum Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Oresti*. Tum typis minoribus : *Niceæ, sancti Bassi, qui duobus clavis transfixus interiit*. Denique de jejunio decimi mensis, ut supra.

Ursini. De Autberto. Judoci. Othiliæ. Leuchadii. Adiliæ. De Jud. Eustratii et soc. Bassi.

XIX *Kal.* — *Die* 14.

Spiridionis. Apud Cyprum, natalis beati Spiridionis episcopi, qui unus fuit ex illis confessoribus, quos Maximianus dextris oculis effossis, et sinistro poplite succiso, per metalla damnaverat; quique cum propheticam duceret vitam, etiam signorum gloria inclitus fuit. *Heronis et soc.* Alexandriæ, sanctorum martyrum Heronis, Arsenii, Isidori et Dioscori pueri, quos judex sub persecutione Deciana, variis tormentis dilanians, cum pari modo constantia fidei videret armatos, tradi ignibus jubet. Dioscorus vero multipliciter flagellatus, divino nutu ad consolationem fidelium est dimissus. *Drusi et soc.* In Antiochia, natalis sanctorum martyrum Drusi, Zozimi, et Theodori. *Nicasii et Eutropiæ.* Item Remis, passio sancti Nicasii episcopi et Eutropiæ virginis sororis ejusdem.

Ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Ciprum* scribunt hic Herinien. et Antverp-Major; melius ceteri omnes. In Munerato est *Spiridonis*, ineptius in Belino *Spilidionis*, quod in altera editione correctum est. Sed ignoscendum antiquioribus, quas typographorum incuria vitiavit. Sic in Belino legitur *pollice* pro *poplite*, quod etiam habet Greven. Sic aliqui *Datiana* pro *Deciana;* sic *Artenii, Ysidori, Hisidori, Dursii, Nichasii*, etc. *Per metalla damnaverat*, phrasis est Rufini, servata ab Adone, et ex hoc a Nostro descripta ; Antverp-Major maluit ponere *dampnavit*. Belin. legit, *cum pari constantia videret ;* melius in textu. Antverp. legit *Remis, sanctorum*, etc. ; Max-Lubec. *Remis, passio sanctorum*, etc. Molan. autem ante *Eutropiæ*, inserit titulum *sanctæ*.

Spiridionis. OBSERVATIO. Rufinus historiæ libro 10 capite 4, narrata Paphnutii Ægyptii gloriosa confessione, utpote qui ex illis fuerat, *qui dextris oculis effossis et sinistro poplite succiso, per metalla damnati fuerant ;* caput immediate subsequens sic orditur : *Ex eorum numero, et si quid adhuc eminentius, fuisse dicitur etiam Spiridion, Cyprius episcopus, vir unus ex ordine prophetarum*, etc. Hinc a Romani parvi auctore extractum nomen, cui hoc die locum in Fastis nostris tribueret : *In Cypro, Spiridionis episcopi* ; ibidem reperit Ado, quo paulo uberius *admirandæ beatitudinis virum* exornaret ; ex hoc vero Usuardus totam annuntiationem suam descripsit. Plura de Spiridione in citato capite legi possunt, plura apud Socratem, Sozomenum atque alios, ex quibus vitam suam Gallicam contexuit Tillemontius tomo 7 a pag. 242 ; non ausus fidere vitæ Metaphrasticæ apud Surium editæ, licet hic fortasse metricam habuerit, quam a Tryphillio, Spiridionis discipulo compositam volunt. Vide quæ de vitis Græcis, apud nos exstantibus, notavit Papebrochius xii Decembris ad Kalendarium Græco-Moscum pag. lv, et notas Tillemontii citato tomo 7 a pag. 693. Versum Wandelberti, qui Spiridionem Nicasio postposuit, infra producemus. — *Heronis et soc.* Fœcunda Martyrum seges, laudata toties Dionysii Alexandrini epistola, apud Rufinum libro 6 cap. 31, sequentes quatuor pugiles Alexandrinos auctori Romani parvi suggessit, quos is ad hunc diem pro sua auctoritate retulit secundo loco : *Alexandriæ, Heronis, Arsenii, et Isidori et Dioscori.* Longius Adonis elogium ex Rufino iterum acceptum est, nostrum ex Adoniano satis nitide contractum. Non potuit Sanctis illis melior encomiastes obtingere, quam sit Eusebii historia. — *Drusi et soc.* Non ita actum cum tribus Antiochenis, quorum sola nomina superesse videntur, in Hieronymianis primum signata ; sed eo modo, ut dubium relinquant utrum *Drusus* vel *Drusina*, vel, ut vult Castellanus, *Drosides*, duos an tres socios habuerit : *In Antiochia, Drusi et sociorum ejus numero* iii, *Zosimi et Theodori et sanctæ Luciæ virginis*. Alii aliter efferunt, et aliter numerant, neque res satis componitur, nisi cum Romano legatur : *In Antiochia, natale Drusi et sociorum ejus Zosimi et Theodori.* Et sic etiam alicubi, haud dubie, reperit Romanum parvum, dum eos primo loco signavit his verbis : *Antiochiæ, Drusi, Zosimi et Theodori.* Nec plura invenit Martyrologus Viennensis, ex quo totus textus noster hactenus translatus est. — *Nicasius*,

licet

Nicasii et Eutropiæ. licet in Hieronymianis reperiatur, ut hic tamen cum sorore *Eutropia* conjungitur, plane Usuardinus est, in Adonis appendice perperam Lugduno adscriptus. Flori nostri paulo amplior phrasis socios cives in eadem barbarorum grassatione mactatos annumerat ; Rabanus compendiosior pro *Eutropia*, scripsit, *Sacrepi* vel potius nomen hoc alio spectans ex Hieronymianis descripsit et Nicasio perperam adjunxit. Gemina de Nicasii sociorumque martyrio Acta edidit Surius, altera antiquiora et breviora, longiora altera a Flodoardo quadringentis post martyrium annis composita de quorum fide et sinceritate hic statuendum non est. Patet Nicasii cultus tota Gallia præsertim in provincia Rhemensi, et inde toto etiam Belgio celeberrimus. Metricum Wandelberti elogium sic Nicasium cum Spiridione honorat :

Nonum cum decimo Juni de more Kalendas
Qui vocat, antistes Nicasius auget honore ;
Spiridionque die præsul celebratur eodem.

AUCTARIA.

TORNACEN. Caret annuntiatione prima, mutilus est in secunda, purus in solis duabus ultimis.

ROSWEYD. Post Antiochenos, textui inserit : *Viatoris.* *Lugduni, sancti Viatoris episcopi.* De eodem agunt *Lupicini.* Florus et Rabanus. Tum : *Viennæ, Lupicini episcopi et confessoris.* Vide Rabanum et appendicem Adonis. De utroque sancto, Viatore nempe et Lupicino, videri etiam possunt apographa Hieronymiana. De Nicasio hæc adduntur : *episcopi et martyris cum sociis suis.*

PULSANEN. Omisso Spiridione, sic incipit : *Apud Antiochiam, sanctorum martyrum Drusimi, Zozimi et Theodoli.* Alexandrinos privat elogio et Nicasium sorore.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. Textui puro subjiciunt in fine : *Viennæ, natale sancti* *Lupicini.* *Lupicini episcopi et confessoris.* Idem habet LOVANIENSIS ; sed Alexandrinorum elogium resecat.

Eusdem. ALBERG. et DANIC. Præter jam dictum de Lu- *De Nicasio.* picino augmentum, sic de Nicasio et sorore addunt : *Qui ab Hunis gladio capite truncati, gloriosum martyrium compleverunt.*

CENTULEN. *Apud Antiochiam, sanctorum martyrum Drusi, Zozimi et Theodoli. Alexandriæ, beatorum martyrum Heronis, Arsenii, Ysidori atque Dioscori. Apud Ciprum, sancti Spiridionis episcopi, merito confessionis præclari. Remis Francorum metropoli, sancti Nicasii archiepiscopi, qui decollatus est a Wandalis, cum sorore virgine Eutropia, et cum multis de clero vel populo.*

De Nicasio etc. BRUXELLEN. Incipit : *Remis, passio sanctorum Nychasii, et sanctæ Eutropiæ virginis, suæ sororis. Qui cum multitudine cleri et plebis ejusdem urbis, ab Hunis trucidati sunt.* Sequitur de Antiochenis, de Spiridione et Alexandrinis, satis pure. Tum : *Lupicini.* *Apud Viennam, depositio sancti Lupicini episcopi et confessoris. Apud Lugdunum, depositio sancti* *Viatoris.* *Viatoris episcopi et confessoris. Monasterio Sytiu,* *Folquini.* *transitus sancti Folquini, Morinorum episcopi et confessoris.* De hoc vide Castellanum.

HAGENOYEN. Primo loco ponit Alexandrinos, tum Spiridionem, dein Antiochenos, omnes satis *De Nicasio et Eutropia.* pure ; verum de Nicasio, sic habet : *Remis, passio sancti Nicasii episcopi et martyris, et Eutropiæ sororis ejus. Qui divino nutu illic de Brictania majori venerat episcopus, ex regali ortus sanguine, et suam ecclesiam laudabiliter per omnia regens in verbo Domini, mortem sibi proximam esse prædixit, consolans suos, ne ejus terrerentur exemplo, in sermone eodem ab Hunis decollatus est. Ipse vero caput suum arripuit, stans ante altare, ad orationem se posuit et obiit. Eutropia vero soror ejus, decollatori fratris sui* (oculos) *eripuit, quapropter miserabili morte necata est.*

AQUICINCT. In fine textus, post *sororis ejusdem*, additur, *sociorumque eorum a Wandalis interfectorum. Item transitus sancti Folquini Morinorum* *Folquini.* *episcopi et confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Nicasii Remensis archiepiscopi et Eutropiæ sororis ejus martyrum. Spiridionis episcopi et confessoris.*

In VATICAN. sub num. 5949. Nihil de Nicasio. Adjicitur autem : *Apud Neapolim, sancti Agnelli* *Agnelli.* *confessoris.*

ALTEMPS. *Depositio Aviti sacerdotis. Atici mo-* *Aviti.* *Atici.* *Lotharii.* *nachi. Lotharii abbatis.* Pro hoc die, et sub his terminis omnes æque ignoti sunt.

BURDEGALEN. *Fortunati Pictaviensis episcopi et* *Fortunati.* *confessoris.* Vide Castellanum, qui totam nominum ejus seriem distincte enumerat.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Remis metropoli, passio sanctorum Nichasii episcopi, et sanctæ Eu-* *De Nicasio et Eutropia.* *tropiæ virginis sororis ejusdem, miræ sanctitatis. Qui episcopus cum ab Hunis, et Wandalis pro fide Christi inter domum ecclesiæ decollatus esset, abscisum caput propriis tollens manibus ante altare posuit. Eutropia vero cum ad illudendum se reservari conspiceret, injecta manu in hostes, gladio quosdam vulneravit, sicque illos contra se provocans, martyrizata est ; cum quibus innumeri ex eadem urbe passi sunt.* Sequitur de Spiridione, Alexandrinis et Antiochenis, satis pure. In fine : *Vyennæ, natale sancti Lupicini, noni illius ecclesiæ episcopi et con-* *Lupicini.* *fessoris. Eodem die, sancti Folquini, episcopi et con-* *Folquini.* *fessoris.* Vide MOLANUM, infra.

GREVEN. *Nota, cum beato Nichasio ejusque sorore, sub Wandalis innumeri utriusque sexus in eadem urbe passi sunt. Item, sanctorum Tyrsi et trium* *Tyrsi, etc.* *sociorum ejus. Platonis martyris. Viennæ, sancti* *Platonis.* *Lupicini episcopi et confessoris. Lugduni, sancti* *Lupicini.* *Viatoris episcopi et confessoris. Folquini episcopi* *Viatoris.* *Folquini.* *et confessoris. Neapoli, sancti Agnelli abbatis.* Vide *Agnelli.* VATICANUM. Tum : *In Anglia, beati Hilbaldi ab-* *Hilbaldi.* *Calendridis.* *batis. Item, beatæ Calendridis.*

MOLAN. Post *Nicasii episcopi*, litteris Italicis *De Nicasio.* textui inserit : *Qui Missarum solemnitatibus peractis, a Wandalis intra ecclesiam Remensem passus est martyrium, pro fide Christi decollatus intra domum ecclesiæ.* In fine : *Monasterio Sithiu, transitus beati Folquini Morinorum episcopi, cujus vitæ* *De Folquino.* *et sanctitatis meritum commendat abyssus vehemens aquarum, una nocte stante austro congelata ad ejus corporis transitum.* Dein typis minoribus : *Neapoli, sancti Agnelli abbatis. Eodem die, Fortunati* *Agnelli.* *episcopi Pictaviensis. Qui postquam Turonos, juxta* *De Fortunato.* *votum proprium pervenit, Pictavos pertransiens illic habitavit, et multorum ibidem sanctorum gesta partim prosa, partim metrica oratione conscripsit.* Editiones aliæ, idem in textu referunt de Nica-

sio,

sio, sed errant dum Eutropiam etiam Italicis efformant. De Folquino, idem quod in prima: *Monasterio Sithiu, transitus beati Folquini*, etc. Tum: Lupicini. *Item beati Lupicini, Viennensis ecclesiæ octavi episcopi.* Demum typis minoribus: Aris et soc. *Ascaloni, sanctorum martyrum Aris, Promi et Eliæ. Quorum primus, ob fidei confessionem, in rogum conjectus fuit, reliquis duobus capita sunt amputata.* Vide Eusebii librum de Martyribus Palæstinæ cap. 10, apud Ruinartium inter Selecta a pag. 344. Denique: *Leodii ad sanctum Ægidium, obitus beatæ Odiliæ viduæ reclusæ.* Odiliæ.

XVIII *Kal.* *Die* 15.

Valeriani. Apud Africam, beati Valeriani episcopi et confessoris, qui cum esset annorum plus octoginta, extra civitatem singularis expelli jussus est, et ita præceptum, ut nullus eum neque in domo neque in agro dimitteret habitare, sicque in strata publica multo tempore nudus sub aere jacens, in confessione Catholicæ veritatis et defensione sanctimonii, cursum beatæ vitæ complevit. In territorio Maximini. Aurelianensium, sancti Maximini confessoris.

Conveniunt codices plurimi, ut *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Greven.* et *Molan.* Accedunt *Antverp-Max.* et socii codices mediæ notæ.

VARIA LECTIO. Greven. et Molan. de Valeriano scribunt: *qui cum esset annorum plusquam octoginta*, alii omnes cum Adone, et fonte ipso unde hæc accepta sunt, nempe Victore Vitensi. Solus Belinus legit, *et ita præceptum est.* Sic solus Herinien. *dimitteret habitare*, corrigere quodammodo voluit per *sineret habitare*. Greven. et Molan. a reliquis dissentiunt, scribentes: *sed in statra publica*; melius in textu. Rursus uterque legit *nudo sub aere.* Fateor equidem ita haberi in Victoris Vitensis editione Chiffletiana, at Noster Viennensem secutus est, in quo *nudus sub aere*, sicque ex manuscriptis in novissima editione restituit Ruinartius. Erravit Munerat. dum pro *multo tempore* mendose scripsit *multorum temporum*. Emendatius fortasse loqui voluit Tornacen. dum pro *defensione sanctimonii*, correxit *defensione sanctimoniæ*. Porro quid *sanctimonium* quid *strata*, significent, docebit Molanus. Alium sensum efformarunt Antverp. Max-Lubec. Belin. et codices omnes mediæ notæ, dum sic ponunt: *in confessione ac defensione veritatis catholicæ*. Ultima annuntiatio phrasi Usuardina exprimitur, non *Aurelianis*, nec *in civitate Aurelianensi*, nec *in territorio Aurelianensi*, ut habent Belin. Greven. et Molan. sed *in territorio Aurelianensium*. Quæritur an cum Pratensi et consuetis sequacibus Antverp-Maj. Rosweyd. et Aquicinct. legerit *Maximini abbatis*, an *Maximini confessoris ?* Hunc modum sequuntur reliqui quos præferimus; Belini secunda editio titulum utrumque conjunxit. Pauci scribunt *Maximi* cum prima Belini editione, sed eos non moramur.

Valeriani. OBSERVATIO. Dum de Papiniano et Mansueto Africanis episcopis ageremur XXVIII Novembris, ibidem notavimus, plures apud Adonem populares episcopos eo die simul enumerari, qui in persecutione Wandalica passi sunt, atque inter eos *Valerianum*, quem eumdem esse credimus cum nostro hoc hodierno, a Victore Vitensi mirifice laudato, libro I de persecutione Africana apud Chiffletium pag. 13. *Abensis civitatis episcopus* ibi dicitur, in editione Ruinartii pag. 16 *Abbenzæ*, sed ea variatio parum ad nos attinet. Huc magis facit prædicti Ruinartii correctio, qua Valeriani ætas octogenaria confirmatur, cum in Chiffletii editione solum indicaretur *annos natus plus septuaginta*. Vide alia in Ruinartii Notis pag. 159. Hæc paucis de fonte dicta sint, ex quo primus hausit auctor Romani parvi, his verbis: *In Africa, Valeriani episcopi et confessoris, Wandalica persecutione*. Evolve Martyrologia alia antiqua omnia, nullam hujus Sancti memoriam invenies; unde novum pondus ac crescit nostræ, alias indicatæ, opinioni, nempe plerosque Africanos Sanctos in persecutione Wandalica passos, ab auctore Romani parvi in Fastos ecclesiasticos primum relatos fuisse; de qua re egimus in præfationis nostræ cap. 2 sub finem. Ado longiorum encomiorum concinnator, indigitatam persecutionem diligentius scrutatus, ex laudati Victoris historia elogii sui materiam reperit, paucula adjiciens de *defensione sanctimonii*, quæ apud præfatum scriptorem eo modo, saltem relato a nobis loco, non inveniuntur. Ceterum Usuardus sua omnia ex Adone mutuatus est. — In vetustis-
Maximini. simo codice Hieronymiano Epternacensi seu Antverpiensi clare signatur secunda nostra annuntiatio: *In civitate Aurelianensi, Maximini presbyteri et confessoris.* In aliis apographis legitur *Maximi*, pro quo ex Belino, Maurolyco, aut aliis hujuscemodi, quibus etiam addi possent codices Usuardini, frustra pugnat Florentinius. Non melius Sancti nomen inflexit Florus per *Maximiani*, nec tam peculiare elogium adducit, ut non cuivis Sancto confessori aptari possit: *Qui in summa religione degens, ejus meritis multa miracula Dominus operari dignatus est.* Neque magis propria sunt Adoniana hæc: *Aurelianis, beati Maximi presbyteri, venerabilis sanctitatis viri*; ubi observo, tum Hieronymiana, tum Florum, tum Adonem *urbem Aurelianensem* designare velle, quæ *Maximini Miciacensis* vera positio non est. Noster itaque simplicius, sed et paulo distinctius per *territorium Aurelianense* rem exprimens, studiose etiam ab omni elogio abstinuisse videtur. Quo autem modo annuntiationem suam formasse putemus, dictum est supra in Variantibus. Apud Romanum parvum, Bedam et Rabanum notus non est Maximinus noster; at multa de eo edidit Mabilio in appendice seculi I Benedictini a

pag.

pag. 580, duplicem vitam referens, cum libro miraculorum, præmissis observationibus, additisque notis, quæ ad Sancti Acta in majori nostro Opere illustranda, non modico erunt adjumento. Poeta Martyrologus solum Maximinum hoc disticho laudavit :

Octavum cum deno, Maximine, retentas,
Aureliana ferax, præbent cui rura Lyæum.

AUCTARIA.

Faustini et soc. ROSWEYD. Textui satis puro adjicit : *In Africa, Faustini martyris, cum aliis* XXX. Est in Hieronymianis apographis *Faustinus* vel *Faustus* cum sociis aliquot, sed unde ad triginta accreverint, nescio.

PULSANEN. De prima, habet usque ad *confessoris*, expuncto toto elogio ; secundam vero sic amplificat : *In territorio Aurelianensium, depositio beati Maximi presbyteri atque abbatis, venerabilis sanctitatis viri.*

CENTULEN. *Apud Affricam, sancti Vualeriani episcopi et confessoris. In territorio Aurelianensi, sancti Maximini abbatis. Hic fuit frater sancti Vitoni Virdunensis episcopi.*

De pueris Babylonicis, per anticipationem. BRUXELLEN. Anticipat : *Apud Babiloniam, tempore Nabugodonosor regis, passio sanctorum trium puerorum Ananiæ, Azariæ et Misaelis. Quorum corpora sub quodam specu posita sunt. Apud Affricam sancti Aureliani* (pro *Valeriani*) *episcopi et confessoris.* *De Valeriano.* *Quem ob constantiam orthodoxæ fidei Geisericus rex Arrianorum præcepit ; ut nullus in domo neque in agro susciperet. Cumque esset annorum plus octoginta, in strata,* etc., satis pure. *Aurelianis, depositio sancti Maximi episcopi et confessoris. Item Valeriani, episcopi et confessoris. Et depositio beati Maximini abbatis, magnæ sanctitatis viri.* Notabilis hic locus est, ut ostendatur quam facile librariorum imperitia Sanctos multiplicaverit, cum hic ex duobus in textu nostro positis, quatuor exurgant.

Jacob HAGENOYEN. Incipit a longa historia de Jacob patriarcha, quæ aliunde notior et certior est, quam ut ex hoc codice hic describatur. In toto textu satis purus est, sed inter Valerianum et Maximinum ex die præcedenti inserit : *Viennæ,* *Lupicini.* *natale sancti Lupicini episcopi et confessoris.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Valeriani episcopi et confessoris, qui cum esset* LXXX *annorum, expulsus, nudus sub aere in confessione veritatis vitam finivit.* Nihil de Maximino.

VATICAN. signatus num. 5949. Adjicit : *Ravennæ, sanctorum Nanlavis et Concordii.* *Navalis et Concordii.* Coluntur die sequenti Martyres Ravennates sed aliis nominibus ; inter eos est *Navalis*, quem hic per *Nanlavis* certo designari existimo. Vide ibi Usuardum, ejus Auctaria et Martyrologium Romanum.

BIZUNTICEN. *In territorio Aurelianensium, sancti Maximi confessoris.* Vide supra.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. Cum priori et multis aliis convenit in nomine *Maximi*, sed scribit, *presbiteri et confessoris.*

EDITIO LUBECO-COL. De Valeriano pauca admiscet : *Qui cum esset annorum plusquam octoginta, tempore Wandalicæ persecutionis, ex præcepto Geyserici regis, extra civitatem singulariter expelli jussus est, et ita præceptum,* etc., ut supra ANTVERP. et plures alii. De Maximino, sic habet : *In territorio Aurelianensi, sancti Maximini presbyteri et confessoris, venerabilis sanctitate viri.* Et ita ferme legit AMBIANENSIS.

GREVEN. *Octavæ Conceptionis sanctæ Dei genitricis Mariæ.* *Octavæ Conceptionis B. M. V.* Omisi notare superius in codicis DANICI ora superiori, manu plane recenti adscriptum haberi : *Octava Conceptionis gloriosissimæ virginis Mariæ. Festum minus duplex.* Pergit GREVEN. *In Aphrica, natalis sanctorum Faustini, Candidi, Ceciliani, et aliorum viginti octo.* *Faustini et soc.* Hæc satis conveniunt cum codice ROSWEYD. de quo supra, sed numerus ille Africanorum Martyrum XXXI, non videtur ex Hieronymianis colligi posse. *Volquini confessoris.* *Volquini.* An hic forte *Folquini* Morinensis, de quo heri actum, nomen duplicatum non est? *Item sanctæ memoriæ Joannis Cornerii monachi presbyteri, Ordinis Carthusiensis,* *Joannis Cornerii.* *cujus merita Dominus per miracula multa ostendere dignatus est. Saturninæ virginis.* *Saturninæ*

MOLAN. De Valeriano litteris Italicis post *octoginta* inserit : *De Valeriano.* *tempore Wandalicæ persecutionis, cum ex præcepto Genserichi regis Arriani ad tradendum divina mysteria vel libros, arctarentur cuncti Domini sacerdotes ; ita ut iidem impii Arriani de ipsis palliis altaris, camisias sibi et femoralia facerent, viriliter ne sacramenta divina traderet, dimicans, extra,* etc. In fine minoribus typis adjicit : *Depositio beati Sanctuli presbyteri et confessoris. De quo in libris Dialog. Gregorius.* *Sanctuli* A Castellano ponitur in Martyrologio universali inter *Aemeros*, ut ipse appellat et scribit, pag. 890. De ejus cultu, nihil alibi reperi. In aliis editionibus prætermissus est, in quibus præter Valeriani elogium, in fine solum additur : *Die decima quinta, sancti patris Pauli, qui fuit in occulto.* *Pauli.*

XVII *Kal.* *Die* 16.

TRIUM puerorum Ananiæ, Azariæ et Misaelis, quorum corpora apud Babiloniam sub quodam specu sunt posita. *Puerorum Babylonicorum.* In Tuscia, passio sanctæ Barbaræ virginis, sub Maximiano imperatore; *Barbaræ.* hæc post diram carceris macerationem et nervorum cæsionem, ac lampadarum adustionem , mamillarumque præcisionem, atque aliorum tormentorum cruciationem, ad extremum gladio data, martyrium consummavit. Ravennæ, sanctorum Valentini, Naulis et Agricolæ. *Valentini et soc.*

Puri codices sunt : *Praten. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Antverp. Max-Lubec. Belin. et Greven. scribunt *Misahelis*, servavi cum aliis communiorem modum; sic etiam simpliciter *Babiloniam*, licet nonnulli habe ant *Babyloniam*. Solus Praten. legit *duram carceris macerationem*. Alii omnes *diram*; Munerat. transposuit *diram macerationem carceris*, et omisit *mammillarumque præcisionem*. Pro *gladio data*, male substituit Belin. *gladio donata*. In Munerato est *Valencianis*, *Naulis*, etc. In primo solus errat, in *Naulis*, ut codices prope omnes, quos sequi debuimus. Antverp. Max-Lubec. et Molan. melius habent *Navalis*, nec male ex Hieronymianis aliquibus Belinus, *Novalis*. De *Thuscia* dixi alibi; omnes legunt, ut est in textu, excepto solo Molano.

Puerorum Babylonicorum. OBSERVATIO. Qui plures ex veteri Testamento Patres in serie heroum Christianorum collocavit, auctor Romani parvi, idem etiam primus insignes illos tres pueros Babylonicos hoc die, ex mera sua dispositione, Martyrologio inseruit: *Martyrium sanctorum Ananiæ, Azariæ, Misaelis*, alias Sidrach, Misach, et Abdenago. In Adone nihil superadditum est, præter hæc verba, *trium virorum sanctorum*. Usuardinum igitur est, quidquid elogii vice hic adjicitur, ut de aliis patriarchis et prophetis alibi notavimus. Hæc autem qualiacumque elogia accepit Usuardus ex Isidoro Hispalensi: De vita et obitu Sanctorum utriusque Testamenti. Cetera quæ de his Sanctis colligi subinde possunt, in Baronii Notatione diligenter indicata invenies. Undenam Wandelbertus Babylonios nostros eduxerit, haud equidem satis certo ausim asserere, interim insigni elogio eos decoravit in hunc modum:

Impia qui Assyrii tempserunt jussa tyranni,
Quorum nec crepitans valuit terrere fidelem
Constantemque animum fornacis flamma furentis,
Terni septeno et decimo pueri memorantur.

Barbaræ. Prædicto Romani parvi auctori debetur etiam annuntiatio altera, sic ibi formata: *In Tuscia, Barbaræ virginis et martyris*. Ado totius passionis historiam paucis complexus est, paucioribus Usuardus, hinc inde Adonis sensum potius quam verba secutus. Atque hi tres Martyrologi antiqui sunt, in quibus præclarissima virgo *Barbara* hoc die certo recolitur, a Rabano, cum diverso elogio IV Decembris consignata, omissis, quasi de industria, tum martyrii loco, tum notis temporis, quas forte Martyrologus ille, ut erat vir eruditus, cum Barbaræ Actis haud satis combinare potuit. Et sane tot gravissimis difficultatibus implexa sunt inclytissimæ alioquin virginis et martyris gesta, a quocumque demum vel a quibuscumque auctoribus exornata sint, ut ego quidem hactenus non videam, quo modo sic expurgari possint, ut ad normam satis tolerabilem reducantur. Vidit nodos illos Baronius agnovitque, *depravatos videri codices nonnullos*, in quibus locus, tempus aliaque plane turbata sunt. Vehementer optamus, tam fideles alios codices, seu Græcos seu Latinos, nobis aliquis producat, unde erui possit historica verisimilitudo. En tricas aliquot. Martyrologi nostri *Tusciam* diserte appellant et *Maximiani* tempora; Acta aliqua *Maximinum* volunt, eumque primum, qui Alexandro successit, ut Origeni æqualis sit, cujus discipula saltem per litteras fuerit, idque se opportune confirmare putant ex Chronico Orientali ab Echellensi edito, de cujus auctoritate alibi a nobis dictum est. Alii ad *alterum Maximinum* recurrunt, Barbaram cum Catharina in Ægypto collocantes. Non minor contentio circa *Heliopolim* vel *Nicomediam*, ubi martyr passa sit, cui *Antiochiam* addunt Bedæ Auctaria. Sed quis urbes illas in Tuscia reperiat, aut quis Tusciam in Oriente? Hæc et id genus alia criticos recentiores impulere, ut Acta quæcumque contemptim repudiarent. Papebrochio etiam displicuere, ut in Ephemeridibus Græco-Moscis pag. XXVI et LIV, ac rursus in Responsionibus ad art. XI a num. 106, satis indicat; at is facile emendari passus est, quæ cum hac Observatione nostra non conveniunt: ea præsertim, quæ S. Barbaræ cultus initia concernunt, cujus epocham ipse statuit in fine seculi IX, cum certum sit, in ipso quoque Occidente ante istud seculum recoli Sanctam debuisse, utpote in Romano parvo disertissime signatam, cujus auctorem non sine historicis monumentis cultum aliquem Sanctis decernere consuevisse, exploratum est. Non minus evidenter patet, aut Fastos aut Acta aliqua circa annum DCCCXL in Rabani notitiam pervenisse, ex quibus Martyrologio suo Barbaram adscripserit: nam ad interpolationem hic confugere, quid aliud esset, quam certa quæque per dubias conjecturas convellere? Ex his vero conficitur, prius Barbaræ, quam Catharinæ cultum in Occidente receptum fuisse. Jam vero pura et genuina Adonis et Usuardi exemplaria Barbaram referre, indubitatum reddunt citati a nobis supra, aliique codices; Papebrochium fefellit quod ipsam IV Decembris requisiverit. Hæc cursim pro instituto nostro sufficiunt; reliqua eo remittimus, ubi Acta de integro examinanda erunt. Æque spinosæ sunt de corpore et translationibus quæstiones, quas hic intactas relinquimus. — *Valentini et soc.* *Valentinus* cum sociis Ravennatibus sic dictinctissime ponitur in Hieronymianis: *Ravennæ, Valentini, Navalis, Agricolæ, Concordi*. Vetus Epternacense legit *Novalis* et *Concordiæ*, hisque Corbeiensis superaddit *Justini*. Ex prædictis apographis sua descripsit Rabanus, descripsit item Usuardus, sed omisso Concordio. Antiqua eorum Acta, si qua fuerint, nusquam occurrunt; quæ a recentioribus prodita sunt, suo tempore discutientur.

AUCTARIA.

HERINIEN. Dum hic codex scriptus est, invaluerat *Barbaræ* celebritas IV Decembris, quando ferme et sanctus Blasius ex XV Februarii ad III retractus est; quod plane factum existimo circa seculum decimum. Hic itaque Barbara caret præfatus codex, quam vide IV Decembris.

TORNACEN.

TORNACEN. In prima et ultima annuntiatione purus, totum secundæ elogium resecuit.

Lazari. Marthæ.

ROSWEYD. Purus etiam in prima et ultima, secundam omisit, positam supra IV Decembris. In fine adjicit : *Eodem die, Lazari, quem Dominus Jesus resuscitavit a mortuis. Item Marthæ sororis ejus.* Vide die sequenti.

Ruf. etc. Meletii.

PULSANEN. In sola prima purus est. Tum : *Eodem die, beatorum martyrum Rufi et Zosimi. Apud Spoletum, sancti Meletii episcopi et confessoris.* Hic a Castellano hoc die ponitur; de aliis vide Usuardum XVIII Decembris.

Irenæi et soc.

ANTVERP-MAX. cum sociis suis omnibus. Hi annuntiationem puram Usuardinam retulerunt IV Decembris, hic vero aliam secundo loco substituunt : *Romæ, natale sanctorum Hyrenei, Antonii, Theodori, Saturnini, Victoris et aliorum decem et septem. Qui cum beata Luceia virgine et Anceia* (Auceia) *rege Persarum, quem ipsa ad fidem Christi convertit, sub Elio præfecto gloriosum martyrium consummarunt.* Vide quæ diximus XXV Junii et Acta eo die. In prima et ultima annuntiatione satis puri sunt.

Ruf. etc. Meletii Ponti episcopi.

CENTULEN. *Trium puerorum Ananiæ. Azariæ, et Misael*, etc., pure. Deest reliquus textus, cujus loco sunt : *Eodem die, sanctorum martyrum Rufi et Zosimi, de quorum felici agone sanctus Policarpus in epistola ad Philippenses scribit. Apud Pontum, sancti Meletii episcopi et confessoris, qui cum esset eruditione magnificus, virtus tamen animi et vitæ sinceritas longe in eo magnificentior extitit.* Huc ex IX Decembris perperam translatus est.

Faustini, etc. Valentini, etc. Irenæi, etc. Barbaræ. Meletii.

BRUXELLEN. Incipit : *Apud Affricam, natale sanctorum Faustini, Candidi et Ceciliani.* Vide Hieronymiana die præcedenti. Sequitur : *Apud Ravennam, natale sanctorum Valentini, Navalis, Agricolæ et Concordii martyrum.* Vide Observationem. De Irenæo et sociis, eadem habet cum codicibus mediæ notæ. *In Tuscia, sanctæ Barbaræ virginis et martyris.* Videtur supponere aliam hanc esse Barbaram ab ea, quam posuit supra IV Decembris. Sequitur : *Apud Spoletum, depositio sancti Malecii episcopi et confessoris.*

HAGENOYEN. Duas longas historias profert : alteram de pueris Babylonicis, quæ ex sacris Litteris notior et certior est, quam hic enarretur; de Luceia virgine et Auceia rege alteram, quam malim ex Actis ipsis XXV Junii accipias.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Trium puerorum Babyloniæ. Valentini, Naulis* (alias *Navalis*) *et Agricolæ, apud Ravennam.*

VATICAN. num. 5949. Nihil hic habet de pueris Babylonicis aut de Barbara.

Meletii. Floriani, etc.

FLORENTIN. *Spoleti, sancti Meletii episcopi et confessoris. Item, sanctorum martyrum Floriani et quadraginta sociorum ejus.* An forte Eleutheropolitanos indicant, de quibus die sequenti?

Meletii. Everardi

EDITIO LUBECO-COL. In textu similis est ANTVERP-MAXIMO et reliquis mediæ notæ codicibus. Addit autem : *Apud Spoletum, sancti Melecii episcopi et confessoris. Ipso die, sancti Everhardi militis et confessoris.* Vide auctarium MOLANI.

Concordii. Mammetis. Irenæi, etc. Simplicii, etc. Meletii. Adonis. Beani Everardi. Adeleidis.

GREVEN. *Apud Ravennam cum præfatis passus est Concordius et alii quinque. Mammetis pueri et martyris, quem Usuardus habet* XVI *Kalendas Septembris. Romæ, sanctorum Herenei, Anthonii, Theodori, Saturnini, Victoris et aliorum decem et septem. Item Simplicii et sociorum ejus. Apud Spoletum, sancti Melecii episcopi et confessoris. Viennæ, sancti Odonis episcopi et confessoris. In Hibernia, Beani episcopi et confessoris. In territorio Tornacensi, sancti Everhardi militis et confessoris. Adelheydis imperatricis, secundum alios pridie Idus Decembris.*

Adonis. Adeleidis. De Everardo. Beani. De Joanne Baptista. De Annuntiatione beatæ Mariæ Virginis.

MOLAN. In fine : *Viennæ, beati Adonis episcopi.* Male supra scripsit GREVENUS, *Odonis.* Agitur de eo, quem jam toties in hoc opere citavimus, nempe de auctore Martyrologii illius, ex quo totus ferme Usuardus contractus est. Sequitur : *Item Adelheydis imperatricis.* Deinde typis minoribus : *In territorio Tornacensi, sancti Everardi militis et confessoris; qui, ut scribit Meyerus in Annalibus Flandriæ, Comes Cisoniensis, conjuge ac liberorum pulchra propagine, ad hæc opibus, clientelis et peritia rei militaris, vitæque sanctitate illustris est habitus, initiumque dedit Cisoniensi cœnobio juxta Insulam. In Hibernia, Beani episcopi primi Aberdonensis et confessoris.* Hactenus editio prima. Editiones posteriores idem habent de Adone Viennensi. Tum : *In Galliis, apud Tornacum, monasterio Cisoniensi, depositio Evrardi, ducis Forojuliensis. Item depositio sanctæ Adelheidis imperatricis. In Hybernia, natalis Beani, primi episcopi Aberdonensis et confessoris. Ambianis, receptio faciei beati Joannis Baptistæ. In Hispaniis, ex constitutione decimi concilii Toletani, festum annunciationis beatæ Mariæ.* Non est operæ pretium quærere, quamdiu hic ritus duraverit.

XVI *Kal.* *Die* 17.

Translatio nis Ignatii. Lazari, et Marthæ. Martyrum 50

Translatio sancti Ignatii episcopi et martyris, qui ab urbe Roma Antiochiam delatus, jacet extra portam Damniticam, in cimiterio ecclesiæ. Eodem die, beati Lazari, quem Dominus Jesus in Evangelio legitur resuscitasse a mortuis. Item beatæ Marthæ, sororis ejus, quorum venerabilem memoriam extructa ecclesia non longe a Bethania, ubi a vicino domus eorum fuit, conservat. In Oriente apud Eleutheropolim civitatem, sanctorum martyrum quinquaginta, qui sub Sarracenis passi sunt.

Ita *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan*

VARIA LECTIO. Inter codices pro textu citatos, nullus recte legit extra portam *Daphniticam.* Secutus sum Praten. et Herinien. In Greven. et Molan. habetur *Dampniticam* : in Antverp-Maj. *Dampnitiam* ; in Munerat. *Daviticam* ; solus Rosweyd. ad puritatem proprius accessit per *Dafniticam.* In omnibus ferme est *cimiterio.* Praten. et Molan. rectius *cœmeterio.* In codicem Pratensem

pro

pro *Marthæ*, male irrepsit *Mariæ*. Munerati, vel ejus typographi error est *evicinio* pro *e vicino*. Omnes recte legunt, *quorum venerabilem memoriam*; nescio cur Antverp-Maj. præmiserit particulam *in*. Rursus in *Sarracenis* conveniunt omnes, præter præfatum codicem et Molanum.

Translationis sancti Ignatii. OBSERVATIO. Nihil ad hodiernum textum contulerunt apographa Hieronymiana; Bedam describens Rabanus, illum elogium refert, quo potius natalis sancti Ignatii, quam translatio celebratur; quod mirum videri non debet, cum neuter I Februarii de eo memoriam fecerit. Clarior est pro hodierna festivitate Romani parvi textus: *Translatio Ignatii episcopi et martyris Antiochiæ.* Viennensis hoc loco solum subjungit: *Qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam rexit ecclesiam*, quæ verba a Nostro I Februarii relata, hic merito prætermissa sunt, aliis ex Festivitatibus Apostolorum substitutis, quæ translationi proprie et unice conveniunt. Non est quod hisce diutius immorer, cum de variis sancti Ignatii translationibus fuse egerit Henschenius ad I Februarii a pag. 33. Ibi etiam invenies a quo tempore in Ecclesia Romana natalis S. Ignatii I diei Februarii affixus sit, ut habes etiam in Ephemeridibus Græco-Moscis ad XXIX Januarii. Wandelbertus sic illustrissimum martyrem hoc die canit, ut ipse etiam natalem celebrare videatur, *Rufum* et *Zosimum*, quos cum Ignatio laudat Polycarpus, subjungens; verum hi ex Martyrologis nostris ad diem sequentem referuntur. Audiamus metricum elogium:

Ignatius sanctus deno sextoque triumphat,
Antiochenæ urbis pastor martyrque: ferarum
Quem dentes panem vivum fecere. Sequuntur
Quem fuso ob Christum Rufus Zosimusque cruore.

Lazari et Marthæ. Annuntiationis nostræ secundæ substructionem, ut ita dicam, sic denuo ponit auctor Romani parvi: *Et Lazari, quem Christus resuscitavit, et Marthæ sororis ejus, in Bethania*: ubi velim observes, et fratrem et sororem IN BETHANIA collocari. Hæc paulo aliter deduxit Ado, cujus sunt verba omnia, ex quibus elogium nostrum construitur. Apud Bedam, Florum aut Rabanum de his Sanctis, saltem hoc die nequaquam agitur, unde colligas, male a Tillemontio aliisque postremum citari. Hoc etiam adverto non satis exprimere Martyrologos nostros, quid de Lazaro hic proprie commemorent, cum apud Græcos variæ de ipso festivitates esse dicantur. Probabilius tamen apparet, saltem ex primo annuntiationis auctore Romano parvo, eos ultimum Lazari obitum, ejusque *in Bethania*, cum Martha sorore depositionem indicare velle; sic ut sepulturam in Cypro, ac multo magis migrationem in Provinciam, plane ignorasse videantur. Recte an secus hæc ab iis posita sint, hic non disputo; patet sane Lazarum et Martham, octavo et nono seculo sub una hoc die celebritate cultos fuisse. De duabus sororibus verbo egimus XXII Julii, occasione Mariæ Magdalenæ, sed ab aliis controversiis consulto hic abstinendum censuimus, omnia in Actis examinaturi proximo mense Julio. Vide interim Notationem Baronii, Tillemontium tomo 2 a pag. 31, et Castellanum in primo Bimestri a pag. 342.

Martyrum 50. — *Martyres Eleutheropolitani*, pure Adoniani sunt, nec aliud in ipsorum gratiam præstitit Usuardus, quam hic etiam Viennensis verba in suum laterculum transferre. Utrobique Martyrum numerus ad *quinquaginta* determinatus est; utrobique omnes anonymi sunt. Martyrologos nostros deseruit Baronius, secutus, ni fallor, Acta passionis manuscripta, quorum apud nos apographum exstat, ex archivis sancti Petri Romæ descriptum, ubi diffusior totius martyrii descriptio *Florianum* et *Calanicum*, tamquam totius turmæ præcipuos, appellat, addens etiam reliquorum omnium nomina, quæ simul ad *sexaginta* ascendunt, unde formata est Romani moderni annuntiatio. Alia Acta vidisse oportet Petrum in Catalogo lib. 1 cap. 73, apud quem socii dumtaxat *quadraginta* Floriano et Calanico adjunguntur. Non recte a Baronio signatur annus Heraclii XXXVII, qui forte melius XXVII diceretur, quamvis nec in Miscella, nec in Theophane, satis certa indicia reperiri possint, ex quibus aut de Martyrum horum numero, de tempore, aut loco passionis certi aliquid statuatur. Reliqua ad ulteriorem investigationem remitto.

AUCTARIA.

TORNACEN. Omnia habet ut sunt in laterculo, præter elogium, quod Marthæ et Lazaro supra in textu aptatum est.

ROSWEYD. De Ignatio ex Adone inserit: *Qui tercius post Petrum Apostolum, Antiochenæ ecclesiæ præerat.* Aliam annuntiationem sic incipit: *Hic celebratur natale beati Lazari et Marthæ.* Cetera satis pura sunt.

PULSANEN. Incipit: *Translatio et depositio corporis sancti Ignatii martyris.* In Lazaro et Martha contractior est. De ultima, nihil.

De Ignatio. ANTVERP. et MAX-LUBEC. De Ignatio: *Qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam rexit ecclesiam. Hic Romæ, dentibus bestiarum passus, inde translatus, jacet Antiochiæ.* In ceteris commemorationibus satis puri sunt.

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Omnes carent annuntiatione prima, cujus loco ponunt ultimam de quinquaginta Martyribus. In Lazaro et Martha satis puri sunt.

ALBERG. et DANIC. Cum prioribus conveniunt, sed in fine adjungunt: *Andecemnæ, sanctæ Beggæ viduæ, sororis sanctæ Gertrudis.* Vide infra MOLANUM et alios. *Beggæ.*

CENTULEN. *Apud Antiochiam, translatio et depositio corporis beati Ignatii episcopi et martyris, qui passus est Romæ Kalendis Februarii.* In Lazaro satis purus est, sed Martham cum toto elogio omittit. In ultima denuo satis purus est. *De Ignatio.*

BRUXELLEN. Incipit a Lazaro et Martha, satis pure. Tum de Ignatio, ubi post *martyris*, addit: *Qui Kalendis Februarii Romæ passus, et a Roma Antiochiam delatus, extra portam Dampniticam, in cimiterio ecclesiæ hac die positus est.* *De eodem.* *Apud Andemiam monasterium, depositio sanctæ Beggæ viduæ, filiæ Pippini ducis, et sororis sanctæ Gertrudis, ac* *De Begga.*

relictæ

relictæ Ansigisi ducis. Quæ in statu viduali se et sua mancipans, monasterium Andemiense fundavit, ac Beghinas atque Beggardos, qui ab ipsa nomen trahunt, primo instituit. Notior aliunde est, et illarum et horum institutio, quam ut ad Beggæ tempora ascendatur.

HAGENOYEN. Incipit : *In civitate Marsilia, depositio sancti Marsilii episcopi et confessoris, fratris sanctæ Mariæ Magdalenæ, et sanctæ Marthæ.* Ex ipsa nominis corruptione intelligis, quam accurata esse debeant quæ fusius hic de Lazaro et Martha narrantur. Ego certe hujusmodi historiis describendis supersedeo. Tolerabiliora ferme sunt, quæ habet de Begga, in hunc modum : *Andecemie, depositio sanctæ Beggæ, sororis sanctæ Gertrudis virginis. Hæc de Anthyso* (pro *Ansigiso*) *viro suo concepit Pypinum seniorem* (potius filia ejus fuit) *ducem Francorum, et post mortem viri sui, in sancta viduitate permansit omnibus diebus vitæ suæ, et repleta bonis operibus migravit ad Dominum.* De Ignatii translatione agit die sequenti, uti et de quinquaginta Martyribus.

De Begga.

CODEX Ursini a Rosemberg. *Andetemnæ, sanctæ Beggæ viduæ, sororis sancti Gertrudis.* Plura superius de Begga diximus.

Beggæ.

AMBIANEN. *Ambianis, receptio faciei sancti Joannis Baptistæ.* Vide MOLANUM, pridie.

De Joanne Baptista.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Marthæ hospitæ Christi et Lazari, fratris ejus. Sanctorum quinquaginta Martyrum.*

VATICAN. signatus num. 5949. Desunt tres primæ annuntiationes. Adjicitur autem : *In Africa, sanctorum Victuri, Victoris et aliorum triginta trium.* Vide Hieronymiana.

Victuri et soc.

LUXOVIEN. Sic habet : *In Salsa monasterio, sanctæ Adelheydæ augustæ.*

Adelheydæ.

SALINEN. Alia de Lazaro : *In Bethania, sancti Lazari martyris, quem Dominus suscitavit ; cujus corpus Augustoduno requiescit.*

De Lazaro.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Natale beati Lazari episcopi et confessoris, fratris beatorum Mariæ Magdalenæ et Marthæ, quem Dominus, ut in Euangelio legitur, a mortuis resuscitaverat. Quorum venerabilem*, etc., satis pure, sed pro duobus tres conjunguntur. Sequitur de Martyribus quinquaginta, etiam bene. De Ignatio, post *ecclesiæ*, adjicit : *Ubi plurima ipsius meritis fiunt miracula, præstante Domino. Andecemne, sanctæ Beggæ viduæ, sororis sanctæ Gertrudis monialis.*

De Lazaro. *De Ignatio.* *Beggæ.*

BELIN. In prima similis est ANTVERP. etc. Nihil habet de Martha. In tertia purus.

GREVEN. *Item in Aphrica, sanctorum Victoris, Victoriani, Adjutoris, Honorati, Felicis, Vincentii, Quarti, Quinti et aliorum duodecim. Commemoratio dignæ et sanctæ memoriæ Bernardi episcopi Diensis, ex Priore domus Portarum Ordinis Carthusiensis, confessoris. Cujus sanctitati attestantur mortui, quos suscitavit, leprosi, quos mundavit, aliaque miracula, quæ per eum Dominus operari dignatus est. Hic ob eximiam sanctitatem suam, sancto Bernardo Claravallensi familiarissimus extitit ; unde et ad ejus instantiam, idem vir Dei opus illud divinum super Cantica edidit. Sturmis abbatis primi Fuldensis cœnobii et confessoris. Begghæ viduæ, sororis sanctæ Gertrudis.*

Victoris et soc. *Bernardi Diensis episcopi.* *Sturmis.* *Beggæ.*

MOLAN. In fine : *Eodem die apud Septem ecclesias, transitus beatæ Beggæ viduæ.* Tum typis minoribus ; *relictæ Ansigisi ducis, ac sororis sanctæ Gertrudis. Quæ in statu viduali se et sua Deo mancipans, monasterium Andemiense fundavit ac Beginas, quæ ab ipsa nomen trahunt, primo instituit.* Hæc ex codicè BRUXELLENSI accepta videntur. Deinde : *Bigardis monasterio, Ordinis sancti Benedicti juxta Bruxellam, sanctæ Wivinæ virginis, quæ ibidem prima præfuit.* Editiones aliæ de Ignatio aliis litteris textui inserunt : *tertius post beatum Petrum, Antiochenam rexit ecclesiam. Hic Romæ dentibus bestiarum passus.* In fine autem : *Andanii, apud Septem ecclesias, transitus beatæ Begghæ viduæ, sororis sanctæ Gertrudis. Ipso die Bigardis, beatæ Vuivinæ virginis, quæ quanti apud Dominum sit meriti, surdi, contracti, dæmoniaci pristinam sospitatem adepti, fideliter protestantur.* Notabis, in his editionibus corruptum rursus Usuardi textum, expuncta Martha cum toto elogio. In quo longe præferenda puritas editionis primæ.

Ejusdem. *Wivinæ.*

XV *Kal.* *Die* 18.

Apud Macedoniam civitate Philippis, natalis beatorum martyrum Rufi et Zosimi. Hi ex eo numero discipulorum fuerunt, per quos primitiva Ecclesia in Judeis et Græcis fundata est, de quorum etiam felici agone scribit sanctus Policarpus in epistola ad Philippenses. In Africa, passio sancti Moysetis martyris. Turonis, sancti Gatiani episcopi et confessoris, qui ab urbe Roma eidem civitati primus directus episcopus, multis clarus miraculis quievit in pace.

Rufi et Zosimi. *Moysetis.* *Gatiani.*

Codices hoc die puri sunt : *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Munerat. Greven* et *Molan.* Adde *Antverp-Max.* cum omnibus suis sociis mediæ notæ

VARIA LECTIO. Est in Praten. *Zozimi*, sed ceteri codices melius cum textu. Idem recte scribit *Philippis*, sed postea male *Philipenses*. Antverp-Maj. posuit *civitatem Philippis*. Hic et Greven. sæpius scribunt *hii* pro *hi*. Omnes habent, *hi ex eo numero*, etc. ; sed Munerat. omisit particulam *eo*. In Pratensi *Judæis* integre scriptum non est. *Moysitis* legunt Praten. et Herinien. at dubium non est, quin Adonem secutus sit Usuardus. Potissima variatio est in nomine Turonensis episcopi, quod in solo Molan. et in Antverp. recte efformatum est *Gatiani* ; pro quo in Pratensi et Heriniensi *Catiani* ; in Antverp-Maj. *Canciani* ; in Munerat. *Gaciani* ; in aliis *Gratiani* ; etc., Greveno cautela non profuit, dum scripsit *Caciani alias Gratiani*. Habet hic præterea *primus directus*, omittens *episcopus*. Molan. paulo melius scribit *primum directus*, sed omittit etiam *episcopus*.

OBSERVATIO.

Rufi et Zosimi.

OBSERVATIO. *Rufus* et *Zosimus*, die hesterno a Wandelberto cum Ignatio connexi, hoc proxime sequenti in Romano parvo consignantur hoc modo : *Rufi et Zosimi, de primis discipulis Christi, per quos Ecclesia de Judæis et Græcis primitiva fundata est*; non expresso loco, in quo aut passi aut depositi sint. Nihilominus plus hic asserit Martyrologus, quam in Rufino suo lib. 3 cap. 35 repererit, ubi Rufus et Zosimus egregie quidem ex celebri Polycarpi ad Philippenses epistola cum Ignatio laudantur, ut die præcedenti dictum est, at *de primis discipulis Christi* fuisse ibi non dicuntur, nec id in strictiori significatione accipi posse videtur, nisi Rufus hic cum illo confundatur, de quo egimus XXI Novembris. Consule Rufini verba, quæ in Adone inter Festivitates Apostolorum referuntur, vel fontem ipsum accede, ubi Polycarpus : *Deprecor*, inquit, *omnes vos obedientiæ operam dare, et meditari patientiam, quam vidistis in Ignatio, Rufo et Zosimo beatis viris*, etc., nullo addito verbo de eorum discipulatu aut Ecclesiæ primitivæ fundatione. Ceterum Romani parvi sensum secutus est Ado, adjiciens præterea in fine de suo : *Hi requiescunt apud civitatem Macedonum Philippis*, quæ mihi valde incerta videntur; forte ansam præbuit Polycarpi epistola, quod ea Philippensibus destinetur. A præfata positione exorsus est Usuardus, reliquum Adonis elogium describens. Atque hæc in serie nostra signata sunt, aliis ignota aut præterita. Sanctorum nomina non ignoravit Wandelbertus, cujus encomium metricum pridie dedimus. Notabis obiter, Bedam Plantinianum ad XXVI Decembris Adonis textum turpiter interpolasse : nam ubi is de solo Zosimo Papa meminit, alter scripsit : *Eodem die, sancti Ignatii, Rufi et Zosimi Papæ, qui sedit*, etc., reliquam Adonis commemorationem transcribens. De sola prima annuntiatione meminit Romanum parvum. — In Viennensi secun- *Moysetis.* dum locum occupat idem qui in textu nostro *Moyses* vel *Moysetes* martyr in Africa, de quo nihil alibi hactenus legere memini, præter dubiam Molani in posterioribus editionibus annotationem. Est in Hieronymianis inter alios plurimos martyres Afros nomen *Monsitis*, quod nescio an ad *Moysetis* satis apte reduci possit. Utcumque fuerit, Moysetem etiam novit et cecinit Wandelbertus hoc unico suo hujus diei versiculo :

Quindecimus demum Moysetis sanguine vernat.

Gatiani.

Tertia commemoratio purissime iterum Adoniana est, si non ad verbum, saltem ad omnes sensus apices ab Usuardo transumpta. Nullam certam ætatem *Gatiano* Turonensi assignavit Ado, nullam Usuardus, hac sola præcipua ejus laude contenti, quod ecclesiæ illius *primus episcopus* fuerit, *ab urbe Roma directus*. Tempora Fabiani Pontificis satis apposite Martyrologio Romano inseruit Baronius; idque ex Gregorio Turonensi facile confirmari potest, ut ostendit Tillemontius tomò 4 pag. 723. Est ea hodie eruditorum Gallorum receptior opinio, non semel in Actis nostris asserta, nempe primos illos Galliarum Apostolos, Gatianum hunc Turonensem, Trophimum Arelatensem, Paulum Narbonensem, Saturninum Tolosanum, Dionysium Parisiensem, Austremonium Claromontanum, Martialem Lemovicensem aliosque ad eadem ferme tempora pertinere. Videri possunt Bosquetus, non ita pridem a nobis citatus, Fraissius aliique passim in eamdem sententiam ex Gregorio Turonensi, locis a Baronio citatis, conspirantes. Dolendum est, nulla tam illustris Sancti Acta, quæ ego quidem viderim, superesse. Supplebunt quæ ex laudato Gregorio, tum ex historiæ Francorum initio et fine, quorum præcipua edidit Surius, tum ex Gloria Confessorum cap. 4 et 30, aut aliunde suo tempore colligi poterunt. Castellanus Gatiani obitum refert ad annum CCLXXXIX, quod tunc etiam operosius examinabitur. Vide notulam Motherii ad hunc diem.

AUCTARIA.

TORNACEN. Primam annuntiationem producit usque ad *fundata est*. In secunda purus est. Tum : *Graciani episcopi et confessoris*, non ultra.

Rogatiani, etc. — Auceiæ, etc. — Honorati, etc.

ROSWEYD. Textui satis puro superaddit : *In Affrica, Rogatiani martyris et aliorum* XXXV. *Auceiæ regis et martyris, cum aliis* XVIII. *Honorati martyris, cum aliis* XXXI. Vide Hieronymiana, in quibus Auceias non semel ponitur.

Anatholiæ et Victoriæ.

PULSANEN. Deest prima; in secunda purus est. Tum : *Eodem die, natalis sanctæ Anatholiæ virginis, quæ simul cum beata Victoria convirginali sua est comprehensa, ac sub Decio principe martyrio coronata est*. Anatholiam signat Usuardus IX Julii, Victoriam XXIII Decembris; vide Observationes utroque die. Sequitur ultima annuntiatio abbreviata : *Turonis, sancti Gratiani episcopi.*

ANTVERP. et MAX-LUBEC. Prima et secunda puræ sunt. Hæc est tertia : *Turonis, sancti Gatiani episcopi.*

Earumdem.

CENTULEN. *Romæ, sanctæ Anatholiæ virginis, quæ simul cum beata Victoria, convirginali sua comprehensa, ac sub Decio cæsare martyrizata est. In Africa, sancti Moysetis martyris.* In Gatiano etiam satis purus est; sed de prima annuntiatione Rufi et Zosimi nihil habet.

Theotimi, etc. — Martyrum 50 — Moysetis, etc. — Antonini, etc. — Quinti, etc.

BRUXELLEN. In prima satis purus, subdit : *Laodiciæ, natale sanctorum martyrum Theothimi et Basiliani*. Sequitur de quinquaginta martyribus Eleutheropolitanis ex die præcedenti. Tum : *In Africa, passio sanctorum Moysetis, Victoris, Victoriani, Adjutoris, Honorati, Felicis, Vincentii et aliorum viginti trium. Romæ, natale sanctorum Anthonini, Herenei et Theodoli. Item natale sanctorum Quinti, Simplicii, Pauli, Privati et Januarii.* Ex Hieronymianis varie collecti sunt. Pro *Gatiani*, scribit *Tacium*; de cetero annuntiatio satis pura est. In fine : *Eodem die, natale sanctæ Anatholes virginis; quæ simul cum beata Victoria convirginali sua tempore Decii principis comprehensa et martyrio coronata est.* Vide quæ diximus ad PULSANENSEM, supra.

Anatholiæ et Victoriæ

Translatio Ignatii — Winebaldi et Walpurgæ — Adelheidis — Martyrum 50. — Flaviti.

HAGENOYEN. Incipit a translatione sancti Ignatii satis pure. Vide textum hesternum. Sequitur : *In Eystatensi territorio, sancti Winebaldi et Walpurgæ confess. glorios. In Salsa, sanctæ Adelheydis imperatricis.* Tum ponit annuntiationem primam satis pure, nisi quod scribat : *Rufi, Rufini, et Zosimi.* In Moysete et Gatiano, satis bene. Tum : *In Oriente apud Eleutropolim*, etc., ut pridie. Demum : *Eodem die, sancti Flaviti episcopi et confessoris depositio.*

MATRIC-

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Rufi et Zosimi, qui in primitiva Ecclesia floruerunt. Moysetis martyris. Tatiani Turonensis episcopi.* Vide quæ diximus in Variantibus.

BIGOTIAN. signatus D. 9. *Eodem die, sancti* *Flaviti.* *Flavii confessoris.* Haud dubie pro *Flaviti.*

Winebaldi. ALTEMPS. *Eodem die, sancti Winebaldi confessoris.* De sorore vide I Maii, etc.

Anatholiæ, etc. FLORENTIN. Habent ut supra: *S. Anatholiæ virginis, quæ simul cum beata Victoria convirginali sua est comprehensa, ac sub Decio principe martyrio coronata. Item sancti Catiani episcopi et martyris.* Puto *Gatianum* indicari, qui luxato nomine in martyrem transformatus sit.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. Aliter enuntiat: *Turonis, sancti Tatiani, primi ejusdem urbis episcopi.*

Earumdem. EDITIO LUBECO-COL. In textu satis pura, addit de Anatholia, etc., ut jam non semel supra dedimus. *Pauli Simplicis.* Tum: *Eodem die, sancti Pauli Simplicis, confessoris, discipuli beati Antonii abbatis. In terri-* *Winibaldi.* *torio Eystedensi, sancti Winibaldi abbatis et confessoris, fratris sanctorum Willebaldi episcopi, et Walburgæ virginis.* *Translationis Florini.* *Castello Confluentiæ, translatio sancti Florini presbyteri et confessoris.*

BELIN. In prima et secunda satis purus, in tertia similis est ANTVERP. etc. Altera editio ad *episcopi*, addit, *primi civitatis ipsius. Eodem die,* *Flaviti.* *sancti Flaviti presbyteri et confessoris.*

GREVEN. Multa habet ex Hieronymianis. *Laodicia civitate, natalis sanctorum Thetaini et Basiliani.* *Thetaini, etc.* *Apud Aphricam, sanctorum Quinti, Simplicii, Pauli, Victoriæ, Privati, Ceciliani, Euasi.* *Quinti, etc.* *Item sanctorum Digni, Bodegisili, Honorati, cum aliis triginta.* *Digni, etc.* *In Aphrica, Rogatiani martyris, et aliorum triginta sex.* *Rogatiani, etc.* *Item sanctorum martyrum Auceiæ regis barbarorum et Luciæ virginis.* *Auceiæ, Luciæ et soc.* *Qui Auceias, cum Luciam virginem Romanam captam, violare vellet, divino nutu compunctus, maxime venerari cœpit, ac postmodum cum ipsa Romam profectus, martyrii palmam adeptus est, cum aliis duodecim, qui tunc pro fide in carcere tenebantur. Hos Usuardus habet* VIII, *alii vero* VII *Kalend. Julii. Ipso die secundum Cathalogum, sancti Hildephonsi* *Hildefonsi.* *archiepiscopi Toletani. Qui, relicto seculo, monachi habitum assumens, eximiæ sanctitatis merito, archiepiscopi honorem adeptus est; tandemque sanctis operibus plenus, feliciter migravit, die quo festum gloriosæ virginis Mariæ (cui ipse devotissimus erat) in ecclesia sua agi-constituit, hoc est die octavo ante nativitatem Christi. Maurini episcopi.* *Maurini.* *In Hibernia, Flamiani episcopi.* *Flamiani.* *In territorio Eystadensi, sancti Winibaldi abbatis et confessoris, fratris sanctorum* *Winibaldi.* *Wilibaldi episcopi et Walburgæ virginis. Eodem die, Pauli Simplicis confessoris, discipuli beati Anthonii abbatis, miræ patientiæ et obedientiæ viri.* *Pauli Simplicis.* *Castello Confluentiæ, translatio sancti Florini presbyteri et confessoris.* *Translationis Florini.* *Anatholiæ virginis et martyris, quæ simul cum beata Victoria convirginali sua est, comprehensa*, etc., ut supra. *Anatholiæ et Victoriæ.* Tum: *Maximillæ virginis.* *Maximillæ.*

XIV *Kal.* *Die* 19.

Apud Ægyptum, beati Nemesii martyris, qui ab Emiliano judice geminatis suppliciis excruciatus, cum latronibus jussus est incendi, Salvatoris perferens similitudinem, qui una cum latronibus pertulit crucem. *Nemesii.* Civitate Nicea, sancti Darii martyris. *Darii.* Item Autisiodoro, sancti Gregorii episcopi. *Gregorii.*

Conveniunt codices plurimi: *Pratcn. Hermun. Tornacen. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp. et Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan* Item *Antverp-Max.* cum sociis omnibus.

VARIA LECTIO. Solus Tornacensis a ceteris discrepat, dum pro *Salvatoris perferens similitudinem*, legit *Salvatoris ferens*, etc. Belinus cum mediæ notæ codicibus habet, *qui cum latronibus*, omittens particulam *una*. Antverp-Major, pro *Darii*, legit *Dari*, sed pessime nomen transmutavit Munerat. in *Clari*. Belin. iterum cum citatis codicibus in fine textus, post *episcopi* superaddit *et confessoris*. De vario scribendi modo in *Egyptum*, *Egiptum*, *Antisiodoro*, *Anthisiodori*, *Nycea*, etc., satis alibi dictum est.

OBSERVATIO. In varios hujus mensis dies, nempe in VII, VIII, XII et XIV hactenus distributos *Nemesii* vidimus martyres Alexandrinos ex Rufini lib. 6 cap. 31, seu ex sæpe laudata Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum epistola acceptos. At ibi non sistit, qui primus eos ita dispertiit Romani parvi auctor. Ex eodem loco sumptus est hodiernus *Nemesius*; proximo die sequentur *Ammon*, *Zenon* et alii, ac rursus XXII agetur memoria *Ischyrionis et aliorum quamplurimorum, inter quos senex Chæremon*; sic ut solo hoc mense annuntiationes septem, ex citato Rufini capite desumptæ, exhibeantur, quarum nulla apud alios extra seriem nostram Martyrologos signata sit. Sic igitur hoc die Nemesium celebrat Romanum parvum: *Apud Ægyptum, Nemesii martyris, qui per calumniam quasi latro, judici delatus est.* Reliquam passionem ex prædicto Rufini loco descripsit Viennensis, Noster de more compendio utens, totam medullam nitide extraxit. Nemesii nostri martyrium recte expendit Motherius in versione sua Gallica Martyrologii Romani, alibi laudata pag. 447, ubi observat *Nemesianum* quandoque appellari. Attamen Græcum nomen Νεμεσίων aut cum Rufino vertendum videtur *Nemesius*, aut cum Valesio *Nemesion*, non *Nemesis*, ut Christophorsonus; certe nequaquam *Nemesianus*. Hæc in præclari martyris laudem et textus nostri elucidationem dicta sufficiant. — Reliquus vero textus noster solitos duces non agnoscit. Sed unde *Darium* Nicænum martyrem ab *Darii* Usuardo acceptum dicemus, quem Hieronymiana non satis clare exprimunt, obscurius etiam *Niceæ* consignant; imo sic *Darium*, vel *Dariam Chrysantho* conjungunt, ut hic repeti videantur, qui ab Usuardo I Decembris celebrati sunt? Dices ex Wandelberto desumi potuisse; non ita autumo: nam

cur

cur socius *Zosimus* relinqueretur? Quin imo, vel ex hoc loco evinci posset, Wandelberti Martyrologium numquam Usuardo visum fuisse, quemadmodum in præfatione sub finem primi capitis indicavimus. Crediderim ego, utrique Hieronymianum aliquod præluxisse, simile Lucensi, in quo, excluso Gregorio, martyres omnes, ibi enumerati, Nicææ adscripti fuerint; unde solum ultimum Usuardus, binos vero Wandelbertus mutuatus sit, quos unico suo versiculo ita laudaret:

Quartum cum deno Zosimus, Dariusque coronant.

Gregorii *Gregorius* Autissiodorensis episcopus, ordine tertius decimus, Lucensi codici insertus, Corbeiensi adjectus est. In Floro nostro illud ipsum elogium habet, quod ex Martyrologio S. Sabini in Levitania describit Florentinius, cujus observationes aliæ videri possunt. Est etiam in Rabano iisdem verbis, quæ aliis litteris posuit Florentinius in commemoratione codicis Hieronymiani Lucensis. Unde in Usuardum influxerit, quærere supersedeo; tot alios populares Sanctos Adoni superaddidit, ut et hunc facile de suo adjicere potuerit. Scio in Adone Mosandri poni die sequenti cum asterisco, apud Rosweydum in appendice; sed hæc satis ostendunt Adonianum non esse Gregorium. Vitam aut Acta, præter indicatum elogium, nusquam invenire licuit. Pauca habet collectio nostra Ms. de gestis pontificum Autissiodorensium, ubi notatur depositio XIV Kal. Junii, seu XIX Maii. Plura aliunde, sicubi exstant, nobis subministrari vehementer desideramus.

De Avito Adonis. De solo Nemesio, ut diximus supra, loquitur Romanum parvum; ast in Adone sequitur *Avitus Aurelianensis*, quem cum Usuardo posuimus XVII Junii, ut hic nihil de eo dicendum supersit. Obiter solum observo, *Adjutum* in nonnullis codicibus Usuardinis auctioribus, quales sunt ii, quos in Auctariis FLORENTINOS nominamus, ex *Avito* formatum esse, atque inde sub ea formula in Martyrologio Romano collocari; verum sub diversis nominibus eumdem Sanctum intelligi, recte, ni fallor, advertit Castellanus.

AUCTARIA.

De Gregorio PULSANEN. Jam aliquamdiu ab aliis devius, hic incipit: *Antisiodoro, beati Gregorii episcopi, qui sedit annos* XII, *dies* III, *sepultusque est in ecclesia sancti Germani episcopi.* A Nemesio totum elogium rescindit. Tum: *Alexandriæ, beati Clementis episcopi et martyris.* (*Clementis*) Talem sanctum Clementem hactenus non novi; vide codicem sequentem. Darius prætermissus est.

CENTULEN. *In Egypto, beati Nemesii martyris, qui cum latronibus incensus fuit. Aurelianis, sancti Aviti abbatis, qui spiritu prophetiæ plenus fuit, et glorifico fine quievit.* (*Aviti.*) Vide Observationem. Tum: *Alexandriæ, beati Clementis presbyteri, qui in divinarum eruditionum scolis quam maxime floruit, cujus etiam auctoritas in divinarum historiarum narrationibus sæpissime antefertur.* (*Clementis*) Usuardus hunc Clementem retulit IV Decembris.

Darii episcopi et soc. BRUXELLEN. De Dario novam annuntiationem ex Hieronymianis fingit: *Apud Nyceam, civitatem Bithiniæ, natale sanctorum martyrum Darii episcopi, Zozimi, Pauli et Cyriaci atque Secundi.* Secundo loco de Nemesio, sed non omnino pure. *Alexandriæ, beati Clementis presbyteri et martyris. Qui in scolis divinarum eruditionum quam maxime effloruit.* (*Clementis.*) In Gregorio fere similis est codicibus mediæ notæ. Demum: *Aurelianis, beati Aviti abbatis. Qui spiritu prophetiæ illustris fuit.* (*Aviti*)

HAGENOYEN. In Nemesio satis purus, longam historiam ingerit, cujus initium hic dabo: *Aquilegiæ, passio sanctorum martyrum Felicis et Fortunati, qui eo tempore passi sunt, quando Dyocletianus et Maximianus præceptum dederunt, ut nullus posset vendere vel emere, nisi prius ydolis immolaret, et quicumque Christianum occultaret puniretur. Unde Apamius quidam præsentavit sanctos fratres Felicem et Fortunatum præsidi ad puniendum. At illi psallebant: Ecce quam bonum et quam jocundum, etc., et dum immolare nollent, fustibus cæduntur, et Jesum Christum invocabant. Et præses ait illis: Nescitis Augustos nasci*, etc., quæ melius apud Adonem legi poterunt XI Junii. Vide quæ ibi in Observatione nostra, vel fusius in Actis dicta sunt. (*Felicis et Fortunati*) Nescio quid hunc scriptorem moverit, ut eos Sanctos huc transferret. Sequitur: *Civitate Niceya, natalis sancti Darii martyris. Ipso die in Antysiodoro, depositio sancti Gregorii episcopi et confessoris.*

AMBIANEN. *Aurelianis, sancti Aviti abbatis, qui spiritu prophetiæ illustris fuit, et honorifice in eadem urbe tumulatus est.* (*Aviti.*) Jam diximus in Observatione coli XVII Junii.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Solum habet: *Nemesii martyris. Darii martyris.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus littera C. *Antissiodoro, sancti Pauli et Gregorii.* (*Pauli et Gregorii.*)

VATICAN. sub nota num. 5949. Nihil habet de Nemesio et Dario martyribus. Adjicit autem: *Aurelianis, sancti Aviti abbatis.* (*Aviti.*)

ALTEMPS. *In pago Calbellonensi*, (Cabilonensi) *sancti Cypriani abbatis.* (*Cypriani.*)

FLORENTIN. *Aurelianis, sancti Adjuti abbatis, qui spiritu prophetiæ illustris fuit, et ibi sepultus est.* (*Adjuti.*) Haud dubie ex tali aliquo codice *Adjutus* ille in Martyrologium Romanum irrepsit.

LUGDUNEN. *Antissiodoro civitate, sanctorum Pauli et Gregorii*, ut CODEX D. DU CHEVAL. (*Pauli et Gregorii.*)

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *Aurelianis, depositio sancti Aviti abbatis.* (*Aviti.*)

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Egyptum, beati Nemesii martyris, qui primo per calumniam quasi latro, judici Emiliano delatus est; quo crimine absolutus, posthæc, quod Christianus esset, defertur. In hoc vero nulla a judice moderatio reservatur, sed ab eodem Emiliano judice, geminatis suppliciis excruciatus, cum latronibus jussus est suspendi, Salvatoris perferens similitudinem, qui una cum latronibus pertulit crucem.* (*De Nemesio*) Nimia hic similitudo quæsita est. In Dario et Gregorio, satis pura est. In fine: *Aurelianis, sancti Aviti abbatis et confessoris.* (*Aviti.*)

GREVEN. *In Nicea Bithiniæ, sanctorum Zozimi, Pauli, Secundi, Ciriaci. Item Anastasii, Sidonii.* (*Zozimi, etc. Anastasii, etc.*) Vide Hieronymiana. *Ammonis episcopi Aurelianensis et confessoris.* (*Ammonis*) *Eodem die secundum Adonem. Aurelianis, sancti Aviti abbatis, qui desiderio vitæ solitariæ, cum sancto Karileffo de monasterio egressus, magnis virtutibus prophetiæque spiritu illustris quievit.* (*De Avito*) *Hunc Usuardus habet quinto decimo Kalendas Julii. Digni confessoris.* (*Digni.*) *Megaudii confesso-* (*Megaudii*)

ris,

Petri *ris, patris sanctæ Alheidis virginis. Item beatæ memoriæ Petri presbyteri, Canonici regularis, Aroldensis præpositi. Item sanctæ memoriæ, Wilhelmi conversi domus Casularum, Ordinis Carthusiensis, confessoris, admirandæ virtutis viri. Qui tempore quodam, dum asino vectus, in negotiis domus suæ aliquo iret, irruentibus in eum prædonibus, fide plenissimus, asino pedem evulsit, indeque minitans prædonibus, in stuporem et fugam eos convertit: deinde pedem reponens jumento, iter suum confecit.* *Wilhelmi Carthusiensis.*

MOLAN. Litteris Italicis de Nemesio, post *qui*, textui inserit: *primo per calumniam, quasi latro, judici delatus est Æmiliano, quo crimine absoluto, postea quod Christianus esset, defertur; in hoc vero nulla miseratio reservatur, sed ab eodem Æmiliano judice*, etc., ut habet EDITIO LUBECO-COLONIENSIS, supra. In fine: *Eodem die repositum est corpus sancti Huberti in crypta.* In aliis editionibus additur in fine textus, etiam litteris Italicis, *et confessoris.* Nihil præterea. *De Nemesio.* *Repositionis Huberti.*

XIII *Kal.* *Die* 20.

Apud Alexandriam, beatissimorum martyrum Ammonis, Zenonis, Ptolomei, Ingenii et Theophili, qui tribunalibus adstantes, cum quidam Christianus in suppliciis positus trepidaret, et jam pene ad negandum declinaret, vultu, oculis ac nutibus conabantur illum erigere. Cumque hac de causa clamor totius vulgi in eos prosiliret, prorumpentes in medium, Christianos se esse testantur. Per quorum victoriam, illico Christus gloriosissime triumphavit, suisque constantiam animi dedit. In Thracia civitate Gelduba, sancti Julii martyris. Item in Amphitrea, sancti Liberati. *Ammonis et soc.* *Julii.* *Liberati.*

Sumitur ex *Praten. Hermen. Antverp-Maj. Munerat. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. In Antverp-Maj. male scribitur *Amonis*, male in Munerato, *Tholomei*. Omnes servant *Ingenii*, pejus Greven. *Nigenii*; an melius Molanus, *Ingenui?* Sic ex Rufino, Romano parvo et Adone legendum est, et sic etiam vertit Valesius. Romani moderni reformatores Christophorsonum secuti videntur, qui *Ingenes* scripsit. Gravius errarunt Antverp-Maj. et Munerat. postrema duo nomina *Ingenui*, nobis *Ingenii* et *Theophili* omittentes. Rursus Antverp-Maj. pro *et jam*, posuit *etiam*, atque iterum Munerat. *eripere* pro *erigere*. Codices omnes conveniunt in, *illico Christus gloriosissime triumphavit*, et sic omnino ex Adone legendum est; Grevenus posuit *victoriosissime triumphavit*, et eum secutus Molan. vitii aliquid superaddidit, per, *Christus illico victoriosissime triumphavit*. De *Thracia* alibi dixi, sequor modo, quos prius secutus sum. Antverp-Major, pro *Amphitrea* substituit *Amphitre*, nullo modo Usuardine, sed utrum magis a parte rei exstet locus prior quam posterior, fateor me ignorare.

OBSERVATIO. En modo classem illam alteram pugilum Alexandrinorum, de qua die præcedenti dicere cœpimus, ex eodem Rufini loco, lib. 6 cap. 31, ex eadem Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum epistola promanantem, sic ut martyriorum ordinem, in præfato Rufini capite deductum, secutus, videatur auctor Romani parvi, qui fortissimos quinque athletas primus inter Martyrologos enumerat: *Alexandriæ, Ammonis, Zenonis, Ptolomæi, Ingenui, Theophili.* Ado ductorem sequens, fontemque Rufinianum prope exhauriens, historiæ ordinem inde traduxit; Noster vero, licet paulo contractius, rem totam satis eleganter complexus est. Nihil ultra habent Romanum parvum et Viennensis; unde ad textus sui supplementum, aliam scaturiginem consuluit Usuardus; sed duas annuntiationes tricis involutas obtrusit. Utramque ex Hieronymianis apographis acceptam fuisse dubium non est, at implexam codicum illorum lectionem ipse magis irretivisse videtur. Fontem exhibeamus. — Codex Lucensis sic legit: *In Tracia civitate Gildo, Bajuli.* In duabus ultimis vocibus *Gildo* et *Bajuli* hæret aqua. Audi modo vetustissimum Epternacensem: *In Thracia, natalis Julii.* Sic habet in laterculo hodierno; die sequenti autem: *In Thracia civitate Gildoba, Juli*, quam eamdem annuntiationem hoc ipso die ponunt Corbeiensis seu Corbeienses et Blumianus. Ex his facile perspicitur, talem aliquem Hieronymianum codicem Usuardo obtigisse, ex quo *Geldubam* suam efformaverit. Frustra cum Geographis quæres, in qua Thraciæ parte sita sit *Gelduba* vel *Gildoba*, cum ibi reperibilem non existimem, imo satis verosimiliter ex truncatis Sanctorum nominibus coaluerit, non minus quam *Amphitrea*, cui ultimus Sanctus noster *Liberatus* adscribitur. Non ignoro *Geldubam* aliquam antiquam, hodie *Geldub* vel *Gelb*, ad tractum Rheni, ditionis Coloniensis inveniri, sed illic Julium martyrem cum Saussayo collocare, tam est absonum, quam imperitum sit Rhenum in Thraciam devehere, aut Thraciam ad Rhenum transplantare. Castellanus Geldubæ situm notat *in confinius Bulgariæ et hodiernæ Romaniæ*, at Geographum antiquum desidero, qui eam nobis assignet. — Porro *Liberatum* nostrum *Romæ* tribuit Baronius, secundam annuntiationem in Romano sic hodie referens: *Romæ, sanctorum martyrum Liberati et Bajuli*, quæ ab Hieronymianis omnibus, etiam a codice S. Cyriaci et Rabano longissime recedunt; in his enim *Liberatus* cum *Thecla* constanter ponitur *in Oriente.* Ad præfatam Romani annuntiationem observat Castellanus, eam ex tribus conflatam esse: accepta nimirum positione *Romæ*, quæ soli Zephyrino Papæ in Hieronymianis tribuitur; avulso deinde Liberati nomine ab Oriente, ac demum ex ultima syllaba prioris loci Gel- *Ammonis et soc.* *Julii.* *Liberati.*

duba, conjuncta cum *Juli*, nomen *Bajuli* coagmentatum. Agnosco equidem confusionem, sed quæ Baronii non sit, verum codicis alicujus, ex quo nomina illa, sic inter se connexa desumpserit. Nec diffitebitur Castellanus, in Hieronymianis aliquibus, et in Rabano quoque *Bajulum* clare exprimi, sic ut totus error in sola positione consistat, quod nempe Liberatus et qualiscumque Bajulus *Romæ* collocentur. At quis nobis Usuardinam illam *Amphitream* aut in Oriente aut in toto Occidente inveniet? Putavit fortasse vir eminentissimus locum notissimum alicubi repertum, præ ignoto vel ficto eligendum. Florentinius alia loca substituere conatur, quæ ratio nata est, res de se valde implexas magis involvere. Dicam quod sentio : multum fallor, si Usuardus usus non sit codice aliquo Hieronymiano tam depravato, ut ex detritis, divulsis, ac male connexis verborum elementis *Amphitream* aliquam effinxerit, cui reperiendæ in vanum a nobis sudetur. Neque enim cum Castellano syllabas distractas connectere lubet, ex quibus, ut ipse *Bajulum*, sic ego *Amphitream* coner educere : sive enim vera, sive falsa demum protulerit Noster, certum est, talem nobis textum reliquisse, qualem ut sincerum et genuinum hic repræsentavimus.

AUCTARIA.

TORNACEN. In prima elogium producit usque ad *testantur*, expunctis ceteris omnibus. Duæ ultimæ annuntiationes puræ sunt.

Zephyrini PP.

ROSWEYD. Secundo loco habet : *Romæ, Zepherini Papæ et martyris.* Nos de eo egimus cum Usuardo XXVI Augusti, ubi vide Observationem. Habe hodiernum Wandelberti versiculum :

Terno cum decimo antistes, Zepherine, coruscas.

Vigiliæ Thomæ.

Codex noster purus est in Julio et Liberato, adjungens in fine litteris majusculis, quod in aliis codicibus recurret : *Vigilia sancti Thomæ Apostoli.*

PULSANEN. In prima, phrasis aliquantulum mutata est et Adonianæ magis aptata. Deest secunda et tertia.

Gregorii.

ANTVERP. et MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Post *Liberati* immediate subjungunt, vel potius conjungunt, *et Gregorii episcopi.* Ex hujusmodi codice sua accepit Petrus Equilinus in Catalogo apud Florentinium, qui in hoc Gregorio, æque ac nos hæsitat. Est forte repetitio Gregorii Autissiodorensis, de quo locuti sumus die præcedenti. Sequitur in citatis codicibus : *Romæ, depositio sancti Zepherini episcopi.*

Zephyrini.

Vigiliæ Thomæ. *Gregorii.*

ANTVERP-MAX. et reliqui omnes codices mediæ notæ incipiunt : *Vigilia sancti Thomæ Apostoli.* In fine autem post *Liberati*, addunt ut supra, *et sancti Gregorii episcopi.*

CENTULEN. Non habet nisi primam annuntiationem, hinc inde truncatam, nonnumquam interpolatam, quam non est opus hic describere.

De Zephyrino.

BRUXELLEN. Incipit : *Romæ, sancti Zepherini Papæ. Qui ut omnes Christiani annorum duodecim in festo Paschæ Eucharistiam accipiant, et ut ordinationes presbyterorum ac levitarum, tempore statuto solempniter fierent, constituit.* Sequuntur annuntiationes ad lubitum formatæ : *In Tracia civitate Gelduba, natale sanctorum Julii vel Juliani, et Liberati. Item in Amphitrea, sanctorum Gregorii et Liberati.* In Alexandrinis, omnino purus non est. Adjicit autem in fine : *In Oriente, sanctæ Teclæ virginis.* Vide quæ de Thecla diximus XXIII Septembris.

De Julio, Liberato et Gregorio. *Teclæ.*

De Zephyrino.

HAGENOYEN. Incipit etiam : *Romæ, natale sancti Zepherini Papæ et martyris, in via Appia. Hic constituit, ut omnes Christiani duodecim annorum, in præsentia clericorum et laicorum fidelium, Eukaristiam in die Paschæ deberent accipere. Item statuit, ut omnia vasa altaris vitrea vel stannea esse deberent, et ut ordines sacerdotum et levitarum statuto tempore fierent, et coram multis astantibus. Hic passus est sub Severo principe.* In Alexandrinis satis purus est. Tum : *In Tracia, civitate Geldula, natale sancti Julii martyris. Item in Amphitrea civitate, natale beati Gregorii episcopi et Liberati.*

Gregorii.

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine : *Romæ via Appia, sancti Zeverini episcopi*; pro *Zephyrini.* Tum : *In Oriente, sanctæ Teclæ virginis et martyris.*

Zephyrini. *Theclæ.*

Cypriani.

DAVERONEN. *In pago Cabilonensi, sancti Cypriani abbatis.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Ammonis cum sociis, martyris. Julii martyris.*

In VATICAN. num. 5949. Nihil de Liberato.

Gregorii. *Zephyrini.* *Domitiani* pro *Dominici.*

FLORENTIN. Habent, ut ANTVERP. etc., supra : *et sancti Gregorii episcopi. Romæ, sancti Zephirini episcopi.* Addunt autem : *In Hispania, sancti Domitiani abbatis.* Puto indicari *Dominicum* abbatem, de quo vide Castellanum et MOLAN. infra.

Ospitii. *Columbi.*

BURDEGALEN. *In territorio Cynula, sancti Ospitii confessoris. Monasterio Lirinensi, sancti Columbi abbatis.* Sub his nominibus neutrum novi.

Vigiliæ Thomæ.

EDITIO LUBECO-COL. Incipit : *Vigilia sancti Thomæ Apostoli. Apud Alexandriam, beatorum martyrum Ammonis*, etc., satis pure, uti etiam in Julio. Ultimæ annuntiationi novam plane formam indidit, hoc modo : *In Amphitrea, sanctorum Liberati et Gregorii episcoporum et confessorum.*

Gregorii.

Gregorii *Zephyrini.* *Vigiliæ Thomæ.*

BELIN. In additione Gregorii episcopi, et in depositione Zepherini, convenit cum ANTVERP. etc. In fine autem præterea addit : *Item eodem die, vigilia Sancti Thomæ Apostoli.*

Ejusdem. *Zephyrini.* *Anastasii.* *Gregorii.* *Fregi.* *Henrici Calkar.* *Teclæ.*

GREVEN. *Vigilia sancti Thomæ Apostoli. Romæ, depositio beati Zeperini episcopi. In Oriente, sancti Anastasii episcopi et confessoris. In Amphitrea, sancti Gregorii episcopi et confessoris.* Ita paulatim ex aliis accreverunt, qui in Hieronymianis vix indicati sunt. Pergit : *In Hibernia, sancti Fregi abbatis. Item, beatæ memoriæ Henrici Calkar presbyteri et confessoris, Ordinis Carthusiensis, eximiæ sanctitatis viri. In Oriente sanctæ Teclæ virginis.*

Gregorii. *Zephyrini* *Vigiliæ Thomæ.* *Philogonii*

MOLAN. In fine ex BELINO descripsit, *et sancti Gregorii episcopi. Romæ, depositio sancti Zephyrini episcopi. Item eodem die, vigilia sancti Thomæ Apostoli*, cui litteris minoribus superaddit, *quæ in observatione jejunii plerisque locis celebratur. Item, beati Philogonii, qui ex patrono causarum factus fuit episcopus, cujus memoriam insigni homilia celebravit Joannes Constantinopolitanus cognomento Chrysostomus, quinque diebus ante natalem Christi.* Vide ipsam concionem apud Surium hoc die. Editiones posteriores, nihil habent de Gregorio aut Zephyrino. Agunt de Vigilia, ut in priori. Tum : *In Hispaniis, Silensi monasterio, sancti Dominici abbatis. Qui vitæ sanctitate, ac miraculorum frequentia clarus, migravit anno millesimo septuagesimo quarto.* De Philogonio hæ editiones idem habent quod prior, et eodem modo.

Dominici Silensis.

XII *Kal.*

XII *Kal.* **Die 21.**

Natalis beati Thomæ Apostoli, qui Parthis et Medis Evangelium prædicans, passus est in India, ac non multo post inde translatus ad Edessam urbem. Eodem die in Tuscia, sanctorum Joannis et Festi. *Thomæ Apostoli. Joannis et Festi.*

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. *Partis* scribunt codices nonnulli, sed præcipui habent *Parthis*, ut est in textu. *Ewangelium* ponitur in solo Antverp. In Munerat. inter *inde* et *translatus*, interponitur *idem*; sed aliam phrasim construxit Belin. hoc modo : *ac post inde non multum translatus est ad urbem Edessam.* Altera editio, Greven. et Molan. legunt *Edissam*, pejus Tornacensis, *Edissem*; textus ex reliquis acceptus est. De *Thuscia* hic amplius non loquor, nec de *Johannis.* Codicis Antverpiensis descriptor annuntiationem illam secundam turpiter vitiavit, scribens : *Johannis et Pauli Festi.* Nec Max-Lubec. nec alius codex de Paulo usquam meminit.

OBSERVATIO. De translatione corporis sancti Thomæ Apostoli actum a nobis est cum tota serie nostra III Julii, quo die in apographis Hieronymianis etiam posita est, sed ita ut hoc rursus die repetatur. Sic habet codex Lucensis : *In Mesopotamia, civitate Edessa, translatio corporis sancti Thomæ Apostoli, qui translatus est ab India, cujus passio ibidem celebratur* V *Nonas Julii.* Hæc directe pugnant cum iis, quæ in eodem codice leguntur citata die III Julii. In hisce aliisque hujusmodi oppositionibus componendis laborat Florentinius, præcipue ad indiculum Apostolorum a pag. 145. At enim in translatione hic referenda, non omnino conveniunt præfati codices Hieronymiani; nam in vetustissimo Epternacensi signatur : *Passio Thomæ Apostoli in India.* Corbeiensis autem utramque festivitatem conjungit : *In Mesopotamia, natalis et translatio sancti Thomæ Apostoli*, etc. Wandelbertus natalem, seu passionis diem (de quo certe non constat) nusquam videtur agnoscere, solam hoc die translationem canens, ut ex versibus infra adducendis patebit. Ceterum Beda diserte hic legit : *Natalis sancti Thomæ Apostoli.* Florus in brevi elogio asserit, *translatum esse corpus apud Edessam civitatem* V *Nonas Julii.* In eamdem sententiam ait Rabanus, *lancea transfixum occubuisse in Calamia Indiæ, civitate* et *ibi sepultum cum honore* XII *Kalendas Januarias.* Series nostra apertissima est, siquidem translatione, ut jam diximus, III Julii consignata, Romanum parvum hoc die simpliciter habet : *Thomæ Apostoli.* Sacramentaria a Menardo et Thomasio edita magis cum Beda conveniunt. Ado autem in Martyrologio hæc solum memorat *Apud Edessam Mesopotamiæ civitatem, natalis sancti Thomæ Apostoli.* Cetera paucis refert inter Festivitates Apostolorum, unde elogium suum extraxit Usuardus. Advertat lector, a solo Rabano civitatem *Calamiam* designari, in qua Thomas passus sit, solos item Parthos et Medos tum ab ipso, tum a nostris indicari, quibus Apostolus Evangelium prædicaverit. Alia notat Motherius in suis ad Romanum Gallice versum animadversionibus. Ceterum de aliis regionibus, de loco martyrii, de reliquis sancti Thomæ gestis, de corporis adventu in Italiam, nonnullæ controversiæ sunt, quas hic non vacat examinare. Fontes plerosque commonstravit Baronius, ex quibus non pauca, ad Apostoli labores spectantia, colligi possint; sed uberior est Tillemontiana sylloge tomo I a pag. 355, cum qua conferentur vitæ aliæ et Mss. et pridem ac recentius typis impressæ. Satis modo sit veram textus Usuardini simplicitatem comprobasse. En Wandelberti de sola translatione versiculos : *Thomæ.*

Translati Thomæ celebrat duodenus honorem,
Aurea quo structore Dei connoscere regnum
India promeruit, signis comitata tremendis.

Inter apographa Hieronymiana solum vetustissimum Epternacense hoc die post Thomam legit *Et in Thuscia, Joannis et Festi*; atque in eodem codice, iidem, procul dubio, repetuntur XXIII Decembris, his verbis : *Et alibi Joannis et Festi*, pro quibus alii habent : *Joannis et Felicis.* Porro Florentinius in hodierna notatione sic observat : *Nullibi in Tuscia veneratos comparere, aut inveniri potuisse, fatetur Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. Fortasse iidem sunt, de quibus infra* X *Kalendas Januarii.* Attamen sive in Thuscia noti sint, sive ignoti sint, certum est a Rabano ex aliquo Hieronymiano signatos fuisse; certum est a serie nostræ antesignano sic hodie annuntiari : *In Tuscia, Joannis et Festi*; certum denique, in Adone, et ex hoc a Nostro iisdem prope verbis memorari. Quid autem de eorum vita aut gestis ullibi supersit, hactenus plane latet. *Joannis et Festi.*

In Adone secundo loco refertur *Memmius* Catalaunensis episcopus, de quo ad V Augusti pluribus egimus, tunc, ut candide fatear, ignorantes ipsum hoc die a Viennensi celebrari. Textum ejus hodiernum habes infra in codicibus Florentinis. Hic solum lectores rogatos velim, ut quæ citata die V Augusti timidius de Adonis sensu dicta sunt, ex hoc loco abunde confirmata meminerint; illud præsertim, quod nempe Memmius illic ad Adonem minime pertineat. Manet interim verisimile, Usuardum eo die Hieronymianam potius quem Adonianam phrasim adoptasse. *De Memmio in Adone.*

AUCTARIA.

De Thoma. ROSWEYD. Thomæ annuntiationem, post *Edessam urbem*, sic protraxit: *in loculo argenteo ibidem honore Apostolico conditus est.* In altera de Joanne et Festo purus est.

De eodem. PULSANEN. Eumdem textum ex Adone interpolavit, post *India*, sic pergens: *et corpus ejus in civitate, quam Syri Edessam vocant, translatum est, ibique digno honore conditur.* Purus etiam est in secunda annuntiatione.

ANTVERP-MAX. cum omnibus sociis addit in *Passi* fine: *In Eraclea civitate, natale sancti Passi.* Sic vocatur in Hieronymiano Lucensi; Corbiense scribit *Passim*; Epternacense, *Bussi*.

De Thoma CENTULEN. *Natale beati Thomæ Apostoli, qui Parthis et Medis prædicans, passus est in India* V *Nonas Julii. Corpus ejus in civitatem, quam Siri Edissam vocant, translatum est, ibique digno hono-* *Memmii.* *re sepultum. Cathalaunis, sancti Memmii episcopi et confessoris, primi civitatis illius.* Vide codicem sequentem. In ultima purus est.

BRUXELLEN. In prima utcumque purus, sic *Innocentii PP.* prosequitur: *Romæ, sancti Innocentii Papæ. Qui decrevit, osculum pacis ad Missam dari; ac oleo consecrato pro infirmis uti, constituit.* Sequitur de Joanne et Festo. Tum: *In Eraclea, natale sancti* *Passi.* *Passi martyris. Cathallaunis, depositio sancti Mem-* *De Memmio.* *mii episcopi primi, illi civitati ab urbe Roma directi. Qui inter alia innumera miracula mortuum suscitavit, cujusque nunc sepulcrum miraculis creber-* *Zepherini Treverensis.* *rimis illustratur. Treveris, sancti Zepherini episcopi et confessoris.* Vide infra: *Et alibi, sanctorum* *Phocæ et soc. episc.* *Focæ, Florii et Honorati episcoporum et confessorum.* Nomina in codicibus Hieronymianis invenio, titulos non item.

De Thoma. HAGENOYEN. *In India, passio sancti Thomæ, electi Dei Apostoli, qui tanti fervoris erat ad Dominum, adhuc in carne existentem, quod cum eo mori voluit, et alios similiter facere hortatus est, quando ad resuscitationem Lazari Dominus ire voluit,* etc., quæ vide apud Surium. Tum nova con- *De Severo Treverensi.* fusio: *In civitate Treveri, sancti Severi episcopi et confessoris ejusdem civitatis. Qui de civitate Treveri veniens in Aquitaniam, unde natus erat, jam senex per gratiam Dei, quam in se habuit, omnes, quos vidit, cognovit, ex nomine proprio illos salutavit, et quod majus erat, eos quos cognovit exterius, eosdem cognovit interius, ita ut pluribus eorum, suas cogitationes bonas aut malas proderet, et plenus bonis operibus, ibidem obiit in pace. Eodem die apud Thusciam, natale sanctorum martyrum Johannis et Festi. In Eraclea civitate, sancti Passi* *Passi.* *martyris.*

AQUICINCT. In fine subdit: *In pago Cavillonensi, sancti Cypriani abbatis.* *Cypriani.* Notatus est heri et nudius tertius, sed adhuc quæro quis sit.

MATRIC-CARTUS ULTRAJECT. *Thomæ Apostoli. Joannis et Festi martyrum.*

FLORENTIN. *Catalaunis, sancti Memmii, epi-* *De Memmio* *scopi primi, ab urbe Roma directi. Qui inter alia miracula fertur mortuum suscitasse; cujus nunc sepulcrum creberrimis miraculis illustratur.* Vide dicta superius, sub finem Observationis. Sequitur: *Romæ, Nicodemi, qui sanctorum martyrum corpo-* *Nicodemi.* *ra, scilicet Claudii, Nicostrati, Castorii et Simplicii, de fluvio extracta, domi suæ sepelivit, ut in gestis eorum legitur.* Vide dictorum gestorum compendium apud Adonem VIII Novembris, ubi et de Nicodemo agitur.

EDITIO LUBECO-COL. De Thoma addit, *ibique digno honore conditum est. In Tuscia, natale sanctorum Johannis et Festi confessorum. In Eraclea* *Passi.* *civitate, natale sancti Passi martyris. Treveris,* *Treverensis Severini.* *sancti Severini, secundi ejusdem civitatis episcopi et confessoris.*

GREVEN. *In Eraclea, sancti Passi martyris.* *Passi.* *Item sanctorum Focæ, Honorati. Romæ, depositio* *Phocæ et Honorati Innocentii.* *sancti Innocentii episcopi. Item secundum Adonem hic, Cathalaunis, sancti Memmii episcopi primi, illi civitati ab urbe Roma directi, qui inter alia* *Memmii* *mortuum suscitavit, cujus etiam nunc sepulcrum creberrimis miraculis illustratur. Hunc Usuardus habet Nonis Augusti. Treveris, beati Severini se-* *Severini* *cundi, episcopi et confessoris, qui et Severus dictus est. Item secundum Cathalogum hic, memoria beati Dionisii episcopi, discipuli sancti Thomæ apostoli, et* *Dionysii et Pelagiæ.* *Pelagiæ filiæ regis, sponsæ suæ, quos idem Apostolus convertit. Dionisius autem postmodum episcopus ordinatus, plenus sanctitate ad Dominum perrexit: Pelagia vero sacro velamine consecrata, post ejus obitum, cum nec nubere vellet, nec immolare, capite plexa martyrium complevit.*

MOLAN. In fine: *Catalaunis, sancti Memmii* *Memmii.* *episcopi, primi illi civitati ab urbe Roma directi, qui inter alia innumera miracula mortuum suscitavit. Eodem die, sancti Severini episcopi Treveren-* *Severini.* *sis.* In editionibus posterioribus exstat hoc solum augmentum: *Eodem die, sancti Severini secundi, episcopi Treverensis.* Vide GREVENUM.

XI *Kal.* *Die 22.*

Martyrum 30. Romæ via Lavicana inter duas lauros, natalis triginta martyrum, qui omnes uno die persecutione Diocletiani coronati sunt. Alexandriæ, beati Ischy- *Ischyrionis* rionis martyris. Is cum ad sacrificandum blanditiis atque injuriis cogeretur, et contemneret; præacuta sude transverberatus per viscera, neci traditur. Ci- *Demetrii et soc.* vitate Ostia, sanctorum Demetrii, Honorati et Flori.

Ita *Herimann. Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Hic usus sum majori libertate, quam usquam toto hoc opere, restituendo proprium et verum nomen *Ischyrionis*, quod in nullo codice reperitur. Puritati proximus erat Praten. per *Schyrionis*; Molan. per *Schirionis;* Herinien. Tornacen. Munerat et Greven. scribunt *Chirionis* ; Belin. *Chyrionis;* alii *Chiridionis* vel *Scirionis.* Putavi emendationem illam mihi licitam esse. Pro *præcuta sude*, in Herinien. est, *post acuta.* Turpius errant Antverp. Max-Lubec. et Belin. dum duas illas voces *præacuta sude*, plane omittunt. Hic cetera conjungo. De *blandiciis, contempneret, Hostia*, etc., vide alibi.

Postrema et gravior variatio codices nonnullos a puris disjunxit : Pratensem imprimis, quem ex parte imitantur soliti socii Antverp-Major et Rosweyd. De Pratensi testatus mihi est Clarissimus Castellanus, ab VIII Decembris usque ad XXIII, nihil in eo erasum, nihil adjunctum esse ; *rien d'effacé, ni d'ajouté*, atque adeo manifestum esse debet, annuntiationem tertiam hodiernam prima manu a codicis istius scriptore positam fuisse hoc modo : *Civitate Ostia, sancti Basilei;* quæ verba Usuardo adscribi prorsus non possunt, nisi velimus eum dormitando scripsisse, turbasseque clarissimos hoc die Hieronymianorum indiculos, in quibus primo loco diserte legitur : *In Antiochia, sancti Basilei ;* quo modo rectius legerunt duo illi alii codices, plerumque Pratensis sectarii. In præfatis Hieronymianis sequitur articulus noster primus : *Romæ, via Lavicana*, etc. Tum vero : *Et Hostia, natalis sanctorum Demetrii*, etc., quam annuntiationem ex omnibus codicibus nostris Usuardo asserimus. Merito itaque e purorum codicum numero Pratensis exclusus est. Viderint istius codicis patroni, an error tam palpabilis ipsius authentiam magnopere commendet. Exclusimus etiam duos alios, quod certo in ea ultima commemoratione Usuardini non sint. *De Pratensi et sociis codicibus.*

OBSERVATIO. Coronam martyrum triginta, sub Diocletiano Romæ passorum, dedimus I Januarii, sed loco determinato *via Appia ;* en coronam seu manipulum alterum, forte trecentorum potius, quam triginta pugilum. Numerum dubium reddunt Hieronymiani codices Lucensis et Blumianus, dum contra alios distinctius legunt : *Romæ via Lavicana, inter duos lauros, natalis sanctorum* CCC *martyrum, qui omnes uno die coronati sunt.* Si tempora Diocletiani addita essent, videretur tota nostra annuntiatio inde accepta, magisque id adeo suaderent codices Hieronymiani alii, in quibus soli triginta exprimuntur. Sed *dignior*, inquit Florentinius, *immani* Diocletiani *sævitia numerus trecentorum esset.* Quærimus quid scripserint Martyrologi? Rabanus solo martyrum numero a Lucensi differt ; nec multum dissonat Romanum parvum : *Romæ*, XXX *martyrum, sub Diocletiano, via Lavicana inter duas lauros sepultorum* ; Ado distinctius et exactius cum Lucensi locutus est, iis plane verbis quibus constat totus textus noster. Nihil præterea de his martyribus hactenus reperi. Wandelbertus ceteris Martyrologis subscribit hoc suo versiculo : *Martyrum 30*

Undecimum celebrat triceno martyre Roma.

Sequitur annuntiatio septima hujus mensis, ex uno Rufini capite accepta, ut pluribus dixi XIX Decembris. Complexus est articulus in Romano parvo : *Alexandriæ, Ischyrionis martyris. Et aliorum quamplurimorum, inter quos senex Chæremon.* Binas illas commemorationes ex laudato toties Rufini loco amplificat Viennensis, sed de solo Ischyrione agit Usuardus, elogii sui verba omnia ex Adone describens, omisso notabili circumstantia, nimirum Ischyrionem non ab aliquo judice damnatum, sed ab hero, ut ita dicam, a *potente* aliquo viro, cujus *rem sub mercede procuraret*, insolito crudelitatis genere dire trucidatum. Alexandriæ a nostris constanter ponitur, licet id nusquam affirmet Eusebius, imo aliis non inverisimile videatur, in alia aliqua Ægypti parte interemptum fuisse. De reliquis illis martyribus *quamplurimis fame, siti, frigore, languore, latronibus, bestiisque comsumptis*, plurima suppeditabunt inferius Auctaria Usuardina variis modis concepta. — In Variantibus supra ostendimus, erasse codicem Pratensem, dum *Basileum* Antiochenum civitati *Ostiæ* adscripsit ; errasse item solitos socios, qui aliam annuntiationem Usuardo substituerunt. Quæritur hic, quem codicem Hieronymianum præ oculis habuerit, ex quo segmentum ultimum de tribus martyribus Ostiensibus *Demetrio, Honorato et Floro* desumpserit ; etenim vetustissimus Epternacensis, Lucensis et Blumianus legunt : *Demetrii et Honorati, Felicis, Flori.* Ad similes quæstiones, sæpe alibi propositas, nulla aptior occurrit responsio, quam si dicamus, Usuardum pro suo beneplacito ex Hieronymianis Sanctorum delectum fecisse. Utinam et horum trium, et XXX superiorum Martyrum Acta aut passiones alicubi reperirentur ! *Ischyrionis. Demetrii et soc.*

AUCTARIA.

Basilei PRATEN. Jam ejus auctarium dedimus in Variantibus : ubi etiam de ANTVERP-MAJ. qui præterea pro *inter duas lauros*, legit *inter duas arbores.*

ROSWEYD. In augmento convenit cum ANTVERP-MAJ. sed præterea in fine adjicit : *Theodosiæ virginis et martyris.* *Theodosiæ.*

PULSANEN. In prima satis purus, sic prosequitur ex Adone : *Ipso die, quamplurimorum martyrum, qui in desertis montibus apud Egyptum oberrantes, fame, siti, frigore, latronibus, bestiisque consumpti sunt.* *Martyrum Ægyptiorum.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. Tertio loco ex Adone interserunt : *Apud Egyptum, natale sancti Therimonis* (alii *Cherimonis*, melius *Chæremonis*) *episcopi urbis Nycopolis, et aliorum plurimorum, qui in desertis et montibus apud Egyptum aberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus, bestiisque consumpti, gloria martyrii coronati sunt.* In quarta annuntiatione omnes conveniunt cum codicibus pro textu citatis. *Chæremonis et aliorum.*

LOVANIEN. In augmento cum aliis convenit, sed totum Ischyrionis elogium expunxit.

CENTULEN.

De Martyribus Ægyptiis. Theodosiæ et Didymi.

CENTULEN. *Romæ via Lavicana inter duos lauros, sanctorum* XXX *martyrum, qui sub Diocletiano passi sunt. Alexandriæ, beati Scironis martyris. In Egypto, innumerabilium martyrum, qui in montibus et vallibus, in silvis et diversis laborantes incommodis, fame, siti, languoribus, frigoribus, latronibus, bestiisque consumpti sunt. Eodem die, Theodosiæ virginis et martyris, et sancti Didimi, eruditissimi viri.* Vide Hieronymiana apographa et Florentinii observationes.

Georgii. Aristonis. Felicis. Chæremonis et aliorum. Theodosiæ et Didymi. Basilei.

BRUXELLEN. In prima purus, sic pergit : *In civitate Spoletana, passio sancti Georgii martyris. In portu Romano, natale sancti Aristonis. Et Romæ via Portuensi, depositio sancti Felicis episcopi.* In Ischyrione satis purus est. Tum : *Apud Egiptum, natale sancti Cheremonis, Nycopolis episcopi, et aliorum quamplurimorum martyrum, qui in desertis et montibus apud Egiptum oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus, bestiisque consumpti, gloria martyrii coronati sunt. Et Ceremon episcopus, dum ad Arabum montem cum grandæva conjuge discessisset, nulli ultra comparuit.* Vide hæc nitidius in Adone, vel in ipso Rufino. Sequitur de Ostiensibus pure. Deinde : *Et alibi, passio sanctæ Theodosiæ virginis et martyris, et sancti Didimi monachi. Antiochia civitate, sancti Basilii.*

De Martyribus Egyptiis. De Justo longa historia.

HAGENOYEN. In textu, solito purior, addit de Ægyptiis martyribus : *Apud Egyptum, natale sancti Cheremonis episcopi et martyris, qui Nycopolis civitatis præsul erat, et aliorum quamplurimorum*, etc. Subjicitur sequens historia : *Ipso die, apud Antysiodorum, passio sancti Justi pueri qui fuit justus nomine et re. Hic Justus filius fuit Justini viri Christiani, qui a filio suo multipliciter fuit argutus, quare fratrem ejus Justinium de captivitate non redimeret. Qui cum proficisceretur ad redimendum fratrem, Justus ejus filius secum proficisci voluit ; sed pater prohibuit propter dolorem matris ejus, quia unicus erat. At illa ait : Vadat tecum filius noster ; et sic perrexerunt. Venientibus igitur paganis, pater ejus abscondit se, puer autem Justus obviam dedit illis. Qui dixerunt : Quo venerunt viri Christiani jam tecum euntes? At Justus ait : Scio eos, sed vobis eos non pandam ; et statim præciderunt caput ejus, et accipiens Justus caput suum inter manus suas et sedens oravit. Cumque pater dubitaret, quid secum ageret, Justus ait : Corpus meum Belnaci sepelite, et caput meum ad Feliciam matrem meam ferte. Quod illa videns, Deo gratias egit, et tanta claritas super domum Justini fulsit, quod sanctus Amator episcopus quæreret, quid ibi esset, et audita ejus passione, illud in suo sepulchro sepelivit.* Hic Justus est, ni fallor, qui colitur XVIII Octobris.

Basilei.

AQUICINCT. Post *neci traditur*, interjicit : *In civitate Antiochia, sancti Basilei.*

Theodosiæ. Frontonis. 3 Martyrum. Martyrum Egyptiorum.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Theodosiæ virginis. Frontonis episcopi et confessoris. Romæ, triginta martyrum. Cerionis martyris.* An non fortasse *Chæremonis? Item aliorum trium martyrum.*

In VATICAN. num. 5949. Deest Demetrius cum sociis. Adjicitur : *Eodem die, plurimorum martyrum*, etc., ex Adone.

Basilei.

ALTEMPS. Habet ut AQUICINCTINUS : *In civitate Antiochia, sancti Basilei.*

De Ægyptiis martyribus. Theodosiæ. Flaviani.

FLORENTIN. *Item aliorum quamplurimorum*, etc., etiam ex Adone. *Item, sanctæ Theodosiæ virginis et martyris. In civitate Ostia, sancti Flaviani martyris, sub Juliano apostata imperatore.* Positus est in Martyrologio Romano.

Jovini.

REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. *In suburbio Remensi, natale sancti Jovini confessoris.*

De Gregorio Spoletino Coloniam translato.

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Spoletum civitatem Tusciæ, passio sancti Gregorii presbyteri et martyris, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum. Qui primo, sub Flacco comite nodosis fustibus cæsus, ac deinde post craticulam et carcerem, chordis ferreis in genibus percussus, sed et ardentibus lampadibus per latera incensus, et cum jam a Tyrcano præside capitali sententia damnatus esset, audivit vocem de cælo dicentem sibi : Ecce, Gregori, jam coronatus es, et in numero sanctorum meorum ascriptus ; ingredere ergo ad me, benedicte Domini, quia mea habitatio præparata est tibi. Adhuc angelo loquente, ab Aquilino spatario capite truncatus est ; cujus corpus requiescit nunc Coloniæ Agrippinæ in ecclesia majori per translationem, a Domino Brunone Coloniensium archiepiscopo factam.* Vide etiam Auctaria diei sequentis. In Usuardo hic ponitur XXIV hujus. Sequuntur prima et secunda, satis puræ ; deinde multa de Chæremone et Ægyptiis, ut supra. Demum de Ostiensibus, recte.

Martyrum Egyptiorum. Aristonis. Felicis. Gregorii. Theodosiæ et Didymi. Martyrum Egyptiorum. Ethernasii. Theodosiæ. Juttæ.

GREVEN. *In portu Romano, natalis sancti Aristonis. Et depositio sancti Felicis episcopi. Et depositio beati Gregorii Spoletani presbyteri et martyris, apud Coloniam Agrippinam in majori ecclesia quiescentis. Usuardus tamen et Ado habent cum* IX *Kalendas Januarii. Ipso die, passio sanctorum Theodosiæ et Dimidii seu Didimi. Item secundum Adonem plurimorum martyrum, qui in desertis et montibus apud Egyptum oberrantes*, etc. Vide Adonem ipsum. Sequitur : *Ethernasii confessoris. Theodosiæ virginis. Item, sanctæ memoriæ Juttæ inclusæ.*

Martyrum Egyptiorum.

MOLAN. In prima, ac in aliis editionibus aliud augmentum non habet, præter sæpe citatum Adonis articulum de Martyribus quamplurimis Ægyptiis, etc., de quibus vide supra.

X *Kal.* *Die* 23.

Martyrum 20. Victoriæ. Servuli. Dedicatio basilicæ S. Crucis et Childeberti depositio.

Apud Nicomediam, sanctorum martyrum viginti, quos Diocletiana persecutio gravissimis cruciatos tormentis, martyres Christo fecit, et beatos sanctorum numero in cœlis conjunxit. Romæ, natalis sanctæ Victoriæ virginis, sub persecutione Decii imperatoris, quæ cum esset desponsata a quodam pagano, et nec nubere vellet, nec sacrificare, post multa facta miracula, inter quæ plurimas virgines aggregaverat, percussa est gladio in corde a carnifice, rogatu sui sponsi. Item Romæ, sancti Servuli, de quo beatus Gregorius scribit, quia a primæva ætate usque ad finem vitæ paraliticus jacebat ; ad cujus tumbam miracula crebærrime fiunt. Parisius, dedicatio Basilicæ in honore sanctæ Crucis et sancti Vincentii martyris, et depositio Domni Childeberti regis.

Puros censeo solos quatuor : *Praten. Herinien. Antverp-Maj.* et *Greven.*

VARIA LECTIO. Omnes legunt, *beatos Sanctorum numero*, ut est etiam in Adone ; forte nitidius habet Antverp-Maj. *beato Sanctorum numero*, sed non Usuardine. Greven. et aliqui alii ponunt, *martyres Christi fecit ;* præferenda est lectio nostra Adonianæ conformis. Antverp-Maj. *Victoriæ* nomen transmutavit in *Victorinæ*, et pro *virgines aggregaverat*, scripsit *virgines aggregatas*. Non recte habet Grevenus *qui a primæva*, pro *quia a primæva* ; paulo melius correxit Molan. *quod a primæva*. Reliqui in textu articulos duos ultimos, quia eos in præcipuis codicibus reperio, tametsi ad Sanctos non spectent ; qua causa suspicor a nonnullis codicum descriptoribus prætermissos fuisse, ab aliis postmodum restitutos, ut ex Auctariis facile colliges.

Martyrum 20.

OBSERVATIO. Codex Hieronymianus Lucensis apud Florentinium sic hodie indiculum suum incipit : *In civitate Nicomedia, natalis sanctorum* CCXLV *martyrum simul, quorum nomina Dominus scit.* Communis opinio est, insinuari hic immanissimam persecutionem a Diocletiano Nicomediæ barbaro furore inchoatam, de qua non semel alibi locuti sumus, præsertim XXVII Aprilis ; qua nimirum, teste Eusebio, *ingens martyrum multitudo*, occasione incensi palatii, omni tormentorum genere consumpta est. At non video quis hic numerus determinari potuerit ; unde fortasse accidit, ut in eo plane varient Hieronymiana apographa. Etenim in Blumiano solorum XXX martyrum memoria agitur ; in vetustissimo autem habetur : *In Antiochia, natalis martyrum* XXXV ; ubi Rabanus, servato hoc numero, *In Nicomedia* restituit. Vide de his Florentinium, et cum eo, si lubet, mirare, *tam in Martyrologio Romano, quam Usuardo, Adone, et aliis recentioribus, Nicomedienses ignotis nominibus martyres ad viginti tantum extendi.* Tolletur fortasse admirationis causa, si memineris martyres illos omnes, sub una celebritate cum Anthimo recoli, citata superius die XXVII Aprilis. Frustra quæres, cur hic viginti repetantur. Id videor satis certo posse conjicere, numerum illum hodiernum, ab auctore Romani parvi pro mero libitu contractum fuisse. Ado de more elogium composuit, a Nostro ad verbum descriptum ; sed hoc istiusmodi est, ut non magis ad efferam illam Diocletiani rabiem, quam ad aliam quamlibet ejusdem tyranni carnificinam alludere videatur. Adjuncti in Romano *Migdonius* et *Mardonius*, ab Eusebio nominatim expressi non sunt. De cetero hic fontem pandimus ex quo XX nostri martyres promanarunt. Nec lubet cum aliquibus divinare, pro XX *martyrum*, scriptum forte olim fuisse, XX *millium*. Sic alicubi prostitisse ostendit appositum in posterioribus Molani editionibus ; et sic certe XXVIII Decembris referunt Ephemerides Græco-Moscæ ante tomum I Maii pag. LVII. Nobis a codicum nostrorum Usuardinorum simplicitate, seu hæc vera, seu erronea sit, recedere integrum non est. — Ad XVIII Decembris non semel in Auctariis signata est *Anatolia*, cum *sua convirgini Victoria*. De illa et *Audace* egimus ex Usuardi mente, ad IX Julii ; istam huc retulere Martyrologi, tum in serie Bedæ, tum in nostra. Hieronymiana apographa X Julii legunt : *In Savinis, Anatholiæ, Victoriæ* ; ubi rursus videri possunt apud Florentinium, quæ præfata IX Julii indicavimus. Breve et nitidium est Bedæ, et ex eo Rabani elogium ; nostrum tam huic simile, ut pro majori parte ex priori descriptum non dubitem. Longior est Adonis historia, quam hinc inde arrodit Tillemontius tomo 3 a pag. 703, in notis, cum tamen in ipso opere a pag. 329 non adeo ab ipsa abhorrere videatur. Nos ad IX Julii in Actis montem nostram declarabimus. Interim vetustam esse passionem, negare nemo ausit, cum ex ea Adelmus carmen suum composuerit, quod cum Adonis elogio apud Surium vulgatum est. In ipsa urbe Roma passam non esse Victoriam, satis innuit Viennensis. De sepulturæ loco consule Holstenii Animadversa ad Martyrologium Romanum a pag. 108, ubi Dextrinas nugas aliorumque errores accurate refellit. Audi modo Wandelbertum, sic uno suo versiculo Victoriam canentem :

Victoriæ.

Victoria Christi decimus de virgine fulget.

Servuli.

Servulus in sola serie nostra notus est, sic a Romano parvo primum signatus : *Romæ, Servuli, ægritudine dissoluti, in ecclesia beati Clementis sepulti ; ubi Dominus per illum mira operari dignatur.* Brevis encomii fontem, nempe magnum Gregorium, consulens Viennensis, longiorem inde narrationem suam desumpsit, satis accuratam, cujus epitomen exhibet textus noster. Videnda hic egregia Baronii annotatio, quæ in Melchiore Cano hodiernos hypercriticos fortiter retundit ; illos nimirum, qui S. Gregorii Dialogorum libros, quos *jam mille*, et multo amplius, *annis, tam Occidentalis quam Orientalis Ecclesia summa fide, digna veneratione, immensisque est laudibus prosecuta, audent in controversiam revocare ac fide minuere.* In aliis id ausi fuerunt homines illi ; at qui Servuli historiam in dubium revocet, hactenus inveni neminem. — De Dedicatione Basilicæ ad S. Germani a Pratis, nihil habeo quod hic superaddam ; ab Usuardo positam probant citati pro textu codices — *Childeberti* regis depositio, potius ad necrologium, quam ad Martyrologium spectabat.

Dedicationis basilicæ S. Crucis.

Childeberti.

AUCTARIA.

TORNACEN. Bene in textu procedit, usque ad, *rogatu sui sponsi.* Cetera omnia prætermissa sunt.

Eleutherii et soc. 833.

ROSWEYD. Pergit usque ad, *creberrime fiunt :* et omissis reliquis substituit : *Item Romæ, Eleuterii et aliorum* DCCCXXXIII. Vide quomodo hæc ex Hieronymianis componere conetur Florentinius.

Gregorii.

PULSANEN. Incipit : *Apud Spoletum, natalis sancti Gregorii presbyteri et martyris, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, sub judice Flacco.* Est hodie in Rabano cum longiori elogio ; Usuardus eum signat die sequenti. Vide Auctaria heri et hodie. Sequitur in codice, de Victoria usque ad, *imperatoris :* de Servulo ; usque ad, *Papa scribit.* Desunt reliqua omnia.

ANTVERP. MAX-LUBEC. BELIN. et MOLAN. Deficiunt in duabus ultimis, quas haud dubie Usuardo adscribendas non putaverunt. MUNERAT. Minorem defectum habet, cum ultimam signaverit.

ANTVERP-

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. ALBERG. et DANIC. In tribus primis annuntiationibus, cum præcedentibus et cum textu satis conveniunt, exclusis etiam dedicatione et Childeberto, sed eorum loco adjiciunt : *Eodem die, sancti Dagoberti regis Francorum.* Puto sermonem esse de eo, qui hodie in Martyrologio universali a Castellano refertur. *Dagoberti.*

LOVANIEN. In augmento, proxime superioribus similis est, sed expunxit totum Victoriæ elogium. Hæc causa est, ut supra diximus, cur ab aliis mediæ notæ codicibus sæpe excludatur.

CENTULEN. *Romæ, Victoriæ virginis, sub Decio imperatore. Apud Nichomediam, sanctorum* XX *martyrum. Item Romæ, beati Servuli, de quo beatus Gregorius scribit : rebus pauper, meritis dives. Item ipso die, sancti Euaristi Papæ et martyris.* Colitur XXVI Octobris. Est alius hoc die Evaristus in apographis Hieronymianis. *Evaristi PP.*

BRUXELLEN. Incipit : *Romæ, sancti Euaristi Papæ et martyris. Cujus celebrior natalis dies colitur* VII *Kalendas Novembris.* In Victoria non omnino purus est, sic scribens : *Et Romæ, natale sanctæ Victoriæ virginis et martyris. Quæ dum esset desponsata cuidam pagano, et nec nubere nec sacrificare vellet, post multa miracula, ad instantiam sui sponsi, sub persecutione Decii imperatoris, a carnifice in corde gladio percussa est. Taliarchus vero percussor ejus, leprosus factus, intra tres dies consumptus a vermibus, expiravit.* Tum : *Et natale sancti Johannis presbyteri, positi ad sanctum Hermen.* In Nicomediensibus, nonnihil mutilatus est, et pro XX, ponit XXV. Deinde : *Item Romæ, natale sanctorum Eugenii, Eleutherii, Urbani, Cornelii, Traiani, Victoris, Castulæ, et aliorum octoginta et triginta.* Voluit dicere *octingentorum et triginta.* In Servulo, modice interpolatus, in fine cum superioribus : *Eodem die, sancti Dagoberti regis Francorum.* *Evaristi. Joannis. Eugenii et soc. Dagoberti.*

HAGENOYEN. In prima habet de Victoria, non omnino pure. Paulo melius in Nicomediensibus. De Servulo, post *jacebat,* interserit : *in magna cordis et corporis paciencia ; et similiter rebus pauper erat. Ad cujus obitum voces auditæ sunt cœlestes. Ad cujus etiam tumbam miracula creberrime fiunt.* Nihil præterea adjectum invenio. *De Servulo.*

AQUICINCT. In commemoratione de Victoria aliquid turbat, dum post *percussa est gladio,* adjungit : *unde a carnifice rogatu sui sponsi sepelitur.*

In DAVERONEN et CAUDIACEN. Adjecti sunt articuli duo de dedicatione *Basilicæ in honore sanctæ Crucis,* ad S. Germani a Pratis, et de depositione *Childeberti,* sicut habetur in textu.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Victoriæ virginis. Sanctorum viginti martyrum. Servuli paralytici, de quo scribit beatus Gregorius in homilia.*

REG. SUEC. num. 428. Similis est MUNERATO, agens de sola depositione Childeberti.

VATICAN. sub num. 5949. Adjicit : *Apud Spoletum, natale sancti Gregorii martyris.* Cum elogio, inquit Papebrochius, sed istud non describit ; forte quia idem est cum Usuardino diei sequentis. *Gregorii.*

ALTEMPS. *In Nicomedia, natale* XXXV *martyrum.* Vide quæ diximus in Observatione. *Item Romæ,* DCCCXXXV. *Et depositio D. Childeberti regis.* Littera D non pro *divi,* sed pro *Domni* ponitur. *Martyrum 835.*

FLORENTIN. *Item, sancti Rufii Zosimi, qui fuit de antiquis Christi discipulis.* Sic duo nomina connectuntur, nulla addita interpunctione, ac si ejusdem personæ essent. Vide Usuardum supra ad diem XVIII Decembris.

EDITIO LUBECO-COL. In annuntiatione Victoriæ nonnihil interpolata, hoc singulare in fine adnectit : *Cujus caput nunc Coloniæ Agrippinæ in ecclesia Carthusiensium, per translationem requiescit.* In Servulo et Nicomediensibus, satis pura est. Postremum addit : *Eodem die, sancti Dagoberti regis Francorum.* Dixi, videndam Castellani notulam in Martyrologio universali. *De capite Victoriæ. Dagoberti.*

GREVEN. *Romæ, natalis sanctorum Eugenii, Eleutheri, Urbani, Cornelii, Traiani, Victoris, Castulæ, et aliorum octingentorum triginta.* Jam dixi supra, videndam de his Sanctis Florentinii ad Hieronymiana observationem. *Item Sixti, Apollonii. Dagoberti, regis Francorum et confessoris. Item Gregorii pueri. Ipso die, natalis sancti Joannis presbyteri, Mazothæ virginis.* *Eugenii et soc. Sixti, etc. Dagoberti. Gregorii. Joannis. Mazothæ.*

MOLAN. Suspectas habens postremas duas textus nostri Usuardini annuntiationes, eas litteris Italicis in fine inter accessiones computavit. Habet præterea : *Eodem die, translatio beati Lamberti ab ecclesia sanctæ Mariæ in cryptam, et ejusdem cryptæ dedicatio in honore omnium Sanctorum.* Editiones posteriores in fine legunt : *Die vigesima tertia, sanctorum decem martyrum in Creta.* Vide eorum nomina et Acta apud Surium. Sequitur de translatione beati Lamberti, etc., ut in editione prima. Tum : *Parisiis, dedicatio basilicæ,* etc., et de Childeberto, ut supra. Deinde : *Eodem die, Dagoberti regis Francorum.* Demum minoribus typis : *Civitate Brixinensi, depositio beati Hermanni confessoris, ejusdem civitatis episcopi præclari in miraculis.* Vide Castellanum hoc die in Martyrologio universali, ubi *Hartemannus* vocatur. *De translatione Lamberti. 10 Martyrum in Creta. Dagoberti. Hermanni.*

IX *Kal.* *Die* 24.

Vigiliæ natalis Domini. Virginum 40.

Vigilia natalis Domini. Apud Antiochiam Siriæ, natalis sanctarum virginum quadraginta, quæ sub Deciana persecutione, per diversa tormenta martyrium consummaverunt. Apud Spoletum civitatem Tusciæ, sancti Gregorii martyris et presbiteri, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, qui primo fustibus nodosis cæsus, ac deinde post craticulam et carcerem cardis ferreis in genibus percussus, sed et ardentibus lampadibus per latera incensus, tandem decollatus est. Civitate Tripoli, sancti Luciani. *Gregorii. Luciani.*

Puri sunt codices fere omnes *Praten. Hermten. Tornacen. Rosweyd. Antverp-Maj. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.* Accedit *Antverp-Max.* cum omnibus suis sociis. Plenus etiam est *Centulen.* qui si in decursu sic procederet, quemadmodum a IX Kalend. Januarii inchoatus est, merito inter purissimos codices Usuardinos numeraretur.

VARIA LECTIO. Belin. a puris excludi merebatur, cum sic incipiat : *Vigilia nativitatis Domini nostri Jesu Christi.* Plures codices hic scribunt *Syriæ*, sed cum sibi non constent, nos cum antiquioribus, hic ut alibi servamus *Siriæ*. In Max-Lubec. et Munerat. male impressum *Daciana;* non melius in Belino *Datiana*. Rursus Munerat. pro *Spoletum*, legit *Poletum*. Antverp-Maj. Rosweyd. Belin. Greven. et Molan. videntur textum velle emendare, per *presbyteri et martyris ;* at satis certum est, Usuardum ab Adoniana phrasi non recessisse, quæ proinde ex probatioribus codicibus a nobis servata est. Constructionem plane vitiavit Belin. legens, *cardis ferreis ignitis, incensus, sed et ardentibus lampadibus per latera percussus.* Quid per *cardos* intelligatur, docet Molani annotatio. Munerat. pro *Luciani*, scribit *Lucini*. Sphalmata codicum mediæ notæ non tam scrupulose expendi ; in eo Adonem potius, quam Usuardum sequuntur, quod pro *natalis*, legant *nativitatis*.

Vigiliæ natalis Domini.

OBSERVATIO. Quo antiquiora sunt Martyrologia, eo rarior in ipsis cujuscumque Vigiliæ commemoratio. De Kalendariis aut Sacramentariis hic non loquor. Nullam in Hieronymianis reperire est. Apud Bedam paucæ occurrunt vigiliæ, et, quod mireris, in Rabano pauciores, utpote qui nullas notarit præter *vigiliam Epiphaniæ*, et *vigiliam sancti Joannis Baptistæ*. Qui autem Bedam ubique describit, præfatus Rabanus, ibi vigiliam collocat, v. g. *Epiphaniæ*, ubi in Beda minime invenitur ; hoc vero die vigiliam non signat, cum tamen Beda diserte habeat : *Vigilia natalis Domini.* Eadem verba leguntur in Romano parvo, eadem in Nostro, nec discrepat Viennensis, nisi quod pro *natalis*, scribat *nativitatis* ; in quo ipsum codices aliqui Usuardini imitati sunt. Wandelbertus metrice idem explicat, Vigiliam cum sequentibus Virginibus ita conjungens :

Nono venturæ cumulantes munera luci
Lumina, pervigilesque aras et templa paramus.
Virginibus quadraginta hic splendet quoque, cœlo
Quæ dignam vitam voto et virtute dicarunt.

Virginum 40.

Porro *Virgines* illæ *quadraginta* notæ sunt in apographis Hieronymianis, ex quibus ab Adone, ex hoc ab Usuardo acceptas prorsus non dubito. Sic habet vetustissimus Epternacensis : *Antiochæ Syriæ, sanctarum virginum numero* XL. Addit Lucensis codex *Canonicarum*, eamque qualitatem ex consimili aliquo codice in textum suum transtulit Rabanus. De Canonicabus hujusmodi, verbo egimus in Observatione nostra IX Aprilis ; nec modo per Canonicas plus quidquam intelligi credimus, quam simpliciter *Virgines*, quas constat ab ipso Christianismi exordio castimoniæ suæ nitore Ecclesiam mirifice exornasse ; ut propterea ad *Asceteria* et *Gynæcea*, quod esset dicere sanctimonialium monasteria, recurrendum omnino non sit. Nullo modo persuadet Florentinius ex Eusebio, lib. 2 cap. 17 Therapeutas et Therapeutrias Philonis describente, nullo, inquam, modo persuadet vir doctissimus, ante tempora Decii imperatoris sanctimoniales virgines Christianas, votis et claustro obstrictas, in Ecclesia exstitisse. Ne hic longam disceptationem ingrediar, verbo dicam ; quamdiu quis manifeste non evicerit Philonianos illos Therapeutas et Therapeutrias vere Christianos fuisse, tamdiu asceteria et gynæcea ante Decii tempora, ut minimum incertissima manebunt. Conatus nuperus eruditissimi Monte-falconis satis eversus videtur in Ephemeridibus Trevoltianis anni MDCCXII a pag. 929. Hæc obiter dicta sint, plura de his pridem solide disputavit emeritus senex noster Papebrochius, cujus Responsiones omnium manibus teruntur. Ad XL Virgines redeo, quæ absque nota temporis ab Hieronymianis signatæ, ab Adone, nescio an satis certo, *sub Deciana persecutione martyrium consummasse* dicuntur. Omnia Adonis verba in textum nostrum translata sunt ; nec scio, Acta ulla earum Virginum superesse. — Dixi in Auctariis die præcedenti, *Gregorium* Spoletanum ibi a Rabano cum elogio celebrari, putatque Castellanus, ad eum diem potius pertinere. Nihilominus Romani parvi auctor, qui Virgines XL Antiochenas ignoravit, ita hoc die diserte scribit : *Apud Spoletum, Gregorii presbyteri et martyris.* Insignis hujus Martyris Acta, quibus ejus passio, ipso fatente Tillemontio tomo 5 pag. 347, satis pulchre describitur, in Suriana collectione edita sunt. Talia, procul dubio, habuit Viennensis, quorum compendium exhibet, tam circumspecte a Nostro abbreviatum, ut nullam criticis vellicandi ansam relinquat. In Auctariis diei XXII asseritur, Gregorii hujus corpus Coloniam Agrippinam translatum fuisse. Repugnant populares Spoletani ; ego, controversiæ momentis nondum satis examinatis, litem indecisam relinquo. — *Lucianum* Tripolitanum non memorant soliti Usuardi duces ; memorant Hieronymiana apographa, ultimum semper Nostri refugium. Expressissima est vetustissimi Epternacensis annuntiatio, primo loco posita : *In Tripoli, natalis Luciani.* Consonat codex Lucensis, male pro *Tripoli*, scribens *Tropoli :* uterque vero sequentes in eodem indiculo martyres *Metrobium, Paulum*, etc., non Tripoli, sed *Romæ* diserte adscribit. Fefellit Baronium Plantinianus Beda, aut id genus codex alius, diversos martyres sub una positione conjungens. De Luciano nihil historici, quod sciam, superest. Interim ad omnimodam textus nostri puritatem nihil deesse censemus.

Gregorii. *Luciani.*

AUCTARIA.

PULSANEN. In duabus primis purus esset, nisi pro *Deciana persecutione*, legeret *persecutione Diocletiani*. Duas alias plane omisit ; quod in hoc codice novum non est.

BRUXELLEN. *Vigilia natalis Domini nostri Jesu Christi. Apud Antiochiam Syriæ, natale sanctarum Virginum quadraginta canonicarum, et aliorum duorum Donati et Drusi. Qui sub Deciana persecutione,*

Donati et Drusi.

etc. De Gregorio inserit, *sub judice Flacco. Romæ, natale sanctorum martyrum Metrobii, Pauli, Zenoti, Temisti et Luciani.* Sequitur annuntiatio ultima : *Apud Tripolim civitatem*, etc. *(Metrobii et soc.)*

HAGENOYEN. *Vigilia nativitatis Domini nostri Jesu Christi.* In Virginibus Antiochenis et Gregorio Spoletano, purus est. Sequitur : *Eodem die, depositio sancti Dagoberti regis Franciæ, qui vir per omnia bonus erat et Catholicus et defensor pauperum ; qui de bonis suis ecclesias ædificavit, et plures alios bonis suis ditans. Quem cum Deus mirabiliter probans et examinans, multa bella sub eo concitavit, quæ tamen curialiter placavit, dans ei similiter filiam surdam, cæcam et mutam, quam per beatum Florentium heremitam curavit; filiumque ejus mala morte mortuum, per beatum Arbogastum Argentinensem episcopum suscitavit.* Demum agit de Luciano, satis pure. *(Dagoberti cum elogio.)*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Vigilia. Apud Antiochiam, sanctarum quadraginta Virginum, quæ diversis tormentis passæ sunt. Gregorii martyris. Sancti Luciani.* *(Textus contractus.)*

CASTRI-KAROLI. *Apud Spoletum civitatem Tusciæ, sancti Alnulphi martyris et presbyteri, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum.* Puto manifestum esse, quod Gregorius noster Spoletanus imperite a quodam amanuense hic in *Alnulphum* transformatus sit. *(Alnulphi pro Gregorii.)*

EDITIO LUBECO-COL. *Vigilia nativitatis Domini nostri Jesu Christi secundum carnem.* Sequitur de Virginibus quadraginta, pure. De Gregorio fuse egit superius XXII. De Luciano sic habet : *Civitate Tripoli, sancti Luciani confessoris.* Sequitur : *Treveris, in monasterio, quod dicitur Horreum, depositio sanctæ Irimninæ virginis, quam pater ejus rex Franciæ Dagobertus, mortua matre, sanctimonialem in illo loco fecit, et de horreo suo ecclesiam consecrari fecit : monasterium virginum constituit ac multis redditibus dotavit, suamque filiam, aliis sacris virginibus in magistram præfecit, ubi et nunc in mausoleo requiescit.* Vide de hac Irmina, annotationem Castellani. *Eodem die, sancti Ismineri regis et confessoris.* *(Irminæ cum elogio. Ismineri.)*

GREVEN. *Abdiæ et Naum prophetarum. Romæ, sanctorum Metrobii, Pauli, Zenonis, Drusi, Saturni. Ismineri regis et confessoris. In monasterio Gladbach, sancti Alberici heremitæ et confessoris. Item sanctæ memoriæ Annonis primi, episcopi Coloniensis. Romæ, sanctæ Tarsillæ virginis sanctimonialis, amitæ sancti Gregorii Papæ. Vide supra Nonis Januarii. Treveris, in monasterio, quod Horreum dicitur, depositio sanctæ Irminæ virginis, filiæ Dagoberti regis. Quæ a patre prælata monasterio virginum, quod ipse de horreo suo construxerat, multisque redditibus dotaverat, plena sanctis operibus quievit. Apolloniæ matronæ.* *(Abdiæ et Naum. Metrobii, etc. Ismeneri. Alberici. Annonis. Tarsillæ. Irminæ. Apolloniæ.)*

MOLAN. Typis minoribus textui subjungit : *In Anglia, sanctæ Theorithgidæ virginis, discipulæ sanctæ Edilbergæ, cujus cum magna laude meminit Venerabilis Beda in Chronico Anglorum. Romæ, sanctæ Tarsillæ virginis sanctimonialis, amitæ sancti Gregorii Papæ. Treveris, in monasterio, quod Horreum dicunt, depositio sanctæ Irminæ*, etc. Posteriores editiones de Irmina sic brevius : *Treveris, Horreo monasterio, depositio sanctæ Irminæ virginis, filiæ Dagoberti regis. Quem locum præfatus rex de horreo suo construxerat, multisque reditibus dotaverat.* *(Theorithgidæ. Tarsillæ. Irminæ.)*

VIII *Kal.* — *Die* 25.

(Nativitatis Domini nostri Jesu Christi.) JESUS CHRISTUS FILIUS DEI IN BETHLEEM JUDÆ NASCITUR anno Cæsaris Augusti quadragesimo secundo, Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertiæ. Eodem die, natalis sanctæ Anastasiæ sub Diocletiano imperatore, quæ pro confessione Domini diutina custodia macerata, dein cum ducentis viris et septingentis feminis ad insulas Palmarias delata, ipsa quidem igni, ceteri vero variis interfectionibus martyrium celebrarunt. *(Anastasiæ.)* Romæ in cimiterio Aproniani, passio beatæ Eugeniæ virginis, quæ tempore Galieni imperatoris, post virtutum insignia, post sacros virginum choros, pro Christo diu agonizans, novissime gladio jugulata est. *(Eugeniæ.)*

Puros censeo *Hermen. Munerat. Greven.* et *Molan.* Accedit *Centulen.* sub initium codicis purissimus.

VARIA LECTIO. Binæ aut ternæ variationes sunt, non magni momenti. Centulen. incipit *Filius Dei Jesus Christus*, etc., et ad illa verba, *ipsa quidem igni, ceteri vero....* per oscitantiam scriptoris, *ceteri* male ponitur inter *quidem* et *igni*. In Molano error est, dum in ultima annuntiatione post hæc verba, *post sacros virginum choros*, interjicit, *sub Nicetio Urbis præfecto.* Gravior inter codices discrepantia est circa notas chronologicas, natali Domini appositas, nec satis certum est, quo modo Usuardus vere scripserit. Pratensis cum sociis Antverp-Maj. et Resweydino; item Antverp. et Max-Lubec. cum aliquibus mediæ notæ codicibus, inter, *anno Cæsaris Augusti* XLII, et *Olympiadis* CXCIII, legunt, *hebdomada, juxta Danielis prophetiam*, LXVI. Ego postrema hæc verba ad textum pertinere non existimo, ductus auctoritate præcitatorum quinque codicum ; movente præterea hac ratione, quod Usuardus Adonem contrahens, excludensque notam Urbis conditæ, quæ in Viennensi exprimitur, non videatur, aliam, apud antiquiores non repertam, de suo interposuisse. Sic equidem opinor, facile et ultro cessurus, si quis graviora momenta adduxerit. *(In Pratensi et aliis codicibus.)*

OBSERVATIO.

Nativitatis Domini nostri Jesu Christi

OBSERVATIO. De varia ratione celebrandæ solennissimæ festivitatis Natalis Domini, primis Ecclesiæ seculis, de ejusdem cum *Epiphania* seu *Theophania* confusione, deque id genus pluri- mis ad eam celebritatem spectantibus, fuse disputant Baronius, Florentinius aliique eruditissimi viri, ad quorum vel summa capita enumeranda, plures hic paginæ non sufficerent. Ut nostra solum prosequamur, certo constat, ipso seculo IV et haud dubie multo citius, nativitatem Domini fixam fuisse ad XXV diem Decembris, ut evidenter probat Bucherii Kalendarium : *Kal. Jan., natus Christus in Bethleem Judæ*, cui Kalendaria alia et nota Sacramentaria consentiunt, Antiquissima Hieronymiana apographa idem habent paulo pluribus verbis : *In Bethleem, nativitas Salvatoris Domini nostri Jesu Christi secundum carnem.* Ad priorem phrasim magis accedit Beda : *Nativitas Domini nostri Jesu Christi*, quam Rabanus ad Hieronymianam denuo reduxit. Brevissime Romanum parvum : *Nativitas Domini secundum carnem.* Primus hæc ampliare voluit et chronologicis notis distinguere Martyrologus Viennensis, addendo annum Augusti, Olympiadum et Urbis conditæ ; ac præterea firmissimam et verissimam pacem, censumque hominum ex senatus consilio describendum designans. Usuardum, Adoniana ad brevitatem suam contrahentem, putamus solas duas primas epochas accepisse, excluso anno Urbis conditæ, nullaque hebdomadum Danielis apposita mentione, ut habes supra in Variantibus. Aliæ temporum dimensiones ex calculo Septuaginta interpretum hodie adjectæ, in nullo codice repertæ sunt, in nullo Martyrologio, quod antiquius sit editione Belini, cujus textum in Auctariis suo loco dabimus. Wandelberti metricum elogium melius in fine collocabitur. —

Anastasiæ.

Antiquissimam, nominatissimam, celebratissimam *Anastasiæ* martyris, tam in Oriente, quam in Occidente festivam venerationem clamant tum Kalendaria, Sacramentaria, Missalia, tum etiam Martyrologia, Menologia, aliique libri Ecclesiastici passim et ubique notissimi ; clamant extructæ basilicæ, erectæ aræ et quæcumque Sanctis fas est exhibere religiosi cultus monumenta , ut ferme de Chrysogono locuti sumus ad XXIV Novembris, ubi de Actis ea notavimus, quæ amborum passionibus applicanda sunt. Tacta ibi controversia de loco martyrii Chrysogoni, hic operosius moveri deberet, si de eo aliquid satis certi reperirietur ad dissipandas difficultates quæ nec paucæ nec facile solubiles objiciuntur. Non minus intricata sunt quæ de una vel pluribus Anastasiabus altera nempe vidua, cœlibe virgine altera, tertia demum incantatrice vel potius pharmacolytria, perperam in unam confusis, vel de una sola in tres diversas distracta, nimis fortasse scrupulose disceptantur. Lego et expendo singula ; at ut dicam candide, nihil hactenus offertur quo breviter, clare et nitide propositis argumentis, me plausibiliter expediam, salva Romani Martyrologii auctoritate ; ut proinde satius judicem hæc omnia loco proprio in Actis examinanda reservari. Qui implexæ contentionis capita delibare tantisper voluerit, adeat Tillemontium tomo 5 a pag. 713. Hic ad rem nostram solum observo Anastasiam hoc die in Hieronymianis Sirmii consignari : *Et Sirmi, Anastasiæ ;* unde contra Florentinium palam non sit Sirmiensem *diversam esse ab ea, quæ sub Diocletiano gladio perempta, in omnibus fere Martyrologiis hac eadem die recolitur.* Liquet, Bedam, ex hoc Rabanum, et Adonem eadem Acta consuluisse, imo postremum ex primo majorem elogii sui partem descripsisse. Nostrum vero ex Viennensi totum articulum suum contraxisse, omissa in omnibus certa martyrii palæstra, nisi in insula Palmaria Anastasiam et socios omnes coronatos velimus, vel cum Floro Bedæ textui præmittamus : *In Sirmio.* At a reliquis plane dissentit auctor Romani parvi dum solus legit : *Romæ, Anastasiæ.* Hæc pro textus nostri origine.

Eugeniæ

De *Eugenia* ejusque Actis loquendum fuit XI Septembris, ubi occasione Proti et Hyacinthi eorum fides et sinceritas præeunte Baronio probata non est. Hic in solis Martyrologiis hærebimus. Vetustissimum inclytæ in Ecclesia virginis, et ab Adelmo laudatæ cultum demonstrant Hieronymiana his verbis : *Et in cimiterio Aproniani, via Latina Romæ, passio sanctæ Eugeniæ virginis* . vel brevius in Epternacensi : *Romæ, sanctæ Eugeniæ virginis.* Deest in Beda positio, sic legente : *Et sanctæ Eugeniæ virginis.* Ad quæ Rabanus longam ex notis Actis historiam adjunxit. In Romano parvo non aliud legitur præter : *Et Eugeniæ.* Adonis laudatio passionis locum restituit, reliqua non multis exornans ; Noster ex ipsa textum suum mutuatus est , per quæ manifeste patet tota laterculi ad Usuardum propagatio. Est apud Castellanum notula, quæ forte cuipiam non satis gravis videbitur. Reliquum est ut tres nostras annuntiationes ex Wandelberto metrice reddam .

Octavo servi dignatus sumere formam
Errantemque hominem veniens revocare Creator,
Partu virgineo mortales induit artus.
Eugeniam quoque tum memoramus, Anastasiamque,
Consimili Christum comitatas mente fideque.

AUCTARIA.

DE PRATEN. ANTVERP-MAJ. et ROSWEYD dixi in Variantibus. Secundus codex in eo errat præterea, quod scribat *ducentis feminis.* Tertius vero aliud habet textus initium, sic incipiens . *Nativitas Domini nostri Jesu Christi secundum carnem.*

De Nativitate D. N. J. C.

TORNACEN Post *quadragesimo secundo*, sic pergit : *Qui in divinitatis suæ potentia, et tempus nativitatis suæ prævidit, et matrem, per quam nascere-tur, elegit, quæ de Spiritu sancto concepit, et mater et virgo permansit.* In duabus aliis commemorationibus, purus est.

De eadem.

PULSANEN Sic habet : *In Bethlehem Judæ, nativitas Salvatoris nostri Domini Jesu Christi, secundum carnem,* XLII *anno Cæsaris Augusti. Olympiadis centesima nonagesimæ tertiæ, ab Urbe autem condita anno* DCCXL., *sextam enim mundi ætatem*

De eadem.

suo piissimo consecravit adventu. Eodem die, natalis sanctæ Anastasiæ. Desunt reliqua omnia.

ANTVERP. MAX-LUBEC. ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. et LEYDEN. In notis chronologicis conveniunt cum PRATENSI, etc. Et præterea a puritate deficiunt, quod omittentes, *post sacros virginum choros*, substituant, *sub Nicecio Urbis præfecto.*

DANIC. Cum prioribus conveniret, nisi verba illa : *Jesus Christus filius Dei in Bethleem Judæ nascitur*, in finem annuntiationis transposuisset.

LOVANIEN. Defectu laborat, totum sanctæ Eugeniæ elogium prætermittens.

De Nativitate D. N. J. C.

ALBERG. In principio, præcedentibus similis, adjungit, *ab Urbe condita anno* DCCLII, pergitque ex Adone, *firmissima verissimaque pace toto orbe, ordinatione Dei, a Cæsare Augusto composita. Quyrinus ex consilio senatus in Judæam missus, census hominum possessionumque describebat : sextamque mundi ætatem suo piissimo consecravit adventu.*

De eadem.

BRUXELLEN. Incipit : *In Bethleem Judæ, nativitas Domini nostri Jesu Christi filii Deī, secundum carnem, anno Octaviani Cæsaris Augusti* XLII. *Qui sextam mundi ætatem*, etc. De Eugenia post *sacros virginum choros, quos Christo aggregaverat*, addit, *alligata saxo et præcipitata in Tyberim, mergi non potuit ; inde thermis ignitis inclusa, illæsa reperta est ; novissime autem sub Nyceccio Urbis præfecto, pro Christo diu agonizans, in custodia gladio jugulatur.* In Anastasia magnam partem elogii Adoniani describit, in fine subdens : *Et hujus sanctæ Anastasiæ, cotidie fit memoria in Canone Missæ.*

De Eugenia. — *De Anastasia.*

Eugeniæ duplicatæ.

HAGENOYEN. De Nativitate, aliqua ex Evangelio, more suo, corradit. Sequuntur duæ Eugeniæ, de quarum prima, sic legit : *Romæ, passio sanctæ Eugeniæ virginis, filiæ Philippi, præsidis Alexandriæ, quæ sub specie viri monasterium virorum ingreditur, et Deo fideliter servivit, et tandem abbas efficitur, et de fornicatione accusatur coram patre proprio ; et scidit vestem, mulierem se ostendens, patrem, matrem, fratres et plures alios ad fidem convertens. Tandem Romæ redit, et multas ad Deum virgines convertit ; in domo propria decollatur.* Tum : *Item Romæ in cymiterio Aproniani*, etc., textum hodiernum refert. De Anastasia stylo magis barbaro reddit, quæ in Adone elegantius ex Actis adornata sunt.

AQUICINCT. Sic de natali Christi notat, qui codicem illum cum secunda MOLANI editione contulit : *Post memoriam natalis Christi meminit olei, quod tota nocte fluxit Romæ trans Tyberim.*

De Nativitate Christi.

Textus con-

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Nativitas Christi. Anastasiæ virginis et martyris. Eugeniæ virginis et martyris, nobilis genere, quæ diu in habitu virili, pater monachorum existens, Deo servivit.*

De Anastasia.

EDITIO LUBECO-COL. In prima, similis est ALBERG. Tum sic prosequitur : *Apud Illyricum, passio sanctæ Anastasiæ martyris, sub Diocletiano imperatore. Quæ pro confessione Domini, diutina custodia a viro suo Publio perpessa est ac macerata, beati tamen Chrysogoni epistolis et exhortationibus est consolata, ac confortata. Mortuo marito, post longam incarcerationem, sub Illyrico præfecto*, etc. Vide hæc melius in Adone. In ultima annuntiatione idem inserit quod habet MOLANUS citatus supra in Variantibus.

Longa epocharum series.

BELIN. Sic primus initium format : *Anno a creatione mundi, quando in principio Deus creavit cœlum et terram, quinto millesimo centesimo nonagesimo nono, qui annorum numerus complebatur in proximo sequente mense Martii, ejusdem mensis die vigesimo, illa enim die creatus est mundus. A diluvio vero, anno secundo millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo, qui numerus complebatur decima septima die sequentis Aprilis. A nativitate Abraæ,* (Abrahæ) *anno secundo millesimo quinto decimo. A Moyse et egressu populi Israel de Egypto, anno millesimo quingentesimo decimo. Ab excidio Troiæ, anno millesimo centesimo septuagesimo nono. Ab unctione David in regem, anno millesimo trigesimo secundo. Olimpiade centesima nonagesima tertia. A prima autem Olimpiade, anno octingentesimo. Ab urbe Roma condita, anno septingentesimo quinquagesimo secundo. Hebdomada sexagesima tertia, juxta Danielis prophetiam, scilicet anno quadringentesimo quadragesimo vel circa. Anno imperii Octaviani Augusti quadragesimo secundo. Sexta mundi ætate, januis clausis, toto orbe in pace composito, Christus Jesus æternus Deus, æternique Patris filius, mundum volens suo adventu piissimo consecrare, de Spiritu sancto conceptus, novemque post conceptionem decursis mensibus, (hic dicitur alta voce) : In Bethleem Judæ nascitur ex Maria virgine factus homo ; (hic autem altius et in tono passionis) : Nativitas Domini nostri Jesu Christi secundum carnem.* Sequitur de Anastasia, textu ex Adone nonnihil interpolato. In Eugenia inserit sicut MOLANUS, vel potius hic ex altero accepit, de præfecto Urbis, quem hic male *Nicenum* appellat. Secunda editio superaddit : *Gordana castro, sancti Romuli confessoris.* Et hoc transumpsit MOLANUS.

Romuli.

De Nativitate D. N. J. C.

GREVEN. *Nota, Salvator noster natus hebdomada juxta Danielis prophetiam saxagesima sexta, ab Urbe autem condita anno septingentesimo quinquagesimo secundo, compressis cunctarum per orbem terræ gentium motibus, firmissima pace a Cæsare Augusto composita, quando Quirinus ex consilio senatus Judæam missus census hominum possessionumque describebat : sextam mundi ætatem suo piissimo consecravit adventu. Item inter socios beatæ Anastasiæ passus est quidam, ut Ado dicit, nomine Euticianus innocentissimæ naturæ, qui quotiescumque fuisset auditus, quotiescumque interrogatus, nihil aliud dicebat, quam, Christum mihi nemo tollet, etiam qui caput abstulerit. Eodem die castro Gordiano, sancti Romuli confessoris. In Bethleem, beatæ Charitatis abbatissæ. Charitonis abbatis, et omnium fratrum suorum simul migrantium.*

Euticiani. — *Romuli.* — *Charitatis.* — *Charitonis.*

MOLAN. Litteris Italicis textui præmittit ex BELINO longam epocharum seriem supra descriptam, sed notat in margine : *Hæc calculatio est valde mendosa, usque ad calculum ab Urbe condita.* In fine ex eodem BELINO : *Gordano castro, sancti Romuli confessoris.* Vide Martyrologium Castellani. In editionibus posterioribus, nihil adjectum est.

Romuli.

VII *Kal.*

VII *Kal.* **Die 26**

Apud Hierosolimam, natalis sancti Stephani protomartyris, qui a Judæis non longe post passionem Christi lapidatus est, eodem scilicet anno Ascensionis ipsius. Hujus venerabile corpus tempore Honorii principis divina revelatione repertum est. Romæ via Appia, depositio sancti Dionisii Papæ, qui fidei documentis sub Claudio imperatore clarus effulsit. Eodem die, sancti Marini clarissimi viri, qui martyrii triumphum sub imperatore Martiano Romæ adeptus est. *Stephani.* *Dionysii* *Marini.*

Sic habent *Praten. Herinicn. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan.* Item *Antverp-Max. Ultraject. Leyden.* et *Lovanien.* nec non *Centulen.*

VARIA LECTIO. Diversos scribendi modos in *Hierosolymam, protomartyris, via Appia, Dionysii,* etc., non enumero. Antverp-Maj. pro *passionem Christi*, legit *passionem Domini*. In Greveno, post *ascensionis*, deest *ipsius*. Non tam male scripsit Centulensis, *clarus refulsit;* sed pejus in Antverp. et Max-Lubec. *effulxit*, præter alia typographica menda, quæ in posteriori reperiuntur. *Martiano*, vel *Marciano* eodem recidunt; non ita *Martiniano*, in Antverp. et Max-Lubec. Ultraject. et Leydensi; multo minus *Maximiano* in Antverp-Max. et Lovaniensi. Nec rem explicant supposita his aliorum imperatorum nomina, cum in Actis Mombritianis, *Martianus*, absque dignitatis titulo referatur, passione tota tam incredibilem in modum exornata, ut difficillimum sit verisimilitudinem ex ipsa eruere.

OBSERVATIO. Diffiteri non possumus, varias esse inter eruditos de sanctissimi *Protomartyris* natali, inventione et translatione opiniones, ut non obscure ostensum est ad diem III Augusti, quo in Martyrologiis, ejus inventio recolitur, tametsi ex Luciani relatione, eam factam constet XIX Decembris. Hinc aliqui non inverisimiliter deducunt, hodiernam festivitatem translationi primæ, ex antiquo ad novum sepulcrum, aptari commodissime posse. At vero quantumcumque hæc probabilia esse clamites, inficiari nequis, verisimilitudinem illam gravissima auctoritate elidi, ex receptissima totius Ecclesiæ sententia, quæ hunc diem a sancti Augustini ætate, ut verum inclytissimi Stephani natalem seu martyrii aut sepulturæ diem constantissime celebravit. Probat id Kalendarium Carthaginense, probant Kalendaria alia et Sacramentaria edita, probant Martyrologia nostra, inter quæ vetustissima Hieronymiana, ita apud Florentinium disertissime legunt : *In opido Jerosolymitano, villa Caphargamala, passio sancti Stephani, primi martyris, diaconi et apostoli, qui lapidatus est a Judæis.* Brevior est solius Epternacensis annuntiatio, sed cum tribus aliis satis consonant, quæ habet Rabanus, Hieronymianos codices hic magis quam Bedam secutus, in quo solum legitur : *Natale sancti Stephani protomartyris.* Flori elogium nihil ad nos attinet. Seriei nostræ ductor Romanum parvum, non potuit brevius rem exponere, sic de solo Stephano hodie loquens : *Stephani protomartyris.* Est inter Apostolorum festivitates paulo longior de Stephani passione narratio, verum Usuardus Adonis Martyrologium consuluit, ex quo, si non verba, saltem elogii sui sensum mutuatus est, de inventione aliqua adjiciens, quæ ad III Augusti satis erant explicata. Nulli Sancto illustriora Acta obtingere potuerunt quam nostro Protomartyri, utpote quæ a Spiritu sancto dictata sunt; nullius ferme reliquiæ per totam Ecclesiam ita dispersæ, nullius certe tot prodigiis, tot certissimis miraculis ab Augustino aliisque sanctis Patribus celebratæ. His alia superaddit Motherii notula. Verbo, tanta semper fuit in orbe Catholico Stephani gloria, ut nihil ei accedere posse videatur. Multa de his omnibus in Actis colligi poterunt, quæ in antecessum a Tillemontio ordinata sunt, sub tomi secundi initium. Sequatur hic metrica Wandelberti laudatio : *Stephani.*

Septima hinc Stephano levita et martyre primo
Excellet, natum regem passumque beata
Qui vita atque fide, pugna est et morte secutus.

Dionysius Papa, non hoc, sed sequenti die ab Adone signatus est, diversissima phrasi ab ea, quam in textu hodierno Noster expressit, quæque talis est, ut fere de quolibet Romano Pontifice affirmari queat. Cur ab antesignano recesserit, unde sua habuerit Usuardus, quærere supersedeo. Dubius videtur obitus vel depositionis dies; nam in vetustissimo Kalendario Bucheriano ponitur : VI *Kal. Januarias, Dionysii in Callisti.* Contra vero in Hieronymianis hoc die refertur : *Romæ, depositio S. Dionysii*; vel ut est in Epternacensi : *Et depositio Dionysii episcopi.* Pro die XXVI Decembris pugnat Tillemontius tomo 4 pag. 671, ubi et alia tangit ad Dionysium spectantia. De hoc sancto Pontifice pluribus egit Baronius in Annalibus; hic vero in Notatione fontes assignat, unde ejus gesta derivari possint ; in textu vero Martyrologii Romani studiose expunxisse videtur laudatus Baronius tempora *Claudii imperatoris*, quæ nihilominus ab Usuardo non male signata erant, si Claudius, pro secundo vel *Gothico*, accipiatur. Dionysii vitæ seriem satis nitidam concinnavit Tillemontius citato tomo 4 a pag. 311. — Qui tertium in laterculo locum occupat *Marinus*, martyr Romanus, solius Usuardi est, nulli antiquorum Martyrologorum usquam cognitus. Non divino, unde ejus notitia ad Nostrum pervenerit; sed video, impurum et lutosum fontem esse oportuisse, ex quo Mari- *Dionysii PP.* *Marini.*

nus

nus *triumphum sub imperatore Martiano Romæ adeptus* fuisse dicatur. Mutata non semel in Romano fuit tyranni appellatio, ut observat Castellanus ; neque vero ex Actis apud Mombritium, ullum occurrit vestigium, ex quo ad Carini potius aut Numeriani, quam ad alterius cujuslibet ethnici imperatoris tempora Marini historia revocetur ; quæ de cetero tot portentis contexta est, ut lectorem etiam maxime credulum, de gestorum veritate, ut minimum dubitare compellat ; ideo Tillemontius non veretur tomo 4. pag. 568. eam ut purum putum commentum rejicere. Nostrum erit suo loco dispicere, an saltem rei substantia incredibilibus et male digestis prodigiis utcumque spoliata, ad historicam verisimilitudinem reduci non possit.

AUCTARIA.

TORNACEN. Hic rursus defectu laborat, omittens elogium Dionysii.

De Stephano. PULSANEN. Sic habet de Stephano : *Qui non multo post ascensionem Domini, ab Apostolis, cum esset plenus fide et Spiritu sancto, diaconus est ordinatus, atque eodem anno, quo et Christus passus, a Judæis est lapidatus.* Caret tota annuntiatione Dionysii ; in Marino autem elogium expunxit, post *clarissimi viri.*

De eodem MUNERAT. Stephani elogium interpolavit, post *ascensionis ipsius*, inserens *mense Augusti* ; et inter *revelatione* ac *repertum*, ponit *hodie* ; subjungens deinde : *Quæ festivitates, ut Doctores asserunt, et tradunt historiæ, pro causa translatæ sunt.* Vide de his Observationem.

De Dionysio. ALBERG. et DANIC. De Dionysio, post *effulsit*, addunt : *Hic ecclesias et parochias presbyteris divisit, et dyoceses constituit.* Quæ ex Adone accepta sunt, sicut et sequens annuntiatio de Zosimo Papa, quæ nescio cur ab Usuardo prætermissa sit. *Zosimi PP.* Sic habent : *Item Romæ, sancti Zosimi Papæ, qui post beatum Petrum* XLIII, *constituit cereum benedici in sabbato Paschæ.* Vide Adonem ipsum, atque una statue, an recte a Castellano in Martyrologio universali apposita sit hæc Zosimo notula : *absque traditione cultus.*

BRUXELLEN. *Apud Jerosolimam, via Gaphargamala, natale beati Stephani prothomartyris; qui non multo post ascensionem Domini ab Apostolis diaconus est ordinatus, atque eodem anno, quo Christus passus est, ipse a Judæis lapidatus, III Nonas Augusti, quando inventio sua celebratur, quæ tamen inventio hac die facta est, qua passio ejus agitur. Cujus siquidem passionis celebritas ad hunc diem translata est, tum quia dignior, tum quia decuit primum martyrem post Christum, primo post ipsum poni.* *De Dionysio.* Vide Observationem. De Dionysio, præter ea quæ ex ALBERG. etc., retulimus, superaddit : *mandans, ut singuli suis terminis essent contenti, et alienos non usurparent.* *Zosimi.* In Zosimo etiam convenit cum ALBERG. etc., nisi quod omittat, *post beatum Petrum* XLIII. In Marino purus est. *Juliani et Marciani.* Sequitur in fine : *In Antiochia, sanctorum Juliani et Marciani martyrum.*

HAGENOYEN. Historiam more suo de Stephano componit, quam longe melius ex Actibus Apostolorum descripsisset, addens aliqua de inventione, etc., quæ satis conveniunt cum dictis in codice *De Dionysio.* præcedenti. Pergit : *Romæ, natale beati Dionysii Papæ et martyris. Hic cymiteria et parochias in urbe Roma divisit, et alibi observari præcepit, et unicuique jus proprium statuit, mandans, ut singuli terminis suis contenti essent, et alienos terminos non usurparent ; et singulis parochiis singulos statuit sacerdotes, et passus est sub Valeriano imperatore.* In ultima, satis purus est.

De Dionysio. AQUICINCT. Post *effulsit*, subdit : *Hic ecclesias dedit presbyteris, et parochias diœcesis dedit atque constituit.* *Zosimi.* In fine autem : *Item Romæ, Zosimi Papæ. Hic constituit, ut diaconi leva tegerent palliis.* Vide annotationem MOLANI in fine.

Textus contractus. MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Sic textum contrahit : *Stephani prothomartyris. Marini vel Mariani martyris clarissimi. Dionysii Papæ et confessoris.* Antiquum obtinet.

CAMBERIEN. Huc retrahit Sanctos, qui ad hunc diem non pertinent : *Bituricas, sancti Ursini episcopi.* *Ursini.* *Ipso die, beati Perpetui pontificis.* *Perpetui.* Vide XXIX et XXX Decembris.

VATICAN. signatus num. 5949. Desunt annuntiationes Dionysii et Marini. Adjicitur autem : *Romæ, Zosimi Papæ et confessoris, qui sedit in episcopatu anno uno.* *Zosimi.*

ALTEMPS. *In pago Oxoniensi, sancti Ebrulfi episcopi.* *Ebrulfi.* *Bituricas civitate, sancti Ursi episcopi et confessoris.* *Ursi.*

FLORENTIN. *Romæ, sancti Zosimi Papæ .....* *Zosimi.*

De Stephano. EDITIO LUBECO-COL. De Stephano, textui inserit : *Cum esset plenus Spiritu sancto, ab Apostolis diaconus est ordinatus, atque eodem anno, videlicet ascensionis ipsius, lapidatus est ; cujus beatissimam passionem nobis declarat beatus Lucas in Actibus Apostolorum. Hujus venerabile,* etc. Sequitur : *De Dionysio.* *Romæ via Apia, depositio sancti Dionysii Papæ et martyris, qui sedit in episcopatu annos sex. Hic ecclesias et parochias, et cimiteria constituit, et unicuique, ut proprium statuit, mandans, ut singuli terminis sui contenti essent, et alienos non usurparent, et diœceses similiter constituit. Qui fidei,* etc. Et post *effulsit* : *sepultus est in cimiterio Calixti.* Tum : *Zosimi.* *Item Romæ, natale sancti Zozimi Papæ et confessoris, qui sedit uno anno. Hic post beatum Petrum quadragesimus tertius, constituit cereum benedici in sancto sabbato.* In Marino, satis pura est.

BELIN. Puritati proxima est utraque editio ; solum de Dionysio, post *effulsit*, adjiciunt : *Hic ecclesias et parochias presbyteris divisit, et dioceses constituit.* Ex Adone, ut supra.

GREVEN. *Apud Constantinopolim, sancti Anastasii.* *Anastasii.* *In Antiochia, sanctorum Juliani et Marciani.* *Juliani, etc.* *Romæ, Zozimi Papæ et confessoris, qui post beatum Petrum quadragesimus tertius, sedit anno uno, constituitque cereum benedici in sabbato sancto.* *Zosimi.* *Apud Spoletum, Habundanciæ, sanctæ matronæ, quæ beatum Gregorium sepelivit.* *Abundantiæ.*

MOLAN. Sic habet : *Eodem die, Zosimi Papæ. Hic post beatum Petrum quadragesimus tertius, constituit cereum benedici in sabbato sancto.* *Zosimi.* Tum minoribus typis : *Romæ, sancti Theodori Mansionarii sancti Petri, de quo beatus Gregorius Dialog. lib.* 3. *Theodori.* *Item, sancti Spei abbatis et confessoris, in Nursia, de quo beatus Gregorius Dialogorum lib.* 4 *cap.* 10. *Spei abbatis.* Notabis in principio annuntiationis *S. Stephani*, post *Herosolymam*, litteris cursivis interjici *Caphar Gamala* ex Hieronymianis codicibus. Idem habent editiones posteriores, in quibus post Zosimum, solum additur : *Die vigesima sexta, sancti martyris Euthymii, episcopi Sardeorum.* *Euthymii.*

VI *Kal.* *Die* 27.

Apud Ephesum, natalis beati Joannis Apostoli et Evangelistæ, qui post exilii relegationem, post Apocalypsis divinæ revelationem, post Evangelii descriptionem, usque ad Trajani principis tempora perseverans, totius Asiæ fundavit rexitque ecclesias. Et confectus senio, sexagesimo octavo post passionem Domini anno, ætatis autem suæ nonagesimo nono mortuus est, ac juxta eamdem urbem sepultus. Alexandriæ, sancti Maximi episcopi; qui satis clarus et insignis de titulo confessionis effectus est. *Joannis Evangelistæ.* *Maximi.*

Sumitur textus ex *Praten. Herinien. Antverp-Maj. Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. Belin. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Multa sunt in impressis typographica sphalmata, nec pauciora in codicibus menda scriptoria. De *Johannis*, *aput*, *eandem*, *Ewangelistæ*, *Asye*, etc., alibi dictum est; hic quasi propria *Apocalipsis*, et *apochalypsis*. Notabilior variatio est in Munerato, qui scribit *Euangelii revelationem*. Rosweydinus signatos annos pessime contraxit post *ecclesias*, legens: *Et confectus senio, nonagesimo nono anno mortuus est.* Antverp-Maj. posuit, *nonagesimo et octavo migravit.* Herinien. et Munerat. interponunt, *et nono*. Belin. pro *ecclesias*, utitur singulari, *ecclesiam*, et sequentia sic connectit: *post passionem Domini, anno autem ætatis*. Idem etiam supra *Apocalypsis divinæ revelationem*, posuit tertio loco post *Euangelii descriptionem*. Omnes legunt, *de titulo confessionis*, excepto Munerato, in quo, *e titulo*, etc.

OBSERVATIO. *Joannem*, cognomento et antonomastice *Theologum*, inter Evangelistas *Aquilam*, variis diebus, non apud Græcos solum, sed etiam apud Latinos cultum olim fuisse, ex solis Hieronymianis codicibus manifeste patet; nam XXV Maii legunt: *In Epheso, Joannis Apostoli*; ad quæ rectissime advertit Florentinius, *incertum esse, quo die sanctus Joannes Euangelista Ephesi translatus fuerit vel obdormierit*. Alia festivitas ponitur XXIV Junii: *In Epheso, sancti Joannis Apostoli et Euangelistæ*. In Epternacensi est: *receptio Joannis*, in Lucensi: *natalis Joannis*, etc. Sed de qua solemnitate hæc æque ac priori intelligenda sint nemo est, qui satis verosimili conjectura assequatur. Nullibi clarius loquuntur Hieronymiani, quam hoc die, cujus textum totum subjicio: *Assumptio sancti Joannis Euangelistæ apud Effesum, et ordinatio sancti Jacobi, fratris Domini, qui ab Apostolis primus ex Judæis Hierosolymis est episcopus ordinatus, et medio Pascha martyrio coronatus.* De Assumptione vel dormitione, vita vel morte Joannis, aliisque satis spinosis in hac materia controversiis hic pluribus disputare non vacat. Videatur Exercitatio Florentinii a pag. 153, cui et præfatam Jacobi ordinationem explicandam subjungit a pag. 144, ubi multa satis accurate discussa inveniet curiosus lector, quæ brevitati nostræ aptari prorsus nequeunt. De Joannis martyrio egimus cum Ecclesia Catholica VI Maii; hic cum eadem, natalem Evangelistæ hoc XXVII Decembris recoli, certo existimamus, credimusque festivitatem illam in Kalendario Carthaginensi ipsomet die plane designari, licet ibi habeatur: VI *Kal. Jan. sancti Joannis Baptistæ, et Jacobi Apostoli, quem Herodes occidit.* Ratio satis probabilis est, quod cum in eo Kalendario Sanctorum nomina repeti non soleant, Baptista autem proprio loco VIII Kalend. Julii diserte ponatur, verosimile non sit, Prodromum cum Jacobo, sed potius Evangelistam Joannem conjunctum fuisse, quemadmodum ex Hieronymianis jam ostendimus. Pro hodierno natali militant reliqui Martyrologi omnes, in quibus Jacobus proprio etiam festo assertus est. Clara sunt Bedæ verba: *Natalis sancti Joannis Apostoli et Euangelistæ, dilecti Domini.* Nihil habet Flori elogium, quod magnopere observari mereatur. Rabanus totum suum textum ex Hieronymianis describere maluit, quam ex Beda. Romanum parvum, more suo paucis: *Joannis Apostoli et Euangelistæ, apud Ephesum.* Panegyrim aliquam composuit Viennensis inter Festivitates Apostolorum, ex qua et ex Martyrologii indiculo, brevius suum encomium Noster adornavit. Hæc instituti hujus nostri propria sunt; plura diligenter annotavit Baronius, seriem vero totius vitæ et gestorum disposuit Tillemontius tomo 1 a pag. 330, per duodecim articulos, notis novemdecim illustratum a pag. 600; cum quibus conferri poterunt, quæ a Surio edita sunt, quæque apud nos exstant de S. Joanne varia manuscripta et etiam typis edita. Locum hic suum habeat metrica Wandelberti oratio:

Dilectus Domini, Verbi inspectorque divini,
Pectore de Christi fontem qui haurire perennem
Promeruit, sextum sancit lustratque Joannes.

Die præcedenti monuimus, Dionysium Papam hoc die ab Adone memorari, ejusque locum in pridiano laterculo occupare Papam Zosimum. De *Maximo* Patriarcha Alexandrino, seorsim nullibi meminit Viennensis, nec apud ullum alium Martyrologum signatam reperi. Agitur quidem aliqualis ejus memoria apud Adonem in elogio Alexandrini Dionysii XVII Novembris, ubi ex Rufino lib. 7 cap. 10, egregii ejus pro fide labores referuntur; atque hinc mihi suspicio oboritur, ex eo loco edu- *Maximi.*

ctum

ctum esse ab Usuardo Maximum, qui ibi quidem tantum ut *presbyter* celebratur, sed cum fontem ipsum facile accedere potuerit ipse, ibidemque Rufini seu Eusebii verba legere, quibus asserit, *Maximum, quem presbyterum nominaverat, ipsi Dionysio apud Alexandriam successisse in episcopatu*, sic etiam facile titulos combinare, elogium aptare, ac diem hunc pro arbitrio assignare potuit. Si præterea verum obitus diem quæras ; ex Chronologia nostra Alexandrina satis constat, non XXVII Decembris, sed IX Aprilis vivere desiisse. Vide paucula, quæ ibi in ejus laudem collegimus pag. 32 num. 171. Non placet Castellani observatiuncula, qua Maximum seculo primum IX, hoc die notari cœpisse ait, ob successoris Theonæ pervigilium ; quasi nescierit vir eruditissimus, Theonam ab Usuardo ejusque ducibus recoli XXIII Augusti ; cum de cetero certum obitus diem putemus, non XXVIII Decembris (ut hic supponit Castellanus) sed verosimilius III Januarii, ut alibi demonstrare conati sumus.

AUCTARIA.

TORNACEN. In prima purus, deficit hic iterum in alterius elogio.

De Joanne. PULSANEN. Incipit : *Natale sancti Johannis Apostoli et Euangelistæ, dilecti Domini.* Quæ ferme Bedæ verba sunt. Pergit : *Hic post*, etc. Sed contracte. De Maximo, nihil.

Zoili. ANTVERP-MAX. cum sociis textui adjicit : *In partibus Aquilegiæ, sancti Zoili* (aliqui *Zoeli*) *presbyteri et confessoris. Hic cum beatum Chrysogonum sepelisset, eodem sibi apparente, trigesimo die passionis suæ perrexit ad Dominum.*

Ejusdem. CENTULEN. In textu purissimus, subdit : *Aquilegiæ, sancti Zoyli presbyteri et confessoris.*

De Joanne. BRUXELLEN. *Natale sancti Johannis Apostoli et Euangelistæ, dilecti Domini nostri Jesu Christi. Qui post exilii*, etc., usque ad *ecclesias*. Tum pergit : *et confectus senio, ipse Christo junior annis duodecim, ætatis suæ anno nonagesimo nono, et post passionem Christi, anno septuagesimo octavo, nullo dolore gravatus, in Epheso requievit, octavo Kalendas Julii, in nativitate beati Johannis Baptistæ, sed cessit ei, quo inter natos mulierum major non surrexit, et translatum est festum ejus ad hanc diem terciam nativitatis Christi, ut omnes comites suos haberet sponsus, qui candidus est et rubicundus.* Non magna auctoritate hæc nituntur. Sequitur : *Eodem die, ordinatio episcopatus sancti Jacobi fratris Domini. Qui ab Apostolis primus ex Judæis Jerosolymis est episcopus ordinatus, et medio Pascha martyrio coronatus.* (*De Jacobi ordinatione.*) In Maximo codex purus est. In fine autem adjungit : *In partibus Aquilegiæ, natale sancti Zoili*, etc., ut ANTVERP-MAXIMUS ejusque socii, supra. (*Zoili.*)

De Joanne. HAGENOYEN. Magnum habet de Joanne elogium, cujus hic partem subjicio : *Apud Ephesum, natale beati Johannis Apostoli et Ewangelistæ, qui filius fuit materteræ Jesu Christi, et frater Jacobi majoris. Qui dum nubere vellet, a Domino de nuptiis vocatus est, et ideo a Domino ad omnia secreta sua admissus est*, etc. In Maximo etiam purus est, et de Zoilo habet ut præcedens : *In partibus Aquilegiæ*, etc. (*Zoil.*)

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. *Joannis Euangelistæ. Maximi episcopi et confessoris.*

Dionysii. VATICAN. signatus num. 5949. Hoc die codex iste plane Adonianus est, nam Maximo prætermisso, Dionysium Papam restituit.

Zoeli. REMENS. SS. Timothei et Apollinaris. Zoilum, superius presbyterum, in episcopum transformat hic codex : *In partibus Aquileiæ, sancti Zoeli episcopi et confessoris.*

De Joanne. EDITIO LUBECO-COL. Post *ecclesias*, de Joanne sic interserit : *Et confectus senio, sciens supervenisse diem recessus sui, convocatis discipulis suis, per multa signorum experimenta premens Christum, descendens in defossum sepulturæ suæ locum, facta oratione obiit, tam extraneus a dolore mortis, quam a corruptione carnis invenitur alienus ; post passionem Domini sexagesimo octavo*, etc. De Maximo et Zoilo, eadem habet, quæ supra. (*Zoili.*)

De Jacobi ordinatione. Zoili. Aspalianæ Claudiæ. Patronæ Fabiolæ. GREVEN. *Eodem die, ordinatio episcopatus sancti Jacobi fratris Domini. Zoili presbyteri et confessoris, qui cum sanctum Crisogonum sepelisset, eodem sibi apparente, tricesimo die passionis ejus, ad Dominum perrexit. Aspalianæ virginis. Claudiæ, matris sanctæ Eugeniæ. Patronæ, sanctæ matronæ. Fabiolæ matronæ sanctæ, a beato Hieronymo laudatæ.*

Zoeli. Fabiola. Theodori et Theophanis. MOLAN. *In partibus Aquileiæ, sancti Zoeli presbyteri et confessoris, qui in passione beati Chrysogoni legitur.* Tum minoribus typis et GREVENO hanc annuntiationem subjungit : *Fabiolæ, matronæ sanctæ, a beato Hieronymo laudatæ.* De hac nihil in editionibus posterioribus, ubi post Zoelum hæc tantum adjiciuntur : *Eodem die, sancti patris et confessoris Theodori scriptoris, et fratris ejus Theophanis poetæ.* Vide egregia duorum fratrum Acta apud Surium.

V *Kal.* *Die* 28.

Innocentium Eutychii et Domitiani. Bethleem, natalis sanctorum Innocentium, qui ab Herode rege interfecti sunt. Ancira Galatiæ, sanctorum Eutici presbiteri et Domitiani diaconi.

Ita puriores codices, nempe : *Praten. Herinien. Tornacen. Antverp-Maj Rosweyd. Antverp.* et *Max-Lubec. Greven.* et *Molan*

VARIA LECTIO. Antverp. et Max-Lubec. incipiunt : *Apud Bethleem*, in quo a ceteris omnibus dissentiunt, sicut Molan. sic incipiens : *Bethlehem Judæ*. Variant codices in *Innocentum* et *Innocentium*, postremum prætulimus. *Ancira Galatiæ*, communior est codicum scribendi ratio ; alii habent, *Anchira*, *Ancyra*, *Antira*, *Galathiæ*, *Galaciæ*, etc. Major concordia *Eutici*, in quo ferme omnes conveniunt ; verosimile est scribendum *Eutychii*, ut legit Romanum ; solus Antverp-Major habet *Euticii*. In optimis codicibus est *Domitiani* ; in non paucis *Domiciani* ; in Rosweydino omittitur ultima vox *diaconi*.

Innocentium.

OBSERVATIO. Hactenus nec quæsivit nec definivit Ecclesia, quo proprie die passi sint *Innocentes* a bimatu et infra, impii Herodis jussu crudelissime trucidati ; nec die quartæ post festum Nativitatis electio quidquam conferre videtur, ad stabiliendum quo anno infanticidium contigerit ; de quibus vide Florentinii notam hoc die, ejusque de Magorum ad Christum venientium historia, itinerisque tempore, Exercitationem a pag. 229. De pluribus, ad eorumdem Magorum adorationem, atque ad infantium cædem spectantibus, in Ephemeridibus Græco-Moscis, ad XXIX Decembris, et novissime in Responsionibus disputavit Papebrochius ; nos hic ex professo institutionem Festi et Martyrologorum genesim exploramus. Non facile probabitur, Innocentum nostrorum memoriam Origenis ætate in Ecclesia celebratam fuisse, nec magis ex Augustino educi posse videtur, cultos eo tempore cum Octava, ut ritu ecclesiastico loquimur. At vero eorum solennitatem, etiam ante Augustini tempora festivam fuisse, nihil vetat asserere. Certum antiquissimi cultus monumentum habes in laudato sæpe alibi Carthaginensi Kalendario, hoc die legente : V *Kal. Jan. sanctorum Infantium, quos Herodes occidit.* Sequuntur Kalendaria alia, Sacramentaria, et quæcumque exstant religiosæ venerationis antiqua monumenta. Inter apographa Hieronymiana Epternacense vetustissimum sic habet : *Bethleem Juda, natalis Infantum* ; alia paulo uberius : *Bethleem natale sanctorum infantium, et lactantium, qui sub Herode pro Christo passi sunt.* Non video dubitandum esse, quin pro *lactantium*, legendum plane sit *lactentium*, ut est in Hieronymiano Corbeiensi, quamvis priorem lectionem secutus sit Rabanus ; ad quæ scrupulosior videtur Florentinii observatio, dum matres infantibus ferme conjungi posse insinuat. Beda clare et nitide : *Natalis sanctorum martyrum Innocentium.* Flori elogium non magni momenti est. Romanum parvum solito stylo : *Bethleem, sanctorum Innocentium.* Ado paucula subjunxit, quæ in Auctariis descripta inferius dabimus. Usuardus vel ex perpetuo ductore Viennensi Martyrologo, vel ex Hieronymianis ipsis seligere potuit, quæ phrasi suæ magis convenire existimavit. Exstat apud Surium de Infantibus oratio, quæ cum aliis sanctorum Patrum encomiis, in majori Opere poterit illustrari. Sic primos illos Christi Martyrum flosculos cecinit Wandelbertus :

Uberibus matrum rapuit quos dura cupido
Regnandique sitis, Christum dum perdere natum
Herodes cupit, Infantes quinto veneramur.

Eutychii et Domitiani.

Eutychius et *Domitianus* martyres sunt solo ferme nomine et conditione, atque in solis Hieronymianis exemplaribus noti, unde ab Usuardo certissime translati sunt. Corrigenda est Lucensis codicis luxata commemoratio ex Epternacensi et Corbeiensi, distincte scribentibus, ut est in textu nostro : *Ancira Galatiæ, Eutici presbyteri, Domitiani diaconi.* Dixi supra in Variantibus me legere *Eutychii*, ut nitidiori orthographiæ cum Baronio me conformem.

AUCTARIA.

De Innocentibus.

PULSANEN. Qui Usuardinos textus plerumque abbreviare solitus est, hic denuo ex Adone nonnulla descripsit, quæ ad Nostrum prorsus non spectant. Sic post *Innocentium*, subtexuit : *Quos Herodes, cum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, trigesimo sexto* (in Adone est *trigesimo quinto*) *anno regni sui interfici jussit. Qui anno trigesimo sexto, morbo intercutiano, scatentibus toto corpore vermibus, miserabiliter et digne moritur.* Vide fontem ipsum paulo puriorem. Ultima annuntiatio in hoc codice prætermittitur.

Victoris et soc.

MUNERAT. Textui superaddit : *In Affrica, natale sanctorum Victoris, Castoris, et Rogaciani.* Accepti sunt ex Hieronymianis, et hoc vel alio ordine, etiam ab aliis referuntur.

Castoris et soc.

BELIN. Ordinem tantillum immutat, et cum eo conveniunt ANTVERP-MAX. aliique omnes mediæ notæ codices, sic legentes : *In Affrica, natale sanctorum Castoris, Victoris et Rogatiani.*

De Innocentibus.

CENTULEN. A puritate rursus deficit : *Bethleem, natalis sanctorum Innocentum, quos Herodes, cum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, anno regni sui trigesimo quinto interfici jussit, inter quos, duos proprios filios enecavit.* De Eutychio et Domitiano, nihil.

De Innocentibus.

BRUXELLEN. Sic habet : *In Bethleem Judæ, natale sanctorum Innocentum. Quos Herodes rex cognita a Magis Christi nativitate, interfici jussit ; quique postea morbo intercutis aquæ, scatentibus toto corpore vermibus, ut dignum erat, miserabiliter mortuus est. In Affrica, natale sanctorum Castoris,*

Castoris et soc.

Victoris et Rogatiani. In sanctis ultimis Eutychio et Domitiano satis purus est.

De Innocentibus.

HAGENOYEN. Notissima est quæstio de numero martyrum Innocentium, quem Græci, nullo fundamento, ad quatuordecim millia extendunt. Audi modo, quid hujus codicis auctor comminiscatur : *Apud Bethlehem Judæ, natale beatorum Innocentum martyrum, quorum numerus est centies mille et quadraginta quatuor millia. Ysti ab Herode impio rege Aschalonita, alienigena, occisi sunt, qui nulli umquam nocuerunt. Sed quia tunc temporis fuerunt, quando natus Christus Dominus a pluribus vaticinatus est, ut Christum in eis* [illegible]

terfecit, et ideo vice Christi eos celebrat Ecclesia. *Mulla de Zosimo PP.* *Romæ, natale Zozimi Papæ. Hic fuit natione Græcus, et sedit annis duobus et mensibus octo. Hic constituit cereum benedici in sabbato sancto Paschæ, et ut servus ullo* (opinor *nullo*) *modo clericus efficeretur, et ut nullus clericus in publico potum venderet. Item constituit, ut dyaconus in ecclesia Evangelium legat, et quod homines stare debeant in Evangelio, et cum magna reverentia audire. Item in Missa Christianus aliquid Deo offerat. Et sepultus est in Vaticano.* In secunda satis purus est. *Castoris, etc.* In fine addit de Castore et sociis, ut supra.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. Totus textus de more contrahitur : *Sanctorum Innocentium. Eutychii presbyteri et Domitiani diaconi.*

VATICAN. signatus num. 5949. deficit in tota annuntiatione secunda.

EDITIO LUBECO-COL. *Apud Bethleem Judæ, natale sanctorum Innocentum, quos Herodes Ascalonita, cum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, omnes a bimatu et infra interfici jussit, sicut Euangelica pandit historia.* *De Innocentibus.* Pura est in Ancyranis. In fine autem subdit : *In Africa, natale sanctorum Castoris*, etc. *Castoris, etc.*

Eorumdem GREVEN. *In Africa; sanctorum Castorii, Victoris, Rogatiani. Item secundum Cathalogum hic. Alphegi Cantuariensis episcopi et martyris.* *Alfegi.* *Qui juxta alios habetur supra, decimo septimo Kalendas Maii.* Vult dicere, XIII *Kalendas.* Pergit : *Translatio sancti Joannis Papæ et martyris, de Ravenna Romam.* *Translationis Joannis Papæ.* *Eodem die, sanctorum Euthicii et Florentii monachorum et confessorum. Quorum Eutycius, ut inquit Gregorius 3 Dialogorum, in spirituali zelo atque in fervore virtutum se exercuerat, multorumque animas ad Deum perducere exhortando satagebat. Florentius simplicitati atque orationi deditam vitam ducebat. Ambo vero miraculorum gloria illustres, in Domino quieverunt.* *Eutichii et Florentii.* Vide Gregorii narrationem apud Surium. Sequitur : *Theodoræ, matronæ Romanæ.* *Theodoræ.*

MOLAN. De Innocentibus, post *interfecti sunt*, ex Adone textui aliis litteris inserit : *trigesimo quinto anno regni sui; qui anno trigesimo sexto morbo intercutis aquæ et scatentibus toto corpore vermibus miserabiliter et digne moritur.* *De Innocentibus.* In fine : *In Aphrica, natale sanctorum Castoris, Victoris et Rogatiani.* *Castoris, etc.* De Eutychio et Florentio, GREVENI verba, quæ superius retulimus, descripsit. Editiones posteriores cum hac priori in omnibus plane conveniunt.

IV *Kal.* — *Die* 29.

David. *Trophimi.* *Ebrulfi.*

Hierosolimis, David regis. Apud Arelatem, natalis sancti Trophimi, cujus meminit Paulus scribens ad Timotheum, qui ab eodem Apostolo episcopus ordinatus, præfatæ urbi primus, ob Christi Evangelium prædicandum, directus est. Ex cujus fonte, ut Papa Zosimus scribit, tota Gallia fidei rivulos accepit. In pago Oximensi, sancti Ebrulfi confessoris.

Sola et unica ex omni parte pura est *Molani editio.*

De codicibus non puris. VARIA LECTIO. Hæc duo dumtaxat in Molano displicent : quod pro *Trophimi*, scribat *Trophini*, et *Ebrulphi* pro *Ebrulfi*. Nunc ostendendæ capitales Variationes, ob quas tot codices e purorum numero fuerint excludendi. Prætensum Pratense autographum cum duobus consuetis sociis Antverp-Maj. et Rosweyd. quibus sæpe, et hic tertius Aquicinctinus accedit, a reliquis omnibus in eo discordat, quod textui in fine adjiciat : *Item Hierosolimis, sanctæ Melaniæ, Deo sacratæ,* de qua nulli prorsus alii codices hoc die meminere, excepto uno unico Greveni auctario. Codex Heriniensis purissimus esset, nisi secundo loco proprium Remense interjiceret : *Relatio preciosissimi corporis, a civitate Remorum, beati Remigii.* Ceteri fere omnes agunt de Thoma Cantuariensi, ut ordine suo in Auctariis demonstrabimus. Notat Castellanus, in præfato Pratensi codice sub finem præterea adjici : *Et S. Th. Cantuar.* Sed manu Gothica, inquit, ubi Melania Carlovingiaco charactere adscribitur, quo totum codicem exaratum sæpe testatus est.

David. OBSERVATIO. Liceat hic sub operis finem verbo repetere, quod non semel supra manifeste ostendimus, unum nempe e singularibus Romani parvi characteribus esse, quod præter ceteros Martyrologos, plures e veteri Testamento patriarchas et prophetas, Christianis sacris insertos, repræsentet. *Rex David* nec ab ullo Hieronymiano, nec a Beda aut ejus sequacibus Floro et Rabano, signatus reperitur, sed primum ab auctore parvi illius Martyrologii, his verbis : *David regis.* Hæc Ado simpliciter transcripsit, Noster auxit sola præmissa positione, sed neglecto elogio, quod tamen aliis hujusmodi Sanctis sæpe applicare non prætermisit. Patuit id clarissime locis pluribus, ut vide VI Julii, VI Septembris, sæpius alibi, ac recentissime XVI Decembris. Utrum Wandelbertus Romanum parvum viderit, utrum ambo antiquiorem fontem consuluerint, utut evolvere studiose conatus fuerim, fateor hactenus incertum esse. Interim utrumque Sanctum hoc die a laudato auctore Romani parvi celebratum, sic versibus suis honoravit poeta Martyrologus :

Vates rexque pius, divinæ et stirpis origo
Insignit quartum David sermone fideque.
Urbsque Arelas, Trophimo gaudens pastore, coruscat.

Trophimi. Est igitur annuntiatio nostra secunda a Romano parvo sic primum quoque posita : *Et Trophimi episcopi, discipuli Apostolorum.* Frequentius supra recurrerunt sancti illi Apostoli, seu Apostolorum discipuli.

discipuli, ex novo Testamento educti, parvo huic Martyrologio, non minus quam patriarchæ et prophetæ, omnino proprii; nec dubium videtur, quin hic vere designetur *Trophimus* ille, cujus nomen est Act. cap. 20 ✠ 4, et rursus cap. 21 ✠ 29; quemque Apostolus 2 ad Tim. cap. 4 ✠ 20, testatur se *infirmum reliquisse Mileti*. Cur isti *episcopi* dignitatem adscribat auctor noster, non satis equidem perspicio, nisi et ipse in ea opinione fuerit, quam primus in Martyrologia apertius invexit Ado, dum inter Festivitates Apostolorum, hoc Trophimo encomium aptavit, quod subinde ab Usuardo integre adoptatum, in recentiora omnia, atque adeo et in Romanum transfusum est. Vides hic denuo recurrere quæstionem, quæ sæpius alibi, et notanter XVIII Decembris versanda nuper fuit, de primis Evangelii prædicatoribus, adeoque episcopis, a Sede Apostolica in Gallias directis, a qua ferme et hujus articuli pendet solutio; utrum nempe *Trophimus Arelatensis*, cum Pauli Apostoli discipulo sit confundendus. Scio Baronium in hodierna Notatione, manifestissimi erroris arguere Turonensem Gregorium, quod *temporibus Decii imperatoris* Trophimum *in Gallias missum affirmet*. At enim tot habet eruditissimos patronos, tot solidis argumentis firmatur Gregorii narratio, ut eminentissimi Annalistæ sententiæ non ausim subscribere. Hic locus non est, momenta rationum aut referendi aut expendendi; videat curiosus lector scriptores, XVIII hujus citatos, ac de Trophimo seorsim disputantem Tillemontium tomo 4 a pag. 703. Nihil hic interim in hac Trophimi controversia a nobis pro alterutra parte determinatum, donec res tota accuratius in Actis examinari possit. — Si falsa est Trophimi, Pauli discipuli, et Arelatensis episcopi identitas, fateri cogimur, errorem istum ab Adone Viennensi præsuli potissimum profluxisse; sed et hoc ipso die error novus, vel saltem inutilis repetitio offertur, dum *Crescentem* ejusdem item Pauli discipulum, hoc die memorat, quem nativis coloribus XXVII Junii depinxerat. *De Crescente Adonis.* Melius Usuardus Crescentem prætermisit, eique e penu proprio *Ebrulfum* abbatem Vitensem substituit, *Ebrulfi.* Adoni Pratensi, toties supra refutato, a Mabilione perperam adscriptum. Vide hunc, seculo I Benedictino a pag. 354 Acta Ebrulfi integritati restituentem, quæ apud Surium in compendium redacta fuerant. De Sancti translatione agit laudatus Mabilio seculo 5 Benedictino a pag. 226.

Melaniæ. *Melaniam* codicibus Usuardinis adjectitiam esse, superius abunde probavimus; estque ex dictis omnibus patentissima toties nostri laterculi germana simplicitas.

AUCTARIA.

De codicibus PRATEN. et HERINIEN. dictum est in Variantibus. In postremo ad infimam codicis oram recentiori manu adscribitur Thomas Cantuariensis, ut habet GREVENUS, infra. *Thomæ.*

TORNACEN. Secundo loco inserit : *In Anglia, civitate Cantuaria, passio beati Thomæ martyris, ejusdem civitatis archiepiscopi, qui pro justiciæ defensione, a ministris regis Angliæ crudeliter occisus est.* Cetera pura sunt. *Ejusdem.*

ANTVERP-MAJ. Incipit : *Hierosolymis, David magni regis.* Pro *Ebrulfi* scribit *Brulli.* In Melania, convenit cum PRATENSI, etc. *Melaniæ* In fine : *Civitate Cantuaria, sancti Thomæ archiepiscopi et martyris, qui ob defensionem justiciæ, in ecclesia sedis suæ gladio percussus, migravit ad Christum.* *Thomæ.*

ROSWEYD. De Davide addit, *magni regis et prophetæ.* Habet de Malania, ut priores socii. *Melaniæ.* Et in fine : *Romæ, Felicis.* Ex Hieronymianis. *Felicis.*

PULSANEN. Sic scribit : *Depositio David.* Post *Trophimi episcopi,* Adoniane : *de quo scribit Apostolus ad Timotheum : Trofimum autem reliqui infirmum Mileti.* Desunt reliqua, et in margine, alia manu adscribitur : *Apud Cantuariam, sancti Thomæ episcopi et martyris.* *Thomæ* Plura in codicibus aliis.

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. In fine: *In Britannis, civitate Cantuaria, sancti Thomæ episcopi et martyris, qui ob defensionem justiciæ, in basilica sedis suæ, gladio percussus migravit ad Christum.* *De eodem*

MUNERAT. In textu satis purus subdit : *Apud Cantuariam, passio sancti Thomæ episcopi, infra septa ecclesiæ suæ a carnificibus, pro causa ipsius Ecclesiæ, crudeliter trucidati. Apud Bituricam Aquitaniæ primatam* (an *primatem?*) *depositio beatissimi Ursini confessoris, primi Bituricensium archiepiscopi, a beato Clemente ad prædicandam Christi fidem illuc transmissi. Hunc tradunt hystoriæ a Domino Natanael appellatum, et in cœna illius, quando pro mundi redemptione statim passurus erat, lectoris usum officio.* *De eodem* *Ursini*

BELIN. Primo loco : *In Anglia, civitate Cantuariensi, sancti Thomæ archiepiscopi et martyris, qui ob defensionem justitiæ, in basilica sua gladio percussus, migravit ad Christum.* *Thomæ.* Tum : *David regis et prophetæ.* Multa male impressa sunt.

GREVEN. Mirum est potuisse ab hoc Thomam Cantuariensem Usuardo adscribi, et quidem absque solito signo L. *Ejusdem.* Utitur eadem phrasi, qua ANTVERP. et soliti superius socii, nisi quod interserat, *feliciter*, ante, *migravit ad Christum.*

ANTVERP-MAX. ULTRAJECT. LEYDEN. et LOVANIEN. Secundo loco de Thoma Cantuariensi, iisdem etiam verbis, quibus ANTVERPIENSIS, etc., supra sed pro *ad Christum*, legunt *ad Dominum.* *Ejusdem.*

ALBERG. et DANIC. Idem habent, sed primo loco; David autem, secundo. *Ejusdem*

CENTULEN. *Jerosolimis, depositio David regis. Arelato, sancti Trophymi episcopi et confessoris, quem beatus Paulus Apostolus ordinavit, et eidem civitati destinavit. In pago Oximense, sancti Ebrulfi abbatis. Ipso die, passio Thomæ Cantuariensis archiepiscopi.* *Thomæ.* Alii pluribus.

BRUXELLEN. *Jerosolimis, depositio David regis et prophetæ.* De Trophimo, satis pure. De Thoma Cantuariensi, ut ANTVERP. et alii supra. *Ejusdem* Tum pergit : *Romæ, ordinatio sanctorum Felicis et Bonifacii episcoporum.* *Felicis, etc.* *In pago Axoniensi, Ortico monasterio, depositio sancti Ebrulfi confessoris, cujus gesta habentur. In Affrica, sanctorum Crescenti et Libosi episcoporum.* *Crescenti, et Libosi.* *Apud Bituricas, sancti Ursini episcopi et confessoris.* *Ursini.*

HAGENOYEN. Primo loco totius vitæ Davidicæ compendium exhibet, modo et stylo suo; sed hæc ex sacris Litteris melius depromentur. In Trophimo satis purus est. Sequitur longa historia de Thoma, quam non vacat describere. *Thomæ.*

AQUICINCT.

AQUICINCT. In fine habet de Melania, cum PRATENSI, etc., ut dictum est in Variantibus. Insuper adjungit : *Cantuariæ, passio sancti Thomæ, ejusdem civitatis archiepiscopi et martyris.* *(Thomæ.)*

VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. In fine : *Eodem die Bituricas, sancti Ursini episcopi et confessoris.* *(Ursini.)*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Thomæ episcopi et martyris. Ebrulphi confessoris. Trophimi episcopi. David regis Israel.* *(Thomæ.)*

DIVIONEN. S. Benigni. *Ipso die, sancti Alberti abbatis, cujus vita multis refulsit miraculis.* A Castellano dicitur abbas *Gembrunensis.* *(Alberti.)*

In VATICAN. sub num. 5949. Nihil de David et Ebrulfo. Adjicitur autem : *Ravennæ, sancti Barbatiani presbyteri et confessoris.* In Romano ponitur XXXI Decembris. *(Barbatiani.)*

FLORENTIN. *Item sancti Florentii episcopi civitatis Haroisæ*, vel *Auroisæ, et confessoris.* Puto indicari Florentium Arausionensem, de quo cum Usuardo egimus XVII Octobris. Notat Castellanus, honorari Florentiolæ. Forte hic recolitur elevatio, translatio, aut aliquid simile. Pergunt dicti codices : *Compostellæ, translatio sancti Jacobi Apostoli, ut patet ex ejus legenda. Romæ, sancti Felicis episcopi.* Tum solus STROZZIANUS : *Item festum Raphael archangeli.* *(Florentii. — Translationis Jacobi Apostoli. Felicis. — Raphaelis archangeli.)*

BURDEGALEN. Festum peculiare habet : *Translatio sancti Renati episcopi.* Vide Castellanum in indice ad *Renat* et *Rene.* *(Translationis Renati.)*

EDITIO LUBECO-COL. *Jerosolymis, sancti David regis prophetæ.* In Trophimo, satis pura est. Tum : *In Britanniis, civitate Cantuaria, natale sancti Thomæ episcopi et martyris, sub Henrico rege Anglorum, cui ob defensionem justitiæ, in basilica sedis suæ, gladio sacram coronam abscindunt, cerebrum effusum cum sanguine crudeliter spargunt, et tali martyrio anima migravit ad Dominum.* De Ebrulfo, addit, *abbatis.* Demum : *Romæ, sanctorum Bonifacii episcopi et Felicis confessorum.* *(De Thoma. — Bonifacii et Felicis.)*

GREVEN. *In Aphrica, Libosi episcopi. Ipso die, secundum Adonem, Crescentis, Apostoli Pauli discipuli, Viennensis ecclesiæ doctoris primi. Usuardus eum habet quinto Kalendas Julii.* Sed et ipso illo die Crescentem signat Ado, ut in Observatione notavimus. *Romæ, Bonifacii episcopi et Felicis confessorum. Helduardi episcopi et confessoris. Item David heremitæ, de quo in vitas Patrum legitur, quod ex latrone probatissimus monachus factus sit. Item commemoratio sanctorum Jesse, patris David, et Nathan prophetæ. Eodem die, sanctæ Melaniæ, matronæ Romanæ, Jherosolymis Deo sacratæ.* *(Libosi. Crescentis. — Bonifacii et Felicis. Helduardi. David eremitæ. — Jesse et Nathan. — Melaniæ.)*

MOLAN. In fine de Ebrulfo adjicit : *Cujus gesta habentur. In Anglia, civitate Cantuaria, sancti Thomæ archiepiscopi*, etc., ex BELINO. Editiones posteriores litteris Italicis secundo loco agunt de Thoma Cantuariensi, etiam ex BELINO. In fine idem addunt de Ebrulfo. *Cujus gesta habentur.* Deinde : *Item natalis beati Hildevuardi, Tullensis episcopi.* Est patronus oppidi Teneramundani, de quo vide Castellanum. Denique minoribus typis e solito Græco fonte : *Eodem die, sancti patris Marcelli archimandritæ monasterii Non dormientium.* Vulgo noti sunt monachi illius monasterii sub nomine *Acœmetarum.* *(De Ebrulfo. — Thomæ. — Hilduardi. — Marcelli.)*

III *Kal.* — *Die* 30.

(Sabini et aliorum.)

Apud Spoletum, natalis beati Sabini episcopi, Exuperantii et Marcelli diaconorum, et Venustiani cum uxore et filiis, sub Maximiano imperatore. Ex quibus Marcellus et Exuperantius primo equuleo suspensi, dein fustibus graviter macerati, post ungulis abrasi, et laterum adustione assati, martyrium compleverunt; Venustianus autem non multo post, una cum uxore et filiis, gladio necatus; sanctus vero Sabinus post manuum detruncationem et diutinam carceris religationem, ad mortem usque cæsus est. Horum itaque martyrium, licet diverso extiterit tempore, una tamen recolitur die. Alexandriæ, sancti Mansueti martyris, cum aliis decem. *(Mansueti et soc. 10.)*

Ita *Praten. Hermen. Tornacen. Greven.* et *Molan.*

VARIA LECTIO. Vix aliquid inter citatos pro textu codices notatu dignum occurrit. *Exsuperantii* scribit Romanum parvum, Ado *Exuperantii;* major pars Adonem sequitur, et sic in textu servatum. *Relegationem* legunt Munerat. et Grevenus; *religationem* habent ceteri, idque ad sensus exigentiam magis videtur accedere, quamvis neutrum satis claram constructionem reddat, quam in Molano minus etiam invenies per *carceris relevationem.*

(Sabini et aliorum.)

OBSERVATIO. In sola serie nostra noti sunt Martyres, prima textus commemoratione laudati. Romanum parvum ceterorum antesignanus præivit hoc modo : *Apud Spoletum, Sabini episcopi, Exsuperantii et Marcelli, et Venustiani cum uxore et filiis, qui passi* VII *Idus Decembris, festivitatem sepulturæ habent* III *Kalend. Januarii.* Hæc ita compendiose relata, cum vulgatis Actis non omnino concordant. Vidit ipsa, procul dubio, Martyrologus Viennensis, unde elogium paulo distinctius magisque diffusum extraxit, necdum tamen ita accuratum, ut omnia, quæ controverti possunt, satis clare explicet. Usuardus longiorem Adonis orationem in elegantem epitomen redigens, nonnulla studiose vitavit, quæ in aliis pariunt difficultates, non male a Castellano in apposita notula explanatas. Constat, non una, nec omnino conformia, præfatorum Martyrum Acta edita esse. Dubitari non potest, quin ipsa manuscripta habuerit Baronius, cum in Annalibus ad annum CCCI num. 18 *sincerissima* prædicet, *quæque ad verbum sint merito recensenda : utinam*, inquiens, *sicut fidelia, ita in om-*

nibus

nibus integra reperissemus, et eo quo sunt cœpta candore, pariter absoluta! Pleniora, et forte sinceriora vulgavit V. C. Stephanus Baluzius tomo 2 Miscell. a pag. 47, alibi a nobis laudatus; in Notis pag. 465 indubitanter asserens, *sincerissima et optima* esse, *et digna quæ veniant in manus hominum eruditorum.* Spoleto non recte a Martyrologis nostris Sanctos hos omnes attribui, ex Actis ipsis manifestum est; neque ex iisdem satis eruitur, cujus urbis antistes fuerit, qui ut ceterorum primipilus ponitur *Sabinus* seu *Savinus episcopus*, tametsi ultro fateamur, Spoleti martyrio coronatum esse. De Venustiano agens Papebrochius, die quo a Tudertinis colitur, xviii Aprilis, nonnulla in vulgatis pridem Actis reperit, quæ diversa a Baronio via exponenda putavit, ipsorum veritatem nequaquam impugnans. At recentior Tillemontius, nec Baluzianis Actis acquiescit, tomo 5 pag. 603 et 604, plura accumulans, quibus eorum fidem labefactare conatur. Non diffitebor, occurrere aliqua, quæ criticum lectorem merito remorentur; sed quis nesciat, Acta etiam aurea nævis hinc inde non carere præsertim in nominibus propriis, quandoque contortis, aut, cum in antiquis membranis erasa fuerint, male suppositis. Certe tot simplicis sinceritatis radii, inter obscuriores nubeculas in oculos incurrunt, ut laudata Acta a Tillemontii censura, per nos vel successores nostros aliquando vindicatum iri, non diffidam, quidquid ab iis abhorruisse videatur Ruinartius, cujus instituti erat, ea sola Acta proferre, quæ nec a Dodwello, nec a quovis hæretico, quantumvis pertinaci, in dubium revocari possent. — Adoni perperam olim adscripta erat sequens annuntiatio: *Item in insula Oya, sanctorum Florentii, Sereni, Pauli, Stephani, Papiani et Cleti*, a Mosandro per asteriscum distincta, a Rosweydo in appendicem rejecta. *Mansueti et soc.* Item ex viii Aprilis frustra repetitus *Perpetuus Turonensis.* Male connexos cum Florentio in Oya insula socios, Alexandriam reducit, et Mansueto conjugit Florentinius, in Epternacensi reperiens novem, in Corbeiensi undecim, ubi in Lucensi decem apponebantur, toti seriei perperam immixto Florentio. Qualem codicem Hieronymiensem secutus sit Usuardus, facile conjicis; Lucensi similem præ oculis habuisse, non dubito, ex eoque Mansuetum nominatim excerpsisse, sociis aliis decem relictis anonymis. An Wandelbertus Mansuetum et Florentium consodales crediderit, nescio; saltem utrumque sic hodierno suo unico versiculo combinavit:

Mansuetus ternum, simul et Florentius ornant.

AUCTARIA.

Translationis Jacobi. ANTVERP-MAJ. Incipit: *Translatio sancti Jacobi Apostoli.* In reliquo Usuardino textu purus est.

ROSWEYD. Non satis distincti sunt hodiernus et crastinus laterculus; ceterum hoc die textui satis puro superaddidit: *Oia insula, sancti Florentis.* *Florentii.* Ex Hieronymianis codicibus acceptus videtur. *Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris.* *Perpetui.* Hic clare in iisdem Hieronymianis exprimitur, a nostris signatus viii Aprilis. Rabanus priores codices sequitur.

PULSANEN. Textum alium substituit: *Turonis, natalis sancti Perpetui episcopi et confessoris.* *Perpetui.* Tum ex die sequenti: *Apud Senones, beatorum martyrum Sabiniani episcopi et Potentiani.* *Sabiniani et Potentiani.* *Qui a beatis Apostolis ad prædicandum directi, præfatam urbem martyrii sui confessione illustrem fecerunt.*

ANTVERP. MAX-LUBEC. et UGHELLIAN. Textui puro subdunt: *Romæ, Felicis episcopi.* *Felicis.* *Turonis, sancti Perpetui episcopi.* *Perpetui.*

ANTVERP-MAX. cum omnibus mediæ notæ codicibus, in prima purus est, sed secundam plane prætermittit. In fine autem additur: *Romæ, sancti Felicis episcopi.* *Felicis.* Solus ALBERG. supra ceteros adjungit: *Turonis, Perpetui episcopi et confessoris.* *Perpetui.* *Qui plurium extitit fundator ecclesiarum.*

CENTULEN. *Apud Spoletum, sancti Sabini, episcopi, Exuperantii, Marcelli diaconorum, et Venustiani cum uxore et filiis, sub Maximiano imperatore passorum. Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris.* *Perpetui.*

BRUXELLEN. Incipit: *Oia insula, natale sanctorum Florencii, Sereni, Pauli, Stephani, Papiani et Cleti.* *Florentii et soc.* *In Alexandria, natale sanctorum Mansueti, Securi, Donati, Honorii, Poleditti, et Appiani.* *Mansueti et soc.* Vide Hieronymiana, et ibi Florentinium, martyres illos ad propriam classem reducentem. In prima annuntiatione de Spoletinis martyribus modice interpolatus est. In fine: *Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris. Qui plurium fundator extitit ecclesiarum.* *Perpetui.*

HAGENOYEN. In prima annuntiatione satis purus est, secundum sic format: *Alexandriæ, passio sancti Mansweti episcopi et martyris, cum aliis decem.* *Mansueti episcopi.* Sequitur ex die præcedenti: *In pago Oximensi, natalis sancti Ebrulsi confessoris.* *Ebrulfi.* *Ipso die, natalis sancti Leporii episcopi et martyris.* *Leporii.* *Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris.* *Perpetui.*

AQUICINCT. Pro *Marcelli*, scribit *Marcellini.* In fine addit: *Romæ, Felicis episcopi.* *Felicis.* *Turonis, Perpetui episcopi et confessoris, qui exstitit fundator ecclesiarum.* *Perpetui.* Alii supra addunt *plurium.* Additamenta eadem et eodem modo habent codices VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num. 130. *Eorumdem.*

DAVERONEN. *Turonis, sancti Perpetui episcopi, qui beati Martini basilicam miro opere fabricavit.* *Perpetui.*

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Perpetui episcopi.* *Ejusdem.* *Sabini episcopi et martyris cum sociis.* De his jam egit supra xv Januarii. *Mansueti, cum aliis decem martyribus.*

CODEX D. LE MARE signatus A. *Francovei, confessoris atque Pontificis ecclesiæ Senonensis, translatio, a basilica sanctæ Columbæ in monasterium sancti Symphoriani.* *De Francoveo.* *Oya insula, depositio sancti Florentii.* *Florentii.*

CODEX D. DU CHEVAL. signatus C. *Turonis, sancti Perpetui*, etc., ut AQUICINCTINUS, etc. *Perpetui.*

VATICAN. sub. num. 5949. Deest annuntiatio prima. Ad *Mansueti* autem adduntur sequentes socii, qui etiam in Romano habentur: *Severi, Appiani, Donati, Honorii.* *Severi, etc.*

ALTEMPS. *Apud Evesham, sancti Egwini episcopi et confessoris.* *Egwini.* Vide Martyrologium Castellani.

JURENSIS. Habet, ut plures alii codices referunt supra: *In Oya insula, sancti Florentii.* *Florentii.*

REMENS. SS. Tim. et Apoll. *Suessionis, translatio corporis sancti Onesimi episcopi et confessoris.* *De Onesimo.* *Remis, translatio sanctorum martyrum Timothei et* *Timothei et Apollinaris.*

Apollinaris

Apollinaris (et) *sociorum eorum*, recentiori manu.

Felicis. Alberti. Perpetui. Translationis Jacobi.

Editio Lubeco-Col. Prima satis pura est. Tum : *Romæ, sancti Felicis episcopi et confessoris.* Sequitur de Mansueto, pure. Deinde : *Dolensi cœnobio, sancti Alberti abbatis. Turonis, Perpetui episcopi et confessoris. Qui plurium*, etc. *Eodem die, translatio sancti Jacobi Apostoli, fratris beati Johannis Evangelistæ.*

Felicis. Perpetui.

Belin. In fine : *Romæ, sancti Felicis episcopi. Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris.*

Liberalis cum elogio. Florentii et soc. Securi et soc. Perpetui. Felicis PP. Alberti. Translationis Jacobi.

Greven. *In Apulia, sancti Liberalis episcopi Cannensis et martyris. Qui patre senatore progenitus, sancto cuinam episcopo litteris imbuendus commissus, ab eodem præfatæ ecclesiæ in episcopum ordinatus est.* Puto indicari *Rugerium* vel *Rogerium*, de quo vide Castellanum. Sic procedit elogium : *Cumque injunctum sollerter exequeretur officium, etiam ad martyrii palmam (lectum æneum, craticulam igne supposito, sartaginam oleo ferventi et adipe plenam, furnumque nil læsus superans) una cum Cerbero præfecto, qui in ejus confessione credidit, et matre sua Euanthia capitis obtruncatione pervenire meruit. In Oia insula, sanctorum Florentii, Sereni, Pauli, Stephani, Papiani, Cleti. Item Alexandriæ, sanctorum Securi, Donati, Honorii, Poleclyti, Appiani, sociorum sancti Mansueti.* Jam dixi de hisce videndas Florentinii observationes. *Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris. Quem Usuardus habet* vi *Idus Aprilis. Secundum Cathalogum, Romæ, Felicis Papæ III (secundum alios IV) et confessoris. Item cœnobio Dolensi, sancti Alberti abbatis. Eodem die, translatio sancti Jacobi Majoris Apostoli.*

Felicis. Perpetui. Florentii. Eugenii. Anysiæ. Zotici. Adventus Jacobi. Adventus Winoci.

Molan. *Romæ, sancti Felicis episcopi. Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris. Qui plurium*, etc. *Ipso die, Florentii confessoris.* Posteriores editiones sic habent : *Mediolani, Eugenii archiepiscopi. Die trigesima, sanctæ martyris Anysiæ. Et Zotici presbyteri, orphanorum altoris.* De Felice, ut supra. Tum : *Compostellæ in Gallecia, adventus corporis sancti Jacobi Apostoli, qui quod viva voce non potuit, cadavere trunco, Christianam pietatem mentibus Hispanorum ingessit. Ipso die, adventus corporis sancti Vuinnoci in Bergas, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo, Indictione tertia.* Vide vi Novembris.

Pridie Kal. *Die* 31.

Silvestri. Sabiniani et Potentiani. Columbæ. Hermetis.

Romæ, natalis sancti Silvestri Papæ, cujus actus clari habentur. Apud Senones, beatorum Sabiniani episcopi et Potentiani, qui a Pontifice Romano ad prædicandum directi, eamdem metropolim martyrii sui confessione illustrem fecerunt. Et in eadem urbe, sanctæ Columbæ virginis ; quæ superato igne, gladio cæsa est. Retiariæ, sancti Hermetis exorcistæ.

Plane puri sunt : *Herinien. Tornacen. Antverp.* et *Max-Lubec. Munerat. prima Belini editio, Greven.* et *Molan.*

De Pratensi et aliis codicibus.

Varia lectio. Dixi, citatos codices plane puros esse, quo satis indico, alios proxime puros, ad puritatem tamen omnimodam non accedere. Tales sunt Praten. Antverp-Maj. et Rosweyd. in eo excedentes, quod de Columba, post *cæsa est*, addant, *jussu Aureliani principis*, quæ verba nec Adoniana, nec proinde Usuardina, ex Bedæ Martyrologio in citatos codices, uti et in Aquicinctinum traducta existimo ; certe ex omnibus aliis probatioribus codicibus satis patet, ad textum hodiernum referenda non esse. Ceteræ codicum pro textu citatorum variationes perexiguæ sunt, et tantum fere scriptoria sphalmata, ut *Sylvestri, Saviniani, aput, eandem, Pontiani* in Molano, pro *Potentiani, Reciariæ, Reuariæ*, etc. Grevenus et Molanus transponunt vocabula in, *sanctæ virginis Columbæ*.

Silvestri.

Observatio. Prima et vetustissima gloriosi Pontificis Silvestri memoria, clarissime exprimitur in sæpe a nobis laudato Bucherii Kalendario : *Pridie Kal. Jan. Sylvestri in Priscillæ.* Subscribunt reliqua omnia, quæ supersunt, monumenta sacra ecclesiastica. Ut ad nostra propius accedamus, memoratur in omnibus Hieronymianis apographis : *Depositio sancti Silvestri episcopi.* Eadem verba sunt in Beda, eadem in Rabano, qui solum addidit, *et confessoris.* Quæ Floro tribuuntur, hic observanda non sunt. Seriei nostræ ductor Romanum parvum, sic habet : *Romæ, Silvestri Papæ et confessoris.* Tale est Adonis elogium ex Pontificalibus desumptum, ut fatendum sit, vel famosa Acta, Gelasii tempore nota, ipsum non vidisse, vel, præter morem, studiose ea evitasse, quæ cum historica veritate conciliari non posse adverterat. Noster ex Adone nihil accepisse videtur, solum indicans, *claros* ejus *Actus haberi*, quos non omnimode probasse, ex jejuniori ejus oratione facile colligitur. Habemus præclarissimum Sanctum, primumque pacificatæ a Constantino Ecclesiæ Pontificem, magnis rebus gestis et sanctitate venerandum : utinam tam vera esset ejus historia, tot scriptis ultro citroque agitata, et non ita pridem post multos alios eruditos viros a Papebrochio et Janningo pro non exigua parte, falsi convicta ; quæ est hodie litteratorum ferme omnium receptissima opinio, nihil proficiente conatu Combefisii dum inter Lectos triumphos novi aliquid se produxisse existimat. Versor in re, hoc tempore pervulgata, de qua vide Apologiam præliminarem ante tomum i Junii a pag. 16, et Responsiones ad articulum 2 et 3. Observatu plane dignum est, quod

inter

inter omnes antiquos Martyrologos nullus historiam baptismi Constantini attigerit præter solum Wandelbertum, cujus hoc est metricum de sancto Silvestro elogium :

Sylvester pridie Romanam Papa per urbem
Lætantes populos votis sibi subdit amicis,
Pontificum primus tranquillam cernere pacem
Qui meruit, dominosque orbis purgare lavacro.

Sabiniani et Potentiani.

Sabinianus et *Potentianus* nec in Hieronymianis, nec in serie Bedæ, nec in Romano parvo noti sunt; signavit eos Ado, sed utrumque modo simplici, cum interim Usuardus primo titulum *Episcopi* adscribat. Rursus in eo differunt, quod Noster scribat : *a Pontifice Romano directos, eamdem metropolim martyrii sui confessione illustrem fecisse*; Ado autem asserat, *ab Apostolis ad prædicandum directos, præfatam urbem*, etc. At missionem illam Apostolicam forte suspectam habuit Usuardus ; certe ex eorum Actis, sive a Mombritio sive a Surio editis, non magis probari videtur, duos illos Sanctos immediatos Apostolorum discipulos fuisse, quam fuerint primi isti Galliarum episcopi, de quibus alibi abunde diximus. Agit de illis Tillemontius in Dionysio Parisiensi, tu vide ejus tomum 4, pag. 727. Multa penes nos inveniuntur documenta Mss. a variis submissa, quæ ad proprium locum examinanda remittimus. A Wandelberto post Columbam celebrantur; metrica elogia inter se contexta infra dabimus. — Porro celeberrima virgo *Columba* apertissime memoratur in codicibus Hieronymianis apud Florentinium : *Senonas*, vel *Senonas civitate, passio sanctæ Columbæ virginis*. Beda plenius : *Et passio sanctæ Columbæ virginis, Senones, sub Aureliano imperatore, quæ superato igne, cæsa est*. Bedam verbatim sequitur Rabanus. Romanum parvum strictius : *Et sanctæ Columbæ virginis*. At elogium nostrum plane Adonianum est, omisso tyranni nomine, quod ex Beda in aliquot Usuardinos codices irrepsisse, supra in Variantibus notavimus. Late patet inclytæ virginis cultus, nec desunt Acta varia, quæ apud nos etiam exstant, tum Mss. tum typis edita, in quibus, ut mitissime dicam sinceritatis notæ desiderantur ; nec quisquam satis digeret oblatum virgini ab Aureliano, Cæsaris filii sui, quem ignorat historia, conjugium. An cetera omnia satis excusari possint, suo loco examinabitur. — *Hermes exorcista* a Nostri ducibus non notatus, pure Usuardinus dici potest, sed ex Hieronymianis eductus, de quo vide Florentinium et Castellani notatiunculam. De Actis aut gestis ejus altum silentium. Hic elogia ultima Wandelberti de Martyribus Senonensibus subjicio, quibus et mensis December et totus annus sacer concluditur :

Columbæ. *Hermetis.*

Virgo Columba, simul palmam virtute perennem,
Percepitque suo Christum comitata cruore.
Cumque Potentiano Sabinianus eodem
Occurrit festo, æqualis ara atque triumpho,
Urbem qui Senonum primi docuere patroni.
Hæc tandem claudunt extremum festa Decembrem.

AUCTARIA.

PRATEN. De ejus et sociorum codicum ANTVERP-MAJORIS, ROSWEYDINI et AQUICINCTINI interpolatione, dictum est supra in Variantibus.

De Silvestro.

PULSANEN. De Silvestro post *habentur*, sic addit : *Hic post beatum Petrum trigesimus quintus, rexit Ecclesiam annos tres, menses decem, dies undecim. Cujus industria synodus præclarissima in toto orbe terrarum, trecentorum decem et octo Patrum, apud Niceam urbem Bithiniæ est celebrata, sub Consulari Constantino Augusto et Licinio, pridie Kal. Januarii. Eodem die, apud Senones, passio sanctæ Columbæ virginis.* Nihil præterea.

De eodem.

ANTVERP-MAJ. Cum sex suis mediæ notæ sociis, tres primas annuntiationes interpolat. In prima, post *Papæ*, inserit : *Qui trigesimus quintus post beatum Petrum Romanam rexit Ecclesiam, et plenus virtutibus obiit in pace, sepultus in cimiterio Priscillæ, via Salaria, cujus*, etc. In secunda, post *Potentiani* : *Qui ex septuaginta duobus Christi discipulis, a Pontifice*, etc. Post *virginis*, in tertia : *Quæ sub Aureliano imperatore.*

De Silvestro.

CENTULEN. *Romæ, sancti Silvestri Papæ et confessoris, cujus vitæ sanctitas, et gestorum nobilitas, in Ecclesia Dei laude perpetua celebratur. Senones, sanctorum Sabini* (Sabiniani), *et Potentiani episcoporum, a beato Petro ibidem transmissorum. In eadem urbe, sancta Columbæ virginis, sub imperatore Aureliano. Retiariæ*, etc.; pure.

De eodem.

BRUXELLEN. *Romæ, sancti Silvestri Papæ; qui plenus virtutibus obiit in pace, et sepultus est in cimiterio Priscillæ, via Salaria. Cujus Actus clari*, etc. *Item Romæ, natale sanctorum Zenonis et Donati.* Hic in Hieronymianis est ; quid si alter pro urbe *Senonis* irrepserit? In Sabiniano et Potentiano similis est ANTVERP-MAX. etc. Sequitur de Columba et Hermete ; sed ultimum codicis folium laceratum est.

Zenonis et Donati.

HAGENOYEN. Tria longa elogia adducit, primum de Sabiniano et Potentiano ; alterum de Columba ; de Silvestro tertium, quæ ex vulgatis Actis contexta sunt, ad quæ malo Lectores remittere, quam hic multis inconcinne dispositis describendis diutius immorari. Annuntiationem ultimam nova positione non recte auxit : *In Recia provincia, civitate Reciariæ, depositio sancti Hermetis exorcistæ.* Castellanus Retiariam in Servia collocat.

De Silvestro.

AQUICINCT. De Silvestro, post *habentur*, adjicit : *Hic constituit chrisma ab episcopo fieri, et ut presbyter baptizaret, et ut laicus nulli clerico crimen audeat inferre, et dalmaticis in ecclesia uti.* In Columba fere convenit cum PRATENSI et duobus aliis ejus sociis supra citatis, addens : *sub Aureliano principe.*

Odilonis.

MATRIC-CARTUS-ULTRAJECT. *Silvestri Papæ et confessoris. Odilonis abbatis.* Vide I et II Januarii. Pergit : *Columbæ virginis et martyris. Sabiniani et Potentiani martyrum.*

In VATICAN. signato num. 5949. Deest annuntiatio ultima, cui hic ex Hieronymianis alia substituitur,

Donatæ, etc. stituitur, nempe: *Item Romæ, sanctarum Donatæ, Paulinæ et Serotinæ.* Vide ibi quomodo formanda sint nomina.

JURENS. Non capio, cur hoc die hic addatur : *In Galliis, natale sancti Elegii confessoris.*

EDITIO LUBECO-COL. De Silvestro multa adjicit, quæ non lubet describere. In Sabiniano et Potentiano, item in Columba similis est codicibus mediæ notæ. De Hermete, addit, *et confessoris.*

BELINI editio altera in fine habet : *Eodem die,* Odilonis. *sancti Odilonis abbatis.*

Saturnini, etc. Hilarii, etc. Barbatiani. GREVEN. *Apud Carthaginem, sanctorum Saturnini et Celestini. Item, sanctorum Hilarii, Donati. Apud Ravennam, sancti Barbatiani presbyteri et confessoris. Qui de Antiochia Romam veniens, cum fama sanctitatis ejus et signorum ubique volaret, Placidia Augusta, una cum filio Valentiniano ipsum invitantes, monasterium sibi construxerunt, ubi in sanctis operibus cursum vitæ suæ explens, quievit in pace. Est in Romano martyrologio.*

MOLAN. *Et sancti Barbatiani confessoris.* Editiones posteriores scribunt : *Eodem die, sancti Barbatiani,* etc. Tum : *Die trigesima prima, sanctæ Melanæ* (pro *Melaniæ*) *Romanæ.* Ejusdem. Melaniæ.

Omnes ferme codices solitam singulorum dierum clausulam hic ad verbum apponunt : *Et aliorum plurimorum Sanctorum, Martyrum, Confessorum atque Virginum.* Respondetur: DEO GRATIAS. Repeto ultimum Wandelberti versiculum, Martyrologii totius conclusionem :

Hæc tandem claudunt extremum festa Decembrem.

AD MAJOREM DEI GLORIAM.

INDEX

INDEX

NOMINUM SANCTORUM OMNIUM

qui in ipso Usuardi textu continentur.

A

Aaron, sacerdos 1 julii
Abacuc, propheta 15 januarii
Abacuc, mart. 20 januarii
Abdella, mart. 21 aprilis
Abdon, mart. 30 julii
Abilius, episcopus 22 februarii
Abraham, patriarcha 9 octobris
Abundius, presb. mart. 8 junii
Abundius, mart. 26 augusti
Abundius, diaconus, mart. 10 decembris
Acepsimas, episc. mart. 22 aprilis
Achillas, episc. 7 novembris
Achilleus, diac. mart. 23 aprilis
Achilleus, mart. 12 maii
Acisclus, mart. 17 novembris
Arcontius, mart. 5 septembris
Acutus, mart. 19 septembris
Adauctus, mart. 30 augusti
Adrianus, mart. 8 septembris
Adrianus, mart. 1 martii
Adventor, mart. 20 novembris
Adulfus, mart. 27 septembris
Afra, mart. 5 augusti
Afrodisius, episc. confessor 22 martii
Afrodisius, mart. 28 aprilis
Agabus, propheta 13 februarii
Agape, virgo 15 februarii
Agape, mart. 3 aprilis
Agapitus, mart. 24 martii
Agapitus, diac. mart. 6 augusti
Agapitus, mart. 18 augusti
Agapius, episc. mart. 29 aprilis
Agapius, mart. 28 aprilis
Agapius, filius Eustachii 2 novembris
Agatha, virgo, mart. 5 februarii
Agatho, mart. 7 decembris
Agathon, mart. 14 februarii
Agathonica, mart. 13 aprilis
Aggeus, mart. 4 januarii
Agnes, virgo, mart. 21 januarii
Agnes, secundo 28 januarii
Agoadus, mart. 24 junii
Agricola, mart. 27 novembris
Agricola, mart. 16 decembris
Albanus, episc. confes. 1 martii
Albanus, mart. 22 junii
Albanus, martyr 1 decembris
Albina, mart. 2 junii
Aldegundis, virgo 30 januarii
Alexander, mart. 9 februarii
Alexander, episc. 26 februarii
Alexander, mart. 10 martii
Alexander, episc. mart. 18 martii
Alexander, mart. 27 martii
Alexander, mart. 28 martii
Alexander, mart. et socii 34 24 aprilis
Alexander, papa, mart. 3 maii
Alexander, mart. 29 maii
Alexander, mart. 6 junii
Alexander, filius S. Felicitatis, mart. 10 julii
Alexander, mart. 21 julii
Alexander, episc. conf. 28 augusti
Alexander, de legione Thebæorum 26 augusti
Alexander, mart. 9 septembris
Alexander, episc. mart. 21 septembris
Alexander, mart. 12 decembris
Almachius, mart. 1 januarii
Alpinianus, presb. 30 junii
Amandus, episc. 6 februarii
Amantius, mart. 10 februarii
Amantius, mart. 6 et 10 junii
Amantius, episc. Rutenensis 4 novembris
Amarantus, mart. 7 novembris
Amarinus, vir Dei mart. 25 januarii
Amator, episc. 1 maii
Amator, episc. Augustodunensis 26 novembris
Amatus, presb. abbas 13 septembris
Ambrosius, episc. conf. 4 aprilis
Ambrosius, conf. 16 octobris
Ambrosius, abbas Agaunensis 2 novembris
Ammon, mart. 9 februarii
Ammon, mart. 8 septembris
Ammon, mart. 20 decembris
Ammonaria, mart. 12 decembris
Ammonius, mart. 18 januarii
Ammonius, infans, mart. 12 februarii
Ammonius, mart. 14 februarii
Ammonius, lector 26 martii
Ammonius, mart. 26 novembris
Amos, propheta 31 martii
Ampelus, mart. 20 novembris
Amphianus, mart. 5 aprilis

Anacletus, papa, martyr 26 aprilis
Ananias, mart. 21 aprilis
Ananias Babilonius 16 decembris
Ananias, qui Paulum baptizavit 25 januarii
Anastasia, mart. 25 decembris
Anastasius, papa 27 aprilis
Anastasius, mart. 29 junii
Anastasius, mart. 21 augusti
Anatholia, virgo, mart. 9 julii
Anatholius, episc. 3 Julii
Andoleus, subdiaconus, mart. 1 maii
Andochius, presb. mart. 24 septembris
Andreæ apostoli, Lucæ et Timothei translatio 9 maii
Andreas, apostolus 30 novembris
Andreas, mart. 15 maii
Andronicus, mart. 11 octobris
Anetus, mart. 31 martii
Anianus, diac. mart. 10 novembris
Anianus, episc. Aurelianensis 17 novembris
Anna, prophetissa 1 septembris
Annuntiatio Dominica 25 martii
Anthia mater Eleutherii, mart. 18 aprilis
Anthimus, episc. cum aliis martt. 27 aprilis
Anthimus, presb. mart. 11 maii
Antheros, papa 3 januarii
Antholianus, mart. 6 februarii
Antimus, mart. 27 septembris
Antinogenus, mart. 24 julii
Antiochus, mart. 15 octobris
Antonia, virgo, mart. 29 aprilis
Antonia, mart. 4 maii
Antoninus, presb. mart. 9 Januarii
Antoninus, mart. 26 aprilis
Antoninus, mart. 2 septembris
Antoninus, puer, mart. 3 septembris
Antoninus, conf. 30 septembris
Antonius, abb. 17 januarii
Antonius, mart. 14 februarii
Antonius, mart. 22 augusti
Apelius, mart. 12 februarii
Aper, episc. conf. 15 septembris
Apodemus, mart. 16 aprilis
Apollinaris, mart. 21 junii
Appollinaris, episc. mart. 23 julii
Apollinaris, mart. 23 augusti
Apollinaris, episc. 5 octobris
Apollonia, virg. mart. 9 februarii
Apollonius, mart. 8 martii
Apollonius, mart. 5 aprilis
Apollonius et alii 5 martt. 10 aprilis
Apollonius, senator, mart. 18 augusti
Apollonius, mart. 5 junii
Aprilis, mart. 22 augusti
Apronianus, mart. 2 februarii
Apuleius, mart. 7 octobris
Aquila, mart. 23 januarii
Aquila, ex Actis Apostolorum 8 julii
Aquila, mart. 1 augusti
Aquilina, martyr 24 julii
Aquilinus, mart. 4 januarii
Aquilinus, mart. 4 februarii
Aquilinus, mart. 16 maii
Aquilinus, mart. 17 maii
Aquilinus, mart. Scillitanus 17 julii
Arabia, mart. 13 martii
Arator, presb. 21 aprilis
Archadius, mart. 12 januarii
Archadius, mart. 13 novembris
Archillaus, mart. 23 augusti
Archinimus, mart. 29 martii
Archippus, socius Pauli 20 martii
Aretas, mart. 1 octobris
Argeus, mart. 2 januarii
Aristarchus, discipulus Pauli 4 augusti
Aristeus, episc. 3 septembris
Aristides, sapientia clarissimus 31 augusti
Aristion, Christi discipulus 22 februarii
Ariston, mart. 2 julii
Aristonicus, mart. 19 aprilis
Armogastes, mart. 29 martii
Arnulfus, episc. Metensis 16 augusti
Arrianus, mart. 8 martii
Arsenius, monachus 19 julii
Arsenius, mart. 14 decembris
Artemius, mart. 6 junii
Asarias Babilonius 16 decembris
Ascla, mart. 23 januarii
Asclepiades, mart. 18 octobris
Asterius, mart. 3 martii
Asterius, mart. 23 augusti
Asterius, presb. 21 octobris
Athanasius, episc. 2 maii
Attalus, mart. 2 junii
Atticus, mart. 6 novembris
Audactus, presb. mart. 24 octobris
Audax, mart. 9 junii
Audifax, mart. 20 januarii
Audoenus, conf. episc. 24 augusti
Audomarus, episc. conf. 9 septembris
Augulus, episc. 7 februarii
Augurius, diac. mart. 21 januarii
Augustinus, mart. 7 maii
Augustinus, Anglorum episc. 26 maii
Augustinus, episc. 28 augusti
Augustus, mart. 7 maii
Aunarius, epis. conf. 25 septembris
Aurea, virgo. 4 octobris
Aurelianus, episc. Arelatensis 16 junii
Aurelius, monachus 27 augusti
Austreberta, virgo 10 februarii
Austregisilus, episc. conf. 20 maii
Autbertus, episc. Cameracensis 13 decembris
Aventinus, episc. conf. 4 februarii
Aventius, mart. 7 junii
Avitus, mart. 27 januarii
Avitus, episc. 5 februarii
Avitus, presbyter, conf. 17 junii

B

Babilas, episc. conf. 24 januarii
Bacchus, mart. 7 octobris
Balbina, virgo 31 martii
Baldomeres, vir Dei 27 februarii
Barala, puer, mart. 18 novembris
Barbara, virgo, mart. 16 decembris
Barnabas, apostolus 11 junii
Bartholomæus, apostolus 24 augusti
Basilides, mart. 10 junii
Basilides, mart. 12 junii
Basileus, mart. 2 martii
Basilissa, virg. mart. 9 januarii
Basilius, episc. 1 januarii
Basilius, episcopus Cæsareæ Cappadociæ 14 junii
Basilla, virg. mart. 20 maii
Basolus, conf. 15 octobris
Bassa, mart. 6 martii

Bassianus,

Bassianus, martyr 14 februarii
Bassus, mart. 14 februarii
Bathildis, regina 26 januarii
Baudelius, mart. 20 maii
Bavo, conf. 1 octobris
Beata, virgo. 29 junii
Beatus, conf. 9 maii
Beatrix, mart. 29 julii
Benedicta, mart. 4 januarii
Benedicta, virg. mart. 8 octobris
Benedictus, abbas 21 martii
Ejus translatio 11 julii
Benedictus confessor 23 octobris
Benignus. 3 aprilis
Benignus, presb. mart 1 novembris
Beronicus, mart. 19 octobris
Bertinus abbas. 5 septembris
Bessia, martyr Scillitana 17 julii
Beturius, mart. Scillitanus 17 julii
Bibiana, virg. mart. 2 decembris
Bicor, episc. mart. 22 aprilis
Blandina, mart. 2 junii
Blasius, episc. mart. 15 februarii
Bonifacius, episc. mart. 5 junii
Bonifacius, mart. 5 junii
Bonifacius, diac. mart. 17 augusti
Bonifacius, mart. 6 decembris
Bonitus, episc. conf. 15 januarii
Bonosa, mart. 15 julii
Bonosus, mart. 21 augusti
Bonus, presb. mart. 1 augusti
Briccius episc. Turonensis 13 novembris
Brictius, episc. conf. 9 julii
Brigida, virgo. 1 februarii

C

Cæcilia, mart. 22 novembris
Cæcilianus, mart. 16 aprilis
Cæcilius, conf. 15 maii
Cæsarius, episc. Arelatensis 27 augusti
Cæsarius, diac. mart. 1 novembris
Cæsarius, mart. 3 novembris
Cainicus, abbas. 11 octobris
Caius palatinus, mart. 4 martii
Caius, mart. 4 octobris
Caius, mart. 4 januarii
Caius, mart. 10 martii
Caius, mart. 19 aprilis
Caius, papa. 22 aprilis
Caius, mart. 21 octobris
Caius, mart. 20 novembris
Calepodius, presb. mart. 10 maii
Calistus, mart. 16 aprilis
Calistus, papa, mart. 14 octobris
Calinicus, mart. 28 januarii
Calocerus, mart. 19 martii
Calocerus, mart. 19 maii
Candida, uxor Artemii 6 junii
Candida, virgo 29 augusti
Candidus, mart. 2 februarii
Candidus, mart. 11 martii
Candidus, mart. Thebæus 22 septembris
Candidus, mart. 3 octobris
Cantianilla, mart. 31 maii
Cantianus, mart. 31 maii
Cantius, mart. 31 maii
Carilefus, presb. 1 julii
Caprasius, abbas. 1 julii
Caprasius, mart. 20 octobris
Carilippus, mart. 28 aprilis
Caristus, mart. 16 aprilis
Carpoforus, martyr unus ex quatuor coronatis 8 novembris
Carpoforus, presb. mart. 10 decembris
Carpus, episc. mart. 13 aprilis
Carpus, discipulus Pauli, mart. 12 octobris
Cassianus, mart. 16 aprilis
Cassianus, episc. conf. 5 augusti
Cassianus, mart. 13 augusti
Cassianus, mart. 3 decembris
Cassius, mart. 10 octobris
Cassius, mart. 20 julii
Castolus, mart. 26 martii
Castor, mart. 27 aprilis
Castor, mart. 28 martii
Castorius, mart. 7 julii
Castorius, mart. 8 novembris
Castus, mart. 22 maii
Castus, mart. 1 septembris
Castus, mart. 6 octobris
Cathedra S. Petri, Antiochiæ 22 februarii
Catulinus, diac. mart. 15 julii
Celedonius, mart. 3 martii
Celerina, mart. 3 februarii
Celerinus, diac. 3 februarii
Celsus, puer, mart. 9 januarii
Celsus, mart. 12 junii
Censurius, episc. conf. 10 junii
Cerealis, mart. 10 junii
Cerealis, mart. 14 septembris
Charaunus, mart. 28 maii
Charitas, virg. mart. 1 augusti
Childebertus, rex 23 decembris
Chionia, mart. 3 aprilis
Chrisogonus, mart. 24 novembris
Chrisotelus, presb. mart. 22 aprilis
Christina, virgo, mart. 24 julii
Christophorus, mart. 25 julii
Christophorus, monachus, mart. 20 augusti
Chrysanthus, mart. 1 decembris
Circumcisio D.N.J.C. 1 januarii
Cirinus, mart. 25 martii
Cirinus, mart. 26 aprilis.
Cirinus, mart. 12 junii
Cithinus, mart. Scillitanus 17 julii
Clarus, presb. mart. 4 novembris
Claudianus, mart. 25 februarii
Claudianus, mart. 6 martii
Claudius, mart. cum uxore et filiis martt. 18 februarii
Claudius, mart. 26 aprilis
Claudius, mart. 7 julii
Claudius, mart. 23 augusti
Claudius, mart. 8 novembris
Claudius, tribunus, mart. 3 decembris
Clemens, episc. 23 novembris
Clemens Alexandrinus, presb. 4 decembris
Clementinus, mart. 14 novembris
Cleophas, mart. 25 septembris
Clerus, diac. mart. 7 januarii
Clodoaldus, presb. 7 septembris
Cointa, mart. 8 februarii
Columba, presb. 9 junii
Columba, virg. mart. 31 decembris
Columbonus, abbas 21 novembris
Commemoratio sancti Pauli. 30 junii
Conceptio Joannis Baptistæ. 24 septembris
Concordia, mart. 13 augusti

Concordius,

Concordius, presbyter, martyr 1 januarii
Conon, martyr et filius ejus. 29 maii
Constantia, mart. 19 septembris
Constantinus, episc. 12 aprilis
Conversio S. Pauli 25 januarii
Corduba, mart. 21 maii
Cornelius centurio, episc. 2 februarii
Cornelius, papa, mart. 14 septembris
Corona, mart. 14 maii
Corsicus, presb. 30 junii
Cosmas, mart. 27 septembris
Cottidus, diac. 6 septembris
Craton, mart. 15 februarii
Crescens, discipulus apostoli Pauli 27 junii
Crescens filius Symphorosæ, mart. 27 junii
Crescens, mart. 1 octobris
Crescentia, mart. 15 junii
Crescentianus, mart. 31 maii
Crescentianus, mart. 2 julii
Crescentianus, mart. 12 augusti
Crescentianus, mart. 14 septembris
Crescentianus, mart. 24 novembris
Crescentio, mart. 17 septembris
Crispina, mart. 5 decembris
Crispinianus, mart. 25 octobris
Crispinus, martyr 25 octobris
Crispinus, episc. mart. 19 novembris
Crispolus, mart. 30 maii
Crispus, presb. 18 augusti
Crispus, mart. 4 octobris
Cristeta, mart. 27 octobris
Cucufas, mart. 25 julii
Cunibertus, episc. 12 novembris
Curcodemus, diac. 4 maii
Cuthbertus, episc. 20 martii
Cyprianus, episc. mart. 14 septembris
Cyprianus, episc. mart. 26 septembris
Cyprianus, episc. mart. 12 octobris
Cyprianus, abbas Petragoricus 9 decembris
Cyriacus, diac. mart. 16 martii
Cyriacus, mart. 20 junii
Cyriacus, diac. mart. 8 augusti
Cyrilla filia Decii, mart. 28 octobris
Cyrillus, episc. 28 januarii
Cyrillus, mart. 20 martii
Cyrillus, episc. mart. 9 julii
Cyrillus, mart. 1 augusti
Cyricus, mart. 3 januarii
Cyricus, mart. 16 junii
Cyrion, presb. mart. 14 februarii

D

Dafrosa, mart. 4 januarii
Dalmatius, mart. 5 decembris
Damasus, papa 11 decembris
Damianus, mart. 27 septembris
Daniel, propheta 21 julii
Daria, virgo, mart. 1 decembris
Darius, mart. 19 decembris
Dasius, mart. 21 octobris
Dativa, mart. 6 decembris
Dativus, mart. 12 februarii
Dativus, mart. 10 septembris
David, rex psalmographus 29 decembris
Decollatio vel potius inventio capitis Joannis Baptistæ 29 augusti
Dedicatio basilicæ Sancti Crucis, Parisiis 23 decembris
Demetria, virgo 21 junii
Demetrius, mart. 8 octobris
Demetrius, episc. mart. 10 novembris
Demetrius, mart. 22 decembris
Democritus, mart. 31 julii
Desiderius, episc. conf. 11 februarii
Desiderius, episc. Lingonensis 23 maii
Desiderius, mart. 19 septembris
Didymus, mart. 28 aprilis
Diocles, mart. 24 maii
Diodolus, mart. 31 martii
Diodorus, presb. mart. 1 decembris
Diogenes, mart. 6 aprilis
Diomedes, mart. 9 junii
Dionysia, mart. 15 maii
Dionysia, mart. 6 decembris
Dionysius, mart. 8 februarii
Dionysius, mart. 14 februarii
Dionysius, mart. 16 martii
Dionysius, episc. Corinthius 8 aprilis
Dionysius pater Pancratii, mart. 12 maii
Dionysius, episc. conf. 25 maii
Dionysius, mart. 31 julii
Dionysius, mart. 20 septembris
Dionysius, episc. mart. 3 octobris
Dionysius, episc. mart. 9 octobris
Dionysius, episc. Alexandrinus. 17 novembris
Dionysius, papa. 26 decembris
Dioscorus, mart. 25 februarii
Dioscorus, lector, mart. 18 mai
Dioscorus, puer, mart. 14 decembris
Dius *vel* Divus, mart. 12 julii
Dius, mart. 26 novembris
Domio, episc. cum militibus 5 martyribus 11 aprilis
Domitilla, virgo, mart. 7 maii
Domitius, mart. 5 julii
Domitianus, abbas 1 julii
Domitianus, mart. 1 augusti
Domitianus, diac. mart. 28 decembris
Domnina, virgo cum sociis suis martyribus 14 aprilis
Domninus, mart. 30 martii
Domninus, Christi prædicator 20 aprilis
Domninus, mart. 9 octobris
Donatianus, mart. 24 maii
Donatianus, episc. mart. 6 septembris
Donata, mart. Scillitana 17 julii
Donatilla, virgo, mart. 30 julii
Donatus, mart. 4 februarii
Donatus, mart. 17 februarii
Donatus, mart. 1 martii
Donatus et alii tredecim martt. 7 aprilis
Donatus, mart. 21 maii
Donatus, episc. mart. 7 augusti
Donatus, presb. 19 augusti
Donatus, mart. 23 augusti
Donatus, mart. 5 septembris
Donatus, mart. 12 decembris
Dormitio Deiparæ 15 augusti
Dorothea, virgo, mart. 6 februarii
Dorotheus, mart. 9 septembris
Dorotheus, mart. 28 martii
Droctoveus, abbas 10 martii
Drusus, mart. 14 decembris
Dula, virgo, mart. 25 martii

E

Ebrulfus, confessor 29 decembris
Ediltrudis, virgo 23 junii
Egdunus, presb. et alii 7 martt. 12 martii
Egesippus, scriptor ecclesiasticus. 7 aprilis
Elasippus, mart. 17 januarii
Eleazarum, mart. 23 augusti
Eleutherius, episc. mart. 18 aprilis
Eleutherius, episc. 26 augusti
Eleutherius, martyr cum aliis innumeris martt. 2 octobris
Eleutherius, diac. mart. 9 octobris
Eligius, episc. conf. 1 decembris
Elodia, virgo, mart. 22 octobris
Emerentiana, virgo, mart. 23 januarii
Emilianus, mart. 8 februarii
Emilianus, mart. 29 aprilis
Emilianus, mart. 18 julii
Emilianus, diac. mart. 17 septembris
Emilianus, presb. conf. 12 novembris
Emilianus, mart. 6 decembris
Emilius, mart. 22 maii
Emilius, mart. 28 maii
Emilius, mart. 6 octobris
Emitherius, mart. 3 martii
Emmerammus, episc. mart. 20 septembris
Epafras, episc. Colossensis, mart. 19 julii
Epagatus, mart. 2 junii
Eparchus, monachus, conf. 1 julii
Ephrem, diaconus 1 februarii
Epictetus, mart. 22 augusti
Epimachus, mart. 10 maii
Epimachus, mart. 12 decembris
Epiphania Domini 6 januarii
Epiphanius, episc. 7 aprilis
Epiphanius, Salaminæ episc. 12 maii
Epipodius, mart. 22 aprilis
Epolonus mart. 24 januarii
Eracleas, mart. 29 septembris
Eraclius, episc. conf. 8 junii
Eraclius, mart. 17 maii
Eraclius, mart. 26 maii
Erasmus, episc. mart. 3 junii
Erasmus, mart. 25 novembris
Esdras, propheta. 13 julii
Esicius, conf. 15 maii
Esichius, mart. 15 junii
Etherius, episc. 27 julii
Eucherius, episc. Lugdunensis 16 novembris
Eufrasia, virg. 11 februarii
Eufrasia, virg. 13 martii
Eufrasius, episcopus 14 januarii
Eufrasius, conf. 15 maii
Eufrosina, virgo. 1 januarii
Eufrosina, virg. mart. 7 maii
Eufrosius, mart. 14 martii
Eugendus, abbas 1 januarii
Eugenia, virgo, mart. 25 decembris
Eugenianus, mart. 8 januarii
Eugenius, mart. 24 januarii
Eugenius, mart. 20 martii
Eugenius, filius Symphorosæ. 27 junii
Eugenius, episc. Carthaginensis martyr cum sociis quingentis. 13 julii
Eugenius, episcopus Toletanus 13 novembris
Eugenius, mart. 15 novembris
Eugenius, mart. 4 januarii
Eulalia, virg. mart. 12 februarii
Eulalia, virg. mart. 10 decembris
Eulogius, diac. mart. 21 januarii
Eulogius, confessor 3 julii
Eulogius, presb. mart. 20 septembris
Eumenia, mart. 12 augusti
Eunus, mart. 27 februarii
Euphemia, virg. mart. 16 septembris
Euplus, diac. mart. 12 augusti
Euprepia, mart. 12 augusti
Euprepius, mart. 27 septembris
Euprobus *vel* Eutropius, episc. mart. 30 aprilis
Eusebius, palatinus cum novem sociis martyribus 5 martii
Eusebius, mart. 28 aprilis
Eusebius, episc. conf. 21 junii
Eusebius Vercellensis, mart. 1 augusti
Eusebius, presb. conf. 14 augusti
Eusebius, mart. 25 augusti
Eusebius, mart. 22 octobris
Eusebius, monachus 5 novembris
Eustasius, abbas 29 martii
Eustachius, episc. conf. 16 julii
Eustachius, presbyter 12 octobris
Eustachius *alias* Placidus, mart. 2 novembris
Eustorgius, presb. 11 aprilis
Eustosius, mart. 10 novembris
Euthimus, diac. 5 maii
Eutices, mart. 15 aprilis
Eutichianus, mart. 2 julii
Eutichianus, mart. 13 novembris
Eutichianus, papa, mart. 8 decembris
Eutichii, diaconi 21 martii
Euticius, mart. 5 octobris
Euticius, mart. 11 decembris
Euticius, presb. mart. 28 decembris
Euticus, mart. 19 septembris
Euticus, mart. 29 septembris
Eutropia, soror Nicasii 14 decembris
Eutropius, episc. 27 maii
Eutropius, mart. 15 julii
Evagrius, mart. 3 aprilis
Evagrius, mart. 1 octobris
Eventius, mart. 3 maii
Evilasius, mart. 20 septembris
Evodius, mart. 25 aprilis
Evodius, episc. mart. 6 maii
Evodius filius Theodotæ, mart. 2 augusti
Evotus, mart. 16 aprilis
Evurtius, episc. Aurelianensis 7 septembris
Ewaldi duo, mart. 3 octobris
Exaltatio S. Crucis 14 septembris
Exceptio Georgii et Aurelii, martt. 20 octobris
Expeditus, mart. 19 aprilis
Exuperantius, diac. mart. 30 decembris
Exuperia, cum aliis martt. 26 julii
Exuperius, mart. Thebæus 22 septembris
Exuperius, episc. conf. 28 septembris
Exuperius, mart. 19 novembris
Ezechiel, propheta 10 aprilis

F

F

Fabianus, papa, martyr 20 januarii
Fabius, mart. 31 julii
Fandala, presb. mart. 13 junii
Fara, virgo 6 decembris
Faro, episc. 28 octobris
Fausta, virg. mart. 20 septembris
Faustinus, mart. 15 februarii
Faustinus, mart. 29 julii
Faustinus, mart. 7 augusti
Faustus, mart. 16 aprilis
Faustus, mart. 1 augusti
Faustus, mart. 8 septembris
Faustus, mart. 13 octobris
Faustus, diac. mart. 19 novembris
Faustus, presb. mart. 26 novembris
Feben de qua Apostolus scribit 3 septembris
Felicianus, mart. 2 februarii
Felicianus, mart. 9 junii
Felicianus, mart. 21 julii
Felicianus, mart. 29 octobris
Felicianus, mart. 19 novembris
Felicissima, virgo, mart. 12 augusti
Felicissimus, mart. 26 maii
Felicissimus, mart. 2 julii
Felicissimus, diac. mart. 6 augusti
Felicissimus, mart. 26 octobris
Felicissimus, mart. 24 novembris
Felicitas, mart. 7 martii
Felicitas, mart. 23 novembris
Felicula, mart. 14 februarii
Felicula, virg. mart. 13 junii
Felix, mart. 7 januarii
Felix, presb. confessor 14 januarii
Felix, mart. 12 februarii
Felix, mart. 16 martii
Felix, mart. 16 aprilis
Felix, mart. 21 aprilis
Felix, presb. mart. 23 aprilis
Felix, episc. mart. 18 maii
Felix, mart. 24 maii
Felix, mart. 28 maii
Felix, papa, mart. 30 maii
Felix, mart. 11 junii
Felix, presb. mart. 23 junii
Felix, mart. 2 julii
Felix, mart. 10 julii
Felix filius S. Felicitatis, mart. 10 julii
Felix, mart. Scillitanus 17 julii
Felix, papa, mart. 29 julii
Felix, mart. 1 augusti
Felix, mart. 22 augusti
Felix, mart. 27 augusti
Felix, mart 30 augusti
Felix, episc. mart. 10 septembris
Felix alter, mart. 10 septembris
Felix, mart. 19 septembris
Felix, martyr 24 septembris
Felix, episc. mart. 12 octobris
Felix, episc. mart. 24 octobris
Felix, presb. mart. 5 novembris
Felix, mart. 6 novembris
Felix, episc. mart. 15 novembris
Ferreolus, presb. mart. 16 junii
Ferreolus, mart. 18 septembris
Ferrutio, diac. mart. 16 julii
Festivitas omnium Sanctorum. 1 novembris
Festus, diac. mart. 19 septembris
Festus, mart. 21 decembris
Fides, virg. mart. 1 augusti
Fides, virg. mart. 6 octobris
Filoromus, mart. cum sociis 4 februarii
Fintanus, presb. conf. 17 februarii
Firmatus, diaconus 5 octobris
Firminus, episc. mart. 25 septembris
Firminus, episc. conf. 11 octobris
Firmus, mart. 2 februarii
Flaviana, virgo 5 octobris
Flavianus, mart. 30 januarii
Flavius, mart. 7 maii
Flora, mart. 24 novembris
Florentia, mart. 10 novembris
Florentinus, mart. 27 septembris
Florentius, mart. 15 julii
Florentius, presb. conf. 22 septembris
Florentius, mart. 10 octobris
Florentius, episcopus 17 octobris
Florentius, mart. 27 octobris
Florianus, mart. 4 maii
Florus, mart. 22 decembris
Fortunatus, mart. 9 januarii
Fortunatus, mart. 2 februarii
Fortunatus, diac. mart. 23 aprilis
Fortunatus, mart. 11 junii
Fortunatus, archidiac. mart. 12 julii
Fortunatus, episc. 14 octobris
Fortunatus, mart. 15 octobris
Fortunatus, lector, mart. 24 octobris
Fortunus, mart. 21 aprilis
Fotinus, episc. mart. 2 junii
Franto, abbas 14 aprilis
Fraternus, episc. conf. 29 septembris
Fronto, mart. 16 aprilis
Fronto, episc. 25 octobris
Fructuosa, mart. 23 augusti
Fructuosus, episc. mart. 21 januarii
Frumentius, mart. 23 martii
Frumentius alter, mart. 23 martii
Fulgentius, episcopus 1 januarii
Furseus, episc. 16 januarii
Fuscianus, mart. 11 decembris
Fuscolus, episc. 2 februarii
Fuscolus, episc. mart. 6 septembris

G

Gabinius, presb. mart. 19 februarii
Gabinius, mart. 30 maii
Galata, mart. 19 aprilis
Gallicanus, mart. 25 junii
Gallus, presb. conf. 20 februarii
Gamaliel inventus 3 augusti
Gatianus, episc. Turonensis 18 decembris
Gaudentia, mart. 30 augusti
Gaugericus, episc. Cameracensis 11 augusti
Gedeon, propheta 1 septembris
Gelasius, mart. 4 februarii
Geminianus, mart. 16 septembris
Geminus, mart. 4 januarii
Geminus, mart. 4 februarii
Generalis, mart. 14 septembris
Generosa, mart. Scillitana 17 julii

Genesius,

Genesius, martyr Romanus 25 augusti
Genesius, mart. Arelatensis 25 augusti
Genovefa, virgo 3 januarii
Ejus translatio 28 octobris
Georgius, mart. 23 aprilis
Georgius, diac. mart. 27 augusti
Gereon Mallosus, mart. cum aliis trecentis decem et octo 10 octobris
Germanus, mart. 19 januarii
Germani, duo martt. 23 martii
Germanus, episc. Parisiensis 28 maii
Ejus translatio 25 julii
Germanus, episc. Autissiodorensis 31 julii
Ejus translatio 1 octobris
Germanus, epis. mart. 6 septembris
Germanus, mart. 23 octobris
Germanus, mart. 3 novembris
Gerontius, episc. mart. 25 augusti
Gertrudis, virgo 17 martii
Gervasius, martyr 19 junii
Getulius, mart. 10 junii
Gilbertus, mart. 24 junii
Gildardus, episc. Rotomagensis 8 junii
Goar, presb. 6 julii
Gordianus, mart. 10 maii
Gordianus, mart. 17 septembris
Gorgonius, mart. 9 septembris
Gracilianus, mart. 12 augusti
Grata, mart. 2 junii
Gregorius, episc. Nyssenus 9 martii
Gregorius, papa magnus 12 martii
Gregorius, episc. Eliberitanus 24 aprilis
Gregorius, theologus. 9 maii
Gregorius, episc. mart. 3 julii
Gregorius, episc. Autissiodorensis 19 decembris
Gregorius, presb. mart. 24 decembris
Guddenes, mart. 18 julii
Guntramnus, rex 18 martii

H

Hedutius, mart. 12 octobris
Helena, virgo 22 maii
Helena, mater Constantini 18 augusti
Helimenas, mart. presb. 22 aprilis
Helizæus, proph. 14 junii
Helpidius, episc. Lugdunensis 2 septembris
Heracleas, episc. 14 julii
Heraclides, mart. 28 junii
Herastus, mart. 26 julii
Herculanus, mart. 5 septembris
Herculanus, mart. 25 septembris
Herculanus, episc. mart. 7 novembris
Hermagoras, episc. mart. 12 julii
Hermelandus, abbas 25 martii
Hermellus, mart. 3 augusti
Hermen, discipulus Pauli 9 maii
Hermes, mart. 4 januarii
Hermes, mart. 1 martii
Hermes, mart. 28 augusti
Hermes, mart. 22 octobris
Hermes, exorcista, mart. 31 decembris
Hermenigildus, mart. 13 aprilis
Hermogenes, mart. 17 aprilis
Hermogenes, mart. 19 aprilis
Hermogenes, mart. 25 aprilis
Hermogenes, mart. 12 decembris
Hermogrates, mart. 27 julii
Hermolaus, presb. mart 27 julii
Hernempus, mart. 27 julii
Heron, discipulus Ignatii, mart. 17 octobris
Heron, mart. 14 decembris
Heros, mart. 28 junii
Hesychius, mart. 18 novembris
Hieremias, propheta 1 maii
Hieremias, mart. 7 junii
Hieremias, mart. 17 septembris
Hierius, presb. 4 novembris
Hieronymus, presb. 30 septembris
Hilaria, mart. 12 augusti
Hilaria, uxor Claudii 3 decembris
Hilarinus, monachus, mart. 16 julii
Hilarion, abbas 21 octobris
Hilarius, episc. Pictaviensis 13 januarii
Hilarius, episc. mart. 16 martii
Hilarius, episc. Arelatensis 5 maii
Hilarius, mart. 27 septembris
Hilarius, episc. conf. 25 octobris
Hilarius, papa 10 septembris
Hippolytus, mart. 30 januarii
Honesimus, episc. mart. 16 februarii
Honoratus, episc. 16 januarii
Honoratus, mart. 22 decembris
Horres, mart. 13 martii
Hucbertus, episc. conf. 30 maii
Hyacinthus, mart. 26 julii
Hyacinthus, mart. 9 septembris
Hyacinthus, mart. 11 septembris
Hypapante Domini 2 februarii

I

Ignatius episc. mart. 1 februarii
Ejus translatio 17 decembris
Ignatius, mart. 3 februarii
Indalecius, conf. 15 maii
Ingenius, mart. 20 decembris
Innocentius, papa. 12 martii
Innocentius, mart. 4 julii
Innocentius, mart. e legione Thebæorum 22 septembris
Innocentes martyres 28 decembris
Inventio Crucis 3 maii
Inventius, mart. 12 septembris
Irenes, virg. mart. 5 aprilis
Irenes, mart. 5 maii
Ireneus, episc. mart. 25 martii
Ireneus, diac. 26 martii
Ireneus, mart. 10 februarii
Ireneus, mart. 5 maii
Ireneus, episc. mart. 28 junii
Ireneus, diac. mart. 3 julii
Ireneus, mart. 26 augusti
Isaac, monachus, mart. 3 junii
Isaac, propheta. 6 julii
Ischirion, mart. 22 decembris
Isidorus, mart. episc. 2 januarii
Isidorus, conf. 15 januarii
Isidorus, episc. 4 aprilis
Isidorus, monachus 17 aprilis
Isidorus, mart. de Chio 15 maii
Isidorus, mart. 14 decembris

J

J

Jacinthus, martyr 10 februarii
Jacinthus, mart. 29 octobris
Jacobus, presb. mart. 22 aprilis
Jacobus, diac. mart. 30 aprilis
Jacobus, apostolus. 1 maii
Jacobus, episc. Nisibinus 15 julii
Jacobus, apostolus 25 julii
Jader, mart. 10 septembris
Januaria, mart. Scillitana 17 julii
Januarius, mart. 7 januarii
Januarius, mart. 16 aprilis
Januarius filius Felicitatis mart. 10 julii
Januarius, mart. 10 julii
Januarius, mart. 11 julii
Januarius, mart. 15 julii
Januarius, mart. subdiac. 6 augusti
Januarius, episc. Beneventanus 19 septembris
Januarius, mart. 13 octobris
Januarius, presb. mart. 24 octobris
Jason, mart. 3 decembris
Jesus Nave, propheta 1 septembris
Joanna, uxor Chusæ 24 maii
Joannes, apostolus 6 maii
Joannes Baptista 24 junii *et* 29 aug.
Ejus capitis inventio 24 februarii
Ejus translatio. 17 decembris
Joannes, evangelista 27 decembris
Joannes Chrysostomus, episc. 27 januarii
Joannes, presb. 28 januarii
Joannes Penarensis, monachus 19 martii
Joannes, eremita. 27 martii
Joannes, papa. 28 maii
Joannes, presb. mart. 23 junii
Joannes, mart. 26 junii
Joannes, presb. 18 augusti
Joannes, mart. 27 augusti
Joannes, mart. 7 septembris
Joannes, mart. 27 septembris
Joannes, mart. 21 decembris
Job, propheta. 10 maii
Jocundianus, mart. 4 julii
Joel, propheta. 13 julii
Jonilla, mart. 17 januarii
Joseph, cognomento Justus, mart 20 julii
Jovinianus, lector, mart. 5 maii
Jovinus, martyr 2 martii
Jovita, virgo, mart. 15 februarii
Judas Thadæus, apostolus 28 octobris
Julia, virgo mart. 22 maii
Julia, mart. 15 julii
Julia, virgo, mart. 21 julii
Julia, mart. 1 octobris
Julia, virgo mart. 7 octobris
Julia, virg. mart. 10 decembris
Juliana, mart. 12 augusti
Juliana, virgo, mart. 16 februarii
Julianus, mart. 8 januarii
Julianus, mart. 9 januarii
Julianus, mart. cum aliis quinque millibus. 16 februarii
Julianus, mart. 19 februarii
Julianus, mart. 27 februarii
Julianus, episc. 6 martii
Julianus, mart. 23 martii
Julianus filius Symphorosæ, mart. 27 junii
Julianus, mart. 20 julii
Julianus, mart. 7 augusti
Julianus, mart. 12 augusti
Julianus, mart. 28 augusti
Julianus, presb. mart. 1 novembris
Julitta mater Cirici, mart. 16 junii
Julius, papa. 12 aprilis
Julius, mart. 16 aprilis
Julius, senator, mart. 19 augusti
Julius, mart. 20 decembris
Julius, mart. 27 maii
Julius, mart. 5 decembris
Justa, mart. 15 julii
Justa, mart. 19 julii
Justina, virgo, mart. 26 septembris
Justinus, philosophus, mart. 13 aprilis
Justinus filius Symphorosæ, mart. 27 junii
Justinus, mart. 1 augusti
Justinus, presbyter, conf. 17 septembris
Justus, mart. 2 julii
Justus, mart. 6 augusti
Justus, episc. Lugdunensis 2 septembris
Justus, mart. 18 octobris
Juvenalis, episc. conf. 3 maii
Juvenalis, mart. 7 maii

K

Kilianus, martyr 8 julii

L

Lambertus, episc. 17 septembris
Largio, mart. 12 augusti
Largius, mart. 16 martii
Largius alter, mart. 16 martii
Largus, mart. 8 augusti
Launomarus, presb. 19 januarii
Laurentius, mart. 3 februarii
Laurentius, mart. 3 junii
Laurentius, diac. mart. 10 augusti
Laurianus, mart. 4 Julii
Lazarus, quem Jesus suscitavit 17 decembris
Leander, episcopus confessor 27 februarii
Leo, papa magnus 11 aprilis
Leo, confessor 25 maii
Leo, pontifex 28 Junii
Leo, subdiaconus 30 Junii
Leobinus, episcopus 15 septembris
Leocadia, virgo, mart. 9 decembris
Leodegarius, episc. Augustodunensis mart. 2 octobris
Leonilla, mart. 17 Januarii
Leonius, confessor 12 novembris
Leontia, mart. 27 septembris
Leovigildus, monachus, mart. 20 augusti

Letatius, martyr Scillitanus 17 Julii
Letus, episc. mart. 6 septembris
Letus, presb. 5 novembris
Leucius, conf. 11 januarii
Leucius, mart. 28 Januarii
Leutfredus, conf. 21 junii
Liberatus, abbas, mart. 20 decembris
Lifardus, presb. 3 junii
Liliosa, mart. 27 augusti
Linus, episc. mart. 20 februarii
Linus, papa, mart. 26 novembris
Litteus, mart. 10 septembris
Lizinius, episcopus 13 februarii
Longinus, mart. 15 martii
Longinus, mart. 21 julii
Lucas, diac. mart. 22 aprilis
Lucas, evangelista 18 octobris
Lucia virgo, mart. cum. 22 25 Junii
Lucia, matrona, mart. 16 septembris
Lucia, virgo, martyr 13 decembris
Lucianus, presb. et soc. martt. 8 Januarii
Lucianus, presb. Antiochenus, mart. 7 januarii
Lucianus, mart. 28 maii
Lucianus, mart. 24 decembris
Lucilla filia Nemesii, mart. 31 octobris
Lucina, discipula apostolorum 30 junii
Lucius, papa, mart. 4 martii
Lucinus, episc. Cyrenensis 6 maii
Lucius, episc. mart. 10 septembris
Lucius, mart. 19 octobris
Lucius, mart. et 46 25 octobris
Lucius, mart. 29 octobris
Lucretia, virgo 23 novembris
Lupercus, mart. 16 aprilis
Lupicinus, abbas 21 martii
Lupus, episc. Trecensis 29 Julii
Lupus, episc. Senonensis 1 septembris
Lupus, episc. Lugdunensis 25 septembris

M

Macedonius, presb. mart. 13 martii
Macharius, abbas 2 Januarii
Macharius, abbas 15 januarii
Macharius, mart 28 februarii
Macharius, mart. 12 augusti
Macra, virgo, mart. 6 januarii
Macrinus, mart. 17 septembris
Macrobius, mart. 20 Julii
Madales, mart. 17 junii
Magnus, mart. 1 februarii
Magnus, mart. subdiac. 6 augusti
Magnus *vel* Andreas martyr cum suis sociis 2597 19 augusti
Magnus, mart. 4 septembris
Malchus, mart. 28 martii
Malchus, mart. 27 julii
Mamertus, episc. 11 maii
Mammes, martyr 17 augusti
Manahen, propheta 24 maii
Mannea, uxor Marcellini. 27 augusti
Mansuetus, episc. mart. 6 septembris
Mansuetus, episc. mart. 28 novembris
Mansuetus, mart. 30 decembris
Mappalicus, mart. cum sociis 17 aprilis
Marcella, mart. 28 junii
Marcellianus, mart. 18 junii
Marcellianus, mart. 9 augusti
Marcellinus, mart. 2 januarii
Marcellinus, pontifex, mart. 26 aprilis
Marcellinus, presb. 2 julii
Marcellinus tribunus, mart. 27 augusti
Marcellus, mart. 2 januarii
Marcellus, papa. 16 januarii
Marcellus, episc. conf. 20 aprilis
Marcellus, mart. 29 junii
Marcellus, mart. 4 septembris
Marcellus, mart. 6 octobris
Marcellus, mart. 7 octobris
Marcellus centurio, mart. 30 octobris
Marcellus, episc. 1 novembris
Marcellus, diac. mart. 30 decembris
Marcus, mart. 13 martii
Marcus, mart. 19 martii
Marcus, evangelista 25 aprilis
Marcus, mart. 18 junii
Marcus, mart. 1 octobris
Marcus, papa 7 octobris
Marcus, episc. mart. 22 octobris
Marcus, mart. et cum eo 46 25 octobris
Mardonius, mart. 24 januarii.
Mareas, mart. 22 aprilis
Maria Ægyptiaca 2 aprilis
Maria ad martyres 13 maii
Maria Magdalena 22 julii
Maria, virgo, mart. 1 novembris
Maria, mart. 24 novembris
Marianus, lector, mart. 30 aprilis
Marianus, conf. 19 augusti
Marianus, diaconus 1 decembris
Marina, virgo, mart. 18 julii
Marinus, mart. 3 martii
Marinus, mart. 10 julii
Marius, mart. 26 decembris
Marius, mart. 20 januarii
Marius, abbas 27 januarii
Maro, mart. 15 aprilis
Martha, mart. 20 januarii
Martha, mart. 20 octobris
Martha, soror Lazari 17 decembris
Martia, mart. 21 junii
Martia, mart, 2 julii
Martialis, mart. 16 aprilis
Martialis, episc. 30 junii
Martialis filius S. Felicitatis, mart 10 julii
Martialis, mart. cum sociis 22 augusti
Martialis, mart. 13 octobris
Martiana, virgo, mart. 9 januarii
Martiana, mart. 5 aprilis
Martianus, mart. Africanus 16 octobris
Martianus, mart. 4 januarii
Martianus, mart. 5 junii
Martianus, mart. 4 octobris
Martina, virg. mart. 1 januarii
Martinianus, mart. 2 julii
Martinianus, mart. 27 julii
Martinus, abbas, mart. 24 octobris
Martinus, papa, mart. 10 novembris
Martinus, episc. Turonensis 11 novembris
Ejus translatio, etc, 4 julii
Martinus, abbas 7 decembris
Martirius, mart. 29 maii
Martyrum 40 corona 13 januarii
Martyres 12, socii Polycarpi 26 januarii
Martyrum militum 30 corona 1 januarii
Martyres, milites 10 10 februarii
Martyres 86 17 februarii

Martyres 2 pueri, et 7 mulieres, Martyres occasione S. Blavii 15 februarii
Martyres Tyrii 20 februarii
Martyres 79 21 februarii
Martyres 20 21 februarii
Martyres 62 23 februarii
Martyres 260 1 martii
Martyres plurimi, sub Alexandro 2 martii
Martyres nongenti 4 martii
Martyres tres 8 martii
Martyres 42 10 martii
Martyres milites 40, sub Licinio 11 martii
Martyres 47 14 martii
Martyres 20, socii Largi et Smaragdi 16 martii
Martyres 9 socii SS. Quinti, Quintilli, Quintillæ et Marci 19 martii
Martyres 4 20 martii
Martyres plurimi, ex actis S. Alexandri papæ 10 aprilis
Martyres multi, socii S. Carpi 13 aprilis
Martyres 7, soc. Calisti, etc. 16 aprilis
Martyres plures 21 aprilis
Martyres multi 30 aprilis
Martyres 40 4 maii
Martyres 75 6 maii
Martyres 310 9 maii
Martyres duo 17 maii
Martyres duo 25 maii
Martyres Germani 7 29 maii
Martyres 10 1 junii
Martyres 40 Lugdunenses 2 junii
Martyres 20, apud Tarsum 6 junii
Martyres 3 7 junii
Martyres 20 10 junii
Martyres 262 17 junii
Martyres innumeri 24 junii
Martyres tres 28 junii
Martyres milites 3 2 julii
Martyres 30 4 julii
Martyres infantes 10 15 juliii
Martyres 10 20 julii
Martyres milites 24 julii
Martyres 4 27 julii
Martyres 7 1 augusti
Martyres 18 7 augusti
Martyres 20 8 augusti
Martyres milites 165 10 augusti
Martyres 20 12 augusti
Martyres 19 13 augusti
Martyres 12 23 augusti
Martyres 300 massæ candidæ 24 augusti
Martyres 23, socii Adriani mart. 8 septembris
Martyres 22, socii S. Ammonis 8 septembris
Martyres 21, socii Cornelii papæ 14 septembris
Martyres 6050 Thebæi 22 septembris
Martyres 504, socii Arethæ 1 octobris
Martyres innumerabiles, socii SS. Marci et Marciani 4 octobris
Martyres 30, socii S. Placidi 5 octobris
Martyres plurimi 10 octobris
Martyres 4976 12 octobris
Martyres 5 ex Thebæis 15 octobris
Martyres Africani 270 16 octobris
Martyres quadraginta novem 19 octobris
Martyres plurimi 20 octobris
Martyres 12 milites 21 octobris
Martyres 46 milites 25 octobris
Martyres 220 30 octobris
Martyres innumerabiles, sub Daciano Hispaniarum præside 3 novembris
Martyres 10 6 novembris
Martyres 20 10 novembris
Martyres plures 1 decembris
Martyres milites 70 6 decembris
Martyres tres 6 decembris
Martyres 22 12 decembris
Martyres duæ 12 decembris
Martyres 50 17 decembris
Martyres 30 22 decembris
Martyres 20 23 decembris
Martyres 40, virgines 24 decembris
Matrona, mart. 15 martii
Matthæus, apostolus 21 septembris
Matthias, episc. conf. 30 januarii
Matthias, apostolus 24 februarii
Marturinus, conf. 1 novembris
Maturus, mart. 2 junii
Matutinus, mart. 16 aprilis
Maurilio, episc. conf. 13 septembris
Mauritius, mart. Thebæus 22 septembris
Maurus, abbas 15 januarii
Maurus, mart. 29 januarii
Maurus, mart. 1 augusti
Maurus, mart. 21 novembris
Maurus, mart. 22 novembris
Maurus, mart. 3 decembris
Maxentius, presb. conf. 26 junii
Maxianus, mart. 8 januarii
Maxima, mart. 26 martii
Maxima, virg. 16 maii
Maxima, virg. mart. 30 julii
Maxima, virgo, mart. Africana 16 octobris
Maxima, mart. 1 octobris
Maximianus, mart. 27 julii
Maximianus, mart. 21 augusti
Maximinus, episc. Trevirensis 29 maii
Maximinus, confessor 15 decembris
Maximus, mart. 8 februarii
Maximus, mart. 14 aprilis
Maximus, mart. 15 aprilis
Maximus, mart. 20 julii
Maximus, puer, mart. 17 augusti
Maximus, levita, mart. 20 octobris
Maximus, presb. mart. 19 novembris
Maximus, episc. Reginensis 27 novembris
Maximus, episc. 27 decembris
Medardus, episc. Noviomensis 8 junii
Medericus, presbyter 29 augusti
Melanius, episc. conf. 6 januarii
Melasippus, mart. 17 januarii
Meletius, episc. conf. 4 decembris
Melisius, episc. mart. 22 aprilis
Mellitus, episc. 24 aprilis
Memmius, episc. Catalaunensis 5 augusti
Menander, mart. 1 augusti
Meneleus, abbas 22 julii
Mennas, mart. 11 novembris
Mercuria, mart. 12 decembris
Metellus, mart. 24 januarii
Methodius, episc. mart. 18 septembris
Metranus, mart. 31 januarii
Michael, archangelus 29 septembris
Micheas, propheta 15 januarii
Minervius, mart. 23 augusti
Miniates, mart. 25 octobris
Misael Babilonius 16 decembris
Mitrius, mart. 13 novembris
Modesta, mart. 13 martii
Modestus, infans, mart. 12 februarii
Modestus, mart. 15 junii
Modestus, mart. 10 novembris
Monegundis, religiosa 2 julii
Montanus, presb. mart. 26 martii
Moseus, mart. 18 januarii

Moyses

Moyses, martyr 4 februarii
Moyses, propheta. 4 septembris
Moysetes, episc. 7 februarii
Moysetes, mart. 18 decembris
Mucius, diac. mart. 22 aprilis
Mucius, presbyter, martyr 13 maii
Mulier una, mart. cum geminis suis 29 aprilis
Muritta, mart. 13 julii
Muso, mart. 24 januarii
Mustiola, matrona 3 julii

N

Nabor, martyr 10 julii
Nabor, mart. 12 junii
Narcissus, mart. 17 septembris
Narcissus, episc. 29 octobris
Narseus, mart. 15 julii
Nartalus, mart. Scillitanus 17 julii
Nasarius, mart. 12 junii
Naso, discipulus Christi 12 julii
Natalis Machabæorum 1 augusti
Natalia, mart. 27 augusti
Nathalia, uxor sancti Adriani, martyris 1 decembris
Nativitas B. Joannis Baptistæ 24 junii
Nativitas B. V. Mariæ 8 septembris
Nativitas D. N. J. C. 25 decembris
Naulis, *pro* Navalis, mart. 16 decembris
Nemesianus, episc. mart. 10 septembris
Nemesius, mart. 20 februarii
Nemesius filius Symphorosæ, mart. 27 junii
Nemesius, confessor 1 augusti
Nemesius, diac. mart. 31 octobris
Nemesius, mart. 10 decembris
Neon, mart. 17 januarii
Neon, mart. 23 augusti
Neopolis, mart. 2 maii
Neotherius, martyr 8 septembris
Nereus, mart. 12 maii
Nestor, episc. mart. 26 februarii
Nicander, mart. 5 junii
Nicanor, mart. 5 aprilis
Nichanor, diac. mart. 10 januarii
Nicasius, episc. mart. 14 decembris
Niceas, episc. Romatianus 22 junii
Niceta, mart. 24 julii
Nicetius, episc. 2 aprilis
Nicetius, episc. Treverensis 5 decembris
Nicetus, episc. Viennensis 5 maii
Nicodemi inventio 3 augusti
Nicoforus, mart. 25 februarii
Nicolaus, episc. Mirensis 6 decembris
Nicomedes, presb. mart. 1 junii
Nicomedes, presb. mart. 15 septembris
Nicostratus, mart. 7 julii
Nicostratus, mart. 8 novembris
Nigasius, presb. mart. 11 octobris
Nilus, episc. mart. 19 septembris
Nimmia, mart. 12 augusti
Nimpodora, mart. 13 martii
Novatus, frater Timothei 20 junii
Nunilo, virgo, mart. 22 octobris

O

Octava Apostolorum 6 julii
Octava S. Laurentii 17 augusti
Octavius, mart 20 novembris
Olimpias, mart. 15 aprilis
Olimpius, mart. 26 julii
Optatus, mart. 16 aprilis
Optatus, episc. Autissiodorensis 31 augusti
Oriens, episc. 1 maii
Orontius, mart. 22 januarii
Oseas, propheta. 4 junii
Ostianus, presb. conf. 30 junii
Oswaldus rex Anglorum. 5 augusti

P

Pachomius, monachus. 14 maii
Palmatius consul, mart. cum uxore, filiis et aliis quadraginta duobus 10 maii
Pamphilus, presb. mart. 1 junii
Pamphilus, mart. 21 septembris
Pancratius, mart. 3 aprilis
Pancratius, mart. 12 maii
Pantaleon, mart. 28 julii
Pantenus, vir apostolicus 7 julii
Papias, episc. 22 februarii
Papias, mart. 25 februarii
Papias, mart. 29 januarii
Papinius, episc. mart. 28 novembris
Papirius, diac. mart. 13 aprilis
Parmenas, diac. 23 januarii
Parmenius, presb. mart. 22 aprilis
Parthenius, mart. 10 maii
Paschasius, mart. 13 novembris
Pasicrates, mart. 25 maii
Pastor, mart. 6 augusti
Paternus, episc. 23 septembris
Paternus, mart. 12 novembris
Patianus, episc. 9 martii
Patricia, mart. 13 martii
Patricius, episc. conf. 16 martii
Patricius, episc. conf. 17 martii
Patricius, abbas 24 augusti
Patroclus, mart. 21 januarii
Paula, virg. 27 januarii
Paula, virg. mart. 18 junii
Paula, mart. 20 julii
Paulina, filia Artemii 6 junii
Paulinus, mart. 26 maii
Paulinus, episc. conf. 22 julii
Paulinus, episc. Treverensis 31 augusti
Paulinus, episc. conf. 10 octobris
Paulus, eremita 10 januarii
Paulus, episc. 1 februarii
Paulus, mart. 20 martii
Paulus, monachus 17 aprilis
Paulus, mart. 15 maii
Paulus, mart. 17 mai
Paulus, presb. mart. 1 junii
Paulus, episc. mart. 7 junii
Paulus, mart. 20 junii
Paulus, apostolus 29 junii
Ejus conversio 25 januarii
Ejus ingressus in Urbem Romam 6 julii

Paulus, martyr 26 junii
Paulus, diac. mart. 20 julii
Paulus, conf. 12 decembris
Pelagia, mart. 11 julii
Pelagia, peccatrix. 8 octobris
Pelagia, mart. 19 octobris
Peleus, episc. mart. 20 februarii
Peleus, episc. mart. 19 septembris
Peleusius, presbyter. 7 aprilis
Peregrinus, mart. 5 maii
Peregrinus, episc. Autissiodorensis 16 maii
Peregrinus, presb. 28 julii
Peregrinus, mart. 25 augusti
Perfectus, presb. mart. 18 aprilis
Pergentinus, mart. 3 junii
Perpetua, mart. 7 martii
Perpetuus, episc. Turonensis 8 aprilis
Perseveranda, virgo 26 junii
Petronilla, virgo 31 maii
Petrus, mart. 3 januarii
Petrus, conf. 11 januarii
Petrus, mart. 12 martii
Petrus, mart. 14 martii
Petrus, diac. mart. 17 aprilis
Petrus, mart. 15 maii
Petrus, exorcista 2 junii
Petrus, presb. mart. 7 junii
Petrus, apostolus 29 junii
Ejus cathedra Romæ 18 januarii
Ejus liberatio a vinculis 1 augusti
Petrus, mart. 1 augusti
Petrus, mart. 7 augusti
Petrus, mart. 27 augusti
Petrus, mart. 8 octobris
Petrus, mart. et 46. 25 octobris
Petrus, episc. Alexandrinus 25 novembris
Phileas, episc. mart. 4 februarii
Philemon, mart. 8 martii
Philibertus, abbas 20 augusti
Philippus, episc. 11 aprilis
Philippus, apostolus 1 maii
Philippus, diac. et mart. 6 junii
Philippus filius S. Felicitatis, mart. 10 julii
Philippus, mart. 15 julii
Philippus, episc. mart. 13 septembris
Philippus, episc. mart. 22 octobris
Philominus, mart. 14 novembris
Phocas, mart. 5 martii
Phocas, episc. mart. 14 julii
Piaton, presb. mart. 1 octobris
Pientia, mart. 11 octobris
Pigmenius, presb. mart. 24 martii
Pinytus, episc. 10 octobris
Pionius, mart. et 15 socii 1 februarii
Placidus, mart. 5 octobris
Plato, mart. 22 julii
Plautus, mart. 29 septembris
Plutarchus, mart. 28 junii
Pollianus, mart. 10 septembris
Pollio, mart. 28 aprilis
Pollius, mart. 21 maii
Polochronius, episc. mart. 17 februarii
Polycarpus, episc. mart. 26 januarii
Polycarpus, presb. conf. 23 februarii
Polyeuctus, mart. 13 februarii
Polyeuctus, mart. 21 maii
Pontianus, mart. 19 januarii
Pontianus, mart. 25 augusti
Pontianus, papa, mart. 20 novembris
Pontianus, mart. 11 decembris
Pontius, diac. mart. 8 martii
Pontius, mart. 14 maii
Porphyrius, homo Dei 20 augusti
Potamia, mart. 5 decembris
Potamiena, mart. 28 junii
Potamius, mart. 20 februarii
Potentiana, virg. mart. 19 maii
Potentianus, mart. 31 decembris
Præjectus, episc. mart. 25 januarii
Præpedigna, uxor Claudii 18 februarii
Præsidius, episc. mart. 6 septembris
Prætextatus, mart. 11 decembris
Pragmatius, episc. 22 novembris
Praxedes, virgo 21 julii
Priamus, mart. 28 maii
Prilidanus, mart. 24 januarii
Primitivus, mart. 16 aprilis
Primitivus, mart. 10 junii
Primitivus filius Symphorosæ, mart. 27 junii
Primus, mart. 3 januarii
Primus, mart. 9 junii
Prisca, virg. mart. 18 januarii
Priscilla ex Actis Apostolorum 8 julii
Priscillianus, mart. 4 januarii
Priscus, presb. mart. 4 januarii
Priscus, mart. 28 martii
Priscus, mart. cum ingenti martyrum multitudine 26 maii
Priscus, discipulus Christi mart. 1 septembris
Priscus, mart. 1 octobris
Privatus, episc. mart. 21 augusti
Privatus, mart. 20 septembris
Probus, mart. 11 octobris
Probus, mart. 13 novembris
Processus, mart. 2 julii
Procopius, mart. 8 julii
Procorus, diaconus 9 aprilis
Proculus, abbas 14 aprilis
Proculus, mart. diac. 19 septembris
Proculus, episc. 4 novembris
Proculus, presb. 1 decembris
Protasius, mart. 19 junii
Protolicus, mart. 14 februarii
Protus, mart. 31 maii
Protus, mart. 11 septembris
Ptolomeus, mart. 20 decembris
Publius, episc. mart. 21 januarii
Publius, mart. 19 februarii
Publius, mart. 16 aprilis
Pudens, pater S. Pudentianæ 19 maii
Pusitius, mart. 21 aprilis
Pusitii martyris filia 21 aprilis

Q

Quadratus, mart. 26 maii
Quadratus, episc. Atheniensis 26 maii
Quartilla, mart. 19 martii
Quartus, mart. 10 maii
Quartus, mart. 6 augusti
Quartus, discipulus apostolorum, de quo S. Paulus 3 novembris
Queranus, abbas. 9 septembris
Quinidius, episc. 15 februarii
Quintianus, presb. conf. 14 junii
Quintilianus, mart. 16 aprilis
Quintillus, mart. 19 martii
Quintinus, mart. 31 octobris
Quintius, mart. 4 januarii

Quintus

Quintus, martyr 19 martii
Quintus, mart. 10 maii
Quintus, mart. 5 septembris
Quintus, mart. 29 octobris
Quiriacus, episc. 4 maii
Quiriacus, mart. 21 junii
Quiriacus, martyr 12 augusti
Quiriacus, mart. 23 augusti
Quirinus, mart. 30 martii
Quirinus, episc. mart. 4 junii
Quirinus, mart. 11 octobris
Quirion, mart 11 martii

R

Radegundis, regina 13 augusti
Ragnulfus, mart. 27 maii
Regina, virgo, mart. 7 septembris
Regulus, episc. conf. 30 martii
Relatio pueri Jesu ex Ægypto 7 januarii
Remedius, episc. 3 februarii
Remigius, episc. Remensis 13 januarii
Ejus translatio 1 octobris
Restitutus, martyr 29 maii
Restitutus, mart. 23 augusti
Reverianus, episc. mart. 1 junii
Revocatus, mart. 9 januarii
Revocatus, mart. 7 martii
Richarius, presb. confess. 26 aprilis
Rogatianus, mart. 24 maii
Rogatianus, presb. mart. 26 octobris
Rogatus, monachus, mart. 17 augusti
Romanus, abbas 28 februarii
Romanus, mart. 9 augusti
Romanus, mart. 18 novembris
Romanus, presb. conf. 24 novembris
Romulus, mart. 17 februarii
Romulus, mart. 24 martii
Rosula, mart. 14 septembris
Rufina, mart. 10 julii
Rufina, mart 19 julii
Rufina, mart. 28 februarii
Rufinus, mart. 14 junii
Rufinus, mart. 21 junii
Rufinus, puer, mart. 4 septembris
Rufus, mart. 19 aprilis
Rufus, mart. 1 augusti
Rufus, mart. 27 augusti
Rufus, de quo scribit Paulus apostolus 21 novembris
Rufus, mart. 28 novembris
Rufus, mart. 18 decembris
Rusticus, subdiac. mart. 17 augusti
Rusticus, presb. mart. 9 octobris
Rusticus, episc. conf. 26 octobris

S

Sabina, mart. Romana 29 augusti
Sabina, virgo cum trecentis 29 augusti
Sabina, mart. 27 octobris
Sabinianus, mart. 29 januarii
Sabinianus, episc. mart. 31 decembris
Sabinus, conf. 11 julii
Sabinus, mart. 20 julii
Sabinus, episc. mart. 30 decembris
Sagares, episc. Laodicensis, mart. 6 octobris
Salome, ex Evangelio 22 octobris
Salomon, mart. 8 februarii
Salon, episc. conf. 28 septembris
Salvius, mart. 11 januarii
Salvius, confess. 1 julii
Salustia, mart. uxor Cerealis 14 septembris
Salustianus, mart. 8 junii
Salutaris, archidiac mart. 13 julii
Samson, episc. conf. 28 julii
Samuel, propheta, 20 augusti
Sanctus, diaconus, mart. 2 junii
Sapientia, mart. 1 augusti
Satirianus, mart. Africanus 16 octobris
Saturninus, mart. 31 januarii
Saturninus, presb. mart. 12 februarii
Saturninus, mart. 7 martii
Saturninus, mart. 2 maii
Saturninus, mart. 22 augusti
Saturninus, mart. 6 octobris
Saturninus, mart. 29 novembris
Saturninus Tolosanus, mart. 29 novembris
Saturus, mart. 12 januarii
Satyrus, mart. 29 martii
Saula, mart. 20 octobris
Scholastica, virgo 10 februarii
Sebastia, mart. 4 julii
Sebastianus, mart. 20 januarii
Sebastianus, mart 8 februarii
Secunda, mart. Scillitana 17 julii
Secunda, virg. mart. 30 julii
Secunda, mart. 10 julii
Secundianus, mart. 17 februarii
Secundianus, mart. 9 augusti
Secundinus, mart. 21 februarii
Secundinus, mart. 21 maii
Secundolus, mart. 7 martii
Secundolus, mart. 24 martii
Secundus, conf. 15 maii
Secundus, episc. mart. 29 aprilis
Secundus, mart. 31 julii
Secundus, mart. ex Thebæis 26 augusti
Securus, mart. 2 decembris
Seleucus, mart. 24 martii
Senator, episc. 26 septembris
Sennes, mart. 30 julii
Sepherinus, papa, mart. 26 augusti
Septimus, monachus, mart. 17 augusti
Septimus, lector, mart. 24 octobris
Sequanus, presb. 19 septembris
Serapia, virg. mart. 3 septembris
Serapion, mart. 25 februarii
Serapion, anachoreta 21 martii
Serapion, lector 26 martii
Serapion, mart. 27 augusti
Serapion, episc. 30 octobris
Serapion, mart. 14 novembris
Serena, quondam uxor Diocletiani 16 augusti
Serenus, mart. 28 junii
Serenus, confess 2 octobris
Sergius, mart. 24 februarii
Sergius, mart. 7 octobris
Servandus, mart. 23 octobris
Servatius, Tungrensis 13 maii
Servilianus, mart. 20 aprilis
Servilius, mart. 24 maii

Severinus,

Servius, subdiac. martyr 17 augusti
Servulus, mart. 21 februarii
Servulus, conf. 23 decembris
Severianus, mart. 23 januarii
Severianus, episc. 25 januarii
Severianus, mart. coronatus 8 novembris
Severinus, episcopus 8 januarii
Severinus, abbas 11 februarii
Severinus, episc. conf. 23 octobris
Severinus, monachus 1 novembris
Severinus, monachus 23 novembris
Severus, conf. 11 januarii
Severus, presb. conf. 8 augusti
Severus, mart. coronatus 8 novembris
Severus, mart. 19 novembris
Siagrius, episc. Augustudunensis 27 augusti
Sidronius, mart. 11 julii
Sigismundus, rex 1 maii
Sileas, apostolus 13 julii
Silvanus, mart. 20 februarii
Silvanus, episc. mart. 4 maii
Silvanus, mart. 24 maii
Silvanus filius S. Felicitatis, mart. 10 julii
Silvanus, puer mart. 4 septembris
Silvanus confess. 22 septembris
Silvester, episc. Cabillonensis 20 novembris
Silvester, papa. 31 decembris
Silvinus, episc. 17 februarii
Silvius, mart. 21 aprilis
Simeon, monachus. 27 julii
Simeon, qui Dominum suscepit 8 octobris
Similianus, episc. confes. 16 junii
Simon Chananæus, apostolus 28 octobris
Simplicius, episc. 24 junii
Simplicius, mart. 29 julii
Simplicius, mart. 8 novembris
Sinerus, monachus, mart. 23 februarii
Sintices, de qua scribit Apostolus, 22 julii
Siriacus, mart. 18 junii
Sisinnius, mart. 29 maii
Sisinnius, mart. 29 novembris
Sixtus, papa, mart. 6 aprilis
Sixtus, episcopus Remensis. 1 septembris
Smaragdus, mart. 8 augusti
Smaragdus, mart. 16 martii
Socrates, conf. 17 septembris
Solutor, mart. 13 novembris
Sosipater, discipulus apostolorum 25 junii
Sosius, diac. mart. 23 septembris
Sostenes, mart. 10 septembris
Sosthenes, discipulus Pauli 28 novembris
Sotheris, virgo mart. 10 februarii
Soticus, mart. 21 octobris
Speratus, mart. Scillitanus 17 julii
Spes, virgo, mart. 1 augusti
Speusippus, mart. 17 januarii
Spiridion, episc. 14 decembris
Stacteus filius Symphorosæ, mart. 27 junii
Stacteus, mart. 28 septembris
Stephanus, mart. 1 aprilis
Stephanus, conf. 8 maii
Stephanus, papa, mart. 2 augusti
Stephanus, subdiac. mart. 6 augusti
Stephanus, conf. 17 septembris
Stephanus, protomartyr 26 decembris
Ejus inventio 3 augusti
Stercatius, mart. 24 julii
Stratoclinianus, presb. 30 junii
Successus, mart. 16 aprilis
Sulpitius, episc. 17 januarii
Sulpitius, mart. 20 aprilis
Susanna, virgo mart. 11 augusti
Symeon, monachus stylita 5 januarii
Symeon, episc. mart. 17 februarii
Symeon, episc. et mart. 21 aprilis
Symmetrius, presb. et alii 22 26 maii
Symphorianus, mart. 22 augusti
Symphorosa, mart. 27 junii
Symphorosa, mart. 2 julii
Symphronianus, mart. 7 julii
Sympronianus, mart. 8 novembris
Sympronius, et soc. 26 julii
Syrius, mart. 12 septembris
Solutor, mart. 20 novembris

T

Tarbua, mart. 22 aprilis
Tatianus, diac. mart. 16 martii
Taurinus, epis. Ebroicensis 11 augusti
Tertius, mart. 6 decembris
Tertulla, virg. mart. 29 aprilis
Tertullinus, mart. 4 augusti
Tesiforus, conf. 15 maii
Tharacus, mart. 11 octobris
Tharsicius, acolitus, mart. 15 augusti
Thecla, virgo, mart. 23 septembris
Thelesphorus, papa 5 januarii
Theodora, mart. 13 martii
Theodora, martyr. 1 aprilis
Theodora, virg. mart. 28 aprilis
Theodora, virg. mart 7 maii
Theodoretus, presb. mart. 23 octobris
Theodoricus, presb. 1 julii
Theodorus, martyr 4 januarii
Theodorus, presbyter 23 martii
Theodorus, episc. 26 martii
Theodorus, mart. 9 novembris
Theodorus, mart. 14 decembris
Theodosia, virg. mart. 2 aprilis
Theodosius, mart. 25 octobris
Theodota, mart. cum filiis 2 augusti
Theodotus, episcopus 12 novembris
Theodotus, mart. 14 novembris
Theodulus, mart. 3 maii
Theodulus, mart. 26 julii
Theogenes, mart. cum sociis 36 26 januarii
Theogenes, mart. 3 januarii
Theonas, episc. Alexandrinus 23 augusti
Theophilus, mart. 6 februarii
Theophilus, mart. 8 septembris
Theophilus, episc. Antiochenus 13 octobris
Theophilus, mart. 3 novembris
Theophilus, mart. 20 decembris
Theospis, uxor Eustachii 2 novembris
Theospites, filius Eustachii 2 novembris
Theoticus, mart. 8 martii
Theuseta, mart. 13 martii
Tholomeus, mart. 19 octobris
Thomas, apostolus 21 decembris
Ejus translatio 3 julii
Thraso, mart. 11 decembris
Thyrsus, mart. 31 januarii
Thyrsus, mart. 28 januarii
Thyrsus, diac. mart. 24 septembris

Tiberius

Tiberius, martyr 10 novembris
Tiburtius, mart. 9 septembris
Tiburtius, mart. 11 augusti
Tiburtius, mart. 14 aprilis
Timotheus, mart. 21 maii
Timotheus, mart. 22 augusti
Timotheus, mart. 23 augusti
Tigrides, episc. conf. 3 februarii
Timotheus, episc. 22 januarii
Timotheus, mart. 6 aprilis
Timotheus, mart. 8 septembris
Timon, diaconus, mart. 10 aprilis
Titus, episc. mart. 4 januarii
Torpes, mart. 17 maii
Torquatus, confessor 5 maii
Tranquillinus, mart. 6 julii
Traseus, episc. mart. 5 octobris
Triphon, mart. 4 januarii
Triphon, et alii decem 3 julii
Triphonia, uxor Decii 18 octobris
Tripodes, mart. 10 junii
Trojanus, episc. Sanctonensis 30 novembris
Trophimus, de quo meminit Paulus apostolus 29 decembris
Trudo, presbyter 23 novembris
Turianus, episc. conf. 13 julii
Tychicus, diac. 29 aprilis
Tyrannio, mart. 20 februarii

U

Urbanus, mart. 24 januarii
Urbanus, mart. 16 aprilis
Urbanus, papa, mart. 25 maii
Urbanus, mart. 2 julii
Ursacius, confessor. 16 augusti
Ursmarus, episc. conf. 19 aprilis
Ursicinus, mart. 19 junii
Ursicinus, *vel* Ursinus. 9 novembris
Ursus, mart. Thebæus. 30 septembris
Ustasades, mart. 21 aprilis

V

Valentio, mart. 25 maii
Valentinus, episc. mart. 14 februarii
Valentinus, mart. 14 februarii
Valentinus, mart 13 novembris
Valentinus, mart. 16 decembris
Valerianus, mart. 14 aprilis
Valerianus, mart. 23 augusti
Valerianus, mart. 15 septembris
Valerianus, mart. 17 septembris
Valerianus, episcopus, mart. 15 decembris
Valerius, episc. 29 januarii
Valerius, mart. 14 junii
Vedastus, episc. 6 februarii
Venantius, episcopus, mart. 1 aprilis
Venantius, abbas 13 octobris
Venustianus, mart. cum uxore et filiis. 30 decembris
Venustus, mart. 6 maii
Veranus, episc. Lugdunensis 11 novembris
Verianus, mart. 9 augusti
Verissimus, mart. 1 octobris
Verolus, mart. 21 februarii
Verus, mart. 2 decembris
Viator, minister S. Justi 21 octobris
Vibianus, episc. conf. 28 augusti
Victor, mart. 22 januarii
Victor, mart. 31 januarii
Victor, mart. 25 februarii
Victor, mart. 6 martii
Victor, mart. 30 martii
Victor, mart. 1 aprilis
Victor, papa, mart. 20 aprilis
Victor, mart. 8 maii
Victor alter, mart. 8 maii
Victor, mart. 14 maii
Victor, mart. 21 julii
Victor, miles, mart. 24 julii
Victor, episc. Cenomanensis 1 septembris
Victor, mart. 10 septembris
Victor alter, mart. 10 septembris
Victor, mart. 14 septembris
Victor, mart. Thebæus 22 septembris
Victor, mart. Thebæus 29 septembris
Victor, cum aliis 7 10 octobris
Victor, mart. 13 novembris
Victoria, mart. 17 novembris
Victoria, virg. mart. 23 decembris
Victorianus, mart. 16 maii
Victorianus, mart. 23 martii
Victoricus, mart. 11 decembris
Victorinus, mart. 25 februarii
Victorinus, mart. 6 martii
Victorinus, mart. 15 aprilis
Victorinus, mart. 7 julii
Victorinus, mart. 5 septembris
Victorinus, episc. Pitabionensis 2 novembris
Victorinus, mart. coronatus 8 novembris
Victorius, mart. 21 maii
Vigilia Joannis Baptistæ 23 junii
Vigilia apostolorum Petri et Pauli 28 junii
Vigilia sancti Laurentii 9 augusti
Vigilia assumptionis B. Mariæ 14 augusti
Vigilia Sanctorum omnium 31 octobris
Vigilia S. Andreæ 29 novembris
Vigilia natalis Domini 24 decembris
Vigilius, episc. mart. 31 januarii
Vigor, episc. Bajocensis 1 novembris
Vincentius, mart. 22 januarii
Vincentius, levita mart. 22 januarii
Vincentius, mart. 19 aprilis
Vincentius, Evangelii prædicator 20 aprilis
Vincentius, mart. 24 maii
Vincentius, levita, mart. 9 junii
Vincentius, subdiac. mart. 6 augusti
Vincentius, mart. 25 augusti
Vincentius, mart. 27 octobris
Virgines 7 Sirmienses 9 aprilis
Vitalicus, puer mart. 4 septembris
Vitalis, mart. 9 januarii
Vitalis, mart. 14 februarii
Vitalis, mart. 21 aprilis
Vitalis, mart. 28 aprilis
Vitalis, mart. 2 julii
Vitalis filius S. Felicitatis, mart. 10 julii
Vitalis, mart. Thebæus 22 septembris
Vitalis, mart. 3 novembris
Vitalis, mart. 27 novembris
Vitus, mart. 15 junii

W

Wulframnus, confessor 20 martii
Wulmarus, confess. 17 junii
Walericus, presb. conf. 12 decembris
Wandregisilus, confessor 22 julii
Willebrordus, episcopus, Frisiorum apostolus 7 novembris

X

Xystus, papa, martyr 6 augusti

Y

Ypolitus, mart. 13 augusti
Ypolitus, mart. 23 augusti

Z

Zacharias, presb. 2 junii
Zacharias, mart. 10 junii
Zacharias, propheta 6 septembris
Zacharias, pater Præcursoris 5 novembris
Zachæus, episc. Jerosolymitanus 23 augusti
Zenobius, presbyter, mart. 20 februarii
Zenobius, presbyter, mart. 29 octobris
Zenon, mart. 14 februarii
Zenon, cum sociis decem millibus ducentis et tribus. 9 julii
Zenon, mart. 15 julii
Zenon, mart. 20 decembris
Zoa, martyr 5 julii
Zoellus, mart. 24 maii
Zoilus, episc. martyr, cujus et corporis inventio 27 junii
Zosima, mart. 15 julii
Zosimus, mart. 14 decembris
Zosimus, mart. 18 decembris
Zoticus, mart. 10 februarii

INDEX

AD USUARDI AUCTARIA

A

Aaron, episcopus 28 septembris
Abacuc Persa, martyr 19 januarii
Abda, mart. 31 martii
Abagarus, rex 20 junii
Abdias, episc. confessor 29 octobris
Abdias et Naum, prophetæ 24 decembris
Ableberti *vel* Emeberti, episc. 15 januarii
Abeli translatio 4 aprilis
Abraham, anachoreta 16 martii
Abraham, conf. 15 junii
Abraham, Isaac, etc. 6 octobris
Abraham et Florinus, epp. 17 novembris
Abramius, conf. 29 octobris
Abrunculus, episc. Treverensis 22 aprilis
Abrunculus, episc. conf. 5 novembris
Absolomius, mart. 2 martii
Abundantia, matrona 26 decembris
Abundantius, mart. 27 februarii
Abundantius, mart. 28 augusti
Abundius et socii 1 martii
Abundius, episc. conf. 2 aprilis
Abundius, de quo Gregorius 14 aprilis
Abundius, mart. cum Irenæo 14 augusti
Abundius, mart. cum Justo 23 augusti
Abundius, mart. 28 augusti
Acacia, mart. 29 martii
Acacius, episc. Amidæ 9 aprilis
Acacius, episc. Melitinæ 17 aprilis
Acacius, mart. 7 maii
Acacius, qui fuit in gradu 29 novembris
Accepsima et soc. 3 novembris
Accias, mart. 25 junii
Accursius, mart. Marochianus 16 januarii
Acescamas, mart. 30 martii
Achacius, mart. 29 martii
Achaicus, mart. 30 martii
Acharius, episc. conf. 30 martii
Acharius et Optatus 27 novembris
Acharius Noviomensis 28 novembris
Achartius, mart. 29 martii
Acheolus et Acius 1 maii
Acius et Aciolus, martt. 1 maii
Acyla, mart. 21 januarii
Acyline *alias* Aquilina, mart. 13 junii
Adalbertus, episc. mart. 23 *et* 24 aprilis
Adalbertus, conf. 25 junii
Adalongus, episc. 1 martii
Adam, primus homo 23 augusti
Adamnanus, episc. 23 septembris
Adauctus, martyr 28 martii
Adegrinus, confessor 2 julii
Adelardus, abbas 1 januarii
Adelardus, abbas 2 januarii
Adelarius, episc. et alii 53 martt. 5 junii
Adelbertus in Dononio, conf. 22 aprilis
Adelbertus, conf. levita 25 junii
Adelbertus, episc. mart. translatio 25 augusti
Adeleidis, imperatrix 16 *et* 18 decembris
Adelmus, *alias* Adelinus 27 junii
Adelphi, episc. translatio 15 februarii
Adelphus, episc. conf. 28 aprilis, 20 *et* 29 augusti
Adelphius, conf. 11 septembris
Adelwoldi translatio 10 septembris
Aderitus, episc. Ravennæ 27 septembris
Adilia Orpeniensis 13 decembris
Adjutus, mart. Marochianus 16 januarii
Adjutus, abbas 27 januarii
Adjutus, abbas 19 decembris
Ado, martyrologus episcopus Viennensis 16 decembris
Adolphus, *vel* Adelphus, episc. 29 augusti
Adorator, mart. 13 novembris
Adrenuldus, episc. conf. 2 augusti
Adriani, mart, translatio. 8 septembris
Adriani, elevatio 4 martii
Adriani adventus 27 maii
Adrianus, mart. 5 martii
Adrianus, abbas. 9 januarii
Adrianus, mart. cum aliis 23 4 martii
Adrianus, subdiac. S. Landoaldi 19 martii
Adrianus, et soc. 6 novembris
Adrianus, mart. 6 novembris
Adulfus frater Botulfi 18 junii
Adulfus, episc. Cameracensis 18 *et* 19 maii
Adulfus, abb. conf. 13 septembris
Adventor, mart. 20 januarii
Adventus, mart. 15 februarii
Adventus Spiritus sancti 15 maii
Adventus corporis Exuperii 8 julii
Adventus corporis S. Justi 4 augusti
Adventus reliquiarum S. Sebastiani 4 septembris
Adventius, conf. 3 novembris
Advocatus, mart. 13 martii
Afflinus, episc. 8 januarii
Affrodisius, mart. 22 martii
Affrus, presb. 14 junii
Afra, mart. 7 augusti
Ejus conversio 26 octobris

Africani episcopi 28 novembris
Afrodisius, episc. conf. 28 aprilis
Agabus et Rufus, martt. 8 aprilis
Agapa, virg. 10 *et* 11 martii
Agapa, virg. 8 augusti
Agape, virgo, mart. 1 aprilis
Agapita, virg. 20 novembris
Agapitus, archiep. conf. 16 martii
Agapitus, mart. 1 *et* 24 aprilis
Agapitus, papa 21 *et* 22 aprilis
Agapitus, mart. 25 junii
Agapius, martyr cum soc. 15 *et* 24 martii
Agapius, mart. 20 novembris
Agapus, mart. 12 aprilis
Agathangelus, mart. 23 januarii
Agathapos, mart. 5 aprilis
Agathenses martyres 10 novembris
Agatho, papa 10 januarii
Agatho, diac. mart. 4 aprilis
Agatho, mart. 26 junii
Agathonica, mart. 13 aprilis
Agathonicus, mart. 22 augusti
Agatymbrus et Rufus, epp. 11 maii
Agericus, episc. Virdunensis 1 decembris
Agilolfus, episc. mart. 31 martii *et* 9 julii
Agetius, confessor 9 januarii
Aggæus, proph. 4 *et* 5 julii, *et* 4 septembris
Agia, matrona 14 junii
Agigulphus, cum soc. martt. 5 septembris
Agileus, mart. 25 januarii
Agilus, conf. 30 augusti
Agili abbatis translatio 23 januarii
Aglae, mart. 25 februarii
Aglae cum Bonifacio 14 maii *et* 5 junii
Agliberta, abbatissa 12 augusti
Agnellus, conf. Neapolitanus 14 decembris
Agnes, virg. 12 *et* 28 augusti
Agnes, de monte Policiano 16 septembris
Agnetis translatio 2 septembris
Agnes secunda, *male* 3 decembris
Agratus et Castullus. epp. 14 *et* 15 octobris
Agrestius, mart. 11 aprilis
Agricius, episc. conf. 6 *et* 13 januarii
Agricius, abbas 11 aprilis
Agricola, virg. 7 decembris
Agricola, episc. conf. 17 martii
Agricola, episc. 19 martii
Agricola, mart. 1 novembris
Agricola et Vitalis, martt. 3 *et* 4 novembris
Agricola et Cassianus 3 decembris
Agricolæ, mart. elevatio 3 decembris
Agricola, mart. 16 decembris
Agricolus, episc. conf. 26 februarii
Agricolus *vel* Agricola, episc. 16 martii
Agricolus, episc. 29 junii
Agricolus, episc. 2 septembris
Agutus, mart. 27 martii
Agrippina, mart. 23 junii
Agrippianus, episc. 1 februarii
Ahia, Silonites propheta 12 novembris
Aidanus, episc. conf. 31 augusti
Aigulfus, mart. 3 septembris
Ainandus , mart. 23 augusti
Aithala, cum multis soc. 1 septembris
Albanus, episc. 16 martii
Albanus, presb. mart. 21 junii
Albanus, conf. 11 julii
Albanus, mart. etc. 21 junii
Alberejus, episc. 22 octobris
Albertus, monachus 7 aprilis
Albertus, ordinis Carmeli episc. 8 aprilis
Albertus, conf. 7 augusti
Albertus magnus, episcopus 15 novembris
Albertus, episc. Leodiensis 21 *et* 25 novembris
Albertus, abb. 29 *et* 30 decembris
Albinus, episc. 5 februarii
Albini, mart. translatio 16 aprilis
Albini episc. translatio 30 junii
Albinus, conf. 11 julii
Albinus, conf. 21 julii
Albini inventio 2 augusti
Albinus, episc. 15 septembris
Albini translatio 25 octobris
Albericus, erem. conf. 24 decembris
Albo *vel* Abbo, abb. conf. 13 novembris
Albricus, episc. conf. 14 novembris
Alcuinus, auctor ecclesiasticus 19 maii
Aldegundis virg. corporis ostensio 6 junii
Aldegundis, virg. 20 junii
Ejusdem translatio 13 novembris
Aldelmus, episc. conf. 31 martii *et* 25 maii
Aldetrudis, virg. 28 januarii *et* 25 februarii
Alelarus, episc. conf. 4 februarii
Alena, virg. mart. 17 *et* 18 junii
Alenidinus *vel* Acindynus et soc. 2 novembris
Alexander, mart. 30 januarii *et* 20 februarii
Alexander, mart. 27 februarii
Alexander, mart. filius Claudii 18 februarii
Alexander, mart. 6 martii
Alexander, mart. 11 martii
Alexander, mart. 14 martii
Alexander, episc. 16 martii
Alexander, mart. 24 martii
Alexander, mart. 25 martii
Alexander, mart. 1 aprilis
Alexander, et soc. mart. 25 aprilis
Alexander et Antonina, mart. 3 maii
Alexander, mart. 13 maii
Alexander et Galla 31 maii
Alexander, mart. 9 junii
Alexander, episc. mart. 6 junii
Alexandri, papæ natale 21 septembris
Alexander, papa 25 septembris
Alexander et Victor 17, 18 *et* 19 octobris
Alexander, episc. mart. 26 novembris
Alexandri et Herculani translatio 26 novembris
Alexandra, reg. Persidis 22 aprilis
Alexianus, diac. 22 martii
Alexius, conf. 17 julii
Aleydis, abbatissa 5 februarii
Alfegus, episc. mart. 28 decembris
Alfegus *vel* Elfegus, episc. mart. 19 aprilis
Alga, cum Auchario 26 aprilis
Algisus, conf. 2 junii
Alheidis, imperatrix 12 decembris
Ejus translatio 1 octobris
Alipius Cionita 26 novembris
Alnobertus, episc. conf. 16 maii
Alnulfus Spoletanus 24 decembris
Almarius, mart. 16 maii
Alodius *vel* Alogius, episc. 28 septembris
Alpais, bubulca 3 novembris
Alphæus et Zachæus 27 novembris
Alphius, etc., martt. 10 maii
Alpinianus, conf. 27 aprilis
Alpinus, episc. 2 *et* 7 septembris
Altaris S. Crucis dedicatio 19 januarii
Alteramnus, conf. 17 junii
Altfridus, episc. 15 augusti
Alto, abbas 9 februarii
Amabilis, presb. 1 decembris
Amandus, mart. 5 januarii
Amandus et Vedastus 6 februarii *et* 26 octobris
Amandus, episc. conf. 18 junii

Amandi

Amandi ordinatio et translatio 25 junii
Amandus, conf. 25 junii
Amandi, episc. elevatio in Elnone monasterio 20 septembris *et* 23 octobris
Amandus, conf. 24 *et* 26 octobris
Amandus, episc. 13 novembris
Amandus, episc. 15 novembris
Amancius, episc. conf. 7 februarii
Amancius, episc. 1 novembris
Amantius, mart. 11 februarii
Amantius, diac. S. Landoaldi 19 martii
Amantius, etc. 13 junii
Amantius, episc. 14 julii
Amantius, presb. conf. 25 septembris
Amantius, et soc. 13 novembris
Amantius, cum Fulgentio 5 decembris
Amanus, episc. 12 octobris
Amasius, episc. conf. 11 februarii
Amata, virg. abb. 5 januarii
Amator, episc. 1 et 2 maii
Amator *alias* Amor, conf. 8 *et* 11 octobris
Amator, episc. Mediolanensis 30 novembris
Amati Senonensis translatio 13 septembris
Amati, episc. elevatio 28 aprilis
Ejusdem translatio 19 octobris
Amatus, episc. conf. 20 augusti
Ejus translationes 15 februarii *et* 17 maii
Amatus Florentinus 13 septembris
Amatus, abbas 19 octobris
Ambrosius, diac. mart. 17 martii
Ambrosius, episc. Mediolanensis 4 aprilis
Ejus festum *pro* victoria 21 februarii
Ejus alia festivitas 30 novembris
Ejus translatio 21 novembris *et* 1 decembris
Ejus ordinatio 7 decembris
Ambrosius, diac. 4 aprilis
Ambrosius, presb. conf. 20 julii
Ambrosius, Senonensis episc. 3 septembris
Ambrosius, conf. 17 octobris
Ambrosius, abbas 3 novembris
Amelberga, virg. 10 julii *et* 27 octobris
Ejus translatio 1 maii
Amelius et Amicus 12 octobris
Amicus, mart. 27 januarii
Amicus, episc. 14 julii
Aminonus, mart. 31 januarii
Amoluinus, episc. 7 februarii
Ammon, mart. 7 *et* 13 februarii
Ammon, mart. cum 37 9 februarii
Ammon, qui dracones ante ostium cellulæ collocavit 16 aprilis
Ammon, miræ abstinentiæ 17 aprilis
Ammon et Proculus. 1 maii
Ammon et 809 10 septembris
Ammon, mart. 17 novembris
Ammon, episc. Aurelianensis 19 decembris
Ammonaria, mart. 20 februarii
Ammonius, abbas 31 martii
Ammonius, cum Nemesio. 10 septembris
Amon, clericus 27 augusti
Amor, mart. 9 augusti
Amor *vel* Amator, conf. 8 *et* 11 octobris
Amorinus. 10 julii
Amos, eremita 21 martii
Amos, abbas 31 martii
Amphianus, mart. 2 aprilis
Amphibalus, etc. mart. 25 junii
Amphilochius, episc. Iconii 23 novembris
Ampliatus, mart. 26 februarii
Amulguini translatio. 4 aprilis
Amulricus, episc. 13 februarii
Anacletus, papa, mart. 12 *et* 13 julii
Ananias, presbyter, martyr 25 februarii
Ananias, presb. 27 martii
Ananiæ, Azariæ, Mizael, translatio 24 aprilis
Anastasiæ, translatio 7 septembris
Anastasia Trevirensis 8 *et* 9 decembris
Anastasius, mart. 6 januarii
Anastasius, monachus 19 januarii
Anastasius, abbas 22 januarii
Anastasius, papa 18 aprilis
Anastasius, mart. 26 augusti
Anastasius, mart. 7 septembris
Anastasius, mart. 11 septembris
Anastasius, presb. cum soc. 11 octobris
Anastasius, etc. 19 decembris
Anastasius, episc. conf. 20 decembris
Anastasius, episc. 26 decembris
Anatholius, episc. 14 novembris
Anatholius, episc. 3 februarii
Anatholius, mart. 7 februarii
Anatholius, episc. conf. 16 julii
Anatholia et Victoria 18 decembris
Anceias, mart. cum aliis 41 28 decembris
Anca *pro* Tancha, virg. mart 10 octobris
Andoleus, mart. 10 augusti
Andochius, presb. 2 aprilis
Andreas, episc. 6 januarii
Andreas, episc. conf. 26 februarii
Andreas Cretensis 5 julii
Andreas, mart. 17 julii
Andreas diac. 22 augusti
Andreæ apostoli translatio 26 augusti
Ejus octava 7 decembris
Andreas, mart. 17 octobris
Andronicus et Athanasia 27 februarii
Andronicus, mart. 25 martii
Andronicus, mart. 4 aprilis
Andronicus monachus 9 octobris
Angadrigine, virg. 14 octobris
Angela, virg. 3 januarii
Angeli custodes 1 martii
Angeli proprii festum 28 septembris
Angelorum omnium festum 29 septembris
Angelus Carmelitanus, mart. 5 maii
Angilbertus, abbas 18 februarii
Anianus, episc. conf. 14 junii
Anianus, episc. 4 octobris
Anicetus, papa, mart. 16 *et* 17 aprilis
Anicetus, mart. 12 augusti
Anicetus, mart. 2 septembris
Anisanus et Maxima 1 decembris
Anna, mart. 1 maii
Anna, mater B. V. Mariæ 26 *et* 28 julii *et* 16 septembris
Anna, prophetissa 1 septembris
Anna, et soc. 17 octobris
Annon, episc. Coloniensis 4, 5 *et* 24 decembris
Ejus translatio 29 aprilis
Ejus ordinatio 3 martii
De ejus reliquiis 24 maii
Brachii translatio 25 augusti
Annuntiationis festum 24 martii
Anolinus, mart. 24 maii
Ansanus, mart. 1 decembris
Ansbertus, episc. 9 februarii
Ejus relatio 10 martii
Ejus translationes 31 martii *et* 14 septembris
Anscharius, episc. 3 februarii
Anselmus. 18 novembris
Anselmus, episc. conf. 18 martii
Anselmus, episc. Cantuariensis 21 *et* 22 aprilis
Ansimus, episc. conf. 13 martii
Ansoaldes, virgo 24 augusti

Ansuinus, presbyter 7 julii
Answerus, mart. 15 *et* 18 julii
Antelmus, episc. conf. 26 junii
Antheon, etc. 14 junii
Anthia, matrona 5 junii
Anthidius, episc. mart. 17 et 25 junii
Anthimi, episc. mart. translatio 23 junii
Antigius, conf. 14 novembris
Antigonus, mart. 23 februarii *et* 3 martii
Antiochus, episc. 16 octobris
Antipa, presb. mart. 20 novembris
Antipas, episc. mart. 11 aprilis
Antonia, virgo mart. 4 junii
Antonius, presb. 6 januarii
Antonius, peregrinus 30 januarii
Antonius Cauleas 12 februarii
Antonius, monachus 15 martii
Antonii, conf. translatio 2 aprilis
Antonius, conf. Turonensis. 3 aprilis *et* 4 maii
Antonius, mart. 10 aprilis
Antonius, cum Sanctino 22 maii
Antonii, abb. corporis inventio 11 junii
Ejus revelatio 27 junii
Ejus translatio 17 martii
Antonius Patavinus, confess. 13 junii
Ejus octava 20 junii
Ejus translatio 14 *et* 15 februarii
Antonius, mart. 21 augusti
Antonius, conf. 2 septembris
Antonius et soc. 13 novembris
Antoninæ virg. Ursulanæ translatio 9 januarii
Antonina et Alexander, mart. 3 maii
Antoninus, confessor 13 februarii
Antoninus, episc. 2 maii
Antoninus, etc. 9 augusti
Antoninus, mart. 22 augusti
Antoninus, puer, mart. 2 septembris
Antoninus presb. mart. 2 septembris
Antoninus, mart. 13 novembris
Antoninus et soc. mart. 18 decembris
Antonomus, mart. 12 septembris
Antrogonus, mart. 27 februarii
Anysia, mart. 30 decembris
Aper cum Joanne 8 julii
Aper, conf. 5 septembris
Aphrodisius, mart. 15 martii
Apiani episc. conf. reconditio 18 martii
Apianus, episc. conf. 29 octobris
Apianus, confess. 6 novembris
Apollinaris, virg. 5 januarii
Apollinaris, episc. 7 februarii *et* 26 septembris
Apollinaris, mart. 22 augusti
Apollinaris, episc. mart. 2 octobris
Apollonia altera, virg. mart. 9 februarii
Apollonia, mart. 20 februarii
Apollonia, matrona 24 decembris
Apollonius, senator, mart. 7 februarii
Apollonius, mart. 14 februarii
Apollonius, episc. mart. 19 martii
Apollonius, mart. 5 aprilis
Apollonius, cum soc. 14 aprilis
Apollonius, abbas, conf. 18 aprilis
Apollonius, conf. 7 julii
Apollonius, cum Sixto 23 decembris
Apostolorum sanctorum septuaginta congregatio 4 januarii
Apostolorum Petri et Andreæ vocatio 27 februarii
Apostolorum divisio 15 julii
Apuleus et socii, martt. 11 februarii
Apurilis, mart. 17 martii
Aquilina, virg. mart. 29 octobris
Aquilinus, episcopus Coloniensis 16 maii
Aquilinus, mart. et soc. 14 27 maii
Aquilinus, episc. 18 julii
Aquilinus, episc. 29 septembris
Aquilinus, episc. conf. 18 *et* 19 octobris
Arandus *alias* Adroldus, conf. 20 octobris
Arata, virg. 11 augusti
Aralacus et Donata 20 aprilis
Arbogastus, episc. conf. 20 julii
Arcadius et soc. 12 novembris
Arcastus, mart. 1 martii
Archadius, episc. conf. 1 augusti
Archelaus et soc. 15 aprilis
Ardanus, abb. 12 octobris
Arecius, mart. 4 junii
Aredius, abb. 25 augusti
Ares et socii duo, mart. 14 decembris
Aretha et soc. mart. 24 octobris
Arethas et 500 30 septembris
Arethus, abb. 25 augusti
Arigius, episc. conf. 1 maii
Arion, mart. 22 martii
Ariones, mart. 23 februarii
Aristion, conf. 14 junii
Aristion, Christi discipulus 17 octobris
Ariston, mart. Romanus 22 decembris
Armata, mart. 27 januarii
Armogastus et soc. mart. 4 decembris
Arnoldus *alias* Arnulfus, conf. 30 junii
Arnoldus cytharædus 18 julii
Arnolfus, episc. 19 septembris
Arnulfus, episc. 5 aprilis
Arnulfus, patriarcha Hierosolymæ 23 aprilis
Arnulfi episc. translatio 1 maii
Arnulfus, episc. mart. 18 julii
Arnulfus, episc. Metensis 18 julii
Ejus translatio 16 augusti
Arnulfus, conf. 20 julii
Arnulfus Suessionensis 16 augusti
Arnulfus, comes Hollandiæ 18 septembris
Arnulfus, mart. 3 octobris
Arnulfus, episc. 16 octobris
Arontius, etc. martt. 27 augusti
Arsatius, eremita 31 martii
Arsicius, conf. 8 augusti
Arthema, mart. 25 januarii
Arthemas, mart. 26 januarii
Arthemia, mart. 16 martii
Arthemia, virg. 25 junii
Arthemia, matrona 27 julii
Arthemia, virg. mart. 16 augusti
Arthemius, episc. conf. 24 januarii
Arthemius, mart. 27 januarii
Arthemius, etc. 2 junii
Arthemius, mart. 20 octobris
Arthellays, virg. 3 martii
Arthica, virg. 25 junii
Artisius de Christi discipulis 13 julii
Asafus, episc. 1 maii
Ascensio D. N. J. C. 5 maii
Asclas, mart. 8 martii
Asclepiades, episc. conf. 6 junii
Asclepia, vidua 26 augusti
Asella, virg. 6 decembris
Aspaliana, virg. 27 decembris
Aspatius, conf. 1 januarii
Assumptionis octava 22 augusti
Assumptio secunda B. M. V. 23 septembris
Asterius, presb. mart. 9 octobris
Asterius, presb. 11 octobris
Athalenus, martyr 6 julii
Athanasia, matrona 14 augusti

Athanasius,

Athanasius, episcopus 13 octobris
Athanasius, abb. conf. 13 decembris
Athelbertus, rex 24 februarii
Athenodorus, episc. 9 februarii *et* 3 julii
Athenogenes, mart. 26 julii
Athoras, mart. 13 februarii
Aticus, monachus 14 decembris
Attala, virg. Argentinæ 3 decembris
Attalus, abb. 10 *et* 11 martii
Attalus, mart. 13 julii
Atticus, episcopus Constantinopolitanus 10 octobris
Atticus, mart. 9 novembris
Attilanus episc. 5 octobris
Attingus, conf. 14 novembris
Auberti, episc. elevatio 24 januarii
Aucharius et Alga 26 aprilis
Auctor, episc. 9, 10, 11 *et* 20 augusti
Auctor *forte* Victor 15 maii
Auda *alias* Anda, virg. 18 novembris
Audeolus, mart. 3 maii
Audifax Persa, mart. 19 januarii
Audoeni translationes 1 februarii *et* 5 maii
Audomarus, episc. 20 octobris
Ejus translatio 8 junii
Aufomia, etc. 4 junii
Aufridus, episc. 3 maii
Augusta virgo 28 julii
Augustalis, conf. 7 septembris
Augustalis, episc. *forte* Augustus, presbyter 7 octobris
Augustina, virg. 28 julii
Augustinus, episc. 24 januarii
Augustini conversio 5 maii
Ejus translationes 28 februarii *et* 11 octobris
Ejus octava. 4 septembris
Augustini Anglorum apostoli cum epp. aliis translatio 13 septembris
Augustinus, episc. 16 novembris
Augustus, presb. conf. 7 octobris
Aulanus episc. conf. 31 augusti
Aurea, virgo 29 augusti
Aurea, virg. Parisiensis 5 octobris
Aurelia et Lupus 14 octobris
Aurelia, virg. 15 octobris
Aurelianus, mart. 31 januarii
Aurelianus, episc. conf. 17 junii
Aurelius, episc. 25 maii
Aurelius *alias* Aurelianus, episc. 16 junii
Aurelius, presb. 26 augusti
Aurelius, episc. 14 septembris
Aurelius et soc. 17 octobris
Aureus, episc. mart. 16 junii
Auspicius, episc. 6 junii
Auspicius, episc. conf. 8 julii
Austerius *alias* Aster, presb. 20 octobris
Austreberta, virgo 7 februarii *et* 20 octobris
Ejus inventio 10 octobris
Austregisilus, episc. conf. 15 februarii
Austremonius, episc. conf. 1 *et* 8 novembris
Ejus adventus 23 maii
Austremon. episc. mart. 8 novembris
Austridinus, conf. 15 octobris
Austrudis, virg. 17 octobris
Autbertus, episc. Abrincensis. 18 junii
Autbertus, episc. Cameracensis 12 decembris
Ejus translatio 1 octobris
Autbodi, translatio 11 novembris
Autharius, conf. 26 aprilis
Auxentius, abbas 14 februarii
Auxibius, episc. 19 februarii
Ava, virg. in Dononio 29 aprilis
Avelsus et Valerianus 20 octobris
Aventinus 12 januarii
Avertinus, diac. conf. 5 maii
Aviticus, etc. 23 junii
Avitus, episc. 21 januarii
Avitus, mart. 5 februarii
Avitus, abb. 23 junii *et* 19 decembris
Avitus, sacerdos 14 decembris
Aya, comitissa Hannoniæ 18 aprilis
Aycadrus *alias* Achadrus, abb. 17 junii.

Æ

Ægidius, conf. 1 septembris
Ægidius 16 octobris
Ægyptii martt. 27 augusti
Æmiliana, virg. 5 januarii
Æmiliana, de Circulis 19 maii
Æmilianus, conf. 8 januarii
Æmilianus, episcopus confessor in Cyzico 8 augusti
Æmilianus, mart. 22 augusti
Æmilianus, episc. conf. 11 septembris
Æmilianus, conf. 16 novembris
Æmilius cum Casto 23 maii

B

Babilas filius Marcellini, mart 27 augusti
Babilla, virg. 6 octobris
Babilonius, diac. 5 februarii
Babolenus, abb. conf 26 junii
Bachonis episc. translatio 5 decembris
Bademus, archimandrita 8 aprilis
Badulphus, abb. 17 junii
Baianus, episc. conf. 20 junii
Balbina, virg. *an* Sabina ? 6 octobris
Balda, virg. 9 decembris
Baldegundis abbatissa 10 februarii
Baldomeri translatio 8 decembris
Baldredus, episc. conf. 6 martii
Balduinus, archidiac. mart. 8 januarii
Baldulfus, confess. 2 januarii
Baldus, conf. 7 novembris
Balsimius, etc. martt. 16 augusti
Balthasar, rex ex 3 Magis 11 januarii
Baltherus, presb. conf. 6 martii
Bandaridus, ep. conf. 1 augusti
Bantus, conf. 31 julii
Barachisius, mart. 29 martii
Barbara, virg. mart. 4 *et* 5 decembris
Ejus octava 11 decembris
Ejus prima translatio 12 februarii
Ejus secunda translatio 7 junii
Ejus aliæ translationes 8 julii *et* 4 septembris
Barbarus, mart. 14 maii
Barbatianus, presbyter, confessor 2 januarii 29 *et* 31 decembris
Barbatus, episc. conf. 19 februarii
Barbianus, confess. 2 januarii
Bardus *alias* Bardo, episc. conf. 10 junii
Barctwardus et Dictwardus 25 maii

Barlaam,

Barlaam, eremita 2 aprilis
Barlaam et Josaphat 27 novembris
Barnulphus, episc. 19 julii
Barreas, episc. 25 septembris
Barsanophius, abb. conf. 13 septembris
Bartholomæi vigilia 23 Augusti
Ejus translationes 13, 17 *et* 18 junii
25 octobris *et* 9 decembris
Basileus et soc. martt. 21 novembris
Basileus, presb. mart. 22 martii
Basileus Antiochenus 22 decembris
Basileus cum Epitico 23 maii
Basileus, episc. Amaseæ 26 aprilis
Basileus, episc. mart. 7 martii
Basilia, mart. 16 aprilis
Basilianus, mart. 11 februarii
Basilianus alter, mart. 11 februarii
Basilianus, cum Theotimo 18 decembris
Basilides, mart. 9 junii
Basilides, etc. martt. 28 junii
Basilicæ Aquisgranensis dedicatio 17 julii
Basilicæ Luciani mart. dedicatio 10 junii
Basilicæ Petri et Pauli dedicatio
in Blandinio 31 augusti
Basiliscus, mart. 3 martii *et* 22 maii
Basilissa, virg. mart. 6 januarii
Basilissa Treverensis 20 maii
Basilissa, virg. 10 junii
Basilius, conf. 28 februarii
Basilius, episc. Parii 12 aprilis
Basilii magni elevatio 14 junii
Basilii episc. conf. translatio 14 junii
Basilius Cartusiensis 14 junii
Basilius, episc. Antiochenus 27 novembris
Basilla, virg. 11 junii *et* 29 augusti
Basinus, episc. conf. 4 martii
Basini, mart. 9 decembris
Basolus, conf. 26 novembris
Bason, conf. 7 maii
Bassa, mart. 21 augusti
Bassianus, episc. conf. 19 januarii
Bassus et soc. 20 novembris
Bassus, mart. 19 martii *et* 13 decembris
Bassus, mart. *forte* Vasius 16 aprilis
Barthildis, regina 30 januarii
Baudelicus, mart. 26 junii
Baudelius, mart. 14 junii
Bavius *alias* Bainus, episc. conf. 20 junii
Bavonis elevatio et translatio 1 augusti
Ejusdem translatio alia 10 maii
Beanus, episc. 26 octobris
Beanus, episc. conf. 16 decembris
Beata, virg. 29 junii
Beatrix Cartusiensis 13 februarii
Beatrix Atestina 10 maii
Beatus, presb. conf. 26 julii
Beatus, Benignus et soc. 25 octobris
Beda et Deodatus, conf. 25 aprilis
Beda, presb. conf. 10, 26 *et* 27 maii
Beganus, abbas 4 aprilis
Begga vidua 17 decembris
Ejus translatio 7 julii
Begha, virg. Confluentiæ 31 octobris
Beletius, mart. 11 februarii
Belinus, mart. episc. Paduanus 26 novembris
Belixenda, matrona. 13 octobris
Belladius, episc., conf. 31 augusti
Bellianus, mart. 30 januarii
Benedictæ et Felicitatis martyrum
translatio 2 martii
Benedicta, virg. 29 junii
Benedicta et Cecilia, abb. 16 novembris
Benedictus I, papa, confessor 24 aprilis
Benedictus et Zoerardus 1 maii
Benedictus et Placidus 6 maii
Benedictus II, papa 7 *et* 8 maii
Benedictus Avenionensis 17 maii
Benedictus, episc. 15 julii
Benedictus, mart. 17 julii
Benedicti, abb. octava 18 julii
Benedictus, etc. mart. 25 augusti
Benedictus, mart. cum Feliciano 27 septembris
Benedictus, episc. 16 octobris
Benedictus, conf. 24 octobris
Benedictus, presb. mart. 25 novembris
Benedicti, translatio 4 decembris
Benedictus, abb. 12 januarii
Benedicti abb. vigilia 20 martii
Benedictus alter, monachus 21 martii
Beneventani fratres 12, martt. 1 *et* 2 septembris
Benjamin, mart. 4 aprilis
Benigni presb. mart. translatio 17 februarii
Benignus, presb. 2 aprilis
Benignus, mart. 2 aprilis
Benignus et soc. martt. 1 maii
Benignus, diac. mart. 6 junii
Benignus, episc. Carnotensis, mart. 28 junii
Benignus, diac. 31 julii
Benignus, Beatus et soc. 25 octobris
Benignus, conf. 31 octobris
Benignus, mart. 2 novembris
Benignus, episc. 3 novembris
Benigni, mart. translatio 12 novembris
Benignus, episc. conf. 20 novembris
Beon, mart. 19 septembris
Beracius, episc. 15 februarii
Berardus, mart. 16 januarii
Berarius *alias* Betharius, episc. 16 octobris
Bercarius, abbas, martyr 1 septembris
15 *et* 16 octobris
Beregisus, abb. 2 octobris
Berentgerus, presb. 6 novembris
Berlendis, virgo 3 februarii
Berlendis, elevatio 2 maii
Ejus translatio cum soc. 7 septembris
Bernardinus *alias* Bernardus, conf 18 maii
Bernardinus, Minor 20 maii
Ejus translatio 17 maii
Ejus octava 27 maii
Bernardus, archiepisc 23 januarii
Bernardus, conf. 28 aprilis
Bernardus, canonicus 15 maii
Bernardus, in monte Jovis 16 maii
Bernardus, eremita 17 junii
Bernardus, abb. 20 augusti
Bernardus, patriarcha 10 novembris
Bernardus *alias* Berwaldus, episc. 20 novembris
Bernardus, episc. Nazarenus 29 novembris
Bernardus, episc. Parmensis 4 decembris
Bernardus, episc. Dienses 17 decembris
Bernoldus, episc. 19 julii
Bertellinus, eremita, conf. 9 septembris
Bertha, vidua 3 julii
Bertha in Blanciaco 4 julii
Bertha, mart. 16 octobris
Bertharius, mart. 6 julii
Berthasius, conf. 1 augusti
Bertholdus, conf. 29 martii
Bertiliæ elevatio 14 septembris
Bertinus, mart. 11 julii
Bertini abb. translatio 2 maii *et* 16 julii
Bertrada, virg. 5 februarii
Bertualdus, episc. 20 novembris
Bertuinus, episc. confessoris 11 novembris

Bertunius,

Bertunius, mart. 10 julii
Bertulfus, conf. 22 januarii, 21 februarii *et* 19 maii
Bertulfus, abbas 19 augusti
Bertulfi et Guduali adventus 3 decembris
Bertwaldus, archiepisc. 9 januarii
Bertwardi, episc. translatio. 16 augusti
Bessarion, conf. 6 junii
Bevagius, episc. 19 octobris
Bigarius, etc. martt. 25 junii
Bilhildis, vidua 27 novembris
Bilibaldus, episc. conf. 7 julii
Birgitta, vidua 23 julii
Ejus canonizatio 7 octobris
Ejus translatio 28 maii
Birinnus, episc. conf. 3 decembris
Ejus translatio 4 septembris
Birnstanus *alias* Bruntanus, episc. 4 novembris
Birona, mart. 8 martii
Bitunus, mart. 14 junii
Blanus, epis. conf. 10 augusti
Blandina, mart. 31 januarii
Blandinus, conf. 1 maii *et* 29 septembris
Blandus, conf. 29 septembris
Blasius, episc. mart. 2 *et* 3 februarii
Blesilla, matrona 22 januarii
Bodardus, conf. 25 junii
Bodo, episc. 11 septembris
Bodo, conf. 28 octobris
Boetius, conf. 7 decembris
Boisilus, conf. 7 julii
Bona, virgo mundicorda 12 septembris
Bonaventura, episc. conf. 13, 14 *et* 16 julii
Ejus octava 20 julii
Ejus translatio 14 martii
Bonifacius, episc. 19 februarii
Bonifacius, episc. 16 martii
Bonifacius, mart. Romanus 14 maii
Bonifacius, episc. Ferentinæ 14 maii
Bonifacius, papa 25 maii
Bonifacius, martyr 19 junii
Bonifacius, IV papa 4 septembris *et* 12 novembris
Bonifacius, martyr e legione Thebæorum 23 septembris
Bonifacius I, papa 24 *et* 25 octobris
Bonifacius et Felix 29 decembris
Bonitus, episc. conf. 6 *et* 23 junii
Bonosius, episc. conf. 17 februarii
Bonus, presbyter 27 julii
Bonus, *forte* Bovus *vel* Bobo 22 maii
Bonus latro 5 maii
Bonus, etc. 2 augusti
Boso, presb. conf. 4 martii
Botuidus, mart. 28 julii
Botulfus abb. conf. 17 junii
Botulphus *alias* Gundulphus, episc. 17 junii
Bova, et Doda virgines 24 aprilis
Borghwaladri episc. translatio 19 januarii
Brambertus, conf. 23 augusti
Brandanus, episc. conf. 7 aprilis
Brandanus, abb. 16 maii *et* 14 junii
Brigida, virg. 14 julii
Briocus, episc. 1 maii
Briscanus, episc. conf. 4 novembris
Brito, episc. 5 maii
Britta, virg. mart. 14 januarii
Brocardus, prior Carmeli 2 septembris
Bruno, puer 5 maii
Bruno *alias* Brunus, episc. conf. 18 julii
Bruno, fundator Cartusiæ 6 octobris
Bruno, episc. 11 octobris
Brunolphus, episc. conf. 30 julii
Bucilus, episc. 6 februarii
Buddocus, episc. conf. 5 maii
Burchardus, episc. 14 octobris
Ejus translatio 21 novembris
Burgundofora, abbatissa 3 aprilis
Busyris, mart. 21 januarii
Buthelmus, conf. 17 junii

C

Cacra et soc. martt. 16 octobris
Cadocus, conf. 24 januarii
Cæsarius, mart. 4 novembris
Cæsarius, episc. conf. 27 augusti
Cæsarii, etc. translatio 6 octobris
Caletrici, episc. inventio 7 octobris
Caius, episc. 20 februarii
Caius *alias* Gagius et soc. martt. 13 maii
Calepodius, mart. 1 maii
Calimerus, pont. mart. 31 julii
Calixta Romana 23 maii
Calixtus, papa, mart. 27 martii *et* 8 aprilis
Callinicus, mart. 29 julii
Calliopius, mart. 7 aprilis
Callistes, mart. 6 februarii
Callistratus et soc. martt. 27 septembris
Calocerus, mart. 11 februarii
Calocerus, episc. 11 februarii
Calocerus, mart. 18 aprilis
Calogerus, monachus 18 junii
Callupanus, presb. eremita 3 martii
Camasius, etc. 4 junii
Camelianus, antistes 22 martii
Camelianus, episc. conf. 28 julii
Camerinus, mart. 18 martii
Caudanus, episc. 15 aprilis
Candida, virgo 29 augusti
Candida virgo, et alii martt. 1 decembris
Candidianus, mart. 16 januarii
Candidus, mart. 12 januarii
Candidus, mart. 10 *et* 11 martii
Candidus, etc. 15 junii
Candidus, episc. 1 decembris
Canidius, mart. 21 januarii
Canion *pro* Conon, cum filio 25 maii
Conon et Eumenus 27 octobris
Cantianus, etc. martt. 15 junii
Cantius, etc. 14 junii
Canutus, mart. 10 julii
Capanus, mart. cum aliis 26 martii
Caprasius, mart. 6 octobris
Capitulinus, mart. 8 martii
Capellæ regiæ dedicatio, Parisiis 26 aprilis
Carcellaus et soc. 15 aprilis
Carentius, episc. 18 maii
Carisius, mart. 6 martii
Carissimus cum Dulcissimo 19 aprilis
Carilefus, conf. 8 junii
Carinianus, mart. 23 februarii
Carolomannus, conf. 16, 17 *et* 21 augusti
Carolus magnus, imperator 28 januarii
Ejus translatio 27 julii
Carolus, comes Flandriæ 2 martii
Carpasius, mart. *fortasse* fictus 24 novembris
Carponus, mart. 27 augusti
Carpophorus, etc. martt. 7 augusti

Carpophorus

Carpophorus, presb. et soc. martt. 12 decembris
Carporus, mart. 23 februarii
Carpus, mart. 12 aprilis
Casaria *alias* Cæsaria, mart 8 *et* 9 decembris
Cassianus, episc. 26 martii
Cassianus, etc. martt. 10 junii
Cassianus, episc. mart. 28 junii
Cassianus, mart. 15 julii
Cassianus, episc. conf. 5 augusti
Cassianus cum Agricola 3 decembris
Cassii et soc. martt. translatio 2 maii
Cassius et Victorinus 16 *et* 18 maii
Cassius, episc. 29 junii *et* 18 octobris
Cassius, episc. 22 octobris
Castola, mart. 28 januarii
Castolus, mart. 12 januarii
Castor, presb. conf. eremita 13 februarii
Ejus translatio 12 novembris
Castor, mart. 16 *et* 17 martii
Castor, mart. 28 martii
Castor, episc. conf. 21 septembris
Castor, Victor, etc. Africani 28 decembris
Castrensis, episc. conf. 11 februarii
Castula, mart. 15 februarii
Castula. mart. 25 martii
Castricianus, episc. conf. 1 decembris
Castuli translatio 13 julii
Castulus et Agratus, epp. 14 *et* 15 octobris
Castulus et soc. 30 novembris
Castus, mart. 3 martii
Castus, mart. 6 martii
Castus et Æmilius 23 maii
Castus, episc. mart. 6 novembris
Cataldus, episc. conf. 10 maii
Cathaldus, episc. conf. 8 maii
Catharina vidua *vel* virgo 22 martii
Catharina, abb. 24 martii
Catharina Senensis, virg. 23 aprilis *et* 3 maii
Catharina, virgo, mart. 25 novembris
Ejus translatio 10 junii
Ejus octava 2 decembris
Catholinus, episc. 15 julii
Cathuinus, episc. conf. 31 julii
Catillus, episc. 8 martii
Catulinus et soc. 23 aprilis
Catulinus, diacon. 16 julii
Catulla, matrona 31 martii *et* 10 novembris
Ceddas, episc. 2 martii
Cecilius, mart. 17 novembris
Celendrides 14 decembris
Celerinus, episc. mart. cum soc 2 februarii
Celerinus, episc. conf. 7 maii
Celestus et Saturus 12 octobris
Celianus, mart. 27 januarii
Celiniæ translatio 5 aprilis
Celsus, episc. conf. 4 januarii
Ejus inventio 23 februarii
Celsus, puer, mart. 6 januarii
Celsus, archiepisc. 6 aprilis
Celsus, mart. 28 julii
Celsi et Nazarii reliquiæ 6 novembris
Celsæ et Nonnæ elevatio 2 maii
Celsinus, presb. conf. 25 octobris
Cenanus, episc. 8 martii
Censorianus, mart. 28 januarii
Ceolfridus, abb. 25 septembris *et* 26 octobris
Ceratus, mart. 6 junii
Ceraunius, episc. Parisiorum 27 *et* 30 septembris
Cerbonius, episc. 10 *et* 17 octobris
Cerbonus, et soc. martt. 4 maii
Cessator, episc. et conf. 15 novembris
Cetheus, episc. 13 junii
Ceverus *an* Serenicus confessor 7 maii
Chæremon, cum plurimis soc. 22 decembris
Chaidocus, et soc. conf. 20 maii
Charalampus, mart 10 februarii
Charitas, abbatissa 25 decembris
Charitine, mart. 5 octobris
Chariton, episc. mart. 7 martii
Chariton, conf. 28 septembris
Chariton, abbas 25 decembris
Cheugenius *alias* Theogenes, mart. 3 octobris
Chillenus, Christi prædicator 28 octobris
Chionia, virgo, mart. 1 aprilis
Chorinta, mart. 20 februarii
Chrysantianus, 90 et martt. 17 februarii
Chrysantus et Daria, martt. 12 augusti, 25 octobris *et* 29 novembris
Chrysogonus, mart. 23 februarii
Chrysogonus, mart. 31 maii
Chrysolius, mart. 7 *et* 8 februarii
Christes, mart. 6 februarii
Christi sanguis 9 novembris
Christi imago deportata 16 augusti
Christi initium prædicationis I aprilis
Christianæ, virg. adventus 7 septembris
Christianæ, virg. elevatio 17 junii
Christicolus, conf. 18 januarii
Christina, de Stummel 6 novembris
Christina, virgo, mart. 10 maii
Christina, mirabilis, virgo 24 julii
Christophorus, mart. 19 augusti
Chromatius, episc. conf. 11 augusti
Chumbaldus, conf. 8 februarii
Cilina *alias* Celina, virgo 21 octobris
Cilinia matrona 21 octobris
Ciriacus, mart. 13 februarii
Cirinus, cum soc. mart. 15 septembris
Cirinus, mart. 24 martii
Cisellus, mart. 18 martii
Clara, virgo 12 augusti
Ejus octava 19 augusti
Ejus translatio 2 octobris
Clarentius, episc. 25 aprilis
Clarus, abbas 1 januarii
Clarus, mart. 18 julii
Clarus, episc. conf. 10 octobris
Clarus, presb. mart. 3 novembris
Classicus, mart. 18 februarii
Claudia, matrona 12 januarii
Claudia, mater Eugeniæ 27 decembris
Claudianus, mart. 28 februarii, 3 martii *et* 5 aprilis
Claudio, mart. 3 januarii
Claudius, mart. 19 februarii *et* 20 martii
Claudius, episc. 1, 5 *et* 6 junii
Claudius, etc. martt. 21 junii
Claudius, etc martt. 10 augusti
Clemens, presb. 20 januarii
Clemens, hieromartyr 23 januarii
Clementis episc. translatio 1 maii
Clemens, conf. 31 augusti
Clemens, episc. 15 septembris
Clemens Metensis, episc. 23 *et* 24 novembris
Clemens, et soc. 9 novembris
Clemens, presb. *an* episc. 19 decembris
Cleonicus, mart. 3 martii
Cleopatronia filia Daciani 8 martii
Clerilicianus, mart. 30 januarii
Clerus, diac. mart. 14 januarii
Cletus et Anacletus, PP. 26 aprilis
Clonas, mart. 1 martii
Clodulphus, episc. conf. 8 junii *et* 8 septembris
Ejus translatio 11 decembris
Clothsendis, virgo 30 junii

Clusius,

Clusius, martyr 6 aprilis
Codratus, et soc. martt. 10 martii
Codratus, apostolus 21 septembris
Cœlestina, virg. mart. cum aliis 800 6 aprilis
Cœlestinus, conf. 21 januarii
Cœlestinus, abbas 6 aprilis
Cœlestinus papa 6, 7, 8 *et* 9 aprilis
Ejus coronatio 29 augusti
Ejus inventio 7 junii
Cœlestinus et soc. 4 maii
Cœlestini mart. inventio 6 junii
Cœlestinus et Saturus 12 octobris
Cœlestinus, cum Saturnino 31 decembris
Cœlestis, episc. 14 octobris
Coemgenus, conf. 3 junii
Cointa, virgo, mart. 15 januari
Coleta, clarissa 6 martii
Colianus, soc. S. Bonifacii, mart. 5 junii
Collegius, diaconus, mart. 18 martii
Colloquillus, rex 16 martii
Colmannus, episc. conf. 7 junii
Colmannus abb. 18 junii
Colomannus, episc. conf. 18 februarii
Colomannus, mart. 31 augusti
Colomannus, martyr 13 octobris
Colomerus, episc. mart. 2 octobris
Colonanus, mart. 8 julii
Columbanus, abb. *alias* episc. 19 octobris
Columbanus, monachus 24 octobris
Columbanus, alter monachus 21 novembris
Columbanus, abbas 23 novembris
Columbus, abb. 20 decembris
Cominius, mart. 1 maii
Conallus, episc. 8 martii
Conceptio *alias* sanctificatio Beatæ Mariæ Virginis 8 decembris
Ejus octava 15 decembris
Concessus, mart. 9 martii
Concessus, mart. 9 aprilis
Concessus, mart. et soc. 8 aprilis
Concordius, cum Navali 15 *et* 16 decembris
Condedus, mart. 11 martii
Condedus, presb. conf. 21 octobris
Congallus, abb. 10 maii
Conganus, abb. 13 octobris
Congarus, conf. 27 novembris
Congellus, abbas 10 martii
Congregatio sanctorum septuaginta apostolorum 4 januarii
Connexus, mart. 8 aprilis
Conon, monachus 28 martii
Conon, mart. cum filio 20 maii
Conradus *seu* Cuno, mart. 1 junii
Conradus, episc. conf. 1 julii
Conradus, mon. presb. 3 augusti
Conradus, episc. mart. 26 novembris
Consortia, virgo 22 *et* 23 junii
Ejus translatio 13 martii
Conta, nobilis 21 augusti
Contentus, episc. 19 januarii
Constantia, virgo 18 februarii *et* 25 junii
Constantiæ reg. virg. inventio 21 junii
Constantianus, abb. 1 decembris
Constantina, virgo, mart. 18 februarii
Constantinus, conf. mart. 11 martii
Constantinus, rex Scotiæ, mart. 13 martii
Constantinus, imperator 21, 22 maii *et* 14 julii
Constantius, episc. conf. 29 januarii
Constantius, conf. 11 martii
Constantius, episc. 14 maii
Constantius, mart. 26 martii
Constantius et Felicianus 1 septembris
Constantius Beneventanus 15 septembris
Constantius, episc. Aquinatis 23 septembris
Constantius Anconitanus, conf. 25 septembris
Convallus presb. conf. 28 septembris
Corbinianus, episc. conf. 8 septembris
Ejus translatio 20 novembris
Corcodemus 3 maii
Cordula, virgo mart. 22 octobris
Ejus inventio 14 februarii
Corentinus, episc. 1 maii
Corintha, mart. 20 februarii
Corinthia, virgo 9 maii
Cornelia, mart. 31 martii
Corona, virgo 1 januarii
Corona, mart. 21 februarii
Corona, mart. 24 martii
Corona, virgo 24 aprilis
Coronæ Domini susceptio 10 *et* 11 augusti
Cosmæ et Damiani translatio 10 maii
Cosmas, conf. eremita 2 septembris
Crescentianus, mart. 19 maii
Crescentianus, etc. 4 augusti
Crescentianus, mart. 22 novembris *et* 8 decembris
Crescentianus cum Papinio mart. 28 novembris
Crescentius, subdiac. Zenobii 19 aprilis
Crescentius et Libosus 29 decembris
Crescius et soc. martt. 24 octobris
Criduana, virgo, mart. 10 martii
Crispina, virgo 3 decembris
Crispinella, mart. 27 junii
Crispinianus, etc. 27 junii
Crispinus, episc. conf. 7 januarii
Crispinus, mart. 10 junii
Crispinus, mart. 20 junii
Crispinus et socii, martt. 3 decembris
Crispola, virgo, *ignota* 27 maii
Crispulus, mart. 10 junii
Crispulus et Restitutus 11 junii
Crispus, mart. 27 junii
Critullinus, mart. 31 julii
Cromatius, mart. 11 augusti
Cronanus, episc. 8 martii
Crotildis, regina 3 junii
Crucifixio Christi 25 martii
Crucifixi imago 9 novembris
Crucis susceptio Helnone 15 aprilis
Crucis triumphus 16 julii
Crucis solemnitas Parisiis 30 septembris
Cryptarum dedicatio in monasterio S. Germani de Pratis 1 junii
Culanus, episc. conf. 18 februarii
Cunegundis, imperatrix, virgo 3 martii
Cunegundis, virg. 2 maii
Cunegundis translatio 9 septembris
Cunera, virgo, mart. 12 junii
Ejus translatio 28 octobris
Cunibertus, episc. 10 novembris
Ejus ordinatio 25 septembris
Cuniberti translatio 5 septembris
Cuno *seu* Conradus, mart. 1 junii
Curcodemi translatio 4 maii
Currentius, mart. 10 martii
Cutburgis, virgo 31 augusti
Cuthberti translatio episc. 4 septembris
Cuthbertus, conf. 20 septembris
Cuthmannus, episc. 8 februarii
Cutias filius Claudii, mart. 18 februarii
Cyprianus, mart. 12 aprilis
Cypriani translatio 1 junii
Cyprianus, mart. 11 julii
Cyprianus, mart. 13 et 14 julii
Cyprianus, abb. 19, 20 *et* 21 decembris

Cyriaca, martyr 7 julii
Cyriaca, mart. 21 augusti
Cyriacus mart. 3 januarii
Cyriacus, mart. 12 januarii
Cyriacus, episc. mart. 31 januarii
Cyriacus, mart. 8 februarii
Cyriacus, diacon. 27 martii
Cyriacus, mart. 18 junii
Cyriacus, episc. Ostiensis 8 augusti
Cyriaci diac. translatio 8 augusti
Cyriacus, anach. 29 septembris
Cyrillus, presbyter, confessor 6 martii
Cyrillus, episc. mart. 8 martii
Cyrillus, episc. Hierosolymitanus 18 martii
Cyrillus, diac. et soc. 29 martii
Cyrillus, episc. Treverensis 19 maii
Cyrillus, diac. 9 julii
Cyrillus, etc. 22 julii
Cyrinus, mart. 27 martii
Cyrinus, episc. et 200 martt. 4 junii
Cyrus, mart. 3 januarii
Cyri et Joannis reportatio 2 junii

D

Dacianus, mart. 4 junii
Dada, Maximus, etc. martt. 28 aprilis
Dagobertus, rex Francorum 20 januarii, 23 *et* 24 decembris
Dagobertus, rex, mart. 11 septembris
Dalmatius, episc. mart. 13 novembris
Daluath, episc. conf. 24 octobris
Damianus, miles, mart. 12 februarii
Damasus, mart. 18 februarii
Daniel, mart. 3 januarii
Daniel, abb. 21 julii
Daniel, stylita 11 decembris
Daniel, propheta 11 decembris
Daria et Chrysantus, martt. 25 octobris
Daria, virgo 19 julii
Dasius, conf. 4 octobris
Datius, episc. *14 januarii
Dativus, mart. 11 februarii
Dativus et soc. martt. 18 maii
Datus, episc. conf. 3 julii
David, episcopus 1 martii
David Thessalonicensis 26 junii
David, monachus 11 decembris
David, eremita 29 decembris
Decentius, mart. 19 februarii
Decentius, episc. conf. 26 junii
Decimavus, mart. 30 augusti
Dedicatio ecclesiæ Florentinæ 25 martii
Dedicatio ecclesiæ Trajectensis 22 julii
Dedicatio basilicæ Salvatoris 9 novembris
Deicolus, abbas 18 januarii
Demetria, mart. 13 januarii
Demetrius, mart. 9 aprilis
Demetrius et soc. martt. 11 maii
Demetrius episc. conf. 14 augusti
Demetrius, mart. 18 augusti
Demetrius et Ammonius 10 septembris
Demetrius cum soc. martt. 19 septembris
Demetrius, mart. 26 octobris
Demetrius et Honorius 21 novembris
Dentlinus puer 7 annorum 16 martii *et* 14 julii
Deodatus, abb. levita 24 aprilis
Deodatus cum Beda, conf. 25 aprilis
Deodati, episc. translatio 2 junii
Deodatus, episc. conf. 19 junii
Deodatus, papa conf. 26 junii
Deodatus, episc. conf. 15 octobris
Dercangota, virgo 21 februarii
Desideratus, episc. conf. 11 februarii
Desideratus, presb. conf. 30 aprilis
Desideratus, episc. conf. 8 maii
Desideratus, episc. conf. 26 julii
Desiderius, episc. mart. 13 martii
Desiderius, mart. Viennensis 23 maii
Desiderius, mart. cum Januario 7 septembris
Desiderius, episc. mart. 17 septembris
Desiderius, episc. 19 octobris
Desiderius, episc. conf. 27 octobris
Desiderius, episc. conf. 15 novembris
Dethmarus conf. 9 novembris
Deusdedit, episc. conf. 15 julii
Diaconus, mart. 9 aprilis
Dictwardus, cum Bactwardo 25 maii
Didymus, mart. 20 februarii
Didymus, conf. 5 aprilis
Didymus, eremita 11 aprilis
Didymus, eruditus vir 22 decembris
Dieronus, mart. 22 martii
Dietgrus, abb. 7 junii
Digna cum Emerita 23 septembris
Dignus et soc. martt. 18 decembris
Dignus, conf. 19 decembris
Diluvii commemoratio 12 aprilis
Diocletianus et soc. martt. 16 maii
Diodorus, mart. 23 februarii
Diodorus, mart. 6 martii
Diogenes, mart. 3 januarii
Diogenes, cum Timotheo 7 aprilis
Diogenes et Saturninus, martt. 17 junii
Diogenes, et Quiriacus, martt. 17 junii
Diogenes alter cum Marino, mart. 17 junii
Diogenes alter, Romanus 17 junii
Diogenes, cum Agathone 26 junii
Diogenes, mart. 3 augusti
Diolinicius, mart. 5 decembris
Diomedes, mart. 16 augusti
Dion, mart. 27 februarii
Dionysia, virgo, mart. 22 februarii
Dionysius cum Publio 1 februarii
Dionysius, Alexandrinus episc. 9 februarii
Dionysius, episc. 18 februarii
Dionysii dedicatio ecclesiæ 24 februarii
Dionysius, mart. 27 *et* 28 februarii
Dionysius, archidiac. Cartusianus 12 martii
Dionysius, mart. 16 *et* 17 martii
Dionysius episc. 22 martii
Dionysius, mart. 24 martii
Dionysius, mart. 1 aprilis
Dionysii et soc. inventio, Parisiis 22 aprilis
Dionysius, episc. Viennensis 8 maii
Dionysii areopagitæ corporis detectio 9 junii
Dionysius, etc. martt. 21 julii
Dionysius cum Felice 14 septembris
Dionysii vigilia, Parisiis 8 octobris
Dionysius, episc. Antiochenus 8 octobris
Dionysius Remensis 9 octobris
Dionysius, episc. 18 novembris
Dionysius et alii martt. Africani 7 decembris
Dionysius S. Thomæ discipulus 21 decembris
Dioscorus, abbas 9 aprilis
Dioscorus *vel* Diostorus, mart. 17 junii
Disibodus, episc. conf. 8 julii

Disibodus,

Disibodus, confessor 8 septembris
Divinicus, episc. 13 novembris
Divitianus, episc. conf. 28 octobris
Dius, monachus 19 julii
Doctores 50 S. Catharinæ 13 novembris
Doda cum Bova 24 aprilis
Doda Clodulfi mater 8 septembris
Dodo, abbas 31 julii
Dodo, monachus 28 octobris
Dodo, conf. 29 octobris
Dodovaldus, presbyter 7 decembris
Domestus, etc. martt. 16 junii
Dometius, mart. 7 augusti
Domitius, episc. conf. 23 *et* 24 octobris
Dominicus, abbas 22 januarii
Dominicus Calciatensis 12 maii
Dominicus conf. 4 augusti
Ejus translatio 24 maii
Dominicus loricatus 14 octobris
Dominicus Silensis, abbas 20 decembris
Domitianus, episc. 10 januarii
Domitianus et socii martt. 11 martii
Domitianus, episc. 7 maii
Domitianus, conf. 22 junii
Domitianus, S. Landelini discipulus 4 julii
Domitianus, episc. confess. 9 augusti
Ejus translatio 15 junii
Domitianus *forte* Dominicus, abb. 20 decembris
Domnes, mart. 28 januarii
Domnica, matrona 8 januarii
Domnina, mart. 23 *et* 24 augusti
Domninus, mart. de 72 discipulis 17 aprilis
Domnini corporis susceptio 21 julii
Domninus, etc. mart. 16 augusti
Domninus, mart. 23 augusti
Domninus, mart. 10 octobris
Domninus, episc. conf. 3 novembris
Domninus, mart. 4 novembris
Domninus et socii 5 novembris
Domninus, mart. 5 decembris
Domnolenus, conf. 25 junii
Domnolus, episc. Cenomannensis 16 maii
Domnolus, episc. conf. 16 junii
Donanus, abbas 13 aprilis
Donata, cum Aralaco, etc. 20 aprilis
Donata, Paulina, etc. 31 decembris
Donatianus, episc. 7 maii
Donatianus, episc. conf. 7 augusti
Donatianus, episc. 14 octobris
Ejus translatio 30 augusti
Donativus, mart. 26 februarii
Donatus, mart. 12 februarii
Donatus, mart. 22 februarii
Donatus, mart. 25 februarii
Donatus et 14 socii martyres 1 martii
Donatus, mart. 3 martii
Donatus, mart. 13 martii
Donatus, mart. 27 martii
Donatus, mart. 3 aprilis
Donatus, mart. 6 aprilis
Donatus, mart. 9 aprilis
Donatus, mart. cum 240 11 aprilis
Donatus et Vitalis 19 aprilis
Donatus, episc. mart 4 julii
Donatus cum Petro 14 julii
Donatus, episc. conf. 7 augusti
Donatus, presb. 18 augusti
Donatus et Eleutherius epp. 6 septembris
Donatus et soc. 9 septembris
Donatus, episc. conf. 22 octobris
Donatus et soc. 6 novembris
Donatus, conf. 9 novembris
Donatus et soc. 15 novembris
Donatus et Drusus 24 decembris
Donatus, cum Hilario 31 decembris
Donatus cum Zenone, Romæ 31 decembris
Donus cum Marciano 17 aprilis
Doranus, episc. 2 novembris
Dorothea, inclusa 30 octobris
Dorotheus et soc. combusti 30 aprilis
Dorotheus, conf. 2 junii
Dorotheus, episc. mart 5 junii
Dorotheus et Severus, martt. 24 octobris
Dorymedon, mart. 19 septembris
Draconius, abb. 9 martii
Drausius, episc. conf. 5 martii
Droctovei translatio 25 aprilis
Drogo, conf. 16 aprilis
Drusus cum Donato 24 decembris
Dubitatus et soc. 17 novembris
Duchatus, episc. conf. 8 martii
Dugene, etc. 17 junii
Dulas, mart. 15 junii
Dulcardus, conf. 24 *et* 25 octobris
Dulcidius, episc. Agennensis 6 octobris
Dulcissimus et Carissimus, martt. 19 aprilis
Dunstanus, episc. 19 maii
Dympna, virgo, mart. 15 *et* 30 maii

E

Eadbrechtus *vel* Edbertus, episc. 6 maii
Eadburga *vel* Edburga, virgo 15 julii
Eadipa *forte* Editha, virgo 16 septembris
Eadnochus, mart. 19 octobris
Eadrius, abbas 17 junii
Ealdwoldus, conf. 30 augusti
Eanswida, virg. 31 augusti
Ebbo, episc. conf. 15 februarii
Ebba, virgo 23 augusti
Ebbo, episc. conf. 20 martii
Ebbo, episc. conf. 27 augusti
Ebidius, episc. mart 22 octobris
Ebraisilus *alias* Ebrigisilus, episc. conf. in Jotro monasterio 31 augusti
Ebrulfus, abbas, conf. 25 julii
Ebrulfus, episc. 26 decembris
Ebrulfus, conf. 30 decembris
Edeldrutha, virgo 17 octobris
Edeltrudis, virgo 29 octobris
Edelvoldus, episc. conf. 1 augusti
Edanus, episc. conf. 31 januarii
Edictus et soc. martt. 13 *et* 14 novembris
Edilburga, virgo 7 julii
Ediltrudis, virgo, reg. 23 junii
Edinia *alias* Celinia 21 octobris
Edippa, virgo 12 septembris
Editha, virgo, reg. 16 septembris
Edmundus, episc. conf. 16 novembris
Ejus translatio 9 junii
Edmundus, rex, mart. 20 novembris
Ejus translationes 30 martii *et* 29 aprilis
Ejus corporis repræsentatio 16 maii
Eduardus rex, mart. 18 martii
Ejus translationes 13 februarii *et* 20 junii
Eduardus, rex Angliæ 5 januarii
Ejus translatio 13 octobris

Egberchtus,

Egberechtus *alias* Egbertus, presbyter 24 aprilis
Egbertus, episc. 18 septembris
Egemonius, episc. 8 januarii
Egenburga, virgo 12 aprilis
Egidius, S. Francisci discipulus 2 martii
Egwinus, episc. 11 januarii *et* 30 decembris
Ejus translatio 10 septembris
Einberth, virgo 16 septembris
Elaphius, episc. conf. 19 augusti
Elasicus, mart. 18 februarii
Eldradus, abbas 13 martii
Electa, virgo 18 novembris
Electa, virgo 27 novembris
Eleuchadius, archiepisc. 14 februarii
Eleusius, mart. 7 aprilis
Eleutherius, papa 6 februarii, 25 *et* 26 martii
Eleutherius, episc. Tornacensis 20 *et* 21 februarii
Eleutherius, filius Anthiæ, episc. 5 junii
Eleutherius *vel* Deuterius, conf. 21 julii
Eleutherius, episc. Autissiodorensis 26 augusti
Eleutherius, abbas 6 septembris
Eleutherius et soc. 27 septembris
Eleutherius, mart. Reatinus 24 novembris
Eleutherius, et soc. 833 23 decembris
Elfegus *alias* Alfegus, episc. mart. 19 aprilis
Elfragus, episc. conf. 12 martii
Elgivæ translatio 18 maii
Elias, propheta 19 *et* 20 julii
Ejus raptus, *vel* assumptio 17 julii
Elidius, episc. 12 junii
Eligius, episc. 19 septembris *et* 2 decembris
Ejus ordinatio 14 maii
Ejus translatio 25 junii
Elegius, *an* Eligius conf. 31 decembris
Eliphius, mart. 21 junii, 16 *et* 17 octobris
Elisabeth, Thaumaturga 24 aprilis
Elisabeth, virgo 18 junii
Elisabeth mater J. B. 24 augusti *et* 11 decembris
Elisabeth, vidua 19 novembris
Ejus translatio 2 maii
Elisæus, propheta 29 augusti
Elladius, episc. 8 maii *et* 31 augusti
Eloquius, presb. conf. 8 octobris
Eloquius, abbas 3 decembris
Elphegus, episc. 12 martii
Elpidius, abbas 2 septembris
Elzearius, conf. 27 *et* 28 septembris
Emanus et soc. Carnotenses 16 maii
Emebertus, episc. 15 januarii
Emericus conf. 3 septembris, 4 *et* 5 novembris
Emerita, cum Digna 23 septembris
Emerita, soror Lucii 3 decembris
Emeritus, etc. 11 junii
Emeritus cum Sammono 12 decembris
Emigdius, episc. mart. 5 augusti
Emilianus, mart. 27 januarii
Emilianus, mart. 9 februarii
Emilius, mart. 18 junii
Emmia, virgo 6 octobris
Encratia, virgo et soc. 16 *et* 18 aprilis
Engelbertus, episc. 7 novembris
Engra, virgo, mart. 24 augusti
Enolich, conf. 17 julii
Ensuitha, virgo 31 augusti
Eoaldus, episc. conf. 6 *et* 7 julii
Eobanus, episc. mart. 26 julii
Eocus *vel* Leocus, mart. 7 martii
Eodicius, episc. 23 octobris
Eoldus, episc. 14 januarii
Epagatus et soc. martt. 28 maii
Ephebus, mart. 14 februarii
Ephrem, episc. mart. 7 martii
Ephrem, monachus 9 julii
Epictitus *vel* Epictetus, mart. 8 julii
Ephigenia, virgo, abb. 24 septembris
Epimachus, mart. 20 februarii
Epimachus, mart. 31 octobris
Epion, mart. 26 februarii
Epion, presb. conf. 12 *et* 15 octobris
Epiphaniæ et festi trium regum
magorum octava 13 januarii
Epiphanius, episc. conf. 22 januarii
Epiphanius, episc. et alii 14 martt. 6 aprilis
Epiphanius, episc. 15 maii
Epipodia, mart. 13 martii
Epipodius et Alexander 24 aprilis
Epistemes et Galaction, martt. 5 novembris
Epiticus et Basileus 23 maii
Eptadius, conf. 24 augusti
Ejus translatio 15 aprilis
Equitius, abbas 7 martii
Eraclianus, episc. 24 octobris
Eraclius, mart. 12 februarii
Eraclius, mart. 11 martii
Eraclius et soc. martt. 27 aprilis
Eraclius, episc. conf. 14 julii
Eraclius episc. 31 augusti
Eraclius, et soc. 4 decembris
Erasmus, episc. mart. 1, 2 *et* 3 junii
Erastus, et soc. 10 novembris
Erchenwaldus, episc. conf. 30 aprilis
Ejus translationes 14 *et* 17 novembris
Erembertus, episc. conf. 30 aprilis *et* 14 maii
Eremitæ 5 Pragenses 12 novembris
Erendrudis, virgo 30 junii
Ereticia, virgo, mart. 10 martii
Erhardus, episc. 8 januarii
Ejus translatio 8 octobris
Ericus, rex, mart. 18 maii
Ejus translatio 24 januarii
Erkenbodus, epis. conf. 12 aprilis
Ermegardis, comitissa 10 novembris
Ermelindis, virgo 29 octobris
Ermelina, virgo 9 augusti
Ermengaudus, episc. 1 novembris
Ermenildis, regina 13 februarii
Erminus, conf. 2 aprilis
Erminus, episc. abbas 25 aprliis
Ejus elevatio 26 octobris
Ermonhilda, virgo 13 februarii
Eroius, mart. 7 martii
Eruagindus, conf. 17 septembris
Esdras, propheta 11 julii
Esichius, episc. conf. 16 martii
Esichius, mart. 27 maii
Esichius *alias* Eusitius, conf. Bituricensis 27 novembris
Eskillus, episc. mart. 16 octobris
Ejus translatio 9 januarii
Esther, regina 1 julii
Etbinus, abbas 10 octobris
Ethelbertus, rex, mart. 20 maii
Ethelburga, virg. 11 octobris
Ethelfleda *alias* Etelfreda, regina 23 octobris
Ethelreda, virgo 17 octobris
Ethelretus et Ethelbritus, martt. 17 octobris
Ethelwaldus, episc. conf. 1 *et* 12 augusti
Ethelwoldus, rex 11 januarii
Etherius, episc. conf. 14 junii
Ethermanus, episc. 2 decembris
Ethernasius, conf. 22 decembris
Ethionæ, mart. 1 aprilis
Etianus, episc. 11 februarii
Etto, episc. 10 julii

Eubanus *vel* Colianus, socius S. Bonifacii martyris 5 junii
Eubertus, epis. conf. 1 februarii
Eubulus, mart. 6 martii
Eubrachius, conf. 10 octobris
Eucarpius, et soc. 27 25 septembris
Eucarpus, mart. 13 aprilis
Eucharistus, cum soc. 12 octobris
Eucharius, episc. mart. 27 octobris
Eucharius e 72 discipulis, episc. 8 *et* 9 decembris
Eucherius, episc. 8 januarii
Eucherius, episc. conf. 20 februarii
Eucherius, episc. conf. 27 martii
Eucherus, conf. 11 augusti
Eudeus, abbas 21 martii
Eudoaldus, episc. 8 februarii
Eudocia, mart. 1 martii
Eudocimus, justus 31 julii
Eudoxus *alias* Marianus, cum soc. 5 septembris
Eufemia, et sociæ 3 septembris
Eufenissa, mart. 3 martii
Eufratas, mart. 25 martii
Eufraxia, matrona 25 julii
Eugaria, virgo, mart. 15 aprilis
Eugenia, virgo 16 martii
Eugenia, virgo 18 maii
Eugenia, virgo 11 septembris
Eugenius, episc. mart. 8 januarii
Eugenius I, papa 12 januarii *et* 2 junii
Eugenius, mart. 21 januarii
Eugenius, mart. 23 januarii
Eugenius, mart. 1 februarii
Eugenius, conf. 8 februarii
Eugenius, episc. mart. 7 martii
Eugenius, mart. 16 *et* 17 martii
Eugenius II, papa, mart. 18 julii
Eugenii, episc. mart. translatio 18 augusti
Eugenius, episc. conf. 15 novembris
Eugenius, diac. 17 novembris
Eugenius, et soc. 833 23 decembris
Eugenius, episc. Mediolanensis 30 decembris
Eulagrius, conf. 12 octobris
Eulalia, virgo, mart. 30 martii
Eulalius, episc. conf. 26 augusti
Eulampius et Eulampia, martt. 10 octobris
Eulogius, conf. 11 julii
Eulogius, episc. 22 junii
Eumasius, conf. 3 januarii
Eumenes et Canon 27 octobris
Eumenus, episc. 18 septembris
Ennucius, episc. conf. 10 septembris
Eunus, mart. 20 februarii
Euphemia, virgo 13 aprilis
Euphemia, mat. Ephigeniæ 24 septembris
Euphrasia, virgo 12 octobris
Euphronius, episc. conf. 3 *et* 4 augusti
Euphrosina, virgo Alexandrina 28 *et* 29 aprilis
Euplius, mart. 13 augusti
Euplius et Serapion 11 septembris
Eusebia Xene 24 *et* 25 januarii
Eusebia, virgo 16 martii
Eusebiæ et Gertrudis elevatio 27 octobris
Eusebia, virgo 18 novembris
Eusebius, episc. mart. 22 junii
Eusebius, conf. 14 augusti
Eusebius, presb. mart. 15 augusti
Eusebius, episc. mart. 16 augusti
Eusebius, papa 26 septembris *et* 2 octobris
Eusebius et soc. martt. 10 octobris
Eusebius, mart. 30 octobris
Eusebius, mart. 31 octobris
Eusebius, episc. conf. 12 novembris
Eusebius, episcopus 8 decembris
Euspicius, abbas 14 junii
Eustachius, Patriarcha 19 februarii
Eustachius abbas 27 martii *et* 2 aprilis
Eustachii, episc. translatio 2 aprilis
Eustachius *alias* Placidus, etc. martt. 20 maii, 19 *et* 20 septembris
Eustachius, mart. 11 octobris
Eustachius, presb. Ægyptius 12 octobris
Eustachius, presb. conf. 15 octobris
Eustella, virgo 30 aprilis
Eustadii translatio 31 januarii
Eustasii Luxoviensis elevatio 30 aprilis
Eustasius, mart. 6 novembris
Eustichius, episc. 14 novembris
Eustochia, monacha 13 februarii
Eustochia, virgo, mart. 1 novembris
Eustochia, virgo 20 septembris
Eustochium, virg. 20 februarii *et* 28 septembris
Eustochius, episc. Turonensis 19 septembris
Eustorgius, episc. 18 septembris
Eustratius cum soc. 12 *et* 13 decembris
Euticia, mart. sub Licinio 30 aprilis
Euticianus, mart. 25 decembris
Euticius, etc. martt. 19 julii
Euticus et soc. 20 octobris
Eutropiæ et Nicasii translatio 23 julii
Eutropia, vidua 15 septembris
Eutropius, mart. 12 januarii
Eutropius, mart. 3 martii
Eutropius, episc. 14 octobris
Eutropius, mart. 7 decembris
Eutyches, hieromartyr 24 augusti
Eutychianus, papa, mart. 25 julii *et* 9 decembris
Eutychianus, presb. mart. 15 augusti
Eutychianus, monachus 8 decembris
Euthymius, abbas 20 januarii
Euthymius, episc. mart. 26 decembris
Eutichius, conf. 17 octobris
Eutychius, patriarcha 6 aprilis
Eutychius *vel* Eupsychius, mart. 9 aprilis
Eutychius, mart. 18 novembris
Eutychius et Florentius 28 decembris
Euvolus, mart. 5 martii
Evagrius, mart. 2 aprilis
Evantius, episc. 12 septembris
Evaristus, papa, martyr 26, 27 octobris *et* 23 decembris
Evasius Africanus 5 junii
Evasius, episc. 1 *et* 2 decembris
Evellius, mart. 11 maii
Eventius, episc. 3 februarii
Everardus, miles, conf. 16 decembris
Ejus translatio 12 decembris
Evergisilus, episc. mart. 14 septembris
Evergislus, episc. mart. 24 octobris
Evergislus, episc. 2 novembris
Evergislus, episc. confessor 28 martii
Everildis, virg. 9 julii
Evermarus, mart. 1 maii
Evermarus, mart. ex Thebæis 2 maii
Evodius, episc. conf. 17 julii
Ejus translatio 8 julii
Evodius et Calixtus 24 aprilis
Evodius, episc. Rothomagensis 8 octobris
Evolius, mart. 3 julii
Evremundus, abbas 10 junii
Evurtius, episc. conf. 12 junii
Ewaldi, presbb. martt. 29 octobris
Ewaldus, presbyter 16 novembris
Ewici episc. conf. translatio 12 junii
Ewigius, conf. 8 octobris

Exilium B. Joannis evangelistæ 27 septembris
Expergentus, etc. martt. 4 junii
Exuperantia, virgo Trecensis 26 aprilis
Ejus translatio 20 aprilis
Exuperantius, mart. 15 januarii *et* 31 maii
Exuperantius, episc. conf. 30 maii
Exuperius, episcopus confessor 1 augusti
Exuperius, episc. et conf. 8 aprilis
Eymerica, virgo 10 decembris
Eynardus, eremita, conf. 25 martii
Ezechias, rex Juda 23 junii
Ezeleidis, virgo 7 maii

F

Fabianus, mart. 26 januarii
Fabianus, mart. 16 februarii
Fabiola, matrona 27 decembris
Fachua, episc. 14 augusti
Facinola, virgo 1 augusti
Fantinus, conf. 31 julii
Faretrus, presb 23 novembris
Faro, episc. 29 octobris
Fausta, virgo 1 januarii
Fausta, virgo, mart. 7 januarii
Fausta, mart. 15 martii
Fausta cum Julia, martt. 15 julii
Fausta, virgo 25 septembris
Fausta, regina 23 novembris
Faustinianus, mart. 16 februarii
Faustinus, mart. 15 februarii
Faustinus et soc. martt. 24 aprilis
Faustinus et Vellesus, epp. 20 maii
Faustinus et Timotheus, etc 22 maii
Faustinus, etc. martt. 1 junii
Faustinus, mart 8 augusti
Faustinus, conf. 5 octobris
Faustinus et soc. 30 martt. 15 *et* 16 decembris
Faustus, abbas, episc. 16 januarii
Faustus, monachus 15 februarii
Faustus, mart. 18 februarii
Faustus, mart. 9 junii
Faustus, etc. martt. 28 septembris *et* 9 novemb.
Faustus cum Leonardo 26 novembris
Faustus et Dafrosa 2 decembris
Febronia, virgo, mart. 23 junii
Febronia, hosiomartyr 25 junii
Felicia et Justus puer, martt. 20 octobris
Felicianus, episc. conf. 23 januarii
Felicianus, episc. mart. 24 januarii
Felicianus, mart. cum Benedicto 27 septembris
Felicianus, mart. 20 octobris
Felicianus et socii 30 octobris
Felicissimus, mart. 14 martii
Felicissimus, etc. 13 junii
Felicissimus, mart. cum Secundino 13 septembris
Felicissimus, episc. 13 septembris
Felicitas, mart. 11 januarii
Felicitas, vidua, mart. 2 martii
Felicitas, mart. 8 martii
Felicitas, mart. 10 julii
Felicitas vidua cum filiabus 10 septembris
Felicitas, virgo. 16 novembris
Felicula, mart. 7 junii
Feliculus, etc. 13 junii
Felinus, mart. 1 junii
Felix et socii 5 januarii
Felix et Amandus 5 januarii
Felix in Pincis, presb. mart. 14 januarii
Felix, episc. mart. 15 *et* 16 januarii
Felix cum Lupicino, martt. 3 februarii
Felix, mart. 11 februarii
Felix, episc. conf. 21 februarii
Felix, mart. cum soc. 14 23 februarii
Felix, mart. cum soc. 27 26 februarii
Felix, mart. cum multis soc. 3 martii
Felicis et Adaucti translatio 4 martii
Felix, episc. 8 martii
Felix et Rogatus, martt. 9 martii
Felix, mart. cum Philippo 10 martii
Felix, mart. et socii 20 23 martii
Felix, episc. Treverensis 26 *et* 28 martii
Felix, papa, mart. 31 martii
Felix, mart. 31 martii
Felix, negociator 2 aprilis
Felix et Fortunatus, martt. 14 maii *et* 19 decembris
Felix et Præstabilis 15 maii
Felix, mart. Beneventanus 27 maii
Felix et soc. martt. 18 junii *et* 7 septembris
Felix et Æmilius 18 junii
Felix et Milia 18 junii
Felix et Gaudentius 26 junii
Felix et Nabor, mart. 12 julii
Eorum translatio 23 julii
Felix, episc. mart. 15 julii
Felix, mart. 25 julii
Felix et Vivianus 26 julii
Felix, Julia, etc. 27 julii
Felix et Nycetus, martt. 2 augusti
Felix, mart. 8 augusti
Felix et Fortunatus, martt. 14 augusti
Felix et Aurelius, martt. 27 augusti
Felix, episc. 27 augusti
Felix, episc. 29 augusti
Felix et Regula 11 septembris
Felix cum Dionysio 14 septembris
Felix, papa 16 septembris
Felix et Castus 3 octobris
Felicis adventus 3 octobris
Felix, episc. conf. 24 octobris
Felix et soc. 2 martt. 24 octobris
Felix, papa, mart. 10 novembris
Felix, et soc. 11 novembris
Felix, papa, mart. 17 novembris
Felix Demetricus, etc. 22 novembris
Felix et Merobius 4 decembris
Felix, episc. 22 decembris
Felix cum Bonifacio 29 decembris
Felix Romanus 29 decembris
Felix, episc. Romæ 30 decembris
Ferreolus, episc. mart. 16 januarii
Ferreolus, mart. 21 februarii
Ejus inventio 15 septembris
Ferrutius, mart. 4 januarii
Ferrutius, mart. 28 octobris
Festum reliquiarum 8 novembris
Festum corporis Christi miraculosi 13 julii
Festus, mart. 28 januarii
Festus, etc. 24 junii
Festus et Modestus, martt. 22 octobris
Fiacrius eremita, conf. 3 augusti
Fiacrius, abbas 30 augusti
Fibitius *alias* Abrunculus, episc. 5 *et* 7 novembris
Fideles defuncti 2 novembris
Fidelis, mart. 22 *et* 23 martii
Fidelis, conf. 1 septembris

Fidelis,

Fidelis, martyr 28 octobris
Fidentius, mart. 27 septembris
Fidentius, episc. conf. 16 novembris
Fides, mart. 23 martii
Fides, etc. virg. 1 julii
Fides, virg. mart. 8 octobris
Fidolus, abbas 16 maii
Filibertus, conf. 19 augusti
Filoromus, mart. 16 januarii
Findanus, conf. 15 novembris
Findrudis, virgo 7 februarii
Finianus, abbas, conf. 16 martii
Finnianus, abbas 12 *et* 13 decembris
Firmianus, abbas 11 martii
Firmianus et Primianus 15 *et* 31 maii
Firminus, episc. mart. cum soc. 6 aprilis
Firmino mart. ecclesia dicata 18 junii
Firminus, episc. conf. 18 augusti
Firminus, episc. conf. 1 septembris
Ejus inventio 13 januarii
Ejus translatio 10 januarii
Firmini, episc. vigilia 24 septembris
Firminus, episc. mart. 16 octobris
Firminus, episc. Virdunensis 3 decembris
Firmus, mart. 4 martii
Firmus, mart. 10 *et* 14 martii
Firmus, mart. 9 augusti
Flamianus, episc. 18 decembris
Flavianus, mart. 29 januarii
Flavianus, mart. 24 februarii
Flavianus, episc. 16 junii *et* 23 augusti
Flavianus, mart. 8 octobris
Flavianus, episc. 24 novembris
Flavianus, conf. 26 novembris
Flavianus, mart. 22 decembris
Flavius, episc. 30 aprilis
Flavius, mart. 18 novembris
Flora, virg. mart. 29 julii
Flora, virgo, mart. 31 julii
Florbertus, abb. 1 *et* 2 novembris
Ejus elevatio in Blandinio 19 aprilis
Florentia *vel* Florentina, virg. mart. 4 julii
Florentia, virg. 17 julii
Florentinus, episc. mart. 17 octobris
Florentinus presb. conf. 1 decembris
Florentius, mart. episc. 3 januarii
Florentius, presb. 24 martii
Florentius, episc. conf. 3 aprilis
Florentius, mart. 6 aprilis
Florentius, presb. conf. 2 maii
Florentii susceptio 2 maii
Florentius et Vindemialis, epp. 3 maii
Florentius, conf. 27 junii
Florentius et Rusticus 25 julii
Florentius, mart. 18 septembris
Florentius, episc. etc. 20 septembris
Florentius, presb. conf. 24 septembris
Florentius, conf. 26 octobris
Florentius, et soc. martt. 27 octobris
Florentius, presb. monachus 27 octobris
Florentius *alias* Florentinus, ep. 6 *et* 7 novembris
Florentius, episc. 8 novembris
Florentius cum Eutychio 28 decembris
Florentius episc. Haroisæ 29 decembris
Florentius *seu* Florens et soc. 30 decembris
Floriana, virg. etc. 9 julii
Florianus, mart. 3 martii
Florianus et soc. 46 20 junii
Florianus et Victorinus, martt. 2 novembris
Floribertus, episc. 25 aprilis
Florida, virg. 10 januarii
Florinus, mart. 12 januarii
Florinus, presbyter, confessor 17 novembris
Florinus, conf. 18 *et* 19 novembris
Ejus translatio 18 decembris
Florus, abbas 21 augusti
Florus, episc. 4 novembris
Floscellus et Hernæus 26 aprilis
Floscellus, mart. 17 septembris
Ejus translatio 9 novembris
Flosculi episc. translatio 14 junii
Foca, virg. 14 julii
Focatus, episc. mart. 14 julii
Foillanus, episc. mart. 16 januarii
Foillanus, mart. 31 octobris
Ejus translatio 3 septembris
Folquinus, episc. 19 octobris
Folquinus, conf. 13 novembris
Folquinus *vel* Volquinus, ep. 14 *et* 15 decembris
Ejus translatio 7 junii
Foroscus, episc. conf. 28 septembris
Forseus, episc. 28 septembris
Fortinus, episc. mart. 28 maii
Fortis, episc. mart. 16 maii
Fortuna, mart. 22 februarii
Fortunata et 3 fratres 30 septembris
Fortunata, *seu* Fortuna, virg. 14 octobris
Fortunatus, Leo, etc. 18 januarii
Fortunatus et 32 martt. 2 februarii
Fortunatus, mart. 21 februarii
Fortunatus, episc. 26 februarii
Fortunatus, mart. 3 martii
Fortunatus, mart. 9 aprilis
Fortunatus, et alii 240 martt. 11 aprilis
Fortunatus, episc. 5 maii
Fortunatus et Felix, martt. 14 maii
Fortunatus, etc. 7 junii
Fortunatus, episc. conf. 10 junii
Fortunati translatio 11 junii
Fortunatus, episc. conf. 18 junii
Fortunatus, episc. conf. 29 junii
Fortunatus, mart. 14 augusti
Fortunatus, etc. martt. 28 augusti
Fortunatus et Lufulus 15 octobris
Fortunatus, episc. 14 decembris
Fortunatus, cum Felice 19 decembris
Fortunio, mart. 27 februarii
Frainichildis, matrona 17 maii
Franciscus de Paula 2 aprilis
Franciscus, conf. 3 *et* 4 octobris
Ejus octava 11 octobris
Ejus canonizatio 16 julii
Ejus translatio 25 maii
Ejus stigmata 16 *et* 17 septembris
Franciscus Xaverius, conf. 2 decembris
Franca, virgo 25 aprilis
Franco, episc. 15 aprilis
Francovei translatio 30 decembris
Fratres 7 martt. 1 septembris
Fraubaldus, conf. 23 augusti
Fredegandus, episc. conf. 17 julii
Fredericus, episc. mart. 26 aprilis
Fredericus, episc. mart. 18 julii
Fredeswida, virgo 19 octobris
Ejus translatio 12 februarii
Fregus, abbas 20 decembris
Fresmundus *vel* Fremundus 11 maii
Freteolus *pro* Ferreolus 4 januarii
Friardus, conf. 1 augusti
Fridianus *alias* Frigidianus, episc. 18 martii
Ejus translatio 18 novembris
Fridolinus, ab. conf. 6 martii
Fridolinus, episc. 14 novembris
Frodisius et soc. mart. 7 maii

Frodobertus,

Frodobertus, abbas 8 januarii
Frominius, episc. conf. 27 julii
Fromundus *alias* Frotmundus, mart. 24 octobris
Frontasius, mart. cum sociis 2 januarii
Frontasius, mart. 29 aprilis
Frontina, mart. 14 martii
Fronto, episc. 26 octobris
Fronto, episc. conf. 22 decembris
Frontus *alias* Fronto, episc. 1 octobris
Fronus, et soc. 17 junii
Fructulus, mart. 18 februarii
Frumentius, unus et alter 23 martii
Frumentius, episc. 27 octobris
Frydolinus, conf. 6 martii
Fulcherius, patriarcha 20 novembris
Fulchrannus, episc. 13 februarii
Fulco, episc. mart. 17 junii
Fulgentius, episc. 1 januarii
Fulgentius, Amantius ac alii 26 5 decembris
Fusca, virgo, mart. 13 *et* 16 februarii
Fusciani inventio 17 julii
Fymbertus, episc. 24 septembris

G

Gabianus, mart. 3 martii
Gabriel, archangelus 18 martii *et* 16 octobris
Gabius, episc. conf. 10 septembris
Gagius, mart. 19 januarii
Gagius palatinus, cum 27 martt. 4 martii
Gaiana, vidua 27 septembris
Gaianus, mart. 10 aprilis
Gaianus, etc. martt. 15 junii
Gaiolus mart 3 martii
Gaius, mart. 11 martii
Gaius, papa 1 julii
Galaction et Epistemes, martt 5 novembris
Galdinus Mediolanensis 18 aprilis
Galganus, conf. 3 decembris
Galla cum Alexandro 31 maii
Galla, vidua 5 octobris
Galla ejusque filiæ 16 novembris
Gallenicus, mart. 18 januarii
Gallenitus, mart. 1 februarii
Gallianus, mart. 14 junii
Gallicanus, episc. 5 decembris
Gallus, abbas 16 octobris
Gamas, episc. 4 novembris
Gamasus *alias* Damianus, conf 9 novembris
Gandulfus, conf. 3 octobris
Ganthalica, etc. martt. 22 junii
Gaudentius, episc. conf. 22 januarii, 3 februarii *et* 3 augusti
Gaudentius, mart. 7 maii
Gaudentius *vel* Gaudens, mart 25 *et* 26 junii
Gaudentius, episc. 14 octobris
Gaudentius, episc. 26 novembris
Gaudentius, abbas 26 novembris
Gaudus, episc. 31 januarii
Gaugerici translatio *vel* elevatio 24 septembris
Gavinus, mart. 25 octobris
Gebetrudis translatio 20 augusti
Gebetrudis inventio 17 septembris
Gebetrudis, virg. 7 novembris
Gedeon, propheta 5 septembris
Gelasius, conf. 31 januarii
Gelasius, papa 18 *et* 19 novembris
Geldeldus, conf. 24 augusti
Geltrudis *alias* Hertrudis *vel* Rictrudis, virgo 27 octobris
Gemellus, mart. 17 *et* 24 februarii
Geminianus, episc. 13 januarii
Geminus et soc. martt. 17 januarii
Geminus, episc. 5 februarii
Gemma, virg. 16 augusti
Gemmarus, abbas 8 aprilis
Genebaldus, episc. 5 septembris
Genebaudus *alias* Genebaldus, Laudunensis episc. 8 decembris
Gendulfus, episc. conf. 13 novembris
Genesius et alii martt. in Lidia 27 aprilis
Genesius et soc. mart. 21 maii
Genesius, mart. 31 augusti
Genesius, mart. 30 octobris
Gengulfus, mart. 9 *et* 10 mai, 6 *et* 12 octobris
Genianus, abbas 24 septembris
Genovefa, virg. 29 octobris
Gentiani mart. translatio 8 maii
Gentilis, mart. 9 junii
Genulfus, conf. 17 januarii
Genulfus, episc. conf. 20 junii
Georgia, virgo 11 martii *et* 25 septembris
Ejus translatio 15 februarii
Georgius Chozebistus 8 januarii
Georgius, mart. 2 martii
Georgius in Malæo 4 aprilis
Georgius, episc. 7 aprilis
Georgii, mart. ecclesiæ dedicatio 14 aprilis
Ejus reliquiæ allatæ 20 junii
Ejus translatio 16 novembris
Georgius, monachus 16 augusti
Georgius, episc. 2 novembris
Georgius et soc. martt. 3 novembris
Georgius Christi discipulus 10 novembris
Georgius Spoletanus, mart. 22 decembris
Geraldus, abb. 12 *et* 13 octobris
Geraldus, episc. 7 decembris
Gerardus, episc. Tullensis 23 aprilis
Ejus translatio 21 octobris
Gerardus, monachus 13 junii
Gerardus, monachus 20 augusti
Gerardus, episc. mart. 24 septembris
Ejus translatio 23 februarii
Gerardus, ordinis Minorum 25 septembris
Gerardus, abb. 3 octobris
Gerasimus, abbas 4 martii
Gerberta, matrona 5 februarii
Gerbrandus, abbas 13 octobris
Gerebaldus, episc. 7 decembris
Gerebernus cum Dympna 15 maii
Geremarus, abb. conf. 21, 23, 24, 27 septembris *et* 19 octobris
Ejus translatio 20 maii
Gereon, mart. 21 septembris
Gereon cum aliis 318 9 octobris
Gereonis translatio 24 novembris
Gerhardus erem. conf. 20 septembris
Gericus, conf. 2 octobris
Gerinus, mart. frater Leodegarii 2 octobris
Gerlacus, eremita 5 januarii
Gerlandus, episc. 25 februarii
Germanus, abbas, mart. 21 februarii
Germanus, abb. mart. 23 aprilis
Germanus, et soc. martt. 2 maii
Germanus, mart. Ambianensis 2 maii

Germanus, episcopus, *forte* martyr 29 aprilis
Germanus et soc. martt. 31 maii
Germanus, conf. 9 julii
Germani Parisiensis translatio 25 julii
Germanus, episc. 14 julii
Germanus, abb. 25 septembris
Germanus, Autissiodorensis episc. 1 octobris
Ejus vigilia 30 julii
Ejus adventus 23 septembris
Ejus translatio 6 januarii
Ejus templi dedicatio 18 novembris
Germanus, episc. mart. 11 octobris
Germanus, episc. conf. 29 *et* 30 octobris
Germanus et soc. 12 novembris
Gerolfus, mart. 21 septembris
Geron, presb. mart. 17 augusti *et* 30 octobris
Geron, mart. 21 septembris
Gerontius et soc. 9 9 decembris
Gerontus, mart. 19 januarii
Gerontus, mart. 23 februarii
Gertrudis ab Oosten 6 januarii
Gertrudis, virg. elevatio 10 februarii
Gertrudis *vel* Geretrudis, virgo 20 martii
Gertrudis *vel* Genetrudis 1 aprilis
Gertrudis translatio 10 aprilis
Gertrudis et Eusebiæ elevatio 27 octobris
Gertrudis, virg. consecratio 2 decembris
Gertrudis vidua, abb. 6 decembris
Gervasii et Protasii inventio 19 julii
Gervasius, mart. 30 octobris
Gerulphus, mart. 21 septembris
Ejus translatio 25 junii
Gerulphi adventus 8 octobris
Gerwis, virgo 6 februarii
Getulius, mart. 9 junii
Gezelinus, conf. 6 augusti
Gibrianus, conf. 8 maii
Ejus translatio 27 septembris
Gilbertus, conf. 4 februarii
Gilbertus, episc. 1 aprilis
Gildardus, conf. 24 augusti
Gildas, abbas 29 januarii
Gildatius, abbas 27 januarii
Gilibertus *pro* Gislenus, conf. 9 octobris
Giliberti translatio 13 octobris
Gislanus, presb. 8 februarii
Gislebertus, episc. 13 februarii
Gislenus, conf. 9 octobris
Ejus inventio 29 septembris
Ejus translatio 1 junii
Ejus restitutio 6 novembris
Glodesinda, virgo 25 julii
Glodesindis translatio 14 martii
Glyceria, mart. 13 maii
Goaris translatio 25 maii
Gobertus, monachus 20 augusti
Gobertus, conf. 22 novembris
Godardus, episc. 4 *et* 5 maii
Godeberta, virgo 11 *et* 13 aprilis
Godebertus *alias* Gotbertus, conf. 23 novembris
Godefridus Cappenbergensis 13 januarii
Godefridus, episc. conf. 8 novembris
Godegrandus, episc. mart. 3 *et* 5 septembris
Godoaldus, episc. conf. 7 junii
Godricus, eremita, conf. 22 maii
Godscalcus, episc. mart. 7 augusti
Goedermundus, episc. mart. 1 februarii
Goericus, episc. 19 septembris
Gondulfus, episc. conf. 16 julii
Gordianus, mart. 4 maii
Gordinellus, conf. 17 octobris
Gordius, mart. 3 januarii
Gorgonius, martyr 4 martii
Gorgonius, mart. 10 *et* 11 martii
Ejus translatio 12 martii
Gorgonii inventio et translatio 26 februarii
Gorlinus, episc. 7 septembris
Goswinus, mart. 22 maii
Goswinus, abbas 9 octobris
Gotbertus *alias* Godebertus, conf. 23 novembris
Gracilianus et Felicissimus 12 augusti
Granus, mart. 10 aprilis
Graphicus et soc. martt. 3 decembris
Graphildis *alias* Graphaildis, mart. 12 novembris
Grata, virgo 1 maii
Grata, matrona 26 augusti
Gratianus, mart. 22 *et* 23 octobris
Gratianus, mart. 1 junii
Gratianus, episc. mart. 6 junii
Gratus et alii 6 Africani 29 aprilis
Grati translatio 13 maii
Gratus, episc. 7 septembris
Gratus, episc. conf. 8 octobris
Gregorius, episc. 4 januarii
Gregorius, mart. 6 januarii
Gregorius X, papa, conf. 10 januarii
Gregorius Nazianzenus, episc. 10 *et* 11 januarii
Gregorius, theologus 25 januarii
Gregorius III, papa 12 februarii
Gregorius IV, papa 12, 13 febr. *et* 28 novembris
Gregorius II, papa 13 februarii
Gregorii papæ ordinatio 29 martii
Gregorius et Petivius 5 maii
Gregorius, episc. conf. 14 junii
Gregorii papæ reliquiarum exceptio 20 julii
Gregorii ducis translatio 25 julii
Gregorius, papa cognomento pœnitentiarius 4 augusti
Gregorius Nissenus 5 augusti
Gregorius, conf. 14 augusti
Gregorius, conf. 24 augusti
Gregorius, episc. 25 augusti
Gregorii magni ordinatio 3 septembris
Gregorius Armenus, mart. 30 septembris
Gregorii papæ translatio 15 octobris
Gregorius, abbas 4 novembris
Gregorii Lingonensis translatio 6 *et* 7 novembris
Gregorius, thaumaturgus episc. mart. 17 novembris
Gregorius Turonensis 17 *et* 18 novembris
Gregorius Decapolita 20 novembris
Gregorius et Mauri martt. 24 novembris
Gregorius Agrigentinus 23 novembris
Gregorius III, papa 28 novembris
Gregorius, papa 29 novembris
Gregorius cum Paulo 19 decembris
Gregorius, episc. 20 decembris
Gregorius Spoletanus, mart. 22 decembris
Gregorius, puer 23 decembris
Grimbaldus, conf. 8 julii
Grodegandus, episc. 6 martii
Grogbertus, *forte* Guibertus 23 maii
Gualericus, abb. conf. 1 aprilis
Guarius, episc. conf. 6 februarii
Guddenes *vel* Gudilenes, mart. 27 junii
Gudualdi translatio 20 maii
Gudula, virgo 8 januarii
Ejus octava 15 januarii
Ejus translationes 6 julii *et* 14 septembris
Gudwalus, episc. conf. 6 junii
Ejus translatio 22 februarii
Guericus, episc. conf. 20 martii
Guiberti elevatio 23 septembris
Guido, abbas 31 martii

Guido *seu* Wido, abbas 1 maii
Guidonis, conf. elevatio 24 junii
Guido, conf. 12 maii *et* 12 septembris
Guigo, conf. 27 julii
Guilielmus, episc. 9 *et* 10 januarii
Guilielmus, conf. 10 februarii
Guilielmus, presb. conf. 2 martii
Guilielmus, conf. in Sicilia 16 aprilis
Guilielmus, episc. Briocensis 29 julii
Guilielmus, conf. 29 julii
Guillelmus, presb. Pontivi 10 maii
Guillelmus, mart. 23 maii
Guillermus, episc. conf. 7 februarii
Guillermus, conf. 3 novembris
Guinailus *alias* Guinardus, abbas 3 novembris
Gumbertus, confessor 11 martii
Gumbertus *alias* Gundebertus 29 aprilis
Gummarus, conf. 11 octobris
Gummari translatio 17 martii
Gundanisolus, episc. conf. 25 augusti
Gundolphus, episc. conf. 18 junii
Gundulfus, episc. 17 junii
Gundulfus, episc. 6 septembris
Gurdiellus, conf. 16 octobris
Guria et soc. 15 novembris
Gutagonus, conf. 3 julii
Guthlaos, anachoreta 26 augusti
Gutlachus, anachoreta 11 aprilis

H

Hadelinus, conf. 3 februarii
Hadeloga, virgo 2 februarii
Hadulphus, episc. conf. 31 augusti
Halfardus, mart. 14 *et* 15 maii
Harlindis, virgo 6 februarii
Harlindis, virgo, mart. 12 octobris
Hariolphus, abbas 13 augusti
Harwaldus, mart. 14 maii
Haseka, virgo reclusa 26 januarii
Hasnonii celebris dedicatio 3 junii
Haya, virgo 3 novembris
Haytramius, episc. conf. 22 septembris
Hedda, episc. 7 julii
Hedistius, mart. 13 octobris
Hedwigis vidua 15 octobris
Heirus, Heiricus, *alias* Ericus 24 junii
Helanus, presb. conf. 7 octobris
Helena, regina 6, 7 februarii *et* 15 aprilis
 Ejus translatio. 7 *et* 8 februarii
Helena, virgo 4 maii
 Ejus translatio 23 maii
Helena, militissa 30 julii
Helenus, abb. 17 aprilis
Helenus, conf. 4 junii
Helia, virgo 16 julii
Heliæ, prophetæ assumptio 17 junii
Helias et Stertio 21 julii
Helias, abb. 11 septembris
Helie, imperatrix 20 novembris
Helidius, episc. 12 junii
Heliodorus, episc. conf. 3 julii
Helladius, mart. 28 maii
Helprardus, mart. 17 junii
Henricus, archiepisc. 19 januarii
Henricus Suso, conf. 25 januarii
Henricus, imperat. 11 martii, 13 *et* 14 julii
Henricus Kalkarus Carthusiensis, presb. et confessor 10 decembris
Henulphus, episc. conf. 5 januarii
Heraclius, mart. 2 martii
Heraclius, mart. 10 *et* 14 martii
Heraclius, conf. 9 maii
Heraclius, episc. 14 novembris
Herbaldus, episc. 8 januarii
Herculanus, episc. 1 martii
Herculianus, conf. 6 novembris
Herenæus, mart. 2 februarii
Herenæus, mart. 11 februarii
Herenæus, mart. 25 februarii
Herenæus, episc. 2 aprilis
Herenneus, mart. 6 aprilis
Herentrudis, virg. 4 septembris
Herhardus, episcopus 8 januarii
Heribertus, episc. Coloniensis 16 martii
 Ejus ordinatio 9 julii
 Ejus translatio 30 augusti
Heribertus, presb. conf. 20 martii
Heriburgis, virgo 16 octobris
Herinia, mart. 8 martii
Herlindis, virgo 22 martii
Herlindis, virgo 18 septembris
Hermagoræ translatio 12 septembris
Hermæus et Hermius 31 maii
Hermannus Joseph 7 aprilis
Hermannus, episc. Brixinensis 23 decembris
Hermelandus, *alias* Herblandus 18 octobris
Hermelius et Felix 18 junii
Hermenegildus, mart. 12 aprilis
Hermeniredus, abb. 25 septembris
Hermes, episc. 21 januarii
Hermes, mart. 1 martii
Hermes et Taxius 17 octobris
Hermes et Rexius 18 octobris
Hermius et Hermæus 31 maii
Hermogratus, mart. 27 julii
Hernæus, cum Floscello 26 aprilis
Hernempus, mart. 27 julii
Herodion, mart. 8 aprilis
Herodius, mart. 24 februarii
Herotes, mart. 23 februarii
Hersuinda, abb. 4 maii
Herutus, mart. 23 februarii
Hesychius, episc. 12 novembris
Heymeradus, presb. conf. 28 januarii
Hiacynthus, mart. 2 februarii
Hidulphus, episc. conf. 23 junii
Hidulphus, dux Lotharingiæ 23 junii
Hidulphus, episc. 11 julii
Hirena, virgo, mart. 5 aprilis
Hirenia, virgo 5 maii
Hierotes, mart. 5 martii
Hieronymus, episc. 22 julii
Hieronymi conf. octava 7 octobris
 Ejus translatio 9 maii
Hierotheus, episc. 4 octobris
Higbaldus, conf. 13 augusti
Hilaria, vidua 23 martii
Hilaria, mart. 12 augusti
Hilarinus, monachus, mart. 16 julii *et* 7 augusti
Hilarion, conf. 22 martii
Hilarion, junior 28 martii
Hilarion, monach. 24 octobris
Hilarius, papa, mart. 21 februarii
Hilarius, mart. 9 aprilis
Hilarius, conf. 7 maii
Hilarius, monach. conf. 13 *et* 15 maii

Hilarius,

Hilarii episcopi translatio 22 augusti
Hilarius, episc. conf. 26 octobris
Hilarius, conf. 1 novembris
Hilarius et Valentinus 2 *et* 3 novembris
Hilarius et Donatus 31 decembris
Hilbaldus, abb. 14 decembris
Hilda *vel* Heldas, abb. 5 martii
Hilda *vel* Hildelitcha, abbatissa 23 martii
Hilda, abbatissa 25 augusti, 17 *et* 18 novembris
Hildebertus, episc. 19 maii
Hildefonsus, episc. 23 januarii *et* 18 decembris
Hildegardis, virg. 17 septembris
Hildegermus, episc. 19 junii
Hildegundis, virgo 20 aprilis
Hildetricus, *an* Hildevertus, etc. episc. 26 maii
Hildewardus, episc. 7 septembris
Hilenardus, conf. 29 decembris
Hildulfus, episc. 9 novembris
Ejus translationes 4 aprilis *et* 8 novembris
Hilderus, conf. 8 augusti
Hiltrudis, virgo 27 septembris
Ejus elevatio 17 septembris
Himelinus, conf. 10 martii
Himerius, episc. conf. 7 junii
Hinna et Hisca 24 februarii
Hippolytus, mart. 29 januarii
Hippolytus, conf. 31 januarii
Hippolytus, mart. 23 februarii
Hippolyti translatio 9 maii
Hippolytus, mart. 12 maii
Hippolytus, etc. martt. 19 junii
Hippolytus, mart. 22 augusti
Hippolytus, mart. 30 augusti
Hippolytus, mart. et socii 20 octobris
Hisca et Hinna 24 februarii
Homobonus, conf. 13 novembris
Honestasius, et soc. martt. 18 maii
Honestus, mart. 16 februarii
Honobertus, cum Henulfo 5 januarii
Honorata, virgo 11 januarii
Honoratus, episc. 16 januarii *et* 16 maii
Honoratus, mart. 29 januarii
Honoratus, et alii martyres 16 aprilis
Honoratus, episc. conf. 29 octobris
Honoratus, conf. 4 novembris
Honoratus, conf. 12 novembris
Honorina, virgo 27 martii
Honorina, virgo, mart. 27 februarii
Honorius, episc. conf. 30 septembris
Honorius, papa 13 octobris
Honorius, et soc. mart. 21 novembris
Honorius, cum Demetrio 21 novembris
Hormisdas, papa conf. 5, 6, *et* 7 augusti
Hospicius, vir Dei 21 maii
Hotwidus, conf. 25 junii
Hubertus, episc. 30 maii *et* 3 novembris
Ejus repositio 3 novembris
Ejus translatio 30 septembris
Hugo, archiepiscopus 19 januarii
Hugo, presb. 4 februarii
Hugo, episc. conf. 1 aprilis
Hugo, abbas Bonæ Vallis 1 aprilis
Hugo, episc. Rothomagensis 7 *et* 10 aprilis
Hugo, abbas Cluniacensis 29 aprilis
Hugonis, episc. translatio 6 octobris
Hugo, episc. conf. 17 *et* 18 novembris
Hugo, episc. Gratianopolitanus 1 aprilis
Humberga, comitissa 20 februarii
Humbertus, episc. conf. 25 martii
Humbertus, conf. 6 septembris
Humilis, conf. 5 decembris
Humilis et alii martt. 5 decembris
Hunegundis, virgo 25 augusti
Hunfredi episc. conf. ostensio 16 augusti
Hunfredus, episc. conf. 5 martii
Hyacinthus, mart. 3 julii
Hyacinthus, mart. 18 julii
Hyacinthus ordinis Prædicatorum 15 augusti
Hyacinthus, etc. martt. 10 septembris
Hyginus, papa, conf. 10 januarii
Hyginus, papa, mart. 11 januarii
Hymerus, ep. conf. 18 junii
Hypatius, episc. 31 martii
Hyrena, mart. 1 aprilis
Hyrenus, episc. mart. 6 aprilis

I

Ida in ecclesia S. Joannis 20 junii
Ida, vidua 4 septembris
Ejus translatio 26 novembris
Ida, Nivellenensis 29 novembris *et* 11 decembris
Ida, virgo, mart. 30 novembris
Idaberga *alias* Itisberga 21 maii
Idabergæ *alias* Idubergæ virg. translatio 20 junii
Itta *vel* Ideburga, matrona 5 novembris
Ieron, presb. mart. 8 maii, 16 *et* 17 augusti
Ignatius, episc. 14 junii
Ignatius Loyola, conf. 31 julii
Ignatius, mart. 24 novembris
Illidius, episc. conf. 7 julii
Imarius, conf. 12 novembris
Imerius, conf. 1 octobris
Iminia *vel* Sosinia, virgo 11 februarii
Inde, mart. 28 januarii
Indractus, et soc. martt. 8 maii
Ingela, virgo 5 februarii
Ingenia, mart. 25 februarii
Ingeniana, mart. 1 aprilis
Ingenianus, mart. 1 aprilis
Ingenius, mart. 26 februarii
Innocens, episc. 13 martii
Innocentia, virgo 5 septembris
Innocentius, papa 13 martii, 28 julii *et* 21 decembris
Innocentius, episc. 14 martii
Innocentius, episc. Derthonensis 17 aprilis
Innocentii ex Thebæis translatio 13 maii
Innocentii mart. translatio 7 junii
Innocentius, etc. martt. 5 julii
Innocentius, et soc. mart. 7 septembris
Inventio secunda sanctæ crucis 7 decembris
Inventio Quintini mart. 8 julii
Inventius, mart. 1 junii
Iphicus, etc. 17 junii
Iræneus, mart. 14 augusti
Irænus et soc. martt. 16 decembris
Irmgardis, virgo 4 septembris
Irmina Horreens, virg. 24 decembris
Isaac, monachus conf. 11 aprilis
Isaac, mart. 26 augusti
Isaac, patriarcha 14 novembris
Isaacius, eremita 27 martii
Isaacius, monachus 30 maii

Isaacius,

Isaacius, cum Dalmato et Fausto 3 augusti
Isicius, episc. 12 novembris
Isidorus, episcopus 7 januarii
Isidorus Pelusiota 4 februarii
Isidorus, mart. 5 februarii
Isidorus, mart. 16 aprilis
Isidorus, mart. 17 maii
Isminerus, rex, confessor 24 decembris
Itisberga *alias* Idaberga 21 maii
Iventius, episc. 8 februarii
Ivetta *sive* Jutta, vidua 13 januarii
Ivo, episc. conf. 24 aprilis *et* 10 junii
Ivo, conf. 18 *et* 19 maii
Ejus translatio 27 octobris

J

Jabinus, et soc. martt. 1 decembris
Jacelinus Carthusianus 26 februarii
Jacinctus et soc. martt. 30 octobris
Jacob, patriarcha 26 octobris *et* 15 decembris
Jacobus, eremita 28 januarii
Jacobus, episc. 21 martii
Jacobus, apostolus 15 martii
Jacobus major, apostolus 25 martii *et* 22 junii
Ejus martyrium 9 aprilis
Ejus vigilia 24 julii
Ejus translatio 30 decembris
Ejus relatio capitis 3 januarii
Jacobus minor, apostolus 22 junii
Ejus consecratio 21 junii
Ejus ordinatio 27 decembris
Jacobus de Blanconibus 22 augusti
Jacobus, de Viniaco 30 septembris
Jacobus Alemannus. 11 octobris
Jacobus, episc. 24 octobris
Jacobus intercisus 27 novembris
Jacobus, eremita 19 novembris
Januaria, mart. 2 martii
Januaria, cum Primo 21 junii
Januarius, mart. 19 januarii
Januarius, mart. 11 februarii
Januarius, mart. 27 februarii
Januarius, mart. 3 martii
Januarius, et soc. martt. 21 aprilis
Januarius, cum Gordiano et Epimachio 10 maii
Januarius, mart. 21 maii
Januarius, etc. 7 julii
Januarius, etc. 29 *et* 30 augusti
Januarius, mart. cum Desiderato 7 septembris
Januarius, presb. Antiochenus 26 septembris
Januarius, episc. et mart. 18 octobris
Januarius et soc. martt. 19 octobris
Januarius et Protus 27 octobris
Jaran, conf. 18 maii
Jaspar, rex e tribus Magis 1 *et* 2 januarii
Jarefridus, episc. conf. 11 novembris
Jesse, pater David 29 decembris
Jesu pueri relatio ex Ægypto 5 januarii
Joachim, pater B. V. M. 20 martii, 16 septembris *et* 9 decembris
Joanna, vidua 4 augusti
Joannes Birellus, Carthusianus 6 januarii
Joannes, episc Hierosolymitanus 12 januarii
Joannes, papa 12 januarii *et* 2 maii
Ejus translatio 28 decembris
Joannes Calybita 15 januarii
Joannes, eremita Anglicus 19 januarii
Joannes eleemosynarius, episc. 22 *et* 23 januarii, 3 februarii, 13 julii, *et* 11 novembris
Joannes, presb. 27 januarii
Joannes, mart. 31 januarii
Joannes, mart. 15 februarii
Joannes, abbas 27 februarii
Joannes, monachus 27 februarii
Joannes tertius, eremita 27 februarii
Joannes alter, eremita 27 februarii
Joannes Climacus 30 martii
Joannes, eremita 12 aprilis
Joannes, discipulus S. Gregorii 18 aprilis
Joannes, de vetere laura 19 aprilis
Joannes, Victor, etc. 20 aprilis
Joannes, mart. 22 aprilis
Joannes Bonus, conf. 1 maii *et* 13 octobris
Joannes Honthon 4 maii
Joannes Damascenus 6 maii *et* 4 decembris
Joannes, Eboracensis episc. 7 maii
Joannes et alii 507 12 maii
Joannes, episc. postea Silentiarius 13 maii
Joannes, episc. mart. 18 maii
Joannes, mart. Alexandrinus 19 maii
Joannes, mart. 19 junii
Joannes, abbas 20 junii
Joannes Fischerus, episc. mart. 22 junii
Joannes, apost. et evangelista 24 *et* 25 junii
Ejus nativitas 23 februarii
Ejus cultus apud Græcos 26 septembris
Ejus exilium 27 septembris
Ejus reversio ex exilio 3 decembris
Joannes, presb. conf. 27 junii
Joannis Baptistæ octava 1 julii
Ejus inventio 27 februarii
Ejus capitis revelatio 29 julii
Ejus capitis tertia inventio 25 maii
Ejus faciei receptio 16 *et* 17 decembris
De ejus brachio 21 novembris
Joannes et Primus 8 julii
Joannes, conf. 8 julii
Joannes Gualbertus, abbas 12 julii
Ejus translatio 10 octobris
Joannes cum Simeone 21 julii
Joannes ovicula 26 julii
Joannes presb. cum Benigno 31 julii
Eorum translatio 10 maii
Joannes, episc. conf. 10 augusti
Joannes, conf. 28 *et* 29 augusti
Joannes jejunator 2 septembris
Joannes Chrysostomus 14 sept. *et* 13 novembris
Ejus reportatio reliquiarum 27 januarii
Joannis Reomensis translatio 22 septembris
Joannes, abbas 22 septembris
Joannes Cornerius 30 septemb. *et* 15 decembris
Joannes Bridlingtonius, prior 10 octobris
Joannes, eremita et conf. 14 novembris
Joannes, episc. Ravennatis 21 novembris
Joannes Ruisbrochius, confessor 26 novembris *et* 2 decembris
Joannes et soc. 27 *et* 29 novembris
Joannes, presb. 23 decembris
Jonnicius magnus 4 novembris
Job, propheta 18 maii
Jobia, virgo 24 martii
Jobita, mart. et alii 3 17 aprilis
Jocunda virg. 25 novembris
Jocundus, mart. 9 januarii
Jocundus, episc. mart. 21 februarii
Jocundus, mart. 6 martii

Jocundus,

Jocundus, cum Marciano 8 junii
Joel *vel* Johel, propheta 6 *et* 11 julii
Jonas, propheta 27 januarii
Jonas, mart. 29 martii
Jonatus, abbas 1 augusti
Ejus elevatio 8 aprilis
Jonius, presb. mart. 22 septembris
Jordanus, generalis Prædicatorum 13 februarii
Jordanus, abb. 5 septembris
Josaphat, rex, conf. 29 septembris
Joseph, nutricius Domini 15 januarii
Joseph, hymnographus 4 aprilis
Joseph, conf. 13 julii
Joseph, cognomento Justus 19 julii
Joseph, conf. 2 septembris
Joseph filius Jacob 28 octobris *et* 11 decembris
Josephus, mart. 20 martii
Josias, mart. 25 martii
Josias, rex Juda 23 junii
Josias, scriba 25 julii
Josippus, diac. 15 februarii
Jotha, abb. 7 octobris
Jovinus, abb. 1 *et* 5 junii
Jovinus, presb. conf. 20 junii
Jovinus, conf. 22 decembris
Jovita, diac. mart. 15 februarii
Jubia, mart. 2 januarii
Jubinus, episc. 18 aprilis
Jucunda, cum Felice 27 julii
Judas Quiriacus, episc. 1 maii
Judas Machabæus, etc. 1 octobris
Judas et Simon 27 octobris
Judith 17 augusti
Judocus, conf. 10 *et* 11 junii, 24 *et* 25 julii, *et* 13 decembris
Ejus corpus inventio 25 julii
Julia, mart. 2 februarii
Julia, virgo 7 julii
Julia, mart. 21 julii
Julia, virgo, mart. 15 julii
Julia, cum Felice 27 julii
Julia, Barbaræ socia 4 decembris
Juliana, mart. 29 martii
Juliana, virgo 5 aprilis
Juliana, virgo 3 junii
Juliana, virgo 23 julii
Juliana, mart. 7 augusti
Juliana, mart. 17 augusti
Juliana, virgo, mart. etc. 20 augusti
Julianus, mart. 6 *et* 7 januarii
Julianus, episc. 26 januarii
Julianus, mart. 27 januarii
Julianus, episc. 28 januarii *et* 5 julii
Ejus translatio 25 julii
Julianus Sabas, eremita 28 januarii
Julianus, mart. 3 februarii
Julianus, mart. cum sociis 18 12 februarii
Julianus, mart. 13 februarii
Julianus, mart. 18 februarii
Julianus, mart. 20 februarii
Julianus, mart. 24 februarii
Julianus, mart. 27 februarii
Julianus, conf. 28 februarii
Julianus, mart. 1 martii
Julianus, mart. 9 martii
Julianus, mart. 23 martii
Julianus, mart. 29 martii
Julianus, mart. *alias* episc. conf. 22 aprilis
Julianus *alias* Lucianus, mart. 7 junii
Julianus, confessor 17 junii
Julianus, mart. 21 junii
Julianus, etc. martt. 22 junii
Julianus, mart. 8 julii
Julianus cum Viviano, etc. 26 julii
Juliano, mart. ecclesia dedicata 17 augusti
Ejus reliquiarum susceptio 30 maii
Julianus, etc., martt. 21 augusti
Julianus, mart. 25 augusti
Julianus et soc. martt. 25 novembris
Julianus et Marcianus, martt. 26 decembris
Julitta, mart. 16 julii
Julius, mart. 19 januarii
Julius, conf. 31 januarii
Julius et Julianus fratres 31 januarii
Julius, papa 8 februarii *et* 31 martii
Julius, conf. 28 februarii
Julius, episc. conf. 4 martii
Julius, mart. 31 martii
Julius, miles, mart. 26 maii
Julius, mart. 14 junii
Julius *alias* Vigilius, episc. 26 junii
Julius, senator, mart. 17 augusti
Julius et Julianus, martt. 21 augusti
Julius et Eustasius 6 novembris
Julius, cum Paulo 5 decembris
Junianus, conf. 16 octobris
Junianus, conf. 15 novembris
Junio, episc. conf. 30 augusti
Justa, virgo in Italia 1 augusti
Justa, matrona 1 augusti
Justa, mart. mater S. Silvestri 1 augusti
Justina, mart. 16 junii
Justina, virg. mart. 7 octobris
Justina, virg. 30 novembris
Justinus, etc., martt. 1 junii
Justinus, episc. conf. 4 augusti
Justinus, presb. mart. 4 augusti
Justinus, mart. 8 augusti
Justinus, presb. conf. 25 augusti
Justinus, conf. 2 septembris
Justinus, presb. conf. 6 septembris
Justinus, cum Similino 17 septembris
Justinus, presb. 28 septembris
Justus, mart. 12 *et* 28 februarii
Justus, mart. 25 februarii
Justus, mart. 26 februarii
Justus cum Felice 3 martii
Justus, episc. Viennensis 4 maii
Justus et Clemens fratres 16 maii
Justus, episc. 14 julii
Justus, conf. 19 julii
Justus, episc. mart. 3 augusti
Justus et Pastor, martt. 14 augusti
Justus, mart. 23 augusti
Justus, episc. 31 augusti
Justus et soc. martt. 11 octobris
Justus, mart. 14 octobris
Justus, mart. 19 octobris
Justus, puer et Felicia martt. 20 octobris
Justus, monach. mart. 2 novembris
Justus, episc. conf. 10 novembris
Justus, conf. 26 novembris
Justus, puer, mart. 22 decembris
Jutta, inclusa 22 decembris
Juvenalis, mart. 5 maii
Juvenalis, conf. 3 novembris
Juventinus, mart. 25 januarii
Juvinus, conf. 3 octobris

K

Kalendion et socii 30 octobris
Kaninus, conf. 24 martii
Kanutus, dux, mart. 7 januarii
Ejus translationes 19 aprilis *et* 25 junii
Karnocus *forte* Cerentocus 16 maii
Karthagius, episc. 13 maii
Kelvinas, abbas 3 junii
Kenelmus, mart. 17 julii
Keneswita, abbatissa 31 januarii
Kenneria, virgo 29 octobris
Kennocha *vel* Kevoca, virgo 13 martii
Kentigernus *vel* Mungatus, episc. 13 januarii
Ejus translatio 7 julii
Keranus, episcopus, confessor 5 martii
Kessogus, episc. conf. 10 martii
Kessogus, mart. 12 martii
Ejus translatio 11 julii
Ketellus, conf. 27 septembris
Kilianus, conf. 6 junii
Kilianus, episc. conf. 13 novembris
Kilianus, conf. 15 novembris
Kinitimus, episc. conf. 16 martii
Kunegundis, imperatrix, virgo 3 martii
Kylianus, mart. 26 martii
Kyneburga, virgo 6 martii
Kyneswitha, virgo 6 martii

L

Lacerianus, episc. conf. 18 aprilis
Lactinus, conf. 19 martii
Ladislaus, rex, conf. 27 junii
Lætienses reliquiæ 1 decembris
Lætus, presb. 6 novembris
Lafrianus, abbas 18 aprilis
Lambertus, episc. 14 aprilis
Lambertus, episc. 12 augusti
Lambertus, episc. mart. 13 octobris
Ejus translationes 28 aprilis, 24 maii *et* 23 decembris
Ejus dedicatio basilicæ 28 octobris
Lambeses, mart. 23 februarii
Lampatius, mart. 18 februarii
Landelinus, abbas 15 junii
Ejus elevatio 21 septembris
Ejus reliquiæ 15 augusti
Landelinus, mart. *ignotus* 21 septembris
Landelinus, conf. 28 novembris
Landericus *alias* Landrus, episc. conf. 10 junii
Landoaldus, conf. 19 martii
Ejus translationes 13 januarii *et* 1 decembris
Landrada, virgo 8 julii
Ejus translatio 5 martii
Landricus, episc. conf. 18 martii *et* 17 aprilis
Landwoldus *forte* Landoaldus 13 junii
Langacius, archiepisc. 2 februarii
Langulfus, conf. 11 maii
Lantfrancus, episc. conf. 3 julii
Laodicius apud Trajanopolim 13 maii
Largius *vel* Lorgius, mart. 2 martii
Lasconus, mart. 23 februarii
Latuinus, episc. conf. 20 junii
Lauduinus Carthusianus 31 martii
Laudulphus, episc. 13 augusti
Laudus *alias* Laudo, episc. 21 *et* 22 septembris
Laurentius Justinianus, episc. 8 januarii
Laurentius, archiep. 2 februarii
Laurentius, episc. 7 februarii
Laurentius, presb. 30 aprilis
Laurentii dedicatio 3 novembris
Laurentius, episc. 12 novembris
Laurentius, episc. Dublinensis 14 novembris
Ejus translatio 10 maii
Laurianus, episc. 5 julii
Laurus, mart. 18 augusti
Laurus *pro* Laudus, episc. 20 septembris
Laurus, episc. conf. 30 septembris
Lautenus, abbas 1 *et* 2 novembris
Lazarus, mart. 12 aprilis
Lazarus, episc. 30 augusti
Lazarus, mart. 1 septembris
Lazarus Thaumaturgus 7 novembris
Lazarus, frater Marthæ 16 decembris
Ejus resuscitatio 18 martii
Ejus exceptio Augustoduni 1 septembris
Lea, vidua 22 martii
Leandra, virgo 17 septembris
Lebuinus, conf. 12 novembris
Ejus translatio 25 junii
Legontius, episc. conf. 18 *et* 16 junii
Legontius, episc. conf. 19 februarii
Leo, confess. 1 februarii
Leo, mart. 18 februarii
Leo, episc. 20 februarii
Leo, mart. 1 martii
Leo, papa 13 martii, 28 junii *et* 1 novembris
Leo III, papa 11 aprilis
Leo IX, papa 18 *et* 19 aprilis
Leo, episc. conf. in Samo 29 aprilis
Leo, episc. Senonensis 22 *et* 23 aprilis
Leo II, papa, conf. 28 junii, 2 *et* 3 julii
Leo, episc. 1 julii
Leo et Corsicus, martt. 1 julii
Leo, conf. 24 augusti
Leo, Basilia et Eugenia 11 septembris
Leobardus, confessor 18 januarii
Leobinus, episc. 14 martii
Leobini translatio 15 septembris
Leocadia, virgo 21 julii
Leodegarius, episc. mart. 11 aprilis
Leogatus, mart. 12 octobris
Leonardus abb. 6 augusti
Leonardus, conf. 15 octobris
Leonardus, conf. 6 novembris
Leonardus, conf. 26 *et* 27 novembris
Leonardus, presb. conf. 8 decembris
Leoncius, episc. 19 martii
Leonianus, abbas 16 novembris
Leonicius, conf. 30 octobris
Leonides, mart. 1 martii
Leonides, pater Origenis 1 martii *et* 22 aprilis
Leonides, mart. 8 augusti
Leonilla, vidua, mart. 24 januarii
Leonius, presb. 1 februarii
Leonorius, conf. et episc. 1 julii

Leontius, martyr 18 junii
Leontius, episc. conf. 1 julii
Leontius *alias* Legontius, episc. conf. 6 julii
Leontius, mart. 11 julii
Leontius et Valentianus 20 *et* 21 augusti
Leontius, episc. conf. 19 novembris
Leopardus, conf. 18 januarii
Leopardus, episc. mart. 4 februarii
Leopardus, mart. 30 septembris
Leopoldus, conf. 15 novembris
Leotadius, episc. conf. 23 octobris
Leothardus, episc. 7 maii
Leovaldus, mart. 8 augusti
Leovigildus, mart. 19 augusti
Leporius *forte* Horolius, episc. 2 martii
Leporius, episc. mart. 30 decembris
Leubinus episc. conf. 21 julii
Leuchadius cum Ursiano 13 decembris
Leucius, mart. 18 januarii
Leucius, mart. cum sociis 30 januarii
Leuthonius, episc. conf. 1 aprilis
Leudomirus *vel* Leodemirus, episc. 30 septembris
Lewina, virgo mart. 22 *et* 24 julii
Ejus translatio 6 junii
Ejus adventus 5 augusti
Libera, monacha 16 januarii
Liberalis, conf. 27 aprilis
Liberalis, episc. mart. 30 decembris
Liberata, virgo 18 januarii
Liberata, cum Oliveria, virg. 3 februarii
Liberator, mart. 15 maii
Liberatus et Gregorius 20 decembris
Liberia, imperatrix 1 julii
Liberia, virgo, mart. 25 novembris
Liberius, episc. 29 aprilis
Liberius, papa 23 septembris
Liberti inventio 14 julii
Libius, mart. 23 februarii
Liborius, episc. conf. 23 julii
Ejus translatio 28 aprilis *et* 28 maii
Libosus cum Crescentio 29 decembris
Licerius, episc. conf. 27 augusti
Lidorius, episc. 13 septembris
Lidwina, virgo 14 aprilis
Liefardus, episc. 23 junii
Lietbertus, episc. 23 januarii
Ligorius, mart. 13 septembris
Liliosa, virgo 17 octobris
Lincwinus, episc. 29 septembris
Lindeminus, episc. conf. 29 septembris
Lintrudis *alias* Luttrudis, virgo 22 septembris
Linus, mart. 24 martii
Linus, conf. 17 junii
Linus, papa 23 septembris
Linus papa, *male* 7 octobris
Lioba, virgo 27 *et* 28 septembris
Lisanus, mart. etc. 11 julii
Lisianus, conf. 11 julii
Livarius, mart. 25 novembris
Liventius, conf. 25 januarii
Livinus episc. conf. 12 februarii
Livinus episc. mart. 11, 12 *et* 13 novembris
Ejus elevatio et translatio 27 junii
Longinus et Vindemialis, mart. 1 februarii
Longinus, mart. 26 martii, 1 septembris, 22 novembris *et* 2 decembris
Longinus, mart. 23 octobris
Longisus, conf. 13 januarii
Lonius, conf. 5 augusti
Loth, propheta 10 *et* 12 octobris
Lotharius, abb. 14 decembris
Lotus, episc. conf. 25 junii
Lubentius, presbyter 6 februarii *et* 13 octobris
Lubertus, abb. mart. 14 julii
Lucanus, mart. 30 octobris
Lucas, conf. 7 februarii
Lucas, episc. 2 martii
Luceia, virg. etc. 1 julii
Luceia cum 23 soc. martt. 24 junii
Luciæ, virg. mart. translatio 18 januarii
Lucia vidua, mart. 6 aprilis
Lucia, virg. 1 junii
Lucia, etc. 25 junii
Luciana, virgo 7 januarii
Luciana, mart. 23 februarii
Lucianus, mart. 17 *et* 18 martii
Lucianus, episc. Viennensis 21 aprilis
Lucianus, mart. 7 junii
Lucianus *alias* Lucinius *vel* Licinius, episc. conf. 8 junii
Lucianus, Crescentianus, mart. etc. 13 junii
Lucianus, conf. 11 julii
Lucianus et soc. mart. 16 octobris
Lucianus et soc. mart. 24, 25, 26 *et* 27 octobris
Lucianus et soc. martt. 25 novembris
Lucilla, mart. 25 martii
Lucilla, virg. mart. 29 julii
Lucilla, mart. 25 augusti
Lucillianus, etc. martt. 3 junii
Lucillus, mart. 19 martii
Lucini translatio 20 maii
Lucinus, episc. conf. 8 junii
Lucinus et soror, martt. 12 octobris
Lucius, Fortunatus, etc. 18 januarii
Lucius, Anatholius, etc. 7 februarii
Lucius et Cyriacus, martt. 8 februarii
Lucius et soc. martt. 24 februarii
Lucius, episc. mart. 2 martii
Lucius, episc. mart. 15 *et* 16 martii
Lucius et soc. martt. 23 maii
Lucius, etc. 6 junii
Lucius, papa, mart. 25 augusti
Lucius et soc. 29 septembris
Lucius, conf. 3 decembris
Lucius, rex, mart. 10 decembris
Lucretia Emeritensis 24 novembris
Luculfus *forte* Botulfus 17 junii
Ludanus, conf. 12 februarii
Ludgerus, episc. 26 martii *et* 24 aprilis
Ejus translatio 3 octobris
Ludidia, virg. 14 junii
Ludmilla, matrona, mater Wenceslai 15 septembris *et* 10 novembris
Ludovicus, episc. conf. 19 augusti
Ejus octava 26 augusti
Ludovicus, rex, conf. 25 augusti
Ludovicus, cardinalis 16 septembris
Ludovicus, episc. conf. 8 novembris
Ludwinus *alias* Lutwinus, episc. 29 septembris
Lufulus et Fortunatus 15 octobris
Lullus, episc. conf. 16 octobris
Lupantius, conf. 6 novembris
Lupentius, mart. 22 octobris
Lupertus, episc. 16 aprilis
Lupiani translatio 17 februarii
Lupicinus, episc. 3 februarii
Lupicinus, conf. 24 junii
Lupicinus, episc. Viennensis 14 *et* 15 decembris
Lupinus, episc. 30 julii
Lupulus *vel* Lusius, etc., mart. 15 octobris
Lupus, episc. 27 januarii
Ejus inventio 23 martii
Ejus elevatio 1 junii
Lupus, episc. Lemovicensis 22 maii

Lupus, martyr 23 augusti
Lupus, episc. mart. 1 septembris
Lupus, episc. Aurelianensis 14 octobris
Lupus et conf. 25 octobris
Lupus, episc. 17 novembris
Lusor *alias* Luxorius, episc. 4 novembris
Lusorius et socii, martyres 21 augusti
Lutgardis, virg. 16 junii
Lutgerus, episc. 23 aprilis
Luthardus, comes, conf. 15 septembris
Luxoris et Warlesii translatio 20 novembris
Luxorius, mart. 18 martii

M

Mabilia, matrona 21 novembris
Macarius, mart. 8 aprilis
Macedonius, episc. 13 martii
Machabæorum translatio 31 maii
Macharia, cum Rufina, etc. 6 aprilis
Macharia, cum Eleusio et soc. 7 aprilis
Macharius, monachus 7 aprilis
Macharius, mart. 23 januarii
Macharius, episc. 1 maii *et* 12 novembris
Macharius, et alii 9 martt. 8 aprilis
Macharius et soc. 21 octobris
Macharius, mart. 12 februarii
Macharius, erem. conf. 8 maii
Macharius, mart. 23 februarii
Macharius, conf. 27 februarii
Macharius Antiochenus 10 aprilis
Ejus elevatio 9 maii
Macharius, mart. 26 martii
Machlonius, episc. conf. 15 novembris
Maclovii episc. translatio 11 julii
Macovalla, abbas 29 martii
Macra, virg. 2 martii
Macra cum sociabus 2 maii
Macredius, episc. conf. 24 octobris
Macrina soror S. Basilii 19 julii
Madelberta, virg. mart. 7 septembris
Madelgisilus, conf. 30 maii
Madelupi sacerdotis translatio 3 aprilis
Madernianus, episc. Remensis 30 aprilis
Madonius, conf. 15 novembris
Madulatus *alias* Madalveus 3 *et* 4 octobris
Magdunus Christi discipulus, mart. 12 julii
Magginus, Gastinus, etc. 14 junii
Magilakeus *forte* Macidaletes 12 junii
Maglorius, episc. conf. 24 octobris
Magna et soc. martt. 3 decembris
Magnericus, episc. conf. 25 julii
Magnobodus, episc. 16 octobris
Magnus, mart. 1 januarii
Magnus, mart. in Dacia 16 *et* 17 aprilis
Magnus, presb. 20 julii
Magnus, rex, mart. 19 augusti
Magnus, episc. conf. 19 augusti
Magnus *vel* Magnoaldus, conf. 6 septembris
Magorum trium festivitas 11 *et* 13 januarii
Mainbodus, mart. 23 januarii
Maingoldus, mart. 9 februarii
Maiolus, mart. 18 februarii
Maiolus, abbas 17 aprilis *et* 11 maii
Malachias, propheta 3 januarii
Malachias, episc. conf. 20 augusti
Malachias, episc. 3 *et* 5 novembris
Malachus, episc. 10 aprilis
Malburga, virgo 21 junii
Malchus, monachus 21 octobris
Malcolmus, rex 15 octobris
Maldod, conf. 14 maii
Malkubius, abbas 27 augusti
Mamertinus, abbas 30 martii, 1 *et* 6 septembris
Mamertinus, cum Mariano 20 aprilis
Mamertinus *forte* Martinus, confessor 11 maii
Mamertinus, mart. 2 julii
Mamilianus *vel* Maximilianus, mart. 12 martii
Mamilianus, conf. 13 septembris
Mammarius, etc. martt. 10 junii
Mammatus, episc. conf. 17 novembris
Mammes, puer 16 decembris
Mammes, mart. 21 augusti
Mandelius et Diomedes 16 augusti
Manogildis, virgo 14 octobris
Mansuetus, episc. cum Papino 1 decembris
Mansuetus, episc. 2 *et* 3 septembris
Ejus translationes 25 aprilis *et* 14 junii
Manuel, etc. martt. 17 junii
Marcella, vidua 31 januarii
Marcella, S. Marthæ ancilla 8 junii *et* 29 julii
Marcella *vel* Marcellina, virgo 17 julii
Marcellianus, mart. 20 januarii
Marcellianus, episc. 13 maii
Marcellina, virgo 17 julii
Marcellinus, episc. 9 januarii
Marcellinus *vel* Marcellus, mart. 15 januarii
Marcellini et Petri martt. translatio 17 januarii
Marcellinus, mart. 30 martii
Marcellinus episc. conf. 21 aprilis
Marcellinus cum Saturnino 2 junii
Marcellinus, papa 13 julii
Marcellinus, conf. 14 julii
Marcellini tribuni socii 27 augusti
Marcellinus, episc. 12 septembris
Marcellinus, Geminus et soc. 9 octobris
Marcellosa et Victoria 20 maii
Marcellus, episc. 17 januarii
Marcellus, episc. 15 februarii
Marcellus, mart. 19 februarii
Marcellus et Exuperantius 31 martii
Marcellus, episc. Diensis 9 aprilis
Marcellus, etc. martt. 3 junii
Marcellus et Marius, fratres 18 junii
Marcelli episc. conf. translatio 26 junii
Marcelli translatio 25 *et* 26 julii
Marcellus, Treverensis, episc. 4 septembris
Marcelli papæ et mart. inventio 9 septembris
Marcellus *alias* Marcellinus, episc. 5 octobris
Marcellus, episc. mart. 12 octobris
Marcellus et soc. martt. 13 octobris
Marcellus, conf. 2 *et* 3 novembris
Marcellus, conf. 16 novembris
Marcellus et soc. 27 *et* 30 novembris
Marcellus, episc. 7 decembris
Marcellus, archimandrita 29 decembris
Marchus, etc. martt. 15 junii
Marcia, virgo 18 januarii
Marcia, mart. 3 martii
Marcia et soc. 5 novembris
Marcianus, presb. 10 januarii
Marcianus et Donus 17 aprilis
Marcianus Ægyptius 8 junii
Marcianus, episc. mart. 2 novembris
Marcianus et soc. 24 octobris

Marcianus,

Marcianus, cum Juliano 26 decembris
Marchelinus, conf. 14 julii
Marculfus, conf. abbas 1 maii
Marculus, mart. 25 novembris
Marcus, mart. 6 januarii
Marcus, mart. 20 januarii
Marcus, episc. 29 martii
Marcus, episc. mart. 18 maii
Marcus, mart. 31 augusti
Marci evangelistæ dedicatio 8 octobris
Ejus corporis inventio 25 junii
Ejus translatio 31 januarii
Ejus apparitio 25 junii
Marcus, clarissimus doctor 18 octobris
Marcus, episc. et soc. 5 novembris
Marcus et Maria 29 novembris
Margareta, virgo de Hungaria 28 januarii
Margareta, virgo 22 martii
Margareta, virgo Carthusiana 30 aprilis
Margareta, virgo 20 julii
Margareta, virgo 15 octobris
Margarita, reg. 10 junii *et* 16 decembris
Ejus translatio 19 junii
Margarita, virgo, mart. 13 julii
Margarita *alias* Pelagia, virgo 26 octobris
Maria, soror Lazari 19 januarii
Maria, B. Eugenii filia 8 februarii
Maria, pœnitens 16 martii
Maria, virgo, mart. 17 martii
Mariæ Magdalenæ conversio 1 aprilis
Ejus translationes 19 martii *et* 18 aprilis
Ejus octava 29 julii
Maria Ægyptiaca 9 aprilis *et* 7 augusti
Maria Jacobi et Salome 25 maii
Beatæ Mariæ Virginis visio 19 junii
Ejus dedicatio ad nives 5 augusti
Ejus illatio in templum 26 novembris
Maria Ogniacensis 23 junii
Maria, soror Moysi 1 julii
Maria, mater Jacobi minoris 2 julii
Maria, virgo, mart. 11 julii
Maria, virgo 1 augusti
Maria, virgo Neocorensis 2, 3 *et* 21 novembris
Maria, cum Marco 29 novembris
Maria, virgo, mart. 11 decembris
Mariander, et soc. 26 octobris
Marianus, mart. 9 martii
Marianus Autissiodorensis 20 aprilis
Marianus, monach. conf. 29 aprilis
Marianus, conf. 19 augusti
Marianus, episc. 18 *et* 19 septembris
Marianus, Prothus, etc. 17 octobris
Marianus et socc. 27 octobris
Marianus, diac. et mart. 3 novembris
Marina, mart. 28 januarii
Marina, virg. 10 *et* 11 martii
Marina, virg. 5 aprilis
Marina, matrona 9 maii
Marina, cum Musca, etc. 18 junii
Marina altera, virgo 18 junii
Marina, virgo 17 julii
Marinus, mart. 3 januarii
Marinus, mart. 2 februarii
Marinus, mart. 10 junii
Marinus, mart. 17 junii
Marinus, episc. mart. 16 julii
Marinus *alias* Maricius 3 septembris
Marinus, levita, conf. 4 septembris
Marinus, mart. 24 novembris
Maris, episc. Dolichæ 25 aprilis
Marius Persa, mart. 19 januarii
Marius, abbas 26 januarii
Marius, martyr 9 aprilis
Marius et soc. 12 novembris
Marnochus, episc. conf. 25 octobris
Marnulfus, episc. 28 septembris
Maro, mart. 25 maii
Marolus, mart. 27 martii
Martulus et soc. martt. 18 junii
Marsus, presb. 4 octobris
Martha, soror Lazari 19 januarii, 29, 30 julii, 17 octobris *et* 16 decembris
Ejus translatio 17 octobris
Martha Persa, mart. 19 januarii
Martialis, mart. 23 januarii
Martialis, episc. 26 martii
Martialis et soc. martt. 27 maii
Martialis, episc. conf. 1 julii
Martialis Christi discipuli octava 7 julii
Ejus translatio 10 octobris
Martialis, mart. 11 julii
Martialis, conf. 22 augusti
Martialis et soc. 1 septembris
Martialis, episc. conf. 28 septembris
Martialis et alii 33 mart. 28 septembris
Martialis et Victrix 18 octobris
Martialis et Faustus, martt. 9 novembris
Martialis, cum Agricola, etc. 27 novembris
Martialis episc. reliquiarum susceptio, in Floriaco monasterio 1 decembris
Martiana, virg. mart. 12 januarii
Martiana, virg. 11 julii
Martianilla, mart. 6 januarii
Martianus, episc. mart. 6 *et* 27 martii
Martinianus, mart. 26 martii
Martianus, episc. Ravennas 25 maii
Martianus, etc. 5 junii
Martianus cum Jucundo 8 junii
Martianus, episc. conf. 14 junii
Martinianus, mart. 17 junii
Martianus et Martyrius, martyres 25 octobris
Martina, mart. 17 novembris
Martinianus, abbas 13 februarii
Martinus, mart. 1 januarii
Martinus, abb. conf. 13 aprilis
Martinus, episc. mart. 27 martii
Martinus, abb. 8 maii
Martini cum aliis epp. depositio 12 maii
Martinus, episc. conf. 21 junii
Martinus, episc. 1 julii
Martinus, episc. mart. 19 julii
Martinus, conf. 3 augusti
Martinus, mart. 9 augusti
Martinus, papa 12 novembris
Martinus, puer et mart. 16 novembris
Martini Turonensis octava 18 novembris
Ejus exceptio 13 decembris
Martini episc. capitis translatio 1 decembris
Martinus, abb. 6 *et* 8 decembris
Martyres plurimi in Sina 14 januarii
Martyres 2000 28 januarii
Martyres 124 30 januarii
Martyres omnes unius urbis cives 7 februarii
Martyres 10 19 *et* 20 februarii
Martyres 20 21 februarii
Martyres 29 22 februarii
Martyres 36 23 februarii
Martyres 51 25 februarii
Martyres 7 milites 25 februarii
Martyres 23 27 februarii
Martyres 24 27 februarii
Martyres 40, Romæ 1 martii
Martyres 27 4 martii
Martyres 42, in Ammorio 6 martii

Martyres Sebasteni 40 9 martii
Martyres 40 alii Sebasteni 11 martii
Martyres 15 11 martii
Martyres 23000 18 martii
Martyres 14, socii Theodori 19 martii
Martyres in monasterio Sabæ 20 martii
Martyres 400 25 martii
Martyres 12 26 martii
Martyres 7, milites 27 martii
Martyres 9, in Perside 27 martii
Martyres 4 29 martii
Martyres 20, socii Pastoris 30 martii
Martyres 601 30 martii
Martyres 10 *vel* 14 2 aprilis
Martyres ab Alexandro papa baptizati 9 aprilis
Martyres Afri 17 10 aprilis
Martyres Cæsaraugustani 15 aprilis
Martyr anonymus, Xanthis 16 aprilis
Martyres 9, in Cizico 29 aprilis
Martyres Alexandrini 31 30 aprilis
Martyres 404 14 maii
Martyres 304 Mediolanenses 14 maii
Martyres 15 9 junii
Martyres 480 22 junii
Martyres crucifixi 10000 22 junii
Martyres 989 22 junii
Martyres 1807 22 junii
Martyres Alexandrini 23 junii
Martyres 800 1 julii
Martyres 45 10 julii
Martyres 46 12 julii
Martyres 50 22 augusti
Martyres nongenti 29 augusti
Martyres 79, in Sicilia 13 septembris
Martyres multi in finibus Germaniæ trucidati 24 septembris
Martyres 49, cum Euphemia 24 septembris
Martyres Trevirenses 6 octobris
Martyres Septani 9 *et* 13 octobris
Martyres 11000, virgines 21 octobris
Martyres 33 7 novembris
Martyres 8 17 novembris
Martyres Centulenses 2 decembris
Martyres 50 18 decembris
Martyres socii Chæremonis 22 decembris
Martyres 10, in Creta 23 decembris
Martyrius, monachus 2 junii
Martyrius et Martianus, martt. 25 octobris
Marubius, mart. 19 februarii
Marus, episc. 26 januarii
Marutha, episc. conf. 12 junii
Mastidia, virg. 7 maii
Mastulinus, episc. 6 septembris
Maternianus, conf. 7 julii
Maternianus, episc. conf. 1 decembris
Maternus, episc. 18 aprilis, 13 *et* 14 septembris
Maternus, episc. conf. 18 julii
Maternus, episc. etc. 9 julii
Maternus, episc. conf. 19 septembris
Maternus, episc. conf. 23 octobris
Matheus et soc. martt. 6 maii
Mathildis, mater Ottonis 14 martii
Matrona, mart. 14 martii
Matthæi apostoli vigilia 20 septembris
Ejus translatio 6 maii
Matthiæ apostoli vigilia 23 februarii
Ejus capitis translatio 11 augusti
Ejus translatio *vel* inventio 1 septembris
Maturinus, conf. 10 maii, 2 *et* 9 novembris
Matutinus, mart. 4 aprilis
Maura, virgo, mart. 14 januarii
Maura, virgo 16 februarii
Maura et Timotheus, martyres 3 maii
Maura, virgo 11 septembris
Maura, virgo 21 septembris
Maurilius, abbas 15 januarii
Maurilius, conf. 21 maii
Maurilii translatio 16 augusti
Maurilius et Publius 13 novembris
Maurinus, mart. 25 januarii
Maurinus, episc. mart. 3 martii
Maurinus, mart. 10 junii
Maurini inventio 13 octobris
Maurinus, conf. 15 novembris
Maurinus, episc. 18 decembris
Mauritius cum Ursione, conf. 29 aprilis
Mauritii mart. exceptio 12 maii
Mauritius, episc. conf. 17 septembris
Maurontus, abbas 5 maii
Mauruntus, episc. 21 octobris
Maurus, episc. conf. 20 januarii
Maurus, mart. 17 martii
Maurus, etc., mart. 22 augusti
Maurus, conf. 4 septembris
Maurus, Silvinus, etc., epp. 4 septembris
Mauri martt. 360 15 octobris
Maurus, mart. 3 novembris
Maurus, episc. 8 novembris
Maurus, mart. 9 novembris
Maurus, episc. conf. 10 novembris
Maurus et 72 29 novembris
Maurus, mart. 1 *et* 2 decembris
Mavenius, episc. 21 junii
Maxelendis, virgo 13 novembris
Maxentia, vidua 30 martii
Maxentia, mater S. Vigilii 30 aprilis
Maxentia, virgo mart. 20 novembris
Maxentius, conf. 29 aprilis
Maxentius et soc. martt. 22 maii
Maxentius, abb. Pictaviensis 27 maii
Maximus cum Magno, etc. 4 septembris
Maxima, virgo 1 januarii
Maxima, mart. 6 aprilis
Maxima, mart. et soc. 8 aprilis
Maxima, virgo 16 octobris
Maxima, cum Anisano 1 decembris
Maximianus, archiepisc. 21 februarii
Maximianus, mart. 17 martii
Maximianus, episc. 8 *et* 9 junii
Maximilianus, mart. 12 martii *et* 26 augusti
Maximilianus, episc. 12 octobris
Maximilianus, mart. 29 octobris
Maximilla, virgo 18 decembris
Maximinus, mart. 21 aprilis
Maximinus, episc. mart. Treverensis 20 maii
Maximinus, episc. Aquensis 27 maii, 7 *et* 8 junii
Maximini abb. translatio 27 maii
Maximinus, episc. mart. 20 junii
Maximinus *alias* Maximus, conf. 20 augusti
Maximinus, episc. conf. 12 *et* 13 septembris
Ejus translatio 29 maii
Maximus, mart. 1 januarii
Maximus, episc. conf. 8 januarii
Maximus, episc. 18 januarii
Maximus, conf. 21 januarii
Maximus, mart. 25 januarii
Maximus, mart. 18 februarii
Maximus, mart. 19 februarii
Maximus, episc. 15 aprilis
Maximus, mart. in Asia 30 aprilis
Maximus, presb. 8 maii
Maximus et Venerandus 25 maii
Maximus, presb. 9 junii
Maximus, episc. 2 augusti

Maximus,

Maximus, confessor 13 augusti
Maximus, conf. 20 augusti
Maximus, mart. 28 septembris
Maximus, episc. 29 septembris *et* 24 novembris
Ejus inventio 13 septembris
Ejus ostensio 2 octobris
Maximus et soc. 25 octobris
Maximus, mart 30 octobris
Maynulfus, diac. conf. 5 octobris
Mazotha, virgo 23 decembris
Meander, *forte* Nicander, conf. 16 junii
Mechtundis, virgo 3 julii
Medardus, episc. conf. 18 maii *et* 22 augusti
Ejus revelatio 9 septembris
Ejus translatio 2 julii
Ejus dedicatio, Divione 30 maii
Medericus, episc. conf. 31 augusti
Medrisma, virgo 22 novembris
Medulphus, conf. 1 junii
Meforius, conf. 24 februarii
Megandius, conf. 19 decembris
Melania, Deo sacrata 29 *et* 31 decembris
Melanius *pro* Æmilianus 11 octobris
Melanius, conf. 6 novembris
Melanius, episc. conf. 12 novembris
Melantius, episc. conf. 16 januarii
Melanus, conf. 9 novembris
Melchior, rex e tribus magis 6 januarii
Melchiades, papa, conf. 10 januarii, 9 *et* 10 decembris
Meletius, archiepisc. 12 *et* 14 februarii
Meletius, episc. Spoletanus 16 decembris
Meletius, episc. Ponti 16 decembris
Meleus et soc. 14 novembris
Mello *alias* Mellonius, episc. 22 octobris
Melonus, episc. 6 junii
Melores, puer, mart. 6 maii
Melorus, mart. 1 octobris
Memmius, episc. 21 decembris
Memnon, thaumaturgus 29 aprilis
Memoria 5 vulnerum D. N. J. C. 4 junii
Memorius, cum soc. 7 septembris
Memorius Petragorius 6 maii
Memorius, cum soc. martt. 9 septembris
Menalippus, mart. 23 februarii
Menas et soc. martt. 10 decembris
Mengoldi mart. translatio 5 junii
Menelantus, mart. 23 februarii
Menilus, monachus 15 martii
Menna, conf. 10 novembris
Menna, virgo 26 novembris
Mennas, etc. 23 julii
Menodora, Metredora, etc. 10 septembris
Menulphus, episc. 12 julii
Mephibius et Apollonius 14 aprilis
Mercurialis, episc. conf. 23 maii
Mercurialis, episc. 26 novembris
Mercurius, mart. 15 junii
Mercurius, etc. martt. 18 junii
Mercurius, mart. 25 junii
Mercurii mart. translatio 26 augusti
Mercurius, mart. 24. 25 *et* 26 novembris
Mercurius Beneventanus 25 novembris
Mercurius, et soc. in Sicilia 10 decembris
Merenus, episc. 15 septembris
Mergolus, mart. 6 martii
Meriton, episc. 1 aprilis
Merobius et soc. martt 3 decembris
Merobius, cum Felice 4 decembris
Methodius patriarcha 14 junii
Methodius, episc. mart. 20 junii
Metranus, mart. 30 januarii
Metranus, martyr 20 februarii
Metro *vel* Meiro 13 maii
Metrobius et soc. martt. 24 decembris
Metrodora, cum Menodora, etc. 10 septembris
Metron, conf. 8 maii
Metrophanes, patriarcha 4 junii
Metropolus, episc. 3 augusti
Metropolus, episc. mart. 8 octobris
Mevendus *alias* Mevennus, conf. 21 junii
Meynardus, erem. mart. 11 januarii
Meynardus, conf. 17 octobris
Meynulfi translatio 27 septembris
Michael, episc. 23 maii
Michaelis archangeli octava 6 octobris
Ejus apparitiones 8 maii *et* 16 octobris
Ejus victoria in draconem 26 martii
Ejus commemoratio 8 novembris
Migdius *alias* Emigdius, episcopus, martyr. 5 augusti
Mildburga, virgo 22 *et* 23 februarii
Milecius, episc. 27 augusti
Miletus, episc. 19 septembris
Milia, cum Felice 18 junii
Militum corona 40 12 januarii
Milites 93 24 julii
Mildrada *vel* Mildrida, virgo 13 julii
Ejus translatio 18 maii
Minander, mart. 23 februarii
Miniates, mart. 26 octobris
Minulfus, conf. 13 julii
Miraculum ardentium, Parisiis 26 novembris
Mirocles, episc. 3 decembris
Missias, mart. 27 martii
Mitius, etc. 15 junii
Mochomogus, conf. 13 martii
Modanus, abbas 4 februarii
Modanus, episc. 14 novembris
Moderata, mart. 6 aprilis
Modesta, mart. 13 martii
Modesta, virgo 4 *et* 5 novembris
Modestinus, episc. mart. 14 februarii
Modestus, episc. conf. 24 februarii
Modestus, mart. 2 octobris
Modestus et Festus, etc. 22 octobris
Modoaldus, episc. 12 maii
Ejus translationes 15 *et* 26 aprilis
Modwida, virgo 9 septembris
Moggrudon, episc. conf. 4 martii
Mohalok, episc. conf. 26 martii
Moisetus *alias* Moiretus 17 februarii
Molocus, episc. conf. 25 junii
Mommuralus, abbas 8 augusti
Mombolus et Odo, conf. 18 novembris
Monachus, conf. 17 octobris
Monachi in Sina et Rhaithi 14 januarii
Monanus, conf. 1 martii
Monæ episc. translatio 12 octobris
Monendabes, abbas 2 martii
Monica, vidua 28 aprilis *et* 4 maii
Ejus translatio 9 aprilis
Monicha, virgo 21 junii
Ejus translatio 14 junii
Monitor, episc. conf. 10 novembris
Monon, mart. 18 octobris
Montanus, mart. 17 *et* 24 februarii
Montanus, monach. 11 maii
Ejus translatio 17 maii
Monulphus, episc. conf. 16 julii
Monulphi et Gundulphi translatio 10 augusti
Morandus, conf. 3 junii *et* 31 julii
Mottelogus, abbas 26 martii
Moveus, abbas 12 octobris

Moyses

Moyses Æthiops 28 augusti
Moysetes, monachus, mart. 7 februarii
Muciana *forte pro* Vinciana 11 septembris
Munguntus, episc. conf. 1 januarii
Musa, virgo 2 aprilis
Muscà, etc. 17 junii
Museus, presb. 4 septembris
Mustiola, virgo 29 junii
Mustiola, vidua 7 julii
Mucius *alias* Maaucius, mart. 20 *et* 21 maii
Mutius, eremita 10 aprilis
Mutius, cum filio 25 maii
Mutius, abbas, antea latro 28 maii
Myron, mart. 17 augusti

N

Naamaas *alias* Naamacius, episc. 2 novembris
Naamatus, episc. 12 octobris
Nabor, Felix etc. martt. 8 maii
Eorum translatio 12 julii
Narcissus, episc. mart. 18 martii
Natalis, mart. etc. 12 julii
Nathan, propheta. 29 decembris
Nathanael, episc. 9 novembris
Nativitatis D. N. J. C. octava 1 januarii
Nativitatis B. M. V. vigilia 7 septembris
Ejusdem octava 15 septembris
Navalis et Concordius, martt. 15 decembris
Navitus, episc. conf. 7 julii
Naum, propheta 1, 11 *et* 24 decembris
Nazarius, mart. 28 julii
Ejus inventio cum aliis 13 decembris
Ejus translationes 10 maii *et* 24 decembris
Nazarii et Celsi reliquiæ 6 novembris
Nearcus, mart. 10 januarii
Nechtavius, mart. 17 junii
Nectarius Augustodunensis 13 septembris
Nectarius, Viennensis episc. 5 maii
Nectarius, *qui et* Nectar, episc. 1 augusti
Nehemias, propheta 13 julii
Nemesius, mart. 25 julii
Nemesius, mart. 2 augusti
Nemesius, diac. 25 augusti
Nemesius cum Ammonio 11 septembris
Neminia, virgo 27 martii
Neon, mart. 20 octobris
Neonas, diac. 11 marti
Neophista, virg. mart. 4 januarii
Neophytus, conf. 21 januarii
Neotus, presb. conf. 31 julii
Neotus, presb. conf. 20 octobris
Nestor, etc. 8 junii
Nicander, mart. 17 junii
Nicander, abb. 19 septembris
Nicander episc. 4 novembris
Nicanor, mart. 5 aprilis
Nicasius, episc. mart. 9 octobris
Nicasii translationes 8, 23 julii *et* 12 decembris
Nicea, virg. 29 augusti
Niceas, episc. 23 junii
Nicephorus, mart. 9 februarii
Nicephorus, cum Gaiolo, etc. 3 martii
Nicephorus, cum Saturnino, etc. 6 martii
Nicephorus, mart. 17 aprilis
Nicephorus, patriarcha 13 martii *et* 2 junii
Nicetas, abbas 3 aprilis
Nicetas, conf. 28 maii
Nicetas, mart. 15 septembris
Nicetius, episc. 19 januarii
Nicetius, episc. conf. 8 februarii
Nicetius, episc. 3 aprilis
Nicetius, episc. 1 octobris
Nicetus, mart. Gothus 25 maii
Nicetus, presb. conf. 25 junii
Nicetus, mart. 12 septembris
Nicetus, mart. 2 augusti
Nichrandus, mart. 17 junii
Nicodemus, Romæ 21 decembris
Nicolaus, conf. in Nussia 13 aprilis
Nicolaus, peregrinus 30 maii
Nicolai episc. Mirensis ordinatio 14 *et* 16 junii
Ejus translationes 9 *et* 30 maii
Nicolaus, episc. 27 junii
Nicolaus de Tolentino 10 septembris
Ejus octava 17 septembris
Ejus canonizatio 5 junii
Nicolaus, papa 6 decembris
Nicolaus, archiepisc. 6 decembris
Nicolaus, episc. magni avunculus 11 decembris
Nicon, mart. et socii 23 martii
Nicostratus, et soc. martt. 25 martii
Niertus, mart. 2 aprilis
Nigundis, virg. *ignota* 23 aprilis
Nimpius et Saturninus 5 septembris
Ninianus, episc. conf. 16 septembris
Ninianus, monach. conf. 16 octobris
Nivardus *alias* Vivardus, episc. 1 septembris
Nivetinus, conf. cum sociis 16 martii
Nivitius, etc. martt. 15 junii
Nodgerus, episc. Leodiensis 2 aprilis
Nodelinus, episc. conf. 17 octobris
Noe, propheta 10 maii
Ejus egressio de arca 23 aprilis
Noitburg, virg. 31 octobris
Nominis Jesu festivitas 15 januarii
Nomius, mart. 8 julii
Nomius, conf. 8 julii
Nommolinus, episc. conf. 16 octobris
Nonna, virg. 4 julii
Ejus elevatio cum aliis 2 maii
Nonnosus, mart. 26 junii
Nonnosus, monach. 2 septembris
Norbertus archiepisc. 6 junii
Ejus translatio 8 julii
Notarius, episc. 10 novembris
Novatianus, etc. martt. 29 junii
Novella, mart. 12 aprilis
Novica, virg. 22 junii
Numerianus, episc. 3 junii
Numidicus, presb. mart. 9 augusti
Numenius, conf. 21 octobris
Nuncius, conf. 10 octobris
Nunnius, conf. 8 julii
Nutricius, mart. 4 novembris
Nyceas, episc. 22 junii
Nympha, virg. 10 novembris
Nymphodora, cum Menodora et Metrodora 10 septembris

O

Oceanus, cum sociis martyribus 18 septembris
Octavianus, archidiac. mart., 22 martii
Octavianus, erem. 2 septembris
Octavius, mart. 20 januarii
Octavius, et soc. Thebæi 21 novembris
Oda, vidua 23 *et* 24 octobris
Ejus translatio 9 julii
Oda, filia regis Scotiæ 27 *et* 28 novembris
Odalricus, episc. 4 julii
Odgerus, conf. 10 septembris
Odilia, virg. 30 junii
Odiliæ virg. mart. translatio 18 julii
Odilia *alias* Othilia, virg. 13 decembris
Odilo, conf. 2 novembris
Odilo, abb. 30 decembris, 1 *et* 2 januarii
Odo, episc. conf. 7 februarii
Odo, episc. conf. 26 maii
Odo, episc. 30 junii
Odo, abb. 17, 18 *et* 19 novembris
Odrada, virg. 8 novembris
Odras, virg. 4 novembris
Odolricus, episc. conf. 4 julii
Oduinus, presb. mart. 24 junii
Odulfus, conf. 12 junii
Oelbertus, mart. 22 octobris
Oghanus, episc. 26 februarii
Olavus, mart. 29 julii
Oldericus *alias* Udalricus, episc. 4 junii
Oliveria, virgo 3 februarii
Oliverius, mart. 16 junii
Olla, virgo 9 octobris
Olympia, matrona 12 januarii
Olympiades, matrona 25 julii
Olympias, matrona 24 februarii
Olympias, mart. 17 martii
Olympius, cum Symphroniano 4 decembris
Onesima, virgo 27 februarii
Onesimus, confessor 13 maii
Onesimi, episc. conf. translatio 30 decembris
Onesiphorus apostolorum discipulus 6 septembris
Onesta, virgo 11 octobris
Onesyphorus et Porphyrius 9 novembris
Onuphrius, erem. 11 *et* 17 junii
Opportuna, virgo 22 aprilis
Optatus et soc. martt. 2 *et* 3 maii
Optatus cum Achario 27 novembris
Or, eremita 29 martii
Oranus, episc. conf. 27 octobris
Orbanus, mart 4 aprilis
Oriculus et soc. martt. 18 novembris
Orienes, episc. 20 novembris
Oriens, episc. conf. 14 maii
Orientius, episc. 30 aprilis *et* 1 maii
Orion, etc. 16 augusti
Ormisdas, conf. 6 augusti
Orosiensis, monach. 14 maii
Ortrudis, virgo 22 junii
Osanna, virgo 23 augusti
Osia, mart. 18 januarii
Ositha, virgo, mart. 1 junii, 5 *et* 7 octobris
Osmanna, regina 9 septembris
Osmundus, episc. 3 decembris
Ejus translatio 16 julii
Ospitius, conf. 20 decembris
Oswaldus, archiepisc. 28 februarii *et* 30 aprilis
Ejus translationes 15 aprilis, 8 *et* 9 octobris
Oswaldus, rex, mart. 4 augusti
Ejus translatio 20 junii
Oswaldus, episc. conf. 15 octobris
Oswinus, mart. 20 augusti
Othmarus, abb. et conf. 16 novembris
Otto, mart. 16 januarii
Otto, episc. 30 junii, 2 julii *et* 1 octobris
Ejus translatio 30 septembris

P

Pachomius, monach. alter a magno 14 maii
Pacificus, Minorum minister 10 julii
Pæmon, anachoreta 27 augusti
Palatinus, mart. 22 februarii
Palatinus, mart. 10 martii
Palatinus, cum Sico martt. 30 maii
Palladius, episc. conf. 10 *et* 11 maii
Palladius, episc. conf. 7 octobris
Palmacius, mart. 7 decembris
Palmacius cum 11 soc. 5 octobris
Pamphilianus, mart. 16 *et* 17 martii
Pamphilus, mart. 5 martii
Pamphilus, episc. conf. 28 aprilis
Pamphilus, episc. 11 mai
Pambo, abb. conf. 1 julii
Pammon *alias* Pambo 27 augusti
Pancratius, mart. 3 aprilis
Pancratius, mart. 11 maii
Pantaleon, mart. 14, 19 februarii *et* 27 julii
Ejus octava 4 augusti
Ejus translationes 6 *et* 18 februarii
Pantamia, mart. 20 februarii
Panterius, cum Ingemana, etc. 1 aprilis
Pantho, presb. 30 julii
Papa, mart. cum Sabino 16 martii
Paphnutius, abb. mart. cum 546 28 aprilis
Paphnutius, abb. 29 novembris
Papias, mart. 6 martii
Papias alter, mart. 6 martii
Papias, episc. 17 maii
Papinius episc. mart. 27 novemb. *et* 1 decembris
Papirius, diac. mart. 13 aprilis
Paragodas, episc. 1 januarii
Paramonus et Philumenus 29 novembris
Parasceve, mart. 24 julii
Pardus, episc. 17 octobris
Pardus, mart. 5 novembris
Paregorius, mart. 18 februarii
Parisienses reliquiæ 4 decembris
Parthenius, episc. 7 februarii
Parthenius, mart. 11 februarii
Partinus, mart. 1 aprilis
Partinus et soc. 17 maii
Paschasia, virgo, mart. 9 januarii
Paschasiæ virg. translatio 7 julii
Paschasius, abbas 31 januarii *et* 1 februarii
Paschasius, episc. conf. 22 februarii
Paschasius, conf. 31 maii
Passus, mart. 21 decembris
Pastor, mart. 12 januarii
Pastor et Romulus, martt. 27 martii
Pastor et Victorinus, martt. 28, 29 *et* 30 martii

Pastor

Pastor, martyr, cum 24 Alexandrinis 30 martii
Pastor, episc. conf. 30 martii *et* 30 aprilis
Pastor, presb. conf. 26 julii *et* 1 aprilis
Patapius, monach. 8 decembris
Paternianus, episc. 10 julii
Paternianus, episc. conf. 13 novembris
Paternus, cum Ingemana, etc. 1 aprilis
Paternus, episc. 16 aprilis
Paternus, episc. conf. 21 septembris
Patiens, episc. conf. 8 januarii
Patiens, episc. Lugdunensis 11 *et* 12 septembris
Patinianus, conf. 10 julii
Patricia, mart. 13 martii
Patricius, mart. 3 aprilis
Patricii episc. conf. translatio 10 junii
Patricius, abbas 24 augusti
Patricius, mart. 1 novembris
Patroclus, episc. mart. 31 januarii
Patroclus, conf. 19 novembris
Patrocli mart. adventus 9 decembris
Patrona, matrona 27 decembris
Pattinius, mart. 1 aprilis
Pavacius, etc. epp. 23 *et* 24 julii
Paula, virgo 26 januarii
Paula in Bethleem 26 januarii
Paula, mart. 3 martii
Paulilus, puer 13 novembris
Paulinus, episc. 11 januarii
Paulinus, diac. mart. 4 maii
Paulini translatio 13 maii
Paulinus, conf. etc. 12 julii
Paulinus et Mammetes, martt. 16 julii
Paulinus, episc. conf. 14 octobris
Paulus, mart. 19 januarii
Paulus, papa, conf. 27 januarii *et* 10 decembris
Paulus, mart. 29 januarii
Paulus, episc. cum Lucio, etc. 8 februarii
Paulus, eremita 16 februarii
Paulus, mart. 18 februarii
Paulus, mart. 24 februarii
Pauli apostoli capitis inventio 25 februarii
Ejus primus ingressus in Urbem 6 julii
Paulus, mart. 2 martii
Paulus, episc. conf. 12 martii
Paulus, episc. apostolorum discipulus 22 martii
Paulus, mart. 23 martii
Paulus, mart. 4 aprilis
Paulus, mart. 12 aprilis
Paulus, mart. 13 aprilis
Paulus, abbas in Libia 17 aprilis
Pauli mart. translatio 21 maii
Paulus et Siriacus 18 junii
Paulus, mart. 8 julii
Paulus, mart. 25 julii
Paulus, mart. 17 augusti
Paulus, mart. 29 augusti
Paulus, confessor 4 septembris
Paulus, episc. mart. 3 novembris
Paulus et soc. 6 novembris
Paulus et Julius 5 decembris
Paulus, episc. mart. 10 decembris
Paulus, in occulto 15 decembris
Paulus, qui fuit cognomento simplex 18 decembris
Paulus et Gregorius 19 decembris
Paulus, episc. 8 februarii
Paulus et soc. 17 maii
Paurilia, virgo 9 novembris
Pausa, mart. 24 martii
Paxentius, mart. 23 septembris
Paymon, mart. 8 augusti
Pecinna, virgo 24 junii
Pectina, etc., virg. martt. 24 junii
Pega, virgo 8 januarii
Peirus, martyr 5 martii
Pelagia, mart. 4 maii
Pelagia, virgo, mart. 9 junii
Pelagiæ conversio et consecratio 21 decembris
Pelagia, pecatrix 20 octobris
Pelagius, mart. 26 junii
Pelagius, mart. 28 augusti
Pelagius, papa, conf. 28 augusti
Pellicanus, mart. 30 januarii
Penes, mart. 11 februarii
Pentagathus, episc. Viennensis 17 aprilis
Peregrinus, mart. 15 maii
Peregrinus *alias* Cetheus 13 junii
Peregrinus, presb. 29 julii
Peregrinus, conf. 14 augusti
Peregrini translatio 22 augusti
Pergentina, soror S. Laurentini 5 junii
Perpetua, mart. 2 februarii
Perpetua, matrona 4 augusti
Perpetua, conjux S. Petri 4 *et* 5 novembris
Perpetuus, episc. 4 novembris
Perpetuus, episc. 26 decembris
Perpetuus, episc. Turonensis 30 decembris
Petivius cum Gregorio 5 maii
Petrocius *alias* Poctocus, conf. 4 junii
Petronius, episc. conf. 4 octobris
Petrosia, mart. 29 januarii
Petrus cum Marco, martt. 6 januarii
Petrus Thomasius, patriarcha 6 januarii
Petrus, asceta 11 januarii
Petrus, mart. 12 januarii
Petri, apostoli catenæ 15 januarii
Petrus, mart. 16 januarii
Petrus, mart. 21 februarii
Petrus, mart. 23 februarii
Petrus Carceranus, mart, 25 februarii
Petrus, mart. 13 martii
Petrus, abbas 14 martii
Petrus, episc. 26 martii
Petrus, mart. 26 *et* 27 martii
Petrus, diac. conf. 18 aprilis
Petrus Faverius, Carthusianus 29 aprilis
Petrus, mart. 28 *et* 29 aprilis
Ejus translatio 7 maii
Petrus, episc. conf. 8 maii
Petrus Cœlestinus, papa 19 *et* 20 maii
Ejus coronatio 29 augusti
Ejus translatio 15 februarii
Petrus Athonitus 12 junii
Petri et Pauli anticipata octava 5 julii
Eorum basilicæ dedicatio 18 novembris
Petrus de Lutzenbergo, cardinalis 13 julii
Petrus et Donatus 14 julii
Petrus Alexandrinus, episc. 1 septembris
Petrus Chrysogonus, conf. 4 septembris
Petrus, episc. conf. 10 septembris
Petrus, episc. Metensis 27 septembris
Petrus, mart. Hispalensis 9 octobris
Petrus, episc. 30 novembris, 1 *et* 2 decembris
Petrus, Successus et 24 9 decembris
Petrus, canonicus 19 decembris
Pharaildis, virgo 4, 5 januarii *et* 5 junii
Pharo, episc. conf. 27 octobris
Philastrius, episc. 18 julii
Philibertus cum Eleusio, etc. 7 aprilis
Philibertus *forte* Placidus, abbas 6 maii
Philibertus, abbas 19 augusti
Philippianus, mart. 30 januarii
Philippi apostoli vocatio 28 februarii
Ejus brachii translatio 2 martii
Philippus, mart. 9 *et* 10 martii

Philippus,

Philippus, episcopus martyr 22 aprilis
Philippus, presb. 3 maii
Philippus, anachoreta 11 junii
Philippus Agyrensis 12 maii
Philippus, mart. etc. 15 *et* 16 julii
Philippus, conf. 16 augusti
Philippus, episc. Viennensis 28 novembris
Philippus, episc. Cortinæ 8 octobris
Philippus, mart. 31 octobris
Philogonius, episc. 20 decembris
Philonus, episc. mart. 10 *et* 11 martii
Philopius, mart. 30 martii
Philoromus, episc. mart. 11 martii
Philumenus, cum Paramono 29 novembris
Phocæ relatio 22 julii
Phocas, episc. et soc. 21 decembris
Phlorus, mart. 18 augusti
Photinus et soc. 2 septembris
Photius, mart. 12 augusti
Pia, mart. 19 januarii
Piammon *seu* Pyaminon 27 augusti
Piatus Carnotensis, *ignotus* 9 octobris
Pictus, Aretius et Dacianus 4 junii
Pigmenius, presb. mart. 18 martii
Pigmenius, episc. conf. 1 novembris
Pigmenius et alii martt. 2 decembris
Pimenius, mart. 18 februarii
Pimolus *alias* Primolus 22 aprilis
Pinucius et alii, Romæ 2 decembris
Piomolus *alias* Thiomolus 23 martii
Pion, mart. 14 martii
Pionius, mart. 12 martii
Piperion, mart. 11 martii
Pippinus, dux 21 februarii
Pirminius, episc. 3 novembris
Pistis, etc. martt. 23 junii
Pistis, Elpis, etc. 30 septembris
Pius, papa 11 julii
Placeria, virgo 20 julii
Placidia, virgo 15 octobris
Placidus et Benedictus, epp. 6 maii
Placidus, abb. *alias* episc. 6 maii
Placidus cum Sosio 29 septembris
Placidus et Athanasius 11 octobris
Placilla, matrona 14 octobris
Plato *forte* Ivo 10 junii
Plato, mart. 22 septembris
Plato, mart. 14 novembris
Plato, mart. 14 decembris
Plechelmus, conf. 15 julii
Plesus, mart. 16 februarii
Podius, episc. 28 maii
Polisius et soc. 7 novembris
Pollio, mart. 20 martii
Pollio et soc. martt. 29 maii
Polieuctus, mart. 10, 12 *et* 16 januarii
Policarpus, episc. 1 februarii
Policarpus, presb. conf. 23 februarii
Policarpus, episc. cum 12 martt. 23 februarii
Policarpus, presb. conf. 24 februarii
Policarpi reliquiarum adventus 4 julii
Policarpus, episc. conf. 26 octobris
Policarpus et Theodosius 7 decembris
Policrates, episc. 26 octobris
Polichronius, mart. 20 januarii
Polocronius, mart. 1 martii
Poma, virgo 27 junii
Pontiana, virgo 10 decembris
Ponticus, mart. 31 januarii
Pontianus, conf. 31 januarii
Pontianus, diac. mart. 9 martii
Pontianus, diac. 5 aprilis
Pontianus, martyr 2 decembris
Pontianus cum Primentio 2 decembris
Pontinus, martyr 18 augusti
Pontranus, mart. 14 januarii
Poplianus et soc. 1 novembris
Popo, abbas 25 januarii
Popo, episc. conf. 16 junii
Porcaria, virgo, mart. 8 octobris
Porcarius, abbas 12 augusti
Porcianus, confessor 23 *et* 24 novembris
Porphinus, archiepisc. 26 februarii
Porphirius et Onesiphorus 9 novembris
Porphirius, miles 24 novembris
Portiuncula dedicata 2 augusti
Portus, mart. 31 martii
Posennus *alias* Possenius, sacerdos 17 junii
Possessor, episc. 4 decembris
Possina *alias* Pusinna, virgo 24 maii
Potamia, virgo 31 augusti
Potamon et soc. 18 maii
Potentianus, episc. 13 augusti
Potentianus cum Sabiniano 30 decembris
Ejus translatio 19 octobris
Potentini et soc. martt. translatio 11 januarii
Potentinus, mart. 18 junii
Potentinus, conf. 18 augusti
Potitus, mart. 1 januarii
Potitus, mart. 13 januarii
Potitus, mart. 22 januarii
Potitus, mart. 6 septembris
Potitus, mart. 20 augusti
Poctoci, conf. translatio 4 junii
Præcordius, presb. mart. 1 februarii
Præsentatio B. V. M. 21 novembris
Præstabilis et Felix 15 maii
Prætextatus, episc. martyr 24 februarii
Papinius, episc. mart. 27 novembris
Primianus et Firmianus 15 *et* 31 maii
Primina, virgo 9 octobris
Primentius *alias* Primitivus, etc. 2 decembris
Primitivus cum Secundo 27 novembris
Primitiva, virgo 23 julii
Primitivus, mart. 24 februarii
Primitivus, mart. 2 martii
Primitivus, etc. 1 augusti
Primus, mart. 3 januarii
Primus et soc. martt. 11 maii
Primus et soc. martt. 145 Afri 29 maii
Primus, conf. 8 julii
Primus et Januaria 21 junii
Primus et soc. 2 *et* 3 octobris
Primus et Felic. 6 octobris
Primus, Cæsarius et alii 10 4 novembris
Primus et soc. 8 novembris
Principii, conf. elevatio 1 julii
Principius, episc. 16 septembris
Principius, episc. 25 septembris
Priscilla, virgo 16 januarii
Priscus, mart. 7 junii
Priscus, episc. conf. 13 junii
Priscus mart. 16 octobris
Priscus, conf. 20 octobris
Privatula, mart. 2 februarii
Privatus, mart. 18 augusti
Privatus, mart. 17 octobris
Proba, virgo 5 septembris
Ejus translatio 28 aprilis
Probate, conf. 10 maii
Probatus *alias* Privatus 5 junii
Probus, episc. 15 martii
Probus, mart. 25 martii
Probus, mart. 4 aprilis

Probus,

Probus, episcopus, confessor 10 *et* 11 novembris
Processus, conf. 7 julii
Procopius Decapolita, conf. 27 februarii
Procopius, abb. conf. 4 julii
Proculus, mart. 14 februarii
Proculus et Ammon 1 maii
Proculus, episc. mart. 1 junii
Proculus, mart. 5 junii
Proculus, mart. et soc. 19 octobris
Proculus, episc. 20 novembris
Proculus, presb. 2 decembris
Proculus, episc. 9 decembris
Prodocus, diac. 29 aprilis
Prosdocimus, episc. 7 novembris
Prosper, episc. doctor 25 *et* 26 junii
Prosper, episc. conf. 29 julii
Prosper, episc. 24 *et* 25 novembris
Prothasius, episc. 24 novembris
Prothus, mart. 14 junii
Protus et Januarius 27 octobris
Protogenes, episcopus 22 julii
Prudentius, episc. in Hispania 28 aprilis
Prudentius, episc. conf. 6 aprilis
Prudentius, mart. 29 aprilis
Prudentii mart. exceptio 7 octobris
Publia, vid. abbatissa 8 junii
Publius, mart. 27 januarii
Publius, conf. 31 januarii
Publius, cum Dionysio 1 februarii
Publius, mart. 18 februarii
Publius, mart. etc. 7 julii
Publius et Maurilius 13 novembris
Pueri Babilonici 15 decembris
Pulcronius, et alii epp. 4 maii
Pupillus, mart. 28 februarii
Purificatio B. M. V. 2 februarii
Ejus octava 9 februarii
Pusinna, virgo 23 aprilis
Ejus translatio 24 januarii
Piamon, abb. et conf. 14 novembris

Q

Quadratus, episc. 21 augusti
Quartinus, mart. 18 martii
Quielberga, mart. 10 julii
Quilianus, conf. 4 novembris
Quindecim auxiliatores 8 augusti
Quinibertus, conf. 18 maii
Quintianus, mart. 1 aprilis
Quintianus, presb. 14 junii
Quintianus, presb. mart. 16 junii
Quintianus, mart. 1 julii
Quintianus, episc. conf. 13 novembris
Quintillus, episc. mart. 8 martii
Quintini mart. inventio 3 januarii *et* 24 junii
Quintinus, episc. 30 martii
Quintinus, mart. 1 aprilis
Quintinus, episc. conf. 5 septembris
Quintinus, mart. 4 octobris
Quintus, mart. 9 *et* 19 januarii
Quintus, mart. 17 martii
Quintus, mart. 5 aprilis
Quintus, mart. etc. 28 *et* 29 octobris
Quintus, et soc. mart. 18 decembris
Quiriaca, mart. 21 augusti
Quiriacus, mart. 12 februarii
Quiriacus, presb. conf. 6 martii
Ejus translatio 30 septembris
Quiriacus, mart. 17 martii
Quiriacus, Herenneus, etc. 6 aprilis
Quiriacus, *alias* Judas, episc. 30 aprilis
Quiriacus, etc. 12 maii
Quiriacus, mart. 17 junii
Quiriaci, episc. mart. translatio 8 augusti
Quiriacus, etc. 12 augusti
Quiriacus et Archelaus 22 augusti
Quiriacus, apostolus mart. 20 septembris
Quiricus, Cyricus *alias* Quiriacus, et Quirinus, episc. 15 aprilis
Quiricus, mart. 15 julii
Quiricus, episc. mart. 8 augusti
Quirillus, mart. 8 martii
Quirillus, et soc. mart. 9 maii
Quirinus, tribunus mart. 26 martii
Ejus elevatio et translatio 30 aprilis
Quirinus et 12 soc. martt. 30 aprilis
Quirinus, episc. 30 aprilis
Quirinus, mart. Africanus 3 junii
Quirinus et Evagrius 12 octobris
Quirinus, presb. mart. 20 octobris
Quiriolus, mart. 3 martii
Quietæ conjugis S. Hilarii confessoris translatio 7 julii
Quiteria, virg. mart. 22 maii

R

Rachel, uxor Jacobi 30 septembris
Radbertus, episc. conf. 25 septembris
Radbodus, episc. Trajectensis 29 novembris
Ejus translatio 25 junii
Radegundis, virgo 3 februarii *et* 12 augusti
Radegundis reginæ translatio 7 julii
Radfridus et Waldefridus, martt. 3 decembris
Radulphus, episc. conf. 26 junii
Ragenfledis *alias* Rainfredis, etc., virg. 8 octobris
Ejus elevatio 2 septembris
Ejus relatio 11 junii
Ragnobertus, episc. conf. 25 martii
Ejus adventus 3 octobris
Ragnulfus, mart. 9 novembris
Ragomerus, episc. 28 maii
Ranerius, nobilis peregrinus 17 junii
Raphillus, episc. 18 julii
Raphael, archangelus 6 octobris, 20 novembris *et* 29 decembris
Rasipus, mart. 23 julii
Ravennus, presb. 23 julii
Raymundus, conf. 6 januarii
Recollectio festivatum B. M. V. 1 septembris
Redempta, mart. 7 martii
Redemptus, episc. conf. 8 aprilis
Regenfledis, virg. 20 novembris
Regum trium Coloniæ translatio 23 julii
Regnisidis, virg. 6 maii
Regina, virg. 20 junii *et* 12 septembris
Ejus elevatio 17 martii
Regenfridus, mart. 17 septembris
Regiswindis virg. mart. 15 julii
Regnabertus, mart. 13 junii
Regnildis *alias* Raineldis, virg. mart. 16 julii

Regulus

Regulus, confessor 22 *et* 23 aprilis
Regulus, episc. conf. 8 martii
Regulus episc. mart. 1 septembris
Relindis, virg. 6 februarii
Ejus translatio 22 martii
Remaclus, episc. 3 septembris
Ejus translatio 25 junii
Rembertus, archiepisc. 4 februarii
Remedius, episc. et conf. 15 januarii
Remedius, conf. 1 octobris
Remigius episc. 1 octobris
Ejus translatio 22 maii
Remundus, conf. 1 januarii
Renatus, conf. 6 octobris
Renatus, episc. conf. 12 novembris
Ejus translatio 29 decembris
Ejus relatio 12 aprilis
Renobertus, episc. 23 aprilis *et* 16 maii
Ejus translatio 3 septembris
Reparata, virg. 8, 9 *et* 11 octobris
Repositus cum Vitali, etc. 29 augusti
Respicius et Triphon, martt. 12 novembris
Restituta, virgo 15 januarii
Restituta, virg. mart. 27 maii
Restitutus, etc. 10 junii
Restitutus, episc. conf. 7 novembris
Resurrectio D. N. J. C. 27 martii
Reticius, episc. conf. 25 julii
Reverentius, presb. conf. 12 septembris
Revocata, mart. 6 *et* 7 februarii
Rexius et Hermes 18 octobris
Reynerius, solitarius 11 aprilis
Reynoldus, mart. 7 januarii
Rhetores 50 14 novembris
Richardis, virg. 19 augusti
Richardis, imperatrix, virg. 18 septembris
Richardus, rex, mart. 4 februarii
Richardus, rex, conf. 7 februarii
Richardus, episc. 3 aprilis
Ejus translatio 16 junii
Richarius, presb. conf. 25 aprilis *et* 8 octobris
Ejus octava 16 octobris
Ejus translatio 9 octobris
Ejus relatio 3 junii
Rictrudis, virg. *potius* vid. 12 maii *et* 27 octobris
Ejus vigilia 11 maii
Ejus elevatio 7 februarii
Prædictæ elevationis octava 14 februarii
Rictrudis, virgo 29 *et* 31 octobris
Rigobertus, archiepisc. 4 *et* 8 januarii
Ejus translatio 14 junii
Rigomerus, presb. conf. 24 augusti
Ripsime, regina, virg. mart 26 septembris
Rixa, regina Hungariæ 20 martii
Robertus, abbas Casæ Dei 24 aprilis
Robertus, puer, mart. 24 aprilis
Robertus, abb. Cisterciensis 29 aprilis
Robertus, conf. 15 maii
Robertus, abbas 7 junii
Robertus, conf. 18 julii
Robustianus, mart. 31 augusti
Rochus, conf. 16 augusti
Rodulphus, episc. conf. 21 junii
Roga, matrona 11 novembris
Rogatianus, martyr 23 februarii
Rogatianus, presb. 30 octobris
Rogatianus, et soc. martt. 18 decembris
Rogatus, mart. 7 martii
Rogatus, episc. 8 martii
Rogatus, mart, 9 martii
Rogatus, mart. 17 martii
Rogatus, mart 18 martii
Rogatus et socii, martyres 10 junii
Rogatus, episc. 6 octobris
Rogatus et soc. 7 *et* 8 novembris
Rogerius, ordinis Minorum 4 januarii
Rolandus, mart. 16 *et* 19 junii
Rolenda, virgo 13 maii
Romana, virgo 22 februarii
Romanus, monachus 31 martii
Romanus, mart. 6 aprilis
Romanus, mart. 5 maii
Romanus, monachus 21 maii
Romanus, conf. Senonensis 22 maii
Romanus, episc. conf. 17 junii
Romanus, episc. conf. 23 octobris
Romanus, melodus 1 octobris
Romanus, episc. mart 6 octobris
Romanus, presb. 31 octobris
Romaricus, cum Amato et Adelphio, confessores 20 augusti
Eorum elevatio 13 novembris
Eorum translatio 15 februarii
Romaricus et soc. 585 22 septembris
Romaricus, conf. abbas 22 novembris
Romaricus, abbas 8 decembris
Romualdus, abb. 19 junii
Romula, virgo 24 junii
Romuldus, conf. 3 novembris
Romulus, mart. 27 martii
Romulus et soc. martt. 6 julii
Romulus, conf. 25 decembris
Rosa Viterbiensis, virgo 4 septembris
Rosa, virgo 24 septembris
Rosius, episc. 16 maii
Rosula, virgo cum aliis 4 15 maii
Rothildis, regina 1 septembris
Rotulandus *alias* Rolandus, mart. 16 *et* 19 junii
Rotulfus, *alias* Botulphus 17 junii
Rufianus et soc. martt. 16 novembris
Rufina, virg. 28 februarii
Rufina, mart. 6 aprilis
Rufinianus, episc. conf. 1 augusti
Rufinianus, mart. 17 octobris
Rufinus, cum Machario, etc 12 februarii
Rufinus cum Victore 26 maii
Rufinus et soc. mart 22 junii
Rufinus, mart. 30 julii
Rufinus, conf. 19 augusti
Rufinus, episc. conf. 24 augusti
Rufulus, mart. 4 junii
Rufus, mart. 3 aprilis
Rufus, cum Agabo 8 aprilis
Rufus et Agatymbrius, epp 11 maii
Rufus, episc. conf. 27 augusti *et* 7 novembris
Rufus, episc. conf. 14 novembris
Rufus et soc. martt. 27 novembris
Rufus cum Zozimo, martt. 16 *et* 23 decembris
Rumbertus, episc. conf. 11 junii
Rumpharius, episc. 18 novembris
Rumoldus, episc. mart. 24 junii *et* 1 julii
Ejus relatio 27 octobris
Ejus translationes 4 julii *et* 18 octobris
Rupertus, episc. conf. 27 martii
Rutpertus, episc. 24 septembris
Russor, etc., martt. 21 augusti
Rusticus, conf. 8 januarii
Rustico mart. ecclesia dedicata 24 februarii
Rusticus, episc. 25 aprilis
Rusticus, mart. 9 augusti
Rusticus, presb. *alias* episc. 19 julii
Rusticus, episc. 24 septembris
Rusticus, cum Florentio 25 julii
Rusticus, episc. conf. 14 octobris

Rutila, martyr 2 januarii
Rutulus et soc, martt. 18 februarii
Rutulus et socii martyres 23 februarii
Rutulus et soc. martt. 24 februarii

S

Sabaudus, episc. 26 novembris
Sabas Gothus, mart. 12 aprilis
Sabbas, mart. dux exercitus 24 aprilis
Sabas *seu* Sabbas, abb. 5 decembris
Sabbatius, mart. 19 septembris
Sabianus, mart. 20 martii
Sabina, virgo 23 januarii
Sabinianus et Potentianus 30 decembris
Sabinus, mart. 15 januarii
Sabinus, episc. 17 januarii *et* 11 decembris
Sabinus, episc. 9 *et* 17 februarii
Sabinus, mart. 13 martii
Sabinus et Papa, martt. 16 martii
Sabinus et soc. martt. 23 martii
Sabinus, conf. 11 julii
Sabinus, episc. mart. 7 decembris
Sacerdos, episc. 4 maii
Sacerdos, episc. Lugdunensis 12 septembris
Sacerdotes 15 31 januarii
Sadoth, episc. cum 128 20 februarii
Sagaria, virgo 2 februarii
Sagaris, episc. mart. 14 martii
Salaberga, abb. 22 septembris
Salome et Maria Jacobi 25 maii
Salomon, mart. 28 septembris
Salomya, vidua 26 novembris
Saltanus, mart. cum sociis 6 januarii
Salvatoris dedicatio 17 januarii *et* 9 novembris
Salvator, mart. 7 aprilis
Salvia, virg. 9 julii
Salvius, episc. 11 januarii
Salvius, episc. mart. 26 junii
Ejus elevatio 15 octobris
Salvii et Superii translatio 7 septembris
Salvius, episc. mart. *alias* conf. 10 septembris
Salvius, episc. conf. 28 octobris
Salustianus et soc. martt. 27 maii
Sambariæ virg. mart. translatio 19 julii
Samforus, mart. 18 martii
Sammonus et Emeritus 12 decembris
Samon et soc. 20 novembris
Samora et soc. martt. 21 novembris
Sampson, hospitum exceptor 27 junii
Samson, episc. conf. 28 julii
Samuel, propheta 20 augusti
Sanasela, presb. 4 februarii
Sanctianus et soc. martt. 6 septembris
Sanctinus et Antonius 22 maii
Sanctinus episc. 22 septembris
Sanctinus, episc. conf. 11 et 12 octobris
Sanctorum omnium octava 8 novembris
Sanctulus, presb. 15 decembris
Sandradus, abb. 24 augusti
Sara, virg. mart. 24 aprilis
Sarius, presb. Cameracensis 23 novembris
Sator, cum Vitali et Reposito 29 augusti
Saturnina, virg. mart. 20 maii
Saturnina, virg. 15 decembris
Saturninus et soc. martt. 18 januarii
Saturninus et tres alii 27 januarii
Saturninus cum Paulo, etc., martt. 19 januarii
Saturninus, Theophilus, etc. 6 *et* 7 februarii
Saturninus, presb. mart. 11 februarii
Saturninus, cum Joanne, etc. 15 februarii
Saturninus cum Syrico, martt. 21 februarii
Saturninus cum Victore et soc. 5 martii
Saturninus cum Cassio, etc., martt. 6 martii
Saturninus cum Cirino, martt. 24 martii
Saturninus cum soc. 14, martt. 26 martii
Saturninus cum Donato, etc. 27 martii
Saturninus cum soc. 5, martt. 29 martii
Saturninus cum Ingeniano, etc. 1 aprilis
Saturninus, cum Grano 10 aprilis
Saturninus cum Marcellino, martt. 2 junii
Saturninus, cum Diogene 16 junii
Saturninus, mart. 30 octobris
Saturninus, cum Sirico 26 novembris
Saturninus, cum Basileo 27 novembris
Saturninus, episc. 5 decembris
Saturninus et Cœlestinus 30 decembris
Saturnus, mart. 7 martii
Saturus, mart. 9 januarii
Saturus, cum Æmiliano, etc. 27 januarii,
Saturus, cum Silvano, etc. 7 martii
Saturus *vel* Satyrus, mart. 17 *et* 18 martii
Saturus et Calixtus 12 octobris
Satyrus, frater S. Ambrosii 18 septembris
Savina, virg. 29 januarii
Savina et Savinianus 30 augusti *et* 5 septembris
Savinianus, mart. 24 januarii
Savinianus cum Hippolyto, martt. 30 augusti
Saviniani et soc. translatio 19 octobris
Savinus, episc. 9 februarii
Savinus, mart. 11 julii
Savinus *alias* Sabinus, episc. conf. 10 decembris
Sauma, *forte pro* Verena 1 septembris
Scanisolaius *pro* Stanislaus, episc. 8 maii
Scariola, virg. 6 junii
Scholasticæ virg. translatio 11 julii
Schynnus, episc. conf. 12 octobris
Scopilio, archipresb. conf. 3 octobris
Scubilius, mart. 14 junii
Sebaldus, conf. 19 augusti
Sebastia, etc., martt. 5 julii
Sebastianus, mart. 16 februarii
Sebastianus cum Sico, etc. 9 martii
Sebastiani mart. translatio 8 *et* 9 decembris
Secundanus, conf. 16 novembris
Secundarius, mart. 1 junii
Secundellus, conf. 1 augusti
Secundia, mart. 10 februarii
Secundianus, etc., martt. 8 augusti
Ejus translatio 9 augusti
Secundianus, cum Aureliano, etc. 16 novembris
Secundinus, mart. 18 februarii
Secundinus, mart. 6 maii
Secundinus *alias* Secundianus, episc. 6 maii
Secundinus, mart. cum Felicissimo 13 septembris
Secundinus et soc. 15 novembris
Secundola, mart. 2 martii
Secundolus, mart. 30 martii
Secundus, mart. 1 januarii
Secundus, martyr 30 martii
Secundus cum Partino, etc. 1 aprilis
Secundus, episc. conf. 25 maii
Secundus, mart. 8 augusti
Secundus et Primitivus 27 novembris
Securinus et soc. martt. 2 decembris
Securus et soc. martt. 30 decembris
Secutor, mart. 13 aprilis
Segolena, Deo sacrata 24 julii
Seinavus *alias* Senanus, abb. 8 martii

Seniores 24 Apocalypsis 18 septembris
Senardus, abbas 1 martii
Senatoris, etc. martt. translatio 4 septembris
Senator, et soc. martt. 24 octobris
Sendomirienses martyres 2 junii
Senerotus, mart. 23 februarii
Senerthus, episc. 4 aprilis
Sennis, diac. 29 novembris
Senoch, abb. conf. 24 octobris
Septem fratres dormientes, apud Ephesum 27 junii *et* 10 augusti
Septem fratres dormientes, apud Turones 4 *et* 12 novembris
Septem filii Symphorosæ 27 junii
Septimus et soc. 18 aprilis
Septimus, etc. martt. 28 augusti
Sequatius, *forte pro* Sequanus 19 septembris
Seraphia, virgo, mart. 29 julii
Seraphina, virgo 29 julii
Serapia, etc. 31 junii
Serapion, mart. 24 februarii
Serapion, episc. 9 julii
Serapion, monach. 15 julii
Serapion, etc. 12 septembris
Serena, mart. 21 februarii
Serenæ virginis translatio 25 junii
Serenetus, conf. 21 julii
Serenus, abbas 23 februarii
Serenus, mart. 16 *et* 17 martii
Serenus, conf. 3 maii
Serenus, etc. 28 junii
Sergius, papa 8 *et* 9 septembris
Sergius et Bacchus, martt. 25 septembris
Serotinus, mart. 26 martii
Servanus, episc. conf. 1 julii
Servatii episc. conf. translatio 7 junii
Servilianus, cum Sulpitio 25 maii
Servilius, mart. 17 martii
Servilius, mart. 3 junii
Servulus, mart. 21 februarii
Servulus, mart. 24 maii
Sevardius, abbas 1 martii
Sevelius, et Theophantus 20 aprilis
Sevenda, *forte pro* Phœbe 3 septembris
Severa, etc. 5 junii
Severa, virgo, mart. 25 junii
Severa, virgo. 19 *et* 20 julii
Severianus, episc. 21 januarii
Severianus et Polycarpus, epp. 1 februarii
Severianus, mart. 9 septembris
Severina, matrona 3 maii
Severinus, conf. 5 januarii
Severinus, conf. 18 julii
Severinus, papa 2 augusti
Severini Coloniæ episc. vigilia 22 octobris
Ejus octava 30 octobris
Ejus ordinatio 12 maii
Ejus translatio 5 octobris
Ejus reliquiarum commemoratio 17 julii
Severinus, episc. mart. 24 octobris
Severinus, episc. conf. 21 octobris
Severinus, monachus 2 novembris
Severinus, et soc. martt. 21 novembris
Severinus, monachus 27 novembris
Severius, episc. conf. 1 februarii
Severius, conf. 18 septembris
Severus, conf. 1 januarii
Severus, episc. conf. 13 januarii
Severus, episc. conf. 29 januarii *et* 1 februarii
Severus, presb. conf. 15 februarii
Severus, episc. conf. 18 februarii
Severi presb. conf. translatio 30 junii
Severus, episcopus 20 julii
Severus, episc. 1 augusti
Severus, presb. conf. 8 augusti
Severus, abbas 25 augusti
Severus, episc. 15 octobris
Severus, episc. 22 octobris
Ejus translatio 25 februarii
Severus, episc. 23 octobris
Severus et Dorotheus, martt. 24 octobris
Severus, mart. 24 octobris
Severus, episc. 6 novembris
Severus *alias* Stuerus, conf. 17 novembris
Severus, presb. conf. 18 novembris
Sexburga, vidua 6 julii
Sexburgis, regina, abb. 8 aprilis
Siagrius, episc. conf. 10 *et* 11 aprilis
Sibertinus, conf. 2 julii
Sicharia, Deo sacrata 2 februarii
Sicharius, mart. 2 maii
Sicius, conf. 14 junii
Sicus, mart. 9 martii
Sicus et Palatinus, martt. 30 maii
Sidonius, episc. 23 augusti
Sidrac, Misac et Abdenago 24 aprilis
Sidronius, mart. 15 maii
Sidronius, mart. 3 julii
Siffridus, episc. conf. 27 novembris
Sigebertus, confessor 1 februarii
Ejus translatio 30 junii
Sigefridus, episc. conf. 15 *et* 16 februarii
Sigo, episc. conf. 10 februarii
Sigon *pro* Sequanus, etc., conf. 19 septembris
Silænus, mart. 2 januarii
Silas, apostolus 23 novembris
Silvanus, cum Rutulo, etc. 18 februarii
Silvanus, mart. 8 martii
Silvanus, cum Sico, etc., martt. 9 martii
Silvanus, cum Cypriano, etc. 12 aprilis
Silvanus, episc. mart. 3 maii
Silvanus, etc. 3 junii
Silvanus, episc. Nazareth 22 septembris
Silvanus, abbas in Scythi 22 septembris
Silvanus, conf. cum soc. 22 septembris
Silvanus, mart. 16 octobris
Silvanus et soc. martt. 17 octobris
Silvatus, *forte pro* Silvanus 24 septembris
Silverinus papa, mart. 19 *et* 20 junii
Silvester Reomensis 15 aprilis
Silvinus, episc. 26 januarii
Silvinus, episc. 15 februarii
Silvinus et Valentinus 10 decembris
Silvius, episc. 15 februarii
Silvii, etc., inventio 7 octobris
Simeon, qui Dominum obtulit 5 januarii
Simeonis inventio 9 januarii
Simeon, episc. conf. 17 februarii
Simeon, archiepiscopus 24 martii
Simeon, abbas 25 martii
Simeon, monachus 1 junii
Ejus reclusio 1 decembris
Simeon Salus 1 *et* 21 julii
Simeon, eremita 26 julii
Simeon Stylita 26 julii
Simeon, monach conf. 30 septembris
Simeonis, episc. conf. translatio 25 octobris
Simeon, Metaphrastes 27 novembris
Similinus, cum Justino 17 septembris
Simon, puer, mart. 24 *et* 30 martii
Simon, ordinis Carmeli 16 maii
Simon, mart. 4 augusti
Simon et Judas 27 octobris
Simpertus, episc. 13 octobris

Simpliciola,

Simpliciola et Galla 4 septembris
Simplicianus, episc. conf. 27 augusti
Simplicides, episc. conf. 11 februarii
Simplicius, mart. 12 februarii
Simplicius, confessor 1 martii
Simplicius, papa 2 *et* 3 martii
Simplicius et soc. 68 1 maii
Simplicius, presb. 15 maii
Simplicius, episc. conf. 24 junii
Simplicius Persa 16 augusti
Simplicius, episc. 19 novembris
Simplicius et soc. 16 decembris
Sindanus, episc. 2 januarii
Sindon *vel* sudarium Christi 4 maii
Sinesius, mart. 4 januarii
Sinestis, mart. 23 februarii
Sindulfus, conf. 20 octobris
Sindulfus et Victor, conf. 21 octobris
Sindulfus, episc. conf. 10 decembris
Ejus translatio 3 junii
Sirenus, monachus, mart. 23 februaii
Siricius, episc. Romæ 26 novembris
Siricus, papa, mart. 22 februarii
Siricus et Saturninus 26 novembris
Siridon, episc. 2 januarii
Sirinus, mart. 10 martii
Sirus, mart. 5 martii
Siri translatio 17 maii
Sirus, episc. conf. 6 julii
Sisinnius, episc. 14 februarii
Sisinnii mart. translatio 13 augusti
Sisinnius, episc. 29 novembris
Sisoa, conf. 6 julii
Sixtus III, papa 28 martii
Sixtus, mart. 3 aprilis
Sixtus, papa, mart. 5 augusti
Sixtus et Sinicius, epp. 1 septembris
Sixtus et Apollonius 23 decembris
Socioctus, conf. 29 octobris
Solemnis, episc. 24, 25 *et* 29 septembris
Solina, virgo 7 octobris
Solinia, virgo 11 februari
Solus *alias* Solas, conf. 3 decembris
Solutor, mart. 20 januarii
Solutor, cum Victore, etc. 26 martii
Somina, virgo 25 januarii
Sophiæ dedicatio 15 februarii
Sophia, virgo, mart. 29 martii
Sophia Constantinopolitana 15 maii
Sophia, vidua 10 maii
Sophia, vidua 30 septembris
Sophonias, presb. 18 maii
Sophonias, propheta 3 decembris
Sophronius, patriarcha 11 martii
Sorentus, cum Apollonio, etc. 19 martii
Soris, conf. 2 februarii
Sosius, cum Placido 29 septembris
Sosthenes, apostolorum discipulus 11 junii
Sosthenes, Victor ac martt. 49 16 septembris
Soteris, virg. mart. 12 maii
Sother, papa 21, 22 aprilis *et* 22 maii
Sother, mart. 2 februarii
Sotheris, virgo, mart. 6 februarii
Sozantes, mart. 7 septembris
Spanus *alias* Speranus, mart. 25 octobris
Spargus, mart. 3 octobris
Spatus, mart. 25 octobris
Speciosa, virgo 18 martii
Speciosa, virgo 11 julii
Speciosa, virgo 15 octobris
Speranus *alias* Spanus, mart. 25 octobris
Spes, abbas 26 decembris
Spinulus, confessor 1 novembris
Ejus translatio 11 junii
Spiridion, episc. 2 januarii
Spiritus sancti adventus 15 maii
Stabilis, conf. 23 septembris
Stachys et soc. 31 octobris
Stacteus, conf. 28 septembris
Stanislaus, mart. episc. 11 aprilis *et* 8 maii
Ejus translatio 27 septembris
Statianus, mart. 7 februarii
Stephana, virgo, mart. 14 maii
Stephanis, mart. 11 novembris
Stephanus, mart. 1 januarii
Stephanus et Vitalis 2 januarii
Stephani protomartyris octava 2 januarii
Ejus translatio 6 *et* 7 maii
Ejus commemoratio 19 junii
Ei dedicata ecclesia 16 julii
Stephanus, abbas 13 februarii
Stephanus, diac. 13 februarii
Stephanus, episc. conf. 13 februarii
Stephanus, thaumaturgus 28 martii
Stephanus IX, papa 29 martii
Stephanus, cum Castore 27 aprilis
Stephani *vel* Stephæni mart. translatio 25 maii
Stephanus, mart. 11 julii
Stephanus, rex, conf. 20 augusti
Stephanus, episc. 7 septembris
Stephanus, cum Saba, etc. 28 octobris
Stephanus, presb. conf. 20 novembris
Stephanus, inclusus, mart. 20 novembris
Stephanus, junior 28 novembris
Stertio, cum Helia 21 julii
Stolæ B. M. V. depositio 2 julii
Straton, etc., mart. 15 augusti
Stratonicus, mart. 13 januarii
Strominius, episc. conf. 16 junii
Sturmis, abb. 17 decembris
Successus, cum Paulo, etc. 19 januarii
Successus, mart. 4 aprilis
Successus et 24 9 decembris
Succressa, cum Romulo, etc. 27 martii
Suffragianus Carthaginensis 27 octobris
Suffronus, etc. 7 augusti
Suibertus, episc. conf. 1 martii
Ejus canonizatio 4 septembris
Suibertus, episc. mart. 29 maii
Suitberga, inclusa 28 februarii
Sulcanus, et soc. martt. 6 januarii
Sulpitius, episc. 26 januarii *et* 27 augusti
Ejus translatio 15 januarii
Sulpitius, episc. conf. 27 januarii *et* 26 augusti
Sulpitius, episc. 21 julii
Sulpitius et Servilianus 25 maii
Summiva, virgo, mart. 8 julii
Superii translatio 7 septembris
Sura *sive* Luwarda, virgo, mart. 10 februarii
Surentus, cum Timotheo 18 martii
Surus, conf. 1 februarii
Susanna, matrona in Daniele 12 februarii
Susanna, matrona, mart. 30 junii
Susanna, virgo 8 octobris
Sylvanus, mart. 7 martii
Sylvianus, episc. conf. 10 februarii
Symmachus, papa, conf. 21 februarii *et* 19 julii
Symmachus, patricius, mart. 27 maii
Sympertus, episc. 12 octobris
Symphorianus, mart. 4 februarii
Symphorosa, cum 7 filiis 18 *et* 19 julii
Symphorosa, vidua *vel* virgo 21 julii
Symphronius, et soc. martt. 4 decembris
Synerius, episc. 18 septembris

Synesius,

Synesius *alias* Genesius et Theopontius 21 maii
Synorius, mart. 23 februarii
Syranus *alias* Sigiranus, abb. 4 decembris
Syria, virgo 8 junii
Syrices, mart. 23 februarii
Syricius, papa 21 februarii
Syricus, mart. 21 februarii
Syricus, cum Euphemia 3 septembris
Syrus cum Zenone, confessores 8 decembris
Syrus et Evagrius 12 octobris
Syrus, Papiensis episc. 8 *et* 9 decembris
Sysaius, episc. conf. 7 octobris
Systus, cum Luceia, etc. 24 junii
Swithunus, episc. 2 julii
Ejus ordinatio 30 octobris
Ejus translatio 15 julii

T

Tacianus, mart. 27 februarii
Tadwinus, episc. conf. 30 julii
Talaricanus, episc. 30 octobris
Tammarus, episc. conf. 15 octobris
Tarabata, virgo 9 februarii
Tarasius, episc. 25 februarii
Taracus, et soc. martt. 25 martii *et* 4 aprilis
Tarratis, conf. 17 septembris
Tarsilla, amita S. Gregorii 24 decembris
Tarsicius, mart. 15 augusti
Tarsitius, mart. 31 januarii
Tarsitius, mart. 3 augusti
Tartranus, *vel* Tauranus 2 martii
Tatianus Dulas, mart. 15 junii
Tattiana, mart. 12 januarii
Taucha *alias* Aucha, virgo, mart. 10 octobris
Taurini inventio 5 septembris
Taxius et Hermes 17 octobris
Taisis, quondam peccatrix 28 augusti
Tecla *vel* Teda, virgo 22 februarii
Tecla, virgo, mart. 1 junii
Tecla, virgo 14 junii
Tecla, virgo 23 julii
Tecla, abbatissa 28 septembris
Tecla et Valentinus 17 novembris
Tecla, virg. mart. 18 novembris
Tecla, virg. mart. 20 decembris
Teclechildis, virgo. abb. 10 octobris
Tedgnas, abbas 2 martii
Telanus, abbas 9 januarii
Tenestina, virgo 24 augusti
Terentianæ et 5 filiorum conversio 5 martii
Terentianus, episc. mart. 30 augusti
Terentianus, episc. mart. 28 septembris
Terentianus, episc. 1 septembris
Terentius, mart. et soc. 10 aprilis
Terentius, mart. 2 septembris
Terentius, mart. cum Fidentio 27 septembris
Terentius et Neonilis, martt. 28 octobris
Terentius, episc. conf. 28 *et* 29 octobris
Ejus translatio 16 maii
Termanus, episc. conf. 12 junii
Terreus, martyr 28 octobris
Tertullinus, presb. mart. 30 *et* 31 julii
Tetbaldus, conf. 1 julii
Teuderius *alias* Theudericus, conf. 29 octobris
Teufredius, diaconus 6 julii
Teillianus, conf. 9 februarii
Thalalæus, mart. 20 maii
Tharacus, presb. etc. 30 septembris
Tharsus et soc. 26 *et* 28 octobris
Theobaldus, episc. conf. 16 maii
Theobaldus, presb. conf. 30 junii
Theobaldus, episc. conf. 1 julii
Theobaldus, conf. 8 junii
Theoctistes Lesbia 10 novembris
Theoctistus, dux 4 januarii
Theoctistus, Euthymii synascta 3 septembris
Theodardus, episc. 10 septembris
Theodarius, abb. 29 octobris
Theodegarius, conf. 30 octobris
Theodola, mart. 22 martii
Theodolus, cum Quiriaco et Dionysio 17 martii
Theodolus, cum Agathone diacono 4 aprilis
Theodolus, episc. 16 augusti
Ejus et soc. translatio 4 septembris
Theodolus, episc. conf. 26 augusti
Theodolus, episc. 13 septembris
Theodolus, conf. 28 novembris
Theodolus et soc. mart. 4 decembris
Theodora, electa 10 julii
Theodora Alexandrina 11 septembris
Theodora, uxor Sisinnii 23 novembris
Theodora, matrona Romana 28 decembris
Theodoricus, presb. mart. 22 aprilis
Theodoricus, episc. 18 julii
Theodoricus, abb. 24 augusti
Theodoricus, conf. 15 octobris
Theodorus *forte* Isidorus, mart. 5 februarii
Theodorus, mart. 7 februarii
Theodorus, megalomartyr 8 februarii
Theodorus, tiro, mart. 17 februarii
Theodorus, episc. mart. 19 martii
Theodorus, cum Timotheo, etc. 26 martii
Theodorus, presb. cum Achacia 29 martii
Theodorus, episc. 6 aprilis
Theodorus, presb. 10 aprilis
Theodorus, presb. mart. 11 aprilis
Theodorus, in Trichine 20 aprilis
Theodorus, qui fuit in Perge 21 aprilis
Theodorus, archimandrita 22 aprilis
Theodorus, abbas 14 maii
Theodorus, papa 14 maii
Theodorus, sanctificatus 16 maii
Theodorus, mart. cum 7 virginibus 18 maii
Thedorus, episc. 19 maii
Thedorus, episc 20 maii
Thedorus, episc. 17 augusti
Theodorus, conf. 24 augusti
Theodorus, archiepisc. 19 septembris
Theodorus, mart 19 septembris
Theodorus, conf. 9 octobris
Theodorus, abbas 30 octobris
Theodorus, mart. 9 novembris
Theodorus, episc. conf. 10 novembris
Theodorus, adolescens, conf. 10 novembris
Theodorus, studita 11 novembris
Theodorus Petri mansionarius 26 decembris
Theodorus et Theophanes 27 decembris
Theodosia, virgo 3 aprilis
Ejus translatio 22 julii
Theodosia, virgo, mart. 22 decembris
Theodosius, imperator 17 januarii
Theodosius, cœnobiarcha 11 januarii
Theodosius, episc. mart. 7 junii
Theodosius, episc. conf. 17 julii
Theodosius et Polycarpus 7 decembris
Theodata, mart. 27 septembris
Theodotus, episc. 4 novembris
Theodulfus, abbas 1 *et* 2 maii
Ejus translatio 4 aprilis
Theodulfus, episc. conf. 21 *et* 25 junii

Theodulus,

Theodulus, martyr 5 aprilis
Theofredus, mart. 18 novembris
Theogenes, etc. martt. 27 augusti
Theogenes, cum Timotheo, etc. 26 martii
Theogenes, mart. 20 novembris
Theogintus *vel* Theognitus, mart. 26 septembris
Theognestus, episc. mart. 21 junii
Theno, mart. 26 februarii
Theonas, mart. 5 januarii
Theonas, abbas 23 augusti
Theonestus, episc. mart. 30 octobris
Theonestus, episc. et soc. 22 novembris
Theonilla Egeana 23 augusti
Theopempus, episc. mart. 4 januarii
Theopemptus, mart. 5 januarii
Theophanes, confessor 12 martii
Theophanes, episc. 11 octobris
Theophanes, cum Theodoro 27 decembris
Theopharius, conf. 11 novembris
Theophili pœnitentia 4 februarii
Theophila, virg. mart. 11 novembris
Theophilus, mart. 6 *et* 7 februarii
Theophilus, cum Machario, etc. 28 februarii
Theophilus, cum Publia, etc., martt. 28 februarii
Theophilus, episc. 4 martii
Theophylactus, episc. 8 martii
Theopompus, episc. mart. 23 maii
Theorethgida, virg. 24 decembris
Theotgaris, conf. 30 octobris
Theotimus et Basilianus 18 decembris
Theraclius, episc. 9 julii
Therapons, hieromart. 27 maii
Therasia, uxor S. Waltfridi 22 junii
Thermes, cum sorore et ancilla 5 aprilis
Theylaidus, abbas, mart. 2 octobris
Thiomolus *alias* Piomolus 23 martii
Thionia, virgo, mart. 15 februarii
Thomas, mart. cum 37 9 februarii
Thomas Aquinas 7 martii
Ejus translatio 28 januarii
Thomas Morus, mart. 22 junii
Thomas, cum Cyriaca 7 julii
Thomas, episc. conf. 2 octobris
Thomæ apostoli vigilia 20 decembris
Thomas, Cantuariensis episc. mart. 29 decembris
Ejus ordinatio 3 junii
Ejus translatio 7 julii
Thraseas, mart. 27 martii
Thudebertus, conf. 30 maii
Thyadghermus, episc. 8 februarii
Thyrsus, cum soc. martt. 18 *et* 19 januarii
Tibla, virgo 6 martii
Tiburtius, episc. 16 aprilis
Tiburtius mart. 30 julii
Tigernagus, episc. conf. 4 *et* 5 aprilis
Tigrius, presb. mart. 12 januarii
Tillo, conf. 5 *et* 7 januarii
Tillo, episc. conf. 19 aprilis
Timolaus, mart. 24 martii
Timorus, mart. et soc. 8 aprilis
Timotheus, conf. 8 januarii
Timotheus, apostolus 24 januarii, 16 maii *et* 27 septembris
Ejus translatio 7 aprilis
Timotheus, qui fuit in Symbolis 21 februarii
Timotheus, cum Surento 18 martii
Timotheus et soc. 26 martii
Timotheus, et 7 soc. martt. 7 aprilis
Timotheus et Maura 3 maii
Timotheus et Felix 15 maii
Timotheus cum Faustino, etc. 22 *et* 23 maii
Timotheus, episc. mart. 10 junii
Timotheus, anachoreta 11 junii
Timotheus, cum Zotico et Paulo 30 junii
Timothei et Apollinaris translationes, Remis 9 septembris *et* 30 decembris
Timotheus Antiochenus 12 septembris
Titus, episc. 25 augusti
Tobias, propheta 2 septembris
Tolus, mart. 3 martii
Tornanus, diac. mart. 8 julii
Torpes, mart. 29 aprilis
Torquatus, episc. conf. 31 januarii
Tranquillinus, mart. 20 januarii
Tranquillinus, mart. 13 februarii *et* 7 julii
Tranquillus, conf. 15 martii
Transfiguratio Domini 26, 27 julii *et* 6 augusti
Traseas, episc. mart. 25 martii
Tricastinus, episc. conf. 7 novembris
Triduana, virgo 8 octobris
Triphillius, episc. 13 junii
Triphinius et soc. mart. 28 novembris
Triphon, martyr 26 januarii
Triphon, mart. 1 februarii
Triphon, mart. 3 februarii
Triphon, mart. 4 maii
Triphon, mart. 5 maii
Triphon et Respicius, martt. 10 novembris
Triphon, puer, mart. 5 decembris
Triphonia, virgo 4 junii
Triscius, episc. conf. 16 maii
Troesius, abbas 10 octobris
Trojanus, episc. conf. 10 februarii
Trojecius, conf. 26 octobris
Trophima, virgo, mart. 5 novembris
Trophimus, mart. 1 januarii
Trophimus et soc. martt. 18 *et* 19 septembris
Trovanus, episc. conf. 9 februarii
Trudonis conf. translatio 11 augusti
Trudo, cum Vedasto et Wasnulfo 1 octobris
Trutpertus, mart. 26 aprilis
Tugdualus, episc. 30 novembris
Tullianus, mart. 13 februarii
Tullus, mart. 18 februarii
Turgius, Pius et 154 19 septembris
Turibius episc. 16 aprilis
Turibius, episc. 25 augusti
Turrinus, episc. conf. 14 julii
Tutilla cum Felice, etc. 3 martii
Tybba, virg. 30 aprilis
Tycho Amathontæus 16 junii
Tymianus, episc. 17 februarii
Tyminus, episc. conf. 23 februarii
Tymon, episc. mart. 19 aprilis
Typorum Christi commemoratio 25 martii
Tyrsus, diaconus 2 aprilis
Tyrsus, mart. 31 julii
Tyrsus, cum 300 Thebæis 4 octobris
Tyrsus et soc. 3 14 decembris
Tysa, virgo 26 aprilis

U

Ubaldus, episc. 16 maii
Udalricus, episc. conf. 4 junii *et* 4 julii
Ugo, episc. conf. 10 martii
Ulfagius, conf. 7 junii
Ulgisus, episc. 4 februarii
Ejus translatio 4 aprilis
Ultus,

Ultus, martyr 22 januarii
Ultanus, frater S. Foillani 1 maii
Urbanus, Lingonensis episc. 2 aprilis
Ejus translatio 22 *et* 23 januarii
Urbanus, cum Birona, etc. 8 martii
Urbanus et soc. martt. 2 aprilis
Urbanus, conf. 29 aprilis
Urbanus conf. papa, 19 maii
Urbanus, papa, mart. 22 maii
Urbani, conf. etc. translatio 7 julii
Urbasus, etc. martt. 24 junii
Urbicius, episc. conf. 20 martii
Ursa, virgo 14 octobris
Ursianus et Leuchadius, conf. 13 decembris
Ursicinus cum Vitale, etc. 27 *et* 28 aprilis
Ursicius, episc. conf. 25 julii
Ursinus, mart. 30 maii
Ursini episc. conf. translatio 10 junii
Ursinus *alias* Ursus, conf. 28 julii
Ursinus, *alias* Ursicinus etc., martt. 13 decembris
Ursinus, mart. 24 augusti
Ursinus *alias* Ursus episc., 26 decembris
Ursinus, episc. 29 decembris
Ursio et Maurilius, conf. 29 aprilis
Ursio, monachus, conf. 29 septembris
Ursmarus, episc. 2 *et* 18 aprilis
Ejus elevatio 26 martii
Ejus translatio 2 julii *et* 2 octobris
Ursulæ et sociarum octava 28 octobris
Ejus commemoratio 12 augusti
Ejus translatio 28 januarii
Ejus quarumdam reliquiarum relatio 4 julii
Ursus, episc. 1 februarii
Ursius, conf. 3 maii
Ursus, episc. 25 julii
Ursus *alias* Ursinus, conf. 28 julii
Ursus, episc. conf. 30 julii
Ursus *alias* Ursinus, episc. 26 decembris

V

Valens et soc. 29 aprilis
Valens, episc. mart. 21 maii
Valentianus cum Leontio 20 augusti
Valentina, sancta mulier 25 julii
Valentinus, episc. 7 januarii
Valentinus, episc. mart. 16 julii
Valentinus, episc. conf. 4 augusti
Valentini mart. etc., exceptio 10 octobris
Valentinus, conf. 29 octobris
Valentinus et Hilarius, martt. 2 novembris
Valentinus, presb. 3 novembris
Valentinus et Tecla 17 novembris
Valentinus, cum Silvino 10 decembris
Valentius et Leontius 21 augusti
Valeria, mart. 31 martii
Valeria, conjux S. Vitalis 28 aprilis
Valeria, virgo 8 octobris
Valeria, virgo 2 decembris
Valeria, virgo 9 *et* 10 decembris
Valerianus, mart. 21 januarii
Valerianus *vel* Valerius, episc. 6 maii
Valerianus, presb. 21 maii
Valerianus, mart. et soc. 15 novembris
Valerianus, episc. conf. 26 *et* 30 novembris
Valerius, rex, mart. cum Ursulanis 14 februarii
Valerius, mart. et 20 11 martii
Valerius *alias* Valerianus, episc. conf. 6 maii
Valerius, conf. 10 martii *et* 26 julii
Valerius, mart. 22 octobris
Valis *alias* Vitalis, presb. conf. 21 *et* 22 maii
Varus, mart. 29 octobris
Vastradis, mart. 21 julii
Vedastus, episc. conf. 14 julii
Ejus relatio 15 julii
Ejus translatio 30 septembris *et* 1 octobris
Vedastus et Amandus 26 octobris
Vellesus et Faustinus, epp. 20 maii
Venans, mart. 11 octobris
Venantius Camers, cum. 1565 18 maii
Venantius, episc. conf. 7 junii
Venantius, mart. 10 octobris
Venantius, abbas, conf. 11 octobris
Venantius, abb. 14 octobris
Vendelinus, conf. 20 octobris
Veneranda, virgo, mart. 14 novembris
Venerandus, episc. conf. 18 januarii
Venerandus cum Maximo 25 maii
Venerius, mart. 1 januarii
Venerius, abbas 11 septembris
Venerius alter, conf. 11 *et* 13 septembris
Venerius, conf. 1 novembris
Venustianus, uxor et filii martt. 7 decembris
Veranus, episc. 19, 20 octobris *et* 10 novembris
Veranus, episc. 12 *et* 13 novembris
Verdiana, virgo 2 februarii
Veredemus, episc. conf. 17 junii
Verena, virgo 1, 2 *et* 12 septembris
Vermebandus, abbas 6 aprilis
Verolus, presb. conf. 16 junii
Verona, virgo 29 augusti
Veronica, vidua 4 februarii
Veronica, matrona 25 martii
Veronus, confessor 30 martii
Ejus translatio 31 januarii
Veterinus, conf. 18 julii
Viator, mart. 9 augusti
Viator, lector 14 octobris
Viator, conf. 22 octobris
Viator, episc. 14 decembris
Victor cum Pastore, martt. 12 januarii
Victor, cum Censoriano, etc. 28 januarii
Victor, cum Paulo, etc. 29 januarii
Victor, cum soc. 20 martt. 1 februarii
Victor cum Gaio, etc. 20 februarii
Victor, episc. mart. 25 februarii
Victor, conf. 25 *et* 26 februarii
Victor cum Pamphilo, etc. 5 martii
Victor, mart. Mosomensis 6 martii
Victor cum Quinto, etc., martt. 17 martii
Victor, cum Rogato 18 martii
Victor, cum Corona 24 martii
Victor et soc. 14 26 martii
Victor, mart. 29 martii
Victor, cum Chiona, etc. 1 aprilis
Victor cum Amphiano, etc., martt. 2 aprilis
Victor, mart. 7 aprilis
Victor III, papa 21 aprilis
Victor, Siricius, etc. 26 aprilis
Victor, Maximus, etc. 27 aprilis
Victor, miles, mart. 13 maii
Victoris translatio, Mediolani 14 maii
Victor, cum Secundino, etc. 14 maii
Victor, cum Basilio, etc. 17 maii
Victor et Rufinus 26 maii
Victor, cum Emerito, etc. 11 junii
Victor, conf. 20 julii

Victor, miles, martyr 23 julii *et* 15 novembris
Victor papa, mart. 28 julii
Victor, episc. conf. 23 augusti
Victor et Sosthenes, martt. 10 septembris
Victor et Stephana 18 septembris
Victor, conf. 21 septembris
Victor, mart. post Thæbeos 22 septembris
Victor, mart. e Thebæis 23 septembris
Victoris mart. translatio 29 *et* 30 octobris
Victor, mart. cum Spargo, etc. 3 octobris
Victor et Alexander 17 *et* 18 octobris
Victor et Sindulfus, conf. 21 octobris
Victor, cum soc. 15 1 decembris
Victor, cum Adriano et Cæcilia 10 decembris
Victor, cum Victuro et soc. 33 17 decembris
Victor, cum Castore et soc. 28 decembris
Victoria, matrona 6 martii
Victoria et Marcellosa 20 maii
Victoria cum Anatholia 18 decembris
Victorianus et soc. martt. 15 maii
Victorianus, cum Emerito, etc. 11 junii
Victorianus, etc. martt. 26 julii
Victoricus, martt. 24 februarii
Victorina, mart. 17 martii
Victorinus, cum Syrico, etc. 21 februarii
Victorinus, cum Palatino, etc. 22 februarii
Victorinus cum soc. martt. 25 martii
Victorinus, etc. martt. 28, 29 *et* 30 martii
Victorinus et soc. martt. 28 aprilis
Victorinus et Cassius, martt. 16 *et* 18 maii
Victorinus, mart. 24 julii
Victorinus, conf. 5 septembris
Victricius, episc. conf. 7 augusti
Victrix et Marcialis 18 octobris
Victurus, cum Germano, etc. 31 martii
Victurus, cum Victore et 33 soc. 17 decembris
Victus et soc. martt. 21 maii
Viduarum 40 19 novembris
Vigiliæ dispersæ S. Pippini 21 februarii
Vigilius, episc. mart. 26 junii
Vigilius, episc. mart. 26 junii
Vigor, episc. 5 novembris
Ejus translatio 2 novembris
Villebadis, mart. 11 maii
Vincentius, presb. 12 *et* 13 martii
Vincentius Ferrerius 5 aprilis
Vincentius Lirinensis 24 maii
Vincentius *vel* Viventius, etc., martt 1 junii
Vincentius, episc. mart. 6 junii
Vincentius, mart. 12 julii
Vincentius, conf. 14 julii
Vincentius *pro* Viventius, episc. 7 *et* 8 septembris
Vincentius, cum Primitiva 23 julii
Vincentii mart. translatio 23 septembris
Vincentius *seu* Vincius, conf. 17 octobris
Vincentii levitæ mart. inventio 27 octobris
Ejus translatio 21 januarii
Vincentius, diac. 31 octobris
Vinciana, virgo 11 septembris
Vindemialis, mart. 1 februarii
Vindemialis, episc. 3 maii
Vindicianus, episc. 11 martii
Vindicianus, episc. 25 junii
Virgilius, episc. 10 octobris
Virgilius, episc. 27 novembris
Ejus translatio 27 septembris
Virgines 3 Colonienses 17 maii
Virgines plurimæ 31 augusti
Virianus, mart. 1 junii
Virianus, etc., martt. 1 julii
Visitatio B. M. V. 2 julii
Ejus octava 9 julii
Vitalianus papa 27 januarii
Vitalianus, episc. conf. 16 julii
Vitalina, virgo 21 februarii *et* 16 novembris
Vitalis, cum Stephano 1 januarii
Vitalis, mart. 21 januarii
Vitalis cum Donato 19 aprilis
Vitalis, cum Ursicino 27 *et* 28 aprilis
Vitalis, pater S. Gervasii, mart. 20 junii
Vitalis, Sator et Repositus 29 augusti
Vitalis, conf. 14 *et* 16 octobris
Vitalis et soc. martt. 24 octobris
Vitalis et soc. 31 octobris
Vitalis, conf. 2 novembris
Vitalis et Agricola, martt. 3 *et* 4 novembris
Vitalis et soc. 16 novembris
Vitonus, episc. conf. 9 novembris
Vitumius, episc. conf. 2 julii
Vitus, cum Castula, etc. 25 januarii
Vitus, conf. 29 aprilis
Vitus, mart. 15 junii
Ejus translatio 10 martii
Vivardus, episc. conf. 1 septembris
Viventiolus, episc. 12 julii
Viventius, presb. conf. 13 januarii
Viventius, episc. conf. 7 *et* 8 septembris
Vivianus, cum Felice, etc. 26 julii
Vivianus *alias* Junianus, etc. 13 augusti
Vivinna, abbatissa 10 februarii
Vodalis, conf. 4 *et* 5 februarii
Volganus, episc. conf. 2 novembris
Volterus, mart. 7 martii
Volusianus, archiepiscopus 18 januarii
Vulflagius, presb. conf 1 octobris
Vulganus, episc. conf. 29 octobris
Vulmarus, abb. conf. 20 julii
Vulnerum 5 Christi memoria 4 junii
Vulpia, virgo 31 januarii
Vultanus, abb. 4 septembris

W

Walbodo *alias* Vallbo, episc. 21 *et* 22 aprilis
Walbertus *alias* Waldebertus, abb. 2 maii
Walburga, virgo 18 decembris
Walburgis, virgo 25 februarii
Ejus elevatio 4 augusti
Ejus translatio 1 maii
Walfridus, abbas 11 februarii
Waltfridus, mart. 22 junii
Valtfridus episc. conf. 7 julii
Waldefridus cum Rasfrido 3 decembris
Waldrada, virgo 5 maii
Walericus, abb. 2 junii
Walericus, conf. 12 novembris *et* 9 decembris
Waltenus, abb. conf. 3 augusti
Walterus, abb. 3 maii
Waltgerus, conf. 16 novembris
Waltrudis *alias* Waldetrudis, vidua 28 martii, 9 aprilis *et* 2 novembris
Ejus translationes 3 februarii *et* 12 augusti
Ejus çanonisatio 2 novembris
Wandelinus, conf. 21 octobris
Wanningus, conf. 9 januarii
Wandregisili translatio 31 martii
Warlesii et Luxoris translatio 20 novembris

Warmudus,

Warmudus, patriarcha 26 julii
Wasnulfi elevatio 10 januarii
Wasnulfus, mart. *alias* conf. 1 octobris
Waso, episc. 8 julii
Wenceslaus, mart. 28 septembris
Ejus translatio 4 martii
Wenenfrida, virgo 3 novembris
Weomadus, episc. conf. 8 novembris
Wereburga, virgo 3 februarii
Werenfridus, presb. conf. 14 augusti
Weriburga, virgo 21 septembris
Wernherus, puer a Judæis occisus 19 aprilis
Wibertus *alias* Guibertus, abbas Gemiblacensis 23 maii, 12 *et* 13 augusti
Wibrandis, virg. 3 julii
Wichbertus, episc. conf. 13 augusti
Wichburga, virg. 9 julii
Wido *seu* Guido, abb. 4 maii
Wilberada, virg. 2 maii
Wilbertus, episc. conf. 11 septembris
Wilfida, abb. 9 septembris
Wilfridus, episc. conf. 12 octobris
Ejus translatio 24 aprilis
Wilgefortis, virg. mart. 12 et 20 julii
Wilhelmus, abbas 6 aprilis *et* 16 junii
. Ejus translatio 4 julii
Wilhelmus, dux Aquitaniæ 28 maii
Wilhelmus, Carthusianus 19 decembris
Willebaldus, episc. et conf. 6 novembris
Willeicus, conf. 2 *et* 7 martii
Willehadus, episc. conf. 6 *et* 8 novembris
Willelmus, episcopus 9 *et* 10 januarii
Willelmus, archiepisc. 8 junii
Willibaldus, episc. conf. 7 julii
Willibrordus, episc. mart. 3 octobris
Willibrordi episc. translatio 19 octobris
Wimon, episc. 21 octobris
Winebaldus, abb. conf. 18 decembris
Winnehaddus, abb. conf. 6 novembris
Winobaudus, presb. 6 aprilis
Winocus, abbas, conf. 6 novembris
Ejus elevatio 23 martii
Ejus translatio 18 septembris
Ejus adventus in Bergas 30 decembris
Winwalocus, conf. 2 *et* 3 martii
Ejus translationes 28 aprilis *et* 1 augusti
Wirminus, miles, mart. 18 januarii
Wiron, episc. conf. 8 maii
Witeburga, virg. 17 martii *et* 8 julii
Wittekindus, dux Westphaliæ 6 januarii
Wivina, virgo 17 decembris
Wlfadus, mart. 24 julii
Wlpecla, virg. 7 septembris
Wlsini episc. translatio 28 aprilis
Wolfangus, conf. 30 et 31 octobris
Ejus translatio 7 octobris
Wolfelmus, abb. 22 aprilis
Wolstanus, episc. 19 januarii
Wulfrannus, episc. conf. 23 aprilis
Ejus translatio 7 octobris
Wulfrinus, episc. 8 januarii
Wulstani episc. translatio 7 junii

X

Xena, sancta mater 24 januarii
Xenophon ejusque comitatus 26 januarii

Y

Yda, comitissa, vidua 13 aprilis
Yda, virgo, martyr 30 novembris
Yduberga *alias* Itta, vid. 8 maii *et* 5 novembris
Yminia, virgo 11 februarii
Yonius, mart. 5 augusti
Ythamarus, episc. conf. 10 junii

Z

Zacharias, papa 14 *et* 15 martii
Zacharias, monach. 2 junii
Zacharias, episc. mart. 26 maii
Zacharias, episc. 25 septembris
Zelotus et soc. martt. 6 decembris
Zemmeo, *ignotus* 12 martii
Zenobia et Zenobius, martt. 30 octobris
Zenobius, Florentinus episc. 25 maii
Ejus translatio 26 januarii
Zeno, mart. 23 februarii
Zeno, mart., etc. 8 julii
Zeno *vel* Geno, mart. 19 septembris
Zeno et soc. epp. 8 decembris
Zenon, episc. 11 aprilis, 8 *et* 9 decembris
Zenon, monachus 12 aprilis
Zenon, episc. mart. 12 aprilis
Zenon et duo pueri 2 septembris
Zenon et Donatus 31 decembris
Zepherinus *pro* Severinus, episc. 21 decembris
Zephyrinus, papa 29 decembris
Zoerardus et Benedictus 1 maii
Zoilus, presb. conf. 27 decembris
Zona Deiparæ 1 augusti
Zosemus, mart. 11 martii
Zosimus, abb. 12 aprilis
Zosimus et soc. martt. 20 octobris
Zosimus cum Rufo 16 *et* 23 decembris
Zozimus et soc. 19 decembris
Zozimus, conf. 15 julii
Zoticus cum Tarsico, etc. 31 januarii
Zoticus, mart. 2 februarii
Zoticus cum Victore, etc. 11 februarii
Zoticus cum Attala, etc. 4 junii
Zoticus, presb. orphanorum altor 30 decembris

MARTYROLOGIA

HIERONYMIANA CONTRACTA

AD PRÆSENTEM

MARTYROLOGIORUM

HIERONYMIANORUM CONTRACTORUM

EDITIONEM

PRÆFATIO

Non displicuisse eruditis antiquitatis ecclesiasticæ studiosis nostrum in illustrando Usuardi Martyrologio conatum, habeo, quæ proferre possim, plurimorum testimonia; nec pauciora aut minus expressa, de probata Martyrologorum genesi atque progenie in operis istius præfatione expansa deductaque. Primum omnium et vetustissimum et ceterorum caput aut stirpem, Hieronymianum esse, nemo hodie in dubium revocaverit. Placuit igitur inter alia conspectus ille variorum Martyrologiorum quantumvis contractorum, a primo illo stipite profluentium, de quibus cap. I, art. 1, § 1 cursim egimus, plura pollicentes, si specimen ibi exhibitum curiosis harum rerum scrutatoribus arrisisset. Arrisit omnino, idque stimulum non mediocrem addidit, quo datam ibi fidem quantocius liberarem, tametsi prosecutio Operis, seu mensis Julius illustrandus tantum laboris suppeditaret, ut vix quidquam otii reliquum fieret, ad vetusta illa cimelia pro merito eruderanda. Repertus est modus, quo utrique debito fieret satis; nimirum et promovendo Operi, et Hieronymianis nonnullis recensendis, quibus in altera Supplementi Junii parte, opportunum locum superesse animadvertebam. Hac itaque occasione usus, præcipua quædam selegi utriusque ordinis, nempe: priora magis pura et integra, paucioribusque aut Sanctis aut elogiis interpolata et aucta; tum vero ex multis unum, variis Bedæ aut Flori elogiis hinc inde amplificatum, ut infra de singulis seorsim erit exponendum.

2 Præmitti hic velim ex dicta præfatione Usuardina totum articulum ad Hieronymiana spectantem, ne repetenda sint, quæ ibi satis explicata existimo. Plura siquidem eo loco contractiora Hieronymiana enumeravi, suis characteribus eo saltem usque distincta, ut, modo exempla, quæ jam vidimus, præ oculis sint, ac cum Gellonensi, quod Spicilegii tomo XIII vulgavit Acherius, et cum Variantibus Additionibusque aliorum ibi subjunctorum, conferantur, idea satis genuina et propria haberi possit, ad ferendum judicium de quibuscumque aliis id genus Martyrologiis, quæ ad Hieronymianorum classem reducuntur. Monendus semper lector, horum Martyrologiorum stylum, modum, symmetriam, totumque ordinem, ad eorum fontes, scilicet vetustissimum Epternacense, Lucense, Corbeiense et Blumianum apud Florentinium exploranda, cujus commentarii, annotationes, exercitationes hisce brevioribus æque ac majoribus istis planissime subserviunt; ut proinde actum agere, aut multas hic observationes congerere supervacaneum sit, præterquam quod de Sanctis priorum sex mensium in Actis abunde dixerimus; reliquis vero operosius explanandis, proprius in altero semestri locus supersit. Id tamen necessarium duximus, nonnulla hic præfari et explicare, quæ harum rerum minus peritos nata sunt offendere, ne si hac luce careant, spernenda putent, omni æstimatione et veneratione dignissima monumenta, quod manca, mutila, corrupta, luxata et scabrosa videantur tum in locorum, tum in Sanctorum nominibus turpiter passim transpositis aut mutatis, quemadmodum a Bollando, Henschenio, Florentinio, et in citata jam Usuardina præfatione nostra, ex professo expositum est.

3 Assuescant, obsecro, curiosi lectores incondito, barbaro et horrido amanuensium scribendi modo, eorumque negligentiæ, oscitantiæ, socordiæ ignoscant, tametsi translati et repetiti, tribus sæpe aut pluribus diebus Sancti, nunc soli, tum sociis juncti, alias non modice deformati repræsententur. Propria hæc quodammodo sunt seculorum istorum ignorantiæ, quæ non minus in Hieronymianis majoribus, quam in hisce contractis, omni prope Sanctorum laterculo elucent. Turbationibus illis causam aut occasionem dederunt tum repetitæ toties transcriptiones, tum maxime abbreviationes pro variorum arbitrio, dicam, an inscitia, efformatæ, subinde ab aliis perperam correctæ, tum transpositæ, postea amplificatæ, demum rursus contractæ, unde ex eodem nomine diversa proma-

narunt.

narunt. Exemplo sint *Al.* quod pro *Alibi* positum, forte in *Ab* mutatum, codex Gellonensis sæpenumero in *Abbatis* nomen ridicule vertit, ut videsis solo mense Martio, XIII, XVI, XXIII, XXIV, XXVI. Ad eumdem modum *Nic.* ab aliis pro *Nicomedia*, ab aliis pro *Nicea* acceptum; *Alex.* vel *Alexand.* modo locum seu positionem *Alexandriæ*, modo Martyris nomen *Alexandri*; *Af. Africæ, Afri*, vel *Afræ*; *Ant. Antiochiam* vel *Antisiodorum*; *Arv. Arvernis*, vel *Arvennis* educendi ansam librariis præbuere, ut pluribus locis contingit; quibus totidem alia vitiosissime expressa adjungere liceret, uti et tetricas eorumdem Sanctorum repetitiones ac transpositiones, nisi præfationis limites prætervehi vereremur : tam obvia sunt tum in laterculis Florentinianis, tum in his nostris, ut nullo non die in oculos continuo incurrant.

4 At vero nec seculorum, quibus laudata Martyrologia scripta sunt, barbaries, nec librariorum seu amanuensium pingendi imperitia, stupiditas et incuria quidquam detrahunt istiusmodi monumentorum auctoritati et venerationi; utpote quæ vetustissima atque evidentissima sunt, tum cultus Sanctorum in Ecclesia perpetui, tum ritus eosdem quotidie invocandi honorandique argumenta, ut alibi sæpius demonstratum est. Singulorum codicum justam ætatem accuratius figere, aut scrupulosius determinare, nec vacat, nec vero satis obvium est. Remotissimam vetustatem spirat ipse annuntiandi modus, per sola Sanctorum, sæpius per positionis seu locorum nomina, ut pridem ex notissima S. Gregorii ad Eulogium Alexandrinum epistola explicuere Majores nostri, Florentinius, et nos in sæpe dicta ad Usuardum præfatione. Quod autem seculis quandoque posterioribus scripta esse, ex recentiorum Sanctorum appositione patescat, id ceterorum antiquitati nequaquam præjudicat, cum pro variis locis, ubi usitata fuerunt, aut pro describentium gustu, adjecta tantummodo sint paucula nomina, nonnumquam alio charactere distincta, aut adoptati loquendi modi, quæ omnia, ut facile dignoscuntur, sic antiquiores textus minime inficiunt. Inversa nomina ad marginem aliquando correxit Acherius, cœperam et ego notulas hinc inde adjicere, aut textui correctiones inserere; verum inutilis ferme visus est labor, cum ex codicum inter se collatione, occurrentia sphalmata lector ipse suo marte possit restituere, et non sine aliqua voluptate in ea disquisitione versari, nonnulla detegendo, quæ intellectum oblectent, atque ad plura examinanda alliciant.

5 Unum fortasse morosioribus hominibus displicere possit, quod nimirum plura unius prope formæ Martyrologia hic publicemus, eaque talia, ut a Gellonensi, quod Acherius primum edidit, non magnopere differant; quorum proinde variantes lectiones satis fuisset adducere, ut ipse ibidem præstitit, alios codices cum præfato Gellonensi conferendo. Si qui tales reperiantur, ii sibi responsum habeant : — I. Pluris apud me esse curiosorum id genus Martyrophilorum desiderium. — II. Non omnibus ad manum esse Acherianum Spicilegium. — III. Et quamquam in promptu fuerit, adeo diversa esse Martyrologia nostra, ut in iis recensendis nec laboris me pœniteat, nec alium lectionis merito tædere possit. Adde quod in multis præstantiora hæc sint Gellonensi, ut ex pluribus mox perspicies. — IV. Intelligant, variantes colligi non potuisse, nisi hic denuo ederetur Gellonense, quod ab instituto nostro alienum erat. Ceterum ne integra deficiant, neve plura edendo sæpius eadem reproducere videamur, sena dumtaxat exempla exhibebimus, ad quorum normam, tum reliqua nostra, tum alia ejusdem generis revocanda esse, ex paulo longiori specimine, ad hujus opusculi calcem, manifeste patebit. Nunc proprios sæpe dicti Martyrologii Gellonensis characteres præmitto; idem de nostris ex ordine facturus, ut de singulorum merito et pretio facile statuatur.

De Martyrologio Gellonensi.

EX EDITIONE ACHERII TOMO XIII A PAG. 388.

Ad lectorem sic loquitur editor num. V : *Martyrologium Gellonense, sive monasterii S. Guillelmi de deserto, O. B. diœcesis Lutevensis,* *pervetustum, ineunte scilicet seculo nono, anno circiter* DCCCIV *conscriptum, extat in fine libri Sacramentorum, ex Gelasiano et Gregoriano compositi ab Albino Alcuino, uti refert Hariulfus.... Porro Martyrologium Gellonense contulimus cum Martyrologio Hieronymiano San-Remigiano MS. et aliis, ac variis lectionibus excerptis ex duobus manu exaratis Martyrologiis antiquis, uno monasterii S. Galli in Helvetia, altero anonymi, quæ V. Cl. Stephanus Balusius manu sua descripsit, et nobis perhumaniter suo more concessit.* Recte censuerunt viri illi doctissimi, pretiosa esse et luce dignissima, tum alia ista Martyrologia, tum Gellonense, quamvis brevius et locis aliquibus mutilum, tamen antiquitate sua venerandum ; quale etiam eruditis omnibus et id genus cimeliorum æstimatoribus semper visum est. Idque adeo Castellanum pridem impulerat, ut, qui plura ejusdem Martyrologii exemplaria in Museo nostro exstare compererat, nos ad eadem evulganda toties et tanta contentione excitaret. Vicit ipsius aliorumque eruditorum amicorum auctoritas, tanto facilius, quod nostra illa, cum Gellonensi comparata, tametsi fortasse antiquiora non sint, aliis certe titulis ipsum superent, ut ex singulorum cum eo collatione curiosus lector intelliget.

7 Signatam supra ab editore codicis ætatem nec improbo nec impugno, qualescumque sint adductæ ab eo notæ : equidem pro indubitato habeo non posse non esse antiquum quod Hieronymiana methodo et ratione dispositum est. Solum adverti unicum esse locum XIV Decembris : *Dedicatio Basilicæ sancti Salvatoris in Gellone*, unde codici isti appellatio indi potuerit, *Gellonensis*, cum argumentis pluribus educi posse videatur, spectasse olim ad Resbacense cœnobium, a S. Audoeno Rothomagensi archiepiscopo in diœcesi Meldensi fundatum. Habe in eam rem textus varios : sic lego XXV Junii : *Rarbacis* (pro *Rasbacis*) *monasterio, dedicatio ecclesiæ sancti Audoeni episcopi*, argumentum in hoc genere convincentius nemo desideret; habe aliud ex die XXVI Augusti : *Rabasc. mn.... sancti*

Quintualerdi

Quutualerdi mart. ; rursus xxx Augusti : *Rabascis monasterio, depositio Agili abbatis.* Pluribus opus non est, sed quæ hic obiter notasse suffecerit ; de voce aut nomine contendere non lubet : mihi susdeque est sive Resbacense sive Gellonense nuncupetur prædictum Martyrologium ; e re nostra est, alias ejus proprietates observare.

8 Præter corrupta, inversa, truncata, luxata, tum locorum, tum Sanctorum nomina, quod omnibus convenire sæpius monuimus, illud huic codici peculiare, quod in frequentissimis textibus, nec unum locum exprimat, ad quem enumerati Sancti pertineant. Ne singula cum lectorum tædio recenseam, solo mense Februario, a die xii usque ad finem, non nisi quater locum designat ; quod ineluctabili confusioni obnoxium esse, nemo non percipit. Non diffitebor idem quandoque in nostris et vel ipsis Florentinianis recurrere ; verum longe rarius, ut saltem in hac parte, aliis multo defectuosius sit prædictum Gellonense. Aliud invenio ab Hieronymiano stylo abhorrens, quod verbo supra indicabam, inter mera Sanctorum martyrum nomina toties interseri titulum *abbatis*, ubi legendum est *alibi*. Plures *Octavas*, v. g. S. Martini, et alias habet, quam in nostris reperiam ; ex quo non inepte quis argueret Insuper fallere ætatis notam ab Acherio assertam ; sed de hoc alibi disputavimus. Martii die iv, præter alios codices omnes legit : *Adriani episcopi ordinatio ;* et xix Augusti signatur : *Reversio sanctæ Crucis*, quæ in nostro Labbeano ad marginem posita est. Utrum hæc omnia prædictæ epochæ ab Acherio adscriptæ nihil officiant, quærere supersedeo ; mihi satis antiquum est, ut iterum dicam, quidquid Hieronymianum est, aut Hieronymianorum codicum stylum sapit, qui in hoc et in nostris exemplaribus se prodit manifestissime. Jam ad codices editionis nostræ accedamus.

De Martyrologio Rhinoviensi.

Ex Hieronymianis majoribus solum Epternacense viderat Bollandus dum Januarium ederet ; ex contractioribus unicum hoc Rhinoviense, de quo in Præfatione generali sic meminit : *Aliud quoque Martyrologium perbreve et mutilum, sed cum illo Treverensi sive Epternacensi consentiens, quod olim Rhinoviensis juxta Basileam cœnobii fuit, reperi in Rosweydi schedis.* Porro ex eodem tredecim primos Januarii dies, speciminis gratia, descripsit ; ego pluscula ad ipsum codicem seu fragmentum membraneum spectantia explicui num. 27 Præfationis Usuardinæ, quibus hic reliqua addo ex laudata ibidem epistola nostri Stephani Viti, sic Rosweydum alloquentis : *Gratissimum scio munusculum ereptum de incendio torrem, fragmenta veteris Martyrologii (multo antiquioris, nisi me fallant manus et notæ, quam sit vestrum Romanum vetus evulgatum) quod incipit a die natalis Jesu Christi in terris. Sunt tredecim folia, in forma 8 majore, membranæ, boni characteris prisci, quamvis ob nimiam senectam non raro fugientis et evanidi. Desunt.... cetera talia sunt, ut vestris oculis placitura, nisi forte...... displiceat ad vi Kal. Maii . In Persida, nat. S. Mathei Apostoli et Euangelistæ, pro : Romæ, Joannis ante portam Latinam. Nam idem istud meum fragmentum diserte recteque sic ad xxi Septembris : In Persida, nat. S. Mathei Apostoli et Euangelistæ ; et xi Kal. Sept. Romæ, Timothei, discipuli S. Pauli Apostoli : male dies , mensis, locus .* Hactenus Vitus, necdum Martyrologiis istiusmodi versandis assuetus.

10 Etenim in adductis exemplis nihil singulare habet hoc Rhinoviense Martyrologium, quod aliis Hieronymianis, etiam majoribus, satis commune non sit, de quibus tunc temporis haud quidquam noverat laudatus Vitus, cetera vir doctissimus. Neque certior est ejus conjectura de tempore, quo Rhinoviense scriptum fuerit, quod an Romano parvo antiquius sit, definire non ausim. Annuntiatio *Assumptionis sanctæ Mariæ* xv Augusti, remotissima secula non redolet ; nec forte adeo vetusta sunt, quæ duobus sequentibus diebus signantur ; Augusti xvi : *Dedicatio ecclesiæ Mariæ Insula*, item xvii : *Dedicatio oratorii sancti Johannis Baptistæ in Insula. Margaretam* xv Julii manu recentiori adjectam, alio charactere distinximus, uti et i Septembris : *Verenæ virginis.* Quod et factum in *Depositione sancti Benedicti abbatis* xi Julii, quantum colligere licet, adjectitia, quamquam in aliis nostris prima manu referatur. De cetero paucissima habet præfatus codex, quæ ex antiquissimo aliquo decerpta non sint, ut proinde et ipse antiquissimus appellari mereatur ; istis nihil vitii est relictum, quin et sit idem huic, præter mutila verba aut evanida, quæ recte observavit Vitus. Lucem modicam hinc inde aspersimus, sed quæ cum originali textu non facile confundatur, utpote hamulis suis inclusa. Non minus recte fragmentum vocavit Vitus, in quo nimirum *desunt folia ab* viii *Kal. Februarii usque ad* xiv *Kal. Aprilis ; et a* xxvii *Septembris, ad usque Decembris* xxiv. Passim convenit cum proxime sequenti Richenoviensi, quod tamen plenius est, et locis nonnullis auctum, ut statim declarabimus.

De Martyrologio Richenoviensi,

SIVE AUGIÆ DIVITIS PROPE CONSTANTIAM.

Quemadmodum cognata sunt monasteria Rhinoviense et Richenoviense, sic affinitatem contraxerunt utriusque loci Martyrologia. De hoc codice pauca notavimus sæpe dictæ Præfationis num. 29, diximusque Majores nostros ipsum accepisse anno MDCLI ; antiquum esse et notæ optimæ, neque Gellonensi posthabendum, quamvis hinc inde recentiora Sanctorum, præsertim Germanicorum, nomina adscripta habeat. Absque hoc si foret, ceteris prope omnibus in unctanter præferrem. At superius monui auctaria paucula ceteris sanis, sinceris et integris fraudi esse neutiquam posse, præsertim cum in distinguendis positionis seu martyrii locis, aliisque accuratius exprimendis excellat.

Quæ

Quæ authographo scriptura posteriori addita erant, ex litteris Italicis dignoscuntur. Verissimum Hieronymianum esse, propriæ characteristicæ satis demonstrant, vel in truncatis inversisque nonnumquam Sanctorum nominibus, iisque non raro sæpius repetitis. Exemplum se offert in ipso principio, dum *S. Stephanus* ponitur loco proprio XXVI Decembris; tum vero I Januarii: *In Oriente, Stephani*; rursus II Januarii: *Hierosolyma, Stephani*; præterquam quod idem nomen annuntietur, XXX et XXXI Decembris. Sed hæc et id genus plura in propatulo sunt; alia observemus, quæ aut ignota sunt lectori, aut cum facilius fugere possunt. Displicet titulus *Sancti*, paulo frequentius, quam Hieronymianis in usu sit, a librario appositus. Reliquas maculas ordine referam, nihil negligens, quo plena et, quantum fieri potest distincta operis notitia habeatur.

12 Suspicor *Dedicationem ecclesiæ S. Albini martyris* XXX Decembris, loci, cujus Martyrologium aliquando fuerit, propriam esse. Transposita aliqua sunt XXVII, XXVIII et XXIX Januarii. *Blasius* III Februarii videtur adjectitius. Ejusdem mensis XIII, scriptoris vitio legitur: *Et Albini, natale ducentorum*, pro, *Et alibi, natale Dicenti*. En stylum recentiorem, XIX Martii: *Bethleem, sancti Joseph nutritoris Domini*. Reliqua brevius assignemus. Nescio cur subvirgulata fuerit *translatio* posita IX Aprilis. Eodem mense XXIII est *Adalbertus episcopus*, sancto Georgio junctus. Maii I, *Waldburga*; IV ejusdem *Gotehardus episcopus*; VIII ejusdem, *inventio basilicæ S. Michaelis*. Junii V, *Bonifacius*, XVI, *Aureus et Justinus*. Julii IV, *Udalricus*; VIII, *Chilianus, Colmanus*, etc.; XXII, *Mariæ Magdalene*. Augusti IV, differt textus ab aliis Hieronymianis; V legitur, *Oswaldi martyris*; XV, XVI et XVII, eadem habet, quæ in Rhinoviensi notavimus. Prætereo quæ cursivo impressa sunt. Septembris I, recurrit *Verena*; IX, *Keranus*; XXIII, *Athemananus*. Novembris XII, *Burchartus*; XVI, *Otmarus*; XVIII, *Dedicatio ecclesiæ S. Georgii*, etc.; XXIV, *Gebhardus et Eberhardus*; demum XXV: *Et in Alexandria, Katherinæ virginis et martyris*. Hæc sunt præcipua, quæ animadversione digna existimavi. Consulto omissa sunt, quæ huc nihil faciebant, tum Dominicales litteræ tum notæ Epactarum. Ex Paschali tabula ad calcem adjecta, ab anno MCXXXIX ad MCXLIX, haud obscure colligitur, eo circiter tempore descriptum fuisse.

De Martyrologio Augustano

MONASTERII S. UDALRICI.

Seriem prosequor in MSS. nostrorum ordine ab Henschenio dispositam, nullo codicum merito aut præjudicio. Augustanum hoc Gellonensi simillimum est in prætermittendis aut in Sanctorum nomina mutandis positionibus seu martyrii locis. Neque in aliis ab eodem deflecteret, nisi cœnobii Germanici, uti præcedens, usibus quoque aptatum, pauca popularia et recentiora tum admixta, tum superaddita aliquando exhiberet; ac præterea in multis deformatum esset, quæ vix restitui aut corrigi potuere, quamvis hamulis et parenthesibus sæpe usi fuerimus. Pro magna parte Papebrochii manu descriptum est, tum opinor cum per Germaniam in Italiam proficisceretur, socius Henschenio, cujus etiam calamus apparet. Incipit a Kalendis Januarii, deficitque in IV Novembris. Utrum abbreviationes omnes scrupulose observatæ sint, frustra modo quæsiveris; tertia manus in iis supplendis liberalius versata videtur. Licitum nobis putavimus, (quod de aliis etiam nostris hisce Martyrologiis dictum sit) licitum, inquam, putavimus: pro *Al.* substituere *Alibi*; *Martyris* pro *M*; *Virginis* pro *V*; *Apostoli* pro *Apli*; *Episcopi* pro *Epi*; et si quæ sunt aliæ ejuscemodi minutiæ, servato in ceteris accuratissime scribendi, imo et nomina invertendi, truncandi, luxandique modo. Codici huic singulare prorsus advertet lector, quod in *Vigiliis* notandis, quæ desunt apud alios, frequentior sit, neglectis *Octavis*, quarum tamen alii meminerunt. Si quis laterculos singulos Gellonensis et Augustani hujus componat, non magna in antiquis discrimina inveniet; nonnumquam excedunt et exceduntur. Ad XXIV Maii Gellonense legit: *Africa, Joannis Apostoli*; melius nostrum, *Epheso*. En modo reliqua observatu digna.

14 Ad codicis commendationem facit, quod *Vigiliam Epiphaniæ*, tum Januarii VIII, *Severini Conf.* (quem et alibi notat,) III Februarii, *S. Blasii*, IV *Feb. S. Helenæ reginæ*, alio charactere discernat. Ad textum pertinent, XVII Martii: *Obitus sanctæ Gertrudis*; XXVII: *Rudperti episcopi et conf.*, qui XXIV Septembris denuo recurrit; XXIV Aprilis: *S. Quirini martyris*. Idem, sed aliis verbis quam in Richenoviensi, annuntiatur: *Adventus S. Michaelis in monte Gargano*. Habet V Junii, *Bonifacios* duos; IX, *Columbam* refert. *Bernabas Apostolus*, Hieronymianis ignotus, hodiernum locum obtinet XI Junii. Ejusdem mensis XXVI refertur *Vigilius episcopus*. Julii IV, rubris litteris in autographo scriptum erat: *N. S. Udalrici episcopi*; VI, *Goari*; VII, *N. S. Willibaldi episcopi et conf.*; VIII, *Ciliani episcopi et sociorum*. Adjecti sunt *Filii Felicitatis*. XIII adjungitur: *Margaretæ virginis*; et XXII, in medio textu: *S. Mariæ Magdalene*, sed cursivo distincta. Quæ III Augusti refertur, *inventio sancti Stephani, etc.*, aliis etiam deest, et hic satis distinguitur; VII et IX, *Afra* et *Romanus*; XVI, repetitur *Arnulfus*, qui in hoc, Gellonensi et Labbeano est XVIII Julii. Ad I Septembris: *Egidii* et *Verenæ*; IV *Erendrude*. *Gorbinianus episcopus*; XXII, aliunde accessit determinatus Agaunensium numerus *sex scilicet milium sexcentorum sexaginta sex*, additurque *Emmeramus*. *Wenceslaus* supperadditus est, uti et *Bavo*, I Octobris. Tum XII: *Dedicatio basilicæ S. Maximiliani conf.* Patentissimum vero augmentum præbet XXI Octobris, *undecim millium Virginum*: unde de codicis ætate conjicias, cum in nullo, quod sciam, vel Usuardino Martyrologio, seculo XII antiquiori, harum Virginum reperiatur memoria, rotundo *undecim millium* numero expressa.

De Martyrologio

De Martyrologio Labbeano.

Labbeanum appellamus hoc Martyrologium, quod in fronte manu Bollandi adscriptum sit: *Missum a P. Philippo Labbe;* quodque hactenus notam nullam satis certam deprehenderimus, ex qua statui possit, cujus olim loci, ecclesiæ vel cœnobii fuerit. Autographum ipsum ad Majores nostros missum fuisse, hic vero transumptum, colligo ex charactere plane Belgico, quo exaratum est, atque ex correctionibus manu Henschenii non raro appositis. Notavit alicubi Papebrochius, allatum esse post excusum diem xx Februarii. Incipit a Natali Domini secundum carnem, in quo erravit præfatio Usuardina; sed nullis litteris Dominicalibus aut signis aliis variegatum est. Dies omnes in lato margine extenduntur : *Octavo Kalendas Januarii*, et sic porro de ceteris, quos in editione ad aliorum normam nos contraximus. Nonnulla ad oram adjecta, ut xv Februarii : *Et diabolus retro a Domino recessit;* xviii Martii : *Primus dies seculi;* xxviii Aprilis : *Egressio Noe de Arca;* i Maii : *Initium prædicationis Domini nostri Jesu Christi*, et id genus alia, laterculis a nobis subjuncta sunt, diverso charactere discriminata, quantumvis in Gellonensi iisdem litteris expressa sint. De cetero Martyrologium hoc cum præfato Gellonensi, non minus quam Augustanum, imo magis integre consonat ; in signandis positionibus seu locis martyrii æque deficiens, ut multoties sanctorum Martyrum nomina coacerventur , quorum nullum, nisi aliorum codicum auxilio, ad certum locum possis reducere.

16 Aliud vitii ipsi quodammodo proprium est, quod positionem *Alexandriæ* sæpe in nomen martyris *Alexandri* veterit. Id quidem et in Gellonensi et in Augustano quandoque invenitur ; ast in hoc nostro frequentius, ut vide : xxi, xxix et xxx Aprilis ; xxvi Junii ; vii, xiii, xv, xix Julii ; viii Septembris, etc. Sic iii prædicti mensis Septembris ponit *Afri* pro *Africa ;* similia observabit lector, si Martyrologia singula inter se, et cum Hieronymianis majoribus contulerit. Verum de his aliisque hujuscemodi transmutationibus abunde supra diximus. Nescitur quid velit xvi Januarii : *Fussione conf. S. Ferioli episcopi et martyris.* Primum nomen accipi posset pro *Furseo*; at *Ferreolus* neque episcopus fuit, neque ad eum diem spectat. Repetitiones Apostolorum et Sanctorum aliorum omnibus communes sunt ; una satis inepta iii Aprilis, ubi hoc Labbeanum legit : *In Nicea, Thomæ Apostoli ;* Gellonense : *In Nicomedia*, utrobique male ; nec magis recte Augustanum : *In India*, ut videre est apud Florentinium et in Actis citato die. Maii i die, non satis pura sunt omnia, et quod vi ejusdem habet : *Natale Joannis ante portam latinam*, in Hieronymianis non reperitur, præterquam in majori Corbeiensi apud Acherium et Florentinium, atque in præcedenti Augustano. Maii ix est : *Pachomii abbatis ;* xxv Julii : *Florenti confessoris;* iii Septembris : *Tullo, Mansueti*, etc. In consignandis vigiliis Augustano non cedit. Habes vii Septembris : *Vigiliam S. Mariæ;* xx Septembris : *Vigiliam S. Matthæi.* Ut omittam reliquas, rara sane est *Vigilia S. Cæciliæ* ; nec minus Hieronymianis incognita, quæ hic refertur i Decembris : *Dedicatio basilicæ S. Stephani in Hierosolyma.* De reliquo, in toto codice nihil reperitur, ex quo prohibeamur asserere, Gellonensi ætate supparem esse. Videbatur et pro ætate et pro loco lucis aliquid afferre *Domnus Pirminius bonæ memoriæ*, aliud *Octava S. Martini ;* at re maturius expensa, video, nihil satis tuto hactenus definiri posse.

De Martyrologio Corbeiensi minori.

De hoc codice meminit præfatio Usuardina num. 31, ubi paucis notata sunt, quæ ad ejus commendationem facere possunt, præsertim ad ætatem, quam, *saltem octingentorum annorum* esse, censuit Acherius, cum id *anno* MDCLXI *mense Decembri*, in Majorum nostrorum gratiam describi curavit. An in Martyrologio isto evolvendo operam aliquam posuerit vir eruditissimus, dubitari merito potest. Nam si legisset, quæ habentur xvii Junii : *Eodem die interfectus est venerabilis Fulco archiepiscopus ab impio ;* si hæc, inquam, legisset, prima manu scripta, non tam facile epocham illam determinasset. Cum enim prædictus Fulco, anno primum DCCCC interemptus sit, evidenter consequens erat, non potuisse codicem illum scribi ante seculum decimum fortasse adultum ; essetque adeo ætas ejus annorum, ut summum septingentorum, quibus verosimiliter seculo non integro antiquius est Corbeiense Hieronymianum majus, ab eodem Acherio vulgatum, Spicilegii tomo 4. Ex isto, brevius hoc studiose contractum videtur, ad usum chori, opinor, ne longiores nudorum fere nominum quotidianæ recitationes tædium parerent. Certe cum altero passim concordat, nisi quod hinc inde magis corruptum sit, annuntiationibus non satis perfectis et mutilis, pravis item constructionibus, quarum initium sit : *Natalis* aut *passio sanctorum*, pro Sancto unico, etc. Exempla hic congerere nimis longum foret; satis sit, dies signare, quibus reperiri possint : xvii Februarii ; ix Martii ; vii, xii et xx Aprilis ; x et xix Maii ; xxiv et xxv Junii ; ii et xi Julii ; xiii Augusti ; xiii et xx Septembris ; x Novembris, etc.

18 Porro nostrum hoc ex majori Corbeiensi desumptum, ostendunt exempla plurima isti propria ; sic xv Januarii habet : *Pictavis, dedicatio basilicæ sancti Amanti.* xxx Januarii : *Cala monasterio, depositio Baldechildis reginæ.* Item : *Corbeiea monasterio, dedicatio basilicæ sancti Joannis Evangelistæ.* ii Aprilis : *Leganau monasterio, depositio sancti Vualerici confessoris*, de quo vide commentarium Henschenii i Aprilis. Ejusdem mensis xv ponitur : *In Antisiodoro, dedicatio baptisterii, qui est juxta basilicam S. Germani*, etc. xxvii : *Centulo monasterio in Gallia, depositio sancti Richarii confessoris.* Item vi Junii, ex dicto Corbeiensi majori profluit annuntiatio : *Passio sanctorum martyrum Vincentii episcopi et Benigni diaconi.* xxi Septembris : *Corbeiea monasterio, dedicatio basilicæ domni Albini et Marcellini*

episcoporum. IX Octobris : *Corbeica monasterio. depositio Teodefridi abbatis.* Non est opus reliqua operosius conquirere ; habent ex his curiosi lectores, quo rei veritatem indubitate perspiciant ; brevius hoc Martyrologium cum majori, vel prout ab Acherio editum, vel prout a Florentinio citatur, conferendo. Ab his raro deflectit, vel illud servando, ut mensi Octobri *novem Idus* tribuat, omisso Nonarum die. Deflectit tamen XIV Junii. Nonnumquam codici Florentiniano similis est, ut XXX Junii, ubi alterum cum altero commiscet, ex uno Sanctos, ex alio locum decerpens. Ut autem et id obiter indicem, in designandis locis tam est accuratum, quam ista facile negligant Augustanum, Labbeanum et Gellonense ; quamvis tamen iisdem nonnumquam nævis obnoxium sit, ut tribus primis diebus Martii et paucis aliis.

19 Sed nec caret aliis defectibus. Habe aliquot. Januarii XXVII signatur : *Sanctæ Agnetis Virginis*, et Sancti qui eo die referendi erant, ponuntur die sequenti XXVIII Januarii. Ultimus dies in apographo nostro perperam collocatus erat post Kalendas Martii, et *Sanctus Albinus* ibi legitur, qui ad diem I Martii pertinet. Maii VI, *S. Gerontius* acceptus est ex interpolatione majoris alicujus Hieronymiani, de qua re eo die disputant Florentinius et Henschenius. Maii XIX, non uno modo corrupta est laterculi constructio, resarcienda ex laudatis modo Florentinio et Henschenio. Neque recte consignatur *Petronilla* XXIX ejusdem mensis. Notabilis est annuntiatio ex Corbeiensi majori desumpta XXV Junii : *Thessalonica, Lanitani, Thesaulonicæ.* Julii VI, *sancto Goaro* adscribitur titulus *Episcopi.* Ibidem X Julii, vitiosus denuo textus, sed qui ex eodem fonte, seu majori Corbeiensi acceptus est. At parvo huic singulare, quod XXVIII Julii legat : *Corbeia monasterio, dedicatio basilicæ sancti Petri Apostoli.* XXX Julii ex codice simili Florentiniano hausit *Puerense* pro *Portuense*, ut plerumque amanuenses in describenda sphalmata proni videntur. Deest textus XIII Octobris : nam qui ibi ponitur textus III Idus, legendus est pridie Idus. Novembris XVI annuntiationes male transpositæ sunt, ut ibi et aliis locis annotavi. Ejusdem mensis XXIII *S. Trudo*, rursus ex majori acceptus est. Quæ hic annuntiatur IV Decembris *depositio Benedicti abbatis*, in Labbeano est *adventus corporis a partibus Romæ*; an satis recte, dicemus ad XI Julii. Observa elogiorum lacinias subinde adjectas, ut V et VII Januarii, XXV Martii, XVII Junii et II Augusti, et alibi ; quod ab Hieronymianorum stylo alienum est, uti et Sancti appellationes, quæ frequenter apponuntur. In repetitionibus Apostolorum nihil adeo singulare habet ; sed mirum est, tot dedicationes basilicarum referri. Cetera scrupulosius percurrere, operæ pretium non est : hactenus dicta ad distinctiorem codicis notitiam abunde sufficiunt.

De Martyrologio Reginæ Sueciæ

OLIM S. COLUMBÆ SENONENSI.

Sextus ordine et ultimus, qui hic integre typis subjectus est, codex, aliis non minus illustris, pluresque encomiastas nactus est, a Cl. Holstenio ex Ms. codice Reginæ Sueciæ primum erutus, et ex parte editus in Animadversis ad Martyrologium Romanum, quæ actis S. Bonifacii Romæ publicatis anno MDCLXIII subjuncta sunt. Hinc Martyrologii istius meminit Florentinius in suis ad Hieronymiana annotationibus, et Majores nostri passim, qui post editum Februarium, ex præfato codice Reginæ Sueciæ apographum nacti, eodem sæpe usi sunt, etiam in accurando Bedæ Martyrologio ante tomum II Martii, uti docet prologus num. 12. Confusionis vitandæ gratia, idem nomen Reginæ Sueciæ et nos servandum putavimus, tametsi vere et proprie appellandum esset Senonense S. Columbæ, ut ante me docuit Castellanus pag. 18 præmonitionis ad primum suum Bimestre Martyrologii Romani gallice versi, cum eruditissimis notis, cujus editionis sequelam avidissime exspectamus. Originem suam, saltem diuturnam commorationem satis indicat Martyrologium ipsum, dum VII Januarii notat : *Eodem die, octavas sanctæ Columbæ virginis et martyris*, de qua in nullo alio Martyrologio uspiam memoria. Alias ejusdem Martyrologii proprietates explicat laudatus Castellanus ; alia in lectorum oculos ultro insiliunt. Id maxime dolendum, codicem, ex quo descriptum fuit, mutilum opus retulisse, utpote quod deficit in VII Idus, seu die VII Septembris. Incipit a Kalendis Januarii, forte ad exemplum Bedæ, cujus elogia mutuanda susceperat operis compilator. Antiquissima esse, quæ Hieronymiana sunt, principio ostendimus ; de cetero indicia desunt, ex quibus de ejus vera ætate certi quidpiam statuatur.

21 In quinque præmissis codicibus habetur Hieronymianorum textus purus ab omnibus elogiis, quæ ex Martyrum Actis colligere ac Martyrologiis inserere primus cœpit Venerabilis Beda. Verum est, in Richenoviensi et Augustano ac aliis nonnulla adjuncta reperiri, quæ recentiora esse, propriis locis supra indicavimus ; ast in hoc, de quo jam agimus, non solum brevia aliqua et contracta, sed et integra Bedæ elogia referuntur, ut legenti saltem, codicis textus auctiores cum Beda a nobis edito conferenti, manifeste patebit. Id pridem observarunt Henschenius et Papebrochius, non in hoc solum codice, sed et in aliis, quibus in adornanda præfata editione usi sunt, quemadmodum in laudato eorum Prologo pluribus locis declaratur. Atque hæc prope est Rabani et Notkeri ratio, qui sicciori Hieronymianorum stylo non contenti, elogia hinc inde collegerunt, aut concinnarunt ipsi, quæ nudis, transpositis, distractis confusisque nominibus superadderent. Propria Senonensia et vicinorum locorum facile agnoscentur, ut *Balduinus Laudunensis* VIII Januarii, *Lupus* I Septembris, tot Autissiodorenses aliique apud Castellanum signati. Errata, ut diximus, ex mutua collatione corrigenda sunt. Titulum *Martyris* sancto Augustino Hipponensi adscriptum et id genus alia consulto notare neglemimus.

De speciminibus ex tribus aliis Martyrologiis : San-Maximiano, S. Cyriaci et Barberiniano.

Ad eamdem hanc plane normam contextum est non minus celebre Martyrologium a Cardinale Baronio atque ab Holstenio, tum a Nostris Majoribus sæpe commendatum sub nomine S. Cyriaci, de quo in præfato ad Bedam Prologo num. 12 et in Præfatione Usuardina fusius actum est. Normam hic voco modum illum interserendi elogia Bedæ, quæ in Martyrologio sancti Cyriaci nonnumquam magis integra sunt. Differt hoc item a Senonensi, quod ejus compilator pro proprio et singulari suo delectu seu gustu, si ita loqui licet, nomina plura aut pauciora, hoc vel illo ordine, isto vel alio modo efformata decerpserit, cujus rei certa ratio nequaquam reddi potest.

23 Ne vero fastidium aut nauseam pariat plurium codicum, eadem prope referentium, repetita editio, visum est ex reliquis nostris Martyrologiis terna tantummodo seligere, quæ inter se et cum editis conferentur, sumpto in eum finem mense uno alterove, qui ad Operis hujus calcem subjungatur. Porro in ea collatione secundum locum occupabit exemplar Sancti Cyriaci, quantumvis deforme et vitiose descriptum, eique comparabitur Barberinianum illustrius, pari ferme methodo ex Beda interpolatum et auctum, sicque ex diebus aliquot, de ceteris fieri poterit conjectura. Primum erit San-Maximianum, brevius illud sed et antiquius, quod cum Rhinoviensi majorem haberet affinitatem, nisi stylo recentiori hinc inde accommodatum esset, quod et de breviori Corbeiensi supra notavimus. Atque hæc, nisi vehementer fallor, sufficient, ut, quod unice intendo, curiosi lectores specimina habeant, ad discernendam a Martyrologiis reliquis totam Hieronymianorum classem, seu puram et simplicem, seu aliunde interpolatam. En modo editionis seriem.

MARTYROLOGIUM PRIMUM
RHINOVIENSE

IN NOMINE JESU INCIPIT MARTYROLOGIUM PER CIRCULUM ANNI.

VIII *Kal. Januarias.* Bethleem, nativitas Salvatoris Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Romæ, Jovini. Sirmio, Anastasiæ.

VII *Kal. Jan.* Passio sancti Stephani primi martyris et diaconi. Romæ, Dionysii conf. Heliæ, Juliani.

VI *Kal. Jan.* In Basilica montis Oliveti, natale sancti Joannis Euangelistæ, et ordinatio episcopatus (S. Jacobi fratris Domini.)

V *Kal. Jan.* Bethleem Judæ, natale sanctorum martyrum infantium et lactantium.

IIII *Kal. Jan.* In Africa, Victoris, Librosi episcopi, Honorati, Saturi, Secundi, Saturnini.

III *Kal. Jan.* In Alexandria, Mansueti, Honorii, Pauli, Polecliti, Stephani, Cleti.

II *Kal. Jan.* Sancti Silvestri episcopi et confessoris. Kartagine, Donati, Gaii, Bononi.

JANUARIUS HABET DIES XXXI.

Kal. Jan. Circumcisio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. In Oriente, Stephani. Nicomediæ, Eofrosini episcopi, Priamiani. Et al.....

IIII *Non. Jan.* Antiochiæ, Isidori episcopi, Macharii abbatis. Saturi, Possessoris, Firmi.

III *Non. Jan.* Parisius, Genofevæ virginis. In Ellesponto, Cirici, Primi.

II *Non. Jan.* In Africa, Aquilini, Gemini, Martiani, Eugenti, Quinti, Theodati.

Non. Jan. In Africa, Felicis, Secundi, Luciani, Jocundi, Petri, Marci. Alibi, depositio (Simeonis prophetæ.)

VIII *Idus Jan.* Epiphania Domini nostri Jesu Christi. In Africa, Telespori. Acuti, Januariæ.

VII *Id. Jan.* In Nicomedia, Luciani presbyteri, Liceri diaconi, Polioti, Felis, Januarii.

VI *Id. Jan.* Grecia, Cipisei, Secundi, Timothei, Lucii, Rustici. AUG DNO (*legendum*, Augustoduno, depositio Agemoni.)

V *Id. Jan.* In Africa, Epictiti, Jocundi, Saturnini, Vitalis, Felicis, Fortunati.

IIII *Id. Jan.* Romæ, depositio Melciadis episcopi. In Sirmis, Revocati. In Africa, Firmi.

III *Id. Jan.* In Alexandria, Petri, Abalsamii, Filoromi. In Africa. Felicis. Et sancti Gregorii episcopi (Nazianzeni.)

II *Id. Jan.* In Achaia, Cyriaci. In Africa, Zotici, Castoli, Quinti, Rogati, Modesti.

Id. Jan. Pictavis, depositio sancti Hilarii episcopi. In Neapoli, Vincentiæ. In Africa, Ingenii.

XVIIII *Kalend. Februarii.* In Campania Nola, Felicis confessoris. In Antiatia (Antiochia,) Glicerii diaconi.

XVIII *Kal. Feb.* In Ægypto, Cresconii, Genonis. In Oriente, Cornelii, Calesti.

XVII *Kal. Feb.* Romæ, Marcelli Papæ, Passio Marthæ. In Africa, Fausti.

XVI *Kal. Feb.* In Africa, Mutii, Victoris et Fortunati. In Ægypto, Antonini * monachi. Lingonis, Passio sanctorum martyrum Geminorum. * Antonii.

XV *Kal. Feb.* Romæ, sanctæ Priscæ. Item Romæ, Cathedra sancti Petri Apostoli. Et Ponto, Mariæ.

XIIII *Kal. Feb.* In Africa, Pauli, Quinti, Geronti, Januarii, Germani. Hierosolima, Marthæ.

XIII *Kal. Feb.* Romæ, sancti Sebastiani. Fabiani episcopi. Nicomedia, Leonti, Cyriaci, Cendei.

XII *Kal. Feb.* Romæ, passio sanctæ Agnæ. Et in Spaniis, Fructuosi episcopi et Logii.

XI *Kal. Feb.* In Spaniis, Vincentii diaconi. In Africa, Januarii, Minutii, Saturi.

X *Kal. Feb.* Cæsaria, Severiani et Aquilæ. Romæ, Belli, Flori, Saturnini, Castuli.

VIIII *Kal. Feb.* Antiochia, passio sancti Babilli episcopi cum tribus parvulis. Romæ, Felicissimi.

VIII *Kal. Feb.* Nicomedia, Biti. Romæ, translatio corporis Pauli Apostoli. Kartagine, Donati.

VII *Kal. Feb.* In Oriente, Policarpi episcopi. Et in Laodicia, (Bodonis, etc.)

Desunt in codice aliquot folia.

XIIII *Kal. Aprilis.* In Capadocia Cæsarea, Theodori presbyteri. Et in Africa, Bassi et aliorum XX.

XIII *Kal. April.* In Antiochia, Joseph. Et in alio loco, Pauli et Cyrilli, Eugenii, Serapionis.

XII *Kal. April.* In Cassino, sancti Benedicti abbatis. In Alexandria, Serapionis, Josippi, Volusii.

XI *Kal. April.* In Arbona * Aquitaniæ, natale Secundi, et Pauli. Et in Sebasti, Arionis. * l. Narbona

X *Kal. April.* In Africa natal. Fidelis. In Antiocia, Theodori presbyteri. Cæsarea, Juliani.

VIIII *Kal. April.* In Syria, Seleuci. Et in Africa, Agapiti, Romuli, Rogati, Victurini, Saturnini.

VIII *Kal.*

VIII *Kal. April.* Adnuntiatio sanctæ Mariæ matris Domini. Hierosolyma, Dominus noster Jesus Christus crucifixus est.

VII *Kal. April.* Romæ, Castuli. Et in Sirmio, Montani presbyteri. In Sebasti civitate, Petri episcopi.

VI *Kal. April.* Hierosolyma, Resurrectio Domini nostri Jesu Christi. Et in Africa, Mauroli, Acuti, (Romuli, etc.)

V *Kal. April.* In Africa, Rogatæ, Successi et Dorothei. In Cæsarea, Mariæ.

IIII *Kal. April.* Nicomedia, Pastoris, Victorini, Saturnini, Dolæ, Julianæ et aliorum VII.

III *Kal. April.* Thessalonica civitate, Domnini, Philopoli, Acaci et Palatini. Alibi, Victoris.

II *Kal. April.* Africa, Anesi, Felicis, Diodoli, Porti, Abdæ, Corneliæ, Valeriæ.

APRILIS HABET DIES XXX.

Kalend. April. In Armenia, Partini, Quintiani et Victoris. Et in Thessalonica, Agapis.

IIII *Non. April.* In Africa, Amphiani, Victoris, Proculi. Thessalonica, Theodoli, Agatopi.

III *Non. April.* In Thomis, Euagrii et Benignæ. In Misia, Agathæ, Meri, Rufi.

II *Non. April.* Thessalonica, Theodoli, Agatopili diaconi. Et alibi, Pauli, Orbani.

Non. April. Nicomedia, Claudiani et Plauti. In Ægypto, Mariani.

VIII *Id. April.* Sirmia, Herenei episcopi. In Nicomedia, Firmi, Salvatoris, Quiriaci.

VII *Id. April.* Alexandria, Pelusii presbyteri. Et in Nicomedia, Cyriaci cum aliis X.

VI *Id. April.* In Africa, Januarii, Macharii. Et in Cartagine, Concessi, Timoris.

V *Id. April.* In Sirmia, Dimetri diaconi, Helari, Concessi, Fortunati, et Virginum VII.

IIII *Id. April.* Alexandria, Apollonii presbyteri. Et in Tacia, Repensi, Gaiani diaconi.

III *Id. April.* Romæ, Leonis Papæ. In Mauritania, Helarii, Maximi.

II *Id. April.* Romæ, Julii episcopi. In Capadocia, Quarti. Et in Asia, Carpi episcopi, et aliorum XLII.

Id. April. In civitate Calcedonia, Eufemiæ. Et Romæ, Januarii martyris.

XVIII *Kal. Maii.* Romæ, natal. Tiburtii et Valeriani et Maximi. Alibi, Appollonii.

XVII *Kal. Maii.* In Picino, Maronis et Mestoris episcopi. In Mesopotamia, Comati.

XVI *Kal. Maii.* In Corintho, Carissimi, Leonidis. Et Romæ, Vincentii. In Mauritania, Basiliæ.

XV *Kal. Maii.* Antiochia, Petri diaconi et Ermogenis. Et in Africa, Furtunati et Martiani.

XIIII *Kal. Maii.* In Salona, Septimi diaconi, Victorici. In Africa, Victoris, Pamphili.

XIII *Kal. Maii.* Africa, Ermogenis. Et in Spaniis, Vincentii et Gagi. In Armœnia Militanæ (civitate, Gagi, etc.)

XII *Kal. Maii.* In Alexandria, Aradi presbyteri, Silvani. Romæ, depositio Victoris episcopi, Felicis.

XI *Kal. Maii.* Alexandria, Fortunati et Aratoris presbyteri. Romæ, depositio Gagi episcopi.

X *Kal. Maii.* In Phrygia, Philippi. Romæ, depositio Gagi episcopi.

VIIII *Kal. Maii.* In Africa, Catulini, Satutini, Felicis. Romæ, depositio Georgii martyris.

VIII *Kal. Maii.* In Alexandria, Theonis et aliorum XXIIII. In Africa, Faustini, Victorini.

VII *Kal. Maii.* In Siracusis, Euodii, Calisti et Ermogenis. Africa, nobilis Matiæ.

VI *Kal. Maii.* In Axiopoli, Cyrilli. Et in Antiochia Siriæ, Leonidis, Vindei. Et in Africa, Victoris.

V *Kal. Maii.* In Nicomedia, Antimi, Stephani episcopi, et Antonini presbyteri. Et in Moleto (Mileto) Elpidii.

IIII *Kal. Maii.* Romæ, Vitalis. In Pannoniis, natale Pollionis. Et in Tarso Ciliciæ, Afrodisii.

III *Kal. Maii.* In Alexandria, Germani presbyteri. Et in Nicomedia, Prosduci. Et in Pusio (Perusio) Valentini.

II *Kal. Maii.* Alexandria, Frodisi presbyteri. Romæ, depositio Quirini episcopi, Dorothæ presbyteri (*lege* Dorothei).

MAIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Maii. In Asia, natal. Apostolorum Philippi et Jacobi. In Africa, Quinti.

VI *Non. Maii.* In Alexandria, Saturnini, Germani, Helpidiæ, Cœlestini, Felicis, Urbani.

V *Non. Maii.* Romæ, natal. sanctorum Eventii, Alexandri, Theodoli. Hierosolimis, inventio sanctæ Crucis.

IIII *Non. Maii.* In Nicea civitate, Antonini. In Africa, Cœlestini et aliorum XV.

III *Non. Maii.* Alexandria, Eutimii diaconi. Et in Thessalonica, Herenis, Peregrini.

II *Non. Maii.* In Persida, natal. Mathei Apostoli et Euangelistæ. Africa, Secundini episcopi.

Non. Maias. In Nicomedia, Flavii episcopi, Augustini, Macrobii. Et in Constantinopoli, Achaici.

VIII *Id. Maii.* Mediolano, Victoris martyris. Et in Nicomedia, Maximi presbyteri.

VII *Id. Maii.* In Anxiopoli, Quirilli, Zenonis. Et in Tarso Ciliciæ, Afrodisii.

VI *Id. Maii.* Romæ, Gordiani et Epimachii et Majoris. In Africa, Probati, Petri.

V *Id. Maii.* Romæ, Antemii. In Asia, Demetrii. Sirmio, Montaniani. In Africa. Mavili.

IIII *Id. Maii.* Romæ, natal. sanctorum Nerei, Achillei, Panchratii, Quiriaci, Sotheris virg.

III *Id. Maii.* In Oriente, Taraci, Probi et Andronici. Alexandria, Agrippæ.

II *Id Maii.* In Siria, Victoris et Coronæ. In Africa, Secundini et Secundiani.

Id. Maii. In Sirmio, Thimothei et IIII Virginum. Et in Sardinia, Simplicii presbyteri.

XVII *Kal. Junii.* In Isauria, Aquilini, Victorianæ. In Epheso, Gaiani, Jovini.

XVI *Kal. Jun.* In Alexandria, Victoris, Basilæ. Romæ, Partenis, Caloceri.

XV *Kal. Jun.* Alexandria, Pomonis presbyteri, Bartasii. In Ægypt. (Dioscori.)

XIIII *Kal. Jun.* Romæ, Pudentianæ, Caloceri, Urbani, Seleuci. Alexandria, Areni diaconi.

XIII *Kal. Jun.* Romæ, Urbani confess. Basillæ, Victoriæ. In Galliis, Baudeli martyris.

XII *Kal. Jun.* In Mauritania, Timothei. Et Ravenna, Martyrii, Poli, Eutici. Alibi, Valentis.

XI *Kal.*

xi *Kal. Jun.* Africa, Fausti, Venusti, Emuli, Maxentii. Romæ, Timothei, Casti.

x *Kal. Jun.* In Emerita, Epicterii et Basi episcopi. Africa, Quinti, Luci. Et Vienna, Desiderii episcopi.

viiii *Kal. Jun.* In Istria, Servuli. Et in Africa, Saturnini. In Syria, Saturæ, Timini.

viii *Kal. Jun.* Romæ, sancti Urbani episcopi. In Mediolano, depositio Dyonisii episcopi.

vii *Kal. Jun.* In Africa, Eracli, Pauli. Et in Tuder (Tuderto) Felicissimi et Nundiniæ.

vi *Kal. Jun.* Alexandria, Aquilini presb., Euangelii et aliorum xiiii. Alibi, Heliæ.

v *Kal. Jun.* In Africa, Cetuli, Aurosi, Proti. In Sardinia, Emeli, Priami.

iiii *Kal. Jun.* Romæ, Restituti. Et in Africa, Primi, Acedi, Apasimeni, et aliorum liii (cliii).

iii *Kal. Jun.* In Antiochia, Esitiæ, Eutimiæ. Et in Sardinia, Gavini, Palatini.

ii *Kal. Jun.* In Aquilegia, Cantiani, Proti. Romæ, Processi, Martiniani. Cartagine, Datiani.

JUNIUS HABET DIES XXX.

Kalend. Junii. Romæ, dedicatio sancti Nicomedis martyris. In Thessalonica, Octavii.

iiii *Non. Jun.* Romæ, Marcellini presbyt. et Petri exorcistæ. Et in Cæsarea, Honorati.

iii *Non. Jun.* In Africa, Quirini. Et in Tuscia, Vetio civitate, Laurentii et aliorum cccc.

ii *Non. Jun.* In Ninive, Dinocii, Attali, Eutici. Et in Saratia, civitate Pannoniarum, (Cyrini episcopi).

Non. Jun. Romæ, Felicis, Felicitatis, Gregorii. In Ægypto, Marciani, Nigrandi.

viii *Id. Jun.* In Africa, Amanti, Lucii, Andreæ, Donati, Peregrini, Itali, Philippi.

vii *Id. Jun.* Africa, Pauli, Fortunati. Et in Bizantio, id est Constantinopoli, Macharii.

vi *Id. Jun.* Romæ, natal. sanctorum Naboris et Nazarii, Primi. Et in Cæsarea, Cresti.

v *Id. Jun.* Romæ, Primi et Feliciani. Et in Alexandria, Maximi presb., Diomedis.

iiii *Id. Jun.* Romæ, Basilidis, Aurisi, Rogati, Basillæ. In Spaniis, Crispuli.

iii *Id. Jun.* Romæ, Basiliæ, Crispuli, Restituti. Et in Aquilegia, Fortunati episcopi.

ii *Id. Jun.* Romæ, Basilidis, Cyrini, et Naboris. In Tripoli, Magdaletis.

Idus Jun. In Africa, Luciani et Fortunati. Et in Persida, Bartholomei Apostoli.

xviii *Kal. Julii.* In Phrigia civitate Laodicia, Antonionis. Et in Epheso, Miogenis.

xvii *Kal. Jul.* Constantinopoli, Mucii et Mejetiæ. In Lucania, Viti, Candidi.

xvi *Kal. Jul.* Africa, Quiriaci, Valeriæ. In Sicilia civitate Misena, Saturnini.

xv *Kal. Jul.* Romæ, Diogenis, Quiriaci. Et in Ravenna, Frontii, Blastini.

xiiii *Kal. Jul.* Romæ, Marcelliani et Marci. Africa, Emilii et Felicis. Item Romæ, Baldini.

xiii *Kal. Jul.* Mediolanio, natal. sanctorum Protasii et Gervasii, Marcelli.

xii *Kal. Jul.* Ravenna, Crispini, Vitalis. Et in Thomis, Pauli et Cyriaci, Felicis.

xi *Kal. Jul.* In Africa, Ciriani, Bellici, Crissimi. In Sicilia, Rufini, et Martiæ.

x *Kal. Jul.* In Antiochia, Gantali, Juliani et aliorum octingentorum lxxvii Martyrum.

viiii *Kal. Jul.* Nicomedia, Aviti et Cinnami, Capitonis, Ritonis, Emeriti, Alici, et aliorum lxxviii.

viii *Kal. Jul.* In provincia Palestina, civitate Sebastiana, natal. sancti Joannis Baptistæ.

vii *Kal. Jul.* Africa, Gaudentii, Felicis, Agapiti, Emeriti. Et in Alexandria, Agatonis.

vi *Kal. Jul.* Romæ, Joannis et Pauli fratrum. Et in Thessalonica, Lartani, Bigiti.

v *Kal. Jul.* Romæ, septem germanorum, Crispini, Crispiniani, Felicis, S. Pinellæ.

iiii *Kal. Jul.* Romæ, Leonis Papæ. Africa, Fabiani, Arioni, Capitolini. Et in Alexandria, Theodori.

iii *Kal. Jul.* Romæ, natal. Apostolorum Petri et Pauli, et aliorum nongentorum lxxvii.

ii *Kal. Jul.* Romæ, Timothei, Zotici. In Agrippina, Asclini, Pamphili.

JULIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Julii. In Nicomedia, Zoeli. Romæ, Gagi Papæ, Luciæ virginis, Processi et Marini.

vi *Non. Jul.* Romæ, natal. sanctorum Processi et Martiniani, Melciadis episcopi.

v *Non. Jul.* Alexandria, Trifonis, Menelai, Cirilli, Aprici. Et Edissa, translatio corporis sancti Thomæ Apostoli.

iiii *Non. Jul.* In Africa, Jocundiani, Sereni et Theodori. Et in Toronis, ordinatio episcopatus (et translatio corporis S. Martini episcopi.)

iii *Non. Jul.* Agathoni, Theodoti, Trophonis, Magrini, Arpotis.

ii *Non. Jul.* In Alexandria, Artotis et Zotici. In Syria, Aratoris. Neviduno, Zotici.

Non. Jul. In Alexandria, Parmeni, Erali, Appollonii, Publii. Et alibi, Partemi.

viii *Id. Jul.* In Syrmio, Cycatricii, Parenti. Cæsarea Cappadociæ, Procopi, Quarti.

vii *Id. Jul.* In Thomis, Zenonis. Et in Mediolanio, Moeci, Vitalis. In Sicilia, Feliciani.

vi *Id. Jul.* Romæ, natal. vii Fratrum, id est Felicis, Philippi, Vitalis, Alexandri, Silani, Januarii.

v *Id. Jul.* In Alexandria, Euticii, Eufemiæ. In Africa, Januarii, et Marini. *Depositio sancti Benedicti abbatis.*

iiii *Id. Jul.* Mediolanio, Naboris, Felicis. Romæ, Primitivi. In Aquilegia, Fortunati.

iii *Id. Jul.* In Alexandria, Serapionis, Trofime, Melei, Euangelii, Attali, Zenonis.

ii *Id. Jul.* In Alexandria, Philippi, Zenonis. In Africa, Papiæ, Donati. Antiochia, Petri.

Id. Jul. Sirmio, Agrippini, Secundi, Maximi. In Alexandria, Philippi, Zenonis. *Margarete.*

xvii *Kal. Augusti.* In Hostia civitate, Helarini. Et in Antiochia, Theodoti et Statii.

xvi *Kal. Aug.* Mediolano, Marcelli. In Africa, Aquilini, Chindini. Kartagine, Generosi.

xv *Kal. Aug.* In Alexandria, Sisinnii. Romæ, Semperosi, Petri, Marcelliani, Januarii.

xiiii *Kal. Aug.* In Antiochia, Macedonis et

Lampadii

Lampadii. Constantinopoli, Luciani, Philippi.

XIII *Kal. Aug.* Africa, Luciani, Petri, Amabilis. In Thebaida, Victori. Et in Damasco, Sabini.

XII *Kal. Aug.* In Africa, Heliæ. Et in Massilia, Victoris, et Coronæ. Romæ, Praxedis.

XI *Kal. Aug.* Antiochia, Andreæ martyris. Et in Antioc. (Ancyra) Galatiæ, Platonis, Cyrilli, Aurelii.

X *Kal. Aug.* Ravenna, Appollinaris. Romæ, Vincenti. Et in Laodicia, Minisei.

VIIII *Kal. Aug.* In Armenia minore, natal. Sebasti, Theogenis, Victoris, et aliorum LXXX trium.

VIII *Kal. Aug.* Passio sancti Jacobi Apostoli, fratris Joannis. In portu Romano, natal. Acontii.

VII *Kal. Aug.* In Laodicia, Joviani et Juliani, Emili, Felicis, Marciani, Maximi.

VI *Kal. Aug.* In Campania civitate Nola, natal. sancti Felicis episcopi. Et alibi, Jocundæ.

V *Kal. Aug.* In Laodicia, Theofili, Auxenti, Septimi. Et in Nicomedia, Pantaleonis.

IIII *Kal. Aug.* Romæ, natal. sanctorum Felicis, Simplicii, Faustini, et Viatricis. Et in Africa, Felicis.

III *Kal. Aug.* Romæ, natal. sanctorum Abdo et Sennes. Et in Africa, Maximæ, Prisci, Paternici.

II *Kal. Aug.* In Phrigia, Democriti, Secundi et Dionysii, Tyrsi. Autisiodoro, Germani episcopi.

AUGUSTUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Aug. In Antiochia, passio sanctorum Machabeorum VII fratrum, cum matre sua.

IIII *Non. Aug.* Romæ, sancti Stephani episcopi et martyris. Et in Verona, Felicis. In Antiochia, Martyrum VII.

III *Non. Aug.* In Antiochia, Stephani. Romæ Diogenis, Justini, Crescentionis.

II *Non. Aug.* In Nicomedia, Isei. Et Romæ, dedicatio basilicæ sanctæ Mariæ. Justini.

Non. Aug. Augusta civitate, sanctæ Afræ. Augustiduno, Cassiani episcopi. Catalaunis, sancti Memmii.

VIII *Id. Aug.* Romæ, natal. sancti Xisti episcopi et mart. Felicissimi et Agapiti, Donatiani.

VII *Id. Aug.* In Antiochia, Sofronii. Et in Aretio, Donati episcopi et conf. Mediolanio, Faustini.

VI *Id. Aug.* Romæ, Cyriaci, Secundi, Severiani, Victorini, Largi. Nicomedia, Nazarii.

V *Id. Aug.* In Syrmio, Rustici. Et in Oriente, Crescentiani et Tiburtii. In Alexandria, Antonini.

IIII *Id. Aug.* Romæ, Largi, Crescentionis, Memmiæ.

III *Id. Aug.* Romæ, natal. sancti Tiburtii, Susannæ, Valeriani, et Cæciliæ virginis.

II *Id. Aug.* In Sicilia civitate Catena, Eupoli, Veretiæ. In Syria, Juliani et Macharii.

Id. Aug. Romæ, Ypoliti mart. Pontiani episcopi, Luciani, Calisti. Et Pictavis, Radegundis.

XVIIII *Kal. Septembris.* Romæ, sancti Eusebii presb. In Syria, Demetrii, Fortunati. In Aquileia, Felicis.

XVIII *Kal. Sept.* Assumptio sanctæ Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi. In Nicomedia, natal. Philippi.

XVII *Kal. Sept.* Dedicatio ecclesiæ sanctæ Mariæ Insula. In Alexandria, Orionis.

XVI. *Kal. Sept.* Dedicatio oratorii sancti Joannis Baptistæ in Insula. In Cæsarea, sancti Mammetis.

XV *Kal. Sept.* Romæ, Agapiti. Et in Ponto, Pontimi, Pilantii, Martianæ virginis.

XIIII *Kal. Sept.* In porto Amasiæ civitatis, Filionis, Rufini, Leontii, Theodoli, Cyrilli.

XIII *Kal. Sept.* In Alexandria, Dioscori. Et in Luciana, Valentia (Valentiniani) et Leonti.

XII *Kal. Sept.* In Spaniis, Vincentii et Juliani. Et in Lucania, Valentini, et Leonti.

XI *Kal. Sept.* Romæ, Timothei discipuli sancti Pauli Apostoli. Et in Ponto, Nectarii.

X *Kal. Sept.* In Aquilegia, Fortunati, Ermogenis. Romæ, Cyriaci, Abundi, Innocenti.

VIIII *Kal. Sept.* In India, natal. sancti Bartholomei Apostoli. Romæ, Genesii mart. In Antiochia, Zenobii.

VIII *Kal. Sept* In Arelato, Genesii mart. Julii. Et Romæ, Euticetis. In Syria, Juliani.

VII *Kal. Sept.* In civitate Salona, Anastasii martyris. Et Appulia civitate Ecclamo, Mercurii martyris.

VI *Kal. Sept.* In Campania, Rufi. Et in Antiochia, Sebasti. In Alexandria civitate Thomis, Marcellini. *Vide Richenoviense.*

V *Kal. Sept.* Romæ, natal. sancti Ermetis. In Africa, sancti Augustini episcopi. Arvernis, Juliani martyris.

IIII *Kal. Sept.* In Emissa civitate, decollatio sancti Johannis Baptistæ. Romæ, sanctæ Savinæ.

III *Kal. Sept.* Romæ, natal. sanctorum Felicis et Audacti, Gaudentiæ virginis, cum aliis tribus.

II *Kal. Sept.* In Treviris, depositio sancti Paulini episcopi. Et Ancyra Galatiæ, sancti Gagiani.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Sept. In Appollonia, Felicis et Donati. Et in Capua, Prisci. In Cassino, Constantii. *Et Verenæ virginis.*

IIII *Non. Sept.* In Nicomedia, Zenonis, Gorgonii, Theodoti. Et in Sicilia, Eopoli.

III *Non. Sept.* In Syria, Antonini, et Aristenis episcopi. Et in Alexandria, Arestenippi episcopi.

II *Non. Sept.* In Ancyra Galatiæ, Marcellæ, Helpidii, Marcelli. Romæ, Bonifacii episcopi.

Non. Sept. In Portu Romano, Taurini, Erculiani. Et in Capua, Quinti, Arconti.

VIII *Id. Sept.* In Reati, Eleutherii. In Capadocia civitate Teriatin, natal. sancti Guttidi.

VII *Id. Sept.* In Capua, Sineriæ. Et in Benevento, Januarii, Festi. Arelato, Agustalis episcopi.

VI *Id. Sept.* Nativitas sanctæ Mariæ matris Domini. Romæ, Adriani. In Antiochia, Timothei, Ammonii, Fausti.

v *Idus Sept.* Romæ, Gorgonii. Et Sabinis, Jacinti, Alexandri, Tiburtii. In Cæsarea, Donatæ.

IIII *Id. Sept.* In Alexandria, Orionis, Erosii et aliorum octingentorum sex.

III *Id. Sept.* Romæ, Proti et Jacinti. Alibi, Felicis et Regulæ. Item Romæ, Basillæ.

II *Id. Sept.* In Antiochia, Timothei. Et in Pamphilia, Siriæ. In Sicilia, Eupoli, et Serapionis.

Idus Sept. In Apulia, Felicissimi et Secundi. Et in Alexandria, Theodoli episcopi.

XVIII *Kal. Octobris.* Romæ, Cornelii. In Cartagine, Cypriani episcopi. Et Exaltatio sanctæ Crucis.

XVII *Kal. Octob.* Romæ, Nicomedis. In Alexandria, Serapionis, Leontii. Et in Nuceria, Constantii.

XVI *Kal. Octob.* Romæ, Luciæ, Eugeniæ virg. et Geminiani. Papiæ, Felicis, Victoris.

XV *Kal. Octob.* In Nuceria, Constantiæ. In Neviduno, Valeriani, Macrini et Gordiani.

XIIII *Kal. Octob.* In Calcedonia, Trofimi. In Nicomedia, Medecii. Mediolanio, Eutropi episcopi.

XIII *Kal. Octob.* In Alexandria, Demetrii, Castoris. Et in Neapoli, Januarii, Saturnini.

XII *Kal. Octob.* In Syria, Doromi, Dionisii et Dorothei, Privati, Constantini, Felicis.

XI *Kal. Octob.* In Persida, natal. sancti Mathei Apostoli et Euangelistæ. Mediolanio, Victoris.

X *Kal. Octob.* In Gallia, natal. sanctorum Mauritii, Exuperi, Candidi, Victoris cum aliis VI milia sexcentis sexaginta VI martyribus sociis eorum.

VIIII *Kal. Octob.* In Oriente, Teclæ virginis. Et in Alexandria, sancti Marci Euangelistæ.

VIII *Kal. Octob.* Macherunta castello, conceptio sancti Johannis Baptistæ. Romæ, depositio Liberii episcopi.

VII *Kal. Octob.* In Asia, natal. sancti Bardoniani, Eucarpi et aliorum XVI. Alibi, Marci.

VI *Kal. Octob.* Romæ, depositio Eusebii episcopi. Et in Albano, Senatoris. Et in Sardinia, Luxorii.

Cetera desunt.

MARTYROLOGIUM SECUNDUM

RICHENOVIENSE

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI · INCIPIT MARTYROLOGIUM

PER CIRCULUM ANNI.

VIII *Kalend. Januarii.* Bethleem, nativitas Salvatoris Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Romæ, Jovini. Passio Eugeniæ virginis. Et Firmio *, Anastasiæ virginis, Felicitatis, Saturnini.

* Sirmio.

VII *Kalend. Jan.* Passio sancti Stephani, primi martyris et diaconi. Romæ, Dionisii confessoris. Heliæ. Dorostoli, Juliani, Mariniani, Neandri.

VI *Kal. Jan.* In basilica montis Oliveti, natale sancti Johannis Euangelistæ. Et ordinatio episcopatus sancti Jacobi fratris Domini.

V *Kal. Jan.* Bethleem, natale sanctorum martyrum infantium et lactentium. Ancira Galatiæ, Eutici presbyteri, Domitiani diaconi. Et in Affrica, Castoris. Eusebii, Gaianæ. Translatio Thomæ Apostoli.

IIII *Kal. Jan.* In Affrica, Victoris. Librosi episcopi, Honorati, Saturi, Secundi, Saturnini, Victoriæ. Et Romæ, in cemiterio Calisti, Felicis et Bonifacii episcopi.

III *Kal. Jan.* In Alexandria, Mansueti, Honorii, Pauli, Polecliti, Stephani, Cleti. Romæ, Felicis episcopi et Perpetuæ. Florenti confessoris. Et dedicatio ecclesiæ sancti Albani martyris.

Pridie Kal. Jan. Cartagine, Donati, Gaii, Bononi. Romæ, Donati, Pauliniæ. Et sancti Silvestri episcopi et confessoris. Hermetis, Stephani, Pontiani, Xisti. Senonas, passio sanctæ Columbæ virginis.

JANUARIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Januarii. Circumcisio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. In Oriente, Stephani. Nicomedia, Eofrosini episcopi, Primiani. Et alibi, Hermetis, Gagi. Ravenna, Severi confessoris. Augustoduno, depositio Agrippini episcopi. Romæ, Martinæ martyris.

IIII *Non. Jan.* Antiochia, Isidori episcopi, Macharii abbatis. Saturi, Possessoris, Firmi, Acutionis. Et in Æthiopia, Rutulæ. Hierosolyma, Stephani.

III *Non. Jan.* In Hellesponto, Cirici, Primi. Et in civitate Thomis, Claudionis, Eugenii, Argei, Narcissi, et Marcellini. Parisiis, Genovefæ virginis.

Pridie Non. Jan. In Affrica, Aquilini, Gemini, Martiani, Eugenii, Quinti, Theodoti, et Trifinæ. In Oriente, Bononia civitate, Hermetis et Gagi.

Nonas Jan. In Affrica, Felicis, Secundi, Luciani. Jocundi, Petri, Marci. Hierosolyma, depositio Simeonis prophetæ. Et in Antiochia, Simeonis confessoris.

VIII *Idus Jan.* Epiphania Domini nostri Jesu Christi. In Affrica, Telesfori, Acuti, Januariæ, Honorii, Julii. Apud Sirmium, Anastasiæ. In Antiochia, passio Juliani et Basilissæ. In civitate Redonis, sancti Melani episcopi.

VII *Id. Jan.* In Nicomedia, Luciani presbyteri, Licerii diaconi, Polioti, Felicis, Januarii, Poliarchi, Filoronis.

VI *Id. Jan.* In Græcia, Cipisei, Secundi, Timothei, Lucii, Flori, Rustici. Augustiduno, depositio Agemoni.

V *Id. Jan.* In Affrica, Epicuti, Jocundi, Saturnini, Vitalis, Felicis, Fortunati. In Smirna, Revocatæ, Firmi.

IIII *Id. Jan.* Romæ, depositio Melciadis episcopi. In Sirmis, Revocati. Affrica, Firmi, Nirtæ, Saturi, Quinti. Alibi, sancti Termitii presb. et confessoris.

III *Id. Jan.* In Alexandria, Petri, Absalmii, Filoromi. In Affrica, Felicis. Et sancti Gregorii episcopi Nazianzeni.

Pridie. Id. Jan. In Achaia. Ciriaci. In Affrica, Zotici, Castoli, Quinti, Rogati, Modesti, Petri, Aventiæ.

Idus Jan. In Neapoli, Vincentiæ. Affrica, Ingenui, Cymini, Erisi. Pictavis, depositio sancti Clarii * episcopi.

* [illegible]

XVIIII *Kalend. Februarii.* In Antiochia, Glicerii diaconi. In Campania Nolæ, Felicis confessoris. Et in Capua, Agapiti. Affrica, Pauli, Successi. Campania, Eufrasii episcopi.

XVIII *Kal. Febr.* In Ægypto, Crisonii, Genonis. In Oriente, Cornelii, Calesti. Ambacuc prophetæ.

XVII *Kal. Febr.* Romæ, Marcelli Papæ. Passio Marthæ. Affrica, Fausti. Arelato, depositio Honorati episcopi.

XVI *Kal. Febr.* In Africa, Mutii, Victoris et Fortunati. In Ægypto, Antonii monachi. Lingonis,

gonis, passio sanctorum martyrum Geminorum Speosippi, Helasippi, Melasippi, Leonillæ, Junillæ, Neonis. Bituricas, Sulpitii episcopi.

xv *Kal. Febr.* Romæ, Cathedra sancti Petri Apostoli. Et in Ponto, Mariæ. Item Romæ, sanctæ Priscæ. In Ponto civitate Asiæ, Mosei, Ammonii, Et passio Tyrsi.

xiiii *Kal. Febr.* In Affrica, Pauli, Quinti, Gerontii, Januarii, Germani. Hierosolima, Marthæ et Mariæ, sororum Lazari. Romæ, passio Sebastiani martyris.

xiii *Kal. Febr.* Romæ via Appia, sancti Sebastiani, Fabiani episcopi. Nicomedia, Leontii, Ciriaci, Cendei, Ursi, Flori, Felicis, Calendonii. Noviduno, Tyrsi, Leucii.

xii *Kal. Febr.* Romæ via Numentana, passio sanctæ Agnæ. Et in Hispaniis, Fructuosi episcopi et Logii. Et in Spoliti, Vitalis. Alevernis, Aviti episcopi, Saturi.

xi *Kal. Febr.* In Affrica, Januarii, Minucii, Saturi. In Hispaniis civitate Valentia, passio sancti Valerii episcopi et Vincentii diaconi. In Spoliti civitate, Archirogæ.

x *Kal. Febr.* Cæsaræ, Severiani et Aquilæ, Romæ, Belli, Flori, Saturnini, Calisti. Sanctæ Emeritianæ martyris. Et alibi, Cornelii exorcistæ.

viiii *Kal. Febr.* Antiochia, passio sancti Babilli episcopi, cum tribus parvulis. Romæ, Felicissimi. Et alibi, Marini, Clati, Saturi, Cæliani. Eustasii confessoris.

viii *Kal. Febr.* Nicomedia, Biti. Romæ, translatio Pauli Apostoli. Cartagine, Donati, Secundi. Et in Affrica, Epictiti, Publiani. In Ægypto, Catynæ.

vii *Kal. Febr.* In Oriente, Policarpi episcopi et martyris. Et in Laodicia, Bodonis, Arthemii, Fabiani, Sabiani. Ravenna, Artemasi, Theogenis, Sindonis, xxx quinque martyrum.

vi *Kal. Febr.* In Affrica, Davæ, Juliani, Cilianæ Saturi, Vincentiæ, Victoriæ, Teliptæ, Reotri, Secundi, Papæ, Emiliani, et aliorum xxx duorum.

v *Kal. Febr.* Romæ, Agnetis virginis de nativitate. In Affrica, Victoris, Messoriani, Festæ, Marinæ. In Nicomedia, Leaci. In Appollonia, Callenidi, Lucii.

iiii *Kal. Febr.* In Cabalauno, Eppoliti et Pauli episcoporum. Et in Tuscia civitate Perusio, Constantii. Et in Affrica, Victoris et Honorati. Treveris, Valerii episcopi.

iii *Kal. Febr.* In Affrica, Feliciani. Et in Antiochia, Yppoliti et aliorum xxiiii. Pelliani, Cleri, Filippiani.

Pridie Kal. Febr. In Alexandria, Tarsucii, Zotici, et Ammonii, Gemini, Gelasii. Et passio sanctorum Tyrsi, Calinici, et aliorum xv sacerdotum. Africa, Victoris.

FEBRUARIUS HABET DIES XXVIII.

Nox horas xvi. *Dies* viii.

Kalend. Februarii. In Scotia, depositio sanctæ Brigidæ virginis. Africa, Publii, Saturnini, Mauriani. Ravenna, natale Severi episcopi. Et alibi, Victoris, Luciani, Helarii, Ciriaci, Eugenii.

iiii *Non. Febr.* Solemnitas sanctæ Mariæ, quando Dominum nostrum in templo præsentavit. Affrica, Marini, Perpetuæ, Privatulæ, Honorati.

iii *Non. Febr.* In Africa, Felicis, Laurentii, Ypponiti et Celerinæ. Wappingo, depositio Tredi et Remedii. Lugduno, depositio beati Lupicini episcopi. Et sancti Blasii martyris.

Pridie Non. Febr. In Forosimfronii, natale Gemini, Gelasii, Mannii, Aquilini et Donatæ. Timuæ episcopi cum filia sua.

Nonas Febr. Sicilia, in Cathana civitate, passio sanctæ Agathæ virginis. In Affrica, Felicis et Saturnini. Viennæ, depositio Aviti episcopi.

viii *Id. Febr.* Romæ, Sotheris virginis. In Achaia, Saturnini, Revocatæ. Sanctæ Dorotheæ. Siracusa, sanctæ Luciæ virg. Anteliani.

vii *Id. Febr.* In Brittania civitate Augusta, Auguli episcopi et martyris. Anatholi, Ammonis, Statiani, Nepotiani, Lucii, Saturnini, et Sarnæ, Andreæ.

vi *Id. Febr.* In Armenia minore, Dionisii, Emiliani et Sebastiani. Romæ, depositio Pauli episcopi. Et alibi, Lucii, Julii Papæ.

v *Id. Febr.* Apud Cyprum, Alexandri, Ammonii et aliorum xx. Alexandria, Pauli, Dionisii. Et in Ægypto, Julii, Plesei, Ronei, Orfasi, Agatonis.

iiii *Id. Febr.* Romæ, Soteris, Zotici et Amanti. Et in Alexandria, passio Apollonis, Prothei, Orionis. Sanctonis civitate, depositio sancti Trogiani episcopi.

iii *Id. Febr.* In Apamia, Poenæ et Eufraxi. Et in Armenia, Basilii. In Affrica, Felicis, Victoris. Et alibi, Amanti, Tulici, Zotici, Ciriaci. Romæ, Sorotetis.

Pridie Id. Febr. In Alexandria, Damiani martyris, Modestæ et Ammonis. Cartagine, Posinnæ. Alexandria, Juliani, Victoris, Secundi, Germani.

Idus Febr. In Alexandria, Juliani, Ciriaci et Ammonii. Et Albini * natale ducentorum. Lugduni, depositio beati Stephani episcopi.

* Alibi.

xvi *Kalend. Martii.* Romæ, Valentini. Et in via Ardeatina, Feliculæ. In Egea civitate, Juliani, Martiani. Et alibi, Filoronis, Candidiani.

xv *Kal. Mart.* In Antiochia, Josippi Diaconi. Interamnis, sanctæ Agapæ virginis, Johannis, Xisti. Et in Brixia, Faustini et Jovitæ. In Siria, Aventi.

xiiii *Kal. Mart.* In Hispania Barcelona, Cocofatis. In Africa, Maximi Item Secundæ, Sauli, Mustaci, Præsentis, Secundi, Maximæ, Lunellæ, et cum eis liiii.

xiii *Kal. Mart.* In Effeso, Crisanti. Et Aquileia (Crescentiani. In Africa) civitate Concordia, Donati, Secundiani et Justi. Alibi, Romuli, Saloni, Silvani cum aliis lxxxiiii martyribus.

xii *Kal. Mart.* In Italia civitate Concordia, Rutuli, Silvani, Classici, Secundi, Damasi, Pauli, Martialis, Maximæ. Et alibi, Marcelli, Rumuli, Silvini, Cassici. Alibi, sancti Pimenii, mart.

xi *Kal. Mart.* In Affrica, Publii, Marcelli, Juliani, Baracei. Item, Juliani, Tullii, Lampasi, Mavili, Maximillæ.

x *Kal. Mart.* Romæ, via Appia in cœmiterio Calisti, depositio Gagi episcopi. Et alibi, Victoris, Coronæ. Et Cypro, natale Putamii, Nemesiæ et Didimi.

VIIII *Kal. Mart.* In Affrica, Assumito civitate, Verili, Jocundi, Servuli, Sirici, Felicis, Saturnini, Fortunati. Item Justi, Amatoris, Secundæ, Sirisi.

VIII *Kal. Mart.* Romæ, natale Concordiæ. Et natale Cathedræ Apostoli Petri, quam sedit Antiochiæ. In Nicomedia, sanctæ Teclæ virginis. In Affrica, Victorini. Sirmio, sancti Severi et aliorum LXXI.

VII *Kal. Mart.* In Sirmio, Senerotis. Et in Asia, Herotis et Carpofori. In Affrica, Cresconii, Zenonis, Emenandi, Diodori. Item in Asia, Sinoris, Heruli.

VI *Kal. Mart.* Romæ, Pauli et Primitivi. Et in Nicomedia, Luciani presb. et aliorum XLIIII. In Ægypto, passio SS. Victorini, Victoris, Ninentiæ. Et alibi, Matthiæ Apostoli.

V *Kal. Mart.* In Affrica, Justi, Herenei et XLV, Donati, Piscinionis, Aurili, Rutuli et aliorum X. Pamphilia, natale Nistoris.

IIII *Kal. Mart.* In Alexandria, Alexandri, Justi, Theodoli, Nestoris, et aliorum XXXV. Epion, Donativi, Ampliati, Ingenui. Antiochæ, Fortunati.

III *Kal. Mart.* In Tesalonica, Alexandri. Et in Affrica, Anteginis, Dionisiæ et aliorum XXIIII. In civitate Smyrna Asiæ, Serviliani, Datiani, Leandri.

Pridie Kal. Mart. In Alexandria, Celeris, Pupilli, Serapionis, Justi. Et Claudii, Theophili, Victorini, Eppoli, Astutæ, Mitilæ, Alexandri, Victoris.

MARTIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Martii. In Affrica, Leonis, Donatiæ, Furtuni, Donatillæ, Abundantii. Massiliæ, Ermeti, Githei cum aliis XXIIII. Andegavis, depositio Albini episcopi.

VI *Non. Mart.* In Cæsarea Capadocia, Lucii episcopi. Et Romæ, Primitivi, Erolii, Georgii, Absaloni, Secundulæ, Januarii.

V *Non. Mart.* In Affrica, Floriani, Felicis, Casti, Fortunati et aliorum XL, Lucioli, Justi, Martiæ, Hierolis, Antigoni, Januarii, Gabiani, Quirini.

IIII *Non. Mart.* Romæ in cœmiterio Calisti, Julii episcopi. Et natale octingentorum Martyrum. Et alibi, Roti, Arcelai, Palatini. Nicomedia, Andreani.

III *Non. Mart.* In Affrica, Eoboli, Petri, Focæ, Marturis, Victoris, Eusebii. Alibi, Saturnini, Marci, Martini.

Pridie Non. Mart. In Nicomedia, Victurini. Et in Pamphilia, Victoris. Et alibi, Papiæ, Alexandri. Affrica, Saturi, Saturnini, Revocatæ.

Nonas Martii. In Mauritania, Secundi, Saturi, Saturnini, Perpetuæ et Felicitatis. In Affrica, Saturi, Revocatæ, Jocundi. Antiochia, Leoci, Equinæ.

VIII *Id. Mart.* In Nicomedia, natale Quirilli episcopi et Capitulini. In Affrica, Rogatæ, Felicis. Item Rogatæ, Jocundi, Beromiæ, Orbani, Silvani.

VII *Id. Mart.* In Armenia minore, natale militum XL. In Affrica, Juliani et Sici, Cirilli, Philippi, Mariniani, Rogati, Concessi.

VI *Id. Mart.* In Alexandria, natale Candidi, Valerii, Petri, Marciani. In Nicea, Gorgoni, Palatini. In Antiochia, Agapæ virginis et Marini.

V *Id. Mart.* In civitate Nicea, natale Gorgonii et Firmi. Cartagine, Zosimi. Alexandria, Gagi, Philomi episcopi, Candidi, Valerii, Quirilli.

IIII *Id. Mart.* In Nicomedia, Mariani presbyteri. In Affrica, Neonis diaconi, et aliorum XLIIII. Romæ, depositio sancti Gregorii episcopi. In Asia, Firmi.

III *Id. Mart.* In Nicomedia, Macedonii presbyteri. Patritii et Modesti. Cioni presbyteri. Saturi, Januarii. Nicea civitate, Teusitæ et Horis.

Pridie Id. Mart. In Tessalonica, Dionisii, Alexandri et Palatini. Et Romæ, depositio Innocentii episcopi. Nicomedia, Felicissimi, Dativi et Florentini.

Idus Mart. In Nicomedia, Pauli, Silvii, Petronii. In Capadocia, Longini, Luci episcopi. Cartagine, Solutoris. Hierosolima, Jacobi Apostoli.

XVII *Kalend. Aprilis.* Aquileia, Helarii et Tatiani. Et in Grecia, Castoris, Nonni, Sereni. Et in Nicomedia, Pamphiliani et Eugonii, Dionis, Quiriaci.

XVI *Kal. April.* Nicomedia, Dionisii, Januarii, Mariæ, Victorini. Et Hibernia Scotiæ, depositio sancti Patritii episcopi. Romæ, Alexandri episcopi, Theodori diaconi.

XV *Kal. April.* In Alexandria, Collectitii. In Nicomedia, Servuli. Et in Mauritania, Timothei, Rogati, Quarti. In Campania, Quinti, Ingenui, Quartillæ.

XIIII *Kal. April.* In Capadociæ Cæsarea, Theodori presbyteri. Bethlehem, sancti Joseph nutritoris Domini. Et in Affrica, Bassi et aliorum XX. Lucillæ, Fissiani, Pomeni, Apollonii, Leontii episcopi, Marci cum aliis VIIII.

XIII *Kal. April.* In Antiochia, Joseph. Et in alio loco, Pauli et Cyrilli, Eugenii, Serapionis, Cludii, Exuperii, Victorici, Valentini, Domni.

XII *Kal April.* In Alexandria, Serapionis, Josippi, Volusii et Policarpi, Luci, Ammonii, Amatoris. Et in Cassino, sancti Benedicti abbatis.

XI *Kal. April.* In Arbona Aquitaniæ, natale Secundi et Pauli. Et in Sebastia, Arionis. In Affrica, Saturnini et aliorum VIIII. Decroni, Arionis.

X *Kal. April.* In Affrica, natale Fidelis. Antiochia, Theodori presbyteri. Cæsarea, Juliani. In Cæsarea civitate, Agatii, Thimioli et Dionisii.

VIIII *Kal. April.* In Syria, Seleuci. Et in Affrica, Agapiti, Romuli, Rogati, Victorini, Saturnini. Item Saturnini. Romæ, Cyrini martyris.

VIII *Kal. April.* Annuntiatio sanctæ Mariæ matris Domini. Hierosolyma, Dominus noster Jesus Christus crucifixus est. Et passio Jacobi Apostoli fratris Domini.

VII *Kal. April.* Romæ, Castuli. Et in Syrmio, Montani presbyteri. In Sebaste civitate, Petri episcopi. In Antiochia, Timothei, Diogenis. Alibi, Theodori episcopi.

VI *Kal. April.* Hierosolima, Resurrectio Domini nostri Jesu Christi. Et in Affrica, Mauroli, Acuti, Romuli, Successi, Missiæ, Donati, Alexandri, Solutoris.

V *Kal. April.* In Affrica, Rogatæ, Successi et Dorothei. Et in Cæsarea, Mariæ. In Tharso

Ciliciæ

Ciliciæ, Castorii. Gavillono, Guntrammi regis. Alibi, Audacti.

iiii *Kal. April.* Nicomediæ, Pastoris, Victorini, Saturnini, Dolæ, Julianæ et aliorum quatuor. Antiochiæ, Theodori presbyteri. Pentalis et Juliani.

iii *Kal. April.* Thesalonica civitate, Domnini, Philopoli, Acaci et Palatini. Alibi, Victoris, Marcellini, Eulaliæ virginis. Aurelianis, depositio Pastoris.

Pridie Kal. April. Affrica, Anesi, Felicis, Diodoli, Porti, Abdæ, Corneliæ, Valeriæ.

APRILIS HABET DIES XXX.

Kalend. Aprilis. In Armenia, Partini, Quinctiani et Victoris. Et in Thesalonica, Acapis, Cioniæ et Hereni, Secundi, Ingenianæ, Saturnini. Et Eraclia, Victoris, Agapæ et Herenei. In Ægypto, Stephani.

iiii *Non. April.* In Affrica, Amphiani, Victoris, Proculi. Thesalonica, Theodoli, Agatopi, Publii, Orbani. Lugduno Galliæ, depositio Niceti episcopi.

iii *Non. April.* In Thomis, Euagrii et Benignæ. In Mysia, Agathæ, Meri, Rufi. In Cæsarea Palestinæ, Theudisiæ virginis. Nicomedia, Donati.

Pridie Non. Apr. Thesalonica, Theodoli, Agathopoli diaconi. Et alibi, Pauli, Orbani, Saturnini, Publii, Matutini, Victoris. Mediolani, sancti Ambrosii episcopi.

Nonas Aprilis. Nicomedia, Claudiani et Plauvii. In Ægypto, Mariani. In Alexandria, Didimi presbyteri. Sicilia, Honorii. Cæsarea, natale sancti Amfiani.

viii *Id. April.* Syrmia, Herenei episcopi. In Nicomedia, Firmi, Solutoris, Quiriaci, Moysi. Affrica, Epifanii episcopi. In Macedonia, Timothei.

vii *Id. April.* Alexandria, Pelusii presbyteri. Et in Nicomedia, Ciriaci cum aliis x. Antiochia Syriæ, Thimothei, Diogenis, Machariæ, Maximæ.

vi *Id. April.* In Affrica, Januarii, Macharii. Et in Cartagine, Concessi, Timoris, Cornexi. Et alibi, Maximi, Solutoris, Successi, Ammonii.

v *Id. April.* In Syrmia, Dimetri diaconi, Helarii, Concessi, Fortunati et Virginum septem. Marii, Donati. *Et translatio corporum S. Marci Euangelistæ, et S. Senesii martyris in Augiam anno* 830.

iiii *Id. April.* Alexandria, Apollonii presbyteri. Et in Datia Ripensi, Gaiani diaconi, Helari. Antiochia, sancti Theodori presbyteri. Lugduno, depositio sancti Syagrii.

iii *Id. April.* In Mauritania, Helarii, Maximi. Salona Dalmatiæ, Domionis episcopi. Affrica, Fortunati, Donati. Alibi, Eustorgii, Nestoris.

Pridie Id. April. Romæ, Julii episcopi. In Capadocia, Quarti. Et in Asia, Carpi episcopi et aliorum xlvii. In Capua, Cypriani, Musculæ, Donatæ, Novellæ.

Idus April. In civitate Calcedonia, Eufemiæ. Et Romæ, Januarii martyris, Secutoris, Eucapi, Catuli. Pergamo Asiæ, Policarpi episcopi, Pauli diaconi.

xviii *Kalend. Maii.* Romæ, natale Tiburtii, Valeriani, et Maximi. Alibi, Apollonii, Proculi, Valentini, Marciæ. Alexandria, Frontonis.

xvii *Kal. Maii.* In Picino, Maronis et Messoris episcopi. In Mesopotamia, Comati, Cypriani. In Antiochia Syriæ, Prosducæ. In Spaniis, Luperci martyris.

xvi *Kal. Maii.* In Corintho, Carisi, Leonidis. Et Romæ, Vincentii. In Mauritania, Basiliæ. In Ponto, Martialis, Felicis, Faustini. Luciani.

xv *Kal. Maii.* Antiochia, Petri diaconi et Ermogenis. Et in Affrica, Fortunati et Martiani, Quinti, Mappalici, Baruci, Victorici, Donati, Galli, Juliani.

xiiii *Kal. Maii.* In Salona, Septimi diaconi, Victurici. In Affrica, Victoris, Pamphili, Donatæ. Romæ, Partenii et Caloceri et Eleutherii episcopi, Apollonii.

xiii *Kal. Maii.* Affrica. Ermogenis. Et in Spaniis, Vincentii et Gagi. In Armenia, Militene civitate, Gagi, Expediti, Aristoni, Cirusi, Galatii.

xii *Kal. Maii.* In Alexandria, Aradi presbyteri, Silvani. Romæ, depositio Victoris episcopi, Felicis, Alexandri, Silviani. Antisiodoro civitate, depositio Martini episcopi. Alibi, sancti Senesii martyris.

xi *Kal. Maii.* Alexandria, Fortunati et Aratoris presbyteri. Romæ, Valeriani, Maximi, Tiburtii. Et in Sicilia, sancti Amphelici. Alibi, Victoris, Papiæ, Apruculi episcopi.

x *Kal. Maii.* In Frigia civitate Hieropoli, Philipi. Romæ, depositio Gagi episcopi, Primuli. Lugduno Galliæ, passio sancti Eppodi. Civitate Senonis, Leonis episcopi.

viiii *Kal. Maii.* In Affrica, Catulini, Saturnini, Felicis. Romæ, Georgii martyris et Adelberti episcopi. Naboris. In Gallia Valentia civitate, Felicis presbyteri, Fortunati diaconi.

viii *Kal. Maii.* In Alexandria, Theonis et aliorum xxiiii. In Affrica, Faustini, Victurini. In Babilonia civitate, Sidrach, Misach et Abdenago, cum de camino ignis ardentis liberati sunt.

vii *Kal. Maii.* In Alexandria, sancti Marci Euangelistæ. Letania Romana. Affrica, Nobilis, Martiæ. Et in Perside civitate Diospoli, sancti Georgii martyris. Lugduno, Rustici episcopi.

vi *Kal. Maii.* In Anxiopoli, Cyrilli. * Et in Antiochia Syriæ, Leonidis, Vindei. Et in Affrica, Victoris, Sirici, Honorati, Felicis, Pauli, Maximi, Martiani. Nunn.

v *Kal. Maii.* In Nicomedia, Antimi, Stephani episcopi, et Antonini presbyteri. Et in Mileto, Elpidii et Ermogenis. In Tarso Ciliciæ, Castoris. Antiochia, Timiæ, Mauri.

iiii *Kal. Maii.* In Pannoniis, natale Pollionis. Et in Tarso Ciliciæ, Afrodisii et aliorum clxx. Eusebii episcopi. Romæ, Vitalis. Bituricas, depositio Eutici presbyteri.

iii *Kal. Maii.* In Alexandria, Germani presbyteri. Et in Nicomedia, Prosduci. Et in Perusio, Valentini, Martiani. Et in Affrica, Grati et aliorum sex. Et alibi, Pudentis.

Pridie Kal. Maii. Alexandria, Frodisi, presbyteri. Romæ, depositio Quirini episcopi, Dorothei presbyteri, Rodociani diaconi. Viatoris, Martini, Majorici, Victoris.

MAIUS

MAIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Maii. In Asia, natale sanctorum Philippi Apostoli et Jacobi. In Affrica, Quintiani, Eleutherii. Et in Oriente, Matthei Apostoli. Tolosa, Orienti episcopi. Antisiodoro, Amatoris episcopi. Alibi, Sigismundi regis. Waldburgæ virginis.

VI *Non. Maii.* In Alexandria, Saturnini, Germani, Helpidiæ, Celestini, Felicis, Urbani, Bellaci, Privatæ. In Armenia, civitate Militana, Ermogenis.

V *Non. Maii.* Romæ, natale sanctorum Eventii, Alexandri, Theodoli. In Hierosolima, Inventio sanctæ Crucis. Affrica, Mariani, Fortunati, Rufini.

IIII *Non. Maii.* In Nicea civitate, Antonini. Et in Affrica, Cœlestini et aliorum duodecim. Et in Cæsarea, Silvani. Alexandria, quadraginta Martyrum. Et alibi, Floriani. Et sancti Gotehardi episcopi.

III *Non. Maii.* Alexandria, Eutimii diaconi. Et in Tesalonica, Herenis, Peregrini. Affrica, Gregorii. Arelato, Helari episcopi.

Pridie Non. Maii. In Persida, natale Matthei Apostoli et Euangelistæ. Affrica, Secundini episcopi. Mediolanio, Victoris, Felicis. Antisiodoro, Valerii episcopi.

Nonas Maii. In Nicomedia, Flavii episcopi, Augustini, Macrobii. Et in Constantinopoli, Achaici. In Affrica, Celerinæ, Maximæ, Victuri, Potentillæ.

VIII *Id. Maii.* Mediolano, Victoris martyris. Et in Nicomedia, Maximi presbyteri. Affrica, Eutici, Fortunati, Saturnini, Helladii episcopi. In monte Gargano, inventio Basilicæ S. Michaelis archangeli.

VII *Id. Maii.* In Anxiopoli, Quirilli, Zenonis. Et in Tarso Ciliciæ, Afrodisii. Constantinopoli, sancti Timothei. Alibi, Primuli, Beati confessoris.

VI *Id. Maii.* Romæ, Gordiani et Epymachii et Majoris. In Affrica, Probati et Petri. Anxiopoli, Cyrilli, Felicis, Faustæ, Victurini, Saturnini. In Scotia, Fausti. Depositio sive natale Job prophete.

V *Id. Maii.* Romæ, Antemii. In Asia, Demetrii. Sirmio, Montaniani. In Affrica, Mauvili, Septimi, Julii, Januariæ, Victurii, Fortunati.

IIII *Id. Maii.* Romæ, natal. sanctorum Nerei, Achillei, Pancracii, Quiriaci, Sotheris virginis, Johannis, Mosei, Affroti, cum aliis quingentis quatuor.

III *Id. Maii.* In Oriente, Taraci, Probi et Andronici. Alexandria, Agrippæ, Sabini, Lucii, Cyrillæ, Acris, Maximi. Antisiodoro, Marcellini. Et Gangolfi martyris.

Pridie Id. Maii. In Syria, Victoris et Coronæ. In Affrica, Secundini, Secundiani, Quarti. In Asia, Maximiani. Mediolano, Victoris, Naboris.

Idus Maii. In Syrmio, Timothei et septem Virginum. Et in Sardinia, Simplicii presbyteri. Mediolano, Petri, Andrei, Dionisii. Augustoduni, Tredici.

XVII *Kalend. Junii.* In Isauria, Victorianæ. In Epheso, Gaiani, Jovini. Antisiodoro, passio sancti Peregrini episcopi. Alibi, depositio Fiduli presbyteri.

XVI *Kal. Jun.* In Alexandria, Victoris, Basile. Romæ, Partenis, Caloceri. Et depositio Liberii episcopi. In Achaia, Calisti, Vincentii, Felicis.

XV *Kal. Jun.* Alexandria, Potamonis presbyteri, Bostasii. In Ægypto, Dioscori. In Antiochia, Petri, Ermogenis, Fortunati, Quinti, Victorici.

XIIII *Kal. Jun.* Romæ, Caloceri, Pudentianæ, Urbani, Seleuci. Alexandria, Areni diaconi. In Cæsarea, Epoliochi. In Affrica, Quinti. Getulie, Emelii.

XIII *Kal. Jun.* Romæ, Urbani confessoris, Basillæ, Victoriæ. In Galliis, Baudeli martyris. Alibi, Protasii, Gervasii, Fausti. Bituricas, Austregisili episcopi. Eustasii martyris.

XII *Kal. Jun.* In Mauritania, Timothei. Et Ravenna, Martyrii, Poli, Eutici. In Affrica, Victi, Maurellæ. In Brittania, Timothei diaconi. Alibi, sancti Valentis martyris et episcopi.

XI *Kal. Jun.* Affrica, Fausti, Venusti, Emuli, Maxentii. Romæ, Timothei, Casti. In Corsica, Juliæ, Antisiodoro, sanctæ Helenæ virginis. Alibi, Poliucti.

X *Kal. Jun.* In Emerita, Epicterii et Basi episcopi. Affrica, Quinti, Lucii. Et Vienna, Desiderii episcopi et martyris, Juliani, Felicis, Montani, Januariæ.

VIIII *Kal. Jun.* In Istria, Servuli. Et in Affrica, Saturnini. In Syria, Saturæ, Timini. Item Saturnini, Felicis. In Nametis civitate, Rogatiani.

VIII *Kal. Jun.* In Mediolano, depositio Dionisii episcopi. Et in Campania, Atelæ, Amonis. Romæ, sancti Urbani episcopi, Dorostori. Epheso, Joannis Apostoli.

VII *Kal. Jun.* In Affrica, Eracli, Pauli. Et in Tuderto, Felicissimi et Mindiniæ. In Affrica, depositio sancti Augustini episcopi. Antisiodoro, passio sancti Prisci.

VI *Kal. Jun.* Alexandria, Aquilini presbyteri, Euangelii et aliorum XIIII. Alibi, Heliæ, Luciani, Martialis. In Affrica, Sacei, Carpiæ. In Sardinia, Saluciani, Eutici episcopi. Crescentini, Ticiani, Quinti, Stiabili.

V *Kal. Jun.* In Affrica, Cetuli, Aurosi, Proti. In Sardinia, Emeli, Priami. Romæ, Epigati, Catulæ, Martialis. Parisiis civitate, depositio sancti Germani episcopi.

IIII *Kal. Jun.* Romæ, Restituti. Et in Affrica, Primi, Acidi, Apasimoni, et aliorum CLIII. Treveris, Maximi episcopi. In Spaniis, Sicinoti, Musti.

III *Kal. Jun.* In Antiochia, Esiciæ, Eutimiæ. Et in Sardinia, Gavini, Palatini. Item in Sardinia, Gabinæ, Erispoli.

Pridie Kal. Jun. In Aquileia, Cantiani, Proti. Romæ, Processi, Martiniani. Cartagine, Datiani. Alibi, Isici. Romæ, sanctæ Petronellæ virginis.

JUNIUS

JUNIUS HABET DIES XXX.

Kalend. Junii. In Thessalonica, Octavii. Et in Antiochia, Zosimi et Teclæ. In Affrica, Crispini. Romæ, Loventi, Exuperantii. Dedicatio sancti Nicomedis martyris. Alibi, Honorati, Donati.

IIII *Non. Jun.* Romæ, Marcellini presbyteri et Petri exorcistæ. Et in civitate Cæsarea, Honorati, Porphirii et Pamphili. Alibi, Tomaci, Silvini.

III *Non. Jun.* In Africa, Quirini. Et in Tuscia, Recio civitate, Laurentii et aliorum quadringentorum. Alibi, sanctæ Julianæ virginis. Natale sancti Thomæ Apostoli. Romæ, Marcellæ, Aviti, Gagi, Methomi, Passemi, Viriani.

Pridie Non. Jun. In Ninive, Dinocii, Attali, Eutici. Et in Saracia, civitate Pannoniarum, Cyrini episcopi. Romæ, Picti, Arecii, Datiani. In Sicilia, Expergenti.

Nonas Jun. Romæ, Feliculi, Felicitatis, Gregorii. In Ægypto, Martiani, Nigrandi. Affrica, Evasi et Privati. Et in Syria, Zoeli, Saturnini, Servilii. Alibi, passio sancti Bonifacii archiepiscopi.

VIII *Id. Jun.* In Affrica, Amanti, Lucii, Andreæ, Donati, Peregrini, Itali, Philippi. Alibi, depositio Gladii episcopi. Gratianopoli, depositio Cirati episcopi.

VII *Id. Jun.* Affrica, Pauli, Fortunati. Et in Bizantio, id est Constantinopoli, Macharii, Privati, Vasii et Innocentii. Alibi, Primasi. Cæsareæ, Luciani.

VI *Id. Jun.* Romæ, natale sanctorum Naboris et Nazarii, Primi. Et in Cæsarea, Cresti, Martiæ, Mociani. Et in Nicomedia, Nestoris. Suessionis, sancti Medardi episcopi.

V *Id. Jun.* Romæ, Primi et Feliciani. Et in Alexandria, Maximi presbyteri, Diomedis et Amantii. In Galliis, civitate Agenna, passio sancti Vincentii.

IIII *Id. Jun.* Romæ, Basilidis, Aurisi, Rogati, Basillæ. In Spaniis, Crispuli. Et in Nicomedia, Zachariæ. In Antisiodoro, depositio beati Censuri episcopi.

III *Id. Jun.* Romæ, Basillæ, Crispuli, Restituti. Et in Aquilegia, Fortunati episcopi, Emeriti, Victuriani, Victoris. Alibi, Naboris.

Pridie Id. Jun. In Tripoli, Magdaletis. Romæ, Basilidis, Cirini et Naboris, et sancti Nazarii. Aurili, Donatillæ, Secundæ.

Idus Jun. In Affrica, Luciani et Fortunati. In Perside, Bartholomei Apostoli. Romæ, Feliculi.

XVIII *Kalend. Julii.* In Frigia, civitate Laodicia, Antonionis. Et in Epheso, Miogenis, Galliani. In Affrica, Quintiani, Festivi. Suessionis, Valerii, Rufini martyris..

XVII *Kal. Jul.* Constantinopoli, Mucii et Merecíæ. In Lucania, Viti, Candidi. Et in Benavento, Marcii. In Provincia Siciliæ, Viti, Modesti et Crescentiæ.

XVI *Kal. Jul.* In Affrica, Quiriaci, Valeriæ. In Sicilia civitate Misena, Saturnini, Cendeni. In Antiochia, Cyrici et Julitæ, et cum eis quadringenti quatuor. Alibi, Aurei episcopi et Justini martyris.

XV *Kal. Jul.* Romæ, Diogenis, Quiriaci. Et in Ravenna, Fronii, Blastini. Alexandria, Dioscori et Marini. Et in Aquilegia, Cyriæ. Aurelianis, Aviti presbyteri.

XIIII *Kal. Jul.* Affrica, Emilii et Felicis. Romæ, Marcelliani et Marci. Balbini, Pauli, Cyriaci, Felicis. In Alexandria, sancti Marini.

XIII *Kal. Jul.* Mediolani, sanctorum Protasii et Gerbasii, Marcelli. Romæ, Euodii, Petri. Alibi, Valeriæ, Marcelli, Vitalis, Ursicini.

XII *Kal. Jul.* Ravenna, Crispini, Vitalis. Et in Thomis, Pauli et Cyriaci, Felicis et Thomæ, Emilii. Item Vitalis et Martyriæ.

XI *Kal. Jul.* In Affrica, Ciriaci, Bellici, Crisimi. In Sicilia, civitate Siracusa, Rufini et Marciæ. In Cæsarea Palestinæ, depositio sancti Eusebii episcopi. Alibi, sancti Albani martyris.

X *Kal. Jul.* In Antiochia, Gantali, Juliani et aliorum octingentorum septuaginta septem Martyrum. Et in Perside, Jacobi Alfei Apostoli. In Nola, Paulini episcopi. Alibi, Alpinæ martyris.

VIIII *Kal. Jul.* Nicomedia, Acuti et Cinnami, Capitonis, Ritonis, Emeriti, Alici et aliorum septuaginta octo.

VIII *Kal. Jul.* In Provincia Palestinæ, civitate Sebastia, natale sancti Johannis Baptistæ. Et in Epheso, dormitio sancti Johannis Euangelistæ. Romæ, Luciæ. Augustiduno, Simplicii episcopi.

VII *Kal. Jul.* Affrica, Gaudentii, Felicis, Agapiti, Emeriti. Et in Alexandria, Agathonis, Luciæ virginis.

VI *Kal. Jul.* Romæ, Johannis et Pauli fratrum. Et in Thesalonica, Lantani, Bigati. Romæ, Acteie. Alibi, Diogenis.

V *Kal. Jul.* Romæ, septem germanorum. Crispiniani, Spinellæ, Felicis. In Corduba, Crescentis, Juliani, Nemesi, Primitivi, Eugenii.

IIII *Kal. Jul.* Affrica, Fabiani, Arioni, Capitolini. Romæ, Leonis Papæ. In Alexandria, Theodori, Pastasi, Titiri, Pasi, Misæ. Lugduno Galliæ, Herenei episcopi cum aliis sex.

III *Kal. Jul.* Romæ, natale Apostolorum Petri et Pauli, et aliorum nongentorum septuaginta septem. In Perside, Simonis et Judæ Apostolorum.

Pridie Kalend. Jul. Romæ, Timothei, Zotici. In Agrippina, Asdini, Pamphili. Et Lemovicas, depositio sancti Martialis episcopi et confessoris.

JULIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Julii. In Nicomedia, Zoeli. Romæ, Gagi Papæ, Luciæ virginis, Processi, Marini. In Antiochia, Severiani. In monte Hor, depositio Aaron Sacerdotis. Augustiduno, Leontii episcopi.

VI *Non. Jul.* Romæ, natale sanctorum Processi et Martiniani, Melciadis episcopi, Damasi, et Eutici. Et in Mesopotamia, Esicii, Animidæ, Aurixi.

V *Non. Jul.* In Alexandria, Trifonis, Menelai,

Cyrilli.

Cyrilli, Aprici. Et Edissa, translatio corporis sancti Thomæ Apostoli. In Tarso Capadociæ, Severi.

IIII *Non. Jul.* In Affrica, Jocundiani, Sereni et Theodori. Et in Toronis, ordinatio et translatio corporis S. Martini episcopi. Alibi, sancti Lauriani. *Et Udalrici episcopi.*

III *Non. Jul.* Agathoni, Theodoti, Trofonis, Magrini, Arpotis.

Pridie Non. Jul. In Alexandria, Artotis et Zotici. In Syria, Aratoris. Neviduno, Zotici, Amandi, Astetis. Augustiduno, Legunti episcopi.

Nonas Jul. In Alexandria, Parmeni, Eracli, Apollini, Publii. Et alibi, Partemi, Pividii, cum aliis septem. Alexandri, Pirminii.

VIII *Id. Jul.* In Sirmio, Citracii. In Nicea, Cladii, Severi, Honorati. In Cæsarea Capadociæ, Procopii, Quarti. In Eraclia, Johannis. Alibi, natale sanctorum Chiliani, episcopi, Colmani presbyteri, Dotnani diaconi.

VII *Id. Jul.* In Thomis, Zenonis. Et in Mediolanio, Mocci, Vitalis. In Sicilia, Feliciani. Romæ, Floriani, Faustini, Anatholii, Felicitatis.

VI *Id. Jul.* Romæ, natale septem Fratrum, id est : Felicis, Philippi, Vitalis, Martialis, Alexandri, Silani, Januarii. In Alexandria, Leontii, Marci.

V *Id. Jul.* In Alexandria, Euticii, Eufemiæ. Et in Affrica, Januarii et Marini. Romæ, Stephani. Leontii. Translatio sancti Benedicti abbatis.

IIII *Id. Jul.* Mediolanio, Naboris, Felicis. Romæ, Primitivi. In Aquileia, Fortunati. In Sicilia, Agathæ virginis. Lugduno Galliæ, Viventioli episcopi.

III *Id. Jul.* In Alexandria, Serapionis, Trifoniæ, Melei, Euangeli, Attali, Zenonis, Thophili. Alibi, Trophimi. Alibi, Menei presbyteri.

Pridie Id. Jul. In Alexandria, Philippi, Zenonis. In Affrica, Papiæ, Donati. Antiochia, Petri, Gummi, Lugduno Galliæ, Justi episcopi. Alibi, Foci episcopi.

Idus Jul. Syrmio, Agrippini, Secundi, Maximi. In Alexandria, Philippi, Zenonis, Nasei, Nicivis. Et in Affrica civitate Carthagine, Catulini diaconi. Alibi, Reginsindæ martyris et virginis.

XVII *Kalend. Augusti.* In Hostia civitate, Helarini. Et in Antiochia, Teudoli et Statii. Mediolanio, Mochii. In Cæsarea, Pauli et Mametis.

XVI *Kal. Aug.* Mediolanio, Marcelli. In Affrica, Aquilini, Chindini. Cartagine, Generosi. In Asia, Nazarii, Venturi, Secundæ. Antisiodoro, Teudosii episcopi.

XV *Kal. Aug.* In Alexandria, Sisinnii. Romæ, Semperosi, Petri, Marcelliani, Januarii. In Dorostoro, Emiliani, Bassi, Maximi, Pauli. Alibi, Fabei episcopi.

XIIII *Kal. Aug.* In Antiochia, Macedonis et Lampadii. Constantinopoli, Luciani, Philippi, Petri. In Spaniis, Justi. Lugduno Galliæ, Rustici presbyteri.

XIII *Kal. Aug.* Affrica, Luciani presbyteri, Petri, Amabilis. In Thebaida, Victuri. Et in Damasco, Sabini. Et in Cassino, Severi. In Corintho, Cyriaci. Romæ, Passeriæ.

XII *Kal. Aug.* In Affrica, Heliæ. Et in Massilia, Victoris, et Coronæ. Et Romæ, Praxedis, Æmiliani. Et in Alexandria, Diodori, Feliciani et Longini.

XI *Kal. Aug.* Antiochia, Andreæ martyris. Et in Ancira Galatiæ, Platonis, Cyrilli, Aurili, Eliani, Stradei, Thebelli, Aiabosi. *Et Mariæ Magdalene.*

X *Kal. Aug.* Ravennæ, Appollinaris. Romæ, Vincentii. Et in Laodicia, Minisei, Tisiciæ. Et natale Primitivi.

VIIII *Kal. Aug.* In Armenia minore, natale Sebasti, Theogenis, Victoris, et aliorum octoginta trium. Alibi, natale Victurini et Militaris. Emeritæ, Capitonis, Silvani. Natale sanctæ Cristinæ virginis.

VIII *Kal. Aug.* In portu Romano, natale Acontri, Nonni. Passio sancti Jacobi Apostoli, fratris Johannis. Et alibi, Clementis, Juliani. Amon, sancti Christophori.

VII *Kal. Aug.* In Laodicia, Joviani et Juliani, Emili, Felicis, Marciani, Maximi, Saturnini, Gloriosi. Item Emili. Alibi, Mociani.

VI *Kal. Aug.* In Campania, Nola civitate, natale sancti Felicis episcopi. Et alibi, Jocundæ. Et in Syria, Symeonis monachi. In Nicomedia, Januarii.

V *Kal. Aug.* In Laodicia, Theophili, Auxentii, Septimi. Et in Nicomedia, Pantaleonis. Et in Sicilia, Cosconiani. Alexandria, Bissiæ, Zotici, Secundi, Macharii.

IIII *Kal. Aug.* Romæ, natale sanctorum Felicis, Simplicii, Faustini et Viatricis. Et in Affrica, Felicis. Tregas civitate, Lupi episcopi. Aurelianis, depositio Prosperi episcopi.

III *Kal. Aug.* Romæ, natale sanctorum Abdon et Sennes. Et in Affrica, Maximæ, Prisci, Paternici, Justi. Antisiodoro, depositio sancti Ursi episcopi.

Pridie Kal. Aug. In Frigia, Democriti, Secundi et Dionisii, Tyrsi. Antisiodoro, Germani episcopi et confessoris. Et natale Aunacharii episcopi.

AUGUSTUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Augusti. In Antiochia, passio sanctorum Machabeorum, septem fratrum, cum matre sua. Romæ, Secundi. Vercellis, Eusebii episcopi. Bituricas, Archadii episcopi. Ad Vincula sancti Petri.

IIII *Non. Aug.* Romæ, sancti Stephani episcopi et martyris. Et in Verona, Felicis. In Antiochia, Martyrum septem. Alibi, Theodotæ cum tribus filiis.

III *Non. Aug.* In Ancona, Stephani. Romæ, Diogenis, Justini, Crescentionis. Hierosolimis, inventio corporis sancti Stephani primi martyris.

Pridie Non. Aug. In Nicomedia, Isei. Et Romæ, dedicatio basilicæ sanctæ Mariæ. Justini et Crescentiæ. Alibi, Floriani, Herenei. Eraclii, Bassi.

Nonas Aug. Augustiduno, Cassiani episcopi. Catalauni, sancti Memmii. Alibi, Hereni, Classi, Eraclii. Et Oswaldi martyris.

VIII *Id. Aug.* Romæ, natale sancti Xisti episcopi et martyris. Felicissimi, Agapiti, Donatiani, Faustini, Laurentii, Yppoliti et Militum CLXV.

VII *Id. Aug.* In Antiochia, Sophronii. Et in Aretio, Donati episcopi et confessoris. Mediolanio, Faustini. Alibi, Carpofori, Veneriæ. Augusta civitate, sanctæ Afræ.

VI *Id. Aug.* Romæ, Secundi, Severiani, Vi-

cturini, Cyriaci, Largi. Nicomediæ, Nazarii, Juliani, Agapæ virginis. Philadelphia, Leonidis.

v *Id. Aug.* In Syrmio, Rustici. Et in Oriente, Crescentiani et Tiburtii. In Alexandria, Antonini. Romæ, Dionisii episcopi. In urbe Lemovicas, Martini.

IIII *Id. Aug.* Romæ, natale sancti Laurentii, Cyriaci, Largi, Crescentionis, Memmiæ, Felicissimi. Et alibi, Januarii, Cyrilli, Quinti, Gemini, Lucilli.

III *Id. Aug.* Romæ, natale sancti Tiburtii, Susannæ, Valeriani et Cæciliæ virginis. Et Nicopoli, passio multorum Martyrum. Et in foro Cornelii, passio sancti Cassiani.

Pridie Id. Aug. In Sicilia, civitate Catena, Eupoli, Veretiæ. Et Syria, Juliani et Macharii monachi. Romæ, sanctorum Crisanti, Dariæ, Claudii, Mauri.

Idus Aug. Romæ, Yppoliti martyris. Pontiani episcopi, Luciani, Calisti. Et Pictavis, Radegundis reginæ. Alibi, Antiochi episcopi.

XVIIII *Kalend. Septembris.* In Syria, Demetrii, Fortunati. Et in Aquileia, Felicis, Eutici, Pauli, Eradi, Possessoris. Romæ, sancti Eusebii presbyteri.

XVIII *Kal. Sept.* Assumptio sanctæ Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi. In Nicomedia, natale Philippi, Stratonis et Euticiani.

XVII *Kal. Sept.* In Alexandria, Orionis, Emeli. Et alibi, Agnati. In Perside, natale sancti Tyrsi. Et dedicatio ecclesiæ sanctæ Mariæ in Insula Augiensi.

XVI *Kal. Sept.* In Cæsarea Capadociæ, sancti Mammetis monachi. Et in Calcedonia, sanctæ Eufemiæ. Et dedicatio oratorii sancti Johannis Baptistæ in Insula.

XV *Kal. Sept.* Romæ, Agapiti. Et in Ponto, Pontimi, Pilantii, Martianæ virginis. Et sancti Martini Papæ urbis Romæ. Candidi, Martyrii.

XIIII *Kal. Sept.* In porto Amasiæ civitatis, Filionis, Rufini, Leontii, Theodoli, Cyrilli. In Alexandria, sancti Orionis. In Biturico territorio, sancti Mariani.

XIII *Kal. Sept.* In Alexandria, Dioscori. Et in Lucania, Valentiniani, Leontii. In Sinnada civitate, Pisti, Arcii, Diomedis, Agateni, Pamphili.

XII *Kal. Sept.* In Spaniis, Vincentii et Juliani. Et in Lucania, Valentini et Leontii. In Sardinia, Luxurii, Traiani, Quadrati episcopi. In Alexandria, Pisti, Sevi.

XI *Kal. Sept.* Romæ, Timothei discipuli sancti Pauli Apostoli. Et in Ponto, Nectarei. Augustiduno, passio sancti Medardi et Simphoriani martyrum.

X *Kal. Sept.* In Aquileia, Fortunati, Ermogenis. Romæ, Cyriaci, Abundii, Innocentii. Lugduno Galliæ, Minerui. Augustiduno, Flaviani episcopi. Arvernis, Sidonii episcopi.

VIIII *Kal. Sept.* In India, natale sancti Bartholomei Apostoli. Romæ, Genesii martyris. In Antiochia, Zenobii et Capitolini. Redonis, depositio sancti Audoini episcopi.

VIII *Kal. Sept.* In Arelato, Genesii martyris, Julii. Et Romæ, Euticetis. In Syria, Juliani. In Capua civitate, sanctorum Rufini, Eutici. In Spaniis, Justi, Pastoris.

VII *Kal. Sept.* In civitate Salona, Anastasii martyris. Et in Apulia civitate Ecclamo, Mercurii martyris. Romæ, Maximiliani, Quintini. Arelato, Victoris.

VI *Kal. Sept.* In Campania, Rufi. Et in Antiochia, Sebasti et Alexandri. In civitate Thomis, Marcellini. Arelato, depositio sancti Cæsarii episcopi. Augustiduno, Siagrii episcopi.

V *Kal. Sept.* Romæ, natale sancti Ermetis. E in Affrica civitate Yppone Regio, sancti Augustini episcopi. Arvernis civitate, Juliani martyris. Sanctonis, Viviani episcopi. Et alibi, sancti Pelagii martyris.

IIII *Kal. Sept.* In Emissa, civitate Fœniciæ provinciæ, decollatio sancti Johannis Baptistæ et aliorum octingentorum martyrum. Romæ, sanctæ Savinæ. Et pausatio Helisei prophetæ.

III *Kal. Sept.* Romæ, via Ostiensi, natale sanctorum Felicis et Adaucti, Gaudentiæ virginis cum reliquis tribus.

Pridie Kal. Sept. In Treveris, depositio sancti Paulini episcopi. Et Ancyra Galatiæ, sancti Gagiani, Juliani, Rufini, Vincentiæ. Antisiodoro, sancti Optati episcopi.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Septembris. In Apollonia, Felicis et Donati. Et in Capua, Prisci. In Cassino, Constantii et Feliciani. Et in Tuderto, Ferrentiani episcopi. In Cartagine, Fortunati. Et alibi, sanctæ Verenæ virginis.

IIII *Non. Sept.* In Nicomedia, Zenonis, Gorgonii, Theodoti. Et in Sicilia, Eopolo, Josephi. In Appulia, Felicis. In Antiochia, Timothei. Alibi, depositio Justini episcopi.

III *Non. Sept.* In Syria, Antonini et Aristonis episcopi. Et in Alexandria, Arestempi episcopi. Alibi, Lucæ, Johannis, Eufemiæ, Sirici, Arestis.

Pridie Non. Sept. In Ancyra Galatiæ, Marcellæ, Helpidii, Antonii. Romæ, Bonifacii episcopi, Magni, Casti. Caballonis, Marcelli. Treveris, Paulini episcopi.

Nonas Sept. In portu Romano, Taurini, Erculiani. Et in Capua, Quinti, Arconti. In Ægypto, Taurini, Nemorati. In Vesontio, Ferioli, Ferruntionis.

VIII *Id. Sept.* In Reati, Eleutherii. In Capadocia civitate Teriatina, natale sancti Guttidi. Alibi, sancti Eugenii. Et natale sancti Magni confessoris.

VII *Id. Sept.* In Capua, Sinociæ. Et in Benevento, Januarii, Festi. Arelato, Augustalis episcopi. Aurelianis, Euorti episcopi. Parisiis, Flodoaldi regis. Alibi, sanctæ Reginæ.

VI *Id. Sept.* Nativitas sanctæ Mariæ matris Domini. In Antiochia, Timothei, Ammonii, Fausti, Pii, Savini, Demetrii, Silvani. Romæ, Adriani.

V *Id. Sept.* Romæ, Gorgonii. Et Sabinis, Jacinti, Alexandri, Tiburtii. In Cæsarea Capadociæ, Donatæ, Ammonii, sancti Marci. Alibi, sancti Kerani confessoris.

IIII *Id. Sept.* In Alexandria, Orionis, Erosi et aliorum octingentorum sex. Romæ, depositio beati Helarii Papæ. Affrica, Tusci, Valentini.

III *Id. Sept.* Romæ, Proti et Jacincti, Basillæ. In portu

portu Romano, Ingenui et Yppoliti. Et in Alexandria, Syri et Sirapionis. Alibi, Felicis et Regulæ.

Pridie Id. Sept. In Antiochia, Timothei. Et in Pamphilia, Syriæ. Et in Sicilia, Eupli et Serapionis. Romæ, Probi, Sanctini. Nicomedia, Ammonii.

Idus Sept. In Apulia, Felicissimi et Secundi. In Alexandria, Theodoli episcopi. Augustiduno, Nectari episcopi. Andegavis, Maurilionis episcopi.

XVIII *Kal. Octobris.* Romæ, Cornelii, et depositio Dionysii episcopi. Et in Cartagine, Cypriani episcopi. Alibi, sancti Aurelii episcopi. Et Exaltatio sanctæ Crucis. In Tuscia, Felicis.

XVII *Kal. Octob.* In Alexandria, Serapionis, Leontii. Romæ, Nicomedis. Et in Nuceria, Constantii, Gordiani episcopi. Lugduno, Albini episcopi. Alibi, Valeriani.

XVI *Kal. Octob.* Romæ, Luciæ, Eufemiæ virginis et Geminiani. Papiæ, Felicis, Victoris. Alexandri, Emerentiani, Cæciliæ et Emerentianidis.

XV *Kal. Octob.* In Nuceria, Constantiæ. In Neviduno, Valeriani, Macrini et Gordiani. Et in Gallia, territorio Aspaniensi, Landeperti episcopi et martyris.

XIIII *Kal Octob.* In Calcedonia, Trofimi. In Nicomedia, Oliani, Xisti, Medecii. Mediolanio, Eutropii episcopi et Saturi.

XIII *Kal. Octob.* In Alexandria, Demetrii, Castoris. Et in Neapoli, Januarii, Saturnini, Niceti episcopi. Et in Vienna, sancti Ferioli martyris. Alibi, Mileti episcopi.

XII *Kal. Octob.* In Syria, Doromi, Dionisii et Dorothei, Privati, Constantini, Felicis. Romæ, Januarii. Alibi, Constantiæ.

XI *Kal. Octob.* Mediolanio, Victoris martyris. Et in Perside civitate Tarrium, natale sancti Matthei Apostoli et Euangelistæ. Alibi, Lucæ Euangelistæ.

X *Kal. Octob.* Romæ, Basillæ. Et in Gallia civitate Sindus, loco Agauno, natale sanctorum Mauricii, Exuperi, Candidi, Victoris cum aliis sex millibus sexcentis sexaginta sex martyribus sociis eorum. Alibi, sancti Silvani.

VIIII *Kal. Octob.* In Oriente, Teclæ virginis. Et in Alexandria, sancti Marci Euangelistæ. Romæ, Liberii episcopi. Alibi, sancti Athamanani episcopi.

VIII *Kal. Octob.* Romæ, depositio Liberii episcopi. Macherunta castello, conceptio sancti Johannis Baptistæ. Augustiduno, Andoci, Tyrsi et Felicis martyris.

VII *Kal. Octob.* In Asia, natalė sancti Bardoniani, Eucarpi et aliorum sedecim. Alibi, Marci.

VI *Kal. Octob.* Romæ, depositio Eusebii episcopi. Et in Albano, Senatoris. Et in Sardinia, Luxurii. Et alibi Migiuni, Naborti, Faustini. Arvernis, Apollinaris episcopi.

V *Kal. Octob.* In Cæsarea Capadociæ, Euletherii. Et in Bizantio, quinque fratrum : Cosmæ et Damiani, Antimi, Leontii et Eutropii. Epheso, Timothei.

IIII *Kal. Octob.* Romæ, Stertei. In Affrica, Martialis, Leontii, Marii, Faustini, Victoris, Candidi. Antisiodoro, Alodi episcopi. Romæ, Justini.

III *Kal. Octob.* In Tracia civitate Eraclia, Eutici et Plautii. Et dedicatio Basilicæ sancti Archangeli Michaelis. Romæ, Placidi, Ambuti. Antisiodoro, depositio Fraterni episcopi.

Pridie Kal Octob. In Placentia, Antonini, Casti, Desiderii. Alibi, Casti et Desiderii. Et in Bethleem, depositio sancti Hieronimi. Et sanctorum Victoris et Ursi.

OCTOBER HABET DIES XXXI.

Kalend. Octobris. In civitate Thomis, Prisci, Euagrii, Januarii et Alexandri. Antisiodoro, depositio sancti Germani episcopi. Bituricas, Deposentioni. Remis, depositio sancti Remedii episcopi.

VI *Non. Octob.* In Nicomedia, Eleutherii. In Antiochia, Primi, Quirilli. Romæ, Eusebii episcopi. Leodegarii martyris. Et alibi, Pontii, Leonis, Gaiani, Secundiani.

V *Non. Octob.* Romæ, Candidi. Et in Antiochia, Teoctisti. Et in Ægypto, Marci et Marcelliani. In Affrica, Victoris, Urbani. Et alibi, Felicis et Casti.

IIII *Non. Octob.* Romæ, Marcelli episcopi. Et in Affrica, Adaucti et Restituti. Et in Anxiopoli, Dasii. Alibi, Marcelli episcopi. Antisiodoro, depositio Marsi presbyteri.

III *Non. Octob.* In Sicilia, Eutici et aliorum octo. Et alibi, Placidi, Baricii. In Valentia civitate Galliæ, Apollinaris episcopi. Antisiodoro, Firmati diaconi.

Pridie Non. Octob. Romæ, Marci episcopi. Et in Apulia, Casti, Marcelli, Emili, Saturnini. Et in Affrica, Rogati, Faustini. In Gallia civitate Aginno, Fidis virginis.

Nonas Octob. Romæ, Marci episcopi. Et in Capua, Marcelli, Quarti et Marcellini. Alibi, Sergii et Bachi. Alibi, sancti Marci Euangelistæ. Bituricas, Augusti presbyteri.

VIII *Id. Octob.* In Antiochia, Pelagiæ. Et in alio loco, Juliani, Martialis, Privati. Romæ, depositio Eusebii, Eraclii, Dionisii.

VII *Id. Octob.* In Laodicia Frigiæ, Diodori et Dionisii. Parisiis, passio sanctorum Dionisii, Rustici presbyteri, Eleutherii diaconi. Coloniæ, Gereonis cum aliis quadringentis septemdecim martyribus.

VI *Id. Octob.* In Affrica, Eusebii, Eracli, Dionisii, Secundæ, Septimi. Et alibi, Venusti, Beati, Secundi, Donati, Sereni, Crescentii, Probi, Andronici.

V *Id. Octob.* Antiochia, Eradii. Alibi, Taraci, Probi et Andronici. Et in alio loco, Tanasi presbyteri, Ampodi, Placidi, Fausti, Januarii, Marcialis et Marcelli.

IIII *Id. Octob.* Romæ, Eclisti et Cœlesti et Saturi. Et in Syria, Eustasii presbyteri. Et in Campania, Fortunati, Euagrii. Bituricas, Opinionis presbyteri.

III *Id. Octob.* In Spaniis, Fausti, Martialis et Andriani. Et in Calcedonia, Marcelli. Et alibi, Faustini et Januarii. Athanasii episcopi Alexandrini.

Pridie Id. Octob. Romæ, Calisti Papæ et martyris. Alibi, Saturi. In Capadocia, Lupi, Ampoli, Modesti. Et in Corduba, Lupi, Aurelii. Lugduno Galliæ, Justi episcopi. Alibi, sanctæ Fortunatæ et fratrum ejus.

Idus

Idus Octob. In Asia, natale Careæ et aliorum ducentorum septuaginta. Alibi, sancti Sossii, Lupuli, Saturnini. Bituricas, Ambrosii. Belloacis civitate, Luciani martyris.

XVII *Kalend. Novembris.* In Affrica, Nerei, Alexandrini, Aufidi, Victoriæ, Nobilitariæ, Mariani. Et depositio sancti Galli confessoris.

XVI *Kal. Nov.* In Alexandria, Nicomedis. Et in Mauritania, Victuri, Nobilitani, Mariani, Lucii, Rufiniani, Donati, Serviliani, Venerei, Quintasii et Severi.

XV *Kal. Nov.* In Anxiopoli, Lucæ Euangelistæ. Philippi martyris et Ermetis. Et in Nicomedia, Agnæ. In Campania civitate Puteoli, Januarii et Euticetis.

XIIII *Kal. Nov.* In Neapoli, Januarii, Sosii, Proculi, Euticetis, Acutii, Festi, et Desiderii. Puteolis civitate, Prosduci et Niceæ. Et in Antiochia, Pelagii, Beronici, et aliorum novem.

XIII *Kal. Nov.* In Nicomedia, Euticii, Promaci, Lucii, Marcellini. Puteolis, Zosimi, Dorotheæ, Januarii, Sosimi. In Agenno civitate, sancti Caprasii martyris.

XII *Kal. Nov.* In Nicomedia, Dassi, Cometis, Zotici. Et in Affrica, Modesti. Eutici. Et in Nicea, Macharii. Neapoli, Festi. Lugduno Galliæ, Justi et Beati, Victoris.

XI *Kal. Nov.* In Tracia, Philippi episcopi. Et sancti Severi martyris et Hermæ discipuli ejus, et Eusebii. Et alibi, passio sancti Leucadii.

X *Kal. Nov.* In Andrianopoli, Severi et Dorothei. Et in Cæsarea Capadociæ, Longini.

VIIII *Kal. Nov.* In Nicomedia, Severi, Vitalis, Felicis, Rogati, Papiri, et Victorini, et Flaviani. Et Jerapoli, Claudiani, Theocharii.

VIII *Kal. Nov.* Romæ, Maximi. Et in Sardinia, Gavini. Et in Affrica, Saturini, Claudiani, Primi. Suessionis civitate, sanctorum Crispini et Crispiniani.

VII *Kal. Nov.* In Nicomedia, Luciani, Marciani, Flori. Et Eracliæ, Tuti et Flori.

VI *Kal. Nov.* In Sardinia, Proti et Januarii. Et in Frigia, Eumenii, Diodori et Metropi. Romæ, Mariani, Lucii. Alibi Florentii. Romæ, Mariniani, Crisanti, Dariæ.

V *Kal. Nov.* In Antiochia, Smaragdi, Mariani. Et in Cartagine, Sofronii. Et in Suanis civitate Persarum, natale Apostolorum Simonis et Judæ.

IIII *Kal. Nov.* In Lucania, Quinti martyris, Jacincti, Feliciani et Lucii, Sacinoti et Lucini.

III *Kal. Nov.* In Nicomedia, Januarii Calendini. Et in Affrica, Felicis, Quinti, Luciani, Victoris. Et in Antiochia, Januarii, Marciani, Nazarii.

Pridie Kal. Nov. In Affrica, Rogatiani presbyteri, Vincentii diaconi, Rudiciani, Juliani, Fortunati, Castæ. Et in Macedonia, Vitalis. Et in Nicomedia, Philippi. Et in Gallia, Augusta Vermandorum, passio sancti Quintini. * *Lignum Domini cum Cruce in Cellam sancti Georgii venit.*

NOVEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Novembris. In Asia, Macedonis, Juliani. Romæ, Cæsarii. Augustiduno, sancti Pinminii episcopi. Parisiis, depositio sancti Marcelli episcopi. Et Festivitas omnium Sanctorum.

IIII *Non. Nov.* In Affrica, Publiani, Victoris, Hermetis, Justi, Vitalis. Eustachii et sociorum ejus martyrum.

III *Non. Nov.* In Cæsarea Capadociæ, Germani, Theophili, Justi et Ermetis, Agricolæ, Cæsarii. Alibi, depositio sancti Pirminii episcopi.

Pridie Non. Nov. In Affrica, Primi, Gregorii, Amantii, Saturi. Augustiduno, Proculi episcopi. Et in Nicea, Domnini. Alibi, Victurinæ et Perpetuæ.

Nonas Nov. In Cæsarea Capadociæ, Domnini, Cæsarii, Antonini. In Campania, Marci episcopi et Secundi. In Capua, Quarti confessoris.

VIII *Id. Nov.* In Nicomedia, Eusebii et Juliæ. Et in Affrica, Donati, Pauli, Bassami, Domnini, Felicis. Redonis Galliæ, depositio sancti Melani episcopi. * *Translatio Sanguinis Domini in Augiam. In Aquitania, sancti Leonhardi confessoris. Ipso die S. Wilibrordi episcopi et confessoris.*

VII *Id. Nov.* In Affrica, Rogati, Donati, Pauli. In Nicomedia, Eusebii, Provisi, Marii, Primi. Et alibi, Sinfronii, Nicostrati, Gaudii, Victoris.

VI *Id. Nov.* Romæ, sanctorum quatuor Coronatorum : Simfroniani, Claudii, Nicostrati, Simplicii, Castoris. Et in Affrica, Primi, Macharii, Justi, Amaranti.

V *Id. Nov.* In Nicomedia, Damiani. Alibi, Donati, Restituti, Victorini. Romæ, Theodori et Simfronii. Et in Spaniis, Fausti, Januarii et Martialis.

IIII *Id. Nov.* In Antiochia, Demetrii, Aminesi. In Affrica, Saturnini, Donati. Romæ, depositio sancti Leonis episcopi. Aurelianis, depositio sancti Victoris episcopi.

III *Id. Nov.* Ravennæ, Felicis. Romæ, sancti Mennæ. Turonis, dormitio sancti Martini episcopi. Lugduno Galliæ, depositio Verani episcopi, Victorini et Donni.

Pridie Id. Nov. In Affrica, Maurili, Publii. Et in Cæsarea Capadociæ, Germani, et Theophili. Item in Cæsarea, sancti Eusebii. Alibi, Burcharti confessoris.

Idus Nov. In Affrica, Euticii. Et in Cæsarea Capadociæ, Felicis. Turonis, Brictii confessoris. Romæ, Felicis presbyteri. Redonis, depositio sancti Amanti episcopi.

XVIII *Kalend. Decembris.* In Eraclia, Clementini, Theodoti, Filomini, Eracli, Varici, Marcialis, Donati.

XVII *Kal. Dec.* In Affrica, Secundi, Fidentiani, et Martialis. Hippone Regio, Sanctorum Siddini, Saturnini, Servii, Calendionis, Galliani, Secundi, et Fridolini.

XVI *Kal. Dec.* In Capua, Augustini et Felicitatis. In Affrica, Vitalis, Januarii et Justi, Rufiani, Marci. Alibi, Augustini. Lugduno, Eucherii. Et Otmari confessoris.

XV *Kal. Dec.* In Nicomedia, Ammonis. Et in Asia, Matronæ et Teclæ virginis. In Eraclia, Gregorii et Victoris. Aurelianis, Amani confessoris.

XIIII *Kal. Dec.* In Antiochia, Romani monachi, Barallæ et Isici martyris. Et in Cæsarea, Bonuli, Victoris, Maximi, Luciani. In Eraclia, Carterii. Et dedicatio Ecclesiæ sancti Georgii martyris in Cella, quæ dicitur Hattonis, in Augia insula.

XIII *Kal.*

XIII *Kal. Dec.* In Cæsarea, Maximi, Musii, Neoferi, Muciani, Januarii, Zefori, Romani. Augustiduno, Simplicii episcopi.

XII *Kal. Dec.* In Capua, Augustini, Bassi, Dionisii. In Sicilia, Ampeli et Gagi. Et in Taurinis, Octavi, Solitoris, Adventoris. Et Agapæ virginis.

XI *Kal. Dec.* In Antiochia, Basillæ, Zefiri, Auxilii. Romæ, sancti Clementis. Et alibi, Maximi, Sisinnii, Stephani, Pionii, Eracli, Macedonii.

X *Kal. Dec.* Romæ, Cæciliæ virginis. Et in Affrica, Crisogoni, Cleti, Verociani. In Capadocia, Longini militis et martyris, qui Christum lancea percussit.

VIIII *Kal. Dec.* Romæ, sancti Clementis episcopi, Felicitatis et Maximi. Et in Capadocia, Niciani. In Italia monasterio Bobio, depositio sancti Columbani abbatis.

VIII *Kal. Dec.* Romæ, Chrisogoni, Eleutherii et Maximi. Et in Affrica, Sirici, Donati, Saturi, Rogati et aliorum XL. Et in Perusia Tusciæ, sancti Felicissimi. Alibi, Gebhardi et Eberhardi confessorum.

VII *Kal. Dec.* In Affrica, Luciani, Marciani, Claudiani, Cypriani, Marcialis, Petri, Felicis, Vitalis, Juliani, Victoris, Januarii, Donati, Quiriaci. Et in Alexandria, sanctæ Katherinæ virginis et martyris.

VI *Kal. Dec.* Romæ, depositio sancti Sirici episcopi. Et in Aquileia, Valentini episcopi. Et in Capua, Nicandri, Cassiani et Felicissimi, Saturnini. Alibi, Amatoris episcopi et Conradi episcopi.

V *Kal. Dec.* In Nicomedia, Marcelli, Petri, Hereni. Et Italia civitate Bononia, Agricolæ et Vitalis. In Mediolanio, Lucii, Andreæ, Johannis, Severi.

IIII *Kal. Dec.* In Oriente, Trofimi, Theodori, et Pecasii, Eucherii. Et alibi, Eusebii et Julii.

III *Kal. Dec.* Romæ, Saturnini, Crisanti, Mauri, Dariæ et aliorum septuaginta duorum. Et in Gallia, civitate Tolosa, sancti Saturnini episcopi et martyris.

Pridie Kal. Dec. In Achaia, civitate Patras, sancti Andreæ Apostoli. Et Romæ, Castuli, Saturnini et Euprebitis. Et in Mediolanio, Ambrosii. Et in Nicomedia, Carionis, Turrionis.

DECEMBER HABET DIES XXXI.

Kalend. Decembris. Romæ, sanctæ Candidæ. Et in Affrica, Victuri, Rogati, Eliquati. Et in civitate Noviomo, depositio sancti Elegii episcopi.

IIII *Non. Dec.* Romæ, Pimenii et Pontiani, Vibiani. Et in Mauritania, Veri, Securi, Januarii, Victorini, Fortunati. Item, Victoris et Pontiani.

III *Non. Dec.* In Oriente, Merobi, Claudici et Felicis. Et in Affrica, Crispini, Magni, Johannis, Stephani, Victoris. In Bononia Italiæ, Agricolæ, Lucii episcopi.

Pridie Non. Dec. In Oriente, Eracli, Laudocii, Cristiani, Prudentii, Victorini. Romæ, Barbaræ virginis. Et in Laodicia, Metropiæ, Felicis.

Nonas Dec. In Affrica, civitate Tigora, Julii et Potamiæ, Crispini et aliorum septem. Item in Affrica, Humili, Missi, Victoris, Trofimi.

VIII *Id. Dec.* In Affrica, Zeduli, Fortunati, Gathi, Agathæ, Hermogeni et Rogati. Et sancti Nicolai episcopi.

VII *Id. Dec.* In Antiochia, Policarpi et Theodori. Et alibi, Sapidici. Et Romæ, Eutaciani episcopi.

VI *Id. Dec.* Romæ in cimiterio Calisti via Appia, depositio Euticiani episcopi et confessoris. Eusebii et Orani. Successi.

V *Id. Dec.* In Affrica, Petri, Successi, Basini, Victoris, Urbani, Januarii, Mizini, Pascenti. In Antiochia, Geronti, Pollentiæ, Silvinæ.

IIII *Id. Dec.* Romæ, Pontiani, Trasonis, Capitulini, Damasi Papæ. Germani, Euangelii, Mauri. Arvernis, sancti Agricolæ et Vitalis martyrum.

III *Id. Dec.* Romæ, depositio Damasi episcopi. Eulaliæ, Prætextati et aliorum sine numero.

Pridie Id. Dec. In Spaniis Emertiæ, Eulaliæ. Et in alio loco, Ermogenis, Donati et aliorum viginti virorum.

Idus Dec. Siracusa civitate Siciliæ, Luciæ virginis. Ravenna, Ursicini martyris. Alibi, Saturnini.

XVIIII *Kal. Jan.* In Antiochia, Drusi, Zosimi, et Theodori. Lugduno, Viatoris episcopi. Vienna, Lupicini episcopi. Remis, Nicasii episcopi. Alibi, Theodoli.

XVIII *Kal. Jan.* In Affrica, Fausti, Lucii, Candidi, Maximi, Marci, Secundi, Primi, Saturnini. Aurelianis, Maximi presbyteri. In Ascalonia, Promoti.

XVII *Kal. Jan.* Ravenna, Valentini, Navalis, Agricolæ, Concordii.

XVI *Kal. Jan.* Affrica, Victoris, Adjutoris, Quarti, Honorati, Simplicii, Felicis, Victoriani, Vincentii, Quinti, Donati. Et alibi, Dioscori.

XV *Kal. Jan.* In Laodicia, Teocteni, Baseliani. Et in Affrica, Quinti, Simplicii, Pomponii. In Lucania, Honorati, Reductulæ, Victoriæ.

XIIII *Kal. Jan.* In Bithinia, Secundi, Zosimi, Pauli, Victoriæ et Cyriaci. Antisiodoro, beati Gregorii episcopi. Et alibi, Crisanti et Dariæ.

XIII *Kal. Jan.* In Tracia, Julii. Et Iconio, Teclæ. Romæ, depositio Ciprini episcopi et Ignatii martyris, Potentiani, Anastasii episcopi et Liberati.

XII *Kal. Jan.* In India, Thomæ Apostoli. Et Romæ, depositio sancti Innocentii episcopi. Victoriæ, Zosimi, Aurelli. Alibi Foci, Florenti, Honorati episcopi.

XI *Kal. Jan.* Romæ, depositio Felicis episcopi. In Antiochia, Basiliæ. Alibi, Demetrii, Honorii et Flori. Item Romæ, Teudosiæ virginis.

X *Kal. Jan.* In Nicomedia, triginta quinque Martyrum. Romæ, Eugenii, Eleutherii, Urbani, Cornili, Traiani, Metelli, Victoris et Titiani.

VIIII *Kal. Jan.* In Tripoli, Luciæ. Et Romæ, Metropi, Pauli, Zenoti, Timisti. Et alibi, Drusi et Donati, Tiutini. Antiochia, Virginum quadraginta.

MARTYROLOGIUM TERTIUM

AUGUSTANUM

MONASTERII S. UDALRICI

JANUARIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Januarii. Circumcisio Domini secundum carnem. Stephani, Eofrosini, Hermetis, Gagi, Victoris, Severi. Augustoduno, Agrippini episcopi. Romæ, Martinæ martyris. S. Basilii episcopi et confessoris.

IIII *Non. Jan.* Antiochia, Isidori, Macharii, Vibiæ, Rutuli, Vitalis, Stephani.

III *Non. Jan.* Cirini, Claudionis, Argei, Marcellini. Parisiis, Genovefæ virginis. Viennæ, Florentini. Romæ, Antherii Papæ. Theagenis.

Pridie Non. Jan. In Affrica, Aquilini, Aggei, Agenti, Quinti, Triphenæ. Bononia, Hermetis, Gagi.

Nonas Jan. Felicis, Luciani, Telesphori Papæ, Petri, Sereni. Hierosalem, Simeonis prophetæ. Natale Symeonis qui in columna stetit. *Vigilia Epiphaniæ Domini.*

VIII *Idus Jan.* Epiphania Domini. Honorii, Julii, Anastasiæ. Redonis, nativitas et translatio Ordei episcopi. Mediolani (*lege*, et ordinatio episcopi Melanii confessoris.)

VII *Id. Jan.* In Nicomedia, Luciani, Liuceri, Polyocthi, Felicis, Palati, Isidori, Pulianthi, Eueti.

VI *Id. Jan.* In Græcia, Mystici, Timothei, Lucii, Flori, Sathei. Augustoduno, Egemenii episcopi. *Severini confessoris.*

V *Id. Jan.* In Porta, Saturnini, Vitalis, Fortunati episcopi et Reconui. *

* Revocati

IIII *Id. Jan.* In Affrica, Revocati, Firmi. Romæ, Melchiadis episcopi et confessoris. Constantinopoli, Polyeucti martyris et S. Felicitatis. Pauli primi eremitæ.

III *Id. Jan.* In Alexandria, Petri, Seleuci. Alibi, Filoromi, Augenti, Augustini. Gregorii episcopi Nannetis. *

* Nazianzeni

Pridie Id. Jan. In Achaia, Ciriaci, Saturi. Alibi, Zotici, Clycerii, Bonitati, Castoli, Rogati, Filoromi, Petri, Aventi.

Idus Jan. Affrica, Ingenui, Felicitatis. Alibi, Cyriaci, Zotici, Climenii. Romæ, XI militum martyrum, Secundi. Depositio sancti Hilarii episcopi Pictavis.

XVIIII *Kalend. Februarii.* Antiochia, Clycerii martyris. Alibi, Pauli, Serapionis, Geronti, Januarii, Felicis episcopi. Strasi * episcopi.

* Euphrasii,

XVIII *Kal. Febr.* In Egyppia, Crisconi, Menelampi. Alibi, Cornili, Lirici, Abacuc prophetæ. Remen. Remei * confessoris.

* Remedii,

XVII *Kal. Febr.* Romæ, Marcelli Papæ martyris. Mathæ. Alibi, Saturnini, Fausti, Aprilii. Avalato *, Honorati episcopi, Furseonis.

* Arelato

XVI *Kal. Febr.* Affrica, Mucii, Victorici, Lucii. Thebaida, Antonii monachi. Pseusippi, Leonillæ martyris cum sociis. Deascium *, Marcelli episcopi. Bitur. Sulpitii episcopi.

* Deas civit.

XV *Kal. Febr.* Cathedra sancti Petri Apostoli, qui primum Romæ sedit. Mesei, Amonii, Tirsi, Lucii, Luciani. Romæ, Priscæ martyris. Turonis, Leobardi confessoris.

XIIII *Kal. Febr.* Affrica, Pauli, Germani, Julii, Gagi. Hierusalem, Marthæ, Mariæ. Alibi, Pii, Zosimi, Fortunati. Lugduno, Niceti.

XIII *Kal. Febr.* Romæ, Fabiani et Sebastiani, martyrum. Mariæ, Audiflex, Abacuc. Alibi, Clementis, Leonti, Tirsi.

XII *Kal. Febr.* Felicis, Anastii confessoris, Solutoris, Fructuosi martyris, Elogii martyris, Patrueli martyris. Romæ, Agnetis V. Arven. Aviti confessoris.

XI *Kal. Febr.* In Hispania Venenensium (Valent. civit.) passio Valerii episcopi, Vincenti diaconi martyris, Pauli, Quintiliani, Apodimi, Quirini, Clementis, Januarii. Romæ, Vincentii et Anastasii martyris.

X *Kal. Febr.* Severiani martyris, Flori, Cornilii, Donati, Clementis, Eugenii, Macharii martyrum. Romæ, Emerentianæ martyris.

VIIII *Kal. Febr.* Antiochiæ, Babillæ martyris. Alibi, Mardonii martyris, Epictiti, Galæi, Felicissimæ, Vincenti, Eustasii confessoris. Sabinæ virginis.

VIII *Kal. Febr.* Viti. Pauli Apostoli conversio in Damasco. Donati, Epienti, Pupiæ, Tyrsi, Agape, Fabiani, Sabini. Arvern. Præjecti mart.

VII *Kal. Febr.* Policarpi episcopi, Armati, Artemii, Fabiani, Doni, Leudici, Theogenis, Sabinæ, S. Paulæ.

VI *Kal. Febr.* Daviti, Reotri, Emeliani, Pupli, Arthemii, Armati, Gagi, Epictici.

V *Kal. Febr.* Romæ, Agnetis virginis de nativitate. Donati, Viti. In Affrica, Mesuriani, Juliani, Niceti, Locati, Cœlestini, Leacii.

IIII *Kal. Febr.* Victoris, Pauli, Hyppolyti, Honorati, Constantini. Treveris, Valerii episcopi.

III *Kal. Febr.* Ant. (Antiochiæ) Ypoliti. Alibi, Peliani, Cleri, Philippiani et aliorum CXXIIII.

Pridie Kal. Febr. Alexandri, Tharsici, Gelasii, Ippoti, Tyrsi martyrum. Calinici, Victoris.

FEBRUARIUS

FEBRUARIUS HABET DIES XXVIII.

Kalend. Februarii. In Scotia, depositio Brigidæ virginis. Polycarpi, Penis, Pupli, Severiani conf. Vindemialis.

IIII *Non. Febr.* Solennitas sanctæ Mariæ, quando Dominum in templo præsentavit. Africa, Victoris, Privatulæ. Romæ, Laurenti, Fortunati, Aurelii *, Flosculi. Et depositio Siagre * virginis.

* *al.* Aurelianis.
* *al.* Sicharie

III *Non. Febr.* Africa, Felicis, Laurenti, Celerini, Ypoliti, Felicitatis. Fapingi, Terridi confessoris. Lugduni, Lupicini. *Sancti Blasii martyris.*

Pridie Non. Febr. Foro Sympronii, Gemini, Gelasii, Mammi, Donati, Aquilini, Timothei.

Nonas Febr. Sicilia, passio Agathæ virginis, Revocati, Saturi, Felicis, Saturnini. Vienna, Aviti confessoris. Andreæ Apostoli de ordinatione episcopi. *S. Genuini conf. in Bisebona. (Intellige* Ingenuinum ep. Sabionensem).

VIII *Id. Febr.* Sotheris virginis. Alibi, Saturnini, Revocati, Dorothæ, Theophili. Alibi, Luciæ virginis. Amandi episcopi. Vedasti episcopi. *S. Helenæ reginæ.*

VII *Id. Febr.* Augulii episcopi martyris. Anatolii, Ammonis, Statiani, Nepotiani, Lucii, Saturnini, Sarneanæ, Andreæ.

VI *Id. Febr.* Armeli * et Dionisii, Emiliani, Sebastiani. Romæ, Pauli episcopi. Alibi, Lucii.

* *al.* Armenia.

V *Id. Febr.* Alexandria, Ammonis, Cyriaci, Æmiliani, Thomæ, Julii, Germani, Agatonis. *Altonis confessoris.* (in Bavaria.)

IIII *Id. Febr.* Apollinaris martyris, Silvani. Romæ, Zotheris. Benevento castro Cassini, S. Scolasticæ virginis.

III *Id. Febr.* Eufraxiæ, Basiliani, Amati, Dulici. Lugduni, Desiderii episcopi. Pectavis, Baldegundæ virginis.

Pridie Id. Febr. Damiani martyris, Juliani, Donati, Eradi. Susannæ, Eulaliæ, Urbani. Simplicii confessoris. Parthemi martyris.

Idus Febr. Juliani martyris, Tulliani, Cirici, Ammonii, Dicenti. Lugduni, depositio beati Stephani episcopi.

XVI *Kalend. Martii.* Romæ, Valentini, Zenonis, Vitalis, Feliculæ martyris. Martiani, Vincenti, Germani, Bassiani, Dionysii martyris. Agathon martyris. Jonas, Ægeas.

XV *Kal. Mart.* Joseppi, Agapæ virginis, Johannis, Adventi, Xysti, Victoris, Pamponis, Castuli et aliorum XII.

XIIII *Kal. Mart.* Faustini, Implessi, Cucufatis, Fabiani, Maximæ, Junellæ, Culini, Julianæ cum V millibus. * Tetradii episcopi.

* *al.* LIV, *vel* CLIV.

XIII *Kal. Mart.* Donati martyris, Crisantii, Romuli martyris, cum LXXXIIII. Januarii, Octaviani, Guovuli, Marci.

XII *Kal. Mart.* Rutili, Classici, Domasci, Pauli, Martialis. Maximini, Marcelli, Fructuli.

XI *Kal. Mart.* Puplii, Juliani, Baræthei, Julii, Lampasi, Majuli. Julii, Marcelli.

X *Kal. Mart.* Potami, Menesei, Bidini, Gagi.

VIIII *Kal. Mart.* In Africa, Veroli, Sirici, Jocundini, Victorini, Petri, Justi, Secundini.

VIII *Kal. Mart.* Cathedra S. Petri Apostoli, qua sedit apud Antiochiam. Teclæ virginis. Victorini, Concordiæ, Severi et aliorum LXI. Gorgonii.

VII *Kal. Mart.* Senerati, Policarpi episcopi cum aliis XII. Heretis, Crisconi, Petri, Felicis cum aliis XXXVI. Sirici.

VI *Kal. Mart.* Heroli, Primitivi, Rutuli. Mathiæ Apostoli. Luciani, Victorini, Serapionis martyris.

V *Kal. Mart.* Donati, Ingenui cum aliis V. * Justi, Casti, Crescenti, Rogatiani, Nestoris. *Vualtpurgæ virginis.*

* *al.* XIV.

IIII *Kal. Mart.* Alexandri, Nestoris, Theonis, Donativi, Ingenuæ, Fortunati, Felicis cum aliis XXVI.

III *Kal. Mart.* Alexandri, Antigoni, Abundanti, Divani, Dionysii et aliorum XXIIII. Serviliani, Datiani, Leandri.

II *Kal. Mart.* Celeris, Pupilli, Claudiani, Macharii, Gage, Rufini, Justi.

MARTIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Martii. Passio Leonis martyris, Donati, Abundantii, Hermetis, Adriani, Victoris. Andg * . Albini confessoris.

* Andegavis.

VI *Non. Mart.* Heroni martyris. Luci episcopi. Pauli, Georgii, Januarii, Absalonis, Primitivi.

V *Non. Mart.* Felicis, Lucioni, Calisti, Æmeteri, Juli, Casti, Justi, Fortunati. Natalis sancti Eucherii et Celedoni.

IIII *Non. Mart.* Natale sanctorum Martyrum octingentorum. Romæ, Juli, Roti et aliorum XXVII. Luci, Gagi, Fortunionis, Gregorii, Adriani.

III *Non. Mart.* Euoli, Petri, Focæ martyris, Victoris, Eusebii. Alibi, Saturnini, Marti, Martini.

II *Non. Mart.* Nicomedis, Victoris, Alexandri, Diodori, Perpetuæ et Felicitatis, Silvani.

Nonas Martii. Africa, Perpetuæ et Felicitatis virginum, Saturi, Servani, Leoci, Italiæ, Randæ, Rogati, Manili.

VIII *Id. Mart.* Nicomediæ, Quirilli. Alibi, Rogati, Orbani, Cirilli, Heronimæ, Heremæ, Felicis.

VII *Id. Mart.* Armenensium militum XLVIII *. In Africa, Juliani, Felicis, Philippi, Mariani, Concessi. Romæ, XL militum.

* *al.* XL.

VI *Id. Mart.* Nitia, Gorgoni, Firmi. Antiochiæ, Agapæ virginis. Alibi, Palati...

V *Id. Martii.* Alexandri *, Agapi, Filomi, Candidi, Valeri, Quirilli, Petroni, Eracli, Zosimi, Martiani.

* *al.* Alexandriæ

IIII *Id. Mart.* Nicomedia, Agadoni martyris. Alibi, Zosimi, Neonis, Ponii. Romæ, Innocenti, Ruasi conf. S. Gregorii Papæ.

III *Id. Mart.* Nicomedia, Mache Dioni *, Epodi. Alibi, Theosetæ, Eufraxiæ, Victorini, Martialis, Juli.

* *al.* Macedonii

II *Id. Mart.* Eufrasiæ, Alexandri, Petri, Nimi, Peonis, Innocenti, Felicissimi. Romæ, Leonis episcopi et martyris.

Idus Mart. Longini, Luci mart. Fausti, Pauli. Hierosolymis, Jacobi Apostoli. Lucæ Euangelistæ.

XVII *Kalend. April.* Nicomedia, Castorii, Sereni, Eugeniæ, Juliani. Alibi, Helarii, Cassonis,

Pamponi,

pini, Ciriaci, Scmaragdi, Largi, Crescentiani martyrum.

XVI *Kal. April.* Patritii episcopi et confessoris. Hierosolyma, Quiriaci episcopi. Dionysii, Mariæ, Largi, Alexandri, Datiani. ***Obitus S. Gertrudis virginis.***

XV *Kal. April.* Alexandria, Collegi, Rogati, Saturi. Nicomedia, Aplis, Servili. In Campana, Luciani (cum) aliis XXIIII. Quinti, Saldæ, Rogati.

XIIII *Kal. April.* Theodoti, Bassi, Bassiliæ. Leoti conf. Sorenti, Marci, Florenti.

XIII *Kal. April.* Joseph, Pauli, Cirilli, Eugeniæ, Serapionis, Claudii, Victuricus, Doionii, Valentini. Vulframni.

XII *Kal. April.* Alexandria, Serapionis, Josippi, Volusiani, Polycarpi, Amatoris, Amoni. Benedicti abbatis.

XI *Kal. April.* Narbona, Pauli conf. In Africa, Saturnini. In Sebaste, Dieroni, Arionis.

X *Kal. April.* In Africa, Felicis. Alibi, Theodoriti presbyteri, Juliani, Agani, Piomoli, Pauli, Dionysii.

IX *Kal. April.* In Africa, Agapiti, Romuli, Rogati, Saturnini. Alibi, Secunduli, Victorini, Seleuci. Romæ, Cirini mart. ***S. Quirini mart.***

VIII *Kal. April.* Annuntiatio B. V. Hierusalem Dominus noster Jesus Christus crucifixus est. Et passio Jacobi Apostoli fratris Domini. Nicomedia, Dulæ. Alibi, Lucellæ et quadragintorum martyrum. Jovini. Teclæ virginis.

VII *Kal. April.* Romæ, Castuli. Alibi, Meniotni mart. Petri, Marciani, Thimothei, Theodoli.

VI *Kal. April.* Resurrectio Domini. In Africa, Romoli, Aviti, Missiæ, Solutoris. Sancti Rudperti episcopi et confessoris.

V *Kal. April.* Rogati, Audacti, Castoris, Alexandri, Dorothei. Caval Gůdrâ, (Cavalono, Guntramni) regis.

IIII *Kal. April.* Nicomedia, Pastoris, Victoris, Doli, Julianæ. Ant. (Antiochiæ,) Theodori, Saturnini, Pentalis. Alibi, (Achaicæ.)

III *Kal. April.* Thesal. (Thessalonicæ,) Domnini, Filopoli, Agaci, Palatini. Alibi, Victoris, Eulaliæ virg. Depositio Pastoris.

II *Kal. Apr.* Africæ, Anesi, Felicis, Diodoli, Portæ, Aptæ, Corneli, Variæ (Valeriæ.)

APRILIS HABET DIES XXX.

Kalend. Aprilis. In Armenia, Partini, Quintiani. Alibi, Victoris, Agape, Herenei.

IIII *Non. April.* In Affrica, Amphiani, Victoris. Alibi, Marcellini, Theodoli, Orbani. Niceti confessoris.

III *Non. April.* In India, Thomæ. Alibi, Pancratii, Agathæ, Theodosiæ virg. Donati, Amphiani, Euagri, Sixti.

II *Non. April.* Theodoli, Agathoni, Pauli, Saturnini, Publii, Victoris, Juliani, Successi, Martini. Et depositio S. Ambrosii episcopi et confessoris.

Nonas April. Claudiani, Marcianæ, Didimi, Quinti, Honori, Agapæ, Anfiani, Nicanoris, Andronici.

VIII *Id. April.* In Nicomedia, Firmi, Herennei, Romani, Donati, Stephani, Timothei, Clusi, Quiriaci, Marini.

VII *Id. April.* Antiochia, Timothei, Diogenis, Eleusi, Machariæ, Maximæ. Alibi, Apricæ, Victoris, Pelusii.

VI *Id. April.* Africa, Timori, Anexi, Concessi, Solutoris, Successæ. Macharii monachi. Pinnarii, Ammonis, Maximæ.

V *Id. April.* Trimetri, Helari, Concessi, Mari, Fortunati, Camati et aliorum VII martyrum.

IIII *Id. April.* Alexandriæ, Apollonii, Granii, Saturnini. Alibi, Gagani, Elati, Donati, Pinnati, Theodori.

III *Id. April.* Romæ, Leonis Papæ et confess. Salonis, Domnini, Fortunati, Eustorgi, Nestoris, Maximi, Donati, Siagri confess. et aliorum CCXL.

II *Id. April.* In Asia, Carpi. Alibi, Julii, Agapi, Pauli, Opiniani, Valeri. Constantini confessoris, Isachari, Eufemiæ.

Idus April. In Chat. (Chalcedonia,) Eufemiæ martyris. Eucarpi, Sequutoris, Catuli, Januarii, Polycarpi, Pauli.

XVIII *Kalend. Maii.* Romæ, Tiburtii, Valeriani, Maximi. Alibi, Proculi, Optati, Corneliæ, Quiriaci, Frontoni.

XVII *Kal. Maii.* Biemo (Picino,) Marionis, Messoris, Mositis. Alibi, Arcelladi, Diogenis, Vironici, Prosduci, Luperci, Georgii, Agutæ.

XVI *Kal. Maii.* Achiæ (In Achaia), Carissimi martyris. Alibi, Basilicæ, Marcialis, Callisti mart. Felicis, Luciani, Saciani.

XV *Kal. Maii.* Antiochiæ, Petri, Armogenis, Martiani. In Affrica, Baruci, Donati, Macedoni, Fortunati.

XIIII *Kal. Maii.* Septimi, Maurilii, Donati, Eleutherii episcopi, Crispini, Mappalici, Antiæ, Victorini.

XIII *Kal. Maii.* Armenia, Ermogenis, Gagi, Rufi martyris. Fortunati, Sericiani, Donati. Alibi, Vincenti, Vitalis martyris.

XII *Kal. Maii.* Africa, Serviani, Aricatii, Joannis. Romæ, Victoris, Agoracii, Salviani, Donati martyris. Audati. Martini confessoris.

XI *Kal. Maii.* Alexandria, Fortunati, Aratoris, Vitalis. Romæ, Valeriani, Aprutuli, Maximi, Cæsaris.

X *Kal. Maii.* Philippi. Romæ, Gagi Papæ. Lugduno, Epipodii, Leonidis, Primoli. Turdiani. Sennis (Senonis,) Leonis.

VIIII *Kal. Maii.* Africa, Catulini, Victoris, Ursi. Romæ, Georgii martyris, Naboris, Vitalis. Alibi, Felicis, Fortunati, Pantalimoti.

VIII *Kal. Maii.* Victoris, Coronæ, Donati, Theonis, Faustini. Sidrach, Misach et Abdenago sic liberati sunt *(S. Adalberti martyris.)* de camino ignis. Alexandri... S. Georgii martyris.

VII *Kal. Maii.* Euodii, Fortunati. Diospoli. Georgii martyris. Lugduno, Rustici, Conf. Et depositio Marci Euang. Romæ, Litania major.

VI *Kal. Maii.* Africa, Aurelii, Leonidis, Juri, Cyri, Vindei, Pauli, Cleti martyris, Maximi, Martiali, Simplicii, Germani, Gemellini.

V *Kal. Maii.* Anthimi episcopi, Castoris, Anchimi, Hermetis. Victoris, Germani, Stephani, Antonini, Timiæ, Sodolis.

IIII *Kal. Maii.* Eusebii. Romæ, Vitalis, Victuri, Malinæ, Aphrosidi, Manilitiæ, Luciani cum aliis CCCX. Bides (Bituricæ) Eutici confes. Vitalis.

III *Kal. Maii.* Alexandri, Germani. Alibi, Prostuci. Gradi, Prudenti, Valentini, Urbani, Pudenti.

II *Kal. Maii.* Alexandria, Dorothei, Crispini, Nomadiani, Quirini martyris Rodimini, Polderoni confessoris.

MAIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Maii. Natale Philippi et Jocobi. In Gallia, Amatoris conf. Oriensis (Tolosæ, Orientii ep.) Sigimundi Regis. Matthæi apostoli. Judæ. Et initium prædicationis Domini nostri Jesu Christi.

VI *Non. Maii.* Germani, Saturnini, Helpidi, Cœlestini, Privati, Felicis, Hermogenis.

V *Non. Maii.* Inventio sanctæ Crucis. Romæ, Ermogenis, Alexandri, Eventi et Theodoli, Juvenalis conf. Orbani, Marciani. Fortunati.

IIII *Non. Maii.* Antonini mart. Cœlestini, Felicis, Floriani martyris, Silvani, Nestoris, Corcadon. conf. Romani, Fortunati.

III *Non. Maii.* Eufuni, Herenei, Gregorii, Petri, Aureliani *, Hilari. Viend. (Vienna) Felicissimi, Nectari, Niceti. Audati *, Viviniani martyris.

* *al.* Arelato, * Autissiodori,

II *Non. Maii.* Matthei Apostoli. Gerunti, Secundiani. Med. (Mediolani,) Victoris, Felicis. Audati, (Autisiodoro,) Valerii. S. Joannis ante portam Latinam.

Nonas Maii. Augustini, Marcellini, Celerini, Eutychi, Georgii, Hilarii conf. Augustiduno, Placidi, Macrobii, Flavii.

VIII *Id. Maii.* Adventus S. Michaelis in monte Gargano. Victoris, Fortunati, Agathi, Maximi, Stephani, Eutychi, Saturnini. In Santia *, Martini. Augdno * Palati (Helladii.)

* *al.* Sanctonico, * *al.* Autissiodoro,

VII *Id. Maii.* Quirilli, Zenonis, Timothei, Gordiani, Primoli, Quindei, Aphrodisi, Beti confessoris.

VI *Id. Maii.* Romæ, Epimachi, Gordiani. Alibi, Probati, Cyrilli, Petri, Felicis, Faustæ, Mariæ, Job prophetæ.

V *Id. Maii.* Montaniani, Septimi, Majuli, Epimini, Antini, Timetri *. Vienna, Mamerti, Martini.

* *al.* Demetrii.

IIII *Id. Maii.* Romæ, Nerei et Achillei, Pancratii martyris, Sotheris, Aprocleti martyris cum DIV.

III *Id. Maii.* Agripi, Lucii, Sabini, Gagi, Sebastiani, Taraci, Probi, Andronici. Victoris, Marcellini.

II *Id. Maii.* Victoris, Quarti, Proculi, Sebastiani, Maximi cum CCCCIIII martyribus, qui cum Cyriaco Romæ passi. S. Isidori, Bonifacii.

Idus Maii. Timothei, Præstabilis, Digni, Simplicii, Victoris, Felicis, Cyrici, Petri, Andreæ, Dionysii, Tritici.

XVII *Kalend. Junii.* Aquilini, Eraclii, Victorini, Paulini, Dioclitiani, Mengeni mart.

XVI *Kal. Jun.* Victoris, Primi, Liberi, Eraclii Aquilini, Quartini, Galliari, Pauli, Peregrini martyrum.

XV *Kal. Jun.* Alex. (Alexandriæ,) Potamionis, Maximi, Erimonii. Alibi, Dioscori martyris. Dativi, Ortasii, Victoris, Casi, Lucrosi, Marci Euangelistæ.

XIIII *Kal. Jun.* Romæ, Caloceri, Pudentianæ martyris. Paterni, Cœlesti, Politti, Quinti, Emelii, Primoli, Partini.

XIII *Kal. Jun.* Romæ, Basillæ, Victuriæ, Basiliscæ, Gervasii, Protasii, Fausti, Austrigisili.

XII *Kal. Jun.* Timothei, Poli, Euni, Inchoati, Veturi, Donati, Matthei Apostoli. Valis conf.

XI *Kal. Jun.* Romæ, Faustini, Venusti, Juliæ, Elenæ. Alibi, Polyeucti, Casti.

X *Kal. Jun.* Epictiti, Basilei confessoris, Quinti, Lucii, Verni. Desiderii episcopi. Juliani, Firmi, Aptoni, Fausti.

VIIII *Kal. Jun.* Servuli, Saturnini, Vincenti, Zeli. Nannetis, Rogatiani, Donatiani mart.

VIII *Kal. Jun.* Sentiati, Dionysii, Eusebii, Macenti. Romæ, Urbani Papæ, Desiderii episcopi. Epheso, Johannis Apostoli. Trec. Leonis, monachi.

VII *Kal. Jun.* Eradii, Augustini episcopi, Felicissimæ, Pauli, Victuri, Saturi. Auctis (Autisiodoro), passio Prisci martyris. Romæ, Ximeti martyris et aliorum XX martyrum.

VI *Kal. Jun.* Aquilini, Eliæ, Salvatiani, Sacei, Euctrici, Quinti, Stabili. Eugl. Lucæ (Euangelii, Luciani), Alibi, Luciani, Restituti.

V *Kal. Jun.* Zetuli, Primolii, Emelii. Romæ, Epicadi, Marciani, Castuli. Paris. Germani confessoris.

IIII *Kal. Jun.* Pollionis, Cripoli, Cyrilli, Primi, Restituti, Venusti. Craboli, Maximini conf.

III *Kal. Jun.* Sici, Palatini martyris, Gabini, Crispoli.

II *Kal. Jun.* Canti, Procati, Dictiani, Donatiani, Processi. Romæ, Petronelle virginis, filiæ S. Petri.

JUNIUS HABET DIES XXX.

Kalend. Junii. Thesal. Octavi, Luciæ, Casti, Puplii, Lupi, Crispini, Claudii, Maximi, Nicomedis martyris. Zosimi, Juvencii, Castuli, Atabi et aliorum CXX.

IIII *Non. Jun.* Romæ, Marcellini et Petri martyris. Zachariæ, Rogati, Saturnini. Alibi, Thamati. Lugd. Sotiri et XLVIII mart. Mauri, Vincenti.

III *Non. Jun.* Africa, Quirini, Aldiani, Neboris, Demetriæ, Julianæ virginis. Thomæ Apostoli, Marcelli, Silvani, Leifhardi.

II *Non. Jun.* Zotici, Camasis, Julii, Saturnini, Italii, Daciani, Rustici, Quirini, Picti, Expergentii, Rustulæ, Crissentiæ.

Nonas Jun. Marciani. Et alibi, Euasii. Romæ, Felicitatis, Gregorii, Nigandri, Apollonii, Gagi, Clari, Candidi, Zoeli, Fortunati, Bonifacii episcopi et martyris. Item Bonifacii martyris.

VIII *Id. Jun.* Nivendi (Nividuni), Amanti, Lucii, Andreæ. Alibi, Itali, Philippi, Claudii. Graciani (Gratianopoli) Zerati episcopi. Alexandri.

VII *Id. Jun.* Pauli, Fortunati, Magiri, Primosi. Affrica, Victuri, Privati, Donati. Alibi, Lucianæ martyris.

VI *Id. Jun.* Marciani, Cresti. M. (Marti) Vitici, Salustini. Romæ, Nazarii, Primi, Naboris, Feliciani. Alibi, Marciæ. Suessionis, Medardi confessoris.

V *Id. Jun.* Maximi, Basilidis. Zachariæ, Censuri, Amanti. Romæ, Primi, Feliciani. In Aginno, Vincentii martyris. Columbæ Abis. (abbatis.)

IIII *Id. Jun.* Romæ, Basilicæ, Caniani. Alibi, Crispuli, Restituti, Rogati, Zachariæ. (Autisiodoro,) Censuri episcopi.

III *Id.*

III *Id. Jun.* Romæ, Restituti. Alibi, Fortunati, Barthi episcopi. Emeriti, Victoriani, Victoris, Felicis. Barnabæ Apostoli.

II *Id. Jun.* Romæ, Basilidis, Crispoli, Cyrini, Naboris, Felicis. Magdaletis, Zabini, Aurili, Donnellæ. Helidii episcopi.

Idus Jun. Perside, Bartholomei Apostoli. Alibi, Feculi. Africa, Luciani, Fortunati, Tedæ *, Crescentiani.

* *al.* Teclæ.

XVIII *Kalend. Julii.* Anteonii, Afri, Quintiani, Prothi. Art. (Aurelianis,) translatio Aniani. Sess. (Suessione) Valeriani. Rufuni martyris. Ignati episcopi,

XVII *Kal. Jul.* Isicii, Cantiani, Nati, Gaiani, Candidi. Romæ, Viti, Clementis, Jubiniani, Philippi, Misogoni, Quintiani.

XVI *Kal. Jul.* Diogenis, Saturnini. Antiochia, Cyrici, Viti martyris, Modestæ, Crescentæ, Julittæ martyris et CCCC militum. Nannetis, Similini.

XV *Kal. Jul.* Quiriaci, Cantiani, Mocrini mart.

XIIII *Kal. Jul.* Marcii, Marcelliani, Emelii, Felicis, Pauli, Martarii. Alibi, Crispinæ, Marinæ.

XIII *Kal. Jul.* Med. (Mediolani), Nazarii, Gervasii, Prothasii, Celsi mart. Romæ, Ippoliti, Euoti, Honori, Petri, Vitalis, Ursici martyris.

XII *Kal. Jul.* In toniscium (In Tomis civitate), Pauli, Cyriaci, Feliciani, Thomæ, Felicis, Emelii, Vitalis, Crispini.

XI *Kal. Jul.* Bellici, Persei, Primi, Apollinaris, Rufini. In Cæsaria, Eusebii episcopi. Saturnini, Cyriaci, Albanimiæ, Eudecei.

X *Kal. Jul.* Ant. (Antiochia) Gantalicæ, Julianæ, Grapi, Jacobi Alphei Apostoli. Rufi, Albani maryris, cum DCCCCLXXXVIII. Paulini confessoris, Niceti confessoris.

VIIII *Kal. Jul.* Vigilia S. Joannis Baptistæ. Nic. (Nicomediæ), Aviti, Lingi, Capitoni, Sarati, et dio onis (*forte* Aritionis) Emeriti, Alici, cum aliis LXXVIII.

VIII *Kal. Jul.* In Palestina, natalis S. Joannis Baptistæ. Epheso, dormitio Joannis Apostoli. Romæ, Fistulæ (Festi), Luceiæ. Agat. (Augustoduno), Simplicii.

VII *Kal. Jul.* Bigati, Banthanii, Acoræ (Acciæ) Luciæ.

VI *Kal. Jul.* Africa (Caudentii) Felicis. Romæ, Joannis et Pauli martyrum, Agapiti, Emeritæ. Alexandriæ, Agathonis Deagenis. Vigilii episcopi.

V *Kal. Jul.* Romæ, Crispinille *. Spania, Crescentis, Crispiniani, Justini, Felicis, Juliani, Primitivi, Clementis. In Achaia, Diani, Florenti.

* *al.* Crispinellæ.

IIII *Kal. Jul.* Africa, Fabiani, Theoni, Gor. (Gordiani). Alexandria, Sereni, Senedi, Venusti, Eunuchi, Apollonii. Lugduno, Herei (Herenei), Marcellæ. Vigilia Apostolorum Petri et Pauli. Leonis Papæ.

III *Kal. Jul.* Natale Apostolorum Petri et Pauli..... et aliorum DCCCCLXXVII martyrum. Simonis et Judæ.

II *Kal. Jul.* Romæ, Timothei, Leonis, Pauli. Lemovicas, Ursici, Martialis confessoris. Andegavis, Albini confessoris.

JULIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Julii. Romæ, Gagi, Luciæ, Isicii. Alibi, Urion. Arileffi conf. Zeli, Severiani. In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis. In Perside, Simonis Chananei et Judæ Zelotæ. Augustoduno, Leonti. Eparci episcopi.

VI *Non. Jul.* Romæ, Damasi Papæ. Cœlesti, Eutychi. Melciadis Papæ. Hesycii, Processi, Martiniani. Turon. Menegundæ.

V *Non. Jul.* In Edissa, translatio corporis Thomæ Apostoli. Tryphonis, Cionis, Aprici, Juliani, Severi, Effemiæ, Cypriani.

IIII *Non Jul.* Apud Augustam, *N. S. Udalrici episcopi.* Jocundiani, Innocenti. Turon. translatio corporis et dedicatio Basil. S. Martini episcopi. Biturig. Lauriani martyris.

III *Non. Jul.* Agathoni, Theodoti, Triphonis mart. Secundini, Arbotis, Zoæ uxoris Nicostrati.

Pridie Non. Jul. Arioti, Palladii, Philippi, Severi, Zeti, Zotici, Augd. (Augustoduno) Leganti * episcopi. S. Goari presb. et conf.

* *al* Legontii.

Nonas Jul. In Alexandria, Parthenii, Eraclii, Apollonii, Publii. Alibi, Pividii, Parnini. N. S. Willibaldi episc. et conf.

VIII *Id. Jul.* In Nicæa, Sostrati, Eradii. Alibi, Perenti, Procopii, Speci, Quarti, Pancrati, Corneliani, Eladii, Primoli. Ciliani episcopi et sociorum.

VII *Id. Jul.* Inochi (Mochi), Zenoni, Cyrilli. Feliciani. Romæ, Floriani, Procopii mart. Faustini, Anatoliæ, Felicitatis, Alexandri, Fraterni.

VI *Id. Jul.* Septem Fratrum, Felicitatis *filiorum* : *Felicis, Philippi, Vitalis, Martialis, Alexandri, Sylani et Januarii.* Rufinæ, Secundæ, Anatholiæ, Marciani, Leonti, Philippi, Silini, Pretextati et aliorum XL.

V. *Id. Jul.* Africa, Martiani. Et depositio Benedicti abbatis. Alibi, Januarii, Stephani, Leontii, Martiani, Prodiciæ, Mauricii, Eutychi, Liacini (*forte* Pictavis, Sisinni.) Pii martyris.

IIII *Id. Jul.* Fortunati. In Sicilia, Agathæ virg. Mediolano, Naboris, Felicis. Alibi, Primitivi, Divi, Cornenci.

III *Id. Jul.* Alexandria, Serapionis, Melei, Trophimi, Tropimei, Aptali, Propili, Menei. Med. Naboris, Felicis. Margaretæ virg.

II *Id. Jul.* Africa, Donati. Alibi, Petri, Phoci. Lugduno, Justi confessoris, Ammici confessoris, Marii, Antioti.

Idus Jul. Alexandria, Philippi. Alibi, Agrippini, Catullini, Bonosi, Zosimi, Jacobi, Secundi, Maximi. Romæ, Cyrici mart.

XVII *Kalend. Augusti.* Ilarini, Mietiæ, Theodosii, Pauli, Dionysii, Macharii, Mammetis, Valentini, Theoni.

XVI *Kal. Aug.* In Africa, Aquilini, Marcelli, Generosi. Bituric. Nazarii. Autis. Theodoræ.

XV *Kal. Aug.* Romæ, Symphorosæ cum VII filiis. Petri, Pauli, Herenei. Arnulfi episc. et conf. Alibi, Falbei episcopi. Emiliani, Aquilini.

XIIII *Kal. Aug.* Alexandria, Sisinni. Alibi, Machodori, Dariæ. Justi, Torquanti, Landadi, Petri. Lugduno, Rustici conf.

XIII *Kal. Aug.* Africa, Sabini. Alibi, Victoris, Paulæ, Luciæ, Cyriaci, Maximi, Romani, Valeriani, Magrini, Secundi.

XII *Kal. Aug.* (Africa), Victoris. Alibi, Fausti, Adriani, Basillæ. Romæ, Praxedis, Feliciani, Longini.

XI *Kal. Aug.* Antiocha, Cyrilli episcopi. *S. Mariæ Magdalenæ.* Andreæ, Thepelli, Aurilii,

Startei. Alibi, Platonis, Eleani, Aioposi.

x *Kal. Aug.* Romæ, Vincentii. Ravennæ, Apollinaris episcopi. In Laodicia Phrygi, Minissei.

VIIII *Kal. Aug.* Victorini, Statiani, Militaris, Silvini, Christinæ virginis.

VIII *Kal. Aug.* Romæ, Agunti. Passio Jacobi Apostoli. Alibi, Julianæ, Clementis, Christofori, Ponni.

VII *Kal. Aug.* Joviani, Juliani, Emelii, Marciani, Adriani, Mittianæ, Laodiciæ et aliorum XXIIII.

VI *Kal. Aug.* Felicis, Juliæ, Simeonis monachi. Jocundi, Macharii. Etheri episcopi.

V *Kal. Aug.* Auxenti, Septimæ. In Nicomed. N. S. Pantaleonis. Lugd. S. Peregrini presb. Mediolano, Nazarii et Celsi, Theophili, Victoris, Prudenti. Redd-i Riod omodi (Redonis, Riodomi) conf. In Britannia, Sampson.

IIII *Kal. Aug.* Romæ, Felicis, Simplicii, Faustini, Beatricis, Abseodi, Simplicie, Anastasiæ. Trecas, Lupi episcopi, Rufi, Pontiani. Aurelianis, Prosperi episcopi.

III *Kal. Aug.* Romæ, Abdon et Zennen, Maximæ, Felicis, Fausti, Beatricis, Justi. Auturci (Autisiod. Ursi) episcopi. Turtulini.

II *Kal. Aug.* Democriti, Diani. Autisiod. Germani confessoris. Secundi, Tisphi, Tertullini mart.

AUGUSTUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Augusti. Antiochia, mart. VII fratrum Machabeorum. Petri, Cyrilli martyris, Rufi. Vercellis, Eusebii conf. Bituric. Archadii episcopi. Gerunda, Felicissimi martyris. Catena S. Petri osculanda.

IIII *Non. Aug.* Romæ, Stephani episcopi martyris. Theodotæ, Felicis mart. Niceti.

III *Non. Aug.* Euphronii, Ermoli martyris. Droigenis, Stephani, Albini. *Inventio corporis S. Stephani protom., Gamalielis, Nicodemi.*

II *Non. Aug.* Romæ, Laurentii, Crescentiani, Jacinthi, Justini, Sego *, Barthelomæi. (* al. Segi)

Nonas Aug. Eracli, Herenæ, Afri, Dassi. Augustoduno, Cassiani. Cat. (Catalauni), Mimmi episcopi.

VIII *Id. Aug.* Romæ, Xisti martyris. Agapiti, Felicissimi, Donatiani. Vigilia S. Afræ mart. Faustini, Ypoli cum aliis LXV.

VII *Id. Aug.* Faustini, Auxentii, Quiriaci, Suffroni, Veneriæ. Donati episcopi et martyris. Carpophori. *Apud Augustam Vindelic.* S. Afræ martyris.

VI *Id. Aug.* Romæ, Secundi, Cyriaci, Nazari, Agape virginis. Severiani, Victurini, Albani, Largi, Medratæ virginis.

V *Id. Aug. Romæ, N. S. Romani.* Firmi, Rustici, Dionysii, Permoni, Gagi, Xisti. Inbrivennensem (In Brivense) Martini. Vigilia S. Laurentii.

IIII *Id. Aug.* Romæ, Laurentii archidiaconi, Crescentionis, Felicissimi. Mariæ, Genuari, Cirillæ.

III *Id. Aug.* Tiburtii, Valeriani, Susannæ, Cæciliæ virginis, Cassiani mart. Radegundæ reginæ. Gaurici episcopi.

II *Id. Aug.* Romæ, Eupli, Leuci, Geson. Venariæ, Macharii, Darii, Chrisanti, Juliani.

Idus Aug. Romæ, Ypoliti martyris. Luciani, Pontiani. Alibi, Antiati, Cœlesti, Corneli, Anoci, Radegundæ, Eupli levitæ mart. Cassiani martyris.

XVIIII *Kalend. Septembris.* Fortunati, Juventiæ, Tutuli, Pauli, Parmi, Eradi, Demetri, Felicis. Romæ, Eusebii.

XVIII *Kal. Sept.* Assumptio S. Mariæ. Nicomedia, Stratonis, Philippi, Eutyciani *cum sociis eorum.*

XVII *Kal. Sept.* Emeli, Orionis, Tirsi. Arnulphi episcopi et confessoris.

XVI *Kal. Sept.* Mammetis, Orionis, Eufemiæ, Emeli, Dissei.

XV *Kal. Sept.* Romæ, Agapiti, Candidi, Pontuni, Diani, Massæ, Marcianæ virginis.

XIIII *Kal. Sept.* Filionis, Rufinæ, Leonti, Theodoti, Celasi, Magni mart. Orionis. Bituric. Mariani mart. Andreæ sociorumque ejus.

XIII *Kal. Sept.* Valentiniani, Pisti, Agatini, Coloni, Maximi conf. Leontii, Dioscori.

XII *Kal. Sept.* Lulii, Juliani, Ypoliti, Quadrati, Leonti, Privati mart.

XI *Kal. Sept.* Romæ, Timothei, Marcialis. Alibi, Nectavi, Mariani. Augustoduno, Medardi Emeliani, Symphoriani mart.

X *Kal. Sept.* Fortunati, Abundi. Romæ. Ciricei, Egeatis. Lugduno, Minervi, Eleazari, Sixti, Dionisii. Remedii *, Timothei. Sidonii Apollinaris. Augustoduno, Flaviani. (* al. Remis,)

VIIII *Kal. Sept.* In India, S. Bartholomæi Apostoli. Alibi, Genobi Genesi, martyris. Nivernis, Capitulini, Patricii confessoris. Gelderi confessoris. Eduæ, Optati confessoris. *Præpone* Capitulini. *Tum* Nivernis.

VIII *Kal. Sept.* Juliani, Rufini. Romæ, Gerasii martyris. Hermetis, Justi, Pastoris, mart.

VII *Kal. Sept.* Hermetis, Anastasii mart. Herculani, Mercurii, Basillæ, Maximiliani, Asallæ, Primi, Eleutherii. Romæ, Abundii, Herenei martyris.

VI *Kal. Sept.* Sebasti, Aranti, Riphi. Felici, Riphini, Dii, Hermetis, Marcellini. Arelato, Cæsarii episcopi. Augustoduno, Siagri episcopi.

V *Kal. Sept.* Romæ, Hermetis, Stephani, Polieni. Hippone Regine, S. Augustini conf. Privati *, Juliani martyris. Sexti anc. (Sanctonis,) Viviani conf. Perasii, Abundii MM. (* al. Brivate.)

IIII *Kal. Sept.* Helisei prophetæ. Nisiæ, Felicis. Romæ, Sabinæ martyris, Candidæ. Et passio S. Joannis Baptistæ. Basillæ virg. et aliorum DCCCC martyrum.

III *Kal. Sept.* Romæ, Gaudentiæ virg. Felicis, Gemellini. Romæ, Felicis et Audacti mart.

II *Kal. Sept.* Paulini episcopi. Gangani, Helladii, Juliani, Vincentii, Vitalici. Optati confessoris.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Septembris. Prisci mart. Terentini episcopi, Ebeti, Valenti, Donati. Cinnomi (Cenomanis,) Auctoris et Felicis. (Senonis,) depositio Lupi episcopi. At et (Alexandriæ) passio S. Petri episcopi. Egidii conf. Verene virg.

IIII *Non. Sept.* Zenonis, Antonii, Dubitati, Joseph, Theodori, Gorgoni, Timothei. Lugduni, Justi episcopi. Augustoduni, Siagri episcopi.

III *Non. Sept.* Aristonippi, Antonini, Eufemiæ, Silici, Aresti, Johannis, Lucæ.

II *Non.*

* *al.* Cavalono. II *Non. Sept.* Rufini, Maximi, Bonifacii. Cavati *, Marcelli mart. Erendrude virg. Sylvani, Caiani, Magni, Casti, Paulini.

Nonas Sept. Taurini, Quinti, Ingenuini. Herculani, Arguntii. Bisunti, Ferrusionis. Quintini episcopi et conf.

VIII *Id. Sept.* Romæ, Eleutherii. Cappadocia, Eugenii episcopi. Gutti. Magni conf.

VII *Id. Sept.* Zenoti (Senonis) Reginæ, mart. Art. (Arelato) Augustalis, Anastasiæ. Art. (Aurelianis) Eurti confess. Clodoaldi.

VI *Id. Sept.* Timothei, Fausti, Alexandri, Ammonii, Pii, Demetrii, Severi. Nativitas S. Mariæ Virginis. Romæ, Adriàni mart. Et S. Gorbiniani episcopi.

V *Id. Sept.* Romæ, Gorgoni. Alexandria, Hiacinthi, Donati, Fortunati, Tiburtii.

IIII *Id. Sept.* Eupliæ, Erosi, Hilarii PP. Alexandria, Sylvani et DCCCC martyrum. Africa, Thusci, Valentini, Salvii.

III *Id. Sept.* Romæ, Proti, Hiacinthi, Basillæ, Eugeniæ. Andegavis, Maurilionis confessoris. Ingenui. Alibi, Siri. Lugd. Patientis, Felicis mart. Regulæ.

II *Id. Sept.* Lugd. Sacerdotis. Augustoduni, Evanti, Siri, Serapionis. Alibi, Ammonii, Proti, Eusebii.

Idus Sept. Ageti (Augustoduno,) Nectari, Felicissimi. Turonis, Lidorii episcopi. Secundini, Theodoli.

XVIII *Kalend. Octobris.* Romæ, Cornelii, Cypriani, Dionysii, Saturi, Felicis, Honorii, Epartici episcopi. Exaltatio S. Crucis.

XVII *Kal. Octob.* Cirini, Stratonis, Leonti, Pauli. Apri episcopi confessoris. Constantii. Romæ, Nicomedis. Valeriani mart. Alibi, Carnodi, Atopi martyris. (*Lege* Albani. Carnotis, Leobini confessoris.)

XVI *Kal. Octob.* Luciæ, Eufemiæ virginis, Geminiani, Victoris. Romæ, Emerentianidis, Ceciliæ, Felicis, Tirsi.

XV *Kal. Octob.* Hodiani, Valeriani, Magrini, Santini, Constantii, Pauli, Isici mart. Macrobii.

XIIII *Kal. Octob.* Tropimi, Oziani, Sixti, Meditei, Eustorgii, Saturi.

XIII *Kal. Octob.* Demetrii, Niceti, Castoris militis. Trecæ, Januarii, Ferioli, Siquami conf.

XII *Kal. Octob.* Vigilia Matthei Apostoli. Josmidoni, Dorotei, Privati, Theodori, Constanticiæ, Felicis. Romæ, Januarii.

XI *Kal. Octob.* Mediolano, Victoris martyris. Persida, Matthei Apostoli. Albini (Alibi) Lucæ Euangelistæ. Palpili mart. (*Forte* Pampili).

X *Kal. Octob.* Basillæ. Sedun. Auguns (Sidunis, Agauno) Mauritii, Exuperi, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis et aliorum sex millium, sexcentorum sexaginta sex. Eodem die, S. Emmerami martyris.

VIIII *Kal. Octob.* Teclæ virginis. Alexandriæ, Marci Euangelistæ. Romæ, Liberii Papæ. Lini martyris.

VIII *Kal. Octob.* Conceptio S. Joannis Baptistæ. Juliani. Augustiduno, Sidilia *, Andochii, Direi, Felicis mart. Lugduni, Lupi. Arvernis, Rustici episcopi. Rutperti conf, * *al.* Sediloco.

VII *Kal. Octob.* Asia, Bordoniani, Marci, Eucarpi.

VI *Kal. Octob.* Romæ, Eusebii conf. Alibi, Senatoris, Luxorii, Magni, Nabosti, Faustini. Avernis, Apollinaris. *S. Cypriani episcopi et martyris, atque Justinæ virginis.*

V *Kal. Octob.* Eleutherii, Andronici, Timothei, Taraci, Probi, Cosmæ et Damiani, Florentini.

IIII *Kal. Octob.* Martialis, Laurenti, Stathei, Emeli, Cypriani. Romæ, Justini presbyteri Alodi, Sidonii. *Natalis S. Winceslai martyris.*

III *Kal. Octob.* Plauti, Placidi, Eraplii, Aut. (Autisiodoro) Fraterni. Sosii, Januarii. Dedicatio Basilicæ Archangeli Michaelis.

II *Kal. Octob.* Placentiæ, Antonini. Jerosol. apud oppidum Bethleem, Hieronymi presbyteri.

OCTOBER HABET DIES XXXI.

Kalend. Octobris. Prisci, Crescentiani, Euagrii, Fausti, Dignæ. Remis, Remigii episcopi. *Apud Gantum, S. Bavonis.* Autisiodoro, depositio Germani episcopi.

VI *Non. Octob.* Eeutheri, Quirilli, Secundiani, Primi, Eusebiæ, Gaiani, Cleonti. *Leodegarii.*

V *Non. Octob.* Theogeni. Aphr. (Africa) Victoris, Amonii, Scapargi, Orbani, Felicis.

IIII *Non. Octob.* Martii, Audacti, Dasi, Marci. Autisiodori, Marusii, Marcelli.

III *Non. Octob.* Placidi, Valentiani, Apollinaris, Eutici, Victorini. Autisiodori, Fausti, Pelagii, Firmati, Flavianæ virginis.

II *Non. Octob.* Rogati, Ammoni, Casti, Marcelli. Romani episcopi.

Nonas Octob. Marcellini, Matthei, Marci, Lini PP.

VIII *Id. Octob.* Dionysii, Januarii, Juliani, Faustini, Macialis.

VII *Id. Octob.* Col. Gereon martyris cum aliis CCCXVIII. Dionysii et Genuini martyrum, Affræ, Eleutherii.

VI *Id. Octob.* Africa, Eusebii, Heraclii, Dionysii, Septimi, Venusti, Probi, Andronici. Alibi, Sereni, Paulini episcopi, Malusii cum CCCXXX. *Burchardi episcopi et confessoris.*

V *Id. Octob.* Placidi, Fauti, Tanasii, Amboti. Turon. Venanti, Genuari, Marcelli.

IIII *Id. Octob.* Euagrii, Eustasii. Romæ, Eclisti, Saturi, Eucaristi, Prisciani. Bitur. Opinionis. Dedicatio Basilicæ S. Maximiliani conf.

III *Id. Octob.* Fausti, Marcelli, Andriani, Januarii, Athanasii episcopi.

II *Id. Octob.* Romæ, Calisti episcopi, Amboti, Modesti, Saturi. Alibi, Lupi, Luciani, Justi.

Idus Octob. In Capuana, Luplili, Fortunati.

XVII *Kal. Novembris.* Africa, Cecre, Marii, Ausidi, Nerei, Alexandrini, Victuriæ, Nubilitani, Marinæ. Galli confessoris.

XVI *Kal. Nov.* Alexandri, Victorini, Donati, Serviliani, Basillæ, Jencari.

XV *Kal. Nov.* Lucæ Euangelistæ. Victoriæ, Hermetis. Puteoli, Justi martyris. Januarii. Agnetis virg. Triphoniæ, Beresi, Auticis.

XIIII *Kal. Nov.* Austeri, Januarii, Proculi, Desiderii, Euticii, Prestici, Pelagii.

XIII *Kal. Nov.* Clasi, Zosimi, Promasi, Januarii, Euticis, Marcellinæ, Caprasii, Neonis mart.

XII *Kal. Nov.* Gagi, Eutici, *cum* 7000. Dissei, Modesti, cum aliis CCLXXII, Macharii, Festi. Lugduno, Justi.

XI *Kal. Nov.* Philippi, Eusebii, Hermetis, Severi, Leugati. Col. SS. undecim millium Virginum. Depositio Severini episcopi et confessoris.

X *Kal. Nov.* Severi, Dorothei, Seuresi.

VIIII *Kal. Nov.* Vitalis, Felicis, Rogati, Claudiani, Eutheri, Flaviani, Justi.

VIII *Kal. Nov.* Romæ, XLVI mart. seu mille centum octoginta quatuor. Saturini, Maximi, Urbani conf. Alibi, Primi. Suessionis, Crispini, Crispiniani, Rogati, Felicis, Vitalis.

VII *Kal. Nov.* In Nicia, Luciani, Martiani, Flori, Heraclii. Tuti. Amandi episc. et conf.

VI *Kal. Nov.* Policarpi, Neonii, Euminii, Mariani, Tarsi, Gagi, Diodori, Metropi, Poti, Florenti, Longi.

V *Kal. Nov.* Arceladi. Natalis Apostolorum Simonis et Judæ. Lucæ, Romæ, Cirilli, Amanti, Marinæ, Quinti, Lucii.

IIII *Kal. Nov.* Lucani, Hiacinthi, Saci, Noti, Quinti, Feliciani, Lucini.

III *Kal. Nov.* In Nicomedia, Januarii, Calendionis, Marci, Germani, Martialis, Petri, Catici, Marciani, Saturnini.

II *Kal. Nov.* In Africa, Dagoni, Juliani, Agapi, Bonifacii, Donati, Fortunati, Silvani. Passio S. Quintini martyris.

NOVEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Novembris. Mariæ, Cæsarii mart. Primi episcopi. Meldecasi. Baioch. Victoris *, episcopi et conf. Romæ, Cesarii. Divionis, Benigni mart. Ach. (Augustoduno) Primi episcopi. Festivitas omnium Sanctorum.

* *al.* Vigoris.

IIII *Non. Nov.* Africa, natal. SS. Pupliani, Hermetis, Vitalis, Victoris, Justi.

III *Non. Nov.* In Africa Cappad. Germani, Theophili, Agricolæ mart. Cæsarii, Vitalis.

II *Non. Nov.* Biturg. Lusoris conf. Cæsarii, Domnini. In Patavia, Valentini.

Nonas Nov. Cæsarea, Domnini, Pulleti, Marci.

Cetera desunt.

MARTYROLOGIUM QUARTUM

LABBEANUM

IN NOMINE SANCTÆ TRINITATIS INCIPIT MARTYROLOGIUM

PER CIRCULUM ANNI.

VIII *Kalendas Januarii.* Bethlem, nativitas Salvatoris Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Romæ, Jovini, et passio Eugeniæ virginis. Et alibi, Anastasiæ virginis, Felicitatis, Saturnini.

VII *Kal. Jan.* Passio Stephani martyris. Romæ, Dionysii confessoris, Heliæ, Dorostoli, Juliani, Mæandri. Et passio sancti Marini.

VI *Kal. Jan.* Ordinatio episcoporum *, Jacobi Apostoli fratris Domini, et adsumptio S. Joannis Euangelistæ.

* *al.* episcopatus.

V *Kal. Jan.* Bethlem, natale martyrum infantium et lactentium. Alibi, Domitiani, Eutychi, Castori, Eusebii, Gaiani, Domitiæ. Translatio Thomæ Apostoli, et octava ipsius.

IIII *Kal. Jan.* In Africa, Victoris, Libosi, Honorati, Saturi. Romæ, Felicis, Domiti, Crescenti, Primiani, Bonifaci episcopi.

III *Kal. Jan.* Alexandriæ, Mansueti, Honori, Pauli, Poli, Stephani, Cleti. Romæ, Felicis episcopi, Perpetuæ. Florentis episcopi.

II *Kal. Jan.* Donati, Gai. Romæ, Rogati, Sylvestri episcopi et confessoris. Hermetis, Stephani. Senonis, passio Columbæ virginis.

JANUARIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Januarii. Circumcisio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Stephani, Eufrosyni, Hermetis, Gai, Victoris, Severi. Augustoduni, Agrippini episcopi. Romæ, Martinæ martyris.

IIII *Non. Jan.* Antiochia, Isidori, Macari. Alibi, Tobiæ, Rutulæ, Vitalis, Stephani.

III *Non. Jan.* Cyrici, Claudionis, Argei, Marcellini. Paris. Genovevæ virginis. Viennæ, Florenti. Romæ, Antheri. Passio Theogenis martyris.

II *Non. Jan.* Africa, Aquilini, Augenti, Quinti, Trifiniæ. Bononiæ, Hermetis, Aggei, Gai.

Nonas Jan. Africa, Felicis, Luciani, Telesphori, Petri, Sereni. Hierusalem, Symeonis presbyteri. Item Simeonis episcopi.

VIII *Idus Jan.* Epiphania Domini. Honori, Julii, Anastasiæ, Juliani, Basilissæ, Celsi. Rhedonis, natale, translatio, ordinatio episcopatus Melanii confessoris.

VII *Id. Jan.* Nicomediæ, Luciani, Liceri, Polyeucti, Felicis, Palladi, Isidori episcopi, Pulicosti, Eudi. Eductio Jesu de Ægypto.

VI *Id. Jan.* Græcia, Rustici, Timothei, Luci, Flori, Schotei. Augustiduno, Hegemoni episcopi.

V *Id. Jan.* Epicteti, Saturnini, Vitalis, Fortunati, Quieti, Revocati.

IIII *Id. Jan.* Africa, Revocati, Justi, Albæ (Alibi), Melciadis, Saturi, Felicitatis.

III *Id. Jan.* In Alexandria, Petri, Leuci. Alibi, Philoromi, Augenti, Augustini. Gregorii episcopi (Nazianzeni).

II *Id. Jan.* In Achaia, Syriaci, Saturi. Alibi, Zotici, Bonitti, Castoli, Rogati, Philoromi, Petri, Aventiæ.

Idus Jan. Africa, Ingenuæ, Felicitatis. Alibi, Syriaci, Zotici, Gliceri, Secundi. Depositio Hilarii episcopi.

XVIIII *Kalend. Februarii.* Antiochiæ, Cliceri martyris. Alibi, Pauli, Saturi, Geronti, Januarii, Felicis. Eufrasii confessoris.

XVIII *Kal. Febr.* In Ægypto, Crisconi, Minelampi. Alibi, Corneli, Lirici. Abacuc prophetæ. Romedii confessoris.

XVII *Kal. Febr.* Romæ, Marcelli Papæ martyris, Marthæ martyris. Alibi, Saturnini, Fausti. Arelate, Honorati episcopi. Fussione confessoris. S. Ferioli episcopi et martyris.

XVI *Kal. Febr.* Africa, Mucii, Victurici, Leucii. In Ægypto Thebaida, Antonii monachi. Lingonis, Speusippi, Leonillæ martyris cum sociis earum. Deas civit. Marcelli episcopi. Bituric. Sulpitii episcopi.

XV *Kal. Febr.* Cathedra S. Petri Apostoli, quo primum Romæ sedit. Mosei, Ammonii, Thyrsisconis, Luci, Lurici, Priscæ. Leopardi confessoris.

XIIII *Kal. Febr.* Africa, Pauli, Germani, Juli, Gai. Jerusalem, Marthæ et Mariæ. Alibi, Piæ, Zozimi, Fortunati. Lugduni, Nicetæ confessoris.

XIII *Kal. Febr.* Romæ, Fabiani, Sebastiani mart. Mariæ.... Audifax. Alibi, Clementis, Leonti, Tyrsi.

XII *Kal. Febr.* Felicis, Eustasi confessoris, Solutoris, Fructuosi martyris, Eulogii martyris, Patrueli martyris. Et passio Agnetis virginis. Aucti * confessoris.

* *al.* Aviti.

XI *Kal. Febr.* In Spania, Valentia civitate passio S. Valeri episcopi, Vincenti diaconi martyris,

Pauli

Pauli, Quintiliani, Pauli, Epodimi, Quiri, Clementi, Januarii. Romæ, Vincenti et Anastasi martyrum.

x *Kal. Febr.* Severiani mart. Flori, Corneli, Donati, Clementis, Eugenii, Macarii mart. Romæ, S. Emerentianæ martyris.

viiii *Kal. Febr.* Antiochiæ, Babilæ martyris. Alibi, Doni martyris. Epicteti, Galei, Felicissimi, Vincentiæ, Eustasii confessoris, Savinæ virg.

viii *Kal. Febr.* B. Pauli Apostoli conversio in Damasco. Donati, Epicteti, Puppiæ, Tyrsi, Agape, Sabiani, Sabini. Alvernis, Præjecti, Amarini martyris.

vii *Kal. Febr.* Polycarpi episcopi, Armatæ, Artemi, Fabiani, Sidonis, Leuducias, Theogenis, Sabiani, S. Paulæ.

vi *Kal. Febr.* Africa, Dativi, Reotri, Æmilani, Publii, Armati, Gai, Epicteti.

v *Kal. Febr.* Romæ, Agnetis virginis de nat. (nativitate). Donati, Viti. In Africa, Messuriani, Juliani, Nicomedis, Leuci, Celestini.

iiii *Kal. Febr.* Pauli, Victoris, Hippolyti, Honorati, Constantini. Treveris, Valeri episcopi.

iii *Kal. Febr.* Antiochiæ, Hippolyti. Alibi, Pelliani, Clari, Philippiani.

ii *Kal. Febr.* Alexandriæ, Tarsici, Hippolyti, Tyrsi martyris, Calinici, Victoris.

FEBRUARIUS HABET DIES XXVIII.

Kalendas Februarii. In Scotia, depositio Brigidæ virginis. Alibi, Polycarpi, Poenis, Publii, Severi conf. Vindemialis mart.

iiii *Non. Febr.* Solemnitas S. Mariæ, quando Dominum in templo præsentavit. In Africa, Victoris, Privatulæ. Romæ, Laurenti, Fortunati. Aurel. (Aurelianis). Flosculi conf. Et depositio Siccariæ virginis.

iii *Nonas Febr.* Africa, Felicis, Laurenti, Celerinæ, Hippolyti, Felicitatis. Vapingi, Teridi conf. Lugduni, Lupicini conf.

ii *Nonas Febr.* Gemini, Gelasi, Maximi, Donatæ, Aquilini, Timoe.

Non. Febr. Sicilia, passio Agathæ virg. Revocati, Saturi, Felicis, Saturni. Viennæ, Aviti confessoris. Andreæ Apostoli de ord. (ordinatione) episcopatus.

viii *Id. Febr.* Soteris virginis. Alibi, Saturnini, Revocati, Dorotheæ, Theophili. Alibi, passio Luciæ virginis. Amandi episcopi. Vedasti episcopi.

vii *Id. Febr.* Agabi martyris. Anatoli, Ammonis, Statiani, Nepotiani, Luci, Saturnini, Sarneandre (Sarnæ, Andreæ).

vi *Id. Febr.* Armenia, Dionisi, Æmiliani, Sebastiani. Romæ, Pauli episcopi. Alibi, Luci.

v *Id. Febr.* Alexandri, Ammonis, Æmiliani, Thomæ, Nili, Germani, Agathoni, Cyriaci.

iiii *Id. Febr.* Apollonis martyris, Protei, Orientis, Plausi martyris. Silvani confessoris, Andreæ, Troiani confessoris. Romæ, Soteris, Zotici, Irenæi, Hyacinthi, Amanti mart.

iii *Id. Febr.* Eufraxi, Basiliani, Amanti, Julici, Felicis, Zotici, Zoteris. Lingonis, Desiderii episcopi. Pect. (Pictavis), Baldegundæ. Romæ, Caloceri, Partheni mart.

ii *Id. Febr.* Damiani martyris, Juliani, Donati, Eracli, Susannæ, Eulaliæ, Urbani. Simplicii confessoris.

Idus Febr. Juliani martyris, Tulliani, Cyriaci. Ammoni, Decenti. Lugduni, depositio Stephani episcopi.

xvi *Kalend. Martii.* Romæ, Valentini, Zenonis, Vitalis, Fæliculæ martyris, Marciani, Vincenti, Germani, Bassiani martyris, Dionysi martyris, Agathoni martyris. Jonas, Ægeas.

xv *Kal. Mart.* Josippi, Agapæ virginis, Joannis, Adventi, Xysti, Victoris, Pamponi. *Et diabolus retro a Domino recessit.*

xiiii *Kal. Mart.* Faustiniani, Plesi, Cocofatis, Fabiani, Maximæ, Junellæ cum quinquaginta quatuor. Julianæ martyris cum quinque milibus. Depositio Tetradi episcopi.

xiii *Kal. Mart.* Donati martyris, Chrysantianæ, Romuli martyris cum octoginta quatuor. Januarii, Octaviani, Guovili, Marci.

xii *Kal Mart.* Rutuli, Classii, Damasci, Pauli, Marcialis, Maximi, Marcelli, Fructuli.

xi *Kal. Mart.* Publii, Juliani, Baretsei, Tulii, Lampasis, Manili, Marcelli.

x *Kal. Mart.* Potami, Nemesii, Didymi, Gai, Victoris, Coronæ martyris.

viiii *Kal. Mart.* In Africa, Viroli, Sirici, Jocundi, Victurini, Petri, Justi, Secundi.

viii *Kal. Mart.* Natalis Cathedræ S. Petri Apostoli, quam sedit apud Antiochiam. Teclæ virginis, Victurini, Concordiæ, Sereni. Et alibi, sexaginta unius Martyrum. Euteri, Castæ, Flaviæ, Gorgoni.

vii *Kal. Mart.* Seneroti, Polycarpi episcopi cum aliis duodecim. Herotis, Crisconi, Petri, Felicis cum aliis triginta sex. Sirici.

vi *Kal. Mart.* Heroti, Primitivæ, Edititius, Rutuli, Luciani, Victurini, Serapionis mart.

v *Kal. Mart.* Donati, Ingenuæ cum aliis quadraginta quinque. Justi, Castæ, Crescentæ, Crescentiæ, Rogatiani, Nestoris.

iiii *Kal. Mart.* Alexandri, Nestoris. Theonis, Donativi, Ingenui, Fortunati, Felicis cum aliis viginti quinque.

iii *Kal. Mart.* Alexandri, Antigoni, Abundanti, Ticiani, Dionisi, et aliorum viginti trium. Serviliani, Datiani, Leandri.

ii *Kal. Mart.* Celeris, Pupilli, Claudiani, Macari, Gaiæ, Rufinæ, Justi.

MARTIUS HABET DIES XXXI.

Kalendas Martii. Passio Leonis martyris, Habundanti, Hermetis, Adriani, Victuri. Andegavis civit. Albini confessoris.

vi *Non. Mart.* Heroli. Romæ, Luci episcopi, Pauli, Georgii, Januariæ, Absaloni, Primitivæ.

v *Non. Mart.* Felicis, Lucioli, Gaiolæ, Hemeteri, Juli, Casti, Justi, Soli.

iiii *Kal. Mart.* Romæ, natale sanctorum Martyrum octingentorum. Juli, Roti, Luci, Gai, Fortunionis, Gregorii, Adriani.

iii *Non. Mart.* Africa, Eovoli, Petri, Focæ martyris, Victoris. Eusebi. Alibi, Saturnini, Marci, Martini.

ii *Non. Mart.* Nicomediæ, Victoris. Alibi,

Alexandri

Alexandri, Diodori, Perpetuæ, Felicitatis, Silvani.

Nonas Mart. Africa, passio Perpetuæ et Felicitatis, Saturi. Alibi, Servani, Leuci, Tadici, Dandæ, Rogatæ, Maruli.

VIII *Idus Mart.* Nicomediæ, Quirilli. Alibi, Rogati, Urbani, Cyrilli, Beromiæ, Ereniæ, Felicis.

VII *Idus Mart.* Armenia, militum sexaginta. Africa, Juliani, Sici, Philippi, Nectari, Concessi. Romæ, Martyrum quadraginta.

VI *Id. Mart.* Nicia, Gorgoni, Firmi. Antiochiæ, Agapæ virginis. Alibi, Palatini, Firmiani.

V *Idus Mart.* Alexandriæ, Gai, Philomi, Candidi, Valeri, Cyrilli, Petroni, Heracli, Zozimi, Marciani.

IIII *Idus Mart.* Niciæ, Egdomi martyris. Et alibi, quinquaginta. Alibi, Zoni, Neonis, Pioni. Romæ, Innocenti, Rasi confessoris, Gregorii Papæ beatæ memoriæ.

III *Idus Mart.* Niciæ*, Macedoni, Epipodi. Alibi, Teuseræ martyris, Eufraxiæ, Victurini, Marcialis, Juli. — * *al.* Nicomedia

II *Idus Mart.* Eufrosi, Alexandri, Petri martyris, Fronimi, Pionis, Innocenti, Felicissimi. Romæ, Leonis episcopi et martyris.

Idus Martii. Longini, Luci martyris, Faustæ, Paulæ. Hierusalem, Jacobi Apostoli. Lucæ Euangelistæ.

XVII *Kalend. April.* Niciæ, Castori, Sereni, Eugeniæ, Juliani. Alibi, Hilari, Cassonis, Pampini.

XVI *Kal. April.* Theodoli, Hierusalem, Quiriaci episcopi, Dionysi, Mariæ, Largi, Alexandri, Datiani. In Scotia, Patrici confessoris. *Primus dies seculi.*

XV *Kal. April.* Alexandriæ, Collegi. Romæ, Pimenii presbyteri, Quartini, Sanfori. Alibi, Sebioli* cum aliis viginti quatuor. Quinti, Saldæ, Rogati. — * *al.* Servuli.

XIIII *Kal. April.* Theodori, Bassi, Baseliæ. Leonti confessoris. Sorenti, Marci, Florenti.

XIII *Kal. April.* Joseph, Pauli, Cyrilli, Eugeni, Serapionis, Claudi. Victurici, Domni, Valentini. Volfranni confessoris.

XII *Kal. April.* Alexandriæ, Serapionis, Josippi, Volusiani, Polycarpi, Amatoris, Ammoni. Benedicti abbatis.

XI *Kal. April.* In Narb. (Narbonna) Pauli confessoris. In Africa, Saturnini. In Sabar (Sebastia), Decroni, Arionis.

X *Kal. April.* In Africa, Felicis. Alibi, Theodori, Juliani. Agavis* Piomti, Pauli, Dionysi. — * *al.* Agatii.

VIIII *Kal. April.* In Africa, Agapiti, Ramoli, Rogati, Saturnini. Alibi, Secundoli, Victurini, Seleuci. Romæ, Cyrini martyris.

VIII *Kal. April.* Annunciatio S. Mariæ matris Domini. Hierusalem, Dominus noster Jesus Christus crucifixus est. Et passio Jacobi Apostoli fratris Domini. Nicomediæ, Dulæ. Alibi, Lu. .læ et quadringentorum martyrum. Jovini, Teclæ martyris. Et immolatio Isaac. — *Equinoctium.*

VII *Kal. April.* Romæ, Castuli. Alibi, Monati martyris, Petri, Marciani, Cassiani. Timothei, Theodori.

VI *Kal. April.* Resurrectio Domini nostri Jesu Christi. In Africa, Romoli, Agate, Missiæ, Solutoris.

V *Kal. April.* Rogati, Audacti, Castori, Alexandri, Dorothis, Caval. (Cavalono) Guntranni Regis.

IIII *Kal. April.* Niciæ, Pastoris, Victurini, Dolæ, Julianæ. Antiochiæ, Theodori, Saturnini, Pocutalis. Alibi, Achaicæ.

III *Kal. April.* Thessalonicæ, Domnini, Filipoli, Acaci, Palatini. Alibi, Victoris, Eulaliæ virginis. Depositio Pastoris.

II *Kal. April.* In Africa, Anesi, Felicis, Diodoli, Porti, Abdæ, Corneli, Valeriæ.

APRILIS HABET DIES XXX.

Kalendas Aprilis. In Ar. (Armenia) Pastini. Quintiani. Alibi, Victoris, Irenei, Dyonisi, Stephani, Secundi.

IIII *Non. April.* In Africa, Amphiani, Victoris. Alibi, Marcellini, Theodoli, Urbani confess.

III *Non. April.* In Nicia, Thomæ Apostoli, Prancati, Agathæ, Theodosiæ virginis, Donatæ, Amphiani, Euagri, Sixti martyris, Benigni.

II *Non. April.* Theodoli, Agathoni, Pauli, Saturnini, Publii, Victoris, Successi, Maturini, Urbani, Juliani. Mediolani, depositio S. Ambrosii confessoris.

Nonas April. Claudianæ, Marcianæ, Didymi, Quinti, Honori, Agape, Amphiani, Nicanoris, Andronici.

VIII *Idus April.* In Nicomedia, Firmi, Bertonnei, Romani, Donati, Epiphani, Timothei, Clusi, Quiriaci, Marinæ.

VII *Idus April.* Antiochiæ, Timothei, Diogenis. Eleusi, Macariæ, Maximæ. Alibi, Capuæ*, Victoris, Pelusi. — * *al.* Capriæ

VI *Id. April.* Africa, Timæri, Conexi, Concessæ, Solutoris. Successi, Macari, Pinnari. Ammoni, Maximi.

V *Id. April.* Demetri, Hilari, Concessi, Mari, Fortunati, Donati et aliorum septem.

IIII *Id. April.* Alexandriæ, Apolloni, Granii, Saturnini, Alexandri, Gaiani, Hilari, Donati, Pinnadi, Theodori, Fadi.

III *Id. April.* Romæ, Leonis Papæ et confessoris. Salonis, Domini, Fortunati, Eustorgi, Nestoris, Maximi, Donati, Siagri confessoris. Et alibi, ducentorum quadraginta.

II *Id. April.* In Africa*, Carpi. Alibi, Juli, Agapi, Pauli, Cypriani, Valeri. Constantini confessoris, Isaac, Cari, Euphemiæ. — * *al.* Asia

Idus April. In Calcid. (Calcidonia,) Euphemiæ virginis. Eucapi, Secutoris, Catuli, Januarii. Polycarpi, Pauli.

XVIII *Kalend. Maii.* Romæ, Tiburti, Valeriani, Maximi. Alibi, Proculi, Optati, Corneliæ, Cypriani. Frontonis monachi.

XVII *Kal. Maii.* Picano, Mortenis, Messoris, Moasitis. Alibi, Archelai, Diogenis, Veronicæ, Produci, Luperci martyris, Georgii, Agatæ.

XVI *Kal. Maii.* Achaia, Carissi martyris. Alibi, Basiliæ, Marcialis, Calisti martyris, Felicis, Luciani, Faustini.

XV *Kal. Maii.* Antiochiæ, Petri, Hermogenis, Marciani. In Africa, Baruci, Donati, Macedoni, Fortunati.

XIIII *Kal. Maii.* Septimi, Victorici, Donati, Elutherii episcopi, Crispini, Mappalici, Anthiæ, Victurini.

XIII *Kal. Maii.* Armenia, Hermogenis, Gai. Rufi martyris, Fortunati, Sericiani, Donati. Alibi, Vincenti, Vitalis martyris.

XII *Kal. Maii.* Africa, Serviani, Arnaci, Joannis. Romæ, Victoris. Ataraci, Salviani, Donati martyris. Antissiodori, Martini confessoris.

XI *Kal.*

XI *Kal. Maii.* Alexandri, Fortunati, Aratoris, Vitalis. Romæ, Valeriani, Apprunculi. Maximi. Alibi, Cæsari.

X *Kal. Maii.* Philippi. Romæ, Gai Papæ. Lugduni, Epipodi. Alibi, Leonidis, Primoli, Turdiani. Senonis, Leonis episcopi.

VIIII *Kal. Maii.* Africa, Catulini, Victoris, Ursi. Romæ. Georgi mart., Naboris, Vitalis. Alibi, Felicis, Fortunati, Achillei, Panteleemonis.

VIII *Kal. Maii.* Victoris, Carinæ, Donati, Theonis, Faustini. Sidrac, Misac, Abdenago, sic liberati sunt de camino ignis. Alexandri martyris. S. Georgii.

VII *Kal. Maii.* Euodi, Fortunati. Dioplicium (Diospoli civit.) Georgi martyris. Lugduni, Rustici confessoris.

VI *Kal. Maii.* Aureli, Leonidis. Africa, Juri, Sirici, Vindei, Pauli, Cleti, Maximi, Marciani Simplicii, Germani, Gemellini.

V *Kal. Maii.* Anthemii episcopi, Castoris, Anessimi, Hermetis, Victoris, Germani, Stephani, Antonii, Thimiæ, Sodalis.

IIII *Kal. Maii.* Eusebi. Romæ, Vitalis, Victuri, Malinæ, Aphrodisi, Manili, Niciæ, Luciani cum aliis quadringentis et decem martyribus. Eutyci confessoris. *Egressio Noe de Arca.*

III *Kal. Maii.* Alexandri, Germani. Alibi, Prosdoci, Gradi, Prudenti, Valentini, Urbani, Pudenti, Vitalis.

II *Kal. Maii.* Alexandri, Dorothei, Crispini. Alibi, Pomodiani, Quirici martyris, Rodimi *, Polochroni confessoris.

* *al.* Rodociani.

MADIUS HABET DIES XXXI.

Kalendas Madias. In Asia, natale Philippi et Jacobi Apostoli. In Gallia, Amatoris confessoris. Sigismondi regis. Matthei Apostoli. Judæ. Berthæ abbatis. *Initium prædicationis Domini nostri Jesu Christi.*

VI *Non. Maii.* Germani, Saturnini, Elpidi, Cœlestini, Privati, Felicis, Hermogeni, Cetini.

V *Non. Maii.* Inventio S. Crucis. Romæ, Hermogenis, Alexandri, Euenti. Theudoli. Juvenalis confess. Urbani, Mariani, Fortunati.

IV *Non. Maii.* Antoninæ martyris, Celestini, Felicis, Floriani martyris, Silvani, Nestoris. Corcodomi confessoris. Romani, Fortunati.

III *Non. Maii.* Eufemi, Irenei, Gregorii, Petini. Alibi, Hilarii. Viennæ, Felicissimi, Nectari, Niceti. Antis. (Antisiodoro,) Viviani martyris. *Ascensio Domini.*

II *Non. Maii.* Persida, Matthei Apostoli. Alibi, Gerorsi * confessoris, Secundiani. Mediol. Victoris, Felicis. Ant. (Antisiodoro,) Valeri. Natale Joannis ante portam Latinam.

* *al.* Gerontii.

Nonas Maii. Augustini, Marcellini, Celerini, Eutychi, Georgi. Hilari confessoris. Augustod. Placidi, Macrobi, Flavi.

VIII *Id. Maii.* Victoris martyris, Fortunati, Agathi, Maximi, Stephani, Eutychi. In Sancton. Martini. Antissd. Palladi.

VII *Id. Maii.* Quirilli, Zenoni, Timothei, Gordiani, Primoli, Quinidei, Afrodisi. Beati confessoris. S. Pachomii abbatis.

VI *Id. Maii.* Romæ, Epimachi, Gordiani. Alibi, Probatæ, Cyrilli, Petri, Felicis, Faustæ, Mariæ. Job prophetæ.

V *Id. Maii.* Montaniani, Septimi, Majuli, Epimini, Anthimi, Demetri. Viennæ, Mamerti, Martini.

IIII *Id. Maii.* Romæ, Nerei, Achillei, Pancrati martyris. Soteris virginis. Effoditi martyris cum quingentis et quatuor.

III *Id. Maii.* Agrippæ, Lucæ, Sabini, Gai, Sebastiani, Taraci, Probi, Andronici, Victoris, Saturnini, Marcelliani, Martini.

II *Id. Maii.* Victoris, Quarti, Secundiani, Proculi, Maximi et quadringentorum quatuor martyrum, qui cum Cyrico passi sunt. Romæ, Isidori, Bonifacii.

Idus Maii. Timothei, Præstabilis, Digni, Simplici, Felicis, Cirici, Victoris, Petri, Andreæ, Dyonysi. Tetrici episcopi.

XVII *Kalend. Junii.* Aquilini, Eracli, Victoriani, Paulini, Diudiciani, Megethi, Vincenti, Peregrini martyris. Fiduli confessoris.

XVI *Kal. Jun.* Victoris, Primi, Pliberi, Eracli, Aquilini, Partini, Gallicori, Pauli, Peregrini martyris.

XV *Kal. Jun.* Alexandria, Potamonis, Maximæ, Hermon. Alibi, Dioscori martyris, Dativi, Hortasi, Victoris, Casi, Luciosæ. Marci Euangelistæ

XIIII *Kal. Jun.* Romæ, Caloceri, Pudentianæ martyris. Paternæ martyris, Calisti, Paliaci, Quinti, Æmili, Primoli, Partini.

XIII *Kal. Jun.* Romæ, Basillæ, Victuriæ, Basilissæ, Baudili, Marcellosæ, Salsæ, Gervasi, Prothasi, Fausti, Austregisili.

XII *Kal. Jun.* Timothei, Polyeueti *, Victuri, Donati. Mathei Apostoli. Valis confessoris.

* *al.* Poli, Eutici.

XI *Kal. Jun.* Romæ, Faustini, Venusti. In Corsica, Juliæ. Ants. (Antissiodoro) Helenæ. Alibi, Polyeucti, Casti.

X *Kal. Jun.* Epicteti, Basilei. Africa, Quinti, Luci. Viennæ, Desiderii episcopi. Juliani, Firmi, Aptoni, Fausti.

VIIII *Kal. Jun.* Servoli, Saturnini, Zoeli, Vincenti. Nannetis, Rogatiani, et Donatiani martyrum.

VIII *Kal. Jun.* Sentianæ, Dionysii, Eusebii, Innocentii. Romæ, Urbani Papæ. Desiderii martyris. Ephesi, Joannis, Apostoli. Trecis, Leone mon.

Initium Estatis.

VII *Kal. Jun.* Africa, Heracli, Augustini episcopi, Felicissimæ, Pauli, Victuri, Rufini, Sauri. Antiss. passio Prisci. Romæ, Symmetri martyris, et aliorum viginti duorum mart.

VI *Kal. Jun.* Aquili, Heliæ, Sacci, Julii, Saluciani, Eutrici, Quinti, Stiabili, Euangeli, Luciani. Romæ, Restituti.

V *Kal. Jun.* Zotoli, Primoli, Emili. Romæ, Epagathi, Marciani, Castuli. Paris. Germani episcopi.

IIII *Kal. Jun.* Pollionis, Crispoli, Cyrilli, Primi, Restituti, Carelli. Maximini confessoris.

III *Kal. Jun.* Sici, Palatini martyris, Gabini, Crispoli.

II *Kal. Jun.* Canti, Procoti, Datianæ, Donatianæ, Processi. Romæ, Petronillæ virginis, filiæ S. Petri. Isici, Germani, Paulini.

JUNIUS

JUNIUS HABET DIES XXX.

Kalend. Junii. Thessalon. Octavi, Luciæ, Casti, Publii, Lupi, Crispini, Claudi, Maximæ. Alibi, Eladi, Zosimi, Joventi, Castulæ, Arabi.

IIII *Non. Jun.* Romæ, Marcellini, Petri martyris, Zachariæ, Rogati, Saturninæ. Alibi, Thamathi. Lugduni, Fotini, et quadraginta octo martyrum. Mauri, Vincenti, Rogatiani.

III *Non Jun.* Africa, Quirini, Abdiani, Nepori, Demetriæ, Julianæ virginis. Alibi, Thomæ Apostoli. Marcelli, Silvani. Leifardi.

II *Non. Jun.* Zotici, Camasi, Julii, Saturnini, Italii, Daciani, Rustici, Quirini, Picti, Expergenti, Rustuli, Crescentiæ.

Nonas Jun. Eop. (In Ægypto) Marciani. Alibi, Euasi. Romæ, Felicitatis, Gregori, Nicandri, Apolloni, Gai, Hilari, Candidæ. Alibi, Zeli, Fortunati.

VIII *Id. Jun.* Nividuni, Amanti, Luci, Andreæ. Alibi, Itali, Philippi, Claudi. Gracinno (Gratianopoli,) Cerati episcopi. Alexandri.

VII *Id. Jun.* Pauli, Fortunati, Macri, Primasi. Africa, Victuri, Privatæ, Donatæ. Alibi, Lucianæ martyris.

VI *Id. Jun.* Marciani, Cresti, Marti, Vitici, Sedustini. Romæ, Nazari, Primi, Naboris, Feliciani. Alibi, Marthæ. Sctim. (Suessione,) Medardi confessoris.

V *Id. Jun.* Maximi, Basilidis, Zachariæ, Censuri, Amanti. Romæ, Primi, Feliciani. In Agenno, Vincenti martyris.

IIII *Id. Jun.* Romæ, Basillæ, Cassianæ. Alibi, Crispoli, Restituti, Rogati, Zachariæ. Antisiod. Censuri episcopi.

III *Id. Jun.* Romæ, Restituti. Alibi, Fortunati, Emeriti, Victoriani, Victoris, Felicis.

II *Id. Jun.* Romæ, Basilidis, Tripoli, Cyrini, Naboris, Nazari, Felicis. Magdaletis, Zabini, Aurelii, Donatillæ, Helidii episcopi.

Idus Jun. Persida, Bartholomei Apostoli. Alibi, Feliculi. Africa, Luciani, Fortunati, Theclæ, Crescentiani.

XVIII *Kalend. Julii.* Anthemi, Afri, Quintiani, Prati. Aurel. translatio Aniani. Sessionis, Valerii, Rufini martyris. Gnacii episcopi.

XVII *Kal. Jul.* Isici, Canciani, Micigitiani, Candidæ. Romæ, Viti, Clementis, Joviani, Philippi, Chrysogoni, Quintini.

XVI *Kal. Jul.* Diogenis, Saturnini. Antiochiæ, Cyrici, Viti martyris, Modesti, Crescenti, Julitæ martyris, et quadringentorum quatuor militum. Nannetis, Simili.

XV *Kal. Jul.* Quiriaci, Canciani, Marini mart. Romæ, Diogenis, Blasti, et aliorum ducentorum sexaginta duorum martyrum. Alexandri, Dioscori. Alibi, Mariæ. Aurel. Aviti.

XIIII *Kal. Jul.* Romæ, Marci, Marcelliani, Æmili, Felicis, Paulini, Avethari. Alibi, Crispinæ, Marinæ.

XIII *Kal. Jul.* Mediolani, Nazari, Gervasi, Protasi, Celsi martyris. Romæ, Hippoliti, Euoti, Honori, Petis, Vitatis, Ursicini.

XII *Kal. Jul.* In Tomis CIII (civitate,) Pauli, Cyriaci, Feliciani, Thomæ, Felicis, Æmili, Vitalis, Crispini.

XI *Kal. Jul.* Bellici, Persei, Primi, Apollinaris, Rufini. In Cæsarea, Eusebi episcopi. Saturnini, Quiriaci. Albani martyris.

X *Kal. Jul.* Antiochiæ, Cantoliæ, Julianæ, Grapi martyris. Jacobi Alphei Apostoli. Rufi, Albani martyris, cum octingentis octoginta octo. Paulini confessoris. Nicææ episc.

VIIII *Kal. Jul.* Nicomediæ, Aviti, Argasapitonis *, Aricionis, Emeriti, Alici cum aliis sexaginta octo. *Solstitium.*

* *al.* Capitonis.

VIII *Kal. Jul.* In Palæstina, natale S. Joannis Baptistæ. Epheso, dormitio S. Joannis Apostoli. Romæ, Festi, Lucciæ. Augustoduni, Simplici.

VII *Kal. Jul.* Bigati, Lamentani, Acciæ, Lucciæ virginis.

VI *Kal. Jul.* Africa, Gaudenti, Felicis. Romæ, Joannis et Pauli martyrum. Agapiti, Emeritæ, Alexandri, Agathonis, Diogenis.

V *Kal. Jul.* Crispi, Spinellæ. Spania, Crescentis, Crispiniani, Justini, Felicis, Juliani, Primitivi, Clementis. In Oia, Florenti.

IIII *Kal. Jul.* Africa, Fabiani, Theoni, Gordiani, Alexandri, Sereni, Senidi, Venusti, Eunuchi, Apolloni, Dionysi. Lugduni, Irenei, Marcellæ.

III *Kal. Jul.* Romæ, natale Apostolorum Petri et Pauli, cum quadringentis septuaginta septem martyribus. Persida natale Symonis, Judæ Apostoli, Nevaciani.

II *Kal. Jul.* Romæ, Timothei, Leonis, Pamphili. Limod. Cursici, Martialis confessoris. Andeg. Albini confessoris.

JULIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Julii. Romæ, Zeli, Severiani, Usicii. Arilesæ. In monte Or, depositio Anton sacerdotis. In Persid. Simonis, Judæ Apostoli. Augustoduno, Leonti. In Eclisma, Eparcii episcopi. Gaiæ, Urion, Luciæ.

VI *Non. Jul.* Romæ, Damasi, Celesti, Eutici, Melciade. Hesici, Processi, Martiniani. Turonis, Monegundæ ancillæ Dei.

V *Non. Jul.* In Edissa, translatio Thomæ Apostoli. Triphonis, Cionis, Aprici, Juliani, Severi, Euphemiæ, Cyriani.

IIII *Non. Jul.* Jocundiani, Innocenti. Toronis, ordinatio episcopatus et translatio corporis, et dedicatio Basilicæ S. Martini episcopi et confessoris. Bituric. Lauriani martyris.

III *Non. Jul.* Agathoni, Theodori, Tryphonis. Macrini, Arpotis.

II *Non. Jul.* Artoli, Paladi, Philippi, Severi, Zeti, Zotici. Augustod., Leganti episcopi.

Nonas Jul. Alexandri, Artemi, Eraclei, Apollonii, Publii. Alibi, Partheni, Pividii, Parmini.

VIII *Id. Jul.* Nicia, Sustrati, Eradi. Alibi, Terenti, Procobi, Seperi, Quarti, Prancæi, Corneliani.

VII *Id. Jul.* Modii, Zenoni, Cyrilli episcopi, Feliciali. Romæ, Floriani, Procobi martyris, Faustini, Anatoliæ, Felicitatis, Alexandri, Fraterni.

VI *Id. Jul.* Romæ, nat le septem Fratrum filiorum S. Felicitatis, Felicis, Rufinæ, Secundæ, Anatoliæ, Marciani, Leonti, Philippi, Sylvani, Prætextati, Maximi, Januarii, Cyrilli.

V *Id. Jul.* Africa, Mariani. Et depositio S. Benedicti abbatis. Januarii, Stephani. Leonti,

Marciani, Prodiciæ, Mauricii, Eutici. Pictlias (Pictavis) Simpii * martyris.

* al. Sisinnii, Pii.

IIII *Id. Jul.* Fortunati. Sicilia, Agliæ * virginis. Mediolani, Naboris, Felicis. Alibi, Primitivi, Divi, Carninse, Viventioli.

* al. Agathæ

III *Id. Jul.* Alexandri, Serapionis, Melei, Trophimæ, Tropimei, Attali, Euangeli, Propili, Menti. Mediolani, Naboris, Felicis.

II *Id. Jul.* Africa, Donatæ. Alibi, Petri, Foci. Lugduni, Justi confessoris. Amici confessoris. Mari, Anthiæ.

Idus Jul. Alexandri, Philippi. Alibi, Agrippini, Catulini, Bonosæ, Zosimi, Jacobi, Secundi. Maximi. Romæ, Cirici martyris.

XVII *Kalend. Augusti.* Hilarini, Ingenuæ, Theodosi, Pauli, Dionysi, Macarii, Mammetis. Valentini, Theoni.

XVI *Kal. Aug.* In Africa, Aquilini. Alibi, Marcelli, Generosi. Bituri, Nazarii. Antisiodori, Theudosi.

XV *Kal. Aug.* Romæ. Sympherosæ, Petri, Pauli, Irenæi. Alibi, Falbæi episcopi. Balperii episcopi. Æmiliañæ, Aquilini. Arnulphi episcopi et confessoris.

XIIII *Kal. Aug.* Alexandri, Sisinni. Alibi, Macadoræ, Dariæ, Justæ, Torquati, Lampadi, Petri. Lugduni, Rustici confessoris.

XIII *Kal. Aug.* Africa, Sabini. Alibi, Victoris, Paulæ, Luciæ, Cyriaci, Maximi, Romani, Valeriani, Maximæ, Secundi.

XII *Kal. Aug.* Africa, Victoris, Alibi, Adriani, Fausti. Masillæ, Alexandri. Romæ, Praxedis, Feliciani, Longini.

XI *Kal. Aug.* Ant. (Antiochiæ) Cyrilli episcopi, Andreæ, Tebelli, Aureli, Slerthei. Alibi, Platonis, Ælianæ, Albosi.

X *Kal. Aug.* Romæ, Vincenti. Ravennæ, Apollonaris. Laudiciæ Phrygiæ, Minisci, Tisici, Primitivi.

VIIII *Kal. Aug.* Victurini, Staciani, Militaris, Silvani. Christinæ virginis.

VIII *Kal. Aug.* Romæ, Acanthi. Et Passio S. Jacobi Apstoli, fratris Joannis. Alibi, Julianæ, Clementis, Christophori, Nonni. Florenti conf.

VII *Kal. Aug.* Joviani. Julianæ, Æmili, Marciani, Adriani, Marcianæ, Mutianæ, Laudaiæ.

VI *Kal. Aug.* Felicis. Juliæ. Symonis monachi. Jocundi, Januari Antisiodori, Ætheri episcopi.

V *Kal. Aug.* Auxenti, Septimiæ, Pantaleonis. Mediolani, Gervasi, Prothasi, Nazari, Celsi. Thiopoli, Simplici, Faustini, Victoris, Prudenti, Beatricis. Red. (Redonis) Rioduni confessoris. Britan. Samson. *Transfiguratio Christi in monte Tabor.*

IIII *Kal. Aug* Romæ, Felicis, Simplici, Faustini, Beatricis, Abscodi, Anastasiæ. Trecis, Lupi. Pontiani. Aurel. Arosperi episcopi.

III *Kal. Aug.* Romæ. Abdo et Sennis. Maximæ, Felicis, Fausti, Viatrici, Senis, Justi. Ants. (Antisiodori) Ursi episcopi.

II *Kal. Aug.* Democriti, Dionisi. Antiss. Germani confessoris. Secundi, Tyrsi.

AUGUSTUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Augusti. Antiochiæ, Sanctorum Machabæorum. Petri, Cyrilli martyris, Rufini. Vercel. Eusebii confessoris Bituric. Archadii episcopi. Felici martyris. Romæ ad vincula, catena S. Petri osculanda. Item Fausti, Bonosi, Calomniosi, Joannis. Exuperanti, Casti, Cyrilli, Honorati, Theudosi, Basilli.

IIII *Non. Aug.* Romæ, Stephani episcopi et martyris. Theodotæ, Felicis martyris, Niceti.

III *Non. Aug.* Augustoduni, Eufronii. Hermoli martyris, Diogenis, Stephani. Alibi. Metrophili.

II *Non. Aug.* Romæ, Laurenti, Crescentiani, Jacinti, Fagæ, Bartholomæi.

Nonas. Aug. Eracli, Hereni, Dassi, Afri. Augustoduni, Cassiani. Catl. (Catalauno) Memmi episcopi.

VIII *Id. Aug.* Romæ, Xysti martyris, Felicissimi et Agapiti, Donatiani, Afræ martyris, Faustini, Hippolyti cum centum sexaginta quinque.

VII *Id. Aug.* Faustini, Auxenti, Quiriaci, Sufroni, Veneraniæ. Donati confessoris. Afræ, Carpophori martyris.

VI *Id. Aug.* Romæ, Secundini, Cyriaci, Nazari, Agape virginis, Severiani, Victurini, Albani, Largi. Alibi, Medrotæ virginis.

V *Id. Aug.* Firmi, Rustici, Dionysi, Permoni, Gai, Xysti. In Brivense, Martini.

IIII *Id. Aug.* Romæ, Laurenti martyris, Archanarei *, Crescentionis, Felicissimi. Alibi, Mariæ, Genuarii, Cyrillæ.

* al. Archidiaconi.

III *Id. Aug.* Romæ, Tiburti, Valeriani, Susannæ, Cæciliæ virginis. Alibi, Cassiani martyris. Radegundæ reginæ. Giturici * episcopi et confessoris.

* al. Gaugerici.

II *Id. Aug.* Romæ, Eupli, Leuci, Geson, Venceiæ, Macari, Dariæ, Chrysantæ, Juliani.

Idus Aug. Romæ, Hippolyti martyris, Luciani, Pontiani. Alibi, Antiothi, Celesti, Corneli, Anoci, Radegundæ, Eupli levitæ martyris.

XVIIII *Kalend. Septembris.* Fortunati, Vincentiæ, Tituli, Pauli, Parni, Eradi, Demetri, Felicis. Romæ, Eusebi sacerdotis.

XVIII *Kal. Sept.* Assumptio S. Mariæ matris Domini. Nicomediæ, Stracoris, Philippi, Eutyciani.

XVII *Kal. Sept.* Armili, Orionis, Tyrsi, Agniti.

XVI *Kal. Sept.* Mammetis, Orionis, Euphemiæ, Æmili, Dissei. Octava S. Laurenti.

XV *Kal. Sept.* Agapiti, Candedi, Ponturnii *. Helianæ, Massæ, Marcianæ virginis, Isaci.

* al. Pontiani

XIV *Kal. Sept.* Filionis, Rufini, Leonti, Theodoli, Zelasi, Magni martyris, Orionis. Bituric. Mariani confessoris. *Hierosolimis, reversio S. Crucis.*

XIII *Kal. Sept.* Valentiniani, Pisti, Agatini, Coloni. Caman. (*forte* Casto Turonico) Maximi confessoris. Leonti, Dioscoli.

XII *Kal. Sept.* Juli, Juliani, Vincenti, Hippolyti, Quadrati, Leonti, Privati martyris.

XI *Kal. Sept.* Romæ, Timothei, Macialis. Alibi, Nectavi, Martini. Augustod. Medardi. Æmiliani, Symfroniani martyris.

X *Kal. Sept.* Fortunati, Abundi. Romæ, Cyriacæ, Egias. Lugduni, Minervi, Eleazari, Xysti, Dionysii. Remis, Timothei. Sydonii Apollinaris. Augustoduni, Flaviani.

VIIII *Kal. Sept.* In India, natalis S. Bartholomei Apostoli. Alibi, Zonabi, Genesi martyris. Nivern. Capitulini, Patrici confessoris. Geldari confessoris. Æduæ, Epitati * confessoris. *Junge* Nivernis *cum* Patricii.

* al. Epitati

VIII *Kal. Sept.* Juliani, Rufinæ. Romæ, Genesi martyris, Hermetis, Justi, Pastoris martyris.

VII *Kal. Sept.* Hermetis, Anastasi martyris. Heclari *, Mercuri, Basillæ, Maximilianæ, Asel-

* al. Heclano nomen S

læ, Primi,

læ, Primi, Eleutheri. Romæ, Abundi et Irenei martyris.

VI *Kal. Sept.* Sebasti, Aronti, Rufi martyris, Felici, Rufini, Olii, Hermetis, Marcellini. Arl. (Arelato) Cæsari episcopi. Augustoduni, Siagri episcopi.

V *Kal. Sept.* Romæ, Hermetis, Stephani, Poclici. Hippone, depositio S. Augustini episcopi et confessoris. Privat. (Brivatæ) Juliani martyris. Sanctonis. Urbani * confessoris.

* *al.* Vivani *vel* Juliani.

IIII *Kal. Sept.* Elisei prophetæ. Pauli, Niceæ, Felicis, Candidæ, Romæ, Sabinæ martyris. Passio S. Joannis Baptistæ. Et Basillæ virginis. Et nongentorum Martyrum.

III *Kal. Sept.* Romæ, Gaudentiæ virginis. Felicis, Audacti martyris. Felix, Gemellinus. Candidæ virginis.

II *Kal. Sept.* Paulini episcopi et confessoris. Gaiani, Eladi, Juliani, Vincentii, Vitalici, Optati confessoris.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Septembris. Prisci martyris, Terentiani episcopi, Euoti, Valenti, Donati. Cinoman. Victoris confessoris, Felicis. Senon. Lupi episcopi. Alexandriæ, passio Petri episcopi.

IIII *Non. Sept.* Zenonis, Antoni, Dubitati, Joseph, Theodori, Gorgoni, Timothei. Lugduni, Justi episcopi. Augustoduni, Siagri episcopi.

III *Non. Sept.* Aristonippi. Tullo, Mansueti episcopi et confessoris. Antonini, Euphemiæ, Sirici, Aresti, Joannis, Lucæ.

II *Non. Sept.* Rufini, Maximi, Bonifaci. Cavall. (Cavalono) Marcelli martyris. Silvani, Gaiani, Magni, Casti, Paulini.

Nonas Sept. Taurini, Quinti, Ingenui, Herculani, Arconti. Veron. (Vesontione) Ferioli, Ferrucionis. Octava S. Joannis Baptistæ.

VIII *Id. Sept.* Romæ, Eleutheri. Capad. Custi. * Eugeni episcopi.

* *al.* Quottidi.

VII *Id. Sept.* Senon. * Reginæ martyris. Ar. (Arelato) Augustalis, Anastasi. Aurel. Euorti confessoris. Clodoaldi confessoris. Vigilia S. Mariæ.

* *al.* Augustoduni *seu* Alisiæ.

VI *Id. Sept.* Timothei, Fausti, Alexandri, Ammoni, Pudemetis *. Severi. Romæ, Adriani martyris. Nativitas sanctæ Mariæ matris Domini.

* *al.* Pii, Demetrii.

V *Id. Sep.* Romæ, Gorgoni, Alexandri, Hyacinthi, Donati, Fortunati, Tiburti, Proti.

IIII *Id. Sept.* Eupliæ, Horosi, Hilarii Papæ. Alexandri, Silvani, et nongentorum Martyrum. Tusci, Valentini, Salvi.

III *Id. Sept.* Romæ, Proti, Hyacinthi, Eugeniæ, Basillæ, Ingenui. Alibi, Siri. Andegavi, Maurilionis confessoris. Lugduni, Patientis martyris, Regulæ.

II *Id. Sept.* Lugduni, Sacerdotis. Augustoduni, Euanti, Siri, Serapionis. Alibi, Ammoni, Teclæ, Proti, Eusebi.

Idus Sept. Augustoduni, Nectari, Felicissimi. Turonis, Ledori, Secundini. Andegavi civit. Maurillionis confessoris, Teudoti, Lidori.

XVIII *Kalend. Octobris.* Romæ, Corneli, et Cypriani martyrum. Dionysi, Saturi, Felicis, Eparci episcopi. Et salutatio S. Crucis.

XVII *Kal. Octob.* Romæ, Nicomedis martyris. Tullo, Apri episcopi et confessoris. Cyrini, Stratori, Leonti, Pauli, Constanti, Valeriani martyris. Albini. Carnot. Leubini confessoris.

XVI *Kal. Octobr.* Romæ, Luciæ, Euphemiæ, Geminiani. Victoris, Emerentiani, Cæciliæ, Felicis, Tirsi.

XV *Kal. Octob.* Gordiani, Valeriani, Macrini, Sanctini, Constanti, Pauli, Isici martyris, Macrobi. Lantberti episcopi, Sidonii.

XIIII *Kal. Octob.* Trophimi, Ociani, Sixti, Medilei, Eustorgi, Satyri.

XIII *Kal. Octob.* Demetrii, Niceti, Castoris militis, Trogi, Januarii, Ferioli, Sigonis.

XII *Kal. Octob.* Dormidoni, Dorothei, Privati, Constantiæ, Felicis. Romæ, Januarii. Vigilia S. Matthei.

XI *Kal. Octob.* Med. (Mediolani) Victoris martyris. Persid. Matthei Apostoli et Euangelistæ. Alibi, Lucæ Euangelistæ.

X *Kal. Octob.* Basilæ. Sydunis *, Agauno, Mauricii. Exuperii, Candidi, Victoris, Innocenti, Vitalis cum aliis quinque millibus, et quingentis octoginta quinque Martyribus.

* *al.* Sidunis.

VIIII *Kal. Octob.* Teclæ virginis. Alexandriæ, Marci Euangelistæ. Romæ, Liberi episcopi. Lini martyris.

VIII *Kal. Octob.* Conceptio S. Joannis Baptistæ, Juliani. Augustoduni Seld. (Sediloco) Andoci, Tirsi, Felicis.

Equinoctium.

VII *Kal. Octob.* In Asia, Eucarpi, Barduniani. Alibi, Marci.

VI *Kal. Octob.* Romæ, Eusebi confessoris. Senatoris, Luxori, Nigni. Naborti, Faustini. Avern. Apollinaris.

V *Kal. Octob.* Eleutheri, Andronici, Timothei, Taraci, Probi, Cosmæ et Damiani martyrum. Ed. (Eduis) Florentini.

IIII *Kal. Octob.* Marcialis, Laurenti, Stactei, Æmili, Ebriani. Romæ, Justini presbyteri, Aladi, Sadoni.

III *Kal. Octob.* Plauti, Placiti, Eracliæ, Thraciæ. Antissiodori, Fraterni, Sosi, Januari. Et dedicatio Basilicæ Archangeli Michaelis in monte Gargano.

II *Kal. Octob.* Placentiæ, Antonini. Hierusalem, Hyeronimi presbyteri. Natalis Æmili et Casti.

OCTOBER HABET DIES XXXI.

Kalend. Octobris. Prisci, Crescentiani, Euagri, Fausti, Casti, Dignæ. Rem, (Remis) Remedii episcopi. Antisiodori, Germani episcopi.

VI *Non. Octob.* Eleutheri, Quirilli, Secundini, Primi, Eusebi, Gaiani, Leonti.

V *Non. Octob.* Theugeni, Afri, Victoris, Amponi, Sapargi, Urbani, Felicis, Casti. Pict. (Pictavis) Leudegarii martyris. ep. Augustodun.

IIII *Non. Octob.* Marci, Audacti, Dasii, Marciani, Marusi, Restituti, Marcelli. Ants. (Antisiodoro) Marsi.

III *Non. Octob.* Placiti, Valeri, Apollonaris, Eutici, Victurini. Ants. (Antisiodoro) Fausti. Pelagi, Firmati, Flavinæ virginis.

II *Non. Octob.* Rogati, Æmili, Ammoni, Marcelli, Casti, Albini, Marel. Agen. Fidis martyris. Ants. Romani episcopi.

Nonas. Octob. Marcelli, Juliæ, Apulei, Matthei

Euangelistæ

Euangelistæ. Marci Euangelistæ. Bituric. Augusti confessoris. Alibi, Sergi, Quarti.

viii *Id. Octob.* Antiochiæ, Dionysii, Januarii, Privati, Victoris, Heracli, Juliani, Pelagie, Faustini martyris, Marcialis. Passio S. Reparatæ.

vii *Id. Octob.* Coloniæ, Gereoni martyris cum aliis trecentis et septendecim. Diodori, Septimi. Parisiis, Dionysi martyris, Eleutheri, Rustici. Alibi, Afræ, Priminæ. Romæ, Marcellini et Genuini martyrum.

vi *Id. Octob.* Af. (Africa) Eusebi, Eracli, Dionysi, Septimi, Venusti, Probi, Andronici. Alibi, Sereni, Paulini episcopi, Probi, Malasi cum aliis trecentis triginta.

v *Id. Octob.* Placidi, Fausti, Tanasi, Ampoti, Venanti, Genuari, Marcialis, Marcelli, Eracli.

iiii *Id. Octob.* Euagri, Eustasi. Romæ, Hedisti, Saturi, Eucharisti, Prisciani. Bituric. Opionis.

iii *Id. Octob.* Fausti, Marcelli, Adriani, Marciæ, Januarii. Athanasii episcopi.

ii *Id. Octob.* Romæ, Calisti episcopi, Ampoti, Modesti, Saturi. Alibi, Lupi, Luciani, Justi.

Idus Octob. In Capua, Luplili, Fortunatæ.

xvii *Kalend. Novembris.* Sussi (Africa) Celsæ, Mares, Aufidi, Nerei, Alexandrini, Victuriæ, Nubilitanæ, Marianæ.

xvi *Kal. Nov.* Alexandri, Victurii. Lucæ Euangelistæ, obiit septuagesimo septimo anno, sepultus in Bethania. In Maurit..... Nini, Donati, Serviliani, Basillæ, Januarii.

xv *Kal. Nov.* Lucæ, Victoriæ, Hermetis, Potioli, Justi martyris, Januarii, Agnetis virginis, Triphoniæ, Beresi, Eutycis, Dasi, Leuci.

xiiii *Kal. Nov.* Austeri, Januarii, Proculi, Desiderii, Prosduci, Nici, Domnæ virginis, Pelagiæ, Festi.

xiii *Kal. Nov.* Dasi, Zosimi, Primaci, Januarii, Eutycis, Luci, Marcellinæ, Capaisi, Neonis martyris.

xii *Kal. Nov.* Gai, Eutici, Dissei, Modesti cum aliis ducentis et septuaginta. Festi, Macari. Lugduni, Justi et Viatoris.

xi *Kal. Nov.* Philippi, Eusebii, Hermetis, Severi, Leucati.

x *Kal. Nov.* Severi, Dorothei, Seuresi, Longini.

viiii *Kal. Nov.* Vitalis, Felicis, Rogati, Victoris, Puperi, Claudiani, Eutheri, Flaviani, Justi.

viii *Kal. Nov.* Romæ, natale Sanctorum quadraginta trium Martyrum seu mil. ducentorum viginti duorum. Saturnini, Maximi. Juliani confessoris. Alibi, Primi. Suessionis, Crispini, Crispiniani, Rogati, Felicis, Vitalis.

vii *Kal. Nov.* Nicomediæ, Luciani, Marciani, Flori, Heracli, Tuti.

vi *Kal. Nov.* Polycarpi, Nicomi, Eumini, Mariani, Tarsigogi, Diodori, Metrobi, Poti, Florenti, Longi. Vigilia Symeonis Cananei, et Judæ Zelotis.

v *Kal. Nov.* Natale Apostolorum Symonis et Judæ. Arcelladi, Amaranti, Marianæ, Quinti, Luci. Romæ S. Cærillæ.

iiii *Kal. Nov.* In Lucania, Jacinti, Sacinati, Quinti, Felicianæ, Lucini.

iii *Kal. Nov.* Nicomediæ, Januarii, Calendionis, Marci, Germani, Marcialis, Petri, Attici, Marciani, Saturnini.

ii *Kal. Nov.* Afric. Daconi, Juliani, Bonifaciæ, Agapi, Donati, Fortunani, Silvani, Vincenti, Vitalis, Vigilanti, Nundini, Philippi, Felicissimæ, Castæ, Perpetuæ. Passio S. Quintini. Romæ, Crescentiani.

NOVEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Novembris. Marneiæ martyris. Primi episcopi. Genesi episcopi. Alibi, Maldegasi. Romæ, Cæsariæ, Severini. Alibi, Macedoni. Baioc. Vicoris episcopi et confessoris. Divione, Benigni. Augustoduni, Primi episcopi, Vitalis.

iiii *Non. Nov.* Africa, natale SS. Pupliani, Hermetis, Vitalis, Victoris, Justi.

iii *Non. Nov.* In Africa Capad. Germani, Tiofili, Agri, Cesare, Vitalis, Agriculæ. Et depositio Domni Pirminii episcopi bonæ memoriæ.

ii *Non. Nov.* Africa, Primi, Gregori. Augustoduni, Proculi episcopi. Roden. (Ruthenis) Amanti episcopi. Biturc. Lusoris confessoris. Cæsari, Domnini.

Nonas Nov. In Cæsarea, Domnini, Pulluli. Alibi, Marciæ, Gregori, Quarti, Cæsari, Euras, Antonini, Epiphani.

viii *Id. Nov.* Nicomediæ, Eusebi. Alibi, Sinfroni, Rogatiani, Donati, Eustasi, Mari, Primi, Optati.

vii *Id. Nov.* Nicomediæ, Adriani. Alibi, Donati, Felicis. Rhedonis, translatio S. Melani confessoris. Alibi, Juli, Eusebi, Januarii, Mammari.

vi *Id. Nov.* Romæ, natale SS. quatuor Coronatorum: Claudi, Nicostrati, Simproniani, Castori et Simplici martyrum. Alibi, Primi, Macari, Eusebi, Callisti.

v *Id. Nov.* Nicomediæ, Damiani, Donati, Clementis. Romæ, Theodori, Hippolyti, Adriæ, Chrysogoni, Simfroni, Fausti, Marcialis martyris, Januarii martyris.

iiii *Id. Nov.* Ant. (Antiochiæ) Demetri, Saturnini, Amenisi, Eustosi. Romæ, Leonis episcopi. Aurel. Monitoris episcopi.

iii *Id. Nov.* Ravenna, Valentini, Feliciani, Bonifaciæ martyris. Lugduni, Verani episcopi, Mariæ, Vincenti, Mimatis. Romæ, Menæ martyris. Turonis, depositio S. Martini episcopi et confessoris.

ii *Id. Nov.* Africa, Maruli, Publi. In Cæsarea, Germani, Cæsari, Eusebi, Theophili.

Idus Novembris. In Tracia, Edicti. In Cæsarea, Antoni, Germani. Roten (Ruthenis) Amanti confessoris. Turonis, Briccionis confessoris, Romæ, Felicis presbyteri. Alibi, Jacobi, Solutoris, Valentini.

xviii *Kalend. Decembris.* In Heraclia, Clementini, Theudotæ, Philumini, Eracli

xvii *Kal. Dec.* In Africa, Secundi, Secundini, Saturnini, Fidentiani, Varici. Martialis, Donati, Fructuosi.

xvi *Kal. Dec.* Africa, Rufiniani. Alibi, Fidentiani, Neri, Pauli, Augustini, Vincentiæ, Vitalis, Euceri, Justi, Marci, Valeri, Victoris, Felici martyris.

xv *Kal. Dec.* Capad. * Augustini. Alibi, Ammoni, Eusari. Cæcili, Teclæ virginis. Aurel. Aniani confessoris, Gregoriæ, Zachei. * [illegible]

xiiii *Kal. Dec.* Antisiodori *, Romani, Ysici martyris. Alibi, Adisclæ martyris, Victoris, Maximi, Luciani, Benoli, Marciani, Carteri. Octava S. Martini confessoris. * *al.* Antiochiæ

xiii *Kal. Dec.* In Cæsarea, Maximi, Neoseri, Ja-

nuarii,

nuarii, Muciani, Carteri, Zefori. Augustoduni, Simplici. Romæ, Maximi.

XII *Kal. Dec.* In Eracl. Bassi, Dionysi. Alibi, Gai, Maximi, Agapæ virginis, Secundi, Octavi, Solutoris.

XI *Kal. Dec.* Antiochiæ, Basilei, Saturnini, Auxilii, Basilissæ, Sisinnii. Alibi, Clementis, Quintiani, Stephani, Demetrii. Romæ, Gelasi Papæ, Celsi. Vigilia S. Cæciliæ.

X *Kal. Dec.* Romæ, Cæciliæ virginis, Celsi, Cleti, Zeti, Fausti, Longini, Leonti, Valeriani, Tiburti, Maximi. Augustoduni, Preomaci.

VIIII *Kal. Dec.* Romæ, Clementis, Felicitatis mart. Maximi, Verociani, Euticis, Marci, Fateri. Bobii, Columbani abbatis.

VIII *Kal. Dec.* Romæ, Chrysogoni, Eleutheri, Maximi, Felicissimi, Donati, Anthirodi, Mammeri, Clementi martyris.

VII *Kal. Dec.* Luciani, Marciani, Cypriani, Claudiani, Quiriaci, Marcialis, Petri, Donati.

VI *Kal. Dec.* Romæ, Cyriaci, Saturnini. Alibi, Petri, Marcellini, Mone. Valeriani confessoris. Augustd. Amatoris episcopi.

V *Kal. Dec.* Nicomediæ, Marcelli, Petri, Sereni, Nemorii, Joannis. Romæ, Optati episcopi. Alibi, Agricolæ, Severi, Euphimiæ, Lucæ.

IIII *Kal. Dec.* In Syria, Trophimi, Theodoli, Expicasi, Euceri, Eusebi, Etilii.

III *Kal. Dec.* Romæ, natale SS. Saturnini, Crysanthi, Maturi, Dariæ, Marci. Nannet. Saturnini, Eulaliæ. Vigilia S. Andreæ.

II *Kal. Dec.* Achaia, civit. Patras, natale S. Andreæ Apostoli. Mediolani, Ambrosii episcopi et confessoris. Romæ, Castuli, Saturnini, Euprebitis, Centuli, Januarii, Chrysanti, Mauri.

DECEMBER HABET DIES XXXI.

Kalend. Decembris. Romæ, Candidi, Lucii. Alibi, Victuri, Ambroni, Filadi, Rogati, Cassiani, Pimini, Matronæ. Dedicatio Basilicæ S. Stephani protomartyris in Hierosolyma.

IIII *Non Dec.* Romæ, Vivianæ, Primenti, Pontiani, Pimini, Dafrosæ, Demetriæ. Alibi, Veri, Securi, Agnetis.

III *Non. Dec.* In Oriente, Merobi, Claudici, Felicis, Victuri, Juli. Alibi, Joannis, Stephani, Crispinæ, Agriculæ, Martini.

II *Non. Dec.* Eracli, Victuri, Meggini, Felicis, Merubi, Christiani. Romæ, Barbaræ virginis, Filadi martyris, Umbini. Monast. Flor. (Floriacensi) a partibus Romæ adventus corporis S. Benedicti abbatis.

Nonas. Dec. Romæ, Crispini, Humili, Trophimi, Felicis, Victoris, Pauli, Marci, Amanti.

VIII *Id. Dec.* Africa, Zeloti, Fortunati, Gatti, Hermogeni, Rogati, Agathæ.

VII *Id. Dec.* Antiochiæ, Polycarpi, Theudori, Sapidici. Romæ, Eutyciani episcopi. Octava S. Andreæ.

VI *Id. Dec.* Natale SS. Eusebi, Uriani, Successi.

V *Id. Dec.* Africa, Petri, Victoris, Urbani, Bonifaci, Successi, Saseni, Tunici. Ant. (Antiochia) Geronti, Silvani, Mariæ, Rogatæ, Victoriæ.

IIII *Id. Dec.* Victuri, Adriani, Pauli, Cæciliæ, Marthanæ, Privatæ. Romæ, S. Melchiade Papæ, Damiani, Valeriæ, Germani. Arvernis, Agricolæ, Vitalis martyris. In Spania, Eulaliæ virginis.

III *Id. Dec.* Romæ, Damasi Papæ, Eulaliæ, Protextati. Alibi, Trasonis, Pontiani, Samoni, Eutici, Secundi. Ambian. Victuri, Fusciani martyris, Mariæ.

II *Id. Dec.* In Spaniis, Eulaliæ virginis. Alibi, Hermogenis, Donatæ.

Idus Decemb. Rav. (Ravennæ) Ursioni, Leucadi confes. Valentini. In Sicilia, Luciæ virginis et martyris. Casti, Felicis, Modesti, Securi.

XVIIII *Kalend. Jan.* Ant. (Antiochiæ) Drusi, Zosimi. Lugd. Victoris, Theodoli. Viennæ, Lupicini. Remus, Nicasi.

XVIII *Kal. Jan.* In Africa, Fausti, Luci, Candidi, Cecili, Primi, Januarii, Macri, Restituti. Aurel. Maximi confessoris.

XVII *Kal. Jan.* Rav. Valentini, Navalis, Agriculæ, Concordi.

XVI *Kal. Jan.* Africa, Victoris, Adjutoris, Honorati, Quarti, Victuriani. Felicis, Quinti, Dioscori.

XV *Kal. Jan.* Africa, Quinti, Pauli, Digni, Ceciliani, Euasi, Basiliani, Pompini, Simplici, Vincenti. Romæ, Luciæ virginis, Feliciani, Auceiæ, Antonini, Irenæi. Alibi, Honorati, Afræ.

XIIII *Kal. Jan.* Bitu. (Bithynia) Zosimi, Ciriaci, Anastasi, Sidoni. Aust. (Antisiodoro) Pauli, Gregorii, Dari, Chrysanti.

XIII *Kal. Jan.* In Thracia, Juli. Romæ, Zephirini. In Oriente, Teclæ, Liberati.

XII *Kal. Jan.* In Edessa, natale Thomæ Apostoli. Romæ, Innocenti, Flori, Aureli, Victuriæ. Alibi, Focæ martyris. Honorati confessoris.

XI *Kal. Jan.* Antisiodori, Basilei. Alibi, triginta Martyrum. Demetri, Flori, Aristoli, Honorati, Felicis, Didymi.

X *Kal. Jan.* Nicomediæ, triginta quinque Martyrum. Sistis, Apolloni. Romæ, Egeni, Urbani, Corneli, Traiani, Cliti, Anincliti, Castulæ. Alibi, octingentorum triginta. Celesti, Petri, Sixti, Joannis.

VIIII *Kal. Jan.* In Tripoli, Luciani. Romæ, Metropi, Pauli. Anti. (Antiochiæ) Virginum quadraginta. Zenobi, Theutini, Tirasti, Drusi, Donati.

MARTYROLOGIUM QUINTUM

CORBEIENSE BREVIUS

VIII *Kalendas Januarii.* Bethlehem, nativitas Domini Salvatoris nostri Jesu Christi secundum carnem. Romæ, passio S. Eugeniæ virginis.

VII *Kal. Jan.* In urbe Hierosolymitana, Villa Kafargamala, Passio S. Stephani Protomartyris et Apostoli, qui lapidatus est à Judæis.

VI *Kal. Jan.* Assumptio S. Joannis Euangelistæ apud Ephesum. Et Ordinatio episcopatus S. Jacobi fratris Domini.

V *Kal. Jan.* Bethlehem, natalis SS. infantium et lactentium, qui sub Herode pro Christo passi sunt.

IIII *Kal. Jan.* In Africa, Domicii. Romæ, Felicis et Bonifacii episcopi.

III *Kal. Jan.* In Alexandria, Mansueti.... Insula S. Clementis, Sereni. Turonis civitate, Perpetui episcopi et confessoris. *Pro* insula S. Clementis, *puto legendum :* Oya insula, S. Florenti.

Pridie Kal. Jan. Carthagine, Donati, Cœlestini. Romæ, Donati, Pauli. Et depositio S. Silvestri episcopi et confessoris. Senonis civitate, S. Columbæ virginis.

JANUARIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Januarii. Circumcisio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem.

IIII *Nonas. Jan.* Antiochia, Siridoni episcopi. Hierosolymæ, Stephani.

III *Non. Jan.* In Helesponte, civitate Parethia, Cyrici. Parisius, depositio S. Genovefæ virginis, Viennæ, depositio S. Florenti episcopi et confessoris.

Pridie Non. Jan. In Africa, Aquilini, Gemini, Eugenti.

Nonas Jan. In Africa, Felicis. Hierosolymæ, Simeonis Prophetæ, cum obtulit ei Dominum Jesum Christum Maria et Joseph. Et depositio ipsius Prophetæ.

VIII *Idus Jan.* Epiphania Domini nostri Jesu Christi. In Africa, Flori.

VII *Id. Jan.* In Nicomedia, Luciani presb., qui in quatuor partibus divisus est.

VI *Id. Jan.* In Græcia, Rustici, Phisei, Timothei. In Gallia, civitate Belloacus, passio S. Luciani martyris.

V *Id. Jan.* In Africa, Epictati, Jocundi, Quinti.

IIII *Id. Jan.* In Africa, Revocati, Firmi, Nirthi.

III *Id. Jan.* In Alexandria, Petri. S. Luci confessoris.

II *Id. Jan.* In Achaia, Cyriaci, Moscenti, Saturi.

Idus Jan. In Africa, Ingenui. Pictavis, depositio S. Hilarii episcopi et confessoris.

XVIIII *Kalend. Februarii.* In Antiochia, Cleri diaconi. Nola Campaniæ, passio S. Felicis. Et depositio beati Eufrasii episcopi et conf.

XVIII *Kal. Febr.* In Ægypto, Chrisconi. Remis, depositio S. Remedii episcopi et confessoris. Pictavis, dedicatio Basilicæ S. Amanti.

XVII *Kal. Febr.* Romæ via Salaria in cimeterio Priscillæ, depositio S. Marcelli episcopi et confessoris. Arlato, depositio S. Honorati episcopi et confessoris.

XVI *Kal. Febr.* In Africa, Micæ, Victoris. In Gallia, civitate Bituricas, depositio S. Sulpitii episcopi et confessoris.

XV *Kal. Febr.* Dedicatio Cathedræ S. Petri Apostoli, quam primo Romæ sedit. In Africa, Seonisi.

XIIII *Kal. Febr.* In Africa, Quinti, Pauli, Geronti. Maria et Martha.

XIII *Kal. Febr.* Romæ, Fabiani episcopi, et passio S. Sebastiani martyris.

XII *Kal. Febr.* Romæ, passio S. Agnetis virginis. Trecas, passio S. Patrocli martyris. Arvernis, depositio beati Aviti episcopi et confessoris.

XI *Kal. Feb.* In Hispaniis, civitate Valentia, passio S. Valerii episcopi. Ad Gemellas*, Clementis et Vincentii. Et passio S. Anastasii martyris. * Vide *Florentinum*

X *Kal. Febr.* In Mauritania, civitate Neocæsaria, passio S. Severiani. Et passio sanctorum Eugenii, Machari.

VIIII *Kal. Febr.* In Antiochia, passio S. Babylli episcopi cum tribus parvulis.

VIII *Kal. Febr.* Romæ translatio* S. Pauli Apostoli. * *al.* conversio.

VII *Kal. Febr.* In Nicea Smirnæ, passio S. Polycarpi episcopi. In Campania Puteolis, Arthematis et Armatæ.

VI *Kal. Febr.* Romæ, S. Agnetis virginis, Donati, Viti.

V. *Kal. Febr.* In Africa, Dativi, Juliani, Telliani, Reotri.

IIII *Kal. Febr.* In Gabala civitate, S. Pauli. Treveris, depositio beati Valeri episcopi et confessoris.

III *Kal. Febr.* In Antiochia, passio sancti Ypopoli* martyris. Cala monasterio, depositio Baldechildis Reginæ. Cobeia monasterio, dedicatio Basilicæ sancti Joannis Euangelistæ. * *al.* Hippolyti.

Pridie Kal. Febr. In Alexandria, Tarsici, Zotici, Ammonii.

FEBRUARIUS

FEBRUARIUS HABET DIES XXVIII.

Kalendas Februarii. In Græcia, sanctorum Polycarpi episcopi, Poenis, Dionysii. In Scotia, depositio S. Brigidæ virginis.

IIII *Non. Febr.* Purificatio beatæ Mariæ, quando repræsentatus est Jesus in templo. Aurelianis, depositio S. Fusculi episcopi.

III *Non. Febr.* In Africa, Felicis, Celerinæ, Felicitatis.

Pridie Non. Febr. Foro Simphronii, natalis Gemini, Gelari.

Nonas Febr. In Sicilia, Cathenas civitate, passio S. Agathæ virginis. In Oriente, Patras civitate, ordinatio episcopatus S. Andreæ Apostoli et martyris. Viennæ, depositio Aviti episcopi et confessoris.

VIII *Id. Febr.* Romæ via Appia, in ejusdem cimiterio, passio Soteris virginis et martyris. Amandi. Atrabatas, depositio S. Vedasti episcopi et confessoris.

VII *Id. Febr.* In Britanniis, civitate Augusta, natalis Auguli episcopi.

VI *Id. Febr.* In Arminia minori, natalis Dionysii. Romæ, depositio S. Pauli episcopi et conf.

V *Id. Febr.* Suevo apud Cyprum, natalis Alexandri.

IIII *Id. Febr.* In Alexandria, passio Apollonis. Bethlehem sub Herode, passio sanctorum Andreæ, Apori.

III *Id. Febr.* In Apamia, Poenis, Eofraxi, Armatæ. In Campania, Basiliani. Romæ, Sorothedis.

Pridie Id. Febr. In Africa, passio sancti Damiani, Victuriæ. In Italia, Donati. Et depositio S. Simplicii episcopi.

Idus Febr. In Nicomedia, passio S. Juliani. Lugduno, depositio beati Stephani episcopi.

* *al.* Spoleti. XVI *Kalend. Martii.* In Tuscia, Politi * civitate, natalis Vitalis et cum sociis suis.

XV *Kal. Mart.* In Antiochia, natalis Joseppi diac. Interamne, natalis S. Agapæ virginis.

XIIII *Kal. Mart.* In Britanniis, natalis sanctorum Faustini. In Nicomedia, passio S. Julianæ virginis et martyris.

XIII *Kal. Mart.* In Africa, civitate Concordiæ, passio sanctorum Donati. Item Donati, Victoris, Agapæ.

XII *Kal. Mart.* In Africa, natalis sanctorum Rictuli, Silvani.

XI *Kal. Mart.* In Africa, natalis sanctorum Publii, Juliani.

X *Kal. Mart.* Apud Cyprum, natalis Potaminæ.

VIIII *Kal. Mart.* In Africa, natalis sanctorum Viruli, Justi.

VIII *Kal. Mart.* Natalis cathedræ S. Petri Apostoli, quam sedit Apud Antiochiam. Nicomediæ, natalis S. Teclæ virginis discipulæ S. Pauli Apostoli.

VII *Kal. Mart.* In Pannoniis, Seneroti, Antagoni, Rutuli, Libii, Rogatiani. In Asia, Polycarpi episcopi cum aliis duodecim martyribus.

VI *Kal. Mart.* In Cesaria Cappadotiæ, natalis sanctorum Heroli, Lucii, Sirgii. Romæ, Absolonas. In Porto, Primitivæ.

V *Kal. Mart.* In Africa, natalis sanctorum Donati, Justi, Rustuli. Pamphiliæ, natalis sanctorum Nestoris et Castæ.

IIII *Kal. Mart.* Natalis sanctorum Alexandri, Nestoris, Theonis.

III *Kal. Mart.* In Thessalonica, natalis sanctorum Alexandri, Antigoni. In Africa, Dionysii et aliorum triginta quatuor.

Pridie Kal. Mart. Natalis sanctorum Celeris, Pupilli, Gaii. Andecavis civitate, depoisitio S. Albini episcopi et confessoris.

MARTIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Martii. Natalis sanctorum Leonis, Donati, Habundantii.

VI *Non. Mart.* Torgii, Herocli, Absalomi, Ærenei.

V *Non. Mart.* Felicis, Luciolæ, Justi, Fortunati.

IIII *Non. Mart.* Natalis Martyrum nongentorum. Romæ, depositio Juli episcopi, et aliorum triginta novem.

III *Non. Mart.* In Africa, Adriani, Euoli, Eusebii, Juliani. Antiochiæ, passio S. Focæ, Rustici, Herebi.

Prid. Non. Mart. Nicomediæ, Victoris, Victorini.

Nonas Mart. In Africa, Satiri, Revocati, Jocundi. In Mauritania, civitate Turbitanorum, passio sanctorum Perpetuæ et Felicitatis.

VIII *Id. Mart.* In Nicomedia, Quinti episcopi, Capitulini.

VII *Id. Mart.* In Armenia, Sebastiani et milites quadraginta.

VI *Id. Mart.* In Nicea, Gurgoni, Palatini, Firmi.

V *Id. Martii.* In Cartagine, Heracli, Zozimi, Alexandri, Philomi episcopi. Candidi, Valeri, Quirilli.

IIII *Id. Mart.* In Nicomedia, Egloni presbyteri et aliorum VII. Romæ, depositio S. Gregorii Papæ beatæ memoriæ.

III *Id. Mart.* Nicomediæ, Macedoni presbyteri, Matriciæ uxoris ejus et Modestæ filiæ Sion (ejus). Cionis * presbyteri. * *al.* Cyrion

Pridie Id. Mart. Eofrosii, Frumini, Fortumioni.

Idus Mart. In Cappadocia, S. Longini martyris. Carthagine, Pauli, Solutoris. Et S. Jacobi Apostoli fratris Domini. Hierosolyma, Jacobi Apostoli, Lucæ Euangelistæ.

XVII *Kalend. April.* In Aquileia, Hilari, Tasiani, Datiani.

XVI *Kal. April.* In Nicomedia, Dionysi, Januarii. Romæ. Alexandri episcopi. Teodoli diac. Et depositio Patrici episcopi.

XV *Kal. April.* In Alexandria, Collegi diaconi.

XIIII *Kal. April.* In Cesaria Cappadoci, Teodoli presbyteri.

XIII *Kal. April.* In Antiochia, S. Josephi, Lucæ. In Syria, Pauli.

XII *Kal. April.* In Alexandria, Serapionis monachi, Josephi, Volociani. Et Benedicti abbatis.

XI *Kal. April.* In Narbona civitate, natalis S. Pauli episcopi. In Africa, Saturnini et aliorum VIIII.

X *Kal. April.* In Africa, natalis S. Fidelis magni. In Provintia Carmillæ, Pauli. Cesareæ, Julianæ, Juli.

VIIII *Kal.*

VIIII *Kal. April.* Syria, Seleuci. In Africa, Agapiti.

VIII *Kal. April.* Hierosolyma, Dominus noster Jesus Christus crucifixus est. Et Annuntiatio S. Mariæ per Angelum. Et passio S. Jacobi Apostoli, qui et frater Domini, sicut in Actibus Apostolorum continetur.

VII *Kal. April.* Romæ, in cimiterio ejusdem via Lavicana, S. Castulæ.

VI *Kal. April.* Hierosolymæ, Resurrectio D. N. J. C. In Africa, Romoli, Acuti, Morobi.

V *Kal. April.* In Cesaria, Rogati, Alexandri, Dorothei. Cavillono, depositio Guntechramni regis.

IIII *Kal. April.* In Nicomedia, Pastoris, Victorini, Saturnini.

III *Kal. April.* In Tessalonica civitate, Domnini, Philippoli. Acaci, Palatini. Et alibi, Victoris, Marcellini, Satulli.

Pridie Kalend. April. In Africa, natalis S. Anesi, Felicis, Diodoli.

APRILIS HABET DIES XXX.

Kalend. Aprilis. In Arminia, natalis sanctorum Fortuni, Quintiani. In Ægypto, passio sanctorum Victoris et Stephani.

IIII *Non. April.* In Africa, natalis sanctorum Amphiani, Victoris. Liganau monasterio, depositio S. Vualerici confessoris.

III *Non. April.* In Sicilia *, natalis sanctorum Thomæ, Euagrii. In Cesaria Palestina, natalis S. Theodosiæ virginis.

* *al.* Niceæ *vel* Nicomediæ.

Pridie Non. April. In Thessalonica, natalis sanctorum Agathoni diaconi. Et alibi, Pauli, Matutini. Ambrosii episcopi et confessoris.

Nonas April. In Nicomedia, natalis sancti Claudiani. In Ægypto, natalis sanctorum Martiæ, Nicanori. In Sicilia, natalis S. Honorati.

VIII *Id. April.* In Nicomedia, Firmi, Ærenei episcopi et confessoris.

VII *Id. April.* In Antiochia Syriæ, natalis sanctorum Timothei, etc...

VI *Id. April.* In Africa, natalis sanctorum Timori, Mæchari.

V *Id. April.* In Syrmia, natalis quinque * Virginum, quarum nomina Deus scit. Et alibi, Demetri, Concessi.

* *al.* septem.

IIII *Id. April.* In Alexandriæ, Apollonis presbyteri, Gaiani.

III *Id. April.* In Mauritania, natalis Saloni, Maximi, Helarii, cum ceteris Sanctis. Et Domnini episcopi. Papæ Leonis.

Pridie Id. April. In Asia Pergamo, natalis sanctorum Carpi episcopi. Romæ, in cimiterio Calipodi, Lucipini.

Idus April. In Caleidonia, natalis S. Euphemiæ et Euapiæ *, Euphemiæ virginis.

* *al.* Eucapiæ.

XVIII *Kalend. Maii.* Romæ via Appia, in cimiterio Prætextati, natalis sanctorum Tiburtii, Valeriani, Maximi.

XVII *Kal. Maii.* Piceno, in Aureo monte, Maronis. In Anthisiodoro Galliæ, dedicatio Baptisterii, qui est juxta Basilicam S. Germani episcopi et confessoris, ubi sunt conditæ reliquiæ S. Joannis Euangelistæ.

XVI *Kal. Maii.* In Achaia, Corintho civitate, natalis sanctorum Calesti, Carissi, Leonedis, Lotæ, Tertiæ, Christianæ.

XV *Kal. Maii.* In Antiochia, natalis sanctorum Petri et Hermonis * ministri Petri, Fortunati, Martiani.

* *al.* Hermogenis.

XIIII *Kal. Maii.* In Salona civitate, natalis sanctorum Septimi diaconi, Victurici. Anthisiodoro in Galliis, dedicatio altaris senioris ecclesiæ.

XIII *Kal. Maii.* In Militana civitate Arminiæ Hermogenis.

XII *Kal. Maii.* In Africa, natalis sanctorum Serviani. Romæ, depositio S. Victoris episcopi. Everduno, depositio S. Marcellini episcopi et confessoris. Anthisiodoro civitate, depositio, S. Martini presbyteri et confessoris.

XI *Kal. Maii.* In Alexandria, natalis sanctorum Fortunati, Aratoris presbyteri.

X *Kal. Maii.* In Africa, civitate Hierapoli, natalis S. Philippi Apostoli. In Senonis civitate, depositio Leonis episcopi.

VIIII *Kal Maii.* In Africa, natalis sanctorum Catulini, Saturnini. Romæ, Naboris. In Alexandria, Corona, Georgii martyris.

VIII *Kal. Maii.* In Alexandria, natalis sanctorum Coronæ, virginis. In Africa, natalis sanctorum Faustini. Et in hoc die Sydrach, Misach, Abdenago, iterato nomine, qui et Ananias, Azarias et Misahel, in Babylonia igne ardente liberati sunt. Benedictus Deus.

VII *Kal. Maii.* In Seracusa, civitate Siciliæ, natalis Sanctorum Euodii, Hermogenis. Et passio S. Georgii. Lugduno, depositio beati Rustici episcopi.

VI *Kal. Maii.* In Axiopoli, Aurili. Centulo monasterio in Gallia, depositio S. Richarii conf.

V *Kal. Maii.* In civitate Tarso Ciciliæ, natalis sancti Castori.

IIII *Kal. Maii.* In Pannonia, Eusebi episcopi, Tiballi.

III *Kal. Maii.* In Alexandria, natalis S. Germani presbyteri, S. Vitalis.

Pridie Kalend. Maii. In Alexandria, Dorothei presbyteri.

MAIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Maii. Initium prædicationis Domini nostri Jesu Christi. In Africa * Hierapoli, natalis Sanctorum Philippi Apostoli et Jacobi. Anthisiodoro, depositio S. Amatoris. Agauno, passio Sigismundi regis. Begorra civitate, depositio S. Justi episcopi, Magni.

* *al.* in Asia.

VI *Non. Maii.* Germani, Cœlestini, Felicis, Cetini.

V *Non. Maii.* Hierosolymæ, inventio S. Crucis Domini nostri Jesu Christi ab Helena regina post passionem Domini annis ducentis triginta tribus, regnante Constantio * imperatore.

* *leg.* Constantino, et *vide* Florentinium.

IIII *Non. Maii.* In Nicomedia, Antoniæ, Justi.

III *Non. Maii.* Eutimi diaconi et martyris. In Tessalonica, natalis S. Herenei. Arelato, depositio S. Helari episcopi.

Pridie Non. Maii. In Persida, natalis S. Mathei Apostoli et Euangelistæ. In Galacia civitate, natalis beatissimi Geronti confessoris.

Nonas Maii. In Nicomedia, natalis sanctorum

Flavii

Flavii episcopi. Augustini episcopi. Arelato, depositio S. Helari episcopi.

VIII *Id. Maii.* Mediolano, Victoris, Eutici. In Sanctonico, depositio S. Martini, Juliani.

VII *Id. Maii.* In Axiopoli, Quirilli. Mediolano, Apostoli Joannis, Andreæ et Thomæ.

VI *Id. Maii.* Romæ via Latina, in cimiterio ejusdem, natalis S. Gordiani, Julii. Et in cimiterio.....

V *Id. Maii.* In Syrmia, natalis S. Montani.

IIII *Id. Maii.* Romæ, natalis sanctorum Nerei et Achillei. Et alibi, S. Pancrati, Gradi et Soteris virginis.

III *Id. Maii.* In Alexandria, natalis sanctorum Afrodisi, Agrippæ. Trejecto porto in Gallia, depositio Servaci episcopi et confessoris.

Pridie Id. Maii. In Syria, Victoris militis. In Africa, natalis S. Secundiani, Quarti, Victoriani.

Idus Maii. In Syrmia, Timothei. Lamazaco, passio sanctorum Petri et Andreæ, Pauli et Dyonysii.

XVII *Kalend. Junii.* In Isauria, natalis sanctorum Aquilini, Victoriani. In civitate Epheso, Mengenis, Gaioni.

XVI *Kal. Jun.* In Alexandria, Victoris, Basiliæ.

XV *Kal. Jun.* In Alexandria, Patomoni presb.

XIIII *Kal. Jun.* Romæ, natalis sanctorum Calocceri, eunuchorum et uxorum ejus. Hi sub Decisio imperatore occisi sunt, et requiescunt in cimiterio juxta viam Appiam.

XIII *Kal. Jun.* In Africa, natalis sanctorum Victuriæ, Marcellosæ. Et alibi, natalis sanctorum germanorum Gervasii et Pratasii.

XII *Kal. Jun.* In Mauritania, Timothei, Pauli, Euci diaconi. In Britanniis, natalis S. Timothei diaconi. Et alibi, Timothei *. * *al.* Matthæi.

XI *Kal. Jun.* Romæ, natalis sanctorum Faustini, Timothei. In Corsica insula, passio S. Juliæ virginis.

X *Kal. Jun.* In Hispaniis, natalis sanctorum Epictiti, Aptoni.

VIIII *Kal. Jun.* In Histria, natalis sanctorum Zebelli, Servuli. In porto Romano, natalis S. Vincentii.

VIII *Kal. Jun.* In solo Tusciæ, civitate Lora, natalis sanctorum Sententiatæ. Mediolano, depositio Dionysii episcopi. In Epheso, Joannis Apostoli. Et depositio S. Marcelli confessoris. Urbani Papæ.

VII *Kal. Jun.* Natale S. Eracli, Pauli, Mendinæ, Jocundi. In Tuscia civitate, natalis sanctorum Felicissimi, Eracli.

VI *Kal. Jun.* In Alexandria, natalis sanctorum Aquili presbyteri, Euangeli et aliorum quatuordecim.

V *Kal. Jun.* In civitate Parisius, S. Germani episcopi confessoris.

IIII *Kal. Jun.* In Cibalis, natalis S. Pollionis lectoris et martyris. Treviris, depositio Maximiani episcopi.

III *Kal. Jun.* Romæ, natalis S. Petronellæ.

Pridie Kal. Jun. In Aquileia, natalis sanctorum Canti, Cantiani.

JUNIUS HABET DIES XXX.

Kalend. Junii. In Tessalonica, Octavi. In Antiochia, Zosimi et Teclæ virginis. Romæ, Joventiæ, Cyriaci.

IIII *Non. Jun.* Romæ, Marcelli presbyteri et Petri Exorcistæ. Lugduno Galliæ, quadraginta et quinque Martyrum.

III *Non. Jun.* In Africa, Quirini, Abidiani, Gagi, Donati et aliorum centum quadraginta septem. Apud Arecium civitatem Tusciæ, Laurenti. Natalis S. Thomæ Apostoli.

Pridie Non. Jun. Nividuno civitate, Zotici, Attalici. Romæ, natalis S. Petri, Areci, Datiani.

Nonas Jun. In Ægypto, Martiani, Nigrandi et Apollonii.

VIII *Id. Jun.* Noveduno, Amanti, Lucii, Alexandri. Passio SS. martyrum Vincenti episcopi et Benigni diaconi.

VII *Id. Jun.* In Bizantio civitate, Pauli, Fortunati.

VI *Id. Jun.* In Ægypto, natalis Martiani, Jocundi. In Gallia, civitate Suessionum, depositio S. Medardi episcopi.

V *Id. Jun.* In Gallia Pompeiaco, passio S. Vincentii martyris.

IIII *Id. Jun.* Romæ, natalis Basilidis, Auris, Rogati.

III *Id. Jun.* Romæ, natalis S. Basillæ et SS. Crispoli et Fortunati.

Pridie Id. Jun. Romæ, Aurili, Luci, militum quinque. Nazari.

Idus Jun. In Persida, natalis S. Bartholomæi Apostoli.

XVIII *Kalend. Julii.* In Pagia civitate, natalis S. Anteani. In civitate Aurelianis, translatio corporis S. Amani * martyris.

* *al.* Aniani episcopi.

XVII *Kal. Jul.* In Dorosthoro, natalis S. Isici, Felicis.

XVI *Kal. Jul.* In Africa, natalis sanctorum Diogenis, Micæ.

XV *Kal. Jul.* Romæ, Quiriaci, Basti, Nicandri. Eodem die interfectus est venerabilis Fulco archiepiscopus ab iniquo (anno DCCCC.)

XIIII *Kal. Jul.* In Africa, Marciæ, Emeli, Felicis, Marci et Marcelliani.

XIII *Kal. Jul.* In Mediolano civitate, natalis sanctorum Nazarii, Gervasii, Protasi et Celsi pueri.

XII *Kal. Jul.* In Thomis civitate, Pauli, Cyriaci, Paulæ.

XI *Kal. Jul.* Saturnini, Quiriaci, Apollonaris.

X *Kal. Jun.* In Antiochia, sanctorum Gantalici, Juliani, et sanctorum Martyrum nongentorum tredecim, quorum nomina habentur in libro vitæ. In Persida, natalis S. Jacobi Alphei Apostoli. In Nola civitate, natalis S. Paulini episcopi et confessoris.

VIIII *Kal. Jul.* In Nicomedia, Aviti, Zinzami.

VIII *Kal. Jul.* In Provincia Palestina, natalis S. Joannis Baptistæ et Prophetæ. In Ephe. (Epheso, S. Joan. Apost. et Euang.)

VII *Kal. Jul.* Thessalonica, Lanitani, Thesaulonicæ.

VI *Kal. Jul.* Romæ, Joannis et Pauli.

V *Kal. Jul.* Romæ miliario nono, Crispi, Crispiniani.

IIII. *Kal. Jul.* In Africa, Sabiani, Felicis, Elaphi.

III *Kal. Jul.* Romæ, natalis sanctorum Petri et Pauli Apostolorum. In Persida, natalis sanctorum Simonis et Judæ Apostolorum.

Pridie Kal. Jul. Romæ, natalis sanctorum Timothei, Zotici.

JULIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Julii. Romæ, Gaii Papæ. Et natalis sanctorum Lucciæ virginis et Auceiæ regis. In Persida, passio sanctorum Apostolorum Simonis Cananæi et Judæ Zelonis.

VI *Non. Jul.* Romæ, Damasi et militum duorum Processi (et Martiniani.)

V *Non. Jul.* In Edissa Mesopatamiæ, natalis et translatio corporis S. Thomæ Apostoli, qui passus est in India.

IIII *Non. Jul.* In Gallia, Turonis civitate, ordinatio episcopatus et translatio corporis S. Martini episcopi et dedicatio Basilicæ ipsius.

III *Non. Jul.* In Sicilia, Agathoni, Triphonis.

Pridie Non. Jul. Gallia, depositio S. Goaris episcopi et confessoris. Et octava sanctorum Petri et Pauli Apostolorum.

Nonas Jul. In Alexandria, Parthenii, Eraclei.

VIII *Id. Jul.* In Nicea, Sustrati, Speri, Eracli.

VII *Id. Jul.* Modiolano, Mochi. Et in Thomis, sanctorum Zenoni, Minæ, Vitalis.

VI *Id. Jul.* Romæ, Prisillæ et natalis sanctorum septem germanorum, id est Fratrum.

V *Id. Jul.* In Africa, Mariani. Romæ, sanctorum Stephani. Et depositio beatæ memoriæ Benedicti abbatis.

IIII *Id. Jul.* In Sicilia, natalis S. Agathæ virginis.

III *Id. Jul.* In Alexandria, Serapionis, Tropimei.

Pridie Id. Jul. Lugduno Galliæ, natalis S. Justi episcopi et confessoris.

Idus Jul. In Alexandria, natalis sanctorum Philippi, Zenonis.

XVII *Kal. Augusti.* In civitate Ostia, natalis S. Helarini.

XVI *Kal. Aug.* In Africa, natalis sanctorum Aquilini, Speratæ.

XV *Kal. Aug.* Romæ via Tiburtina, miliario nono, natalis sanctorum Symphorosæ matris septem germanorum.

XIIII *Kal. Aug.* Lugduno Galliæ, natalis S. Rustici episcopi.

XIII *Kal. Aug.* In Africa, natalis sanctorum Sabini, Luciani, Petri.

XII *Kal. Aug.* In Africa, natalis sanctorum Victoris, Stercorii.

XI *Kal. Aug.* In Antiochia, natalis sanctorum Cyrilli, Andreæ.

X *Kal. Aug.* Romæ via Tiburtina, miliario nono decimo, natalis sancti Vincentii martyris. Ravennæ, S. Apollinaris.

VIIII *Kal. Aug.* In Armia Termina* civitate, miliario octogesimo tertio, natalis S. Victorini martyris. * al. Amiternina.

VIII *Kal. Aug.* Natalis S. Jacobi Apostoli. Et in Sicilia* civitate Samon, natalis S. Christofori martyris. * al. Licia

VII *Kal. Aug.* In Laodecia, civitate Frigiæ, natalis sanctorum Juviani, Juliani. Et natalis sanctorum Mutianæ, Laudaiæ.

VI *Kal. Aug.* In Nola civitate, natalis S. Felicis de ordinatione episcopatus.

V *Kal. Aug.* In Laodecia, civitate Frigiæ, Theophilæ, Auxenti. Corbeia monasterio, dedicatio Basilicæ S. Petri Apostoli. Mediolano, natalis sanctorum Gervasi, Protasi, Nazarii et Celsi.

IIII *Kal. Aug.* Romæ, via Puerense*, natalis sanctorum Abseodi, Rufi, Abdi. Trecas civitate, depositio S. Lupi episcopi et confessoris. * al. Portuensi.

III *Kal. Aug.* In cimiterio Pontiani, natalis S. Abdo et Senis.

Pridie Kal. Aug. Antisiodoro, S. Germani episcopi et confessoris.

AUGUSTUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Augusti. In Antiochia, passio sanctorum Machabæorum septem fratrum. Romæ, dedicatio primæ ecclesiæ, a beato Petro Apostolo constructæ et consecratæ.

IIII *Non. Aug.* Romæ in cimiterio (Callisti), S. Stephani martyris. In Antiochia, natalis reliquiarum Stephani primi Protomartyris et diaconi, qui Hierosolymis est translatus ex revelatione Luciani presbyteri corpusculum ejus. *Vide Florentinium.*

III *Non. Aug.* Hierosolymis, inventio corporis beatissimi Stephani Protomartyris et sanctorum Gamalielis, Nicomedi et Abibonis.

Pridie Non. Aug. Romæ via Tiburtina, in cimiterio, natalis sanctorum martyrum Crescentianæ et Justæ.

Nonas Aug. Natalis sanctorum Herenti, Heracli, Dassi, sive Bassi.

al. Calisti. VIII *Id. Aug.* Romæ in cimiterio Cælesti* via Appia, natalis S. Xysti episcopi et Felicissimi, Agapiti. Et passio S. Afræ.

VII *Id. Aug.* In Antiochia, natalis sanctorum Simphronii, Veneriæ.

VI *Id. Aug.* Romæ, natalis sanctorum Secundini, Severiani.

V *Id. Aug.* In Oriente, natalis sanctorum Firmi, Rustici, Primi.

IIII *Id. Aug.* Romæ via Tiburtina, natalis S. Laurentii archidiaconi. In via Appia, Felicissimi.

III *Id. Aug.* Natalis S. Tiburti. In Cameraco, civitate in Gallia, natalis S. Gauderici episcopi et confessoris.

Pridie Id. Aug. In Sicilia, civitate Cathenas, natalis sanctorum Eupoli, Veretiæ, Veneriæ.

Idus Aug. Romæ, natalis sanctorum Hippolyti martyris.

XVIIII *Kalend. Septembris.* Gendara Syriæ, natalis S. Fortunati martyris.

XVIII *Kal. Sept.* Assumptio S. Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi.

XVII *Kal. Sept.* In Alexandria, natalis S. Orionis.

XVI *Kal. Sept.* In Cæsaria Cappadociæ, natalis S. Mammetis monachi. Natalis S. Euphemiæ virginis.

XV *Kal. Sept.* Pristina* civitate, miliario ab Urbe trigesimo tertio, natalis S. Agapiti. * al. Prænestina.

XIIII *Kal. Sept.* Et in Hierosolyma, apparitio S. Crucis.

XIII *Kal. Sept.* In Lucania, natalis sanctorum Valentiani, Leonti. Natalis S. Dioscori et S. Filiberti.

XII *Kal. Sept.* In Hispaniis, natalis sanctorum Juli et Juliani.

XI *Kal. Sept.* Romæ via Ostense, S. Timothei

discipuli

disciPuli Pauli Apostoli. Et Symphoriani martyris.

x *Kal. Sept.* In Aquileia, natalis sanctorum Fortunati, Hermogenis.

viiii *Kal. Sept.* In India, S. Bartholomei Apostoli. Et depositio Geldardi presbyteri.

viii *Kal. Sept.* In Provintia Syriæ, natalis S. Juliani, Rufini.

vii *Kal. Sept.* Civitate Salona, natalis S. Anastasi martyris.

vi *Kal. Sept.* In Antiochia, natalis sanctorum Sebasti, Alexandri. Et S. Cesarii.

v *Kal. Sept.* Romæ, natalis S. Hermetis martyris. In Africa, Yppone regio, depositio S. Augustini episcopi et confessoris.

iiii *Kal. Sept.* Pausatio S. Helysei prophetæ, discipuli S. Heliæ prophetæ. Romæ, S. Felicis. Et S. Sabinæ virginis.

iii *Kal. Sept.* In Provincia Palestinæ, Sabastia, natalis S. Joannis Baptistæ. Et alibi, natalis Sanctorum nongentorum, qui eodem die passi sunt.

Pridie Kal. Sept. Treveris, depositio S. Paulini episcopi et confessoris. Hic in exilio requievit.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Septembris. In Caqua Aquaria, natalis S. Prisci. In Tutertina Tusciæ, natalis sanctorum Terentiani episcopi et confessoris. Et S. Firmini confessoris et episcopi.

iiii *Non. Sept.* Lugduno Galliæ, depositio S. Justi et dedicatio passi* ipsius.

* *leg.* Basilicæ

iii *Non. Sept.* In Alexandria, natalis S. Aristonippi episcopi. Provincia Syriæ, natalis sanctorum Antoni pueri, Aresti episcopi.

Pridie Non. Sept. In Ancira Gallaciæ, natalis sanctorum Rufini. In Gallia, civitate Cabillono, natalis S. Marcelli martyris. Treveris, depositio S. Paulini episcopi.

Nonas Sept. In porto Romano, natalis S. Saturnini. Et passio S. Tothahelis martyris.

viii *Id. Sept.* Romæ via Salaria, miliario ab Urbe, natalis S. Eleutheri episcopi et confessoris.

vii *Id. Sept.* Benehabento* civitate, natalis sanctorum Senonti, Januarii, Fisti.

* *leg.* Benevento

vi *Id. Sept.* Nativitas S. Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Et S. Adriani.

v *Id. Sept.* Romæ, natalis S. Gurgoni.

iiii *Id. Sept.* Romæ, depositio beati Hilari Papæ.

iii *Id. Sept.* Romæ, via Salaria veteri, (in cimiterio) Basillæ, natalis sanctorum Proti et Jacinti.

ii *Id. Sept.* In Sicilia, civitate Cathenas, natalis sanctorum Eupli et Serapionis episcopi. Magni et Secundini.

Idus Sept. In Apulia, natalis sanctorum Felicissimi.

xviii *Kalend. Octobris.* Exaltatio S. Crucis.

xvii *Kal. Octob.* In Alexandria, natalis sanctorum trium Fratrum.

xvi *Kal. Octob.* Calcidonia, natalis S. Euphemiæ virginis. Romæ passio S. Ceciliæ virginis.

xv *Kal. Octob.* In Neveduno, natalis sanctorum Valeriani, Magrini. In Gallia, in vico qui dicitur Leodio, passio S. Landeberti episcopi et martyris.

xiiii *Kal. Octob.* In Alexandria, natalis sanctorum Otiani, Xisti.

xiii *Kal. Octob.* In Alexandria, Demetri, Palei, Nilipaci.

xii *Kal. Octob.* Sinnida Frigiæ, sanctorum Dormidoni, Dorothei, Privati, Felicis. Natalis santorum Felicis.

xi *Kal. Octob.* In Persida, civitate Tarrium, natalis S. Mathei Apostoli. Corbeia monasterio, dedicatio Basilicæ domni Albini et Marcellini episcoporum.

x *Kal. Octob.* Sidunis civitate, in loco, qui vocatur Agauno, natalis sanctorum Mauritii, Exuperi, Candidi, Victoris, Innocenti, Vitalis cum sociis suis.

viiii *Kal. Octob.* In Seleucia, natalis S. Teclæ virginis. Et natalis S. Marci Euangelistæ.

viii *Kal. Octob.* Machironta castello, conceptio S. Joannis Baptistæ.

vii *Kal. Octob.* In Gallia, Ambianis civitate, passio S. Firmini episcopi et martyris.

vi *Kal. Octob.* Romæ via Appia, in cimeterio Cælesti,* depositio Eusebi episcopi. Et natalis S. Senatoris.

* *leg.* Calisti.

v *Kal. Octob.* In Cæsaria Cappadociæ, natalis S. Eleutheri. Ephesæ, natalis S. Timothei discipuli Pauli Apostoli. Et sanctorum Cosmæ et Damiani.

iiii *Kal. Octob.* In Africa, natalis sanctorum Martialis, Laurenti.

iii *Kal. Octob.* Romæ, miliario sexto, dedicatio basilicæ angeli Michaelis, vel in monte qui dicitur Garganus. *Vide Florentinium.*

Pridie Kal. Octob. In Placentia civitate, natalis S. Antonini martyris. Et S. Victoris. Bethlehem civitate, depositio S. Hieronymi presbyteri.

OCTOBER HABET DIES XXXI.

Kalend. Octobris. In civitate Thaniis*, Prisci, Euagri Autisiodoro, depositio S. Germani episcopi et confessoris. Remis, S. Remedii. Treveris, S. Niceti.

* *al.* Thonis.

vi *Non. Octob.* In Gallia, S. Leodegarii martyris.

v *Non. Octob.* In Antiochia, Theogeni. In Africa, Victoris.

iiii *Non. Octob.* In Ægypto, Marci et Martiani martyrum.

iii *Non. Octob.* In Sicilia, Placenti et Placiti, Eutici et aliorum triginta.

Pridie Non. Octob. Capua, natalis sanctorum Marcelli, Casti, Emeli.

viiii *Id. Octob.* Romæ via Appia, depositio S. Marcelli. Et natalis S. Mathei Euangelistæ.

viii *Id. Octob.* In Antiochia, Dionysii episcopi. Januarii.

vii *Id. Octob.* In civitate Laodecia Phrygia, natalis S. Theodoli. Parisius, natalis sanctorum Dionysii episcopi, Eleutheri presbyteri, Rustici diaconi. Corbeiæ monasterio, depositio Teodefridi abbatis

vi *Id. Octob.* In Africa, Eradi, Dionysii, Septimiæ.

v *Id. Octob.* In Acervo Siciliæ, S. Anastasi presb.

iiii *Id. Octob.* In Provincia Syriæ, sanctorum Euagri, Prosiriæ.

(*Supra omissæ sunt Nonæ, et hic deest* iii *Idus, nam sequens est pridie Idus*).

III *Id. Octob.* In Hispaniis, Cordoba civitate, S. Lupi, Aureliæ.

Idus Octob. Colonia civitate, natalis sanctorum Maurorum de militibus.

XVII *Kalend. Novembris.* In Baias, S. Sussi martyris. In Africa, Cecræ.

XVI *Kal. Nov.* Nicomedia, Alexandri. In Mauritania, Nini.

XV *Kal. Nov.* In Oriente, translatio corporis S. Lucæ Euangelistæ. Et juxta portum Romanum, S. Agnetis virginis. *Vide Florentinium.*

XIIII *Kal. Nov.* In Ostia, Austeri. Neapoli, Sussi, Januarii.

XIII *Kal. Nov.* In Puteolis civitate, Dasii, Anosimini *, Januarii.

* al. Zosimi

XII *Kal. Nov.* In Nicomedia, Dasii, Zotici, Gagi, cum duodecim militibus martyribus.

XI *Kal. Nov.* In Atrianopoli Thraciæ, Philippi episcopi.

X *Kal. Nov.* In Atrianopoli, Severi, Dorothei.

VIIII *Kal. Nov.* In Nicomedia, Severi, Vitalis, Felicis, Rogati.

VIII *Kal. Nov.* Suessionis civitate, Crispini et Crispiniani martyrum.

VII *Kal. Nov.* In Nicomedia, sanctorum Luciani, Martiani.

VI *Kal. Nov.* In Africa, sanctorum Saturnini, Flavii.

V *Kal. Non.* In Antiochia Syriæ, Mirandi. Et natalis sanctorum Apostolorum Simeonis Cananæi et Judas Zelotis.

IIII *Kal. Nov.* In Lucania, S. Sancincti, Quinti, Felicianæ.

III *Kal. Nov.* Nicomedia, Januarii. (In Antiochia), Nazari, Protasi, Gervasi et Celsi pueri. Tolosa, translatio corporis S. Saturnini episcopi.

Pridie Kal. Nov. In Africa, Claconii *, Juliani, Fortunati. Augustæ Viromandorum in Gallia, S. Quintini martyris.

* *al.* Daconi *vel* Dogoni.

NOVEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Novembris. Pictavis, dedicatio Basilicæ S. Helari episcopi. In Nicomedia, dedicatio Basilicæ Jacobi et S. Joannis Euangelistæ. Et passio Eustachii martyris cum uxore et filiis. *Vide Florentinium.*

IIII *Non. Nov.* Sitio monasterio, depositio S. Audomari episcopi. * Et dedicatio Basilicæ sanctorum Sixti, Yppoliti, Laurenti.

* *al.* Pridie.

III *Non. Nov.* Dedicatio Basilicæ S. Andreæ Apostoli.

Pridie Non. Nov. In Africa, natalis sanctorum Primi, Cæsari. Rotenus civitate, depositio S. Amanti episcopi et confessoris.

Nonas Nov. In Cæsarea Cappadociæ, natalis sanctorum Domnini, Cæsari.

VIII *Id. Nov.* In Nicomedia, natalis sanctorum Adriani, Juliæ.

VII *Id. Nov.* In Nicomedia, S. Eusebii, Pobisi, Rogati, Donati, Primæ.

VI *Id. Nov.* Romæ, natalis sanctorum Simphroni, Claudii, Castori.

V *Id. Nov.* In Nicomedia, natalis sanctorum Damiani. Natalis S. Teodori martyris.

IIII *Id. Nov.* In Antiochia, natalis Donati. Sanctorum Demetri episcopi. Amenesi.

III *Id. Nov.* Ravenna, natalis sanctorum Valentini, Feliciani. Turonis civitate, S. Mennæ martyris, depositio S. Martini episcopi et confessoris. *Ponatur* Mennæ *ante* Turonis.

Pridie Id. Nov. In Africa, natalis sanctorum Ædicti, Auruli, Publii.

Idus Novembris. Turonis civitate, depositio S. Bricionis episcopi et confessoris.

XVIII *Kalend. Decembris.* In Eraclea civitate, Secundini, Fidutiani.

XVII *Kal. Dec.* In Africa, natalis sanctorum Rufiniani, Marci.

XVI *Kal. Dec.* In Cappadocia, civitate Campaniæ, natalis S. Augustini. *Restitue ex Florentinio die sequenti.*

XV *Kal. Dec.* Aurelianis civitate, depositio S. Amani * episcopi et confessoris.

* *al.* Aniani

XIIII *Kal. Dec.* In Antiochia civitate, Romani monachi.

XIII *Kal. Dec.* In Cæsarea, Maximi, Mutiani.

XII *Kal. Dec.* In Heraclia, Bassi, Dionysi, Orionis.

XI *Kal. Dec.* Antiochia, Basilei et Auxilii.

X *Kal. Dec.* Romæ, Cæciliæ virginis, Valeriani.

VIIII *Kal. Dec.* Romæ, Maximi. Natalis S. Clementis episcopi et martyris. In Gallia, vico Sarcingo, depositio S. Trudoni presbyteri et confessoris.

VIII *Kal. Dec.* In Aquileia civitate, S. Grisogoni.

VII *Kal. Dec.* Luciani, Marciani, Claudiani.

VI *Kal. Dec.* Romæ, sanctorum Sirici episcopi et Saturnini.

V *Kal. Dec.* In Nicomedia, Marcelli, Petri.

IIII *Kal. Dec.* In Syria, Trofimi, Theodoli.

III *Kal. Dec.* Romæ, Arafonis, Saturnini.

Pridie Kal. Dec. In Provincia Achaiæ, civitate Patras, natale S. Andreæ Apostoli et martyris.

DECEMBER HABET DIES XXXI.

Kalend. Decembris. Romæ, Candidæ, Amboni, Filati, Luci. In Gallia, civitate Noviomo, depositio S. Elegi episcopi.

IIII *Non. Dec.* Romæ, natalis S. Primenti, Pontiani.

III *Non. Dec.* In Oriente, Merobi, Claudici, Felicis.

Pridie Non. Dec. Depositio Benedicti abbatis. Eracleæ *.

* *al* Erach.

Nonas Dec. Natalis S. Crispini. In Affrica, Humili.

VIII *Id. Dec.* In Africa, Zeloti, Fortunati, Gai.

VII *Id. Dec.* In Antiochia, Polycarpi, Theodori.

VI *Id. Dec.* Eusebii episcopi. Usanni presbyteri.

V *Id. Dec.* In Africa, Petri, Successi, Basini.

IIII *Id. Dec.* Victori, Consenti, Adriani, Eracli.

III *Id. Dec.* Ambianis civitate, natalis Victurici et Fusciani, et Gentiani martyrum.

Pridie Id. Dec. In Hispaniis, civitate Emerita, Eulaliæ virginis.

Idus Decemb. Seracusa, civitate Siciliæ, natalis S. Luciæ virginis.

xviiii *Kalend. Januarii.* In Antiochia, Drusi et sociorum ejus.

xviii *Kal. Jan.* In Africa, Faustini, Luci, Candidi.

xvii *Kal. Jan.* Ravenna, Valentini. Natalis Agriculæ.

xvi *Kal. Jan.* In Africa, Victoris, Victoriani.

xv *Kal. Jan.* Laodecia civitate, Theotini, Basiliani. Et alibi, passio S. Afræ virginis.

xiiii *Kal. Jan.* In Nicea, civitate Bithiniæ, Zosimi, Pauli.

xiii *Kal. Jan.* In Tratia, civitate Gildoba, Julii martyris.

xii *Kal. Jan.* In Mesopotamia, civitate Ædissa, natalis et translatio corporis S. Thomæ Apostoli, qui translatus est ab India, cujus passio ibidem celebratur.

xi *Kal. Jan.* In Antiochia, S. Basilei, Joannis.

x *Kal. Jan.* In civitate Nicomedia, natalis sanctorum triginta quinque Martyrum, quorum nomina Deus scit. Et passio S. Gregorii.

viiii *Kal. Jan.* In Tropoli civitate, natalis S. Luciani. Et Romæ, natalis sanctorum Metrobi, Pauli, Zenoni. Et passio S. Eugeniæ. Et in Antiochia Syriæ, natalis sanctarum Virginum canonicarum quadraginta, et aliorum duorum, simul Drusii.

MARTYROLOGIUM SEXTUM

REGINÆ SUECIÆ

OLIM SENONENSE S. COLUMBÆ

IN NOMINE SANCTÆ TRINITATIS INCIPIT MARTYROLOGIUM ANNI CIRCULI, DE SINGULIS FESTIVITATIBUS SANCTORUM.

JANUARIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Januarii. Circumcisio Domini nostri Jesu Christi. Romæ via Appia, coronæ militum XXX, et passio Almachi martyris. Ravenna, depositio sancti Severi confessoris. Augustiduno, depositio beati Agrippini episcopi.

IIII *Non. Jan.* Antiochia Siriæ, Doni episcopi ejusdem loci. Alio loco, Stratonici. Et Macharii abbatis. In Ethiopia, Rutuli, cum aliis tribus.

III *Non. Jan.* Romæ, natalis Antheros Papæ. Parisius, depositio sanctæ Genovefæ. Vienna, sancti Florentii. In civitate Aulana, passio sancti Petri, qui crucifixus est. Eo die, passio sancti Theogenis.

Pridie Non. Jan. In Oriente, civitate Bononia, Ermetis, cum aliis duobus. In Africa, Aquilini cum aliis VI.

Nonas Jan. Hierosolyma, depositio beati Simeonis prophetæ. In Africa, Felicis, cum aliis duodecim. In Antiochia, natale sancti Symeonis confessoris, qui in columna stetit.

VIII *Id. Jan.* Epiphania Domini nostri Jesu Christi. In Africa, Fori, cum aliis V. Antiochia, passio sanctorum Juliani et Bassilissæ. In India, Celsi, Juliani. In civitate Redonis, depositio sancti Melani episcopi.

VII *Id. Jan.* In Nicomedia, Luciani presbyteri, qui quatuor in partibus divisus est, et in mare præcipitatus. In Eraclea, Felicis et Januarii. In Græcia, Palladii. Eodem die, Octavas sanctæ Columbæ virginis et martyris.

VI *Id. Jan.* Augustiduno, depositio beati Eugenii episcopi. Lugduno castro, passio Balduini abbatis.

V *Id. Jan.* In Africa, natale sanctorum Epicteri, Jocundi, Quinti, cum aliis X.

IIII *Id. Jan.* Natale sancti Pauli heremitæ, cujus animam ad cœlum ferri ab angelis Antonius vidit. Romæ, depositio Melciadis episcopi.

III *Id. Jan.* In Africa, natale sancti Salici. In Alexandria, natale sancti Leucii confessoris.

II *Id. Jan.* In Achaia, passio sancti Cyriaci. In Africa, Zotici. Et depositio sancti Boniti confessoris.

Idus Jan. In Africa, Ingenui cum aliis III. Romæ via Lavicana, militum XL. Pictavis, depositio sancti Hilarii episcopi et confessoris. Et Remus, transiti Remigii confessoris præcipui.

XVIIII *Kalend. Februarii.* Nola Campaniæ, passio sancti Felicis. Et alibi, depositio beati Eufrasi episcopi.

XVIII *Kal. Febr.* In Egypto, passio sanctorum Cresconii, Tyrsi, Leuci, cum aliis tribus. Et depositio Ambacum prophetæ.

XVII *Kal. Febr.* Romæ, natale sancti Marcelli Papæ et martyris. Arelato, depositio sancti Honorati pontificis.

XVI *Kal. Febr.* In Egypto, depositio sancti Antonii monachi. Et apud Lingones, passio sanctorum Speusuppi, Eleusippi, et Meleusippi, qui martyrio sunt coronati, tempore Aureliani imperatoris. Galiis civitate Bituricas, depositio sancti Sulpitii episcopi et confessoris.

XV *Kal. Febr.* Natale sanctæ Priscæ virginis et martyris. Turonis, depositio sancti Leopardi confessoris.

XIIII *Kal. Febr.* In Africa, Pauli, Quinti, Geruntii, et aliorum multorum. Hierosolyma, Martæ, et Mariæ sororum Lazari.

XIII *Kal. Febr.* Romæ, passio sancti Fabiani episcopi, qui tempore Decii imperatoris, martyrio coronatus est. Eodem die, sancti Sebastiani, qui fustibus diu fatigatus occubuit, tempore Diocletiani imperatoris.

XII *Kal. Febr.* Romæ, passio sanctæ Agnetis, quæ sub præfecto Urbis Simphronio gladio percussa est. Hispaniis, civitate Tarracona, passio sanctorum Fructuosi episcopi, Auguli et Eulogii diaconorum. Trecas, passio sancti Patrocli martyris. Arvernis, depositio sancti Aviti episcopi.

XI *Kal. Febr.* Romæ, natale sancti Anastasii monachi, et martyris, qui fuit in Persida capitali sententia damnatus sub rege Cosroa. Hispaniis, civitate Valentia, passio sanctorum Valerii, Proti, Vincentii diaconorum, cum sociis suis.

X *Kal. Febr.* Romæ, passio sanctæ Emerentianæ virginis, quæ lapidata pro Christo occubuit.

Et in

Et in Italia, civitate Novaria, depositio sancti Gaudentii pontificis. In Mauritania, civitate Neocesaria, passio sancti Severiani, et Aquilæ uxoris ejus. Et alibi, passio sanctorum Macharii, et Eugenii.

VIIII *Kal. Febr.* Ravenna, natale sanctorum Eustasii confessoris, et Saturnini. Eodem die, passio sanctæ Sabinæ virginis. In Antiochia, passio sancti Babilæ episcopi cum tribus parvulis, sub Numeriano Principe. Romæ, Felicissimi.

VIII *Kal. Febr.* Natale sanctorum Saviniani, et sancti Projecti. Cartagine, natale sancti Secundi. Et conversio sancti Pauli. Et in Sicilia, sancti Tyrsi martyris.

VII *Kal. Febr.* Smirnæ, passio sancti Policarpi episcopi, qui sub Marco Antonio et Lucio Aurelio, igni traditus occubuit. Hierosolima, transitus sanctæ Paulæ Deo dicatæ.

VI *Kal. Febr.* In Africa, Dativi, Juliani, Secundi, cum aliis VI.

V *Kal. Febr.* Romæ, nativitas sanctæ Agnetis virginis. In Africa, Missuriani, Publii, Victoris. Nicomedia, Leacii. In Apollonia, Calenici.

IIII *Kal. Febr.* In Africa, Victoris, Honorati. In Tuscia, Constantii. Et alibi, Ippoliti episcopi de antiquis. Treveris, depositio beati Severi episcopi. Trecas, natale sanctæ Sabinæ virginis.

III *Kal. Febr.* Antiochia, passio sancti Ippoliti. In Africa, Polliani, Cleri, Philippiani et aliorum CXXIIII.

Pridie Kal. Febr. Depositio sancti Edeci episcopi. In Alexandria, Gemini, Ursini, et passio sanctorum Tyrsi, Galiniti et aliorum XV sacerdotum. In Ibernia, sancti Audicci episcopi.

Letaniæ indicendæ.

FEBRUARIUS HABET DIES XXVIII.

Kalend. Februarii. In Græcia, sancti Polcarpi episcopi. In Scotia, depositio sanctæ Brigitæ virginis. Ravenna, Severi episcopi. Et alibi, depositio Pieti presbyteri.

IIII *Non. Febr.* Purificatio beatæ Mariæ semper virginis, quando Dominum præsentavit in templo. Romæ, miliario ab Urbe CLXXIIII, Laurentii, et Ippoliti. Aurelianis, depositio beati Fusculi episcopi.

III *Non. Febr.* In Africa, Felicis et Felicitatis. Lugduno Galliæ, depositio beati Lupicini episcopi.

Pridie Non. Febr. Roma Foro Simpronii, natale Gemini, Gelasii, Magni. Trecas, depositio Aventini abbatis.

Nonas Febr. In Sicilia, Catenas civitate, passio sanctæ Agatæ virginis sub Quintiano consule, tempore Diocletiani, quæ post alapas et carcerem, post eculeum et tortiones, post mamillarum abscisionem, sed a Domino sanationem, post volutationem in testis et carbonibus, tandem in carcere consummata est. Vienna, Aviti episcopi.

VIII *Id. Febr.* Romæ via Appia, in cymiterio juxta Catacumbas, passio Soteris virginis. In Acaia, Saturnini. Et alibi, depositio sancti Amandi episcopi.

VII *Id. Febr.* In Britanniis, civitate Agasta, passio Auguli episcopi et martyris. Et alibi, Anatolii, Ammonis, Nepotiani.

VI *Id. Feb.* Romæ, depositio sancti Pauli episcopi. In Arminia minori, natalis sancti Dionisii, cum aliis duobus.

V *Id. Febr.* Apud Cyprum, natale sanctorum Alexandri, Ammonis. Alexandria, Pauli, Dionisii et aliorum XXVIII. In Egypto, Plesii, Orfati, Agaton, Proti, Orion, Cyriaci.

IIII *Id. Febr.* Alexandria, passio Apollinis et aliorum XX. Romæ, Zotici, Hireni. In Campania, natale sancti Silvani episcopi et confessoris. In Bethleem civitate Judeæ, passio sanctorum Andreæ, Aporis. Sanctonis civitate, depositio Troiani episcopi.

III *Id. Feb.* In Appamia, Eufraxi. In Campania, Basiliani. Romæ, Calocerii, et Parthenii. Lugduno, Desiderii episcopi.

Pridie Id. Febr. Passio sancti Damiani militis. Cartagine, Modesti. Alexandria, Juliani. In Italia, Donati, cum aliis V. Et alibi, depositio Simplicii episcopi.

Idus Febr. Nicomedia, passio sanctæ Julianæ. Alexandria, Juliani, Ammonii. Lugduno, depositio beati Stephani episcopi.

XVI *Kalend. Martii.* Romæ, sancti Valentini presbyteri. Eodem die, sancti Valentini Interamnæ urbis episcopi. In Tuscia, natalis sanctorum Vitalis, et Martiani. In Eraclea, Felicis, Januarii. In Græcia, Palladii, Candidiani. Alexandria, Saturnini, Advocati.

XV *Kal. Mart.* In Antiochia, Jusippi diaconi. Interamnæ civitate, natale sanctæ Agapis virginis.

XIIII *Kal. Mart.* Sancti Onesimi Apostoli. Et in Cumas, natalis sanctæ Julianæ virginis, quæ tempore Maximiani imperatoris, post multa tormenta, decollatione capitis martyrium consumavit: quæ passa est quidem in Nicomedia, sed post paucum tempus, Deo disponente, in Campaniam translata. In Britanniis, natale sanctorum Faustini, Juventiæ. In Hispaniis, civitate Barcelona, passio Cucufati martyris. Et alibi, Valentis diaconi, cum Ægyptiis numero quinque millibus.

XIII *Kal. Mart.* In Babilonia, natale Policronii episcopi ejusdem civitatis, qui præsente Decio persecutore, os lapidibus cæsum, manibus tensis, oculos ad cœlum elevans, emisit spiritum. Scriptum in passione sancti Laurentii. In Africa, civitate Concordum, passio sanctorum Donati, Secundiani. In Aquileia, Crisantiani. Et alibi, Romuli, Salviani, cum aliis LXXXIIII.

XII *Kal. Mart.* In Africa, natalis sanctorum Rutuli, Silvani, et aliorum XII.

XI *Kal. Mart.* In Africa, natalis sanctorum Publii, Maurobii, Juliani et aliorum VIII.

X *Kal. Mart.* Romæ via Appia, in cymiterio Calisti, depositio Gagi episcopi. Apud Cyprum, natalis sanctorum Potamini, Misis, Didimi. Et alibi, Victoris et Coronæ et aliorum X.

VIIII *Kal. Mart.* In Africa, civitate Adromit., natalis sanctorum Veruli, Secundini, Servuli, Sirici et aliorum XXI. Et alibi, Victurini, Crispini, Rustici, cum aliis XVI.

VIII *Kal. Mart.* Apud Antiochiam, Cathedra sancti Petri Apostoli. Nicomediæ, natalis

sanctæ

sanctæ Teclæ virginis. Romæ via Tiburtina, natalis sanctæ Concordiæ.

VII *Kal. Mart.* In Pannoniis, natalis sanctorum Seneroti, Antigoni, Rutuli, Libii. In Asia, Polycarpi episcopi, cum aliis XIII.

VI *Kal. Mart.* Inventio capitis Præcursoris. In Cæsarea Cappadociæ, natalis sanctorum Heracli, Luci. Romæ, sanctæ Primitivæ. Nicomedia, natalis sanctorum Luciani presbyteri, Petri, Palatini. In Ægypto, passio sanctorum Victurini, Victoris.

V *Kal. Mart.* In Africa, natalis sanctorum Donati, Justi, Rutuli, Erenei. Pamfilia, Nestoris et Casti.

IIII *Kal. Mart.* In Alexandria, Felicis, cum sociis suis. Et alibi, natalis sanctorum Alexandri, Justi, Theonis et aliorum XXVIII.

III *Kal. Mart.* In Thesalonica, Abundantii, Titiani, Severiani. In Africa, Dionisii. In civitate Smirna Asiæ, natalis sanctorum Serviliani, Datiani, Leandri.

Pridie Kal. Mart. Natalis sanctorum Celeris, Pupilli, Serapionis, Theophili. Et alibi, Felicis, Gagi, Quintiani, Mansueti. Alexandriæ, Victurini, Secundellæ.

Letaniæ indicendæ.

MARTIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Martii. Natalis sanctorum Leonis, Donati, Abundantii. In Africa, Adriani, Victurii. Masilia, Hermetis, Felicis. Andecavis, depositio Albini episcopi.

VI *Non. Mart.* Cæsareæ Cappadociæ, Luci epicopi, Primitivi. Romæ, Pauli.

V *Non. Mart.* Felicis, Lucioli, Fortunati. In Africa, Gaioli.

IIII *Non. Mart.* Romæ, in cymiterio via Appia, depositio Julii episcopi et aliorum XXVI. Nicomedia, passio sanctorum Ariani, cum aliis XXXIIII.

III *Non. Mart.* In Africa, passio sancti Focæ. Antiochia Syriæ, Saturnini, Justi, Petri.

Pridie Non. Mart. Nicomedia, natalis sanctorum Victoris, Victurini, Claudiani et Bassæ uxoris ejus.

Nonas Martii. In Africa, natalis sanctorum Saturi, Revocati. Et apud Cartaginem, Perpetuæ, Felicitatis, quæ bestiis sunt deputatæ sub Severo principe. In civitate Traciæ, natalis sanctorum Dandæ, Lenuci, Fecundi.

VIII *Id. Mart.* In Nicomedia, natalis sanctorum Quintini episcopi et Capituli. In Africa, Rogati, Felicis et Cyrilli episcopi, cum aliis VII.

VII *Id. Mart.* In Sebaste, in Armenia majore, XL militum tempore Licinii regis sub præside Agricolao, qui post vincula et carceres creberrimos, post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum; ubi gelu constricta corpora eorum nocte disrumpebantur, et mane crurifragio martyrium consumarunt. Deinde corpora eorum combusta, et in fluvium projecta, sed divina dispensatione reliquiæ eorum integræ sunt repertæ et honore digno conditæ. Erant autem nobiliores inter eos: Quirion et Candidus.

VI *Id. Mart.* In Niceria, natalis sanctorum Gorgoni, Palatini, Firmi. In Antiochia, Agapæ virginis. In Persida, Martyrum XLII. Alexandria, Zozimi et Alexandri, cum aliis tribus.

V *Id. Mart.* In Cartagine, natalis sanctorum Eraclii, Candidi, Quirilli, Martiani, cum aliis XXII. Nicomedia, Eunuchi et Gorgonii.

IIII *Id. Mart.* Romæ, depositio sancti Gregorii Papæ beatæ memoriæ. Et depositio sancti Innocentii episcopi. In Africa, Joannis et aliorum XLIIII. In Asia, Petroni episcopi, Modesti, Domitiani, Zosimi, Eustasii presbyterorum.

III *Id. Mart.* In Nicomedia, natalis sanctorum Macedonii presbyteri, et Patriciæ uxoris ejus, nec non et Modestæ filiæ ipsius. Nicea civitate, sex Martyrum, qui omnes igne cremati sunt.

Pridie Id. Mart. In Nicomedia, Felicissimi, Dativi. In Africa, Petri. Thessalonica, Alexandri, cum alis duobus. Antiochia, Pionis.

Idus Mart. In Capadocia, natalis sancti Longini. In Nicomedia, Lucii episcopi et martyris. Hierosolyma, Jacobi Apostoli fratris Domini. Lucæ Euangelistæ.

XVII *Kalend. Aprilis.* Romæ, natalis sancti Cyriaci, qui post longam carceris macerationem aliaque tormenta, jubente Maximo, capite truncatus est, cum Largo et Smaragdo et aliis XX. In Aquileia, natalis sanctorum Clari, Tatiani. In Nicomedia, Castoris, Dionisii.

XVI *Kal. April.* Romæ, Alexandri episcopi, Theodoli diaconi. In Scotia, natalis sancti Patritii confessoris. Eodem die, obitus sanctæ Geretrudis virginis.

XV *Kal. April.* In Alexandria, Collegi diaconi. In Campania, Quinti, Rogati. In Mauritania, Timothei, cum aliis duobus.

XIIII *Kal. April.* Cæsarea Capadociæ, natalis sancti Theodori presbyteri. In Africa, Bassi, Lucilli, cum aliis XIII. Et alibi, de depositione sancti Leontii episcopi.

XIII *Kal. April.* In Antiochia, natalis sancti Joseph. In Siria, Pauli, Cirilli, cum aliis VIIII. Et depositio sancti Cuthberti episcopi.

XII *Kal. April.* In Benevento, monte Cassino, depositio sancti Benedicti abbatis. In Alexandria, sancti Serapionis monachi et aliorum VIIII.

XI *Kal. April.* In Narbona civitate, natalis sancti Pauli confessoris. In Africa, Saturnini et aliorum VIIII.

X *Kal. April.* In Africa, natalis sancti Felicis. In Antiochia, Theodori episcopi.

VIIII *Kal. April.* In Siria, natalis sancti Seleuci. In Africa, Rogati, cum aliis VIIII. In Frigia, Acapiti. In Mauritania, Secundi, Felicis, Saturnini, cum aliis XVIIII.

VIII *Kal. April.* Sanctæ Mariæ, quando ab Angelo salutata est. Hoc est conceptio Domini nostri Jesu Christi. Hierosolyma, Dominus crucifixus est. In Nicomedia, natalis Dulæ ancillæ militis, quæ pro castitate occisa est. Romæ, Cyrini, qui interfectus a Claudio, et in Tyberim jactatus, in insula Licaonia inventus, et in cymiterio Pontiani conditus est. Scriptum in passione sancti Valentini. Et immolatio Isac Patriarchæ.

VII *Kal. April.* Romæ, via Lavicana, natalis sancti Castuli. In Syrmia, Montani presbyteri, et Maximæ uxoris ejus. In Tracia, natalis sancti Marciani episcopi. In Pentapoli Libiæ, natalis sancti Theodori episcopi. In Africa, Victoris et aliorum XIIII.

VI *Kal.*

VI *Kal. April.* Resurrectio Domini nostri Jesu Christi. In Africa, natalis sanctorum Romuli, Acuti, et aliorum X.

V *Kal. April.* In Cæsarea, natalis sanctorum Rogati, Alexandri, Dorothei. In Tarso Ciliciæ, natalis sancti Castoris. Cavillono, obitus Domini Guntramni regis.

IIII *Kal. April.* In Nicomedia, natalis sanctorum Pastoris, Victurini et aliorum VII. Antiochia, natalis sancti Theodori presbyteri.

III *Kal. April.* In Thesalonica, natalis sanctorum Domnini, Philippi, Acati, Palatini. Et alibi, Victoris, Marcellini, cum aliis VII. Aurelianis civitate, depositio Pastoris.

Pridie Kal. April. In Africa, natalis sanctorum Anesii, Felicis, cum aliis V.

Letaniæ indicendæ.

APRILIS HABET DIES XXX.

Kalend. Aprilis. In Thesalonica, Agapis, et Chioniæ sub Diocletiano, quæ primo in carcere maceratæ, post in ignem missæ sunt, sed mactate *flammis, post orationem a Domino (ad Dominum) fusam, animas reddiderunt. In Ægypto, passio sanctorum Victoris, Stephani.

* al. intactæ

IIII *Non. April.* In Africa, natalis sanctorum Amphiani, Victoris, cum aliis num. X. Lugduno Galiis, depositio sancti Niceti episcopi.

III *Non. April.* In Scithia, natalis sanctorum Thomæ, Euagri, Benigni, cum aliis V. In Cæsarea Palestinæ, natalis sanctæ Theodosiæ virginis.

Pridie Non. April. In Mediolano, depositio sancti Ambrosii confessoris. Thesalonica, natalis sanctorum Theonis, Theodoli, Agatonis diaconi.

Nonas April. In Thesalonica, natalis sanctæ Hirenis, quæ post tolerantiam carceris, inter orationes sagitta percussa est, et a Sisinio comite, sub quo, et sorores ejus Agapis, et Chionia martirizaverunt.

VIII *Id. April.* In Africa, sanctorum Epiphanii episcopi, Donati et aliorum XIII. In Macedonia, Thimothei, Diogenis. In Alexandria, natalis sancti Clusi presbyteri. Libia superior, natalis sanctorum Theodori episcopi, Herenei diaconi et aliorum V. Et alibi, natalis sanctæ Marinæ.

VII *Id. April.* Antiochia Syriæ, natalis sanctorum Thimothei, cum aliis III. Alexandria, Pelusi presbyteri.

VI *Id. April.* In Africa, Timori, Mæcharii, cum aliis III. Et alibi, Concessis, Solutoris, Successi, cum aliis II.

V *Id. April.* In Syrmia, natalis V Virginum. Et alibi, Demetrii diaconi, et septem Virginum, quæ in unum meruerunt coronari.

IIII *Id. April.* Ezechielis prophetæ. In Alexandria, Appollonii presbyteri et aliorum V. In Africa, Martyrum XL, quorum nomina Deus scit.

III *Id. April.* Romæ, Leonis Papæ et confessoris. In Mauritania, natalis sanctorum Salonis, Maximi, Helorii, Concessi, cum cæteris Sanctis. Salona Dalmatiæ, beati Domnionis episcopi et militum VIII.

II *Id. April.* Romæ, depositio Julii episcopi et confessoris, qui sub Constantio Arriano, filio Constantini, decem mensibus tribulationes et exilia perpessus, post ejus mortem, cum magno decore ad suam sedem reversus est.

Idus April. In Calcedonia, natalis sanctæ Eufemiæ. Pergamo Asiæ, Policarpi episcopi, Pauli diaconi.

XVIII *Kalend. Maii.* Romæ via Appia, in cymiterio Prætextati, natalis sanctorum Tyburtii, Valeriani, Maximi, sub Almachio Urbis præfecto: quorum primi fustibus cæsi et gladio sunt percussi; ultimus tamdiu ad plumbatas verberatus, donec spiritum redderet.

XVII *Kal. Maii.* In civitate Cordula, natalis Olimpiadis et Maximi nobilium, qui jubente Decio, fustibus cæsi, et deinde plumbatis, ad ultimum capita eorum securibus tunsa, donec emitterent spiritum.

XVI *Kal. Maii.* In Achaia, Corintho, natalis sanctorum Calisti, Carisii et aliorum VII.

XV *Kal. Maii.* In Antiochia, natalis sanctorum Petri diaconi et Hermogenis ministri Petri. In Africa, Victurici, Januarii et Juliani presbyteri.

XIIII *Kal. Maii.* Salona civitate, natalis sanctorum Septimi diaconi, Victuri. In Africa, Victoris, Pamphilici, Sirici, Prisciani. Romæ, Eleutherii episcopi et Antiæ matris ejus.

XIII *Kal. Maii.* In Militana, civitate Arminiæ, natalis sanctorum Hermogenis, Gagi, cum aliis IIII una die coronatorum. In Africa, Donati, Siriciani, cum aliis V.

XII *Kal. Maii.* In Africa, natalis sanctorum Silviani, Fortunati, Joannis cum aliis VIII. Romæ, depositio sancti Victoris episcopi. Autisiodero, depositio sancti Mariani episcopi et confessoris.

XI *Kal. Maii.* Romæ, in cymitherio Calisti, via Appia, natalis sanctorum Valeriani, Maximi, Tiburtii. Nicomedia, Pantaleonis monachi. In Campania, natalis sancti Cæsarei.

X *Kal. Maii.* In Frigia, civitate Gerapoli, natalis S. Philippi Apostoli. Romæ, passio sancti Gagi Papæ, qui cum Ecclesiam XI annis menses IIII, dies XII rexisset, martyrio coronatur sub Diocletiano principe, cum Gabinio fratre. Eodem die, in Cordula civitate, natalis Parmenii, Elimæ et Chrisoteli presbyterorum, et Lucæ et Muci diaconorum, qui omnes post multa tormenta gladio cæsi sunt, sub Decio persecutore. Senona civitate, depositio beati Leonis episcopi.

VIIII *Kal. Maii.* In Persida, civitate Diospoli, passio sancti Georgii martyris. In Galliis, civitate Valentia, natalis sanctorum Felicis presbyteri, Fortunati diaconi.

VIII *Kal. Maii.* In Alexandria, Theonis presbyteri. In Britanniis, depositio Melliti episcopi. Lugduno Galliis, passio sanctorum Alexandri, cum aliis XLIIII.

VII *Kal. Maii.* In Alexandria, natalis Marci Euangelistæ, qui constitutis et confirmatis ecclesiis, per Libyam, Armaricam, Amoniacam, Pentapolim, Alexandriam atque Ægyptum universam, ad ultimum tentus est a paganis, qui remanserant in Alexandria, qui videntes eum, die sancto Pasche missas facientem, miserunt funem in collo ejus, et trahebant eum ad loca Buculi, quæ erant juxta mare sub rupibus

pibus, ubi erat ecclesia constructa, et defluerunt carnes ejus in terram, ac saxa inficiebantur sanguine. Vespere autem facto, miserunt eum in carcerem, ubi circa mediam noctem, primo angelica visitatione confortatus est, deinde ipso Domino sibi apparente, ad regna cœlestia vocatus. At mane dum traheretur ad loca Buculi, gratias agens et dicens : Domine, in manus tuas commendo spiritum meum, defunctus est, et a viris religiosis sepultus in loco lapidis excisi, cum gloria. Ordinaverat autem pro se Alexandriæ episcopum Anianum ; aliis quoque longe lateque ecclesiis presbyteros et diaconos dederat. Lugduno, depositio beati Rusti episcopi. *Voluit dicere*, Rustici.

VI *Kal. Maii.* Natalis sancti Cleti Papæ et martyris. Et egressio Noe de Arca. Ipso die, depositio sancti Marcellini Papæ, qui cum ecclesiam VIIII annis et mensibus IIII rexisset, temporibus Diocletiani et Maximiani, ab eodem Diocletiano pro fide Christi, cum Claudio et Cyrino et Antonio capite truncatus est, et post dies XXV sepultus via Salutaria, in cubiculo, à Marcello presbytero et diaconibus, cum hymnis VI Kalendas Maii.

V *Kal. Maii.* Tarso Ciliciæ, natalis sancti Castoris. In Nicomedia, Antimi et Stephani episcoporum. In Armenia, Ephei presbyteri et Ermogenis militis. In Ægypto, Victoris, Maximi, Pauli, Martiani, Germani cum aliis VI.

IIII *Kal. Maii.* Romæ, natalis sancti Vitalis martyris. Eodem die sancti Christophori. In Panonnia, Eusebii episcopi. In Alexandria, natalis sancti Victurini. In Africa, provincia Numidiæ, natalis sanctorum Manilii, Donati et aliorum multorum.

III *Kal. Maii.* In Alexandria, natalis sancti Germani. Et alibi, Prosduci diaconi. In Nicomedia, Prudentii, Martialis et aliorum XV.

Pridie Kal. Maii. In Alexandria, natalis sanctotum Dorothei presbyteri, Rodociani diaconi, Terentii martyris, cum aliis DLII. Romæ, in cymitherio Prætextati, via Appia, depositio sancti Quirini episcopi.

Letaniæ indicendæ.

MAIUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Maii. Initium prædicationis Domini nostri Jesu Christi. In Frigia, Hierapoli, natalis Philippi et Jacobi Apostolorum. Eodem die, Hieremiæ prophetæ. Hierosolymis, natalis sancti Judæ episcopi, qui cognominatus est Quiriacus. Tolosa, Orgenti episcopi. Autisiodero, sancti Amatoris episcopi. Et passio Sigismundi regis.

VI *Non. Maii.* Sancti Patris nostri Athanasii episcopi Alexandriæ. Et Juvenalis. Et alibi, natalis sanctorum Germani, Cœlestini, Felicis.

V *Non. Maii.* Hierosolyma, inventio sanctæ Crucis ab Helena regina anno CCXXXIII. Romæ, natalis sanctorum Alexandri, Euenti, Theodoli. Autisiodero, depositio Eusebii presbyteri. *De notato anno alibi diximus.*

IIII *Non. Maii.* In Nicomedia, natalis sanctæ Antoniæ, quæ post multa tormenta flammis exusta obiit. Autisiodero, depositio Cocordimi confessoris.

III *Non. Maii.* Ascensa Domini nostri Jesu Christi. Et in Thesalonica, natalis sanctorum Herenei et Peregrini, ignibus adustorum. Arelato, depositio sancti Hilarii episcopi. Vienna, Niceti episcopi. Autisiodero, passio sancti Jocuniani lectoris.

Pridie Non. Maii. Mediolano, Victoris, Felicis, cum aliis triginta tribus. Autisiodero, Stavii* episcopi. Augustiduno, depositio beati Placidi presbyteri et abbatis basilicæ sancti Sinforiani martyris.

* *al.* Valerii

Nonas Maii. Mediolano, natalis sancti Victoris martyris, cujus passio ibidem celebratur.

VIII *Id. Maii.* Constantinopoli, Maximi presbyteri, Antos diaconi et aliorum multorum. In Ægypto, Victoris, Stephani. Autisiodero, depositio beati Elladii episcopi.

VII *Id. Maii.* In Axiopoli, natalis sanctorum Quirilli, Quindei, Zenonis. In Tarso Ciliciæ, Afrodii. In Territorio Carnotinæ civitatis, castro Vindocino, natalis sancti Beati confessoris.

VI *Id. Maii.* Natalis sanctorum Gordiani et Epimachi, Romæ. Et natalis Calipodi senis presbyteri sub Alexandro imperatore. Et alibi, natalis sancti Job prophetæ.

V *Id. Maii.* Romæ, miliario XII, natalis sancti Antimi. In Asia, natalis sanctorum Demetrii, et Tadei. Vienna, depositio Mammi et Martini episcoporum.

IIII *Id. Maii.* Romæ, natalis sanctorum Nerei et Achillei fratrum, et sancti Pancratii, qui cum esset annorum XIIII, sub Diocletiano martyrium capitis detruncatione complevit. Et sancti Patris Epiphani episcopi Cypri.

III *Id. Maii.* Natalis sanctæ Mariæ ad Martyres. Eodem die, natalis sancti Servatii. In territorio Sanctonico, depositio sancti Martini presbyteri. Autisiodero, depositio sancti Marcelliani episcopi.

Pridie Id. Maii. Sancti Patris Pachomii, qui cum esset factis Apostolicæ gratiæ insignis fundatorque Egypti cœnobiorum, scripsit monasteriorum regulas, quas angelo dictante didicerat; simul et de tempore Paschali. Ipso die in Syria, natalis Victoris et Coronæ, sub Antonino imperatore, duce Alexandriæ Sebastiano. Erat autem Victor miles à Cilicia, cui Sebastianus in confessione fidei confringi digitos et evelli jussit a cute. Deinde in caminum ignis jussit illum mitti, ubi triduo permanens non est læsus. Deinde venenum bibere (jussus), non est mortuus, sed veneficum potius ad fidem convertit ; deinde jussum est, nervos corporis ejus tolli ; deinde oleum bulliens mitti in pudendis ejus. Post hoc jussit lampadas ardentes suspenso ad latera applicari, acetum et calcem simul misceri, et dari ei in ore ; deinde oculos erui, deinde triduo jussum capite suspendi; et dum adhuc spiraret, jussit eum excoriari. Tunc Corona, cum esset uxor militis cujusdam, cœpit beatificare sanctum Victorem, pro gloria martyrii, et dum hoc faceret, vidit duas (coronas) de cœlo lapsas, unam Victori et alteram sibi missam. Cumque et hoc cunctis audientibus protestaretur, tenta est, jussumque duas arbores palmæ curvari ad invicem, et cannabinis funibus ligari Coronam in utraque, manibus et pedibus, et sic arbores dimitti ; quod dum fieret, divisa est Corona in duas : erat autem annorum XVI. Tum quoque Victor

decollatus

decollatus est, et ipse victoriæ perennis triumphum meruit.

Idus Maii. In Sirmia, natalis sancti Thimothei, Et alibi, VII Virginum. Mediolano, natalis sancti Victoris.

XVII *Kalend. Junii.* In Isauria, natalis sanctorum Aquilini, Victurinæ, quorum gesta habentur. In Epheso, Mengenis, Gaiani, Jovini. In territorio Autisioderensi, passio sancti Peregrini, primi civitatis ipsius episcopi. Et in territorio Tricassinæ civitatis, depositio beati Fedoli confessoris.

XVI *Kal. Jun.* In Alexandria, natalis sanctorum Victoris, Basiliæ. Romæ, via Salutaria veteri, natalis sanctorum Partheni, Gallæ, Chori, Primi, et depositio Liberi episcopi. Nividuno, Eraclii, Pauli, Minervi, Aquilini, Victoris.

XV *Kal. Jun.* In Alexandria, natalis SS. Pantamon, Ostasii et Serapionis presbyterorum, cum aliis XIII. In Ægypto, Dioscori lectoris.

XIIII *Kal. Jun.* Romæ, natalis sanctorum Calocerii et Parteni eunuchorum, quorum ex his alter præpositus cubiculi Decii imperatoris, alter primicerius, nolentes sacrificare, a Decio occisi sunt. Item in cymitherio Calesti, via Appia, natalis sanctorum Paterni, Gallicoli, cum aliis VIIII. Et passio sanctæ Pontentianæ virginis.

XIII *Kal. Jun.* Mediolano, natalis sanctorum Gervasii et Prothasii. Romæ, via Salutaria, natalis sanctæ Basilissæ, cum aliis duobus. In Galliis, civitate Nemauso, natalis sancti Baudilii martyris.

XII *Kal. Jun.* In Mauritaniis, natalis sanctorum Thimothei, Eutici diaconi. In Africa, natalis sanctorum Victi, Maurellæ, Quinti, cum aliis V. Cæsarea Capadociæ, natalis sanctorum Donati, Primi, cum aliis IIII. In Britannia, natalis sanctorum Thimothei diaconi. Et in civitate Autisiodero, depositio beati Valis presbyteri, et confessoris.

XI *Kal. Jun.* Romæ, natalis sanctorum Faustini, Thimothei, Venusti, cum aliis XIII. In Corsica, passio sanctæ Juliæ. Et in Africa, Casti et Mili, qui per ignem passionis martyrium consumarunt. Scribit Cyprianus in lib. de Lapsis. In civitate Autisiodero, depositio sanctæ Helenæ virginis.

X *Kal. Jun.* Hispaniis, civitate Valentia, natalis sanctorum Basilii episcopi, cum aliis III. In Cæsarea, Lucii, Juliani, Felicis, cum aliis X. Vienna, passio sancti Desiderii episcopi, cum aliis VII.

VIIII *Kal. Jun.* In porto Romano, natalis sancti Vincentii cum aliis XII. In Galliis civitate Nametis, natalis sanctorum Rogatiani et Donatiani germanorum martyrum.

VIII *Kal. Jun.* Romæ, sancti Urbani Papæ, cujus doctrina multi martyrio coronati sunt. Mediolani, natalis Dionysii episcopi. Trecas, depositio sancti Leonis confessoris et abbatis.

VII *Kal. Jun.* In Britannia, depositio Augustini, primi Anglorum episcopi. In Africa, Pauli, Quadrati, cum aliis tribus. In territorio Autisioderensæ civitatis, loco Quintiaco, passio sancti Prisci, cum innumera multitudine sociorum suorum Martyrum.

VI *Kal. Jun.* In Alexandria, natalis sanctorum Aculi presbyteri, Euangelii et aliorum XIIII. In Thomis, Heleæ, Luciani, Zotici, Martialis, Victuri, Murianæ. In Africa, natalis sanctorum Sacci, Juli, Damiæ, Carpiæ. In Sardinia, natalis sanctorum Saluciani, Eutici episcopi, Crescentini, Ticiani, Quinti, Sciabili.

V *Kal. Jun.* Parisius, Germani confessoris. Ipso die, depositio sancti Joannis Papæ, quem quia orthodoxus erat, et a Justino imperatore orthodoxo, Constantinopolim veniens, gloriose susceptus erat, Theodoricus rex Arianus inreverenter in Ravenna in custodia tentum, usque ad mortem, cum aliis æque Catholicis viris, perduxit XV Kal. Junii. Meminit S. Gregorius in Dialogis; cujus corpus translatum in (de) Ravenna, sepultum est in Basilica sancti Petri Apostoli V. Kal. Jun. Olibrio Cos.

IIII *Kal. Jun.* Apud Nicomediam, natalis sancti Crispoli. In Cæsarea Cappadociæ, Cyrilli. In Africa, natalis sanctorum Primi, Bassimonii, et aliorum CLIIII. Treveris, depositio sancti Maximini episcopi. Romæ, via Aurelia, natalis sancti Restituti. Via Tiburtina, VI Germanorum. Hyspaniis, natalis sancti Genti.

III *Kal. Jun.* Antiochia, natalis sanctorum Sitii, Palatini. Turribus Sardiniæ, natalis sanctorum Gabini, Crispoli.

Pridie Kal. Jun. Romæ, via Aurelia, natalis sanctorum Petronillæ, Processi, Martiniani. In Aquileia, natalis sanctorum Canti, Cantiani Grisogonæ, Cantianellæ. Cartagine, natalis sancti Datiani. Turribus Sardiniæ, natalis sancti Crisentiani.

Letaniæ indicendæ.

JUNIUS HABET DIES XXX.

Kalend. Junii. Natalis sancti Nicomedis martyris. Antiochia, natalis sanctorum Zosimi, Teclæ. In Africa, natalis sancti Crispini. Romæ, Cyriaci, cum aliis tribus. In Thessalonica, Lucciæ et Auccie regis, et aliorum multorum. Vienna, depositio Helladi episcopi.

IIII *Non. Jun.* Romæ, Marcellini presbyteri et Petri exorcistæ, qui multos in carcere ad fidem erudientes, post dira vincula et plurima tormenta decollati sunt sub judice Sereno. Et qui eos decollavit, vidit animas eorum splendide ornatas ab angelis ferri ad cœlos, et pœnitentiam agens, sub Julio Papa baptizatus est in senectute sua nomine Dorotheus. Ipso die in Lugduno, sanctæ Blandinæ cum XLVII Martyrum, cui a prima luce, usque ad vesperam tormenta semper innovantes, ad ultimum victos se tortores confitentur. Quæ et secundo pulsata cruciatibus, non superatur. Tertio quoque die religata est ad stipitem, atque in crucis modum distenta, bestiis pabulum præparatur; quam cum nulla ex bestiis auderet attingere, rursum revocatur ad carcerem. Quarto etiam verberibus acta, graticulis exusta, et multa alia perpessa, ad ultimum gladio jugulatur. Tunc et Pontius annorum XV per omnia tormentorum genera, cum ipsa per circum actus, et materna ejus cohortatione roboratus, ante illam martyrium consumavit sub Antonino. Scriptum est vero in historia ecclesiastica, lib. 5.

III *Non. Jun.* In Africa, natalis sanctorum Quirini, Gagi, et aliorum LIIII. Romæ natalis sancti Marcelli et aliorum multorum. Et alibi, de-

positio

positio sanctæ Juliæ, sacræ puellæ. Et in territorio Aurelianensi, vico Maiduno, depositio sancti Lifardi presbyteri et confessoris.

Pridie Non. Jun. Romæ, via Appia, natalis sanctorum Pecti, Arethei, Datiani. In Panonia, natalis sancti Quirini. In Sicilia, natalis sanctorum Itali, Philippi, Euthici, cum aliis x. Et alibi, natalis sancti Rutuli, cum aliis duobus.

Nonas Jun. Romæ, via Ardeatina, miliario VII, natalis sanctorum Felicitatis, Gregorii, Saturnini et aliorum XXII. In Ægypto, natalis sanctorum Martiani, Nigrandi, Apollonii. In Africa, Euasi, Privati. In Frisa Germaniæ, passio sancti Bonefacii archiepiscopi et Eobanii ejus episcopi, cum aliis servis Dei.

VIII *Id. Jun.* In Nividuno, natalis sanctorum Amantii, Lutii, Alexandri, cum aliis tribus. In Africa, natalis sanctorum Zotici, Philippi, Camati, cum aliis duobus. Gratianopolim, depositio Cerati episcopi.

VII *Id. Jun.* Constantinopolim, natalis sanctorum Fortunati episcopi, cum aliis IIII. In Africa, natalis sanctorum Victuri, Euasi, Quirilli, cum aliis IIII. In Cæsarea Capadociæ, natalis sancti Luciani.

VI *Id. Jun.* In Cæsareæ Palestina, natalis sancti Christi. In Dorostoro, natalis sancti Marci. Romæ, via Aurelia, natalis sanctorum Naboris et Nazarii. In Sardinia, natalis sancti Salustiani. In Galliis, Sersione civitate, depositio sancti Medardi episcopi et confessoris.

V *Id. Jun.* Romæ, via Nomentana, natalis sanctorum Primi, et Feliciani. In Alexandria, natalis sancti Maximi presbyteri. In Nicea civitate, natalis sancti Diomedis, cum aliis IIII. In Galliis, vico Pompeiaco, passio sancti Vincentii martyris.

IIII *Id. Jun.* Romæ, via Aurelia, miliario XII, natalis sancti Basilidi, cum aliis XXIIII. In Hispaniis, natalis sancti Crispoli. In Nicomedia, natalis sancti Zachariæ, Autisiodero, depositio beati Censurii episcopi.

III *Id. Jun.* Natalis sancti Barnabæ Apostoli. Romæ, via Salutaria veteri, natalis sanctæ Asellæ. Et via Nomentana, natalis sanctorum Restituti, Crispoli. In Aquileia, Emeriti, cum aliis tribus.

Pridie Id. Jun. Romæ, via Aurelia, miliario VIII, natalis sanctorum Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazari. Tripolim, natalis sanctorum Zabini, Aurilii, Donatellæ, Secundæ, cum aliis IIII.

Idus Jun. Romæ, via Ardeatina, natalis sanctæ Feliculæ. Et alibi, natalis sancti Luciani, Fortunati, Criscentiani, Teclæ.

XVIII *Kalend. Julii.* Elisei prophetæ. In Frigia, civitate Laodicia, natalis sancti Antiani et Afræ. In Africa, natalis sanctorum Quintiani, Teodoli, cum aliis duobus. In Aquileia, natalis sancti Proti. In territorio Sessionis civitatis, passio sanctorum Valerii et Ruffini.

XVII *Kal. Jul.* In Aquileia, natalis sanctorum Clementis, Cantiani, cum aliis duobus. In Provincia Siciliæ, passio sanctorum Viti, Modesti et Crisentiæ.

XVI *Kal. Jul.* Ferroli presbyteri et Ferructionis diaconi in civitate Viguncensi, qui sub Julio Claudio ad trocleas extenti et flagellati, deinde in carcerem reclusi, et mane amputatis linguis prædicabant verbum Dei. Post hoc subulæ XXX utriusque infixæ in manibus et pedibus et pectore; ad ultimum gladio feriuntur. In Antiochia, Cirici martyris, et Julitæ matris ejus, cum aliis CCCCIIII. Nammetis, natali sancti Similiani.

XV *Kal. Jul.* Romæ, via Salutaria veteri, natalis sancti Quiriaci, cum aliis VIII. Alexandria, Dioscori, Marini. Aquileia, natalis sanctæ Ciriæ, cum aliis duobus. Aurilianis civitate, depositio sancti Aviti presbyteri et confessoris.

XIIII *Kal. Jul.* Natalis sanctorum martyrum Marci et Marcelliani. Scriptum in passione sancti Sebastiani. Ravenna, natalis sanctorum martyrum Felicis, Emili, Crispini. Alexandria, natalis sanctæ Marinæ.

XIII *Kal. Jul.* Mediolano, natalis sanctorum Gervasii et Protasi, quorum sepulcra Ambrosius, Domino revelante, repperit, et ita incorrupta eorum corpora, acsi eodem die fuissent interempti. Romæ, in cymitherio Hippoliti, natalis sanctorum Honorii, Euodi, Petri.

XII *Kal. Jul.* In Thomis civitate, Pauli, Cyriaci et aliorum V. Et alibi, Vitalis, Crispinæ, Martyriæ.

XI *Kal. Jul.* In Africa, natalis sanctorum Saturnini. Quiriaci, Apollonaris, cum aliis III. In Sicilia, civitate Siracusa, natalis sanctorum Rufini, Marciæ.

X *Kal. Jul.* Nola civitate, depositio sancti Paulini episcopi et confessoris. In Britanniis, sancti Albani martyris, qui tempore Diocletiani, in Verolamio civitate, post verbera et tormenta acerrima, capite plexus est; sed illo in terram cadente, oculi ejus, qui eum percussit, pariter ceciderunt. Passus est cum illo etiam unus de militibus, eo quod eum ferire jussus, noluerit. Divino utique perterritus miraculo, quia viderat beatum Martyrem sibi, dum ad coronam martyrii properaret, alveum amnis interpositi orando transmeabile reddidisse.

VIIII *Kal. Jul.* Britanniæ, sanctæ Ediltrudæ virginis et reginæ, cujus corpus cum XVI annis esset sepultum, incorruptum inventum est. Nicomedia, natalis sanctorum Aviti, Cinzami. Et alibi, Orionis et aliorum LXXXI.

VIII *Kal. Jul.* Nativitas Præcursoris Domini. Augustiduno, depositio sancti Simplicii episcopi.

VII *Kal. Jul.* Thessalonica, natalis sancti Laricanitis et aliorum III. Romæ, natalis sanctorum Luciæ virginis et Aceiæ regis.

VI *Kal. Jul.* Romæ, Joannis et Pauli, quorum primus præpositus, secundus fuit primicerius Constantinæ virginis, filiæ Constantini: qui postea sub Juliano martyrium capitis abscisione meruerunt, per Terrentianum Campiductorem, qui deinde Christianus factus est. Pictavi, sancti Maxentii confessoris.

V *Kal. Jul.* Romæ, natalis septem Germanorum. Cordoba Hispaniis, natalis sanctorum Crescentis, Juliani, Nemesii, et aliorum XVIII.

IIII *Kal. Jul.* Vigilia Apostolorum Petri et Pauli. Ipso die, natalis sancti Leonis Papæ. In Africa, Fabiani, Felicis et aliorum XXV. In Alexandria, natalis sanctorum Theodori, cum aliis XXVII. Lugduni Galliis, natalis sancti Erenei episcopi.

III *Kal. Jul.* Romæ, natalis sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. Et in eadem urbe, natalis sancti Novatiani et aliorum DCCCCLXXVIIII martyrum.

Pridie Kal. Jul. In Africa, natalis sanctorum Timothei, Zotici. Italiæ, Galati. In Agrippinia, natalis sanctorum Asclini, Puphili. Lemodecas, depositio sancti Marcialis episcopi et confessoris.

Letaniæ indicendæ.

JULIUS

JULIUS HABET DIES XXXI.

Kalend Julii. In Nicomedia, natalis sancti Zoili. Romæ, depositio Gagi Papæ. In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis. Augustiduno, depositio Leontii episcopi.

vi *Non. Jul.* Romæ, natalis sanctorum Processi et Martiniani. Et in eadem urbe, via Appia, natalis sancti Euticii.

v *Non Jul.* Translatio corporis in ecclesia sancti Thomæ Apostoli, passus vero in India. In Alexandria, natalis sanctorum Tiphonis, Meneleai et aliorum x. In Tarso Ciliciæ Capadociæ, natalis sanctorum Elionis, Montani, Germani, cum aliis vi. Constantinopolim, natalis sanctorum Eufemiæ, Accacii, et aliorum numero xxii.

iiii *Non. Jul.* Turonis, translatio corporis sancti Martini, et ordinatio episcopatus, seu et dedicatio Basilicæ ipsius. In Africa natalis sancti Succidiani martyris. Et in territorio Biturico, natalis sancti Lauriani.

iii *Non Jul.* In Sicilia, natalis sanctorum Agathonis, Triphonis. Et in Thomis, Theodoti, Mariæ. Alexandria, natalis sancti Arpotis.

Pridie Non. Jul. In Alexandria, natalis sanctorum Palladii, Philippi. In Syria, natalis sancti Aratoris. Nividuno, natalis sancti Zotici, Aretis. Lugduni, depositio beati Leontii episc.

Nonas Jul. In Alexandria, Parthenii, Appollonii, Publii, cum aliis numero xvi. Et alibi natalis sanctorum Partemii, Paterni, cum aliis numero xviiii.

viii *Id. Jul.* Natalis sancti Procopi in Palestina, qui ab Scitopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionum ejus confidentiam irato judice Fabiano, capite cæsus est. In Syrmia, natalis sanctorum Parentii, Cæciriæ. In Eraclea, natalis sanctorum Joannis, Apri.

vii *Id. Jul.* In civitate Tyre, natalis sanctorum Anatoliæ virginis et Audacis Marsi, qui uterque capitali sententia coronati sunt. Romæ, natalis sanctorum Felicis, Philippi. Et in Cymitherio Prætextati, natalis sancti Januarii. Et in eadem urbe, natalis sanctarum Rufinæ et Secundæ. Senonas, sancti Eracli episcopi.

vi *Id. Jul.* Romæ, septem Fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, id est : Felicis, Philippi, Vitalis, Martialis, Alexandri, Silani et Januarii, sub præfecto Urbis Publio, tempore Antonini principis.

v *Id. Jul.* In Africa, natalis sancti Mariani. Et in Arminia minore, natalis sanctorum Januarii et Pelagiæ. Et depositio sancti Benedicti abbatis.

iiii *Id. Jul.* Romæ, natalis sanctorum Stephani, Leontii, Mauritii, cum aliis numero xxxviiii. In Antiochia, natalis sanctorum Prodociæ, Veronicæ et Speciosæ. Alexandria, natalis sancti Eutici.

iii *Id. Jul.* In Aquileia, natalis sanctorum Fortunati, et Armagiri. Modiolano, natalis sanctorum Namoris, Felicis. Cæsareæ Cappadociæ, natalis sanctorum Divi, Cornelii. Lugduno Galliæ, depositio beati Inventioli.

Pridie Id. Jul. Africa, natalis sanctorum Papiæ, Donati. Ponto, sancti Focæ episcopi, qui sub Traiano imperatore, præfecto Africano, carcerem, vincula, ferrum, ignem etiam, pro Christo superavit; cujus reliquiæ in Basilica Apostolorum, in Galliis civitate Vienna habentur. Et alibi, depositio beati Amici presbyteri.

Idus Jul. In Alexandria, natalis sanctorum Philippi, Zenonis, Nasei et x infantum. In Syrmia natale sanctorum Agripini, Secundi, Maximi, Fortunati, Marcialis. Romæ, natalis sanctorum Eutropi, Zozimæ et Bonosæ sororum. Cartagine, natalis sancti Catulini diaconi.

xvii *Kalend. Augusti.* In Hostia, natalis sancti Hilarini, qui sub persecutione Juliani, cum nollet sacrificare, fustibus cæsus martyrium sumpsit. In Antiochia, natalis sanctorum Theodosii, Eustasi, Dionisii, Theodoti.

xvi *Kal. Aug.* In Cartagine, Silicitanorum, id est: Sperati, Martialis, Felicis, Aquilini, Lactantii, Januarii, Generosi, Vestæ, Donatæ et Secundæ sub Saturnino præfecto, qui post primam Christi confessionem in carcerem missi et in ligno confixi, et mane gladio decollati sunt. Mediolano, natalis sancti Marcelli. Autisiodero, depositio beati Theodosii episcopi.

xv *Kal. Aug.* Romæ, Semperosæ matris cum vii germanorum, id est : Petri, Marcelliani, Januarii, Dionisii, Simpronii, Clementis, Germani. In Dorostoro, natalis sanctorum Miliani, Bassi, Maximi, Pauli, cum aliis duobus.

xiiii *Kal. Aug.* Sancti Patris nostri Arsenii, de quo in verbis Seniorum refertur, quia propter redundationem lacrymarum tergendam, sudarium semper in sinu vel in manu habuerit. Constantinopoli, natalis sanctæ Dariæ. Lugduno Galliis, natalis sancti Rustici presbyteri et confessoris.

xiii *Kal. Aug.* In Africa, natalis sanctorum Sabini, Luciani, Petri, cum aliis numero xxviiii. In Tebaida, natalis sancti Victoris. Et in Damaso, natalis sanctorum Maximi, Juliani, Macrobi et aliorum xiiii. In Corintho, natalis sanctorum Ciriaci, Donati, cum aliis xviiii.

xii *Kal. Aug.* Romæ, natalis sanctæ Praxitis virginis. Et sancti Danielis Prophetæ. Et apud Tiburtinam urbem Italiæ, natalis sanctæ Simphorosæ, cum vii filiis : Crescente, Juliano, Nemesio, Primitivo, Justino, Stacteo, Eugenio, cum quibus simul passa est. Massilia, natalis sanctorum Victoris, Alexandri, Deuteri.

xi *Kal. Aug.* Natalis sanctæ Mariæ Magdalenæ. In Antiochia, natalis sancti Cirilli, cum aliis iiii. Et in Anquira Gallaciæ, natalis sancti Platonis cujus gesta habentur.

x *Kal. Aug.* Ravenna, natalis sancti Apollinaris episcopi, qui Romæ ordinatus ab Apostolo Petro, et illuc missus est; qui etiam in Emilia prædicavit, et in partibus Corinthiorum, et in Misia, et in partes Danubii, in partibus quoque Tarchiæ ; in quibus locis exilio religatus est, et ubicumque pervenit, innumeras virtutes fecit, et passiones sustinuit ; nam nimia cæde mactatus est, et rursum diutius fustibus cæsus ac nudis pedibus super prunas impositus, rursum cæsus, et saxo os ejus contusum est; et cum gravissimo ferri pondere inclausus in carcere horrifico, atque in ligno extensus est, ubi ab omnibus quidem neglectus, sed ab angelo publice pastus est; deinde cathenatus atque in exilium directus

rectus

rectus est. In quo rursum diutius fustibus cæsus et rursum in Ravenna ligatus a paganis, cæsus et vulneratus, et rursus in carcerem missus et cæsus, sic martyrium consumavit, sub Vespasiano cæsare, Demostene Patricio. Rexit ecclesiam annis XXVIII, dies VIIII.

VIIII *Kal. Aug.* In Tyro, natalis sanctæ Cristinæ virginis. In Namiternina civitate, miliario LXXXIIII ab urbe Roma, natalis sancti Victurini.

VIII *Kal. Aug.* Natalis sancti Jacobi Apostoli fratris beati Joannis. Et in porto urbis Romæ, natalis sanctorum Arconti, Nni (Nonni). In Sicilia, civitate Samon, natalis sancti Cristofori.

VII *Kal. Aug.* In Leadicia Frigiæ, natalis sanctorum Joviani, Emilli, Felicis. Martiani et aliorum III.

VI *Kal. Aug.* Sancti Simeonis monachi. Nicomedia, natalis sanctorum Juliæ, Jucundæ, Januarii. Autisiodero, depositio beati Æterii episcopi.

V *Kal. Aug.* Laodicia Frigia, natalis sanctorum Titi, Philippi, Alexandri. Nicomedia, natalis sancti Pantaleonis. Mediolano, natalis sanctorum Nazarii et Celsi pueri.

IIII *Kal. Aug.* Romæ, natalis sanctorum Felicis, Simplicii, Faustini, et Viatricis. Eodem die, depositio sancti Lupi episcopi de Trecas, qui cum Germano venit Britanniam, et LII annis sacerdotio functus est; qui tempore Regis Attillæ, qui Galliam vastabat, sicut in himno ejus canitur: dum bello cuncta perderent, orando Trecas munivit. Aurilianis civitate, depositio beati Prosperi episcopi.

III *Kal. Aug.* Romæ, Abdonis et Sennis subregulorum, qui cum in Cordula civitate Persarum vincula paterentur a Decio, ad ultimum duxit eos Romam cathenis obligatos, et diversis pœnis maceratos, ubi primo plumbatis cæsi, et deinde gladio interfecti sunt. Autisiodero, depositio beati Ursi episcopi.

Pridie Kal. Aug. In Africa, civitate Sinnada, natalis sanctorum Democriti, Secundi, Dionisii, Tiri. Autisiodero, depositio sancti Germani episcopi, qui multis virtutibus, doctrina, et continentia clarus, etiam Brittonum fidem per duas vices a Pelagiana hæresi defendit.

Letaniæ indicendæ.

AUGUSTUS HABET DIES XXXI.

Kalend. Augusti. Romæ, sancti Petri Apostoli ad vincula. Antiochia, passio sanctorum Machabæorum VII fratrum, cum matre sua. Gerunda, passio sancti Felicis martyris. Vercellis, Eusebii episcopi, qui moventibus persecutionem Arrianis, sub Constantino principe, martyrium passus est. Galliis civitate Bitturicas, depositio beati Archadii episcopi.

IIII *Non. Aug.* Romæ, sancti Stephani Papæ, qui martyrio coronatus est in persecutione Valeriani principis. Eodem die, natalis sanctæ Theodotæ, cum III filiis suis, qui omnes igne consumpti sunt, præcipiente Diocletiano imperatore sub comite Laodicio.

III *Non. Aug.* Hierosolyma, inventio corporis sancti Stephani Protomartyris, ubi haberi dicitur unus de lapidibus, quibus percussus est, et multas ex eo virtutes sanitatum fieri. Augustiduno, depositio Eufronii episcopi.

Pridie Non. Aug. Via Lavicana miliario ab Urbe XIIII, natalis sancti Sachinti. Nicomedia, natalis sanctorum Segæ et Bartholomei. Lugduno Galliæ, adventus corporis sancti Justi episcopi de eremo.

Nonas Aug. In civitate Augustana, passio sancti Afri. Axiopoli, natalis sanctorum Herenei, Eracli et Bassi. Augustuduno, depositio sancti Cassiani episcopi. Catalonis, depositio beati Memii episcopi.

VIII *Id. Aug.* Sancti Sixti episcopi, Felicissimi, et Agapiti diaconi, qui decollati sunt sub Decio. Decollati sunt cum eo et alii IIII subdiaconi: Januarius, Magnus, Vincentius et Stephanus, ut in gestis Pontificalibus legitur.

VII *Id. Aug.* In Aregio, Donati episcopi, qui, ut Gregorius in Dialogorum meminit, fractum a paganis calicem sanctum ad missas, orando restauravit. Romæ, passio sanctorum XXV Martyrum.

VI *Id. Aug.* Romæ, via Appia, natalis sancti Secundi. Via media, natalis sanctorum Nazarii, Julianæ et Agapæ virginis. Philadelfia, natalis sancti Leonidis. *Eodem die, sancti Cyriaci.*

V *Id. Aug.* Vigilia sancti Laurentii. Eodem die Romæ, natalis sancti Romani militis, qui confessione sancti Laurentii compunctus, petiit ab eo baptizari, et mox, jubente Decio, cum fustibus exhibitus ac decollatus est. Et in Collonia Thusciæ, natalis sanctorum Faustiniani, Marcellini, cum aliis tribus.

IIII *Id. Aug.* Natalis sancti Laurentii sub Decio, qui post plurima tormenta carceris, diversarum laminarum ardentium, ad ultimum in crate ferre (ferrea) assatus martyrium consumavit.

III *Id. Aug.* Romæ, sancti Tiburtii martyris. Et in eadem urbe, juxta duas domus Diocletianas, natalis sanctæ Susannæ.

Pridie Id. Aug. In Sicilia, civitate Cantenensium Eupli diaconi, qui cum diutius torqueretur, decollatus est tempore Diocletiani et Maximiani. Romæ, natalis sanctorum Crisanti et Dariæ; et cum eis passi sunt: Claudius, Jason, Maurus et milites LXX. In Istria, natalis sancti Juliani.

Idus Aug. Romæ, natalis sancti Yppolyti martyris et Concordiæ nutricis ejus, quæ ante ipsum plumbatis cæsa martirizavit, et aliorum XVIIII de domo ejus, qui simul decollati sunt. Eodem die natalis sancti Cassiani martyris, cujus passionem Prudentius poeta versibus explicavit.

XVIIII *Kalend. Septembris.* Natalis sancti Eusebii presbyteri. In Africa, natalis sancti Demetrii. In Aquileia, natalis sanctorum Felicis, Fortunati, Januarii.

XVIII *Kal. Sept.* Assumptio sanctæ Mariæ semper Virginis, matris Domini nostri Jesu Christi. Nicomedia, natalis sanctorum Stationis, Philippi, Euticiani.

XVII *Kal. Sept.* Alexandria, natalis sanctorum Orionis et Emili. In Persida, natalis sancti Tyrsi.

XVI *Kal. Sept.* In Cæsarea, natalis sancti Mammetis monachi. Et octavas sancti Laurentii.

XV *Kal. Sept.* In civitate Prænestina, natalis sancti Agapiti. Et in Ponto, natalis sancti Pontami et Helianæ virginis.

XIIII *Kal.*

XIIII *Kal. Sept.* Natalis sancti Magni et sancti Andreæ martyrum, cum sociis suis duo millium quingentorum CX et VII. Ponto, in Amatica civitate, natalis sanctorum Philonis, Rufini et aliorum V. Et in territorio Bituricæ civitatis, natalis sancti Mariani.

XIII *Kal. Sept.* Cainone castro, depositio sancti Maximini episcopi. Heræ insula, depositio sancti Philiberti abbatis. In Lucana civitate, natalis sanctorum Valentiani, Leonti. In Alexandria, natalis sancti Dioscori.

XII *Kal. Sept.* Hispaniis, natalis sanctorum Julii et Juliani, cum aliis tribus. In porto Romano, natalis sancti Hippoliti. In Sardinia, natalis sanctorum Quadrati episcopi, Traiani. Et in territorio Gavallæ civitatis, natalis sancti Privati martyris.

XI *Kal. Sept.* Natalis sancti Timothei, qui ab Antiochia veniens Romam, sub Militiade Papa susceptus est in ospitium a Silvestro, qui postea episcopus fuit. Qui cum annum totum et aliquot menses ibi prædicans, multos ad Christum convertisset, tentus a Tarquinio Urbis præfecto et lunga carceris custodia maceratus, cum sacrificare idolis noluisset, tertio cæsus et gravissimis suppliciis attractatus, ad ultimum decollatus, et juxta beatum Paulum Apostolum sepultus. Augustiduno, passio sancti Simphoriani martyris.

X *Kal. Sept.* Iu Aquileia, natalis sanctorum Fortunati et Ermogenis, cum aliis II. Lugduno Galliæ, natalis sanctorum Minervi et Eleazari. Remis civitate, natalis sanctorum Timothei, Appolinaris. Augustiduno, depositio sancti Flaviani episcopi. Arvennis, depositio sancti Sindonii episcopi.

VIIII *Kal. Sept.* In India, natalis sancti Bartholomei Apostoli. Romæ, passio sancti Genesii martyris. Rotomaco, depositio sancti Audoeni episcopi et confessoris. Nevernis, depositio beati Patricii abbatis.

VIII *Kal. Sept.* In Provintia Syriæ, natalis sancti Juliani. Capua Campaniæ, natalis sanctorum Rufinæ, Euticæ. Arelato, passio sancti Genesii martyris. Et in eadem Provincia, natalis sanctorum Justi et Pastoris.

VII *Kal. Sept.* Natalis sanctorum Erenei et Abundi Romæ, quos Deciana persecutione, jussit Valerianus incloacari, eo quod corpus beatæ Concordiæ in cloacam missum, levaret; et ipsorum quoque corpora levavit Justinus presbyter et sepelivit in cripta juxta beatum Laurentium. Et in eadem urbe, natalis sanctorum martyrum Mercurii, Maxiliani, Quintini.

VI *Kal. Sept.* Romæ, natalis sanctorum Hermetis et Basillæ. In Lucana, natalis sancti Felicis cum aliis III. Arelati, depositio sancti Cæsarii episcopi et confessoris. Augustiduno, depositio beati Siagrii episcopi.

V *Kal. Sept.* In Africa, Ippone regius, passio sancti Augustini episcopi, qui primo de sua civitate Sardiniam translatus, sed nuper a Luitbranno rege Langobardorum Ticinis relatus, et honorifice conditus est. Romæ, natalis sancti Ermetis. In territorio Arvennis, passio sancti Juliani martyris. Sanctonis civitate, depositio beati Biviani episcopi et confessoris.

IIII *Kal. Sept.* Romæ, natalis sanctæ Sabinæ virginis et martyris. Eodem die, decollatio sancti Joannis Baptistæ, qui primo in Samaria conditus, nunc in Alexandria: porro caput de Hierosolymis ad Phœnicem urbem Emissam delatum. Et depositio Elisei prophetæ.

III *Kal. Sept.* In Venusia, civitate Apuliæ, natalis sanctorum Felicis episcopi civitatis Tubzocensæ, et Audacti presbyteri, et Fortunatiani et Septemini lectorum, qui temporibus Diocletiani in sua civitate tenti a Magnelliano curatore XVIII Kal. Julii, inde multis diu vinculis et carceribus macerati, et in Africa et in Sicilia, tandem gladio consumati sunt. Felix LVI annorum virgo obiit. Romæ, Gaudentiæ virginis.

II *Kal. Sept.* Treveris, depositio sancti Paulini episcopi, qui pro fide Catholica a Constantio imperatore Arriano exilium passus, ubi et requievit. Ancyra Galatiæ, natalis sanctorum Gaiani, Juliani, Rufini, cum aliis XI. Autisiodero, depositio beati Optati episcopi.

Letaniæ indicendæ.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

Kalend. Septembris. In villa Erdona, in Appollia, in Galliis, Senonas civitate, depositio beati Lupi episcopi et confessoris. Capua, natalis sancti Prisci. Cartagine, natalis sanctorum Fortunati, Donati, Felicis. Celomannis, depositio sancti Victoris episcopi.

IIII *Non. Sept.* Nicomedia, natalis sanctorum Zenonis, Gorgoni, Theodotæ, cum filiis suis. Lugduno Galliæ, depositio sancti Justi episcopi et confessoris.

III *Non. Sept.* In Provincia Syriæ, sub Constantio imperatore, passio sancti Antonii adolescentis annorum XX et Aresti episcopi, cujus gesta habentur.

Pridie Non. Sept. In Ancyra Galatiæ, natalis sanctorum Silvani, Marcelli, Maximi, cum aliis XIIII. Romæ, depositio sancti Bonifacii episcopi. Galliis, civitate Cavillono, passio sancti Marcelli episcopi et martyris.

Nonas Sept. Romæ, natalis sanctorum Taurini, Arestosii. In Capua Campaniæ, natalis sanctorum Ferreoli et Ferructionis.

VIII *Id. Sept.* Romæ, natalis sancti Eleutheri episcopi. Et depositio Zachariæ prophetæ.

VII *Id. Sept.* Cappua, natalis santi Senoti. Et passio sancti Anastasii. Arelato, depositio Augustalis episcopi. Aurelianis, depositio beati Euortii episcopi. Et in territorio....

Cetera desunt.

SPECIMINA TRIA

Ex Martyrologiis S. Maximi apud Treviros, S. Cyriaci Romæ, et Barberiniano majori.

PRIMUM SPECIMEN

Ex Sanmaximiano, descripto manu P. Alexandri Wilthemii, quod incipit a festivitatibus Apostolorum.

MENSIS JULIUS.

Kalend. Julii. In monte Or, depositio Aaron. Passio sanctorum Apostolorum Simonis Cananei et Judas Zelotis. Remis civitate, depositio sancti Teuderici presbyteri.

VI *Non. Jul.* Natale sanctorum Processi et Martiniani et aliorum.

V *Non. Jul.* Translatio sancti Tome Apostoli, qui passus est in India.

IIII *Non. Jul.* Turonis civitate, ordinacio episcopatus et translatio corporis sancti Martini. Et natale sanctorum Petri et Marcellini.

III *Non. Jul.* In Africa, natale Jocundiani, Agathoni, Trifonis, Thomi.

Pridie Non. Jul. Octabas Apostolorum. Augustiduno, depositio sancti Leonti.

Nonas Jul. In Alexandria, Eracli, Apollonis, Publi cum aliis.

VIII *Id. Jul.* In Nicia, Sustrati, Eracli, Speri, Emmi ib. *(Forte* alibi *aut* aliorum.)

VII *Id. Jul.* In Tomis, Zenonis, Vitalis, Cirilli episcopi, Fraterni.

VI *Id. Jul.* Romæ, natalis sanctorum septem fratrum, Felicis, Philippi, Maximi.

V *Id. Jul.* Natale sancti Benedicti abbatis. Alibi, Januarii, Stephani.

IIII *Id. Jul.* In Sicilia, civitate (Catana,) natale sanctæ Agathæ virginis. Namoris.

III *Id. Jul.* In Alexandria, Seraphionis, Menci presbyteri, Trofimi vir. (*Lege* Trophimæ virginis.)

Pridie Id. Jul. In Africa, Donatæ. Sancti Foci episcopi. Natale Justi episcopi. Amici.

Idus Jul. In Alexandria, natale sanctorum Philippi, Zenonis, Jacobi.

XVII *Kalend. Augusti.* In civitate Hostia, natale sancti Hilarini. Et natale sancti Valentini.

XVI *Kal. Aug.* In Africa, Aquilini. Sancti Marcelli. Depositio beati Teodosi.

XV *Kal. Aug.* Romæ, via Tiburtina, natale sanctorum Symphorosæ.

XIIII *Kal. Aug.* In Alexandria, Sisinni, Machadori. Sancti Dariæ et aliorum.

XIII *Kal. Aug.* In Africa, natale sanctorum Sabini, Luciani, Victoris.

XII *Kal. Aug.* Natale sancti Pancrati. In Africa, natale sanctorum Victoris.

XI *Kal. Aug.* Natale sancti Apolonaris. Antiochia, Cirilli, Andrei.

X *Kal. Aug.* Romæ, via Tiburtina, natale sancti Vincenti. Et sancti Apol. (Apollinaris.)

VIIII *Kal. Aug.* In Arminia civitate, milites LXXXIII. Sanctæ Christinæ.

VIII *Kal. Aug.* Natale sancti Jacobi Apostoli, fratris sancti Johannis. Passio sancti Cristofori.

VII *Kal. Aug.* In Laudiciæ Frigiæ, Emili, Felicis, Marciani.

VI *Kal. Aug.* In Nola civitate, natale sancti Felicis, Jocunde et aliorum.

V *Kal. Aug.* Natale sanctorum Simplici, Faustini et Beatricis. Nazari et Celsi.

IIII *Kal. Aug.* Natale sancti Felicis. Tricas civitate, depositio sancti Lupi episcopi.

III *Kal. Aug.* Natale sanctorum Abdo et Sennes. Fausti, Justi. Antisiodero, Ursi.

Pridie Kal. Aug. Democreti, Dionisi. Antisiodero, Germani confessoris.

In reliquis idem annuntiandi modus.

SECUNDUM

SECUNDUM SPECIMEN

Ex Martyrologio S. Cyriaci. Quod incipit a Kalendis Januarii.

JULIUS HABET DIES XXXI.

LUNA VERO EJUS XXX.

Kalend. Julii. Rome, Gagi Pape et sanctorum Luceie virg. et Acceie regis, cum aliis VIII. Et in monte Or, depositio Aaron sacerdoti primi.

VI *Non. Jul.* Rome, natalis sanctorum Processi et Martiniani. Et depositio Melziadis PP.

V *Non. Jul.* Translatio Thome Apostoli in Edessa ; passus vero in India.

IIII *Non. Jul.* Turonis, translatio sancti Martini confessoris, vel ordinatio episcopatus ejus, seu dedicatio basilice ipsius. Et natalis sancti Lauriani martyris, cujus caput Hispalim portatum est.

III *Non. Jul.* In Sicilia, Agathoni, Triphonis, Feratoris, Theodoti, Secundini.

Pridie Non. Jul. Isaie Prophete. Et octabas Apostolorum.

Nonas Jul. In Alexandria, Partheni, Eraclei, Publici, cum aliis XVIII.

VIII *Idus Julii.* Natale Procopii in Palestina, qui ab Scitopoli ductus Cesaream, ad primam responsionum ejus confidentiam irato judice Flaviano, capite cesus est.

VII *Id. Jul.* In civitate Tyre, natalis sanctorum Anatholie, et Audacis sub Decio imperatore, quorum Anatolia cum multos in Piceno infirmos, lunaticos ac demoniacos curasset, ducta est jubente Festiano ad civitatem Tyrie et diversis plagarum generibus vexata ; deinde cum repente tota nocte inclusa est, nihil lesa est. Quin et ipsum Marsum, qui serpentem dimiserat, nomine Audacem, mane a suo serpente devorandum, eripuit et ad Christi martyrium devertit. Nam ipse post hoc ob confessionem veritatis in custodiam datus, nec mora, capitali sententia coronatus est. Ipsa quoque Christi virgo gladio transverberata, cum staret extensis manibus in oratione, ita ut per dextrum latus gladius missus, per sinistrum exiret ; quæ passa est VIII Idus Julii, sepulta autem mane a civibus Tyrenensibus. Audax vero, quia de Oriente erat, ab uxore sua et filiis illo translatus est. Eodem die VII Iduum Juliarum, de presidio (depositio) sancti Patris nostri Effrem.

VI *Id. Jul.* Septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis ; id est Felicis, Philippi, Vitalis, Marcialis, Alexandri, Silani et Januarii sub prefecto Urbis Publio, tempore Antonini Principis. E quibus Januarius post verbera virgarum et carcerem ac plumbatis occisus est ; Felix et Philippus fustibus mactati ; precipitio Silanus interemptus est ; Alexander, Vitalis et Marcialis capitali sententia sunt puniti. Et sanctarum Ruffine et Secunde.

V *Id. Jul.* Depositio sancti Benedicti abbati. Rome, sanctorum Leonitii, Stephani, Mauricii.

IIII *Id. Jul.* In Aquileia, Fortunati, Agathe virginis, Naboris et Felicis.

III *Id. Jul.* In Alexandria, Sertipionis, Actali, Zenonis, Trophime virginis.

Pridie Id. Jul. Sancti Focati episcopi Ponti, qui sub Traiano imperatore, prefecto Africano, carcerem, vincula, ferreum igneum etiam pro Christo superavit ; cujus reliquie in Basilica Apostolorum in Gallia civitate Vienna habentur. Gallia, natale sancti Justi episcopi et confessoris.

Idus Julii. Sancti Cirici, Philippi, Secundi, Marcialis. Et Jacobi episcopi Nizivis, qui in corpore multa signa fecit, et arca Noe solus vidit in monte, nulli alio, de his qui cum eo perrexerant, videre est permissum.

XVII *Kalend. Augustas.* In Hostia, natalis sancti Ylarini, qui persecutione Juliani, cum nollet sacrificare, fustibus cesus, martyrium sumpsit. In Antiochia, Theodosii, Eustasi, Dionisi.

XVI *Kal. Aug.* In Cartagine, Sulidanorum, id est : Sperati, Marcialis, Cithii, Vestorii, Felicis, Aquilini, Lactantii, Januarii, Generosi, Veste, Donate et Secunde sub Saturnino prefecto, qui post primam Christi confessionem in carcere, et in ligno confixi et mane gladio decollati sunt. Autisiodoro, Theodosii episcopi. *Et sancti Alexii confessoris.*

XV *Kal. Aug.* Natale sancti Arnulphi confessoris. Rome, Symphorose matris VII germanorum.

XIIII *Kal. Aug.* Sancti Patris nostri Arsenii, de quo in verbis Seniorum refertur, quæ per pater (quia propter) redundationem lacrimarum tergendam sudarium semper in sinu vel in manu habuerit. Et alibi, Rustici.

XIII *Kal. Aug.* Romæ, passio sancti Strie, Magrini, Nestite, Satiri, Amirini, Secundi. Sancte Margarite virginis et martyris.

XII *Kal. Aug.* Natale sancte Praxedis virginis Et sancti Danihelis prophete. Et apud Tiburtinam urbem Italie, natale sancte Symphorose, cum septem filiis, Crescentie, Juliano, Necomesio, Primitivo, Justino, Stacteo, Eugenio, cum quibus simul passa ab Adriano principe, qui ipsam Symphorosam jussit palmis cedi, deinde suspendi crinibus, sed cum superari nullatenus posset, jussit eam alligato saxo in fluvium precipitari. Cujus frater Eugenius, curie principalis Tyburtine, colligens corpus ejus sepelivit. Mane imperator jussit septem figi stipites, ibique filios ejus ad trocleas extendi, et Crescentem in gutture transfigi ; Julianum in pectore ; Nemesium in corde ; Primiti-

vum per umbilicum; Justinum per membra distensum scindi per singulos corporis nodos atque juncturas; Stacteum lanceis innumerabilibus, donec moreretur, in terra configi; Eugenium findi a pectore usque ad inferiores partes. Altera autem die, Adrianus precepit corpora eorum simul auferri et projici in foveam altam, et posuerunt pontifices nomen loci illius, ad septem Biathanatos.

XI *Kal. Aug.* Natale sancte Marie Magdalene. In Antiochia, Arilli, Andree.

X *Kal. Aug.* Natale sancti Apollenaris episcopi in Ravenna. Qui Rome ordinatus ab Apostolo Petro, et illuc missus est. Qui etiam in Emilia predicavit, et in partibus Corinthiorum, et in Misia, et in ripa Danubii, et in partibus Tharachie, in quibus locis exilio religatus est, et ubicumque pervenit, innumeras virtutes fecit et in passiones sustinuit: nam nimia eum cede mactatus est, et rursum diutius fustibus cesus ac nudis pedibus super prunas impositus; rursum cesus, et eculeo appensus tortus est, et saxo hos ejus contusum est, et cum gravissimo ferri pondere inclusus in carcere horrifico atque in ligno extentus est, ubi ab hominibus quidem neglectus, sed ab Angelo publice pastus est. Deinde catenatus in exilium directus est; in quo rursum diutius fustibus cesus et rursum in Ravenna ligatus a paganis, cesus et vulneratus et rursum in carcerem missus, et cesus; sic martyrium consumavit sub Vespasiano cesare, Demostene Patricie. Rexit ecclesiam annos XXXVIII, dies quatuor. *Vide Bedam.* Rome, Vincentii. Natale Primitivi.

VIIII *Kal. Aug.* Natale sancte Cristine virginis. In A.... tno (Amiterno), sancti Victorini martyris.

VIII *Kal. Aug.* Natale sancti Jacobi Apostoli Zebedei. Et sancti Christophori.

VII *Kal. Aug.* In Laodicie Frigie, Jobiani, Juliani, Felicis, Marciani. *Sancti Pastoris presbyteri.*

VI *Kal. Aug.* In Siria, Simeonis monachi. In Nicomedia, Juliani, Jocundi. In Nicomedia, sancti Pantaleimonis.

V *Kal. Aug.* In Mediolanum, Nazarii et Celsi. In Britannia, sancti Samsonis episcopi et confessoris.

IIII *Kal. Aug.* Natale sanctorum Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis. De presidio (Depositio) sancti Lupi episcopi de Trecas, qui cum Germano venit Brittania, et anni (annis quinquaginta) sacerdotio functus est. Qui tempore regis Attile, qui Galliam vastabat, sicut in ymno ejus canitur: Dum bella cuncta perderent, orando Trecas muniit. Alibi, depositio Prosperi episcopi.

III *Kal. Aug.* Rome, Abdon et Sennes subregulorum, qui cum in Corduba civitate Persarum, vincula paterentur a Decio, ad ultimum adduxit eos Romam catenis obligatis et diversis pœnis maceratis, ubi primum plumbatis cesos deinde gladio interfecti sunt.

Pridie Kal. Aug. Autisiodoro, depositio sancti Germani episcopi. Et natale sanctorum Secundini, Maxime. Eodem die, reconciliatio sancti Nicolai.

TERTIUM SPECIMEN

Ex Barberiniano acephalo. Quod incipit ab idibus Martii.

JULIUS HABET DIES XXXI.

LUNA XXX.

Kalend. Julias. Romæ, natale sanctarum Luciæ virginis, et Aucenæ reginæ, cum aliis XXI. Anisolæ monasterio, depositio S. Carilephi presbyteri. In monte Or, depositio Aaron sacerdotis. In Mesopotamia, Zeli, cum aliis sex. Orionis, cum aliis VIIII. Et aliorum ducentorum septuaginta quatuor. Augustiduno, depositio Leontii episcopi et S. Quintiani.

VI *Non. Jul.* Romæ, passio sanctorum militum Processi et Martiniani. Et natale S. Damasi Papæ, et depositio Meltiadis episcopi. Turonis, depositio S. Monegundæ virginis.

V *Non. Jul.* In Edissa, translatio S. Thomæ Apostoli, qui fuit passus in India XII Kal. Januarii. In Alexandria, Triponis, Menelai, Cyrilli, Juliani. Constantinopoli, Eufemiæ, Acaci, Demetrii.

IIII *Non. Jul.* Turonis, ordinatio episcopatus, et translatio corporis et dedicatio basilicæ S. Martini episcopi et confess. In Syrmia, Sabbatiæ, Innocens, cum aliis triginta. Betirivo civitate, natale sancti Lauriani episcopi et martyris.

III *Non. Jul.* In Sicilia, Agathonis et Triphonis. In Thomis, Stratoris, Theodoci, Rodofiæ. Secundini. In Alexandria, Arpotis.

Pridie Non. Jul. Esaiæ prophetæ. Romæ, octava Apostolorum. In Syria, Zotici, Amandi, Artetis. Augustiduno, depositio S. Leontii episcopi. In Alexandria, Arthoti, Zeti, Philippi, Severi. Eodem die in Binga, natalis S. Goaris.

Nonas Julii. In Alexandria, Partheni, Eradii, Apollonii, cum aliis decem et octo. Et alibi, Alexandri, Partiminii.

VIII *Idus Jul.* In Palestina, natalis S. Procopii martyris, qui ab Scithopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionum ejus confidentiam irato Judice Flaviano, capite cæsus est. Augusta Virmandorum, inventio corporis S. Quin-

tini martyris. Et alibi, Agresti, Primuli. In Nicæa, Sostrati, Eradii.

VII *Id. Jul.* In civitate Tyræ, natale sanctorum Anatholiæ virginis et Audacis martyris sub Decio imperatore, quorum Anatholia, cum multos in Picæno infirmos, lunaticos, ac dæmoniacos curasset, deducta est, jubente Festiniano, in civitatem Tyriæ, et diversis plagarum generibus vexata. Deinde cum serpente tota nocte inclusa, nihil læsa est: quin et ipsum Marsum, qui serpentem dimiserat, nomine Audacem, mane a suo serpente devorandum eripuit et ad Christi martyrium converti. Nam ipse post, ob confessionem veritatis, in custodiam datus, nec mora, capitali sententia coronatus est. Ipsa quoque Christi virgo gladio transverberata, cum staret extensis manibus in oratione, ita ut per dextrum latus gladius missus, per sinistrum exiret. Quæ passa est VII Id. Jul.; sepulta autem mane a civibus Tyrenensibus. Audax vero, quia de Oriente erat, ab uxore sua et filiis illo translatus est. Eodem die, depositio sancti Patris nostri Effrem. Romæ, natale virginum Flavianæ, Faustinæ.

VI *Id. Jul.* Romæ, passio sanctorum septem fratrum filiorum S. Felicitatis. Id est: Felicis, Philippi, Vitalis, Marcialis, Alexandri, Silani, et Januarii, sub præfecto Urbis Publio, tempore Antonini principis. E quibus Januarius post verbera virgarum et carcerem ac plumbatis occisus est; Felix et Philippus fustibus mactati; Silanus præcipitio interemptus est; Alexander, Vitalis, et Martialis capitali sententia sunt puniti. Romæ, passio *S. Rufinæ et Secundæ.*

V *Id. Jul.* Romæ, passio sanctorum Stephani, Leontii, Mauricii et Militonis. In pagum Aurelianensem, inventio corporis S. Benedicti abbatis et depositio ejusdem.

IIII *Id. Jul.* Mediolano, Naboris, Felicis et Primitivi. In Aquileia, natale sanctorum Fortunati et Armogeni. Lugduno Galliæ, depositio S. Viventioli episcopi.

III *Id. Jul.* In Alexandria, Serapionis, Melei, Zenonis, Nasei, Attali, Menei presbyteri et Trofimæ virginis.

Pridie Id. Jul. Natalis S. Focati episcopi Ponti, qui sub Traiano imperatore, præfecto Africano; carcerem, vincula, ferrum, ignem etiam pro Christo superavit, cujus reliquiæ in basilica Apostolorum in Gallia civitate Vienna habentur. Lugduno Galliæ, depositio sanctorum Justi et Amanti episcoporum.

Idus Julii. In Alexandria, natale sanctorum Philippi, Zenonis, Nasei et decem sororum. In Cartagine, natale S. Catholini diaconi. Eodem die, S. Quirici et Julitæ matris ejus.

XVII *Kal. ad. Augusti.* In civitate Hostia, passio Hylarani, qui sub persecutione Juliani, cum nollet sacrificare, fustibus cæsus martyrium sumpsit. In Cæsarea, natale sanctorum Pauli et Mammetis. Et natale sanctorum Valentini Theoni, Diocletis

XVI *Kal. Aug.* In Cartagine, passio sanctorum Sicilitanorum martyrum, id est: Sperati, Marcialis, Cithii, Vesturii, Felicis, Aquilini, Lactantii, Januarii, Generosi, Vastæ, Donatæ et Secundæ, sub Saturnino præfecto; qui post primam Christi confessionem, in carcerem missi, et in ligno fixi, et mane gladio decollati sunt. Mediolano, natale S. Marcelli. *Romæ, S. Alexii.*

XV *Kal. Aug.* Romæ, apud Tiburtinam urbem Italiæ, passio S. Simphorosæ, cum septem filiis suis (S. Brunonis episcopi confessoris.) Nemesio, Primitivo, Justino, Stracteo, Eugenio, cum quibus simul passa est ab Adriano principe, qui ipsam Simphorosam jussit palmis cædi, deinde suspendi crinibus. Sed cum superari nullatenus posset, jussit eam alligato saxo in fluvium præcipitari. Cujus frater Eugenius curiæ principalis Tiburtinæ, colligens corpus ejus, sepelivit, et mane imperator jussit septem figi stipites, ibique filios ejus ad trocleas extendi et Crescentem in gutture transfigi; Lucianum in pectore; Nemesium in corde; Primitivum in umbilico, Justinum per membra distensum scindi per singulos corporis nodos atque juncturas; Stacteum lanceis innumerabilibus, donec moreretur, in terra configi; Eugenium findi in pectore usque ad inferiores partes. Altera autem die Adrianus præcepit corpora colligi. In Ponto, Amantiæ civitate, natale Pontini, Filantii, Helianæ virginis, Mariæ virginis.

XIIII *Kal. Aug.* Natalis S. Arseni monachi, de quo in verbis Seniorum refertur, quia propter redundationem lachrimarum tergendam, sudarium semper in sinu vel in manu habuerit. In Alexandria, Sisinni. In Spania, natale S. Justi. Lugduno Galliæ, depositio Rustici episcopi et confessoris.

XIII *Kal. Aug.* Romæ, natale sanctorum Passeriæ, Macrini, Saturi. In Africa, Sabini, Luciani, Amabilis. In Thebaida, natale Victoris. In Damasco, natale Maximi, Luciani, Macrobii, cum aliis decem.

XII *Kal. Aug.* Romæ, natale S. Praxedis virginis. Eodem die, S. Danielis prophetæ. In Massilia, natale sanctorum Victoris, Alexandri, Feliciani et Longini.

XI *Kal. Aug.* Natale S. Mariæ Magdalenæ. In Antiochia, natale sanctorum Cyrilli, Andreæ, Tabelli. Et alibi, natale S. Platonis.

X *Kal. Aug.* In Ravenna, natale S. Apollinaris episcopi et martyris, qui Romæ ordinatus ab Apostolo Petro, et illuc missus est. Qui etiam in Æmilia prædicavit, et in partibus Corinthiorum, et in Mesia, et in Ripa Danubii, et in partibus Traciæ, in quibus locis exilio religatus, et ubicumque pervenit, innumeras virtutes fecit et passiones sustinuit; nam nimia cæde mactatus est, et rursum diutius fustibus cæsus, et eculeo appensus, tortus est, et saxo os ejus contusum est, et cum gravissimo ferri pondere inclusus in carcere horrifico atque in ligno extensus est, ubi ab hominibus quidem neglectus, sed ab Angelo publice pastus est. Deinde catenatus in exilium directus est, in quo rursum diutius fustibus cæsus et rursum Ravennæ ligatus, a paganis cæsus, sic martyrium consumavit sub Vespasiano cæsare, Demostene Patricio. Rexit ecclesiam annis viginti octo et diebus quatuor. Romæ, natale S. Primitivæ et S. Vincentii martyris.

VIIII *Kal. Aug.* Romæ, natale S. Victurini. In Arminia civitate, natale sanctorum Theonis, Victoris, Militonis. In Tyro civitate, natale S. Christinæ virginis.

VIII *Kal. Aug.* Hierosolimæ, passio S. Jacobi Apostoli Zebedei, fratris Joannis Euangelistæ, qui decollatus est in civitate Hieresolima jussu Hærodis, qui fuit nepos Hærodis, filius Archelai. In Licia, civitate Samon, passio

S. Christophori

S. Christophori martyris. Parisio, translatio corporis S. Germani episcopi et confessoris.

VII *Kal. Aug.* In Laodicia Phrigiæ, natale sanctorum Joviniani, Juliani, Felicis, Marciani. Et alibi, natale sanctarum Mucianæ, Laudaiæ.

VI *Kal. Aug.* In Nicomedia, natale sanctorum Juliæ, Secundæ, Januarii. Et in Sicilia, natale S. Symeonis monachi. Autisiodoro, depositio sancti Ætherii episcopi et confessoris. Et S. Pantaleymon.

V *Kal. Aug.* In Nicomedia, natale sanctorum Nazarii et Celsi. In Laodicia, civitate Phrigiæ, natale sanctorum Theophili, Prudentii, Philippi, Alexandri. Et alibi, natale S. Augustæ virginis. In occiduis partibus....

IIII *Kal. Aug.* Romæ, natale sanctorum Felicis Papæ, Simplicii, Faustini, et Beatricis. Trecas civitate, depositio S. Lupi episcopi (qui) cum Germano venit Britanniam, et quinquaginta annis sacerdotio functus est. Qui tempore regis Atilæ qui Galliam vastabat, sicut in hymno ejus canitur: Dum cuncta bella perderent, orando Trecas muniit.

III *Kal. Aug.* Romæ, passio sanctorum Abdon et Sennes subregulorum, qui cum in Cordula civitate Persarum vincula paterentur a Decio, ad ultimum duxit eos Romam catenis obligatos et diversis pœnis maceratos, ubi primo plumbatis cæsi, deinde gladio interfecti sunt. Autisiodoro, depositio S. Ursi episcopi.

Pridie Kal. Aug. In Africa, civitate Sindana, natale SS. Democriti, Secundi, Dionisii, Tyrsi.

KALENDARIA DUO

ANTIQUA

A Furio Dionysio Filocalo an. CCCLIV, et Polemeo Silvio an. CCCCIIL, conscripta.

PRÆFATIO EDITORIS

Promissio Bollandi de edendo Polemeo Silvio

Tandem pervenimus Deo propitio, ad calcem primi semestris sacri de Actis Sanctorum. Inde, antequam plene imponamus finem, redeo ad principium totius Operis, memor Bollandum in Præfatione generali, quemadmodum § VIII promisit, alias editum iri a se Martyrologium Usuardi *nativa simplicitate sua*; ita et § III spem fecisse futurum, ut *Laterculum Polemei Silvii aliquando* e codice Ms. vulgaret. Neutrum autem præstitit, quia otium non invenit, postquam grande Opus, quod meditabatur, serio aggressus est, quodque tantum negotii optimo viro dedit, ut sepositis alienis ab Opere suscepto curis, etiam adjutorem sibi ad illud promovendum asciscere mox coactus fuerit. Fidem Bollandi pro prima parte nuper solvit collega noster Joannes Baptista Sollerius, diligenti studio et accuratione præstans, quod ille promiserat, in edendo Martyrologium Usuardi genuinum suæque nativæ simplicitati restitutum, rescissis multorum additamentis; quæ tamen, ne lectores laterent, seorsim subjunxit. Proxime enim ad Acta Sanctorum spectat Martyrologium illud, ex quo antiquus et legitimus omnium fere, qui octo primis et dimidio æræ Christianæ seculis sanctimonia floruerunt, cultus in Ecclesia firmiter comprobatur.

hic solvitur.

2. Alteram Bollandi promissionem de *Laterculo Polemei* hic solvimus. Codex noster in quo laterculus continetur, membraneus est spissus, philyras CCXXXI numerans; charactere minuto, sed stante scriptus eadem manu a capite ad calcem, non sine mendis. Complectitur varia varii argumenti opuscula scriptorum, quorum maxima pars prioribus seculis, saltem ante annum millesimum floruerunt. Inter illa præsens Silvii opusculum habetur pag. 94. Initium ejus produxit Bollandus loco citato cum Kalendarii mense Januario aliisque nonnullis; notavitque, non male, auctorem potius *P. Annejum Silvium*, quam *Polemeum Silvium*, nominandum esse. Scripsit Auctor, uti in adjunctis et immixtis Kalendario aliis opusculis ipse refert, anno vulgaris æræ CCCCIIL initio sequentis. Habet enim sub hoc titulo suo: *Nomina omnium Principum Romanorum;* in fine sequentia: *D. N. Theodosius præsens Augustus, D. N. Placidus Valentinianus; sub quibus Joannes tyrannus extinctus est, et a quibus cum DD. matre Placidia, uxore Eudoxia, Augustis, nunc imperium possidetur. Quod Postumiano et Zenone viris clarissimis consulibus, annotavi.* Certum est Consules hic nominatos præcessisse ac præfuisse anno Christi CCCCIIL.

Ætas scriptoris.

3 Item sub titulo, *Breviarium temporum*, qui Kalendario, post mensem Augustum, inseritur, isthæc leguntur etiam ad calcem: *Cujus regni* Romanorum (de illius quippe regibus, consulibus et imperatoribus agitur) *ab Urbis exordio mille et ducentis completis annis; Postumiano et Zenone consulibus, Asterio consule, tamquam primus annus incipit.* Fuerunt Posthumianus et Zeno consules, uti jam diximus, anno CCCCIIL; fuit Asterius anno sequenti. *Hæc ergo* (loquor verbis Bollandi) *scripsit Silvius anno CCCCIIL, et initio sequentis, cum necdum Romæ sciretur, quis Constantinopoli consul esset,*

qui Protogenes fuit. His præmissis, ut de ætate scriptoris nostri constet, accedo ad Kalendarium ipsum, quod dudum per litteras multorum rogati fuimus ; ipsumque e codice citato promam prout ibi legitur. Atque ex opposito columnatim apponam Kalendarium aliud ejusdem propemodum formæ, at annis fere centum prius vulgatum a *Furio Dionysio Philocalo*; et *Valentino*, nescio cui, inscriptum. Illud e Ms. itidem nostro, sed deficientibus quatuor mensibus, olim edidit Ægidius Bucherius in commentario de Victorii Aquitani Canone Paschali; quod Kalendarium anno Christi vulgari CCCLIV conscriptum fuit.

Additur Kalendarium aliud.

de quo præfatur Bucherius

4 Ad Kalendarium illud sic præfatur Bucherius : *Si quod de horum opusculorum* (quæ ex eodem Ms. nostro jam impresserat suo in Commentario) *ætate dubium superesset, hoc unico Kalendario tolli posset. Præcipuas enim Constantini Magni filiique Constantii de tyrannis barbarisque victorias, velut adhuc calentes, exhibet, et suis diebus assignat. Quin et in Cæsarum Natalibus eumdem Constantium, non, ut reliquos imperatores mortuos, DIVUM, sed, ut adhuc superstitem, DOMINUM appellat. Opusculi pretium accendunt non pauca, tum ad sacram, tum ad civilem historiam hic prodita, aliis intacta : ut tute lector, statim agnosces. Dolendum, quatuor mensibus, Martio, Aprili, Maio et Junio, truncatum ad nos pervenisse.... Valentino cuidam inscribitur, mihi hactenus ignoto; nisi quod paulo ante* (in Catalogo Pontificum Romanorum) *basilicam a Julio Pontifice via Flaminia, milliario secundo constructam, Valentini appellatam notem. An idem sit, conjiciendum relinquo.* Non putem.

Ecclesia S. Valentini ab ipso Sancto appellata est.

5 Quia istic loci via Flaminia haud procul a ponte Milvio ecclesia olim stetit, a *sancto Valentino* appellata, non a Valentino quodam conditore ; cum ipse Julius supra dicatur illam condidisse, quod etiam affirmat Anastasius, *unam ipsum basilicam fecisse juxta forum, et aliam via Flaminia*, ubi et cœmeterium fecit et corpus S. Valentini, eadem via sub Claudio Imp. decollati, posuit. Eadem ecclesia legitur apud eumdem Anastasium, deinde magni nominis, et a variis Pontificibus restauratam, ornatam et honoribus auctam fuisse, puta a Theodoro, sub annum DCXLV; Benedicto II, DCLXXXV; Adriano I, DCCLXXII, Leone III, et Gregorio IV. Cum vero dudum varia temporum fortuna fuerit collapsa, situs tamem ejus memoria non omnino interiit, scribentibus Panvinio, Bosio et Floravante, fuisse in vinea ibidem loci, quæ nunc Fratrum S. Augusti est. Et nuper Augustinus Lubin in Notitia Abbatiarum Italiæ pag. 346, sic narrat de ecclesia et cœmeterio S. Valentini, a Julio constructis ; *Hoc ipso momento quo ista scribimus, medio scilicet Januario anno MDCXCIII, aliqua nobis apparuere vestigia. Dum enim novi ædificii construitur murus, reperta sunt plura antiquæ ecclesiæ indicia, sepulcra videlicet, sepulcrorumque inscriptiones, plurima defunctorum ossa; et Christiani cœmeterii irrefragabile argumentum, concha sepulcralis lapidis Parii, egregie sculpta undosis meandris, cubitali crucis signo supersculpto, cum tribus craniis pluribusque mortuorum ossibus; lapis quoque marmoreus cum cruce bicubitali desuper insculpta ; duorum prominentiæ digitorum marmoreum legile ad missas, et ærea campanula ad elevationem hostiæ : quæ ipse oculatus vidi scrutator exactissimus.* Hæc Lubinus, qui nimium nos moratus hic est.

non ab alio Valentino qui inde dici non potest Christianus fuisse

6 Ista igitur S. Valentini basilica ab ipso Sancto sic denominata extitit, non a Valentino quodam ejus conditore, qui nullus hic fuit. Neque is illo ex capite dici potest Christianus fuisse. Si quid indicii hominis Christiani, aut in scriptore aut in illo cui inscriptum opusculum est, quæritur; erui id deberet vel ex tabula picta quæ præfigitur, vel ex litteris Dominicalibus septem, quæ singulis diebus more Christianorum ordine suo, una cum octo Nundinalibus, apponuntur. Reliqua enim omnia apparent profana esse.

posset forte aliunde

7 Tabula in frontispicio posita repræsentat portam, cui velum prætenditur, in eoque, summo loco scriptum : *Valentine, floreas in Deo.* In medio conspicitur monogramma, circulo inclusum, cum hisce litteris, varie inter se implexis : I. R. A. F. V. T. E. Œdipus explicet, non ego. Infra duo genii hinc et inde tenent tabulam oblongam, in cujus utrimque ansis hæc verba . *Furius Dionysius Filocalus titulavit*, in tabula vero ipsa, medio loco et majusculis scriptum : *Valentine, lege feliciter* ; dextrorsum autem : *Valentine, vivas, floreas*; et sinistrorsum : *Valentine, vivas, gaudeas.* Genii, qui portant, alati sunt, atque videri possunt, si ubera spectes protuberantia, gentilium esse pictura; si pudenda, peplo sollicite tecta, Angelos diceres : certe occultatio hæc, gentilibus insolita, aliquid modestiæ atque verecundiæ Christianæ sapit. Sed neque inscriptio : *Floreas in Deo,* gentilismum olet; neque gentilis facile credi potest in suo Kalendario apposuisse notas Christianorum Dominicales. Facilius potest credi, Christianum suis Dominicalibus adjunxisse Nundinales ex usu antiquo ad intelligentiam gentilium, tunc adhuc nimis multorum.

8 De præmissis statuat quisque ut volet. Moneo de sequentibus Kalendariis pauca. Primum, quod a Bucherio editum dixi, non ex ipso hic profero, quia præter alia, minus correcta, deficiunt ibi, ut supra jam indicatum est, menses quatuor : Martius, Aprilis, Maius, et Junius. Inspeximus nos Viennæ Austriæ anno MDCLXXXVIII bibliothecam Cæsaream, in eaque Codicem Cuspiniani, simillem illi, ex quo ecgraphum Bucherii desumptum fuerit; atque omnia ab ipso impressa, denuo inde descripsimus, etiam Kalendarium, de quo agimus, additis quatuor mensibus, quæ Bucherio desunt. Idem ex eodem Codice impressum quoque dedit integrum Petrus Lambecius tomo quarto Bibliothecæ Cæsareæ pag. 277 ; indeque ipsum hic recudimus in prima paginarum columna ; in altera ex opposito producturi e codice nostro Ms. Kalendarium Polemei Silvii, ut inter se propius per singulos dies considerari possint, et facilius, quid uni desit, quid alteri accesserit, notari.

KALENDARIUM

KALENDARIUM ANTIQUUM

FURII DIONYSII FILOCALI

Anno CCCCLIV conscriptum

Ex codice Ms. Joannis Cuspiniani.

MENSIS JANUARIUS

HABET DIES XXXI.

KALENDARIUM ANTIQUUM

POLEMEI SILVII.

Anno CCCCIIL conscriptum.

Ex codice Ms. Musei nostri.

MENSUS JANUARIUS

Dies XXXI. Vocatur apud Hebræos, *Sebat*, apud Ægyptios, *Tibi*; apud Athenienses, *Pusidicon*; apud Græcos alios, *Edinen*.

A A A *Kal. Jan.*	Senatus legitimus.	*Kalendæ*, dictæ ἀπὸ τοῦ καλεῖν, hoc est, a vocando; quia tum in Rostris Romæ ad contentionem (*annon*, concionem?) populus vocabatur.
b b IV *Non.*	Dies Ægyptiacus.	IIII. *Non.* Circus privatus. Auster, interdum cum pluvia.
c c III.	Ludi. Votorum nuncupatio.	III. Dies Auspicialium. Natalis Ciceronis. Ludi.
B d d prid.	Ludi.	II. Ludi. Comitialis.
e e Non.	Ludi.	*Nonæ*, dictæ ideo, quia nonus dies eas discernit ab Idibus. Tempestatem significat.
f f VIII *Idus.*	Dies Ægyptiacus.	VIII *Idus.* Epiphania, quo die, interpositis temporibus, stella Magis Dominum natum nunciabat, et aqua vivum facta, vel in amne Jordanis Salvator baptizatus est. Auster interdum vel Favonius.
C g g VII	Jano Patri. CM. XXIIII.	VII. Prima Consulis mappa, quæ ideo sic vocatur quia Rex Tarquinius Romæ, dum die Circensium pranderet in circo, de mensa sua mappam foras, ut aurigis post prandium currendi signum daret, abjecerat.
A h VI.		VI. Auster interdum et imber.
b A V.	Senatus legitimus.	V. Senatus legitimus. Suffecti Consules designantur sive Prætores.
D c b. IV.		IIII.
d c III.	Dies Carmentariorum.	III. Carmentalia, de nomine matris Euandri.
e d prid.		II. aut *pridie*.
E f e Idib.	Jovi Statori. CM. XXIIII.	*Idus.* Dictæ ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν, a videndo, quia priusquam annus hic, qui est, fuerat, mense medio luna completa, quæ incipiebat Kalendas, de qua menses dictos accepimus, videbatur. Secunda mappa. Interdum ventus aut tempestas.
g f XIX. *Kal. Feb.*		XVIIII. *Kalend. Februarias.*
A g XVIII.	Carmentalia.	XVIII. Natalis Honosii. Circenses. Interdum Auster et pluvia.
F *b b* XVII.	Dies Ægyptiacus	XVII.
c A XVI	Ludi Palatini.	XVI. Ludi Palatini.
d b XV.	Ludi.	XV. Ludi.
G e c XIV.	Ludi.	XIIII. Ludi.
f d XIII.	N. Gordiani. CM. XXIIII.	XIII. Natalis Gordiani. Circenses.
g e XII.	Ludi.	XII. Ludi. Ventus Africus. Tempestatem significat.
H A f XI.	Ludi.	XI. Natalis S. Vincentii martyris. Dies pluvius.
b g X.	Senatus legitimus, SOLAQUARIO.	X. Senatus legitimus. Quæstores Romæ designantur.
c b IX.	N. Divi Hadriani. CM. XXIIII.	VIIII. Natalis Adriani, Circenses.
I d A VIII.	N. Chartis.	VIII. Interdum tempestas.
e b VII.		VII. Ludi Castorum Ostiis, quod prima facta Colonia est.
f c VI.		VI. Ludi.
K g d V.		V. Auster aut Africus. Interdum dies humidus
A e IV.		IIII. Ludi.
b f III.		III. Tempestatem significat.
A c g prid.		II. Circenses Adiabenis victis. Interdum tempestas.

FEBRUARIUS

MENSIS FEBRUARIUS

HABET DIES XXVIII.

MENSIS FEBRUARIUS

Dictus a numero. Dies XXVIII. Dictus a *Fibro* verbo, quod purgamentum veteres nominabant; quia tum Romæ mœnia lustrabantur. Vocatur apud Hebræos, *Adar*; apud Ægyptios *Mechir*; apud Athenienses, *Gamelion*; apud Græcos, *Hericios*.

d b Kal. Feb.	N. Herculis. CM. XXIIII.	*Kalendæ.* Circenses. Interdum Auster cum grandine.
e A IV *Non.*		IIII *Non.*
B f b III.	Senatus legitimus.	III *Non.* Senatus legitimus. Chorus aut Africus.
g c prid.	Ludi Gotthici.	II. Ludi.
A d Non.	Ludi.	*Nonas.* Ludi. Ventus aut tempestas.
C b e VIII *Idus.*	Ludi.	VIII *Idus.* Ludi.
c f VII	Ludi. Dies Ægyptiacus.	VII. Ludi. Favonius.
d g VI	Ludi.	VI. Ventus aut tempestas.
D e h V.	Gotthici. CM. XXIIII.	V. Circenses.
f A IV.		IIII. Curus.
g b III	Genialici. CM. XXIIII.	III. Circenses.
E A c prid.	Ludi Genialici.	II. Ludi.
b d Idib.	Virgo Vesta parentat. Senatus legitimus.	*Idus.* Parentatio tumulorum. Inp. quo die Roma liberata est de obsidione Gallorum.
F c e XVI *Kal. Mart.*		XVI *Kal. Mart.* Venti mutatio.
d f XV.	Lupercalia.	XV. Lupercalia.
e g XIV		XIIII. Natale Faustinæ, uxoris Antonii.
G f h XIII.	Quirinalia.	XIII. Quirinalia, quo die Romulus occisus a suis, qui ab hasta, quæ a Sabinis curis vocatur, non apparuisse confictus est. Favonius aut Auster cum grandine.
g A XII.		XII.
A b XI.		XI.
H b c X.	SOL PISCIBUS.	X. Venti septemtrionales.
c d IX	Feralia.	VIIII. Frigidus dies de Aquilone, vel pluvia.
d e VIII.	Caristia.	VIII. Depositio sancti Petri et Pauli. Cara cognatio, ideo dicta, quia tunc, et si fuerint vivorum parendum odia, tempore obitus deponantur. Ventus aut tempestas.
I e f VII.	Terminalia.	VII. Terminalia. Hoc die, quarto anno bisextum vocamus; quem diem Ægyptii inter Augustum et Septembrem epagomeno quinque dierum, mensi suo jungunt.
f g VI.	Regifugium.	VI. Regifugium. Cum Tarquinius superbus fertur ab Urbe expulsus.
g h V.	Lotio. CM. XII. Dies Ægyptiacus.	V. Circenses.
K A A IV.		IIII.
b b III.	N. D. Constantini. CM. XXIIII.	III. Natale Constantini.
c c prid.	Ludi votivi.	II. Ludi.

MENSIS MARTIUS

HABET DIES XXXI.

MENSIS MARTIUS

Dies XXXI. Vocatur apud Hebræos, *Nisan*; apud Ægyptios, *Famenod*; apud Athenienses, *Antestion*; apud Græcos, *Distros*.

A d d Kal. Mart.	N. Martis. CM. XXVIII.	*Kalendæ.* Aliquando grando.
e e VI *Non.*		VI *Non.* Septemtrionales venti.
f f V.	Senatus legitimus. Dies Ægyptiacus.	V.
B g g IV.		IIII. Interdum hyemat.
A b III.	Insidis navigium.	III.
b A prid.		II. Aquilo.
C c b Non.	Junonalia.	*Non.*
d c VIII *Idus.*		VIII. *Idus.*

e d VII.

e d VII.	Arma ancilia movent.	VII.
D f e VI.		VI.
g f V.		V. Natale Favonii.
A g IV.		IIII. Septemtrionales venti.
E b h III.	Jovi cultori. CM. XXIIII.	III.
c A prid.	Mamuralia. Senatus legit.	II. Flatus Aquilonis.
d b Ibid.	Canna intrat.	*Idus.*
F e c XVII *Kal. Apr.*		XVII *Kalend. Aprilis.* Hyemat.
f d XVI.	Liberalici. CM. XXIIII. SOL ARIETE.	XVI. Circenses. Favonius aut Chorus.
g e XV.		XV.
G A f XIV.	Quinquatria.	XIIII. Quinquadria.
b g XIII.	Pelosia.	XIII. Pelusia.
c h XII.	N. Minerves.	XII. Septemtrionales venti.
H d A XI.	Arbor intrat.	XI. Dies pluvius: interdum ningit.
e b X.	Tubilustrium.	X.
f c IX.	Sanguen. Dies Ægyptiacus.	VIIII. Natalis calices.
I g d VIII.	Hilaria.	VIII. Æquinoctium, principium veris. Cruci. Missio gentilium. Christus passus hoc die.
A e VII.	Requetio.	VII. Interdum tempestas.
b f VI	Lavatio.	VI. Lavatione, ·eteres nominabant. Resurrectio.
K c g V.	Initium Cajani.	V.
d h IV.		IIII.
e A III.		III.
A f b prid.	N. Divi Constantini CM. XXIIII	II. Natalis Constantini. Circenses.

MENSIS APRILIS

HABET DIES XXX.

MENSIS APRILIS

Dies XXX. Vocatur apud Hebræos, *Jar*; apud Ægyptios, *Farmotin*; apud Athenienses, *Elasibilion*, apud Græcos, *Canticos.*

g c Kal. Apr.	Veneralia. Ludi. Sen. leg.	*Kalendæ.* Tempestatem significant.
A d IV *Non.*		IIII *Non.*
B b e III.	N. Dei Quirini. CM. XXIIII. Dies Ægyptiacus.	III. Circenses.
c f prid.	Ludi Megalesiaci.	II. Ludi.
d g Non.	Ludi.	*Nonas.* Favonius aut Auster, interdum cum grandine.
C e b VIII *Idus*	Ludi.	VIII *Idus.* Interdum hyemat.
f A VII.	N. Castor. et Pollucis. CM. XXIIII.	VII. Tempestatem significat.
g b VI.	Ludi.	VI. Avium alcedinum dicitur.
D A c V.	Megalesiaci CM. XXIIII.	V. Circenses. Interdum tempestatem significat.
b d IV	N. Divi Severi CM. XXXIIII.	IIII. Natalis Severi. Circenses.
c e III.	Ludi Cerealici. CM. XXIIII.	III. Ludi. Hyemat.
E d f prid.		II.
e g Idib.	Ludi. Senatus legitimus.	*Idus.* Senatus legitimus.
F f h XVIII *Kal. Mai.*	Ludi.	XVIII *Kal. Majas.* Ludi. Ventus ac tempestas.
g A XVII.	Ludi.	XVII. Ludi.
A b XVI.	Ludi.	XVI. Ludi.
G b c XV.	Ludi.	XV. Pluviam significat.
c d XIV.	Ludi SOL TAURO.	XIIII. Ludi.
d e XIII.	Cerealici. CM. XXIIII.	XIII. Circenses. Consulis tertiæ mappæ.
H e f XII.		XII.
f g XI	N. Urbis. CM. XXIIII. Dies Ægyptiacus.	XI. Natalis urbis Romæ. Consules ordinarii fasces deponunt. Parilia, dicta de partu Iliæ. Interdum pluvia et grando.
g h X		X. Africus aut Auster, dies humidus.
I A A IX.		VIIII. Tempestatem significat.
b b VIII.		VIII.
c c VII.	Serapia.	VII.
K d d VI	N. M. Antonini CM XXIIII.	VI. Natalis Antonii. Circenses.
e e V.		V. Floria.
f f IV.		IV. Auster fore cum pluvia.
A g g III.		III. Interdum dies humidus.
A b prid.	Ludi florales.	II. Tempestatem significat.

MENSIS MAIUS — MENSIS MAIUS

HABET DIES XXXI.

Dictus a numero. Dies xxxi. Vocatur apud Hebræos, *Sivan*; apud Ægyptios, *Pachon*; apud Græcos, *Artemesios*.

b a *Kal. Mai.*	Senatus l gitimus.	*Kalend.*
B c b vi *Non.*	Ludi.	vi *Non.* Septemtrionales venti.
d c v.	Floralici. CM. XXIIII. Dies Ægyptiacus.	v. Tempestatem significat.
e d iv.	Ludi Maximati.	iiii. Ludi.
C f e iii.	Ludi.	iii. Pluvia.
g f *prid.*	Ludi.	ii. Ludi.
A g ix *Idus.*	Ludi.	*Non.* Ludi. Favonius.
D h b viiii.	Ludi.	viii *Idus.* Ludi. Interdum pluvia.
c A vii.	Maximati. CM. XXIIII.	vii.
d b vi.	N. Claudii. CM. XXIIII.	vi. Natales Claudii. Tempestas interdum.
E e c v.		v.
f d iv.	Martialici CM. XXIIII.	iiii.
g e iii.	Ludi Persici.	iii. Ludi. Tempestatem significat.
F A f *prid.*	Ludi.	ii. Ludi, et dies humidus.
b g *Idib.*	N. Mercurii. Senatus legitimus.	. . . .
		. . . .
c h xvii. *Kal. Jun.*	Ludi.	xvii *Kal. Junias.* Dies, ut supra.
G d A xvi.	Persici. CM. XXIIII.	xvi. Pluvia.
e b xv.	N. Annonis.	xv.
f c xiv.	Zenziarius.	xiiii.
H g d xiii	SOL. GEMIN.	xiii.
A e xii.	Dies Ægyptiacus.	xii. Interdum pluvia.
b f xi.		xi. Tempestatem significat.
I c g x	Macellus rosa sumat.	x. Ut supra.
d h ix.		viiii.
e A viii.		viii. Ven.
K f b vii.		vii.
g c vi.		vi.
A d v.		v.
A b e iv.	Ludi. Honor et Virtus Zinza.	iiii. Ludi. Interdum pluvia.
c f iii.	Ludi.	iii.
d g *prid.*	Ludi.	ii.

MENSIS JUNIUS — MENSIS JUNIUS

HABLT DIES XXX.

Dictus a *Junioribus*. Dies xxx. Vocatur apud Hebræos, *Amir*; apud Ægyptios, *Pasin*; apud Athenienses, *Targilion*; apud Græcos, *Desios*.

B e h *Kal. Jun.*	Fabarici CM. XII.	*Kalend.* Circenses Fabricii.
f A iiii. *Non.*		iiii *Non.*
g b iii.	Senatus legitimus.	iii.
C A c *prid.*	Ludi in minicia.	ii. Ludi.
b d *Non.*		*Non.*
c e viii *Idus.*	Colossus coronatur.	viii *Id.*
D d f vii.	Vesta aperit. Dies Ægyptiacus.	vii. Favonius aut Chorus.
e g vi.		vi.
f h v.	Vestalia.	v.
E g A iiii.		iiii. Interdum rorat.
A b iii.	Matralia.	iii.
F b c *prid.*		ii.
c d *Idib.*	N. Musarum. Senatus legitimus.	*Id.* Natales Musarum.
d e xviii *Kal. Jul.*		xviii *Kal. Julias.*
G e f xvii	Vesta cluditur. SOL CANCRO.	xvii.
f g xvi.		xvi. Tempestatem significat.
g h xv.		. . . .
A A A xiiii.	Annæ Sacrum.	. . . .
b b xiii.		. . . .

c c xii.

c c XII.	Dies Ægyptiacus.	. . . .
I d d XI		. . . .
e e X.		. . . .
f f IX.		VIIII
K g g VIII.	Fortis Fortunæ. Solisticium.	VIII Solstitium. Favonius.
A h VII.		VII.
b A VI.		VI.
A c b V.		V. Initium Æstatis.
d c IIII.		IIII.
e d III.		III. Dies ventosus.
B f e prid.		II.

MENSIS JULIUS

HABET DIES XXXI.

MENSIS JULIUS

Dictus a *Julio Cæsare*, cum *Quintilis* antea diceretur. Dies XXXI. Vocatur apud Hebræos *Jar*; apud Ægyptios, *Episi*; apud Athenienses, *Sciroforion*; apud Græcos, *Panemos*.

g f Kal. Jul.	Senatus legitimus.	*Kal.*
A g VI. *Non.*		VI *Non.* Natalis genuinus Domini Valentiniani.
C b h V.	Fugato Licinio. CM. XXIIII.	V *Non.* Favonius.
c A IIII.		IIII.
d b III.	Ludi Apollinares.	III.
D e c prid.	Ludi. Dies Ægyptiacus.	II. Ludi.
f d Non.		*Non.* Ancillarum feriæ, quarum celebritas instituta est ideo, quia capta Urbe a Gallis cum fi... prius victi, tradi sibi Romanorum Procerum conjuges postularent, consilium Philotedis ancillæ famulæ Dominarum vestibus adornatæ, datæ illis fuissent, his nunciantibus prædictus somno sopitus Volyrius posse superari. Facta victoria sic.
g e VIII *Idus.*	Ludi.	VIII *Id.* Natalis Julii Cæsaris.
A A f VII.	Ludi.	VII. Tempestatem significat.
b g VI.		VI. Ludi.
c h V.	Ludi.	V. Ludi. Ætesiæ venti flare incipiunt.
F d A IV.	Ludi.	IIII. Ludi.
e b III.	Apollinares. CM. XXIIII.	III.
f c prid.		II.
G g d Idib.	Equit. Prob. Ludi Francici.	*Idus.*
. . . . . .	. . . .	XVIII *Kal. Augustas.*
A c XVII *Kal. Aug.*	Ludi.	XVII.
b f XVI.	Ludi. Senatus legitimus. SOL LEONE.	. . . .
H c g XV.	Advent. D. CM. XXIIII. Dies Ægyptiacus	XV.
d h XIV.	Ludi votivi.	XIIII
e A XIII	Francici. CM. XXIIII.	XIII.
I f b XII.	Advent. Divi CM. XXIIII.	XII.
g c XI	Ludi.	XI.
A d X.	Neptunalici.	X.
K b e IX.		VIIII. Favonius et Auster, tempestatem significat.
c f VIII.	N. D. Constantini CM. XXIIII.	VIII. Nat. Constantini.
d g VII.	Ludi votivi.	VII.
A e h VI.	Vict. Sarmaticas. CM XXIIII.	VI. Dies Canicularis.
f A V.		V.
g b IV.		IIII. Initium tempestatum.
B A c III.	Vict. Marcommannas CM. XXIIII.	. . . .
b d prid		. . . .

MENSIS

MENSIS AUGUSTUS

HABET DIES XXXI.

MENSIS AUGUSTUS

Prius *Sextilis*; dictus ab *Octaviano Augusto*. Dies XXXI. Vocatur apud Hebræos, *Dul*; apud Ægyptios, *Mesore*; apud Athenienses, *Ecatonbion*: apud Græcos, *Loos*.

c e Kal. Aug.	N. Divi Pertinacis. CM. XXIIII.	*Kalend.* Natalis Pertinacis; et Martyrium Machabæorum.
C d f IV. *Non.*		IIII. *Non.*
c g III.	Senatus legitimus.	III.
f h prid.	Vict. Senati. CM. XXIIII.	II. Tempestas.
D g A Non.	N. Salutis. CM. XXIIII.	*Non.*
A b VIII *Idus.*	Dies Ægyptiacus.	VIII *Id.* Nebulio fastus.
b c VII.	N. Constantii. CM. XXIIII.	VII. Natalis Constantini minoris.
E c d VI.	Ludi votivi.	VI. Ludi.
d e V.		V.
F e f IV.		IIII. Natalis S. Laurentii martyris.
f g III.		III.
g h prid.	Lignapsia.	II. Hyppoliti mart. Tempestatem significat.
G A A Idib.	N. Dianes.	*Idus.*
I b XIX *Kal. Sept.*		XVIIII. *Kalend. Septembris.*
c c XVIII.	Senatus legitimus.	XVIII.
H d d XVII.		XVII.
e e XVI.	Tiberinalia. SOL VIRGINE.	XVI.
f f XV.		XV. Ludi.
I g g XIV.	N. Probi. CM. XXIIII.	XIIII.
A h XIII.		XIII.
b A XII.	Dies Ægyptiacus.	XII. Tempestas.
K c b XI.		XI.
d c X.	Vulcanalici. CM. XXIIII.	X. Circenses.
e d IX.		VIIII.
A f e VIII.		VIII.
g f VII.		VII. Post hunc diem apud Ægyptios v dierum Epagomenos, tertius decimus mensis adjungitur.
A g VI.		VI. Interdum pluvia.
E b h V.	Solis et Lunæ. CM. XXIIII.	V. Circenses.
c A IV.		IIII.
d b III.		III.
C c c prid.		II. Interdum frigus.

MENSIS SEPTEMBER

HABET DIES XXX.

MENSIS SEPTEMBER

Dictus a numero. Dies XXX. Vocatur apud Hebræos, *Tessori*; apud Ægyptios, *Thovis*; apud Athenienses, *Metadigmon*; apud Græcos, *Gorpitos*.

f d Kal. Sept.	Senatus legitimus.	*Kalend.*
g e IV. *Non.*	Dies Ægyptiacus.	IIII. *Non.* Favonius aut Chorus.
D A f III.		III. Ludi.
b g prid.		II.
c h Non.	Mammes. Vindemia.	*Non.*
E d A VIII *Idus.*		VIII *Id.*
e b VII.		VII *Idus.* Tempestas.
f c VI.	N. Aureliani. CM. XXIIII.	VI.
F g d V.		V.
A e IV.	N. Asclepi.	IIII.
b f III.		III. Favonius et Africus.
G g c prid.	Ludi. Romaniani.	II. Interdum tempestas.
d h Idib.	Ludi. Senatus legitimus.	*Id.* Hoc die Romæ in æde Minervali per magistratum annis singulis ex ære clypei figebantur.
e A XVIII *Kal. Oct.*	Ludi.	XVIII *Kal. Octob.*
H f b XVII.	Romaniani CM. XXIIII.	XVII. Favonius interdum sive Vulturnus.
g c XVI.		XVI.
A d XV.		XV.
I b e XIV.	N. Trajani, Triumphales CM XLVIII.	XIV. Favonius et Chorus.

c f XIII.	Pii Antonini. CM. XXIIII. Dies Ægyptiacus.	XIII.
d g XII.	Ludi. Triumphales. SOL LIBRA.	XII. Ludi.
K e h XI.	Ludi.	XI. Favonius et Chorus cum pluvia.
f A X.	Ludi.	X. Tempestatem significat.
g b IX.	N. Divi Aug. CM. XXIIII.	VIIII.
A A c VIII.		VIII. Æquinoctium.
b d VII.		VII.
c e VI.		VI. Initium Autumni.
B d f V	Profectio Divi. CM. XXIIII.	V. Favonius interdum.
e g IV.		IIII. Tempestatem significat.
f b III.	Ludi. fatales.	III. Ludi.
C g A prid.	Ludi.	II.

MENSIS OCTOBER

HABET DIES XXXI.

MENSIS OCTOBER

Dictus a numero. Dies XXXI. Vocatur apud Hebræos, *Maresuari*; apud Ægyptios, *Faosi*; apud Athenienses, *Bœdeomnion*, apud Græcos, *Yperbereteos.*

A b Kal. Octob.	N. Alexandri. CM. XXIIII.	*Kal.* Tempestatem significat.
b c VI *Non.*		VI. *Non.*
D c d V.	Senatus legitimus. Dies Ægyptiacus.	V. *Non.*
d e IV		IIII. Tempestatem significat
e f III.	Ludi. Alamannici.	III. Ut supra.
E f g prid.	Ludi.	II. Ludi. Aquilo.
g h Non.	Ludi.	*Non.* Ludi.
F A A VIII *Idus.*	Ludi.	VIII. *Idus.*
b b VII.	Ludi.	VII
c c VI.	Alamannici. CM. XXIIII.	VI. Interdum pluvia.
G d d V.	-	V.
e e IV.	Augustales. CM. XXIIII.	IIII.
f f III.	Ludi Jovi Liberatori.	III. Auster et pluvia.
H g g prid.	Ludi.	II. Natale Virgilii.
A h Idib.	Ludi. Equus ad nixas fit. Senatus legitimus.	*Id.*
b A XVII *Kal. Nov.*	Ludi.	XVII. *Kalend. Novemb.*
I c b XVI.	Ludi.	XVI.
d c XV.	Jovi Liberatori. CM. XXIIII.	XV.
e d XIV.	Ludi Solis. SOL SCORPIO.	XIIII. Tempestatem significat.
K f e XIII	Ludi. Dies Ægyptiacus.	. . . .
g f XII.	Ludi.	XII.
A g XI.	Solis. CM. XXXVI.	XI.
A b b X.		X. Natale Valentiniani purpuræ
c A IX.		VIIII.
d b VIII.		VIII.
B e c VII.		VII.
f d VI.		VI.
g e V.	Isia. Evictio Tyranni.	V. Interdum frigus
C A f IV.	Advent. Divi. CM. XXIIII. Isia.	IIII. Ventosus dies.
b g III.	Ludi votivi. Isia.	III. Tempestas.
c h prid.	Ludi. Isia.	II. Ut supra.

MENSIS NOVEMBER

HABET DIES XXX.

MENSIS NOVEMBER

Dictus a numero. Dies XXX. Vocatur apud Hebræos, *Cislau;* apud Ægyptios, *Atur*; apud Athenienses, *Denespuon*; apud Græcos, *Dios.*

D d A Kal. Nov.	Ex Senato. CM. XXIIII. S. L. Isia.	*Kalend.*
e b IV *Non.*	Ter novena. Dies Ægypt.	IIII. *Non.* Hiemat cum pluvia.
f c III.	Hilaria.	III.
E g d prid.		II.
A e Non.		*Non.*

b f VIII *Idus*

b f VIII *Idus*		VIII. *Id.* Natalis Juliani.
F c g VII		VII Hiemat.
d h VI	N. Nervæ et Constantii. CM. XLVIII.	VI. Natalis Nervæ. Tempestas
e A V.	Ludi votivi.	V. Ut supra.
G f b IV		IIII. Interdum rorat.
g c III.		III.
A d prid	Ludi Plebeii. Senatus legitimus.	II.
H b c Idib.	Jovis Epulum. CM. XXX.	*Idus.*
c f XVIII *Kal. Dec.*	Ludi.	XVIII *Kalend. Decemb.*
d g XVII.	Ludi.	XVII.
I c h XVI	Plebeii. CM. XXIIII.	XVI. Aquilo.
f A XV.	N. Vespasiani. CM. XXIIII	XV. Natale Vespasiani... locum. Pluvia.
g b XIV.		XIIII. Tempestas.
K A c XIII.	SOL SAGITTARIO.	XIII. Aquilo frigidus.
b d XII		XII.
c e XI		XI. Hiemat.
A d f X		X. Tempestas.
e g IX		VIIII.
f d VIII.	Bruma. Dies Ægyptiacus.	VIII. Bruma.
B g A VII.	Ludi Sarmatici.	VII.
A b VI	Ludi.	VI.
b c V.	Ludi.	V. Ludi.
C c d IV	Ludi.	IIII.
d e III	Ludi.	III. Ut supra.
f e prid	Ludi.	II. Auster cum pluvia.

MENSIS DECEMBER

HABET DIES XXXI.

MENSIS DECEMBER

Dictus a numero. Dies XXXI. Vocatur apud Hebræos, *Tebet;* apud Ægyptios, *Ciac*; apud Athenienses, *Memacterion;* apud Græcos, *Apelleos.*

D f g Kal. Decemb.	Sarmatici CM. XXIIII.	*Kalend.*
g h IV *Non.*	Initium muneris.	IIII. *Non.*
A A III.	Senatus legitimus.	III.
E b b prid.	Munus arca. Dies Ægypt.	II.
c c Non.	Munus arca.	*Non.*
F d d VIII *Idus.*	Munus arca.	VIII *Id.* Tempestas.
e e VII		VII. Interdum Auster et rorat.
f f VI	Munus Kandida.	VI.
G g g V		V.
A h IV.		IIII.
b A III.	Septimontia.	III. Interdum pluvia.
H c b prid.	Ludi Lancionici.	II. Septem montium.
d e Idib.	Ludi. Senatus legitimus.	*Id.* Hiemat.
e d XIX. *Kal. Jan.*	Ludi. Dies Ægyptiacus.	XVIIII. *Kalend. Januarias*
I f e XVIII.	N. Divi Veri. CM. XXIIII.	XVIII. Natalis Veri. Tempestas.
g f XVII.	Ludi.	XVII.
A g XVI	Ludi. Saturnalia.	XVI. Feriæ servorum.
K b h XV.	Lancionici. CM. XXIIII. SOL CAPRICORNO.	XV. Aquarius.
c A XIV.	Munus arca.	XIIII.
d b XIII	Munus Kandida.	XIII.
A e c XII.	Munus arca.	XII.
f d XI		XI.
g e X	Munus arca.	X. Tempestas.
B A f IX.	Munus consummat.	VIIII.
b g VIII.	N. Invicti. CM. XXX.	VIII. Natalis Domini corporalis. Solsticium et initium hiberni.
c h VII		VII. Natalis S. Stephani Martyris.
C d A VI.		VI.
e b V.		V. Natalis Titi. Tempestas.
f c IV.		IIII.
D g d III.	N. Divi Titi. CM. XXIIII.	III.
A e prid.	Magistrati jurant.	II. Ut supra.

Habes hic, Lector Kalendaria, duo antiqua cum suis vitiis, prout in codicibus Mss. legebantur. Nihil putavi in illa adnotandum. Tute id præstato per te, ubi usus fuerit. Bucherius in margine editionis suæ notas pauculas adjecit, quem qui volet, consulere potest.

MARTYROLOGIA

MARTYROLOGIA DUO

PARVA ET ANTIQUA

ex eodem Cuspiniani Codice Ms.

Ex eodem codice Ms. qui olim fuit Cl. Viri Joannis Cuspiniani, ab eoque Augustissimorum Domus Austriacæ Imperatorum bibliothecæ Viennensi illatus, nunc signatur inter codices Mss. Historico-latinos, superne quidem, num. 648; inferne vero, 56 : quique primum ex duobus præmissis Kalendariis etiam subministravit ; ex illo, inquam, codice descripsimus quoque anno MDCLXXXIII duo antiqua, ut sic dicam, Martyrologia : quorum alterum notatur, *Depositio episcoporum*, videlicet Romanorum, alii enim nulli illic recensentur; alterum inscribitur, *Depositio Martyrum*, solos namque martyres annumerat, eorumque uti et prædictorum Episcoporum, loca depositionis et dies præcipui cultus indicat, quæ non semper sunt obitus, sed subinde translationis. Edidit pridem utrumque opusculum citatus Bucherius in suo Victorii Canone Paschali pag. 267, ex Ms. nostro, ipsi tantisper concesso a P. Bollando. Edidit autem comptius, quam forte oportebat, mutatis nonnullis, vitiose scriptis, in melius secundum sensum aut conjecturam suam, ut lectoris studium sublevaret. Nos interea utrumque denuo descripsimus ipsi, ex codice, quem dixi, Cuspinianeo et contulimus cum Ms. antiquiore, quo Bucherius fuit usus, quod comperio, ex codice Ms. membraneo et antiquiore desumptum esse, quam sit codex Cuspiniani, qui chartaceus est ac trium forte sæculorum ætatem non superat : adeo tamen, saltem in hisce, similes sunt codices illi et inde excepta apographa nostra, ut etiam vitiose scripta appareant utrobique propemodum eadem. In primis hic sequimur apographum nostrum proprium, in dubiis consulto altero; et damus ipsum prout est. Lector per se cognoscet quid perperam, quid recte scriptum sit ; et si qua in re dubitaverit, accessum habet ad Bucherium, qui nonnulla, ut dixi, reformavit.

DEPOSITIO EPISCOPORUM.

VI *Kal. Januar.*	Dionisi, in Calisti.	IV *Non. Aug.*	Steffani, in Calisti.
III *Kal. Jan.*	Felicis, in Calisti.	VI *Kal. Octobr.*	Eusebii, in Calisti.
Prid. Kal. Jan.	Silvester, in Priscillæ.	VI *Idus Decembr.*	Eutichiani, in Calisti.
IV *Idus Jan.*	Miltiades, in Calisti.	*Non. Octobr.*	Marci, in Balbinæ.
XVIII *Kal. Febr.*	Marcellini, in Priscillæ.	*Prid. Idus April.*	Julii, in via Aurelia miliario III, in Calisti.
III *Non. Mart.*	Luci, in Calisti.		
X *Kal. Maii.*	Gai, in Calisti.		

Notandum hic moneo, quod in versu quinto videatur duplex irrepsisse error. Alter in vocabulo *Marcellini*, pro quo scribendum *Marcelli* : hic enim in Januario ab antiquissimis temporibus colitur, ille vero in Aprili. Alter error in die mensis, qui scribitur XVIII *Kal. Febr.* ; pro quo scribendum XVII *Kal. Febr.*, quo die colitur Marcellus Papa, de quo hic, non pridie. Legas igitur versum illum sic : XVII *Kal. Febr. Marcelli, in Priscillæ*, Ambo enim Pontifices illi, Marcellus et Marcellinus, in eodem S. Priscillæ cœmeterio via Salaria conditi fuerunt ; sed dies cultus amborum semper diversus fuit, ut jam dixi : Marcelli quidem XVII Kal. Febr., seu die XVI Januarii ; Marcellini autem, VI Kal. Maias seu XXVI die Aprilis.

DEPOSITIO MARTYRUM.

VII *Kal. Jan.* Natus Christus in Betleem Judeæ.

MENSE JANUARIO.

XIII *Kal. Feb.* Fabiani, in Calisti; et Sebastiani in Catacumbis.
XII *Kal. Feb.* Agnetis, in Nomentana.

MENSE FEBRUARIO.

VIII *Kal. Martii.* Natale Petri de Catedra.

MENSE MARTIO.

Non. Martii. Perpetuæ et Felicitatis, Africæ.

MENSE MAIO.

XIV *Kal. Jun.* Partheni et Caloceri, in Calisti, Diocletiano IX et Maximiano VIII Coss.

MENSE JUNIO.

III *Kal. Julii.* Petri, in Catacumbas; et Pauli, Ostense, Tusco et Basso Coss.

MENSE JULIO.

VI *Idus.* Felicis et Filippi, in Priscillæ; et in Jordanorum, Martialis, Vitalis, Alexandri; et in Maximi, Silani; hunc Silanum martyrem Novati* furati sunt; et in Prætextati, Januari.

* Novatiani.

III *Kal. Aug.* Abdon et Semnes, in Pontiani, quod est ad Ursum Piliatum.

MENSE AUGUSTO.

VIII *Idus Aug.* Xysti, in Calisti; et in Prætextati, Agapiti et Felicissimi.
VII *Idus Aug.* Secundi, Carpoferi, Victorini et Severiani, Albano et Ostense.
VI. Ballistaria* Cyriaci, Largi, Crescentiani, Memmiæ, Julianetis et Ixmaracdi.

* Lege, Anastasii.

IV *Idus Aug.* Laurenti, in Tiburtina.
Idib. Augusti. Ypoliti, in Tiburtina; et Pontiani, in Calisti.
XI. *Kal. Sept.* Timothei, Ostense.
V *Kal. Sept.* Hermetis, in Basillæ, Salaria vetere.

MENSE SEPTEMBRE.

Non. Sept. Aconti, in Porto, et Nonni et Herculani et Taurini.
V *Idus Sept.* Gorgoni, in Labicana.
III *Idus Sept.* Proti et Jacincti, in Basillæ.
XVIII *Kal. Octob.* Cypriani, Africæ; Romæ celebratur in Calisti.
X *Kal. Octob.* Basillæ, Salaria vetere, Diocletiano IX, Maximiano VIII Coss.

MENSE OCTOBRE.

Prid. Idus Octob. Calisti, in via Aurelia miliario III.

MENSE NOVEMBRE.

VI *Idus Novemb.* Clementis, Semproniani, Claui*, Nicostrati in comitatum.

* Claudii.

III *Kal. Dec.* Saturnini, in Trasonis.

MENSE DECEMBRE.

Idus Decemb. Ariston, in Pontum.

Hic quoque nonnulla, quæ perperam scripta apparent, observari possent et forte explicari; verum id satius fiet, quando de singulis Sanctis per otium suo tempore et loco agendum erit in Actis. Tantum dico, quod *S. Ariston, Idibus Decembris,* hactenus nobis ignotus est. Novimus quidem ex Martyrologiis, non admodum antiquis, XI *Kal. Januarias in Portu Romano, Natale S. Aristonis;* quod intelligi posset de supra dicto Aristone, quatenus *in Pontum,* sumi possit *in Portu.* At diversos esse, suadent dies diversi, quibus coluntur, alter XIII Decembris, alter XXII ejusdem mensis.

NATALES

NATALES ALIQUOT SANCTORUM

EX FASTIS CONSULARIBUS EXCERPTI.

Invenimus in eodem Cuspiniani codice Ms. duos consulum Romanorum Catalogos, satis antiquos, quorum alter desinit sub annum vulgaris æræ CCCCXCIII, alter sub DXXXVI : uterque ordinatur a Gaio Julio Cæsare. Consulum nomina utrobique scripta sunt pessime, et non raro male ordinata, junctaque subinde Consulum paria, qui numquam Collegæ fuerunt. Hinc operæ pretium non duximus Consules omnes describere. Attamen ad varios consulatus inserebantur varia variorum gesta, et Sanctorum quoque martyria, additis plerumque Kalendis, Nonis et Idibus, quibus passi fuerunt. Hæc describenda putavi, tum quod etiam aliorum usibus utilia esse possint ; non tamen quod omnia, quæ excerpsi probata velim ; sed ut in rebus dubiis saltem consuli possint. Do omnia ut excepi, omissis Consulibus, præter illos, sub quorum consulatu res narratæ notantur contigisse ; et illos, qui proximo anno dicuntur successisse ; ut sic ex collatione duorum consulatuum cum melioribus Consulum fastis, facilius certiusque statuatur de tempore, quo gesta, quæ narrantur, contigerint. Accipe igitur hic Catalogum antiquiorem, quem dixi ante finem sæculi quinti desinere : simul nota in specimine malefidam Catalogi scriptionem. In primo consulatu datur Gaio Julio Cæsari collega *Marcus Antoninus*, pro *Antonius ;* in secundo ponitur *Chrysauricus*, cujus nominis nusquam Consul Romæ fuit ; et scribendum foret *Isaurius*. Reliqua similiter examina. Demum scito, quæ hic litteris Romanis scribuntur, in codice scripta esse rubricis ; reliqua, communi colore nigro scripta, hic litteris Italicis exprimuntur, nempe Consulum nomina. Orditur Catalogus iste, ut sequitur :

Fuerunt omnes anni, ex quo terra condita est, usque ad Gaium Julium Cæsarem, anni MMMMXLIIII.

Primus Imperator G. Julius Cæsar.

Gajo Julio Cæsare et Marco Antonino.

Chrysaurico et Antonino.

His Consulibus Cæsar occisus est ; qui bissextum et Lunæ cursum adinvenit, x Kal. Jan. Luna prima, et imperium Octavianus accepit puer annorum XVIII.

Lentulo et Oreste.

Lepido et Planco.

His Coss. tres soles in cœlo apparuerunt.

Censorino et Salvino.

Cicerone et Antonino.

His Coss. Augustus nomen accepit.

Augusto et Tullio.

Augusto VI *et Agrippa.*

His Coss. Chartago restituta est Idus Julias.

Augusto VII *et Agrippa.*

Saturnino et Cinna.

His Coss. moritur Virgilius annorum LX.

Duobus Lentulis.

Domitio et Enabaro.

His Coss. Aqua virgo inducta est Romam.

Libone et Pisonne.

Augusto XII *et Silano.*

Anni a Christo nato. His Coss. Christus natus est VIII Kal. Januar. Luna XIV.

Lentulo et Pisone.

Pompejo et Aquilejo. 14

His Coss. defunctus est Augustus annorum LXXVII.

Druso et Flacco. 15

*Basso * et Pisone.* 27 * *Crasso*

His Coss. passus est Joannes Baptista.

Duobus Geminis. 29

His Coss. Christus passus est, VIII Kal. Aprilis.

Tiberio III *Silio **. 31 * *Sejano*

Tiberio IV *et Gallo.*

His Coss. Petrus Apostolus ad Romam venit.

Crispino et Tauro. 44

Vitellio II *et Publicola.* 48

His Coss. Phenix apparuit primum.

Verano et Gallo. 49

Nerone II *et Pisone* 57

His Coss. Passi sunt Petrus et Paulus Romæ, II Kal. Julias.

Nerone III *et Messala.* 58

Mario et Gallo. 62

His Coss. Jacobus Apostolus in Hierosolymis de pinna templi dejectus est a Judæis, V Kal. Januarii.

Russo et Regulo. 63

Capitone et Rufo. 67

His Coss. Nero de imperio non comparuit.

Italico et Turpilione. 68

Commodo et Rufo.

His Coss. Judæi devicti sunt a Vespasiano Imperatore.

Vespasiano VIII *et Tito* VII.

118 *Hadriano et Salinatore.*
His Coss. sol eclipsim passus est.

119 *Hadriano et Rustico.*

Antonino iv *et Aurelio.*
A Gajo Julio Cæsare usque ad duos Augustos anni sunt CCXLIV.

161 *Duobus Augustis.*

203 *Plautiano et Geta.*
His Coss. passæ sunt Perpetua et Felicitas, Nonas Martias.

204 *Chilone et Libone.*

250 *Decio et Grato.*
His Coss. persecutio fuit Christianorum, ut sacrificarent idolis.

251 *Decio* ii *et Rustico.*
His Coss. passus S. Laurentius, iii idus Augusti.

252 *Gallo et Volusiano.*

258 *Tusco et Basso.*
His Coss. passus est Cyprianus in Carthagine, xviii Kal. Octobris.

259 *Æmiliano et Basso* ii.

303 *Diocletiano* vii *et Maximiano* v.
His Coss. ecclesiæ demolitæ sunt et libri Domini combusti sunt, et passa est S. Euphemia, xvi Kal. Octobris.

304 *Diocletiano* viii *et Maximiano* vi.

306 *Constantio* vi *et Maximiano* vi.
His Coss. passus est Timoteus Romæ, x Kal. Julias.

308 *Diocletiano* ix *et Maximiano* vii.

336 *Nepotiano et Facundo.*
His Coss. introierunt Constantinopolim Lucas et Andreas. *Nempe in translatione corporum eorum.*

337 *Feliciano et Titiano.*

365 *Valentiniano et Valente.*
His Coss. maris accessa et recessa fuit, xii Kal. Augustas.

366 *Gratiano N. P. et Dagalaiso.*

375 *P. C. Gratiani* iii *et Equicii* iv.
His Coss. Sarmatæ totam Pannoniam devastaverunt.

376 *Valentiniano* v *et Valente* v.

379 *Auxonio et Olybrio.*
His Coss. Theodosius levatus est Imp. a Gratiano Sirmii.

380 *Gratiano* v *et Theodosio.*

383 *Merabaudo* ii *et Saturnino.*
His Coss. Gratianus occisus est a Maximo, Lenduno viii Kal. Sept. Eo anno natus est Honorius Constantinopoli v Idus Sept. et levatus est Arcadius.

384 *Richomere et Clearco.*

388 *Theodosio* ii *et Cynthio.*
His Coss. occisus est Maximus, v Kal. Septemb.

389 *Timasio et Promoto.*
His Coss. Theodosius Romam introivit cum Honorio, Idus Junias et exivit inde iii Kal. Sept.

390 *Valentiniano* iv *et Neotorio.*
His Coss. signum apparuit in cœlo, quasi columna pendens per dies viginti.

Taciano et Symmacho. 391
His Coss. defunctus est Valentinianus, Viennæ iv Idus Jun. Eo die levatus Eugenius Imp. xi Kal. Septemb.

Arcadio vii *et Rufino* 392

Theodosio vi *et Abundantio.* 393
His Coss. tenebræ factæ sunt die Solis hora ii, vi Kal. Nov. et levatus est Honorius Imp. Constantinopoli in miliaro iv a Theodosio patre suo x Kal. Febr.

Arcadio iii *et Honorio* ii. 394
His Coss. occisus est Eugenius, viii Idus Sept.

Olybrio et Provino. 395

Arcadio iv *et Honorio* iii. 396
His Coss. Theodosius defunctus est Mediolano, xviii Kal. Jan.

Cæsario et Attico. 397

Honorio iv *et Eutichiano.* 398
His Coss. Gildo occisus est, prid. Kal. Augustas.

Fl. Stilicone et Aurelio. 400

Vincentio et Franito. 401
His Coss. natus est Theodosius Constantinopoli, Idus Aprilis; et intravit Alaricus in Italiam xiv Kal. Decemb.

Arcadio v *et Honorio* v. 402

Theodosio et Rumorido. 403
His Coss. Theodosius levatus est Imp. Constantinopoli, iv Idus Januarias. Et levatus est Maximus Imp. xvi Kal. April. et occisus est prid. Idus Jun. Et intravit Gesericus Romam et prædavit eam per dies xiv. Et levatus est Imperator in Galliis Avitus, vi Idus Julias. Et eversa est Sabaria a terræ motu vii Idus, Septembris die Veneris.

Joanne et Varone. 456
His Consulibus occisus est Remissus Patricius in Palatio Classis, xv Kal. Octob. Et Captivus est Imp. Placentia a Mag. mil. Ricimere, et occisus est Messiam Patricius ejus, xvi Kal. Nov.

Constantino et Rufo. 457
His Coss. Ricimer Mag. mil. Patricius factus est, prid. Kal. Martias. Et factus est Majorianus Mag. mil. ipso die. Et levatus est Imp. Dom. Majorianus Kal. Apr. in miliario vi in campo ad Columellas.

Leone Augusto et Apollonio 458

Fl. Ricimere et Patricio. 459

Magno et Apollonio. 460

Severino et Dalagaiso. 461
His Coss. depositus et Majorianus Imp. a patricio Ricimere Dertona, iv Nonas Aug. Et occisus est ad fluvium Ira, vii Idus Aug. Et levatus est Imp. Dom. Severus, xiii Kal. Dec.

Leone ii *et Severo.* 462

Rustico et Olybrio. 464
His Coss. occisus est Beorgor Rex Alanorum Bergamo ad Pedemontis, viii Idus Februarias.

Herminerico et Basilio. 465
His Coss. defunctus est Imp. Severus Romæ xviii Kal. Septembris.

Leone iii *Tatiano.* 466

Puseo

467 *Pusco et Joanne.*
His Coss. levatus est Imperator Dom. Anthemius Romæ, pridie Idus Aprilis.
468 *D. N. Anthemio Augusto* II.
His Coss. occisus est Marcellinus in Sicilia mense Augusto.
469 *Marciano et Zenone* II.

472 *Festo et Marciano.*
His Coss. bellum civile gestum est Romæ inter Anthemium Imperatorem et Ricimere Patricio. Et levatus est Imp. Olybrius Romæ. Et occisus est Imp. Anthemius, v Idus Julias. Et defunctus est Ricimer, xv Kal. Sept. Eo anno Gundobadus Patricius factus est ab Olybrio Imp. et defunctus est Imperator Olybrius Romæ, x Kal. Novemb.
473 *Leone Augusto* v.
Hoc Consule levatus est Imp. Glicerius Ravenna, III Non. Martias.
474 *Dom. Leone Juniore Augusto.*
His Coss... de Imperio Glicerius in portu urbis Romæ. Eo anno levatus est Dom. Julius Nepos, VIII Kal. Julias.
475 *P. C. Leonis Jun. Aug.*
His Coss. introivit Ravennam Patricius Orestes cum exercitu et fugavit Imp. Nepos ad Dalmatias, v Kal. Septemb. Eo anno Augustulus Imp. levatus est Ravenna a Patricio Oreste patre suo, prid. Kal. Novembris.
476 *Basilisco* II *et Armato.*
His Coss. levatus est Odoacer Rex x Kal. Sept. Eo anno occisus est Orestes Patricius Placentia, v Kal. Septemb. Eo anno occisus est Paulus Frater ejus Ravenna in Pinita, prid. Non. Sept.
476 *P. C. Basilisci et Armati.*
His Coss. occisus est Branila a Rege Odoacro, v Idus Julias Ravenna.
478 *Hello unico cons.*

480 *Basilio Jun.* VI *Cons.*
His Coss. occiditur Nepos Imp. VII Idus Majas.

Placido unico Cons. 481
His Coss. occisus est ... VII Idus Octobris.
Severino unico Cons. 482
His Coss. occisus est... Dalmatias v Kal. Dec.
Faustone unico Cons. 483

Vetio unico Cons. 487
Hoc Consule pugna facta est inter Odoacrem regem et Feunanum regem Jugorum, et vicit Odoacer, et adduxit captivum Feunanum regem, sub die XVII Kal. Decemb.
Dinanno et Sifidio. 488
His Coss. arsit pontus Apolinaris noctu, in Pascha xv Kal. Majas.
Probino et Eusebio. 489

Fausto unico Cons. 490
His Coss. ingressus est rex Theodoricus in Fossato Pontis Sontis v Kal. Sept. et fugit Odoacer rex de Fossato et abiit in Veronam. Eo anno ingressus est Odoacer rex in Fossatum Erulis in Pinita, et occisus est Libila Mag. mil. et ceciderunt populi ab utraque parte, et clausit se Ravenna Odoacer rex VI Idus Jul. Et regressus est rex Theodoricus in Ticino XI Kal. Septemb.
Dom. Anastasio Aug. et Rufo. 492
His Coss. terræ motus factus noctu ante pullorum cantus XII Kal. Jun.
Albino unico Cons. 493
Hoc Cons. regressus est Rex Theodoricus Arimini et venit cum dramonis ad Fossatum Palatioli, IV Kal. Septembris. Eo anno pugna facta est inter Theodoricum et Eufanem Mag. mil. inter Tridentum et Veronam.

Hoc consule facta est pax inter Dom. Theodoricum regem et Odoacrem III Kal. Martias. Et ingressus est Dom. Theodoricus in Classem....

Hoc Consule ingressus est Ravennam rex Theodoricus, III Non. Mart. Et occisus est Odoacer rex a rege Theodorico in palatio cum commilitibus suis.

Atque hæc quidem e primo Catalogo excerpta sunt, quibus nos nihil addendum putavimus, quam annos æræ vulgaris, in margine notatos, quibus nominati Consules processerunt, ad sublevandam lectoris memoriam ; utque inde numerus consulatuum, qui multis consulibus perperam adscribitur, forte ex incuria librariorum, facilius corrigi possit.

Alter Catalogus, de quo meminimus, multo turbatior ac vitiosior est, pluraque continet, quæ ad historiam profanam, quam quæ ad sacram spectent. Ponit, *Duobus Geminis consulibus*, qui anno XXIX æræ vulgaris consules fuere *Christum passum esse* VIII *Kal. Apr. die Veneris, luna* III, *anno* XXXI *Adventus ejus.* Credidero scriptum ab Auctore fuisse, ut scribi debuit, *anno* XXIX; quia proximo post Geminos Consulatu notat *Unicum et Longinum*, qui fuerunt anno XXX æræ vulgaris. Habet quoque nonnullas temporum notas. Puta, quod fuerint *a Passione Domini usque ad Consulatum Nigri et Aproniani, anni LXXXIV.* Item quod fuerint ab Adventu Domini usque ad Consulatum Viatoris anni quingenti. Fuerunt Consules Niger et Apronianus anno æræ vulgaris CXVII ; Viator vero, CCCXCIV. Videat lector, an inde aliquid commodi haurire possit, et quæ errata in Catalogo animadverterit, per se emendet : ego plura non prosequor.

Superest nobis et aliud opusculum Ms. antiquum sub Liberio Papa, anno CCCLII creato, absolutum ; quod enumerat eatenus Pontifices Romanos, indicans, quis, quantum temporis præsederit Ecclesiæ, quibus Consulibus Romanis cœperit, quibus desierit. Verum quia id ipsum pridem ex eodem Ms. nostro Bucherius edidit in suo, ad Victorii Aquitani Canonem Paschalem Commentario, pag. 269 ; ac præcipue, quia Henschenius noster ante tomum primum de Actis Sanctorum Aprilis denuo illud recudit, multisque sollicite illustravit ; eo sciendi cupidum lectorem remittimus ; ut hic tandem Acta Sanctorum primi semestris, sive sex priorum anni mensium, a P. Joanne Bollando inchoata, P. Godefrido Henchenio formata, a P. Daniele Papebrochio mirifice promota, finiamus ; progressuri nunc, Deo Sanctisque adjuvantibus, ad alterum semestre, quo decurso, qui tunc Operi allaborabunt, denique recudent et in duplum augebunt menses Januarium et Februarium, qui, ut principium Operis, imperfectiores sunt, multaque accessione Actorum postea ac præcipue anno MDCLX ab Henschenio et Papebrochio, per Germaniam, Italiam, Galliam ea propter peregrinatis collectorum, indigent. Non tam indigent reliqui menses, qui post prædictum annum editi fuerunt.

SUMMARIUM HUJUS VOLUMINIS

Dedicatio tomi VI Junii I
Facultas Provincialis et summa Privilegii Cæsarii VI
Approbatio Ordinarii et Auctoris protestatio VII
Epistola de obitu Danielis Papebrochii 1
Ejusdem Danielis Papebrochii Vita 3
PRÆFATIO ad Martyrologium Usuardinum 1
Mensis Januarius 1
Mensis Februarius 67
Mensis Martius 119
Mensis Aprilis 169
Mensis Maius 217
Mensis Junius 277
Mensis Julius 337
Mensis Augustus 399
Mensis September 461
Mensis October 513
Mensis November 581
Mensis December 647
Index Sanctorum, qui in ipso textu Usuardi continentur 709
Index Sanctorum, qui in Auctariis Usuardi continentur 725
Martyrologia Hieronymiana contracta 767
Præfatio ad prædicta Hieronymiana 769
Martyrologium Rhinoviense 777
Martyrologium Richenoviense 782
Martyrologium Augustanum 793
Martyrologium Labbeanum 801
Martyrologium Corbeiense minus 810
Martyrologium Reginæ Sueciæ 818
Specimina tria ex variis Martyrologiis 828
Specimen primum ex Martyrologio Sanmaximiano 828
Specimen secundum ex Martyrologio S. Cyriaci 829
Specimen tertium ex Martyrologio Barberiniano 830
Kalendaria duo antiqua 833
Martyrologia duo parva et antiqua 843
Natales aliquot sanctorum ex Fastis Consularibus excerpti 845
Summarium voluminis 849

CALVOMONTE, EX TYPIS CAROLI CAVANIOL

FALVEY MEMORIAL LIBRARY
VILLANOVA UNIVERSITY

DATE DUE

VILLANOVA UNIVERSITY
BX4655.A2 *v.026
3 9346 00067356 8

FOR REFERENCE

NOT TO BE TAKEN FROM THIS ROOM
CAT. NO. 1935 LIBRARY BUREAU